+ CENOBIUMAD EXIMII MERITO
UENERABILE SALUATORIS
QUEM CAPUT ECCLESIAE
DEDICAT ALTA FIDES
PETRUS LANGOBARDORUM
EXTREMIS DE FINIB· ABBAS
DEUOTI AFFECTUS
PIGNORA MITTO MEI
MEQUE MEOSQ· OPTANS
TANTI INTER GAUDIA PATRIS
IN CAELIS MEMOREM
SEMPER HABERE LOCUM



ASER N XLI D
DAN N LXII DC
NEPTHALIM N LIII CCCC
ARCTOS
FILII MERARI VI CC
DYSIS
ANATOL
FILII CATH VIII DC
MESEMBRIA
MOSIS ET AARON
ALTARE
LABRUM
GAD N XLV DCL
RUBEN N XLVI D
SIMEON N LVIIII CC

PROLOGUS

SI DIUINO UT DIGNUM EST AMORE FLAMMATI AD UERAM CUPIMUS SAPIENTIAM PERUENIRE ET IN HAC UITA FRAGILI AETERNI SAECULI DESIDERAMUS IMAGINEM CONTUERI PATREM LUMINUM DEPRECEMUR UT NOBIS COR MUNDUM TRIBUAT ACTIONEM BONAE UOLUNTATIS PERFICIAT PERSEUERANTIAM SUAE UIRTUTIS CONCEDAT UT SCRIPTURARUM DIUINARUM PALATIA IPSIUS MISERICORDIA LARGIENTE POSSIMUS FIDELITER INTROIRE NE NOBIS DICATUR QUARE TU ENARRAS IUSTITIAS MEAS ET ADSUMIS TESTAMENTUM MEUM PER OS TUUM SED IN ILLUD POTIUS AUDIAMUS UENITE AD ME OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS ET EGO UOS REFICIAM MAGNUM MUNUS INAESTIMABILE BENEFICIUM AUDIRE HOMINEM SECRETA DEI ET QUEMADMODUM AD IPSUM UENIATUR INSTITUI FESTINEMUS ITAQUE FRATRES AD ANIMARUM PONTICUM SALUTARIA REMEDIA IUSSIONUM QUIS ENIM IN TERRIS SCRIPTURIS TALIBUS OCCUPATUR PAENE CAELESTIS IAM REGNI SUAUITATE PERFRUITUR

NEC UOS MOUEANT QUOD PATER AUGUSTINUS SEPTUAGINTA UNUM LIBROS TESTAMENTUM UETUS NOUUMQUE DIUISIT DOCTISSIMUS AUTEM HIERONYMUS IDEM UETUS NOUUMQUE TESTAMENTUM XLVIIII SECTIONIBUS COMPREHENDIT IN HOC AUTEM CORPORE UTRUMQUE TESTAMENTUM SEPTUAGENARIO NUMERO PROBATUR IMPLETUM IN ILLA PALMARUM QUANTITATE FORSITAN PRAESIGNATUS QUAS IN MANSIONE HELIM INUENIT POPULUS HEBRAEORUM NAM LICET HAEC CALCULO DISPARIA UIDEANTUR DOCTRINA TAMEN PATRUM AD INSTRUCTIONEM CAELESTIS ECCLESIAE CONCORDITER UNIUERSA PERDUCUNT

AMEN

IN HOC CODICE CONTI NENTUR VETERIS
ET NOVI TESTAMENTI LIBRI [illegible]

Genesis exodus
Leuiticus numeri
deuteronomium
iosue iudicum
ruth
Samuhel malachim
paralypomenon
Lib psalmorum
prouerbia eccle
siastes cantica
canticorum [illegible] lib
sapientiae eccle
siasticum
Esaias hieremias
hiezechiel danihel
osee iohel amos
abdias ionas micheas
naum habacuc
sofonias aggeus
zacharias malachias
iob tobias iudith
hester ezras
machabeo
rum
lib

Euangelium
secundum matheum
secundum marcum
secundum lucam
secundum iohannem
actus apostolorum
epistulae pauli
apos
ad romanos i
ad corintheos ii
ad galatas i
ad ephesios i
ad philippenses
ad colosenses i
ad thessalon ii
ad timotheum ii
ad titum i
ad philimonem i
ad hebreos i
epist iacobi i
petri ii
iohannis iii
iudae
apocalypsis iohannis

HIERONYME INTER[illegible] ARIIS
DOCTISSIME LINGUIS
TE BETHLEM CELEBR[illegible] TE
[illegible] PERSONAT ORBIS

TE QUOQUE NOSTRA TUIS PR[illegible]
[illegible] BIBLIOTHECA LIBRIS
QU[illegible]
DIS DONARIA GA[illegible]

CODICIBVS SACRIS HOSTILI CLADE PERVSTIS
ESDRA DŌ FERVENS HOC REPARAVIT OPVS





SIC FIUNT UETERIS NOUI Q TESTAMENTI SECUNDUM HIERONYMUM LIBRI
QUINQUAGINTA NOUEM QUIBUS ADDE AGNUM XPM DEQUO ETPERQUEM ISTA CON
SCRIPTA SUNT FIT QUINQUAGENARIUS NUMERUS QUAD INSTAR IUBELEI ANNI
DEBITA REMITTIT ETPAENITENTIUM PECCATA DISSOLUIT



Sic fiunt veteris novi q. testamenti sicut dividit scs hilyras ro
manae urbis antistes et epiphanius cyprius quem latino pec
mus sermone transferri libri LXX . inillo palmarum nu
mero fortasse praesagati quas inmansione helim inue
nit populus hebreorum .


MANIFESTISSI
EST GENESIS IN
QUA DECREXTURA MUN
DI DE EXORDIO HUMA
NI GENERIS ET GENTE
USQ ADAEGYPTU SERI
BITUR HEBR
PATET EXO
DUS CUM DECEM
PLAGIS DECALOGO
CUM MYSTICIS SCRI
PTURIS DIUINIS Q
PRAECEPTIS
INPROMTU
EST LEUITICUS LIB
INQUO SINGULA SACRI
FICIA ET UESTES AARON
ET TOTUS ORDO LEUI
TICUS SPIRANT CAE
LESTIA SACRAM
NUMERI UE
RO NONNE TOTIUS
ARITHMETICAE ET
MENSURA TERRAE ET
XL. DUARUM PER HE
REMUM MANSIONES
MYSTERIA CON
TINENT
DEUTERONO
MIUM QUOQUE
SECUNDA LEX ET EU
ANGELICAE LEGIS PRAE
FIGURATIO NONNE SIC EA
HABET QUAE PROPRIA
SUNT
UA SINT OMNIA DE
UETERIB

Eloquium d(omi)ni quaecumq(ue) uolumina pandunt spiritus hoc sancto fudit ab ore d(eu)s



Sic sunt ueteris noui q(ue) testamenti sicut pater Augustinus in libris de doctrina xpiana complexus est simul libri N. LXXII quib(us) adde unitatem diuinam per quam ista completa sunt fit totius librae competens et gloriosa perfectio ipsa est enim rerum conditrix et totalis omnium plenitudo unitatis

DESIDERII MEI DESIDERATAS
accepi epistulas quiquodam praesagio
futurorum cumdanihele sortitus est
nomen obsecrantis uttranslatum in
latinam linguam dehebreo sermone
pentatheucum nostrorum aurib· trade
rem periculosum opus certe obtrecta
torum latratibus patens quimeadserunt
inlxx interpretum suggillationem noua
proueteribus cudere · itaingenium quasi
uinum probantes cumego sepissime testa
tussim me prouirili portione intaber
naculum dī offerre quaepossim necopes
alterius aliorum paupertate foedari
quodutauderem origenis me studium
prouocauit quieditioni antiquae trans
lationem theodotionis miscuit aste
risco etobelo idest stella etueru
opus omne distinguens dumaut inluce
scere facit quaeminus antefuerant
autsuperflua quaeque iugulat etcon
fodit maximeque euangelistarum et
apostolorum auctoritas inquibus
multa deueteri testamento legimus
quae innostris codicib· nonhabentur
utest illud · exaegypto uocaui filium
meum etquō nazareus uocabitur ·
etuidebunt inquem conpunxerunt
etflumina deuentre eius fluent aquae
uiuae etquae necoculus uidit necauris
audiuit necincor hominis ascenderunt
quae praeparauit dš diligentibus se
etmulta alia quaeproprium syntagma
desiderant interrogemus ergo eos
ubihaec scripta sint etcum dicere non
potuerint delibris hebraicis profe
ramus · primum testimonium est
inosee · secundum inisaia · tertium
inzaccharia · quartum inprouerbiis ·
quintum aeque inisaia quod multi
ignorantes apocryforum deliramenta
sectantur ethiberas nenias libris
autheniticis praeferunt causaserro
ris nonest meum exponere iudaei

prudenti factum dicunt esse con
silio neptolomeus unius dī cultor
etiam apud hebreus duplicem diuini
tatem deprachenderet quod maxime
idcirco faciebat quia inplatonis dogma
cadere uidebatur denique ubicumque
sacratum aliquid scriptura testatur
depatre etfilio etspū sco aut aliter
interpraetati sunt automnino tacu
erunt utetregi satis facerent etarca
num fidei non uulgarent etnescioquis
primus auctor lxxcellulas alexandriae
mendacio suo extruxerit quib· diuisi
eadem scriptitarint cumaristheus eius
dem ptolomei ·υπερασπιστης· etmultopost : hyperaspi[illegible]
tempore iosephus nihil tale rettule
rint sedinuna basilica congregatos
contulisse scribant nonprophetasse
aliudest enimuatem aliudesse inter
praetem ibispš uentura praedicit
hiceruditio etuerborum copia eaquae
intellegit transfert nisiforte putan
dus est tullius oeconomicum xeno
fontis etplatonis prothagoram et
demosthenis prothesi fonte afflatus
rethorico spū transtulisse autaliter
dehisdem libris perlxx interpretes
aliter perapostolos spš scš testimo
nia texuit utquod illitacuerunt hi
scriptum esse mentitisint quid
igitur damnamus ueteres minime
sedpost priorum studia indomo dnī
quod possumus laboramus illi inter : [illegible]
praetatisunt anteaduentum xp̄i et
quod nesciebant dubiis protulere
sententiis nospost passionem et
resurrectionem eius · nontam pro
phetiam quam historiam scribimus
aliter enim audita aliter uisa narran
tur quod melius intellegimus
melius etproferimus · audi igitur
aemule obtrectator ausculta non
damno nonreprachendo lxx sedcon
fidenter cunctis illis apostolos

praefero; peristorum os mihi xps sonat:
quos ante prophetas inter spiritalia
charismata positos lego; in quib. ultimu͞
paene gradum interpraetes tenent.
quid libore torqueris; quid imperitorum
animos contra me concitas: sicubi tibi
in translatione videor errare; inter
roga hebreos diversarum urbium magi
stros consule; quod illi habent de xpo
tui codices non habent. aliud est si con
tra se postea ab apostolis usurpata
testimonia probaverunt; et emenda
tiora sunt exemplaria latina quam
greca; greca quam hebrea. verum haec
contra invidos. nunc te precor desíde
ri carissime ut quia tantum opus me
subire fecisti et a genesi exordium
capere orationibus iuves quo possim
eodem spu quo scripti sunt libri in latí
num eos transferre sermonem

EXPLIC. PROLOG. INCIP. CAPIT. LIB. GENES.

I Opus dí per sex dies et septimo
requievit
II Adam posuit ds in paradiso
ut operaretur
III Adam cunctis animantib. nomina inposuit
sed eva de costis eius producta
adduxit ad adam
IIII Serpens qui seduxit evam scilicet et
adam ad gustu non cibi sed in
oboedientiae
V Adam procreavit filios
VI Instigante adverso cain occidit abel
fratrem suum et generatio
cain oritur
VII Item genuit adam seth et cuncta gene
ratio eius subsequitur hic constituit
offensus ds annos hominum cxx.
VIII Paenitet me ait dns fecisse eos super
terram prae malitia hominum
VIIII haec generationes noe cui et dixit
te enim vidi iustum coram me in gene
ratione hac praecepit etiam ut face
ret arca etiam promittit ne ultra
percutiat hominem praecepta tra
dens noe et semini eius
modum legis
X Arcus foederis quidum apparuerit in
caelo recordabitur dns quod ultra
non erit ait dns et generationes
filiorum noe natique filii post dilu
vium ab his divisae sunt gentes
in terra post diluvium
XI Turrem quam temere extruxerunt
habitatores terrae in terra sennaar.
ubi ad videndum descendit ds genе
rationes tharae qui genuit abram
et nahor et aran unde oritur isrl.
principium sermonis dni ad abram
XII Abraham facta fame in terra aegypti
abiit cum uxorem suam
XIII Abraham et loth ascenderunt de
aegypto diviserunt que ab invicem
abraham habitavit in terra chanaan
et loth in sodomis
XIIII Abraham expugnatis regibus reduxit
loth fratrem suum cum substan
tia sua
XV Melchisedech rex sale proferens
panes et vinum occurrit
XVI Abrahae promittit ds filium habiturum
XVII Apparuit ds abrahae cui etiam
nomen ampliavit
XVIII Praecepit dns circumcisionem abrahae
et futurae generationi
XVIIII Ampliatur nomen sarae ore dni
XX Apparuerunt abrahae tres viri erepto
loth subvertentes sodomam
XXI Recordatus est ds abrahae et liberavit
loth de subversione urbium
XXII Incubuit loth cum filiabus suis
XXIII Profectus abraham inter cades ubi
uxorem sororem suam dedisset
et temptatus est in ea abimelech

XXIIII SARRA GENUIT ISAAC
XXV AGAR ANCILLA ET FILIUM EIUS ISMAHEL
DIMISIT A SE ABRAHAM IUBENTE DNO
XXVI ABIMELECH ET FICHOL HUMILIANS
SE ABRAHAE
XXVII TEMPTAT DS ABRAHAM SI OFFERET
EI ISAAC
XXVIII OBITUS SARAE ET LOCUS MONUMENTI
XXVIIII PRAECEPIT ABRAHAM FAMULO SUO NE ACCI
PERET FILIO SUO UXOREM DE FILIABUS
CANANEORUM SED DE COGNATIONE SUA
XXX ABRAHAM ALIAM DUXIT UXOREM NOMINE
CETTHURAM
XXXI HAEC GENERATIONES ISMAHEL
QUEM GENUIT AGAR
XXXII GENERATIONES ISAAC CUI GENUIT
REBECCA ESAU ET IACOB
XXXIII ISAAC PEREGRINATUR COMPELLENTE
FAME IN GERARA AD ABIMELECH TEMP
TATURQUE REX IN UXORE EIUS
XXXIIII IURGIUM PASTORUM ABIMELECH ET ISAAC
PROPTER PUTEOS PATRIS SUI ABRAHAM
XXXV APPARUIT AUTEM DS ISAAC CONFORTANS
EUM ET AEDIFICAUIT IBI ALTARE DNO
XXXVI ISAAC HORTATUR FILIUM SUUM ESAU UT
DE UENATIONE EIUS OFFERAT EI
XXXVII UOCAUIT ITAQUE ISAAC IACOB ET BENEDIXIT
DICENS NE ACCIPERET UXOREM
DE FILIABUS CHANANEORUM
XXXVIII UISIO QUAM UIDIT IACOB PERGENS AD LABAN
DESTINATUS AB ISAAC PATRE SUO UBI
FILIOS PROCREAUIT DUODECIM
XXXVIIII REGRESSIO IACOB CUM FILIIS ET PECULIO
AD PATREM SUUM
XL PRAECES ET MUNERA DIRIGIT AD ESAU
FRATREM SUUM
XLI TEMPTAT IACOB ANGELUS DNI UIRES CORPO
RIS CUI ET NERUUM FEMORIS
TETIGIT IN SIGNO
XLII FILIA IACOB ET LIAE DINA UIM PASSA EST
A FILIO REGIS REGIONIS ILLIUS SYCHEM
NOMINE FILIUS EMOR EUEI
XLIII UOCE DNI ADMONETUR IACOB FACERE
ALTARE IN BETHEL QUI CONUOCATA
OMNI DOMO SUA AIT ABICITE DEOS ALIENOS
IBI ENIM APPARUIT EI CUM FUGERET
FRATREM SUUM
XLIIII APPARUIT ITERUM DS IACOB CUI ET NOMEN
MUTAUIT DICENS ISRL ERIT NOMEN TUUM
IBI OBIIT RAHEL
XLV FILII IACOB XII QUI DE QUA MATRE NASCERETUR
INDICATUR ET OBITUS ISAAC CLXXX ANNORU̅
XLVI GENERATIONES ESAU DESCRIBSIT
XLVII REGES QUI REGNAUERUNT IN TERRA EDOM
ET NOMINA ESAU IN COGNATIONIB ET LOCIS
ET UOCABULIS SUIS IPSE EST ESAU
PATER IDUMEORUM
XLVIII IOSEPH ACCUSAT FRATRES SUOS IACOB PATRI SUO
XLVIIII IOSEPH FRATRIB SUIS SOMNIUM REFERET
ET QUOD IN ODIUM FRATRIB UENERIT
L ALIUD QUOQ UIDIT SOMNIUM IOSEPH QUOD AUDI
ENS PATER IN SILENTIUM EI INPOSUIT
LI IOSEPH UENUNDATUS A FRATRIB MADIANITIS
DUCTUS EST IN AEGYPTUM
LII THAMAR UXOR HER QUAE POST OBITUM FRA
TRUM ETIAM CUM PATRE IPSORUM
IUDA SE MISCUIT
LIII AD ORDINEM REDIT SCRIPTURA UT ILLA
NARRARET DE IOSEPH
LIIII DUOB SERUIS REGIS AEGYPTI IN CARCERE TRU
SIS CUM IOSEPH SOMNIUM QUEM UIDE
RUNT DISPUTAT
LV SOMNIA PHARAONIS IOSEPH EXPONIT
LVI DUO FILII QUI NATI SUNT IOSEPH IN AEGYPTUM
LVII FRATRES IOSEPH CUM ALIIS QUI PERGEBANT
AD EMENDUM FRUMENTUM INGRESSI
SUNT IN AEGYPTUM QUOS AGNOUIT IOSEPH FRATER
LVIII AGNITIS FRATRIB SUIS IOSEPH COMMOTUS
MISERATIONE FLEUIT
LVIIII NOMINA FILIORUM ISRL QUI INGRESSI SUNT IN AEGYPTU̅
LX NUNTIATUM EST IOSEPH QD INFIRMARETUR PATER EIUS
LXI PRAECEPIT IACOB FILIIS SUIS DICENS CONGREGA
MINI UT ADNUNTIEM UOBIS UENTURA
LXII OBITUS IACOB QUEM SEPELIERUNT IOSEPH
CUM FRATRIB SUIS
LXIII ORTATUR IOSEPH FRATRES SUOS DICENS UISI
TAUIT UOS DNS ET ASCENDERE FACIET DE
AEGYPTO AUFERTE OSSA MEA UOBISCUM

IN PRINCIPIO CREAUIT DS
CAELUM ET TERRAM
TERRA AUTEM ERAT INANIS ET UACUA
ET TENEBRAE ERANT SUPER
FACIEM ABYSSI
SPS DI FEREBATUR SUPER AQUAS
DIXITQUE DS FIAT LUX ET FACTA EST LUX
ET UIDIT DS LUCEM QUOD ESSET BONA
ET DIUISIT LUCEM AC TENEBRAS
APPELLAUITQUE LUCEM DIEM
ET TENEBRAS NOCTEM
FACTUMQUE EST UESPERE
ET MANE DIES UNUS
DIXIT QUOQUE DS
FIAT FIRMAMENTUM IN MEDIO AQUARU
ET DIUIDAT AQUAS AB AQUIS
ET FECIT DS FIRMAMENTUM
DIUISITQUE AQUAS QUAE ERANT SUB
FIRMAMENTO AB HIS QUAE ERANT
SUPER FIRMAMENTUM
ET FACTUM EST ITA
UOCAUITQUE DS FIRMAMENTUM
CAELUM
ET FACTUM EST UESPERE ET MANE
DIES SECUNDUS
DIXIT UERO DS
CONGREGENTUR AQUAE QUAE SUB CAELO
SUNT IN LOCUM UNUM
ET APPAREAT ARIDA
FACTUMQUE EST ITA
ET UOCAUIT DS ARIDAM TERRAM
CONGREGATIONESQUE AQUARUM
APPELLAUIT MARIA
ET UIDIT DS QUOD ESSET BONUM ET AIT
GERMINET TERRA HERBAM UIRENTEM
ET FACIENTEM SEMEN
ET LIGNUM POMIFERUM FACIENS
FRUCTUM IUXTA GENUS SUUM
CUIUS SEMEN IN SEMET IPSO SIT SUPER
TERRAM. ET FACTUM EST ITA
ET PROTULIT TERRA HERBAM UIREN
TEM ET AFFERENTEM SEMEN
IUXTA GENUS SUUM
LIGNUMQUE FACIENS FRUCTUM

ET HABENS UNUMQUODQUE SEMENTEM
SECUNDUM SPECIEM SUAM
ET UIDIT DS QUOD ESSET BONUM
FACTUMQUE EST UESPERE ET MANE
DIES TERTIUS
DIXIT AUTEM DS
FIANT LUMINARIA IN FIRMAMENTO CAELI
UT DIUIDANT DIEM AC NOCTEM
ET SINT IN SIGNA ET TEMPORA
ET DIES ET ANNOS
UT LUCEANT IN FIRMAMENTO CAELI
ET INLUMINENT TERRAM
ET FACTUM EST ITA
FECITQUE DS DUO MAGNA LUMINARIA
LUMINARE MAIUS UT PRAEESSET DIEI
ET LUMINARE MINUS UT PRAEESSET
NOCTI ET STELLAS
ET POSUIT EAS IN FIRMAMENTO CAELI
UT LUCERENT SUPER TERRAM
ET PRAEESSENT DIEI AC NOCTI
ET DIUIDERENT LUCEM AC TENEBRAS
ET UIDIT DS QUOD ESSET BONUM
ET FACTUM EST UESPERE ET MANE
DIES QUARTUS
DIXIT ETIAM DS
PRODUCANT AQUAE REPTILE
ANIMAE UIUENTIS
ET UOLATILE SUPER TERRAM
SUB FIRMAMENTO CAELI
CREAUITQUE DS COETA GRANDIA
ET OMNEM ANIMAM UIUENTEM
ATQUE MUTABILEM
QUAM PRODUXERANT AQUAE
IN SPECIES SUAS
ET OMNE UOLATILE SECUNDUM
GENUS SUUM
ET UIDIT DS QUOD ESSET BONUM
BENEDIXITQUE EIS DICENS
CRESCITE ET MULTIPLICAMINI
ET REPLETE AQUAS MARIS
AUESQUE MULTIPLICENTUR
SUPER TERRAM
ET FACTUM EST UESPERE
ET MANE DIES QUINTUS

DIXIT QUOQUE DS;
PRODUCAT TERRA ANIMAM UIUENTEM
IN GENERE SUO;
IUMENTA ET REPTILIA ET BESTIAS
TERRAE SECUNDUM SPECIES SUAS;
FACTUMQUE EST ITA;
ET FECIT DS BESTIAS TERRAE
IUXTA SPECIES SUAS
ET IUMENTA ET OMNE REPTILE
TERRAE IN GENERE SUO;
ET UIDIT DS QUOD ESSET BONUM
ET AIT.
FACIAMUS HOMINEM AD IMAGINEM
ET SIMILITUDINEM NOSTRAM;
ET PRAESIT PISCIBUS MARIS
ET UOLATILIBUS CAELI
ET BESTIIS UNIUERSAEQ· TERRAE·
OMNIQUE REPTILI QUOD
MOUETUR IN TERRA·
ET CREAUIT DS HOMINEM
AD IMAGINEM SUAM
AD IMAGINEM DI CREAUIT ILLUM;
MASCULUM ET FEMINAM CREAUIT EOS
BENEDIXITQUE ILLIS DS ET AIT;
CRESCITE ET MULTIPLICAMINI ET RE
PLETE TERRAM ET SUBICITE EAM·
ET DOMINAMINI PISCIBUS MARIS
ET UOLATILIBUS CAELI
ET UNIUERSIS ANIMANTIBUS QUAE
MOUENTUR SUPER TERRAM;
DIXITQUE DS;
ECCE DEDI UOBIS OMNEM HERBAM
AFFERENTEM SEMEN SUPER TERRAM
ET UNIUERSA LIGNA QUAE HABENT
IN SEMET IPSIS SEMEN GENERIS SUI
UT SINT UOBIS IN ESCAM ET CUNCTIS
ANIMANTIBUS TERRAE;
OMNIQUE UOLUCRI CAELI ET UNIUERSIS
QUAE MOUENTUR IN TERRA
ET IN QUIBUS EST ANIMA UIUENS
UT HABEANT AD UESCENDUM;
ET FACTUM EST ITA;
UIDITQUE DS CUNCTA QUAE FECIT
ET ERANT UALDE BONA;
ET FACTUM EST UESPERE
ET MANE DIES SEXTUS
II IGITUR PERFECTI SUNT CAELI
ET TERRA ET OMNIS
ORNATUS EORUM;
CONPLEUITQUE DS DIE SEPTIMO
OPUS SUUM QUOD FECERAT
ET REQUIEUIT DIE SEPTIMO
AB UNIUERSO OPERE
QUOD PTRARAT;
ET BENEDIXIT DIEI SEPTIMO
ET SCIFICAUIT ILLUM
QUIA IN IPSO CESSAUERAT AB OMNI
OPERE SUO QUOD CREAUIT
DS UT FACERET;
ISTAE GENERATIONES CAELI ET TERRAE
QUANDO CREATA SUNT·
IN DIE QUO FECIT DNS DS
CAELUM ET TERRAM
ET OMNE UIRGULTUM AGRI ANTEQUAM
ORI RETUR IN TERRA
OMNEMQUE HERBAM REGIONIS
PRIUSQUAM GERMINARET;
NON ENIM PLUERAT DNS DS
SUPER TERRAM
ET HOMO NON ERAT QUI OPERA
RETUR TERRAM;
SED FONS ASCENDEBAT E TERRA IN
RIGANS UNIUERSAM SUPER
FICIEM TERRAE;
FORMAUIT IGITUR DNS DS HOMINEM
DE LIMO TERRAE
ET INSPIRAUIT IN FACIEM EIUS
SPIRACULUM UITAE;
ET FACTUS EST HOMO IN ANIMAM
UIUENTEM;
PLANTAUERAT ENIM DNS DS PARADISUM
UOLUPTATIS A PRINCIPIO
IN QUO POSUIT HOMINEM
QUEM FORMAUERAT;
PRODUXITQUE DNS DS DE HUMO
OMNE LIGNUM PULCHRUM UISU
ET AD UESCENDUM SUAUE
LIGNUM ETIAM UITAE IN MEDIO PARADISI

lignumque scientiae boni et mali ;
et fluvius egrediebatur de loco
voluptatis ad inrigandum
paradisum ;
qui inde dividitur in quattuor capita ·
nomen uni phison ·
ipse est qui circuit omnem terram
evilath
ubi nascitur aurum
et aurum terrae illius optimum est ;
ibi invenitur bdellium
et lapis onychinus ;
et nomen fluvio secundo geon ·
ipse est qui circuit omnem terram
aethiopiae ;
nomen vero fluminis tertii tigris ·
ipse vadit contra assyrios ;
fluvius autem quartus ipse est
eufrates ;
Tulit ergo dns ds hominem et posuit
eum in paradiso voluptatis
ut operaretur et custodiret illum ·
praecepitque ei dicens ;
ex omni ligno paradisi comede
de ligno autem scientiae boni
et mali ne comedas ;
in quocumque enim die comederis
ex eo morte morieris ;
Dixit quoque dns ds ;
non est bonum esse hominem solum
faciamus illi adiutorium
similem sui ;
formatis igitur dns ds de humo
cunctis animantibus terrae
et universis volatilibus caeli adduxit
ea ad adam ut videret
quid vocaret ea ;
omne enim quod vocavit adam
animae viventis ipsum est
nomen eius ;
appellavitque adam nominib· suis
cuncta animantia
et universa volatilia caeli et omnes
bestias terrae ;
adam vero non inveniebatur
adiutor similis eius ;
inmisit ergo dns ds soporem in adam ·
cumque obdormisset tulit unam
de costis eius et replevit
carnem pro ea ;
et aedificavit dns ds costam quam
tulerat de adam in mulierem
et adduxit eam ad adam ;
dixitque adam ;
hoc nunc os ex ossibus meis
et caro de carne mea ;
haec vocabitur virago quoniam
de viro sumpta est ;
quam obrem relinquet homo
patrem suum et matrem
et adherebit uxori suae
et erunt duo in carne una ;
erat autem uterque nudus
adam scilicet et uxor eius
et non erubescebant ;
III Sed et serpens erat callidior
cunctis animantib· terrae
quae fecerat dns ds ;
qui dixit ad mulierem ;
cur praecepit vobis ds ut non
comederitis de omni ligno
paradisi ·
cui respondit mulier ;
de fructu lignorum quae sunt
in paradiso edemus
de fructu autem ligni quod est
in medio paradisi ·
praecepit nobis ds ne comederemus
et ne tangeremus illud
ne forte moriamur ;
dixit autem serpens ad mulierem ;
nequaquam morte moriemini ;
scit enim ds quod in quocumque
die comederitis ex eo ·
aperientur oculi vestri et eritis
sicut dii scientes bonum et malum ;
vidit igitur mulier quod bonum
esset lignum ·

ET PULCHRUM OCULIS ASPECTUQUE
DELECTABILE
ET TULIT DE FRUCTU ILLIUS ET COME
DIT DEDITQUE UIRO SUO
QUI COMEDIT ET APERTI SUNT
OCULI EORUM
CUMQUE COGNOUISSENT ESSE
SE NUDOS
CONSUERUNT FOLIA FICUS ET FECERUNT
SIBI PERIZOMATA
ET CUM AUDISSENT UOCEM DNI DI
DEAMBULANTIS IN PARADISO
AD AURAM POST MERIDIEM
ABSCONDIT SE ADAM ET UXOR EIUS
A FACIE DNI DI IN MEDIO LIGNI PARADISI
UOCAUITQUE DNS DS ADAM
ET DIXIT EI UBI ES
QUI AIT UOCEM TUAM AUDIUI IN PARA
DISO ET TIMUI EO QUOD NUDUS
ESSEM ET ABSCONDI ME
CUI DIXIT QUIS ENIM INDICAUIT TIBI
QUOD NUDUS ESSES
NISI QUOD EX LIGNO DE QUO TIBI PRAE
CEPERAM NE COMEDERES
COMEDISTI
DIXITQUE ADAM MULIER QUAM DEDIS
TI SOCIAM MIHI DEDIT MIHI
DE LIGNO ET COMEDI
ET DIXIT DNS DS AD MULIEREM
QUARE HOC FECISTI
QUAE RESPONDIT SERPENS DECEPIT
ME ET COMEDI
ET AIT DNS DS AD SERPENTEM
QUIA FECISTI HOC MALEDICTUS ES INTER
OMNIA ANIMANTIA ET BESTIAS TERRAE
SUPER PECTUS TUUM GRADIERIS
ET TERRAM COMEDES CUNCTIS
DIEBUS UITAE TUAE
INIMICITIAS PONAM INTER TE
ET MULIEREM
ET SEMEN TUUM ET SEMEN ILLIUS
IPSA CONTERET CAPUT TUUM
ET TU INSIDIABERIS CALCANEO EIUS
MULIERI QUOQUE DIXIT

MULTIPLICABO ERUMNAS TUAS
ET CONCEPTUS TUOS
IN DOLORE PARIES FILIOS ET SUB UIRI
POTESTATE ERIS ET IPSE
DOMINABITUR TUI
ADAM UERO DIXIT
QUIA AUDISTI UOCEM UXORIS TUAE
ET COMEDISTI DE LIGNO EX QUO
PRAECEPERAM TIBI UT NON
COMEDERES
MALEDICTA TERRA IN OPERE TUO
IN LABORIBUS COMEDES EAM CUNCTIS
DIEBUS UITAE TUAE
SPINAS ET TRIBULOS GERMINAUIT TIBI
ET COMEDES HERBAM TERRAE
IN SUDORE UULTUS TUI UESCERIS PANE
DONEC REUERTARIS IN TERRAM
DE QUA SUMPTUS ES
QUIA PULUIS ES ET IN PULUEREM
REUERTERIS
ET UOCAUIT ADAM NOMEN UXORIS SUAE
HAUA EO QUOD MATER ESSET CUNC
TORUM UIUENTIUM
FECIT QUOQUE DNS DS ADAM ET UXORI
EIUS TUNICAS PELLICIAS
ET INDUIT EOS ET AIT
ECCE ADAM FACTUS EST QUASI UNUS
EX NOBIS SCIENS BONUM ET MALUM
NUNC ERGO NE FORTE MITTAT
MANUM SUAM
ET SUMAT ETIAM DE LIGNO UITAE
ET COMEDAT ET UIUAT IN AETERNUM
EMISIT EUM DNS DS DE PARADISO
UOLUPTATIS
UT OPERARETUR TERRAM DE QUA
SUMPTUS EST EIECITQUE ADAM
ET COLLOCAUIT ANTE PARADISUM
UOLUPTATIS
CHERUBIN ET FLAMMEUM GLADIUM
ATQUE UERSATILEM
AD CUSTODIENDAM UIAM
LIGNI UITAE
IIII ADAM UERO COGNOUIT HAUUAM
UXOREM SUAM

QUAE CONCEPIT ET PEPERIT
CAIN DICENS
POSSEDI HOMINEM PER DNM
RURSUSQUE PEPERIT FRATREM
EIUS ABEL
FUIT AUTEM ABEL PASTOR OUIUM
ET CAIN AGRICOLA
FACTUM EST AUTEM POST
MULTOS DIES
UT OFFERRET CAIN DE FRUCTIBUS
TERRAE MUNERA DNO
ABEL QUOQUE OBTULIT DE PRIMOGENI
TIS GREGIS SUI ET DE ADIPIB· EORUM
ET RESPEXIT DNS AD ABEL ET AD MUNERA EIUS
AD CAIN UERO ET AD MUNERA ILLIUS
NON RESPEXIT
IRATUSQUE EST CAIN UEHEMENTER
ET CONCIDIT UULTUS EIUS
DIXITQUE DNS AD EUM
QUARE MESTUS ES ET CUR
CONCIDIT FACIES TUA
NONNE SI BENE EGERIS RECIPIES
SIN AUTEM MALE STATIM IN FORIBUS
PECCATUM ADERIT
SED SUB TE ERIT APPETITUS EIUS
ET TU DOMINABERIS ILLIUS
VI DIXITQUE CAIN AD ABEL FRATREM SUUM
EGREDIAMUR FORAS
CUMQUE ESSENT IN AGRO
CONSURREXIT CAIN ADUERSUS ABEL
FRATREM SUUM ET INTERFECIT EUM
ET AIT DNS AD CAIN UBI EST ABEL
FRATER TUUS
QUI RESPONDIT NESCIO NUM CUSTOS
FRATRIS MEI SUM
DIXITQUE AD EUM QUID FECISTI
UOX SANGUINIS FRATRIS TUI
CLAMAT AD ME DE TERRA
NUNC IGITUR MALEDICTUS ERIS
SUPER TERRAM
QUAE APERUIT OS SUUM ET SUSCEPIT
SANGUINEM FRATRIS TUI DE MANU TUA
CUM OPERATUS FUERIS EAM NON
DABIT TIBI FRUCTUS SUOS

UAGUS ET PROFUGUS ERIS
SUPER TERRAM
DIXITQUE CAIN AD DNM
MAIOR EST INIQUITAS MEA QUAM
UT UENIAM MEREAR
ECCE EICIS ME HODIE A FACIE TERRAE
ET A FACIE TUA ABSCONDAR
ET ERO UAGUS ET PROFUGUS
IN TERRA
OMNIS IGITUR QUI INUENERIT ME
OCCIDET ME
DIXITQUE EI DNS
NEQUAQUAM ITA FIET
SED OMNIS QUI OCCIDERIT CAIN
SEPTUPLUM PUNIETUR
POSUITQUE DNS CAIN SIGNUM UT NON
EUM INTERFICERET OMNIS
QUI INUENISSET EUM
EGRESSUSQUE CAIN A FACIE DNI HABI
TAUIT IN TERRA PROFUGUS AD ORIEN
TALEM PLAGAM EDEN
COGNOUIT AUTEM CAIN UXOREM SUAM
QUAE CONCEPIT ET PEPERIT ENOCH
ET AEDIFICAUIT CIUITATEM UOCAUITQ·
NOMEN EIUS EX NOMINE
FILII SUI ENOCH
PORRO ENOCH GENUIT IRAD
ET IRAD GENUIT MAUIAHEL
ET MAUIAHEL GENUIT MATUSAHEL
ET MATHUSAHEL GENUIT LAMECH
QUI ACCEPIT UXORES DUAS
NOMEN UNI ADA ET NOMEN ALTERI SELLA
GENUITQUE ADA IOBEL QUI FUIT PATER
HABITANTIUM IN TENTORIIS
ATQUE PASTORUM
ET NOMEN FRATRIS EIUS IUBAL IPSE FUIT
PATER CANENTIUM CITHARA
ET ORGANO
SELLA QUOQUE GENUIT THUBALCHAIN
QUI FUIT MALLEATOR ET FABER IN
CUNCTA OPERA AERIS ET FERRI
SOROR UERO THUBALCAIN NOEMMA
DIXITQUE LAMECH UXORIBUS SUIS
ADAE ET SELLAE

AUDITE UOCEM MEAM UXORES LAMECH
AUSCULTATE SERMONEM MEUM
QUONIAM OCCIDI UIRUM
IN UULNUS MEUM
ET ADULESCENTULUM IN LIUOREM MEUM
SEPTUPLUM ULTIO DABITUR DE CAIN
DE LAMECH UERO SEPTUAGIES SEPTIES
VII COGNOUIT QUOQUE ADHUC ADAM
UXOREM SUAM ET PEPERIT FILIUM
UOCAUITQUE NOMEN EIUS
SETH DICENS
POSUIT MIHI DS SEMEN ALIUD PRO ABEL
QUEM OCCIDIT CAIN
SED ET SETH NATUS EST FILIUS
QUEM UOCAUIT ENOS
ISTE COEPIT INUOCARE NOMEN DNI
V HIC EST LIBER GENERATIONIS ADAM
IN DIE CREAUIT QUA . DS HOMINEM
AD SIMILITUDINEM DI FECIT EUM
MASCULUM ET FEMINAM CREAUIT EOS
ET BENEDIXIT ILLIS ET UOCAUIT
NOMEN EORUM ADAM IN DIE
QUO CREATI SUNT
UIXIT AUTEM ADAM CXXX ANNIS
ET GENUIT AD SIMILITUDINEM
ET IMAGINEM SUAM
UOCAUITQUE NOMEN EIUS SETH
ET FACTI SUNT DIES ADAM POSTQUAM
GENUIT SETH OCTINGENTI ANNI
GENUITQUE FILIOS ET FILIAS
ET FACTUM EST OMNE TEMPUS
QUOD UIXIT ADAM ANNI DCCCC XXX
ET MORTUUS EST
UIXIT QUOQUE SETH CENTUM QUINQ
ANNOS ET GENUIT ENOS
UIXITQUE SETH POSTQUAM GENUIT
ENOS DCCC VII ANNIS
GENUITQUE FILIOS ET FILIAS
ET FACTI SUNT OMNES DIES SETH
NONGENTORUM DUODECIM
ANNORUM ET MORTUUS EST
UIXIT UERO ENOS NONAGINTA
ANNIS ET GENUIT CAINAN
POST CUIUS ORTUM UIXIT OCTINGENTIS
QUINDECIM ANNIS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
FACTIQUE SUNT OMNES DIES ENOS
NONGENTORUM QUINQUE
ANNORUM ET MORTUUS EST
UIXIT QUOQUE CAINAN SEPTUAGINTA
ANNIS ET GENUIT MALALEHEL
ET UIXIT CAINAN POSTQUAM GENUIT
MALALEHEL OCTINGENTOS
QUADRAGINTA ANNOS
GENUITQUE FILIOS ET FILIAS
ET FACTI SUNT OMNES DIES CAINAN
DCCCC X ANNI ET MORTUUS EST
UIXIT AUTEM MALALEHEL SEXAGINTA
QUINQUE ANNOS ET GENUIT IARETH
ET UIXIT MALALEHEL POSTQUAM
GENUIT IARETH OCTINGENTIS
TRIGINTA ANNIS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
ET FACTI SUNT OMNES DIES MALA
LEHEL DCCC XCV ANNI
ET MORTUUS EST
UIXITQUE IARETH CENTUM SEXAGINTA
DUOBUS ANNIS ET GENUIT ENOCH
ET UIXIT IARETH POSTQUAM GENUIT
ENOCH OCTINGENTOS ANNOS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
ET FACTI SUNT OMNES DIES IARETH
NONGENTI SEXAGINTA DUO ANNI
ET MORTUUS EST
PORRO ENOCH UIXIT SEXAGINTA
QUINQUE ANNIS ET GENUIT
MATHUSALAM
ET AMBULAUIT ENOCH CUM DO
POSTQUAM GENUIT MATHUSALAM
TRECENTIS ANNIS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
ET FACTI SUNT OMNES DIES ENOCH
TRECENTI SEXAGINTA QUINQ ANNI
AMBULAUITQUE CUM DO ET NON
APPARUIT QUIA TULIT EUM DS
UIXIT QUOQUE MATHUSALAM
CENTUM OCTOGINTA SEPTEM
ANNOS ET GENUIT LAMECH

ET UIXIT MATHUSALAM POSTQUAM
GENUIT LAMECH SEPTINGENTOS
OCTOGINTA DUO ANNOS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
ET FACTI SUNT OMNES DIES MATHU
SALAE NONGENTI SEXAGINTA
NOUEM ANNI ET MORTUUS EST
UIXIT AUTEM LAMECH CENTUM
OCTOGINTA DUOBUS ANNIS
ET GENUIT FILIUM UOCAUITQUE
NOMEN EIUS NOE DICENS
ISTE CONSOLABITUR NOS AB OPERIB·
ET LABORIB· MANUUM NOSTRARUM
IN TERRA CUI MALEDIXIT DNS
UIXITQUE LAMECH POSTQUAM
GENUIT NOE QUINGENTOS
NONAGINTA QUINQUE ANNOS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
ET FACTI SUNT OMNES DIES LAMECH
SEPTINGENTI SEPTUAGINTA
SEPTEM ANNI ET MORTUUS EST
NOE UERO CUM QUINGENTORUM
ESSET ANNORUM GENUIT
SEM ET HAM ET IAFETH
VI CUMQUE COEPISSENT HOMINES
MULTIPLICARI SUPER TERRAM
ET FILIAS PROCREASSENT
UIDENTES FILII DI FILIAS HOMINUM
QUOD ESSENT PULCHRAE
ACCEPERUNT UXORES SIBI EX OMNIB·
QUAS ELEGERANT
DIXITQUE DS NON PERMANEBIT
SPS MEUS IN HOMINE IN AETERNUM
QUIA CARO EST
ERUNTQUE DIES ILLIUS CENTUM
UIGINTI ANNORUM
GIGANTES AUTEM ERANT SUPER
TERRAM IN DIEBUS ILLIS
POSTQUAM ENIM INGRESSI SUNT
FILII DI AD FILIAS HOMINUM
ILLAEQUE GENUERUNT
ISTI SUNT POTENTES A SECLO
UIRI FAMOSI
UIDENS AUTEM DS QUOD MULTA
MALITIA HOMINUM ESSET IN TERRA
ET CUNCTA COGITATIO CORDIS IN
TENTA ESSET AD MALUM
OMNI TEMPORE
PAENITUIT EUM QUOD HOMINEM
FECISSET IN TERRA
ET TACTUS DOLORE CORDIS
INTRINSECUS
DELEBO INQUIT HOMINEM QUEM
CREAUI A FACIE TERRAE
AB HOMINE USQUE AD ANIMANTIA
A REPTILI USQUE AD UOLUCRES CAELI
PAENITET ENIM ME FECISSE EOS
VII NOE UERO INUENIT GRATIAM
CORAM DNO
HAE SUNT GENERATIONES NOE
NOE UIR IUSTUS ATQUE PERFECTUS
FUIT IN GENERATIONIBUS SUIS
CUM DO AMBULAUIT
ET GENUIT TRES FILIOS
SEM HAM IAFETH
CORRUPTA EST AUTEM TERRA CORAM
DO ET REPLETA EST INIQUITATE
CUMQUE UIDISSET DS TERRAM
ESSE CORRUPTAM
OMNIS QUIPPE CARO CORRUPERAT
UIAM SUAM SUPER TERRAM
DIXIT AD NOE FINIS UNIUERSAE
CARNIS UENIT CORAM ME
REPLETA EST TERRA INIQUITATE
A FACIE EORUM
ET EGO DISPERDAM EOS CUM TERRA
FAC TIBI ARCAM DE LIGNIS LEUIGATIS
MANSIUNCULAS IN ARCA FACIES
ET UITUMINE LINIES INTRINSECUS
ET EXTRINSECUS, ET SIC FACIES EAM
TRECENTORUM CUBITORUM ERIT
LONGITUDO ARCAE
QUINQUAGINTA CUBITORUM LATITUDO
ET TRIGINTA CUBITORUM
ALTITUDO ILLIUS
FENESTRAM IN ARCA FACIES, ET IN CUBITO
CONSUMMABIS SUMMITATEM
OSTIUM AUTEM ARCAE PONES

EX LATERE DEORSUM
CENACULA ET TRISTEGA FACIES IN EA
ECCE EGO ADDUCAM DILUUII
AQUAS SUPER TERRAM
UT INTERFICIAM OMNEM CARNEM
IN QUA SPS UITAE EST SUBTER CAELUM
UNIUERSA QUAE IN TERRA SUNT
CONSUMENTUR
PONAMQUE FOEDUS MEUM TECUM
ET INGREDIERIS ARCAM TU ET FILII TUI
UXOR TUA ET UXORES FILIORUM
TUORUM TECUM
ET EX CUNCTIS ANIMANTIBUS
UNIUERSAE CARNIS
BINA INDUCES IN ARCAM
UT UIUANT TECUM
MASCULINI SEXUS ET FEMININI
DE UOLUCRIBUS IUXTA GENUS SUUM
ET DE IUMENTIS IN GENERE SUO
ET EX OMNI REPTILI TERRAE
SECUNDUM GENUS SUUM
BINA DE OMNIBUS INGREDIENTUR
TECUM UT POSSINT UIUERE
TOLLES IGITUR TECUM EX OMNIBUS
ESCIS QUAE MANDUCARI POSSUNT
ET CONPORTABIS APUT TE
ET ERUNT TAM TIBI QUAM ILLIS
IN CIBUM
FECIT ERGO NOE OMNIA QUAE
PRAECEPERAT ILLI DNS
VII DIXITQUE DNS AD EUM
INGREDERE TU ET OMNIS
DOMUS TUA ARCAM
TE ENIM UIDI IUSTUM CORAM ME
IN GENERATIONE HAC
EX OMNIBUS ANIMANTIBUS MUNDIS
TOLLE SEPTENA SEPTENA
MASCULUM ET FEMINAM
DE ANIMANTIBUS UERO NON MUNDIS
DUO DUO MASCULUM ET FEMINAM
SED ET DE UOLATILIBUS CAELI SEPTENA
SEPTENA MASCULUM ET FEMINAM
UT SALUETUR SEMEN SUPER FACIEM
UNIUERSAE TERRAE

ADHUC ENIM ET POST DIES SEPTEM
EGO PLUAM SUPER TERRAM
QUADRAGINTA DIEBUS ET QUADRA
GINTA NOCTIBUS
ET DELEBO OMNEM SUBSTANTIAM
QUAM FECI DE SUPER
FICIE TERRAE
FECIT ERGO NOE OMNIA QUAE
PRAECEPERAT DNS ILLI
ERATQUE SESCENTORUM ANNORUM
QUANDO DILUUII AQUAE INUNDA
UERUNT SUPER TERRAM
ET INGRESSUS EST NOE ET FILII EIUS
UXOR EIUS ET UXORES FILIORUM
ILLIUS CUM EO IN ARCAM
PROPTER AQUAS DILUUII
DE ANIMANTIB· QUOQUE
MUNDIS ET INMUNDIS
ET DE UOLUCRIBUS ET EX OMNI
QUOD MOUETUR SUPER TERRAM
DUO ET DUO INGRESSA SUNT AD NOE
IN ARCAM MASCULUS ET FEMINA
SICUT PRAECEPERAT DNS NOE
CUMQUE TRANSISSENT SEPTEM DIES
AQUAE DILUUII INUNDAUERUNT
TERRAM
ANNO SESCENTESIMO UITAE NOE
MENSE SECUNDO SEPTIMO
DECIMO DIE MENSIS
RUPTI SUNT OMNES FONTES
ABYSSI MAGNAE
ET CATARACTAE CAELI APERTAE SUNT
ET FACTA EST PLUUIA SUPER TERRAM
QUADRAGINTA DIEB· ET QUADRA
GINTA NOCTIBUS
IN ARTICULO DIEI ILLIUS INGRESSUS EST
NOE ET SEM ET HAM ET IAFETH
FILII EIUS
UXOR ILLIUS ET TRES UXORES FILIO
RUM EIUS CUM EIS IN ARCAM
IPSI ET OMNE ANIMAL SECUNDUM
GENUS SUUM
UNIUERSAQ· IUMENTA IN GENUS SUU̅
ET OMNE QUOD MOUETUR SUPER

TERRAM INGENERE SUO
CUNCTUMQUE UOLATILE
SECUNDUM GENUS SUUM
UNIUERSAE AUES OMNESQUE
UOLUCRES INGRESSAE SUNT
AD NOE IN ARCAM BIN. ET BINA
EX OMNI CARNE IN QUA ERAT
SPS UITAE
ET QUAE INGRESSA SUNT MASCULUS
ET FEMINA EX OMNI CARNE
INTROIERUNT
SICUT PRAECEPERAT EI DS
ET INCLUSIT EUM DNS DEFORIS
FACTUMQUE EST DILUUIUM QUADRA
GINTA DIEBUS SUPER TERRAM
ET MULTIPLICATAE SUNT AQUAE
ET ELEUAUERUNT ARCAM
IN SUBLIME A TERRA
UEHEMENTER INUNDAUERUNT
ET OMNIA REPLEUERUNT
IN SUPERFICIE TERRAE
PORRO ARCA FEREBATUR SUPER AQUAS
ET AQUAE PRAEUALUERUNT NIMIS
SUPER TERRAM
OPERTIQUE SUNT OMNES MONTES
EXCELSI SUB UNIUERSO CAELO
QUINDECIM CUBITIS ALTIOR FUIT AQUA
SUPER MONTES QUOS OPERUERAT
CONSUMPTAQUE EST OMNIS CARO
QUAE MOUEBATUR SUPER TERRAM
UOLUCRUM ANIMANTIUM BESTIARUM
OM-NIUMQUE REPTILIUM QUAE
REPTANT SUPER TERRAM
UNIUERSI HOMINES ET CUNCTA IN
QUIBUS SPIRACULUM UITAE EST
IN TERRA MORTUA SUNT
ET DELEBIT OMNEM SUBSTANTIAM
QUAE ERAT SUPER TERRAM
AB HOMINE USQUE AD PECUS
TAM REPTILE QUAM UOLUCRES CAELI
ET DELETA SUNT DE TERRA
REMANSIT AUTEM SOLUS NOE
ET QUI CUM EO ERANT IN ARCA
OPTINUERUNTQUE AQUAE TERRAS
CENTUM QUINQUAGINTA DIEBUS
VIII RECORDATUS EST AUTEM DS NOE
CUNCTORUMQ. ANIMANTIUM
ET OMNIUM IUMENTORUM
QUAE ERANT CUM EO IN ARCA
ADDUXIT SPM SUPER TERRAM
ET INMINUTAE SUNT AQUAE
ET CLAUSI SUNT FONTES ABYSSI
ET CATARACTAE CAELI
ET PRO-HIBITAE SUNT PLUUIAE
DE CAELO
REUERSAEQUE AQUAE DE TERRA
EUNTES ET REDEUNTES
ET COEPERUNT MINUI POST
CENTUM QUINQUAGINTA DIES
REQUIEUITQ. ARCA MENSE
SEPTIMO UICESIMA SEPTIMA DIE
MENSIS SUPER MONTES ARMENIAE
AT UERO AQUAE IBANT ET DECRESCE
BANT USQ. AD DECIMUM MENSEM
DECIMO ENIM MENSE PRIMA DIE
MENSIS APPARUERUNT
CACUMINA MONTIUM
CUMQUE TRANSISSENT
QUADRAGINTA DIES
APERIENS NOE FENESTRAM ARCAE
QUAM FECERAT DIMISIT CORBUM
QUI EGREDIEBATUR ET REUERTE
BATUR DONEC SICCARENTUR
AQUAE SUPER TERRAM
EMISIT QUOQ. COLUMBAM POST EUM
UT UIDERET SI IAM CESSASSENT
AQUAE SUPER FACIEM TERRAE
QUAE CUM NON INUENISSET UBI
REQUIESCERET PES EIUS REUERSA
EST AD EUM IN ARCAM
AQUAE ENIM ERANT SUPER
UNIUERSAM TERRAM
EXTENDITQUE MANUM ET ADPRAE
HENSAM INTULIT IN ARCAM
EXPECTATIS AUTEM ULTRA SEPTEM
DIEBUS ALIIS RURSUM DIMISIT
COLUMBAM EX ARCA
AT ILLA UENIT AD EUM AD UESPERAM

PORTANS RAMUM OLIBAE UIRENTIB·
FOLIIS IN ORE SUO
INTELLEXIT IGITUR NOE QUOD CESSAS
SENT AQUAE SUPER TERRAM
EXPECTAUITQUE NIHILOMINUS
SEPTEM ALIOS DIES ET REMISIT
COLUMBAM
QUAE NON EST REUERSA ULTRA AD EUM
IGITUR SESCENTESIMO PRIMO
ANNO PRIMO MENSE
PRIMA DIE MENSIS
INMINUTAE SUNT AQUAE
SUPER TERRAM
ET APERIENS NOE TECTUM ARCAE
ASPEXIT UIDITQ· QUOD EXSICCATA
ESSET SUPERFICIES TERRAE
MENSE SECUNDO SEPTIMA ET UICE
SIMA DIE MENSIS AREFACTA EST TERRA
LOCUTUS EST AUTEM DS
AD NOE DICENS
EGREDERE DE ARCA TU ET UXOR TUA
FILII TUI ET UXORES FILIORUM
TUORUM TECUM
CUNCTA ANIMANTIA QUAE SUNT
APUT TE EX OMNI CARNE
TAM IN UOLATILIB· QUAM IN BESTIIS
ET IN UNIUERSIS REPTILIBUS QUAE
REPTANT SUPER TERRAM
EDUC TECUM ET INGREDIMINI
SUPER TERRAM
CRESCITE ET MULTIPLICAMINI
SUPER EAM
EGRESSUS EST ERGO NOE ET FILII EIUS
UXOR ILLIUS ET UXORES FILIORUM
EIUS CUM EO
SED ET OMNIA ANIMANTIA IUMENTA
ET REPTILIA QUAE REPUNT
SUPER TERRAM
SECUNDUM GENUS SUUM
ARCAM EGRESSA SUNT
AEDIFICAUIT AUTEM NOE ALTARE DNO
ET TOLLENS DE CUNCTIS PECORIB·
ET UOLUCRIB· MUNDIS OBTULIT
HOLOCAUSTA SUPER ALTARE

ODORATUSQUE EST DNS ODOREM
SUAUITATIS ET AIT AD EUM
NEQUAQUAM ULTRA MALEDICAM
TERRAE PROPTER HOMINES
SENSUS ENIM ET COGITATIO HUMANI
CORDIS IN MALUM PRONA SUNT
AB ADULESCENTIA SUA
NON IGITUR ULTRA PERCUTIAM
OMNEM ANIMANTEM SICUT FECI
CUNCTIS DIEBUS TERRAE SEMENTIS
ET MESSIS FRIGUS ET AESTUS
AESTAS ET HIEMPS NOX ET DIES
NON REQUIESCENT
IX BENEDIXITQUE DS NOE ET FILIIS EIUS
ET DIXIT AD EOS
CRESCITE ET MULTIPLICAMINI
ET INPLETE TERRAM
ET TERROR UESTER AC TREMOR SIT
SUPER CUNCTA ANIMALIA TERRAE
ET SUPER OMNES UOLUCRES CAELI
CUM UNIUERSIS QUAE MOUENTUR
SUPER TERRAM
OMNES PISCES MARIS MANUI
UESTRAE TRADITI SUNT
ET OMNE QUOD MOUETUR ET UIUET
ERIT UOBIS IN CIBUM
QUASI HOLERA UIRENTIA TRADIDI
UOBIS OMNIA
EXCEPTO QUOD CARNEM CUM SAN
GUINE NON COMEDETIS
SANGUINEM ENIM ANIMARUM
UESTRARUM REQUIRAM
DE MANU CUNCTARUM BESTIARUM
ET DE MANU HOMINIS
DE MANU UIRI ET FRATRIS EIUS REQUI
RAM ANIMAM HOMINIS
QUICUMQUE EFFUDERIT HUMANU
SANGUINEM FUNDETUR
SANGUIS ILLIUS
AD IMAGINEM QUIPPE DI
FACTUS EST HOMO
UOS AUTEM CRESCITE ET MULTI
PLICAMINI ET INGREDIMINI SUPER
TERRAM ET IMPLETE EAM

haec quoque dixit ds̄ ad noe
et ad filios eius cum eo
ecce ego statuam pactum meum
uobiscum et cum semine
uestro post uos
et ad omnem animam uiuentem
quae est uobiscum
tam in uolucribus quam in iumentis
et pecudibus terrae
cunctis quae egressa sunt de arca
et uniuersis bestiis terrae
statuam pactum meum uobiscum
et nequaquam ultra interficietur
omnis caro aquis diluuii neque
erit deinceps diluuium
dissipans terram
X Dixitque ds̄ . hoc signum foe
deris quod do inter me et uos
et ad omnem animam uiuentem
quae est uobiscum in genera
tiones sempiternas
arcum meum ponam in nubibus
et erit signum foederis inter me
et inter terram
cumque obduxero nubib· caelū
apparebit arcus meus in nubibus
et recordabor foederis mei
uobiscum
et cum omni anima uiuente
quae carnem uegetat
et non erunt ultra aquae diluuii
ad delendam uniuersam carnem
eritque arcus in nubib· et uidebo
illud et recordabor foederis
sempiterni
quod pactum est inter dm̄ et in
ter omnem animam uiuentem
uniuersae carnis quae est
super terram
dixitque ds̄ noe
hoc erit signum foederis
quod constitui inter me
et inter omnem carnem
super terram

Erant igitur filii noe qui egressi
sunt de arca sem cham iafeth
porro cham ipse est
pater chanaan
tres isti sunt filii noe, et ab his
disseminatum est hominum
genus super uniuersam terram
coepitque noe uir agricola
exercere terram
et plantauit uineam bibensque
uinum inebriatus est et nudatus
in tabernaculo suo
quod cum uidisset cham
pater chanaam
uerenda scilicet patris sui
esse nudata
nuntiauit duobus fratribus
suis foras
at uero sem et iafeth pallium
inposuerunt umeris suis
et incedentes retrorsum operu
erunt uerecunda patris sui
faciesque eorum auersae erant
et patris uirilia non uiderunt
euigilans autem noe ex uino
cum didicisset quae fecerat ei
filius suus minor ait
maledictus chanaan
seruus seruorum erit
fratribus suis . dixitque
benedictus dn̄s ds̄ sem
sit chanaan seruus eius
dilatet ds̄ iafeth et habitet
in tabernaculis sem
sitque chanaan seruus eius
uixit autem noe post diluuium
trecentis quinquaginta annis
et inpleti sunt omnes dies eius
nongentorum quinquaginta
annorum et mortuus est
Haec generationes filiorum noe
sem cham iafeth
natique sunt eis filii
post diluuium

FILII IAFETH GOMAER ET MAGOG
ET MADAI
IABAN ET THUBAL ET MOSOCH
ET THIRAS
PORRO FILII GOMER ASCENEZ
ET RIFATH ET THOGORMA
FILII AUTEM IABAN ELISA ET THARSIS
CETTHIM ET DODANIM
AB HIS DIUISAE SUNT INSULAE GENTIU̅
IN REGIONIB· SUIS
UNUSQUISQ· SECUNDUM LINGUAM
ET FAMILIAS IN NATIONIBUS SUIS
FILII AUTEM CHAM CHUS ET MES
RAIM ET FUT ET CHANAAN
FILII CHUS SABA ET HEUILA ET SABA
THA ET REGMA ET SABATACHA
FILII REGMA SABA ET DADAN
PORRO CHUS GENUIT NEMROD
IPSE COEPIT ESSE POTENS IN TERRA
ET ERAT ROBUSTUS UENATOR
CORAM D̅N̅O
AB HOC EXIUIT PROUERBIUM
QUASI NEMROD ROBUSTUS
UENATOR CORAM D̅N̅O
FUIT AUTEM PRINCIPIUM REGNI EIUS
BABYLON ET ARACH ET ACHAD
ET CALANNAE IN TERRA SENNAAR
DE TERRA ILLA EGRESSUS EST ASSUR
ET AEDIFICAUIT NINEUEN ET PLATEAS
CIUITATIS ET CALAE
RESEN QUOQUE INTER NINEUEN
ET CALE HAEC EST CIUITAS MAGNA
AT UERO MESRAIM GENUIT LUDIM
ET ANAMIM ET LAABIM
NEPTHUIM ET FETHRUSIM
ET CESLUIM
DE QUIB· EGRESSI SUNT PHILISTHIM
ET CAPTHURIM
CANAAN AUTEM GENUIT SIDONEM
PRIMOGENITUM SUUM
ET THEUM ET IEBUSEUM
ET AMORREUM GERGESSEUM
EUAEUM ET ARACEUM
SINAEUM ET ARADIUM SAMARITEN
ET AMATHEUM
ET POST HAEC DISSEMINATI SUNT
POPULI CHANANEORUM
FACTIQUE SUNT TERMINI CHANAAN
UENIENTIBUS A SIDONE GERARAM
USQUE GAZAM
DONEC INGREDIARIS SODOMAM
ET GOMORRAM ET ADAMA
ET SEBOIM USQUE LESA
HII FILII CHAM IN COGNATIONIBUS
ET LINGUIS ET GENERATIONIBUS
TERRISQUE ET GENTIB· SUIS
DE SEM QUOQUE NATI SUNT PATRE
OMNIUM FILIORUM EBER FRATRE
IAFETH MAIORE
FILII SEM AELAM ET ASSUR ET ARFAXAD
ET LUD ET ARAM
FILII ARAM US ET HUL ET GETHER
ET MES
AT UERO ARFAXAD GENUIT SALA
DE QUO ORTUS EST EBER
NATIQUE SUNT EBER FILII DUO
NOMEN UNIUS FALEG EO QUOD IN
DIEBUS EIUS DIUISA SIT TERRA
ET NOMEN FRATRIS EIUS IECTAN
QUI IECTAN GENUIT HELMODAD
ET SALEPH ET ASARMOTH
IARE ET ADURAM ET UZAL
DECLA ET EBAL ET ABIMAHEL
SABA ET OPHIR ET EUILA ET IOBAB
OMNES ISTI FILII IECTAN
ET FACTA EST HABITATIO EORUM
DE MESSA PERGENTIB· USQUE
SEPHAR MONTEM ORIENTALEM
ISTI FILII SEM SECUNDUM COGNA
TIONES ET LINGUAS ET REGIONES
IN GENTIBUS SUIS
HAE FAMILIAE NOE IUXTA POPULOS
ET NATIONES SUAS
AB HIS DIUISAE SUNT GENTES
IN TERRA POST DILUUIUM
XI ERAT AUTEM TERRA LABII UNIUS
XI ET SERMONUM EORUNDEM
CUMQ· PROFICISCERENTUR DE ORIENTE

INUENERUNT CAMPUM IN TERRA
SENNAAR ET HABITAUERUNT IN EO
DIXITQUE ALTER AD PROXIMUM SUUM
UENITE FACIAMUS LATERES
ET COQUAMUS EOS IGNI
HABUERUNTQ· LATERES PRO SAXIS
ET BITUMEN PRO CAEMENTO
ET DIXERUNT UENITE FACIAMUS
NOBIS CIUITATEM ET TURREM CUIUS
CULMEN PERTINGAT AD CAELUM
ET CELEBREMUS NOMEN NOSTRUM
ANTEQUAM DIUIDAMUR
IN UNIUERSAS TERRAS
DESCENDIT AUTEM DNS UT UIDERET
CIUITATEM ET TURREM QUAM
AEDIFICABANT FILII ADAM ET DIXIT
ECCE UNUS EST POPULUS ET UNUM
LABIUM OMNIBUS
COEPERUNTQ· HOC FACERE NEC
DESISTENT A COGITATIONIBUS SUIS
DONEC EAS OPERE COMPLEANT
UENITE ERGO DESCENDAMUS
ET CONFUNDAMUS IBI
LINGUAS EORUM
UT NON AUDIAT UNUSQUISQUE
UOCEM PROXIMI SUI
ATQUE ITA DIUISIT EOS DNS EX ILLO
LOCO IN UNIUERSAS TERRAS
ET CESSAUERUNT AEDIFICARE
CIUITATEM
ET IDCIRCO UOCATUM EST
NOMEN EIUS BABEL
QUIA IBI CONFUSUM EST LABIUM
UNIUERSAE TERRAE
ET INDE DISPERSIT EOS DNS SUPER
FACIEM CUNCTARUM REGIONUM
HAE GENERATIONES SEM
SEM CENTUM ERAT ANNORUM
QUANDO GENUIT ARFAXAD
BIENNIO POST DILUUIUM
UIXITQUE SEM POSTQUAM GENUIT
ARFAXAD QUINGENTOS ANNOS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
PORRO ARFAXAD UIXIT TRIGINTA
QUINQUE ANNOS ET GENUIT SALE
UIXITQUE ARFAXAD POSTQUAM
GENUIT SALE TRECENTIS
TRIBUS ANNIS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
SALE QUOQUE UIXIT TRIGINTA
ANNIS ET GENUIT EBER
UIXITQUE SALE POSTQUAM GENUIT
EBER QUADRINGENTIS TRIB· ANNIS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
UIXIT AUTEM EBER TRIGINTA QUAT
TUOR ANNIS ET GENUIT FALECH
ET UIXIT EBER POSTQUAM GENUIT
FALECH QUADRINGENTIS
TRIGINTA ANNIS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
UIXITQUE FALECH TRIGINTA ANNIS
ET GENUIT REU
UIXITQUE FALECH POSTQUAM
GENUIT REU DUCENTIS
NOUEM ANNIS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
UIXIT AUTEM REU TRIGINTA DUOBUS
ANNIS ET GENUIT SARUC
UIXITQUE REU POSTQUAM GENUIT
SARUC DUCENTIS SEPTEM ANNIS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
UIXIT UERO SARUC TRIGINTA ANNIS
ET GENUIT NAHOR
UIXITQUE SARUC POSTQUAM GENUIT
NAHOR DUCENTIS ANNIS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
UIXIT AUTEM NAHOR UIGINTI NOUEM
ANNIS ET GENUIT THARAE
UIXITQUE NAHOR POSTQUAM GENUIT
THARE CENTUM DECEM
ET NOUEM ANNOS
ET GENUIT FILIOS ET FILIAS
UIXITQUE THARE SEPTUAGINTA ANNIS
ET GENUIT ABRAM ET NAHOR
ET ARAM
HAE SUNT AUTEM GENERATIONES
THARAE
THARAE GENUIT ABRAM ET NAHOR

ET ARAM
PORRO ARAN GENUIT LOTH
MORTUUSQUE EST ARAN ANTE
THARAE PATREM SUUM
IN TERRA NATIUITATIS SUAE
IN UR CHALDAEORUM
DUXERUNT AUTEM ABRAM
ET NAHOR UXORES
NOMEN AUTEM UXORIS
ABRAM SARAI
ET NOMEN UXORIS NAHOR MELCHA
FILIAE ARAN PATRIS MELCHAE
ET PATRIS IESCHAE
ERAT AUTEM SARAI STERELIS
NEC HABEBAT LIBEROS
TULIT ITAQ· THARAE ABRAM FILIUM
SUUM ET LOTH FILIUM ARAN
FILIUM FILII SUI
ET SARAI NURUM SUAM UXOREM
ABRAM FILII SUI
ET EDUXIT EOS DE UR CHALDAEORŪ
UT IRENT IN TERRAM CHANAAN
UENERUNTQUE USQUE HARAN
ET HABITAUERUNT IBI
ET FACTI SUNT DIES THARAE DUCEN
TORUM QUINQUE ANNORUM
ET MORTUUS EST IN HARAN
XII DIXIT AUTEM DN̄S AD ABRAM
EGREDERE DE TERRA TUA ET DE
COGNATIONE TUA ET DE DOMO
PATRIS TUI
IN TERRAM QUAM MONSTRABO TIBI
FACIAMQUE TE IN GENTEM MAGNAM
ET BENEDICAM TIBI ET MAGNIFICABO
NOMEN TUUM ERISQ· BENEDICTUS
BENEDICAM BENEDICENTIB· TIBI
ET MALEDICAM MALEDICENTIB· TIBI
ATQUE IN TE BENEDICENTUR UNIUER
SAE COGNATIONES TERRAE
EGRESSUS EST ITAQ· ABRAM SICUT
PRAECEPERAT EI DN̄S ET IBIT
CUM EO LOTH
SEPTUAGINTA QUINQUE ANNORUM
ERAT ABRAM CUM EGREDERETUR
DE HARAN
TULITQUE SARAI UXOREM SUAM
ET LOTH FILIUM FRATRIS SUI
UNIUERSAMQ· SUBSTANTIAM
QUAM POSSEDERANT
ET ANIMAS QUAS FECERANT IN HARAM
ET EGRESSI SUNT UT IRENT
IN TERRAM CHANAAN
CUMQUE UENISSENT IN EAM
PERTRANSIUIT ABRAM TERRAM
USQUE AD LOCUM SYCHEM USQUE
AD CONUALLEM INLUSTREM
CHANANEUS AUTEM TUNC ERAT
IN TERRA
APPARUITQUE DN̄S ABRAM ET DIXIT EI
SEMINI TUO DABO TERRAM HANC
QUI AEDIFICAUIT IBI ALTARE DN̄O
QUI APPARUERAT EI
ET INDE TRANSGREDIENS AD MONTEM
QUI ERAT CONTRA ORIENTEM
BETHEL TETENDIT IBI TABER
NACULUM SUUM
AB OCCIDENTE HABENS BETHEL
ET AB ORIENTE AI
AEDIFICAUIT QUOQUE IBI ALTARE DN̄O
ET INUOCAUIT NOMEN EIUS
PERREXITQUE ABRAM UADENS ET
ULTRA PROGREDIENS AD MERIDIĒ
XIII FACTA EST AUTEM FAMES IN TERRA
DESCENDITQ· ABRAM IN AEGYPTUM
UT PEREGRINARETUR IBI
PRAEUALUERAT ENIM FAMES IN TERRA
CUMQUE PROPE ESSET UT INGRE
DERETUR AEGYPTUM
DIXIT SARAI UXORI SUAE
NOUI QUOD PULCHRA SIS MULIER
ET QUOD CUM UIDERINT TE AEGYPTII
DICTURI SUNT UXOR IPSIUS EST
ET INTERFICIENT ME ET TE
RESERUABUNT
DIC ERGO OBSECRO TE QUOD
SOROR MEA SIS
UT BENE SIT MIHI PROPTER TE
ET UIUAT ANIMA MEA OB GRATIĀ TUI

CUM ITAQUE INGRESSUS ESSET
ABRAM AEGYPTUM
UIDERUNT AEGYPTII MULIEREM
QUOD ESSET PULCHRA NIMIS
ET NUNTIAUERUNT PRINCIPES
PHARAONI ET LAUDAUERUNT
EAM APUT ILLUM
ET SUBLATA EST MULIER
IN DOMUM PHARAONIS
ABRAM UERO BENE USI SUNT
PROPTER ILLAM
FUERUNTQUE EI OUES ET BOUES
ET ASINI ET SERUI ET FAMULAE
ET ASINAE ET CAMELI
FLAGELLAUIT AUTEM DNS PHARA
ONEM PLAGIS MAXIMIS
ET DOMUM EIUS
PROPTER SARAI UXOREM ABRAM
UOCAUITQUE PHARAO ABRAM
ET DIXIT EI
QUIDNAM EST QUOD FECISTI MIHI
QUARE NON INDICASTI QUOD
UXOR TUA ESSET
QUAM OB CAUSAM DIXISTI ESSE
SOROREM TUAM UT TOLLEREM
EAM MIHI IN UXOREM
NUNC IGITUR ECCE CONIUX TUA
ACCIPE EAM ET UADE
PRAECEPITQUE PHARAO
SUPER ABRAM UIRIS
ET DEDUXERUNT EUM ET UXOREM
ILLIUS ET OMNIA QUAE HABEBAT
XIII ASCENDIT ERGO ABRAM DE AEGYPTO
IPSE ET UXOR EIUS ET OMNIA
QUAE HABEBAT
ET LOTH CUM EO AD AUSTRALEM
PLAGAM
ERAT AUTEM DIUES UALDE IN POS
SESSIONE ARGENTI ET AURI
REUERSUSQUE EST PER ITER
QUO UENERAT A MERIDIE IN BETHEL
USQUE AD LOCUM UBI PRIUS FIXERAT
TABERNACULUM INTER
BETHEL ET AI
IN LOCO ALTARIS QUOD FECERAT PRIUS
ET INUOCAUIT IBI NOMEN DNI
SED ET LOTH QUI ERAT CUM ABRAM
FUERUNT GREGES OUIUM ET ARMEN
TA ET TABERNACULA
NEC POTERAT EOS CAPERE TERRA
UT HABITARENT SIMUL
ERAT QUIPPE SUBSTANTIA
EORUM MULTA
ET NON QUIBANT HABITARE
COMMUNITER
UNDE ET FACTA EST RIXA INTER
PASTORES GREGUM ABRAM
ET LOTH
EO AUTEM TEMPORE CHANANEUS
ET FEREZEUS HABITABANT
IN TERRA ILLA
DIXIT ERGO ABRAM AD LOTH NE QUAE
SO SIT IURGIUM INTER ME ET TE
ET INTER PASTORES MEOS
ET PASTORES TUOS
FRATRES ENIM SUMUS
ECCE UNIUERSA TERRA
CORAM TE EST
RECEDE A ME OBSECRO
SI AD SINISTRAM IERIS EGO
AD DEXTERAM TENEBO
SI TU DEXTERAM ELEGERIS
EGO AD SINISTRAM PERGAM
ELEUATIS ITAQUE LOTH OCULIS
UIDIT OMNEM CIRCA REGIONEM
IORDANIS QUAE UNIUERSA
INRIGABATUR
ANTEQUAM SUBUERTERET DNS
SODOMAM ET GOMORRAM
SICUT PARADISUS DNI ET SICUT
AEGYPTUS UENIENTIB· IN SEGOR
ELEGITQUE SIBI LOTH REGIONEM
CIRCA IORDANEM ET RECESSIT
AB ORIENTE
DIUISIQUE SUNT ALTERUTRUM
A FRATRE SUO
ABRAM HABITAUIT IN TERRA CHANAAN
LOTH MORATUS EST IN OPPIDIS

QUAE ERANT CIRCAIORDANEM
ETHABITAUIT INSODOMIS
HOMINES AUTEM SODOMITAE
PESSIMI ERANT ETPECCATORES
CORAM DNO NIMIS
DIXITQUE DNS ADABRAM POSTQUAM
DIUISUS EST LOTH ABEO
LEUA OCULOS TUOS ETUIDE
ALOCO INQUONUNC ES
ADAQUILONEM ETADMERIDIEM
ADORIENTEM ETADOCCIDENTEM
OMNEM TERRAM QUAM CONSPICIS
TIBI DABO ETSEMINITUO
USQUE INSEMPITERNUM
FACIAMQUE SEMENTUUM
SICUT PULUEREM TERRAE
SIQUIS POTEST HOMINUM
NUMERARE PULUEREM
SEMENQUOQUE TUUM
NUMERARE POTERIT
SURGE ETPERAMBULA TERRAM
INLONGITUDINE ETINLATITUDINE
SUA QUIATIBI DATURUS SUM EAM
XIIII MOUENS IGITUR ABRAM
TABERNACULUM SUUM
UENIT ETHABITAUIT IUXTA CONUAL
LEM MAMBRE QUODEST
INEBRON
AEDIFICAUITQUE IBI ALTARE DNO
XIIII FACTUMESTAUTEM INILLO TEM
PORE UT AMRAFEL REX SENNAAR
ETARIOCH REX PONTI
ETCODORLAHOMOR REX ELAMITARU
ETTHADAR REX GENTIUM
INIRENT BELLUM CONTRABARA
REGEM SODOMORUM
ETCONTRA BERSA REGEM GOMORRAE
ETCONTRA SENNAAB REGEM ADAMAE
ETCONTRA SEMEBER REGEM SEBOI
CONTRAQUE REGEM BALAE
IPSA EST SEGOR
OMNES HII CONUENERUNT INUALLE
SILUESTREM QUAE NUNC EST
MARE SALIS

DUODECIM ENIM ANNIS SERUI
ERANT CODORLAHOMOR
ETTERTIODECIMO ANNO
RECESSERANT ABEO
IGITUR QUARTO DECIMO ANNO
UENIT CODORLAHOMOR
ETREGES QUI ERANT CUMEO
PERCUSSERUNTQUE RAFAIM
INASTAROTH CARNAIM
ETZUZIM CUMEIS
ETEMIM INSABE CARIATHAIM
ETCHORREOS INMONTIB SEIR
USQUE ADCAMPESTRIA PHARAN
QUAE EST INSOLITUDINE
REUERSIQUE SUNT ETUENERUNT
ADFONTEM MESFAT
IPSA EST CADES
ETPERCUSSERUNT OMNEM REGIO
NEM AMALECHITARUM
ETAMORRAEUM QUIHABITABAT
INASASONTHAMOR
ETEGRESSI SUNT REX SODOMORUM
ETREX GOMORRAE
REXQUE ADAMAE ETREX SEBOIM
NECNON ETREX BALAE
QUAE EST SEGOR
ETDIREXERUNT CONTRA EOS ACIEM
INUALLE SILUESTRI
SCILICET ADUERSUM CODORLA
HOMOR REGEM AELAMITARUM
ETTHADAR REGEM GENTIUM
ETAMRAFEL REGEM SENNAAR
ETARIOCH REGEM PONTI
QUATTUOR REGES ADUERSUS QUINQ
UALLIS AUTEM SILUESTRIS HABEBAT
PUTEOS MULTOS BITUMINIS
ITAQUE REX SODOMORUM ET
GOMORRAE TERGAUERTERUNT
CECIDERUNTQUE IBI
ETQUI REMANSERANT FUGERUNT
ADMONTEM
TULERUNT AUTEM OMNEM SUB
STANTIAM SODOMORUM
ETGOMORRAE

ET UNIUERSA QUAE AD CIBUM PER
TINENT ET ABIERUNT
NECNON ET LOTH ET SUBSTANTIAM EIUS
FILIUM FRATRIS ABRAM QUI HABI
TABAT IN SODOMIS
ET ECCE UNUS QUI EUASERAT NUNTI
AUIT ABRAM HEBRAEO
QUI HABITABAT IN CONUALLE
MAMBRE AMORRAEI
FRATRIS ESCHOL ET FRATRIS ANER
HI ENIM PEPIGERANT FOEDUS
CUM ABRAM
QUOD CUM AUDISSET ABRAM CAPTUM
UIDELICET LOTH FRATREM SUUM
NUMERAUIT EXPEDITOS UERNA
CULOS SUOS TRECENTOS
DECEM ET OCTO
ET PERSECUTUS EST EOS USQ. DAN
ET DIUISIS SOCIIS INRUIT
SUPER EOS NOCTE
PERCUSSITQUE EOS ET PERSECUTUS
EST USQUE OBAN QUAE EST
AD LEUAM DAMASCI
REDUXITQUE OMNEM SUBSTAN
TIAM ET LOTH FRATREM SUUM
CUM SUBSTANTIA ILLIUS
MULIERES QUOQ. ET POPULUM
EGRESSUS EST AUTEM REX SODO
MORUM IN OCCURSUM EIUS
POSTQUAM REUERSUS EST A CAEDE
CODORLAHOMOR ET REGUM
QUI CUM EO ERANT
IN UALLE SABE QUAE EST UALLIS REGIS
XV AT UERO MELCHISEDECH REX SALEM
PROFERENS PANEM ET UINUM
ERAT ENIM SACERDOS DI ALTISSIMI
BENEDIXIT EI ET AIT
BENEDICTUS ABRAM DO EXCELSO
QUI CREAUIT CAELUM ET TERRAM
ET BENEDICTUS DS EXCELSUS
QUO PROTEGENTE HOSTES
IN MANIBUS TUIS SUNT
ET DEDIT EI DECIMAS EX OMNIBUS
DIXIT AUTEM REX SODOMORUM
AD ABRAM
DA MIHI ANIMAS CETERA TOLLE TIBI
QUI RESPONDIT EI LEUO MANUM
MEAM AD DNM DM EXCELSUM
POSSESSOREM CAELI ET TERRAE
QUOD A FILO SUBTEMINIS USQ. AD
CORRIGIAM CALIGAE NON ACCIPIAM
EX OMNIB. QUAE TUA SUNT
NE DICAS EGO DITAUI ABRAM
EXCEPTIS HIS QUAE COMEDERUNT
IUUENES
ET PARTIB. UIRORUM QUI UENE
RUNT MECUM
ANER ESCHOL ET MAMRE
ISTI ACCIPIENT PARTES SUAS
XVI HIS ITAQ. TRANSACTIS
FACTUS EST SERMO DNI AD ABRAM
PER UISIONEM DICENS
NOLI TIMERE ABRAM
EGO PROTECTOR TUUS SUM ET MER
CES TUA MAGNA NIMIS
DIXITQ. ABRAM DNE DS
QUID DABIS MIHI
EGO UADAM ABSQUE LIBERIS
ET FILIUS PROCURATORIS DOMUS
MEAE ISTE DAMASCUS ELIEZER
ADDIDITQUE ABRAM
MIHI AUTEM NON DEDISTI SEMEN
ET ECCE UERNACULUS MEUS
HERES MEUS ERIT
STATIMQ. SERMO DNI FACTUS EST
AD EUM DICENS
NON ERIT HIC HERES TUUS SED QUI
EGREDIETUR DE UTERO TUO
IPSUM HABEBIS HEREDEM
EDUXITQUE EUM FORAS ET AIT ILLI
SUSPICE CAELUM ET NUMERA
STELLAS SI POTES
ET DIXIT EI SIC ERIT SEMEN TUUM
CREDIDIT DNO ET DEPUTATUM
EST EI AD IUSTITIAM
DIXITQUE AD EUM
EGO DNS QUI EDUXI TE DE UR
CHALDAEORUM

UT DAREM TIBI TERRAM ISTAM
ET POSSIDERES EAM
AT ILLE AIT DNE DS UNDE SCIRE
POSSUM QUOD POSSESSURUS
SIM EAM
RESPONDENS DNS
SUME INQUIT UACCAM TRIENNEM
ET CAPRAM TRIMAM ET ARIETEM
ANNORUM TRIUM
TURTUREM QUOQ· ET COLUMBAM
QUI TOLLENS UNIUERSA HAEC
DIUISIT PER MEDIUM
ET UTRASQUE PARTES CONTRA SE
ALTRINSECUS POSUIT AUES
AUTEM NON DIUISIT
DESCENDERUNTQUE UOLUCRES
SUPER CADAUERA ET ABIGEBAT
EAS ABRAM
CUMQUE SOL OCCUMBERET SOPOR
INRUIT SUPER ABRAM
ET HORROR MAGNUS ET TENEBRO
SUS INUASIT EUM
DICTUMQUE EST AD EUM
SCITO PRAENOSCENS QUOD PERE
GRINUM FUTURUM SIT SEMEN
TUUM IN TERRA NON SUA
ET SUBICIENT EOS SERUITUTI
ET ADFLIGENT QUADRINGENTIS ANNIS
UERUM TAMEN GENTEM CUI SERUI
TURI SUNT EGO IUDICABO
ET POST HAEC EGREDIENTUR
CUM MAGNA SUBSTANTIA
TU AUTEM IBIS AD PATRES TUOS
IN PACE SEPULTUS IN SENEC
TUTE BONA
GENERATIONE AUTEM QUARTA
REUERTENTUR HUC
NECDUM ENIM CONPLETAE SUNT
INIQUITATES AMORRAEORUM
USQ· AD PRAESENS TEMPUS
CUM ERGO OCCUBUISSET SOL FACTA
EST CALIGO TENEBROSA
ET APPARUIT CLIBANUS FUMANS
ET LAMPAS IGNIS TRANSIENS

INTER DIUISIONES ILLAS
IN DIE ILLO PEPIGIT DNS CUM
ABRAM FOEDUS DICENS
SEMINI TUO DABO TERRAM HANC
A FLUUIO AEGYPTI USQ· AD FLUUIUM
MAGNUM FLUMEN EUFRATEN
CINAEOS ET CENEZAEOS ET CET
MONEOS ET HETTHEOS
ET FEREZAEOS
RAPHAIM QUOQ· ET AMORRAEOS
ET CHANANAEOS ET GERGES
AEOS ET IEBUSAEOS
XVI IGITUR SARAI UXOR ABRAM
NON GENUERAT LIBEROS
SED HABENS ANCILLAM AEGYPTIAM
NOMINE AGAR DIXIT MARITO SUO
ECCE CONCLUSIT ME DS NE PAREREM
INGREDERE AD ANCILLAM MEAM
SI FORTE SALTEM EX ILLA
SUSCIPIAM FILIOS
CUMQUE ILLE ADQUIESCERET
DEPRAECANTI
TULIT AGAR AEGYPTIAM
ANCILLAM SUAM
POST ANNOS DECEM QUAM HABI
TARE COEPERANT IN TERRA CHANAAN
ET DEDIT EAM UIRO SUO UXOREM
QUI INGRESSUS EST AD EAM
AT ILLA CONCEPISSE SE UIDENS
DESPEXIT DOMINAM SUAM
DIXITQ· SARAI AD ABRAM
INIQUE AGIS CONTRA ME
EGO DEDI ANCILLAM MEAM
IN SINUM TUUM
QUAE UIDENS QUOD CONCEPERIT
DESPECTUI ME HABET
IUDICET DNS INTER ME ET TE
CUI RESPONDENS ABRAM
ECCE AIT ANCILLA TUA IN MANU
TUA EST UTERE EA UT LIBET
ADFLIGENTE IGITUR EAM
SARAI FUGAM INIIT
CUMQ· INUENISSET ILLAM ANGELUS
DNI IUXTA FONTEM AQUAE

INSOLITUDINE QUI EST IN DESERTO
SUR DIXIT AD EAM
AGAR ANCILLA SARAI UNDE UENIS
ET QUO UADIS
QUAE RESPONDIT A FACIE SARAI
DOMINAE MEAE EGO FUGIO
DIXITQUE EI ANGELUS DNI
REUERTERE AD DOMINAM TUAM
ET HUMILIARE SUB MANIB· IPSIUS
ET RURSUM MULTIPLICANS
INQUIT MULTIPLICABO SEMEN
TUUM ET NON NUMERABITUR
PRAE MULTITUDINE
AC DEINCEPS ECCE INQUIT CONCEPI
STI ET PARIES FILIUM
UOCABISQ· NOMEN EIUS ISMAHEL
EO QUOD AUDIERIT DNS
ADFLICTIONEM TUAM
HIC ERIT FERUS HOMO
MANUS EIUS CONTRA OMNES ET
MANUS OMNIUM CONTRA EUM
ET E REGIONE UNIUERSORUM
FRATRUM SUORUM FIGET
TABERNACULA
UOCAUIT AUTEM NOMEN DNI
QUI LOQUEBATUR AD EAM
TU DS QUI UIDISTI ME
DIXIT ENIM PROFECTO HIC UIDI
POSTERIORA UIDENTIS ME
PROPTEREA APPELLAUIT
PUTEUM ILLUM
PUTEUM UIUENTIS ET UIDENTIS ME
IPSE EST INTER CADES ET BARAD
PEPERITQ· ABRAE FILIUM QUI UOCA
UIT NOMEN EIUS ISMAHEL
OCTOGINTA ET SEX ANNORUM ERAT
QUANDO PEPERIT EI AGAR
ISMAHELEM
XVII POST QUAM UERO NONAGINTA
XVII ET NOUEM ANNORUM ESSE
COEPERAT
APPARUIT EI DNS DIXITQ· AD EUM
EGO DS OMNIPOTENS AMBULA
CORAM ME ET ESTO PERFECTUS

PONAMQ· FOEDUS MEUM
INTER ME ET TE
ET MULTIPLICABO TE
UEHEMENTER NIMIS
CECIDIT ABRAM PRONUS IN FACIEM
DIXITQUE EI DS
EGO SUM ET PACTUM MEUM TECŪ
ERISQUE PATER MULTARUM
GENTIUM
NEC ULTRA UOCABITUR
NOMEN TUUM ABRAM
SED APPELLAUERIS ABRAHAM
QUIA PATREM MULTARUM
GENTIUM CONSTITUI TE
FACIAMQ· TE CRESCERE
UEHEMENTISSIME
ET PONAM IN GENTIB· REGESQUE
EX TE EGREDIENTUR
ET STATUAM PACTUM MEUM
INTER ME ET TE
ET INTER SEMEN TUUM POST TE
IN GENERATIONIB· SUIS FOEDERE
SEMPITERNO
UT SIM DS TUUS ET SEMINIS TUI
POST TE
DABOQ· TIBI ET SEMINI TUO TERRAM
PEREGRINATIONIS TUAE
OMNEM TERRAM CHANAAN
IN POSSESSIONEM AETERNAM
EROQ· DS EORUM
XVIII DIXIT ITERUM DS AD ABRAHAM
ET TU ERGO CUSTODIES PACTUM MEŪ
ET SEMEN TUUM POST TE
IN GENERATIONIB· SUIS
HOC EST PACTUM QUOD OBSER
UABIS INTER ME ET UOS ET
SEMEN TUUM POST TE
CIRCUMCIDETUR EX UOBIS
OMNE MASCULINUM
ET CIRCUMCIDETIS CARNEM
PRAEPUTII UESTRI
UT SIT SIGNUM FOEDERIS
INTER ME ET UOS
INFANS OCTO DIERUM CIRCUM

CIDETUR IN UOBIS
OMNE MASCULINUM IN GENERA
TIONIB· UESTRIS
TAM UERNACULUS QUAM EMPTI
CIUS CIRCUMCIDETUR
ET QUICUMQ· NON FUERIT
DE STIRPE UESTRA
ERITQUE PACTUM MEUM IN CARNE
UESTRA IN FOEDUS AETERNUM
MASCULUS CUIUS PRAEPUTII
CARO CIRCUMCISA NON FUERIT
DELEBITUR ANIMA ILLA
DE POPULO SUO
QUIA PACTUM MEUM
IRRITUM FECIT
XVIIII DIXIT QUOQUE DS AD ABRAHAM
SARAI UXOREM TUAM NON UOCABIS
SARAI SED SARRAM
ET BENEDICAM EI ET EX ILLA DABO
TIBI FILIUM CUI BENEDICTURUS SUM
ERITQUE IN NATIONES ET REGES
POPULORUM ORIENTUR EX EO
CECIDIT ABRAHAM IN FACIEM
ET RISIT DICENS IN CORDE SUO
PUTAS NE CENTENARIO NASCETUR
FILIUS ET SARA NONAGINARIA
PARIET
DIXITQUE AD DM UTINAM ISMAHEL
UIUAT CORAM TE
ET AIT DS AD ABRAHAM
SARA UXOR TUA PARIET TIBI FILIUM
UOCABISQ· NOMEN EIUS ISAAC
ET CONSTITUAM PACTUM MEUM
ILLI IN FOEDUS SEMPITERNUM
ET SEMINI EIUS POST EUM
SUPER ISMAHEL QUOQ· EXAUDIUI TE
ECCE BENEDICAM EI ET AUGEBO
ET MULTIPLICABO EUM UALDE
DUODECIM DUCES GENERABIT
ET FACIAM ILLUM IN GENTEM
MAGNAM
PACTUM UERO MEUM STATUAM
AD ISAAC
QUEM PARIET TIBI SARRA TEMPORE
ISTO IN ANNO ALTERO
CUMQ· FINITUS ESSET SERMO
LOQUENTIS CUM EO
ASCENDIT DS AB ABRAHAM
TULIT AUTEM ABRAHAM ISMAHE
LEM FILIUM SUUM
ET OMNES UERNACULOS DOMUS
SUAE UNIUERSOSQUE
QUOS EMERAT
CUNCTOS MARES EX OMNIB·
UIRIS DOMUS SUAE
ET CIRCUMCIDIT CARNEM
PRAEPUTII EORUM
STATIM IN IPSA DIE SICUT
PRAECEPERAT EI DS
NONAGINTA NOUEM ERAT ANNORUM
QUANDO CIRCUMCIDIT CARNEM
PRAEPUTII SUI
ET ISMAHEL FILIUS EIUS TREDECIM
ANNOS IMPLEUERAT TEMPORE
CIRCUMCISIONIS SUAE
EADEM DIE CIRCUMCISUS EST
ABRAHAM ET ISMAHEL
FILIUS EIUS
ET OMNES UIRI DOMUS ILLIUS
TAM UERNACULI QUAM EMPTICII
ET ALIENIGENAE PARITER
CIRCUMCISI SUNT
XX APPARUIT AUTEM EI DNS IN CON
XVIII UALLE MAMBRAE
SEDENTI IN OSTIO TABERNACULI SUI
IN IPSO FERUORE DIEI
CUMQ· ELEUASSET OCULOS APPA
RUERUNT EI TRES UIRI
STANTES PROPE EUM
QUOS CUM UIDISSET CUCURRIT
IN OCCURSUM EORUM DE OSTIO
TABERNACULI
ET ADORAUIT IN TERRA ET DIXIT
DNE SI INUENI GRATIAM IN OCULIS
TUIS NE TRANSEAS SERUUM TUUM
SED AFFERAM PAUXILLUM AQUAE
ET LAUATE PEDES UESTROS
ET REQUIESCITE SUB ARBORE

PONAM BUCELLAM PANIS ET CON
FORTATE COR UESTRUM
POSTEA TRANSIBITIS
IDCIRCO ENIM DECLINASTIS
AD SERUUM UESTRUM
QUI DIXERUNT FAC UT LOCUTUS ES
FESTINAUIT ABRAHAM IN TABER
NACULUM AD SARRAM
DIXITQUE EI
ADCELERA TRIA SATA SIMILE CON
MISCE ET FAC SUBCINERICIOS
PANES
IPSE UERO AD ARMENTUM CUCURRIT
ET TULIT INDE UITULUM TENER
RIMUM ET OPTIMUM
DEDITQ· PUERO QUI FESTINAUIT
ET COXIT ILLUM
TULIT QUOQ· BOTYRUM ET LAC
ET UITULUM QUEM COXERAT
ET POSUIT CORAM EIS
IPSE UERO STABAT IUXTA EOS
SUB ARBORE
CUMQ· COMEDISSENT
DIXERUNT AD EUM
UBI EST SARRA UXOR TUA
ILLE RESPONDIT ECCE IN TABER
NACULO EST CUI DIXIT
REUERTENS UENIAM AD TE
TEMPORE ISTO UITA COMITE
ET HABEBIT FILIUM SARA UXOR TUA
QUO AUDITO SARA RISIT POST
OSTIUM TABERNACULI
ERANT AUTEM AMBO SENES
PROUECTIQ· AETATIS
ET DESIERANT SARAE FIERI
MULIEBRIA
QUAE RISIT OCCULTE DICENS
POSTQUAM CONSENUI ET DOMINUS
MEUS UETULUS EST UOLUPTATI
OPERAM DABO
DIXIT AUTEM DNS AD ABRAHAM
QUARE RISIT SARA DICENS NUM
UERE PARITURA SUM ANUS
NUMQUID DO EST QUICQUAM
DIFFICILE
IUXTA CONDICTUM REUERTAR AD TE
HOC EODEM TEMPORE UITA COMITE
ET HABEBIT SARA FILIUM
NEGAUIT SARA DICENS NON RISI
TIMORE PERTERRITA
DNS AUTEM NON EST INQUIT ITA
SED RISISTI
CUM ERGO SURREXISSENT INDE
UIRI DIREXERUNT OCULOS SUOS
CONTRA SODOMAM
ET ABRAHAM SIMUL GRADIEBATUR
DEDUCENS EOS
DIXITQUE DNS
NUM CELARE POTERO ABRAHAM
QUAE GESTURUS SUM
CUM FUTURUS SIT IN GENTEM
MAGNAM AC ROBUSTISSIMAM
ET BENEDICENDAE SINT IN ILLO
OMNES NATIONES TERRAE
SCIO ENIM QUOD PRAECEPTURUS
SIT FILIIS SUIS ET DOMUI
SUAE POST SE
UT CUSTODIANT UIAM DNI ET FACI
ANT IUSTITIAM ET IUDICIUM
UT ADDUCAT DNS PROPTER ABRA
HAM OMNIA QUAE LOCUTUS
EST AD EUM
DIXIT ITAQUE DNS
CLAMOR SODOMORUM ET GOMOR
RAE MULTIPLICATUS EST
ET PECCATUM EARUM ADGRA
UATUM EST NIMIS
DESCENDAM ET UIDEBO UTRUM
CLAMOREM QUI UENIT AD ME
OPERE COMPLEUERINT
AN NON EST ITA UT SCIAM
CONUERTERUNTQ· SE INDE
ET ABIERUNT SODOMAM
ABRAHAM UERO ADHUC STABAT
CORAM DNO
ET ADPROPINQUANS AIT
NUMQUID PERDES IUSTUM
CUM IMPIO

SI FUERINT QUINQUAGINTA IUSTI
IN CIUITATE PERIBUNT SIMUL
ET NON PARCES LOCO ILLI PROPTER
QUINQUAGINTA IUSTOS
SI FUERINT IN EO
ABSIT A TE UT REM HANC FACIAS
ET OCCIDAS IUSTUM CUM IMPIO
FIATQ· IUSTUS SICUT IMPIUS
NON EST HOC TUUM QUI IUDICAS
OMNEM TERRAM NEQUA
QUAM FACIES IUDICIUM
DIXITQ· DÑS AD EUM SI INUENERO
SODOMIS QUINQUAGINTA IUSTOS
IN MEDIO CIUITATIS
DIMITTAM OMNI LOCO PROPTER EOS
RESPONDENS ABRAHAM AIT
QUIA SEMEL COEPI LOQUAR AD DÑM
MEUM CUM SIM PULUIS
ET CINIS
QUID SI MINUS QUINQUAGINTA
IUSTIS QUINQ· FUERINT
DELEBIS PROPTER QUINQ·
UNIUERSAM URBEM
ET AIT NON DELEBO SI INUENERO
IBI QUADRAGINTA QUINQUE
RURSUMQ· LOCUTUS EST AD EUM
SIN AUTEM QUADRAGINTA INUENTI
FUERINT QUID FACIES
AIT NON PERCUTIAM PROPTER
QUADRAGINTA
NE QUAESO INDIGNERIS DÑE
SI LOQUAR
QUID SI INUENTI FUERINT
IBI TRIGINTA
RESPONDIT NON FACIAM SI IN
UENERO TRIGINTA
QUIA SEMEL AIT COEPI LOQUAR
AD DÑM MEUM
QUID SI INUENTI FUERINT
IBI UIGINTI
DIXIT NON INTERFICIAM
PROPTER UIGINTI
OBSECRO INQUIT NE IRASCARIS
DÑE SI LOQUAR ADHUC SEMEL
QUID SI INUENTI FUERINT
IBI DECEM
DIXIT NON DELEBO PROPTER DECĒ
ABIIT DÑS POSTQUAM CESSAUIT
LOQUI AD ABRAHAM
ET ILLE REUERSUS EST
IN LOCUM SUUM
XIX UENERUNTQ· DUO ANGELI
SODOMAM UESPERE
SEDENTE LOTH IN FORIBUS CIUITATIS
QUI CUM UIDISSET SURREXIT
ET IUIT OBUIAM EIS
ADORAUITQ· PRONUS IN TERRA
ET DIXIT
OBSECRO DOMINI DECLINATE
IN DOMUM PUERI UESTRI
ET MANETE IBI
LAUATE PEDES UESTROS
ET MANE PROFICISCIMINI
IN UIAM UESTRAM
QUI DIXERUNT MINIME SED IN
PLATEA MANEBIMUS
COMPULIT ILLOS OPPIDO UT
DEUERTERENT AD EUM
INGRESSISQ· DOMUM ILLIUS
FECIT CONUIUIUM
COXIT AZYMA ET COMEDERUNT
PRIUS AUTEM QUAM IRENT CUBITŪ
UIRI CIUITATIS UALLAUERUNT
DOMUM
A PUERO USQ· AD SENEM
OMNIS POPULUS SIMUL
UOCAUERUNTQ· LOTH
ET DIXERUNT EI
UBI SUNT UIRI QUI INTROIERUNT
AD TE NOCTE
EDUC ILLOS HUC UT COGNOS
CAMUS EOS
EGRESSUS AD EOS LOTH POST TER
GUM ADCLUDENS OSTIUM AIT
NOLITE QUAESO FRATRES MEI
NOLITE MALUM HOC FACERE
HABEO DUAS FILIAS QUAE NECDUM
COGNOUERUNT UIRUM

educam eas ad uos et abutimini
eis sicut placuerit uobis
dum modo uiris istis
nihil faciatis mali
quia ingressi sunt sub umbra
culum tegminis mei
at illi dixerunt recede illuc
et rursus ingressus es inquiunt
ut aduena numquid ut iudices
te ergo ipsum magis quam
hos affligemus
uimque faciebant loth
uehementissime
iam prope erat ut refrin
gerent fores
et ecce miserunt manum uiri
et intro duxerunt ad se loth
clauseruntq; ostium
et eos qui erant foris percus
serunt caecitate a minimo
usq; ad maximum
ita ut ostium inuenire
non possent
dixerunt autem ad loth
habes hic tuorum quempiam
generum aut filios aut filias
omnes qui tui sunt
educ de urbe hac
delebimus enim locum istum
eo quod increuerit clamor
eorum coram dno
qui misit nos ut perdamus illos
egressus itaq; loth locutus
est ad generos suos
qui accepturi erant filias
eius et dixit
surgite egredimini de loco isto
quia delebit dns ciuitatem hanc
et uisus est eis quasi
ludens loqui
cumq; esset mane cogebant
eum angeli dicentes
surge tolle uxorem tuam
et duas filias quas habes

ne et tu pariter pereas
in scelere ciuitatis
dissimulante illo adpraehen
derunt manum eius et manum
uxoris ac duarum filiarum eius
eo quod parceret dns illi
et duxerunt eum posueruntq;
extra ciuitatem
ibi locutus est ad eum
salua animam tuam noli respi
cere post tergum
nec stes in omni circa regione
sed in monte saluum te fac
ne et tu simul pereas
dixitque loth ad eos
quaeso dne mi si inuenit seruus
tuus gratiam coram te
et magnificasti misericordiam
tuam quam fecisti mecum
ut saluares animam meam
nec possum in monte saluari
ne forte adpraehendat me
malum et moriar
est ciuitas haec iuxta ad quam
possum fugere parua
et saluabor in ea
numquid non modica est
et uiuet anima mea
dixitque ad eum
ecce etiam in hoc suscepi
preces tuas
et non subuertam urbem
pro qua locutus es
festina et saluare ibi quia
non potero facere quicquam
donec ingrediaris illuc
idcirco uocatum est nomen
urbis illius segor
sol egressus est super terram
et loth ingressus est in segor
igitur dns pluit super sodo
mam et gomorram sulphur
et ignem a dno de caelo
et subuertit ciuitates has

et omnem circa regionem
universos habitatores urbium
et cuncta terrae virentia
respiciensq· uxor eius post se
versa est in statuam salis
XXI Abraham autem consurgens
mane ubi steterat prius
cum dno
intuitus est sodomam
et gomorram
et universam terram
regionis illius
viditq· ascendentem favillam
de terra quasi fornacis fumū
cum enim subverteret ds civi
tates et regiones illius
recordatus abrahae liberavit
loth de subversione urbiū
in quib· habitaverat
ascenditq· loth de segor
et mansit in monte
duae quoq· filiae eius cum eo
timuerat enim manere in segor
et mansit in spelunca ipse
et duae filiae eius
XXII Dixitq· maior ad minorem
pater noster senex est
et nullus virorum
remansit in terra
qui possit ingredi ad nos
iuxta morem universae terrae
veni inebriemus eum vino
dormiamusq· cum eo
ut servare possimus ex patre
nostro semen
dederunt itaq· patri suo
bibere vinum nocte illa
et ingressa est maior dormi
vitque cum patre
at ille non sensit nec quando
accubuit filia nec quando
surrexit
altera quoq· die dixit
maior ad minorem

ecce dormivi heri cum
patre meo
demus ei bibere vinum
etiam hac nocte
et dormies cum eo ut salve
mus semen de patre nostro
dederunt et in illa nocte
patri vinum
ingressaq· minor filia
dormivit cum eo
et nec tunc quidem sensit
quando concubuerit vel
quando illa surrexerit
conceperunt ergo duae
filiae loth de patre suo
peperitq· maior filium et
vocavit nomen eius moab
ipse est pater moabitarum
usq· in praesentem diem
minor quoq· peperit filium
et vocavit nomen eius amon
id est filius populi mei
ipse est pater ammanitarum
usque hodie
XXIII Profectus inde abraham
in terram australem
habitavit inter cades et sur
et peregrinatus est in geraris
dixitque de sara uxore sua
soror mea est
misit ergo abimelech rex
terrae et tulit eam
venit autem ds ad abimelech
per somnium noctis et ait ei
en morere propter mulierē
quam tulisti habet enim virū
abimelech vero non tetige
rat eam
et ait dne
num gentem ignorantem
et iustam interficies
non ipse dixit mihi soror
mea est
et ipsa ait frater meus est

INSIMPLICITATE CORDIS MEI ET
MUNDITIA MANUUM FECI HOC
DIXITQ· AD EUM DS
ET EGO SCIO QUOD SIMPLICI
CORDE FECERIS
ET IDEO CUSTODIUI TE
NE PECCARES IN ME
ET NON DEMISI UT TANGERES EAM
NUNC IGITUR REDDE UXOREM
UIRO SUO
QUIA PROPHETA EST ET ORAUIT
PRO TE ET UIUES
SI AUTEM NOLUERIS REDDERE
SCITO QUOD MORTE MORIERIS
TU ET OMNIA QUAE TUA SUNT
STATIMQ· DE NOCTE CONSURGENS
ABIMELECH UOCAUIT OMNES
SERUOS SUOS
ET LOCUTUS EST UNIUERSA
UERBA HAEC IN AURIB· EORUM
TIMUERUNTQ· OMNES UIRI UALDE
UOCAUIT AUTEM ABIMELECH
ETIAM ABRAHAM ET DIXIT EI
QUID FECISTI NOBIS QUID
PECCAUIMUS IN TE
QUIA INDUXISTI SUPER ME
ET SUPER REGNUM MEUM
PECCATUM GRANDE
QUAE NON DEBUISTI FACERE
FECISTI NOBIS
RURSUSQ· EXPOSTULANS AIT
QUID UIDISTI UT HOC FACERES
RESPONDIT ABRAHAM
COGITAUI MECUM DICENS
FORSITAN NON EST TIMOR DĪ
IN LOCO ISTO
ET INTERFICIENT ME
PROPTER UXOREM MEAM
ALIAS AUTEM ET UERE
SOROR MEA EST
FILIA PATRIS MEI ET NON FILIA
MATRIS MEAE ET DUXI EAM UXORĒ
POSTQUAM AUTEM EDUXIT ME DS
DE DOMO PATRIS MEI DIXI AD EAM
HANC MISERICORDIAM
FACIES MECUM
IN OMNI LOCO AD QUEM INGREDI
EMUR DICES QUOD FRATER
TUUS SIM
TULIT IGITUR ABIMELECH OUES
ET BOUES ET SERUOS ET ANCILLAS
ET DEDIT ABRAHAM
REDDIDITQ· ILLI SARAM UXOREM
SUAM ET AIT
TERRA CORAM UOBIS EST UBICUMQ·
TIBI PLACUERIT HABITA
SARAE AUTEM DIXIT
ECCE MILLE ARGENTEOS
DEDI FRATRI TUO
HOC ERIT TIBI IN UELAMEN OCULORŪ
AD OMNES QUI TECUM SUNT
ET QUOCUMQ· PERREXERIS
MEMENTOQ· TE DEPRAEHENSAM
ORANTE AUTEM ABRAHAM SANAUIT
DS ABIMELECH ET UXOREM
ANCILLASQ· EIUS ET PEPERERUNT
CONCLUSERAT ENIM DS OMNEM
UULUAM DOMUS ABIMELECH
PROPTER SARA UXOREM ABRAHAM
XXIIII UISITAUIT AUTEM DNS SARAM
XXI· SICUT PROMISERAT ET IMPLE
UIT QUAE LOCUTUS EST
CONCEPITQ· ET PEPERIT FILIUM
IN SENECTUTE SUA
TEMPORE QUO PRAEDIXERAT
EI DS
UOCAUITQ· ABRAHAM NOMEN
FILII SUI QUEM GENUIT EI
SARA ISAAC
ET CIRCUMCIDIT EUM OCTAUO
DIE SICUT PRAECEPERAT EI DS
CUM CENTUM ESSET ANNORUM
HAC QUIPPE AETATE PATRIS
NATUS EST ISAAC
DIXITQ· SARA RISUM FECIT MIHI DS
QUICUMQ· AUDIERIT
CONRIDEBIT MIHI
RURSUMQUE AIT

quis auditurum crederet
Abraham quod Sara
lactaret filium
quem peperit ei iam seni
Creuit igitur puer
et ablactatus est
fecitq. Abraham grande
conuiuium
in die ablactationis eius
Cumq. uidisset Sara filium
Agar Aegyptiae ludentem
cum Isaac filio eius
dixit ad Abraham
eice ancillam hanc et filium eius
non enim erit heres filius
ancillae cum filio meo Isaac
Dure accepit hoc Abraham
pro filio suo
cui dixit ds̄
non tibi uideatur asperum
super puero et super
ancilla tua
omnia quae dixerit tibi Sara
audi uocem eius
quia in Isaac uocabitur
tibi semen
sed et filium ancillae faciam
in gentem magnam
quia semen tuum est
XXV Surrexit itaq. Abraham mane
et tollens panem et utrem
aquae inposuit scapulae eius
tradiditq. puerum
et dimisit eam
quae cum abisset errabat
in solitudine Bersabee
Cumq. consumpta esset
aqua in utre
abiecit puerum subter unam
arborum quae ibi erant
et abiit seditq. e regione procul
quantum potest arcus iacere
dixit enim non uidebo
morientem puerum
et sedens contra leuauit
uocem suam et fleuit
exaudiuit autem ds̄ uocem pueri
uocauitq. angelus dn̄i Agar
de caelo dicens
quid agis Agar noli timere
exaudiuit enim ds̄ uocem
pueri de loco in quo est
surge tolle puerum
et tene manum illius
quia in gentem magnam
faciam eum
aperuitq. oculos eius ds̄
quae uidens puteum aquae
abiit et inpleuit utrem
deditq. puero bibere
et fuit cum eo
qui creuit et moratus est
in solitudine et factus est
iuuenis sagittarius
habitauitq. in deserto Pharan
et accepit illi mater sua
uxorem de terra Aegypti
XXVI Eodem tempore dixit Abimelech
et Ficol princeps
exercitus eius ad Abraham
ds̄ tecum est in uniuersis
quae agis
iura ergo per dn̄m ne noceas
mihi et posteris meis
stirpique meae
sed iuxta misericordiam
quam feci tibi
facies mihi et terrae in qua
uersatus es aduena
dixitq. Abraham ego iurabo
et increpauit Abimelech
propter puteum aquae quem
ui abstulerant serui illius
respondit Abimelech
nesciui quis fecerit hanc rem
sed et tu non indicasti mihi
et ego non audiui praeter hodie
tulit itaq. Abraham oues

ET BOUES ET DEDIT ABIMELECH
PERCUSSERUNTQ. AMBO FOEDUS
ET STATUIT ABRAHAM SEPTEM
AGNAS GREGIS SEORSUM
CUI DIXIT ABIMELECH
QUID SIBI UOLUNT SEPTEM AGNAE
ISTAE QUAS STARE FECISTI SEORSŪ
AT ILLE SEPTEM INQUIT AGNAS
ACCIPIES DE MANU MEA
UT SINT IN TESTIMONIUM MIHI
QUONIAM EGO FODI PUTEUM ISTŪ
IDCIRCO UOCATUS EST LOCUS
ILLE BERSABEE
QUIA IBI UTERQ. IURAUIT ET IN
IERUNT FOEDUS PRO PUTEO
IURAMENTI
SURREXIT AUTEM ABIMELECH
ET FICHOL PRINCEPS
MILITIAE EIUS
REUERSIQ. SUNT IN TERRAM
PHILISTINORUM
ABRAHAM UERO PLANTAUIT
NEMUS IN BERSABEE
ET INUOCAUIT IBI NOMEN DNĪ
DĪ AETERNI
ET FUIT COLONUS TERRAE PHI
STINORUM DIEB. MULTIS
XXVII QUAE POSTQUAM GESTA SUNT
XXII TEMPTAUIT DS̄ ABRAHAM
ET DIXIT AD EUM
ABRAHAM ILLE RESPONDIT ADSUM
AIT EI TOLLE FILIUM TUUM UNI
GENITUM QUEM DILIGIS ISAAC
ET UADE IN TERRAM UISIONIS ATQ.
OFFER EUM IBI HOLOCAUSTUM
SUPER UNUM MONTIUM QUEM
MONSTRAUERO TIBI
IGITUR ABRAHAM DE NOCTE
CONSURGENS STRAUIT ASINŪ SUŪ
DUCENS SECUM DUOS IUUENES
ET ISAAC FILIUM SUUM
CUMQ. CONCIDISSET LIGNA
IN HOLOCAUSTUM
ABIIT AD LOCUM QUEM PRAE
CEPERAT EI DS̄
DIE AUTEM TERTIO ELEUATIS
OCULIS UIDIT LOCUM PROCUL
DIXITQ. AD PUEROS SUOS
EXPECTATE HIC CUM ASINO
EGO ET PUER ILLUC USQ.
PROPERANTES POSTQUAM
ADORAUERIMUS REUER
TEMUR AD UOS
TULIT QUOQ. LIGNA HOLOCAUSTI
ET INPOSUIT SUPER ISAAC
FILIUM SUUM
IPSE UERO PORTABAT IN MANIB.
IGNEM ET GLADIUM
CUMQUE DUO PERGERENT SIMUL
DIXIT ISAAC PATRI SUO PATER MI
AT ILLE RESPONDIT QUID UIS FILI
ECCE INQUIT IGNIS ET LIGNA UBI EST
UICTIMA HOLOCAUSTI
DIXIT ABRAHAM DS̄ PROUIDEBIT
SIBI UICTIMAM HOLOCAUSTI
FILI MI
PERGEBANT ERGO PARITER
UENERUNTQ. AD LOCUM QUEM
OSTENDERAT EI DS̄
IN QUO AEDIFICAUIT ALTARE ET
DESUPER LIGNA COMPOSUIT
CUMQ. CONLIGASSET ISAAC
FILIUM SUUM
POSUIT EUM IN ALTARI SUPER
STRUEM LIGNORUM
EXTENDITQ. MANUM ET ARRIPUIT
GLADIUM UT IMMOLARET FILIŪ
ET ECCE ANGELUS DNĪ DE CAELO
CLAMAUIT DICENS
ABRAHAM ABRAHAM
QUI RESPONDIT ADSUM DIXITQ.
NON EXTENDAS MANUM TUAM
SUPER PUERUM NEQ.
FACIAS EI QUICQUAM
NUNC COGNOUI QUOD TIMEAS DNM̄
ET NON PEPERCERIS FILIO TUO
UNIGENITO PROPTER ME
LEUAUIT ABRAHAM OCULOS

UIDITQ· POST TERGUM ARIETEM
INTER UEPRES HERENTEM
CORNIBUS
QUEM ADSUMENS OBTULIT
HOLOCAUSTUM PRO FILIO
APPELLAUITQ· NOMEN LOCI
ILLIUS DNS UIDET
UNDE USQ· HODIE DICITUR
IN MONTE DNS UIDEBIT
UOCAUIT AUTEM ANGELUS DNI
ABRAHAM SECUNDO
DE CAELO DICENS
PER MEMETIPSUM IURAUI
DICIT DNS
QUIA FECISTI REM HANC ET NON
PEPERCISTI FILIO TUO UNIGENITO
BENEDICAM TIBI ET MULTIPLI
CABO SEMEN TUUM SICUT
STELLAS ET UELUT HARENAM
QUAE EST IN LITORE MARIS
POSSIDEBIT SEMEN TUUM
PORTAS INIMICORUM SUORUM
ET BENEDICENTUR IN SEMINE
TUO OMNES GENTES TERRAE
QUIA OBOEDISTI UOCI MEAE
REUERSUS EST ABRAHAM
AD PUEROS SUOS
ABIERUNTQ· BERSABEE SIMUL
ET HABITAUIT IBI
XXVIII HIS ITAQ· GESTIS NUNTIATUM EST
ABRAHAM QUOD MELCHA QUOQ·
GENUISSET FILIOS NAHOR
FRATRI SUO
HUS PRIMOGENITUM ET BUZ
FRATREM EIUS
CAMUHEL PATREM SYRORUM
ET CHASED ET AZAU
PHELDAS QUOQ· ET IEDLAPH AC
BATUEL DE QUO NATA EST REBECCA
OCTO ISTOS GENUIT MELCHA
NAHOR FRATRI ABRAHAM
CONCUBINA UERO ILLIUS NOMINE
ROMA PEPERIT TABEE ET GAON
ET THAAS ET MAACHA

XXIII UIXIT AUTEM SARA CENTUM
UIGINTI ET SEPTEM ANNIS
ET MORTUA EST IN CIUITATE
ARBEE QUAE EST HEBRON
IN TERRA CHANAAN
UENITQUE ABRAHAM UT PLANGE
RET ET FLERET EAM
CUMQ· SURREXISSET AB OFFICIO
FUNERIS
LOCUTUS EST AD FILIOS HETH DICENS
ADUENA SUM ET PEREGRINUS
APUD UOS
DATE MIHI IUS SEPULCHRI UOBISCŪ
UT SEPELIAM MORTUUM MEŪ
RESPONDERUNTQ· FILII HETH
AUDI NOS DOMINE PRINCEPS
DEI ES APUT NOS
IN ELECTIS SEPULCHRIS NOSTRIS
SEPELI MORTUUM TUUM
NULLUSQ· PROHIBERE TE POTE
RIT QUIN IN MONUMENTO EIUS
SEPELIAS MORTUUM TUUM
SURREXIT ABRAHAM ET ADORA
UIT POPULUM TERRAE
FILIOS UIDELICET HETH
DIXITQUE AD EOS
SI PLACET ANIMAE UESTRAE
UT SEPELIAM MORTUUM MEŪ
AUDITE ME ET INTERCEDITE
APUD EPHRON FILIUM SOOR
UT DET MIHI SPELUNCAM DUPLI
CEM QUAM HABET IN EXTREMA
PARTE ARISUI
PECUNIA DIGNA TRADAT MIHI EAM
CORAM UOBIS IN POSSESSI
ONEM SEPULCHRI
HABITABAT AUTEM EPHRON
IN MEDIO FILIORUM HETH
RESPONDITQ· AD ABRAHAM CUNC
TIS AUDIENTIB· QUI INGREDIE
BANTUR PORTAM CIUITATIS
ILLIUS DICENS
NEQUAQUAM ITA FIAT DOMINE MI
SED MAGIS AUSCULTA QUOD LOQUAR

AGRUM TRADO TIBI ET SPELUN
CAM QUAE IN EO EST PRAESEN
TIB· FILIIS POPULI MEI
SEPELI MORTUUM TUUM
ADORABIT ABRAHAM CORAM
POPULO TERRAE
ET LOCUTUS EST AD EPHRON
CIRCUM STANTE PLEBE
QUAESO UT AUDIAS ME
DABO TIBI PECUNIAM PRO AGRO
SUSCIPE EAM ET SIC SEPELIAM
MORTUUM MEUM IN EO
RESPONDIT EPHRON
DOMINE MI AUDI
TERRAM QUAM POSTULAS
QUADRINGENTIS ARGENTI
SICLIS UALET
ISTUD EST PRAETIUM INTER ME ET TE
SED QUANTUM EST HOC SEPELI
MORTUUM TUUM
QUOD CUM AUDISSET ABRAHAM
ADPENDIT PECUNIAM QUAM
EPHRON POSTULAUERAT AUDI
ENTIB· FILIIS HETH
QUADRINGENTOS SICLOS ARGENTI
ET PROBATAE MONETAE PUBLICAE
CONFIRMATUSQ· EST AGER QUON
DAM EPHRONIS IN QUO ERAT
SPELUNCA DUPLEX RESPICI
ENS MAMBRE
TAM IPSE QUAM SPELUNCA ET
OMNES ARBORES EIUS IN CUNC
TIS TERMINIS PER CIRCUITUM
ABRAHAE IN POSSESSIONEM
UIDENTIB· FILIIS HETH ET CUNCTIS
QUI INTRABANT PORTAM
CIUITATIS ILLIUS
ATQ· ITA SEPELIUIT ABRAHAM
SARAM UXOREM SUAM IN SPE
LUNCA AGRI DUPLICI
QUI RESPICIEBAT MAMRE HAEC
EST HEBRON IN TERRA CHANAAN
ET CONFIRMATUS EST AGER
ET ANTRUM QUOD ERAT IN EO
ABRAHAE IN POSSESSIONEM
MONUMENTI A FILIIS HETH
XXVIIII ERAT AUTEM ABRAHAM SENEX
DIERUMQ· MULTORUM
ET DNS IN CUNCTIS BENEDIXERAT EI
DIXITQ· AD SERUUM SENIOREM
DOMUS SUAE
QUI PRAEERAT OMNIB· QUAE HABEBAT
PONE MANUM TUAM SUBTER
FEMUR MEUM
UT ADIUREM TE PER DNM DM
CAELI ET TERRAE
UT NON ACCIPIAS UXOREM FILIO
MEO DE FILIAB· CHANANAEORU'
INTER QUOS EGO HABITO
SED AD TERRAM ET AD COGNATI
ONEM MEAM PROFICISCARIS
ET INDE ACCIPIAS UXOREM
FILIO MEO ISAAC
RESPONDIT SERUUS
SI NOLUERIT MULIER UENIRE
MECUM IN TERRAM HANC
NUM REDUCERE DEBEO FILIUM
TUUM AD LOCUM DE QUO
EGRESSUS ES
DIXIT ABRAHAM CAUE NE QUANDO
REDUCAS ILLUC FILIUM MEUM
DNS DS CAELI QUI TULIT ME
DE DOMO PATRIS MEI ET DE
TERRA NATIUITATIS MEAE
QUI LOCUTUS EST MIHI
ET IURAUIT DICENS
SEMINI TUO DABO TERRAM HANC
IPSE MITTET ANGELUM SUUM
CORAM TE
ET ACCIPIES INDE UXOREM
FILIO MEO
SIN AUTEM NOLUERIT MULIER
SEQUI TE NON TENEBERIS
IURAMENTO
FILIUM TANTUM MEUM
NE REDUCAS ILLUC
POSUIT ERGO SERUUS MANUM
SUB FEMORE ABRAHAM DOMINI SUI

ET IURAUIT ILLI SUPER SERMONE HOC
TULITQ· DECEM CAMELOS DE GREGE
DOMINI SUI ET ABIIT
EX OMNIB· BONIS EIUS
PORTANS SECUM
PROFECTUSQ· PERREXIT MESOPO
TAMIAM AD URBEM NAHOR
CUMQ· CAMELOS FECISSET
ACCUMBERE
EXTRA OPPIDUM IUXTA PUTEUM
AQUAE UESPERE
EO TEMPORE QUO SOLENT MULI
ERES EGREDI AD AURIENDAM
AQUAM DIXIT
DÑE DS̄ DOMINI MEI ABRAHAM
OCCURRE OBSECRO HODIE MIHI
ET FAC MISERICORDIAM
CUM DÑO MEO ABRAHAM
ECCE EGO STO PROPTER
FONTEM AQUAE
ET FILIAE HABITATORUM HUIUS
CIUITATIS EGREDIENTUR
AD AURIENDAM AQUAM
IGITUR PUELLA CUI EGO DIXERO
INCLINA HYDRIAM TUAM UT BIBAM
ET ILLA RESPONDERIT BIBE QUIN
ET CAMELIS TUIS DABO POTUM
IPSA EST QUAM PRAEPARASTI
SERUO TUO ISAAC
ET PER HOC INTELLEGAM QUOD
FECERIS MISERICORDIAM
CUM DOMINO MEO
NECDUM INTRA SE UERBA
COMPLEUERAT
ET ECCE REBECCA EGREDIEBATUR
FILIA BATHUEL FILII MELCHAE
UXORIS NAHOR FRATRIS ABRAHĀ
HABENS HYDRIAM IN SCAPULA
PUELLA DECORA NIMIS UIRGOQ·
PULCHERRIMA ET INCOG
NITA UIRO
DESCENDERAT AUTEM AD FONTEM
ET IMPLEUERAT HYDRIAM
AC REUERTEBATUR

OCCURRITQ· EI SERUUS ET AIT
PAUXILLULUM MIHI AD SORBEN
DUM PRAEBE AQUAE
DE HYDRIA TUA
QUAE RESPONDIT
BIBE DOMINE MI
CELERITERQ· DEPOSUIT HYDRIAM
SUPER ULNAM SUAM
ET DEDIT EI POTUM
CUMQ· ILLE BIBISSET ADIECIT
QUIN ET CAMELIS TUIS HAURIAM
AQUAM DONEC CUNCTI BIBANT
EFFUNDENSQ· HYDRIAM IN CANA
LIB· RECURRIT AD PUTEUM
UT AURIRET AQUAM
ET HAUSTAM OMNIB· CAMELIS DEDIT
ILLE AUTEM CONTEMPLA
BATUR EAM TACITUS
SCIRE UOLENS UTRUM PROSPE
RUM FECISSET ITER SUUM
DÑS AN NON
POSTQUAM UERO BIBERANT CAMELI
PROTULIT UIR INAURES AUREAS
APPENDENTES SICLOS DUOS
ET ARMILLAS TOTIDEM PONDO
SICLORUM DECEM
DIXITQ· AD EAM CUIUS ES FILIA
INDICA MIHI
EST IN DOMO PATRIS TUI
LOCUS AD MANENDUM
QUAE RESPONDIT FILIA BATHUELIS
SUM FILII MELCHAE QUEM
PEPERIT NAHOR
ET ADDIDIT DICENS
PALEARUM QUOQ· ET FAENI
PLURIMUM EST APUD NOS
ET LOCUS SPATIOSUS AD MANENDŪ
INCLINAUIT SE HOMO ET ADO
RAUIT DÑM DICENS
BENEDICTUS DÑS DS̄ DOMINI
MEI ABRAHAM
QUI NON ABSTULIT MISERI
CORDIAM ET UERITATEM
SUAM A DOMINO MEO

ET RECTO ME ITINERE PERDUXIT
IN DOMUM FRATRIS DOMINI MEI
CUCURRIT ITAQ· PUELLA ET NUN
TIAUIT IN DOMUM MATRIS SUAE
OMNIA QUAE AUDIERAT
HABEBAT AUTEM REBECCA
FRATREM NOMINE LABAN
QUI FESTINUS EGRESSUS EST
AD HOMINEM UBI ERAT FONS
CUMQ· UIDISSET INAURES ET ARMIL
LAS IN MANIB· SORORIS SUAE
ET AUDISSET CUNCTA UERBA
REFERENTIS
HAEC LOCUTUS EST MIHI HOMO
UENIT AD UIRUM QUI STABAT
IUXTA CAMELOS PROPTER
FONTEM AQUAE DIXITQ· AD EUM
INGREDERE BENEDICTE DÑI
CUR FORIS STAS
PRAEPARAUI DOMUM ET LOCUM
CAMELIS
ET INTRODUXIT EUM HOSPITIUM
AC DESTRAUIT CAMELOS
DEDITQ· PALEAS ET FAENUM
ET AQUAM AD LAUANDOS PEDES
CAMELORUM ET UIRORUM
QUI UENERANT CUM EO
ET APPOSITUS EST IN CON
SPECTU EIUS PANIS
QUI AIT . NON COMEDAM DONEC
LOQUAR SERMONES MEOS
RESPONDIT EI LOQUERE
AT ILLE INQUIT · SERUUS ·
ABRAHAM SUM .
ET DÑS BENEDIXIT DOMINO
MEO UALDE
MAGNIFICATUSQ· EST ET DEDIT
EI OUES ET BOUES ARGENTUM
ET AURUM SERUOS ET ANCIL
LAS CAMELOS ET ASINOS
ET PEPERIT SARA UXOR DOMINI
MEI FILIUM DOMINO MEO
IN SENECTUTE SUA
DEDITQ· ILLI OMNIA QUAE HABUERAT

ET ADIURAUIT ME DOMINUS
MEUS DICENS
NON ACCIPIES UXOREM FILIO MEO
DE FILIAB· CHANANAEORUM
IN QUORUM TERRA HABITO
SED AD DOMUM PATRIS MEI PERGES
ET DE COGNATIONE MEA ACCIPIES
UXOREM FILIO MEO
EGO UERO RESPONDI DOMINO MEO
QUID SI NOLUERIT UENIRE
MECUM MULIER
DÑS AIT IN CUIUS CONSPECTU AMBULO
MITTET ANGELUM SUUM TECUM
ET DIRIGET UIAM TUAM
ACCIPIESQ· UXOREM FILIO MEO
DE COGNATIONE MEA
ET DE DOMO PATRIS MEI
INNOCENS ERIS A MALEDICTIONE
MEA CUM UENERIS AD PROPIN
QUOS MEOS ET NON DEDERINT TIBI
UENI ERGO HODIE AD FONTEM
ET DIXI
DÑE DS̄ DOMINI MEI ABRAHAM
SI DIREXISTI UIAM MEAM
IN QUA NUNC AMBULO
ECCE STO IUXTA FONTEM AQUAE
ET UIRGO QUAE EGREDIETUR
AD HAURIENDAM AQUAM
AUDIERIT A ME
DA MIHI PAUXILLULUM AQUAE
AD BIBENDUM EX HYDRIA TUA
ET DIXERIT MIHI ET TU BIBE
ET CAMELIS TUIS HAURIAM
IPSA EST MULIER QUAM PRAE
PARAUIT DÑS FILIO DOMINI MEI
DUM HAEC MECUM TACITUS
UOLUEREM
APPARUIT REBECCA UENIENS
CUM HYDRIA QUAM PORTABAT
IN SCAPULA
DESCENDITQ· AD FONTEM
ET HAUSIT AQUAM
ET AIO AD EAM
DA MIHI PAULULUM BIBERE

QUAE FESTINA DEPOSUIT
HYDRIAM DE UMERO
ET DIXIT MIHI
ET TU BIBE ET CAMELIS TUIS
POTUM TRIBUAM
BIBI ET ADAQUAUIT CAMELOS
INTERROGAUIQUE EAM
ET DIXI CUIUS ES FILIA
QUAE RESPONDIT
FILIA BATHUELIS SUM FILII NAHOR
QUEM PEPERIT ILLI MELCHA
SUSPENDI ITAQ. INAURES ADORNAN
DAM FACIEM EIUS ET ARMILLAS
POSUI IN MANIB.
PRONUSQ. ADORAUI DNM BENE
DICENS DNO DO DOMINI
MEI ABRAHAM
QUI PERDUXISSET ME
RECTO ITINERE
UT SUMEREM FILIAM FRATRIS
DOMINI MEI FILIO EIUS
QUAM OBREM SI FACITIS MISERI
CORDIAM ET UERITATEM CUM
DOMINO MEO INDICATE MIHI
SIN AUTEM ALIUD PLACET ET HOC
DICITE UT UADAM AD DEXTRAM
SIUE AD SINISTRAM
RESPONDERUNT LABAN ET BATUHEL
A DNO EGRESSUS EST SERMO NON
POSSUMUS EXTRA PLACITUM
EIUS QUICQUAM ALIUD
TECUM LOQUI
EN REBECCA CORAM TE EST
TOLLE EAM ET PROFICISCERE
ET SIT UXOR FILII DOMINI TUI
SICUT LOCUTUS EST DNS
QUOD CUM AUDISSET PUER ABRA
HAM ADORAUIT IN TERRA DNM
PROLATISQ. UASIS ARGENTEIS
ET AUREIS AC UESTIB. DEDIT EA
REBECCAE PRO MUNERE
FRATRIB. QUOQ. EIUS ET MATRI
DONA OBTULIT
INITOQ. CONUIUIO UESCENTES
PARITER ET BIBENTES
MANSERUNT IBI
SURGENS AUTEM MANE
LOCUTUS EST PUER
DIMITTITE ME UT UADAM
AD DOMINUM MEUM
RESPONDERUNT FRATRES
EIUS ET MATER
MANEAT PUELLA SALTEM
DECEM DIES APUT NOS
ET POSTEA PROFICISCETUR
NOLITE AIT ME RETINERE QUIA
DNS DIREXIT UIAM MEAM
DIMITTITE ME UT PERGAM
AD DOMINUM MEUM
DIXERUNT UOCEMUS PUELLAM
ET QUAERAMUS IPSIUS UOLUNTATĒ
CUMQ. UOCATA UENISSET SCISCITATI SUNT
UIS IRE CUM HOMINE ISTO
QUAE AIT UADAM
DIMISERUNT ERGO EAM ET NUTRI
CEM ILLIUS SERUUMQ.
ABRAHAM ET COMITES EIUS
INPRAECANTES PROSPERA SORORI
SUAE ATQ. DICENTES
SOROR NOSTRA ES
CRESCAS IN MILLE MILIA ET POS
SIDEAT SEMEN TUUM PORTAS
INIMICORUM SUORUM
IGITUR REBECCA ET PUELLAE
ILLIUS ASCENSIS CAMELIS
SECUTAE SUNT UIRUM
QUI FESTINUS REUERTEBATUR
AD DOMINUM SUUM
EO TEMPORE ISAAC DEAMBULA
BAT PER UIAM QUAE DUCIT
AD PUTEUM CUIUS NOMEN EST
UIUENTIS ET UIDENTIS
HABITABAT ENIM IN TERRA AUSTRALI
ET EGRESSUS FUERAT AD MEDI
TANDUM IN AGRO INCLINATA
IAM DIE
CUMQ. LEUASSET OCULOS UIDIT
CAMELOS UENIENTES PROCUL

REBECCA quoq. conspecto isaac
descendit de camelo
et ait ad puerum quis est ille
homo qui uenit per agrum
in occursum nobis
dixitq. ei ipse est dominus meus
at illa tollens cito pallium
operuit se
seruus autem cuncta quae
gesserat narrauit isaac
qui introduxit eam in taber
naculum sarrae matris
suae et accepit uxorem
et in tantum dilexit ut dolo
rem qui ex morte matris
acciderat temperaret
xxx ABRAHAM uero aliam duxit uxo
rem nomine cetthuram
quae peperit ei zamram
et iexan et madan et mazian
et iesboc et sue
iexan quoq. genuit saban
et dodan
filii dodan fuerunt assurim
et lathusim et loommim
at uero ex mazian ortus est
epha et opher et enoch
et abida et eldaa
omnes hii filii cetturae
deditq. abraham cuncta
quae possiderat isaac
filiis autem concubinarum
largitus est munera
et separauit eos ab isaac
filio suo dum adhuc ipse
uiueret ad plagam orientalē
fuerunt autem dies uitae
eius centum septuaginta
quinq. annorum
et deficiens mortuus est
in senectute bona
prouectaeq. aetatis
et plenus dierum
congregatusq. est
ad populum suum
et sepelierunt eum isaac
et ismahel filii sui
in spelunca duplici quae sita
est in agro ephron filii soor
hetthei e regione mambre
quem emerat a filiis heth
ibi sepultus est ipse
et sara uxor eius
et post obitum illius bene
dixit ds isaac filio eius
qui habitabat iuxta puteum
nomine uiuentis et uidentis
xxxi HAE sunt generationes
ismahel filii abraham
quem peperit ei agar aegyp
tia famula sarae
et haec nomina filiorum
eius in uocabulis et gene
rationib. suis
primogenitus ismahelis
nabaioth
dein cedar et abdeel
et mabsam
masfa quoq. et duma
et massa
adad et thema
itur et naphis et cedma
isti sunt filii ismahel
et haec nomina per castella
et oppida eorum
duodecim principes
tribuum suarum
anni uitae ismahel centum
triginta septem
deficiens mortuus est et ad
positus ad populum suum
habitauit autem ab euila usq.
sur quae respicit aegyptum
introeuntib. assyrios
coram cunctis fratrib.
suis obiit
xxxii HAE quoq. sunt generationes
isaac filii abraham

ABRAHAM GENUIT ISAAC
QUI CUM QUADRAGINTA ESSET
ANNORUM
DUXIT UXOREM REBECCA FILIAM
BATHUEL SYRI DE MESOPO
TAMIAM SOROREM LABAN
DEPRAECATUSQ· EST DNM
PRO UXORE SUA EO QUOD
ESSET STERELIS
QUI EXAUDIUIT EUM
ET DEDIT CONCEPTUM REBECCAE
SED CONLIDEBANTUR IN UTERO
EIUS PARUULI
QUAE AIT SI SIC MIHI FUTURUM
ERAT QUID NECESSE FUIT
CONCIPERE
PERREXITQ· UT CONSULERET DNM
QUI RESPONDENS AIT
DUAE GENTES IN UTERO TUO SUNT
ET DUO POPULI EX UENTRE
TUO DIUIDENTUR
POPULUSQ· POPULUM SUPERA
UIT ET MAIOR MINORI SERUIET
IAM TEMPUS PARIENDI
UENERAT
ET ECCE GEMINI IN UTERO
REPERTI SUNT
QUI PRIMUS EGRESSUS EST
RUFUS ERAT ET TOTUS IN MO
REM PELLIS HISPIDUS
UOCATUMQ· NOMEN EIUS ESAU
PROTINUS ALTER EGREDIENS
PLANTAM FRATRIS TENE
BAT MANU
ET IDCIRCO APPELLAUIT EUM IACOB
SEXAGENARIUS ERAT ISAAC
QUANDO NATI SUNT PARUULI
QUIB· ADULTIS FACTUS EST
ESAU UIR GNARUS UENANDI
ET HOMO AGRICOLA
IACOB AUTEM UIR SIMPLEX
HABITABAT IN TABERNACULIS
ISAAC AMABAT ESAU EO QUOD
DE UENATIONIB· ILLIUS
UESCERETUR
ET REBECCA DILIGEBAT IACOB
COXIT AUTEM IACOB PULMENTUM
AD QUEM CUM UENISSET
ESAU DE AGRO LASSUS AIT
DA MIHI DE COCTIONE HAC RUFA
QUIA OPPIDO LASSUS SUM
QUAM OB CAUSAM UOCATUM
EST NOMEN EIUS EDOM
CUI DIXIT IACOB UENDE MIHI
PRIMOGENITA TUA
ILLE RESPONDIT EN MORIOR
QUID MIHI PRODERUNT
PRIMOGENITA
AIT IACOB IURA ERGO MIHI
IURAUIT ESAU ET UENDIDIT
PRIMOGENITA
ET SIC ACCEPTO PANE ET LENTIS
EDULIO COMEDIT ET BIBIT
ET ABIIT PARUI PENDENS QUOD
PRIMOGENITA UENDIDISSET
XXXIII ORTA AUTEM FAME SUPER TERRAM
POST EAM STERELITATEM QUAE
ACCIDERAT IN DIEB· ABRAHAM
ABIIT ISAAC AD ABIMELECH REGEM
PHALESTINORUM IN GERARA
APPARUITQ· EI DNS ET AIT
NE DESCENDAS IN AEGYPTUM
SED QUIESCE IN TERRA QUAM
DIXERO TIBI ET PEREGRI
NARE IN EA
EROQ· TECUM ET BENEDICAM TIBI
TIBI ENIM ET SEMINI TUO DABO
UNIUERSAS REGIONES HAS
CONPLENS IURAMENTUM QUOD
SPONDI ABRAHAM PATRI TUO
ET MULTIPLICABO SEMEN TUUM
SICUT STELLAS CAELI
DABOQ· POSTERIS TUIS UNIUER
SAS REGIONES HAS
ET BENEDICENTUR IN SEMINE
TUO OMNES GENTES TERRAE
EO QUOD OBOEDIERIT ABRAHAM
UOCI MEAE ET CUSTODIERIT

PRAECEPTA MEA ET MAN
DATA MEA
ET CAERE MONIAS LEGESQUE
SERUAUERIT
MANSIT ITAQ· ISAAC IN GERARIS
QUI CUM INTERROGARETUR A UIRIS
LOCI ILLIUS SUPER UXORE SUA
RESPONDIT SOROR MEA EST
TIMUERAT ENIM CONFITERI
QUOD SIBI ESSET SOCIATA
CONIUGIO
REPUTANS NE FORTE INTERFICE
RENT EUM PROPTER ILLIUS
PULCHRITUDINEM
CUMQ· PERTRANSISSENT DIES
PLURIMI ET IBI DEMORARETUR
PROSPICIENS ABIMELECH PALE
STINORUM REX PER FENESTRAM
UIDIT EUM IOCANTEM CUM
REBECCA UXORE SUA
ET ARCESSITO AIT
PERSPICUUM EST QUOD
UXOR TUA SIT
CUR MENTITUS ES
SOROREM TUAM ESSE
RESPONDIT TIMUI NE MO
RERER PROPTER EAM
DIXITQ· EI ABIMELECH QUARE
INPOSUISTI NOBIS
POTUIT COIRE QUISPIAM
DE POPULO CUM UXORE TUA
ET INDUXERAS SUPER NOS
GRANDE PECCATUM
PRAECEPITQ· OMNI POPULO DICENS
QUI TETIGERIT HOMINIS HUIUS
UXOREM MORTE MORIETUR
xxxiiii SERUIT AUTEM ISAAC IN TERRA
ILLA ET INUENIT IN IPSO
ANNO CENTUPLUM
BENEDIXITQ· EI DNS ET LOCU
PLETATUS EST HOMO
ET IBAT PROFICISCENS
ATQ· SUCCRESCENS
DONEC MAGNUS UEHEMENTER
EFFECTUS EST
HABUIT QUOQ· POSSESSIONEM
OUIUM ET ARMENTORUM
ET FAMILIAE PLURIMUM
OB HAEC INUIDENTES EI PALESTINI
OMNES PUTEOS QUOS FODE
RANT SERUI PATRIS ILLIUS
ABRAHAM ILLO TEMPORE
OBSTRUXERUNT INPLENTES HUMO
IN TANTUM UT IPSE ABIMELECH
DICERET AD ISAAC
RECEDE A NOBIS QUONIAM POTEN
TIOR NOSTRI FACTUS ES UALDE
ET ILLE DESCENDENS UENIRET
AD TORRENTEM GERARAE
HABITARETQ· IBI
RURSUS FODIT ALIOS PUTEOS
QUOS FODERANT SERUI
PATRIS SUI ABRAHAM
ET QUOS ILLO MORTUO OLIM
OBSTRUXERANT PHILISTHIIM
APPELLAUITQ· EOS HISDEM
NOMINIB· QUIB· ANTE PATER
UOCAUERAT
FODERUNT IN TORRENTE ET REPPE
RERUNT AQUAM UIUAM
SED ET IBI IURGIUM FUIT PASTORUM
GERARAE ADUERSUM PASTO
RES ISAAC DICENTIUM
NOSTRA EST AQUA
QUAM OBREM NOMEN PUTEI
EX EO QUOD ACCIDERAT
UOCAUIT CALUMNIAM
FODERUNT ET ALIUM ET PRO
ILLO QUOQ· RIXATI SUNT
APPELLAUITQ· EUM INIMICITIAS
PROFECTUS INDE FODIT ALIUM
PUTEUM PRO QUO NON
CONTENDERUNT
ITAQ· UOCAUIT NOMEN ILLIUS
LATITUDO DICENS
NUNC DILATAUIT NOS DNS ET FECIT
CRESCERE SUPER TERRAM
xxxv ASCENDIT AUTEM EX ILLO LOCO

INBERSABEE
UBI APPARUIT EI DN̄S IN IPSA
NOCTE DICENS
EGO SUM DN̄S ABRAHAM
PATRIS TUI
NOLI METUERE QUIA TECUM SUM
BENEDICAM TIBI ET MULTIPLICABO
SEMEN TUUM PROPTER
SERUUM MEUM ABRAHAM
ITAQ. AEDIFICAUIT IBI ALTARE
ET INUOCATO NOMENE DN̄I
EXTENDIT TABERNACULUM
PRAECEPITQ. SERUIS SUIS
UT FODERENT PUTEUM
AD QUEM LOCUM CUM UENIS
SENT DE GERARIS
ABIMELECH ET OCHOZAT AMICUS
ILLIUS ET FICHOL DUX MILITUM
LOCUTUS EST EIS ISAAC
QUID UENISTIS AD ME HOMINEM
QUEM ODISTIS ET EXPULI
STIS A UOBIS
QUI RESPONDERUNT UIDIMUS
TECUM ESSE DN̄M ET ID
CIRCO NUNC DIXIMUS
SIT IURAMENTUM INTER NOS
ET INEAMUS FOEDUS
UT NON FACIAS NOBIS QUICQUĀ MALI
SICUT ET NOS NIHIL TUORUM
ATTI GIMUS
NEC FECIMUS QUOD TE LAEDERET
SED CUM PACE DIMISIMUS
AUCTUM BENEDICTIONE DN̄I
FECIT ERGO EIS CONUIUIUM
ET POST CIBUM UEL POTUM
SURGENTES MANE IURAUE
RUNT SIBI MUTUO
DIMISITQ. EOS ISAAC PACI
FICE IN LOCUM SUUM
ECCE AUTEM UENERUNT
IN IPSO DIE SERUI ISAAC
ADNUNTIANTES EI DE PUTEO
QUEM FODERANT
ATQ. DICENTES INUENIMUS AQUĀ

UNDE APPELLAUIT EUM
ABUNDANTIAM
ET NOMEN URBI INPOSITUM EST
BERSABEE USQUE IN PRAE
SENTEM DIEM
XXXVI ESAU UERO QUADRAGENARIUS
DUXIT UXORES
IUDITH FILIAM BEERI HETTHEI
ET BASEMATH FILIAM HELON
EIUSDEM LOCI
QUAE AMBAE OFFENDERANT
ANIMUM ISAAC ET REBECCAE
XXXVII SENUIT AUTEM ISAAC ET CALIGA
UERUNT OCULI EIUS
ET UIDERE NON POTERAT
UOCAUITQ. ESAU FILIUM SUUM
MAIOREM ET AIT EI FILI MI
QUI RESPONDIT ADSUM
CUI PATER
UIDES INQUIT QUOD SENUERIM
ET IGNOREM DIEM
MORTIS MEAE
SUME ARMA TUA PHARETRA ET
ARCUM ET EGREDERE FORAS
CUMQ. UENATU ALIQUID
ADPRAEHENDERIS
FAC MIHI INDE PULMENTUM
SICUT UELLE ME NOSTI
ET AFFER UT COMEDAM ET BENE
DICAT TIBI ANIMA MEA
ANTEQUAM MORIAR
QUOD CUM AUDISSET REBECCA
ET ILLE ABISSET IN AGRUM UT IUS
SIONEM PATRIS EXPLERET
DIXIT FILIO SUO IACOB
AUDIUI PATREM TUUM LOQUEN
TEM CUM ESAU FRATRE TUO
ET DICENTEM EI
AFFER MIHI UENATIONEM TUAM
ET FAC CIBOS UT COMEDAM
ET BENEDICAM TIBI CORAM DN̄O
ANTEQUAM MORIAR
NUNC ERGO FILI MI ADQUI
ESCE CONSILIIS MEIS

ET PERGENS AD GREGEM ADFER
MIHI DUOS HAEDOS OPTIMOS
UT FACIAM EX EIS ESCAS PATRI TUO
QUIB. LIBENTER UESCITUR
QUAS CUM INTULERIS ET COME
DERIT BENEDICAT TIBI
PRIUSQUAM MORIATUR
CUI ILLE RESPONDIT
NOSTI QUOD ESAU FRATER MEUS
HOMO PILOSUS SIT
ET EGO LENIS
SI ADTRACTAUERIT ME PATER
MEUS ET SENSERIT
TIMEO NE PUTET SIBI ME
UOLUISSE INLUDERE
ET INDUCAT SUPER ME MALEDIC
TIONEM PRO BENEDICTIONE
AD QUEM MATER IN ME SIT AIT
ISTA MALEDICTIO FILI MI
TANTUM AUDI UOCEM MEAM
ET PERGE ADFERQ. QUAE DIXI
ABIIT ET ADTULIT DEDITQ. MATRI
PARAUIT ILLA CIBOS SICUT NOUE
RAT UELLE PATREM ILLIUS
ET UESTIB. ESAU UALDE BONIS
QUAS APUT SE HABEBAT
DOMI INDUIT EUM
PELLICULASQ. HEDORUM
CIRCUM DEDIT MANIB. ET
COLLI NUDA PROTEXIT
DEDIT PULMENTUM ET PANES
QUOS COXERAT TRADIDIT
QUIB. INLATIS DIXIT PATER MI
ET ILLE RESPONDIT AUDIO
QUIS TU ES FILI MI
DIXITQ. IACOB EGO SUM ESAU
PRIMOGENITUS TUUS
FECI SICUT PRAECEPISTI MIHI
SURGE SEDE ET COMEDE
DE UENATIONE MEA
UT BENEDICAT MIHI ANIMA TUA
RURSUM ISAAC AD FILIUM SUUM
QUOMODO INQUIT TAM CITO
UENIRE POTUISTI FILI MI
QUI RESPONDIT UOLUNTATIS DI̅
FUIT UT CITO MIHI OCCUR
RERET QUOD UOLEBAM
DIXITQ. EI ISAAC ACCEDE HUC
UT TANGAM TE FILI MI
ET PROBEM UTRUM TU SIS
FILIUS MEUS ESAU AN NON
ACCESSIT ILLE AD PATREM
ET PALPATO EO DIXIT ISAAC
UOX QUIDEM UOX IACOB EST
SED MANUS MANUS SUNT ESAU
ET NON COGNOUIT EUM QUIA
PILOSAE MANUS SIMILITUDINE̅
MAIORIS EXPRESSERANT
BENEDICENS ERGO ILLI AIT
TU ES FILIUS MEUS ESAU
RESPONDIT EGO SUM
AT ILLE OFFER INQUIT MIHI
CIBOS DE UENATIONE TUA
FILI MI
UT BENEDICAT TIBI ANIMA MEA
QUOS CUM OBLATOS COMEDIS
SET OBTULIT EI ETIAM UINUM
QUO HAUSTO DIXIT AD EUM
ACCEDE AD ME ET DA MIHI
OSCULUM FILI MI
ACCESSIT ET OSCULATUS EST EUM
STATIMQ. UT SENSIT UESTI
MENTORUM ILLIUS FRAGRAN
TIAM BENEDICENS AIT
ECCE ODOR FILI MEI SICUT ODOR
AGRI CUI BENEDIXIT DN̅S
DET TIBI DN̅S DE RORE CAELI
ET DE PINGUEDINE TERRAE
ABUNDANTIAM FRUMENTI
ET UINI
ET SERUIANT TIBI POPULI
ET ADORENT TE TRIBUS
ESTO DOMINUS FRATRUM
TUORUM ET INCURBENTUR
ANTE TE FILII MATRIS TUAE
QUI MALEDIXERIT TE SIT MALEDICT͡US
ET QUI BENEDIXERIT TIBI BENE
DICTIONIB. REPLEATUR

UIX ISAAC SERMONEM
IMPLEUERAT
ET EGRESSO IACOB FORAS
UENIT ESAU
COCTOSQ· DE UENATIONE CIBOS
INTULIT PATRI DICENS
SURGE PATER MI ET COMEDE
DE UENATIONE FILII TUI ET
BENEDICAT MIHI ANIMA TUA
DIXITQ· ILLI ISAAC QUIS ENIM ES TU
QUI RESPONDIT EGO SUM PRIMO
GENITUS FILIUS TUUS ESAU
EXPAUIT ISAAC STUPORE
UEHEMENTI ET ULTRA
QUAM CREDI POTEST
ADMIRANS AIT
QUIS IGITUR ILLE EST QUI DUDUM
CAPTAM UENATIONEM
ADTULIT MIHI
ET COMEDI EX OMNIB·
PRIUSQUAM TU UENIRES
BENEDIXIQ· EI ET ERIT BENEDICTUS
AUDITIS ESAU SERMONIBUS
PATRIS INRUGIIT CLAMORE
MAGNO ET CONSTERNATUS AIT
BENEDIC ETIAM MIHI PATER MI
QUI AIT · UENIT GERMANUS TUUS
FRAUDULENTER ET ACCEPIT
BENEDICTIONEM TUAM
AT ILLE SUBIUNXIT
IUSTE UOCATUM EST
NOMEN EIUS IACOB
SUBPLANTAUIT ENIM ME
EN ALTERA UICE
PRIMOGENITA MEA ANTE TULIT
ET NUNC SECUNDO SUBRIPUIT
BENEDICTIONEM MEAM
RURSUMQ· AD PATREM
NUMQUID NON RESERUASTI
AIT ET MIHI BENEDICTIONEM
RESPONDIT ISAAC DOMINUM
TUUM ILLUM CONSTITUI
ET OMNES FRATRES EIUS SERUITUTI
ILLIUS SUBIUGAUI

FRUMENTO ET UINO
STABILIUI EUM
TIBI POST HAEC FILI MI
ULTRA QUID FACIAM
CUI ESAU NUM UNAM INQUIT
TANTUM BENEDICTIONEM
HABES PATER
MIHI QUOQ· OBSECRO
UT BENEDICAS
CUMQ· EIULATU MAGNO FLERET
MOTUS ISAAC DIXIT AD EUM
IN PINGUEDINE TERRAE
ET IN RORE CAELI
DESUPER ERIT BENEDICTIO TUA
UIUES GLADIO ET FRATRI TUO
SERUIES
TEMPUSQ· UENIET CUM EXCU
TIAS ET SOLUAS IUGUM EIUS
DE CERUICIB· TUIS
ODERAT ERGO SEMPER ESAU IACOB
PRO BENEDICTIONE QUA
BENEDIXERAT EI PATER
DIXITQ· IN CORDE SUO
UENIANT DIES LUCTUS PATRIS
MEI UT OCCIDAM FRATREM
MEUM IACOB
NUNTIATA SUNT HAEC REBECCAE
QUAE MITTENS ET UOCANS IACOB
FILIUM SUUM DIXIT AD EUM
ECCE ESAU FRATER TUUS MINATUR
UT OCCIDAT TE
NUNC ERGO FILI AUDI UOCEM MEAM
ET CONSURGENS FUGE AD LABAN
FRATREM MEUM IN HARAN
HABITABISQ· CUM EO DIES PAUCOS
DONEC REQUIESCAT
FUROR FRATRIS TUI
ET CESSET INDIGNATIO EIUS
OBLIUISCATURQ· EORUM
QUAE FECISTI IN EUM
POSTEA MITTAM ET ADDUCAM
TE INDE HUC
CUR UTROQ· ORBABOR
FILIO UNA DIE

DIXIT QUOQ. REBECCA AD ISAAC
TAEDET ME UITAE MEAE
PROPTER FILIAS HETH
SI ACCEPERIT IACOB UXOREM
DE STIRPE HUIUS TERRAE
NOLO UIUERE
xxx vii xcvii LOCAUIT ITAQ. ISAAC IACOB ET BENE
DIXIT PRAECEPITQ. EI DICENS
NOLI ACCIPERE CONIUGEM
DE GENERE CHANAAN
SED UADE ET PROFICISCERE
IN MESOPOTAMIAM SYRIAE
AD DOMUM BATHUEL
PATREM MATRIS TUAE
ET ACCIPE TIBI INDE UXOREM
DE FILIAB. LABAN AUUNCULI TUI
DS AUTEM OMNIPOTENS
BENEDICAT TIBI
ET CRESCERE TE FACIAT
ATQUE MULTIPLICET
UT SIS IN TURBAS POPULORUM
ET DET TIBI BENEDICTIONES ABRA
HAM ET SEMINI TUO POST TE
UT POSSIDEAS TERRAM PEREGRI
NATIONIS TUAE QUAM POLLI
CITUS EST AUO TUO
CUMQ. DIMISISSET EUM ISAAC
PROFECTUS UENIT IN MESOPO
TAMIAM SYRIAE
AD LABAN FILIUM BATHUEL SYRI
FRATREM REBECCAE MATRIS SUAE
UIDENS AUTEM ESAU QUOD BENE
DIXISSET PATER SUUS IACOB
ET MISISSET EUM IN MESOPO
TAMIAM SYRIAE UT INDE
UXOREM DUCERET
ET QUOD POST BENEDICTIONEM
PRAECEPISSET EI DICENS
NON ACCIPIES CONIUGEM
DE FILIAB. CHANAAN
QUODQ. OBOEDIENS IACOB
PARENTIB. ISSET IN SYRIAM
PROBANS QUOQ. QUOD NON LIBEN
TER ASPICERET FILIAS
CHANAAN PATER SUUS
IBIT AD ISMAHELEM ET DUXIT
UXOREM ABSQ. HIS
QUAS PRIUS HABEBAT
MELECH FILIAM ISMAHEL FILII
ABRAHAM SOROREM NABAIOTH
xxx viii IGITUR EGRESSUS IACOB DE BER
SABEE PERGEBAT HARAN
CUMQ. UENISSET AD QUENDAM
LOCUM ET UELLET IN EO REQUI
ESCERE POST SOLIS OCCUBITUM
TULIT DE LAPIDIB. QUI IACEBANT
ET SUBPONENS CAPITI SUO
DORMIUIT IN EODEM LOCO
UIDITQ. IN SOMNIS SCALAM STANTE͂
SUPER TERRAM ET CACUMEN
ILLIUS TANGENS CAELUM
ANGELOS QUOQ. DI ASCENDENTES
ET DESCENDENTES PER EAM
ET DNM INNIXUM SCALAE
DICENTEM SIBI
EGO SUM DNS DS ABRAHAM
PATRIS TUI ET DS ISAAC
TERRAM IN QUA DORMIS TIBI
DABO ET SEMINI TUO
ERITQ. GERMEN TUUM
QUASI PULUIS TERRAE
DILATABERIS AD OCCIDENTEM
ET ORIENTEM ET SEPTENTRI
ONEM ET MERIDIEM
ET BENEDICENTUR IN TE ET IN
SEMINE TUO CUNCTAE
TRIBUS TERRAE
ET ERO CUSTOS TUUS QUO
CUMQUE PERREXERIS
ET REDUCAM TE IN TERRAM HANC
NEC DIMITTAM NISI COMPLE
UERO UNIUERSA QUAE DIXI
CUMQ. EUIGILASSET
IACOB DE SOMNO AIT
UERE DNS EST IN LOCO ISTO
ET EGO NESCIEBAM
PAUENSQUE QUAM TERRIBILIS
INQUIT EST LOCUS ISTE

NON EST HIC ALIUD NISI DOMUS DĪ
ET PORTA CAELI
SURGENS ERGO MANE TULIT
LAPIDEM QUEM SUBPOSUERAT CAPITI SUO
ET EREXIT IN TITULUM
FUNDENS OLEUM DESUPER
APPELLAUITQ· NOMEN URBIS
BETHEL QUAE PRIUS LUZA
UOCABATUR
UOUIT ETIAM UOTUM DICENS
SI FUERIT DS̄ MECUM
ET CUSTODIERIT ME
IN UIA PER QUAM AMBULO
ET DEDERIT MIHI PANEM ADUESCENDUM ET UESTEM
AD INDUENDUM
REUERSUSQ· FUERO PROSPERE
AD DOMUM PATRIS MEI
ERIT MIHI DN̄S IN DM̄
ET LAPIS ISTE QUEM EREXI
IN TITULUM UOCABITUR
DOMUS DĪ
CUNCTORUMQ· QUAE DEDERIS
MIHI DECIMAS OFFERAM TIBI
PROFECTUS ERGO IACOB UENIT
AD TERRAM ORIENTALEM
ET UIDIT PUTEUM IN AGRO
TRES QUE GREGES OUIUM
ACCUBANTES IUXTA EUM
NAM EX ILLO ADAQUABANTUR
PECORA
ET OS EIUS GRANDI LAPIDE
CLAUDEBATUR
MORISQ· ERAT UT CUNCTIS
OUIB· CONGREGATIS
DEUOLUERENT LAPIDEM
ET RE FECTIS GREGIB· RURSUM
SUPER OS PUTEI PONERENT
DIXITQ· AD PASTORES
FRATRES UNDE ESTIS
QUI RESPONDERUNT DE HARAN
QUOS INTERROGANS
NUM QUID AIT NOSTIS
LABAN FILIUM NAHOR
DIXERUNT NOUIMUS
SANUS NE EST INQUIT
UALET INQUIUNT
ET ECCE RAHEL FILIA EIUS
UENIT CUM GREGE SUO
DIXITQ· IACOB ADHUC MULTUM
DIEI SUPEREST
NEC EST TEMPUS UT REDUCANTUR AD CAULAS GREGES
DATE ANTE POTUM OUIB· ET SIC
EAS AD PASTUM REDUCITE
QUI RESPONDERUNT NON POSSUMUS DONEC OMNIA PECORA
CONGREGENTUR
ET AMOUEAMUS LAPIDEM
DE ORE PUTEI UT ADAQUEMUS
GREGES
ADHUC LOQUEBANTUR
ET ECCE RAHEL UENIEBAT
CUM OUIB· PATRIS SUI
NAM GREGEM IPSA PASCEBAT
QUAM CUM UIDISSET IACOB
ET SCIRET CONSOBRINAM SUAM
OUESQ· LABAN AUUNCULI SUI
AMOUIT LAPIDEM QUO PUTEUS
CLAUDEBATUR
ET ADAQUATO GREGE
OSCULATUS EST EAM
ELEUATAQ· UOCE FLEUIT ET IN
DICAUIT EI QUOD FRATER ESSET
PATRIS EIUS ET FILIUS REBECCAE
AT ILLA FESTINANS NUNTIAUIT
PATRI SUO
QUI CUM AUDISSET UENISSE
IACOB FILIUM SORORIS SUAE
CUCURRIT OBUIAM
CONPLEXUSQ· EUM ET INOSCULARUENS DUXIT IN DOMUM SUAM
AUDITIS AUTEM CAUSIS
ITINERIS RESPONDIT
OS MEUM ES ET CARO MEA
ET POSTQUAM EXPLETI SUNT DIES
MENSIS UNIUS DIXIT EI

num quia frater meus es
gratis servies mihi
dic quid mercedis accipias
habebat vero filias duas
nomen maioris lia minor
appellabatur rahel
sed lia lippis erat oculis
rahel decora facie et ve
nusto aspectu
quam diligens iacob ait
serviam tibi pro rahel filia
tua minore septem annis
respondit laban melius
est ut tibi eam dem
quam viro alteri
mane aput me
servivit igitur iacob pro
rachel septem annis
et videbantur illi pauci dies
prae amoris magnitudine
dixitque ad laban
da mihi uxorem meam quia
iam tempus expletum est
ut ingrediar ad eam
qui vocatis multis amico
rum turbis ad convivium
fecit nuptias
et vespere filiam suam
liam introduxit ad eum
dans ancillam filiae
zelfan nomine
ad quam cum ex more iacob
fuisset ingressus
facto mane vidit liam
et dixit ad socerum
quid est quod facere voluisti
nonne pro rahel servivi tibi
quare inposuisti mihi
respondit laban non est in
loco nostro consuetudinis
ut minores ante tra
damus ad nuptias
imple ebdomadem dierum
huius copulae
et hanc quoq. dabo tibi pro
opere quo serviturus es
mihi septem annis aliis
adquievit placito et ebdoma
dae transacta rahel
duxit uxorem
cui pater servam ballam
dederat
tandemq. potitus optatis
nuptiis amorem sequen
tis priori praetulit
serviens aput eum
septem annis aliis
videns autem dns quod
despiceret liam aperuit
vulvam eius
sorore sterili permanente
quae conceptum genuit
filium vocavitq. nomen
eius ruben dicens
vidit dns humilitatem meam
nunc amabit me vir meus
rursumq. concepit et pe
perit filium et ait
quoniam audivit dns haberi
me contemtui dedit
etiam istum mihi
vocavitq. nomen illius symeon
concepit tertio et genuit
alium dixitque
nunc quoq. copulabitur
mihi maritus meus
eo quod pepererim illi
tres filios
et idcirco appellavit nomen
eius levi
quarto concepit et pepe
rit filium et ait
modo confitebor dno et ob
hoc vocavit eum iudam
cessavitque parere
cernens autem rahel quod
infecunda esset invidit
sorori et ait marito suo

DAMIHI LIBEROS ALIOQUIN MORIAR
CUI IRATUS RESPONDIT IACOB
NUMPRO DO EGO SUM QUI PRI
UAUIT TE FRUCTU UENTRIS TUI
AT ILLA HABEO INQUIT FAMULAM
BALLAM INGREDERE ADEAM
UT PARIAT SUPER GENUA MEA
ET HABEAM EXEA FILIOS
DEDITQ. EI BALLAM IN CONIUGIUM
QUAE INGRESSO AD SE UIRO CON
CEPIT ET PEPERIT FILIUM
DIXITQ. RAHEL IUDICAUIT MIHI
DNS ET EXAUDIUIT UOCEM
MEAM DANS MIHI FILIUM
ET IDCIRCO APPELLAUIT
NOMEN ILLIUS DAN
RURSUMQ. BALLA CONCIPIENS
PEPERIT ALTERUM
PRO QUO AIT RAHEL
COMPARAUIT ME DS CUM
SORORE MEA ET INUALUI
UOCAUITQ. EUM NEPTALI
SENTIENS LIA QUOD PARERE
DESISSET
ZELFAN ANCILLAM SUAM
MARITO TRADIDIT
QUA POST CONCEPTUM EDENTE
FILIUM DIXIT FELICITER
ET IDCIRCO UOCAUIT NOMEN
EIUS GAD
PEPERIT QUOQ. ZELFA
ALTERUM DIXITQUE LIA
HOC PRO BEATITUDINE MEA
BEATA QUIPPE ME DICENT
MULIERES PROPTEREA
APPELLAUIT EUM ASER
EGRESSUS AUTEM RUBEN TEMPO
RE MESSIS TRITICEAE IN AGRU
REPPERIT MANDRAGORAS
QUOS MATRI LIAE DETULIT
DIXITQ. RAHEL DA MIHI PARTEM
DE MANDRAGORIS FILI TUI
ILLA RESPONDIT PARUM NE TIBI
UIDETUR QUOD PRAERIPUERIS
MARITUM MIHI
NISI ETIAM MANDRAGORAS
FILII MEI TULERIS
AIT RAHEL DORMIAT TECUM
HAC NOCTE PRO MANDRA
GORIS FILII TUI
REDEUNTIQUE AD UESPERAM
DE AGRO IACOB
EGRESSA EST IN OCCURSUM LIA
ET AD ME INQUIT INTRABIS QUIA
MERCEDE CONDUXI TE PRO
MANDRAGORA FILII MEI
DORMIUIT CUM EA NOCTE ILLA
ET EXAUDIUIT DS PRAECES EIUS
CONCEPITQ. ET PEPERIT FILIUM
QUINTUM ET AIT
DEDIT DS MERCEDEM MIHI QUIA
DEDI ANCILLAM MEAM UIRO MEO
APPELLAUITQ. NOMEN ILLIUS
ISSACHAR
RURSUM LIA CONCIPIENS PEPE
RIT SEXTUM FILIUM ET AIT
DITAUIT ME DS DOTE BONA
ETIAM HAC UICE
MECUM ERIT MARITUS MEUS
EO QUOD GENUERIM EI
SEX FILIOS
ET IDCIRCO APPELLAUIT
NOMEN EIUS ZABULON
POST QUEM PEPERIT FILIAM
NOMINE DINAM
RECORDATUS QUOQ. DNS RAHELIS
EXAUDIUIT EAM ET APERUIT
UULUAM ILLIUS
QUAE CONCEPIT ET PEPERIT
FILIUM DICENS
ABSTULIT DS OBPROBRIUM MEUM
ET UOCAUIT NOMEN ILLIUS
IOSEPH DICENS
ADDAT MIHI DNS FILIUM ALTERUM
NATO AUTEM IOSEPH DIXIT
IACOB SOCERO SUO
DIMITTE ME UT REUERTAR IN PA
TRIAM ET AD TERRAM MEAM

DA MIHI UXORES ET LIBEROS
MEOS PRO QUIBUS SERUIUI
TIBI UT HABEAM
TU NOSTI SERUITUTEM
QUA SERUIUI TIBI
AIT EI LABAN INUENIAM GRATIAM
IN CONS SPECTU TUO
EXPERIMENTO DIDICI QUOD BENE
DIXERIT MIHI DS PROPTER TE
CONSTITUE MERCEDEM TUAM
QUAM DEM TIBI
AT ILLE RESPONDIT
TU NOSTI QUOMODO SERUIERIM
TIBI ET QUANTA IN MANIBUS
MEIS FUERIT POSSESSIO TUA
MODICUM HABUISTI ANTE
QUAM UENIREM
ET NUNC DIUES EFFECTUS ES
BENEDIXITQ· TIBI DNS
AD INTROITUM MEUM
IUSTUM EST IGITUR UT ALIQUANDO
PROUIDEAM ETIAM DOMUI MEAE
DIXITQ· LABAN QUID DABO TIBI
AT ILLE AIT NIHIL UOLO
SED SI FECERIS QUOD POSTULO
ITERUM PASCAM ET CUSTO
DIAM PECORA TUA
GYRA OMNES GREGES TUOS
ET SEPARA CUNCTAS OUES
UARIAS ET SPARSO UELLERE
ET QUODCUMQ· FURUUM ET MACU
LOSUM UARIUMQ· FUERIT TAM
IN OUIB· QUAM IN CAPRIS
ERIT MERCES MEA
RESPONDEBITQ· MIHI CRAS IUSTI
TIA MEA QUANDO PLACITI TEM
PUS ADUENERIT CORAM TE
ET OMNIA QUAE NON FUERINT
UARIA ET MACULOSA ET FURUA
TAM IN OUIB· QUAM IN CAPRIS
FURTI ME ARGUENT
DIXIT LABAN GRATUM HABEO
QUOD PETIS
ET SEPARAUIT IN DIE ILLO CAPRAS

ET OUES HIRCOS ET ARIETES
UARIOS ATQ· MACULOSOS
CUNCTUM AUTEM GREGEM
UNICOLOREM ID EST ALBI
ET NIGRI UELLERIS
TRADIDIT IN MANU FILIORUM SUORU̅
ET POSUIT SPATIUM ITINERIS
INTER SE ET GENERUM
DIERUM TRIUM
QUI PASCEBAT RELIQUOS
GREGES EIUS
TOLLENS ERGO IACOB UIRGAS
POPULEAS UIRIDES ET AMIGDA
LINAS ET EX PLATANIS
ET EX PARTE DECORTICAUIT EAS
DETRACTISQ· CORTICIB· IN HIS
QUAE SPOLIATA FUERANT
CANDOR APPARUIT
ILLA UERO QUAE INTEGRA ERANT
UIRIDIA PERMANSERUNT
ATQ· IN HUNC MODUM COLOR
EFFECTUS EST UARIUS
POSUITQ· EAS IN CANALIB·
UBI EFFUNDEBATUR AQUA
UT CUM UENISSENT GREGES
AD BIBENDUM
ANTE OCULOS HABERENT UIRGAS
ET IN ASPECTU EARUM CONCIPEREN
FACTUMQ· EST UT IN IPSO CALORE
COITUS OUES INTUERENTUR
UIRGAS
ET PARERENT MACULOSA ET UARIA
ET DIUERSO COLORE RESPERSA
DIUISITQ· GREGEM IACOB ET POSUIT
UIRGAS ANTE OCULOS ARIETUM
ERANT AUTEM ALBA QUAEQ·
ET NIGRA LABAN
CETERA UERO IACOB SEPARATIS
INTER SE GREGIBUS
IGITUR QUANDO PRIMO TEMPORE
ASCENDEBANTUR OUES
PONEBAT IACOB UIRGAS IN CANALIB·
AQUARUM ANTE OCULOS
ARIETUM ET OUIUM

UT IN EARUM CONTEMPLATIONE
CONCIPERENT
QUANDO UERO SEROTINA ADMIS
SURA ERAT ET CONCEPTUS
EXTREMUS NON PONEBAT EAS
FACTAQ· SUNT EA QUAE ERANT
SEROTINA LABAN ET QUAE
PRIMI TEMPORIS IACOB
DITATUSQ· EST HOMO ULTRA MODUM
ET HABUIT GREGES MULTOS
ANCILLAS ET SERUOS CAME
LOS ET ASINOS
XXXI POSTQUAM AUTEM AUDIUIT
UERBA FILIORUM LABAN
DICENTIUM
TULIT IACOB OMNIA QUAE FUE
RUNT PATRIS NOSTRI
ET DE ILLIUS FACULTATE DITATUS
FACTUS EST INCLYTUS
ANIMADUERTIT QUOQ· FACIEM
LABAN QUOD NON ESSET ERGA SE
SICUT HERI ET NUDIUS TERTIUS
MAXIME DICENTE SIBI DOMINO
REUERTERE IN TERRAM PATRUM
TUORUM ET AD GENERATIONEM
TUAM EROQ· TECUM
MISIT ET UOCAUIT RAHEL ET LIAM
IN AGRUM UBI PASCEBAT
GREGES DIXITQ· EIS
UIDEO FACIEM PATRIS UESTRI
QUOD NON SIT ERGA ME SICUT
HERI ET NUDIUS TERTIUS
DS AUTEM PATRIS MEI
FUIT MECUM
ET IPSAE NOSTIS QUOD TOTIS
UIRIB· MEIS SERUIERIM
PATRI UESTRO
SED PATER UESTER CIRCUM
UENIT ME
ET MUTAUIT MERCEDEM MEAM
DECEM UICIBUS
ET TAMEN NON DIMISIT EUM
DS UT NOCERET MIHI
SI QUANDO DIXIT UARIAE
ERUNT MERCEDES TUAE
PARIEBANT OMNES OUES
UARIOS FETOS
QUANDO UERO E CONTRARIO AIT
ALBA QUAEQUE ACCIPIES
PRO MERCEDE
OMNES GREGES ALBA PEPERERUNT
TULITQ· DS SUBSTANTIAM PATRIS
UESTRI ET DEDIT MIHI
POSTQUAM ENIM CONCEPTUS
OUIUM TEMPUS ADUENERAT
LEUAUI OCULOS MEOS
ET UIDI INSOMNIS
ASCENDENTES MARES SUPER
FEMINAS UARIOS ET MACULO
SOS ET DIUERSORUM COLORUM
DIXITQ· ANGELUS DI AD ME
INSOMNIS
IACOB ET EGO RESPONDI ADSUM
QUI AIT LEUA OCULOS TUOS
ET UIDE UNIUERSOS MASCULOS
ASCENDENTES SUPER FEMINAS
UARIOS RESPERSOS ATQUE
MACULOSOS
UIDI ENIM OMNIA QUAE
FECIT TIBI LABAN
EGO SUM DS BETHEL UBI
UNXISTI LAPIDEM ET
UOTUM UOUISTI MIHI
NUNC ERGO SURGE ET EGREDERE
DE TERRA HAC REUERTENS
IN TERRAM NATIUITATIS TUAE
RESPONDERUNT RAHEL ET LIA
NUMQUID HABEMUS RESIDUI
QUICQUAM IN FACULTATIB·
ET HEREDITATE DOMUS
PATRIS NOSTRI
NONNE QUASI ALIENAS
REPUTAUIT NOS
ET UENDEDIT COMEDITQUE
PRAETIUM NOSTRUM
SED DS TULIT OPES PATRIS
NOSTRI ET NOBIS EAS TRADIDIT
AC FILIIS NOSTRIS

UNDE OMNIA QUAE PRAECEPIT FAC
XXX IX SURREXIT ITAQUE IACOB ET INPOSITIS
LIBERIS ET CONIUGIBUS SUIS
SUPER CAMELOS ABIIT
TULITQUE OMNEM SUBSTAN
TIAM ET GREGES ET QUICQUID
IN MESOPOTAMIAM QUAESIERAT
PERGENS AD ISAAC PATREM
SUUM IN TERRAM CHANAAN
EO TEMPORE LABAN IERAT
AD TONDENDAS OUES
ET RACHEL FURATA EST IDOLA
PATRIS SUI
NOLUITQ. IACOB CONFITERI
SOCERO QUOD FUGERET
CUMQ. ABISSET TAM IPSE QUAM
OMNIA QUAE IURIS EIUS ERANT
ET AMNE TRANSMISSO PERGERET
CONTRA MONTEM GALAAD
NUNTIATUM EST LABAN DIE TER
TIO QUOD FUGERET IACOB
QUI ADSUMPTIS FRATRIB. SUIS
PERSECUTUS EST EUM
DIEBUS SEPTEM
ET CONPRAEHENDIT
IN MONTE GALAAD
UIDITQUE IN SOMNIS
DICENTEM SIBI DÑM
CAUE NE QUICQUAM ASPERE
LOQUARIS CONTRA IACOB
IAMQUE IACOB EXTENDERAT
IN MONTE TABERNACULUM
CUM ILLE CONSECUTUS EUM CUM
FRATRIBUS SUIS IN EODEM MONTE
GALAAD FIXIT TENTORIUM
ET DIXIT AD IACOB
QUARE ITA EGISTI UT CLAM
ME ABIGERES FILIAS MEAS
QUASI CAPTIUAS GLADIO
CUR IGNORANTE ME
FUGERE UOLUISTI
NEC INDICARE MIHI UT PROSEQUE
RER TECUM GAUDIO ET CANTICIS
ET TYMPANIS ET CITHARA

NON ES PASSUS UT OSCULARER
FILIOS MEOS AC FILIAS
STULTE OPERATUS ES
ET NUNC UALET QUIDEM MANUS
MEA REDDERE TIBI MALUM
SED DS̃ PATRIS UESTRI
HERI DIXIT MIHI
CAUE NE LOQUARIS CUM IACOB
QUICQUAM DURIUS
ESTO AD TUOS IRE CUPIEBAS
ET DESIDERIO TIBI ERAT
DOMUS PATRIS TUI
CUR FURATUS ES DEOS MEOS
RESPONDIT IACOB
QUOD INSCIO TE PROFECTUS SUM
TIMUI NE UIOLENTER
AUFERRES FILIAS TUAS
QUOD AUTEM FURTĪ ARGUIS
APUT QUEM CUMQ. INUENERIS
DEOS TUOS NECETUR CORAM
FRATRIB. NOSTRIS
SCRUTARE QUIDQUID TUORUM
APUT ME INUENERIS ET AUFER
HAEC DICENS IGNORABAT QUOD
RAHEL FURATA ESSET IDOLA
INGRESSUS EST ITAQUE LABAN
TABERNACULUM IACOB ET LIAE
ET UTRIUSQUE FAMULAE
NON INUENIT
CUMQUE INTRASSET TEN
TORIUM RAHELIS
ILLA FESTINANS ABSCONDIT IDOLA
SUBTER STRAMEN CAMELI
ET SEDIT DESUPER
SCRUTANTIQ. OMNE TENTORIUM
ET NIHIL INUENIENTI AIT
NE IRASCATUR DOMINUS MEUS
QUOD CORAM TE ADSUR
GERE NEQUEO
QUIA IUXTA CONSUETUDINEM
FEMINARUM NUNC ACCIDIT MIHI
SIC DELUSA SOLLICITUDO
QUAERENTIS EST
TUMENSQ. IACOB CUM IURGIO AIT

quam ob culpam meam et ob
quod peccatum sic ex
arsisti post me
et scrutatus es omnem
supellectilem meam
quid inuenisti de cuncta sub
stantia domus tuae
pone hic coram fratrib· meis
et fratribus tuis
et iudicent inter me et te
idcirco uiginti annis fui tecum
oues tuae et caprae steriles
non fuerunt
arietes gregis tui non comedi
nec captum a bestia ostendi tibi
ego damnum omne reddebam
quicquid furto peribat
a me exigebas
die noctuq· aestu urebar
et gelu
fugiebat somnus ab oculis meis
sic per uiginti annos in domo
tua seruiui tibi
quattuordecim pro filiab·
et sex pro gregib· tuis
inmutasti quoq· mercedem
meam decem uicibus
nisi ds patris mei abraham
et timor isaac adfuisset mihi
forsitan modo nudum me
dimisisses
adflictionem meam et laborem
manuum mearum respexit
ds et arguit te heri
respondit ei laban
filiae et filii et greges tui et
omnia quae cernis mea sunt
quid possum facere filiis
et nepotib· meis
ueni ergo et ineamus foedus
ut sit testimonium
inter me et te
tulit itaq· iacob lapidem et
erexit illum in titulum

dixitque fratrib· suis
adferte lapides
qui congregantes fecerunt
tumulum comede
runtque super eum
quem uocauit laban
tumulus testis
et iacob aceruum testimonii
uterque iuxta proprietatem
linguae suae
dixitque laban
tumulus iste testis erit
inter me et te hodie
et idcirco appellatum est
nomen eius galaad
id est tumulus testis
intueatur dns et iudicet
inter nos quando recces
serimus a nobis
si adflixeris filias meas
et si introduxeris uxores
alias super eas
nullus sermonis nostri testis
est absque do qui prae
sens respicit
dixitque rursus ad iacob
en tumulus hic et lapis
quem erexi inter me
et te testis erit
tumulus inquam iste et lapis
sint in testimonio
si aut ego transiero illum
pergens ad te
aut tu praeteriens malum
mihi cogitans
ds abraham et ds nahor iudicet
inter nos ds patris eorum
iurauit iacob per timorem
patris sui isaac
immolatis q· uictimis in monte
uocauit fratres suos
ut ederent panem
qui cum comedissent
manserunt ibi

LABAN UERO DE NOCTE CONSUR
GENS OSCULATUS EST
FILIOS AC FILIAS SUAS
ET BENEDIXIT ILLIS REUER
SUS IN LOCUM SUUM
XXXII IACOB QUOQUE ABIIT ITINERE
QUO COEPERAT
FUERUNTQUE EI OBUIAM
ANGELI DI
QUOS CUM UIDISSET AIT
CASTRA DI SUNT HAEC
ET APPELLAUIT NOMEN LOCI
ILLIUS MANAIM ID EST CASTRA
XL MISIT AUTEM ET NUNTIOS ANTE
SE AD ESAU FRATREM SUUM
IN TERRA SEIR IN REGIONE EDOM
PRAECEPITQ. EIS DICENS
SIC LOQUIMINI DOMINO MEO ESAU
HAEC DICIT FRATER TUUS IACOB
APUT LABAN PEREGRINATUS SUM
ET FUI USQ. IN PRAESENTEM DIEM
HABEO BOUES ET ASINOS OUES
ET SERUOS ATQ. ANCILLAS
MITTOQUE NUNC LEGATIONEM
AD DOMINUM MEUM
UT INUENIAM GRATIAM
IN CONSPECTU TUO
REUERSI SUNT NUNTII
AD IACOB DICENTES
UENIMUS AD ESAU FRATREM TUU(M)
ET ECCE PROPERAT IN OCCURSUM
TIBI CUM QUADRINGENTIS UIRIS
TIMUIT IACOB UALDE ET PER
TERRITUS DIUISIT POPULUM
QUI SECUM ERAT
GREGES QUOQUE ET OUES
BOUES ET CAMELOS IN DUAS
TURMAS DICENS
SI UENERIT ESAU AD UNAM TUR
MAM ET PERCUSSERIT EAM
ALIA TURMA QUAE RELIQUA
EST SALUABITUR
DIXITQUE IACOB
DS PATRIS MEI ABRAHAM
ET DS PATRIS MEI ISAAC
DNE QUI DIXISTI MIHI
REUERTERE IN TERRAM TUAM
ET IN LOCUM NATIUITATIS TUAE
ET BENE FACIAM TIBI
MEMOR SUM CUNCTIS MISERATI
ONIBUS ET UERITATE QUAM
EXPLESTI SERUO TUO
IN BACULO MEO TRANSIUI
IORDANEN ISTUM
ET NUNC CUM DUABUS TURMIS
REGREDIOR
ERUE ME DE MANU FRATRIS
MEI DE MANU ESAU
QUIA UALDE EUM TIMEO
NE FORTE UENIENS PERCUTIAT
MATREM CUM FILIIS
TU LOCUTUS ES QUOD BENE
MIHI FACERES
ET DILATARES SEMEN MEUM
SICUT HARENAM MARIS
QUAE PRAE MULTITUDINE
NUMERARI NON POTEST
CUMQUE DORMISSET IBI
NOCTE ILLA
SEPARAUIT DE HIS QUAE HABEBAT
MUNERA ESAU FRATRI SUO
CAPRAS DUCENTAS HIRCOS UIGINTI
OUES DUCENTAS ARIETES UIGINTI
CAMELAS FETAS CUM PULLIS
SUIS TRIGINTA
BACCAS QUADRAGINTA ET TAUROS
UIGINTI
ASINAS UIGINTI ET PULLOS
EARUM DECEM
ET MISIT PER MANUS SERUORUM
SUORUM SINGULOS
SEORSUM GREGES
DIXITQUE PUERIS SUIS
ANTECEDITE ME ET SIT SPATIUM
INTER GREGEM ET GREGEM
ET PRAECEPIT PRIORI DICENS
SI OBUIUM HABUERIS ESAU
FRATREM MEUM

ET INTERROGAUERIT TE CUIUS ES
ET QUO UADIS ET CUIUS SUNT
ISTA QUAE SEQUERIS
RESPONDEBIS SERUI TUI IACOB
MUNERA MISIT DOMINO MEO
ESAU IPSE QUOQ· POST
NOS SEQUITUR
SIMILITER MANDATA DEDIT
SECUNDO AC TERTIO ET CUNC
TIS QUI SEQUEBANTUR
GREGES DICENS
HISDEM UERBIS LOQUIMINI AD
ESAU CUM INUENERITIS EUM
ET ADDITIS IPSE QUOQ· SERUUS
TUUS IACOB ITER NOSTRUM
INSEQUITUR
DIXIT ENIM PLACABO ILLUM
MUNERIB· QUAE PRAECE
DUNT ET POSTEA UIDEBO
FORSITAN PROPITIABITUR MIHI
PRAECESSERUNT ITAQUE
MUNERA ANTE EUM
IPSE UERO MANSIT NOCTE
ILLA IN CASTRIS
CUMQ· MATURE SURREXISSET
TULIT DUAS UXORES SUAS
ET TOTIDEM FAMULAS
CUM UNDECIM FILIIS
ET TRANSIUIT UADUM IACOB
TRANSDUCTISQ· OMNIBUS
QUAE AD SE PERTINEBANT
REMANSIT SOLUS
XLI ET ECCE UIR LUCTABATUR
CUM EO USQUE MANE
QUI CUM UIDERET QUOD EUM
SUPERARE NON POSSIT
TETIGIT NERUUM FEMORIS EIUS
ET STATIM EMARCUIT
DIXITQUE AD EUM DIMITTE ME
IAM ENIM ASCENDIT AURORA
RESPONDIT NON DIMITTAM TE
NISI BENEDIXERIS MIHI
AIT ERGO QUOD NOMEN EST TIBI
RESPONDIT IACOB AT ILLE

NEQUAQUAM INQUIT IACOB
APPELLABITUR NOMEN
TUUM SED ISRAHEL
QUONIAM SI CONTRA DM̄ FORTIS
FUISTI QUANTO MAGIS CONTRA
HOMINES PRAEUALEBIS
INTERROGAUIT EUM IACOB
DIC MIHI QUO APPELLE
RIS NOMINE
RESPONDIT CUR QUAERIS
NOMEN MEUM
ET BENEDIXIT EI IN EODEM LOCO
UOCAUITQUE IACOB NOMEN
LOCI ILLIUS PHANUHEL DICENS
UIDI DM̄ FACIE AD FACIEM ET
SALUA FACTA EST ANIMA MEA
ORTUSQUE EST EI STATIM SOL
POSTQUAM TRANSGRESSUS
EST PHANUHEL
IPSE UERO CLAUDICABAT PEDE
QUAM OB CAUSAM NON COMEDUNT
FILII ISRAHEL NERUUM QUI
EMARCUIT IN FEMORE IACOB
USQUE IN PRAESENTEM DIEM
EO QUOD TETIGERIT NERUUM
FEMORIS EIUS ET OBSTUPUERIT
XXXIII LEUANS AUTEM IACOB OCULOS
SUOS UIDIT ESAU UENIENTEM
ET CUM EO QUADRINGENTOS UIROS
DIUISITQ· FILIOS LIAE ET RAHEL
AMBARUMQ· FAMULARUM
ET POSUIT UTRAMQ· ANCILLAM
ET LIBEROS EARUM IN PRINCIPIO
LIAM UERO ET FILIOS EIUS
IN SECUNDO LOCO
RAHEL AUTEM ET IOSEPH
NOUISSIMOS
ET IPSE PRAEGREDIENS ADORAUIT
PRONUS IN TERRAM SEPTIES
DONEC ADPROPINQUARET
FRATER EIUS
CURRENS ITAQ· ESAU OBUIAM
FRATRI SUO AMPLEXATUS EST EUM
STRINGENSQUE COLLUM

ET OSCULANS FLEUIT
LEUATIS Q· OCULIS UIDIT MULIERES
ET PARUULOS EARUM ET AIT
QUID SIBI UOLUNT ISTI
ET SI AD TE PERTINENT
RESPONDIT PARUULI SUNT
QUOS DONAUIT MIHI DS̄
SERUO TUO
ET ADPROPINQUANTES ANCILLAE
ET FILII EARUM INCURUATI SUNT
ACCESSIT Q· LIA CUM LIBERIS SUIS
ET CUM SIMILITER ADORASSENT
EXTREMI IOSEPH ET RAHEL
ADORAUERUNT
AIT ESAU QUAENAM SUNT INQUIT
ISTAE TURMAE QUAS OBUIAS HABUI
RESPONDIT UT INUENIREM GRA
TIAM CORAM DOMINO MEO
ET ILLE HABEO AIT PLURIMA
FRATER MI SINT TUA TIBI
DIXIT IACOB NOLI ITA OBSECRO
SED SI INUENI GRATIAM IN OCULIS
TUIS ACCIPE MUNUSCULUM
DE MANIBUS MEIS
SIC ENIM UIDI FACIEM TUAM
QUASI UIDERIM UULTUM DĪ
ESTO MIHI PROPITIUS ET SUSCIPE
BENEDICTIONEM
QUAM ADTULI TIBI
ET QUAM DONAUIT MIHI DS̄
TRIBUENS OMNIA HAEC
UIX FRATRE CONPELLENTE
SUSCIPIENS AIT
GRADIAMUR SIMUL ERO QUE
SOCIUS ITINERIS TUI
DIXIT IACOB NOSTI DOMINE MI
QUOD PARUULOS HABEAM TENEROS
ET OUES ACBOUES FETAS MECUM
QUAS SI PLUS IN AMBULANDO
FECERO LABORARE
MORIENTUR UNA DIE
CUNCTI GREGES
PRAECEDAT DOMINUS MEUS
ANTE SERUUM SUUM
ET EGO SEQUAR PAULATIM UESTI
GIA EIUS SICUT UIDERO POSSE
PARUULOS MEOS
DONEC UENIAM AD DOMINUM
MEUM IN SEIR
RESPONDIT ESAU ORO TE UT DE
POPULO QUI MECUM EST
SALTEM SOCII REMANEANT
UIAE TUAE
NON EST INQUIT NECESSE HOC UNO
INDIGEO UT INUENIAM GRATIAM
IN CONSPECTU DOMINI MEI
REUERSUS EST ITAQ· ILLO DIE ESAU
ITINERE QUO UENERAT IN SEIR
ET IACOB UENIT IN SOCCOTH
UBI AEDIFICATA DOMO
ET FIXIS TENTORIIS
APPELLAUIT NOMEN LOCI ILLIUS
SOCCOTH ID EST TABERNACULA
TRANSIUIT Q· IN SALEM URBEM
SICIMORUM QUAE EST
IN TERRA CHANAAN
POSTQUAM REGRESSUS EST
DE MESOPOTAMIA SYRIAE
ET HABITAUIT IUXTA OPPIDUM
EMIT QUE PARTEM AGRI IN QUA
FIXERAT TABERNACULUM
A FILIIS EMOR PATRIS SYCHEM
CENTUM AGNIS
ET ERECTO IBI ALTARI INUOCAUIT
SUPER ILLUD FORTISSIMUM
DM ISRAHEL
XLII XXXIIII EGRESSA EST AUTEM DINA FILIA
LIAE UT UIDERET MULIERES
REGIONIS ILLIUS
QUAM CUM UIDISSET SYCHEM
FILIUS EMOR EUHEI PRIN
CEPS TERRAE ILLIUS
ADAMAUIT ET RAPUIT ET DORMIUIT
CUM ILLA UI OPPRIMENS
UIRGINEM
ET CONGLUTINATA EST
ANIMA EIUS CUM EA
TRISTEMQUE BLANDITIIS DELINIUIT

ET PERGENS AD EMOR
PATREM SUUM
ACCIPE MIHI INQUIT PUELLAM
HANC CONIUGEM
QUOD CUM AUDISSET IACOB
ABSENTIBUS FILIIS ET IN PASTU
OCCUPATIS PECORUM
SILUIT DONEC REDIRENT
EGRESSO AUTEM EMOR PATRE
SYCHEM UT LOQUERETUR
AD IACOB
ECCE FILII EIUS UENIEBANT DE AGRO
AUDITOQUE QUOD ACCIDERAT
IRATI SUNT UALDE
EO QUOD FOEDAM REM ESSET
OPERATUS IN ISRAHEL
ET UIOLATA FILIA IACOB REM
INLICITAM PERPETRASSET
LOCUTUS EST ITAQ. EMOR AD EOS
SYCHEM FILII MEI ADHESIT
ANIMA FILIAE UESTRAE
DATE EAM ILLI UXOREM ET IUNGA
MUS UICISSIM CONUBIA
FILIAS UESTRAS TRADITE NOBIS
ET FILIAS NOSTRAS ACCIPITE
ET HABITATE NOBISCUM
TERRA IN POTESTATE UESTRA EST
EXERCETE NEGOTIAMINI
ET POSSIDETE EAM
SED ET SYCHEM AD PATREM ET AD
FRATRES EIUS AIT
INUENIAM GRATIAM CORAM UOBIS
ET QUAECUMQUE STATU
ERITIS DABO
AUGETE DOTEM MUNERA
POSTULATE· LIBENS TRIBUAM
QUOD PETIERITIS
TANTUM DATE MIHI PUELLAM
HANC UXOREM
RESPONDERUNT FILII IACOB
SYCHEM ET PATRI EIUS IN DOLO
SAEUIENTES OB STUPRUM
SORORIS
NON POSSUMUS FACERE

QUOD PETITIS
NEC DARE SOROREM NOSTRAM
HOMINI INCIRCUMCISO
QUOD INLICITUM ET NEFA
RIUM EST APUT NOS
SED IN HOC UALEBIMUS
FOEDERARI
SI ESSE UOLUERITIS
NOSTRI SIMILES
ET CIRCUMCIDATUR IN UOBIS
OMNE MASCULINI SEXUS
TUNC DABIMUS ET ACCIPIEMUS
MUTUO FILIAS NOSTRAS
AC UESTRAS
ET HABITABIMUS UOBISCUM
ERIMUSQ. UNUS POPULUS
SIN AUTEM CIRCUMCIDI NOLU
ERITIS TOLLEMUS FILIAM
NOSTRAM ET RECEDIMUS
PLACUIT OBLATIO EORUM EMOR
ET SYCHEM FILIO EIUS
NEC DISTULIT ADULESCENS
QUIN STATIM QUOD PETE
BATUR EXPLERET
AMABAT ENIM PUELLAM UALDE
ET IPSE ERAT INCLYTUS IN OMNI
DOMO PATRIS SUI
INGRESSIQUE PORTAM URBIS
LOCUTI SUNT POPULO
UIRI ISTI PACIFICI SUNT ET UO
LUNT HABITARE NOBISCUM
NEGOTIENTUR IN TERRA ET EX
ERCEANT EAM QUAE SPATIOSA
ET LATA CULTORIB· INDIGET
FILIAS EORUM ACCIPIEMUS
UXORES ET NOSTRAS ILLIS
DABIMUS
UNUM EST QUOD DIFFERTUR
TANTUM BONUM
SI CIRCUMCIDAMUS MASCULOS
NOSTROS RITUM GENTIS
IMITANTES
ET SUBSTANTIA EORUM ET PECORA
ET CUNCTA QUAE POSSIDENT

NOSTRA ERUNT
TANTUM IN HOC ADQUIESCAMUS
ET HABITANTES SIMUL UNUM
EFFICIEMUS POPULUM
ADSENSI SUNT OMNES CIRCUM
CISIS CUNCTIS MARIBUS
ET ECCE DIE TERTIO QUANDO
GRAUISSIMUS UULNERUM
DOLOR EST
ARREPTIS DUO IACOB FILII SYMEON
ET LEUI FRATRES DINAE GLADIIS
INGRESSI SUNT URBEM
CONFIDENTER
INTERFECTISQUE OMNIBUS
MASCULIS EMOR ET SYCHEM
PARITER NECAUERUNT
TOLLENTES DINAM DE DOMO
SYCHEM SOROREM SUAM
QUIBUS EGRESSIS INRUERUNT
SUPER OCCISOS CETERI
FILII IACOB
ET DEPOPULATI SUNT URBEM
IN ULTIONEM STUPRI
OUES EORUM ET ARMENTA
ET ASINOS CUNCTAQUE UASTAN
TES QUAE IN DOMIBUS
ET IN AGRIS ERANT
PARUULOS QUOQ. ET UXORES
EORUM DUXERE CAPTIUAS
QUIBUS PERPETRATIS AUDACTER IACOB
DIXIT AD SYMEON ET LEUI
TURBASTIS ME ET ODIOSUM
FECISTIS CHANANAEIS ET FERE
ZEIS HABITATORIBUS
TERRAE HUIUS
NOS PAUCI SUMUS ILLI CONGRE
GATI PERCUTIENT ME ET DELE
BOR EGO ET DOMUS MEA
RESPONDERUNT NUMQUID
UT SCORTO ABUTI DEBUERE
SOROREM NOSTRAM
XLIII INTEREA LOCUTUS EST DS̄ AD IACOB
SURGE ET ASCENDE BETHEL
ET HABITA IBI

FACQUE ALTARE DŌ QUI APPA
RUIT TIBI QUANDO FUGIEBAS
ESAU FRATREM TUUM
IACOB UERO CONUOCATA
OMNI DOMO SUA AIT
ABICITE DEOS ALIENOS QUI
IN MEDIO UESTRI SUNT
ET MUNDAMINI AC MUTATE
UESTIMENTA UESTRA
SURGITE ET ASCENDAMUS
IN BETHEL
UT FACIAMUS IBI ALTARE DŌ
QUI EXAUDIUIT ME IN DIE
TRIBULATIONIS MEAE
ET FUIT SOCIUS ITINERIS MEI
DEDERUNT ERGO EI OMNES DEOS
ALIENOS QUOS HABEBANT
ET INAURES QUAE ERANT
IN AURIBUS EORUM
AT ILLE INFODIT EA SUBTER TEREBIN
THUM QUAE EST POST
URBEM SYCHEM
CUMQUE PROFECTI ESSENT
TERROR DĪ INUASIT OMNES
PER CIRCUITUM CIUITATIS
ET NON SUNT AUSI PERSEQUI
RECEDENTES
UENIT IACOB LUZAM QUAE EST
IN TERRA CHANAAN COGNO
MENTO BETHEL
IPSE ET OMNIS POPULUS CUM EO
AEDIFICAUITQUE IBI ALTARE
ET APPELLAUIT NOMEN
LOCI DOMUS DĪ
IBI ENIM APPARUIT EI DS̄ CUM
FUGERET FRATREM SUUM
EODEM TEMPORE MORTUA EST
DEBBORA NUTRIX REBECCAE
ET SEPULTA EST AD RADICES BET
HEL SUBTER QUERCUM
UOCATUMQUE EST NOMEN LOCI
QUERCUS FLETUS
XLIIII APPARUIT AUTEM ITERUM DS̄ IACOB
POSTQUAM REUERSUS EST

DEMESOPOTAMIAM SYRIAE
BENEDIXITQUE EI DICENS
NONUOCABERIS ULTRA IACOB SED
ISRAHEL ERITNOMENTUUM
ETAPPELLAUITEUM ISRAHEL
DIXITQUE EI . EGO DS OMNIPOTE
NS CRESCE ETMULTIPLICARE
GENTES ETPOPULI NATIONUM
ERUNT EXTE
REGES DELUMBIS TUIS EGREDI
ENTUR
TERRAMQUE QUAMDEDI ABRAHAM
ETISAAC DABOTIBI ETSEMINI
TUO POSTTE
ETRECESSIT ABEO
ILLEUERO EREXIT TITULUM
LAPIDEUM INLOCO QUO
LOCUTUS EI FUERAT DS
LIBANS SUPEREUM LIBAMINA
ETEFFUNDENS OLEUMUOCANS
QUE NOMENLOCI BETHEL
EGRESSUS INDEUENIT UERNO
TEMPORE AD TERRAM QUAE
DUCIT EFRATHAM
INQUACUMPARTURIRET RAHEL
OBDIFFICULTATEM PARTUS
PERICLITARI COEPIT
DIXITQUE EI OBSTETRIX·NOLITIME
RE QUIAETHUNC HABEBIS FILIUM
EGREDIENTE AUTEM ANIMA
PRAEDOLORE ETINMINENTE
IAM MORTE
UOCAUIT NOMEN FILII BENONI
IDEST FILIUS DOLORIS MEI
PATERUERO APPELLAUITEUM
BENIAMIN IDEST FILIUS
DEXTERAE
MORTUAEST ERGO RAHEL
ETSEPULTA INUIAQUAEDUCIT
EFRATHA IDEST BETHLEEM
EREXITQUE IACOB TITULUM
SUPER SEPULCHRUM EIUS
HICEST TITULUS MONUMENTI
RAHEL USQUE INPRAESENTEMDIE

EGRESSUS INDE FIXIT TABERNACU
LUM TRANS TURREM GREGIS
CUMQ· HABITARET INILLA REGIONE
ABIIT RUBEN ETDORMIUIT CUM
BALA CONCUBINA PATRISSUI ·
QUODILLUM MINIME LATUIT
XLV ERANT AUTEM FILII IACOB DUODECI
FILII LIAE PRIMOGENITUS RUBEN
ETSYMEON ETLEUI ETIUDAS
ETISSACHAR ETZABULON
FILII RAHEL IOSEPH ETBENIAMIN
FILII BALAE ANCILLAE RAHELIS
DAN ETNEPTHALIM
FILII ZELFAE ANCILLAE LIAE
GAD ETASER
HIIFILII IACOB QUINATISUNTEI
INMESOPOTAMIAM SYRIAE
UENITETIAM ADISAAC PATREM
SUUM INMAMBRE CIUITATEM
ARBAE HAECEST HEBRON
INQUAPEREGRINATUSEST
ABRAHAM ETISAAC
ETCONPLETISUNT DIES ISAAC
CENTUM OCTOGINTA ANNORUM
CONSUMPTUSQ· AETATE MORTUUS
EST ETADPOSITUS POPULOSUO
SENEX ETPLENUS DIERUM
ETSEPELIERUNTEUM ESAU
ETIACOB FILIISUI
XXXVI HAESUNTAUTEM GENERATIONES
ESAU IPSEEST EDOM
ESAU ACCEPITUXORES DEFILI
ABUS CHANAAN
ADA FILIAM ELOMHETTHEI
ETOOLIBAMA FILIAM ANAE
FILIAE SEBEON HEUEI
BESEMATH QUOQUE FILIAM
ISMAHEL SOROREM NABAIOTH
PEPERITAUTEM ADA ELIPHAZ
BESEMATH GENUIT RAUHEL
OOLIBAMA EDIDIT HIEUS
ETHIELON ETCORE
HIIFILII ESAU QUINATISUNTEI
INTERRA CHANAAN

TULIT AUTEM ESAU UXORES SUAS
ET FILIOS ET FILIAS ET OMNEM
ANIMAM DOMUS SUAE
ET SUBSTANTIAM ET PECORA
ET CUNCTA QUAE HABERE
POTERAT IN TERRA CHANAAN
ET ABIIT IN ALTERAM REGIONEM
RECESSITQUE A FRATRE SUO IACOB
DIUITES ENIM ERANT UALDE
ET SIMUL HABITARE NON
POTERANT
NEC SUSTINEBAT EOS TERRA
PEREGRINATIONIS EORUM
PRAE MULTITUDINE GREGUM
HABITAUITQUE ESAU IN MONTE
SEIR IPSE EST EDOM
XLVI HAE SUNT GENERATIONES ESAU
PATRIS EDOM IN MONTE SEIR
ET HAEC NOMINA FILIORUM EIUS
ELIFAZ FILIUS ADA UXORIS ESAU
RAUHEL FILIUS BASEMATH
UXORIS EIUS
FUERUNTQUE FILII ELIPHAZ
THEMAN OMOR SEPHU
ET GATHAM ET CENEZ
ERAT AUTEM THAMNA CON
CUBINA ELIPHAZ FILII ESAU
QUAE PEPERIT EI AMALECH
HI SUNT FILII ADAE UXORIS ESAU
FILII AUTEM RAUHEL NAATH
ET ZARA SEMMA ET MEZA
HI FILII BASEMATH UXORIS ESAU
ISTI QUOQUE ERANT FILII OOLI
BAMA FILIAE ANA FILIAE SEBEON
UXORIS ESAU QUOS GENUIT EI
HIEUS ET HIELOM ET CORE
HI DUCES FILIORUM ESAU
FILII ELIPHAZ PRIMOGENITI ESAU
DUX THEMAN DUX OMOR
DUX SEPHUM
DUX CHENEZ DUX CORE DUX
GATHAM DUX AMALECH
HI FILII ELIPHAZ IN TERRA
EDOM ET HI FILII ADAE

HI QUOQUE FILII RAUHEL
FILII ESAU
DUX NAATH DUX ZARA DUX
SEMMA DUX MEZA
HI DUCES RAUHEL IN TERRA EDOM
ISTI FILII BASEMATH
UXORIS ESAU
HI AUTEM FILII OOLIBAMA
UXORIS ESAU
DUX HIEUS DUX HIELON DUX CORE
HI DUCES OOLIBAMA FILIAE
ANA UXORIS ESAU
ISTI FILII ESAU ET HI DUCES
EORUM IPSE EST EDOM
ISTI FILII SEIR HORRAEI
HABITATORES TERRAE
LOTHAM ET SOBAL ET SEBEON
ET ANAM DISON ET ESER ET DISAN
HI DUCES HORREI FILII SEIR
IN TERRA EDOM
FACTI SUNT AUTEM FILII LOTHAM
HORREI ET THEMAN
ERAT AUTEM SOROR LOTHAM
THAMNA ET ISTI FILII SOBAL
ALUAM ET MANEETH ET EBAL
SEPHI ET ONAM ET HI
FILII SEBEON
AHAIA ET ANAM
ISTE EST ANA QUI INUENIT AQUAS
CALIDAS IN SOLITUDINE
CUM PASCERET ASINOS
SEBEON PATRIS SUI
HABUITQUE FILIUM DISAN
ET FILIAM OOLIBAMA
ET ISTI FILII DISAN AMDAN ET
ESBAN ET IETHRAN ET CHARAN
HI QUOQUE FILII ESER
BALAAN ET ZEBAN ET ACHAM
HABUIT AUTEM FILIOS DISAN
HUS ET ARAN
ISTI DUCES HORRAEORUM
DUX LOTHAN DUX SOBAL
DUX SEBEON
DUX ANA DUX DISON DUX ESER

pōm ni i quāt iosep cū fecleei

DUX DISAN
ISTI DUCES HORRAEORUM QUI
IMPERAUERUNT IN TERRA SEIR
XLVII REGES AUTEM QUI REGNAUERUNT
IN TERRA EDOM
ANTEQUAM HABERENT REGEM
FILII ISRAHEL FUERUNT HII
BALE FILIUS BEOR
NOMENQ. URBIS EIUS DENABA
MORTUUS EST AUTEM BALAE
ET REGNAUIT PRO EO IOBAB filius zara deBosra
REGNAUIT PRO EO HUSAN
DE TERRA THEMANORUM
HOC QUOQ. MORTUO REGNAUIT
PRO EO ADAD FILIUS BADADI
QUI PERCUSSIT MAZIAN
IN REGIONE MOAB
ET NOMEN URBIS EIUS ABUITH
CUMQUE MORTUUS ESSET
ADAD REG NAUIT PRO EO
SEMLA DE MASERECA
HOC QUOQ. MORTUO REGNAUIT
PRO EO SAUL DE FLUUIO ROOBOTH
CUMQUE ET HIC OBISSET SUCCES
SIT IN REGNUM BALAANAM
FILIUS ACHORBOR
ISTO QUOQUE MORTUO REGNA
UIT PRO EO ADAD
NOMEN QUOQ. URBIS EIUS PHAU
ET APPELLABATUR UXOR ILLIUS
MEEZABEL FILIA MATRED
FILIAE MIZAAB
HAEC ERGO NOMINA ESAU
IN COGNATIONIB. ET LOCIS
ET UOCABULIS SUIS
DUX THAMNA DUX ALUA
DUX IETHETH
DUX DOLIBAMA DUX ELA
DUX PHINON
DUX CENEZ DUX THEMAN
DUX MABSAR
DUX MABDIEL DUX IRAM
HII DUCES EDOM HABITANTES
IN TERRAM IMPERII SUI

cumq. mortuus esset iobab

IPSE EST ESAU PATER IDUMAEORŪ
XLVIII XXXVII HABITAUIT AUTEM IACOB IN TERRA
CHANAAN IN QUA PEREGRINATUS
EST PATER SUUS
ET HAE SUNT GENERATIONES EIUS
IOSEPH CUM SEDECIM ESSET
ANNORUM PASCEBAT GREGEM
CUM FRATRIB. SUIS
ADHUC PUER
ET ERAT CUM FILIIS BALAE ET
ZELPHAE UXORUM PATRIS SUI
ACCUSAUITQ. FRATRES SUOS
APUT PATREM CRIMINE
PESSIMO
ISRAHEL AUTEM DILIGEBAT IOSEPH
SUPER OMNES FILIOS SUOS
EO QUOD IN SENECTUTE
GENUISSET EUM
FECITQ. EI TUNICAM POLYMITAM
UIDENTES AUTEM FRATRES EIUS
QUOD A PATRE PLUS CUNCTIS
FILIIS AMARETUR ODERANT EŪ
NEC POTERANT EI QUICQUAM
PACIFICUM LOQUI
XLVIII ACCIDIT QUOQUE UT UISUM SOM
NIUM REFERRET FRATRIB.
QUAE CAUSA MAIORIS ODII
SEMINARIUM FUIT
DIXITQ. AD EOS
AUDITE SOMNIUM MEUM
QUOD UIDI
PUTABAM LIGARE NOS
MANIPULOS IN AGRO
ET QUASI CONSURGERE MANIPU
LUM MEUM ET STARE
UESTROSQUE MANIPULOS
CIRCUMSTANTES ADORARE
MANIPULUM MEUM
RESPONDERUNT FRATRES EIUS
NUMQUID REX NOSTER ERIS
AUT SUBICIEMUR DICIONI TUAE
HAEC ERGO CAUSA SOMNIORUM
ATQUE SERMONUM INUIDIAE
ET ODII FOMITEM MINISTRAUIT

Aliud quoque vidit somnium
quod narrans fratrib(us) ait
vidi per somnium quasi solem
et lunam et stellas
undecim adorare me
quod cum patri suo et fra
trib(us) rettulisset
increpavit eum pater et dixit
quid sibi vult hoc somnium
quod vidisti
num ego et mater tua et fra
tres adoravimus te
super terram
invidebant igitur ei fratres sui
pater vero rem tacitus
considerabat
cumque fratres illius in pascen
dis gregib(us) patris mora
rentur in Sychem
dixit ad eum Israhel
fratres tui pascunt
oves in Sychimis
veni mittam te ad eos
quo respondente
praesto sum ait
vade et vide si cuncta prospera
sint erga fratres tuos
et pecora
et renuntia mihi quid agatur
missus de valle Hebron
venit in Sychem
invenitq(ue) eum vir errantem
in agro
et interrogavit quid quaereret
at ille respondit
fratres meos quaero
indica mihi ubi pascant greges
dixitq(ue) ei vir recesserunt
de loco isto
audivi autem eos dicentes
eamus in Dothain
perrexit ergo Ioseph post
fratres suos et invenit
eos in Dothain

qui cum vidissent procul … eum
antequam accederet ad eos
cogitaverunt eum occidere
et mutuo loquebantur
ecce somniator venit venite
occidamus eum
et mittamus in cisternam
veterem
dicemusque fera pessima
devoravit eum
et tunc apparebit quid illi
prosint somnia sua
audiens hoc Ruben nitebatur
liberare eum de manibus
eorum et dicebat
non interficiatis animam eius
nec effundatis sanguinem
sed proicite eum in cisternam
hanc quae est in solitudine
manusq(ue) vestras servate
innoxias
hoc autem dicebat volens
eripere eum de manibus
eorum et reddere patri suo
confestim igitur ut per
venit ad fratres
nudaverunt eum tunica
talari et polymita
miseruntq(ue) in cisternam
quae non habebat aquam
et sedentes ut comederent
panem
viderunt viatores Ismahelitas
venire de Galaad
et camelos eorum portare
aromata et resinam
et stacten in Aegyptum
dixit ergo Iudas
fratribus suis
quid nobis pro … dest si occide
rimus fratrem nostrum
et celaverimus
sanguinem ipsius
melius est ut venundetur

ISMAHELITIS ET MANUS NOSTRAE
NON POLLUANTUR
FRATER ENIM ET CARO NOSTRA EST
ADQUIEUERUNT FRATRES
SERMONIBUS EIUS
ET PRAETEREUNTIB· MAZIANITIS
NEGOTIATORIB· EXTRAHEN
TES EUM DE CISTERNA
UENDIDERUNT ISMAHELITIS
UIGINTI ARGENTEIS
QUI DUXERUNT EUM IN AEGYPTUM
REUERSUSQ· RUBEN AD CISTER
NAM NON INUENIT PUERUM
ET SCISSIS UESTIB· PERGENS
AD FRATRES AIT
PUER NON CONPARET
ET EGO QUO IBO
TULERUNT TUNICAM EIUS AUTEM
ET IN SANGUINEM HAEDI
QUEM OCCIDERANT TINGXERUNT
MITTENTES QUI FERRENT
AD PATREM ET DICERENT
HANC INUENIMUS UIDE UTRUM
TUNICA FILII TUI SIT AN NON
QUAM CUM COGNOUISSET
PATER AIT
TUNICA FILII MEI EST FERA PES
SIMA COMEDIT EUM
BESTIA DEUORAUIT IOSEPH
SCISSISQUE UESTIB· INDUTUS
EST CILICIO
LUGENS FILIUM MULTO TEMPORE
LI CONGREGATIS AUTEM CUNCTIS
LIBERIS EIUS UT LENIRENT
DOLOREM PATRIS
NOLUIT CONSOLATIONEM RECI
PERE ET AIT
DESCENDAM AD FILIUM MEUM
LUGENS IN INFER NUM
ET ILLO PERSEUE RANTE
IN FLETU
MADIANEI UENDI DERUNT
IOSEPH IN AEGYP TUM
PUTIPHARAE EU NUCHO
PHARAONIS MAGISTRO
MILITIAE
XXVIII EO TEMPORE DESCENDENS
IUDAS A FRATRIB· SUIS
DIUERTIT AD UIRUM ODOLLA
MITEM NOMINE HIRAM
UIDITQUE IBI FILIAM HOMINIS
CHANANAEI UOCABULO SUAE
ET UXORE ACCEPTA INGRESSUS
EST AD EAM
QUAE CONCEPIT ET PEPERIT
FILIUM UOCAUITQUE
NOMEN EIUS HER
RURSUM CONCEPTO FETU NATUM
FILIUM NOMINAUIT ONAM
TERTIUM QUOQ· PEPERIT
QUEM APPELLAUIT SELA
QUO NATO PARERE ULTRA CESSAUIT
LII DEDIT AUTEM IUDAS UXOREM
PRIMOGENITO SUO HER
NOMINE THAMAR
FUITQ· HER PRIMOGENITUS
IUDAE NEQUAM IN CONSPECTU
DNI ET AB EO OCCISUS EST
DIXIT ERGO IUDAS AD ONAM
FILIUM SUUM
INGREDERE AD UXOREM FRATRIS
TUI ET SOCIARE ILLI UT SUSCI
TES SEMEN FRATRI TUO
ILLE SCIENS NON SIBI NASCI FILIOS
INTROIENS AD UXOREM FRATRIS
SUI SEMEN FUNDEBAT IN TERRA
NE LIBERI FRATRIS NOMINE
NASCERENTUR
ET IDCIRCO PERCUSSIT EUM DNS
QUOD REM DETESTABILEM
FACERET
QUAM OB REM DIXIT IUDAS
THAMAR NURUI SUAE
ESTO UIDUA IN DOMO PATRIS TUI
DONEC CRESCAT SELA
FILIUS MEUS
TIMEBAT ENIM NE ET IPSE MORE
RETUR SICUT FRATRES EIUS

QUAE ABIIT ET HABITAUIT
IN DOMO PATRIS SUI
EUOLUTIS AUTEM MULTIS DIEB·
MORTUA EST FILIA
SUAE UXOR IUDAE
QUI POST LUCTUM CONSOLA
TIONE SUSCEPTA
ASCENDEBAT AD TONSORES
OUIUM SUARUM
IPSE ET HIRAS. OPILIO GREGIS
ODOLLAMITA IN THAMNAS
NUNTIATUMQ. EST THAMAR
QUOD SOCER ILLIUS ASCENDERET
IN THAMNAS AD TONDENDAS OUES
QUAE DEPOSITIS UIDUITATIS UES
TIB· ADSUMPSIT THERISTRUM
ET MUTATO HABITU SEDIT IN UIUIO
ITINERIS QUOD DUCIT THAMNAM
EO QUOD CREUISSET SELA ET NON
EUM ACCEPISSET MARITUM
QUAM CUM UIDISSET IUDAS SUSPI
CATUS EST ESSE MERETRICEM
OPERUERAT ENIM UULTUM
SUUM NE COGNOSCERETUR
INGREDIENSQ. AD EAM AIT
DIMITTE ME UT COEAM TECUM
NESCIEBAT ENIM QUOD
NURUS SUA ESSET
QUA RESPONDENTE QUID MIHI
DABIS UT FRUARIS CONCUBITU MEO
DIXIT MITTAM TIBI HEDUM
DE GREGIB· RURSUM ILLA DICENTE
PATIAR QUOD UIS SI DEDERIS MIHI
ARRABONEM DONEC MITTAS
QUOD POLLICERIS
AIT IUDAS QUID UIS TIBI
PRO ARRABONE DARI
RESPONDIT ANULUM TUUM
ET ARMILLAM ET BACULUM
QUEM MANU TENES
AD UNUM IGITUR COITUM CON
CEPIT MULIER ET SURGENS ABIIT
DEPOSITOQ. HABITU QUEM ADSUMP
SERAT INDUTA EST UESTIBUS
UIDUITATIS
MISIT AUTEM IUDAS HEDUM PER
PASTOREM SUUM ODOLLAMITEN
UT RECIPERET PIGNUS QUOD
DEDERAT MULIERI
QUI CUM NON INUENISSET EAM
INTERROGAUIT HOMINES
LOCI ILLIUS
UBI EST MULIER QUAE SEDE
BAT IN UIUIO
RESPONDENTIB· CUNCTIS NON
FUIT IN LOCO ISTO MERETRIX
REUERSUS EST AD IUDAM ET
DIXIT EI NON INUENI EAM
SED ET HOMINES LOCI ILLIUS
DIXERUNT MIHI NUMQUAM IBI
SEDISSE SCORTUM
AIT IUDAS HABEAT SIBI, CERTE
MENDACII NOS ARGUERE
NON POTERIT
EGO MISI HEDUM QUEM
PROMISERAM
ET TU NON INUENISTI EAM
ECCE AUTEM POST TRES MENSES
NUNTIAUERUNT IUDAE DICENTES
FORNICATA EST THAMAR
NURUS TUA
ET UIDETUR UTERUS ILLIUS
INTUMESCERE
DIXIT IUDAS PRODUCITE EAM
UT COMBURATUR
QUAE CUM DUCERETUR AD POENAM
MISIT AD SOCERUM SUUM DICENS
DE UIRO CUIUS HAEC SUNT CONCEPI
COGNOSCE CUIUS SIT ANULUS
ET ARMILLA ET BACULUS
QUI AGNITIS MUNERIB· AIT
IUSTIOR ME EST QUIA NON
TRADIDI EAM SELA FILIO MEO
ET TAMEN ULTRA NON COG
NOUIT ILLAM
INSTANTE AUTEM PARTU APPARU
ERUNT GEMINI IN UTERO
ATQUE IN IPSA EFFUSIONE INFANTUM

unus protulit manum
in qua obstetrix ligauit
coccinum dicens
iste egreditur prior
illo uero retrahente manum
egressus est alter
dixitque mulier
quare diuisa est propter
te maceria
et ob hanc causam uocauit
nomen eius phares
postea egressus est frater
in cuius manu erat coccinum
quem appellauit zara
Im Igitur ioseph ductus est
in aegyptum
emitque eum putiphar eunu
chus pharaonis princeps
exercitus uir aegyptius
de manu ismahelitarum a quib·
perductus erat
fuitque dns cum eo
et erat uir in cunctis pro
spere agens
habitabatque in domo
domini sui
qui optime nouerat esse
dnm cum eo
et omnia quae gereret ab eo
dirigi in manu illius
inuenitque ioseph gratiam
coram domino suo
et ministrabat ei
a quo praepositus omnibus
gubernabat creditam sibi
domum et uniuersa
quae tradita fuerant ei
benedixitque dns domui
aegyptii propter ioseph
et multiplicauit tam in aedib·
quam in agris cunctam
eius substantiam
nec quicquam aliud nouerat
praeter panem quo uescebat̃

erat autem ioseph pulchra
facie et decorus aspectu
post multos autem dies iecit
domina oculos suos in ioseph
et ait dormi mecum
qui nequaquam adquiescens
operi nefario dixit ad eam
ecce dominus meus omnib·
mihi traditis ignorat quid
habeat in domo sua
nec quicquam est quod non in
mea sit potestate uel tradi non
derit mihi praeter te
quae uxor eius es
quomodo ergo possum
hoc malum facere
et peccare in dm̃ meum
huiuscemodi uerbis mulier
per singulos dies molesta
erat adulescenti
at ille recusabat stuprum
accidit autem ut quadam die
intraret ioseph domum
et operis quippiam sine
arbitris faceret
at illa adprehensa lacinia
uestimenti eius diceret
dormi mecum
qui relicto in manu illius Im
pallio fugit et egres
sus est foras
cumque uidisset mulier
uestem in manib· suis
et se esse contemptam
uocauit homines domus
suae et ait ad eos
en introduxit uirum hebre
um ut inluderet nobis
ingressus est ad me
ut coiret mecum
cumq· ego succlamassem
et audisset uocem meam
reliquid pallium quod
tenebam et fugit foras

IN ARGUMENTUM ERGO FIDEI RETEN
TUM PALLIUM OSTENDIT MARITO
REUERTENTI DOMUM ET AIT
INGRESSUS EST AD ME SERUUS
HAEBRAEUS QUEM ADDUXISTI
UT INLUDERET MIHI
CUMQUE UIDISSET ME CLAMARE
RELIQUIT PALLIUM
ET DEFUGIT FORAS
HIS AUDITIS DOMINUS ET NIMIUM
CREDULUS UERBIS CONIUGIS
IRATUS EST UALDE
TRADIDITQUE IOSEPH IN CARCE
REM UBI UINCTI CUSTODIEBAN
TUR ET ERAT IBI CLAUSUS
FUIT AUTEM DNS CUM IOSEPH
ET MISERTUS ILLIUS DEDIT EI
GRATIAM IN CONSPECTU PRIN
CIPIS CARCERIS
QUI TRADIDIT IN MANU IPSIUS
UNIUERSOS UINCTOS QUI IN
CUSTODIA TENEBANTUR
ET QUICQUID FIEBAT
SUB IPSO ERAT
NEC NOUERAT ALIQUID
CUNCTIS EI CREDITIS
DNS ENIM ERAT CUM ILLO
ET OMNIA EIUS OPERA
DIRIGEBAT
LIIII HIS ITA GESTIS ACCIDIT UT PEC
XL CARENT DUO EUNUCHI PINCERNA
REGIS AEGYPTI ET PISTOR
DOMINO SUO
IRATUSQ. PHARAO CONTRA EOS
NAM ALTER PINCERNIS PRAEERAT
ALTER PISTORIBUS
MISIT EOS IN CARCEREM
PRINCIPIS MILITUM
UBI ERAT UINCTUS IOSEPH
AT CUSTOS CARCERIS TRADIDIT
EOS IOSEPH QUI ET MINI
STRABAT EIS
ALIQUANTUM TEMPORIS FLUX
ERAT ET ILLI IN CUSTODIA
TENEBANTUR
UIDERUNTQUE AMBO SOMNIUM
NOCTE UNA IUXTA INTERPRAE
TATIONEM CONGRUAM SIBI
AD QUOS CUM INTROISSET IOSEPH
MANE ET UIDISSET EOS TRISTES
SCISCITATUS EST DICENS
CUR TRISTIOR EST HODIE
SOLITO FACIES UESTRA
QUI RESPONDERUNT
SOMNIUM UIDIMUS ET NON EST
QUI INTERPRAETETUR NOBIS
DIXITQUE AD EOS IOSEPH
NUMQUID NON DI EST
INTERPRETATIO
REFERTE MIHI QUID UIDERITIS
NARRAUIT PRIOR PRAEPOSITUS
PINCERNARUM SOMNIUM SUUM
UIDEBAM CORAM ME UITEM
IN QUA ERANT TRES PROPAGINES
CRESCERE PAULATIM GEMMAS
ET POST FLORES UUAS
MATURESCERE
CALICEMQUE PHARAONIS
IN MANU MEA
TULI ERGO UUAS ET EXPRESSI IN
CALICEM QUEM TENEBAM ET
TRADIDI POCULUM PHARAONI
RESPONDIT IOSEPH
HAEC EST INTERPRAETATIO
SOMNII
TRES PROPAGINES TRES
ADHUC DIES SUNT
POST QUOS RECORDABITUR
PHARAO MAGISTERII TUI
ET RESTITUET TE IN GRADUM
PRISTINUM
DABISQUE EI CALICEM IUXTA
OFFICIUM TUUM SICUT
FACERE ANTE CONSUERAS
TANTUM MEMENTO MEI
CUM TIBI BENE FUERIT
ET FACIES MECUM MISERICORDIAM
UT SUGGERAS PHARAONI

ET EDUCAT ME DE ISTO CARCERE
QUIA FURTO SUBLATUS SUM
DE TERRA HEBREORUM
ET HIC INNOCENS IN LACUM
MISSUS SUM
UIDENS PISTORUM MAGISTER
QUOD PRUDENTER SOMNIUM
DISSOLUISSET AIT
ET EGO UIDI SOMNIUM QUOD
HABEREM TRIA CANISTRA FARINAE
SUPER CAPUT MEUM
ET IN UNO CANISTRO QUOD ERAT
EXCELSIUS
PORTARE ME OMNES CIBOS
QUI FIUNT ARTE PISTORIA
AUESQUE COMEDERE EX EO
RESPONDIT IOSEPH
HAEC EST INTERPRAETATIO SOMNII
TRIA CANISTRA TRES ADHUC
DIES SUNT
POST QUOS AUFERET PHARAO
CAPUT TUUM AC SUSPENDET TE
IN CRUCEM
ET LACERABUNT UOLUCRES
CARNES TUAS
EXINDE DIES TERTIUS NATALICIUS
PHARAONIS ERAT
QUI FACIENS GRANDE CONUIUIUM
PUERIS SUIS
RECORDATUS EST INTER EPULAS
MAGISTRI PINCERNARUM ET
PISTORUM PRINCIPIS
RESTITUITQ. ALTERUM IN LOCUM
SUUM UT PORRIGERET
REGI POCULUM
ALTERUM SUSPENDIT IN PATI
BULO UT CONIECTORIS
UERITAS PROBARETUR
AT TAMEN SUCCEDENTIBUS
PROSPERIS PRAEPOSITUS
PINCERNARUM OBLITUS EST
INTERPRAETIS SUI
IV XLI POST DUOS ANNOS UIDIT PHARAO
SOMNIUM

PUTABAT SE STARE SUPER FLUUIUM
DE QUO ASCENDEBANT
SEPTEM BOUES
PULCHRAE ET CRASSAE NIMIS
ET PASCEBANTUR IN LOCIS
PALUSTRIBUS
ALIAE QUOQ. SEPTEM EMERGE
BANT DE FLUMINE FAEDAE
CONFECTAEQ. MACIE
ET PASCEBANTUR IN IPSA AMNIS
RIPA IN LOCIS UIRENTIBUS
DEUORAUERUNTQ. EAS QUARUM
MIRA SPECIES ET HABITUDO
CORPORUM ERAT
EXPERRECTUS PHARAO RURSUM
DORMIUIT ET UIDIT ALTERUM
SOMNIUM
SEPTEM SPICAE PULLULABANT
IN CULMO UNO PLENAE
ATQUE FORMONSAE
ALIAE QUOQUE TOTIDEM SPICAE
TENUES ET PERCUSSAE
UREDINE ORIEBANTUR
DEUORANTES OMNEM PRIORUM
PULCHRITUDINEM
EUIGILANS POST QUIETEM
ET FACTO MANE PAUORE
PERTERRITUS
MISIT AD CONIECTORES AEGYPTI
CUNCTOSQ. SAPIENTES
ET ACCERSITIS NARRAUIT SOMNIU(M)
NEC ERAT QUI INTERPRAE
TARETUR
TUNC DEMUM REMINISCENS
PINCERNARUM MAGISTER AIT
CONFITEOR PECCATUM MEUM
IRATUS REX SERUIS SUIS ME
ET MAGISTRUM PISTORUM
RETRUDI IUSSISTI IN CARCE
REM PRINCIPIS MILITUM
UBI UNA NOCTE UTERQ. UIDIMUS
SOMNIUM PRAESAGUM
FUTURORUM
ERAT IBI PUER HEBRAEUS

EIUS DEM DUCIS MILITUM
FAMULUS
CUI NARRANTES SOMNIA AUDIUIMUS
QUICQUID POSTEA REI
PROBAUIT EUENTUS
EGO ENIM REDDITUS SUM
OFFICIO MEO ET ILLE
SUSPENSUS EST IN CRUCE
PROTINUS AD REGIS IMPERIUM
EDUCTUM DE CARCERE
TOTONDERUNT IOSEPH
AC UESTE MUTATA OBTULE
RUNT EI CUI ILLE AIT
UIDI SOMNIA NEC EST QUI EDISSE
RAT QUAE AUDIUI TE PRUDEN
TISSIME CONICERE
RESPONDIT IOSEPH
ABSQUE ME DS̄ RESPONDEBIT
PROSPERA PHARAONI
NARRAUIT ERGO ILLE
QUOD UIDERAT
PUTABAM ME STARE SUPER
RIPAM FLUMINIS
ET SEPTEM BOUES DE AMNE
CONSCENDERE PULCHRAS
NIMIS ET OBESIS CARNIBUS
QUAE IN PASTU PALUDIS
UIRECTA CARPEBANT
ET ECCE HAS SEQUEBANTUR
ALIAE SEPTEM BOUES
IN TANTUM DEFORMES ET MACI
LENTAE UT NUMQUAM TALES
IN UNIUERSA TERRA
AEGȲPTI UIDERIM
QUAE DEUORATIS ET CONSUMTIS
PRIORIB· NULLUM SATURI
TATIS DEDERE UESTIGIUM
SED SIMILI MACHIE ET SQUA
LORE TORPEBANT
EUIGILANS RURSUM SOPORE
DEPRAESSUS UIDI SOMNIUM
SEPTEM SPICAE PULLULABANT
IN CULMO UNO PLENAE
ATQ· PULCHERRIMAE

ALIAE QUOQUE SEPTEM TENUES
ET PERCUSSAE UREDINE
ORIEBANTUR E STIPULA
QUAE PRIORUM PULCHRITU
DINEM DEUORARUNT
NARRAUI CONIECTORIBUS SOMNIŪ
ET NEMO EST QUI EDISSERAT
RESPONDIT IOSEPH SOMNIUM
REGIS UNUM EST
QUAE FACTURUS EST DS̄ OSTENDIT
PHARAONI
SEPTEM BOUES PULCHRAE ET
SEPTEM SPICAE PLENAE SEPTEM
UBERTATIS ANNI SUNT
EANDEMQUE UIM SOMNII
CONPRAEHENDUNT
SEPTEM QUOQ· BOUES TENUES
ATQ· MACHILENTAE QUAE ASCEN
DERUNT POST EAS
ET SEPTEM SPICAE TENUES ET
UENTO URENTE PERCUSSAE
SEPTEM ANNI SUNT
UENTURAE FAMIS
QUI HOC ORDINE CONPLEBUNTUR
ECCE SEPTEM ANNI UENIENT
FERTILITATIS MAGNAE IN UNI
UERSA TERRA AEGȲPTI
QUOS SEQUENTUR SEPTEM ANNI
ALII TANTAE STERELITATIS
UT OBLIUIONI TRADA TUR CUNCTA
RETRO ABUNDANTIA
CONSUMTURA EST ENIM
FAMES OMNEM TERRAM
ET UBERTATIS MAGNITUDINEM
PERDITURA INOPIAE
MAGNITUDO
QUOD AUTEM UIDISTI SECUNDO
AD EANDEM REM PERTINENS
SOMNIUM FIRMITATIS
INDICIUM EST
EO QUOD FIAT SERMO DĪ
ET UELOCIUS IMPLEATUR
NUNC ERGO PROUIDEAT REX UIRŪ
SAPIENTEM ET INDUSTRIUM

ETPRAEFICIAT EUM
TERRAE AEGYPTI
QUICONSTITUAT PRAEPOSITOS
PERSINGULAS REGIONES
ETQUINTAM PARTEM FRUCTUUM
PERSEPTEM ANNOS FERTILITATIS
QUINUNCIAM FUTURI SUNT
CONGREGET INHORREA
ETOMNEFRUMENTUM SUB
PHARAONIS POTESTATE
CONDATUR
SERUETURQ· INURBIB· ETPARETUR
FUTURAE SEPTEM ANNORUM
FAMI QUAEPRAESSURAEST
AEGYPTUM
ETNON CONSUMETUR
TERRA INOPIA
PLACUIT PHARAONI CONSILIUM
ETCUNCTIS MINISTRIS EIUS
LOCUTUSQUEEST ADEOS
NUM INUENIRE POTERIMUS
TALEM UIRUM QUIS SPU̅ DI̅
PLENUS SIT
DIXIT ERGO ADIOSEPH
QUIA OSTENDIT DS̅ TIBI OMNIA
QUAE LOCUTUS ES
NUMQUID SAPIENTIOREM
ETSIMILEM TUI INUENIRE
POTERIMUS
TUERIS SUPER DOMUM MEAM
ETADTUI ORIS IMPERIUM CUNCTUS
POPULUS OBOEDIET
UNO TANTUM REGNI SOLIO
TE PRAECEDAM
DICENS QUOQ· RURSUM
PHARAO ADIOSEPH
ECCE CONSTITUI TE SUPER UNIUER
SAM TERRAM AEGYPTI
TULIT ANULUM DEMANU SUA
ETDEDIT INMANU EIUS
UESTIUITQ·EUM STOLA BYSSINA
ETCOLLO TORQUEM AUREUM
CIRCUMPOSUIT
FECITQ· ASCENDERE SUPER

CURRUM SUUM SECUNDUM
CLAMANTE PRAECONE
UTOMNES CORAM EO
GENU FLECTERENT
ETPRAEPOSITUM ESSE SCIRENT
UNIUERSAE TERRAE AEGYPTI
DIXITQUOQ· REX ADIOSEPH
EGOSUM PHARAO
ABSQUE TUO IMPERIO NONMO
UEBIT QUISQUAM MANUM AUT
PEDEM INOMNI TERRA AEGYPTI
UERTITQ· NOMEN ILLIUS ETUOCA
UIT EUM LINGUA AEGYPTIACA
SALUATOREM MUNDI
DEDIT QUOQ· ILLI UXOREM
ASENETH FILIAM PUTIPHARE
SACERDOTIS HELIOPOLEOS
EGRESSUS ITAQ·IOSEPH
ADTERRAM AEGYPTI
TRIGINTA AUTEM ERAT ANNORUM
QUANDO STETIT INCONSPECTU
REGIS PHARAONIS
CIRCUIUIT OMNES REGIONES
AEGYPTI
UENITQ· FERTILITAS SEPTEM
ANNORUM
ETINMANIPULOS REDACTAE SEGE
TES CONGREGATAE SUNT
INHORREA AEGYPTI
OMNIS ETIAM FRUGUM ABUNDAN
TIA INSINGULIS URBIB·CON
DITA EST
TANTAQ· FUIT MULTITUDO TRIT
TICI UT ARENAE MARIS
COEQUARETUR
ETCOPIA MENSURAM
EXCEDERET
LVI NATI SUNT AUTEM IOSEPH FILII
DUO ANTEQUAM UENIRET FAMES
QUOS EI PEPERIT ASENETH FILIA
PUTIFARES SACERDOTIS
HELIOPOLEOS
UOCAUITQ· NOMEN PRIMOGENITI
MANASSE DICENS

OBLIUISCI ME FECIT DS OMNIUM
LABORUM MEORUM
ET DOMUM PATRIS MEI
NOMEN QUOQ. SECUNDI APPEL
LAUIT EPHRAIM DICENS
CRESCERE ME FECIT DS IN TERRA
PAUPERTATIS MEAE
IGITUR TRANSACTIS SEPTEM ANNIS
UBERTATIS QUI FUERANT
IN AEGYPTO
COEPERUNT UENIRE SEPTEM
ANNI INOPIAE QUOS PRAE
DIXERAT IOSEPH
ET IN UNIUERSO ORBE
FAMES PRAEUALUIT
IN CUNCTA AUTEM TERRA
AEGYPTI NON ERAT PANIS
QUA ESURIENTE CLAMAUIT
POPULUS AD PHARAONEM
ALIMENTA PETENS
QUIB. ILLE RESPONDIT
ITE AD IOSEPH ET QUICQUID
UOBIS DIXERIT FACITE
CRESCEBAT ENIM COTIDIE FAMES
IN OMNI TERRA AEGYPTI
APERUITQ. IOSEPH UNIUERSA
HORREA ET UENDEBAT AEGYPTIIS
NAM ET ILLOS OPPRESSERAT
FAMES
OMNES QUE PROUINCIAE UENIE
BANT IN AEGYPTUM
UT EMERENT ESCAS
ET MALUM INOPIAE
TEMPERARENT
XLII AUDIENS AUTEM IACOB QUOD
ALIMENTA UENDERENTUR
IN AEGYPTO DIXIT FILIIS SUIS
QUARE NEGLEGITIS AUDIUI
QUOD TRITICUM UENUN
DETUR IN AEGYPTO
DESCENDITE ET EMITE
NOBIS NECESSARIA
UT POSSEMUS UIUERE ET NON
CONSUMAMUR INOPIA

LVII DESCENDENTES IGITUR FRATRES
IOSEPH DECEM UT EMERENT
FRUMENTA IN AEGYPTO
BENIAMIN DOMI RETENTO AB
IACOB. QUI DIXERAT FRATRIB. EIUS
NE FORTE IN ITINERE QUICQUAM
PATIATUR MALI
INGRESSI SUNT TERRAM AEGYPTI
CUM ALIIS QUI PERGEBANT
AD EMENDUM
ERAT AUTEM FAMES IN TERRA
CHANAAN
ET IOSEPH PRINCEPS AEGYPTI
ATQUE AD ILLIUS NUTUM FRUMEN
TA POPULIS UENDEBANTUR
CUMQUE ADORASSENT EUM
FRATRES SUI ET AGNOUISSET EOS
QUASI AD ALIENOS DURIUS LOQUE
BATUR. INTERROGANS EOS
UNDE UENISTIS
QUI RESPONDERUNT DE TERRA
CHANAAN UT EMAMUS UICTUI
NECESSARIA
ET TAMEN FRATRES IPSE COGNO
SCENS NON EST AGNITUS AB EIS
RECORDATUSQ. SOMNIORUM
QUAE ALIQUANDO UIDERAT AIT
EXPLORATORES ESTIS, UT UIDE
ATIS INFERIORA TERRAE UENISTIS
QUI DIXERUNT NON EST ITA DÑE
SED SERUI TUI UENERUNT UT
EMERENT CIBOS, OMNES
FILII UNIUS SUMUS
PACIFICI UENIMUS NEC QUICQUAM
FAMULI TUI MACHINANTUR MALI
QUIB. ILLE RESPONDIT ALITER EST
IMMUNITA TERRAE HUIUS
CONSIDERARE UENISTIS
ET ILLI DUODECIM INQUIUNT
SERUI TUI FRATRES SUMUS FILII
UIRI UNIUS IN TERRA CHANAAN
MINIMUS CUM PATRE NOSTRO EST
ALIUS NON EST SUPER
HOC EST AIT QUOD LOCUTUS SUM

EXPLORATORES ESTIS
IAM NUNC EXPERIMENTUM
UESTRI ACCIPIAM
PER SALUTEM PHARAONIS NON
EGREDIEMINI HINC DONEC UENIAT
FRATER UESTER MINIMUS
MITTITE E UOBIS UNUM
ET ADDUCITE EUM
UOS AUTEM ERITIS IN UINCULIS
DONEC PROBENTUR QUAE
DIXISTIS UTRUM FALSA
AN UERA SINT
ALIOQUIN PER SALUTEM PHARA
ONIS EXPLORATORES ESTIS
TRADIDIT ERGO EOS CUSTO
DIAE TRIBUS DIEBUS
DIE AUTEM TERTIO EDUCTIS
DE CUSTODIA AIT
FACITE QUOD DIXI ET UIUETIS
DM̄ ENIM TIMEO
SI PACIFICI ESTIS FRATER UESTER
UNUS LIGETUR IN CARCERE
UOS AUTEM ABITE ET FERTE
FRUMENTA QUAE EMISTIS
IN DOMOS UESTRAS
ET FRATREM UESTRUM MINI
MUM AD ME ADDUCITE
UT POSSIMUS UESTROS PROBARE
SERMONES ET NON MORIEMINI
FECERUNT UT DIXERAT· ET
LOCUTI SUNT INUICEM
MERITO HAEC PATIMUR
QUIA PECCAUIMUS IN
FRATREM NOSTRUM
UIDENTES ANGUSTIAM ANIMAE
ILLIUS CUM DEPRAECARETUR
NOS ET NON AUDIUIMUS
IDCIRCO UENIT SUPER NOS
ISTA TRIBULATIO
E QUIBUS UNUS RUBEN AIT
NUMQUID NON DIXI UOBIS
NOLITE PECCARE IN PUE
RUM ET NON AUDISTIS ME
EN SANGUIS EIUS EXQUIRITUR

NESCIEBANT AUTEM QUOD IN
TELLEGERET IOSEPH EO QUOD
PER INTERPRETEM
LOQUERETUR AD EOS
AUERTITQ· SE PARUMPER
ET FLEUIT
ET REUERSUS LOCUTUS
EST AD EOS
TOLLENS SYMEON ET LIGANS
ILLIS PRAESENTIBUS
IUSSITQUE MINISTRIS UT IMPLE
RENT SACCOS EORUM TRITTICO
ET REPONERĒ PECUNIAS SINGU
LORUM IN SACCULIS SUIS, DATIS
SUPRA CIBARIIS IN UIAM
QUI FECERUNT ITA
AT ILLI PORTANTES FRUMENTA
IN ASINIS PROFECTI SUNT
APERTOQ· UNUS SACCO UT DARET
IUMENTO PABULUM
IN DIUERSORIO
CONTEMPLATUS PECUNIAM IN ORE
SACCULI DIXIT FRATRIB· SUIS
REDDITA MIHI EST PECUNIA
EN HABETUR IN SACCO
ET OBSTUPEFACTI TURBATIQUE
DIXERUNT MUTUO
QUIDNAM EST HOC QUOD
NOBIS FECIT DS̄
UENERUNTQ· AD IACOB PATREM
SUUM IN TERRA CHANAAN
ET NARRAUERUNT EI OMNIA QUAE
ACCIDISSENT SIBI DICENTES
LOCUTUS EST NOBIS DOMINUS
TERRAE DURE
ET PUTAUIT NOS EXPLORATORES
PROUINCIAE
CUI RESPONDIMUS
PACIFICI SUMUS NEC ULLAS
MOLIMUR INSIDIAS
DUODECIM FRATRES UNO
PATRE GENITI SUMUS
UNUS NON EST SUPER
MINIMUS CUM PATRE UERSATUR

INTERRACHANAAN
QUIAIT NOBIS SICPROBABO
QUODPACIFICISITIS
FRATREM UESTRUM UNUM
DIMITTITEAPUTME
ETCIBARIA DOMIB· UESTRIS NECES
SARIA SUMITE ETABITE
FRATREMQ. UESTRUM MINIMUM
ADDUCITE ADME
UTSCIAM QUODNONSITIS
EXPLORATORES
ETISTUM QUITENETURINUIN
CULIS RECIPERE POSSITIS
ACDE INCEPS EMENDI QUAE
UULTIS HABEATIS LICENTIAM
HISDICTIS CUM FRUMENTA
EFFUNDERENT SINGULI
REPPERERUNT INORESACCO
RUM PECUNIAS
EXTERRITISQ. SIMUL OMNIBUS
DIXITPATER IACOB
ABSQUELIBERIS MEESSE FECISTIS
IOSEPH NONEST SUPER/SIMEON
TENETUR INUINCULIS·
BENIAMIN AUFERTIS ·
INMEHAECMALAOMNIA
RECEDERUNT
CUIRESPONDIT RUBEN
DUOS FILIOS MEOS INTERFICE
SINONREDUXERO ILLUM TIBI
TRADE INMANUMEA ETEGO
EUM RESTITUAM
ATILLE NONDESCENDIT INQUIT
FILIUS MEUS UOBISCUM
FRATER EIUS MORTUUS EST
ETIPSE SOLUS REMANSIT
SIQUID EI ADUERSI CONTIGERIT
INTERRA ADQUAM PERGITIS
DEDUCETIS CANOS MEOS
CUM DOLORE ADINFEROS
INTERIM FAMES OMNEM
XLIII. TERRAM UEHEMENTER
PREMEBAT
CONSUMPTISQUE CIBIS QUOS

EXAEGIPTO DETULERANT
DIXITIACOB ADFILIOS SUOS
REUERTIMINI ETEMITENOBIS
PAUXILLUM ESCARUM
RESPONDIT IUDAS
DENUNTIAUIT NOBIS UIRILLE SUB
TESTIFICATIONEM
IURANDI DICENS
NONUIDEBITIS FACIEM MEAM
NISI FRATREM UESTRUM MINI
MUM ADDUXERITIS UOBISCUM
SIERGO UIS MITTEREEUM NOBIS
CUM PERGIMUS PARITER
ETEMEMUS TIBI NECESSARIA
SINAUTEM NONUIS NONIBIMUS
UIRENIM UTSAEPE DIXIMUS
DENUNTIAUIT NOBIS DICENS
NONUIDEBITIS FACIEM MEAM
ABSQUE FRATREUESTRO
MINIMO· DIXITEIS ISRAHEL
INMEAM HOC FECISTIS MISERIAM
UTINDICARETIS[a] ETALIUM
HABERE UOS FRATREM
ATILLI RESPONDERUNT
INTERROGAUIT NOSHOMO PER
ORDINEM NOSTRAM PROGENIE'
SIPATERUIUERET SIHABE
REMUS FRATREM
ETNOS RESPONDIMUS EI CON
SEQUENTER IUXTAID QUOD
FUERAT SCISCITATUS
NUMQUID SCIRE POTERAMUS
QUOD DICTURUS ESSET AD
DUCITE UOBISCUM
FRATREM UESTRUM
IUDAS QUOQ. DIXIT PATRISUO
MITTE PUERUM MECUM
UTPROFICISCAMURET
POSSIMUS UIUERE
NEMORIAMURNOS ETPAR
UULI NOSTRI
EGOSUSCIPIO PUERUM DEMANU
MEA REQUIREILLUM
NISIREDUXERO ETTRADIDERO

EUM TIBI ERO PECCATI INTE
REUS OMNI TEMPORE
SI NON INTERCESSISSET DILATIO
IAM UICE ALTERA UENISSEMUS
IGITUR ISRAHEL PATER
EORUM DIXIT AD EOS
SI SIC NECESSE EST FACITE
QUOD UULTIS
SUMITE DE OPTIMIS TERRAE
FRUCTIB· IN UASIS UESTRIS
ET DEFERTE UIRO MUNERA
MODICUM RESINAE ET MELLIS
ET STORACIS ET STACTIS
ET TEREBINTHI ET AMIG
DALARUM
PECUNIAMQ· DUPLICEM
FERTE UOBISCUM
ET ILLAM QUAM INUENISTIS
IN SACCULIS REPORTATE
NE FORTE ERRORE FACTUM SIT
SED ET FRATREM UESTRUM
TOLLITE ET ITE AD UIRUM
DS̄ AUTEM MEUS OMNIPOTENS
FACIAT EUM UOBIS PLACABILĒ
ET REMITTAT UOBISCUM
FRATREM UESTRUM QUEM
TENET ET HUNC BENIAMIN
EGO AUTEM QUASI ORBATUS
ABSQUE LIBERIS ERO
TULERUNT ERGO UIRI MUNERA
ET PECUNIAM DUPLICEM
ET BENIAMIN
DESCENDERUNTQ· IN AEGYPTUM
ET STETERUNT CORAM IOSEPH
QUOS CUM ILLE UIDISSET
ET BENIAMIN SIMUL
PRAECEPIT DISPENSATORI
DOMUS SUAE DICENS
INTRODUC UIROS DOMUM
ET OCCIDE UICTIMAS
ET INSTRUE CONUIUIUM
QUONIAM MECUM SUNT
COMESURI MERIDIE
FECIT ILLE QUOD SIBI FUERAT
IMPERATUM
ET INTRODUXIT UIROS DOMUM
IBIQUE EXTERRITI DIXE
RUNT MUTUO
PROPTER PECUNIAM QUAM
RETULIMUS PRIUS IN SACCIS
NOSTRIS INTRODUCTI SUMUS
UT DEUOLUAT IN NOS CALUMNIAM
ET UIOLENTER SUBICIAT SERUI
TUTI ET NOS ET ASINOS NOSTROS
QUAMOBREM IN IPSIS FORIB·
ACCIDENTES AD DISPENSATO
REM DOMUS LOCUTI SUNT
ORAMUS DN̄E UT AUDIAS NOS
IAM ANTE DISCENDIMUS
UT EMEREMUS ESCAS
QUIBUS EMPTIS CUM UENIS
SEMUS AD DIUERSORIUM
APERUIMUS SACCULOS NOS
TROS ET INUENIMUS PECU
NIAM IN ORE SACCULORUM
QUAM NUNC EODEM PON
DERE REPORTAMUS
SED ET ALIUD ADTULIMUS
ARGENTUM UT EMAMUS
QUAE NECESSARIA SUNT
NON EST IN NOSTRA CONSCIEN
TIA QUIS EAM POSUERIT
IN MARSUPPIIS NOSTRIS
AT ILLE RESPONDIT PAX
UOBISCUM NOLITE TIMERE
DS̄ UESTER ET DS̄ PATRIS UES
TRI DEDIT UOBIS THESAUROS
IN SACCULIS UESTRIS
NAM PECUNIAM QUAM DEDIS
TIS MIHI PROBATAM
EGO HABEO
EDUXITQUE AD EOS SYMEON
ET INTRODUCTIS DOMUM
ADTULIT AQUAM ET LAUERUNT
PEDES SUOS
DEDITQ· PABULA ASINIS EORUM
ILLI UERO PARABANT MUNERA
DONEC INGREDERETUR

IOSEPH MERIDIE
AUDIERANT ENIM QUOD IBI
COMESURI ESSENT PANEM
IGITUR INGRESSUS EST IOSEPH
DOMUM SUAM
OPTULERUNTQ· EI MUNERA
TENENTES IN MANIBUS
ET ADORAUERUNT PRONI
IN TERRAM
AT ILLE CLEMENTER RESALUTA
TIS EIS INTERROGAUIT DICENS
SALUUS NE EST PATER UESTER
SENEX DE QUO DIXERATIS MIHI
ADHUC UIUIT hr
ET INCURBATI ADORAUERUNT EUM
ADTOLLENS AUTEM OCULOS SUOS
IOSEPH UIDIT BENIAMIN FRA
TREM SUUM UTERINUM
ET AIT
ISTE EST FRATER UESTER PARUU
LUS DE QUO DIXERATIS MIHI
ET RURSUM D̄S INQUIT MISERE
ATUR TUI FILI MI
FESTINAUITQ· QUIA COMMOTA
FUERANT UISCERA EIUS SUPER
FRATRE SUO ET ERUMPE
BANT LACRIMAE
ET INTROIENS CUBICULUM FLEUIT
RURSUMQ· LOTA FACIE EGRESSUS
CONTINUIT SE ET AIT
PONITE PANES
QUIB· ADPOSITIS SEORSUM IOSEPH
ET SEORSUM FRATRIBUS
AEGYPTIIS QUOQ· QUIUESCEBAN
TUR SIMUL SEORSUM
INLICITUM EST ENIM AEGYPTIIS
COMEDERE CUM HEBREIS
ET PROFANUM PUTANT HUIUS
CEMODI CONUIUIUM
SEDERUNT CORAM EO
PRIMOGENITUS IUXTA
PRIMOGENITA SUA
ET MINIMUS IUXTA
AETATEM SUAM

ET MIRABANTUR NIMIS SUMPTIS
PARTIB· QUAS AB EO
ACCEPERANT
MAIORQ· PARS UENIT BENIAMIN
ITA UT QUINQ· PARTIB· EXCEDERET
BIBERUNTQ· ET INEBRIATI
SUNT CUM EO
XLIIII PRAECEPIT AUTEM IOSEPH DISPEN
SATORI DOMUS SUAE DICENS
IMPLE SACCOS EORUM FRUMENTO
QUANTUM POSSUNT CAPERE
ET PONE PECUNIAM SINGULO
RUM IN SUMMITATE SACCI
SCYFUM AUTEM MEUM ARGEN
TEUM ET PRAETIUM QUOD
DEDIT TRITTICI PONE IN ORE
SACCULI IUNIORIS
FACTUMQ· EST ITA
ET ORTO MANE DIMISSI SUNT
CUM ASINIS SUIS
IAMQ· URBEM EXIERANT ET PRAE
CESSERANT PAULULUM
TUNC IOSEPH ARCESSITO
DISPENSATORE DOMUS
SURGE INQUIT PERSEQUERE
UIROS ET ADPRAEHENSIS
DICITO
QUARE REDDIDISTIS MALUM
PRO BONO
SCYFUS QUEM FURATI ESTIS
IPSE EST IN QUO BIBIT DOMINUS
MEUS ET IN QUO AUGURARI
SOLET PESSIMAM REM
FECISTIS
FECIT ILLE UT IUSSERAT
ET ADPRAEHENSIS PER ORDI
NEM LOCUTUS EST
QUI RESPONDERUNT QUARE SIC
LOQUITUR DOMINUS NOSTER
UT SERUI TUI TANTUM FLAGI
TII COMMISERINT
PECUNIAM QUAM INUENIMUS
IN SUMMITATE SACCULORUM
REPORTAUIMUS AD TE

hr qui responderunt sospes est. seruus tuus pater noster adhuc uiuit.

DE TERRA CHANAAN
ET QUOMODO CONSEQUENS EST
UTFURATIS IMUS DE DOMO
DOMINI TUI AURUM UEL ARGENTŪ
APUT QUEMCUMQ· FUERIT
INUENTUM SERUORUM TUO
RUM QUOD QUAERIS MORIATUR
ET NOS SERUI ERIMUS
DÑI NOSTRI
QUI DIXIT FIAT IUXTA UESTRAM
SENTENTIAM
APUT QUEM FUERIT INUENTUS
SCYFUS IPSE SIT SERUUS MEUS
UOS AUTEM ERITIS INNOXII
ITAQUE FESTINATO DEPONENTES
IN TERRAM SACCOS APERU
ERUNT SINGULI
QUOS SCRUTATUS INCIPIENS
A MAIORE USQ· AD MINIMUM
INUENIT SCYFUM IN SACCO
BENIAMIN
AT ILLI SCISSIS UESTIB· ONERATISQ·
RURSUM ASINIS REUERSI
SUNT IN OPPIDUM
PRIMUSQ· IUDAS CUM FRATRIB·
INGRESSUS EST AD IOSEPH
NEC DUM ENIM DE LOCO
ABIERANT
OMNESQ· ANTE EUM IN TERRA
PARITER CORRUERUNT
QUIB· ILLE AIT CUR SIC
AGERE UOLUISTIS
AN IGNORATIS QUOD NON SIT
SIMILIS MEI IN AUGURIANDI
SCIENTIA
CUI IUDAS
QUID RESPONDEBIMUS INQUIT
DOMINO MEO UEL QUID
LOQUAMUR
AUT IUSTI POTERIMUS
OBTENDERE
DS̄ INUENIT INIQUITATEM
SERUORUM TUORUM
EN OMNES SERUI SUMUS
DOMINI MEI ET NOS ET APUT
QUEM INUENTUS EST SCYFUS
RESPONDIT IOSEPH ABSIT
UT SIC AGAM
QUI FURATUS EST SCYFUM
IPSE SIT SERUUS MEUS
UOS AUTEM ABITE LIBERI
AD PATREM UESTRUM
ACCEDENS PROPIUS IUDAS
CONFIDENTER AIT
ORO DOMINE MI LOQUATUR
SERUUS TUUS UERBUM IN
AURIB· TUIS ET NE IRASCARIS
FAMULO TUO
TU ES ENIM POST PHARAONEM
DOMINUS MEUS
INTERROGASTI PRIUS SERUOS
TUOS HABETIS PATREM
AUT FRATREM
ET NOS RESPONDIMUS
TIBI DOMINO MEO
EST NOBIS PATER SENEX ET
PUER PARUULUS QUI IN SENEC
TA ILLIUS NATUS EST
CUIUS UTERINUS FRATER
MORTUUS EST
ET IPSUM SOLUM HABET
MATER SUA
PATER UERO TENERE
DILIGIT EUM
DIXISTI SERUIS TUIS ADDU
CITE EUM AD ME
ET PONAM OCULOS MEOS
SUPER ILLUM
SUGGESSIMUS DOMINO MEO
NON POTEST PUER RELIN
QUERE PATREM SUUM
SI ENIM ILLUM DIMISERIT
MORIETUR
ET DIXISTI SERUIS TUIS
NISI UENERIT FRATER UESTER
MINIMUS UOBISCUM
NON UIDEBITIS ULTRA
FACIEM MEAM

CUM ERGO ASCENDEREMUS
AD FAMULUM TUUM
PATREM NOSTRUM
NARRAUIMUS EI OMNIA QUAE
LOCUTUS EST DOMINUS
NOSTER
ET DIXIT PATER NOSTER
REUERTIMINI ET EMITE NOBIS
PARUUM TRITTICUM
CUI DIXIMUS IRE NON POSSUMUS
SI FRATER MINIMUS NOSTER
DESCENDET NOBISCUM PRO
FICISCEMUR SIMUL
ALIOQUIN ILLO ABSENTE NON
AUDEMUS UIDERE FACIEM
UIRI ATQ· ILLE RESPONDIT
UOS SCITIS QUOD DUOS GENU
ERIT MIHI UXOR MEA
EGRESSUS EST UNUS ET DIXISTIS
BESTIA DEUORAUIT EUM
ET HUCUSQUE NON PARET
SI TULERITIS ET ISTUM ET ALIQUID
EI IN UIA CONTIGERIT
DEDUCETIS CANOS MEOS CUM
MERORE AD INFEROS
IGITUR SI INTRAUERO AD SERUUM
TUUM PATREM NOSTRUM
ET PUER DEFUERIT
CUM ANIMA ILLIUS EX HUIUS
ANIMA PENDEAT
UIDERITQ· EUM NON ESSE NOBIS
CUM MORIETUR ET DEDUCENT
FAMULI TUI CANOS EIUS CUM
DOLORE AD INFEROS
EGO PROPRIAE SERUUS TUUS QUI
IN MEAM HUNC RECIPI FIDEM
ET SPOPONDI DICENS
NISI REDUXERO EUM PECCATI
REUS ERO IN PATREM MEUM
OMNI TEMPORE
MANEBO ITAQ· SERUUS TUUS
PRO PUERO IN MINISTERIO
DOMINI MEI
ET PUER ASCENDAT CUM FRATRI
BUS SUIS
NON ENIM POSSUMUS REDIRE
AD PATREM ABSENTE PUERO
NE CALAMITATIS QUAE OPPRES
SURA EST PATREM MEUM
TESTIS ADSISTAM
LVIII XLV NON SE POTERAT ULTRA COHIBERE
IOSEPH MULTIS CORAM
ADSTANTIBUS
UNDE PRAECEPIT UT EGREDE
RENTUR CUNCTI FORAS
ET NULLUS INTERESSET ALIENUS
AGNITIONI MUTUAE
ELEUAUITQ· UOCEM
CUM FLETU
QUAM AUDIERUNT AEGYPTII
OMNISQ· DOMUS PHARAONIS
ET DIXIT FRATRIB· SUIS
EGO SUM IOSEPH ADHUC
PATER MEUS UIUIT
NEC POTERANT RESPONDERE
FRATRES NIMIO TIMORE
PERTERRITI
AD QUOS ILLE CLEMENTER
ACCEDITE INQUIT AD ME
ET CUM ACCESSISSENT PROPE
EGO SUM AIT IOSEPH FRATER
UESTER QUEM UENDIDISTIS
IN AEGYPTO
NOLITE PAUERE NEC UOBIS DURUM
ESSE UIDEATUR QUOD UENDI
DISTIS ME IN HIS REGIONIBUS
PRO SALUTE ENIM UESTRA
MISIT ME DS ANTE UOS IN AEGYPTUM
BIENNIUM EST QUOD FAMES
ESSE COEPIT IN TERRA
ET ADHUC QUINQ· ANNI RESTANT
QUIB· NEC ARARI POTERIT
NEC METI
PRAEMISITQ· ME DS UT RESER
UEMINI SUPER TERRAM
ET ESCAS AD UIUENDUM
HABERE POSSITIS
NON UESTRO CONSILIO SED DI

HUC UOLUNTATE MISSUS SUM,
QUI FECIT ME QUASI PATREM
PHARAONIS
ET DOMINUM UNIUERSAE
DOMUS EIUS
AC PRINCIPEM IN OMNI
TERRA AEGYPTI
FESTINATE ET ASCENDITE AD PA
TREM MEUM ET DICITE EI
HAEC MANDAT FILIUS TUUS IOSEPH
DNS ME FECIT DOMINUM UNIUER
SAE TERRAE AEGYPTI
DESCENDE AD ME NE MORERIS
ET HABITA IN TERRA GESSEM
ERISQUE IUXTA ME TU ET FILII
TUI ET FILII FILIORUM TUORUM
OUES TUAE ET ARMENTA ET UNI
UERSA QUAE POSSIDES
IBIQUE TE PASCAM
ADHUC ENIM QUINQ. ANNI
RESIDUI SUNT FAMIS
NE ET TU PEREAS ET DOMUS TUA
ET OMNIA QUAE POSSIDES
EN OCULI UESTRI ET OCULI FRATRIS
MEI BENIAMIN UIDENT QUOD
OS MEUM LOQUATUR AD UOS
NUNTIATE PATRI MEO UNIUER
SAM GLORIAM MEAM
ET CUNCTA QUAE UIDISTIS
IN AEGYPTO
FESTINATE ET ADDUCITE
EUM AD ME
CUMQUE AMPLEXUS RECIDISSET
IN COLLUM BENIAMIN
FRATRIS SUI FLEUIT
ILLO QUOQ. FLENTE SIMILITER
SUPER COLLUM EIUS
OSCULATUSQ. EST OMNES FRA
TRES SUOS ET PLORAUIT
SUPER SINGULOS
POST QUAM AUSI SUNT
LOQUI AD EUM
AUDITUMQ. EST ET CELEBRI SER
MONE UULGATUM IN AULA
REGIS UENERUNT FRATRES IOSEPH
ET GAUISUS EST PHARAO ATQUE
OMNIS FAMILIA EIUS
DIXITQ. AD IOSEPH
UT IMPERARET FRATRIBUS
SUIS DICENS
ONERANTES IUMENTA ITE
IN TERRA(M) CHANAAN
ET TOLLITE INDE PATREM UESTRUM
ET COGNATIONEM ET UENITE
AD ME
ET EGO DABO UOBIS OMNIA
BONA AEGYPTI
UT COMEDATIS MEDULLAM TERRAE
PRAECIPE ETIAM UT TOLLANT
PLAUSTRA DE TERRA AEGYPTI
AD SUBUECTIONEM PARUULORUM
SUORUM ET CONIUGUM
AC DICITO
TOLLITE PATREM UESTRUM ET
PROPERATE QUANTOCIUS
UENIENTES NE DIMITTATIS QUIC
QUAM DE SUPERLECTILE UESTRA
QUIA OMNES OPES AEGYPTI
UESTRAE ERUNT
FECERUNTQ. FILII ISRAHEL UT EIS
MANDATUM FUERAT
QUIB. DEDIT IOSEPH PLAUSTRA
SECUNDUM PHARAONIS IMPE
RIUM ET CIBARIA IN ITINERE
SINGULISQ. PROFERRI IUSSIT
BINAS STOLAS
BENIAMIN UERO DEDIT TRECEN
TOS ARGENTEOS CUM QUINQ.
STOLIS OPTIMIS
TANTUNDEM PECUNIAE ET UESTI
MENTUM MITTENS
PATRI SUO
ADDENS EIS ASINOS DECEM QUI
SUBUEHERENT EX OMNIB.
DIUITIIS AEGYPTI
ET TOTIDEM ASINOS TRIT
TICUM IN ITINERE PANESQ.
PORTANTES

DIMISIT ERGO FRATRES SUOS
ET PROFICISCENTIB· AIT
NE IRASCIMINI IN UIA
QUI ASCENDENTES EX AEGYPTO
UENERUNT IN TERRAM CHANAAN
AD PATREM SUUM IACOB
ET NUNTIAUERUNT EI DICENTES
IOSEPH UIUIT ET IPSE DOMINATUR
IN OMNI TERRA AEGYPTI
QUO AUDITO QUASI DE GRAUI
SOMNO EUIGILANS TAMEN
NON CREDEBAT EIS
ILLI CONTRA REFEREBANT
OMNEM ORDINEM REI
CUMQ· UIDISSE T PLAUSTRA
ET UNIUERSA QUAE MISERAT
REUIXIT SP̄S EIUS ET AIT
SUFFICIT MIHI SI ADHUC FILIUS
MEUS IOSEPH UIUIT
UADAM ET UIDEBO ILLUM
ANTEQUAM MORIAR
XLVI· PROFECTUSQ· ISRAHEL CUM
OMNIB· QUAE HABEBAT UENIT
AD PUTEUM IURAMENTI
ET MACTATIS IBI UICTIMIS DŌ
PATRIS SUI ISAAC
AUDIUIT EUM PER UISIONEM
NOCTIS
UOCANTEM SE ET DICENTEM
SIBI IACOB IACOB
CUI RESPONDIT ECCE ADSUM
AIT ILLI DS̄ EGO SUM FORTISSI
MUS DS̄ PATRIS TUI NOLI TI
MERE DESCENDE IN AEGYPTUM
QUIA IN GENTEM MAGNAM
FACIAM TE IBI
EGO DESCENDAM TECUM ILLUC
ET EGO ADDUCAM TE INDE
REUERTENTEM
IOSEPH QUOQ· PONET MANUM
SUAM SUPER OCULOS TUOS
SURREXIT IACOB A PUTEO
IURAMENTI
TULERUNTQ· EUM FILII SUI
CUM PARUULIS ET UXO
RIBUS SUIS
IN PLAUSTRIS QUAE MISERAT
PHARAO AD PORTANDUM SENEM
ET OMNIA QUAE POSSIDEBAT
IN TERRA CHANAAN
UENITQUE IN AEGYPTUM CUM
OMNI SEMINE SUO
FILII EIUS ET NEPOTES FILIAE ET
CUNCTA SIMUL PROGENIES
LVIIII HAEC SUNT AUTEM NOMINA
FILIORUM ISRAHEL QUI INGRESSI
SUNT IN AEGYPTUM IPSI
CUM LIBERIS SUIS
PRIMOGENITUS RUBEN
FILII RUBEN ENOCH ET FALLU
ET ESRON ET CHARMI
FILII SYMEON IEMUHEL ET IAMIN
ET AOD ET IACHIN ET SACHER
ET SAUL FILIUS CA NAANITIDIS
FILII LEUI GERSON CAATH
ET MERARI
FILII IUDA HER ET ONAN ET SELA
ET PHARES ET ZARA
MORTUI SUNT AUTEM HER
ET ONAN IN TERRA CANAAN
NATIQUE SUNT FILII PHARES
ESRON ET AMUL
FILII ISSACHAR THOLA ET PHUA
ET IOB ET SEMRON
FILII ZABULON SARED
ET HELON ET IELEL
HII FILII LIAE QUOS GENUIT IN
MESOPOTAMIAM SYRIAE
CUM DINA FILIA SUA
OMNES ANIMAE FILIORUM EIUS
ET FILIARUM TRIGINTA TRES
FILII GAD SEPHION ET THAGGI
SUNI ET ESEBON HERI
ET ARODI ET ARELI
FILII ASER IABNE ET IESUA
ET IESUI ET BERIA
SARA QUOQ· SOROR EORUM
FILII BERIA HEBER ET MELCHIHEL

HII FILII ZELFAE QUAM DEDIT
LABAN LIAE FILIAE SUAE
ET HOS GENUIT IACOB
SEDECIM ANIMAS
FILII RACHEL UXORIS IACOB
IOSEPH ET BENIAMIN
NATIQUE SUNT IOSEPH FILII IN
TERRA AEGYPTI QUOS GENUIT EI
ASENECH FILIA PUTIPHARE
SACERDOTIS HELEOPOLEOS
MANASSES ET EPHRAIM
FILII BENIAMIN BELA ET BECHOR
ET ASBEL GERA ET NAAMAN
ET TEHI ET ROSMOPHIM
ET OPPHIM ET ARED
HII FILII RACHEL QUOS GENUIT
IACOB OMNES ANIMAE TREDECIM
FILII DAN USIM
FILII NEPTHALIM IASIHEL ET GENUI
ET HIESER ET SALLEM
HII FILII BALAE QUAM LABAN RACHELI
FILIAE SUAE DEDIT
ET HOS GENUIT IACOB OMNES
ANIMAE SEPTEM
CUNCTAE ANIMAE QUAE INGRES
SAE SUNT CUM IACOB AEGYPTUM
ET EGRESSAE DE FEMORE ILLIUS
ABSQUE UXORIB. FILIORUM
SEXAGINTA SEX
FILII AUTEM IOSEPH QUI NATI SUNT
EI IN TERRA AEGYPTI ANIMAE DUAE
OMNES ANIMAE DOMUS IACOB
QUAE INGRESSA EST IN AEGYPTUM
FUERE SEPTUAGINTA
MISIT AUTEM IUDAM ANTE SE
AD IOSEPH UT NUNTIARET EI ET
ILLE OCCURRERET IN GESEN
QUO CUM PERUENISSET IUNCTO
IOSEPH CURRO SUO ASCENDIT
OBUIAM PATRI AD EUNDEM
LOCUM
UIDENSQ. EUM INRUIT SUPER
COLLUM EIUS ET INTER
AMPLEXUS FLEUIT

DIXITQUE PATER AD IOSEPH
IAM LAETUS MORIAR QUIA UIDI
FACIEM TUAM ET SUPER
STITEM TE RELINQUO
ET ILLE LOCUTUS EST AD FRATRES
ET AD OMNEM DOMUM
PATRIS SUI
ASCENDAM ET NUNTIABO PHARA
ONI DICAMQUE EI
FRATRES MEI ET DOMUS PATRIS
MEI QUI ERANT IN TERRA
CHANAAN UENERUNT AD ME
ET SUNT UIRI PASTORES OUIUM
CURAMQUE HABENT ALEN
DORUM GREGUM
PECORA SUA ET ARMENTA ET
OMNIA QUAE HABERE POTU
ERUNT ADDUXERE SECUM
CUMQ. UOCAUERIT UOS ET DIX
ERIT QUOD EST OPUS UESTRUM
RESPONDEBITIS UIRI PASTORES
SUMUS SERUI TUI AB INFANTIA
NOSTRA USQ. AD PRAESENS
ET NOS ET PATRES NOSTRI
HAEC AUTEM DICETIS UT HABITARE
POSSITIS IN TERRA GESSEN
QUIA DETESTANTUR AEGYPTII
OMNES PASTORES OUIUM
XLVII INGRESSUS EST ERGO IOSEPH
ET NUNTIAUIT PHARAONI
DICENS
PATER MEUS ET FRATRES OUES
EORUM ET ARMENTA ET CUNC
TA QUAE POSSIDENT UENE
RUNT DE TERRA CHANAAN
ET ECCE CONSISTUNT
IN TERRA GESSEN
EXTREMOS QUOQ. FRATRUM
SUORUM QUINQ. UIROS
STATUIT CORAM REGE
QUOS ILLE INTERROGAUIT
QUID HABETIS OPERIS
RESPONDERUNT PASTORES
OUIUM SUMUS SERUI TUI

ET NOS ET PATRES NOSTRI
AD PEREGRINANDUM IN TERRA
TUA UENIMUS
QUONIAM NON EST HERBA
GREGIB· SERUORUM TUORUM
INGRAUESCENTE FAME
IN TERRA CANAAN
PETIMUSQ· UT NOS ESSE IUBEAS
SERUOS TUOS IN TERRA GESSEN
DIXIT ITAQ· REX AD IOSEPH
PATER TUUS ET FRATRES TUI
UENERUNT AD TE
TERRA AEGYPTI IN CONSPECTU
TUO EST
IN OPTIMO LOCO FAC HABITARE
EOS ET TRADE EIS
TERRAM GESSEN
QUOD SI NOSTI ESSE IN EIS UIROS
INDUSTRIOS CONSTITUE
ILLOS MAGISTROS PECO
RUM MEORUM
POST HAEC INTRODUXIT IOSEPH
PATREM SUUM AD REGEM
ET STATUIT EUM CORAM EO
QUI BENEDICENS ILLI ET INTERRO
GATUS AB EO QUOD SUNT DIES
ANNORUM UITAE TUAE
RESPONDIT DIES PEREGRINATIONIS
MEAE CENTUM TRIGINTA ANNO
RUM SUNT PARUI ET MALI
ET NON PERUENERUNT USQ· AD
DIES PATRUM MEORUM
QUIB· PEREGRINATI SUNT
ET BENEDICTO REGE EGRES
SUS EST FORAS
IOSEPH UERO PATRI ET FRATRIBUS
SUIS DEDIT POSSESSIONEM
IN AEGYPTO
IN OPTIMO LOCO TERRAE SOLO
RAMESSES UT PRAECEPERAT
PHARAO
ET ALEBAT EOS OMNEMQ· DOMŪ
PATRIS SUI PRAEBENS
CIBARIA SINGULIS

IN TOTO ENIM ORBE PANIS
DEERAT
ET OPPRESSERAT FAMES TERRAM
MAXIME AEGYPTI ET CHANAAN
E QUIBUS OMNEM PECUNIAM
CONGREGAUIT PRO UEN
DITIONE FRUMENTI
ET INTULIT EA̅ IN AERARIUM
REGIS
CUMQ· DEFECISSET EMPTO
RIBUS PRAETIUM
UENIT CUNCTA AEGYPTUS
AD IOSEPH DICENS
DA NOBIS PANES QUARE MORIMUR
CORAM TE DEFICIENTE
PECUNIA
QUIB· ILLE RESPONDIT
ADDUCITE PECORA UESTRA
ET DABO UOBIS PRO EIS CIBOS
SI PRAETIUM NON HABETIS
QUAE CUM ADDUXISSENT DEDIT
EIS ALIMENTA PRO EQUIS
ET OUIB· ET BUBUS ET ASINIS
SUSTENTAUIT Q· EOS ILLO ANNO
PRO COMMUTATIONE
PECORUM
UENERUNTQ· ANNO SECUNDO
ET DIXERUNT EI
NON CELABIMUS DÑM NOSTRUM
QUOD DEFICIENTE PECUNIA
ET PECORA SIMUL DEFECERINT
NEC CLAM TE EST QUOD
ABSQUE CORPORIBUS
ET TERRA NIHIL HABEAMUS
CUR ERGO MORIMUR
TE UIDENTE
ET NOS ET TERRA NOSTRA
TUI ERIMUS
EME NOS IN SERUITUTEM
REGIAM
ET PRAEBE SEMINA NE PEREUNTE
CULTURE REDIGATUR
TERRA IN SOLITUDINE
EMIT IGITUR IOSEPH

TERRAM AEGYPTI
UENDENTIBUS SINGULIS POSSES
SIONES SUAS PRAEMAGNI
TUDINE FAMIS
SUBIECITQ. EAM PHARAONI
ET CUNCTOS POPULOS EIUS
A NOUISSIMIS TERMINIS AEGYPTI
USQUE AD EXTREMOS
FINES EIUS
PRAETER TERRAM SACERDOTUM
QUAE A REGE TRADITA
FUERAT EIS
QUIB· ET STATUTA CIBARIA EX HOR
REIS PUBLICIS PREBEBANTUR
ET IDCIRCO NON SUNT CONPULSI
UENDERE POSSESSIONES SUAS
DIXIT ERGO IOSEPH AD POPULOS
EN UT CERNITIS ET UOS ET TERRAM
UESTRAM PHARAO POSSIDET
ACCIPITE SEMINA ET SERITE
AGROS UT FRUGES
HABERE POSSITIS
QUINTAM PARTEM REGI
DABITIS QUATTUOR RELI
QUAS PERMITTO UOBIS
IN SEMENTEM ET CIBOS FAMULIS
ET LIBERIS UESTRIS
QUI RESPONDERUNT SALUS
NOSTRA IN MANU TUA
TANTUM RESPICIAT NOS DNS
NOSTER ET LAETI SERUI
EMUS REGI
EX EO TEMPORE USQ. IN PRAE
SENTEM DIEM IN UNIUERSA
TERRA AEGYPTI REGIBUS
QUINTA PARS SOLUITUR
ET FACTUM EST QUASI IN LEGEM
ABSQUE TERRA SACERDOTALI
QUAE LIBERA AB HAC CON
DICIONE FUIT
HABITAUIT ERGO ISRAHEL
IN AEGYPTO
ID EST IN TERRA GESEN
ET POSSEDIT EAM

AUCTUSQUE EST ET MULTIPLI
CATUS NIMIS
ET UIXIT IN EA DECEM
ET SEPTEM ANNIS
FACTIQUE SUNT OMNES DIES
UITAE ILLIUS CENTUM QUADRA
GINTA ET SEPTEM ANNORUM
CUMQUE ADPROPINQUARE
CERNERET MORTIS DIEM
UOCAUIT FILIUM SUUM
IOSEPH ET DIXIT AD EUM
SI INUENI GRATIAM IN CONSPECTU
TUO PONE MANUM TUAM
SUB FEMORE MEO
ET FACIES MIHI MISERICOR
DIAM ET UERITATEM
UT NON SEPELIAS ME IN AEGYPTO
SED DORMIAM CUM
PATRIB· MEIS
ET AUFERAS ME DE HAC TERRA
CONDASQUE IN SEPULCHRO
MAIORUM
CUI RESPONDIT IOSEPH EGO
FACIAM QUOD IUSSISTI
ET ILLE IURA ERGO INQUIT MIHI
QUO IURANTE ADORAUIT ISRAHEL
DM CONUERSUS AD LECTULI
CAPUT
LX HIS ITA TRANSACTIS NUNTIATUM
XLVIII EST IOSEPH QUOD EGROTARET
PATER EIUS
QUI ADSUMPTIS DUOB· FILIIS
MANASSE ET EPHRAIM
IRE PERREXIT
DICTUMQ. EST SENI ECCE FILIUS
TUUS IOSEPH UENIT AD TE
QUI CONFORTATUS SEDIT IN LEC
TULO ET INGRESSO AD SE AIT
DS OMNIPOTENS APPARUIT MIHI
IN LUZA QUAE EST IN TERRA
CHANAAN
BENEDIXITQ. MIHI ET AIT
EGO TE AUGEBO ET MULTIPLICABO
ET FACIAM IN TURMAS POPULORU

DABOQUE TIBI TERRAM HANC
ET SEMINI TUO POST TE IN POS
SESSIONEM SEMPITERNAM
DUO IGITUR FILII TUI QUI NATI SUNT
TIBI IN TERRA AEGYPTI ANTE
QUAM UENIREM HUC AD TE
MEI ERUNT EPHRAIM
ET MANASSES
SICUT RUBEN ET SYMEON
REPUTABUNTUR MIHI
RELIQUOS AUTEM QUOS GENŪ
ERIS POST EOS TUI ERUNT
ET NOMINE FRATRUM SUORUM
UOCABUNTUR IN POSSES
SIONIBUS SUIS
MIHI ENIM QUANDO UENIEBAM
DE MESOPOTAMIAM MORTUA
EST RACHEL IN TERRA CANAAN
IPSO ITINERE
ERATQUE UERNUM TEMPUS
ET INGREDIEBAR EUPHRATAM
ET SEPELIEAM IUXTA UIAM EUFRA
TAE QUAE ALIO NOMINE
APPELLATUR BETHLEM
UIDENS AUTEM FILIOS EIUS
DIXIT AD EUM QUI SUNT ISTI
RESPONDIT FILII MEI SUNT
QUOS DEDIT MIHI DS
IN HOC LOCO
ADDUC INQUIT EOS AD ME
UT BENEDICAM ILLIS
OCULI ENIM ISRAHEL CALIGINA
UERANT PRAE NIMIA SENECTUTE
ET CLARE UIDERE NON POTERAT
ADPLICATOSQ; AD SE OSCULATUS
ET CIRCUMPLEXUS DIXIT
AD FILIUM
NON SUM FRAUDATUS
ASPECTU TUO
INSUPER OSTENDIT MIHI
DS SEMEN TUUM
CUMQUE TULISSET EOS IOSEPH
A GREMIO PATRIS
ADORAUIT PRONUS IN TERRA

ET POSUIT EPHRAIM AD DEXTE
RAM SUAM ID EST AD SINI
STRAM ISRAHEL
MANASSE UERO IN SINISTRA SUA
AD DEXTERAM SCILICET PATRIS
ADPLICAUITQ; AMBOS AD EUM
QUI EXTENDENS MANUM DEX
TRAM POSUIT SUPER CAPUT
EPHRAIM IUNIORIS FRATRIS
SINISTRAM AUTEM SUPER CAPUT
MANASSE QUI MAIOR NATU
ERAT COMMUTANS MANUS
BENEDIXITQUE FILIO SUO
IOSEPH ET AIT
DS IN CUIUS CONSPECTU AMBU
LAUERUNT PATRES MEI
ABRAHAM ET ISAAC
DS QUI PASCIT ME AB ADULESCEN
TIA MEA USQUE IN PRAE
SENTEM DIEM
ANGELUS QUI ERUIT ME DE CUNC
TIS MALIS
BENEDICAT PUERIS ISTIS ET IN
UOCETUR NOMEN MEUM
SUPER EOS
NOMINA QUOQ; PATRUM MEORŪ
ABRAHAM ET ISAAC
ET CRESCANT IN MULTITUDI
NEM SUPER TERRAM
UIDENS AUTEM IOSEPH QUOD
POSUISSET PATER SUUS DEXTE
RAM MANUM SUPER
CAPUT EPHRAIM
GRAUITER ACCEPIT ET ADPRAE
HENSĀ PATRIS MANUM LEUARE
CONATUS EST DE CAPITE
EPHRAIM
ET TRANS FERRE SUPER
CAPUT MANASSE
DIXITQUE AD PATREM
NON ITA CONUENIT PATER QUIA
HIC EST PRIMOGENITUS
PONE DEXTRAM TUAM
SUPER CAPUT EIUS

QUI RENNUENS AIT
SCIO FILII SCIO
ET ISTE QUIDEM ERIT IN POPULOS
ET MULTIPLICABITUR
SED FRATER EIUS IUNIOR
MAIOR ILLO ERIT
ET SEMEN ILLIUS CRESCET
IN GENTES
BENEDIXITQ. EIS IN IPSO
TEMPORE DICENS
IN TE BENEDICETUR ISRAHEL
ATQUE DICETUR
FACIAT TIBI DS̄ SICUT EPHRAIM
ET SICUT MANASSE
CONSTITUITQ. EPHRAIM
ANTE MANASSE
ET AIT AD IOSEPH FILIUM SUUM
EN EGO MORIOR ET ERIT
DS̄ UOBISCUM
REDUCETQ. UOS AD TERRAM
PATRUM UESTRORUM
DO TIBI PARTEM UNAM
EXTRA FRATRES TUOS
QUAM TULI DE MANU AMORRAEI
IN GLADIO ET ARCU MEO
LXI XLIX UOCAUIT AUTEM IACOB FILIOS
SUOS ET AIT EIS
CONGREGAMINI UT ADNUNTIEM
QUAE UENTURA SUNT UOBIS
NOUISSIMIS DIEBUS
CONGREGAMINI ET AUDITE
FILII IACOB
AUDITE ISRAHEL PATREM
UESTRUM
RUBEN PRIMOGENITUS MEUS
TU FORTITUDO MEA ET PRIN
CIPIUM DOLORIS MEI
PRIOR IN DONIS MAIOR IMPERIO
EFFUSUS ES SICUT AQUA
NON CRESCAS
QUIA ASCENDISTI CUBILE PATRIS
TUI ET MACULASTI
STRATUM EIUS
SYMEON ET LEUI FRATRES UASA
INIQUITATIS BELLANTIA
IN CONSILIO EORUM NE UENIAT
ANIMA MEA
ET IN COETU ILLORUM NON
SIT GLORIA MEA
QUIA IN FURORE SUO OCCIDERUNT
U RUM ET IN UOLUNTATE SUA
SUFFODERUNT MURUM
MALEDICTUS FUROR EORUM
QUIA PERTINAX
ET INDIGNATIO ILLORUM
QUIA DURA
DIUIDAM EOS IN IACOB ET DIS
PERGAM IN ISRAHEL illos
IUDA TE LAUDABUNT FRATRES TUI
MANUS TUA IN CERUICIBUS
INIMICORUM TUORUM
ADORABUNT TE FILII PATRIS TUI
CATULUS LEONIS IUDA AD PRAE
DAM FILI MI ASCENDISTI
REQUIESCENS ACCUBUISTI UT LEO
ET QUASI LEAENA QUIS
SUSCITAUIT EUM
NON AUFERETUR SCEPTRUM
DE IUDA ET DUX DE FEMORIB.
EIUS DONEC UENIAT QUI MIT
TENDUS EST ET IPSE ERIT
EXPECTATIO GENTIUM
LIGANS AD UINEAM PULLUM
SUUM ET AD UITEM O FILI MI
ASINAM SUAM
LAUAUIT UINO STOLAM SUAM
ET SANGUINE UUAE
PALLIUM SUUM
PULCHRIORES OCULI EIUS
UINO ET DENTES LACTE
CANDIDIORES
ZABULON IN LITORE MARIS HABI
TAUIT ET IN STATIONE NAUIUM
PERTINGENS USQ. AD SIDONEM
ISSACHAR ASINUS FORTIS ACCU
BANS INTER TERMINOS
UIDIT QUE REQUIEM QUOD ESSET
BONA ET TERRAM QUOD OPTIMA

ET SUB POSUIT UMERUM
SUUM AD PORTANDUM
FACTUSQ· EST TRIBUTIS
SERUIENS
DAN IUDICAUIT POPULUM SUUM
SICUT ALIA TRIB· ISRAHEL
FIAT DAN COLUBER IN UIA
CERASTES IN SEMITA
MORDENS UNGULAS EQUI
UT CADAT ASCENSOR EIUS
RETRO SALUTARE TUUM
EXPECTABO DNE
GAAD ACCINCTUS PROELIABITUR
ANTE EUM ET IPSE ACCIN
GETUR RETRORSUM
ASER PINGUIS PANIS EIUS ET PRAE
BEBIT DELICIAS REGIBUS
NEPTHALIM CERUUS EMISSUS
ET DANS ELOQUIA PULCHRI
TUDINIS
FILIUS ACCRESCENS IOSEPH
FILIUS ACCRESCENS ET
DECORUS ASPECTU
FILIAE DISCURRUNT SUPER MURUM
SED EXASPERAUERUNT EUM
ET IURGATI SUNT INUIDERUNTQ·
ILLI HABENTES IACULA
SEDIT IN FORTI ARCUS EIUS ET
DISSOLUTA SUNT UINCULA BRACHI
ORUM ET MANUUM ILLIUS PER
MANUS POTENTIS IACOB
INDE PASTOR EGRESSUS EST
LAPIS ISRAHEL
DS PATRIS TUI ERIT ADIUTOR
TUUS ET OMNIPOTENS
BENEDICET TIBI
BENEDICTIONIBUS CAELI
DESUPER
BENEDICTIONIB· ABYSSI
IACENTIS DEORSUM
BENEDICTIONIB· UBERUM
ET UULUAE
BENEDICTIONES PATRIS TUI CON
FORTATAE SUNT BENEDICTI
ONIBUS PATRUM EIUS
DONEC UENIRET DESIDERIUM
COLLIUM AETERNORUM
FIANT IN CAPITE IOSEPH ET IN
UERTICE NAZAREI INTER
FRATRES SUOS
BENIAMIN LUPUS RAPAX MANE
COMEDET PRAEDAM UESPERE
DIUIDET SPOLIA
OMNES HII IN TRIBUBUS ISRA
HEL DUODECIM
HAEC LOCUTUS EST EIS
PATER EORUM
BENEDIXITQ· SINGULIS DUODECIM
BENEDICTIONIB· PROPRIIS ET
PRAECEPIT EIS DICENS
EGO CONGREGOR AD POPU
LUM MEUM
SEPELITE ME CUM PATRIB· MEIS
IN SPELUNCHA DUPLICI
QUAE EST IN AGRO EPHRON
CETTHEI CONTRA MAMBRAE
IN TERRA CHANAAN
QUAM EMIT ABRAHAM CUM
AGRO AB EPHRON CETTHEO
IN POSSESSIONEM SEPULCHRI
IBI SEPELIERUNT EUM ET
SARRAM UXOREM EIUS
IBI SEPULTUS EST ISAAC CUM
REBECCA CONIUGE
IBI ET LIA CONDITA EST
LXII FINITISQ· MANDATIS QUIBUS
FILIOS INSTRUEBAT
COLLEGIT PEDES SUPER
LECTULUM ET OBIIT
ADPOSITUSQ· EST AD POPU
LUM SUUM
L QUOD CERNENS IOSEPH RUIT
SUPER FACIEM PATRIS
FLENS ET DEOSCULANS EUM
PRAECEPITQ· SERUIS SUIS
MEDICIS UT AROMATIB·
CONDIRENT PATREM
QUIB· IUSSA EXPLENTIB· TRANSI

ERANT QUADRAGINTA DIES
ISTE QUIPPE MOS ERAT CADA
UERUM CONDITORUM
FLEUITQ· EUM AEGYPTUS
SEPTUAGINTA DIES
ET EXPLETO PLANCTUS TEMPORE
LOCUTUS EST IOSEPH AD FAMI
LIAM PHARAONIS DICENS
SI INUENI GRATIAM IN CON
SPECTU UESTRO
LOQUIMINI IN AURIB· PHARAONIS
EO QUOD PATER MEUS ADIURA
UERIT ME DICENS
EN MORIOR IN SEPULCHRO MEO
QUOD FODI MIHI IN TERRA
CHANAAN SEPELIES ME
ASCENDAM IGITUR ET SEPELIAM
PATREM MEUM AC REUERTAR
DIXITQ· EI PHARAO
ASCENDE ET SEPELI PATREM TUU(M)
SICUT ADIURATUS ES
QUO ASCENDENTE IERUNT CUM
ILLO OMNES SENES
DOMUS PHARAONIS
CUNCTIQUE MAIORES NATU
TERRAE AEGYPTI
DOMUS IOSEPH CUM FRATRIB·
SUIS ABSQ· PARUULIS ET GRE
GIB· ATQUE ARMENTIS QUAE
DERELIQUERANT IN TERRA GESSEN
HABUIT QUOQ· IN COMITATU
CURRUS ET EQUITES
ET FACTA EST TURBA NON MODICA
UENERUNTQ· AD AREAM QUAE SITA
EST TRANS IORDANEN
UBI CELEBRANTES EXEQUIAS
PLANCTU MAGNO ATQ· UEHE
MENTI IMPLEUERUNT
SEPTEM DIES
QUOD CUM UIDISSENT HABITATO
RES TERRAE CHANAAN DIXERUNT
PLANCTUS MAGNUS EST
ISTE HEBRAEIS
ET IDCIRCO APPELLAUERUNT
NOMEN LOCI ILLIUS PLANC
TUS AEGYPTI
FECERUNT ERGO FILII IACOB
SICUT PRAECEPERAT EIS
ET PORTANTES EUM IN TERRAM
CANAAN SEPELIERUNT IN
SPELUNCA DUPLICI
QUAM EMERAT ABRAHAM CUM
AGRO IN POSSESSIONEM SEPUL
CHRI AB EPHRON CETTHAEO
CONTRA FACIEM MAMBRAE
REUERSUSQ· EST IOSEPH IN AEGYP
TUM CUM FRATRIB· SUIS ET
OMNI COMITATU SEPULTO
PATRE
QUO MORTUO TIMENTES FRATRES
EIUS ET MUTUO CONLOQUENTES
NE FORTE MEMOR SIT INIURIAE
QUAM PASSUS EST
ET REDDAT NOBIS MALUM
OMNE QUOD FECIMUS
MANDAUERUNT EI PATER TUUS
PRAECEPIT NOBIS ANTEQUAM
MORERETUR
UT HAEC TIBI UERBIS ILLIUS
DICEREMUS
OBSECRO UT OBLIUISCARIS SCELE
RIS FRATRUM TUORUM
ET PECCATI ATQ· MALITIAE
QUAM EXERCUERUNT IN TE
NOS QUOQ· ORAMUS UT SERUIS
DI PATRIS TUI DIMITTAS
INIQUITATEM HANC
QUIB· AUDITIS FLEUIT IOSEPH
UENERUNTQ· AD EUM
FRATRES SUI
ET PRONI IN TERRA ADORAUERUNT
ET DIXERUNT SERUI TUI SUMUS
QUIB· ILLE RESPONDIT
NOLITE METUERE NUM DI
POSSUMUS RENNUERE
UOLUNTATEM
UOS COGITASTIS DE ME MALUM
ET DS UERTIT ILLUD

IN BONUM
UT EXALTARET ME SICUT IN PRAE
SENTIARUM CERNITIS
UT SALUOS FACERET MULTOS
POPULOS
NOLITE METUERE EGO PASCAM
UOS ET PARUULOS UESTROS
CONSOLATUSQ. EOS ET BLANDE
AC LENITER EST LOCUTUS
ET HABITAUIT IN AEGYPTO CUM
OMNI DOMO PATRIS SUI
Item VIXITQ. CENTUM DECEM ANNOS
ET UIDIT EPHRAIM FILIOS USQ.
AD TERTIAM GENERATIONEM
FILII QUOQ. MACHIR FILII MANASSE
NATI SUNT IN GENIB. IOSEPH
QUIBUS TRANS ACTIS LOCUTUS
EST FRATRIB. SUIS
POST MORTEM MEAM DS UISI
TAUIT UOS ET ASCENDERE
FACIET DE TERRA ISTA
AD TERRAM QUAM IURAUIT
ABRAHAM ISAAC ET IACOB
CUMQ. ADIURASSET EOS ATQUE
DIXISSET DS UISITAUIT UOS
ASPORTATE OSSA MEA UOBIS
CUM DE LOCO ISTO
MORTUUS EST EXPLETIS CENTUM
DECEM UITAE SUAE ANNIS
ET CONDITUS AROMATIB. REPO
SITUS EST IN LOCULO IN AEGYPTO

EXPLIC LIB GEN

INCIPIUNT CAPIT

I NUMERUS EORUM QUI INGRESSI SUNT
IN AEGYPTUM, CREMENTUM POPULI
AC DEPRESSIO EIUS A REGE, OBSTETRI
CES CONUOCAT ET UT MASCULOS
NECARENT IMPERAT, DE NATIUITATE
MOSI ET ADOPTIONE APUT FILIAM
PHARAONIS, UBI AEGYPTIUM PER
CUTIT, A CONSPECTU PHARAONIS
FUGIT. FILIAS SACERDOTUM MADIAN
A PASTORIB. DEFENDIT. ET SEPPHO
RAM SORTITUR UXOREM
II MORTUO REGE AEGYPTI CLAMOREM
ISRAHEL DS EXAUDIUIT. MOSES IN
MONTE CHOREB DNM CONSPICIT.
IN RUBO FLAMMANTE UOCATUS ACCE
DIT. AD PHARAONEM IRE PRAECEPITUR.
SIGNA DEPOSCIT ET ACCEPIT. EXCUSAT
ET INELOQUENTEM SE ESSE PRONUN
TIAT. IRATUS DNS UT CUM AARON
PERGERET IUBET
III MOSI REUERTENTI IN AEGYPTUM OCCUR
RIT ANGELUS DNI OB CIRCUMCISIONEM
FILII ET SPONSIONE SANGUINUM.
AARON PRAECIPITUR OBUIAM MOSI
PERGERE. AUDIT AB EO QUAE DNS
IMPERARAT. SIGNA FACIUNT CORAM
POPULO. CREDUNT. LAETANTUR EX
ULTANT. PHARAONIS AURIB. INGERUNT
IMPERIA DI. RESULTAT AC DURIORA
POPULO QUAM INGEREBAT INGESSIT.
FLAGELLAT PRINCIPES ISRAHEL.
MOSI ET AARON DI IUDICIUM IN PRAE
CANTUR. NEC ULTRA EORUM SER
MONIB. CREDUNT MAIORE
ANGUSTIA COARTATI
IIII CATALOGUS FAMILIAE LEUITARUM, ET
UBI MOSES A DO DEUS CONSTITUITUR.
PHARAONI. SIGNA QUAE CORAM
PHARAONE FACIUNT. UIRGA CONUER
TITUR IN DRACONEM. AQUAE UER
TUNTUR IN SANGUINEM. PRODU
CUNTUR RANAE. QUAE TOTAM IN
QUINARENT SUPELLECTILEM.
NEC IN HIS TRIB. PLAGIS COHERCETUR.

sed potius induratur
v dñs iubet pharaonem iterum
conuenire, imperatur aron pul
uerem terrae percuteret ut
omnis puluis uerteretur in scini
fas · itemq̄ muscis diuersi gene
ris cuncta repletur aegyptus,
excepta terra in qua filii israhel
habitabant · pestem super uni
uersa animantia grauem induci
iubet · uulnera et uesicae turgen
tes in hominib · ex cineris asparsi
one fiunt · grando superinduci
tur qua uniuersa uirentia popula
retur · et paenitentiã simulans
donec requies daretur depreca
tur · multo grauius induratur
vi praecipitur mosi ut ad eum ingredi
atur. lucustae leuantur; tenebrae
super inducuntur · et in omnibus
his minime cohibetur
vii lex paschae praecipitur · et quod
media nocte aegyptus percuti
enda sit nuntiatur · super limi
naria et postes isrl̄ pro signo
sanguine liniuntur · in noctis medio
primogenita aegyptiorum ex
tinguntur · pharao consurgit ·
ac sine mora populum de terra
sua exire conpellit
viii profectio isrl̄ de ramesse in soccoth ·
ubi religionem paschae audiunt ·
et quib · comedere sit licitum ·
loquitur dñs ad mosen quod secu
turus sit pharao isrl̄ · et ubi pha
rao israhelem secutus est super
mare · ac timore coartati murmu
rauerunt contra mosen · mosiq̄ ·
praecipitur ut mota castra mare
percutiat ac diuidat · de transitu
eorum et nece aegyptiorum ·
et canticum triumphorum
viiii de mari rubro translati in marath
ueniunt · aquae dulcantur
et iudicia proponuntur · in helim
ueniunt duodecim fontes
et septuaginta arbores palma
rum inueniunt · ac deinde in sinai
murmurant · panem et carnes
desiderant · manna de caelo prae
statur et modus qui sufficiat
imperatur
x ubi uenerunt raphidim et non
erat aqua ad bibendum ac virga
petra percussa aquae fluxerunt ·
de pugna israhel et amalech ·
de iethro cognato mosi et de
iudicib · constitutum
xi de raphidim ueniunt sinai · ubi moses
ad montem ascendet a dõm, iubet
in tertium diem scificare popu
lum · decalogum proponit ·
populus terretur uocib · dĩ; et
rogat ut per mosen praecepta
dĩ audiat
xii ubi leges pro singulis reb · dñs impe
rat, uel quo iudicio quis
plectendus sit
xiii ubi aedificato altarẽ moses offe
ret holocaustum, et sanguinem
respergeet populum et librum ·
praecepitur ascenderet ad mon
tem ut tabulas accipiat lapide
as, iubetur a populo primitias
accipere aurum et argentum
uel ceteras species · ad taberna
culum faciendum, uel uniuer
sam suppellectilem eius, uestes
que sacerdotales et leuiticas ·
uel quo ordine in sacerdotium
consecrentur · et iura sacrificii
mandantur
xiiii ubi praecipitur quid singuli pro
animab · suis praetium offerant
dño, et labium aeneum scuario ·
conpositio timiamatis, oleum
scificationis · et denominatio
prudentium uirorum

QUIUNIUERSA PERFICIANT
XV UBI TABULAS TESTIMONII ACCEPIT
ET TARDANTE MOSE POPULUS IDO
LUM FABRICATUR · DNS MOSI IRA
TUS NUNTIAT · ET ILLE PRONUS AD
ORAT · DE MONTE DESCENDENS TABU
LAS FRANGIT · UITULUM ARRIPUIT
CONBUSIT ATQ · CONTRIUIT · ET CUM
LEUITICA FAMILIA QUANTOS POTU
IT INTERFECIT · AC RURSUM DNM
DEPRAECATUR
XVI UBI TABERNACULUM FOEDERIS EXTRA
CASTRA PONIT · IN QUO DNS FACIE AD
FACIEM CUM MOSI LOQUITUR · ET
ROGAT OSTENDI SIBI GLORIAM DI · AC DE
INDE ALIAS IUBETUR TABULAS PRAE
PARARE CUM QUIB · ASCENDIT IN
MONTEM · IBIQ · QUAE POPULUS
CUSTODIRE DEBEAT IMPERATUR ·
ET DECEM UERBA FOEDERIS
CONSCRIBUNTUR
XVII UBI CLARIFICATO UULTU DE MONTE
DESCENDIT · AC UELATA FACIE POPU
LO QUAE DNS IUSSERAT ENARRABAT ·
OBSERUATIONEM SABBATI ET OB
LATIONEM AD CONSTRUCTIONEM
TABERNACULI POPULUS SPONTE
OFFERET · ET PRUDENTES UIRI
SAPIENTIAE SPU UT FACIANT
ADIMPLENTUR
XVIII UBI PERFECTUM TABERNACULUM
CUNCTUS POPULUS OFFERET ·
ET A SACERDOTIB · CONLOCATUM
GLORIA DNI OPERIETUR ·

EXPLIC CAPIT

INCIPIT IPSE

LIBER FELICITER

HAEC SUNT NOMINA
FILIORUM ISRAHEL
QUI INGRESSI SUNT AEGYPTUM
CUM IACOB
SINGULI CUM DOMIBUS
SUIS INTROIERUNT
RUBEN SYMEON LEUI IUDA
ISSACHAR ZABULON ET BENIAMIN
DAN ET NEPTHALIM GAD ET ASER
ERANT IGITUR OMNES ANIMAE
EORUM QUI EGRESSI SUNT
DE FEMORE IACOB SEPTUAGINTA
IOSEPH AUTEM IN AEGYPTO ERAT
QUO MORTUO ET UNIUERSIS FRA
TRIB · EIUS OMNIQUE
COGNATIONE ILLA
FILII ISRAHEL CREUERUNT
ET QUASI GERMINANTES
MULTIPLICATI SUNT
AC ROBORATI NIMIS IMPLE
UERUNT TERRAM
SURREXIT INTEREA REX NOUUS
SUPER AEGYPTUM QUI IGNO
RABAT IOSEPH
ET AIT AD POPULUM SUUM
ECCE POPULUS FILIORUM ISRA
HEL MULTUS ET FORTIOR
NOBIS EST
UENITE SAPIENTER OPPRI
MAMUS EUM
NE FORTE MULTIPLICETUR
ET SI INGRUERIT CONTRA
NOS BELLUM
ADDATUR INIMICIS NOSTRIS
EXPUGNATIS Q · NOBIS
EGREDIATUR E TERRA
PRAEPOSUIT ITAQ · EIS MAGISTROS
OPERUM UT ADFLIGERENT
EOS ONERIBUS
AEDIFICAUERUNTQ · URBES
TABERNACULORUM PHA
RAONI PHITON ET RAMESSES
QUANTOQ · OPPRIMEBANT EOS
TANTO MAGIS MULTIPLICA

BANTUR ET CRESCEBANT
ODERANTQ· FILIOS ISRAHEL
AEGYPTII
ET ADFLIGEBANT INLUDENTES EIS
ATQUE AD AMARITUDINEM
PERDUCEBANT UITAM EORUM
OPERIB· DURIS LUTI ET LATERIS
OMNIQ· FAMULATU QUO INTER
RAE OPERIB· PRAEMEBANTUR
DIXIT AUTEM REX AEGYPTI OB
STETRICIB· HEBRAEORUM
QUARUM UNA UOCABATUR
SEPHRA ALTERA PHUA
PRAECIPIENS EIS
QUANDO OBSTETRICABITIS
HEBRAEAS ET PARTUS TEM
PUS ADUENERIT
SI MASCULUS FUERIT INTERFICITE
ILLUM SI FEMINA RESERUATE
TIMUERUNT AUTEM
OBSTETRICES DM̄
ET NON FECERUNT IUXTA PRAE
CEPTUM REGIS AEGYPTI SED
CONSERUABANT MARES
QUIB· AD SE ACCERSITIS
REX AIT
QUIDNAM EST HOC QUOD FACERE
UOLUISTIS UT PUEROS
SERUARETIS
QUAE RESPONDERUNT
NON SUNT HEBREAE SICUT
AEGYPTIAE MULIERES
IPSAE ENIM OBSTETRICANDI
HABENT SCIENTIAM
ET PRIUS QUAM UENIAMUS
AD EAS PARIUNT
BENE ERGO FECIT DS̄
OBSTETRICIBUS
ET CREUIT POPULUS CON
FORTATUSQ· EST NIMIS
ET QUIA TIMUERANT OBSTETRI
CES DM̄ AEDIFICAUIT
ILLIS DOMOS
PRAECEPIT AUTEM PHARAO
OMNI POPULO SUO DICENS
QUICQUID MASCULINI SEXUS
NATUM FUERIT IN FLUMEN
PROICITE
QUICQUID FEMINEI
RESERUATE
EGRESSUS EST POST HAEC UIR
DE DOMO LEUI ACCEPTA
UXORE STIRPIS SUAE
QUAE CONCEPIT ET PEPERIT
FILIUM
ET UIDENS EUM ELEGANTEM
ABSCONDIT TRIB· MENSIB·
CUMQ· IAM CELARE NON POSSET
SUMPSIT FISCELLAM SCIRPEAM
ET LINIUIT EAM BITUMINE
AC PICE
POSUITQ· INTUS INFANTULUM
ET EXPOSUIT EUM IN CARECTO
RIPAE FLUMINIS
STANTE PROCUL SORORE EIUS
ET CONSIDERANTE
EUENTUM REI
ECCE AUTEM DESCENDEBAT
FILIA PHARAONIS UT LAUARE
TUR IN FLUMINE
ET PUELLAE EIUS GRADIEBANTUR
PER CREPIDINEM ALUEI
QUAE CUM UIDISSET FISCEL
LAM IN PAPYRIONE
MISIT UNAM E FAMULIS SUIS
ET ALLATAM APERIENS CERNENS
QUE IN EA PARUULUM
UAGIENTEM
MISERATA EIUS AIT
DE INFANTIB· HEBRAEORUM EST
CUI SOROR PUERI AIS INQUIT
UT UADAM ET UOCEM TIBI
HEBREAM MULIEREM QUAE
NUTRIRE POSSIT INFANTULUM
RESPONDIT UADE
PERREXIT PUELLA ET UOCA
UIT MATREM EIUS
AD QUAM LOCUTA EST

FILIA PHARAONIS
ACCIPE AIT PUERUM ISTUM
ET NUTRI MIHI
EGO TIBI DABO MERCEDEM TUAM
SUSCEPIT MULIER ET NUTRI
UIT PUERUM
ADULTUMQ. TRADIDIT
FILIAE PHARAONIS
QUEM ILLA ADOPTAUIT
IN LOCUM FILII
UOCAUITQ. NOMEN EIUS MOSI
DICENS QUIA DE AQUA TULI EUM
IN DIEB. ILLIS POSTQUAM
CREUERAT MOSES
EGRESSUS AD FRATRES SUOS
UIDIT ADFLICTIONEM EORUM
ET UIRUM AEGYPTIUM PERCUTIEN
TEM QUENDAM DE HEBRAEIS
FRATRIB. SUIS
CUMQUE CIRCUMSPEXISSET
HUC ATQ. ILLUC
ET NULLUM ADESSE UIDISSET
PERCUSSUM AEGYPTIUM
ABSCONDIT SABULO
ET EGRESSUS DIE ALTERO
CONSPEXIT DUOS HEBRAEOS
RIXANTES
DIXITQ. EI QUI FACIEBAT INIURIAM
QUARE PERCUTIS PROXIMUM TUU͂
QUI RESPONDIT QUIS TE CONSTITUIT
PRINCIPEM ET IUDICEM
SUPER NOS
NUM OCCIDERE ME TU UIS SICUT
OCCIDISTI AEGYPTIUM
TIMUIT MOSES ET AIT QUOMODO
PALAM FACTUM EST
UERBUM ISTUD
AUDIUITQ. PHARAO SERMO
NEM HUNC ET QUAEREBAT
OCCIDERE MOSEN
QUI FUGIENS DE CONSPECTU EIUS
MORATUS EST IN TERRA MADIAM
ET SEDIT IUXTA PUTEUM
ERANT SACERDOTI MADIAN
SEPTEM FILIAE
QUAE UENERUNT AD HAURI
ENDAS AQUAS
ET IMPLETIS CANALIB. ADAQUARE
CUPIEBANT GREGES PATRIS SUI
SUPERUENERUNT PASTORES
ET EIECERUNT EAS
SURREXITQ. MOSES ET DEFEN
SIS PUELLIS ADAQUAUIT
OUES EARUM
QUAE CUM REUERTISSENT
AD RAGUHEL PATREM
SUUM DIXIT AD EAS
CUR UELOCIUS UENISTIS SOLITO
RESPONDERUNT UIR AEGYPTIUS
LIBERAUIT NOS DE MANU
PASTORUM
INSUPER ET HAUSIT AQUAM NOBIS
CUM POTUMQ. DEDIT OUIB.
AT ILLE UBI EST INQUIT QUARE
DIMISISTIS HOMINEM
UOCATE EUM UT COMEDAT PANEM
IURAUIT ERGO MOSES QUOD
HABITARET CUM EO
ACCEPITQ. SEFFORAM
FILIAM EIUS
QUAE PEPERIT FILIUM QUEM
UOCAUIT GERSAM
DICENS ADUENA FUI IN TERRA
ALIENA
ALIUM UERO GENUIT ELEAZAR
DICENS
D͂S ENIM PATRIS MEI ADIUTOR
MEUS ERIPUIT ME DE MANU
PHARAONIS
II POST MULTUM TEMPORIS
MORTUUS EST REX AEGYPTI
ET INGEMESCENTES FILII ISRAHEL
PROPTER OPERA UOCI
FERATI SUNT
ASCENDITQ. CLAMOR EORUM
AD D͂M AB OPERIBUS
ET AUDIUIT GEMITUM EORUM
AC RECORDATUS FOEDERIS

QUOD PEPIGERAT CUM
ABRAHAM ISAAC ET IACOB
RESPEXIT FILIOS ISRAHEL
ET COGNOUIT EOS
MOSES AUTEM PASCEBAT
OUES IETHRO COGNATI SUI
SACERDOTIS MADIAM
CUMQUE MINASSET GREGEM
AD INTERIORA DESERTI
UENIT AD MONTEM DI HOREB
APPARUITQ EI DNS IN FLAMMA
IGNIS DE MEDIO RUBI
ET UIDEBAT QUOD RUBUS ARDERET
ET NON COMBURERETUR
DIXIT ERGO MOSES UADAM ET
UIDEBO UISIONEM HANC MAGNAM
QUARE NON COMBURATUR RUBUS
CERNENS AUTEM DNS QUOD
PERGERET AD UIDENDUM
UOCAUIT EUM DE MEDIO
RUBI ET AIT
MOSES MOSES QUI RESPON
DIT ADSUM
AT ILLE NE ADPROPIES INQUIT HUC
SOLUE CALCIAMENTUM
DE PEDIB TUIS
LOCUS ENIM IN QUO STAS
TERRA SCA EST
ET AIT EGO SUM DS PATRIS TUI
DS ABRAHAM DS ISAAC DS IACOB
ABSCONDIT MOSES FACIEM SUAM
NON ENIM AUDEBAT ASPICERE
CONTRA DM
CUI AIT DNS UIDI ADFLICTIONEM
POPULI MEI IN AEGYPTUM
ET CLAMOREM EIUS AUDIUI
PROPTER DURITIAM EORUM
QUI PRAESUNT OPERIBUS
ET SCIENS DOLOREM EIUS DESCEN
DI UT LIBERAREM EUM DE MA
NIB AEGYPTIORUM
ET EDUCEREM DE TERRA ILLA IN
TERRAM BONAM ET SPATIOSAM
IN TERRAM QUAE FLUIT
LACTE ET MELLE
AD LOCA CHANANEI ET HETTHEI
ET AMORREI
PHEREZEI ET EUEI ET IEBUSEI
CLAMOR ERGO FILIORUM
ISRAHEL UENIT AD ME
UIDIQ ADFLICTIONEM EORUM
QUA AB AEGYPTIIS OPPRIMUNTUR
SED UENI MITTAM TE
AD PHARAONEM
UT EDUCAS POPULUM MEUM
FILIOS ISRAHEL DE AEGYPTO
DIXIT MOSES AD DM
QUIS EGO SUM UT UADAM
AD PHARAONEM ET EDU
CAM FILIOS ISRAHEL
QUI DIXIT EI ERO TECUM
ET HOC HABEBIS SIGNUM
QUOD MISERIM TE
CUM EDUXERIS POPULUM
DE AEGYPTO
IMMOLABIS DO SUPER
MONTEM ISTUM
AIT MOSES AD DM
ECCE EGO UADAM AD FILIOS
ISRAHEL ET DICAM EIS
DS PATRUM UESTRORUM
MISIT ME AD UOS
SI DIXERINT MIHI QUOD EST NOMEN
EIUS QUID DICAM EIS
DIXIT DS AD MOSEN
EGO SUM QUI SUM
AIT SIC DICIS FILIIS ISRAHEL
QUI EST MISIT ME AD UOS
DIXITQ ITERUM DS AD MOSEN
HAEC DICIS FILIIS ISRAHEL
DNS DS PATRUM UESTRUM
DS ABRAHAM ET DS ISAAC ET
DS IACOB MISIT ME AD UOS
HOC NOMEN MIHI EST
IN AETERNUM
ET HOC MEMORIALE MEUM IN
GENERATIONEM ET GENERA
TIONEM

UADE CONGREGA SENIORES ISRA
HEL ET DICES AD EOS
DNS DS PATRUM UESTRORUM
APPARUIT MIHI
DS ABRAHAM ET DS ISAAC ET DS
IACOB DICENS
UISITANS UISITAUI UOS ET OMNIA
QUAE ACCIDERUNT UOBIS
IN AEGYPTO UIDI
ET DIXI UT EDUCAM UOS
DE ADFLICTIONE AEGYPTI
IN TERRAM CHANANEI ET CETTHEI
ET AMORRAEI FEREZAEI ET EUAEI
ET IEBUSAEI
AD TERRAM FLUENTEM LACTE
ET MELLE
ET AUDIENT UOCEM TUAM
INGREDIERISQ· TU ET SENIORES
ISRAHEL AD REGEM AEGYPTI
ET DICES AD EUM
DNS DS HEBRAEORUM
UOCAUIT NOS
IBIMUS UIAM TRIUM DIERUM
PER SOLITUDINEM
UT IMMOLEMUS DNO DO NOSTRO
SED EGO SCIO QUOD NON DIMITTET
UOS REX AEGYPTI UT EATIS
NISI PER MANUM UALIDAM
EXTENDAM ENIM MANUM MEAM
ET PERCUTIAM AEGYPTUM
IN CUNCTIS MIRABILIB· MEIS
QUAE FACTURUS SUM
IN MEDIO EORUM
POST HAEC DIMITTET UOS
DABOQ· GRATIAM POPULO MEO
HUIC CORAM AEGYPTIIS
ET CUM EGREDIMINI NON
EXIUITIS UACUI
SED POSTULAUIT MULIER A UICINA
SUA ET AB HOSPITA UASA ARGENTEA
ET AUREA AC UESTES
PONETISQ· EAS SUPER FILIOS
ET FILIAS UESTRAS ET EXPOLI
ATIS AEGYPTUM

IIII RESPONDENS MOSES AIT
NON CREDENT MIHI NEQUE
AUDIENT UOCEM MEAM
SED DICENT NON APPARUIT
TIBI DNS
DIXIT ERGO AD EUM
QUID EST HOC QUOD TENES
IN MANU TUA
RESPONDIT UIRGA
AIT PROICE EAM IN TERRAM
PROIECIT ET UERSA EST
IN COLUBRUM ITA UT
FUGERET MOSES
DIXITQ· DNS EXTENDE MANUM
TUAM ET ADPRAEHENDE
CAUDAM EIUS
ET EXTENDIT ET TENUIT
UERSAQ· EST IN UIRGAM
UT CREDANT INQUIT QUOD APPARU
ERIT TIBI DNS DS PATRUM
TUORUM
DS ABRAHAM ET DS ISAAC
ET DS IACOB
DIXITQ· DNS RURSUM MITTE
MANUM IN SINUM TUUM
QUAM CUM MISISSET IN SINUM
PROTULIT EAM LEPROSAM
INSTAR NIUIS
RETRAHE AIT MANUM
IN SINUM TUUM
RETRAXIT ET PROTULIT ITERUM
ET ERAT SIMILIS CARNI
RELIQUAE
SI NON CREDIDERINT INQUIT TIBI
NEQ· AUDIERINT SERMONEM
SIGNI PRIORIS
CREDENT UERBO SIGNI
SEQUENTIS
QUOD SI NEC DUOB· QUIDEM
HIS SIGNIS CREDIDERINT NEQ·
AUDIERINT UOCEM TUAM
SUME AQUAM FLUMINIS ET
EFFUNDE EAM SUPER ARIDAM
ET QUICQUID AUXERIS DE FLUUIO

uertetur in sanguinem
ait moses obsecro dñe
non sum eloquens
ab heri et nudius tertius et ex
quo locutus es ad seruum tuū
inpeditioris et tardioris
linguae sum
dixit dñs ad eum
quis fecit os hominis aut quis
fabricatus est mutum et
surdum uidentem et cae
cum nonne ego
perge igitur et ego ero in ore
tuo doceboq. te quid
loquaris
at ille obsecro inquit dñe mitte
quem missurus es
iratus dñs ad mosen ait
aaron frater tuus leuites scio
quod eloquens sit
ecce ipse egreditur
in occursum tuum
uidensq. te laetabitur corde
loquere ad eum et pone uerba
mea in ore eius
ego ero in ore tuo
et in ore illius
et ostendam uobis quid
agere debeatis
ipse loquetur pro te ad popu
lum et erit os tuum
tu autem eris ei in his quae
ad dm̄ pertinent
uirgam quoq. hanc sume
in manu tua in qua factu
rus es signa
abiit moses et reuersus est
ad iethro cognatum suum
dixitq. ei uadam et reuertar
ad fratres meos in aegyptum
ut uideam si adhuc uiuunt
cui ait iethro uade in pace
/III dixit ergo dñs ad mosen
in madian

uade reuertere in aegyptum
mortui enim sunt omnes
qui quaerebant animam tuam
tulit moses uxorem
et filios suos
et inposuit eos super asinum
reuersusq. est in aegyptum
portans uirgam dī
in manu sua
dixitq. ei dñs reuertenti
in aegyptum
uide ut omnia ostenta
quae posui in manu tua
facias coram pharaone
ego indurabo cor eius et
non dimittet populum
dicesq. ad eum haec dicit dñs
filius meus primogenitus
israhel
dixi tibi dimitte filium
meum ut seruiat mihi
et noluisti dimittere eum
ecce ego interficiam filium
tuum primogenitum
cumque esset in itinere
in diuersorio
occurrit ei dñs et uolebat
occidere eum
tulit ilico seffora
acutissimam petram
et circumcidit praepu
tium filii sui
tetigitq. pedes eius et ait
sponsus sanguinum
tu mihi es
et dimisit eum postquam
dixerat sponsus sanguinum
ob circumcisiones
dixit autem dñs ad aaron
uade in occursum mosi
in deserto
qui perrexit obuiam ei in
montem dī et oscu
latus est eum

NARRAUITQ· MOSES AARON
OMNIA UERBA DNI QUIBUS
MISERAT EUM
ET SIGNA QUAE MANDAUERAT
UENERUNTQ· SIMUL ET CONGRE
GAUERUNT CUNCTOS
FILIOS ISRAHEL
LOCUTUSQ· EST AARON OMNIA
UERBA QUAE DIXERAT DNS
AD MOSEN
ET FECIT SIGNA CORAM POPULO
ET CREDIDIT POPULUS
AUDIERUNTQ· QUOD UISITASSET
DNS FILIOS ISRAHEL
ET QUOD RESPEXISSET
ADFLICTIONES EORUM
ET PRONI ADORAUERUNT
V. POST HAEC INGRESSI SUNT
MOSES ET AARON ET DIX
ERUNT PHARAONI
HAEC DICIT DNS DS ISRAHEL
DIMITTE POPULUM MEUM
UT SACRIFICET MIHI IN DESERTO
AT ILLE RESPONDIT
QUIS EST DNS UT AUDIAM UOCEM
EIUS ET DIMITTAM FILIOS
ISRAHEL
NESCIO DNM ET ISRAHEL
NON DIMITTAM
DIXERUNTQ· DS HEBREORUM
UOCAUIT NOS
UT EAMUS UIAM TRIUM DIERUM
IN SOLITUDINEM
ET SACRIFICEMUS DNO
DO NOSTRO
NE FORTE ACCIDAT NOBIS
PESTIS AUT GLADIUS
AIT AD EOS REX AEGYPTI
QUARE MOSES ET AARON SOLLICI
TATIS POPULUM AB OPERI
BUS SUIS
ITE AD ONERA UESTRA
DIXITQ· PHARAO MULTUS EST
POPULUS TERRAE UIDETIS
QUOD TURBA SUCCREUERIT
QUANTO MAGIS SI DEDERITIS EIS
REQUIEM AB OPERIBUS
PRAECEPIT ERGO IN DIE ILLO
PRAEFECTIS OPERUM ET EX
ACTORIB· POPULI DICENS
NEQUAQUAM ULTRA DABITIS
PALEAS POPULO
AD CONFICIENDOS LATERES
SICUT PRIUS
SED IPSI UADANT ET COLLIGANT
STIPULAM
ET MENSURAM LATERUM QUOS
PRIUS FACIEBANT INPONETIS
SUPER EOS NEC MINUETIS
QUICQUAM
UACANT ENIM ET IDCIRCO
UOCIFERANTUR DICENTES
EAMUS ET SACRIFICEMUS
DO NOSTRO
OPPRIMANTUR OPERIBUS
ET EXPLEANT EA
UT NON ADQUIESCANT
UERBIS MENDACIBUS
IGITUR REGRESSI PRAEFECTI OPE
RUM ET EXACTORES AD POPU
LUM DIXERUNT
SIC DIXIT PHARAO NON DO
UOBIS PALEAS
ITE ET COLLIGITE SICUBI
INUENIRE POTUERITIS
NEC MINUITUR QUICQUAM
DE OPERE UESTRO
DISPERSUSQUE EST POPULUS PER
OMNEM TERRAM AEGYPTI
AD COLLIGENDAS PALEAS
PRAEFECTI QUOQ· OPERUM
INSTABANT DICENTES
CONPLETE OPUS UESTRUM
COTIDIE
UT PRIUS FACERE SOLEBATIS
QUANDO DABANTUR UOBIS
PALEAE
FLAGELLATIQ· SUNT QUI PRAE

ERANT OPERIB· FILIORUM
ISRAHEL
AB EXACTORIB· PHARAONIS
DICENTIBUS
QUARE NON IMPLETIS MENSURAM
LATERUM SICUT PRIUS NEC
HERI NEC HODIE
UENERUNTQ. PRAEPOSITI
FILIORUM ISRAHEL
ET UOCIFERATI SUNT AD PHA
RAONEM DICENTES
CUR ITA AGIS CIRCA SERUOS TUOS
PALEAE NON DANTUR NOBIS ET LATE
RES SIMILITER IMPERANTUR
EN FAMULI TUI FLAGELLIS
CEDIMUR
ET INIUSTE AGITUR CONTRA
POPULUM TUUM
QUI AIT UACATIS OTIO ET IDCIRCO
DICITIS EAMUS ET SACRI
FICEMUS DNO
ITE ERGO ET OPERAMINI PALEAE
NON DABUNTUR UOBIS
ET REDDETIS CONSUETUM
NUMERUM LATERUM
UIDEBANTQ. SE PRAEPOSITI
FILIORUM ISRAHEL IN MALO
EO QUOD DICERETUR EIS NON
MINUETUR QUICQUAM
DE LATERIB· PER SINGULOS DIES
OCCURRERUNTQ. MOSI ET AARON
QUI STABANT EX ADUERSO EGRE
DIENTIB· A PHARAONE
ET DIXERUNT AD EOS UIDEAT
DNS ET IUDICET
QUONIAM FETERE FECISTIS
ODOREM NOSTRUM CORAM
PHARAO ET SERUIS EIUS
ET PRAEBUISTIS EI GLADIUM
UT OCCIDERET NOS
REUERSUSQ. MOSES
AD DNM AIT
DNE CUR ADFLIXISTI POPULUM
ISTUM QUARE MISISTI ME
EX EO ENIM QUO INGRESSUS SUM
AD PHARAONEM UT LOQUERER
NOMINE TUO
ADFLIXIT POPULUM TUUM
ET NON LIBERASTI EOS
VI DIXIT DNS AD MOSEN NUNC
UIDEBIS QUAE FACTURUS
SIM PHARAONI
PER MANUM ENIM FORTEM
DIMITTET EOS
ET IN MANU ROBUSTA EICIET
EOS DE TERRA SUA
LOCUTUSQ. EST DNS AD MOSEN
DICENS
EGO DNS QUI APPARUI ABRAHAM
ET ISAAC ET IACOB
IN DO OMNIPOTENTE
ET NOMEN MEUM ADONAI
NON INDICAUI EIS
PEPIGIQ. CUM EIS FOEDUS UT
DAREM ILLIS TERRAM
CHANAAN
TERRAM PEREGRINATIONIS
EORUM IN QUA FUERUNT
ADUENAE
EGO AUDIUI GEMITUM FILIORUM
ISRAHEL QUO AEGYPTII
OPPRESSERUNT EOS
ET RECORDATUS SUM
PACTI MEI
IDEO DIC FILIIS ISRAHEL EGO DNS
QUI EDUCAM UOS DE ERGASTULO
AEGYPTIORUM
ET ERUAM DE SERUITUTE
AC REDIMAM IN BRACHIO
EXCELSO
ET IUDICIIS MAGNIS ET ADSUMAM
UOS MIHI IN POPULUM
ET ERO UESTER DS· SCIETISQUE
QUOD EGO SIM DNS DS UESTER
QUI EDUXERIM UOS DE ERGA
STULO AEGYPTIORUM
ET INDUXERIM IN TERRAM
SUPER QUAM LEUAUI

MANUM MEAM
UT DAREM EAM ABRAHAM
ISAAC ET IACOB
DABOQ· ILLAM UOBIS POSSI
DENDAM EGO DNS
NARRAUIT ERGO MOSES
OMNIA FILIIS ISRAHEL
QUI NON ADQUIEUERUNT EI
PROPTER ANGUSTIAM SPS
ET OPUS DURISSIMUM
IIII LOCUTUS QUE EST DNS AD MOSEN
DICENS
INGREDERE ET LOQUERE
AD PHARAO REGE AEGYPTI
UT DIMITTAT FILIOS ISRAHEL
DE TERRA SUA
RESPONDIT MOSES CORAM DNO
ECCE FILII ISRAHEL NON ME
AUDIUNT
ET QUOMODO AUDIET ME
PHARAO
PRAESERTIM CUM SIM
INCIRCUMCISUS LABIIS
LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
ET AARON
ET DEDIT MANDATUM
AD FILIOS ISRAHEL
ET AD PHARAO REGEM AEGYPTI
UT EDUCERENT FILIOS ISRAHEL
DE TERRA AEGYPTI
ISTI SUNT PRINCIPES DOMORUM
PER FAMILIAS SUAS
FILII RUBEN PRIMOGENITI
ISRAHELIS
ENOCH ET FALLU ASROM
ET CHARMI
HAE COGNATIONES RUBEN
FILII SYMEON IAMUHEL
ET IAMIN ET AOD
IACHIN ET SEOR ET SAUL
FILIUS CHANANITIDIS
HAE PROGENIES SYMEON
ET HAEC NOMINA FILIORUM LEUI
PER COGNATIONES SUAS
GERSON ET CAATH ET MERARI
ANNI AUTEM UITAE LEUI FUERUNT
CENTUM TRIGINTA SEPTEM
FILII GERSON LOBENI ET SEMEI
PER COGNATIONES SUAS
FILII CAATH AMRAM ET ISUAR
ET HEBRON ET OZIHEL
ANNIQ· UITAE CAATH CENTUM
TRIGINTA TRES
FILII MERARI MOOLI ET MUSI
HAE COGNATIONES LEUI
PER FA MILIAS SUAS
ACCEPIT AUTEM AMRAM UXO
REM IOCABED PATRUELEM SUA(M)
QUAE PEPERIT EI AARON
ET MOSEN
FUERUNTQ· ANNI UITAE AMRAM
CENTUM TRIGINTA SEPTEM
FILII QUOQ· ISUAR CORE ET NEPHEG
ET ZECHRI
FILII QUOQ· OZIHEL MISAHEL
ET HELSAPHA ET SETHRI
ACCEPIT AUTEM AARON UXOREM
ELISABE FILIAM AMINADAB
SOROREM NASSON
QUAE PEPERIT EI NADAB ET AUIUD
ET ELEAZAR ET ITHAMAR
FILII QUOQ· CHORE ASIR ET HEL
CANA ET ABIASAB
HAE SUNT COGNATIONES
CORITARUM
AT UERO ELIAZAR FILIUS AARON
ACCEPIT UXOREM DE FILI
ABUS PUTIHEL
QUAE PEPERIT EI FINEES
HII SUNT PRINCIPES FAMILIARUM
LEUITICARUM PER COGNA
TIONES SUAS
ISTE EST AARON ET MOSES
QUIB· PRAECEPIT DNS
UT EDUCERENT FILIOS ISRAHEL
DE TERRA AEGYPTI PER
TURMAS SUAS
HII SUNT QUI LOCUNTUR

AD PHARAO REGEM AEGYPTI
UT EDUCANT FILIOS ISRAHEL
DE AEGYPTO
ISTE MOSES ET AARON
IN DIE QUO LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN IN TERRA AEGYPTI
ET LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN DICENS
EGO DNS LOQUERE AD PHARAO
REGEM AEGYPTI
OMNIA QUAE EGO LOQUOR TIBI
ET AIT MOSES CORAM DNO
EN INCIRCUMCISUS LABIIS SUM
QUOMODO AUDIET ME PHARAO
VII DIXITQ. DNS AD MOSEN
ECCE CONSTITUI TE DM
PHARAONIS
AARON FRATER TUUS ERIT
PROPHETA TUUS
TU LOQUERIS OMNIA
QUAE MANDO TIBI
ILLE LOQUETUR AD PHARAONEM
UT DIMITTAT FILIOS ISRAHEL
DE TERRA SUA
SED EGO INDURABO COR EIUS
ET MULTIPLICABO SIGNA ET
OSTENTA MEA IN TERRA AEGYPTI
ET NON AUDIET UOS
INMITTAMQ. MANUM MEAM
SUPER AEGYPTUM
ET EDUCAM EXERCITUM ET POPU
LUM MEUM FILIOS ISRAHEL
DE TERRA AEGYPTI
PER IUDICIA MAXIMA
ET SCIENT AEGYPTII QUOD
EGO SIM DNS
QUI EXTENDERIM MANUM
MEAM SUPER AEGYPTUM
ET EDUXERIM FILIOS ISRAHEL
DE MEDIO EORUM
FECIT ITAQ. MOSES ET AARON
SICUT PRAECEPERAT DNS
ITA ECERUNT
ERAT AUTEM MOSES
OCTOGINTA ANNORUM
ET AARON OCTOGINTA TRIUM
QUANDO LOCUTI SUNT
AD PHARAONEM
DIXITQ. DNS AD MOSEN ET AARON
CUM DIXERIT UOBIS PHARAO
OSTENDITE SIGNA
DICES AD AARON TOLLE UIRGAM
TUAM ET PROICE EAM CORAM
PHARAO AC UERTETUR
IN COLUBRUM
INGRESSI ITAQ. MOSES ET AARON
AD PHARAONEM
FECERUNT SICUT PRAECEPE
RAT DNS
TULIT ITAQ. AARON UIRGAM CORAM
PHARAO ET SERUIS EIUS
QUAE UERSA EST IN COLUBRUM
UOCAUIT AUTEM PHARAO SAPI
ENTES ET MALEFICOS
ET FECERUNT ETIAM IPSI PER
INCANTATIONES AEGYPTIAS
ET ARCANA QUAEDAM
SIMILITER
PROIECERUNTQ. SINGULI
UIRGAS SUAS
QUAE UERSAE SUNT IN DRACONES
SED DEUORAUIT UIRGA AARON
UIRGAS EORUM
INDURATUMQ. EST COR
PHARAONIS
ET NON AUDIUIT EOS SICUT
PRAECEPERAT DNS
DIXIT AUTEM DNS AD MOSEN
INGRAUATUM EST COR PHARAONIS
NON UULT DIMITTERE
POPULUM
UADE AD EUM MANE
ECCE EGREDITUR AD AQUAS
ET STABIS IN OCCURSUM EIUS
SUPER RIPAM FLUMINIS
ET UIRGAM QUAE CONUERSA
EST IN DRACONEM
TOLLES IN MANU TUA

DICESQ. ADEUM
DNS DS HEBRAEORUM MISIT
ME ADTE DICENS
DIMITTE POPULUM MEUM
UT SACRIFICET MIHI INDESERTO
ET USQ. ADPRAESENS
AUDIRE NOLUISTI
HAEC IGITUR DICIT DNS
IN HOC SCIES QUOD DNS SIM
ECCE PERCUTIAM UIRGA QUAE
IN MANU MEA EST AQUAM
FLUMINIS
ET UERTETUR INSANGUINEM
PISCES QUOQ. QUI SUNT
IN FLUUIO MORIENTUR
ET CONPUTRESCENT AQUAE
ET ADFLIGENTUR AEGYPTII
BIBENTES AQUAM FLUMINIS
DIXIT QUOQ. DNS AD MOSEN
DIC AD AARON
VIII TOLLE UIRGAM ET EXTENDE
MANUM TUAM SUPER
AQUAS AEGYPTI
ET SUPER FLUUIOS EORUM
ET RIBOS AC PALUDES ET
OMNES LACOS AQUARUM
UT UERTANTUR INSANGUINEM
ET SIT CRUOR IN OMNI TERRA
AEGYPTI
TAM IN LIGNEIS UASIS
QUAM IN SAXEIS
FECERUNTQ. ITA MOSES ET AARON
SICUT PRAECEPERAT DNS
ET LEUANS UIRGAM PERCUSSIT
AQUAS FLUMINIS
CORAM PHARAO ET SERUIS EIUS
QUAE UERSAE SUNT
IN SANGUINEM
ET PISCES QUI ERANT IN FLU
MINE MORTUI SUNT
CONPUTRUITQ. FLUUIUS
ET NON POTERANT AEGYPTII
BIBERE AQUAM FLUMINIS
ET FUIT SANGUIS IN OMNI
TERRA AEGYPTI
FECERUNTQ. SIMILITER MALE
FICI AEGYPTIORUM INCAN
TATIONIB. SUIS
ET INDURATUM EST COR
PHARAONIS
NEC AUDIUIT EOS SICUT
PRAECEPERAT DNS
AUERTITQ. SE ET INGRESSUS
EST DOMUM SUAM
NEC ADPOSUIT COR ETIAM
HAC UICE
FODERUNT AUTEM OMNES
AEGYPTII PER CIRCUITUM
FLUMINIS AQUAM UT BIBERENT
NON ENIM POTERANT BIBERE
DE AQUA FLUMINIS
INPLETIQ. SUNT SEPTEM DIES
POSTQUAM PERCUSSIT
DNS FLUUIUM
VIII DIXIT QUOQ. DNS AD MOSEN
INGREDERE AD PHARAO
ET DICES ADEUM
HAEC DICIT DNS
DIMITTE POPULUM MEUM
UT SACRIFICET MIHI
SIN AUTEM NOLUERIS DIMITTERE
ECCE EGO PERCUTIAM OMNES
TERMINOS TUOS RANIS
ET EBULLIET FLUUIUS RANAS
QUAE ASCENDENT ET INGRE
DIENTUR DOMUM TUAM
ET CUBICULUM LECTULI TUI
ET SUPER STRATUM TUUM
ET IN DOMOS SERUORUM TUORU
ET IN POPULUM TUUM
ET IN FORNOS TUOS
ET IN RELIQUIAS CIBORUM TUORUM
ET AD TE ET AD POPULUM TUUM
ET AD OMNES SERUOS TUOS
INTRABUNT RANAE
DIXIT QUOQUE DNS AD MOSEN
DIC AARON
EXTENDE MANUM TUAM

SUPER FLUUIOS ET SUPER
RIBOS AC PALUDES
ET EDUC RANAS SUPER
TERRAM AEGYPTI
EXTENDIT AARON MANUM
SUPER AQUAS AEGYPTI
ET ASCENDERUNT RANAE OPERU
ERUNTQ. TERRAM
FECERUNTQ. MALEFICI PER INCAN
TATIONES SUAS SIMILITER
EDUXERUNTQ. RANAS SUPER
TERRAM AEGYPTI
UOCAUIT AUTEM PHARAO
MOSEN ET AARON ET DIXIT
ORATE DNM UT AUFERAT RANAS
A ME ET A POPULO MEO
ET DIMITTAM POPULUM
UT SACRIFICET DNO
DIXITQ. MOSES PHARAONI
CONSTITUE MIHI QUANDO
DEPRAECER PRO TE ET PRO
SERUIS TUIS ET PRO POPULO TUO
UT ABIGANTUR RANAE A TE
ET A DOMO TUA
ET TANTUM IN FLUMINE
REMANEANT
QUI RESPONDIT CRAS
AT ILLE IUXTA UERBUM
INQUIT TUUM FACIAM
UT SCIAS QUIA NON EST SICUT
DNS DS NOSTER
ET RECEDENT RANAE A TE
ET A DOMO TUA ET A SER
UIS TUIS ET A POPULO TUO
TANTUM IN FLUMINE
REMANEBUNT
EGRESSIQ. SUNT MOSES
ET AARON A PHARAONE
ET CLAMAUIT MOSES AD DNM
PRO SPONSIONE RANARUM
QUAM CONDIXERAT PHARAONI
FECITQ. DNS IUXTA UERBUM MOSI
ET MORTUAE SUNT RANAE DE DO
MIB. ET UILLIS ET DE AGRIS

CONGREGAUERUNTQ. EAS
IN INMENSOS AGGERES ET CON
PUTRUIT TERRA
UIDENS AUTEM PHARAO QUOD
DATA ESSET REQUIES
INGRAUAUIT COR SUUM ET
NON AUDIUIT EOS SICUT
PRAECEPERAT DNS
XV DIXITQ. DNS AD MOSEN
LOQUERE AD AARON
EXTENDE UIRGAM TUAM ET
PERCUTE PULUEREM TERRAE
ET SINT SCINIPHES IN UNIUERSA
TERRA AEGYPTI
FECERUNTQ. ITA
ET EXTENDIT AARON MANU
UIRGAM TENENS
PERCUSSITQ. PULUEREM
TERRAE
ET FACTI SUNT SCINIFES IN
HOMINIB. ET IN IUMENTIS
OMNIS PULUIS TERRAE UERSUS
EST IN SCINIFES PER TOTAM
TERRAM AEGYPTI
FECERUNTQ. SIMILITER MALE
FICI INCANTATIONIB. SUIS
UT EDUCERENT SCINIFES
ET NON POTUERUNT
ERANTQ. SCINIPHES TAM IN HOMI
NIB. QUAM IN IUMENTIS
ET DIXERUNT MALEFICI AD PHA
RAO DIGITUS DI EST
INDURATUMQ. EST COR PHARAO
NIS ET NON AUDIUIT EOS
SICUT PRAECEPERAT DNS
DIXIT QUOQ. DNS AD MOSEN
CONSURGE DILUCULO ET STA
CORAM PHARAONE
EGREDITUR ENIM AD AQUAS
ET DICES AD EUM HAEC DICIT DNS
DIMITTE POPULUM MEUM
UT SACRIFICET MIHI
QUOD SI NON DIMISERIS EUM
ECCE EGO INMITTAM IN TE

ETINSERUOSTUOS
ETINPOPULUMTUUM
ETINDOMOSTUAS
OMNEGENUS MUSCARUM
ETINPLEBUNTUR DOMUS
AEGYPTIORUM MUSCIS
DIUERSI GENERIS
ET UNIUERSA TERRA
INQUA FUERINT
FACIAMQ. MIRABILE INDIE ILLA IN
TERRAM GESEN INQUA
POPULUS MEUS EST
UTNONSINT IBI MUSCAE
ETSCIAS QUIAEGO DNS
INMEDIO TERRAE
PONAMQ. DIUISIONEM INTER
POPULUM MEUM
ETPOPULUMTUUM
CRASERIT SIGNUMISTUD
FECITQ. DNS ITA
ETUENIT MUSCA GRAUISSIMA
INDOMO PHARAONIS ET
SERUORUM EIUS
ETINOMNEM TERRAM AEGYPTI
CORRUPTAQ.EST TERRA ABHUIUS
MODI MUSCIS
UOCAUIT PHARAO MOSEN
ETAARON ETAIT ILLIS
ITESACRIFICATE DOUESTRO
INTERRA
ETAIT MOSES NONPOTEST
ITAFIERI
ABOMINATIONES ENIM AEGYPTI
ORUM IMMOLABIMUS
DNO DONOSTRO
QUODSIMACTAUERIMUS EA
QUAECOLUNT AEGYPTII
CORAM EIS
LAPIDIB. NOS OBRUENT
UIATRIUM DIERUM PERGE
MUS INSOLITUDINE
ETSACRIFICAUIMUS DNODO
NOSTRO SICUT PRAECEPE
RIT NOBIS
DIXITQ. PHARAO
EGO DIMITTAMUOS UTSACRI
FICETIS DNO DOUESTRO
INDESERTO
ITATAMENLONGIUS NEAB
EATIS ROGATE PROME
ETAIT MOSES EGRESSUS ATE
ORABO DNM
ETRECEDET MUSCA APHARA
ONE ETASERUIS EIUS ET
APOPULO EIUS CRAS
UERUMTAMENULTRA
NOLI FALLERE
UTNONDIMITTAS POPULUM
SACRIFICARE DNO
EGRESSUSQ. MOSES APHARAO
ORAUIT DNM
QUIFECIT IUXTAUERBUMILLIUS
ETABSTULIT MUSCAS APHARAO
ETASERUIS ETAPOPULOEIUS
NONSUPERFUIT NEUNAQUIDEM
ETINGRAUATUM EST
COR PHARAONIS
ITA UTNEHACQUIDEMUICE
DIMITTERET POPULUM
ĪX. DIXITAUTEM DNS ADMOSEN
INGREDERE ADPHARAONEM
ETLOQUERE ADEUM
HAECDICITDNS DS HEBRAEORUM
DIMITTE POPULUM MEUM
UTSACRIFICETMIHI
QUODSI ADHUC RENNUIS
ETRETINES EOS
ECCEMANUS MEAERIT
SUPER AGROSTUOS
ETSUPEREQUOS ETASINOS
ETCAMELOS ETBOUES
ETOUES PESTIS UALDE
GRAUIS
ETFACIET DNS MIRABILE INTER
POSSESSIONES ISRAHELETPOS
SESSIONES AEGYPTIORUM
UTNIHILOMNINO INTEREAT
EXHIS QUAEPERTINENT

AD FILIOS ISRAHEL
CONSTITUITQ· DÑS TEMPUS
DICENS
CRAS FACIET DÑS UERBUM
ISTUD IN TERRAM
FECIT ERGO DÑS UERBUM
HOC ALTERO DIE
MORTUAQ· SUNT OMNIA
ANIMANTIA AEGYPTIORUM
DE ANIMALIB· UERO FILIORUM
ISRAHEL NIHIL OMNINO PERIIT
ET MISIT PHARAO AD UIDENDUM
NEC ERAT QUICQUAM MORTUUM
DE HIS QUAE POSSEDERAT
ISRAHEL
INGRAUATUMQ· EST COR PHARA
ONIS ET NON DIMISIT POPULUM
ET DIXIT DÑS AD MOSEN ET AARON
TOLLITE PLENAS MANUS
CINERIS DE CAMINO
ET SPARGAT ILLUD MOSES IN
CAELUM CORAM PHARAO
SITQ· PULUIS SUPER OMNEM
TERRAM AEGYPTI
ERUNT ENIM IN HOMINIB· ET IN
IUMENTIS UULNERA ET
UESICAE TURGENTES
IN UNIUERSA TERRA AEGYPTI
TULERUNTQ· CINEREM
DE CAMINO ET STETE
RUNT CORAM PHARAO
ET SPARSIT ILLUD MOSES
IN CAELUM
FACTAQ· SUNT UULNERA UESI
CARUM TURGENTIUM
IN HOMINIB· ET IN IUMENTIS
NEC POTERANT MALEFICI
STARE CORAM MOSEN
PROPTER UULNERA QUAE
IN ILLIS ERANT ET IN OMNI
TERRA AEGYPTI
INDURAUITQ· DÑS COR
PHARAONIS
ET NON AUDIUIT EOS SICUT

LOCUTUS EST DÑS AD MOSEN
DIXIT QUOQ· DÑS AD MOSEN
MANE CONSURGE ET STA CORAM
PHARAO ET DICES AD EUM
HAEC DICIT DÑS DS HEBREORUM
DIMITTE POPULUM MEUM
UT SACRIFICET MIHI
QUIA IN HAC UICE MITTAM OMNES
PLAGAS MEAS SUPER COR TUUM
SUPER SERUOS TUOS ET
SUPER POPULUM TU UM
UT SCIAS QUOD NON SIT SIMILIS
MEI IN OMNI TERRA
NUNC ENIM EXTENDENS MANUM
MEAM PERCUTIAM TE
ET POPULUM TUUM PESTE
PERIBISQ· DE TERRA
IDCIRCO AUTEM POSUI TE
UT OSTENDAM IN TE FORTI
TUDINEM MEAM
ET NARRETUR NOMEN MEUM
IN OMNI TERRA
ADHUC RETINES POPULUM MEŪ
ET NON UIS EUM DIMITTERE
EN PLUAM HAC IPSA HORA
CRAS GRANDINEM MULTAM
NIMIS
QUALIS NON FUIT IN AEGYPTO
A DIE QUA FUNDATA EST USQUE
IN PRAESENS TEMPUS
MITTE ERGO IAM NUNC ET CON
GREGA IUMENTA TUA ET OMNIA
QUAE HABES IN AGRO
HOMINES ENIM ET IUMENTA
ET UNIUERSA QUAE INUENTA
FUERINT FORIS
NEC CONGREGATA DE AGRIS
CECIDERITQ· SUPER EA GRANDO
ET MORIENTUR
QUI TIMUIT UERBUM DÑI
DE SERUIS PHARAO
FECIT CONFUGERE SERUOS SUOS
ET IUMENTA IN DOMOS
QUI AUTEM NEGLEXIT

SERMONEM DNI
DIMISIT SERUOS SUOS ET
IUMENTA IN AGRIS
ET DIXIT DNS AD MOSEN
EXTENDE MANUM TUAM IN
CAELUM UT FIAT GRANDO
IN UNIUERSA TERRA AEGYPTI
SUPER HOMINES ET SUPER
IUMENTA
ET SUPER OMNEM HERBAM
AGRI IN TERRA AEGYPTI
EXTENDITQ. MOSES
UIRGAM IN CAELUM
ET DNS DEDIT TONITRUA
ET GRANDINEM
AC DISCURRENTIA FULGURA
SUPER TERRAM
PLUITQ. DNS GRANDINEM SUPER
TERRAM AEGYPTI
GRANDO ET IGNIS MIXTA PARI
TER FEREBANTUR
TANTAEQ. FUIT MAGNITUDINIS
QUANTA ANTE NUMQUAM APPA
RUIT IN UNIUERSA TERRA
AEGYPTI
EX QUO GENS ILLA CONDITA EST
ET PERCUSSIT GRANDO IN
OMNI TERRA AEGYPTI
CUNCTA QUAE FUERUNT
IN AGRIS
AB HOMINE USQ. AD IUMENTUM
CUNCTAMQ. HERBAM AGRI
PERCUSSIT GRANDO
ET OMNE LIGNUM REGIONIS
CONFREGIT
TANTUM IN TERRA GESEN UBI
ERANT FILII ISRAHEL GRANDO
NON CECIDIT
MISITQ. PHARAO ET UOCAUIT
MOSEN ET AARON DICENS
AD EOS
PECCAUI ETIAM NUNC
DNS IUSTUS EGO AUTEM
ET POPULUS MEUS IMPII

ORATE DNM UT DESINANT TONI
TRUA DI ET GRANDO
UT DIMITTAM UOS ET NEQUA
QUAM HIC ULTRA MANEATIS
AIT MOSES CUM EGRESSUS FUERO
DE URBE EXTENDAM PALMAS
MEAS AD DNM
ET CESSABUNT TONITRUA
ET GRANDO NON ERIT
UT SCIATIS QUIA DNI EST TERRA
NOUI AUTEM QUOD ET TU
ET SERUI TUI NEC DUM
TIMEATIS DNM DM
LINUM ERGO ET HORDEUM
LESUM EST
EO QUOD HORDEUM
ESSET UIRENS
ET LINUM IAM FOLLICULOS
GERMINARET
TRITICUM AUTEM ET FAR
NON SUNT LAESA
QUIA SEROTINA ERANT
EGRESSUSQ. MOSES A PHARA
ONE EX URBE
TETENDIT MANUS AD DNM
ET CESSAUERUNT TONITRUA
ET GRANDO
NEC ULTRA STILLAUIT PLUUIA
SUPER TERRAM
UIDENS AUTEM PHARAO QUOD
CESSASSET PLUUIA ET
GRANDO ET TONITRUA
AUXIT PECCATUM ET INGRAUA
TUM EST COR EIUS ET SERUO
RUM ILLIUS INDURATUM
EST NIMIS
NEC DIMISIT FILIOS ISRAHEL
SICUT PRAECEPERAT DNS
PER MANUM MOSI
VI ET DIXIT DNS AD MOSEN
INGREDERE AD PHARAO
EGO ENIM INDURAUI COR EIUS
ET SERUORUM ILLIUS
UT FACIAM SIGNA MEA HAEC IN EO

ET NARRES IN AURIB· FILII TUI
ET NEPOTUM TUORUM
QUOTIES CONTRIUERIM
AEGYPTIOS
ET SIGNA MEA FECERIM IN EIS
ET SCIATIS QUIA EGO DNS
INTROIERUNT ERGO MOSES
ET AARON AD PHARAONEM
ET DIXERUNT AD EUM
HAEC DICIT DNS DS HEBRAEORUM
USQUEQUO NON UIS
SUBICI MIHI
DIMITTE POPULUM MEUM
UT SACRIFICET MIHI
SIN AUTEM RESISTIS ET NON
UIS DIMITTERE EUM
ECCE EGO INDUCAM CRAS
LUCUSTAM IN FINES TUOS
QUAE OPERIAT SUPER
FACIEM TERRAE
NEC QUICQUAM EIUS APPAREAT
SED COMEDATUR QUOD RESI
DUUM FUIT GRANDINI
CONRODET ENIM OMNIA LIGNA
QUAE GERMINANT IN AGRIS
ET INPLEBUNT DOMOS TUAS
ET SERUORUM TUORUM
ET OMNIUM AEGYPTIORUM
QUANTAM NON UIDERUNT
PATRES TUI ET AUI
EX QUO ORTI SUNT SUPER TERRAM
USQ· IN PRAESENTEM DIEM
AUERTITQ· SE ET EGRESSUS EST
A PHARAONE
DIXERUNT AUTEM SERUI
PHARAONIS AD EUM
USQUEQUO PATIEMUR
HOC SCANDALUM·
DIMITTE HOMINES UT SACRI
FICENT DNO SUO
NONNE UIDES QUOD PERI
ERIT AEGYPTUS
REUOCAUERUNTQ· MOSEN
ET AARON AD PHARAONEM

QUI DIXIT EIS
ITE SACRIFICATE DNO DO
UESTRO
QUINAM SUNT QUI ITURI SUNT
AIT MOSES CUM PARUULIS
NOSTRIS ET SENIB· PERGEMUS
CUM FILIIS ET FILIABUS
CUM OUIB· ET ARMENTIS
EST ENIM SOLLEMNITAS
DNI NOSTRI
ET RESPONDIT
SIC DNS SIT UOBISCUM QUOMO
DO EGO DIMITTAM UOS
ET PARUULOS UESTROS
CUI DUBIUM EST QUOD
PESSIME COGITETIS
NON FIET ITA
SED ITE TANTUM UIRI ET
SACRIFICATE DNO
HOC ENIM ET IPSI PETISTIS
STATIMQ· EIECTI SUNT DE CON
SPECTU PHARAONIS
DIXIT AUTEM DNS AD MOSEN
EXTENDE MANUM TUAM SUPER
TERRAM AEGYPTI AD LUCUSTAM
UT ASCENDAT SUPER EAM
UT DEUORET OMNEM HERBAM
QUAE RESIDUA FUIT GRANDINI
EXTENDIT MOSES UIRGAM
SUPER TERRAM AEGYPTI
ET DNS INDUXIT UENTUM UREN
TEM TOTA DIE ILLA ET NOCTE
ET MANE FACTO UENTUS URENS
LEUAUIT LUCUSTAS
QUAE ASCENDERUNT SUPER
TERRAM AEGYPTI
ET SEDERUNT IN CUNCTIS
FINIB· AEGYPTIORUM
INNUMERABILES
QUALES ANTE ILLUT TEMPUS
NON FUERANT NEC POSTEA
FUTURAE SUNT
OPERUERUNTQ· UNIUERSAM
SUPERFICIEM TERRAE

UASTANTES OMNIA
DEUORANTES ERGO HERBAM
TERRAE
ET QUICQUID POMORUM
IN ARBORIB. FUIT QUAE
GRANDO DIMISERAT
NIHIL OMNINO UIRENS
RELICTUM EST
IN LIGNIS ET IN HERBIS TERRAE
IN CUNCTA AEGYPTO
QUAM OBREM FESTINUS PHA
RAO UOCAUIT MOSEN
ET AARON ET DIXIT EIS
PECCAUI IN DÑM DM̃ UESTRUM
ET IN UOS
SED ET NUNC DIMITTITE MIHI
PECCATUM ETIAM HAC UICE
ET ORATE DÑM DM̃ UESTRUM
UT AUFERAT A ME MOR
TEM ISTAM
EGRESSUSQ. DE CONSPECTU
PHARAONIS ORAUIT DÑM
QUI FLARE FECIT UENTUM AB OCCI
DENTE UEHEMENTISSIMUM
ET ARREPTAM LUCUSTAM PRO
IECIT IN MARE RUBRUM
NON REMANSIT NE UNA QUIDEM
IN CUNCTIS FINIB. AEGYPTI
ET INDURAUIT DÑS COR
PHARAONIS
NEC DIMISIT FILIOS ISRAHEL
DIXIT AUTEM DÑS AD MOSEN
EXTENDE MANUM TUAM
IN CAELUM
ET SINT TENEBRAE SUPER
TERRAM AEGYPTI
TAM DENSAE UT PALPARI
QUEANT
EXTENDIT MOSES MANUM
IN CAELUM
ET FACTAE SUNT TENEBRAE
HORRIBILES IN UNIUERSA
TERRA AEGYPTI
TRIB. DIEB. NEMO UIDIT

FRATREM SUUM
NEC MOUIT SE DE LOCO
IN QUO ERAT
UBICUMQ. AUTEM HABITABANT
FILII ISRAHEL LUX ERAT
UOCAUITQ. PHARAO MOSEN
ET AARON ET DIXIT EIS
ITE SACRIFICATE DÑO
DÕ UESTRO
OUES TANTUM UESTRAE
ET ARMENTA MANEANT
PARUULI UESTRI EANT UOBISCUM
E(T) AIT MOSES
HOSTIAS QUOQ. ET HOLOCAUSTA
DABIS NOBIS
QUAE OFFERAMUS DÑO
DÕ NOSTRO
CUNCTI GREGES PERGENT
NOBISCUM
NON REMANEBIT EX EIS UNGULA
QUAE NECESSARIA SUNT IN CUL
TUM DÑI DĨ NOSTRI
PRAESERTIM CUM IGNOREMUS
QUID DEBEAT IMMOLARI
DONEC AD IPSUM LOCUM
PERUENIAMUS
INDURAUIT AUTEM DÑS
COR PHARAONIS
ET NOLUIT DIMITTERE EOS
DIXITQ. PHARAO AD EUM
RECEDE A ME CAUE NE ULTRA
UIDEAS FACIEM MEAM
QUOCUMQ. DIE APPARUERIS
MIHI MORIERIS
RESPONDIT MOSES ITA FIAT
UT LOCUTUS ES
NON UIDEBO ULTRA FACIEM TUAM
XI ET DIXIT DÑS AD MOSEN
ADHUC UNA PLAGA TANGAM PHA
RAONEM ET AEGYPTUM
ET POST HAEC DIMITTET UOS
ET EXIRE CONPELLET
DICES ERGO OMNI PLEBI
UT POSTULET UIR AB AMICO SUO

ET MULIER A BICINA SUA UASA
ARGENTEA ET AUREA
DABIT AUTEM DNS GRATIAM
POPULO CORAM AEGYPTIIS
FUITQ. MOSES UIR MAGNUS
UALDE IN TERRA AEGYPTI
CORAM SERUIS PHARAO
ET OMNI POPULO
ET AIT HAEC DICIT DNS
MEDIA NOCTE EGREDIAR
IN AEGYPTUM
ET MORIETUR OMNE PRIMO
GENITUM IN TERRA
AEGYPTIORUM
A PRIMOGENITO PHARAONIS
QUI SEDET IN SOLIO EIUS
USQ. AD PRIMOGENITUM ANCIL
LAE QUAE EST AD MOLAM
ET OMNIA PRIMOGENITA
IUMENTORUM
ERITQ. CLAMOR MAGNUS IN UNI
UERSA TERRA AEGYPTI
QUALIS NEC ANTE FUIT NEC
POSTEA FUTURUS EST
APUT OMNES AUTEM FILIOS
ISRAHEL NON MUTTIET CANIS
AB HOMINE USQ. AD PECUS
UT SCIATIS QUANTO MIRACULO
DIUIDAT DNS AEGYPTIOS
ET ISRAHEL
DESCENDENTQ. OMNES
SERUI TUI ISTI AD ME
ET ADORABUNT ME DICENTES
EGREDERE TU ET OMNIS
POPULUS TUUS QUI SUB
IECTUS EST TIBI
POST HAEC EGREDIEMUR
ET EXIUIT A PHARAONE
NIMIS IRATUS
DIXIT AUTEM DNS AD MOSEN
NON AUDIET UOS PHARAO
UT MULTA SIGNA FIANT IN
TERRA AEGYPTI
MOSES AUTEM ET AARON
FECERUNT OMNIA OSTENTA
QUAE SCRIBTA SUNT CORAM
PHARAONE
ET INDURAUIT DNS COR
PHARAONIS
NEC DIMISIT FILIOS ISRAHEL
DE TERRA SUA
VII XII DIXIT QUOQ. DNS AD MOSEN
ET AARON IN TERRA AEGYPTI
MENSIS ISTE UOBIS PRINCI
PIUM MENSIUM
PRIMUS ERIT IN MENSIB. ANNI
LOQUIMINI AD UNIUERSUM
COETUM FILIORUM ISRAHEL
ET DICETIS AD EOS
DECIMA DIE MENSIS HUIUS
TOLLAT UNUSQUISQ. AGNUM
PER FAMILIAS ET DOMOS SUAS
SIN AUTEM MINOR EST
NUMERUS
UT SUFFICERE POSSIT
AD UESCENDUM AGNUM
ADSUMET UICINUM SUUM QUI
IUNCTUS EST DOMUI EIUS
IUXTA NUMERUM ANIMARUM
QUAE SUFFICERE POSSUNT
AD ESUM AGNI
ERIT AUTEM AGNUS ABSQUE
MACULA MASCULUS ANNICULUS
IUXTA QUEM RITUM TOLLE
TIS ET HEDUM
ET SERUABITIS EUM USQ. AD
QUARTAM DECIMAM DIEM
MENSIS HUIUS
IMMOLABITQ. EUM UNIUERSA
MULTITUDO FILIORUM ISRA
HEL AD UESPERAM
ET SUMENT DE SANGUINE AC
PONENT SUPER UTRUMQ.
POSTEM
ET IN SUPERLIMINARIB. DOMO
RUM IN QUIBUS COME
DENT ILLUM
ET EDENT CARNEM NOCTE ILLA

ASSAM IGNI
ET AZYMOS PANES CUM LACTU
CIS AGRESTIBUS
NON COMEDETIS EX EO CRUDUM
QUID NEC COCTUM AQUA
SED TANTUM ASSUM IGNI
CAPUT CUM PEDIB· EIUS ET IN
TESTINIS UORABITIS
NEC REMANEBIT EX EO QUIC
QUAM USQ. MANE
SI QUID RESIDUI FUERIT
IGNE COMBURETIS
SIC AUTEM COMEDETIS ILLUM
RENES UESTROS ACCINGETIS
CALCIAMENTUM HABEBITIS
IN PEDIBUS
TENENTES BACULOS IN MANIB·
ET COMEDITIS FESTINANTES
EST ENIM PHASE ID EST
TRANSITUS DNI
ET PERTRANSIBO PER TERRAM
AEGYPTI NOCTE ILLA
PERCUTIAMQ. OMNEM PRIMO
GENITUM IN TERRA AEGYPTI
AB HOMINE USQ. AD PECUS
ET IN CUNCTIS DIIS AEGYPTI
FACIAM IUDICIA EGO DNS
ERIT AUTEM SANGUIS UOBIS
IN SIGNUM IN AEDIB· IN
QUIB· ERITIS
ET UIDEBO SANGUINEM
ET TRANSIBO UOS
NEC ERIT IN UOBIS PLAGA
DISPERDENS
QUANDO PERCUSSERO
TERRAM AEGYPTI
HABEBITIS AUTEM HANC DIEM
IN MONUMENTUM
ET CELEBRABITIS EAM
SOLLEMNEM DNO
IN GENERATIONIB· UESTRIS
CULTU SEMPITERNO
SEPTEM DIEB· AZYMA
COMEDETIS

IN DIE PRIMO NON ERIT FERMEN
TUM IN DOMIB· UESTRIS
QUICUMQ. COMEDERIT FERMEN
TATUM PERIBIT ANIMA ILLA
DE ISRAHEL
A DIE PRIMO USQ. AD DIEM
SEPTIMUM
DIES PRIMA ERIT SCA ATQUE
SOLLEMNIS
ET DIES SEPTIMA EADEM
FESTIUITATE UENERABILIS
NIHIL OPERIS FACIETIS IN EIS
EXCEPTIS HIS QUAE AD UES
CENDUM PERTINENT
ET OBSERUABITIS AZYMA 16
IN EADEM ENIM IPSA DIE EDUCAM
EXERCITUM UESTRUM
DE TERRA AEGYPTI
ET CUSTODIETIS DIEM ISTUM
IN GENERATIONES UESTRAS
RITU PERPETUO
PRIMO MENSE QUARTA DECIMA
DIE MENSIS AD UESPERAM
COMEDETIS AZYMA
USQUE AD DIEM UICENSIMAM
PRIMAM EIUSDEM MENSIS
AD UESPERAM
SEPTEM DIEB· FERMENTUM
NON INUENIETUR IN DOMIB·
UESTRIS
QUI COMEDERIT FERMENTA
TUM PERIBIT ANIMA EIUS
DE COETU ISRAHEL
TAM DE ADUENIS QUAM
DE INDIGENIS TERRAE
OMNE FERMENTATUM
NON CO MEDITIS
IN CUNCTIS HABITACULIS
UESTRIS EDETIS AZYMA
UOCAUITQ. MOSES OMNES
SENIORES FILIORUM ISRAHEL
ET DIXIT AD EOS
ITE TOLLENTES ANIMAL PER
FAMILIAS UESTRAS

IMMOLATE PHASE
FASCICULUMQ. HYSOPI TINGUITE
INSANGUINEM QUIEST
IN LIMINE
ET ASPERGITE EXEO SUPERLIMI
NARE ET UTRUMQ. POSTEM
NULLUS UESTRUM EGREDIATUR
OSTIUM DOMUS SUAE
USQ. MANE
TRANSIUIT ENIM DNS PER
CUTIENS AEGYPTIOS
CUMQ. UIDERIT SANGUINEM
INSUPER LIMINARI ET IN
UTROQ. POSTE
TRANSCENDET OSTIUM ET NON
SINET PERCUSSOREM INGREDI
DOMUS ET LEDERE
CUSTODI UERBUM ISTUD LEGI
TIMUM TIBI ET FILIIS TUIS
USQ. IN SEMPITERNUM
CUMQ. INTROIERITIS TERRAM
QUAM DNS DATURUS EST UOBIS
UT POLLICITUS EST
OBSERUABITIS CAERI
MONIAS ISTAS
ET CUM DIXERINT UOBIS FILII
UESTRI QUAE EST ISTA
RELIGIO
DICETIS EIS UICTIMA TRAN
SITUS DNI EST
QUANDO TRANSIUIT SUPER
DOMOS FILIORUM ISRAHEL
IN AEGYPTO
PERCUTIENS AEGYPTIOS ET DOMOS
NOSTRAS ELIBERANS
INCURBATUSQ. POPULUS
ADORAUIT
ET EGRESSI FILII IS RAHEL FECE
RUNT SICUT PRAECEPERAT
DNS MOSI ET AARON
FACTUM EST AUTEM
IN NOCTIS MEDIO
PERCUSSIT DNS OMNE PRIMO
GENITUM IN TERRA AEGYPTI
A PRIMOGENITO PHARAONIS
QUI SEDEBAT IN SOLIO EIUS
USQUE AD PRIMOGENITUM
CAPTIUAE QUAE ERAT
IN CARCERE
ET OMNE PRIMOGENITUM
IUMENTORUM
SURREXITQ. PHARAO NOCTE
ET OMNES SERUI EIUS
CUNCTAQ. AEGYPTUS
ET ORTUS EST CLAMOR
MAGNUS IN AEGYPTO
NEQ. ENIM ERAT DOMUS IN QUA
NON IACERET MORTUUS
UOCATISQ. MOSEN ET AARON
NOCTE AIT
SURGITE EGREDIMINI A POPULO
MEO ET UOS ET FILII ISRAHEL
ITE IMMOLATE DNO
SICUT DICITIS
OUES UESTRAS ET ARMENTA
ADSUMITE UT PETIERATIS
ET ABEUNTES BENEDICITE MIHI
URGEBANTQ. AEGYPTII POPU
LUM DE TERRA EXIRE UELOCI
TER DICENTES OMNES
MORIEMUR
TULIT IGITUR POPULUS CON
SPARSAM FARINAM ANTE
QUAM FERMENTARETUR
ET LIGANS IN PALLIIS POSUIT
SUPER HUMEROS SUOS
FECERUNTQ. FILII ISRAHEL
SICUT PRAECEPERAT MOSES
ET PETIERUNT AB AEGYPTIIS
UASA ARGENTEA ET AUREA
UESTEMQ. PLURIMAM
DEDIT AUTEM DNS GRATIAM
POPULO CORAM AEGYPTIIS
UT COMMODARENT EIS
ET SPOLIAUERUNT AEGYPTIOS
VIII PROFECTIQ. SUNT FILII ISRAHEL
DE RAMESSE IN SOCCOTH
SESCENTA FERME MILIA

PEDITUM UIRORUM
ABSQUE PARUULIS
SED ET UULGUS PROMISCUUM
INNUMERABILE ASCENDIT
CUM EIS
OUES ET ARMENTA ET ANIMANTIA
DIUERSI GENERIS MULTA NIMIS
COXERUNTQ. FARINAM QUAM
DUDUM CONSPERSAM
DE AEGYPTO TULERANT
ET FECERUNT SUBCINERI
CIOS PANES AZYMOS
NEQ. ENIM POTERANT
FERMENTARI
COGENTIB. EXIRE AEGYPTIIS
ET NULLAM FACERE SINEN
TIBUS MORAM
NEC PULMENTI QUICQUAM OCCUR
RERANT PRAEPARARE
HABITATIO AUTEM FILIORUM
ISRAHEL QUA MANSERANT
IN AEGYPTO FUIT QUADRIGEN
TORUM TRIGINTA ANNORUM
QUIB. EXPLETIS EADEM DIE
EGRESSUS EST OMNIS EXER
CITUS DÑI DE TERRA AEGYPTI
NOX EST ISTA OBSERUABILIS
DÑI QUANDO EDUXIT EOS
DE TERRA AEGYPTI
HANC OBSERUARE DEBENT
OMNES FILII ISRAHEL IN
GENERATIONIB. SUIS
DIXITQ. DÑS AD MOSEN
ET AARON
HAEC EST RELIGIO PHASE
OMNIS ALIENIGENA NON
COMEDET EX EO
OMNIS AUTEM SERUUS
EMPTICIUS
CIRCUMCIDETUR ET SIC
COMEDET
ADUENA ET MERCENNARIUS
NON EDENT EX EO
IN UNA DOMO COMEDETUR

NEC EFFERETIS DE CARNIBUS
EIUS FORAS
NEC OS ILLIUS CONFRINGETIS
OMNIS COETUS FILIORUM
ISRAHEL FACIET ILLUD
QUOD SI QUIS PEREGRINORUM
IN UESTRAM UOLUERIT TRAN
SIRE COLONIAM ET FACERE
PHASE DÑI
CIRCUMCIDETUR PRIUS OMNE
MASCULINUM EIUS ET TUNC
RITE CELEBRABIT
ERITQ. SICUT INDIGENA TERRAE
SI QUIS AUTEM CIRCUMCISUS
NON FUERIT NON UESCETUR
EX EO
EADEM LEX ERIT INDIGENAE
ET COLONO QUI PEREGRINA
TUR APUT UOS
FECERUNT OMNES FILII ISRA
HEL SICUT PRAECEPERAT
DÑS MOSI ET AARON
ET IN EADEM DIE EDUXIT DÑS
FILIOS ISRAHEL DE TERRA
AEGYPTI PER TURMAS SUAS
XIII LOCUTUSQ. EST DÑS
AD MOSEN DICENS
SCIFICA MIHI OMNE PRIMO
GENITUM QUOD APERIT UUL
UAM IN FILIIS ISRAHEL
TAM DE HOMINIB. QUAM DE
IUMENTIS MEA SUNT
ENIM OMNIA
ET AIT MOSES AD POPULUM
MEMENTOTE DIEI HUIUS
IN QUA EGRESSI ESTIS DE
AEGYPTO ET DE DOMO
SERUITUTIS
QUONIAM IN MANU FORTI EDUX
IT UOS DÑS DE LOCO ISTO
UT NON COMEDATIS FERMEN
TATUM PANEM
HODIE EGREDIMINI MENSE
NOUARUM FRUGUM

cumq· te introduxerit dñs
in terram chananaei et eth
thaei et amorraei
et euaei et iebusaei
quam iurauit patrib·
tuis ut daret tibi
terram fluentem
lacte et melle
celebrabis hunc morem
sacrorum mense isto
septem dieb· uesceris
azymis
et in die septimo erit
sollemnitas dñi
azymam comedetis
septem diebus
non apparebit apud te
aliquid fermentatum
nec in cunctis finib· tuis
narrabis q· filio tuo
in die illo dicens
hoc est quod fecit dñs
mihi quando egressus
sum de aegypto
et erit quasi signum
in manu tua
et quasi monumentum
ante oculos tuos
et ut lex dñi semper
in ore tuo
in manu enim forti eduxit
te dñs de aegypto
custodies huius cemodi
cultum statuto tem
pore a dieb· in dies
cumq· introduxerit te
in terram chananaei
sicut iurauit tibi et
patrib· tuis
et dederit eam tibi
separabis omne quod
aperit uuluam dño
et quod primitiuum est
in pecorib· tuis

quicquid habueris masculini
sexus consecrabis dño
primogenitum asini
mutabis oue
quod si non redimeris
interficies
omne autem primogenitum
hominis de filiis tuis
praetio redimes
cumq· interrogauerit te
filius tuus cras dicens quid
est hoc responde ei
in manu forti eduxit nos
dñs de aegypto de domo
seruitutis
nam cum induratus esset
pharao et nollet nos
dimittere
occidit dñs omne primo
genitum in terra aegypti
a primogenito hominis
usq· ad primogenitum
iumentorum
idcirco immolo dño omne
quod aperit uuluam
masculini sexus
et omnia primogenita filio
rum meorum redimo
erit igitur quasi signum
in manu tua
et quasi adpensum quid
ob recordationem in
ter oculos tuos
eo quod in manu forti
eduxerit nos dñs
de aegypto
igitur cum emisisset
pharao populum
non eos duxit dñs per uiam
terrae philisthim quae
uicina est
reputans ne forte paenite
ret eum si uidisset aduer
sus se bella consurgere

ET REUERTERETUR IN AEGYPTUM
SED CIRCUMDUXIT PER UIAM
DESERTI QUAE EST IUXTA
MARE RUBRUM
ET ARMATI ASCENDERUNT FILII
ISRAHEL DE TERRA AEGYPTI
TULIT QUOQ. MOSES OSSA
IOSEPH SECUM
EO QUOD ADIURASSET FILIOS
ISRAHEL DICENS
UISITAUIT UOS DS EFFERTE OSSA
MEA HINC UOBISCUM
PROFECTIQ. DE SOCCOTH CASTRA
METATI SUNT IN ETHAM IN EX
TREMIS FINIB. SOLITUDINIS
DNS AUTEM PRAECEDEBAT EOS
AD OSTENDENDAM UIAM
PER DIEM IN COLUMNA NUBIS
ET PER NOCTEM IN COLUMNA IGNIS
UT DUX ESSET ITINERIS
UTROQ. TEMPORE
NUMQUAM DEFUIT COLUMNA
NUBIS PER DIEM
NEC COLUMNA IGNIS PER NOCTEM
CORAM POPULO
xiiii LOCUTUS EST AUTEM DNS
AD MOSEN DICENS
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
REUERSI CASTRAMETENTUR
E REGIONE PHIHAROTH
QUAE EST INTER MAGDOLUM
ET MARE CONTRA BELSEPHON
IN CONSPECTU EIUS CASTRA
PONETIS SUPER MARE
DICTURUSQ. EST PHARAO
SUPER FILIIS ISRAHEL
COARTATI SUNT IN TERRA
CONCLUSIT EOS DESERTUM
ET INDURABO [illegible] COR EIUS
AC PERSEQUE[illegible]TUR EOS
ET GLORIFICABOR IN PHARAO
ET IN OMNI EXERCITU EIUS
SCIENTQ. AEGYPTII QUIA
EGO SUM DNS
FECERUNTQ. ITA
ET NUNTIATUM EST REGI AEGYP
TIORUM QUOD FUGISSET
POPULUS
INMUTATUMQ. EST COR PHARA
ONIS ET SERUORUM EIUS
SUPER POPULO ET DIXERUNT
QUID UOLUIMUS FACERE UT
DIMITTEREMUS ISRAHEL
NE SERUIRET NOBIS
IUNXIT ERGO CURRUM ET
OMNEM POPULUM SUUM
ADSUMPSIT SECUM
TULITQ. SESCENTOS
CURRUS ELECTOS
QUICQUID IN AEGYPTO
CURRUUM FUIT
ET DUCES TOTIUS EXERCITUS
INDURAUITQ. DNS COR PHARA
ONIS REGIS AEGYPTI
ET PERSECUTUS EST
FILIOS ISRAHEL
AT ILLI EGRESSI ERANT
IN MANU EXCELSA
CUMQ. PERSEQUERENTUR
AEGYPTII UESTIGIA PRAE
CEDENTIUM
REPPERERUNT EOS IN CASTRIS
SUPER MARE
OMNIS AEQUITATUS ET CURRUS
PHARAONIS ET UNIUERSUS
EXERCITUS
ERANT IN ABIROTH CONTRA
BEELSEPHON
CUMQ. ADPROPINQUASSET
PHARAO
LEUANTES FILII ISRAHEL OCULOS
UIDERUNT AEGYPTIOS POST
SE ET TIMUERUNT UALDE
CLAMAUERUNTQ. AD DNM
ET DIXERUNT AD MOSEN
FORSITAN NON ERANT SEPUL
CHRA IN AEGYPTO
IDEO TULISTI NOS UT MORE

REMUR IN SOLITUDINE
QUID HOC FACERE UOLUISTI
UT EDUCERES NOS EX AEGYPTO
NONNE ISTE EST SERMO QUEM
LOQUEBAMUR AD TE
IN AEGYPTO DICENTES
RECEDE A NOBIS UT SERUI
AMUS AEGYPTIIS
MULTO ENIM MELIUS EST
SERUIRE EIS QUAM MORI
IN SOLITUDINE
ET AIT MOSES AD POPULUM
NOLITE TIMERE
STATE ET UIDETE MAGNALIA DNI
QUAE FACTURUS EST HODIE
AEGYPTIOS ENIM QUOS UIDETIS
NEQUAQUAM ULTRA UIDEBITIS
USQ. IN SEMPITERNUM
DNS PUGNAUIT PRO UOBIS
ET UOS TACEBITIS
7 DIXITQUE DNS AD MOSEN
QUID CLAMAS AD ME
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
UT PROFICISCANTUR
TU AUTEM ELEUA UIRGAM TUAM
ET EXTENDE MANUM SUPER
MARE ET DIUIDE ILLUD
UT GRADIANTUR FILII ISRAHEL
IN MEDIO MARI PER SICCUM
EGO ENIM INDURABO COR
AEGYPTIORUM UT PER
SEQUANTUR UOS
ET GLORIFICABOR IN PHARAONE
ET IN OMNI EXERCITU EIUS
IN CURRIB. ET IN EQUITIB. ILLIUS
ET SCIENT AEGYPTII QUOD
EGO SUM DNS
CUM GLORIFICATUS FUERO
IN PHARAONE ET IN CURRIB.
ATQ. IN EQUITIB. EIUS
TOLLENSQ. SE ANGELUS DI QUI
PRAECEDEBAT CASTRA ISRA
HEL ABIIT POST EOS
ET CUM EO PARITER
COLUMNA NUBIS
PRIORA DIMITTENS POST TERGUM
STETIT INTER CASTRA AEGYP
TIORUM ET CASTRA ISRAHEL
ET ERAT NUBES TENEBROSA
ET INLUMINANS NOCTEM
ITA UT AD SE INUICEM TOTO
NOCTIS TEMPORE ACCE
DERE NON UALERENT
CUMQ. EXTENDISSET MOSES
MANUM SUPER MARE
ABSTULIT ILLUD DNS FLANTE
UENTO UEHEMENTI ET
URENTE TOTA NOCTE
ET UERTIT IN SICCUM
DIUISAQ. EST AQUA
ET INGRESSI SUNT FILII ISRAHEL
PER MEDIUM MARIS SICCI
ERAT ENIM AQUA QUASI MURUS
A DEXTRA EORUM ET LEUA
PERSEQUENTESQ. AEGYPTII
INGRESSI SUNT POST EOS
OMNIS EQUITATUS PHARA
ONIS CURRUS EIUS ET EQUI
TES PER MEDIUM MARIS
IAMQ. ADUENERAT UIGILIA
MATUTINA
ET ECCE RESPICIENS DNS SUPER
CASTRA AEGYPTIORUM PER
COLUMNAM IGNIS ET NUBIS
INTERFECIT EXERCITUM EORUM
ET SUBUERTIT ROTAS CURRUUM
FEREBANTURQ. IN PROFUNDUM
DIXERUNT ERGO AEGYPTII
FUGIAMUS ISRAHELEM
DNS ENIM PUGNAT PRO EIS
CONTRA NOS
ET AIT DNS AD MOSEN
EXTENDE MANUM TUAM
SUPER MARE UT REUER
TANTUR AQUAE AD AEGYPTIOS
SUPER CURRUS ET EQUITES
EORUM
CUMQ. EXTENDISSET MOSES

MANUM CONTRA MARE
REUERSUMQUE EST PRIMO DILUCU
LO AD PRIOREM LOCUM
FUGIENTIB. Q. AEGYPTIIS
OCCURRERUNT AQUAE
ET INUOLUIT EOS DNS IN
MEDIIS FLUCTIBUS
REUERSAEQ. SUNT AQUAE
ET OPERUERUNT CURRUS ET
EQUITES CUNCTI EXERCITUS
PHARAONIS
QUI SEQUENTES INGRESSI
FUERANT MARE
NE UNUS QUIDEM SUPER
FUIT EX EIS
FILII AUTEM ISRAHEL PERREX
ERUNT PER MEDIUM
SICCI MARIS
ET AQUAE EIS ERANT QUASI
PRO MURO A DEXTRIS
ET A SINISTRIS
LIBERAUITQ. DNS IN DIE ILLO ISRA
HEL DE MANU AEGYPTIORUM
ET UIDERUNT AEGYPTIOS MOR
TUOS SUPER LITUS MARIS
ET MANUM MAGNAM QUAM EX
ERCUERAT DNS CONTRA EOS
TIMUITQ. POPULUS DNM ET
CREDIDERUNT DNO ET MOSI
FAMULO EIUS
XV TUNC CECINIT MOSES ET FILII ISRA
HEL CARMEN HOC DNO
ET DIXERUNT
CANTEMUS DNO GLORIOSE ENIM
HONORIFICATUS EST
EQUUM ET ASCENSOREM
PROIECIT IN MARE
FORTITUDO MEA ET LAUS
MEA DNS
ET FACTUS EST MIHI IN SALUTEM
ISTE DS MEUS ET GLORI
FICABO EUM
DS PATRIS MEI ET EXALTABO EUM
DNS QUASI PUGNATOR
OMNIPOTENS NOMEN EIUS
CURRUS PHARAONIS ET EXERCI
TUM EIUS PROIECIT IN MARE
ELECTI PRINCIPES EIUS SUBMERSI
SUNT IN MARI RUBRO
ABYSSI OPERUERUNT EOS
DESCENDERUNT IN PROFUNDUM
QUASI LAPIS
DEXTERA TUA DNE MAGNIFICE
IN FORTITUDINE
DEXTERA TUA DNE PERCUS
SIT INIMICUM
ET IN MULTITUDINE GLORIAE
TUAE DEPOSUISTI ADUER
SARIOS MEOS
MISISTI IRAM TUAM QUAE DEUO
RAUIT EOS UT STIPULAM
ET IN SPU FURORIS TUI CON
GREGATAE SUNT AQUAE
STETIT UNDA FLUENS
CONGREGATAE SUNT ABYSSI
IN MEDIO MARI
DIXIT INIMICUS PERSEQUAR
ET CONPRAEHENDAM
DIUIDAM SPOLIA INPLEBITUR
ANIMA MEA
EUAGINABO GLADIUM MEUM
INTERFICIET EOS MANUS MEA
FLAUIT SPS TUUS ET OPERUIT
EOS MARE
SUBMERSI SUNT QUASI PLUM
BUM IN AQUIS UEHEMENTIB.
QUIS SIMILIS TIBI IN FORTIB.
DNE QUIS SIMILIS TIBI
MAGNIFICUS IN SCITATE
TERRIBILIS ATQ. LAUDABILIS
ET FACIENS MIRABILIA
EXTENDISTI MANUM TUAM
ET DEUORAUIT EOS TERRA
DUX FUISTI IN MISERICORDIA TUA
POPULO QUEM REDEMISTI
ET PORTASTI EUM IN FORTITU
DINE TUA AD HABITACULUM
SCM TUUM

ASCENDERUNT POPULI
ET IRATI SUNT
DOLOR OBTINUIT HABITA
TORES PHYLISTIIM
TUNC CONTURBATI SUNT PRINCI
PES EDOM ROBUSTOS MOAB
OBTINUIT TREMOR
OBRIGUERUNT OMNES HABITA
TORES CHANAAN
INRUAT SUPER EOS FORMIDO
ET PAUOR MAGNITUDINIS
BRACHII TUI
FIANT INMOBILES QUASI LAPIS
DONEC TRANSEAT POPULUS
TUUS DÑE
DONEC PERTRANSEAT POPU
LUS TUUS ISTE QUEM
POSSEDISTI
INTRODUCES EOS ET PLANTABIS
IN MONTE HEREDITATIS TUAE
FIRMISSIMO HABITACULO TUO
QUOD OPERATUS ES DÑE
SCĀRIUM DÑE QUOD FIRMA
UERUNT MANUS TUAE
DÑS REGNAUIT IN AETERNUM
ET ULTRA
INGRESSUS EST ENIM EQUUS
PHARAO CUM CURRIB· ET EQUI
TATIB· EIUS IN MARE
ET REDUXIT SUPER EOS DÑS
AQUAS MARIS
FILII AUTEM ISRAHEL AMBULA
UERUNT PER SICCUM
IN MEDIO EIUS
SUMPSIT ERGO MARIA PROPHE
TIS SOROR AARON TYMPA
NUM IN MANU SUA
EGRESSAEQ· SUNT OMNES MULI
ERES POST EAM CUM TYMPA
NIS ET CHORIS
QUIB· PRAECINEBAT DICENS
CANTEMUS DÑO GLORIOSE
ENIM MAGNIFICATUS EST
EQUUM ET ASCENSOREM
EIUS DEIECIT IN MARE
VIIII TULIT AUTEM MOSES ISRAHEL
DE MARI RUBRO ET EGRESSI
SUNT IN DESERTUM SUR
AMBULAUERUNTQ· TRIB· DIEB·
IN SOLITUDINEM ET NON
INUENIEBANT AQUAM
ET UENERUNT IN MARATH
NEC POTERANT BIBERE AQUAS
DE MARATH EO QUOD
ESSENT AMARE
UNDE ET CONGRUUM LOCO
NOMEN INPOSUIT
UOCANS ILLUD MARA ID EST
AMARITUDINEM
ET MURMURAUIT POPULUS
CONTRA MOSEN DICENS
QUID BIBEMUS
AT ILLE CLAMAUIT AD DÑM QUI
OSTENDIT EI LIGNUM
QUOD CUM MISISSET IN AQUAS
IN DULCEDINEM UERSAE SUNT
IBI CONSTITUIT EI PRAECEPTA
ATQUE IUDICIA
ET IBI TEMPTAUIT EUM DICENS
SI AUDIERIS NOMEN DÑI DI TUI
ET QUOD RECTUM EST
CORAM EO FECERIS
ET OBOEDIERIS MANDATIS EIUS
CUSTODIERISQ· OMNIA
PRAECEPTA ILLIUS
CUNCTUM LANGUOREM QUEM
POSUI IN AEGYPTO NON
INDUCAM SUPER TE
EGO ENIM SUM DÑS SANATOR TUUS
UENERUNT AUTEM FILII
ISRAHEL IN HELIM
UBI ERANT DUODECIM FONTES
AQUARUM ET SEPTUA
GINTA PALMAE
ET CASTRAMETATI SUNT
IUXTA AQUAS
XVI PROFECTIQ· SUNT DE HELIM
ET UENIT OMNIS MULTITUDO

FILIORUM ISRAHEL. INDE
SERTUM SIN
QUOD EST INTER HELIM ET SINAI
QUINTO DECIMO DIE
MENSIS SECUNDI
POSTQUAM EGRESSI SUNT
DE TERRA AEGYPTI
ET MURMURAUIT OMNIS CON
GREGATIO FILIORUM ISRAHEL.
CONTRA MOSEN ET CONTRA
AARON IN SOLITUDINE
DIXERUNTQ. AD EOS
FILII ISRAHEL.
UTINAM MORTUI ESSEMUS PER
MANUM DÑI IN TERRA AEGYPTI
QUANDO SEDEBAMUS SUPER
OLLAS CARNIUM
ET COMEDEBAMUS PANES
IN SATURITATE
CUR EDUXISTI NOS
IN DESERTUM ISTUD
UT OCCIDERETIS OMNEM
MULTITUDINEM FAME
DIXIT AUTEM DÑS AD MOSEN
ECCE EGO PLUAM UOBIS
PANES DE CAELO
EGREDIATUR POPULUS ET COL
LIGAT QUAE SUFFICIUNT
PER SINGULOS DIES
UT TEMPTEM EUM UTRUM
AMBULET IN LEGE MEA AN NON
DIE AUTEM SEXTA PARENT
QUOD INFERANT
ET SIT DUPLUM QUAM COLLIGERE
SOLEBANT PER SINGULOS DIES
DIXERUNTQ. MOSES ET AARON
AD OMNES FILIOS ISRAHEL.
UESPERE SCIETIS QUOD DÑS
EDUXERIT UOS DE TERRA
AEGYPTI
ET MANE UIDEBITIS GLORIAM DÑI
AUDIUIT ENIM MURMUR
UESTRUM CONTRA DÑM
NOS UERO QUID SUMUS

QUIA MUSSITATIS CONTRA NOS
ET AIT MOSES
DABIT DÑS UOBIS UESPERE
CARNES EDERE
ET MANE PANES IN SATURITATE
EO QUOD AUDIERIT MURMU
RATIONES UESTRAS
QUIBUS MURMURATI ESTIS
CONTRA EUM
NOS ENIM QUID SUMUS
NEC CONTRA NOS EST MURMUR
UESTRUM SED CONTRA DM̄
DIXITQ. MOSES AD AARON DIC
UNIUERSAE CONGREGATI
ONI FILIORUM ISRAHEL.
ACCEDITE CORAM DÑO AUDIUIT
ENIM MURMUR UESTRUM
CUMQ. LOQUERETUR AARON
AD OMNEM COETUM
FILIORUM ISRAHEL.
RESPEXERUNT AD SOLI
TUDINEM
ET ECCE GLORIA DÑI APPA
RUIT IN NUBE
LOCUTUS EST AUTEM DÑS
AD MOSEN DICENS
AUDIUI MURMURATIONEM
FILIORUM ISRAHEL.
LOQUERE AD EOS
UESPERE COMEDETIS
CARNES ET MANE SATU
RABIMINI PANIB.
ET SCIETIS QUOD SIM DÑS
DS̄ UESTER
FACTUM EST AUTEM UESPERE
ET ASCENDENS COTURNIX
COOPERUIT TERRA
MANE QUOQ. ROS IACUIT PER
CIRCUITU CASTRORUM
CUMQ. OPERUISSET SUPER
FICIEM TERRAE
APPARUIT IN SOLITUDINE
MINUTUM ET QUASI
PILO TUNSUM

insimilitudinem pruinae
super terram
quod cum uidissent
filii israhel
dixerunt adinuicem man hu
quod significat quid
est hoc
ignorabant enim quid esset
quib. ait moses
iste est panis quem dedit dñs
uobis aduescendum
hic est sermo quem
praecepit dñs
colligat ex eo unusquisque
quantum sufficit
aduescendum
gomor persingula capita
iuxta numerum animarum
uestrarum quae habitant
intabernaculo sic tolletis
feceruntq. ita filii israhel
et collegerunt alius plus
alius minus
et mensi sunt admen
suram gomor
nec qui plus collegerat
habuit amplius
nec qui minus parauerat
repperit minus
sed singuli iuxta id quod
edere poterant con
gregarunt
dixitq. moses ad eos
nullus relinquat ex eo
in mane
qui non audierunt eum
sed dimiserunt quidam
ex eis usq. mane
et scatere coepit uermib.
atq. conputruit
et iratus est contra eos
moses
colligebant autem mane
singuli quantum sufficere

poterat aduescendum
cumq. incaluisset sol
liquefiebat
in die uero sexta college
runt cibos duplices
id est duo gomor per
singulos homines
uenerunt autem omnes
principes multitudinis
et narrauerunt mosi
qui ait eis hoc est quod
locutus est dñs
requies sabbati scificata
erit dño
cras quodcumq. operan
dum est facite
et quae coquenda sunt
coquite
quicquid autem reliquum
fuerit reponite
usque in mane
feceruntq. ita ut prae
ceperat moses
et non conputruit neq. uer
mis inuentus est in eo
dixitq. moses
comedite illud hodie quia
sabbatum est dño
non inuenietur hodie
inagro
sex dieb. colligite
in die autem septimo
sabbatum est dñi
idcirco non inuenietur
uenit septima dies
et egressi de populo ut colli
gerent non inuenerunt
dixit autem dñs ad mosen
usquequo non uultis custo
dire mandata mea
et legem meam
uidete quod dñs dederit
uobis sabbatum
et propter hoc tribuerit

UOBIS DIESEXTO CIBOS
DUPLICES
MANEAT UNUSQUISQ. APUT
SEMETIPSUM
NULLUS EGREDIATUR DELOCO
SUO DIE SEPTIMO
ETSABBATIZAUIT POPULUS
DIE SEPTIMO
APPELLAUITQ. DOMUS ISRAHEL
NOMENEIUS MAN
QUODERAT QUASI SEMEN
CORIANDRI ALUUM
GUSTUSQ. EIUS QUASI SIMILAE
CUM MELLE
DIXITAUTEM MOSES
ISTEEST SERMOQUEM
PRAECEPIT DÑS
INPLE GOMOR EXEO ETCUSTO
DIATUR INFUTURAS RETRO
GENERATIONES
UT NOUERINT PANEM QUO
ALUI UOS INSOLITUDINE
QUANDO EDUCTI ESTIS
DETERRA AEGYPTI
DIXITQ. MOSES ADAARON
SUME UAS UNUM ETMITTE
IBI MAN QUANTUM POTEST
CAPERE GOMOR
ETREPONE CORAM DÑO AD
SERUANDUM INGENERATI
ONES UESTRAS
SICUT PRAECEPIT DÑS MOSI
POSUITQ. ILLUD AARON INTABER
NACULUM RESERUANDUM
FILII AUTEM ISRAHEL COMEDE
RUNT MAN QUADRAGINTA
ANNIS DONEC UENIRENT
INTERRAM HABITABILEM
HOC CIBO ALITI SUNT USQ. QUO
TANGERENT FINES TERRAE
CHANAAN
GOMOR AUTEM DECIMA PARS
EST OEPHAE
XVII IGITUR PROFECTA OMNIS
MULTITUDO FILIORUM ISRA
HEL DEDESERTO SIN
PER MANSIONES SUAS IUXTA
SERMONEM DÑI
CASTRA METATA EST INRAPHIDIM
UBI NON ERAT AQUA ADBIBEN
DUM POPULO
QUI IURGATUS CONTRA
MOSEN AIT
DA NOBIS AQUAM UTBIBAMUS
QUIB. RESPONDIT MOSES
QUID IURGAMINI CONTRA ME
CUR TEMPTATIS DÑM
SITIUIT ERGO POPULUS IBI
PROAQUAE PAENURIA
ETMURMURAUIT CONTRA
MOSEN DICENS
CUR NOS FECISTI EXIRE
DEAEGYPTO
UT OCCIDERES ETNOS ETLIBEROS
NOSTROS ACIUMENTA SITI
CLAMAUIT AUTEM MOSES
AD DÑM DICENS
QUID FACIAM POPULO HUIC
AD HUC PAU[illegible]
LUM ETLAPIDABUNT ME
AIT DÑS ADMOSEN
ANTECEDE POPULUM ETSUME
TECUM DESENIB. ISRAHEL
ETUIRGAM QUA PERCUSSISTI
MARE TOLLE INMANU TUA
ETUADE
EN EGO STABO CORAM TEIBI
SUPER PETRAM CHOREB
PERCUTIESQ. PETRAM ETEX
IUIT EXEA AQUA UTBIBAT
POPULUS
FECIT MOSES ITA CORAM
SENIB. ISRAHEL
ETUOCAUIT NOMEN LOCI
ILLIUS TEMPTATIO
PROPTER IURGIUM FILIORUM
ISRAHEL
ETQUIA TEMPTAUERANT

DNM DICENTES
EST NE DNS IN NOBIS AN NON
UENIT AUTEM AMALECH ET
PUGNABAT CONTRA ISRAHEL
IN RAPHIDIM
DIXITQUE MOSES AD IOSUE
ELIGE UIROS ET EGRESSUS
PUGNA CONTRA AMALECH
CRAS EGO STABO IN UERTICEM
COLLIS
HABENS UIRGAM DI IN MANU MEA
FECIT IOSUE UT LOCUTUS EI
ERAT MOSES
ET PUGNAUIT CONTRA AMALECH
MOSES AUTEM ET AARON
ET HUR ASCENDERUNT
SUPER UERTICEM COLLIS
CUMQ. LEUARET MOSES MANUS
UINCEBAT ISRAHEL
SIN AUTEM PAULULUM REMISIS
SET SUPERABAT AMALECH
MANUS AUTEM MOSI
ERANT GRAUES
SUMENTES IGITUR LAPIDEM
POSUERUNT SUBTER
EUM IN QUO SEDIT
AARON AUTEM ET HUR SUSTI
NEBANT MANUS EIUS
EX UTRAQ. PARTE
ET FACTUM EST UT MANUS
IPSIUS NON LASSARENTUR
USQ. AD OCCASUM SOLIS
FUGAUITQ. IOSUE AMALECH
ET POPULUM EIUS IN
ORE GLADII
DIXIT AUTEM DNS AD MOSEN
SCRIBE HOC OB MONUMEN
TUM IN LIBRO
ET TRADE IN AURIB. IOSUE
DELEBO ENIM MEMORIAM
AMALECH SUB CAELO
AEDIFICAUITQ. MOSES ALTARE
ET UOCAUIT NOMEN EIUS DNS
EXALTATIO MEA DICENS
QUIA MANUS SOLI DNI ET BELLUM
DI ERIT CONTRA AMALECH
A GENERATIONE IN GENE
RATIONE
xviii CUMQ. AUDISSET IETHRO
SACERDOS MADIAN
COGNATUS MOSI
OMNIA QUAE FECERAT DNS
MOSI ET ISRAHEL POPULO SUO
EO QUOD EDUXISSET DNS
ISRAHEL DE AEGYPTO
TULIT SEFFORAM UXOREM
MOSI QUAM REMISERAT
ET DUOS FILIOS EIUS
QUORUM UNUS UOCA
BATUR GERSAN
DICENTE PATRE ADUENA FUI
IN TERRA ALIENA
ALTER UERO ELIEZER
DS ENIM AIT PATRIS MEI
ADIUTOR MEUS
ET ERUIT ME DE GLADIO
PHARAONIS
UENIT ERGO IETHRO
COGNATUS MOSI
ET FILII EIUS ET UXOR EIUS
AD MOSEN IN DESERTUM
UBI ERAT CASTRAMETATUS
IUXTA MONTEM DI
ET MANDAUIT MOSI DICENS
EGO COGNATUS TUUS
IETHRO UENIO AD TE
ET UXOR TUA ET DUO FILII
TUI CUM EA
QUI EGRESSUS IN OCCURSUM
COGNATI SUI
ADORAUIT ET OSCULATUS
EST EUM
SALUTAUERUNTQ. SE MUTUO
UERBIS PACIFICIS
CUMQ. INTRASSET
TABERNACULUM
NARRAUIT MOSES COGNATO SUO
CUNCTA QUAE FECERAT DNS

pharaoni et aegyptiis
propter israhel
uniuersum laborem qui acci
disset eis in itinere
quo liberarat eos dns
laetatus q· est iethro super
omnib· bonis quae fece
rat dns israheli
eo quod eruisset eum de
manu aegyptiorum et ait
benedictus dns qui liberauit
uos de manu aegyptiorum
et de manu pharaonis
qui eruit populum suum
de manu aegypti
nunc cognoui quia magnus
dns super omnes deos
eo quod superbe egerint
contra illos
obtulit ergo iethro cognatus
mosi holocausta et
hostias do
uenerunt q· aaron et omnes
senes israhel
ut comederent panem
cum eo coram dno
Altero autem die sedit moses
ut iudicaret populum
qui adsistebat mosi de mane
usq· ad uesperam
quod cum uidisset
cognatus eius
omnia scilicet quae agebat
in populo ait
quid est hoc quod facis in
plebe cur solus sedis
et omnis populus praestola
tur de mane usque
ad uesperam
cui respondit moses
uenit ad me populus quae
rens sententiam di
cumq· acciderit ei aliqua
disceptatio

ueniunt ad me ut iudicem
inter eos
et ostendam praecepta di
et leges eius
at ille non bonam inquit
rem facis
stulto labore consumeris
et tu et populus iste
qui tecum est
ultra uires tuas est negotium
solus illud non poteris
sustinere
sed audi uerba mea atq· con
silia et erit ds tecum
esto tu populo in his quae
ad dm pertinent
ut referas quae dicun
tur ad eum
ostendasq· populo caerimo
nias et ritum colendi
uiam per quam ingredi debe
ant et opus quod facere
prouide autem de omni
plebe uiros potentes
et timentes dm
in quib· sit ueritas et qui
oderint auaritiam
et constitue ex eis tribunos
et centuriones et quinqua
genarios et decanos
qui iudicent populum
omni tempore
quic quid autem maius
fuerit referant ad te
et ipsi minora tantum
modo iudicent
leuiusq· tibi sit partito
in alios onere
si hoc feceris implebis
imperium di
et praecepta eius poteris
sustentare
et omnis hic populus reuer
tetur cum pace ad loca sua

QUIB· AUDITIS MOSES
FECIT OMNIA QUAE ILLE
SUGGESSERAT
ET ELECTIS UIRIS STRENUIS
DE CUNCTO ISRAHEL
CONSTITUIT EOS PRIN
CIPES POPULI
TRIBUNOS ET CENTURIONES
ET QUINQUAGENARIOS
ET DECANOS
QUI IUDICABANT PLEBEM
OMNI TEMPORE
QUICQUID AUTEM GRAUIUS
ERAT REFEREBANT AD EUM
FACILIORA TANTUM MODO
IUDICANTES
DIMISITQ· COGNATUM QUI
REUERSUS ABIIT IN TER
RAM SUAM
XI XIX MENSE TERTIO EGRESSIONIS
ISRAHEL DE TERRA AEGYPTI
IN DIE HAC
UENERUNT IN SOLITUDINEM SINAI
NAM PROFECTI DE RAFIDIM ET
PERUENIENTES USQ· IN DE
SERTUM SINAI CASTRAMETATI
SUNT IN EODEM LOCO
IBIQUE ISRAHEL FIXIT TENTORIA
E REGIONE MONTIS
MOSES AUTEM ASCENDIT AD DM̄
UOCAUITQ· EUM DN̄S
DE MONTE ET AIT
HAEC DICIS DOMUI IACOB ET AD
NUNTIABIS FILIIS ISRAHEL
UOS IPSI UIDETIS QUAE FECE
RIM AEGYPTIIS
QUOMODO PORTAUERIM UOS
SUPER ALAS AQUILARUM
ET ADSUMPSERIM MIHI
SI ERGO AUDIERITIS
UOCEM MEAM
ET CUSTODIERITIS
PACTUM MEUM
ERITIS MIHI IN PECULIUM
DE CUNCTIS POPULIS
MEA EST ENIM OMNIS TERRA
ET UOS ERITIS MIHI REGNUM
SACERDOTALE ET GENS SCĀ
HAEC SUNT UERBA QUAE LOQUE
RIS AD FILIOS ISRAHEL
UENIT ERGO MO SES ET
CONUOCATIS MAIORIB·
NATU POPULI
EXPOSUIT OMNES SERMONES
QUOS MANDAUERAT DN̄S
RESPONDITQ· UNIUERSUS
POPULUS SIMUL
CUNCTA QUAE LOCUTUS EST
DN̄S NOSTER FACIEMUS
CUMQ· RETULISSET MOSES
UERBA POPULI AD DM̄
AIT EI DN̄S IAM NUNC UENIAM
AD TE IN CALIGINE NUBIS
UT AUDIAT ME POPULUS
LOQUENTEM AD TE
ET CREDAT TIBI IN PERPETUUM
NUNTIAUIT ERGO MOSES
UERBA POPULI AD DN̄M
QUI DIXIT EI UADE AD POPULUM
ET SCĪFICA ILLOS HODIE
ET CRAS
LAUENTQ· UESTIMENTA SUA
ET SINT PARATI IN DIEM TERTIUM
DIE ENIM TERTIO DESCENDET
DN̄S CORAM OMNI PLEBE
SUPER MONTEM SINAI
CONSTITUESQ· TERMINOS POPU
LO PER CIRCUITUM ET DICES
CAUETE NE ASCENDATIS
IN MONTEM
NEC TANGATIS FINES ILLIUS
OMNIS QUI TETIGERIT MONTEM
MORTE MORIETUR
MANUS NON TANGET EUM
SED LAPIDIB· OBPRIMETUR
AUT CONFODIETUR IACULIS
SIUE IUMENTUM FUERIT
SIUE HOMO NON UIUET

CUM COEPERINT CLANGERE
BUCINA TUNC ASCENDANT
IN MONTEM
DESCENDIT MOSES DE MONTE
AD POPULUM ET SCĪ
FICAVIT EUM
CUMQ. LAVISSENT VESTIMEN
TA SUA AIT AD EOS
ESTOTE PARATI IN DIEM TERTIUM
NE ADPROPINQUETIS UXO
RIB. VESTRIS
IAM ADVENERAT DIES TERTIUS
ET MANE INCLARUERAT
ET ECCE COEPERUNT AUDIRI
TONITRUA AC MICARE
FULGURA
ET NUBES DENSISSIMA OPE
RIRE MONTEM
CLANGORQ. BUCINAE VEHEMEN
TIUS PERSTREPEBAT TIMUIT
POPULUS QUI ERAT IN
CASTRIS
CUMQ. EDUXISSET EOS MOSES
IN OCCURSUM DĪ DE LOCO
CASTRORUM
STETERUNT AD RADICEM MONTIS
TOTUS AUTEM MONS
SINAI FUMABAT
EO QUOD DISCENDISSET DN̄S
SUPER EUM IN IGNE
ET ASCENDERET FUMUS EX EO
QUASI DE
FORNACE
ERATQ. MONS OMNIS
TERRIBILIS
ET SONITUS BUCINAE PAULATIM
CRESCEBAT IN MAIUS ET PRO
LIXIUS TENDEBATUR
MOSES LOQ.BATUR ET DN̄S
RESPONDEBAT EI
DESCENDITQ. DN̄S SUPER
MONTEM SINA IN IPSO
MONTIS VERTICE
ET VOCAVIT MOSEN
IN CACUMEN EIUS
QUO CUM ASCENDISSET
DIXIT AD EUM
DESCENDE ET CONTESTARE
POPULUM
NE FORTE VELIT TRANSCENDERE
TERMINUM AD VIDEN
DUM DN̄M
ET PEREAT EX EIS PLURIMA
MULTITUDO
SACERDOTES QUOQ. QUI ACCE
DUNT AD DN̄M SCĪFICENTUR
NE PERCUTIAT EOS
DIXITQ. MOSES AD DN̄M
NON POTERIT VULGUS ASCEN
DERE IN MONTEM SINAI
TU ENIM TESTIFICATUS ES
ET IUSSISTI DICENS
PONE TERMINOS CIRCA MON
TEM ET SCĪFICA ILLOS
CUI AIT DN̄S VADE DESCENDE
ASCENDESQ. TU ET AARON TECŪ
SACERDOTES AUTEM ET POPU
LUS NE TRANSEAT TERMINOS
NEC ASCENDANT AD DN̄M NE FOR
TE INTERFICIAT ILLOS
DESCENDIT MOSES AD POPULUM
ET OMNIA NARRAVIT EIS
LOCUTUS QUOQ. EST DN̄S CUNC
TOS SERMONES HOS
A EGO SUM DN̄S DS̄ TUUS QUI EDUXI
TE DE TERRA AEGYPTI DE
DOMO SERVITUTIS
B NON HABEBIS DEOS ALIENOS
CORAM ME
NON FACIES TIBI SCULPTILE
NEQ. OMNEM SIMILITUDINEM
QUAE EST IN CAELO DESUPER
ET QUAE IN TERRA DEORSUM
NEC EORUM QUAE SUNT
IN AQUIS SUB TERRA
NON ADORABIS EA NEQ. COLES
EGO SUM DN̄S DS̄ TUUS
FORTIS ZELOTES

uisitans iniquitates
patrum in filiis
in tertiam et quartam
generationem eorum
qui oderunt me
et faciens misericor
diam in milia
his qui diligunt me et custo
diunt praecepta mea
Γ Non adsumes nomen
dni di tui in uanum
nec enim habebit insontem
dns eum qui adsumpserit
nomen dni dei sui frustra
Δ Memento ut diem
sabbati scifices
sex dieb· operaueris et
facies omnia opera tua
septima autem die sabbati
dni di tui non facies
omne opus
tu et filius tuus et filia tua
seruus tuus et ancilla tua
iumentum tuum et aduena
qui est intra portas tuas
sex enim dieb· fecit dns
caelum et terram et
mare et omnia quae
in eis sunt
et requieuit die septimo
idcirco benedixit dns diei
sabbati et scificauit eum
Ε honora patrem tuum
et matrem
ut sis longeuus super terram
quam dns ds tuus
dabit tibi
ς Non occides
Ζ Non moechaberis
Η Non furtum facies
Θ Non loquaris contra proxi
mum tuum falsum
testimonium
Ι Non concupisces domum

proximi tui
nec desiderabis uxorem eius
non seruum non ancillam
non bouem non asinum
nec omnia quae illius sunt
Cunctus quoq· populus
uidebat uoces et lampa
das et sonitum bucinae
montemq· fumantem
et perterriti ac pauore
concussi
steterunt procul
dicentes mosi
Loquere tu nobis et audiemus
non loquatur nobis dns
ne forte moriamur
et ait moses ad populum
nolite timere
ut enim probaret uos
uenit dns
et ut terror illius esset in
uobis et non peccaretis
Stetitq· populus de longe
moses autem accessit ad
caliginem in qua erat ds
Dixit praeterea dns
ad mosen
haec dicis filiis israhel
uos uidetis quod de caelo
locutus sum uobis
Non facietis mecum deos
argenteos
nec deos aureos
facietis uobiscum
altare de terra
facietis mihi
et offeretis super eo holo
causta et pacifica uestra
oues uestras et boues
in omni loco in quo fuerit
memoria nominis mei
ueniam ad te et bene
dicam tibi
quod si altare lapideum

FECERIS MIHI
NON AEDIFICABIS ILLUD
DESECTIS LAPIDIBUS
SI ENIM LEUAUERIS CULTRUM
TUUM SUPER EŪ POLLUETUR
NON ASCENDES PER GRADUS
AD ALTARE MEUM
NE REUELETUR TURPITUDO TUA
HAEC SUNT IUDICIA QUAE
XXI PROPONIS EIS
SI EMERIS SERUUM HEBRAEUM
SEX ANNIS SERUIET TIBI
IN SEPTIMO EGREDIETUR
LIBER GRATIS
CUM QUALI UESTE INTRAUE
RIT CUM TALI EXEAT
SI HABENS UXOREM ET UXOR
EGREDIATUR SIMUL
SIN AUTEM D̄N̄S DEDERIT
EI UXOREM
ET PEPERIT FILIOS ET FILIAS
MULIER ET LIBERI EIUS
ERUNT DOMINI
IPSE UERO EXIUIT CUM
UESTITU SUO
QUOD SI DIXERIT SERUUS
DILIGO DOMINUM MEUM
ET UXOREM AC LIBEROS
NON EGREDIAR LIBER
OFFERET EUM D̄N̄S DIIS
ET ADPLICABITUR AD OSTIUM
ET POSTES
PERFORAUITQ· AUREM
EIUS SUBULA
ET ERIT SERUUS IN SAECULUM
SI QUIS UENDIDERIT FILIAM
SUAM IN FAMULAM
NON EGREDIETUR SICUT ANCIL
LAE EXIRE CONSUEUERUNT
SI DISPLICUERIT OCULIS DOMINI
SUI CUI TRADITA FUERIT
DIMITTET EAM
POPULO AUTEM ALIENO UEN
DENDI NON HABEBIT POTES
TATEM SI SPRAEUERIT EAM
SIN AUTEM FILIO SUO
DESPON DERIT EAM
IUXTA MO REM FILIARUM
FACIET ILLI
QUOD SI ALTERAM EI ACCEPERIT
PROUIDEBIT PUELLE NUPTIAS
ET UESTIMENTA ET PRAETIUM
PUDICITIAE NON NEGABIT
SI TRIA ISTA NON FECERIT EGRE
DIETUR GRATIS ABSQUE
PECUNIA
QUI PERCUSSERIT HOMINEM
UOLENS OCCIDERE
MORTE MORIATUR
QUI AUTEM NON EST
INSIDIATUS
SED D̄S ILLUM TRADIDIT
IN MANU EIUS
CONSTITUAM TIBI LOCUM
QUO FUGERE DEBEAT
SI QUIS DE INDUSTRIA
OCCIDERIT PROXIMUM
SUUM ET PER INSIDIAS
AB ALTARI MEO EUELLES
EUM UT MORIATUR
QUI PERCUSSERIT PATREM
SUUM ET MATREM
MORTE MORIATUR
QUI FURATUS FUERIT
HOMINEM ET UEN
DIDERIT EUM
CONUICTUS NOXAE MORTE
MORIATUR
QUI MALEDIXERIT PATRI
SUO ET MATRI MORTE
MORIATUR
SI RIXATI FUERINT UIRI
ET PERCUSSERIT ALTER
PROXIMUM SUUM
LAPIDE UEL PUGNO
ET ILLE MORTUUS NON
FUERIT SED IACUERIT
IN LECTULO

SI SURREXERIT ET AMBULAUERIT
FORIS SUPER BACULUM SUUM
INNOCENS ERIT QUI PER
CUSSIT
ITA TAMEN UT OPERAS EIUS ET IN
PENSAS IN MEDICOS RESTITUAT
QUI PERCUSSERIT SERUUM SUUM
UEL ANCILLAM UIRGA
ET MORTUI FUERINT IN MANIB·
EIUS CRIMINIS REUS ERIT
SIN AUTEM UNO DIE SUPER
UIXERIT UEL DUOBUS
NON SUBIACEBIT POENAE
QUIA PECUNIA EIUS EST
SI RIXATI FUERINT UIRI ET
PERCUSSERIT QUIS MULI
EREM PRAEGNANTEM
ET ABORTIUUM QUIDEM FECE
RIT SED IPSA UIXERIT
SUBIACEBIT DAMNO QUANTUM
EXPETIERIT MARITUS MULI
ERIS ET ARBITRI IUDICARINT
SIN AUTEM MORS EIUS FUE
RIT SUBSECUTA
REDDET ANIMAM PRO ANIMA
OCULUM PRO OCULO
DENTEM PRO DENTE
MANUM PRO MANU
PEDEM PRO PEDE
ADUSTIONEM PRO ADUSTIONE
UULNUS PRO UULNERE
LIUOREM PRO LIUORE
SI PERCUSSERIT QUISPIAM
OCULUM SERUI SUI AUT
ANCILLAE ET LUSCOS EOS
FECERIT
DIMITTET LIBEROS PRO
OCULO QUEM ERUIT
DENTEM QUOQ· SI EXCUS
SERIT SERUO UEL ANCIL
LAE SUAE
SIMILITER DIMITTET LIBEROS
SI BUS CORNU PETIERIT
UIRUM AUT MULIEREM
ET MORTUI FUERINT
LAPIDIB· OBRUETUR ET NON
COMEDENTUR CARNES EIUS
DNS QUOQ· BOUIS INNOCENS ERIT
QUOD SI BUS CORNUPETA FUERIT
AB HERI ET NUDIUS TERTIUS
ET CONTESTATI SUNT DOMINUM
EIUS NEC RECLUSIT EUM
OCCIDERITQ· UIRUM
AUT MULIEREM
ET BOS LAPIDIB· OBRUETUR ET
DOMINUM ILLIUS OCCIDENT
QUOD SI PRAETIUM EI FUERIT
INPOSITUM
DABIT PRO ANIMA SUA QUICQUID
FUERIT POSTULATUS
FILIUM QUOQ· ET FILIAM SI COR
NU PERCUSSERIT SIMILI
SENTENTIAE SUBIACEBIT
SI SERUUM ANCILLAMQ·
INUASERIT
TRIGINTA SICLOS ARGENTI
DABIT DNO
BUS UERO LAPIDIB· OPPRIMETUR
SI QUIS APERUERIT CISTER
NAM ET FODERIT ET NON
OPERUERIT EAM
CECIDERITQ· BOS UEL
ASINUS IN EAM
DOMINUS CISTERNAE REDDET
PRAETIUM IUMENTORUM
QUOD AUTEM MORTUUM
EST IPSIUS ERIT
SI BOS ALIENUS BOUEM ALTE
RIUS UULNERARIT
ET ILLE MORTUUS FUERIT
UENDENT BOUEM UIUUM
ET DIUIDENT PRAETIUM
CADAUER AUTEM MORTUI
INTER SE DISPERTIENT
SIN AUTEM SCIEBAT QUOD
BOS CORNIPETA ESSET AB
HERI ET NUDIUS TERTIUS
ET NON CUSTODIUIT EUM

DOMINUS SUUS
REDDET BOUEM PRO BOUE
ET CADAUER INTEGRUM ACCIPIET
·XXII· SIQUIS FURATUS FUERIT
BOUEM ET OUEM
ET OCCIDERIT UEL UENDIDERIT
QUINQ· BOUES PRO UNO
RESTITUET
ET QUATTUOR OUES
PRO UNA OUE
SI EFFRINGENS FUR DOMUM
SIUE SUFFODIENS FUERIT
INUENTUS
ET ACCEPTO UULNERE
MORTUUS FUERIT
PERCUSSOR NON ERIT
REUS SANGUINIS
QUOD SI ORTO SOLE
HOC FECERIT
HOMICIDIUM PERPETRAUIT
ET IPSE MORIETUR
SI NON HABUERIT QUOD PRO
FURTO REDDAT UENUN
DABITUR
SI INUENTUM FUERIT APUT
EUM QUOD FURATUS EST
UIUENS SIUE BOS SIUE ASI
NUS SIUE OUIS
DUPLUM RESTITUET
SI LESERIT QUISPIAM AGRUM
UEL UINEAM
ET DIMISERIT IUMENTUM SUU̅
UT DEPASCATUR ALIENA
QUICQUID OPTIMUM HABUERIT
IN AGRO SUO UEL IN UINEA
PRO DAMNI AESTIMATIONE
RESTITUET
SI EGRESSUS IGNIS INUENERIT
SPINAS
ET CONPRAEHENDERIT
ACERUOS FRUGUM
SIUE STANTES SEGETES IN AGRIS
REDDET DAMNUM QUI IGNEM
SUCCENDERIT
SIQUIS COMMENDAUERIT
AMICO PECUNIAM AUT
UAS IN CUSTODIAM
ET AB EO QUI SUSCEPERAT
FURTO ABLATA FUERINT
SI INUENITUR FUR DUPLUM
REDDET
SI LATET DN̄M DOMUS ADPLI
CABITUR AD DEOS
ET IURAUIT QUOD NON EXTEN
DERIT MANUM IN REM
PROXIMI SUI AD PERPE
TRANDAM FRAUDEM
TAM IN BOUE QUAM IN ASINO
ET OUE AC UESTIMENTO
ET QUICQUID DAMNUM
INFERRE POTEST
AD DEOS UTRIUSQ· CAUSA
PERUENIET
ET SI ILLI IUDICAUERINT DUPLUM
RESTITUET PROXIMO SUO
SIQUIS COMMENDAUERIT
PROXIMO SUO ASINUM
BOUEM OUEM ET OMNE
IUMENTUM AD CUSTODIAM
ET MORTUUM FUERIT AUT
DEBILITATUM UEL CAPTUM
AB HOSTIBUS
NULLUSQUE HOC UIDERIT
IUS IURANDUM ERIT
IN MEDIO
QUOD NON EXTENDERIT MANU̅
AD REM PROXIMI SUI
SUSCIPIETQ· DN̄S IURAMEN
TUM ET ILLE REDDERE
NON COGETUR
QUOD SI FURTO ABLATUM
FUERIT RESTITUET
DAMNUM DOMINO
SI COMESTUM A BESTIA
DEFERET AD EUM QUOD OCCI
SUM EST ET NON RESTITUET
QUI A PROXIMO SUO QUIC
QUAM HORUM MUTUO

POSTULAUERIT
ET DEBILITATUM AUT MORTUUM
FUERIT DOMINO NON PRAE
SENTE. REDDERE CON
PELLETUR
QUOD SI IN PRAESENTIARUM
FUIT DOMINUS NON
RESTITUET
MAXIME SI CONDUCTUM
UENERAT PRO MERCEDE
OPERIS SUI
SI SEDUXERIT QUIS UIRGINEM
NECDUM DESPONSATAM
ET DORMIERIT CUM EA
DOTABIT EAM ET HABEBIT
UXOREM
SI PATER UIRGINIS DARE
NOLUERIT
REDDET PECUNIAM IUXTA
MODUM DOTIS QUAM UIRGI
NES ACCIPERE CONSUERUNT
MALEFICOS NON PATIARIS
UIUERE
QUI COIERIT CUM IUMENTO
MORTE MORIATUR
QUI IMMOLAT DIIS OCCIDETUR
PRAETER DNO SOLI
ADUENAM NON CONTRISTABIS
NEQ. ADFLIGES EUM
ADUENAE ENIM ET IPSI FUISTIS
IN TERRA AEGYPTI
UIDUAE ET PUPILLO
NON NOCEBITIS
SI LAESERITIS EOS
UOCIFERABUNTUR AD ME
ET EGO AUDIAM CLAMO
REM EORUM
ET INDIGNABITUR FUROR MEUS
PERCUTIAMQ. UOS GLADIO
ET ERUNT UXORES
UESTRAE UIDUAE
ET FILII UESTRI PUPILLI
SI PECUNIAM MUTUAM
DEDERIS POPULO MEO
PAUPERI QUI HABITAT TECUM
NON URGES EUM QUASI EXACTOR
NEC USURIS OPPRIMES
SI PIGNUS A PROXIMO TUO
ACCEPERIS UESTIMENTUM
ANTE SOLIS OCCASUM
REDDE EI
IPSUM ENIM. SOLUM. EST.
QUO OPERIETUR INDUMEN
TUM CARNIS EIUS
NEC HABET ALIUD IN QUO
DORMIAT
SI CLAMAUERIT AD ME EXAU
DIAM EUM QUIA MISERI
CORS SUM
DIIS NON DETRAHES ET PRIN
CIPI POPULI TUI NON
MALEDICES
DECIMAS TUAS ET PRIMITIAS
TUAS NON TARDABIS OFFERRE
PRIMOGENITUM FILIORUM
TUORUM DABIS MIHI
DE BUB. QUOQ. ET OUIB.
SIMILITER FACIES
SEPTEM DIEB. SIT CUM
MATRE SUA
DIE OCTAUO REDDES
ILLUM MIHI
UIRI ERITIS MIHI SCI
CARNEM QUAE A BESTIIS
FUERIT PRAEGUSTATA
NON COMEDITIS SED PRO
IICIETIS CANIBUS
XXIII NON SUSCIPIETIS UOCEM
MENDACII
NEC IUNGIS MANUM TUAM
UT PRO IMPIO DICAS FAL
SUM TESTIMONIUM
NON SEQUERIS TURBAM
AD FACIENDUM MALUM
NEC IN IUDICIO PLURIMORUM
ADQUIESCES SENTENTIAE
UT A UERO DEUIES
PAUPERIS QUOQ. NON MISE

REUERIS IN NEGOTIO
SI OCCURRERIS BOUI INIMICI
TUI AUT ASINO ERRANTI
REDUC AD EUM
SI UIDERIS ASINUM ODIENTIS TE
IACERE SUB ONERE
NON PERTRANSIBIS SED SUB
LEUABIS CUM EO
NON DECLINABIS IN IUDICIO
PAUPERIS
MENDACIUM FUGIES
INSONTEM ET IUSTUM
NON OCCIDES
QUIA AUERSOR IMPIUM
NEC ACCIPIAS MUNERA QUAE
EXCAECANT ETIAM PRUDENTES
ET AUERTUNT UERBA
IUSTORUM
PEREGRINO MOLESTUS NON
ERIS· SCITIS ENIM ADUENA
RUM ANIMAS
QUIA ET IPSI PEREGRINI FUIS
TIS IN TERRA AEGYPTI
SEX ANNIS SEMINABIS TERRAM
TUAM ET CONGREGABIS
FRUGES TUAS
ANNO AUTEM SEPTIMO DIMIT
TIS EAM ET REQUIESCERE
FACIES
UT COMEDANT PAUPERES
POPULI TUI
ET QUICQUID RELIQUI FUERIT
EDANT BESTIAE AGRI
ITA FACIES IN UINEA ET IN
OLIUETO TUO
SEX DIEB· OPERAUERIS
SEPTIMA DIE CESSABIS
UT REQUIESCAT BOS
ET ASINUS TUUS
ET REFRIGERETUR FILIUS ANCIL
LAE TUAE ET ADUENA
OMNIA QUAE DIXI UOBIS
CUSTODITE
ET PER NOMEN EXTERNORUM
DEORUM NON IURABITIS
NEQUE AUDIETUR EX ORE
UESTRO
TRIBUS UICIBUS PER SINGULOS
ANNOS MIHI FESTA CELE
BRABITIS
SOLLEMNITATEM AZYMO
RUM CUSTODIES
SEPTEM DIEB· COMEDES AZY
MA SICUT PRAECEPI TIBI
TEMPORE MENSIS NOUORUM
QUANDO EGRESSUS ES
DE AEGYPTO
NON APPAREBIS IN CONSPECTU
MEO UACUUS
ET SOLLEMNITATEM MENSIS
PRIMITIUORUM OPERIS TUI
QUAECUMQ· SERUERIS
IN AGRO
SOLLEMNITATEM QUOQ·
IN EXITU ANNI
QUANDO CONGREGAUERIS
OMNES FRUGES TUAS
DE AGRO
TER IN ANNO APPAREBIT
OMNE MASCULINUM
TUUM CORAM DNO DO
NON IMMOLABIS SUPER
FERMENTO SANGUINEM
UICTIMAE MEAE
NEC REMANEBIT ADEPS SOLLEM
NITATIS MEAE USQ· MANE
PRIMITIAS FRUGUM TERRAE
TUAE DEFERES IN DOMUM
DNI DI TUI
NEC COQUES HEDUM IN LACTE
MATRIS SUAE
ECCE EGO MITTAM ANGELUM
MEUM QUI PRAECEDAT TE
ET CUSTODIAT IN UIA
ET INTRODUCAT AD LOCUM
QUEM PARAUI
OBSERUA EUM ET AUDI UOCEM
EIUS· NEC CONTEMNENDUM

PUTES
QUIA NON DIMITTET CUM
PECCAUERITIS
ET EST NOMEN MEUM IN ILLO
QUOD SI AUDIERIS UOCEM EIUS
ET FECERIS OMNIA QUAE
LOQUOR
INIMICUS ERO INIMICIS TUIS
ET ADFLIGAM ADFLIGENTES TE
PRAECEDETQ. TE ANGELUS MEUS
ET INTRODUCET TE AD AMOR
RAEUM ET CETTHAEUM
ET FEREZAEUM
CANANAEUMQ. ET EUAEUM
ET IEBUSAEUM
QUOS EGO CONTRIBO
NON ADORABIS DEOS EORUM
NEC COLES EOS
NON FACIES OPERA EORUM
SED DESTRUES ARAS EORUM
ET CONFRINGES STATUAS
SERUIETISQ. DNO DO UESTRO
UT BENEDICAM PANIBUS
UESTRIS ET AQUIS
ET AUFERAM INFIRMITATEM
DE MEDIO TUI
NON ERIT INFECUNDA NEC STE
RELIS TERRA TUA
NUMERUM DIERUM
TUORUM IMPLEBO
TERROREM MEUM MITTAM
IN PRAECURSUM TUUM
ET OCCIDAM OMNEM POPULU
AD QUEM INGREDIERIS
CUNCTORUMQ. INIMICORUM
TUORUM CORAM TE
TERGA UERTAM
EMITTENS CRABRONES PRIUS
QUI FUGABUNT EUAEUM ET CHA
NANAEUM ET CETTHAEUM
ANTEQUAM INTROEAS
NON EICIAM EOS A FACIE TUA
ANNO UNO
NE TERRA IN SOLITUDINEM

REDIGATUR
ET CRESCANT CONTRA TE BESTIAE
PAULATIM EXPELLAM EOS
DE CONSPECTU TUO
DONEC AUGEARIS ET POSSI
DEAS TERRAM
PONAM AUTEM TERMINOS
TUOS A MARI RUBRO USQUE
AD MARE PALESTINORUM
ET A DESERTO USQ. AD FLUUIUM
TRADAM MANIB. UESTRIS
HABITATORES TERRAE
ET EICIAM EOS DE CONSPECTU
UESTRO
NON INIBITIS CUM EIS FOEDUS
NEC CUM DIIS EORUM
NON HABITENT IN TERRA TUA
NE FORTE PECCARE TE
FACIANT IN ME
SI SERUIERIS DIIS EORUM
QUOD TIBI CERTO ERIT
IN SCANDALUM
xxiiii MOSI QUOQ. DIXIT
ASCENDE AD DNM TU ET AARON
NADAB ET ABIU
ET SEPTUAGINTA SENES
EX ISRAHEL
ET ADORABITIS PROCUL
SOLUSQ. MOSES ASCENDAT
AD DNM
ET ILLI NON ADPROPINQUABUNT
NEC POPULUS ASCENDET
CUM EO
xiii UENIT ERGO MOSES ET NARRA
UIT PLEBI OMNIA UERBA DNI
ATQUE IUDICIA
RESPONDITQ. CUNCTUS
POPULUS UNA UOCE
OMNIA UERBA DNI QUAE LOCU
TUS EST FACIEMUS
SCRIBSIT AUTEM MOSES UNI
UERSOS SERMONES DNI
ET MANE CONSURGENS AEDIFI
CAUIT ALTARE AD RADICES

MONTIS ·
ET DUODECIM TITULOS PER
DUODECIM TRIB· ISRAHEL ·
MISITQ· IUUENES DE FILIIS
ISRAHEL
ET OBTULERUNT HOLOCAUSTA
IMMOLAUERUNTQ· UICTIMAS
PACIFICAS DNO UITULOS ·
TULIT ITAQ· MOSES DIMIDIAM
PARTEM SANGUINIS ET
MISIT IN CRATERAS ·
PARTEM AUTEM RESIDUAM
FUDIT SUPER ALTARE ·
ADSUMENSQ· UOLUMEN FOEDE
RIS LEGIT AUDIENTE POPULO ·
QUI DIXERUNT ·
OMNIA QUAE LOCUTUS EST
DNS FACIEMUS ·
ET ERIMUS OBOEDIENTES ·
ILLE UERO SUMPTUM SANGUI
NEM RESPERSIT IN POPU
LUM ET AIT ·
HIC EST SANGUIS FOEDERIS QUOD
PEPIGIT DNS UOBISCUM
SUPER CUNCTIS SERMONIB· EIUS ·
ASCENDERUNTQ· MOSES
ET AARON NADAB ET ABIU
ET SEPTUAGINTA SENES
EX ISRAHEL ·
ET UIDERUNT DM ISRAHEL
SUB PEDIB· EIUS QUASI OPUS
LAPIDIS SAPPHIRI ·
ET QUASI CAELUM CUM
SERENUM EST ·
NEC SUPER EOS QUI PROCUL
RECESSERANT DE FILIIS ISRA
HEL MISIT MANUM SUAM
UIDERUNTQ· DM ET COME
DERUNT AC BIBERUNT ·
DIXIT AUTEM DNS AD MOSEN ·
ASCENDE AD ME IN MONTEM
ET ESTO IBI ·
DABOQ· TIBI TABULAS LAPIDEAS
ET LEGEM AC MANDATA QUAE
SCRIBSI UT DOCEAS EOS ·
SURREXERUNT MOSES ET
IOSUE MINISTER EIUS ·
ASCENDENSQ· MOSES IN MON
TEM DI SENIORIB· AIT ·
EXPECTATE HIC DONEC REUER
TAMUR AD UOS ·
HABETIS AARON ET HUR
UOBISCUM ·
SI QUID NATUM FUERIT QUAES
TIONIS REFERTIS AD EOS ·
CUMQ· ASCENDISSET MOSES
OPERUIT NUBES MONTEM ·
ET HABITAUIT GLORIA DNI SUPER
SINAI TEGENS ILLUM NUBE
SEX DIEBUS ·
SEPTIMO AUTEM DIE UOCAUIT
EUM DNS DE MEDIO CALIGINIS ·
ERAT AUTEM SPECIES GLORIAE
DNI QUASI IGNIS ARDENS
SUPER UERTICEM MONTIS
IN CONSPECTU FILIORUM
ISRAHEL ·
INGRESSUSQ· MOSES MEDIUM
NEBULAE ASCENDIT IN MONTEM ·
ET FUIT IBI QUADRAGINTA DIEB·
ET QUADRAGINTA NOCTIBUS ·
xxv LOCUTUSQ· EST DNS
AD MOSEN DICENS ·
LOQUERE FILIIS ISRAHEL UT TOL
LANT MIHI PRIMITIAS ·
AB HOMINE QUI OFFERT ULTRO
NEUS ACCIPIETIS EAS ·
HAEC SUNT AUTEM QUAE
ACCIPERE DEBETIS ·
AURUM ET ARGENTUM ET AES ·
HYACINTHUM ET PURPURAM
COCCUMQ· BIS TINCTUM
ET BYSSUM ·
PILOS CAPRARUM ET PELLES
ARIETUM RUBRICATAS
PELLES HYACINTHINAS
ET LIGNA SETTHIM ·
OLEUM AD LUMINARIA

CONCINNANDA·
AROMATA UNGUENTUM ET
THYMIAMA BONI ODORIS·
LAPIDES ONYCHINOS ET GEMMAS
ADORNANDUM EPHOD
AC RATIONALE·
FACIENTQ· MIHI SCTUARIUM
ET HABITABO IN MEDIO EORUM·
IUXTA OMNEM SIMILITUDINEM
TABERNACULI QUOD OSTEN
DAM TIBI·
ET OMNIUM UASORUM
IN CULTU EIUS·
SICQ· FACIETIS ILLUD·
ARCAM DE LIGNIS SETTHIM
CONPINGITE·
CUIUS LONGITUDO HABEAT
DUOS SEMIS CUBITOS·
LATITUDO CUBITUM
ET DIMIDIUM·
ALTITUDO CUBITUM SIMILITER
AC SEMISSEM·
ET DEAURABIS EAM AURO MUN
DISSIMO INTUS ET FORIS·
FACIESQ· SUPRA CORONAM
AUREAM PER CIRCUITUM·
ET QUATTUOR CIRCULOS AUREOS
QUOS PONES PER QUATTUOR
ARCAE ANGULOS·
DUO CIRCULI SINT IN LATERE
UNO ET DUO IN ALTERO·
FACIES QUOQ· UECTES
DE LIGNIS SETTHIM
ET OPERIES EOS AURO·
INDUCESQ· PER CIRCULOS
QUI SUNT IN ARCAE LATERIB·
UT PORTETUR IN EIS·
QUI SEMPER ERUNT IN CIRCU
LIS NEC UMQUAM EXTRA
HENTUR AB EIS·
PONESQ· IN ARCAM TESTIFI
CATIONEM QUAM EGO
DABO TIBI·
FACIES ET PROPITIATORIUM
DE AURO MUNDISSIMO·
DUOS CUBITOS ET DIMIDIUM
TENEBIT LONGITUDO EIUS·
SEMISSEM ET CUBITUM
LATITUDO·
DUOS QUOQ· CHERUBIN AUREOS
ET PRODUCTILES FACIES
EX UTRAQ· PARTE ORACULI·
CHERUBIN UNUS SIT IN LATERE
UNO ET ALTER IN ALTERO·
UTRUMQ· LATUS PROPITIA
TORII TEGANT·
EXPANDENTES ALAS ET OPERI
ENTES ORACULUM·
RESPICIANTQ· SE MUTUO
UERSIS UULTIB· IN PRO
PITIATORIUM·
QUO OPERIENDA EST ARCA·
IN QUA PONES TESTIMONIUM
QUOD DABO TIBI·
INDE PRAECIPIAM ET LOQUAR AD TE·
SUPRA PROPITIATORIO SCILICET
AC MEDIO DUORUM CHERUBIN
QUI ERUNT SUPRA ARCAM
TESTIMONII·
CUNCTA QUAE MANDABO PER TE
FILIIS ISRAHEL·
FACIES ET MENSAM DE LIGNIS
SETTHIM·
HABENTEM DUOS CUBITOS
LONGITUDINIS ET IN LATI
TUDINE CUBITUM·
ET IN ALTITUDINE CUBITUM
AC SEMISSEM·
ET INAURABIS EAM AURO
PURISSIMO·
FACIESQ· ILLI LABIUM AUREUM
PER CIRCUITUM·
ET IPSI LABIO CORONAM INTERRA
SILEM ALTAM QUATTUOR
DIGITIS·
ET SUPER ILLAM ALTERAM
CORONAM AUREOLAM·
QUATTUOR QUOQ· CIRCULOS

aureos praeparabis
et pones eos in quattuor
angulis eiusdem mensae
per singulos pedes
subter coronam erunt
circuli aurei
ut mittantur uectes per
eos et possit mensa
portari
ipsosq. uectes facies
de lignis setthim
et circumdabis auro ad sub
uehendam mensam
parabis et acitabula ac phy
alas turibula et cyathos
in quibus offerenda sunt
libamina
ex auro purissimo
et pones super mensam
panes propositionis in
conspectu meo semper
facies et candelabrum ducti
le de auro mundissimo
astile eius et calamos
scyphos et sperulas ac lilia
ex ipso procedentia
sex calami egrediuntur
de lateribus
tres ex uno latere
et tres ex altero
tres scyphi quasi in nucis
modum per calamos
singulos
sperulasq. simul ac lilium
et tres similiter scyphi
instar nucis in calamo
altero
sperulaq. et lilium
hoc erit opus sex calamo
rum qui producendi
sunt de hastili
in ipso autem candelabro
erunt quattuor scyphi
in nucis modum

sperulaeq. per singulos
et lilia
sperula sub duob. cala
mis per tria loca
qui simul sex fiunt proceden
tes de astili uno
et sperulae igitur et calami
ex ipso erunt
uniuersa ductilia de auro
purissimo
facies et lucernas septem
et pones eas super cande
labrum ut luceant
ex aduerso
emunctoria quoque et ubi
quae emuncta sunt
extinguantur fient
de auro purissimo
omne pondus candelabri
cum uniuersis uasis suis
habebit talentum auri
mundissimi
inspice et fac secundum
exemplar quod tibi in
monte monstratum est
XXVI tabernaculum uero
ita facies
decem cortinas de bysso
retorta et hyacintho
ac purpura coccoque
bis tincto
bariatas opere pluma
rio facies
longitudo cortinae unius
habebit uiginti octo
cubitos
latitudo quattuor cubi
torum erit
unius mensurae fient
uniuersa tentoria
quinque cortinae sibi
iungentur mutuo
et aliae quinq. nexu simili
coherebunt

ANSULAS HYACINTHINAS IN LATE
RIBUS ACSUMMITATIBUS
FACIES CORTINARUM
UT POSSINT INUICEM COPULARI
QUINQUAGENAS ANSULAS COR
TINA HABEBIT IN UTRAQUE
PARTE
ITA INSERTAS UT ANSA CONTRA
ANSAM UENIAT
ET ALTERA ALTERI POSSIT APTARI
FACIES ET QUINQUAGINTA
CIRCULOS AUREOS
QUIBUS CORTINARUM UELA IUN
GENDA SUNT UT UNUM
TABERNACULUM FIAT
FACIES ET SAGA CILICINA UNDECIM
AD OPERIENDUM TECTUM
TABERNACULI
LONGITUDO SAGI UNIUS HABEBIT
TRIGINTA CUBITOS
ET LATITUDO QUATTUOR
AEQUA ERIT MENSURA SAGO
RUM OMNIUM
E QUIB· QUINQ· IUNGES SEORSUM
ET SEX SIBI MUTUO COPULABIS
ITA UT SEXTUM SAGUM IN FRON
TE TECTI DUPLICES
FACIES ET QUINQUAGINTA ANSAS
IN ORE SAGI UNIUS UT CONIUNGI
CUM ALTERO QUEAT
ET QUINQUAGINTA ANSAS
IN ORE ALTERIUS
UT CUM ALTERO COPULETUR
QUINQUAGINTA FIBULAS AENEAS
QUIBUS IUNGANTUR ANSAE
ET UNUM EX OMNIB· OPERI
MENTUM FIAT
QUOD AUTEM SUPER FUERIT
IN SAGIS QUAE PARANTUR TECTO
ID EST UNUM SAGUM QUOD
AMPLIUS EST
EX MEDIETATE EIUS COOPE
RIES POSTERIORA TABER
NACULI

ET CUBITUS EX UNA PARTE PEN
DEBIT ET ALTER EX ALTERO
QUI PLUS EST IN SAGORUM
LONGITUDINE
UTRUMQUE LATUS TABER
NACULI PROTEGENS
FACIES ET OPERIMENTUM
ALIUD TECTO DE PELLIBUS
ARIETUM RUBRICATIS
ET SUPER HOC RURSUM ALIUD
OPERIMENTUM DE HYACIN
THINIS PELLIBUS
FACIES ET TABULAS STANTES
TABERNACULI DE LIGNIS
SETTHIM
QUAE SINGULAE DENOS CUBITOS
IN LONGITUDINE HABEANT
ET IN LATITUDINE SINGULOS
AC SEMISSEM
IN LATERIBUS TABULAE DUAE
CASTRATURAE FIENT
QUIBUS TABULA ALTERI TABULAE
CONECTATUR
ATQ· IN HUNC MODUM CUNCTAE
TABULAE PARABUNTUR
QUARUM UIGINTI ERANT IN
LATERE MERIDIANO QUOD
UERGIT AD AUSTRUM
QUIBUS QUADRAGINTA BASES
ARGENTEAS FUNDES
UT BINAE BASES SINGULIS TABULIS
PER DUOS ANGULOS
SUBICIANTUR
IN LATERE QUOQ· SECUNDO TABER
NACULI QUOD UERGIT AD
AQUILONEM
UIGINTI TABULAE ERUNT
QUADRAGINTA HABENTES
BASES ARGENTEAS
BINAE BASES SINGULIS TABULIS
SUBPONENTUR
AD OCCIDENTALEM UERO
PLAGAM TABERNACULI
FACIES SEX TABULAS

ET RURSUM ALIAS DUAS
QUAE IN ANGULIS ERIGANTUR
POST TERGUM TABERNACULI
ERUNTQ. CONIUNCTAE A DEORSUM USQ. SURSUM
ET UNA OMNIS CONPAGO
RETINEBIT
DUAB. QUOQ. TABULIS QUAE IN
ANGULIS PONENDAE SUNT SIMI
LIS IUNCTURA SERUABITUR
ET ERUNT SIMUL TABULAE OCTO
BASES EARUM ARGENTEAE
SEDECIM
DUABUS BASIBUS PER UNAM
TABULAM SUPPUTATIS
FACIES ET UECTES DE LIGNIS
SETTHIM QUINQUE
AD CONTINENDAS TABULAS IN UNO
LATERE TABERNACULI
ET QUINQ. ALIOS IN ALTERO
EIUSDEM NUMERI AD OCCIDEN
TALEM PLAGAM
QUI MITTUNTUR PER
MEDIAS TABULAS
A SUMMO USQUE AD SUMMUM
IPSAS QUE TABULAS DEAURABIS
ET FUNDES EIS ANULOS AUREOS
PER QUOS UECTES TABULATA
CONTINEANT
QUOS OPERIES LAMMINIS AUREIS
ET ERIGES TABERNACULUM
IUXTA EXEMPLUM QUOD TIBI
IN MONTE MONSTRATUM EST
FACIES ET UELUM DE HYA
CINTHO ET PURPURA
COCCOQ. BIS TINCTO ET BYSSO
RETORTA
OPERE PLUMARIO ET PULCHRA
UARIETATE CONTEXTUM
QUOD ADPENDES ANTE QUAT
TUOR COLUMNAS DE LIGNIS
SETTHIM
QUAE IPSAE QUIDEM DEAU
RATAE ERUNT

ET HABEBUNT CAPITA AUREA
SED BASES ARGENTEAS
INSERETUR AUTEM UELUM
PER CIRCULOS INTRA QUOD
PONES ARCAM TESTAMENTI
ET QUO SC̄UARIUM ET SC̄UARII
SC̄UARIA DIUIDENTUR
PONES ET PROPITIATORIUM
SUPER ARCAM TESTIMONII
IN SC̄O SC̄ORUM
MENSAMQ. EXTRA UELUM
ET CONTRA MENSAM
CANDELABRUM
IN LATERE TABERNACULI
MERIDIANO
MENSA ENIM STABIT IN
PARTE AQUILONIS
FACIES ET TENTORIUM IN IN
TROITU TABERNACULI
DE HYACINTHO ET PURPURA
COCCOQ. BIS TINCTO ET BYSSO
RETORTA OPERE PLUMARIO
ET QUINQ. COLUMNAS DEAURA
BIS LIGNORUM SETTHIM
ANTE QUAS DUCETUR TENTORIUM
QUARUM ERUNT CAPITA AUREA
ET BASES AENEAE
XXVII FACIES ET ALTARE DE LIGNIS
SETTHIM
QUOD HABEBIT QUINQ. CUBITOS
IN LONGITUDINE
ET TOTIDEM IN LATITUDINE
ID EST QUADRUM
ET TRES CUBITOS IN ALTITUDINE
CORNUA AUTEM PER QUATTUOR
ANGULOS EX IPSO ERUNT
ET OPERIES ILLUD AERE
FACIESQ. IN USUS EIUS
LEUETAS AD SUSCIPIENDOS
CINERES
ET FORCIPES ATQ. FUSCINULAS
ET IGNIUM RECEPTACULA
OMNIA UASA EX AERE
FABRICABIS

craticulamq. in modum
retis aeneam
per cuius quattuor angulos
erunt quattuor anuli aenei
quos pones subter aru
lam altaris
eritq. craticula usq.
altaris medium
facies et uectes altaris
de lignis setthim duos
quos operies lamminis
aeneis
et induces per circulos
eruntq. ex utroq. latere
altaris ad portandum
non solidum sed inane
et cauum intrinsecus
facies illud
sicut tibi in monte
monstratum est
facies et atrium tabernaculi
in cuius plaga australi
contra meridiem
erunt tentoria de bysso
retorta
centum cubitos unum latus
tenebit in longitudine
et columnas uiginti cum basib.
totidem aeneis
quae capita cum caelaturis suis
habebunt argentea
similiter in latere aquilonis
per longum erunt tento
ria centum cubitorum
columnae uiginti et bases
aeneae eiusdem numeri
et capita earum cum caela
turis suis argentea
in latitudine uero atrii quod
respicit ad occidentem
erunt tentoria per quinqua
ginta cubitos
et columnae decem
basesq. totidem

in ea quoq. atrii latitudine
quae respicit ad orientem
quinquaginta cubiti erunt
in quib. quindecim cubitorum
tentoria lateri uno
deputabuntur
columnaeq. tres et bases
totidem
et in latere altero erunt
tentoria cubitos obtinen
tia quindecim
columnas tres et bases
totidem
in introitu uero atrii
fiet tentorium cubito
rum uiginti
ex hyacintho et purpura
coccoq. bis tincto et bysso
retorta opere plumarii
columnas habebit quattuor
cum basib. totidem
omnes columnae atrii
per circuitum
uestitae erunt argenti
lamminis
capitib. argenteis
et basib. aeneis
in longitudine occupauit
atrium cubitos centum
in latitudine quinquaginta
altitudo quinque
cubitorum erit
fietq. de bysso retorta et
habebit bases aeneas
cuncta uasa tabernaculi in
omnes usus et caerimonias
tam paxillos eius quam atrii
ex aere facies
Praecipe filiis israhel
ut offerant tibi oleum
de arborib. oliuarum
purissimum piloque
contusum
ut ardeat lucerna semper

INTABERNACULO TESTIMONII
EXTRAUELUM QUOD APPEN
SUMEST TESTIMONIO
ETCONLOCABUNT EAM AARON
ETFILII EIUS
ETUSQ· MANELUCEAT
CORAM DÑO
PERPETUUS ERITCULTUS PER
SUCCESSIONES EORUM
AFILIIS ISRAHEL
XXVIII ADPLICAQUOQ· ADTEAARON
FRATREM TUUM CUMFILIIS
SUIS DEMEDIO FILIORUM
ISRAHEL
UTSACERDOTIO FUNGANTURMIHI
AARON NADAB ETABIU ELEAZAR
ETITHAMAR
FACIESQ· UESTEM SCĀM FRATRI
TUO INGLORIAM ETDECOREM
ETLOQUERIS CUNCTIS
SAPIENTIB· CORDE
QUOS REPLEUI SPIRITU
PRUDENTIAE
UTFACIANT UESTES AARON INQUIB·
SCĪFICATUS MINISTRETMIHI
HAECAUTEMERUNT UESTIMENTA
QUAEFACIENT
RATIONALE ETSUPER UMERALE
TUNICAM ETLINEAM STRICTAM
CIDARIM ETBALTEUM
FACIENT UESTIMENTA SCĀ
AARON FRATRITUOETFILIIS EIUS
UTSACERDOTIO FUNGANTURMIHI
ACCIPIENTQ· AURUM ETHYA
CINTHUM ETPURPURAM
COCCUMQ· BISTINCTUM
ETBYSSUM
FACIENT AUTEM SUPER HUME
RALE DEAURO ETHYACINTHO
ACPURPURA
COCCOQ· BISTINCTO ETBYSSO
RETORTA OPERE POLYMITO
DUAS ORAS IUNCTAS HABEBIT
INUTROQ· LATERE SUMMI

TATUM UTINUNUM REDEANT
IPSAQ· TEXTURA ETCUNCTA
OPERIS UARIETAS
ERITEXAURO ETHYACINTHO
ETPURPURA
COCCOQ· BISTINCTO ETBYSSO
RETORTA
SUMESQ· LAPIDES DUOS ONYCHI
NOS ETSCULPES INEIS NOMINA
FILIORUM ISRAHEL
SEX NOMINA INLAPIDEUNO
ETSEX RELIQUA INALTERO
IUXTA ORDINEM NATIUI
TATIS EORUM
OPERE SCULPTORIS ETCELA
TURA GEMMARII
SCULPES EOS NOMINIB·
FILIORUM ISRAHEL
INCLUSOS AURO ATQUE
CIRCUMDATOS
ETPONES INUTROQ· LATERE
SUPER UMERALIS MEMORI
ALE FILIIS ISRAHEL
PORTABITQ· AARON NOMINA
EORUM CORAM DÑO
SUPERUTRUMQ· UMERUM
OBRECORDATIONEM
FACIES ETUNCINOS EXAURO
ETDUAS CATENULAS AURO
PURISSIMO
SIBIINUICEM COHERENTES
QUAS INSERES UNCINIS
RATIONALE QUOQ· IUDICII FACIES
OPERE POLYMITO
IUXTATEXTURAM SUPER
UMERALIS
EXAURO HYACINTHO ETPURPURA
COCCOQ· BISTINCTO ETBYSSO
RETORTA
QUADRANGULUM ERIT
ETDUPLEX
MENSURA PALMI HABEBIT TAM
INLONGITUDINE QUAM
INLATITUDINE

PONESQ· INEO QUATTUOR
ORDINES LAPIDUM
IN PRIMO UERSU ERIT LAPIS
SARDIUS ET TOPADIUS
ET SMARAGDUS
IN SECUNDO CARBUNCULUS
SAPPIRUS ET IASPIS
IN TERTIO LYGIRIUS ACHATES
ET AMETHISTUS
IN QUARTO CHRYSOLITUS ONYCHI
NUS ET BERYLLUS
INCLUSI AURO ERUNT PER
ORDINES SUOS
HABEBUNTQ· NOMINA
FILIORUM ISRAHEL.
DUODECIM NOMINIBUS
CAELABUNTUR
SINGULI LAPIDES NOMINIBUS
SINGULORUM PER DUO
DECIM TRIBUS
FACIES IN RATIONALI CATINULAS
SIBI INUICEM COHERENTES
EX AURO PURISSIMO
ET DUOS ANULOS AUREOS
QUOS PONES IN UTRAQ· RATIO
NALIS SUMMITATE
CATENASQ· AUREAS IUNGES
ANULIS QUI SUNT IN MAR
GINIBUS EIUS·
ET IPSARUM CATENARUM
EXTREMA DUOB· COPULA
BUNTUR UNCINIS
IN UTROQ· LATERE SUPERUME
RALIS QUOD RATIONALE
RESPICIT
FACIES ET DUOS ANULOS AUREOS
QUOS PONES IN SUMMITATIB·
RATIONALIS
ET IN ORIS QUAE E REGIONE SUNT
SUPERUMERALIS
ET POSTERIORA EIUS ASPICIUNT
NECNON ET ALIOS DUOS
ANULOS AUREOS
QUI PONENDI SUNT IN UTROQ·
LATERE SUPERUMERALIS
DEORSUM
QUOD RESPICIT CONTRA FACIEM
IUNCTURAE INFERIORIS
UT APTARI POSSIT CUM
SUPERUMERALI
ET INSTRINGETUR RATIO
NALE ANULIS SUIS
CUM ANULIS SUPERUMERALIS
UITTA HYACINTHINA
UT MANEAT IUNCTURA
FABRAE FACTA
ET A SE INUICEM RATIONALE
ET SUPERUMERALE NEQUE
ANT SEPARARI
PORTABITQ· AARON NOMINA
FILIORUM ISRAHEL
IN RATIONALI IUDICII SUPER
PECTUS SUUM QUANDO
INGREDITUR SCUARIUM
MEMORIALE CORAM DÑO
IN AETERNUM
PONES AUTEM IN RATIONALI
IUDICII DOCTRINAM
ET UERITATEM
QUAE ERUNT IN PECTORE
AARON QUANDO INGREDI
TUR CORAM DÑO
ET GESTAUIT IUDICIUM FILIORUM
ISRAHEL IN PECTORE SUO IN CON
SPECTU DÑI SEMPER
FACIES ET TUNICAM SUPERUME
RALIS TOTAM HYACINTHINAM
IN CUIUS MEDIO SUPRA ERIT
CAPITIUM ET ORA PER GYRUM
EIUS TEXTILIS
SICUT FIERI SOLET IN EXTREMIS
UESTIUM PARTIB· NE FACILE
RUMPANTUR
DEORSUM UERO AD PEDES EIUS
DEM TUNICAE PER CIRCUITUM
QUASI MALA PUNICA FACIES
EX HYACINTHO ET PURPURA
ET COCCO BISTINCTO

MIXTIS IN MEDIO TINTIÑABULIS
ITA UT TINTINNABULUM ALIUM
AUREUM ET MALUM
RURSUMQ· TINTINABULUM
ALIUD AUREUM ET MALUM
PUNICUM
ET UESTIETUR EA AARON IN
OFFICIUM MINISTERII
UT AUDIATUR SONITUS QUANDO
INGREDITUR ET EGREDITUR
SCUARIUM
IN CONSPECTU DÑI ET NON
MORIATUR
FACIES ET LAMMINAM
DE AURO PURISSIMO
IN QUA SCULPES OPERE CAELA
TORIS SCM DÑO
LIGABISQ· EAM UITTA
HYACINTHINA
ET ERIT SUPER TIARAM IMMI
NENS FRONTI PONTIFICIS
PORTABITQ· AARON INIQUI
TATES EORUM
QUAE OBTULERINT ET SCIFICAUE
RINT FILII ISRAHEL
IN CUNCTIS MUNERIB·
ET DONARIIS SUIS
ERIT AUTEM LAMMINA SEMPER
IN FRONTE EIUS
UT PLACATUS EIS SIT DÑS
STRINGESQ· BYSSO TUNICAM
ET TIARAM BYSSINAM FACIES
ET BALTEUM OPERE PLUMARII
PORRO FILIIS AARON TUNICAS
LINEAS PARABIS
ET BALTEOS AC TIARAS IN GLO
RIA ET DECOREM
UESTIESQ· HIS OMNIB· AARON
FRATREM TUUM ET FILIOS
EIUS CUM EO
ET CUNCTORUM CONSECRA
BIS MANUS
SCIFICABISQ· ILLOS UT SACERDO
TIO FUNGANTUR MIHI

FACIES ET FEMINALIA LINEA
UT OPERIANT CARNEM TURPI
TUDINIS SUAE
A RENIB· USQUE AD FEMINALIA·
ET UTENTUR EIS AARON
ET FILII EIUS
QUANDO INGREDIENTUR TABER
NACULUM TESTIMONII
UEL QUANDO ADPROPINQUANT
AD ALTARE
UT MINISTRENT IN SCUARIO
NE INIQUITATIS REI MORIANTUR
LEGITIMUM SEMPITERNUM
ERIT AARON ET SEMINI EIUS
POST EUM
xxix SED ET HOC FACIES UT MIHI IN
SACERDOTIO CONSECRENTUR
TOLLE UITULUM DE ARMENTO
ET ARIETES DUOS INMACULATOS
PANESQ· AZYMOS ET CRUSTULLAM
ABSQUE FERMENTO
QUAE CONSPERSA SIT OLEO
LAGANA QUOQ· AZYMA OLEO LITA
DE SIMILA TRITTICEA CUNCTA
FACIES
ET POSITA IN CANISTRO OFFERES
UITULUM AUTEM ET DUOS
ARIETES
ET AARON AC FILIOS EIUS
ADPLICABIS AD OSTIUM TABER
NACULI TESTIMONII
CUMQ· LAUERIS PATREM
CUM FILIIS AQUA
INDUES AARON UESTIMENTIS SUIS
ID EST LINEA ET TUNICA ET SUPER
HUMERALI ET RATIONALI
QUOD CONSTRINGES BALTEO
ET PONES TIARAM IN CAPITE EIUS
ET LAMMINAM SCAM
SUPER TIARAM
ET OLEUM UNCTIONIS FUNDES
SUPER CAPUT EIUS
ATQ· HOC RITU CONSECRABITUR
FILIOS QUOQ· ILLIUS ADPLICABIS

ET INDUES TUNICIS LINEIS
CINGES Q. BALTEO
AARON SCILICET ET LIBEROS EIUS
ET INPONES EIS MITRAS
ERUNTQ. SACERDOTES MEI
IN RELIGIONE PERPETUA
POSTQUAM INITIAUERIS
MANUS EORUM
ADPLICABIS ET UITULUM CORAM
TABERNACULO TESTIMONII
INPONENTQ. AARON ET FILII EIUS
MANUS SUPER CAPUT ILLIUS
ET MACTABIS EUM IN CON
SPECTU DNI
IUXTA OSTIUM TABERNACULI
TESTIMONII
SUMPTUMQ. DE SANGUINE
UITULI PONES SUPER CORNUA
ALTARIS DIGITO TUO
RELIQUUM AUTEM SANGUINEM
FUNDES IUXTA BASIM EIUS
SUMES ET ADIPEM TOTUM
QUI OPERIT INTESTINA
ET RETICULUM IECORIS
AC DUOS RENES
ET ADIPEM QUI SUPER EOS EST
ET OFFERES INCENSUM
SUPER ALTARE
CARNES UERO UITULI ET CO
RIUM ET FIMUM
CONBURES FORIS EXTRA CASTRA
EO QUOD PRO PECCATO SIT
UNUM QUOQ. ARIETEM SUMES
SUPER CUIUS CAPUT PONENT
AARON ET FILII EIUS MANUS
QUEM CUM MACTAUERIS
TOLLES DE SANGUINE EIUS
ET FUNDES CIRCA ALTARE
IPSUM AUTEM ARIETEM
SECABIS IN FRUSTA
LOTAQ. INTESTINA EIUS
AC PEDES
PONES SUPER CONCISAS CARNES
ET SUPER CAPUT ILLIUS

ET OFFERES TOTUM ARIETEM
IN INCENSU SUPER ALTARE
OBLATIO EST DNI ODOR SUAUIS
SIMUS UICTIMAE DI
TOLLES QUOQ. ARIETEM ALTERUM
SUPER CUIUS CAPUT AARON
ET FILII EIUS PONENT MANUS
QUEM CUM IMMOLAUERIS SUMES
DE SANGUINE IPSIUS
ET PONES SUPER EXTREMUM
DEXTRAE AURICULAE AARON
ET FILIORUM EIUS
ET SUPER POLLICES MANUS
EORUM AC PEDIS DEXTRI
FUNDESQ. SANGUINEM SUPER
ALTARE PER CIRCUITUM
CUMQ. TULERIS DE SANGUINE
QUI EST SUPER ALTARE ET
DE OLEO UNCTIONIS
ASPARGES AARON ET UESTES EIUS
FILIOS ET UESTIMENTA EORUM
CONSECRATISQ. ET IPSIS
ET UESTIBUS
TOLLES ADIPEM DE ARIETE
ET CAUDAM
ET ARBINAM QUAE OPERIT UITALIA
AC RETICULUM IECORIS
ET DUOS RENES ATQ. ADIPEM
QUI SUPER EOS EST
ARMUMQ. DEXTRUM
EO QUOD SIT ARIES CON
SECRATIONUM
TORTAM PANIS UNIUS
CRUSTULUM CONSPERSUM OLEO
LAGANUM DE CANISTRO
AZYMORUM
QUOD POSITUM EST IN CON
SPECTU DNI
PONESQ. OMNIA SUPER MANUS
AARON ET FILIORUM EIUS
ET SCIFICABIS EOS ELEUANS
CORAM DNO
SUSCIPIESQ. UNIUERSA
DE MANIB. EORUM

ET INCENDES SUPER ALTARE
IN HOLOCAUSTUM
ODOREM SUAUISSIMUM
IN CONSPECTU DNI QUIA
OBLATIO EIUS EST
SUMES QUOQ. PECTUSCULUM
DE ARIETE QUO INITIATUS
EST AARON
SCIFICABISQ. ILLUD DELATUM
CORAM DNO
ET CEDET IN PARTEM TUAM
SCIFICABIS ET PECTUSCULUM
CONSECRATUM
ET ARMUM QUEM DE ARIETE
SEPARASTI
QUO INITIATUS EST AARON
ET FILIIS EIUS
CEDENTQ. PARTE AARON
ET FILIORUM EIUS
IURE PERPETUO A FILIIS ISRAHEL
QUIA PRIMITIUA SUNT ET INITIA
DE UICTIMIS EORUM PACIFICIS
QUAE OFFERUNT DNO
UESTEM AUTEM SCAM QUA
UTITUR AARON HABEBUNT
FILII EIUS POST EUM
UT UNGUANTUR IN EA ET CON
SECRENTUR MANUS EORUM
SEPTEM DIEB. UTETUR ILLA QUI
PONTIFEX PRO EO FUERIT
CONSTITUTUS DE FILIIS EIUS
ET QUI INGREDIETUR TABERNA
CULUM TESTIMONII UT MINI
STRET IN SCUARIO
ARIETEM AUTEM CONSECRATIO
NUM TOLLES
ET COQUES CARNES EIUS
IN LOCO SCO
QUIB. UESCETUR AARON
ET FILII EIUS
PANES QUOQ. QUI SUNT
IN CANISTRO
IN UESTIBULO TABERNACULI
TESTIMONII COMEDENT

UT SIT PLACABILE SACRIFICIUM
ET SCIFICENTUR OFFEREN
TIUM MANUS
ALIENIGENA NON UESCETUR
EX EIS QUIA SCA SUNT
QUOD SI REMANSERIT DE CARN.
NIB. CONSECRATIS
SIUE DE PANIB. USQ. MANE
CONBURES RELIQUIAS IGNI
NON COMEDENTUR QUIA
SCIFICATA SUNT
OMNIA QUAE PRAECEPI TIBI FACIES
SUPER AARON ET FILIOS EIUS
SEPTEM DIEB. CONSECRABIS
MANUS EORUM
ET UITULUM PRO PECCATO
OFFERES PER SINGULOS
DIES AD EXPIANDUM
MUNDABISQ. ALTARE CUM IMMO
LARIS EXPIATIONIS HOSTIAM
ET UNGUES ILLUD IN SCIFICATIONEM
SEPTEM DIEB. EXPIABIS ALTARE
ET SCIFICABIS ILLUD
ET ERIT SCM SCORUM
OMNIS QUI TETIGERIT ILLUD
SCIFICABITUR
HOC EST QUOD FACIES IN ALTARI
AGNOS ANNICULOS DUOS PER
SINGULOS DIES IUGITER
UNUM AGNUM MANE ET ALTE
RUM UESPERE
DECIMAM PARTEM SIMILAE
CONSPERSAM OLEO TUNSO
QUOD HABET MENSURAM
QUARTAM PARTEM HIN
ET UINUM AD LIBANDUM EIUSDEM
MENSURAE IN AGNO UNO
ALTERUM UERO AGNUM
OFFERES UESPERE
IUXTA RITUM MATUTINAE
OBLATIONIS
ET IUXTA EA QUAE DIXIMUS
IN ODOREM SUAUITATIS
SACRIFICIUM EST DNO

OBLATIONE PERPETUA IN GENE
RATIONES UESTRAS
AD OSTIUM TABERNACULI TESTI
MONII CORAM DNO
UBI CONSTITUAM UT LOQUAR AD TE
IBIQ. PRAECIPIAM FILIIS ISRAHEL
ET SCIFICABITUR ALTARE
IN GLORIA MEA
SCIFICABO ET TABERNACULUM
TESTIMONII CUM ALTARI
ET AARON CUM FILIIS EIUS UT SACER
DOTIO FUNGANTUR MIHI
ET HABITABO IN MEDIO FILIO
RUM ISRAHEL
EROQ. EIS DS ET SCIENT QUIA
EGO DNS DS EORUM
QUI EDUXI EOS DE TERRA AEGYPTI
UT MANEREM INTER ILLOS
EGO DNS DS EORUM
XXX FACIES QUOQ. ALTARE IN ADOLEN
DUM THYMIAMA DE LIGNIS
SETTHIM
HABENS CUBITUM LONGITUDINIS
ET ALTERUM LATITUDINIS
ID EST QUADRANGULUM
ET DUOS CUBITOS IN ALTITUDINE
CORNUA EX IPSO PROCEDENT
UESTIESQ. ILLUD AURO
PURISSIMO
TAM CRATICULAM EIUS QUAM
PARIETES PER CIRCUITUM
ET CORNUA
FACIESQ. EI CORONAM AUREOLAM
PER GYRUM
ET DUOS ANULOS AUREOS SUB CORO
NAM PER SINGULA LATERA
UT MITTANTUR IN EOS UECTES
ET ALTARE PORTETUR
IPSOS QUOQ. UECTES FACIES
DE LIGNIS SETTHIM ET IN
AURABIS
PONESQ. ALTARE CONTRA UELUM
QUOD ANTE ARCAM PENDET
TESTIMONII

CORAM PROPITIATORIO QUO TEGI
TUR TESTIMONIUM
UBI LOQUAR TIBI
ET ADOLEBIT INCENSUM SUPER
EO AARON SUAUE FLAGRANS
MANE
QUANDO CONPONET LUCERNAS
INCENDET ILLUD
ET QUANDO CONLOCAT EAS
AD UESPERUM
UR ET THYMIAMA SEMPITERNUM
CORAM DNO IN GENERATI
ONES UESTRAS
NON OFFERATIS SUPER EO THYMIAMA
CONPOSITIONIS ALTERIUS
NEC OBLATIONEM ET UICTIMAM
NEC LIUABITIS LIBA
ET DEPRAECABITUR AARON
SUPER CORNUA EIUS
SEMEL PER ANNUM
IN SANGUINE QUOD OBLATUM
EST PRO PECCATO
ET PLACABIT SUPER EO IN GENE
RATIONIB. UESTRIS
SCM SCORUM ERIT DNO
XIIII LOCUTUSQUE EST DNS
AD MOSEN DICENS
QUANDO TULERIS SUMMAM
FILIORUM ISRAHEL
IUXTA NUMERUM DABUNT
SINGULI PRAETIUM PRO
ANIMAB. SUIS DNO
ET NON ERIT PLAGA IN EIS CUM
FUERINT RECENSETI
HOC AUTEM DABIT OMNIS QUI
TRANSIT AD NOMEN
DIMIDIUM SICLI IUXTA MEN
SURAM TEMPLI
SICLUS UIGINTI OBOLOS HABET
MEDIA PARS SICLI OFFERE
RETUR DNO
QUI HABETUR IN NUMERO A UIGINTI
ANNIS ET SUPRA DABIT
PRAETIUM

diues non addet
ad medium sicli
et pauper nihil minuet
susceptamq. pecuniam quae
conlata est a filiis israhel
trades in usum taber
naculi testimonii
ut sit monumentum eorum
coram dno
et propitietur animabus
illorum
Locutusq. est dns
ad mosen dicens
Facies et labium aeneum
cum basi sua ad lauandum
ponesq. illud in tabernaculum
testimonii ad altare
et missa aqua lauabunt
in ea aaron et filii eius
manus suas ac pedes
quando ingressuri sunt taber
naculum testimonii
et quando accessuri
ad altare
ut offerant in eo thymiama
dno ne forte moriantur
legitimum sempiternum
erit ipsi et semini eius
per successiones
Locutusq. est dns ad mosen
dicens
sume tibi aromata prima
et zmirnae electae quin
gentos siclos
et cinnamomi medium idest
ducentos quinquaginta
calami similiter ducentos
quinquaginta
casiae autem quingentos
siclos in pondere scuarii
olei de oliuetis mensu
ram hin
faciesq. unctionis
oleum scm

unguentum compositum
opere unguentarii
et ungues ex eo tabernaculum
testimonii et arcam
testamenti
mensamq. cum uasis suis
candelabrum cum
utensilia eius
altare thymiamatis
et holocausti
et uniuersam supellec
tilem quae ad cultum
eorum pertinet
scificabisq. omnia et erunt
sca scorum
qui tetigerit ea scificabitur
aaron et filios eius unges
scificabisq. eos ut sacerdo
tio fungantur mihi
filiis quoq. israhel dices
hoc oleum unctionis scm
erit mihi in generatio
nes uestras
caro hominis non ungue
tur ex eo
et iuxta compositionem eius
non facietis aliud
quia scificatum est
et scm erit uobis
homo quicumq. tale con
posuerit et dederit ex eo
alieno exterminabitur
de populo suo
Dixitq. dns ad mosen
sume tibi aromata
stacten et onycha
chalbanen boni odoris
et thus lucidissimum
aequalis ponderis
erunt omnia
faciesq. thymiama conposi
tum opere unguentarii
mixtum diligenter et purum
et sctificatione dignissimum

cumq· in tenuissimum
pulverem universum
contuderis
pones ex eo coram testi
monio tabernaculi
in quo loco apparebo tibi
scm scorum erit uobis
thymiama
talem conpositionem non
facietis in usus uestros
quia scm est dno
homo quicumq· fecerit
simile ut odore illius
perfruatur peribit
de populis suis
XXXXI Locutusq· est dns
ad mosen dicens
ecce uocaui ex nomine Bese
lehel filium uri filii hur
de tribu iuda
et implevi eum spu di
sapientia intellegentia
et scientia in omni opere
ad excogitandum fabre
quicquid fieri potest
ex auro et argento et aere
marmore et gemmis et di
uersitate lignorum
dediq· ei socium hooliab
filium achisamech
de tribu dan
et in corde omnis eruditi
posui sapientiam
ut faciant cuncta
quae praecepi tibi
tabernaculum foederis
et arcam testimonii
et propitiatorium quod
super eam est
et cuncta uasa tabernaculi
mensamq· et uasa eius
candelabrum purissimum
cum uasis suis
et altaria thymiamatis

et holocausti
et omnia uasa eorum
labium cum uase suo
uestes scas in ministerio
aaron sacerdoti et filiis eius
ut fungantur officio
suo in sacris
oleum unctionis et thymiama
aromatum in scuario
omnia quae praecepi
tibi facient
Et locutus est dns
ad mosen dicens
loquere filiis israhel
et dices ad eos
uidete ut sabbatum meum
custodiatis
quia signum est inter me
et uos in generationib·
uestris
ut sciatis quia ego sum dns
qui sanctifico uos
custodite sabbatum meum
scm est enim uobis
qui polluerit illud
morte morietur
qui fecerit in eo opus
peribit anima eius
de medio populi sui
sex dieb· facietis opus
in die septimo sabbatum
est requies sca dno
omnis qui fecerit opus
in hac die morietur
custodiant filii israhel
sabbatum
et celebrent illud in gene
rationib· suis
pactum est sempiternum
inter me et filios israhel
signumq· perpetuum
sex enim dieb· fecit dns
caelum et terram
et in septimo ab opere suo

cessauit
xv Dedit quoq· mosi conpletis
huius cemodi sermonibus
in monte sinai
duas tabulas testimonii lapi
deas scribtas digito di
xxxii Uidens autem populus quod
moram faceret descen
dendi de monte moses
congregatus aduersus
aaron ait
surge fac nobis deos qui
nos praecedant
mosi enim huic uiro qui nos
eduxit de terra aegypti
ignoramus quid acciderit
dixitq· ad eos aaron
tollite inaures aureas de
uxorum filiorumq· et
filiarum uestrarum aurib·
et adferte ad me
fecit populus quae iusserat
deferens inaures ad aaron
quas cum ille accepisset
formauit opere fusorio
et fecit ex eis uitulum
conflatilem
dixeruntq· hii sunt dii tui
israhel qui te eduxerunt
de terra aegypti
quod cum uidisset aaron aedi
ficauit altare coram eo
et praeconis uoce
clamauit dicens
cras sollemnitas dni est
surgentesq· mane obtule
runt holocausta et hos
tias pacificas
et sedit populus manducare
ac bibere et surrex
erunt ludere
Locutus est autem
dns ad mosen
uade descende peccauit
populus tuus quem
eduxisti de terra aegypti
recesserunt cito de uia
quam ostendisti eis
feceruntq· sibi uitulum con
flatilem et adorauerunt
atq· immolantes ei
hostias dixerunt
isti sunt dii tui israhel qui te
eduxerunt de terra aegypti
rursumq· ait dns ad mosen
cerno quod populus iste
durae ceruicis sit
dimitte me ut irascatur
furor meus contra eos
et deleam eos
faciamq· te in gentem magnam
moses autem orabat dnm
dm suum dicens
cur dne irascitur furor tuus
contra populum tuum
quem eduxisti de terra
aegypti
in fortitudine magna
et in manu robusta
ne quaeso dicant aegyptii
callide eduxit eos ut inter
ficeret in montib· et dele
ret e terra
quiescat ira tua et esto
placabilis super malitia
populi tui
recordare abraham et isaac
et israhel seruorum tuorum
quib· iurasti per temet
ipsum dicens
multiplicabo semen uestrum
sicut stillas caeli
et uniuersam terram hanc
de qua locutus es dabo
semini uestro
et possidebitis eam semper
placatusq· est dns ne face
ret malum

quod locutus fuerat ad
versus populum suum
et reversus est Moses
de monte
portans duas tabulas
testimonii in manu
scribtas ex utraq· parte
et factas opere dī
scriptura quoq· dī erat
sculpta in tabulis
audiens autem Iosue tumul
tum populi vociferantis
dixit ad Mosen
ululatus pugnae auditur
in castris
qui respondit
non est clamor adhortan
tium ad pugnam
neq· vociferatio conpel
lentium ad fugam
sed vocem cantantium
ego audio
cumq· adpropinquasset
ad castra
vidit vitulum et choros
iratusq· valde proiecit
de manu tabulas
et confregit eas ad radi
ces montis
arripiensq· vitulum
quem fecerant
conbusit et contribit
usq· ad pulverem
quem sparsit in aquā et dedit
ex eo potum filiis Israhel
dixitq· ad Aaron
quid tibi fecit hic populus
ut induceres super eum
peccatum maximum
cui ille respondit ne indig
netur dn̄s meus
tu enim nosti populum istum
quod pronus sit ad malum
dixerunt mihi fac nobis deos
qui praecedant nos
huic enim Mosi qui nos eduxit
de terra Aegypti nescimus
quid acciderit
quib· ego dixi quis vestrum
habet aurum
tulerunt et dederunt mihi
et proieci illud in ignem
egressusq· est hic vitulus
videns ergo Moses populum
quod esset nudatus
expoliaverat enim eum Aaron
propter ignominiam sordis
et inter hostes nudum
constituerat
et stans in porta castro
rum ait
si quis est dn̄i iungatur mihi
congregatiq· sunt ad eum
omnes filii Levi
quib· ait haec dicit dn̄s
ds̄ Israhel
ponat vir gladium super
femur suum
ite et redite de porta usq· ad
portam per medium
castrorum
occidat unusquisq· fratrem
et amicum et proximum suū
fecerunt filii Levi iuxta
sermonem Mosi
cecideruntq· in die illo
quasi viginti tria
milia hominum
et ait Moses
consecrastis manus vestras
hodie dn̄o unusquisq· in filio
et fratre suo ut detur
vobis benedictio
facto autem mane
die altero
locutus est Moses
ad populum
peccasti peccatum maximum

ASCENDAM AD DNM
SIQUOMODO EUM QUIUERO
DEPRAECARI PROSCELERE
UESTRO
REUERSUSQ. AD DNM AIT
OBSECRO PECCAUIT POPULUS
ISTE PECCATUM MAGNUM
FECERUNTQ. SIBI DEOS AUREOS
AUT DIMITTE EI HANC NOXAM
AUT SINON FACIS DELE ME DE LIBRO
TUO QUEM SCRIBSISTI
CUI RESPONDIT DNS
QUI PECCAUERIT MIHI DELEBO
EUM DE LIBRO MEO
TU AUTEM UADE ET DUC POPULUM
ISTUM QUO LOCUTUS SUM TIBI
ANGELUS MEUS PRAECEDET TE
EGO AUTEM IN DIE ULTIONIS UISI
TABO ET HOC PECCATUM
EORUM
PERCUSSIT ERGO DNS POPULUM
PRO HOC REATU UITULI QUEM
FECIT AARON
xvii LOCUTUSQ. EST DNS AD MOSEN
UADE ASCENDE DE LOCO ISTO
TU ET POPULUS TUUS QUEM EDUX
ISTI DE TERRA AEGYPTI
AD TERRAM QUAM IURAUI
ABRAHAM ISAAC ET IACOB
DICENS
SEMINI TUO DABO EAM
ET MITTAM PRAECURSOREM
TUI ANGELUM
UT EICIAM CHANANAEUM
ET AMORRAEUM CHET
THAEUM ET PHEREZAEUM
ET AEUAEUM ET IEBUSAEUM
ET INTRES IN TERRAM FLUEN
TEM LACTE ET MELLE
NON ENIM ASCENDAM TECUM
QUIA POPULUS DURAE
CERUICIS EST
NE FORTE DISPERDAM TE
INUIA

AUDIENS AUTEM POPULUS
SERMONEM HUNC PES
SIMUM LUXIT
ET NULLUS EX MORE INDUTUS
EST CULTU SUO
DIXITQ. DNS AD MOSEN
LOQUERE FILIIS ISRAHEL POPULUS
DURAE CERUICIS ES
SEMEL ASCENDAM IN MEDIO
TUI ET DELEBO TE
IAM NUNC DEPONE ORNAMEN
TUM TUUM UT SCIAM
QUID FACIAM TIBI
DEPOSUERUNT ERGO FILII
ISRAHEL ORNAMENTUM
SUUM A MONTE CHOREB
xvi MOSES QUOQ. TOLLENS TABER
NACULUM TETENDIT EXTRA
CASTRA PROCUL
UOCAUITQ. NOMEN EIUS TABER
NACULUM FOEDERIS
ET OMNIS POPULUS QUI HABEBAT
ALIQUAM QUAESTIONEM EGRE
DIEBATUR AD TABERNACULUM
FOEDERIS EXTRA CASTRA
CUMQ. EGREDERETUR MOSES
AD TABERNACULUM
SURGEBAT UNIUERSA PLEBS
ET STABAT UNUSQUISQ. AD OS
TIUM PAPILIONIS SUI
ASPICIEBANTQ. TERGUM MOSI
DONEC INGREDERETUR
TENTORIUM
INGRESSO AUTEM ILLO TABER
NACULUM FOEDERIS
DESCENDEBAT COLUMNA NUBIS
ET STABAT AD OSTIUM
LOQUEBATURQ. CUM MOSI
CERNENTIB. UNIUERSIS QUOD
COLUMNA NUBIS STARET
AD OSTIUM TABERNACULI
STABANTQ. IPSI ET ADORABANT
PER FORES TABERNACULO
RUM SUORUM

LOQUEBATUR AUTEM DNS AD
MOSEN FACIE AD FACIEM SICUT
LOQUI SOLET HOMO AD AMICUM
SUUM· CUMQ· ILLE REUERTE
RETUR IN CASTRA
MINISTER EIUS IOSUE FILIUS NUN
ADHUC PUER NON RECEDEBAT
DE TABERNACULO
DIXIT AUTEM MOSES AD DNM
PRAECIPIS UT EDUCAM POPULUM
ISTUM ET NON INDICAS MIHI
QUEM MISSURUS SIS MECUM
PRAESERTIM CUM DIXERIS
NOUI TE EX NOMINE ET IN
UENISTI GRATIAM CORAM ME
SI ERGO INUENI GRATIAM IN CON
SPECTU TUO OSTENDE MIHI
GLORIAM TUAM UT SCIAM TE
ET INUENIAM GRATIAM
ANTE OCULOS TUOS
RESPICE POPULUM TUUM
GENTEM HANC
DIXIT AUTEM DNS FACIES
MEA PRAECEDET TE
ET REQUIEM DABO TIBI
ET MOSES· SI NON TU IPSE
PRAECEDIS NE EDUCAS
NOS DE LOCO ISTO
IN QUO ENIM SCIRE POTERIMUS
EGO ET POPULUS TUUS INUE
NISSE NOS GRATIAM IN CON
SPECTU TUO
NISI AMBULAUERIS NOBISCUM
UT GLORIFICEMUR AB OMNIB·
POPULIS QUI HABITANT
SUPER TERRAM
DIXIT AUTEM DNS AD MOSEN
ET UERBUM ISTUD QUOD
LOCUTUS ES FACIAM
INUENISTI ENIM GRATIAM
CORAM ME
ET TE IPSUM NOUI EX NOMINE
QUI AIT OSTENDE MIHI
GLORIAM TUAM

RESPONDIT EGO OSTENDAM
OMNE BONUM TIBI
ET UOCABO IN NOMINE DI
CORAM TE
ET MISEREBOR CUI UOLUERO
ET CLEMENS ERO IN QUEM
MIHI PLACUERIT
RURSUMQ· AIT NON POTERIS
UIDERE FACIEM MEAM
NON ENIM UIDEBIT ME
HOMO ET UIUET
ET ITERUM ECCE INQUIT EST
LOCUS APUT ME
STABIS SUPER PETRAM
CUMQ· TRANSIBIT GLORIA MEA
PONAM TE IN FORAMINE PETRE
ET PROTEGAM TE DEXTERA
MEA DONEC TRANSEAM·
TOLLAMQ· MANUM MEAM ET
UIDEBIS POSTERIORA MEA
FACIEM AUTEM MEAM
UIDERE NON POTERIS·
XXXXIIII AC DEINCEPS PRAECIDE AIT TIBI
DUAS TABULAS LAPIDEAS
INSTAR PRIORUM
ET SCRIBAM SUPER EAS UERBA
QUAE HABUERUNT TABULAE
QUAS FREGISTI
ESTO PARATUS MANE UT ASCENDAS
STATIM IN MONTEM SINAI
STABISQ· MECUM SUPER
UERTICEM MONTIS
NULLUS ASCENDAT TECUM
NEC UIDEATUR QUISPIAM
PER TOTUM MONTEM
BOUES QUOQ· ET OUES NON
PASCANTUR E CONTRA
EXCIDIT ERGO DUAS TABULAS
LAPIDEAS QUALES ANTE
FUERANT
ET DE NOCTE CONSURGENS ASCEN
DIT MONTEM SINAI SICUT
PRAECEPERAT DNS
PORTANS SECUM TABULAS

cumq. descendisset dns per
nubem stetit moses cum
eo invocans nomen dni
quo transeunte coram eo ait
dominator dne ds misericors
et clemens patiens et mul
tae miserationis et verus
qui custodis misericor
diam in milia
qui auferes iniquitatem
et scelera atq. peccata
nullusq. aput te per se
innocens est
qui reddes iniquitatem patrum
filiis ac nepotibus
in tertiam et quartam
progeniem
festinusq. moses curbatus
est pronus in terra et ad
orans ait
si inveni gratiam in con
spectu tuo dne
obsecro ut egrediaris
nobiscum
populus enim durae
cervicis est
et auferas iniquitates nostras
atq. peccata nosque
possideas
Respondit dns ego inibo
pactum
videntib. cunctis
signa faciam
quae numquam sunt visa
super terram nec ullis
gentibus
ut cernat populus iste in
cuius es medio opus dni
terribile quod factu
rus sum
observa cuncta quae
hodie mando tibi
ego ipse eiciam ante
faciem tuam

amorraeum et chananaeum
et cet thaeum pherezaeum
quoq. et euaeum et iebusaeū
cave ne umquam cum habita
toribus terrae illius iungas
amicitias quae tibi sint
in ruinam
sed aras eorum destrue
confringe statuas
lucosq. succide
noli adorare deum alienum
dns zelotes nomen eius
ds est aemulator
ne ineas pactum cum hominib.
regionum illarum
ne cum fornicati fuerint
cum diis suis et adorave
rint simulacra eorum
vocet te quispiam ut come
das de immolatis
nec uxorem de filiab. eorum
accipies filiis tuis
ne postquam fornicatae
ipsae fuerint
fornicare faciant et filios
tuos in deos suos
deos conflatiles non
facies tibi
sollemnitatem azymo
rum custodies
septem dieb. vesceris azymis
sicut praecepi tibi in tem
pore mensis novorum
mense enim verni temporis
egressus es de aegypto
Omne quod aperit vulvam gene
ris masculini meum erit
de cunctis animantib. tam de
bubus quam de ovibus
meum erit
primogenitum asini
redimes ove
sin autem nec praetium pro
eo dederis occidetur

PRIMOGENITUM FILIORUM
TUORUM REDIMES
NEC APPAREBIS INCONSPECTU
MEO UACUUS
SEX DIEB· OPERAUERIS
DIE SEPTIMO CESSABIS
ARARE ETMETERE
SOLLEMNITATEM EBDOMA
DARUM FACIES TIBI
IN PRIMITIIS FRUGUM MESSIS
TUAE TRITTICEAE
ETSOLLEMNITATEM QUANDO
REDEUNTE ANNI TEMPORE
CUNCTA CONDUNTUR
TRIB· TEMPORIB· ANNI APPARE
BIT OMNE MASCULINUM TUUM
INCONSPECTU OMNIPOTENTIS
DNI DI ISRAHEL
CUM ENIM TULERO GENTES
AFACIE TUA ETDILATAUERO
TERMINOS TUOS
NULLUS INSIDIABITUR
TERRAE TUAE
ASCENDENTE TE ETAPPARENTE
INCONSPECTU DNI DI TUI
TER INANNO NONIMMOLABIS
SUPER FERMENTO SANGUI
NEM HOSTIAE MEAE
NEQ· RESIDEBIT MANE DEUICTI
MA SOLLEMNITATIS PHASE
PRIMITIAS FRUGUM TERRAE
TUAE OFFERES INDOMUM
DNI DI TUI
NONCOQUES HEDUM INLACTE
MATRIS SUAE
XVII DIXITQ· DNS ADMOSEN
SCRIBE TIBI UERBA HAEC QUIB·
ETTECUM ETCUMISRAHEL
PEPIGI FOEDUS
FECIT ERGO IBI CUM DNO QUADRA
GINTA DIES ETQUADRAGINTA
NOCTES
PANEM NONCOMEDIT
ETAQUAM NONBIBIT

ETSCRIBSIT INTABULIS UERBA
FOEDERIS DECEM
CUMQ· DESCENDERET MOSES
DEMONTE SINAI
TENEBAT DUAS TABULAS
TESTIMONII
ETIGNORABAT QUOD CORNUTA
ESSET FACIESSUA EXCONSOR
TIO SERMONIS DI
UIDENTES AUTEM AARON ETFILII
ISRAHEL CORNUTAM MOSI
FACIEM TIMUERUNT
PROPE ACCIDERE
UOCATIQ· ABEO REUERSI SUNT
TAM AARON QUAM PRINCIPES
SYNAGOGAE
ETPOSTQUAM LOCUTUS EST
UENERUNT ADEUM ETIAM
OMNES FILII ISRAHEL
QUIB· PRAECEPIT CUNCTA
QUAE AUDIERAT ADNO
INMONTE SINAI
IMPLETISQ· SERMONIBUS
POSUIT UELAMEN SUPER
FACIEM SUAM
QUOD INGRESSUS ADDNM
ETLOQUENS CUMEO AUFE
REBAT DONEC EXIRET
ETTUNC LOQUEBATUR
ADFILIOS ISRAHEL
OMNIA QUAE SIBI FUERANT
IMPERATA
QUI UIDEBANT FACIEM EGREDIEN
TIS MOSI ESSE CORNUTAM
SED OPERIEBAT RURSUS ILLE
FACIEM SUAM SIQUANDO
LOQ·BATUR ADEOS
XXXV IGITUR CONGREGATA OMNI
TURBA FILIORUM ISRAHEL
DIXIT ADEOS
HAEC SUNT QUAE IUSSIT DNS
SEX DIEB· FACIETIS OPUS
SEPTIMUS DIES ERIT UOBIS SCS
SABBATUM ETREQUIES DNI

QUI FECERIT OPUS IN EO
OCCIDETUR
NON SUCCENDITIS IGNEM IN
OMNIB· HABITACULIS UES
TRIS PER DIEM SABBATI
ET AIT MOSES AD OMNEM CATER
UAM FILIORUM ISRAHEL
ISTE EST SERMO QUEM PRAE
CEPIT DN̄S DICENS
SEPARATE APUT UOS
PRIMITIAS DN̄O
OMNIS UOLUNTARIUS ET PRONI
ANIMI OFFERET EAS DN̄O
AURUM ET ARGENTUM ET AES
HYACINTHUM PURPURAM COCCU̅
Q· BIS TINCTUM ET BYSSUM
PILOS CAPRARUM ET PELLES
ARIETUM RUBRICATAS
ET HYACINTHINAS
LIGNA SETTHIM ET OLEUM AD
LUMINARIA CONCINNANDA
ET UT CONFICIATUR UNGUENTUM
ET THYMIAMA SUAUISSIMUM
LAPIDES ONYCHINOS ET GEMMAS
ADORNANDUM SUPERUME
RALES ET RATIONALES
QUISQUIS UESTRUM EST SAPI
ENS UENIAT ET FACIAT QUOD
DN̄S IMPERAUIT
TABERNACULUM SCILICET
ET TECTUM EIUS
ATQ· OPERIMENTUM
ANULOS ET TABULATA
CUM UECTIBUS
PAXILLOS ET UASES ARCAM
ET UECTES
PROPITIATORIUM ET UELUM
QUOD ANTE ILLUD OPPANDITUR
MENSAM CUM UECTIB· ET UASIS
ET PROPOSITIONIS PANIB·
CANDELABRUM AD LUMINARIA
SUSTENTANDA
UASA ILLIUS ET LUCERNAS ET OLEU̅
AD NUTRIMENTA IGNIUM
ALTARE THYMIAMATIS ET UECTES
OLEUM UNCTIONIS ET THYMI
AMA EX AROMATIBUS
TENTORIUM AD OSTIUM
TABERNACULI
ALTARE HOLOCAUSTI ET CRATI
CULAM EIUS AENEAM CUM
UECTIB· ET UASIS SUIS
LABRUM ET UASIM EIUS
CORTINAS ATRII CUM COLUM
NIS ET UASIBUS
TENTORIUM IN FORIB· UESTIBULI
PAXILLOS TABERNACULI ET
ATRII CUM FUNICULIS SUIS
UESTIMENTA QUORUM USUS EST
IN MINISTERIO SCUARII
UESTES AARON PONTIFICIS
AC FILIORUM EIUS UT SACER
DOTIO FUNGANTUR MIHI
EGRESSAQ· OMNIS MULTITUDO
FILIORUM ISRAHEL DE CON
SPECTU MOSI
OBTULIT MENTE PROMTISSIMA
ATQ· DEUOTA PRIMITIAS DN̄O
AD FACIENDUM OPUS TABER
NACULI TESTIMONII
QUICQUID IN CULTUM ET AD UES
TES SCĀS NECESSARIUM ERAT
UIRI CUM MULIERIBUS
PRAEBUERUNT
ARMILLAS ET INAURES ANULOS
ET DEXTRALIA
OMNE UAS AUREUM IN DONARIA
DN̄I SEPARATUM EST
SIQUIS HABUIT HYACINTHUM
PURPURAM COCCUMQ·
BIS TINCTUM
BYSSUM ET PILOS CAPRARUM
PELLES ARIETUM RUBRICATAS
ET HYACINTHINAS
ARGENTI ET AERIS METALLA
OBTULERUNT DN̄O
LIGNAQ· SETTHIM IN UARIOS USUS
SED ET MULIERES DOCTAE

DEDERUNT QUAE NOUERANT
HYACINTHUM PURPURAM
ET UERMICULUM AC BYSSUM
ET PILOS CAPRARUM SPONTE
PROPRIA CUNCTA TRIBUENTES
PRINCIPES UERO OBTULERUNT
LAPIDES ONYCHINOS
ET GEMMAS
AD SUPERUMERALE ET RATIONALE
AROMATAQ· ET OLEUM AD LUMI
NARIA CONCINNANDA
ET AD PRAEPARANDUM
UNGUENTUM
AC THYMIAMA ODORIS SUAUIS
SIMI CONPONENDUM
OMNES UIRI ET MULIERES
OBTULERUNT DONARIA
MENTE DEUOTA
UT FIERENT OPERA QUAE PRAE
CEPERAT DNS PER MANUM MOSI
CUNCTIS FILIIS ISRAHEL UOLUNTA
RIA DNO DEDICAUERUNT
DIXITQ· MOSES AD FILIOS ISRAHEL
ECCE UOCAUIT DNS EX NOMINE
BESELEHEL FILIUM URI FILII
HUR DE TRIBU IUDA
IMPLEUITQ· EUM SPU DI
SAPIENTIAE ET INTELLEGEN
TIAE ET SCIENTIAE
OMNI DOCTRINA AD EXCOGITAN
DUM ET FACIENDUM OPUS
IN AURO ET ARGENTO ET AERE
SCULPENDISQ· LAPIDIBUS ET
OPERE CARPENTARIO
QUICQUID FABRAE ADINUENIRI
POTEST DEDIT IN CORDE EIUS
HOLIAB QUOQ· FILIUM ACHISA
MECH DE TRIBU DAN
AMBOS ERUDIUIT SAPIENTIA
UT FACIANT OPERA ABIECTARII
POLYMITARII AC PLUMARII
DE HYACINTHO ET PURPURA COCCO
QUE BIS TINCTO ET BYSSO
ET TEXANT OMNIA AC NOUA

QUAEQ· REPPERIANT
XXXVI FECIT ERGO BESELEHEL ET HO
LIAB ET OMNIS UIR SAPIENS
QUIB· DEDIT DS SAPIENTIAM
ET INTELLEGENTIAM
UT SCIANT FABRAE OPERARI
QUAE IN USUS SCUARII
NECESSARIA SUNT
ET QUAE PRAECEPIT DNS
CUMQ· UOCASSET EOS MOSES
ET OMNEM UIRUM ERUDITUM
CUI DEDERAT DS SAPIENTIAM
ET QUI SPONTE SUA OBTULERUNT
SE AD FACIENDUM OPUS
TRADIDIT EIS UNIUERSA DONA
RIA FILIORUM ISRAHEL
QUI CUM INSTARENT OPERI
COTIDIE MANE UOTA POPU
LUS OFFEREBAT
UNDE ARTIFICES UENIRE CON
PULSI DIXERUNT MOSI
PLUS OFFERET POPULUS
QUAM NECESSARIUM EST
IUSSIT ERGO MOSES PRAE
CONIS UOCE CANTARI
NEC UIR NEC MULIER QUICQUAM
ULTRA OFFERAT IN OPERE
SCUARII
SICQ· CESSATUM EST A MUNI
ERIB· OFFERENDIS
EO QUOD OBLATA SUFFICERENT
ET SUPERABUNDARENT
FECERUNTQ· OMNES CORDE
SAPIENTES
AD EXPLENDUM OPUS TABER
NACULI CORTINAS DECEM
DE BYSSO RETORTA ET HYACINTHO
PURPURA COCCOQUE
BIS TINCTO
OPERE UARIO ET ARTE POLYMITA
QUARUM UNA HABEBAT IN LONGI
TUDINE UIGINTI OCTO CUBITOS
ET IN LATITUDINE QUATTUOR
UNA MENSURA ERAT OMNIUM

CORTINARUM
CONIUNXITQ. CORTINAS QUINQ.
ALTERAM ALTERI
ET ALIAS QUINQ. SIBI INUICEM
COPULAUIT
FECIT ET ANSAS HYACINTHINAS
IN ORA CORTINAE UNIUS
EX UTROQ. LATERE
ET IN ORA CORTINAE ALTERIUS
SIMILITER
UT CONTRA SE INUICEM
UENIRENT ANSAE
ET MUTUO IUNGERENTUR
UNDE ET QUINQUAGINTA FUDIT
CIRCULOS AUREOS
QUI MORDERENT CORTINARUM
ANSAS ET FIERET UNUM
TABERNACULUM
FECIT ET SAGA UNDECIM DE PILIS
CAPRARUM AD OPERIENDUM
TECTUM TABERNACULI
UNUM SAGUM HABEBAT IN LONGI
TUDINE CUBITOS TRIGINTA
ET IN LATITUDINE CUBITOS
QUATTUOR
UNIUS MENSURAE ERANT
OMNIA SAGA
QUORUM QUINQ. IUNXIT SEORSUM
ET SEX ALIAS SEPARATIM
FECITQ. ANSAS QUINQUAGINTA
IN ORA SAGI UNIUS
ET QUINQUAGINTA IN ORA SAGI
ALTERIUS UT SIBI INUICEM
NECTERENTUR
ET FIBULAS AENEAS QUINQUA
GINTA QUIB. NECTERE
TUR TECTUM
ET UNUM PALLIUM EX OMNIB.
SAGIS FIERET
FECIT ET OPERTORIUM TABER
NACULI DE PELLIB. ARIETUM
RUBRICATIS
ALIUDQ. DESUPER UELAMENTUM
DE PELLIB. HYACINTHINIS

FECIT ET TABULAS TABERNACULI
DE LIGNIS SETTHIM STANTES
DECEM CUBITORUM ERAT LONGI
TUDO TABULAE UNIUS
ET UNUM AC SEMIS CUBITUM
LATITUDO RETINEBAT
BINAE INCASTRATURAE ERANT
PER SINGULAS TABULAS UT ALTE
RA ALTERI IUNGERETUR
SIC FECIT IN OMNIB. TABULIS
TABERNACULI
E QUIB. UIGINTI AD PLAGAM MERI
DIANAM ERANT CONTRA AUSTRŪ
CUM QUADRAGINTA UASIBUS
ARGENTEIS
DUAE UASES SUB UNA TABULA
PONEBANTUR
EX UTRAQ. ANGULORUM PARTE
UBI INCASTRATURAE LATERUM
IN ANGULIS TERMINANTUR
AD PLAGAM QUOQ. TABERNACULI
QUI RESPICIT AD AQUILONEM
FECIT UIGINTI TABULAS CUM
QUADRAGINTA ARGENTEIS
UASIBUS
DUAS BASES PER SINGULAS
TABULAS
CONTRA OCCIDENTEM UERO
ID EST AD EAM PARTEM TABER
NACULI QUAE MARE RESPICIT
FECIT SEX TABULAS ET DUAS ALIAS
PER SINGULOS ANGULOS
TABERNACULI RETRO
QUAE IUNCTAE ERANT DEORSUM
USQUE SURSUM
ET IN UNAM CONPAGEM PARI
TER FEREBANTUR
ITA FECIT EX UTRAQ. PARTE
PER ANGULOS
UT OCTO ESSENT SIMUL TABULAE
ET HABERENT UASES ARGEN
TEAS SEDECIM
BINAS SCILICET UASES SUB SINGU
LIS TABULIS

FECIT ET UECTES DE LIGNIS
SETTHIM QUINQUE
AD CONTINENDAS TABULAS UNIUS
LATERIS TABERNACULI
ET QUINQ. ALIOS AD ALTERIUS
LATERIS TABULAS COAPTANDAS
EXTRA HOS QUINQ. ALIOS
UECTES
AD OCCIDENTALEM PLAGAM
TABERNACULI CONTRA MARE
FECIT QUOQ. UECTEM ALIUM
QUI PER MEDIAS TABULAS
AB ANGULO USQ. AD ANGULUM
PERUENIRET
IPSA AUTEM TABULATA
DEAURAUIT
ET CIRCULOS EORUM FECIT
AUREOS PER QUOS UECTES
INDUCI POSSINT
QUOS ET IPSOS AUREIS
LAMMINIS OPERUIT
FECIT ET UELUM DE HYACINTHINO
PURPURA UERMICULO
AC BYSSO RETORTA
OPERE POLYMETARIO UARIUM
ATQ. DISTINCTUM
ET QUATTUOR COLUMNAS
DE LIGNIS SETTHIM QUAS
CUM CAPITIB. DEAURAUIT
FUSIS BASIB. EARUM ARGENTEIS
FECIT ET TENTORIUM IN IN
TROITUM TABERNACULI
EX HYACINTHO PURPURA UER
MICULO BYSSOQ. RETORTA
OPERE POLYMETARII
ET COLUMNAS QUINQ. CUM
CAPITIB. SUIS QUAS OPERUIT
AURO
BASESQ. EARUM FUDIT AENEAS
XXXVII FECIT AUTEM BESELEHEL ARCAM
DE LIGNIS SETTHIM
HABENTEM DUOS SEMIS
CUBITOS IN LONGITUDINE
ET CUBITUM SEMIS IN LATITUDINE
ALTITUDO QUOQ. UNO CUBITO
FUIT ET DIMIDIO
UESTIUITQ. EAM AURO PURIS
SIMO INTUS AC FORIS
ET FECIT ILLI CORONAM
AUREAM PER GYRUM
CONFLANS QUATTUOR ANULOS
AUREOS PER QUATTUOR
ANGULOS EIUS
DUOS ANULOS IN LATERE UNO
ET DUOS IN ALTERO
UECTES QUOQ. FECIT DE LIGNIS
SETTHIM QUOS UESTIUIT AURO
ET QUOS MISIT IN ANULOS QUI
ERANT EX LATERIB. ARCAE
AD PORTANDUM EAM
FECIT ET PROPITIATORIUM
ID EST ORACULUM DE AURO
PURISSIMO
DUORUM CUBITORUM ET DIMI
DIO IN LONGITUDINE
ET CUBITUM AC SEMISSEM
IN LATITUDINE
DUOS ETIAM CHERUBIM
EX AURO DUCTILI
QUOS POSUIT EX UTRAQ. PARTE
PROPITIATORII
CHERUBIM UNUM SUMMI
TATE HUIUS PARTIS
ET CHERUBIM ALIUM IN SUMMI
TATE PARTIS ALTERIUS
DUOS CHERUBIM IN SINGULIS
SUMMITATIB. PROPITIATORII
EXTENDENTES ALAS ET TEGEN
TES PROPITIATORIUM
SEQUE MUTUO ET ILLUD
RESPECTANTES
FECIT ET MENSAM DE LIGNIS
SETTHIM
IN LONGITUDINE DUORUM
CUBITORUM
ET IN LATITUDINE UNIUS CUBITI
QUAE HABEBAT IN ALTITUDINE
CUBITUM AC SEMISSEM

CIRCUM DEDITQ. EAM AURO
MUNDISSIMO
ET FECIT ILLI LABIUM AUREUM
INGYRUM
IPSIQ. LABIO CORONAM INTERRA
SILEM QUATTUOR DIGITORUM
ET SUPER EANDEM ALTERAM
CORONAM AUREAM
FUDIT ET QUATTUOR CIRCULOS
AUREOS QUOS POSUIT
IN QUATTUOR ANGULIS
PER SINGULOS PEDES MENSAE
CONTRA CORONAM
MISITQ. IN EIS UECTES UT POS
SIT MENSA PORTARI
IPSOS QUOQ. UECTES FECIT
DE LIGNIS SETTHIM
ET CIRCUMDEDIT EOS AURO
ET UASA AD DIUERSOS
USUS MENSAE
ACETABULA FIALAS CYATOS ET
TURIBULA EX AURO PURO
IN QUIB. OFFERENDA SUNT LIBAMINA
FECIT ET CANDELABRUM DUCTILE
DE AURO MUNDISSIMO
DE CUIUS UECTE CALAMI SCIPHI
SPERULAE AC LILIA PROCE
DEBANT
SEX IN UTROQ. LATERE
TRES CALAMI EX PARTE UNA
ET TRES EX ALIA
TRES SCIPHI IN NUCIS MODUM
PER CALAMOS SINGULOS
SPERULAEQ. SIMUL ET LILIA
ET TRES SCYPHI INSTAR NUCIS
IN CALAMO ALTERO
SPERULAEQ. SIMUL ET LILIA
AEQUUM ERAT OPUS SEX
CALAMORUM
QUI PROCEDEBANT DE STIPITE
CANDELABRI
IN IPSO AUTEM UECTE ERANT
QUATTUOR SCYPHI IN
NUCIS MODUM

SPERULAEQ. PER SINGULOS
SIMUL ET LILIA
SPERULAE SUB DUOB. CALAMIS
PER LOCA TRIA
QUI SIMUL SEX FIUNT CALAMI
PROCEDENTES DE UECTE UNO
ET SPERULAE IGITUR ET CALAMI
EX IPSO ERANT
UNIUERSA DUCTILIA EX AURO
PURISSIMO
FECIT ET LUCERNAS SEPTEM
CUM EMUNCTORIIS SUIS
ET UASA UBI QUAE EMUNCTA SUNT
EXTINGUUNTUR DE AURO
MUNDISSIMO
TALENTUM AURI ADPENDEBAT
CANDELABRUM CUM OMNIB.
UASIS SUIS
FECIT ET ALTARE THYMIAMATIS
DE LIGNIS SETTHIM
HABENS PER QUADRUM SINGULOS
CUBITOS ET IN ALTITUDINE DUOS
E CUIUS ANGULIS PROCEDE
BANT CORNUA
UESTIUITQ. ILLUD AURO
PURISSIMO
CUM CRATICULA AC PARIETIB.
ET CORNIBUS
FECITQ. EI CORONAM AURE
OLAM PER GYRUM
ET DUOS ANULOS AUREOS SUB
CORONA PER SINGULA LATERA
UT MITTANTUR IN EOS UECTES
UT POSSIT ALTARE PORTARI
IPSOS AUTEM UECTES FECIT
DE LIGNIS SETTHIM
ET OPERUIT LAMMINIS AUREIS
CONPOSUIT ET OLEUM AD SCIFI
CATIONIS UNGUENTUM
ET THYMIAMA DE AROMATIB.
MUNDISSIMIS OPERE
PIGMENTARII. XXXVIII.
FECIT ET ALTARE HOLOCAUSTI
DE LIGNIS SETTHIM

QUINQ· CUBITORUM INQUADRUM
ET TRIUM INALTITUDINE
CUIUS CORNUA DEANGULIS
PROCEDEBANT
OPERUITQ· ILLUD AERIS
LAMMINIS
ET INUSUS EIUS PARAUIT
EXAERAE UASA DIUERSA
LEUETAS FORCIPES FUSCINULAS
UNCINOS ET IGNIUM
RECEPTACULA
CRATICULAMQ· EIUS INMODUM
RETIS FECIT AENEAM
ET SUBTER EAM INALTARIS
MEDIO ARULAM
FUSIS QUATTUOR ANULIS PER
TOTIDEM RETICULI
SUMMITATES
ADINMITTENDOS UECTES
ADPORTANDUM
QUOS ET IPSOS FECIT DELIGNIS
SETTHIM ET OPERUIT
LAMMINIS AENEIS
INDUXITQ· INCIRCULOS QUIIN
ALTARIS LATERIB· EMINEBANT
IPSUM AUTEM ALTARE
NONERAT SOLIDUM
SED CAUUM EXTABULIS
ET INTUS UACUUM
FECIT ET LABRUM AENEUM
CUM BASE SUA
DESPECULIS MULIERUM
QUAE EXCUBANT INOSTIO
TABERNACULI
ET ATRIUM INCUIUS AUSTRALI
PLAGA ERANT TENTORIA
DEBYSSO RETORTA CUBI
TORUM CENTUM
COLUMNAE AENEAE UIGINTI
CUM BASIB· SUIS
CAPITA COLUMNARUM ET
TOTA OPERIS CELATURA
ARGENTEA
AEQUE E A SEPTENTRIONALI PLAGA
TENTORIA COLUMNAE BASESQ·
ET CAPITA COLUMNARUM
EIUSDEM MENSURAE ET OPE
RIS ET METALLI ERANT
INEA UERO PLAGA QUAE OCCIDEN
TEM RESPICIT
FUERE TENTORIA CUBITORUM
QUINQUAGINTA
COLUMNAE DECEM CUM BASIB·
SUIS AENEAE
ET CAPITA COLUMNARUM ET
TOTA OPERIS CELATURA
ARGENTEA
PORRO CONTRA ORIENTEM
QUINQUAGINTA CUBITORUM
PARAUIT TENTORIA
E QUIB· QUINDECIM CUBITOS
RUM COLUMNARUM TRIUM
CUM BASIB· SUIS UNUM
TENEBAT LATUS
ET INPARTE ALTERA QUIA UTRAQ·
INTROITUM TABERNACULI
FACIT
QUINDECIM AEQUE CUBITO
RUM ERANT INTENTORIA
COLUMNAE TRES ET BASES
TOTIDEM
CUNCTA ATRII TENTORIA BYSSUS
RETORTA TEXUERAT
BASES COLUMNARUM
FUERE AENEAE
CAPITA AUTEM EARUM CUM
CELATURIS SUIS ARGENTEA
SED ET IPSAS COLUMNAS ATRII
UESTIUIT ARGENTO
ET ININTROITUM EIUS OPERE
PLUMARIO FECIT TENTORIUM
EXHYACINTHO PURPURA UER
MICULO AC BYSSO RETORTA
QUOD HABEBAT UIGINTI CUBI
TOS INLONGITUDINE
ALTITUDO UERO QUINQ·
CUBITORUM ERAT
IUXTA MENSURAM QUAM

CUNCTA ATRII HABEBANT
TENTORIA
COLUMNAE AUTEM
IN INGRESSU SUS
FUERE QUATTUOR CUM
BASIB· AENEIS
CAPITAQ· EARUM ET CAELA
TURAE ARGENTEAE
PAXILLOS QUOQ· TABERNACULI
ET ATRII PER GYRUM
FECIT AENEOS
HAEC SUNT INSTRUMENTA
TABERNACULI TESTIMONII
QUAE NUMERATA SUNT IUXTA
PRAECEPTUM MOSI
IN CAERIMONIAS LEUITARUM
PER MANUM ITHAMAR FILII
AARON SACERDOTIS
QUAS BESELEHEL FILIUS URI
FILII HUR DE TRIBU IUDA
DOMINO IUBENTE PER MOSEN
CONPLEUERAT
IUNCTO SIBI SOCIO HOOLIAB
FILIO ACHISAMECH
DE TRIBU DAN
QUI ET IPSE ARTIFEX LIGNORUM
EGREGIUS FUIT
ET POLYMETARIUS ATQUE
PLUMARIUS
EX HYACINTHO PURPURA
UERMICULO ET BYSSO
OMNE AURUM QUOD EXPEN
SUM EST IN OPERE SCUARII
ET QUOD OBLATUM EST IN
DONARIIS UIGINTI NOUEM
TALENTORUM FUIT
ET SEPTINGENTORUM TRIGINTA
SICLORUM
AD MENSURAM SCUARII
OBLATUM EST AUTEM AB HIS QUI
TRANSIERANT AD NUMERUM
A UIGINTI ANNIS ET SUPRA
DE SESCENTIS TRIB· MILIB·
ET QUINGENTIS QUINQUAGINTA

ARMATORUM
FUERUNT PRAETEREA CENTUM
TALENTA ARGENTI
E QUIB· COMPLETAE SUNT
UASES SCUARII
ET INTROITUS UBI UELUM PENDET
CENTUM BASES FACTAE SUNT
DE TALENTIS CENTUM
SINGULIS TALENTIS PER BASES
SINGULAS SUPPUTATIS
DE MILLE AUTEM SEPTINGEN
TIS ET SEPTUAGINTA QUINQ·
FECIT CAPITA COLUMNARUM
QUAS ET IPSAS UESTIUIT
ARGENTO
AERIS QUOQ· OBLATA SUNT
TALENTA SEPTUAGINTA DUO
MILIA ET QUADRINGENTI
SICLI SUPRA
EX QUIB· FUSAE SUNT UASES IN IN
TROITUM TABERNACULI
TESTIMONII
ET ALTARE AENEUM CUM
CRATICULA SUA
OMNIAQ· UASA QUAE AD USUM
EIUS PERTINENT
ET UASES ATRII TAM IN CIRCUITU
QUAM IN INGRESSU EIUS
ET PAXILLI TABERNACULI ATQ·
ATRII PER GYRUM · xxxix ·
xxxix DE HYACINTHO UERO ET PURPURA
UERMICULO AC BYSSO
FECIT UESTES QUIB· INDUERETUR
AARON QUANDO MINISTRA
BAT IN SCIS
SICUT PRAECEPIT DNS MOSI
FECIT IGITUR SUPERUMERALE
DE AURO HYACINTHO ET PUR
PURA COCCOQ· BIS TINCTO
ET BYSSO RETORTA OPERE
POLYMITARIO
INCIDITQ· BRATTEAS AUREAS
ET EXTENUAUIT IN FILA
UT POSSINT TORQUERI

CUM PRIORUM COLORUM
SUBTEGMINE
DUASQ. ORAS SIBI INUICEM COPU
LATAS INUTROQ. LATERE
SUMMITATUM
ET BALTEUM EX HISDEM COLORIB·
SICUT PRAECEPERAT DNS MOSI
PARAUIT ET DUOS LAPIDES
ONYCHINOS ADSTRICTOS
ET INCLUSOS AURO
ET SCULPTOS ARTE GEMMARIA
NOMINIB· FILIORUM ISRAHEL
POSUITQ. EOS IN LATERIB·
SUPERUMERALIS
IN MONUMENTUM FILIORUM
ISRAHEL
SICUT PRAECEPERAT
DNS MOSI
FECIT ET RATIONALE OPERE
POLYMITO IUXTA OPUS
SUPERUMERALIS
EX AURO HYACINTHO PURPURA
COCCOQ. BISTINCTO ET BYSSO
RETORTA
QUADRANGULUM DUPLEX
MENSURAE PALMI
ET POSUIT IN EO GEMMARUM
ORDINES QUATTUOR
IN PRIMO UERSU ERANT SARDIUS
TOPADIUS ET SMARAGDUS
IN SECUNDO CARBUNCULUS
SAPPIRUS IASPIS
IN TERTIO LIGYRIUS ACHATES
AMETHISTUS
IN QUARTO CHRYSOLITUS
ONYCHINUS BERYLLUS
CIRCUMDATI ET INCLUSI AURO
PER ORDINES SUOS
IPSIQ. LAPIDES DUODECIM
SCULPTI ERANT NOMINIBUS
DUODECIM TRIBUUM ISRL
SINGULI PER NOMINA
SINGULORUM
FECERUNT IN RATIONALI ET

CATENULAS SIBI INUICEM
COHERENTES DE AURO
PURISSIMO
ET DUOS UNCINOS TOTIDEMQ.
ANULOS AUREOS
PORRO ANULOS POSUERUNT
IN UTROQ. LATERE RATIONALIS
E QUIB· PENDERENT DUAE CATE
NAE AUREAE QUAS INSERU
ERUNT UNCINIS
QUI IN SUPERUMERALIS
ANGULIS EMINEBANT
HAEC ET ANTE ET RETRO
ITA CONUENIEBANT SIBI
UT SUPERUMERALI ET RATIONALI
MUTUO NECTERENTUR
STRICTA AD BALTEUM ET ANULIS
FORTIUS COPULATA
QUOS IUNGEBAT UITTA
HYACINTINA
NE LAXAE FLUERENT ET A SE
INUICEM MOUERENTUR
SICUT PRAECEPIT DNS MOSI
FECERUNT QUOQ. TUNICAM
SUPERUMERALIS TOTAM
HYACINTHINAM
ET CAPITIUM IN SUPERIORI PAR
TE CONTRA MEDIUM
ORAMQ. PER GYRUM
CAPITII TEXTILEM
DEORSUM AUTEM AD PEDES
MALA PUNICA
EX HYACINTHO PURPURA UER
MICULO AC BYSSO RETORTA
ET TINTINNABULA DE AURO
MUNDISSIMO
QUAE POSUERUNT INTER
MALA GRANATA
IN EXTREMA PARTE TUNICAE
PER GYRUM
ET TINTINABULUM AUREUM
ET MALUM PUNICUM
QUIB· ORNATUS INCEDEBAT
PONTIFEX QUANDO

ministerio fungebatur
sicut praeceperat dns mosi
fecerunt et tunicas byssinas
opere textili aaron
et filiis eius
et mitras cum coronulis
suis ex bysso
feminalia quoq. linea byssina
cingulum uero de bysso retor
ta hyacintho purpura ac
uermiculo bistincto
arte plumaria
sicut praecepit dns mosi
fecerunt et lamminam
sacrae generationis
de auro purissimo
scripseruntq. in ea opere gem
mario scm dni
et strinxerunt eam cum
mitra bitta hyacinthina
sicut praecepit dns mosi
XVIII Perfectum est igitur omne
opus tabernaculi et tecti
testimonii
feceruntq. filii israhel cuncta
quae praecepit dns mosi
et optulerunt tabernaculum
et tectum et uniuersam
supellectilem
anulos tabulas uectes
columnas ac bases
opertorium de pellib.
arietum rubricatis
et aliud operimentum de
hyacinthinis pellib.
uelum arcam uectes
propitiatorium
mensam cum uasis suis et pro
positionis panib.
candelabrum lucernas et
utensilia earum cum oleo
altare aureum et
unguentum
thymiama cum aromatibus

et tentorium in introitum
tabernaculi
altare aeneum retiaculum
uectes et uasa eius omnia
labrum cum basi sua
tentoria atrii et columnas
cum basib. suis
tentorium in introitum
atrii funiculosq. illius
et paxillos
nihil ex uasis defuit quae in
ministerium tabernaculi
et in tectum foederis
iussa sunt fieri
uestes quoq. quib. sacerdotes
utuntur in sanctuario aaron
scilicet et filii eius
optulerunt filii israhel
sicut praeceperat dns
quae postquam cuncta
moses uidit conpleta
benedixit eis
XL Locutusq. est dns
ad mosen dicens
mense primo prima die
mensis
eriges tabernaculum testi
monii et pones in eo arcam
dimittesq. ante illam uelum
et inlata mensa inpones
super ea quae rite
praecepta sunt
candelabrum stabit
cum lucernis suis
et altare aureum in quo adole
tur incensum coram arca
testimonii
tentorium in introitu
tabernaculi pones
et ante illud altare
holocausti
labrum inter altare et
tabernaculum quod
inplebis aqua

CIRCUMDABISQ. ATRIUM TEN
TORII ET INGRESSUM EIUS
ET ADSUMPTO OLEO UNCTIONIS
UNGES TABERNACULUM
CUM UASIS SUIS UT SCI
FICENTUR
ALTARE HOLOCAUSTI ET
OMNIA UASA EIUS
LABRUM CUM UASIS SUIS
OMNIA UNCTIONIS OLEO
CONSECRABIS UT SINT
SCA SCORUM
APPLICABISQ. AARON ET FILIOS
EIUS AD FORES TABERNA
CULI TESTIMONII et lotos aqua indues scis
UT MINISTRENT MIHI ET UT uestis
UNCTIO EORUM IN SACER
DOTIUM PROFICIAT
SEMPITERNUM
FECITQ. MOSES OMNIA QUAE
PRAECEPERAT DNS
IGITUR MENSE PRIMO ANNI
SECUNDI PRIMA DIE MENSIS
CONLOCATUM EST TABER
NACULUM
EREXITQ. ILLUD MOSES
ET POSUIT TABULAS AC BASES
ET UECTES
STATUITQ. COLUMNAS ET EX
PANDIT TECTUM SUPER
TABERNACULUM
ET INPOSUIT DESUPER OPERI
MENTUM SICUT DNS
IMPERAUERAT
POSUIT ET TESTIMONIUM
IN ARCA
SUBDITIS INTRA UECTIBUS
ET ORACULUM DESUPER
CUMQ. INTULISSET ARCAM
IN TABERNACULUM
APPENDIT ANTE EAM UELUM
UT EXPLERET DNI
IUSSIONEM
POSUIT ET MENSAM IN TABER
NACULUM TESTIMONII
AD PLAGAM SEPTENTRIONALEM
EXTRA UELUM
ORDINATIS CORAM PROPOSI
TIONIS PANIBUS
SICUT PRAECEPERAT DNS MOSI
POSUIT ET CANDELABRUM
IN TABERNACULUM
TESTIMONII
E REGIONE MENSAE IN PARTE
AUSTRALI
LOCATIS PER ORDINEM LUCER
NIS IUXTA PRAECEPTUM DNI
POSUIT ET ALTARE AUREUM
SUB TECTUM TESTIMONII
CONTRA UELUM
ET ADOLEBIT SUPER EO INCENSUM
AROMATUM SICUT IUSSE
RAT DNS
POSUIT ET TENTORIUM IN IN
TROITU TABERNACULI
ET ALTARE HOLOCAUSTI IN UES
TIBULO TESTIMONII
OFFERENS IN EO HOLOCAUSTUM
ET SACRIFICIA UT DNS
IMPERAUERAT
LABRUM QUOQ. STATUIT INTER
TABERNACULUM TESTIMONII
ET ALTARE IMPLENS
ILLUD AQUA
LAUERUNTQ. MOSES ET AARON
AC FILII EIUS MANUS SUAS
ET PEDES
CUM INGREDERENTUR
TECTUM FOEDERIS
ET ACCEDERENT AD ALTARE
SICUT PRAECEPERAT DNS
EREXIT ET ATRIUM PER
GYRUM TABERNACULI
ET ALTARIS
DUCTO IN INTROITU EIUS
TENTORIO
POSTQUAM CUNCTA
PERFECTA SUNT

OPERUIT NUBES TABERNACULŪ
TESTI MONII
ET GLORIA DNI IMPLEUIT ILLUD
NEC POTERAT MOSES INGREDI
TECTUM FOEDERIS
NUBE OPERIENTE OMNIA
ET MAIESTATE DNI CORUSCANTE
QUIA CUNCTA NUBES OPERUERAT
SIQUANDO NUBES TABERNACU
LUM DESEREBAT
PROFICISCEBANTUR FILII ISRAHEL
PER TURMAS SUAS
SI PENDEBAT DESUPER MANE
BANT IN EODEM LOCO
NUBES QUIPPE DNI INCUMBEBAT
PER DIEM TABERNACULO
ET IGNIS IN NOCTE
UIDENTIB· POPULIS ISRAHEL
PER CUNCTAS MANSIONES SUAS

EXPLIC, HELLESMOT.

ID EST EXODUS· FELIC

INCP' CAPIT· LEUITICI

I UBI LEX HOLOCAUSTORUM DE INMUN
DIS ANIMALIB· UEL AUIB· A DNO
PROMULGATUR
II UBI SACRIFICIUM PRO PECCATO PER IGNO
RANTIAM ADMISSO IUBETUR DE IGNO
RANTIA PONTIFICIS PRO ERRORE
POPULI PRO UNIUS EX POPULO PRO
ACTU INMUNDI ET RECORDATIONE PEC
CATI ET TEMERE IURANTIBUS
III DE SACRIFICIO EORUM QUI PER ERROREM
SCIFICATA COMEDUNT DENEGANTIS
ET PEIURANTIS ET LIBAMENTIS
IIII DE OBLATIONIB· SACERDOTUM QUAS
PRO SE OFFERRE DEBEANT UEL QUID
DE OBLATIONIB· CONSEQUANTUR
DE ADIPE ET SANGUINE
V QUOMODO INITIANDI SINT SACERDOTES
UEL QUIB· UESTIB· INDUENDI DE UNC
TIONE TABERNACULI ET UASORUM EIUS
UBI MOSES SICUT PONTIFEX ACCEPIT
PORTIONEM AARON SACERDOTIO FUN
GITUR · UBI FILII AARON IGNEM INLICITE
OFFERENTES PERCUSSI SUNT
VI UBI SACERDOTIB· PRAECEPITUR UINUM
NON BIBERE CUM TEMPLUM INGREDI
UNTUR . DE MUNDIS ET INMUNDIS
ANIMALIB· ET AUIB· COMEDENDIS
VII DE MULIERIS PARIENTIS ET INMUNDI
TIA · DE LEPRAE CONTAMINATIONE
UEL DISCRIMINE DE LEPRA UESTIMEN
TORUM DE MUNDATIONE LEPROSI
DIUITIS ET PAUPERIS DE LEPRAE
MUNDATIONE DOMORUM
VIII DE UIRO FLUXUM SEMINIS SUSTINEN
TE UEL HIS QUAE PER SOMNIUM
CONTINGERE SOLENT . DE MEN
STRUIS MULIERUM UEL PROFLUUIO
VIIII DE DUOB· HIRCIS ET DE DUOB· UITULIS
PRO POPULO ET PONTIFICE
IMMOLANDIS
X UBI PRAECEPITUR OMNIS UICTIMA
QUAE IN AGRO MACTATUR UT PRIMI
TIAE EX EADEM DNO OFFERANTUR.
ET NE SANGUINEM QUIS COMEDAT.
UEL MORTICINUM UEL CAPTUM
A BESTIA
XI UBI TIMOR DI IMPERATUR TIMENDUM
PATREM ET MATREM IDOLA NON FACI
ENDA ET CETERA QUAE AD LEGEM
ET IUSTIFICATIONES PERTINENT
XII UBI PRAECIPITUR NULLUM ISRL ET SCI
SEMINIS IDOLO CONSECRANDUM .
DE MOECHIS ET ADULTERIS QUAE SUNT
PERSONAE QUIB· LICEAT CONIUGIA
SOCIARI
XIII UBI SACERDOS PRAECIPITUR NEMINEM
LUGERE NEQ· UIDUAM AUT REPUDI
ATAM UXOREM ACCIPERE CORPO
RALIB· UITIIS MACULATUM SACRIFICIŪ

non offerre nullum alienige
nam sc̄ascōrum adtingere
XIIII de uictimis pacificorum quae sint
in dn̄o consecranda de sollemni
tate azimorum et consecrati
one spicarum in pentecosten
XV de mense tubarum et ieiunio
de feriis tabernaculorum et
oleum ad luminaria offerendum.
de panib· duodecim super altare
iugiter inponendis
XVI de blasphemo legis lapidato de in
gressu qualiter terram pro
missionis obtineant · de tenu
atione hebraei uendentis posses
sionem suam · de aedib· leuita
rum de uenditione ingenuarum
de aduenis benedictiones seruan
tium legem · et maledictiones
in contemptorib· legis dī · de uo
tis et sacrificiis et extimatione
sacerdotis

EXPLICIUNT CAPITULA

INCIPIT LIBER LEUITICUS

QUI HEBRAICE DICITUR

UAIECRA · LEGE FELICITER

OKYRIC CEPBANAOC

AI ΠΟΙΒCΕΝ

I Uocauit autem mosen et
locutus est ei dn̄s de
tabernaculo testimonii dicens
Loquere filiis israhel
et dices ad eos
homo qui obtulerit ex uobis
hostiam dn̄o de pecorib·
id est bub· et ouib· offerens
uictimas
si holocaustum fuerit eius
oblatio ac de armento
masculum inmaculatum
offeret ad ostium taber
naculi testimonii
ad placandum sibi dn̄m
ponetq· manum super
caput hostiae
et acceptabilis erit atq· in ex
piationem eius proficiens
immolauitq· uitulum
coram dn̄o
et offerent filii aaron sacer
dotes sanguinem eius
fundentes super altaris
circuitum
quod est ante ostium
tabernaculi
detractaq· pelle hostiae
artus in frusta concident
et subicient in altari ignem
strue lignorum ante con
posita
et membra quae caesa sunt
desuper ordinantes
caput uidelicet et cuncta
quae adherent iecori
intestinis et pedib· lotis aqua
adolebitq· ea sacerdos
super altare
in holocaustum et suauem
odorem dn̄o
quod si de pecorib·
oblatio est
de ouib· siue capris holocaustū

ANNICULUM ET ABSQ. MACULA
OFFERET
IMMOLAUITQ. AD LATUS ALTARIS
QUOD RESPICIT AD AQUILONEM
CORAM DNO
SANGUINEM UERO ILLIUS FUNDENT
SUPER ALTARE FILII AARON PER
CIRCUITUM DIUIDENTQ.
MEMBRA
CAPUT ET OMNIA QUAE
ADHERENT IECORI
ET PONENT SUPER LIGNA QUIB·
SUBICIENDUS EST IGNIS
INTESTINA UERO ET PEDES
LAUABUNT AQUA
ET OBLATA OMNIA ADOLEBIT SACER
DOS SUPER ALTARE
IN HOLOCAUSTUM ET ODOREM
SUAUISSIMUM DNO
SIN AUTEM DE AUIB· HOLOCAUSTI
OBLATIO FUERIT DNO
DE TURTURIB· ET DE PULLIS
COLUMBAE
OFFERET EAM SACERDOS
AD ALTARE
ET RETORTO AD COLLUM CAPITE
AC RUPTO UULNERIS LOCO
DECURRERE FACIET SANGUINEM
SUPER CREPIDINEM ALTARIS
UESICULAM UERO GUTTURIS
ET PLUMAS PROICIET PROP
TER ALTARE AD ORIENTALEM
PLAGAM IN LOCO UBI CINERES
EFFUNDI SOLENT
CONFRINGETQ. ASCELLAS EIUS
ET NON SECAUIT NEQ. FERRO
DIUIDET EAM
ET ADOLEBIT SUPER ALTARE
LIGNIS IGNE SUBPOSITO
HOLOCAUSTUM EST ET OBLATIO
SUAUISSIMI ODORIS DNO
II ANIMA CUM OBTULERIT OBLATI
ONEM SACRIFICII DNO
SIMILA ERIT OBLATIO EIUS

FUNDETQ. SUPER EAM OLEUM
ET PONET THUS
AC DEFERET AD FILIOS AARON
SACERDOTES
QUORUM UNUS TOLLET PUGIL
LUM PLENUM SIMILAE
ET OLEI AC TOTUM THUS
ET PONET MEMORIALE SUPER
ALTARE IN ODOREM SUAUIS
SIMUM THUS DNO
QUOD AUTEM RELIQUUM FUERIT
DE SACRIFICIO
ERIT AARON ET FILIORUM EIUS
SCM SCORUM DE OBLATI
ONIBUS DNI
CUM OBTULERIS AUTEM SACRI
FICIUM COCTUM IN CLIUANO
TOLLES DE SIMILA
PANES SCILICET ABSQ. FERMENTO
CONSPERSOS OLEO
ET LAGANA AZYMA OLEO LITA
SI OBLATIO TUA FUERIT
DE SARTAGINE
SIMILAE CONSPERSAE OLEO
ABSQ. FERMENTO
DIUIDIS EA MINUTATIM ET FUN
DES SUPRA OLEUM
SIN AUTEM DE CRATICULA
SACRIFICIUM
AEQ. SIMILA OLEO CONSPERGITUR
QUAM OFFERES DNO TRADENS
MANIB· SACERDOTIS
QUI CUM OBTULERIT EAM
TOLLET MEMORIALE
DE SACRIFICIO
ET ADOLEBIT SUPER ALTARE
IN ODOREM SUAUITATIS DNO
QUICQUID AUTEM RELIQUUM
EST ERIT AARON ET FILIO
RUM EIUS
SCM SCORUM DE OBLATI
ONIB· DNI
OMNIS OBLATIO QUAE OFFERTUR
DNO ABSQ. FERMENTO FIET

NECQUICQUAM FERMENTI
NEC MELLIS ADOLEBITUR
IN SACRIFICIO DNI
PRIMITIAS TANTUM EORUM
OFFERTIS ET MUNERA
SUPER ALTARE UERO NON PONUN
TUR IN ODOREM SUAUITATIS
QUICQUID OBTULERIS SACRIFICII
SALE CONDIES
NEC AUFERES SAL FOEDERIS DI
TUI DE SACRIFICIO TUO
IN OMNI OBLATIONE TUA
OFFERES SAL
SIN AUTEM OBTULERIS MUNUS
PRIMARUM FRUGUM
TUARUM DNO
DE SPICIS ADHUC UIRENTIBUS
TORRES EAS IGNI ET CONFRINGES
IN MOREM FARRIS
ET SIC OFFERES PRIMITIAS
TUAS DNO
FUNDENS SUPRA OLEUM ET TUS
INPONENS QUIA OBLATIO DNI EST
DE QUA ADOLEBIT SACERDOS
IN MEMORIAM MUNERIS
PARTEM FARRIS FRACTI ET OLEI
AC TOTUM TUS
iii QUOD SI HOSTIA PACIFICORUM
FUERIT EIUS OBLATIO
ET DE BUB· UOLUERIT OFFERRE
MAREM SIUE FEMINAM
INMACULATUM OFFERET
CORAM DNO
PONETQ· MANUM SUPER
CAPUT UICTIMAE SUAE
QUAE IMMOLABITUR IN IN
TROITU TABERNACULI
FUNDENTQ· FILII AARON SACER
DOTES SANGUINEM PER
CIRCUITUM ALTARIS
ET OFFERENT DE HOSTIA PACI
FICORUM IN OBLATIONEM
DNI ADIPEM QUI OPERIT
UITALIA

ET QUICQUID PINGUEDINIS
INTRINSECUS EST
DUOS RENES CUM ADIPE
QUO TEGUNTUR ILIA
ET RETICULUM IECORIS
CUM RENUNCULIS
ADOLEBUNTQ· EA SUPER ALTARE
IN HOLOCAUSTUM
LIGNIS IGNE SUBPOSITO
IN OBLATIONEM SUAUISSIMI
ODORIS DNO
SI UERO DE OUIB· FUERIT EIUS
OBLATIO ET PACIFICORUM
HOSTIA
SIUE MASCULUM SIUE FEMINAM
OBTULERIT INMACULATA
ERUNT
SI AGNUM OBTULERIT CORAM
DNO PONET MANUM SUPER
CAPUT UICTIMAE SUAE
QUAE IMMOLABITUR IN UESTI
BULO TABERNACULI
TESTIMONII
FUNDENTQ· FILII AARON SANGUI
NEM EIUS PER ALTARIS
CIRCUITUM
ET OFFERENT DE PACIFICORUM
HOSTIA SACRIFICIUM DNO
ADIPEM ET CAUDAM TOTAM
CUM RENIB·
ET PINGUEDINEM QUAE OPERIT
UENTREM ATQ· UNIUERSA
UITALIA
ET UTRUMQ· RENUNCULUM
ADIPEM QUI EST IUXTA ILIA
RETICULUMQ· IECORIS
CUM RENUNCULIS
ET ADOLEBIT EA SACERDOS SUPER
ALTARE IN PABULUM IGNIS
ET OBLATIONIS DNI
SI CAPRA FUERIT EIUS OBLATIO
ET OBTULERIT EAM DNO
PONET MANUM SUAM
SUPER CAPUT EIUS

immolauitq. eam in introitu
tabernaculi testimonii
et fundent filii aaron sanguinem eius per altaris
circuitum
tollentq. ex ea in pastum
ignis dominici
adipem qui operit uentrem
et qui tegit uniuersa
uitalia
duos renunculos cum reticulo qui est super eos
iuxta ilia
et aruinam iecoris
cum renunculis
adolebitq. sacerdos
super altare
in alimonia ignis et suauissimi odoris
omnis adeps dñi erit
iure perpetuo
in generationib. et cunctis
habitaculis uestris
nec adipes nec sanguinem
comedetis omnino
IIII Locutus q. est dñs
ad mosen dicens
loquere filiis israhel
anima quae peccauerit
per ignorantiam
et de uniuersis mandatis dñi
quae praecepit ut non fierent quippiam fecerit
si sacerdos qui est unctus
peccauerit
delinquere faciens populum
offeret pro peccato suo
uitulum inmaculatum dño
et adducet illū ad ostium
tabernaculi testimonii
coram dño
ponetq. manum super
caput eius et immolabit eum dño

hauriet quoq. de sanguine
uituli
inferens illud in tabernaculo
testimonii
cumq. intinxerit digitum
in sanguinem
asperget eo septies coram
dño contra uelum scuarii
ponetq. de eodem sanguine
super cornua altaris thymiamatis gratissimi dño
quod est in tabernaculo
testimonii
omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitum tabernaculi
et adipem uituli auferet
pro peccato
tam eam qui operit uitalia
quam omnia quae intrinsecus sunt
duos renunculos et reticulum quod est super eos
iuxta ilia
et adipem iecoris cum
renunculis
sicut aufertur de uitulo
hostiae pacificorum
et adolebit ea super altare
holocausti
pellem uero et omnes carnes cum capite et pedibus
et intestinis et fimo et
reliquo corpore
efferet extra castra in
locum mundum ubi cineres effundi solent
incendetq. ea super lignorum struem
quae in loco effusorum
cinerum cremabuntur
quod si omnis turba israhel
ignorauerit

et per inperitiam fecerit quod
contra mandatum dñi est
et postea intellexerit
peccatum suum
offeret uitulum propeccato
adducetq. eum adostium
tabernaculi
et ponent seniores populi
manus super caput eius
coram dño
immolatoq. uitulo
inconspectu dñi
infert sacerdos qui unctus
est desanguine eius intaber
naculum testimonii
tincto digito aspergens
septies contra uelum
ponetq. deeodem sanguine
incornib. altaris quod est
coram dño intaberna
culo testimonii
reliquum autem sangui
nem fundet
iuxta basin altaris holocau
storum quod est inostio
tabernaculi testimonii
omnemq. eius adipem tollet
et adolebit super altare
sic faciens et dehoc uitulo
quomodo fecit et prius
et rogante proeis sacerdote
propitius erit dñs
ipsum autem uitulum
efferet extra castra
atq. comburet
sicut et priorem uitulum
quia propeccato est
multitudinis
si peccauerit princeps
et fecerit unum epluribus
per ignorantiam quod
dñi lege prohibetur
et postea intellexerit pec
catum suum offeret

hostiam dño
hircum decapris inmaculatum
ponetq. manum suam
super caput eius
cumq. immolauerit eum
inloco ubi solet mactari
holocaustum coram dño
quia propeccato est
tinguet sacerdos digitum
insanguinem hostiae
propeccato
tangens cornua altaris
holocausti
et reliquum fundens
adbasim eius
adipem uero adolebit supra
sicut inuictimis pacifico
rum fieri solet
rogauitq. pro eo et propec
cato eius et dimittetur ei
quod si peccauerit anima
per ignorantiam de
populo terrae
ut faciat quicquam exhis
quae dñi lege prohiben
tur atq. delinquat
et cognouerit peccatum suum
offeret capram inmaculatam
ponetq. manum super
caput hostiae quae
pro peccato est
et immolabit eam inloco
holocausti
tolletq. sacerdos desanguine
indigito suo et tangens
cornua altaris holocausti
reliquum fundet
adbasim eius
omnem autem auferens
adipem sicut auferri solet
deuictimis pacificorum
adolebit super altare inodo
rem suauitatis dño
rogauitq. pro eo sacerdos

ET DIMITTETUR EI
SI AUTEM DE PECORIB· OBTULE
RIT UICTIMAM PRO PECCATO
OUEM SCILICET IMMACULATAM
PONET MANUM SUPER
CAPUT EIUS
ET IMMOLAUIT EAM IN LOCO
UBI SOLENT HOLOCAUSTORUM
CAEDI HOSTIAE
SUMETQ· SACERDOS DE SANGUI
NE EIUS DIGITO SUO
ET TANGENS CORNUA ALTARIS
HOLOCAUSTI
RELIQUUM FUNDET
AD BASIM EIUS
OMNEM QUOQ· AUFERENS ADIPEM
SICUT AUFERRI SOLET ADEPS
ARIETIS QUI IMMOLATUR
PRO PACIFICIS
ET CREMAUIT SUPER ALTARE
IN INCENSUM DNI
ROGAUITQ· PRO EO ET PRO PECC
ATO EIUS ET DIMITTETUR ILLI
V· SI PECCAUERIT ANIMA
ET AUDIERIT UOCEM IURANTIS
TESTISQ· FUERIT
QUOD AUT IPSE UIDIT AUT TESTIS
FUIT AUT CONSCIUS EST
NISI INDICAUERIT PORTABIT
INIQUITATEM SUAM
ANIMA QUAE TETIGERIT
ALIQUID INMUNDUM
SIUE QUOD OCCISUM A BESTIA EST
AUT PER SE MORTUUM UEL
QUODLIBET ALIUD REPTILE
ET OBLITA FUERIT INMUNDITIAE
SUAE REA EST ET DELIQUIT
ET SI TETIGERIT QUICQUAM DE
INMUNDITIA HOMINIS
IUXTA OMNEM INPURITATEM
QUA POLLUI SOLET
OBLITAQ· COGNOUERIT POSTEA
SUBIACEBIT DELICTO
ANIMA QUAE IURAUERIT ET PRO
TULERIT LABIIS SUIS
UT UEL MALE QUID FECERIT
UEL BENE
ET ID IPSUM IURAMENTO ET
SERMONE FIRMAUERIT
OBLITAQ· POSTEA INTELLEX
ERIT DELICTUM SUUM
AGAT PAENITENTIAM
PRO PECCATO
ET OFFERAT AGNAM DE GRE
GIB· SIUE CAPRAM
ORABITQ· PRO EA SACERDOS
ET PRO PECCATO EIUS
SIN AUTEM NON POTUERIT
OFFERRE PECUS
OFFERET DUOS TURTURES
AUT DUOS PULLOS COLUM
BARUM DNO
UNUM PRO PECCATO ET ALTE
RUM IN HOLOCAUSTUM
DABITQ· EOS SACERDOTI
QUI PRIMUM OFFERENS PRO
PECCATO RETORQUEBIT
CAPUT EIUS AD PINNULAS
ITA UT COLLO HEREAT ET NON
PENITUS ABRUMPATUR
ET ASPERGET DE SANGUINE
EIUS PARIETEM ALTARIS
QUICQUID AUTEM RELI
QUUM FUERIT
FACIET DESTILLARE AD FUNDA
MENTUM EIUS QUIA
PRO PECCATO EST
ALTERUM UERO ADOLEBIT HOLO
CAUSTUM UT FIERI SOLET
ROGABITQ· PRO EO SACERDOS
ET PRO PECCATO EIUS
ET DIMITTETUR EI
QUOD SI NON QUIUERIT MANUS
EIUS OFFERRE
DUOS TURTURES UEL DUOS
PULLOS COLUMBAE
OFFERET PRO PECCATO SIMILAM
PARTEM OEPHI DECIMAM

NON MITTET IN EO OLEUM NEC
THURIS ALIQUID INPONET
QUIA PRO PECCATO EST
TRADETQ. EAM SACERDOTI
QUI PLENUM EX EO PUGIL
LUM AURIENS
CREMAUIT SUPER ALTARE IN MONI
MENTUM EIUS QUI OBTULIT
ROGANS PRO EO ET EXPIANS
RELIQUAM UERO PARTEM IPSE
HABEBIT IN MUNERE
III LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
DICENS
ANIMA SI PRAEUARICANS CAERI
MONIAS PER ERROREM
IN HIS QUAE SCIFICATA SUNT DNO
PECCAUERIT OFFERET PRO
DELICTO SUO ARIETEM
IMMACULATUM
DE GREGIB. QUI EMI POTEST
DUOB. SICLIS IUXTA PONDUS
SCUARII
IPSUMQ. QUOD INTULIT
DAMNI RESTITUET
ET QUINTAM PARTEM PONET
SUPRA TRADENS SACERDOTI
QUI ROGAUIT PRO EO OFFERENS
ARIETEM ET DIMITTETUR EI
ANIMA SI PECCAUERIT
PER IGNORANTIAM
FECERITQ. UNUM EX HIS QUAE
DNI LEGE PROHIBENTUR
ET PECCATI REA INTELLEXERIT
INIQUITATEM SUAM
OFFERET ARIETEM INMACULATUM
DE GREGIB. SACERDOTI
IUXTA MENSURAM EXTIMATI
ONEMQ. PECCATI
QUI ORAUIT PRO EO QUOD NESCI
ENS FECERIT ET DIMITTETUR EI
QUIA PER ERROREM DELIN
QUIT IN DNM
171 LOCUTUS EST DNS AD MOSEN DICENS
ANIMA QUAE PECCAUERIT

ET CONTEMPTO DNO
NEGAUERIT DEPOSITUM
PROXIMO SUO
QUOD FIDEI EIUS CREDITUM
FUERAT
UEL UI ALIQUID EXTORSERIT
AUT CALUMNIAM FECERIT
SIUE REM PERDITAM INUENERIT
ET INFITIANS INSUPER
PERIURAUERIT
ET QUODLIBET ALIUD EX PLURIB.
FECERIT IN QUIB. PECCARE
SOLENT HOMINES
CONUICTA DELICTI REDDET
OMNIA QUAE PER FRAUDEM
UOLUIT OBTINERE INTEGRA
ET QUINTAM INSUPER PARTEM
DOMINO CUI DAMNUM
INTULERAT
PRO PECCATO AUTEM SUO OFFE
RET ARIETEM INMACULATUM
DE GREGE ET DABIT EUM
SACERDOTI
IUXTA EXTIMATIONEM
MENSURAMQ. DELICTI
QUI ROGABIT PRO EO CORAM DNO
ET DIMITTETUR ILLI
PRO SINGULIS QUAE FACIENDO
PECCAUERIT
LOCUTUS EST DNS AD MOSEN DICENS
PRAECIPE AARON ET FILIIS EIUS
HAEC LEX HOLOCAUSTI
CREMABITUR IN ALTARI TOTA
NOCTE USQ. MANE
IGNIS EX EODEM ALTARI ERIT
UESTIETUR SACERDOS TUNICA
ET FEMINALIB. LINEIS
TOLLETQ. CINERES QUOS
UORANS IGNIS EXUSIT
ET PONENS IUXTA ALTARE
SPOLIABITUR PRIORIB.
UESTIMENTIS
INDUTUSQ. ALIIS EFFERET
EOS EXTRA CASTRA

ET IN LOCO MUNDISSIMO USQ. AD
FAUILLAM CONSUMI FACIET
IGNIS AUTEM IN ALTARI
SEMPER ARDEBIT
QUEM NUTRIET SACERDOS
SUBICIENS LIGNA MANE
PER SINGULOS DIES
ET INPOSITO HOLOCAUSTO
DESUPER ADOLEBIT ADI
PES PACIFICORUM
IGNIS EST ISTE PERPETUUS
QUI NUMQUAM DEFICIET
IN ALTARI
HAEC EST LEX SACRIFICII ET
LIBAMENTORUM QUAE
OFFERENT FILII AARON
CORAM DÑO ET CORAM
ALTARI
TOLLET SACERDOS PUGILLUM
SIMILAE QUAE CONSPERSA
EST OLEO
ET TOTUM THUS QUOD SUPER
SIMILAM POSITUM EST
ADOLEBITQ. ILLUD IN ALTARI
IN MONIMENTO ODORIS
SUAUISSIMI DÑO
RELIQUAM AUTEM PARTEM
SIMILAE COMEDET
AARON CUM FILIIS SUIS
ABSQ. FERMENTO
ET COMEDET IN LOCO SCŌ
ATRII TABERNACULI
IDEO AUTEM NON FERMEN
TABITUR
QUIA PARS EIUS IN DÑI OFFER
TUR INCENSUM
SCM̄ SCŌRUM ERIT
SICUT PRO PECCATO
ATQ. DELICTO
MARES TANTUM STIRPIS AARON
COMEDENT ILLUD
LEGITIMUM AC SEMPITERNUM
EST IN GENERATIONIB. UESTRIS
DE SACRIFICIIS DÑI
OMNIS QUI TETIGERIT ILLA
SCĪFICABITUR
IIII ET LOCUTUS EST DÑS
AD MOSEN DICENS
HAEC EST OBLATIO AARON
ET FILIORUM EIUS
QUAM OFFERRE DEBENT DÑO
IN DIE UNCTIONIS SUAE
DECIMAM PARTEM OEPHI
OFFERENT SIMILAE IN SACRI
FICIO SEMPITERNO
MEDIUM EIUS MANE ET
MEDIUM UESPERE
QUAE IN SARTAGINE OLEO CON
SPERSA FRIGETUR
OFFERET AUTEM EAM CALIDAM
IN ODOREM SUAUISSIMUM DÑO
SACERDOS QUI IURE PATRI
SUCCESSERIT
ET TOTA CREMABITUR
IN ALTARI
OMNE ENIM SACRIFICIUM
SACERDOTUM IGNE
CONSUMITUR
NEC QUICQUAM COMEDET
EX EO
LOCUTUSQ. EST DÑS
AD MOSEN DICENS
LOQUERE AARON
ET FILIIS EIUS
ISTA EST LEX HOSTIAE
PRO PECCATO
IN LOCO UBI OFFERTUR
HOLOCAUSTUM IMMO
LABITUR CORAM DÑO
SCM̄ SCŌRUM EST
SACERDOS QUI OFFERT
COMEDET EAM
IN LOCO SCŌ IN ATRIO
TABERNACULI
QUICQUID TETIGERIT CARNES
EIUS SCĪFICABITUR
SI DE SANGUINE EIUS UESTIS
FUERIT ASPERSA

LAUABITUR IN LOCO SC̄O
UAS AUTEM FICTILE IN QUO
COCTA EST CONFRINGETUR
QUOD SI UAS AENEUM FUERIT
DEFRICABITUR ET LAUA
BITUR AQUA
OMNIS MASCULUS DE GENERE
SACERDOTALI UESCETUR
CARNIB· EIUS QUONIAM
SC̄M SC̄ORUM EST
HOSTIA ENIM QUAE CAEDITUR
PRO PECCATO
CUIUS SANGUIS INFERTUR IN
TABERNACULUM TESTIMO
NII AD EXPIANDUM IN SC̄UARIO
NON COMEDETUR SED CON
BURETUR IGNI
VII HAEC QUOQ. EST LEX HOSTIAE
PRO DELICTO
SC̄A SC̄ORUM EST
IDCIRCO UBI IMMOLATUR HOLO
CAUSTUM MACTABITUR
ET UICTIMA PRO DELICTO
SANGUIS EIUS PER G̅RUM
FUNDETUR ALTARIS
OFFERENT EX EA CAUDAM ET AD
IPEM QUI OPERIT UITALIA
DUOS RENUNCULOS ET PINGUE
DINEM QUI IUXTA ILIA EST
RETICULUMQ. IECORIS
CUM RENUNCULIS
ET ADOLEBIT EA SACERDOS
SUPER ALTARE
INCENSUM EST DN̄I PRO DELICTO
OMNIS MASCULUS DE GENERE
SACERDOTALI
IN LOCO SC̄O UESCETUR HIS CAR
NIB· QUIA SC̄M SC̄ORUM EST
SICUT PRO PECCATO OFFERTUR
HOSTIA ITA ET PRO DELICTO
UTRIUSQ. HOSTIAE LEX UNA ERIT
AD SACERDOTEM QUI EAM
OBTULERIT PERTINEBIT
SACERDOS QUI OFFERT HOLO
CAUSTI UICTIMAM HABEBIT
PELLEM EIUS
ET OMNE SACRIFICIUM SIMILAE
QUOD COQUITUR IN CLIUANO
ET QUICQUID IN CRATICULA UEL IN
SARTAGINE PRAEPARATUR
EIUS ERIT SACERDOTIS
A QUO OFFERTUR
SIUE OLEO CONSPERSA
SIUE ARIDA FUERIT
CUNCTIS FILIIS AARON AEQUA
MENSURA PER SINGULOS
DIUIDETUR·
HAEC EST LEX HOSTIAE PACIFICO
RUM QUAE OFFERTUR DN̄O
SI PRO GRATIARUM ACTIONE
FUERIT EIUS OBLATIO
OFFERENT PANES ABSQ. FERMEN
TO CONSPERSOS OLEO
ET LAGANA AZ̄YMA UNCTA OLEO
COCTAMQ. SIMILAM ET
COLLIRAS OLEI ADMIXTI
ONE CONSPERSAS
PANES QUOQ. FERMENTATOS
CUM HOSTIA GRATIARUM
QUAE IMMOLATUR PRO
PACIFICIS
EX QUIB· UNUS PRO PRIMITIIS
OFFERTUR DN̄O
ET ERIT SACERDOTIS QUI FUN
DET HOSTIAE SANGUINEM
CUIUS CARNES EADEM COME
DENTUR DIE
NEC REMANEBIT EX EIS QUIC
QUAM USQ. MANE
SI UOTO UEL SPONTE QUISQUAM
OBTULERIT HOSTIAM
EADEM SIMILITER EDETUR DIE
SED ET SI QUID IN CRASTINUM
REMANSERIT UESCI LICI
TUM EST
QUICQUID AUTEM TERTIUS IN
UENERIT DIES IGNIS ASSUMET
SI QUIS DE CARNIB· PACIFICORUM

UICTIMAE DIETERTIO
COMEDERIT
INRITA FIET OBLATIO NEC PRO
DERIT OFFERENTI
QUIN POTIUS QUAECUMQ· ANIMA
TALI SE EDULIO CONTAMINARIT
PRAEUARICATIONIS REA ERIT
CARO QUAE ALIQUID TETIGERIT
INMUNDUM NON COMEDETUR
SED CONBURETUR IGNI
QUI FUERIT MUNDUS
UESCETUR EA
ANIMA POLLUTA QUAE EDERIT
DE CARNIB· HOSTIAE PACIFICO
RUM QUAE OBLATA EST DNO
PERIBIT DE POPULO EIUS
ET QUAE TETIGERIT INMUNDITIAM
HOMINIS UEL IUMENTI
SIUE OMNIS REI QUAE POL
LUERE POTEST
ET COMEDERIT DE HUIUS
CEMODI CARNIB·
INTERIBIT DE POPULIS SUIS
LOCUTUSQUE EST DNS
AD MOSEN DICENS
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
ADIPEM BOUIS ET OUIS ET
CAPRAE NON COMEDETIS
ADIPEM CADAUERIS MORTICINI
ET EIUS ANIMALIS QUOD
A BESTIA CAPTUM EST
HABEBITIS IN USUS UARIOS
SI QUIS ADIPEM QUI OFFERRI DEBET
IN INCENSUM DNI COMEDERIT
PERIBIT DE POPULO SUO
SANGUINEM QUOQ· OMNIS ANIMA
LIS NON SUMETIS IN CIBOS
TAM DE AUIB· QUAM DE PECORIB·
OMNIS ANIMA QUAE EDERIT
DE SANGUINE PERIBIT
DE POPULIS SUIS
LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN DICENS
LOQUERE FILIIS ISRAHEL

QUI OFFERT UICTIMAM PACI
FICORUM DNO
OFFERET SIMUL ET SACRIFICIORUM
ID EST LIBAMENTA EIUS
TENEBIT MANIB· ADIPEM HOSTIAE
ET PECTUSCULUM
CUMQ· AMBO OBLATA DNO CON
SECRARIT TRADET SACERDOTI
QUI ADOLEBIT ADIPEM
SUPER ALTARE
PECTUSCULUM AUTEM ERIT
AARON ET FILIORUM EIUS
ARMUS QUOQ· DEXTER DE PACI
FICORUM HOSTIIS
CEDET IN PRIMITIAS SACERDOTIS
QUI OBTULERIT SANGUINEM
ET ADIPEM FILIORUM AARON
IPSE HABEBIT ET ARMUM DEX
TRUM IN PORTIONE SUA
PECTUSCULUM ENIM ELATIONIS
ET ARMUM SEPARATIONIS
TULI A FILIIS ISRAHEL DE HOSTIIS
EORUM PACIFICIS
ET DEDI AARON SACERDOTI
AC FILIIS EIUS
LEGE PERPETUA AB OMNI
POPULO ISRAHEL
HAEC EST UNCTIO AARON ET
FILIORUM EIUS IN CAERI
MONIIS DNI
DIE QUA OBTULIT EOS MOSES UT
SACERDOTIO FUNGERENTUR
ET QUAE PRAECEPIT DARI EIS
DNS A FILIIS ISRAHEL
RELIGIONE PERPETUA IN GENE
RATIONIB· SUIS
ISTA EST LEX HOLOCAUSTI
ET SACRIFICII PRO PECCATO
ATQ· DELICTO
ET PRO CONSECRATIONE ET PACI
FICORUM UICTIMIS
QUAS CONSTITUIT DNS MOSI
IN MONTE SINAI
QUANDO MANDAUIT FILIIS ISRL

UT OFFERRENT OBLATIONES
SUAS DNO IN DESERTO SINAI
VIII LOCUTUS Q. EST DNS
AD MOSEN DICENS
TOLLE AARON CUM FILIIS SUIS
UESTES EORUM ET UNC
TIONIS OLEUM
UITULUM PRO PECCATO DUOS
ARIETES CANISTRUM
CUM AZYMIS
ET CONGREGABIS OMNEM COETU
AD OSTIUM TABERNACULI
FECIT MOSES SICUT DNS
IMPERARAT
CONGREGATAQ. OMNI TURBA
ANTE FORES AIT
ISTE EST SERMO QUEM
IUSSIT DNS FIERI
STATIM QUOQ. OBTULIT AARON
ET FILIOS EIUS
CUMQ. LAUISSET EOS UESTIUIT
PONTIFICEM SUBUCULA LINEA
ACCINGENS EUM BALTEO ET INDUENS
TUNICA HYACINTHINA
ET DESUPER UMERALE INPOSUIT
QUOD STRINGENS CINGULO
APTAUIT RATIONALI
IN QUO ERAT DOCTRINA
ET UERITAS
CIDARIM QUOQ. TEXIT CAPUT
ET SUPER EAM CONTRA FRONTEM
POSUIT LAMMINAM AUREAM
CONSECRATAM IN SCIFICATIONE
SICUT PRAECEPERAT EI DS
TULIT ET UNCTIONIS OLEUM QUO
LEUIT TABERNACULUM CUM
OMNI SUPELLECTILI SUA
CUM SCIFICANS ASPERSISSET
ALTARE SEPTEM UICIB.
UNXIT ILLUD ET OMNIA
UASA EIUS
LABRUMQ. CUM BASI SUA
SCIFICAUIT OLEO
QUOD FUNDENS SUPER CAPUT
AARON UNXIT EUM ET CON
SECRAUIT
FILIOS QUOQ. EIUS OBLATOS UESTI
UIT TUNICIS LINEIS ET CIN
XIT BALTEO
INPOSUITQ. MITRAM SICUT
PRAECEPERAT DNS
OBTULIT ET UITULUM
PRO PECCATO
CUMQ. SUPER CAPUT EIUS
POSUISSENT AARON ET FILII
EIUS MANUS SUAS
IMMOLAUIT EUM AURIENS
SANGUINEM
ET TINCTO DIGITO TETIGIT COR
NUA ALTARIS PER GYRUM
QUO EXPIATO ET SCIFICATO FUDIT
RELIQUUM SANGUINEM
AD FUNDAMENTA EIUS
ADIPEM AUTEM QUI FUIT SUPER
UITALIA ET RETICULUM IECORIS
DUOSQ. RENUNCULOS CUM ARBI
NULIS SUIS ADOLEBIT
SUPER ALTARE
UITULUM CUM PELLE ET CARNIB.
ET FIMO CREMANS EXTRA
CASTRA SICUT PRAECEPERAT DNS
OBTULIT ET ARIETEM
IN HOLOCAUSTUM
SUPER CUIUS CAPUT CUM INPOSU
ISSENT MANUS SUAS AARON
ET FILII EIUS
IMMOLAUIT EUM ET FUDIT
SANGUINEM EIUS PER ALTA
RIS CIRCUITUM
IPSUMQ. ARIETEM IN FRUSTA
CONCIDENS
CAPUT EIUS ET ARTUS ET AD
IPEM ADOLEBIT IGNI
LOTIS PRIUS INTESTINIS
ET PEDIBUS
TOTUMQ. SIMUL ARIETEM
INCENDIT SUPER ALTARE
EO QUOD ESSET HOLOCAUSTUM

suauissimi odoris dño
sicut praeceperat ei
obtulit et arietem secundum
in consecratione sacerdotum
posueruntq· super caput eius
illius aaron et filii eius
manus suas
quem cum immolasset
moses sumens de sanguine
tetigit extremum auricu
lae dextrae aaron
et pollicem manus eius dextrae
similiter et pedis
obtulit et filios aaron
cumq· de sanguine arietis immo
lati tetigisset extremum
auriculae singulorum
dextrae
et pollices manus
ac pedis dextri
reliquum fudit super altare
per circuitum
adipem uero et caudam
omnemq· pinguedinem
qui operit intestina
reticulumq· iecoris et duos
renes cum adipib· suis et
armo dextro separauit
tollens autem de canistro
azymorum quod erat coram
dño panes absq· fermento
et collyridam conspersam oleo
laganumq· posuit super
adipes et armum dextrum
tradens simul omnia
aaron et filiis eius
qui postquam leuauerunt
ea coram dño
rursum suscepta de manib·
eorum
adolebit super altare
holocausti
eo quod consecrationis
esset oblatio

in odorem suauitatis
sacrificii dñi
tulit et pectusculum eleuans
coram dño
de ariete consecrationis
in partem suam
sicut praeceperat ei dñs
adsumensq· unguentum et
sanguinem qui erat in altari
aspersit super aaron
et uestimenta eius
et super filios illius
ac uestes eorum
cumq· scificasset eos
in uestitu suo
praecepit eis dicens
coquite carnes ante fores
tabernaculi et ibi comedite
eas
panes quoq· consecrationis
edite qui positi sunt
in canistro
sicut praecepit mihi dñs dicens
aaron et filii eius comedent
eos
quicquid autem reliquum
fuerit de carne et panib·
ignis absumet
de ostio quoq· tabernaculi
non exibitis septem dieb·
usq· ad diem quo comple
tur tempus consecrati
onis uestrae
septem enim dieb· erit
consecratio
sicut et in praesentiarum
factum est
ut ritus sacrificii com
pleretur
die ac nocte manebitis
in tabernaculo
obseruantes custodias
dñi ne moriamini
sic enim mihi praeceptum est

FECERUNTQ. AARON ET FILII EIUS
CUNCTA QUAE LOCUTUS EST
DNS PER MANUM MOSI
IX FACTO AUTEM OCTAUO DIE
UOCAUIT MOSES AARON
ET FILIOS EIUS AC MAIORES
NATU ISRAHEL
DIXITQ. AD AARON
TOLLE DE ARMENTO UITULUM
PRO PECCATO
ET ARIETEM IN HOLOCAUSTUM
UTRUMQ. INMACULATOS
ET OFFER ILLOS CORAM DNO
ET AD FILIOS ISRAHEL LOQ.RIS
TOLLITE HIRCUM PRO PECCATO
ET UITULUM ATQ. AGNUM ANNI
CULOS ET SINE MACULA
IN HOLOCAUSTUM
BOUEM ET ARIETEM
PRO PECCATIS
ET IMMOLATE EOS CORAM DNO
IN SACRIFICIO SINGULORUM
SIMILAM OLEO CONSPERSAM
OFFERENTES
HODIE ENIM DNS APPAREBIT UOBIS
TULERUNT ERGO CUNCTA QUAE
IUSSERAT MOSES AD OSTIUM
TABERNACULI
UBI CUM OMNIS STARET MULTI
TUDO AIT MOSES
ISTE EST SERMO QUEM
PRAECEPIT DNS
FACITE ET APPAREBIT UOBIS
GLORIA EIUS
DIXIT ET AD AARON ACCEDE
AD ALTARE ET IMMOLA
PRO PECCATO TUO
OFFER HOLOCAUSTUM ET DE
PRAECARE PRO TE ET PRO
POPULO
CUMQ. MACTAUERIS HOSTIAM
POPULI ORA PRO EO SICUT
PRAECEPIT DNS
STATIMQ. AARON ACCEDENS
AD ALTARE
IMMOLAUIT UITULUM PRO
PECCATO SUO
CUIUS SANGUINEM OBTULE
RUNT EI FILII SUI
IN QUO TINGUENS DIGITUM TETI
GIT CORNUA ALTARIS
ET FUDIT RESIDUUM
AD BASIM EIUS
ADIPEMQ. ET RENUNCULUM
AC RETICULUM IECORIS QUAE
SUNT PRO PECCATO
ADOLEBIT SUPER ALTARE SICUT
PRAECEPIT DNS MOSI
CARNES UERO ET PELLEM EIUS
EXTRA CASTRA CONBUSIT IGNI
IMMOLAUITQ. ET HOLOCAUSTI
UICTIMAM
OBTULERUNTQ. EI FILII SUI
SANGUINEM EIUS
QUEM FUDIT PER ALTARIS
CIRCUITUM
IPSAM ETIAM HOSTIAM
IN FRUSTA CONCISAM
CUM CAPITE ET MEMBRIS
SINGULIS OBTULERUNT
QUAE OMNIA SUPER ALTARE
CREMAUIT IGNI
LOTIS PRIUS AQUA INTES
TINIS ET PEDIBUS
ET PRO PECCATO POPULI OFFE
RENS MACTAUIT HIRCUM
EXPIATOQ. ALTARI FECIT
HOLOCAUSTUM
ADDITIS IN SACRIFICIO LIBAMEN
TIS QUAE PARITER OFFERUNTUR
ET ADOLENS EA SUPER ALTARE
ABSQ. CERIMONIIS HOLO
CAUSTI MATUTINI
IMMOLAUIT ET BOUEM ATQ.
ARIETEM HOSTIAS PACI
FICAS POPULI
OBTULERUNTQ. EI FILII SUI
SANGUINEM

QUEM FUDIT SUPER ALTARE
INCIRCUITUM
ADIPEM BOUIS ET CAUDAM
ARIETIS
RENUNCULOSQ. CUM
ADIPIBUS SUIS
ET RETICULUM IECORIS POSU
ERUNT SUPER PECTORA
CUMQ. CREMATI ESSENT
ADIPES IN ALTARI
PECTORA EORUM ET ARMOS
DEXTROS
SEPARAUIT AARON ELEUANS
CORAM DÑO SICUT PRAE
CEPERAT MOSES
ET TENDENS MANUS CONTRA
POPULUM BENEDIXIT EI
SICQ. CONPLETIS HOSTIIS PRO
PECCATO ET HOLOCAUSTIS
ET PACIFICIS DESCENDIT
INGRESSI AUTEM MOSES ET AARON
TABERNACULUM TESTIMONII
ET DEINCEPS EGRESSI BENE
DIXERUNT POPULO
APPARUITQ. GLORIA DÑI
OMNI MULTITUDINI
ET ECCE EGRESSUS IGNIS A DÑO
DEUORAUIT HOLOCAUSTUM
ET ADIPES QUI ERANT
SUPER ALTARE
QUOD CUM UIDISSENT TURBAE
LAUDAUERUNT DÑM RUENTES
IN FACIES SUAS
X ARREPTISQ. NADAB ET ABIU
FILII AARON TURIBULIS
POSUERUNT IGNEM ET IN
CENSUM DESUPER
OFFERENTES CORAM DÑO
IGNEM ALIENUM
QUOD EIS PRAECEPTUM NON ERAT
EGRESSUSQ. IGNIS A DÑO
DEUORAUIT EOS
ET MORTUI SUNT CORAM DÑO
DIXITQ. MOSES AD AARON

HOC EST QUOD LOCUTUS
EST DÑS
SC̄IFICABOR IN HIS QUI AD
PROPINQUANT MIHI
ET IN CONSPECTU OMNIS
POPULI GLORIABOR
QUOD AUDIENS TACUIT AARON
UOCATIS AUTEM MOSES MISAHEL
ET ELSAPHAM FILIOS OZIHEL
PATRUI AARON AIT AD EOS
ITE ET TOLLITE FRATRES UES
TROS DE CONSPECTU SC̄UARII
ET ASPORTATE EXTRA CASTRA
CONFESTIMQ. PERGENTES
TULERUNT EOS
SICUT IACEBANT UESTITOS
LINEIS TUNICIS
ET EIECERUNT FORAS UT SIBI
FUERAT IMPERATUM
LOCUTUS EST MOSES AD AARON
ET AD ELEAZAR ATQ. ITHAMAR
FILIOS EIUS
CAPITA UESTRA NOLITE NUDARE
ET UESTIMENTA UESTRA
NOLITE SCINDERE
NE FORTE MORIAMINI ET SUPER
OMNEM COETUM ORIATUR
INDIGNATIO
FRATRES UESTRI ET OMNES
DOMUS ISRAHEL PLANGANT
INCENDIUM QUOD DÑS
SUSCITAUIT
UOS AUTEM NON EGREDIEMINI
FORES TABERNACULI
ALIOQUIN PERIBITIS
OLEUM QUIPPE SC̄AE UNCTIONIS
EST SUPER UOS
QUI FECERUNT OMNIA IUXTA
PRAECEPTUM MOSI
/VI DIXIT QUOQ. DÑS AD MOSEN
ET AARON
UINUM ET OMNE QUOD IN
EBRIARI POTEST
NON BIBETIS TU ET FILII TUI

QUANDO INTRABITIS TABERNACU
LUM TESTIMONII NE
MORIAMINI
QUIA PRAECEPTUM EST
SEMPITERNUM IN GENE
RATIONES UESTRAS
ET UT HABEATIS SCIENTIAM
DISCERNENDI INTER SCM
ET PROFANUM
INTER POLLUTUM ET MUNDUM
DOCEATISQ. FILIOS ISRAHEL
OMNIA LEGITIMA MEA
QUAE LOCUTUS EST DNS AD EOS
PER MANU MOSI
LOCUTUSQ. EST MOSES
AD AARON
ET AD ELEAZAR ATQ. ITHAMAR
FILIOS EIUS QUI RESIDUI ERANT
TOLLITE SACRIFICIUM QUOD
REMANSIT DE OBLATIONE DNI
ET COMEDITE ILLUD IUXTA
ALTARE ABSQ. FERMENTO
QUONIAM SCM SCORUM EST
COMEDITIS AUTEM IN LOCO SCO
QUOD DATUM EST TIBI ET FILIIS
TUIS DE OBLATIONIB. DNI SICUT
PRAECEPTUM EST MIHI
PECTUSCULUM QUOQ.
QUOD OBLATUM EST
ET ARMUM QUI SEPARATUM EST
EDETIS IN LOCO MUNDISSIMO
TU ET FILII AC FILIAE TUAE TECUM
TIBI ENIM AC LIBERIS TUIS SEPO
SITA SUNT DE HOSTIIS SALUTA
RIB. FILIORUM ISRAHEL
EO QUOD ARMUM ET PECTUS
ET ADIPES QUI CREMANTUR
IN ALTARI ELEUABIS CORAM DNO
ET PERTINEANT AD TE
ET AD FILIOS TUOS
LEGE PERPETUA SICUT
PRAECEPIT DNS
INTER HAEC HIRCUM QUI OBLATUS
FUERAT PRO PECCATO

CUM QUAERERET MOSES
EXUSTUM REPPERIT
IRATUSQ. CONTRA ELEAZAR
ET ITHAMAR FILIOS AARON
QUI REMANSERANT AIT
CUR NON COMEDISTIS HOSTIAM
PRO PECCATO IN LOCO SCO
QUAE SCA SCORUM EST
ET DATA UOBIS UT PORTETIS
MULTITUDINIS INIQUITATEM
ET ROGETIS PRO EA IN CON
SPECTU DNI
PRAESERTIM CUM DE SANGUINE
ILLIUS NON SIT INLATUM
INTRA SCA
ET COMEDERE EAM DEBUERI
TIS IN SCUARIO
SICUT PRAECEPTUM EST MIHI
RESPONDIT AARON
OBLATA EST HODIE UICTIMA
PRO PECCATO ET HOLOCAU
STUM CORAM DNO
MIHI AUTEM ACCIDIT
QUOD UIDES
QUOMODO POTUI COMEDERE
EAM AUT PLACERE DNO IN
CERIMONIIS MENTE LUGUBRI
QUOD CUM AUDISSET MOSES
RECEPIT SATISFACTIONEM
XI· LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
ET AARON DICENS DICITE
FILIIS ISRAHEL
HAEC SUNT ANIMALIA QUAE
COMEDERE DEBETIS
DE CUNCTIS ANIMANTIB. TERRAE
OMNE QUOD HABET DIUISAM
UNGULAM ET RUMINAT
IN PECORIB. COMEDETIS
QUICQUID AUTEM RUMINAT
QUIDEM ET HABET UNGULAM
SED NON DIUIDIT EAM SICUT
CAMELUS ET CETERA NON
COMEDETIS ILLUD
ET INTER INMUNDA REPUTABITIS

chyro gryllius qui ruminat
ungulamq. non diuidit
inmundus est
lepus quoq. nam et ipse rumi
nat sed ungulam non diuidit
et sus qui cum ungulam
diuidat non ruminat
horum carnib· non uescemini
nec cadauera contingetis
quia inmunda sunt uobis
haec sunt quae gignuntur in
aquis et uesci licitum est
omne quod habet pinnulas
et squamas
tam in mari quam in fluminib·
et stagnis comedetis
quicquid autem pinnas
non habet et squamas
eorum quae in aquis mouen
tur et uiuunt
abominabile uobis et ex
ecrandum erit
carnes eorum non comedetis
et morticina uitabitis
cuncta quae non habent
pinnulas et squamas
in aquis polluta erunt
Haec sunt quae de auib· come
dere non debetis et uitanda
sunt uobis
aquilam et grypem et alietū
miluum ac uulturem
iuxta genus suum
et omne coruini generis
in similitudinem suam
strutionem et noctuam
et larum et accipitrem
iuxta genus suum
bubonem et mergulum
et ibin et cycnum et ono
crotalum et porphyrionem
erodionem et charadrionem
iuxta genus suum
opopam quoq. et uespertilionem

omne de uolucrib· quod gradi
tur super quattuor pedes
abominabile erit uobis
quicquid autem ambulat
super quattuor pedes
sed habet longiora retro
crura per quae salit super
terram comedetis
ut est brucus in genere suo
et asthacus atq. opimacus
ac lucusta
singula iuxta genus suum
quicquid e uolucrib· autem
quattuor tantum
habet pedes
execrabile erit uobis
et quicumq. morticina eorum
tetigerit polluetur et
erit inmundus usque
ad uesperum
et si necesse fuerit ut portet
quippiam horum mortuum
lauabit uestimenta sua
et inmundus erit usq.
ad solis occasum
omne animal quod habet
quidem ungulam
sed non diuidet eam nec rumi
nat inmundum erit
et qui tetigerit illud
contaminabitur
quod ambulat super manus
ex cunctis animantib· quae
incedunt quadrupedia
inmundum erit
qui tetigerit morticina
eorum polluetur
usq. ad uesperum
et qui portauerit huius
cemodi cadauera lauabit
uestimenta sua
et inmundus erit usq.
ad uesperum
quia omnia haec inmunda

ERUNT UOBIS
HOC QUOQ. INTER POLLUTA REPU
TABITUR DE HIS QUAE MOUEN
TUR IN TERRA
MUSTELA ET MUS ET COR
CODILLUS
SINGULA IUXTA GENUS SUUM
MYGALE ET CAMELEON ET STE
LIO ET LACERTA ET TALPA
OMNIA HAEC INMUNDA SUNT
QUI TETIGERIT MORTICINA
EORUM INMUNDUS ERIT
USQ. AD UESPERUM
ET SUP' ER QUOD CECIDERIT
QUICQUAM DE MORTICINIS
EORUM POLLUETUR
TAM UAS LIGNEUM ET UESTIMEN
TUM QUAM PELLES ET CILICIA
ET IN QUOCUMQ. FIT OPUS
TINGUENTUR AQUA USQ. AD UES
PERUM ET POLLUTA ERUNT
ET SIC POSTEA MUNDABUNTUR
UAS AUTEM FICTILE IN QUO
HORUM QUICQUAM INTRO
CECIDERIT POLLUETUR
ET IDCIRCO FRANGENDUM EST
OMNIS CIB. QUEM COMEDITIS
I SI FUSA FUERIT SUPER EUM
AQUA INMUNDUS ERIT
ET OMNE LIQUENS QUOD BIBITUR
DE UNIUERSO UASE IN
MUNDUM ERIT
ET QUICQUID DE MORTICINIS
ISTIUS MODI CECIDERIT SUPER
ILLUD INMUNDUM ERIT
SIUE CLIBANUS SIUE CYTRO
PEDES DESTRUENTUR
ET INMUNDA ERUNT
FONTES UERO ET CISTERNAE
ET OMNIS AQUARUM CON
GREGATIO MUNDA ERUNT
QUI MORTICINUM EORUM
TETIGERIT POLLUETUR
SI CECIDERIT SUPER SEMENTEM
NON POLLUET EAM
SIN AUTEM QUISPIAM AQUA
SEMENTEM PERFUDERIT
ET POSTEA MORTICINIS TACTA
FUERIT ILICO POLLUETUR
SI MORTUUM FUERIT ANIMAL
QUOD LICET UOBIS COMEDERE
QUI CADAUER EIUS TETIGERIT
INMUNDUS ERIT USQ.
AD UESPERUM
ET QUI COMEDERIT EX EO QUIP
PIAM SIUE PORTAUERIT
LAUABIT UESTIMENTA SUA
ET INMUNDUS ERIT USQ.
AD UESPERUM
OMNE QUOD REPTAT SUPER
TERRAM ABOMINABILE ERIT
NEC ADSUMETUR IN CIBUM
QUICQUID SUPER PECTUS
QUADRUPES GRADITUR
ET MULTOS HABET PEDES
SIUE PER HUMUM TRAHITUR
NON COMEDITUR QUIA
ABOMINABILE EST
NOLITE CONTAMINARE
ANIMAS UESTRAS
NEC TANGATIS QUICQUAM
EORUM NE INMUNDI SITIS
EGO ENIM SUM DNS DS UESTER
SCI ESTOTE QUONIAM
ET EGO SCS SUM
NE POLLUATIS ANIMAS UESTRAS
IN OMNI REPTILI QUOD
MOUETUR SUPER TERRAM
EGO ENIM SUM DNS QUI EDUXI
UOS DE TERRA AEGYPTI UT
ESSEM UOBIS IN DM
SCI ERITIS QUIA ET EGO SCS SUM
ISTA EST LEX ANIMANTIUM
ET UOLUCRUM ET OMNIS
ANIMAE UIUENTIS
QUAE MOUENTUR IN AQUA
ET REPTANT IN TERRA
UT DIFFERENTIAS NOUERITIS

MUNDI ET INMUNDI
ET SCIATIS QUID COMEDERE ET
QUID RESPUERE DEBEATIS
XII LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
DICENS
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
ET DICES AD EOS
MULIER SI SUSCEPTO SEMINE
PEPERERIT MASCULUM
INMUNDA ERIT SEPTEM DIEB·
IUXTA DIES SEPARATIONIS
MENSTRUAE
ET DIE OCTABA CIRCUMCIDE
TUR INFANTULUS
IPSA UERO XXX TRIB· DIEB·
MANEBIT IN SANGUINE
PURIFICATIONIS SUAE
OMNE SCM NON TANGET
NEC INGREDIETUR SCUARIUM
DONEC INPLEANTUR DIES
PURIFICATIONIS SUAE
SIN AUTEM FEMINAM PEPE
RERIT INMUNDA ERIT
DUAB· EBDOMADIB·
IUXTA RITUM FLUXUS
MENSTRUI
SEXAGINTA SEX DIEB· MANE
BIT IN SANGUINE PURIFI
CATIONIS SUAE
CUMQ· IMPLETI FUERINT
DIES PURGATIONIS EIUS
SIUE PRO FILIO SIUE
PRO FILIA
DEFERET AGNUM ANNICULUM
IN HOLOCAUSTUM
ET PULLUM COLUMBAE SIUE
TURTUREM PRO PECCATO
AD OSTIUM TABERNACULI
TESTIMONII
ET TRADET SACERDOTI
QUI OFFERET ILLA CORAM DNO
ET ROGAUIT PRO EA
ET SIC MUNDABITUR A PROFLU
UIO SANGUINIS SUI

ISTA EST LEX PARIENTIS MASCU
LUM AC FEMINAM
QUOD SI NON INUENERIT
MANUS EIUS
NEC POTUERIT OFFERRE AGNUM
SUMET DUOS TURTURES AUT
DUOS PULLOS COLUMBAE
UNUM IN HOLOCAUSTUM ET
ALTERUM PRO PECCATO
ORAUITQ· PRO EA SACERDOS
ET SIC MUNDABITUR
XIII LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
ET AARON DICENS
HOMO IN CUIUS CARNE ET CUTE
ORTUS FUERIT DIUER
SUS COLOR
SIUE POSTULA AUT QUASI LUCENS
QUIPPIAM ID EST PLAGA
LEPRAE
ADDUCETUR AD AARON
SACERDOTEM
UEL AD UNUM QUEMLIBET
FILIORUM EIUS
QUI CUM UIDERIT LEPRAM
IN CUTE ET PILOS IN ALBUM
MUTATOS COLOREM
IPSAMQ· SPECIEM LEPRAE
HUMILIOREM CUTE ET
CARNE RELIQUA
PLAGA LEPRAE EST ET AD
ARBITRIUM EIUS
SEPARABITUR
SIN AUTEM LUCENS CANDOR
FUERIT IN CUTE
NEC HUMILIOR CARNE
RELIQUA
ET PILI COLORIS PRISTINI
RECLUDET EUM SACERDOS
SEPTEM DIEB·
ET CONSIDERAUIT DIE SEPTIMO
ET SI QUIDEM LEPRA NON ULTRA
CREUERIT NEC TRANSIERIT
IN CUTE PRAETERITOS
TERMINOS

RURSUM RECLUDET EUM
SEPTEM DIEB· ALIIS
ET DIE SEPTIMO CONTEM
PLABITUR
SI OBSCURIOR FUERIT LEPRA
ET NON CREUERIT IN CUTE
MUNDABIT EUM QUIA
SCABIES EST
LAUABITQ· HOMO UESTIMEN
TA SUA ET MUNDUS ERIT
QUOD SI POSTQUAM A SACER
DOTE UISUS EST ET RED
DITUS MUNDITIAE ITERUM
LEPRA CREUERIT
ADDUCETUR AD EUM ET INMUN
DITIAE CONDEMNABITUR
PLAGA LEPRAE SI FUERIT
IN HOMINE
ADDUCETUR AD SACERDOTEM
ET UIDEBIT EUM
CUMQ· COLOR ALBUS
FUERIT IN CUTE
ET CAPILLORUM MUTARIT
ASPECTUM
IPSA QUOQ· CARO UIUA
APPARUERIT
LEPRA UETUSTISSIMA IUDICA
BITUR ATQ· INOLITA CUTI
CONTAMINABIT ITAQ· EUM SACER
DOS ET NON RECLUDET
QUIA PERSPICUAE INMUN
DITIAE EST
SIN AUTEM EFFLUERIT DISCUR
RENS LEPRA IN CUTE ET OPE
RUERIT OMNEM CUTEM
A CAPITE USQ· AD PEDES
QUIDQUID SUB ASPECTU
OCULORUM CADIT
CONSIDERAUIT EUM SACERDOS
ET TENERI LEPRA MUNDIS
SIMA IUDICABIT
EO QUOD OMNIS IN CANDO
REM UERSA SIT
ET IDCIRCO HOMO MUNDUS ERIT

QUANDO UERO CARO UIUENS
IN EO APPARUERIT
TUNC SACERDOTIS IUDICIO
POLLUETUR
ET INTER INMUNDOS
REPUTABITUR
CARO ENIM UIUA SI LEPRA
ASPERGATUR INMUNDA EST
QUOD SI RURSUM UERSA
FUERIT IN ALBOREM
ET TOTUM HOMINEM
OPERUERIT
CONSIDERABIT EUM SACER
DOS ET MUNDUM ESSE
DECERNIT
CARO ET CUTIS IN QUA ULCUS
NATUM EST ET SANATUM
ET IN LOCO ULCERIS CICATRIX
APPARUERIT
ALBA SIUE RUFA
ADDUCETUR AD SACER
DOTEM HOMO
QUI CUM UIDERIT LOCUM
LEPRAE HUMILIOREM
CARNE RELIQUA
ET PILOS UERSOS IN CANDOREM
CONTABIT EUM
PLAGA ENIM LEPRAE ORTA
EST IN ULCERE
QUOD SI PILUS EST COLORIS
PRISTINI
ET CICATRIX SUBOBSCURA
ET UICINA CARNE NON EST
HUMILIOR
RECLUDET EUM SEPTEM
DIEBUS
ET SI QUIDEM CREUERIT
ADIUDICABIT EUM LEPRAE
SIN AUTEM STETERIT IN
LOCO SUO ULCERIS EST
CICATRIX
ET HOMO MUNDUS ERIT
CARO ET CUTIS QUAM IGNIS
EXUSSERIT

et sanata albam siue rufam
habuerit cicatricem
considerabit eam sacerdos
et ecce uersa est in alborem
et locus eius reliqua
cute humilior
contaminabit eum quia plaga
leprae in cicatrice
orta est
Quod si pilorum color non
fuerit inmutatus
nec humilior plaga
carne reliqua
et ipsa leprae species fuerit
subobscura·recludet eum
septem diebus
et die septimo con
templabitur
si creuerit in cute lepra
contaminavit eum
sin autem candor in loco suo
steterit non satis clarus
plaga conbustionis est
et idcirco mundabitur quia
cicatrix est conbusturae
Uir siue mulier in cuius capite
uel barba germinarit
lepra
uidebit eos sacerdos
et siquidem humilior fuerit
locus carne reliqua
et capillus flab· solitoq.
subtilior
contaminabit eos quia lepra
capitis et barbae est
sin autem uiderit et locum
maculae aequalem uicinae
carni et capillum nigrum
recludet eum septem
diebus
et die septimo intuebitur
si non creuerit macula et
capillus sui coloris est
et locus plagae carni
reliquae aequalis
radetur homo absq.
loco maculae
et includetur septem dieb·
si die septimo uisa fuerit
stetisse plaga in loco suo
nec humilior carne reli
qua mundabit eum
lotisq. uestib· mundus erit
sin autem post emundati
onem rursus creuerit
macula in cute
non quaeret amplius utrum
capillus in flauum colorem
sit inmutatus
quia aperte inmundus est
porro si steterit macula
et capilli nigri fuerint
nouerit hominem esse
sanatum
et confidenter eum pro
nuntiet mundum
Uir et mulier in cuius cute
candor apparuerit
intuebitur eos sacerdos
si deprachenderit sub
obscurum alborem
lucere in cute
sciat non esse lepram sed
maculam coloris candidi
et hominem mundum
Uir in cuius capite fluunt
capilli caluus ac mun
dus erit
et si a fronte ceciderint pili
recaluaster ac mundus est
sin autem in caluitio
siue in recaluitione
albus uel rufus color
fuerit exortus
et hoc sacerdos uiderit
condemnauit eum
aut dubiae leprae quae
orta est in caluitio

QUICUMQ· ERGO MACULATUS
FUERIT LEPRA
ET SEPARATUS AD ARBITRIUM
SACERDOTIS
HABEBIT UESTIMENTA DISSUTA
CAPUT NUDUM OS, UESTE
CONTECTUM
CONTAMINATUM AC SORDIDUM
SE CLAMABIT
OMNI TEMPORE QUO LEPROSUS
EST ET INMUNDUS
SOLUS HABITAUIT EXTRA
CASTRA
UESTIS LANEA SIUE LINEA QUAE
HABUERIT LEPRAM IN STA
MINE ATQ· SUBTEMINE
AUT CERTE PELLIS UEL QUIC
QUID EX PELLE CONFECTUM EST
SI ALBA ET RUFA MACULA
FUERIT INFECTA
LEPRA REPUTABITUR· OSTEN
DETURQ· SACERDOTI
QUI CONSIDERET EAM RECLUDET
SEPTEM DIEB·
ET DIE SEPTIMO RURSUM
ASPICIENS
SI CREUISSE DEPRAEHENDERIT
LEPRA PERSEUERANS EST
POLLUTUM IUDICABIT UESTI
MENTUM ET OMNE IN QUO
FUERIT INUENTA
ET IDCIRCO COMBURETUR
FLAMMIS
QUOD SI EAM UIDERIT
NON CREUISSE
PRAECIPIET ET LAUABUNT ID
IN QUO LEPRA EST
RECLUDETQ· ILLUD SEPTEM
DIEB· ALIIS
ET CUM UIDERIT FACIEM QUIDĒ
PRISTINAM NON REUERSAM
NEC TAMEN NON CREUISSE
LEPRAM
INMUNDUM IUDICABIT

ET IGNE COMBURET
EO QUOD INFUSA SIT IN SUPER
FICIE UESTIMENTI UEL
PER TOTUM LEPRA
SIN AUTEM OBSCURIOR FUERIT
LOCUS LEPRAE POSTQUAM
UESTIS EST LOTA
ABRUMPET EUM ET A SOLIDO
DIUIDET
QUOD SI ULTRA APPARUERIT
IN HIS LOCIS QUAE PRIUS
INMACULATA ERANT
LEPRA UOLATILIS ET UAGA
DEBET IGNE COMBURI
SI CESSAUERIT LAUABIT EA
QUAE PURA SUNT SECUNDO
ET MUNDA ERUNT
ISTA EST LEX LEPRAE
UESTIMENTI LANEI ET LINEI
STAMINIS ATQ· SUBTEMINIS
OMNISQ· SUPELLECTILIS
PELLICIAE
QUOMODO MUNDARI DEBEAT
UEL CONTAMINARI
·XIIII· LOCUTUSQ· EST DNS
AD MOSEN DICENS
HIC EST RITUS LEPROSI
QUANDO MUNDANDUS EST
ADDUCETUR AD SACERDOTĒ
QUI EGRESSUS DE CASTRIS CUM
INUENERIT LEPRAM
ESSE MUNDATAM
PRAECIPIET EI QUI PURI
FICATUR
UT OFFERAT PRO SE DUOS
PASSERES UIUOS QUOS
UESCI LICITUM EST
ET LIGNUM CEDRINUM UER
MICULUMQ· ET HYSOPUM
ET UNUM E PASSERIB· IMMO
LARI IUBEBIT IN UASE FICTILI
SUPER AQUAS UIUENTES
ALIUM AUTEM UIUUM CUM
LIGNO CEDRINO ET COCCO

et hysopo tinguet in sanguine
passeris immolati
quo asperget illum qui mun
dandus est septies
ut iure purgetur
et dimittet passerem uiuū
ut in agrum auolet
cumq. lauerit homo
uestimenta sua
radet omnes pilos corporis
et lauabitur aqua
purificatusq. ingre
dietur castra
ita dumtaxat ut maneat
extra tabernaculum
suum septem dieb·
Et die septimo radat
capillos capitis
barbamq. et supercilia
ac totius corporis pilos
et lotis rursum uestib·
et corpore
Die octauo adsumet duos
agnos inmaculatos
et ouem anniculam
absq. macula
et tres decimas similae
in sacrificium quae con
spersa sit oleo
et seorsum olei sextarium
cumq. sacerdos puri
ficans hominem
statuerit eum et haec
omnia coram dn̄o
in ostio tabernaculi
testimonii
tollet agnum et offeret
eum pro delicto
oleiq. sextarium
et oblatis ante dn̄m omnib·
immolabit agnum ubi immo
lari solet hostia pro pec
cato et holocaustum
id est in loco sc̄o

sicut pro peccato ita
et pro delicto
ad sacerdotem pertinet
hostia sc̄a sc̄orum est
adsumensq. sacerdos de san
guine hostiae quae immo
lata est pro peccato
ponet super extremum
auriculae dextrae eius
qui mundatur
et super pollices manus
dextrae ac pedis
et de olei sextario mittet
in manum suam sinistram
tinguetq. digitum
dextrum in eo
et asperget septies
contra dn̄m
quod autem reliquum est
olei in leua manu
fundetq. super extremum
auriculae dextrae eius
qui mundatur
et super pollices manus
ac pedis dextri
et super sanguinem qui
fusus est pro delicto
et super caput eius
rogabitq. pro eo
coram dn̄o
et faciet sacrificium
pro peccato
tunc immolabit holocaus
tum et ponet illud in altari
cum libamentis suis
et homo rite mundabitur
quod si pauper est et non
potest manus eius inue
nire quae dicta sunt
sumet agnum pro delicto
ad oblationem
ut roget pro eo sacerdos
decimamq. partem similae
conspersae oleo in sacri

ficium sextarium olei
duosq. turtures siue duos
pullos columbae
quorum sit unus pro peccato
et alter in holocaustum
offeretq. die octauo puri
ficationis suae sacerdoti
ad ostium tabernaculi
testimonii coram dno
qui suscipiens agnum pro
delicto et sextarium
olei leuabit simul
Immolatoq. agno de sanguine
eius ponet super extre
mum auriculae dextrae
illius qui mundatur
et super pollices manus
eius ac pedis dextri
olei uero partem mittet
in manum suam sinistram
In quo tinguens digitum
dextrae manus
asparget septies
contra dnm
tangetq. extremum auricu
lae dextrae illius qui
mundatur
et pollices manus
ac pedis dextri
In loco sanguinis qui effu
sus est pro delicto
Reliquam autem partem
olei quae est in sinistra manu
mittet super caput puri
ficati ut placeat pro
eo dnm
et turturem siue pullum
columbae offeret
unum pro delicto et unum
in holocaustum cum
libamentis suis
hoc est sacrificium leprosi
qui habere non potest omnia
in mundationem sui

Locutus q. est dns ad mosen
et aaron dicens
cum ingressi fueritis terram
chanaan quam ego dabo
uobis in possessionem
si fuerit plaga leprae
in aedibus
ibit cuius est domus nunti
ans sacerdoti et dicet
quasi plaga leprae uidetur
mihi esse in domo mea
at ille praecipiet ut efferat
uniuersa de domo
prius quam ingrediatur eam
et uideat utrum leprosa sit
ne inmunda fiant omnia
quae in domo sunt
Intrauitq. postea ut con
sideret domus lepram
et cum uiderit in parietib.
illius quasi ualliculas
pallore siue rubore
deformes
et humiliores super
ficie reliqua
egredietur ostium domus
et statim claudet eam
septem dieb.
Reuersusq. die septimo
considerauit eam
si inuenerit creuisse
lepram
iubebit erui lapides
in quib. lepra est
et proici extra ciuitatem
in loco inmundo
domum autem ipsam
radi intrinsecus per
circuitum
et spargi puluerem rasu
rae extra urbem in
loco inmundo
lapidesq. reponi alios pro
his qui ablati fuerint

et luto alio liniri domum
sin autem postquam eruti
sunt lapides
et pulvis elatus et alia
terra lita
ingressus sacerdos viderit
reversam lepram
et parietes aspersos maculis
lepra est perseverans
et inmunda domus
quam statim destruent
et lapides eius ac ligna atq.
universum pulverem
proicient extra oppidum
in loco inmundo
qui intraverit domum quan
do clausa est inmundus
erit usq. ad vesperum
et qui dormierit in ea et come
derit quippiam
lavabit vestimenta sua
quod si introiens sacerdos
viderit q. lepram non cre
visse in domo postquam
denuo lita est
purificavit eam reddita
sanitate
et in purificationem eius
sumet duos passeres
lignumq. cedrinum et ver
miculum atq. hysopum
et immolato uno passere
in vase fictili super
aquas vivas
tollet lignum cedrinum
et hysopum et coccum
et passerem vivum
et tinguet omnia in sangui
ne passeris immolati atq.
in aquis viventib.
et asparget domum septies
purificavitq. eam
tam in sanguine passeris
quam in aquis viventib.

et in passere vivo lignoq.
cedrino et hysopo
atq. vermiculo
cumq. dimiserit passerem
avolare in agrum
orabit pro domo et iure
mundabitur
ista est lex omnis leprae
et percussurae
leprae vestium et domorum
cicatricis et erumpentium
papularum
lucentis maculae et in varias
species coloribus inmutatis
ut possit sciri quo tempore
mundum quid vel in
mundum sit
VIII XV Locutusq. est dns ad mosen
et aaron dicens
loquimini filiis israhel
et dicite eis
vir qui patitur fluxum semi
nis inmundus erit
et tunc iudicabitur huic vitio
subiacere
cum per momenta singula
adheserit carni illius atq.
creverit foedus humor
omne stratum in quo dormi
erit inmundum erit
et ubi cumq. sederit
si quis hominum tetigerit
lectum eius
lavabit vestimenta sua
et ipse lotus aqua inmundus
erit usq. ad vesperum
si sederit ubi ille sederat
et ipse lavabit vesti
menta sua
et lotus aqua inmundus
erit usq. ad vesperum
qui tetigerit carnem eius
lavabit vestimenta sua
et ipse lotus aqua inmundus

erit usq. ad uesperum
si saliuam huius cemodi homo
iecerit super eum qui
mundus est
lauabit uestem suam
et lotus aqua inmundus
erit usq. ad uesperum
sagma super quam sede
rit inmunda erit
et quicquid sub eo fuerit
qui fluxum seminis pati
tur pollutum erit usq.
ad uesperum
qui portauerit horum
aliquid
lauabit uestimenta sua
et ipse lotus aqua inmundus
erit usq. ad uesperum
omnis quem tetigerit qui
talis est non lotis ante
manib. lauabit uesti
menta sua
et lotus aqua inmundus
erit usq. ad uesperum
uas fictile quod tetigerit
confringetur
uas autem ligneum
lauabitur aqua
si sanatus fuerit qui huius
cemodi sustinet passionē
numerauit septem dies
post emundationem sui
et lotis uestib. ac toto
corpore in aquis uiuen
tib. erit mundus
die autem octauo sumet
duos turtures aut duos
pullos columbae
et ueniet in conspectum dn̄i
ad ostium tabernaculi tes
timonii dabitq. eos sacerdoti
qui faciet unum pro peccato
et alterum in holocaustū
rogabitq. pro eo coram dn̄o

ut emundetur a fluxu
seminis sui
uir de quo egreditur
semen coitus
lauabit aqua omne
corpus suum
et inmundus erit
usq. ad uesperum
uestem et pellem
quam habuerit
lauabit aqua et inmunda erit
usq. ad uesperum
mulier cum qua coierit laua
bitur aqua et inmunda
erit usq. ad uesperum
mulier quae redeunte mense
patitur fluxum sanguinis
septem dieb. separabitur
omnis qui tetigerit eam
inmundus erit usque
ad uesperum
et in quo dormierit uel sede
rit dieb. separationis suae
polluetur
qui tetigerit lectum eius
lauabit uestimenta sua
et ipse lotus aqua inmundus
erit usq. ad uesperum
omne uas super quod illa
sederit quisquis adtigerit
lauabit uestimenta sua
et lotus aqua inmundus
erit usq. ad uesperum
si coierit cum ea uir tempore
sanguinis menstrualis in
mundus erit septem dieb.
et omne stratum in quo
dormierit polluetur
mulier quae patitur multis
dieb. fluxum sanguinis non
tempore menstruali
uel quae post menstruum
sanguinem fluere non
cessat

huic
QUAM DIU SUB IACET PASSIONI
INMUNDA ERIT QUASI SIT IN
TEMPORE MENSTRUO
OMNE STRATUM IN QUO
DORMIERIT
ET UAS IN QUO SEDERIT
POLLUTUM ERIT
QUI CUMQ· TETIGERIT EAM
LAUABIT UESTIMENTA SUA
ET IPSE LOTUS AQUA INMUNDUS
ERIT USQ· AD UESPERUM
SI STETERIT SANGUIS ET
FLUERE CESSARIT
NUMERABIT SEPTEM DIES
PURGATIONIS SUAE
ET OCTAUO DIE OFFERET
PRO SE SACERDOTI
DUOS TURTURES UEL DUOS
PULLOS COLUMBAE
AD OSTIUM TABERNACULI
TESTIMONII
QUI UNUM FACIET PRO PEC
CATO ET ALTERUM IN
HOLOCAUSTUM
ROGABITQ· PRO EA SACERDOS
CORAM DÑO
ET PRO FLUXU MUN
DITIAE EIUS
DOCEBITIS ERGO FILIOS ISRAHEL
UT CAUEANT INMUNDITIAM
ET NON MORIANTUR IN
SORDIB· SUIS
CUM POLLUERINT TABERNACU
LUM MEUM QUOD EST
INTER EOS
ISTA EST LEX EIUS QUI PATITUR
FLUXUM SEMINIS
ET QUI POLLUITUR COITU
ET QUAE MENSTRUIS TEMPO
RIB· SEPARATUR
UEL QUAE IUGI FLUIT SANGUINE
ET HOMINIS QUI DORMI
ERIT CUM EA
XVI LOCUTUSQ· EST DÑS AD MOSEN
POST MORTEM DUUM
FILIORUM AARON
QUANDO OFFERENTES IGNEM
ALIENUM INTERFECTI SUNT
ET PRAECEPIT EI DICENS
LOQUERE AD AARON FRATREM TUU
NE OMNI TEMPORE INGREDI
ATUR SCUARIUM QUOD
EST INTRA UELUM
CORAM PROPITIATORIO QUO TEGI
TUR ARCA UT NON MORIATUR
QUIA IN NUBE APPAREBO
SUPER ORA CULUM
NISI HAEC ANTE FECERIT
UITULUM OFFERET PRO PEC
CATO ET ARIETEM IN
HOLOCAUSTUM
TUNICA LINEA UESTIETUR
FEMINALIB· LINEIS UERE
CUNDA CELABIT
ACCINGETUR ZONA LINEA CIDA
RIM LINEAM INPONET CAPITI
HAEC ENIM UESTIMENTA
SUNT SCA
QUIB· CUNCTIS CUM LOTUS
FUERIT INDUETUR
SUSCIPIETQ· AB UNIUERSA MULTI
TUDINE FILIORUM ISRAHEL
DUOS HIRCOS PRO PECCATO
ET UNUM ARIETEM IN
HOLOCAUSTUM
CUMQ· OBTULERIT UITULUM
ET ORAUERIT PRO SE ET PRO
DOMO SUA
DUOS HIRCOS STARE FACIET
CORAM DÑO IN OSTIO TABER
NACULI TESTIMONII
MITTENS SUPER UTRUMQ·
SORTEM
UNUM DÑO ET ALTERUM
CAPRO EMISSARIO
CUIUS SORS EXIERIT DÑO
OFFERET ILLUM PRO
PECCATO

cuius autem in caprum
emissarium
statuet eum uiuum
coram dño
ut fundat praeces super
eo et emittat illum
in solitudinem
his rite celebratis
offeret uitulum
et rogans pro se et pro
domo sua immolauit eum
adsumptoq· turibulo
quod de pru[nis] alta
ris impleue[ri]t
et hauriens manu conposi
tum thymiama in incensum
ultra uelum in sca intrabit
ut inpositis super ignem
aromatib·
nebula eorum et uapor
operiat oraculum
quod est super testimo
nium ut non moriatur
tollet quoq· de sanguine
uituli et asparget digito
septies contra propitia
torium ad orientem
cumq· mactauerit hircum
pro peccato populi
inferet sanguinem eius
intra uelum
sicut praeceptum est
de sanguine uituli
ut asparcat e regione
oraculi
et expiet scūarium ab in
munditiis filiorum isrl
et a praeuaricationib· eorum
cunctisq· peccatis
iuxta hunc ritum faciet
et tabernaculum
testimonii
quod fixum est inter eos
in medio sortium habita
tionis eorum
nullus hominum sit
in tabernaculo
quando pontifex ingre
ditur scūarium
ut roget pro se et pro domo
sua et pro uniuerso coetu
israhel donec egrediatur
cum autem exierit ad altare
quod coram dño est
oret pro se
et sumptum sanguinem
uituli atq· hirci
fundat super cornua eius
per gyrum
aspergensq· digito septies
expiet et scificet illud
ab inmunditiis filiorum
israhel
postquam emundarit scū
arium et tabernacu
lum et altare
tunc offerat hircum
uiuentem
et posita utraq· manu
super caput eius
confiteatur omnes iniqui
tates filiorum israhel
et uniuersa delicta atq·
peccata eorum
quae inpraecans capiti eius
emittet illum per homi
nem paratum in desertum
cumq· portauerit hircus
omnes iniquitates eorum
in terram solitariam
et dimissus fuerit in deserto
reuertetur aaron in taber
naculum testimonii
et depositis uestib· quib·
indutus erat prius cum
intraret scūarium
relictisq· ibi lauabit car
nem suam in loco sco

INDUETURQ. UESTIMENTIS SUIS
ET POSTQUAM EGRESSUS
OBTULERIT HOLOCAUS
TUM SUUM AC PLEBIS
ROGABIT TAM PRO SE
QUAM PRO POPULO
ET ADIPEM QUI OBLATUS EST
PRO PECCATIS ADOLEBIT
SUPER ALTARE
ILLE UERO QUI DIMISERIT
CAPRUM EMISSARIUM
LAUABIT UESTIMENTA SUA
ET CORPUS AQUA
ET SIC INGREDIETUR IN CASTRA
UITULUM AUTEM ET HIRCUM
QUI PRO PECCATO FUERANT
IMMOLATI
ET QUORUM SANGUIS INLATUS
EST UT IN SCUARIO EXPI
ATIO CONPLERETUR
ASPORTABUNT EXTRA CASTRA
ET COMBURENT IGNI
TAM PELLES QUAM CARNES
EORUM ET FIMUM
ET QUICUMQ. COMBUSERIT EA
LAUABIT UESTIMENTA SUA
ET CARNEM AQUA
ET SIC INGREDIETUR IN CASTRA
ERITQ. HOC UOBIS LEGITI
MUM SEMPITERNUM
MENSE SEPTIMO DECIMO DIE
MENSIS ADFLIGETIS ANIMAS
UESTRAS NULLUMQ.
FACIETIS OPUS
SIUE INDIGENA SIUE ADUENA QUI
PEREGRINATUR INTER UOS
IN HAC DIE EXPIATIO ERIT
UESTRI ATQ. MUNDATIO
AB OMNIB. PECCATIS UESTRIS
CORAM DNO MUNDABIMINI
SABBATUM ENIM REQUI
ETIONIS EST
ET ADFLIGETIS ANIMAS UESTRAS
RELIGIONE PERPETUA

EXPIABIT AUTEM SACERDOS
QUI UNCTUS FUERIT ET CUIUS
INITIATAE MANUS
UT SACERDOTIO FUNGATUR
PRO PATRE SUO
INDUETURQ. STOLA LINEA
ET UESTIB. SCIS
ET EXPIABIT SCUARIUM ET
TABERNACULUM TESTI
MONII ATQ. ALTARE
SACERDOTES QUOQ. ET UNI
UERSUM POPULUM
ERITQ. HOC UOBIS LEGITIMUM
SEMPITERNUM
UT ORETIS PRO FILIIS ISRAHEL
ET PRO CUNCTIS PECCATIS
EORUM SEMEL IN ANNO
FECIT IGITUR SICUT PRAE
CEPIT DNS MOSI.
XVII ET LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
DICENS
LOQUERE AARON ET FILIIS EIUS
ET CUNCTIS FILIIS ISRAHEL
ET DICES AD EOS
ISTE EST SERMO QUEM MANDA
UIT DNS DICENS
HOMO QUILIBET DE DOMO
ISRAHEL
SI OCCIDERIT BOUEM AUT OUEM
SIUE CAPRAM IN CASTRIS
UEL EXTRA CASTRA
ET NON OBTULERIT AD OSTIUM
TABERNACULI OBLATIONEM
DNO REUS ERIT SANGUINIS
QUASI SANGUINEM FUDERIT
SIC PERIBIT DE MEDIO
POPULI SUI
IDEO OFFERRE DEBENT SACER
DOTI FILII ISRAHEL HOSTIAS
SUAS QUAS OCCIDUNT
IN AGRO
UT SCIFICENTUR DNO ANTE
OSTIUM TABERNACULI
TESTIMONII

ET IMMOLENT EAS HOSTIAS
PACIFICAS DÑO
FUNDETQ. SACERDOS SANGUI
NEM SUPER ALTARE DÑI
ET AD OSTIUM TABERNACULI
TESTIMONII
ADOLEBIT ADIPEM IN ODOREM
SUAUITATIS DÑO
ET NEQUAQUAM ULTRA IMMO
LABUNT HOSTIAS SUAS DAEMO
NIB. CUM QUIB. FORNI
CATI SUNT
LEGITIMUM SEMPITERNUM
ERIT ILLIS ET POSTERIS EORUM
ET AD IPSOS DICES
HOMO DE DOMO ISRAHEL ET DE
ADUENIS QUI PEREGRINAN
TUR APUT UOS
QUI OBTULERIT HOLOCAUSTUM
SIUE UICTIMAM
ET AD OSTIUM TABERNACULI
TESTIMONII
NON ADDUXERIT EAM UT OFFE
RATUR DÑO INTERIBIT
DE POPULO SUO
HOMO QUILIBET DE DOMO ISRA
HEL ET DE ADUENIS QUI PER
EGRINANTUR INTER EOS
SI COMEDERIT SANGUINEM
OFFIRMABO FACIEM MEAM
CONTRA ANIMAM ILLIUS
ET DISPERDAM EUM
DE POPULO SUO
QUIA ANIMA CARNIS IN
SANGUINE EST
ET EGO DEDI ILLUM UOBIS UT
SUPER ALTARE IN EO EXPIETIS
PRO ANIMAB. UESTRIS
ET SANGUIS PRO ANIMAE
PIACULO SIT
IDCIRCO DIXI FILIIS ISRAHEL
OMNIS ANIMA EX UOBIS NON
COMEDET SANGUINEM
NEC EX ADUENIS QUI PEREGRI
NANTUR INTER UOS
HOMO QUICUMQ. DE FILIIS ISRA
HEL ET DE ADUENIS QUI PER
EGRINANTUR INTER UOS
SI UENATIONE ATQ. AUCUPIO
CEPERIT FERAM UEL AUEM
QUIB. UESCI LICITUM EST
FUNDAT SANGUINEM EIUS
ET OPERIAT ILLUD TERRA
ANIMA ENIM OMNIS CARNIS
IN SANGUINE EST
UNDE DIXI FILIIS ISRAHEL
SANGUINEM UNIUERSAE
CARNIS NON COMEDETIS
QUIA ANIMA CARNIS IN
SANGUINE EST
ET QUICUMQ. COMEDERIT
ILLUM INTERIBIT
ANIMA QUAE COMEDERIT
MORTICINUM UEL CAPTUM
A BESTIA
TAM DE INDIGENIS QUAM
DE ADUENIS
LAUABIT UESTIMENTA SUA
ET SEMET IPSUM AQUA
ET CONTAMINATUS ERIT
USQ. AD UESPERUM
ET HOC ORDINE MUNDUS FIET
QUOD SI NON LAUERIT UESTI
MENTA SUA ET CORPUS
PORTABIT INIQUITATEM SUAM
·XVIII· LOCUTUSQ. EST DÑS
AD MOSEN DICENS
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
ET DICES AD EOS
EGO DÑS DS̄ UESTER
IUXTA CONSUETUDINEM TER
RAE AEGYPTI IN QUA HABI
TASTIS NON FACIETIS
ET IUXTA MOREM REGIONIS
CHANAAN AD QUAM EGO INTRO
DUCTURUS SUM uos NON AGETIS
NEC IN LEGITIMIS EORUM
AMBULABITIS

FACIETIS IUDICIA MEA ET PRAE
CEPTA SERUABITIS ET AMBU
LABITIS IN EIS
EGO DNS DS UESTER
CUSTODITE LEGES MEAS ATQ.
IUDICIA QUAE FACIENS HOMO
UIUET IN EIS · EGO DNS
OMNIS HOMO AD PROXIMAM
SANGUINIS SUI NON ACCEDET
UT REUELET TURPITUDINEM
EIUS · EGO DNS
TURPITUDINEM PATRIS TUI
ET TURPITUDINEM MATRIS
TUAE NON DISCOPERIES
MATER TUA EST NON REUELABIS
TURPITUDINEM EIUS
TURPITUDINEM UXORIS PATRIS
TUI NON DISCOPERIES · TURPI
TUDO ENIM PATRIS TUI EST
TURPITUDINEM SORORIS TUAE
EX PATRE SIUE EX MATRE QUAE
DOMI UEL FORIS GENITA EST
NON REUELABIS
TURPITUDINEM FILIAE FILII TUI
UEL NEPTIS EX FILIA NON REUE
LABIS QUIA TURPITUDO
TUA EST
TURPITUDINEM FILIAE UXORIS
PATRIS TUI QUAM PEPERIT
PATRI TUO ET EST SOROR TUA
NON REUELABIS
TURPITUDINEM SORORIS PATRIS
TUI NON DISCOPERIES · QUIA
CARO EST PATRIS TUI
TURPITUDINEM SORORIS MATRIS
TUAE NON REUELABIS EO QUOD
CARO SIT MATRIS TUAE
TURPITUDINEM PATRUI TUI
NON REUELABIS
NEC ACCEDES AD UXOREM EIUS
QUAE TIBI ADFINITATE
CONIUNGITUR
TURPITUDINEM NURUS TUAE
NON REUELABIS

QUIA UXOR FILII TUI EST
NEC DISCOPERIES IGNOMI
NIAM EIUS
TURPITUDINEM UXORIS FRA
TRIS TUI NON REUELABIS
QUIA TURPITUDO FRATRIS
TUI EST
TURPITUDINEM UXORIS TUAE
ET FILIAE EIUS NON REUELABIS
FILIAM FILII EIUS ET FILIAM
FILIAE EIUS NON SUMES
UT REUELES IGNOMINIAM EIUS
QUIA CARO ILLIUS SUNT ET TALIS
COITUS INCESTUS EST
SOROREM UXORIS TUAE
IN PELICATUM EIUS
NON ACCIPIES
NEC REUELABIS TURPITUDINEM
EIUS AD HUC ILLA UIUENTE
AD MULIEREM QUAE PATITUR
MENSTRUA NON ACCEDES
NEC REUELABIS TURPI
TUDINEM EIUS
CUM UXORE PROXIMI
TUI NON COIBIS
NEC SEMINIS COMMIXTI
ONE MACULAUERIS
DE SEMINE TUO UT CONSECRE
TUR IDOLO MOLOCH NON DABIS
NEC POLLUES NOMEN
DI TUI EGO DNS
CUM MASCULO NON COMMIS
CERIS COITU FEMINEO
QUIA ABOMINATIO EST
CUM OMNI PECORE NON COIBIS
NEC MACULAUERIS CUM EO
MULIER NON SUBCUMBET
IUMENTO NEC MISCEBI
TUR EI QUIA SCELUS EST
NEC POLLUAMINI IN OMNIB· ISTIS
QUIB· CONTAMINATAE SUNT
UNIUERSAE GENTES
QUAS EGO EICIAM ANTE CON
SPECTUM UESTRUM

ET QUIB· POLLUTA EST TERRA
CUIUS EGO SCELERA UISITABO
UT EUOMAT HABITATORES SUOS
CUSTODITE IUDICIA MEA
ATQ. LEGITIMA MEA
ET NON FACIAT EX OMNIB·
ABOMINATIONIB· ISTIS
TAM INDIGENA QUAM COLONUS
QUI PEREGRINATUR APUT UOS
OMNES ENIM EXECRATI
ONES ISTAS
FECERUNT ACCOLAE TERRAE
QUI FUERUNT ANTE UOS
ET POLLUERUNT EAM
CAUETE ERGO NE ET UOS
SIMILITER EUOMAT
CUM PARIA FECERITIS
SICUT EUOMUIT GENTEM
QUAE FUIT ANTE UOS
OMNIS ANIMA QUAE FECERIT
DE ABOMINATIONIB· HIS
QUIPPIAM PERIBIT DE
MEDIO POPULI SUI
CUSTODITE MANDATA MEA
NOLITE FACERE QUAE FECERUNT
HII QUI FUERUNT ANTE UOS
ET NE POLLUAMINI IN EIS
EGO DN̄S D̄S UESTER
XIX· LOCUTUS EST DN̄S AD MOSEN DICENS
LOQUERE AD OMNEM COETUM
FILIORUM ISRAHEL ET
DICES AD EOS
SC̄I ESTOTE QUIA ET EGO SC̄S
SUM DN̄S D̄S UESTER
UNUSQUISQ. MATREM ET
PATREM SUUM TIMEAT
SABBATA MEA CUSTODITE
EGO DN̄S D̄S UESTER
NOLITE CONUERTI AD IDOLA
NEC DEOS CONFLATILES
FACIETIS UOBIS EGO DN̄S
D̄S UESTER
SI IMMOLAUERITIS HOSTIAM
PACIFICORUM DN̄O UT SIT
PLACABILIS
EO DIE QUO FUERIT IMMOLATA
COMEDETIS EAM ET DIE ALTERO
QUICQUID AUTEM RESIDUUM
FUERIT IN DIEM TERTIUM
IGNE COMBURETIS
SI QUIS POST BIDUUM
COMEDERIT EX EA
PROFANUS ERIT ET IMPIE
TATIS REUS
PORTABIT INIQUITATEM SUAM
QUIA SC̄M DN̄I POLLUIT
ET PERIBIT ANIMA ILLA
DE POPULO SUO
CUM MESSUERIS SEGETES
TERRAE TUAE
NON TONDEBIS USQ. AD SOLUM
SUPERFICIEM TERRAE
NEC REMANENTES SPICAS
COLLIGES
NEQ. IN UINEA TUA RACEMOS
ET GRANA DECIDENTIA
CONGREGABIS
SED PAUPERIB· ET PEREGRINIS
CARPENDA DIMITTIS
EGO DN̄S D̄S UESTER
Ā NON FACIETIS FURTUM
B̄ NON MENTIEMINI
NEC DECIPIET UNUSQUISQ.
PROXIMUM SUUM
Γ̄ NON PEIERABIS IN NOMINE MEO
NEC POLLUES NOMEN
D̄I TUI EGO DN̄S
Δ̄ NON FACIES CALUMNIAM
PROXIMO TUO
NEC UI OPPRIMES EUM
Ē NON MORABITUR OPUS MERCEN
NARII APUT TE USQ. MANE
Ϛ̄ NON MALEDICES SURDO
Z̄ NEC CORAM CAECO PONES
OFFENDICULUM
SED TIMEBIS D̄M TUUM
QUIA EGO SUM DN̄S
H̄ NON FACIES QUOD INIQUUM EST

NEC INIUSTE IUDICABIS
NEC CONSIDERES PERSONAM
PAUPERIS
NEC HONORES UULTUM POTENTIS
IUSTE IUDICA PROXIMO TUO
Θ NON ERIS CRIMINATOR ET
SUSURRO IN POPULIS
Ι NON STABIS CONTRA SANGUINEM
PROXIMI TUI EGO DNS
NE ODERIS FRATREM TUUM
IN CORDE TUO
SED PUBLICE ARGUE EUM
NE HABEAS SUPER ILLO PECCATUM
NE QUAERAS ULTIONEM
NEC MEMOR ERIS INIURIAE
CIUIUM TUORUM
DILIGES AMICUM TUUM SICUT
TEMETIPSUM EGO DNS
LEGES MEAS CUSTODITE
IUMENTA TUA NON FACIES
COIRE CUM ALTERIUS
GENERIS ANIMANTIB·
AGRUM NON SERIS DIUERSO
SEMINE
UESTE QUAE EX DUOB· TEXTA
EST NON INDUERIS
HOMO SI DORMIERIT CUM MULI
ERE COITU SEMINIS
QUAE SIT ANCILLA ETIAM NUBILIS
ET TAMEN PRAETIO NON
REDEMPTA
NEC LIBERTATE DONATA
UAPULABUNT AMBO ET
NON MORIENTUR
QUIA NON FUIT LIBERA
PRO DELICTO AUTEM SUO OFFE
RET DNO AD OSTIUM TABER
NACULI TESTIMONII ARIETEM
ORABITQ· PRO EO SACERDOS
ET PRO DELICTO EIUS
CORAM DNO
ET PROPITIABITUR EI DIMIT
TETURQ· PECCATUM
QUANDO INGRESSI FUERITIS

TERRAM
ET PLANTAUERITIS IN EA
LIGNA POMIFERA
AUFERETIS PRAEPUTIA EORUM
POMA QUAE GERMINANT
INMUNDA ERUNT UOBIS
NEC EDETIS EX EIS
QUARTO ANNO OMNES FRUCTUS
EORUM SCIFICABITUR
LAUDABILI DNO
QUINTO AUTEM ANNO COME
DETIS FRUCTUS CONGREGAN
TES POMA QUAE PROFERUNT
EGO DNS DS UESTER
NON COMEDETIS CUM SANGUINE
NON AUGURAMINI NEC OBSER
UABITIS SOMNIA
NEQ· IN ROTUNDUM ADTON
DEBITIS COMAM
NEC RADATIS BARBAM
ET SUPER MORTUO NON IN
CIDETIS CARNEM UESTRAM
NEQ· FIGURAS ALIAS ET STIGMATA
FACIETIS UOBIS EGO DNS
NE PROSTITUAS FILIAM TUAM
ET CONTAMINETUR TERRA
ET IMPLEATUR PIACULO
SABBATA MEA CUSTODITE
ET SCUARIUM MEUM
METUITE EGO DNS
NE DECLINETIS AD MAGOS
NEC AB ARIOLIS ALIQUID SCISCI
TEMINI UT POLLUAMINI
PER EOS
EGO DNS DS UESTER
CORAM CANO CAPITE CONSURGE
ET HONORA PERSONAM SENIS
ET TIME DM TUUM
EGO SUM DNS
SI HABITAUERIT ADUENA
IN TERRA UESTRA
ET MORATUS FUERIT INTER UOS
NE EXPROBRETIS EI SED SIT
INTER UOS QUASI INDIGENA

et diligetis eum quasi
vosmet ipsos
fuistis enim et vos advenae
in terra aegypti
ego dns ds vester
nolite facere aliquid in
iquum in iudicio
in regula in pondere
in mensura
statera iusta et aequa
sint pondera
iustus modius aequusq·
sextarius
ego dns ds vester qui eduxi
vos de terra aegypti
custodite omnia prae
cepta mea
et universa iudicia ego dns
et facite ea
XX· Locutusq· est dns
ad mosen dicens
haec loqueris filiis israhel
homo de filiis israhel et de
advenis qui habitant
in israhel
siquis dederit de semine suo
idolo moloch morte
morietur
populus terrae lapidavit eum
et ego ponam faciem meam
contra illum
succidamq· eum de me
dio populi sui
eo quod dederit de semine
suo moloch
et contaminaverit testa
mentum meum
ac polluerit nomen scm meu
quod si negle gens
populus terrae
et quasi parvi pendens
imperium meum
dimiserit hominem qui dede
rit de semine suo moloch

nec voluerit eum occidere
ponam faciem meam super
hominem illum et super
cognationem eius
succidamq· et ipsum et
omnes qui consense
rint ei
ut fornicarentur cum moloch
de medio populi sui
Anima quae declinaverit
ad magos et ariolos
et fornicata fuerit cum eis
ponam faciem meam
contra eam
et interficiam illam
de medio populi sui
scificamini et estote sci
quia ego dns ds vester
custodite praecepta mea
et facite ea
ego dns qui scifico vos
Qui maledixerit patri suo
aut matri morte moriatur
patri matriq· maledixit
sanguis eius sit super eum
si moechatus quis fuerit
cum uxore alterius
et adulterium perpetrarit
cum coniuge proximi sui
morte moriantur et moe
chus et adultera
Qui dormierit cum noverca
sua et revelaverit igno
miniam patris sui
morte moriantur ambo
sanguis eorum sit super eos
siquis dormierit cum
nuru sua
uterq· moriantur quia
scelus operati sunt
sanguis eorum sit super eos
Qui dormierit cum masculo
coitu femineo
uterq· operati sunt nefas

morte moriantur
Sit sanguis eorum super eos
qui supra uxorem filiam
duxerit matrem eius
scelus operatus est
uiuus ardebit cum ea
nec permanebit tantum
nefas in medio uestri
Qui cum iumento et pecore
coierit morte moriatur
pecus quoq. occidite
Mulier quae subcubuerit cui
libet iumento simul inter
ficietur cum eo
sanguis eorum sit super eos
Qui acceperit sororem suam
filiam patris sui uel filiam
matris suae
et uiderit turpitudinem eius
illaq. uiderit ignominiam
fratris
nefariam rem operati sunt
occidentur in conspectu
populi sui
eo quod turpitudinem suam
mutuo reuelarint
et portabunt iniquita
tem suam
Qui coierit cum muliere
in fluxu menstruo et re
uelauerit turpitu
dinem eius
ipsaq. aperuerit fontem
sanguinis sui
interficientur ambo de
medio populi sui
Turpitudinem materterae
tuae et amitae tuae
non discoperies
qui hoc fecerit ignominiam
carnis suae nudabit
portabunt ambo iniqui
tatem suam
Qui coierit cum uxore
patrui sui uel abunculi
et reuelauerit ignominiam
cognationis suae
portabunt ambo
peccatum suum
absq. liberis morientur
Qui duxerit uxorem fratris
sui rem facit inlicitam
turpitudinem fratris
sui reuelabit
absq. filiis erunt
Custodite leges meas atq.
iudicia et facite ea
ne et uos euomat terra
quam intraturi estis
et habitaturi
Nolite ambulare in legitimis
nationum quas ego expul
surus sum ante uos
omnia enim haec fecerunt
et abominatus sum eos
uobis autem loquor
possidete terram eorum
quam dabo uobis in
hereditatem
terram fluentem
lacte et melle
ego dn̄s d̄s uester
qui separaui uos a ce te
ris populis
Separate ergo et uos iumen
tum mundum ab inmundo
auem mundam ab inmunda
ne polluatis animas uestras
in pecore et in auib. et
cunctis quae morantur
in terra
et quae uobis ostendi
esse polluta
eritis s̄ci mihi quia ego
s̄cs sum ego dn̄s
et separaui uos a ceteris popu
lis ut essetis mei
Uir siue mulier in quibus

pithonicus uel diuinationis
fuerit sps morte moriantur
lapidib· obruent eos
sanguis eorum sit super eos
XIIII Dixit quoq· dns ad mosen
Loquere ad sacerdotes
filios aaron et dices eis
Ne contaminetur sacerdos
in mortib· ciuium suorum
nisi tantum in consanguineis
et propinquis
id est super matre et patre
et filio et filia
fratre quoq· et sorore
uirgine quae non est
nupta uiro
Sed nec in principe populi
sui contaminabitur
Non radent caput nec barbam
neq· in carnib· suis facient
incisuras
Sci erunt dō suo et non
polluent nomen eius
Incensum enim dni et panes
di sui offerunt
et ideo sci erunt
Scortum et uile prostibulum
non ducet uxorem
nec eam quae repudiata
est a marito
qui consecratus est dō suo
et panes propositi
onis offert
sit ergo scs quia et ego scs
sum dns qui scifico uos
Sacerdotis filia si deprae
hensa fuerit in stupro
et uiolauerit nomen
patris sui
flammis exuretur
Pontifex id est sacerdos
maximus inter fratres suos
super caput cuius fusum est
unctionis oleum
et cuius manus in sacerdo
tio consecratae sunt
uestitusq· est scis uestib·
caput suum non discoperiet
uestimenta non scindet
et ad omnem mortuum non
ingreditur omnino
super patre quoq· suo et
matre non contaminabitur
nec egredietur de scis
ne polluat scuarium dni
quia oleum scae unctionis
di sui est super eum
ego dns
Uirginem ducet uxorem
uiduam et repudiatam
et sordidam atq· mere
tricem non accipiet
sed puellam de populo suo
ne commisceat stirpem gene
ris sui uulgo gentis suae
quia ego dns qui scifico eum
Locutusq· est dns
ad mosen dicens
Loquere ad aaron
homo de semine tuo per fami
lias qui habuerit maculam
non offeret panes dō suo
nec accedet ad ministe
rium eius
Si caecus fuerit si claudus
si paruo uel grandi
et torto naso
si fracto pede si manu
si gibbus si lippus
si albuginem habens
in oculo
si iugem scabiem
si inpetiginem in corpore
uel hirniosus
omnis qui habuerit maculam
de semine aaron sacerdotis
non accedet offerre hos
tias dno nec panes

DO̅ SUO
UESCETUR TAMEN PANIB·
QUI OFFERUNTUR IN SC̄UARIO
ITA DUMTAXAT UT INTRA UELUM
NON INGREDIATUR
NEC ACCEDET AD ALTARE
QUIA MACULAM HABET ET CON
TAMINARE NON DEBET
SC̄UARIUM MEUM
EGO DN̄S QUI SC̄IFICO UOS
LOCUTUS EST ERGO MOSES AD
AARON ET AD FILIOS EIUS
ET AD OMNEM ISRAHEL
CUNCTA QUAE SIBI FUERANT
IMPERATA
XXII LOCUTUS QUOQ· EST DN̄S
AD MOSEN DICENS
LOQUERE AD AARON ET AD
FILIOS EIUS
UT CAUEANT AB HIS QUAE CON
SECRATA SUNT FILIIS ISRAHEL
ET NON CONTAMINENT NOMEN
SC̄IFICATORUM MIHI QUAE
IPSI OFFERUNT
EGO DN̄S
DIC AD EOS ET AD POSTE
ROS EORUM
OMNIS HOMO QUI ACCESSERIT
DE STIRPE UESTRA
AD EA QUAE CONSECRATA SUNT
ET QUAE OBTULERUNT
FILII ISRAHEL DN̄O
IN QUO EST INMUNDITIA
PERIBIT CORAM DN̄O
EGO SUM DN̄S
HOMO DE SEMINE AARON QUI
FUERIT LEPROSUS AUT PATI
ENS FLUXUM SEMINIS
NON UESCETUR EX HIS QUAE
SC̄IFICATA SUNT MIHI
DONEC SANETUR
QUI TETIGERIT INMUNDUM
SUPER MORTUO ET EX QUO
EGREDITUR SEMEN
QUASI COITUS
ET QUI TANGIT REPTILE ET QUOD
LIBET INMUNDUM CUIUS
TACTUS EST SORDIDUS
INMUNDUS ERIT USQUE
AD UESPERUM
ET NON UESCETUR EX HIS
QUAE SC̄IFICATA SUNT
SED CUM LAUERIT CARNEM SUAM
AQUA ET OCCUBUERIT SOL
TUNC MUNDATUS UESCETUR
DE SC̄IFICATIS QUIA CIB·
ILLIUS EST
MORTICINUM ET CAPTUM
A BESTIA NON COMEDENT
NEC POLLUENTUR IN EIS
EGO SUM DN̄S
CUSTODIENT PRAECEPTA MEA
NON SUBIACEANT PECCATO
ET MORIANTUR IN SC̄UARIO
CUM POLLUERINT ILLUD
EGO DN̄S QUI SC̄IFICO UOS
OMNIS ALIENIGENA NON COME
DET DE SC̄IFICATIS
INQUILINUS SACERDOTIS
ET MERCENNARIUS NON
UESCETUR EX EIS
QUEM AUTEM SACERDOS
EMERIT ET QUI UERNACU
LUS DOMUS EIUS FUERIT
HII COMEDENT EX EIS
SI FILIA SACERDOTIS CUILIBET
EX POPULO NUPTA FUERIT
DE HIS QUAE SC̄IFICATA SUNT
ET DE PRIMITIIS NON UESCETUR
SIN AUTEM UIDUA UEL REPU
DIATA ET ABSQ· LIBERIS REUER
SA FUERIT AD DOMUM
PATRIS SUI
SICUT PUELLA CONSUERAT
ALETUR CIBIS PATRIS SUI
OMNIS ALIENIGENA NON
HABET POTESTATEM
COMEDENDI EX EIS

QUI COMEDERIT DE SCIFICATIS
PER IGNORANTIAM ADDET
QUINTAM PARTEM CUM EO
QUOD COMEDIT
ET DABIT SACERDOTI IN SCUARIO
NEC CON TAMINABUNT SCIFI
CATA FILIORUM ISRAHEL
QUAE OFFERUNTUR DNO
NE FORTE SUSTINEANT INIQUI
TATEM DELICTI SUI
CUM SCIFICATA COMEDERINT
EGO DNS QUI SCIFICO UOS
XIIII LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
DICENS
LOQ.RE AD AARON ET FILIOS EIUS
ET AD OMNES FILIOS ISRAHEL
DICESQ. AD EOS
HOMO DE DOMO ISRAHEL ET DE
ADUENIS QUI HABITANT
APUT EOS
QUI OBTULERIT OBLATIO
NEM SUAM
UEL UOTA SOLUENS UEL
SPONTE OFFERENS
QUICQUID ILLUD OBTULERIT
IN HOLOCAUSTUM DNI
UT OFFERATUR PER UOS
MASCULUS INMACULATUS ERIT
EX BUB. EX OUIB. ET EX CAPRIS
SI MACULAM HABUERIT NON OFFERE
TIS NEQ. ERIT ACCEPTABILE
HOMO QUI OBTULERIT UICTI
MAM PACIFICORUM DNO
UEL UOTA SOLUENS UEL
SPONTE OFFERENS
TAM DE BUB. QUAM DE OUIB.
INMACULATUM OFFERT
UT ACCEPTABILE SIT
OMNIS MACULA NON ERIT IN EO
SI CAECUM FUERIT SI FRACTUM
SI CICATRICEM HABENS
SI PAPULAS
AUT SCABIEM UEL INPETIGINEM
NON OFFERETIS EA DNO
NEQ. ADOLEBITIS EX EIS
SUPER ALTARE DNI
BOUEM ET OUEM AURE ET CAU
DA AMPUTATIS UOLUNTA
RIAE OFFERRE POTES
UOTUM AUTEM EX HIS
SOLUI NON POTEST
OMNE ANIMAL QUOD CONTRITIS
UEL TUNSIS UEL SECTIS ABLA
TISQ. TESTICULIS EST
NON OFFERETIS DNO
ET IN TERRA UESTRA HOC
OMNINO NON FACIETIS
DE MANU ALIENIGENAE NON
OFFERTIS PANES DO UESTRO
ET QUICQUID ALIUD DARE
UOLUERINT
ET QUIA CORRUPTA ET MACU
LATA SUNT OMNIA
NON SUSCIPIETIS EA
LOCUTUSQ. EST DNS
AD MOSEN DICENS
BOS OUIS ET CAPRA CUM
GENITA FUERINT
SEPTEM DIEB. ERUNT SUB
UBERE MATRIS SUAE
DIE AUTEM OCTAUO ET DE IN
CEPS OFFERRI POTERUNT
DNO SIUE ILLE BOS SIUE OUIS
NON ENIM IMMOLABUNTUR
UNO DIE CUM FETIB. SUIS
SI IMMOLAUERITIS HOSTIAM
PRO GRATIARUM ACTIONE DNO
UT POSSIT ESSE PLACABILIS
EODEM DIE COMEDETIS EA
NON REMANEBIT QUICQUAM
IN MANE ALTERIUS DIEI
EGO DNS
CUSTODITE MANDATA MEA
ET FACITE EA EGO DNS
NE POLLUATIS NOMEN
MEUM SCM
UT SCIFICER IN MEDIO
FILIORUM ISRAHEL

ego dñs qui sčifico uos
et eduxi de terra aegypti ut
essem uobis in dm̃ ego dñs
XXIII Locutus est dñs ad mosen
dicens
Loquere filiis israhel
et dices ad eos
haec sunt feriae dñi quas
uocabitis scās
sex dieb· facietis opus
dies septimus quia sabbati
requies est uocabitur sčs
omne opus non facietis in eo
sabbatum dñi est in cunctis
habitationib· uestris
haec sunt ergo feriae dñi scae
quas celebrare debetis
temporib· suis
mense primo quartadecima
die mensis aduesperum
phase dñi est
et quintadecima die
mensis huius
sollemnitas azẏmorum
dñi est
septem dieb· azẏma
comedetis
dies primus erit uobis
celeberrimus sčsq·
omne opus seruile
non facietis in eo
sed offeretis sacrificium
inigne dño septem dieb·
dies autem septimus erit
celebrior et sanctior
nullumq· seruile
fit in eo opus
Locutusq· est dñs
ad mosen dicens
Loquere filiis israhel
et dices ad eos
cum ingressi fueritis terram
quam ego dabo uobis
et messueritis segetem
fertis manipulos spicarum
primitias terrae uestrae
ad sacerdotem
qui eleuabit fasciculum
coram dño ut acceptabile
sit pro uobis
altero die sabbati et
sčificauit illud
atq· in eodem die quo mani
pulus consecratur
caeditur agnus inmaculatus
anniculus in holocau
stum dñi
et libamenta offerun
tur cum eo
duae decimae similae
conspersae oleo
in incensum dñi odoremq·
suauissimum
liba quoq· uini quarta
pars hin
panem et pulentam et pul
tes non comedetis exsegete
usq· ad diem qua offeratis
ex ea dño uestro
praeceptum est sempiter
num in generationib· ues
tris cunctisq· habitaculis
numerabitis ergo
ab altero die sabbati
in quo obtulistis manipu
lum primitiarum
septem ebdomadas plenas
usq· ad alteram diem exple
tionis ebdomadae septi
mae id est quinqua
ginta dies
et sic offeretis sacrificium
dño nouum ex omnib·
habitaculis uestris
panes primitiarum duos
de duab· decimis similae
fermentatae
quos coquetis in primitias dñi

OFFERETISQ· CUM PANIB·
SEPTEM AGNOS INMACU
LATOS ANNICULOS
ET UITULUM DE ARMENTO
UNUM ET ARIETES DUOS
ET ERUNT IN HOLOCAUSTUM
CUM LIBAMENTIS SUIS
IN ODOREM SUAUIS
SIMUM DÑO
FACIETIS ET HIRCUM
PRO PECCATO
DUOSQ· AGNOS ANNICULOS
HOSTIAS PACIFICORUM
CUMQ· ELEUAUERIT EOS SACER
DOS CUM PANIB· PRIMITI
ARUM CORAM DÑO
CAEDENT IN USUM EIUS
ET UOCABITIS HUNC DIEM
CELEBERRIMUM ATQUE
SCISSIMUM
OMNE OPUS SERUILE
NON FACIETIS IN EO
LEGITIMUM SEMPITERNUM
ERIT IN CUNCTIS HABITACU
LIS ET GENERATIONIB· UESTRIS
POSTQUAM AUTEM MESSUERI
TIS SEGETEM TERRAE
UESTRAE
NON SECABITIS EAM USQUE
AD SOLUM
NEC REMANENTES SPICAS
COLLEGETIS
SED PAUPERIB· ET PEREGRINIS
CARPENDA DIMITTITIS
EGO DÑS DS UESTER
XV LOCUTUSQ· EST DÑS AD MOSEN
DICENS
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
MENSE SEPTIMO PRIMA
DIE MENSIS
ERIT UOBIS SABBATUM MEMO
RIALE CLANGENTIB· TUBIS
ET UOCABITUR SCM OMNE OPUS
SERUILE NON FACIETIS IN EO

ET OFFERETIS HOLOCAU
STUM DÑO
LOCUTUSQ· EST DÑS
AD MOSEN DICENS
DECIMO DIE MENSIS
HUIUS SEPTIMI
DIES EXPIATIONUM ERIT
CELEBERRIMUS
ET UOCABITUR SCS
ADFLIGETISQ· ANIMAS
UESTRAS IN EO
ET OFFERETIS HOLO
CAUSTUM DÑO
OMNE OPUS NON FACIETIS
IN TEMPORE DIEI HUIUS
QUIA DIES PROPITIATIONIS EST
UT PROPITIETUR UOBIS
DÑS DS UESTER
OMNIS ANIMA QUAE ADFLICTA
NON FUERIT DIE HOC PERIBIT
DE POPULIS SUIS
ET QUAE OPERIS QUIPPIAM
FECERIT DELEBO EAM
DE POPULO SUO
NIHIL ERGO OPERIS
FACIETIS IN EO
LEGITIMUM SEMPITERNUM
ERIT UOBIS
IN CUNCTIS GENERATIONIB· ET
HABITATIONIB· UESTRIS
SABBATUM REQUIETIONIS EST
ADFLIGETIS ANIMAS UESTRAS
DIE NONO MENSIS A UESPERE
USQ· AD UESPERUM CELEBRA
BITIS SABBATA UESTRA
ET LOCUTUS EST DÑS
AD MOSEN DICENS
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
A QUINTODECIMO DIE MENSIS
HUIUS SEPTIMI
ERUNT FERIAE TABERNACULO
RUM SEPTEM DIEB· DÑO
DIES PRIMUS UOCABITUR CELE
BERRIMUS ATQ· SCISSIMUS

OMNE OPUS SERUILE
NON FACIETIS
ET SEPTEM DIEB· OFFERETIS
HOLOCAUSTA DNO
DIES QUOQ· OCTAUUS ERIT
CELEBERRIMUS ATQUE
SCISSIMUS
ET OFFERETIS HOLOCAU
STUM DNO
EST ENIM COETUS ATQ· COLLECTAE
OMNE OPUS SERUILE
NON FACIETIS IN EO
ET SEPTEM DIEB· OFFERETIS
HOLOCAUSTUM DNO
HAEC SUNT FERIAE DNI QUAS UOCA
BITIS CELEBERRIMAS ET SCAS
OFFERETISQ· IN EIS OBLA
TIONES DNO
HOLOCAUSTA ET LIBAMENTA
IUXTA RITUM UNIUS
CUIUSQ· DIEI
EXCEPTIS SABBATIS DNI
DONISQ· UESTRIS
ET QUAE OFFERTIS EX UOTO
UEL QUAE SP ONTE
TRIBUISTIS DNO
A QUINTO DECIMO ERGO
DIE MENSIS SEPTIMI
QUANDO CONGREGAUERITIS
OMNES FRUCTUS TERRAE
UESTRAE
CELEBRABITIS FERIAS DNI
SEPTEM DIEB·
DIE PRIMO ET DIE OCTAUO ERIT
SABBATUM ID EST REQUIES
SUMETISQ· UOBIS DIE PRIMO
FRUCTUS ARBORIS
PULCHERRIMAE
SPATULASQ· PALMARUM
ET RAMOS LIGNI DENSARUM
FRONDIUM
ET SALICES DE TORRENTE
ET LAETABIMINI CORAM DNO
DO UESTRO

CELEBRABITISQ· SOLLEMNI
TATEM EIUS SEPTEM
DIEB· PER ANNUM
LEGITIMUM SEMPITERNUM ERIT
IN GENERATIONIB· UESTRIS
MENSE SEPTIMO FESTA
CELEBRABITIS
ET HABITABITIS IN UMBRA
CULIS SEPTEM DIEB·
OMNIS QUI DE GENERE EST
ISRAHEL MANEBIT
IN TABERNACULIS
UT DISCANT POSTERI UESTRI
QUOD IN TABERNACULIS
FECERIM HABITARE
FILIOS ISRAHEL
CUM EDUCEREM EOS
DE TERRA AEGYPTI
EGO DNS DS UESTER
LOCUTUSQ· EST MOSES
SUPER SOLLEMNITATIB·
DNI AD FILIOS ISRAHEL
XXIIII ET LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN DICENS
PRAECIPE FILIIS ISRAHEL
UT OFFERANT TIBI OLEUM
DE OLIUIS
PURISSIMUM AC LUCIDUM
AD CONCINNANDAS LUCER
NAS IUGITER
EXTRA UELUM TESTIMONII IN
TABERNACULUM FOEDERIS
PONETQ· EAS AARON A UESPERE
USQ· IN MANE CORAM DNO
CULTU RITUQ· PERPETUO IN
GENERATIONIB· UESTRIS
SUPER CANDELABRO MUNDIS
SIMO PONENTUR SEMPER
IN CONSPECTU DNI
ACCIPIES QUOQ· SIMILAM
ET COQUES EX EA DUO
DECIM PANES
QUI SINGULI HABEBUNT
DUAS DECIMAS

QUORUM SENOS ALTRINSECUS
SUPER MENSAM PURISSIMAM
CORAM DÑO STATUES
ET PONES SUPER EOS TUS
LUCIDISSIMUM
UT SIT PANIS IN MONUMENTO
OBLATIONIS DÑI
PER SINGULA SABBATA MUTABUN
TUR CORAM DÑO
SUSCEPTA A FILIIS ISRAHEL
FOEDERE SEMPITERNO
ERUNTQ. AARON ET FILIORUM EIUS
UT COMEDANT EOS IN LOCO SCO
QUIA SCM SCORUM EST DE SACRI
FICIIS DÑI IURE PERPETUO
XVI ECCE AUTEM EGRESSUS FILIUS
MULIERIS ISRAHELITIS
QUEM PEPERERAT DE UIRO AEGYP
TIO INTER FILIOS ISRAHEL
IURGATUS EST IN CASTRIS CUM
UIRO ISRAHELITE
CUMQ. BLASPHEMASSET NOMEN
ET MALEDIXISSET EI
ADDUCTUS EST AD MOSEN
UOCABATUR AUTEM MATER
EIUS SALUMITH FILIA DABRI
DE TRIBU DAN
MISERUNTQ. EUM IN CARCEREM
DONEC NOSSENT QUID
IUBERET DÑS
QUI LOCUTUS EST
AD MOSEN DICENS
EDUC BLASPHEMUM EXTRA CASTRA
ET PONANT OMNES QUI AUDIERUNT
MANUS SUAS SUPER CAPUT EIUS
ET LAPIDET EUM UNIUERSUS
POPULUS
ET AD FILIOS ISRAHEL LOQ.RIS
HOMO QUI MALEDIXERIT DO SUO
PORTABIT PECCATUM SUUM
ET QUI BLASPHEMAUERIT NOMEN
DÑI MORTE MORIATUR
LAPIDIB. OPPRIMET EUM
OMNIS MULTITUDO

SIUE ILLE CIUIS SEU PER
EGRINUS FUERIT
QUI BLASPHEMAUERIT NOMEN
DÑI MORTE MORIATUR
QUI PERCUSSERIT ET OCCIDERIT
HOMINEM MORTE MORIATUR
QUI PERCUSSERIT ANIMAL
REDDAT UICARIUM
ID EST ANIMAM PRO ANIMA
QUI INROGAUERIT MACULAM
CUILIBET CIUIUM SUORUM
SICUT FECIT FIET ILLI
FRACTURAM PRO FRACTURA
OCULUM PRO OCULO DENTEM
PRO DENTE RESTITUET
QUALEM INFLIXERAT MACULAM
TALEM SUSTINERE COGETUR
QUI PERCUSSERIT IUMENTUM
REDDET ALIUD
QUI PERCUSSERIT HOMINEM
PUNIETUR
AEQUUM IUDICIUM
SIT INTER UOS
SIUE PEREGRINUS SIUE
CIUIS PECCAUERIT
QUIA EGO DÑS DS UESTER
LOCUTUS EST MOSES
AD FILIOS ISRAHEL
ET EDUXERUNT EUM QUI BLAS
PHEMAUERAT EXTRA CASTRA
AC LAPIDIB. OPPRESSERUNT
FECERUNTQ. FILII ISRAHEL
SICUT PRAECEPERAT DÑS MOSI
XXV LOCUTUSQ. EST DÑS AD MOSEN
IN MONTE SINAI DICENS
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
ET DICES AD EOS
QUANDO INGRESSI FUERITIS TER
RAM QUAM EGO DABO UOBIS
SABBATIZET SABBATUM DÑI
SEX ANNIS SERES AGRUM TUUM
ET SEX ANNIS PUTABIS UINEAM
TUAM COLLIGESQUE
FRUCTUS EIUS

SEPTIMO AUTEM ANNO SABBATUM
ERIT TERRAE REQUIETI
ONIS DNI
AGRUM NON SERES ET UINEAM
NON PUTABIS
QUAE SPONTE GIGNIT
HUMUS NON METES
ET UUAS PRIMITIARUM
TUARUM NON COLLIGES
QUASI UINDEMIAM
ANNUS ENIM REQUIETI
ONIS TERRAE EST
SED ERUNT UOBIS IN CIBUM
TIBI ET SERUO TUO ANCILLAE
ET MERCENNARIO TUO
ET ADUENAE QUI PEREGRI
NANTUR APUT TE
IUMENTIS TUIS ET PECORIB·
OMNIA QUAE NASCUNTUR
PRAEUEBUNT CIBUM
NUMERABIS QUOQ· TIBI SEPTEM
EBDOMADAS ANNORUM
ID EST SEPTEM SEPTIES QUAE
SIMUL FACIUNT ANNOS
QUADRAGINTA NOUEM
ET CLANGES BUCINA MENSE SEP
TIMO DECIMO DIE MENSIS
PROPITIATIONIS TEMPORE IN
UNIUERSA TERRA UESTRA
SCIFICABISQ· ANNUM
QUINQUAGESIMUM
ET UOCABIS REMISSIONEM
CUNCTIS HABITATORIB·
TERRAE TUAE
IPSE EST ENIM IUBELEUS
REUERTETUR HOMO AD
POSSESSIONEM SUAM
ET UNUSQUISQ· REDIET AD
FAMILIAM PRISTINAM
QUIA IOBELEUS EST QUIN
QUAGESIMUS ANNUS
NON SERETIS NEQ· METETIS
SPONTE IN AGRO NASCENTIA
ET PRIMITIAS UINDEMIAE
NON COLLIGETIS
OB SCIFICATIONEM IOBELEI
SED STATIM OBLATA COMEDETIS
ANNO IOBELEI REDIBUNT OMNES
AD POSSESSIONES SUAS
QUANDO UINDES QUIPPIAM
CIUI TUO UEL EMES AB EO
NE CONTRISTES FRATREM TUUM
SED IUXTA ANNORUM NUMERUM
IOBELEI EMES AB EO
ET IUXTA SUPPUTATIONEM
FRUGUM UENDET TIBI
QUANTO PLUS ANNI REMANSE
RINT POST IOBELEUM TANTO
CRESCET ET PRAETIUM
ET QUANTO MINUS TEMPORIS
NUMERAUERIS TANTO MINO
RIS EMPTIO CONSTABIT·
TEMPUS ENIM FRUGUM
UENDET TIBI
NOLITE ADFLIGERE CON
TRIBULES UESTROS
SED TIMEAT UNUSQUISQ·
DM SUUM
QUIA EGO DNS DS UESTER
FACITE PRAECEPTA MEA ET IUDI
CIA CUSTODITE ET IMPLETE EA
UT HABITARE POSSETIS IN TERRA
ABSQ· ULLO PAUORE
ET GIGNAT UOBIS HUMUS
FRUCTUS SUOS
QUIB· UESCAMINI USQ·
IN SATURITATEM
NULLIUS IMPETUM
FORMIDANTES
QUOD SI DIXERITIS QUID COME
DEMUS ANNO SEPTIMO
SI NON SERUERIMUS NEQ· COLLI
GERIMUS FRUGES NOSTRAS
DABO BENEDICTIONEM MEAM
UOBIS ANNO SEXTO
ET FACIETIS FRUCTUS
TRIUM ANNORUM
SERETISQ· ANNO OCTAUO

ET COMEDETIS UETERES
FRUGES USQ· AD NONUM ANNUM
DONEC NOUA NASCANTUR
EDETIS UETERA
TERRA QUOQ· NON UENIET
IN PERPETUUM
QUIA MEA EST ET UOS ADUENAE
ET COLONI MEI ESTIS
UNDE CUNCTA REGIO POSSES
SIONIS UESTRAE
SUB REDEMPTIONIS CON
DICIONE UENDETUR
SI ADTENUATUS FRATER TUUS
UENDIDERIT POSSESSI
UNCULAM SUAM
ET UOLUERIT PROPINQUUS
EIUS POTEST REDEMERE
QUOD ILLE UENDIDERAT
SIN AUTEM NON HABUERIT
PROXIMUM
ET IPSE PRAETIUM AD REDIMEN
DUM INUENIRE POTUERIT
CONPUTABUNTUR FRUCTUS EX
EO TEMPORE QUO UENDIDIT
ET QUOD RELIQUUM EST
REDDET EMPTORI
SICQ· RECIPIET POSSES
SIONEM SUAM
QUOD SI NON INUENERIT MANUS
EIUS UT REDDAT PRETIUM
HABEBIT EMPTOR QUOD EMERAT
USQ· AD ANNUM IOBELEUM
IN IPSO ENIM OMNIS UENDITIO
REDIT AD DOMINUM ET AD POS
SESSOREM PRISTINUM
QUI UENDIDERIT DOMUM IN
TRA URBIS MUROS HABEBIT
LICENTIAM REDIMENDI DONEC
UNUS IMPLEATUR ANNUS
SI NON REDEMERIT ET
ANNI CIRCULUS FUERIT
EUOLUTUS
EMPTOR POSSIDEBIT EAM ET
POSTERI EIUS IN PERPETUUM

ET REDIMI NON POTEST ETIAM
IN IOBELEO
SIN AUTEM IN UILLA FUERIT
DOMUS QUAE MUROS NON
HABET AGRORUM IURE
UENDETUR
SI ANTE REDEMPTA NON FUERIT
IN IOBELEO REUERTETUR
AD DOMINUM
AEDES LEUITARUM QUAE IN
URBIB· SUNT SEMPER
POSSUNT REDIMI
SI REDEMPTAE NON FUERINT
IN IOBELEO REUERTENTUR
AD DOMINOS
QUIA DOMUS URBIUM LEUITICA
RUM PRO POSSESSIONIB· SUNT
INTER FILIOS ISRAHEL
SUBURBANA AUTEM EORUM
NON UENIENT QUIA POSSES
SIO SEMPITERNA EST
SI ADTENUATUS FUERIT FRATER
TUUS ET INFIRMUS MANU
ET SUSCEPERIS EUM QUASI
ADUENAM ET PEREGRINUM
ET UIXERIT TECUM
NE ACCIPIAS USURAS AB EO NEC
AMPLIUS QUAM DEDISTI
TIME DM̄ TUUM UT UIUERE
POSSIT FRATER TUUS APUT TE
PECUNIAM TUAM NON DABIS
AD USURAM
ET FRUGUM SUPERABUNDAN
TIAM NON EXIGES
EGO DN̄S DS̄ UESTER QUI EDUXI
UOS DE TERRA AEGP̄TI
UT DAREM UOBIS TERRAM CHA
NAAN ET ESSEM UESTER DS̄
SI PAUPERTATE CONPULSUS
UENDIDERIT SE TIBI
FRATER TUUS
NON EUM OPPRIMES SERUI
TUTE FAMULORUM
SED QUASI MERCENNARIUS

et colonus erit
usq· ad annum iobeleum
operabitur apud te
et postea egredietur
cum liberis suis
et revertetur ad cognati
onem et ad possessionem
patrum suorum
mei enim servi sunt et ego
eduxi eos de terra aegypti
non veneant in condicione
servorum
ne adfliges eum per poten
tiam sed metuito dm̄ tuum
servus et ancilla sint vobis
de nationib· quae in circuitu
vestro sunt
et de advenis qui peregri
nantur apud vos
vel qui ex his nati sunt
in terra vestra
hos habebitis famulos et
hereditario iure trans
mittetis ad posteros ac
possidebitis in aeternum
fratres autem vestros
filios israhel ne oppri
matis per potentiam
si invaluerit apud vos manus
advenae atq· peregrini
et adtenuatus frater tuus
vendiderit se ei aut cui
quam de stirpe eius
post venditionem
potest redimi
qui voluerit ex fratrib·
suis redimet eum
et patruus et patruelis et
consanguineus et adfinis
si autem et ipse potu
erit redimet se
supputatis dumtaxat annis
a tempore venditionis suae
usq· ad annum iobeleum

et pecunia qua ei ven
ditus fuerat
iuxta annorum numerum
et rationem mercen
narii supputata
si plures fuerint anni qui re
manserint usq· ad iobeleum
secundum hos reddet
pretium
si pauci ponet rationem iuxta
annorum numerum
et reddet emptori quod
reliquum est
annorum quib· ante servivit
mercedib· inputatis
non adfliget eum violenter
in conspectu suo
quod si per haec redimi
non poterit
anno iobeleo egredietur
cum liberis suis
mei enim sunt servi filii
israhel quos eduxi de terra
aegypti ego dn̄s ds̄ vester
XXVI non facietis vobis idolum
nec sculptile
nec titulos erigetis
nec insignem lapidem
ponetis in terra ves
tra ut adoretis eum
ego enim sum dn̄s ds̄ vester
custodite sabbata mea
et pavete ad sanctuarium
meum ego dn̄s
si in praeceptis meis
ambulaveritis
et mandata mea custodi
eritis et feceritis ea
dabo vobis pluvias
temporib· suis
et terra gignet germen suum
et pomis arbores
replebuntur
adprehendet messis

TRITURA UINDEMIAM
ET UINDEMIA OCCUPAUIT
SEMENTEM
ET COMEDETIS PANEM UESTRUM
IN SATURITATEM
ET ABSQ· PAUORE HABITABITIS
IN TERRA UESTRA
DABO PACEM IN FINIB· UESTRIS
DORMIETIS ET NON ERIT
QUI EXTERREAT
AUFERAM MALAS BESTIAS
ET GLADIUS NON TRANSIBIT
TERMINOS UESTROS
PERSEQUIMINI INIMICOS UES
TROS ET CORRUENT
CORAM UOBIS
PERSEQUENTUR QUINQ· DE UES
TRIS CENTUM ALIENOS
ET CENTUM EX UOBIS
DECEM MILIA
CADENT INIMICI UESTRI IN CON
SPECTU UESTRO GLADIO
RESPICIAM UOS ET CRES
CERE FACIAM
MULTIPLICABIMINI ET FIRMABO
PACTUM MEUM UOBISCUM
COMEDETIS UETUSTISSIMA
UETERUM
ET UETERA NOUIS SUPERUENIEN
TIB· PROICIETIS
PONAM TABERNACULUM MEUM
IN MEDIO UESTRI
ET NON ABICIET UOS ANIMA MEA
AMBULABO INTER UOS ET ERO
UESTER DS
UOSQ· ERITIS POPULUS MEUS
EGO DNS DS UESTER QUI EDUXI
UOS DE TERRA AEGYPTIORUM
NE SERUIRETIS EIS
ET QUI CONFREGI CATENAS CERUI
CUM UESTRARUM UT IN
CEDERITIS RECTI
QUOD SI NON AUDIERITIS ME
NEC FECERITIS OMNIA

MANDATA MEA
SI SPREUERITIS LEGES MEAS
ET IUDICIA MEA CON
TEMPSERITIS
UT NON FACIATIS EA QUAE A ME
CONSTITUTA SUNT
ET AD INRITUM PERDUCATIS
PACTUM MEUM
EGO QUOQ· HAEC FACIAM UOBIS
UISITABO UOS UELOCITER
IN EGESTATE ET ARDORE
QUI CONFICIAT OCULOS UESTROS
ET CONSUMAT ANIMAS
UESTRAS
FRUSTRA SERETIS SEMENTEM
UESTRAM QUAE AB HOSTIB·
DEUORABITUR
PONAM FACIEM MEAM
CONTRA UOS
ET CORRUETIS CORAM
INIMICIS UESTRIS
ET SUBICIEMINI HIS
QUI ODERUNT UOS
ET FUGIETIS NEMINE
PERSEQUENTE
SIN AUTEM NEC SIC OBOEDI
ERITIS MIHI
ADDAM CORREPTIONES UES
TRAS SEPTUPLUM PROP
TER PECCATA UESTRA
ET CONTERAM DURITIAM
SUPERBIAE UESTRAE
DABOQ· CAELUM UOBIS DESUPER
SICUT FERRUM ET TERRAM
AEREAM
CONSUMETUR IN CASSUM
LABOR UESTER
NON PROFERET TERRA GER
MEN NEC ARBORES POMA
PRAEBEBUNT
SI AMBULAUERITIS EX AD
UERSO MIHI
NEC UOLUERITIS AUDIRE ME
ADDAM PLAGAS UESTRAS

septuplum propter
peccata uestra
emittamq. in uos bestias agri
quae consumant et uos
et pecora uestra
et ad paucitatem cuncta
redigant
deserteq. fiant uiae uestrae
quod si nec sic uolueritis
recipere disciplinam
sed ambulaueritis
ex aduerso mihi
ego quoq. contra uos
uersus incedam
et percutiam uos septies
propter peccata uestra
inducamq. super uos gladium
ultorem foederis mei
cumq. fugeritis in urbes mittam
pestilentiam in medio
uestri
et tradam in hostium manib.
postquam confregero
baculum panis uestri
ita ut decem mulieres coquant
panes in uno clibano
et reddant eos ad pondus
et comedetis et non
saturabimini
Sin autem nec per haec
audieritis me
sed ambulaueritis
contra me
et ego incedam aduersum uos
in furore contrario
et corripiam uos septem
plagis propter peccata
uestra
ita ut comedatis carnes
filiorum et filiarum
uestrarum
destruam excelsa uestra
et simulacra confringam
cadetis inter ruinas
idolorum uestrorum
et abominabitur uos
anima mea
in tantum ut urbes uestras
redigantur in solitudinem
et deserta faciam scu
aria uestra
nec recipiam ultra odo
rem suauissimum
disperdamq. terram uestram
et stupebunt super ea ini
mici uestri cum habita
tores illius fuerint
uos autem dispergam
in gentes
et euaginabo post uos
gladium
eritq. terra uestra deserta
et ciuitates destructae
tunc placebunt terrae
sabbata sua cunctis dieb.
solitudinis suae
quando fueritis in terra
hostili
sabbatizabit et requiescet
in sabbatis solitudinis suae
eo quod non requieuerit
in sabbatis uestris quando
habitabitis in ea
et qui de uobis remanserint
dabo pauorem in cordib.
eorum in regionib. hostiu(m)
terrebit eos sonitus
folii uolantis
et ita fugient quasi gladium
cadent nullo sequente
et corruent singuli super
fratres suos quasi
bella fugientes
nemo uestrum inimicis
audebit resistere
peribitis inter gentes
et hostilis uos terra
consumet

quod si et de his aliqui
remanserint
tabescent in iniquitatib.
suis in terra inimico
rum suorum
et propter peccata patrum
suorum et sua adfligentur
donec confiteantur peccata
sua et maiorum suorum
quib. praevaricati
sunt in me
et ambulaverunt
ex adverso mihi
ambulabo igitur et
ego contra eos
et inducam illos inter
ram hostilem
donec erubescat incircum
cisa mens eorum
tunc orabunt pro impie
tatib. suis
et recordabor foederis mei
quod pepigi cum iacob
et isaac et abraham
terrae quoq. memor ero
quae cum relicta fuerit
ab eis
conplacebit sibi in sabbatis
suis patiens solitudinem
propter illos
ipsi vero rogabunt pro pec
catis suis eo quod abiece
rint iudicia mea et leges
meas despexerint
et tamen etiam cum essent
in terra hostili non pae
nitus abieci eos
neq. sic despexi ut con
sumerentur
et in ritum facerem pactum
meum cum eis
ego enim sum dns
ds eorum
et recordabor foederis
mei pristini
quando eduxi eos de terra
aegypti in conspectu
gentium
ut essem dns ds eorum
ego dns
Haec sunt praecepta atq.
iudicia et leges
quas dedit dns inter se et
filios israhel in monte
sinai per manu mosi
XXVII. Locutus q. est dns
ad mosen dicens
loquere filiis israhel
et dices ad eos
homo qui votum fecerit
et spoponderit do
animam suam
sub aestimatione dabit
pretium si fuerit
masculus
a vicesimo usq. ad sexa
gisimum annum
dabit quinquaginta siclos
argenti ad mensuram
scuarii
si mulier triginta
a quinto autem anno
usq. ad vicesimum
masculus dabit viginti
siclos femina decem
ab uno mense usq.
ad annum quintum
pro masculo dabuntur quinq.
sicli pro femina tres
sexagenarius et ultra mas
culus dabit quindecim
siclos femina decem
si pauper fuerit et aestima
tionem reddere non
valuit
stat et coram sacerdote
et quantum ille aestima
verit et viderit eum

POSSE REDDERE TANTUM
DABIT
ANIMAL AUTEM QUOD IMMO
LARI POTEST DÑO SIQUIS
UOUERIT SCM̃ ERIT
ET MUTARI NON POTERIT
IDEST NEC MELIUS MALO
NEC PEIUS BONO
QUOD SI MUTAUERIT
ET IPSUM QUOD MUTATUM EST
ET ILLUD PRO QUO MUTATUM
EST CONSECRATUM ERIT DÑO
ANIMAL INMUNDUM QUOD IMMO
LARI DÑO NON POTEST SIQUIS
UOUERIT ADDUCETUR
ANTE SACERDOTEM
QUI IUDICANS UTRUM BONUM
AN MALUM SIT STATUET
PRAETIUM
QUOD SI DARE UOLUERIT IS
QUI OFFERET
ADDET SUPRA AESTIMATIONIS
QUINTAM PARTEM
HOMO SI UOUERIT DOMUM SUAM
ET SCĨFICAUERIT DÑO
CONSIDERAUIT EAM SACERDOS
UTRUM BONA AN MALA SIT
ET IUXTA PRETIUM QUOD AB
EO FUERIT CONSTITUTUM
UENUNDABITUR
SIN AUTEM ILLE QUI UOUERAT
UOLUERIT REDIMERE EAM
DABIT QUINTAM PARTEM
AESTIMATIONIS SUPRA
ET HABEBIT DOMUM
QUOD SI AGRUM POSSESSIONIS
SUAE UOUERIT ET CON
SECRAUERIT ILLUᵀ DÑO
IUXTA MENSURAM SEMENTIS
AESTIMABITUR PRETIUM
SI TRIGINTA MODIIS HORDEI
SERITUR TERRA
QUINQUAGINTA SICLIS UEN
DETUR ARGENTI

SI STATIM AB ANNO INCIPIENTIS
IOBELEI UOUERIT AGRUM
QUANTO UALERE POTEST
TANTUM AESTIMABITUR
SIN AUTEM POST ALIQUAN
TUM TEMPORIS
SUPPUTABIT SACERDOS
PECUNIAM
IUXTA ANNORUM QUI RELIQUI
SUNT NUMERUM USQ.
AD IOBELEUM
ET DETRAHETUR EX PRETIO
QUOD SI UOLUERIT REDIMERE
AGRUM ILLE QUI UOUERAT
ADDET QUINTAM PARTEM
AESTIMATAE PECUNIAE
ET POSSIDEBIT EUM
SIN AUTEM NOLUERIT
REDIMERE
SED ALTERI CUILIBET FUE
RIT UENUNDATUS
ULTRA EUM QUI UOUERAT
REDIMERE NON POTERIT
QUIA CUM IOBELEI UENERIT
DIES SCĨFICATUS ERIT DÑO
ET POSSESSIO CONSECRATA
AD IUS PERTINET
SACERDOTUM
SI AGER EMPTUS ET NON DE POS
SESSIONE MAIORUM SCĨFI
CATUS ERIT DÑO
SUPPUTAUIT SACERDOS IUXTA
ANNORUM NUMERUM USQ.
AD IOBELEUM PRETIUM
ET DABIT ILLE QUOD
UOUERAT DÑO
IN IOBELEO AUTEM REUERTETUR
AD PRIOREM DOMINUM
QUI UENDIDERAT EUM
ET HABUERAT IN SORTEM
POSSESSIONIS SUAE
OMNIS AESTIMATIO SICLO
SCUARII PONDERABITUR
SICLUS UIGINTI OBOLOS HABET

PRIMOGENITA QUAE
ADDNM PERTINENT
NEMO SCIFICARE POTERIT
ET UOUERE
SIUE BOS SIUE OUIS FUERIT
DNI SUNT
QUOD SI INMUNDUM EST ANIMAL
REDIMET QUI OBTULIT IUXTA
AESTIMATIONEM SUAM
ET ADDET QUINTAM PARTEM
PRETII SI REDIMERE NOLU
ERIT UENDETUR
QUANTO CUMQ. ATE FUERIT
AESTIMATUM
OMNE QUOD DNO CONSECRATUR
SIUE HOMO ERIT SIUE ANIMAL
SIUE AGER
NON UENIETUR NEC REDIMI
POTERIT
QUICQUID SEMEL FUERIT
CONSECRATUM SCM
SCORUM ERIT DNO
ET OMNIS CONSECRATIO QUAE
OFFERTUR AB HOMINE
NON REDIMETUR SED
MORTE MORIATUR
OMNES DECIMAE TERRAE
SIUE DE FRUGIB· SIUE DE
POMIS ARBORUM
DNI SUNT ET ILLI SCIFICANTUR
SIQUIS AUTEM REDIMERE
UOLUERIT DECIMAS SUAS
ADDET QUINTAM PARTEM
EARUM
OMNIUM DECIMARUM BOUES
OUES ET CAPRAE
QUAE SUB PASTORIS UIRGA
TRANSEUNT
QUICQUID DECIMUM UENERIT
SCIFICABITUR DNO
NON ELEGETUR NEC BONUM
NEC MALUM NEC ALTERO
COMMUTABITUR
SIQUIS MUTAUERIT
ET QUOD MUTATUM EST ET
PRO QUO MUTATUM EST
SCIFICABITUR DNO ET NON
REDIMETUR
HAEC SUNT PRAECEPTA QUAE
MANDABIT DNS MOSI AD
FILIOS ISRAHEL IN MONTE SINAI ,

EXPL · LEUITICUS QUI HEBRAICE
DICITUR UAIECRA · LEGE FELIX

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI NUMERORUM

I UBI PRAECEPIT DNS MOSI UT NUMERUM
TOTIUS POPULI A UIGINTI ANNIS ET
SUPRA OMNIUM UIRORUM AC PRINCIPUM
FAMILIARUM DESCRIBAT EXCEPTA
TRIBU LEUI ET QUALITER CASTRA
PROMOUEANTUR UEL PONANT
II DESCRIPTIO TRIBUUS LEUITICAE
ET CUI QUIS DEBEAT IN MINISTERIO
DNI OFFICIO MANCIPARI
III UBI PRAECEPIT MACULATOS EXTRA
CASTRA ESSE DEUOTIS REOS DE AQUA
ZELOTIPIAE INTER MARITUM
ET UXOREM
IIII DE CONSECRATIONE NAZARENORUM
ET OBLATIONIB· EORUM QUOMODO
SACERDOTES POPULUM BENEDICANT
V DE DEDICATIONE TABERNACULI ET AL
TARIS ET QUID PER DUODECIM DIES
SINGULI PRINCIPES TRIBUUM OPTU
LERINT DE CONSECRATIONE LEUITA
RUM ET DE LUCERNIS CONTRA AQUI
LONEM PONENDIS UT MENSAM
PANUM PROPOSITIONIS RESPICIANT
VI DE PRIMO PASCHA IN DESERTO ET SECUN
DO EORUM QUI PRIMUM FACERE
NON POTUERUNT ET TUBIS ARGEN
TEIS AD CONGREGANDUM POPULUM
FACIENDIS
VII UBI MOTA CASTRA COGNATO SUO MOSES
SUADET UT AD TERRAM PROMISSI

onis secum pergat. De murmura
tione populi et igne iracundiae
d(e)i uindicantis in eos. De desiderio
populi quaerentis carnes, cepas
et cucumeres et cetera, et no
lentium dulcissimum man. De sep
tuaginta praesbiteris prophe
tantib(us), et de coturnicib(us) ad come
dendum eis irascente d(e)o adduc
tis. et de sepulchris concupis
centiae
VIII De murmuratione aaron et mariae
et de lepra mariae. De explora
torib(us) ad terram promissionis
considerandam missis de fructuu(m)
indiciis adlatis. De temptatione
populi et pauore de fide iosue
et chaleb de iracundia d(e)i ubi per
seipsum iurat nullum ex eis
terram promissam contingere
VIIII De spontaneis uotis de primitiis
separandis. De anima quae per
ignorantia(m) uel per superbiam
peccat. De homine ligna colligen
te die sabbati quae sententia
debuit d(e)o imperante percelli.
De fimbriis in angulis palliorum
X De certamine dathan core et abiron
et de interitu eorum ubi populus
contra mosen et aaron proeis
murmuratus est. Ubi ira exit a d(omi)no
et populum percutere coepit.
et aaron turibulum cum t(h)imi
ama offerens prohibuerit uas
tatorem. De uirgis XII et uirga
aaron frondescente
XI De custodia tabernaculi quod ad
sacerdotem pertineat. De pri
mogenitis redimendis et de decimis
decimandis
XII De uitula rufa quae extra cas
tra mactatur. De expiatione.
De aqua contradictionis
et morte mariae.
XIII Ubi moses nuntios mittit ad edom
transitum petens et prohibi
tus est. De morte aaron
in monte hor. De eleazaro suc
cessore de filio eius. De ser
pente aeneo. De nuntiis ad seon
regem amorraeorum directis
XIIII De balach rege et balaam ariolo
ubi asina locuta est et quomo
do contrario benedixerit
populo israhel
XV Ubi populus initiatus est beel
phegor et iubet d(omi)n(u)s principes
populi suspendi in patibulis
de serto madianitae et uin
dicta finees in utroq(ue). De bello
mazianitis in lato de populo
iterum numerato. De filiab(us)
salphaad hereditatem quae
rentib(us). De mosi morte prae
dicta et iosue ordinato
successore eius
XV De s(e)ritu sacrificii matutini et
holocausti faciendi per singu
los menses quisibi anno uer
tente succedunt. De oblatione
pentecosten. De oblatione
mensis tubarum et uotis
mulierum
XVI De interfectione mazianitarum
et praeda eorum. De petitione
rubenitarum et gaditarum.
ut in eadem terra animalium
merito sorte(m) accipiant
et concisione mosi
XVII Hic profectionum loca comme
morat et aquo in quem fixe
rint loca tentoriae
XVIII Ubi praecepit d(omi)n(u)s qualiter ter
ram promissionis sorte
diuidant et una quaeq(ue) trib(us)
cuius loci debeat fine concludi
XIX Ubi iubentur urbes in fugitiuo
rum praesidia separari

et quisint qui debeant presi
dio confoveri · filii filiorum
ioseph mosen interpellant
pro filiab· salphaad · ne heredi
tate donante in alia tribu con
iugia sortiantur ne sortium
confusio fiat et aliorum pos
sessio ad alteros transeat
ac praeceptae sunt in tribu
sua in quib· voluissent
coniugio sociari ·

EXPLIC CAPIT

INCIPIT LIBER
NVMERORVM QVI
APPELLATVR HEBRA
ICE VAIEDDABER

GLORIA IN DIVIDV
AE TRINITATI · AMEN

I LOCUTUSQUE EST DÑS AD
MOSEN IN DESERTO SINAI
in tabernaculo foederis
prima die mensis secundi
anno altero egressionis
eorum ex aegypto dicens
tollite summam universae
congregationis filiorum
israhel
per cognationes et domos
suas et nomina singulorum
quicquid sexus est
masculini
a uicensimo anno et supra
omnium virorum for
tium ex israhel
et numerabitis eos per
turmas suas tu et aaron
eruntq· vobiscum principes
tribuum ac domorum
in cognationib· suis
quorum ista sunt nomina
de ruben elisur filius
sedeur
de symeon salamihel
filius surisaddai
de iuda naasson
filius aminadab
de issachar nathanahel
filius suar
de zabulon heliab
filius helon
filiorum autem ioseph
de ephraim helisama
filius ammiud
de manasse gamalihel
filius phadassur
de beniamin abidan
filius gedeonis
de dan ahiezer filius
ammisaddai
de aser phegihel
filius ochram
de gad heliasaph filius duhel

de nepthali abira
filius henan
hi nobilissimi principes
multitudinis
per trib· et cognationes suas
et capita exercitus isrl
quos tulerunt moses et
aaron cum omni uulgi
multitudine
et congregauerunt primo
die mensis secundi
recensentes eos per cogna
tiones et domos ac familias
et capita et nomina
singulorum
a uicensimo et supra anno
sicut praeceperat
dns mosi
numeratiq· sunt in
deserto sinai
de ruben primogenito
israhelis
per generationes et fami
lias ac domos suas et no
mina capitum singulorum
omne quod sexus est
masculini
a uicensimo anno et supra
procedentium ad bellum
quadraginta sex milia
quingenti
de filiis symeon per genera
tiones et familias ac domos
cognationum suarum
recensiti sunt per nomina
et capita singulorum
omne quod sexus est
masculini
a uicensimo anno et supra
procedentium ad bellum
quinquaginta nouem
milia tricenti
de filiis gad per generationes
et familias ac domos

cognationum suarum
recensiti sunt per
nomina singulorum
a uiginti annis et supra
omnes qui ad bella
procederent
quadraginta quinq· milia
sescenti quinquaginta
de filiis iuda per generati
ones et familias ac do
mos cognationum suarū
per nomina singulorum
a uicensimo anno et supra
omnes qui poterant
ad bella procedere
recensiti sunt septua
ginta quattuor milia
sescenti
de filiis issachar per gene
rationes et familias
ac domos cognati
onum suarum
per nomina singulorum
a uicensimo anno et supra
omnes qui ad bella
procederent
recensiti sunt quinqua
ginta quattuor milia
quadringenti
de filiis zabulon per gene
rationes et familias
ac domos cognati
onum suarum
recensiti sunt per
nomina singulorum
a uicensimo anno et supra
omnes qui poterant ad
bella procedere
quinquaginta septem
milia quadringenti
de filiis ioseph filiorum
ephraim
per generationes et fami
lias ac domos

cognationum suarum
recensiti sunt per no
mina singulorum
a uicensimo anno et supra
omnes qui poterant
ad bella procedere
quadraginta milia
quingenti
Porro filiorum Manasse
per generationes et fami
lias ac domos cogna
tionum suarum
recensiti sunt per
nomina singulorum
a uiginti annis et supra
omnes qui poterant
ad bella procedere
triginta duo milia ducenti
De filiis Beniamin per gene
rationes et familias ac do
mos cognationum suarum
recensiti sunt nominib·
singulorum
a uicensimo anno et supra
omnes qui poterant
ad bella procedere
triginta quinq· milia
quadringenti
De filiis Dan per generationes
et familias ac domos cog
nationum suarum
recensiti sunt nominib·
singulorum
a uicensimo anno et supra
omnes qui poterant
ad bella procedere
sexaginta duo milia
septingenti
De filiis Aser per generati
ones et familias ac domos
cognationum suarum
recensiti sunt per nomina
singulorum
a uicensimo anno et supra
omnes qui poterant
ad bella procedere
quadraginta milia
et mille quingenti
De filiis Nepthali per generati
ones et familias ac domos
cognationum suarum
recensiti sunt nominib·
singulorum
a uicensimo anno et supra
omnes qui poterant ad bella
procedere
quinquaginta quattuor
milia quadringenti
Hi sunt quos numerauerunt
Moses et Aaron et duodec
im principes Israhel
singulos per domos cogna
tionum suarum
fueruntq· omnes
filiorum Israhel
per domos et familias suas
a uicensimo anno et supra
qui poterant ad bella
procedere
sescenta tria milia uirorum
quingenti quinquaginta
Leuitae autem in tribu fami
liarum suarum non sunt
numerati cum eis
Locutus q· est D̄ns
ad Mosen dicens
tribum Leui noli numerare
neq· ponas summam eorum
cum filiis Israhel
sed constitue eos super
tabernaculum testimonii
cuncta uasa eius et quicquid
ad caerimonias pertinet
ipsi portabunt
tabernaculum et omnia
utensilia eius
et erunt in ministerio
ac per gyrum tabernaculi

metabuntur
cum proficiscendum fuerit
deponent Levitae
tabernaculum
cum castrametandum
erigent
quisquis externorum acces
serit occidetur
metabuntur autem castra
fili israhel
unusquisq. per turmas
et cuneos atq. exerci
tum suum
porro Levitae per gyrum taber
naculi figent tentoria
ne fiat indignatio super multi
tudinem filiorum israhel
et excubabunt in custodiis
tabernaculi testimonii
fecerunt ergo fili israhel
iuxta omnia quae prae
ceperat dns mosi
II Locutusq. est dns ad mosen
et aaron dicens
singuli per turmas signa
atq. vexilla
et domos cognationum
suarum
castrametabuntur
fili israhel
per gyrum tabernaculi
foederis
ad orientem iudas figet
tentoria per turmas
exercitus sui
eritq. princeps filiorum eius
naasson filius aminadab
et omnis de stirpe eius
summa pugnantium
septuaginta quattuor milia
sescentorum
iuxta eum castrametati
sunt de tribu issachar
quorum princeps fuit
nathanahel filius suar
et omnis numerus
pugnatorum eius
quinquaginta quattuor
milia quadringenti
In tribu zabulon princeps
fuit heliab filius helom
omnis de stirpe eius ex
ercitus pugnatorum
quinquaginta septem
milia quadringenti
universi qui in castris
iudae adnumerati sunt
fuerunt centum octoginta
sexmilia quadringenti
et per turmas suas primi
egredientur
In castris filiorum ruben
ad meridianam plagam
erit princeps elisur
filius sedeur
et cunctus exercitus
pugnatorum eius
qui numerati sunt
quadraginta sexmilia
quingentorum
Iuxta eum castrametati
sunt de tribu symeon
quorum princeps fuit
salamihel filius
surisaddai
et cunctus exercitus
pugnatorum eius
qui numerati sunt
quinquaginta novem
milia trecenti
In tribu gad princeps
fuit eliasaph
filius duhel
et cunctus exercitus
pugnatorum
eius qui nume
rati sunt
quadraginta quinq. milia

milia sescenti quin
quaginta
omnes quirecenseti sunt
incastris ruben
centum quinquaginta milia
etmille quadringenti
quinquaginta
perturmas suas insecundo
loco proficiscentur
leuabitur autem taberna
culum testimonii
per officia leuitarum
et turmas eorum
quomodo erigetur ita
etdeponetur
singuli perloca etordines
suos proficiscentur
adoccidentalem plagam
erunt castra filiorum
ephraim
quorum princeps fuit eli
sama filius ammiud
cunctus exercitus pugna
torum eius quinume
rati sunt
quadraginta milia
quingenti
Etcum eis trib. filiorum
manasse
quorum princeps fuit gama
lihel filius phadassur
cunctus exercitus pugnato
rum eius quinumeratisunt
triginta duomilia ducenti
Intribu filiorum beniamin
princeps fuit abidan
filius gedeonis
etcunctus exercitus
pugnatorum eius qui
numerati sunt
triginta quinque
milia quadrin
genti
omnes quinumerati sunt

incastris ephraim
centum octo milia centum
perturmas suas tertii
proficiscentur
adaquilonis partem castra
metati sunt filii dan
quorum princeps fuit ahie
zer filius ammisaddai
cunctus exercitus pugna
torum eius quinume
rati sunt
sexaginta duomilia
septingenti
Iuxta eum fixere tentoria
detribu aser
quorum princeps fuit phegi
hel filius ochran
cunctus exercitus pugna
torum eius quinume
rati sunt
quadraginta milia etmille
quingenti
Detribu filiorum nepthalim
princeps fuit ahira
filius henan
cunctus exercitus pugna
torum eius
quinquaginta tria milia
quadringenti
omnes quinumerati sunt
incastris dan
fuerunt centum quinqua
ginta septem milia
sescenti
etnouissimi proficiscentur
hic numerus filiorum isrl
per domos cognationum
suarum
etturmas diuisi exercitus
sescenta tria milia quin
genti quinquaginta
Leuitae autem non
sunt numerati inter
filios israhel.

SICENIM PRAECEPIT DNS MOSI
FECERUNTQ. FILII ISRAHEL
IUXTA OMNIA QUAE
MANDAUERAT DNS
CASTRAMETATI SUNT PER
TURMAS SUAS
ET PROFECTI PER FAMILIAS AC
DOMOS PATRUM SUORUM
III HAEC SUNT GENERATIONES
AARON ET MOSI
IN DIE QUA LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN IN MONTE SINAI
ET HAEC NOMINA FILIORUM AARON
PRIMOGENITUS EIUS NADAB
DEIN ABIU ET ELEAZAR
ET ITHAMAR
HAEC NOMINA FILIORUM
AARON SACERDOTUM
QUI UNCTI SUNT ET QUORUM
REPLETAE ET CONSECRATAE
MANUS UT SACERDOTIO
FUNGERENTUR
MORTUI SUNT NADAB ET ABIU
CUM OFFERRENT IGNEM ALIENUM
IN CONSPECTU DNI IN DESERTO
SINAI ABSQ. LIBERIS
FUNCTIQ. SUNT SACERDOTIO
ELEAZAR ET ITHAMAR CORAM
AARON PATRE SUO
LOCUTUS EST DNS AD MOSEN DICENS
APPLICA TRIBUM LEUI ET FAC
STARE IN CONSPECTU
AARON SACERDOTIS
UT MINISTRENT EI ET EXCUBENT
ET OBSERUENT
QUICQUID AD CULTUM PERTINET
MULTITUDINIS
CORAM TABERNACULO
TESTIMONII
ET CUSTODIANT UASA TABER
NACULI SERUIENTES IN
MINISTERIO EIUS
DABISQ. DONO LEUITAS
AARONI ET FILIIS EIUS

QUIB. TRADITI SUNT A FILIIS ISRL
AARON AUTEM ET FILIOS EIUS
CONSTITUES SUPER CULTUM
SACERDOTII
EXTERUS QUI AD MINISTRANDUM
ACCESSERIT MORIETUR
LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
DICENS
EGO TULI LEUITAS A FILIIS ISRAHEL
PRO OMNI PRIMOGENITO
QUI APERIT UULUAM
IN FILIIS ISRAHEL
ERUNTQ. LEUITAE MEI
MEUM EST ENIM OMNE
PRIMOGENITUM
EX QUO PERCUSSI PRIMOGENI
TOS IN TERRA AEGYPTI
SCIFICAUI MIHI QUICQUID
PRIMUM NASCITUR IN ISRL
AB HOMINE USQ. AD PECUS
MEI SUNT EGO DNS
LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
IN DESERTO SINAI DICENS
NUMERA FILIOS LEUI PER DOMOS
PATRUM SUORUM
ET FAMILIAS
OMNEM MASCULUM AB UNO
MENSE ET SUPRA
NUMERAUIT MOSES UT
PRAECEPERAT DNS
ET INUENTI SUNT FILII LEUI
PER NOMINA SUA
GERSON ET CAATH ET MERARI
FILII GERSON LEBNI ET SEMEI
FILII CAATH AMRAM ET IESSAAR
HEBRON ET OZIHEL
FILII MERARI MOOLI ET MUSI
DE GERSON FUERE FAMILIAE
DUAE LEBNITICA ET SEMEITICA
QUARUM NUMERATUS EST
POPULUS SEXUS MASCULINI
AB UNO MENSE ET SUPRA
SEPTEM MILIA QUINGENTORUM
HII POST TABERNACULUM

metabuntur ad occidentem
sub principe eliasaph
filio label
et habebunt excubias in
tabernaculo foederis
ipsum tabernaculum et
operimentum eius
tentorium quod trahitur
ante fores tecti foederis
et cortinas atrii
tentorium quoq· quod appen
ditur in introitu atrii
tabernaculi
et quicquid ad ritum
altaris pertinet
funes tabernaculi et
omnia utensilia eius
Cognatio caath habebit
populos
amramitas et iessaaritas
et hebronitas et ozi
helitas
haec sunt familiae
caathitarum
recensetae per nomina sua
omnes generis masculini
ab uno mense et supra
octo milia sescenti
habebunt excubias scuarii
et castra metabuntur
ad meridianam plagam
princepsq· eorum erit elisa
phan filius ozihel
et custodient arcam mensam
que et candelabrum
altaria et uasa scuarii
in quib· ministratur
et uelum cunctamq· huius
cemodi supellectilem
princeps autem principum
leuitarum
eleazar filius aaron
sacerdotis
erit super excubitores

custodiae scuarii
a uero demerari erunt
populi moolitae
et musitae
recenseti per nomina sua
omnes generis masculini
ab uno mense et supra
sex milia ducenti
princeps eorum suribel
filius abiahibel
in plaga septentrionali
castra metabuntur
erunt sub custodia eorum
tabulae tabernaculi et
uectes et columnae
ac bases earum
et omnia quae ad cultum
huius cemodi pertinent
columnaeq· atrii per circui
tum cum basib· suis
et paxilli cum funib· suis
Castra metabuntur ante
tabernaculum foederis
id est ad orientalem plagam
moses et aaron cum
filiis suis
habentes custodiam scuarii
in medio filiorum israhel
quisquis alienus acces
serit morietur
omnes leuitae quos numera
uerunt moses et aaron
iuxta praeceptum dni
per familias suas in genere
masculino
a mense uno et supra
fuerunt uiginti duo milia
et ait dns ad mosen
numera primogenitos sexus
masculini de filiis israhel
a mense uno et supra
et habebis summam eorum
tollesq· leuitas mihi pro
omni primogenito

filiorum israhel
ego sum dñs
et pecora eorum pro universis primogenitis pecoris
filiorum israhel
recensuit moses sicut praeceperat dñs primogenitos
filiorum israhel
et fuerunt masculi per
nomina sua a mense uno
et supra
viginti duo milia ducenti
septuaginta tres
Locutusq. est dñs ad mosen
tolle levitas pro primogeni
tis filiorum israhel
et pecora levitarum
pro pecorib. eorum
eruntq. levitae mei
ego sum dñs
in pretio autem ducentorum septuaginta trium
qui excedunt numerum
levitarum
de primogenitis filiorum
israhel
accipies quinq. siclos per singula capita ad mensuram
scūarii
siclus habet obolos viginti
dabisq. pecuniam aaron
et filiis eius
pretium eorum qui
supra sunt
tulit igitur moses pecuniam
eorum qui fuerant amplius
et quos redemerant a levi
tis pro primogenitis
filiorum israhel
mille trecentorum sexa
ginta quinq. siclorum
iuxta pondus scūarii
et dedit eam aaroni
et filiis eius
iuxta verbum quod
praeceperat ei dñs
iiii Locutusq. est dñs ad mosen
et aaron dicens
tolle summam filiorum caath
de medio levitarum
per domos et familias suas
a tricesimo anno et supra
usq. ad quinquagesimum
annum
omnium qui ingrediuntur
ut stent et ministrent
in tabernaculo foederis
hic est cultus filiorum caath
tabernaculum foederis
et scm scorum ingredi
entur aaron et filii eius
quando movenda sunt
castra
et deponent velum quod
pendet ante fores
involventq. eo arcam
testimonii
et operient rursum vela
mine ianthinarum pellium
extendentq. desuper palliū
totum hyacinthinum
et inducent vectes
mensam quoq. propositionis
involvent hyacinthino
pallio
et ponent cum ea turibula
et mortariola cyatos
et cratheras ad liba
fundenda
panes semper in ea erunt
extendentq. desuper
pallium coccineum
quod rursum operient
velamento ianthina
rum pellium
et inducent vectes
su ment et pallium
hyacinthinum

quo operient candelabrum
cum lucernis et for
cipib· suis
et emunctoriis et cunctis
vasis olei quae ad concin
nandas lucernas neces
saria sunt
et super omnia ponent
operimentum ianthi
narum pellium
et inducent vectes
nec non et altare aureum
involvent hyacinthino
vestimento
et extendent desuper
operimentum ianthi
narum pellium
inducentq· vectes
Omnia vasa in quib· mini
stratur in scūario
involvent hyacinthino
pallio
et extendent desuper
operimentum ianthi
narum pellium
inducentq· vectes
Sed et altare mundabunt
cinere et involvent illud
purpureo vestimento
ponentq· cum eo omnia
vasa quib· in ministerio
eius utuntur
id est ignium receptacula
fuscinulas ac tridentes
uncinos et vatilla
cuncta vasa altaris operient
simul velamine iantina
rum pellium
et inducent vectes
Cumq· involverint aaron
et filii eius scūarium et
omnia vasa eius in commo
tione castrorum
tunc intrabunt filii caath

ut portent involuta et non
tangant vasa scūarii
ne moriantur
Ista sunt onera filiorum
caath in tabernaculo
foederis
super quos erit eleazar
filius aaron sacerdotis
ad cuius pertinet curam
oleum concinnandas
lucernas
et compositionis incensum
et sacrificium quod
semper offertur
et oleum unctionis
et quicquid ad cultum
tabernaculi pertinet
omniumq· vasorum quae
in scūario sunt
Locutusq· est dn̄s ad mosen
et aaron dicens
Nolite perdere populum
caath de medio levitarum
sed hoc facite eis ut vivant
et non moriantur si teti
gerint s̄cā s̄corum
aaron et filii eius intrabunt
ipsiq· disponent opera
singulorum
et divident quid portare
quis debeat
alii nulla curiositate vide
ant quae sunt in scūario
prius quam involvantur
alioquin morientur
Locutus est dn̄s
ad mosen dicens
tolle summam etiam
filiorum gerson
per domos ac familias
et cognationes suas
a triginta annis et supra
usq· ad annos quinquaginta
[illegible] numera

OMNES QUI INGREDIUNTUR
ET MINISTRANT IN TABER
NACULO FOEDERIS
HOC EST OFFICIUM FAMILIAE
GERSONITARUM
UT PORTENT CORTINAS TABER
NACULI ET TECTUM FOEDERIS
OPERIMENTUM ALIUD ET SUPER
OMNIA UELAMEN IANTHINUM
TENTORIUMQ. QUOD PENDET
IN INTROITU FOEDERIS
TABERNACULI
CORTINAS ATRII ET UELUM
IN INTROITU QUOD EST
ANTE TABERNACULUM
OMNIA QUAE AD ALTARE
PERTINENT
FUNICULOS ET UASA MINISTERII
IUUENTE AARON ET FILIIS EIUS
PORTABUNT FILII GERSON
ET SCIENT SINGULI CUI DEBEANT
ONERI MANCIPARI
HIC EST CULTUS FAMILIAE GER
SONITARUM IN TABERNA
CULO FOEDERIS
ERUNTQ. SUB MANU ITHAMAR
FILII AARON SACERDOTIS
FILIOS QUOQ. MERARI PER
FAMILIAS ET DOMOS PATRŨ
SUORUM RECENSEBIS
A TRICINTA ANNIS ET SUPRA USQ.
AD ANNOS QUINQUAGINTA
OMNES QUI INGREDIUNTUR
AD OFFICIUM MINISTERII
SUI ET CULTUM FOEDERIS
TESTIMONII
HAEC SUNT ONERA EORUM
PORTABUNT TABULAS TABER
NACULI ET UECTES EIUS
COLUMNAS ET BASES EARUM
COLUMNAS QUOQ. ATRII
PER CIRCUITUM
CUM BASIB. ET PAXILLIS
ET FUNIB. SUIS

OMNIA UASA ET SUPELLECTILEM
AD NUMERUM ACCIPIENT
SICQ. PORTABUNT
HOC EST OFFICIUM FAMILIAE
MERARITARUM
ET MINISTERIUM IN TABER
NACULO FOEDERIS
ERUNTQ. SUB MANU ITHAMAR
FILII AARON SACERDOTIS
RECENSUERUNT IGITUR MOSES
ET AARON ET PRINCIPES
SYNAGOGAE
FILIOS CAATH PER COGNATIONES
ET DOMOS PATRUM SUORUM
A TRICINTA ANNIS ET SUPRA
USQ. AD ANNOS QUINQUA
GINTA
OMNES QUI INGREDIUNTUR
AD MINISTERIUM TABER
NACULI FOEDERIS
ET INUENTI SUNT DUO MILIA
SEPTINGENTI QUINQUAGINTA
HIC EST NUMERUS POPULI
CAATH QUI INTRAT TABER
NACULUM FOEDERIS
HOS NUMERAUIT MOSES
ET AARON
IUXTA SERMONEM DNI
PER MANUM MOSI
NUMERATI SUNT ET FILII GERSON
PER COGNATIONES ET DOMOS
PATRUM SUORUM
A TRICINTA ANNIS ET SUPRA USQ.
AD ANNUM QUINQUAGESIMUM
OMNES QUI INGREDIUNTUR
UT MINISTRENT IN TABER
NACULUM FOEDERIS
ET INUENTI SUNT DUO MILIA
SESCENTI TRICINTA
HIC EST POPULUS GERSO
NITARUM
QUOS NUMERAUERUNT
MOSES ET AARON IUXTA
UERBUM DNI

NUMERATI SUNT ET FILII MERA
RI PER COGNATIONES ET DOMUS
PATRUM SUORUM
A TRIGINTA ANNIS ET SUPRA
USQ. AD ANNUM QUINQUA
GESIMUM
OMNES QUI INGREDIUNTUR
AD EXPLENDOS RITUS
TABERNACULI FOEDERIS
ET INUENTI SUNT TRIA MILIA
DUCENTI
HIC EST NUMERUS FILIO
RUM MERARI
QUOS RECENSUERUNT
MOSES ET AARON
IUXTA IMPERIUM DNI
PER MANUM MOSI
OMNES QUI RECENSETI
SUNT DE LEUITIS
ET QUOS FECIT AD NOMEN MOSES
ET AARON ET PRINCIPES
ISRAHEL
PER COGNATIONES ET DOMOS
PATRUM SUORUM
A TRIGINTA ANNIS ET SUPRA
USQ. AD ANNUM QUINQUA
GESIMUM
INGREDIENTES AD MINISTE
RIUM TABERNACULI
ET ONERA PORTANDA
FUERUNT SIMUL OCTO MILIA
QUINGENTI OCTOGINTA
IUXTA UERBUM DNI RECEN
SUIT EOS MOSES
UNUM QUEMQ. IUXTA OFFI
CIUM ET ONERA SUA
SICUT PRAECEPERAT EI DNS
V / III LOCUTUS Q. DNS AD MOSEN
DICENS
PRAECIPE FILIIS ISRAHEL UT EICI
ANT DE CASTRIS
OMNEM LEPROSUM ET QUI
SEMINE FLUIT POLLUTUSQ.
EST SUPER MORTUO

TAM MASCULUM QUAM FEMI
NAM EICITE DE CASTRIS
NE CONTAMINENT EA CUM HABI
TAUERINT UOBISCUM
FECERUNTQ. ITA FILII ISRAHEL
ET EIECERUNT EOS EXTRA
CASTRA
SICUT LOCUTUS ERAT DNS MOSI
LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN DICENS
LOQUERE AD FILIOS ISRAHEL
UIR SIUE MULIER CUM FECE
RINT EX OMNIB. PECCATIS
QUAE SOLENT HOMINIB.
ACCIDERE
ET PER NEGLEGENTIAM TRANS
GRESSI FUERINT MANDATUM
DNI ATQ. DELIQUERINT
CONFITEBUNTUR PECCA
TUM SUUM
ET REDDENT IPSUM CAPUT
QUINTAMQ. PARTEM DE
SUPER EI IN QUEM
PECCAUERUNT
SIN AUTEM NON FUERIT
QUI RECIPIAT
DABUNT DNO ET ERIT SACER
DOTIS
EXCEPTO ARIETE QUI OFFER
TUR PRO EXPIATIONE UT SIT
PLACABILIS HOSTIA
OMNES QUOQ. PRIMITIAE QUAS
OFFERUNT FILII ISRAHEL
AD SACERDOTEM PERTINENT
ET QUICQUID IN SCARIUM
OFFERTUR A SINGULIS
ET TRADITUR MANIB. SACERDO
TIS IPSIUS ERIT
LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN DICENS
LOQUERE AD FILIOS ISRAHEL
ET DICES AD EOS
UIR CUIUS UXOR ERRAUERIT
MARITUMQ. CONTEMNENS

DORMIERIT CUM ALIO UIRO
ET HOC MARITUS DEPREHEN
DERE NON QUIUERIT
SED LATET ADULTERIUM
ET TESTIB· ARGUI NON POTEST
QUIA NON EST INUENTA
IN STUPRO
SI SPIRITUS ZELOTYPIAE CON
CITAUERIT UIRUM CONTRA
UXOREM SUAM
QUAE UEL POLLUTA EST UEL FALSA
SUSPICIONE APPETITUR
ADDUCET EAM AD SACERDOTEM
ET OFFERET OBLATIONEM
PRO ILLA
DECIMAM PARTEM SATI FARI
NAE HORDEACIAE
NON FUNDET SUPER EAM OLEUM
NEC INPONET THUS
QUIA SACRIFICIUM ZELOTYPIAE
EST ET OBLATIO INUESTIGANS
ADULTERIUM
OFFERET IGITUR EAM SACERDOS
ET STATUET CORAM DÑO
ASSUMETQ. AQUAM SCAM
IN UASE FICTILI
ET PAUXILLUM TERRAE DE PAUI
MENTO TABERNACULI
MITTET IN EAM
CUMQ. STETERIT MULIER
IN CONSPECTU DÑI
DISCOPERIET CAPUT EIUS ET
PONET SUPER MANUS ILLIUS
SACRIFICIUM RECORDATIO
NIS ET OBLATIONEM
ZELOTYPIAE
IPSE AUTEM TENEBIT AQUAS
AMARISSIMAS
IN QUIB· CUM EXECRATIONE
MALEDICTA CONGESSIT
ADIURABITQ. EAM ET DICET
SI NON DORMIUIT UIR
ALIENUS TECUM
ET SI NON POLLUTA ES
DESERTO MARITI TORO
NON TE NOCEBUNT AQUAE ISTAE
AMARISSIMAE IN QUAS
MALEDICTA CONGESSI
SIN AUTEM DECLINASTI A UIRO
TUO ATQ. POLLUTA ES
ET CONCUBUISTI CUM ALTERO
HIS MALEDICTIONIB· SUBIACEBIS
DET TE DÑS IN MALEDICTIONEM
EXEMPLUMQ. CUNCTORUM
IN POPULO SUO
PUTRESCERE FACIAT FEMUR
TUUM ET TUMENS UTERUS
DISRUMPATUR
INGREDIANTUR AQUAE MALE
DICTAE IN UENTREM TUUM
ET UTERO TUMESCENTE
PUTRESCAT FEMUR
ET RESPONDEBIT MULIER
AMEN AMEN
SCRIBETQ. SACERDOS IN
LIBELLO ISTA MALEDICTA
ET DELEBIT EA AQUIS AMARIS
SIMIS IN QUAS MALEDICTA
CONGESSIT
ET DABIT EI BIBERE
QUAS CUM EXHAUSERIT
TOLLET SACERDOS DE MANU
EIUS SACRIFICIUM ZELOTYPIAE
ET ELEUABIT ILLUD CORAM DÑO
INPONETQ. SUPER ALTARE
ITA DUMTAXAT UT PRIUS PUGIL
LUM SACRIFICII TOLLAT DE EO
QUOD OFFERTUR
ET INCENDAT SUPER ALTARE
ET SIC POTUM DET MULIERI
AQUAS AMARISSIMAS
QUAS CUM BIBERIT
SI POLLUTA EST ET CONTEMPTO
UIRO ADULTERII REA
PERTRANSIBUNT EAM AQUAE
MALEDICTIONIS
ET INFLATO UENTRE CON
PUTRESCET FEMUR

eritq. mulier in maledictio
nem et in exemplum
omni populo
quod si polluta non fuerit
erit innoxia et faciet
liberos
Ista est lex zelotypiae si de
clinaverit mulier a viro
suo et si polluta fuerit
maritusq. zelotypiae spiritu
concitatus adduxerit eam
in conspectu dñi
et fecerit ei sacerdos iuxta
omnia quae scripta sunt
maritus absq. culpa erit
et illa recipiet iniqui
tatem suam
IIII Locutus est dñs ad Mosen
dicens
loquere ad filios Israhel
et dices ad eos
vir sive mulier cum fecerint
votum ut sc̄ificentur
et se voluerint dño
consecrare
vino et omne quod inebriare
potest abstinebunt
acetum ex vino et ex qualibet
alia potione
et quicquid de uva exprimi
tur non bibent
uvas recentes siccasq.
non comedent
cunctis dieb. quib. ex voto
dño consecrantur
quicquid ex vinea esse potest
ab uva passa usq. ad acinum
non comedent
omni tempore separationis
suae novacula non transi
bit per caput eius
usq. ad conpletum diem
quo dño consecratur
sc̄s erit crescente caesarie
capitis eius
omni tempore consecrati
onis suae super mortuum
non ingredietur
ne super patris quidem et
matris et fratris sororis
q. funere contaminabitur
quia consecratio di sui
super caput eius est
omnes dies separationis suae
sc̄s erit dño
Sin autem mortuus fuerit
subito quispiam coram eo
polluetur caput con
secrationis eius
quod radet ilico et in eadem
die purgationis suae et
rursum septima
In octavo autem die offeret
duos turtures vel duos
pullos columbae sacerdoti
in introitu foederis
testimonii
facietq. sacerdos unum pro
peccato et alterum
in holocaustum
et deprecabitur pro eo quia
peccavit super mortuo
sc̄ificavitq. caput eius
in die illo
et consecrabit dño dies
separationis illius
offerens agnum anniculum
pro peccato
ita tamen ut dies priores
irriti fiant
quoniam polluta est
sc̄ificatio eius
Ista est lex consecrationis
cum dies quos ex voto
decreverat comple
buntur
adducet eum ad ostium
tabernaculi foederis

et offeret oblationem
eius dno
agnum anniculum inmacu
latum in holocaustum
et ouem anniculam inma
culatam pro peccato
et arietem inmaculatum
hostiam pacificam
canistrum quoq. panum
azymorum qui con
spersi sint oleo
et lagana absq. fermento
uncta oleo ac libamina
singulorum
quae offeret sacerdos
coram dno
et faciet tam pro peccato
quam in holocaustum
arietem uero immolabit
hostiam pacificam dno
offerens simul canistrum
azymorum et libamenta
quae ex more debentur
tunc radetur nazoreus
ante ostium tabernaculi
foederis caesariae con
secrationis suae
tolletq. capillos eius
et ponet super ignem
qui est suppositus sacri
ficio pacificorum
et armum coctum arietis
tortamq. absq. fermento
unam de canistro et laga
num azymum unum
et tradet in manib. nazorei
postquam rasum fuerit
caput eius
susceptaq. rursum ab eo
eleuabit in conspectu dni
et scificata sacerdotis erunt
sicut pectusculum
quod separari iussum
est et femur
post haec potest bibere
nazoraeus uinum
ista est lex nazorei cum uoue
rit oblationem suam dno
tempore consecrati
onis suae
exceptis his quae inuene
rit manus eius
iuxta quod mente deuouerat
ita faciet ad perfectionem
scificationis suae
Locutus est dns ad mosen
dicens
Loquere aaron et filiis eius
sic benedicetis filiis israhel
et dicetis eis
Benedicat tibi dns et
custodiat te
ostendat dns faciem suam
tibi et misereatur tui
conuertat dns uultum suum
ad te et det tibi pacem
inuocabunt nomen meum
super filios israhel et
ego benedicam eis
VII. Factum est autem in die qua
conpleuit moses taberna
culum et erexit illud
unxitq. et scificauit cum
omnib. uasis suis
altare similiter et uasa eius
obtulerunt principes isra
hel et capita familiarum
qui erant per singulas trib.
praefectiq. eorum qui nume
rati fuerant munera
coram dno
sex plaustra tecta cum
duodecim bub.
unum plaustrum obtulere
duo duces et unum
bouem singuli
obtuleruntq. ea in con
spectu tabernaculi

AIT AUTEM DNS AD MOSEN
SUSCIPE AB EIS UT SERUIANT IN
MINISTERIO TABERNACULI
ET TRADAS EA LEUITIS IUXTA
ORDINEM MINISTERII SUI
ITAQ. CUM SUSCEPISSET MOSES
PLAUSTRA ET BOUES TRA
DIDIT EOS LEUITIS
DUO PLAUSTRA ET QUATTUOR
BOUES DEDIT FILIIS GERSON
IUXTA ID QUOD HABEBANT
NECESSARIUM
QUATTUOR PLAUSTRA ALIA
ET OCTO BOUES DEDIT
FILIIS MERARI
SECUNDUM OFFICIA
ET CULTUM SUUM
SUB MANU ITHAMAR FILII
AARON SACERDOTIS
FILIIS AUTEM CAATH NON DEDIT
PLAUSTRA ET BOUES
QUIA IN SCUARIO SERUIUNT
ET ONERA PROPRIIS POR
TANT UMERIS
IGITUR OBTULERUNT DUCES
IN DEDICATIONEM ALTARIS
DIE QUA UNCTU EST
OBLATIONEM SUAM
ANTE ALTARE
DIXITQ. DNS AD MOSEN
SINGULI DUCES PER SIN
GULOS DIES
OFFERANT MUNERA IN DEDI
CATIONEM ALTARIS
PRIMO DIE OBTULIT OBLATIONE
SUAM NAASSON FILIUS AMINA
DAB DE TRIBU IUDA
FUERUNTQ. IN EA ACETABULUM
ARGENTEUM PONDO CENTUM
TRIGINTA SICLORUM
FIALA ARGENTEA HABENS
SEPTUAGINTA SICLOS
IUXTA PONDUS SCUARII
UTRUMQ. PLENUM SIMILA
CONSPERSA OLEO IN
SACRIFICIUM
MORTARIOLUM EX DECEM
SICLIS AUREIS PLENUM
INCENSO
BOUEM DE ARMENTO ET ARI
ETEM ET AGNUM ANNICULU
IN HOLOCAUSTUM HIRCUMQ.
PRO PECCATO
ET IN SACRIFICIO PACIFICORUM
BOUES DUOS ARIETES QUINQ.
HIRCOS QUINQ. AGNOS ANNI
CULOS QUINQ.
HAEC EST OBLATIO NAASSON
FILII AMINADAB
SECUNDO DIE OBTULIT NATHA
NAHEL FILIUS SUAR DUX DE
TRIBU ISSACHAR ACETABULUM
ARGENTEUM
APPENDENS CENTUM
TRIGINTA SICLOS
FIALAM ARGENTEAM HABENTEM
SEPTUAGINTA SICLOS IUXTA
PONDUS SCUARII
UTRUMQ. PLENUM SIMILA
CONSPERSA OLEO IN SACRI
FICIUM
MORTARIOLUM AUREUM
HABENS DECEM SICLOS
PLENUM INCENSO
BOUEM DE ARMENTO ET ARI
ETEM ET AGNUM ANNICULUM
IN HOLOCAUSTUM HIRCUMQ.
PRO PECCATO
ET IN SACRIFICIO PACIFICORUM
BOUES DUOS ARIETES QUINQ.
HIRCOS QUINQ. AGNOS
ANNICULOS QUINQ.
HAEC FUIT OBLATIO NATHA
NAHEL FILII SUAR
TERTIO DIE PRINCEPS FILI
ORUM ZABULON HELIAB
FILIUS HELON
OBTULIT ACETABULUM ARGEN

TEUM APPENDENS CENTUM
TRIGINTA SICLOS
FIALAM ARGENTEAM HABENTĒ
SEPTUAGINTA SICLOS AD
PONDUS SCUARII
UTRUMQ. PLENUM SIMILA
CONSPERSA OLEO IN
SACRIFICIUM
MORTARIOLUM AUREUM APPEN
DENS DECEM SICLOS PLE
NUM INCENSO
BOUEM DE ARMENTO ET ARIETEM
ET AGNUM ANNICULUM IN
HOLOCAUSTUM HIRCUMQ.
PRO PECCATO
ET IN SACRIFICIO PACIFICORUM
BOUES DUOS ARIETES QUINQ.
HIRCOS QUINQ. AGNOS ANNICU
LOS QUINQ.
HAEC EST OBLATIO HELIAB
FILII HELON
DIE QUARTO PRINCEPS FILIO
RUM RUBEN HELISUR
FILIUS SEDEUR
OBTULIT ACETABULUM ARGEN
TEUM APPENDENS CENTUM
TRIGINTA SICLOS
FIALAM ARGENTEAM HABEN
TEM SEPTUAGINTA SICLOS
ADPONDUS SCUARII
UTRUMQ. PLENUM SIMILA
CONSPERSA OLEO IN
SACRIFICIUM
MORTARIOLUM AUREUM
APPENDENS DECEM SICLOS
PLENUM INCENSO
BOUEM DE ARMENTO ET ARI
ETEM ET AGNUM ANNICULUM
IN HOLOCAUSTUM HIRCUMQ.
PRO PECCATO
ET IN HOSTIAS PACIFICORUM
BOUES DUOS ARIETES QUINQ.
HIRCOS QUINQ. AGNOS ANNI
CULOS QUINQ.

HAEC FUIT OBLATIO ELISUR
FILII SEDEUR
DIE QUINTO PRINCEPS FILIORUM
SYMEON SALAMIHEL FILIUS
SURISADDAI
OBTULIT ACETABULUM ARGEN
TEUM APPENDENS CENTUM
TRIGINTA SICLOS
FIALAM ARGENTEAM HABENTEM
SEPTUAGINTA SICLOS AD
PONDUS SCUARII
UTRUMQ. PLENUM SIMILA
CONSPERSA OLEO IN
SACRIFICIUM
MORTARIOLUM AUREUM
APPENDENS DECEM SICLOS
PLENUM INCENSO
BOUEM DE ARMENTO ET ARIE
TEM ET AGNUM ANNICULUM
IN HOLOCAUSTUM
HIRCUMQ. PRO PECCATO
ET IN HOSTIAS PACIFICORUM
BOUES DUOS ARIETES QUINQ.
HIRCOS QUINQ. AGNOS
ANNICULOS QUINQ.
HAEC FUIT OBLATIO SALAMIHEL
FILII SURISADDAI
DIE SEXTO PRINCEPS FILIORUM
GAD HELIASAPH FILIUS DUHEL
OBTULIT ACETABULUM ARGEN
TEUM APPENDENS CENTUM
TRIGINTA SICLOS
FIALAM ARGENTEAM HABENTEM
SEPTUAGINTA SICLOS
ADPONDUS SCUARII
UTRUMQ. PLENUM SIMILA
CONSPERSA OLEO IN SACRI
FICIUM
MORTARIOLUM AUREUM
APPENDENS SICLOS DECEM
PLENUM INCENSO
BOUEM DE ARMENTO ET ARI
ETEM ET AGNUM ANNICU
LUM IN HOLOCAUSTUM

hircumq. pro peccato
et in hostias pacificorum
boues duos arietes quinq.
hircos quinq. agnos
anniculos quinq.
haec fuit oblatio heli
asaph filii duhel.
Die septimo princeps filio
rum ephraim helisama
filius ammiud
obtulit acetabulum argen
teum appendens centum
triginta siclos
fialam argenteam habentem
septuaginta siclos ad
pondus scaarii
utrumq. plenum simila con
spersa oleo in sacrificium
mortariolum aureum
appendens decem siclos
plenum incenso
bouem de armento et arie
tem et agnum anniculum
in holocaustum
hircumq. pro peccato
et in hostias pacificorum
boues duos arietes quinq.
hircos quinq. agnos
anniculos quinq.
haec fuit oblatio helisama
filii ammiud
Die octauo princeps filiorum
manasse gamalihel
filius phadassur
obtulit acetabulum argen
teum appendens centum
triginta siclos
fialam argenteam habentem
septuaginta siclos
ad pondus scaarii
utrumq. plenum simila con
spersa oleo in sacrificium
mortariolum aureum
appendens decem siclos
plenum incenso
bouem de armento et arietem
et agnum anniculum in holo
caustum hircumq. pro peccato
et in hostias pacificorum
boues duos arietes quinq.
hircos quinq. agnos
anniculos quinq.
haec fuit oblatio gamalihel
filii phadassur
Die nono princeps filiorum
beniamin abidan filius
gedeonis
obtulit acetabulum argen
teum appendens centum
triginta siclos
fialam argenteam habentem
septuaginta siclos ad
pondus scaarii
utrumq. plenum simila con
spersa oleo in sacrificium
mortariolum aureum
appendens decem siclos
plenum incenso
bouem de armento et arie
tem et agnum anniculum
in holocaustum
hircumq. pro peccato
et in hostias pacificorum
boues duos arietes quinq.
hircos quinq. agnos
anniculos quinq.
haec fuit oblatio abidan
filii gedeonis
Die decimo princeps filiorum
dan ahiezer filius
ammisaddai
obtulit acetabulum argen
teum appendens centum
triginta siclos
fialam argenteam habentem
septuaginta siclos ad pon
dus scaarii
utrumq. plenum simila con

spersa oleo in sacrificium
mortariolum aureum appen
dens decem siclos
plenum incenso
Bovem de armento et ari
etem et agnum anniculum
in holocaustum
hircumq. pro peccato
et in hostias pacificorum
boves duos arietes quinq.
hircos quinq. agnos
anniculos quinq.
haec fuit oblatio abiezer
filii ammisaddai
Die undecimo princeps
filiorum aser phaga
ihel filius ochran
obtulit acetabulum argen
teum appendens centum
triginta siclos
fialam argenteam habentem
septuaginta siclos
ad pondus scuarii
utrumq. plenum simila con
spersa oleo in sacrificium
mortariolum aureum appen
dens decem siclos
plenum incenso
Bovem de armento et ari
etem et agnum anniculum
in holocaustum
hircumq. pro peccato
et in hostias pacificorum
boves duos arietes quinq.
hircos quinq. agnos
anniculos quinq.
haec fuit oblatio phagaihel
filii ochran
Die duodecimo princeps
filiorum nepthalim
achira filius henan
obtulit acetabulum argen
teum appendens centum
triginta siclos

fialam argenteam habentem
septuaginta siclos ad
pondus scuarii
utrumq. plenum simila con
spersa oleo in sacrificium
mortariolum aureum
appendens decem siclos
plenum incenso
Bovem de armento et ari
etem et agnum anniculum
in holocaustum
hircumq. pro peccato
et in hostias pacificorum
boves duos arietes quinq.
hircos quinq. agnos
anniculos quinq.
haec fuit oblatio achira
filii henan
Haec in dedicatione altaris
oblata sunt a principib.
israhel in die qua con
secratum est
acetabula argentea
duodecim
fialae argenteae duodecim
mortariola aurea
duodecim
ita ut centum triginta argenti
siclos haberet unum
acetabulum
et septuaginta siclos
una fiala
id est in com mune vasorum
omnium ex argento
sicli duo milia quadringenti
pondere scuarii
mortariola aurea XII
plena incenso
denos siclos appendentia
pondere scuarii
id est simul auri sicli CXX
Boves de armento in holo
caustum duodecim
arietes duodecim

agni anniculi XII · et liba
menta eorum
hircos XII · pro peccato
hostiae pacificorum
boves XX et quattuor arie
tes LX · hirci LX · agni
anniculi LX ·
haec oblata sunt in dedica
tione altaris quando
unctum est
cumq· ingrederetur Moses
tabernaculum foederis
ut consuleret oraculum
audiebat vocem loquentis
ad se de propitiatorio
quod erat super arcam tes
timonii inter duos cheru
bim unde et loquebatur ei
Locutus est d͞n͞s ad Mosen
dicens
loquere Aaroni et dices ad eum
cum posueris septem
lucernas
contra eam partem quam
candelabrum respicit
lucere debebunt
fecitq· Aaron et imposuit
lucernas super candela
brum ut praeceperat
d͞n͞s Mosi
haec autem erat factura
candelabri
ex auro ductili tam medius
stipes quam cuncta quae
calamorum latere
nascebantur
iuxta exemplum quod osten
dit d͞n͞s Mosi ita operatus
est candelabrum
Et locutus est d͞n͞s
ad Mosen dicens
tolle Levitas de medio
filiorum Israhel
et purificabis eos iuxta
hunc ritum
aspargantur aqua lustrati
onis et radant omnes
pilos carnis suae
cumq· laverint vestimenta
sua et mundati fuerint
tollant bovem de armentis
et libamentum eius simi
lam oleo conspersam
bovem autem alterum
de armento tu accipies
pro peccato
et applicabis Levitas
coram tabernaculo
foederis
convocata omni multitu
dine filiorum Israhel
cumq· Levitae fuerint
coram d͞n͞o
ponent filii Israhel manus
suas super eos
et offeret Aaron Levitas
manus in conspectu d͞n͞i
a filiis Israhel
ut serviant in mini
sterio eius
Levitae quoq· ponent
manus suas super
capita boum
e quib· unum facies
pro peccato
et alterum in holo
caustum d͞n͞i
ut depreceris pro eis
statuesq· Levitas in con
spectu Aaron et
filiorum eius
et consecrabis oblatos d͞n͞o
ac separabis de medio
filiorum Israhel
ut sint mei
et postea ingrediantur
tabernaculum foederis
ut serviant mihi

SICQUE PURIFICABIS ET CON
SECRABIS EOS IN OBLATI
ONEM DNI
QUONIAM DONO DONATI SUNT
MIHI A FILIIS ISRAHEL
PRO PRIMOGENITIS QUAE QUAE
APERIUNT OMNEM UULUAM
IN ISRAHEL ACCIPI EOS
MEA SUNT OMNIA PRIMOGENITA
FILIORUM ISRAHEL
TAM EX HOMINIB· QUAM
EX IUMENTIS
EX DIE QUO PERCUSSI OMNEM
PRIMOGENITUM IN TERRA
AEGYPTI SCIFICAUI EOS MIHI
ET TULI LEUITAS PRO CUNCTIS
PRIMOGENITIS FILIORUM
ISRAHEL
TRADIDIQ· EOS DONO AARONI ET
FILIIS EIUS DE MEDIO POPULI
UT SERUIANT MIHI PRO ISRAHEL
IN TABERNACULO FOEDERIS
ET ORENT PRO EIS NE SIT IN
POPULO PLAGA SI AUSI FUE
RINT ACCEDERE AD SCUARIUM
FECERUNTQ· MOSES ET AARON
ET OMNIS MULTITUDO FILIO
RUM ISRAHEL SUPER LEUITIS
QUAE PRAECEPERAT DNS MOSI
PURIFICATIQ· SUNT ET LAUE
RUNT UESTIMENTA SUA
ELEUAUITQ· EOS AARON
IN CONSPECTU DNI
ET ORAUIT PRO EIS UT PURI
FICATI INGREDERENTUR AD
OFFICIA SUA IN TABERNA
CULUM FOEDERIS
CORAM AARON ET FILIIS EIUS
SICUT PRAECEPIT DNS MOSI
DE LEUITIS ITA FACTUM EST
LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
DICENS
HAEC EST LEX LEUITARUM
A UIGINTI QUINQ· ANNIS ET SUPRA
INGREDIENTUR UT MINISTRENT
IN TABERNACULO FOEDERIS
CUMQ· QUINQUAGESIMUM ANNUM
AETATIS IMPLEUERINT
SERUIRE CESSABUNT
ERUNTQ· MINISTRI FRATRUM
SUORUM IN TABERNACULO
FOEDERIS
UT CUSTODIANT QUAE SIBI FUE
RINT COMMENDATA
OPERA AUTEM IPSA NON FACIANT
SIC DISPONES LEUITAS
IN CUSTODIIS SUIS ·IZ·
LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
IN MONTE SINAI ANNO SECUNDO
POSTQUAM EGRESSI SUNT
DE TERRA AEGYPTI MENSE
PRIMO DICENS
FACIANT FILII ISRAHEL PHASE
IN TEMPORE SUO
QUARTA DECIMA DIE MENSIS
HUIUS AD UESPERAM
IUXTA OMNES CAERIMONIAS ET
IUSTIFICATIONES EIUS
PRAECEPITQ· MOSES FILIIS ISRL
UT FACERENT PHASE
QUI FECERUNT TEMPORE SUO
QUARTA DECIMA DIE MENSIS AD
UESPERAM IN MONTE SINAI
IUXTA OMNIA QUAE MANDAUE
RAT DNS MOSI FECERUNT
FILII ISRAHEL
ECCE AUTEM QUIDAM IMMUNDI
SUPER ANIMAM HOMINIS
QUI NON POTERANT FACERE
PASCHA IN DIE ILLO
ACCEDENTES AD MOSEN
ET AARON DIXERUNT EIS
IMMUNDI SUMUS SUPER
ANIMAM HOMINIS
QUARE FRAUDAMUR UT NON
UALEAMUS OFFERRE OBLA
TIONEM DNO IN TEMPORE
SUO INTER FILIOS ISRAHEL

quib· respondit moses
state ut consulam quid prae
cipiat dns de uobis
Locutusq. est dns
ad mosen dicens
Loquere filiis israhel
homo qui fuerit inmundus
super anima siue in uia pro
cul in gente uestra
faciat phase dno mense
secundo
quarta decima die mensis
ad uesperam
cum azymis et lactucis agre
stib· comedent illud
non relinquent ex eo
quippiam usq. mane
et os eius non confringent
omnem ritum phase
obseruabunt
si quis autem et mundus est
et in itinere non fuit
et tamen non fecit phase
exterminabitur anima illa
de populis suis
quia sacrificium dno non
obtulit tempore suo
peccatum suum ipse
portabit
peregrinus quoq. et aduena
si fuerit apud uos
faciet phase dni iuxta caeri
monias et iustifica
tiones eius
praeceptum idem erit
apud uos tam aduenae
quam indigenae
Igitur die qua erectum est
tabernaculum operuit
illud nubes
a uespere autem super ten
torium erat quasi species
ignis usq. mane
sic fiebat iugiter
per diem operiebat
illud nubes
et per noctem quasi
species ignis
cumq. ablata fuisset nubes
quae tabernaculum
protegebat
tunc proficiscebantur
filii israhel
et in loco ubi stetisset
nubes ibi castrameta
bantur
ad imperium dni proficisce
bantur et ad imperium illius
figebant tabernaculum
cunctis dieb· quib· stabat
nubes super tabernaculum
manebant in eodem loco
et si euenisset ut multo
tempore maneret
super illud
erant filii israhel
in excubiis dni
et non proficiscebantur quot
quot dieb· fuisset nubes
super tabernaculum
ad imperium dni erigebant
tentoria et ad imperium
illius deponebant
si fuisset nubes a uespere
usq. mane et statim dilu
culo tabernaculum reli
quisset proficisce
bantur
et si post diem et noctem
recessisset dissipabant
tentoria
siue duo aut uno mense
uel longiori tempore
fuisset super taber
naculum
manebant filii israhel in
eodem loco et non
proficiscebantur

STATIM AUTEM UT RECESSIS
SET MOUEBANT CASTRA
PER UERBUM DNI FIGEBANT
TENTORIA ET PER UERBUM
ILLIUS PROFICISCEBANTUR
ERANTQ. IN EXCUBIIS DNI
IUXTA IMPERIUM EIUS
PER MANUM MOSI
C. X. LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
DICENS
FAC TIBI DUAS TUBAS ARGEN
TEAS DUCTILES
QUIB. CONUOCARE POSSIS MUL
TITUDINEM QUANDO MOUEN
DA SUNT CASTRA
CUMQ. INCREPUERIS TUBIS
CONGREGABITUR AD TE OMNIS
TURBA AD OSTIUM FOEDE
RIS TABERNACULI
SI SEMEL CLANGUERIS UENIENT
AD TE PRINCIPES ET CAPITA
MULTITUDINIS ISRAHEL
SIN AUTEM PROLIXIOR ATQ. CON
CISUS CLANGOR INCREPUERIT
MOUEBUNT CASTRA PRIMI QUI
SUNT AD ORIENTALEM PLAGAM
IN SECUNDO AUTEM SONITU ET
PARI ULULATU TUBAE
LEUABUNT TENTORIA QUI HABI
TANT AD MERIDIEM
ET IUXTA HUNC MODUM RELI
QUI FACIENT ULULANTIB.
TUBIS IN PROFECTIONE
QUANDO AUTEM CONGREGAN
DUS EST POPULUS
SIMPLEX TUBARUM CLANGOR
ERIT ET NON CONCISAE
ULULABUNT
FILII AARON SACERDOTES
CLANGENT TUBIS
ERITQ. HOC LEGITIMUM SEMPI
TERNUM IN GENERATIO
NIB. UESTRIS
SI EXIERITIS AD BELLUM
DE TERRA UESTRA
CONTRA HOSTES QUI DIMI
CANT ADUERSUM UOS
CLANGETIS ULULANTIB. TUBIS
ET ERIT RECORDATIO UESTRI
CORAM DNO DO UESTRO
UT ERUAMINI DE MANIB. INIMI
CORUM UESTRORUM
SIQUANDO HABEBITIS EPULUM
ET DIES FESTOS ET KALENDAS
CANETIS TUBIS SUPER HOLO
CAUSTIS ET PACIFICIS
UICTIMIS
UT SINT UOBIS IN RECORDATI
ONEM DI UESTRI EGO DNS
DS UESTER
VII. ANNO SECUNDO MENSE SECUN
DO UICESIMA DIE MENSIS
ELEUATA EST NUBES DE TABER
NACULO FOEDERIS
PROFECTIQ. SUNT FILII ISRAHEL
PER TURMAS SUAS DE DESER
TO SINAI
ET RECUBUIT NUBES IN SOLI
TUDINE PHARAN
MOUERUNTQ. CASTRA PRIMI
IUXTA IMPERIUM DNI IN MANU
MOYSI FILII IUDA PER TUR
MAS SUAS
QUORUM PRINCEPS ERAT NAAS
SON FILIUS AMINADAB
IN TRIBU FILIORUM ISSACHAR
FUIT PRINCEPS NATHANAHEL
FILIUS SUAR
IN TRIBU ZABULON ERAT PRINCEPS
HELIAB FILIUS HELON
DEPOSITUMQ. EST TABER
NACULUM
QUOD PORTANTES EGRESSI SUNT
FILII GERSON ET MERARI
PROFECTIQ. SUNT ET FILII
RUBEN PER TURMAS
ET ORDINEM SUUM
QUORUM PRINCEPS ERAT

helisur filius sedeur
in tribu autem filiorum
symeon princeps fuit
salamihel filius
surisaddai
porro in tribu gad erat
princeps elisaph filius
duhel
profectique sunt et caathitae
portantes sanctuarium
tamdiu tabernaculum por
tabatur donec venirent
ad erectionis locum
moverunt castra et filii
ephraim per turmas suas
in quorum exercitu prin
ceps erat helisama
filius ammiud
in tribu autem filiorum
manasse princeps fuit
gamalihel filius phadassur
et in tribu beniamin dux
abidan filius gedeonis
novissimi castrorum omniū
profecti sunt filii dan
per turmas suas
in quorum exercitu princeps
fuit ahiezer filius
ammisaddai
in tribu autem filiorum
aser erat princeps phagi
hel filius ochram
et in tribu filiorum nepth
lim princeps fuit achira
filius henan
haec sunt castra et profecti
ones filiorum israhel
per turmas suas quando
egrediebantur
dixitque moyses hobab
filio rahuhel madia
niti cognato suo
proficiscimur ad locum
quem dns daturus est nobis

veni nobiscum ut benefaci
amus tibi
quia dns bona promisit
israheli
cui ille respondit
non vadam tecum sed rever
tar in terram meam
in qua natus sum
et ille noli inquit
relinquere nos
tu enim nosti in quib; locis
per desertum castra
ponere debeamus
et eris ductor noster
cumque nobiscum veneris
quicquid optimum fuerit
ex opib; quas nobis tradi
turus est dns dabimus tibi
profecti sunt ergo de
monte dni via trium
dierum
arcaque foederis dni praece
debat eos per tres dies
providens castrorum
locum
nubes quoque dni super eos
erat per diem cum
incederent
cumque elevaretur arca
dicebat moses
surge dne et dissipentur
inimici tui
et fugiant qui oderunt
te a facie tua
cum autem depone
retur aiebat
revertere dne ad multitudi
nem exercitus israhel
XI inter ea ortum est murmur
populi quasi dolentium
pro labore contra dnm
quod cum audisset
iratus est
et accensus in eos ignis

deuorauit extremam
castrorum partem
cumq. clamasset popu
lus ad mosen
orauit moses dnm et ab
sorta est ignis
uocauitq. nomen loci
illius incensio
eo quod succensus fuisset
contra eos ignis dni
uulgus quippe promiscuum
quod ascenderat cum eis
flagrauit desiderio sedens
et flens iunctis sibi pari
ter filiis israhel et ait
quis dabit nobis ad ues
cendum carnes
recordamur piscium
quos comedebamus
in aegypto gratis
in mentem nobis ueniunt
cucumeres et pepones
porriq. et caepae et alia
anima nostra arida est
nihil aliud respiciunt oculi
nostri nisi man
erat autem man quasi semen
coriandri coloris bdelli
circumibatq. populus et
colligens illud frangebat
mola siue terebat
in mortario
coquens in olla et faciens
ex eo tortulas
saporis quasi panis oleati
cumq. descenderet nocte
super castra ros
descendebat pariter
et man
audiuit ergo moses flentē
populum per familias
singulos per ostia
tentorii sui
iratusq. est furor dni ualde

sed et mosi intolleranda res
uisa est et ait ad dnm
cur adflixisti seruum tuum
quare non inuenio
gratiam coram te
et cur inposuisti pondus
uniuersi populi huius
super me
numquid ego concepi omnem
hanc multitudinem
uel genui eam
ut dicas mihi porta eos
in sinu tuo
sicut portare solet
nutrix infantulum
et defer in terram pro qua
iurasti patrib. eorum
unde mihi carnes ut dem
tantae multitudini
flent contra me dicentes
da nobis carnes ut come
damus
non possum solus sustinere
omnem hunc populum
quia grauis mihi est
sin aliter tibi uidetur obse
cro ut interficias me
et inueniam gratiam
in oculis tuis
ne tantis adficiar malis
et dixit dns ad mosen
congrega mihi septuaginta
uiros de senib. israhel
quos tu nosti quod senes
populi sint ac magistri
et duces eos ad ostium
tabernaculi foederis
faciesq. ibi stare tecum
ut descendam et loquar tibi
et auferam de spu tuo
tradamq. eis
ut sustentent tecum
onus populi et non
tu solus graueris

populo quoq. dices
scificamini cras come
detis carnes
ego enim audivi vos dicere
quis dabit nobis escas carnium
bene nobis erat in aegypto
ut det vobis dns carnes
et comedatis
non uno die nec duob. vel
quinq. aut decem
nec viginti quidem
sed usq. ad mensem dierum
donec exeat per nares ves
tras et vertatur in nauseā
eo quod reppuleritis dnm qui
in medio vestri est
et fleveritis coram eo dicentes
quare egressi sumus
ex aegypto
et ait moses sescenta milia
peditum huius populi sunt
et tu dicis dabo eis esum car
nium mense integro
numquid ovium et boum
multitudo caedetur
ut possit sufficere
ad cibum
vel omnes pisces maris
in unum congregabun
tur ut eos satient
cui respondit dns
numquid manus dni
invalida est
iam nunc videbis utrum
meus sermo opere
compleatur
venit igitur moses et nar
ravit populo verba dni
et congregans septuaginta
viros de senib. israhel
quos stare fecit iuxta
tabernaculum
descenditq. dns per nubem
et locutus est ad eum

auferens de spu qui erat in
mose et dans septua
ginta viris
cumq. requievisset in eis
sps prophetaverunt
nec ultra cessarunt
remanserant autem
in castris duo viri
quorum unus vocabatur
heldad et alter medad
super quos requievit sps
nam et ipsi descripti fue
rant et non exierant
ad tabernaculum
cumq. prophetarent
in castris
cucurrit puer et nunti
avit mosi dicens
heldad et medad prophe
tant in castris
statim iosue filius nun
minister mosi et elec
tus e plurib. ait
domine mi moses
prohibe eos
et ille quid inquit aemu
laris pro me
quis tribuat ut omnis
populus prophetet
et det eis dns spm suum
reversusq. est moses
et maiores natu israhel
in castra
ventus autem egredi
ens a dno
arreptas trans mare
coturnices
detulit et dimisit in castra
itinere quantum uno die
confici potest
ex omni parte castrorum
per circuitum
volabantq. in aere duob. cubi
tis altitudine super terrā

SURGENS ERGO POPULUS TOTO
DIE ILLO ET NOCTE AC DIE
ALTERO
CONGREGAUIT COTURNICUM
QUI PARUM DECEM CHOROS
ET SICCAUERUNT EAS PER
GYRUM CASTRORUM
ADHUC CARNES ERANT IN DENTIB.
EORUM NEC DEFECERAT
HUIUS CEMODI CIB.
ET ECCE FUROR D̄N̄I CONCITATUS
IN POPULUM PERCUSSIT
EUM PLAGA MAGNA NIMIS
UOCATUSQ. EST ILLE LOCUS SEPUL
CHRA CONCUPISCENTIAE
IBI ENIM SEPELIERANT POPULUM
QUI DESIDERAUERAT
VIII EGRESSI AUTEM DE SEPULCHRIS
CONCUPISCENTIAE UENERUNT
IN ASEROTH ET MANSERUNT IBI
XXII LOCUTAQ. EST MARIA ET AARON
CONTRA MOSEN
PROPTER UXOREM EIUS AETHI
OPISSAM ET DIXERUNT
NUM PER SOLUM MOSEN
LOCUTUS EST D̄N̄S
NONNE ET NOBIS SIMILITER
EST LOCUTUS
QUOD CUM AUDISSET D̄N̄S
ERAT ENIM MOSES UIR MITIS
SIMUS SUPER OMNES HOMI
NES QUI MORABANTUR IN TERRA
STATIM LOCUTUS EST AD EUM
ET AD AARON ET MARIAM
EGREDIMINI UOS TANTUM TRES
AD TABERNACULUM FOEDERIS
CUMQ. FUISSENT EGRESSI
DESCENDIT D̄N̄S IN COLUMNA
NUBIS ET STETIT IN INTRO
ITU TABERNACULI
UOCANS AARON ET MARIAM
QUI CUM ISSENT DIXIT AD EOS
AUDITE SERMONES MEOS
SI QUIS FUERIT INTER UOS
PROPHETA D̄N̄I
IN UISIONE APPAREBO EI UEL PER
SOMNIUM LOQUAR AD ILLUM
AT NON TALIS SERUUS MEUS MOSES
QUI IN OMNI DOMO MEA
FIDELISSIMUS EST
ORE ENIM AD OS LOQUOR EI
ET PALAM NON PER ENIGMATA
ET FIGURAS D̄N̄M UIDET
QUARE IGITUR NON TIMUISTIS
DETRAHERE SERUO MEO MOSI
IRATUSQ. CONTRA EOS ABIIT
NUBES QUOQ. RECESSIT QUAE
ERAT SUPER TABERNACULUM
ET ECCE MARIA APPARUIT CAN
DENS LEPRA QUASI NIX
CUMQ. RESPEXISSET EAM
AARON ET UIDISSET PER
FUSAM LEPRA AIT AD MOSEN
OBSECRO DOMINE MI NE IMPONAS
NOBIS HOC PECCATUM QUOD
STULTE COMMISIMUS
NE FIAT HAEC QUASI MORTUA ET
UT ABORTIUUM QUOD PROICI
TUR DE UULUA MATRIS SUAE
ECCE IAM MEDIUM CARNIS EIUS
DEUORATUM EST LEPRA
CLAMAUITQ. MOSES AD D̄N̄M
DICENS D̄S̄ OBSECRO SANA EAM
CUI RESPONDIT D̄N̄S
SI PATER EIUS SPUISSET
IN FACIEM ILLIUS
NONNE DEBUERAT SALTEM SEPTE̅
DIERUM RUBORE SUFFUNDI
SEPARETUR SEPTEM DIEB.
EXTRA CASTRA ET POSTEA
REUOCABITUR
EXCLUSA EST ITAQ. MARIA EXTRA
CASTRA SEPTEM DIEB.
ET POPULUS NON EST MOTUS
DE LOCO ILLO DONEC REUO
CATA EST MARIA
XIII PROFECTUS EST DE ASEROTH
FIXIS TENTORIIS IN DESERTO

PHARAN
IBI LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN DICENS
MITTE UIROS QUI CONSIDERENT
TERRAM CHANAAN QUAM
DATURUS SUM FILIIS ISRAHEL
SINGULOS DE SINGULIS TRIBUB·
EX PRINCIPIBUS
FECIT MOSES QUOD DNS IMPERARAT
DE DESERTO PHARAN MITTENS
PRINCIPES UIROS
QUORUM ISTA SUNT NOMINA
DE TRIBU RUBEN SEMMA
FILIUM ZACCHUR
DE TRIBU SYMEON SAPHATH
FILIUM HURI
DE TRIBU IUDA CHALEB
FILIUM IEPHONEN
DE TRIBU ISSACHAR IGAL
FILIUM IOSEPH
DE TRIBU EPHRAIM OSEE
FILIUM NUN
DE TRIBU BENIAMIN PHALTI
FILIUM RAPHU
DE TRIBU ZABULON GEDDIHEL
FILIUM SODI
DE TRIBU IOSEPH SCEPTRI MANAS
SE GADDI FILIUM SUSI
DE TRIBU DAN AMMIHEL
FILIUM GEMMALLI
DE TRIBU ASER STHUR
FILIUM MICHAHEL
DE TRIBU NEPTHALI NAABBI
FILIUM UAPSI
DE TRIBU GAD GUHEL
FILIUM MACHI
HAEC SUNT NOMINA UIRORUM
QUOS MISIT MOSES AD CON
SIDERANDAM TERRAM
UOCAUITQ· OSEE FILIUM
NUN IOSUE
MISIT ERGO EOS MOSES AD CON
SIDERANDAM TERRAM CHA
NAAN ET DIXIT AD EOS

ASCENDITE PER MERIDI
ANAM PLAGAM
CUMQ· UENERITIS AD MONTES
CONSIDERATE TERRAM
QUALIS SIT
ET POPULUM QUI HABITATOR
EST EIUS
UTRUM FORTIS SIT AN INFIRMUS
SI PAUCI NUMERO AN PLURES
IPSA TERRA BONA AN MALA
URBES QUALES MURATAE
AN ABSQ· MURIS
HUMUS PINGUIS AN STERELIS
NEMOROSA AN ABSQ· ARBORIB·
CONFORTAMINI ET AFFERTE
NOBIS DE FRUCTIB· TERRAE
ERAT AUTEM TEMPUS QUANDO
IAM PRAECOQUAE UUAE
UESCI POSSUNT
CUMQ· ASCENDISSENT EXPLORA
UERUNT TERRAM
A DESERTO SIN USQ· ROHOB
INTRANTIB· EMATH
ASCENDERUNT Q· MERIDIEM
ET UENERUNT IN HEBRON
UBI ERANT AHIMAN ET SISAI
ET THOLMAI FILII ENACH
NAM HEBRON SEPTEM ANNIS
ANTE TANIM URBEM AEGYPTI
CONDITA EST
PERGENTES Q· USQ· AD TORREN
TEM BOTRI ABSCIDERUNT
PALMITEM CUM UUA SUA
QUEM PORTAUERUNT IN
UECTE DUO UIRI
DE MALIS QUOQ· GRANATIS ET DE
FICIS LOCI ILLIUS TULERUNT
QUI APPELLATUS EST NELESCOL·
ID EST TORRENS BOTRI
EO QUOD BOTRUM INDE PORTAS
SENT FILII ISRAHEL
REUERSIQ· EXPLORATORES
TERRAE POST QUADRA
GINTA DIES

OMNI REGIONE CIRCUITA
UENERUNT AD MOSEN ET AARON
ET AD OMNEM COETUM
FILIORUM ISRAHEL
IN DESERTUM PHARAN
QUOD EST IN CADES
LOCUTIQ. EIS ET OMNI
MULTITUDINI
OSTENDERUNT FRUCTUS TERRAE
ET NARRAUERUNT DICENTES
UENIMUS IN TERRAM AD
QUAM MISISTI NOS
QUAE REUERA FLUIT LACTE
ET MELLE UT EX HIS FRUCTIB·
COGNOSCI POTEST
SED CULTORES FORTISSIMOS HABET
ET URBES GRANDES ATQ. MURATAS
STIRPEM ENACH UIDIMUS IBI
AMALECH HABITAT IN MERIDIE
HETTHAEUS ET IEBUSAEUS ET
AMORRAEUS IN MONTANIS
CHANANAEUS UERO MORATUR
IUXTA MARE ET CIRCA
FLUENTA IORDANIS
INTER HAEC CALEB COMPESCENS
MURMUR POPULI QUI ORIEBATUR CONTRA MOSEN AIT
ASCENDAMUS ET POSSIDEAMUS TERRAM
QUONIAM POTERIMUS
OBTINERE EAM
ALII UERO QUI FUERANT
CUM EO DICEBANT
NEQUAQUAM HUNC POPULUM
UALEMUS ASCENDERE QUIA
FORTIOR NOBIS EST
DETRAXERUNTQ. TERRAE
QUAM INSPEXERANT APUD
ISRAHEL DICENTES
TERRA QUAM LUSTRAUIMUS
DEUORAT HABITATORES SUOS
POPULUS QUEM ASPEXIMUS
PROCERAE STATURAE EST

IBI UIDIMUS MONSTRA QUAEDAM
FILIORUM ENACH DE GENERE
GIGANTEO
QUIB· COMPARATI QUASI LUCUSTAE UIDEBAMUR
XIIII IGITUR UOCIFERANS OMNIS
TURBA FLEUIT NOCTE ILLA
ET MURMURATI SUNT CONTRA
MOSEN ET AARON CUNCTI
FILII ISRAHEL DICENTES
UTINAM MORTUI ESSEMUS IN
AEGYPTO ET NON IN HAC
UASTA SOLITUDINE
UTINAM PEREAMUS ET NON IN
DUCAT NOS DNS IN TERRAM ISTAM
NE CADAMUS GLADIO ET UXORES
AC LIBERI NOSTRI DUCANTUR
CAPTIUI
NONNE MELIUS EST REUERTI
IN AEGYPTUM
DIXERUNTQ. ALTER AD ALTERUM
CONSTITUAMUS NOBIS DUCEM
ET REUERTAMUR IN AEGYPTUM
QUO AUDITO MOSES ET AARON
CECIDERUNT PRONI IN TERRAM
CORAM OMNI MULTITUDINE
FILIORUM ISRAHEL
AT UERO IOSUE FILIUS NUN ET
CHALEB FILIUS IEPPHONAE
QUI ET IPSI LUSTRAUERANT TERRAM
SCIDERUNT UESTIMENTA SUA
ET AD OMNEM MULTITUDINEM
FILIORUM ISRAHEL LOCUTI SUNT
TERRAM QUAM CIRCUMIUIMUS
UALDE BONA EST
SI PROPITIUS FUERIT DNS
INDUCET NOS IN EAM
ET TRADET HUMUM LACTE
ET MELLE MANANTEM
NOLITE REBELLES ESSE
CONTRA DNM
NEQ. TIMEATIS POPULUM
TERRAE HUIUS
QUIA SICUT PANEM ITA EOS

possumus deuorare
recessit ab illis omne
praesidium
dns nobiscum est nolite
metuere
cumq. clamaret omnis
multitudo
et lapidib. eos uellet
opprimere
apparuit gloria dni super
tectum foederis cunctis
filiis israhel
et dixit dns ad mosen
usquequo detrahet
mihi populus iste
quo usq. non credent mihi
in omnib. signis quae feci
coram eis
feriam igitur eos pestilen
tia atq. consumam
te autem faciam principem
super gentem magnam et
fortiorem quam haec est
et ait moses ad dnm
ut audiant aegypti de quorum
medio eduxisti popu
lum istum
et habitatores terrae huius
qui audierunt quod tu dne
in populo isto sis
et facie uidearis ad faciem
et nubes tua protegat illos
et in columna nubis prae
cedas eos per diem
et in columna ignis per noctem
quod occideris tantam mul
titudinem quasi unum
hominem
et dicant non poterant intro
ducere populum in terram
pro qua iurauerat
id circo occidit eos
in solitudine
magnificetur ergo forti
tudo dni sicut iurasti dicens
dns patiens et multae
misericordiae
auferens iniquitatem
et scelera
nullumq. innoxium dere
linquens
qui uisitas peccata
patrum in filios
in tertiam et quartam
generationem
dimitte obsecro peccatum
populi tui huius
secundum magnitudinem
misericordiae tuae
sicut propitius fuisti egre
dientib. de aegypto usq.
ad locum istum
dixitq. dns dimisi iuxta
uerbum tuum
uiuo ego et implebitur gloria
dni uniuersa terra
at tamen omnes homines
qui uiderunt maies
tatem meam
et signa quae feci in aegypto
et in solitudine
et temptauerunt me iam
per decem uices
nec oboedierunt uoci meae
non uidebunt terram pro qua
iuraui patrib. eorum
nec quisquam ex illis qui de
traxit mihi intuebitur eam
seruum meum chaleb qui plenus
alio spu secutus est me
inducam in terram hanc
quam circumiuit
et semen eius possidebit eam
quoniam amalechites
et chananaeus habitant
in uallibus
cras mouete castra et reuer
timini in solitudinem

per uiam maris rubri
Locutusq. est dn̄s ad mosen
et aaron dicens
usquequo multitudo haec
pessima murmurat contra me
querellas filiorum
israhel audiui
dic ergo eis
uiuo ego ait dn̄s
sicut locuti estis audiente me
sic faciam uobis
In solitudine hac iacebunt
cadauera uestra
omnes qui numerati estis
a uiginti annis et supra
et murmurastis contra me
non intrabitis terram super
quam leuaui manum meam
ut habitare uos facerem
praeter chaleb filium iephon
ne et iosue filium nun
paruulos autem uestros
de quib· dixistis quod prae
dae hostib· forent
introducam ut uideant terrā
quae uobis displicuit
uestra cadauera iacebunt
in solitudine
filii uestri erunt uagi in de
serto annis quadraginta
et portabunt fornicati
onem uestram
donec consumantur cadauera
patrum in deserto
iuxta numerum quadraginta
dierum quib· conside
rastis terram
annus pro die imputabitur
et quadraginta annis recipi
etis iniquitates uestras
et scietis ultionem meam
quoniam sicut locutus sum
ita faciam omni multitu
dini huic pessimae

quae consurrexit
aduersum me
In solitudine hac deficiet
et morietur
Igitur omnes uiri quos mise
rat moses ad contem
plandam terram
et qui reuersi murmurare
fecerant contra eum
omnem multitudinem
detrahentes terrae
quod esset mala
mortui sunt atq. percussi
in conspectu dn̄i
iosue autem filius nun et
chaleb filius iepphonne
uixerunt ex omnib· qui per
rexerant ad conside
randam terram
Locutusq. est moses uni
uersa uerba haec ad omnes
filios israhel.
et luxit populus nimis
et ecce mane primo surgentes
ascenderunt uerticem mon
tis atq. dixerunt
parati sumus ascendere ad
locum de quo dn̄s locutus
est quia peccauimus
quib· moses cur inquit trans
gredimini uerbum dn̄i quod
uobis non cedet in prosperū
nolite ascendere non enim
est dn̄s uobiscum
ne corruatis coram
inimicis uestris
amalechites et chananaeus
ante uos sunt
quorum gladio corruetis
eo quod nolueritis
adquiescere dn̄o
nec erit dn̄s uobiscum
at illi contenebrati ascende
runt in uerticem montis

ARCA AUTEM TESTAMENTI DÑI
ET MOSES NON RECESSERUNT
DE CASTRIS
DESCENDITQ. AMALECHITES
ET CHANANAEUS QUI HABITA
BANT IN MONTE
ET PERCUTIENS EOS ATQ. CON
CIDENS PERSECUTUS EST
USQ. HORMA .
C XI VIIII LOCUTUS EST DÑS AD MOSEN
DICENS LOQUERE AD FILIOS
ISRAHEL ET DICES AD EOS
CUM INGRESSI FUERITIS TERRAM
HABITATIONIS UESTRAE
QUAM EGO DABO UOBIS
ET FECERITIS OBLATIONEM DÑO
IN HOLOCAUSTUM AUT
UICTIMAM
UOTA SOLUENTES UEL SPONTE
OFFERENTES MUNERA
AUT IN SOLLEMNITATIB. UESTRIS
ADOLENTES ODOREM SUAUI
TATIS DÑO
DE BUB. SIUE DE OUIB.
OFFERET QUICUMQ. IMMOLA
UERIT UICTIMAM
SACRIFICIUM SIMILAE DECIMAM
PARTEM OEPHIN CONSPER
SAE OLEO
QUOD MENSURAM HABEBIT
QUARTAM PARTEM HIN
ET UINUM AD LIBA FUNDENDA
EIUSDEM MENSURAE
DABIT IN HOLOCAUSTO
SIUE IN UICTIMA
PER AGNOS SINGULOS ET ARIETES
ERIT SACRIFICIUM SIMILAE
DUARUM DECIMARUM
QUAE CONSPERSA SIT OLEO
TERTIAE PARTIS HIN
ET UINUM AD LIBAMENTUM TER
TIAE PARTIS EIUSDEM
MENSURAE
OFFERET IN ODOREM SUAUI
TATIS DÑO
QUANDO UERO DE BUB. FECERIS
HOLOCAUSTUM AUT HOSTIAM
UT IMPLEAS UOTUM UEL
PACIFICAS UICTIMAS
DABIS PER SINGULOS BOUES
SIMILAE TRES DECIMAS
CONSPERSAE OLEO QUOD HABE
AT MEDIUM MENSURAE HIN
ET UINUM AD LIBA FUNDENDA
EIUSDEM MENSURAE
IN OBLATIONEM SUAUISSIMI
ODORIS DÑO
SIC FACIETIS PER SINGULOS
BOUES ET ARIETES ET
AGNOS ET HAEDOS
TAM INDIGENAE QUAM PER
EGRINI EODEM RITU OFFE
RENT SACRIFICIA
UNUM PRAECEPTUM ERIT
ATQ. IUDICIUM
TAM UOBIS QUAM ADUENIS
TERRAE
LOCUTUS EST DÑS AD MOSEN
DICENS
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
ET DICES AD EOS
CUM UENERITIS IN TERRAM
QUAM DABO UOBIS
ET COMEDERITIS DE PANIB.
REGIONIS ILLIUS
SEPARABITIS PRIMITIAS DÑO
DE CIBIS UESTRIS
SICUT DE AREIS PRIMITIAS
SEPARATIS
ITA ET DE PULMENTIS DABITIS
PRIMITIUA DÑO
QUOD SI PER IGNORANTIAM PRAE
TERIERITIS QUICQUAM HORŪ
QUAE LOCUTUS EST DÑS
AD MOSEN
ET MANDAUIT PER EUM AD UOS
A DIE QUA COEPIT IUBERE
ET ULTRA .

oblitaq. fu[...]erit facere
multitudo
offeret uitulum dearmento
holocaustum inodorem
suauissimum dno
et sacrificium eius ac liba
ut caerimoniae postulant
hircumq. propeccato
et rogabit sacerdos proomni
multitudine filiorum isra
hel. et demittetur eis
quoniam non sponte
peccauerunt
nihilominus offerentes
incensum dno
prose et propeccato atq. erro
re suo et demittetur uni
uersae plebi filiorum isrl
et aduenis qui peregrinan
tur inter uos
quoniam culpa est omnis
populi per ignorantiam
Quod si anima una nesciens
peccauerit
offeret capram anniculam
propeccato suo
et deprecabitur pro ea
sacerdos
quod inscia peccauerit
coram dno
impetrabitq. ei ueniam
et demittetur illi
tam indigenis quam aduenis
una lex erit omnium qui pec
cauerint ignorantes
Anima uero quae per super
biam aliquid commiserit
siue ciuis sit ille siue
peregrinus
quoniam aduersum dnm
rebellis fuit peribit
de populo suo
uerbum enim dni contemsit
et praeceptum illius
fecit irritum
idcirco delebitur et porta
bit iniquitatem suam
Factum est autem cum essent
filii israhel in solitudine
et inuenissent hominem
colligentem ligna
in die sabbati
obtulerunt eum mosi et
aaron et uniuersae
multitudini
qui recluserunt eum in carcere
nescientes quid super eo
facere deberent
dixitq. dns ad mosen
morte moriatur homo iste
obruat eum lapidib. omnis
turba extra castra
cumq. eduxissent eum foras
obruerunt lapidib.
et mortuus est sicut
praeceperat dns
dixit quoq. dns ad mosen
loquere filiis israhel
et dices ad eos
ut faciant sibi fimbrias
per angulos palliorum
ponentes in eis uittas
hyacinthinas
quas cum uiderint recorden
tur omnium manda
torum dni
nec sequantur cogitationes
suas et oculos per res
uarias fornicantes
sed magis memores prae
ceptorum dni faciant ea
sintq. sci do suo
ego dns ds uester qui eduxi
uos de terra aegypti
ut essem uester ds
XVI Ecce autem core filius issaar
filii caath filii leui
et dathan atq. abiram

filii eliab
hon quoq. filius pheleth
de filiis ruben
surrexerunt contra mosen
aliiq. filiorum israhel ducen
ti quinquaginta uiri
proceres synagogae et qui
tempore concilii per
nomina uocabantur
cumq. stetissent aduersum
mosen et aaron dixerunt
sufficiat uobis quia omnis
multitudo scorum est
et in ipsis est dns
cur eleuamini super
populum dni
quod cum audisset moses ceci
dit pronus in faciem
Locutusq. ad core et ad omnē
multitudinem
mane inquit notum faciet
dns qui ad se pertineant
et scos applicabit sibi et quos
elegerit appropinquabunt ei
hoc igitur facite tollat unus
quisq. turibula sua
tu core et omne concilium tuū
et hausto cras igne ponite
desuper thymiama
coram dno
et quem cumq. elegerit
ipse erit scs
multum erigimini filii leui
dixitq. rursum ad core
audite filii leui
num parum uobis est quod
separauit uos ds israhel
ab omni populo et iunxit sibi
ut seruiretis ei in cultu
tabernaculi
et staretis coram frequentia
populi et ministraretis ei
idcirco ad se fecit accedere
te et omnes fratres tuos
filios leui
ut uobis etiam sacerdotium
uindicetis
et omnis glob. tuus
stet contra dnm
quid est enim aaron ut mur
muretis contra eum
misit ergo moses ut uoca
ret dathan et abiram
filios heliab
qui responderunt non uenimus
num quid parum est tibi
quod eduxisti nos de terra
quae lacte et melle mana
bat ut occideres in deserto
nisi et dominatus fueris nostri
reuera induxisti nos in ter
ram quae fluit riuis
lactis et mellis
et dedisti nobis possessiones
agrorum et uinearum
an et oculos nostros uis
eruere non uenimus
Iratusq. moses ualde
ait ad dnm
ne respicias sacrificia eorum
tu scis quod ne asellum qui
dem umquam accepe
rim ab eis
nec adflixerim quempiam
eorum
dixitq. ad core
tu et omnis congregatio
tua state seorsum
coram dno
et aaron die crastino separatī
tollite singuli turibula
uestra
et ponite super ea incensum
offerentes dno ducenta
quinquaginta turibula
aaron quoq. teneat
turibulum suum
quod cum fecissent stantib.

MOSE ET AARON
ET CONCERUASSENT ADUERSUM
EOS OMNEM MULTITUDINEM
AD OSTIUM TABERNACULI
APPARUIT CUNCTIS GLORIA DNI
LOCUTUSQ. EST DNS AD MOSEN
ET AARON ET AIT
SEPARAMINI DE MEDIO CON
GREGATIONIS HUIUS
UT EOS REPENTE DISPERDAM
QUI CECIDERUNT PRONI IN FACIEM
ATQ. DIXERUNT
FORTISSIME DS SPIRITUUM
UNIUERSAE CARNIS
NUM UNO PECCANTE CONTRA
OMNES TUA IRA DESAEUIET
ET AIT DNS AD MOSEN
PRAECIPE UNIUERSO POPULO
UT SEPARETUR A TABERNACU
LIS CORE ET DATHAN ET ABIRAM
SURREXITQ. MOSES ET ABIIT
AD DATHAN ET ABIRAM
ET SEQUENTIB. CUM SENIORIB.
ISRAHEL DIXIT AD TURBAM
RECEDITE A TABERNACULIS
HOMINUM IMPIORUM
ET NOLITE TANGERE QUAE
AD EOS PERTINENT
NE INUOLUAMINI IN PECCA
TIS EORUM
CUMQ. RECESSISSENT A TENTO
RIIS EORUM PER CIRCUITUM
DATHAN ET ABIRAM EGRESSI STA
BANT IN INTROITU PAPILI
ONUM SUORUM
CUM UXORIB. ET LIBERIS
OMNIQ. FREQUENTIA
ET AIT MOSES
IN HOC SCIETIS QUOD DNS MISE
RIT ME UT FACEREM UNIUERSA
QUAE CERNITIS
ET NON EX PROPRIO EA CORDE
PROTULERIM
SI CONSUETA HOMINUM
MORTE INTERIERINT
ET UISITAUERIT EOS PLAGA QUA
ET CETERI UISITARI SOLENT
NON MISIT ME DNS
SIN AUTEM NOUAM REM
FECERIT DNS
UT APERIENS TERRA OS SUUM
DEGLUTTIAT EOS ET OMNIA
QUAE AD ILLOS PERTINENT
DESCENDERINTQ. UIUENTES
IN INFERNUM
SCIETIS QUOD BLASPHE
MAUERINT DNM
CONFESTIM IGITUR UT
CESSAUIT LOQUI
DIRUPTA EST TERRA SUB
PEDIB. EORUM
ET APERIENS OS SUUM DEUORA
UIT ILLOS CUM TABERNACULIS
SUIS ET UNIUERSA SUBSTANTIA
DESCENDERUNTQ. UIUI IN INFER
NUM OPERTI HUMO
ET PERIERUNT DE MEDIO
MULTITUDINIS
AT UERO OMNIS ISRAHEL QUI
STABAT PER GYRUM
FUGIT AD CLAMOREM PEREUN
TIUM DICENS
NE FORTE ET NOS TERRA
DEGLUTTIAT
SED ET IGNIS EGRESSUS A DNO
INTERFECIT DUCENTOS QUINQUA
GINTA UIROS QUI OFFERE
BANT INCENSUM
LOCUTUSQ. EST DNS
AD MOSEN DICENS
PRAECIPE ELEAZARO FILIO
AARON SACERDOTIS
UT TOLLAT TURIBULA QUAE
IACENT IN INCENDIO
ET IGNEM HUC ILLUCQ.
DISPERGAT
QUONIAM SCIFICATA SUNT
IN MORTIB. PECCATORUM

PRODUCANTQ· EA IN LAMMINAS
ET ADFIGANT ALTARI
EO QUOD OBLATUM SIT IN EIS
INCENSUM DNO ET SCI
FICATA SINT
UT CERNANT EA PRO SIGNO ET
MONIMENTO FILII ISRAHEL
TULIT ERGO ELEAZAR SACERDOS
TURIBULA AENEA IN QUIB· OBTU
LERANT HII QUOS INCENDIUM
DEUORAUIT
ET PRODUXIT EA IN LAMMINAS
ADFIGENS ALTARI
UT HABERENT POSTEA FILII ISRL
QUIB· COMMONERENTUR
NE QUIS ACCEDAT ALIENIGENA ET
QUI NON EST DE SEMINE AARON
AD OFFERENDUM INCENSUM DNO
NE PATIATUR SICUT PASSUS EST
CORE ET OMNIS CONGRE
GATIO EIUS
LOQUENTE DNO AD MOSEN
MURMURAUIT AUTEM OMNIS
MULTITUDO FILIORUM ISRL
SEQUENTI DIE
CONTRA MOSEN ET AARON DICENS
UOS INTERFECISTIS POPULUM DNI
CUMQ· ORERETUR SEDITIO ET
TUMULTUS INCRESCERET
MOSES ET AARON FUGERUNT
AD TABERNACULUM FOEDERIS
QUOD POSTQUAM INGRESSI
SUNT OPERUIT ILLUD NUBES
ET APPARUIT GLORIA DNI
DIXITQ· DNS AD MOSEN
RECEDITE DE MEDIO HUIUS MULTI
TUDINIS ETIAM NUNC DELEBO EOS
CUMQ· IACERENT IN TERRA
DIXIT MOSES AD AARON
TOLLE TURIBULUM ET HAUSTO
IGNE DE ALTARI MITTE IN
CENSUM DESUPER
PERGENS CITO AD POPULUM
UT ROGES PRO EIS

IAM ENIM EGRESSA EST IRA
A DNO ET PLAGA DESAEUIT
QUOD CUM FECISSET AARON
ET CUCURRISSET AD MEDIAM
MULTITUDINEM QUAM IAM
UASTABAT INCENDIUM
OBTULIT THYMIAMA ET STANS
INTER MORTUOS AC UIUENTES
PRO POPULO DEPRECATUS EST
ET PLAGA CESSAUIT
FUERUNT AUTEM QUI PERCUSSI
SUNT QUATTUORDECIM
MILIA HOMINUM ET SEPTIN
GENTI
ABSQ· HIS QUI PERIERANT
IN SEDITIONE CORE
REUERSUSQ· EST AARON AD
MOSEN AD OSTIUM TABER
NACULI FOEDERIS POSTQUAM
QUIEUIT INTERITUS
XVII ET LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN DICENS
LOQUERE AD FILIOS ISRAHEL
ET ACCIPE AB EIS UIRGAS SIN
GULAS PER COGNATIONES SUAS
A CUNCTIS PRINCIPIB· TRIBUUM
UIRGAS DUODECIM
ET UNIUS CUIUSQ· NOMEN SUPER
SCRIBES UIRGAE SUAE
NOMEN AUTEM AARON ERIT
IN TRIBU LEUI
ET UNA UIRGA CUNCTAS SEORSUM
FAMILIAS CONTINEBIT
PONESQ· EAS IN TABERNACULO
FOEDERIS CORAM TESTIMO
NIO UBI LOQUAR AD TE
QUEM EX HIS ELEGERO GERMI
NABIT UIRGA EIUS
ET COHIBEBO A ME QUERIMO
NIAS FILIORUM ISRAHEL QUI
CONTRA UOS MURMURANT
LOCUTUSQ· EST MOSES
AD FILIOS ISRAHEL
ET DEDERUNT EI OMNES PRINCIPES

UIRGAS PERSINGULAS TRIB·
FUERUNTQ· UIRGAE DUODECIM
ABSQ· UIRGA AARON
QUAS CUM POSUISSET MOSES
CORAM DNO INTABERNA
CULO TESTIMONII
SEQUENTI DIE REGRESSUS
INUENIT GERMINASSE UIR
GAM AARON IN DOMO LEUI
ET TURGENTIB· GEMMIS
ERUPERANT FLORES
QUI FOLIIS DILATATI INAMIGDA
LAS DEFORMATI SUNT
PROTULIT ERGO MOSES OMNES
UIRGAS DECONSPECTU DNI
AD CUNCTOS FILIOS ISRL
UIDERUNT ET RECEPERUNT
SINGULI UIRGAS SUAS
DIXITQ· DNS AD MOSEN
REFER UIRGAM AARON IN TABER
NACULUM TESTIMONII
UT SERUETUR IBI
IN SIGNUM REBELLIUM
FILIORUM ISRAHEL
ET QUIESCANT QUERELLAE
EORUM A ME NE MORIANTUR
FECITQ· MOSES SICUT
PRAECEPERAT DNS
DIXERUNT AUTEM FILII
ISRAHEL AD MOSEN
ECCE CONSUMPTI SUMUS
OMNES PERIUIMUS
QUICUMQ· ACCEDIT AD TABER
NACULUM DNI MORIETUR
NUM USQ· AD INTERNICIONEM
CUNCTI DELENDI SUMUS
XI DIXITQ· DNS AD AARON
XVIII TU ET FILII TUI ET DOMUS
PATRIS TUI TECUM
PORTABITIS INIQUITATEM
SCUARII
ET TU ET FILII TUI SIMUL
SUSTENEBITIS PECCATA
SACERDOTII UESTRI

SED ET FRATRES TUOS DE TRIBU
LEUI ET SCEPTRUM PATRIS
TUI SUME TECUM
PRAESTOQ· SINT ET MINI
STRENT TIBI
TU AUTEM ET FILII TUI MINISTRA
BITIS IN TABERNACULO
TESTIMONII
EXCUBABUNTQ· LEUITAE AD PRAE
CEPTA TUA ET AD CUNCTA
OPERA TABERNACULI
ITA DUMTAXAT UT AD UASA SCU
ARII ET AD ALTARE NON ACCEDANT
NE ET ILLI MORIANTUR ET UOS
PEREATIS SIMUL
SINT AUTEM TECUM ET EXCUBENT
IN CUSTODIIS TABERNACULI
ET IN OMNIB· CAERIMONIIS EIUS
ALIENIGENA NON MISCEBITUR UOBIS
EXCUBATE IN CUSTODIA SCUARII
ET IN MINISTERIO ALTARIS
NE ORIATUR INDIGNATIO
SUPER FILIOS ISRAHEL
EGO DEDI UOBIS FRATRES UES
TROS LEUITAS DE MEDIO
FILIORUM ISRAHEL
ET TRADIDI DONUM DNO
UT SERUIANT IN MINISTE
RIIS TABERNACULI EIUS
TU AUTEM ET FILII TUI CUSTO
DITE SACERDOTIUM UESTRU
ET OMNIA QUAE AD CULTUM
ALTARIS PERTINENT ET IN
TRA UELUM SUNT
PER SACERDOTES AMMINI
STRABUNTUR
SIQUIS EXTERNUS ACCESSERIT
OCCIDETUR
LOCUTUS EST DNS AD AARON
ECCE DEDI TIBI CUSTODIAM
PRIMITIARUM MEARUM
OMNIA QUAE SCIFICANTUR
A FILIIS ISRAHEL
TIBI TRADIDI ET FILIIS TUIS

PRO OFFICIO SACERDOTALI
LEGITIMA SEMPITERNA
HAEC ERGO ACCIPIES DE HIS QUAE
SCIFICANTUR ET OBLATA SUNT DNO
OMNIS OBLATIO ET SACRIFICIU
ET QUICQUID PRO PECCATO ATQ.
DELICTO REDDITUR MIHI ET
CEDET IN SCA SCORUM
TUUM ERIT ET FILIORUM TUORU
IN SCUARIO COMEDITIS ILLUD
MARES TANTUM EDENT EX EO
QUIA CONSECRATUM EST TIBI
PRIMITIAS AUTEM QUAS UOUE
RINT ET OBTULERINT FILII ISRL
TIBI DEDI ET FILIIS AC FILIAB.
TUIS IURE PERPETUO
QUI MUNDUS EST IN DOMO TUA
UESCETUR EIS
OMNEM MEDULLAM OLEI
ET UINI AC FRUMENTI
QUICQUID OFFERUNT PRIMITI
ARUM DNO TIBI DEDI
UNIUERSA FRUGUM INITIA QUAS
GIGNIT HUMUS ET DNO DEPOR
TANTUR CEDENT IN USUS TUOS
QUI MUNDUS EST IN DOMO
TUA UESCETUR EIS
OMNE QUOD EX UOTO REDDI
DERINT FILII ISRAHEL TUUM ERIT
QUICQUID PRIMUM ERUMPIT
E UULUA CUNCTAE CARNIS
QUAM OFFERUNT DNO
SIUE EX HOMINIB. SIUE DE PECO
RIB. FUERIT TUI IURIS ERIT
ITA DUMTAXAT UT PRO HOMINIS
PRIMOGENITO PRETIUM
ACCIPIAS
ET OMNE ANIMAL QUOD INMUNDU
EST REDIMI FACIAS
CUIUS REDEMPTIO ERIT
POST UNUM MENSEM
SICLIS ARGENTI QUINQ.
PONDERE SCUARII
SICLUS UIGINTI OBOLOS HABET

PRIMOGENITUM AUTEM BOUIS
ET OUIS ET CAPRAE NON
FACIES REDIMI
QUIA SCIFICATA SUNT DNO
SANGUINEM TANTUM EORUM
FUNDES SUPER ALTARE
ET ADIPES ADOLEBIS IN SUAUIS
SIMUM ODOREM DNO
CARNES UERO IN USUM
TUUM CEDENT
SICUT PECTUSCULUM CONSE
CRATUM ET ARMUS DEXTER
TUA ERUNT
OMNES PRIMITIAS SCUARII QUAS
OFFERUNT FILII ISRAHEL DNO
TIBI DEDI ET FILIIS AC FILIAB.
TUIS IURE PERPETUO
PACTUM SALIS EST SEMPITER
NUM CORAM DNO TIBI
AC FILIIS TUIS
DIXITQ. DNS AD AARON
IN TERRA EORUM NIHIL POSSIDEBITIS
NEC HABEBITIS PARTEM
INTER EOS
EGO PARS ET HEREDITAS TUA IN
MEDIO FILIORUM ISRAHEL
FILIIS AUTEM LEUI DEDI OMNES
DECIMAS ISRAHELIS IN
POSSESSIONEM
PRO MINISTERIO QUO SERUIUNT
MIHI IN TABERNACULO FOEDERIS
UT NON ACCEDANT ULTRA FILII
ISRAHEL AD TABERNACULUM
NEC CONMITTANT PECCATUM
MORTIFERUM
SOLIS FILIIS LEUI MIHI IN TABER
NACULO SERUIENTIB.
ET PORTANTIB. PECCATA POPULI
LEGITIMUM SEMPITERNUM
ERIT IN GENERATIONIB. UESTRIS
NIHIL ALIUD POSSIDEBUNT DECIMA
RUM OBLATIONE CONTENTI
QUAS IN USUS EORUM ET NECES
SARIA SEPARAUI

Locutus q. est dñs ad
mosen dicens
praecipe leuitis atq. denuntia
cum acceperitis a filiis isrl
decimas quas dedi uobis
primitias earum offerte dño
id est decimam partem
decimae
ut reputetur uobis in oblati
onem primitiuorum
tam de areis quam de torcu
larib· et uniuersis quorum
accipitis primitias
offerte dño et date
aaron sacerdoti
omnia quae offertis ex deci
mis et in donaria dñi separatis
optima et electa erunt
dicesq. ad eos
si praeclara et meliora quae
q. obtuleritis ex decimis
reputabitur uobis quasi
de area et torculari
dederitis primitias
et comedetis eas in omnib·
locis uestris
tam uos quam familiae
uestrae
quia pretium est pro mini
sterio quo seruitis in taber
naculo testimonii
et non peccabitis super hoc
egregia uobis et pinguia
reseruantes
ne polluatis oblationes
filiorum israhel et moriamini
Locutus q. est dñs ad
mosen et aaron dicens
ista est religio uictimae
quam constituit dñs
praecipe filiis israhel ut ad
ducant ad te uaccam rufam
aetatis integrae
in qua nulla sit macula
nec portauerit iugum
tradetisq. eam eleazaro
sacerdoti
qui eductam extra castra
immolabit in conspectu
omnium
et tinguens digitum
in sanguine eius
asperget contra fores taber
naculi septem uicib·
comburetq. eam cunctis
uidentib·
tam pelle et carnib· eius
quam sanguine et fimo
flammae tradentis
lignum quoq. cedrinum et
hysopum coccumq. bis tinctū
sacerdos mittet in flammam
quae uaccam uorat
et tunc demum lotis uestib·
et corpore suo ingredie
tur in castra
commaculatusq. erit
usq. ad uesperam
sed et ille qui combuserit eā
lauabit uestimenta sua
et corpus
et inmundus erit usq.
ad uesperam
colliget autem uir mundus
cineres uaccae
et effundet eos extra castra
in loco purissimo
ut sint multitudini filiorum
israhel in custodiam et in
aquam aspersionis
quia pro peccato uacca
conbusta est
cumq. lauerit qui uaccae
portauerat cineres
uestimenta sua
inmundus erit usq.
ad uesperam
habebunt hoc filii israhel

ET ADUENAE QUI HABITANT IN
TER UOS SCM IURE PERPETUO
QUI TETIGERIT CADAUER HOMI
NIS ET PROPTER HOC SEPTEM
DIEB. FUERIT INMUNDUS
ASPERGETUR EX HAC AQUA DIE
TERTIO ET SEPTIMO ET
SIC MUNDABITUR
SI DIE TERTIO ASPERSUS NON
FUERIT SEPTIMO NON
POTERIT EMUNDARI
OMNIS QUI TETIGERIT HUMANAE
ANIMAE MORTICINUM
ET ASPERSUS HAC COMMIXTIONE
NON FUERIT
POLLUET TABERNACULUM DNI
ET PERIBIT EX ISRAHEL
QUIA AQUA EXPIATIONIS
NON EST ASPERSUS
INMUNDUS ERIT ET MANEBIT
SPURCITIA EIUS SUPER EUM
ISTA EST LEX HOMINIS QUI MORI
TUR IN TABERNACULO
OMNES QUI INGREDIUNTUR
TENTORIUM ILLIUS
ET UNIUERSA UASA QUAE IBI SUNT
POLLUTA ERUNT SEPTEM DIEB.
UAS QUOD NON HABUERIT OPER
CULUM NEC LIGATURAM DE
SUPER INMUNDUM ERIT
SI QUIS IN AGRO TETIGERIT CADA
UER OCCISI HOMINIS AUT
PER SE MORTUI
SIUE OS ILLIUS UEL SEPULCHRUM
IN MUNDUS ERIT SEPTEM
DIEBUS
TOLLENT DE CINERIB. COMBUS
TIONIS ATQ. PECCATI
ET MITTENT AQUAS UIUAS
SUPER EOS IN UAS
IN QUIB. CUM HOMO MUNDUS
TINXERIT HYSOPUM
ASPERGET EO OMNE TENTO
RIUM ET CUNCTAM

SUPELLECTILEM
ET HOMINES HUIUS CEMODI
CONTAGIONE POLLUTOS
ATQ. HOC MODO MUNDUS
LUSTRABIT INMUNDUM
TERTIO ET SEPTIMO DIE
EXPIATUSQ. DIE SEPTIMO LAUA
BIT ET SE ET UESTIMENTA
SUA ET MUNDUS ERIT
AD UESPERAM
SI QUIS HOC RITU NON FUERIT
EXPIATUS
PERIBIT ANIMA ILLIUS
DE MEDIO ECCLESIAE
QUIA SANCTUARIUM DNI POLLUIT
ET NON EST AQUA LUSTRATI
ONIS ASPERSUS
ERIT HOC PRAECEPTUM LEGI
TIMUM SEMPITERNUM
IPSE QUOQ. QUI ASPERGIT AQUAS
LAUABIT UESTIMENTA SUA
OMNIS QUI TETIGERIT AQUAS
EXPIATIONIS INMUNDUS
ERIT USQ. AD UESPERAM
QUICQUID TETIGERIT INMUN
DUS INMUNDUM FACIET
ET ANIMA QUAE HORUM QUIP
PIAM TETIGERIT INMUNDA
ERIT USQ. AD UESPERUM
XX UENERUNTQ. FILII ISRAHEL ET
OMNIS MULTITUDO IN DESER
TUM SIN MENSE PRIMO
ET MANSIT POPULUS IN CADES
MORTUAQ. EST MARIA IBI ET
SEPULTA IN EODEM LOCO
CUMQ. INDIGERET AQUA POPU
LUS COIERUNT ADUERSUM
MOSEN ET AARON
ET UERSI IN SEDITIONEM
DIXERUNT
UTINAM PERISSEMUS INTER
FRATRES NOSTROS
CORAM DNO
CUR EDUXISTIS ECCLESIAM

clamauerunt q. ad dnm atq. dixerunt. dne ds, numer. exaudi clamorē popli huius et aperies thesaurū tuū fontē aque uiue ut satiati cesset murmuratio eorū.

DNI IN SOLITUDINEM
UT ET NOS ET NOSTRA IUMEN
TA MORIANTUR
QUARE NOS FECISTIS ASCEN
DERE DE AEGYPTO
ET ADDUXISTIS IN LOCUM ISTUM
PESSIMUM QUI SERI NON
POTEST
QUI NEC FICUM GIGNIT NEC UINE
AS NEC MALOGRANATA
INSUPER ET AQUAM NON
HABET AD BIBENDUM
INGRESSUSQ. MOSES ET AARON
DIMISSA MULTITUDINE
TABERNACULUM FOEDERIS
CORRUERUNT PRONI IN TERRAM
ET APPARUIT GLORIA DNI
SUPER EOS
LOCUTUSQ. EST DNS
AD MOSEN DICENS
TOLLE UIRGAM ET CONGREGA
POPULUM TU ET AARON
FRATER TUUS
ET LOQUIMINI AD PETRAM CORAM
EIS ET ILLA DABIT AQUAS
CUMQ. EDUXERIS AQUAM DE
PETRA BIBET OMNIS MULTI
TUDO ET IUMENTA EIUS
TULIT IGITUR MOSES UIRGAM
QUAE ERAT IN CONSPECTU DNI
SICUT PRAECEPERAT EI
CONGREGATA MULTITUDINE
ANTE PETRAM DIXITQ. EIS
AUDITE REBELLES ET INCREDULI
NUM DE PETRA HAC UOBIS AQUAM
POTERIMUS EICERE
CUMQ. ELEUASSET MOSES
MANUM PERCUTIENS
UIRGA BIS SILICEM
EGRESSAE SUNT AQUAE
LARGISSIMAE
ITA UT POPULUS BIBERET
ET IUMENTA
DIXITQ. DNS AD MOSEN ET AARON
QUIA NON CREDIDISTIS MIHI
UT SCIFICARETIS ME CORAM
FILIIS ISRAHEL
NON INTRODUCETIS HOS POPU
LOS IN TERRAM QUAM
DABO EIS
HAEC EST AQUA CONTRADICTI
ONIS UBI IURGATI SUNT FILII
ISRAHEL CONTRA DNM
ET SCIFICATUS EST IN EIS
xiii MISIT INTEREA NUNTIOS MOSES
DE CADES AD REGEM EDOM
QUI DICERENT
HAEC MANDAT FRATER TUUS ISRL
NOSTI OMNEM LABOREM
QUI APPREHENDIT NOS
QUOMODO DESCENDERINT PATRES
NOSTRI IN AEGYPTUM
ET HABITAUERIMUS IBI
MULTO TEMPORE
ADFLIXERINTQ. NOS AEGYPTII
ET PATRES NOSTROS
ET QUOMODO CLAMAUERIMUS
AD DNM ET EXAUDIERIT NOS
MISERITQ. ANGELUM QUI EDUX
ERIT NOS DE AEGYPTO
ECCE IN URBE CADES QUAE EST
IN EXTREMIS FINIB. TUIS POSITI
OBSECRAMUS UT NOBIS TRAN
SIRE LICEAT PER TERRAM TUAM
NON IBIMUS PER AGROS
NEC PER UINEAS
NON BIBEMUS AQUAS DE PU
TEIS TUIS
SED GRADIEMUR UIA PUBLICA
NEC AD DEXTRAM NEC AD SINI
STRAM DECLINANTES
DONEC TRANSEAMUS
TERMINOS TUOS
CUI RESPONDIT EDOM
NON TRANSIBIS PER ME ALIOQUIN
ARMATUS OCCURRAM TIBI
DIXERUNTQ. FILII ISRAHEL
PER TRITAM GRADIEMUR UIAM

ET SI BIBERIMUS AQUAS TUAS
NOS ET PECORA NOSTRA
DABIMUS QUOD IUSTUM EST
NULLA ERIT IN PRETIO DIFFI
CULTAS
TANTUM UELOCITER TRANSEAMUS
AT ILLE RESPONDIT NON
TRANSIBIS
STATIMQ· EGRESSUS EST OB
UIUS CUM INFINITA MULTI
TUDINE ET MANU FORTI
NEC UOLUIT ADQUIESCERE
DEPRAECANTI
UT CONCEDERET TRANSITUM
PER FINES SUOS
QUAM OB REM DEUERTIT
AB EO ISRAHEL
CUMQ· CASTRA MOUISSENT DE
CADES UENERUNT IN MONTE̅
OR QUI EST IN FINIB· TERRAE
EDOM
UBI LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
PERGAT INQUIT AARON
AD POPULOS SUOS
NON ENIM INTRAUIT TERRAM
QUAM DEDI FILIIS ISRL
CO QUOD INCREDULUS FUERIT
ORI MEO AD AQUAS
CONTRADICTIONIS
TOLLE AARON ET FILIUM
EIUS CUM EO ET DUCES EOS
IN MONTEM OR
CUMQ· NUDAUERIS PATREM
UESTE SUA
INDUES EA ELEAZARUM
FILIUM EIUS
ET AARON COLLIGETUR
ET MORIETUR IBI
FECIT MOSES UT PRAE
CEPERAT DNS
ET ASCENDERUNT IN MONTEM
OR CORAM OMNI MULTITUDINE
CUMQ· AARON SPOLIASSET
UESTIB· SUIS

INDUIT EIS ELEAZARUM
FILIUM EIUS
ILLO MORTUO IN MONTIS SUPER
CILIO DESCENDIT CUM
ELEAZARO
OMNIS AUTEM MULTITUDO
UIDENS OCCUBUISSE AARON
FLEUIT SUPER EUM TRIGINTA
DIEB· PER CUNCTAS FAMI
LIAS SUAS
·XXI· QUOD CUM AUDISSET CHANANAE
US REX ARAD QUI HABITABAT
AD MERIDIEM
UENISSE SCILICET ISRAHEL
PER EXPLORATORUM UIAM
PUGNAUIT CONTRA ILLUM ET
UICTOR EXISTENS DUXIT
EX EO PRAEDAM
AT ISRAHEL UOTO SE DNO
OBLIGANS AIT
SI TRADIDERIS POPULUM ISTUM
IN MANU MEA DELEBO
URBES EIUS
EXAUDIUITQ· DNS PRECES ISRA
HEL ET TRADIDIT CHANANAEUM
QUEM ILLE INTERFECIT SUB
UERSIS URBIB· EIUS
ET UOCABIT NOMEN LOCI ILLIUS
HORMA ID EST ANATHEMA
PROFECTI SUNT AUTEM ET
DE MONTE OR PER UIAM QUAE
DUCIT AD MARE RUBRUM
UT CIRCUMIRENT TERRAM EDO̅
ET TAEDERE COEPIT POPULUM
ITINERIS AC LABORIS
LOCUTUSQ· CONTRA DM
ET MOSEN AIT
CUR EDUXISTI NOS DE AEGYPTO
UT MORERERUR IN SOLITUDINE
DEEST PANIS NON SUNT AQUAE
ANIMA NOSTRA IAM NAUSEAT
SUPER CIBO ISTO LEUISSIMO
QUAM OB REM MISIT DNS IN POPU
LUM IGNITOS SERPENTES

AD QUORUM PLAGAS ET MORTES
PLURIMORUM
UENERUNT AD MOSEN
ATQ. DIXERUNT
PECCAUIMUS QUIA LOCUTI SUMUS
CONTRA DÑM ET TE
ORA UT TOLLAT A NOBIS SERPENTES
ORAUIT MOSES PRO POPULO
ET LOCUTUS EST DÑS AD EUM
FAC SERPENTEM ET PONE
EUM PRO SIGNO
QUI PERCUSSUS ASPEXERIT
EUM UIUET
FECIT ERGO MOSES SERPENTEM
AENEUM ET POSUIT PRO SIGNO
QUEM CUM PERCUSSI ASPICE
RENT SANABANTUR
PROFECTIQ. FILII ISRAHEL CASTRA
METATI SUNT IN OBOTH
UNDE EGRESSI FIXERE TENTORIA
IN HIEABARIM
IN SOLITUDINE QUAE RESPICIT
MOAB CONTRA ORIENTA
LEM PLAGAM
ET INDE MOUENTES UENERUNT
AD TORRENTEM ZARED
QUEM RELINQUENTES CASTRA
METATI SUNT CONTRA ARNON
QUAE EST IN DESERTO ET PRO
MINET IN FINIB. AMORRAEI
SIQUIDEM ARNON TERMINUS
EST MOAB
DIUIDENS MOABITAS ET AMOR
RAEOS
UNDE DICITUR IN LIBRO
BELLORUM DÑI
SICUT FECIT IN MARI RUBRO SIC
FACIET IN TORRENTIB. ARNON
SCOPULI TORRENTIUM
INCLINATI SUNT
UT REQUIESCERENT IN AR ET RE
CUMBERENT IN FINIB.
MOABITARUM
EX EO LOCO APPARUIT PUTEUS

SUPER QUO LOCUTUS EST
DÑS AD MOSEN
CONGREGA POPULUM
ET DABO EI AQUAM
TUNC CECINIT ISRAHEL
CARMEN ISTUD
ASCENDAT PUTEUS CONCINEBANT
PUTEUS QUEM FODERUNT PRIN
CIPES ET PARAUERUNT
DUCES MULTITUDINIS
IN DATORE LEGIS ET IN BACULIS SUIS
DE SOLITUDINE MATTHANA
DE MATTHANA NAHALIHEL
DE NAHALIHEL IN BAMOTH
DE BAMOTH UALLIS EST IN REGI
ONE MOAB IN UERTICE PHASGA
ET QUOD RESPICIT CONTRA
DESERTUM
MISIT AUTEM ISRAHEL NUNTIOS
AD SEON REGEM AMORRAE
ORUM DICENS
OBSECRO UT TRANSIRE MIHI
LICEAT PER TERRAM TUAM
NON DECLINAUIMUS IN
AGROS ET UINEAS
NON BIBIMUS AQUAS EX PUTEIS
UIA REGIA GRADIEMUR DONEC
TRANSEAMUS TERMINOS TUOS
QUI CONCEDERE NOLUIT UT TRAN
SIRET ISRAHEL PER FINES SUOS
QUIN POTIUS EXERCITU CON
GREGATO EGRESSUS EST
OBUIAM IN DESERTUM
ET UENIT IN IASA PUGNAUITQ.
CONTRA EUM
A QUO PERCUSSUS EST IN ORE
GLADII ET POSSESSA EST
TERRA EIUS
AB ARNON USQ. IN IEBBOC
ET FILIOS AMMON
QUIA FORTI PRAESIDIO TENEBAN
TUR TERMINI AMMANITARUM
TULIT ERGO ISRAHEL OMNES
CIUITATES EIUS ET HABITAUIT

IN URBIB· AMORRAEI
IN ESEBON SCILICET ET UICULIS EIUS
URBS ESEBON FUIT REGIS
SEON AMORRAEI
QUI PUGNAUIT CONTRA
REGEM MOAB
ET TULIT OMNEM TERRAM
QUAE DICIONIS ILLIUS FUE
RAT USQ· ARNON
IDCIRCO DICITUR IN PROUERBIO
UENITE IN ESEBON AEDIFICETUR
ET CONSTRUATUR CIUITAS SEON
IGNIS EGRESSUS EST DE ESEBON
FLAMMA DE OPPIDO SEON
ET DEUORAUIT AR MOABITARŪ
ET HABITATORES EXCEL
SORUM ARNON
UAE TIBI MOAB PERISTI
POPULE CHAMOS
DEDIT FILIOS EIUS IN FUGAM
ET FILIAS IN CAPTIUITATEM
REGI AMORRAEORUM SEON
IUGUM IPSORUM DISPERIIT
AB ESEBON USQ· DIBON
LASSI PERUENERUNT IN OPHE
ET USQ· MEDABA
HABITAUIT ITAQ· ISRAHEL
IN TERRA AMORRAEI
MISITQ· MOSES QUI EXPLORA
RENT IAZER
CUIUS CEPERUNT UICULOS ET
POSSEDERUNT HABITATORES
UERTERUNTQ· SE ET ASCENDE
RUNT PER UIAM BASAN
ET OCCURRIT EIS OG REX BASAN
CUM OMNI POPULO SUO PUG
NATURUS IN EDRAI
DIXITQ· DNS AD MOSEN
NE TIMEAS EUM QUIA IN MANU
TUA TRADIDI ILLUM
ET OMNEM POPULUM
AC TERRAM EIUS
FACIESQ· ILLI SICUT FECISTI SEON
REGI AMORRAEORUM
HABITATORI ESEBON
PERCUSSERUNT IGITUR ET HUNC
CUM FILIIS SUIS
UNIUERSUMQ· POPULUM EIUS
USQ· AD INTERNICIONEM
ET POSSEDERUNT TERRAM ILLIUS
PROFECTIQ· CASTRAMETATI
SUNT IN CAMPESTRIB· MOAB
UBI TRANS IORDANEN HIERICHUS
SITA EST
XIIII UIDENS AUTEM BALAC FILIUS
SEPPHOR OMNIA QUAE FECE
RAT ISRAHEL AMORRAEO
ET QUOD PERTIMUISSENT
EUM MOABITAE
ET IMPETUM EIUS FERRE
NON POSSENT
DIXIT AD MAIORES NATU MADIAN
ITA DELEBIT HIC POPULUS
OMNES QUI IN NOSTRIS
FINIB· COMMORANTUR
QUOMODO SOLET BOS HERBAS
USQ· AD RADICES CARPERE
IPSE ERAT EO TEMPORE
REX IN MOAB
MISIT ERGO NUNTIOS AD BALAAM
FILIUM BEOR HARIOLUM
QUI HABITABAT SUPER FLUMEN
TERRAE FILIORUM AMMON
UT UOCARENT EUM ET DICERENT
ECCE EGRESSUS EST POPULUS
EX AEGYPTO
QUI OPERUIT SUPERFICIEM
TERRAE SEDENS CONTRA ME
UENI IGITUR ET MALEDIC POPULO
HUIC QUIA FORTIOR ME EST
SI QUOMODO POSSIM PER
CUTERE ET EI CERE EUM
DE TERRA MEA
NOUI ENIM QUOD BENEDICTUS
SIT CUI BENEDIXERIS
ET MALEDICTUS IN QUEM MALE
DICTA CONGESSERIS
PERREXERUNT SENIORES MOAB

ET MAIORES NATU MADIAN
HABENTES DIUINATIONIS PRE
TIUM IN MANIB·
CUMQ. UENISSENT AD BALAAM
ET NARRASSENT EI OMNIA UERBA
BALAC ILLE RESPONDIT
MANETE HIC NOCTE ET RESPON
DEBO QUICQUID MIHI
DIXERIT DNS
MANENTIB· ILLIS APUD BALAAM
UENIT DS ET AIT AD EUM
QUID SIBI UOLUNT HOMINES
ISTI APUD TE
RESPONDIT. BALAC FILIUS SEP
PHOR REX MOABITARUM
MISIT AD ME DICENS
ECCE POPULUS QUI EGRESSUS
EST DE AEGYPTO OPERUIT
SUPERFICIEM TERRAE
UENI ET MALEDIC EI SI QUOMODO
POSSIM PUGNANS ABICERE EU̅
DIXITQ. DS AD BALAAM
NOLI IRE CUM EIS NEQ. MALEDICAS
POPULO QUIA BENEDICTUS EST
QUI MANE CONSURGENS
DIXIT AD PRINCIPES
ITE IN TERRAM UESTRAM
QUIA PROHIBUIT ME DS
UENIRE UOBISCUM
REUERSI PRINCIPES DIX
ERUNT AD BALAC
NOLUIT BALAAM UENIRE NOBISCU̅
RURSUM ILLE MULTO PLURES
ET NOBILIORES QUAM ANTE
MISERAT MISIT
QUI CUM UENISSENT
AD BALAM DIXERUNT
SIC DICIT BALAC FILIUS SEPPHOR
NE CUNCTERIS UENIRE AD ME
PARATUM HONORARE TE ET QUIC
QUID UOLUERIS DARE
UENI ET MALEDIC POPULO ISTI
RESPONDIT BALAAM
SI DEDERIT MIHI BALAC PLENAM
DOMUM SUAM ARGENTI ET AURI
NON POTERO IMMUTARE
UERBUM DNI DI MEI
UT UEL PLUS UEL MINUS LOQUAR
OBSECRO UT HIC MANEATIS
ETIAM HAC NOCTE
ET SCIRE QUEAM QUID MIHI RUR
SUM RESPONDEAT DNS
UENIT ERGO DS AD BALAAM
NOCTE ET AIT EI
SI UOCARE TE UENERUNT HOMINES
ISTI SURGE ET UADE CUM EIS
ITA DUMTAXAT UT QUOD TIBI
PRAECEPERO FACIAS
SURREXIT BALAAM MANE
ET STRATA ASINA PROFECTUS
EST CUM EIS
ET IRATUS EST DS STETITQ. ANGE
LUS DNI IN UIA CONTRA BALAAM
QUI SEDEBAT ASINAE ET DUOS
PUEROS HABEBAT SECUM
CERNENS ASINA ANGELUM STAN
TEM IN UIA EUAGINATO GLADIO
AUERTIT SE DE ITINERE
ET IBAT PER AGRUM
QUAM CUM UERBERARET
BALAAM ET UELLET AD
SEMITAM REDUCERE
STETIT ANGELUS IN ANGUSTIIS
DUARUM MACERIARUM QUIB·
UINEAE CINGEBANTUR
QUEM UIDENS ASINA IUNXIT
SE PARIETI ET ADTRIUIT
SEDENTIS PEDEM
AT ILLE ITERUM UERBERABAT
ET NIHILOMINUS ANGELUS AD
LOCUM ANGUSTUM TRANSIENS
UBI NEC AD DEXTRAM NEC AD
SINISTRAM POTERAT DEUI
ARI OBUIUS STETIT
CUMQ. UIDISSET ASINA STANTEM
ANGELUM CONCIDIT SUB
PEDIB· SEDENTIS
QUI IRATUS UEHEMENTIUS

caedebat fuste latera eius
aperuitq. dns os asinae
et locuta est
quid feci tibi cur percutis me
ecce iam tertio
respondit balaam
quia commeruisti
et inlusisti mihi
utinam haberem gladium
ut te percuterem
dixit asina nonne animal tuum
sum cui semper sedere con
suesti usq. in praesentem diem
dic quid simile umquam
fecerim tibi
at ille ait numquam
protinus aperuit dns
oculos balaam
et uidit angelum stantem
in uia euaginato gladio
adorauitq. eum pronus
in terram
cui angelus cur inquit tertio
uerberas asinam tuam
ego ueni ut aduersarer tibi
quia peruersa est uia tua
mihiq. contraria
et nisi asina declinasset de
uia dans locum resistenti
te occidissem et illa uiueret
dixit balaam
peccaui nesciens quod
tu stares contra me
et nunc si displicet tibi
ut uadam reuertar
ait angelus uade cum istis
et caue ne aliud quam prae
cepero tibi loquaris
ibit igitur cum principib.
quod cum audisset balac egres
sus est in occursum eius
in oppido moabitarum
quod situm est in ex
tremis finib. arnon

dixitq. ad balaam
misi nuntios ut uocarem te
cur non statim uenisti ad me
an quia mercedem aduentui
tuo reddere nequeo
cui ille respondit
ecce adsum
numquid loqui potero aliud
nisi quod ds posuerit
in ore meo
perrexerunt ergo simul
et uenerunt in urbem quae
in extremis regni eius
finib. erat
cumq. occidisset balac
boues et oues
misit ad balaam et principes
qui cum eo erant munera
mane autem facto duxit eum
ad excelsa baal
et intuitus est extremam
partem populi
xxiii dixitq. balaam ad balac
aedifica mihi hic septem aras
et para totidem uitulos
eiusq. numeri arietes
cumq. fecisset iuxta
sermonem balaam
inposuerunt simul uitulum
et arietem super aram
dixitq. balaam ad balac
sta paulisper iuxta holocau
stum tuum donec uadam
si forte occurrat mihi dns
et quodcumq. impera
uerit loquar tibi
cumq. abisset uelociter
occurrit ei ds
locutusq. ad eum balaam
septem inquit aras erexi
et inposui uitulum
et arietem desuper
dns autem posuit uerbum
in ore eius et ait

REVERTERE AD BALAC
ET HAEC LOQUERIS
REVERSUS INVENIT STANTEM
BALAC IUXTA HOLOCAUSTUM SUU̅
ET OMNES PRINCIPES
MOABITARUM
ASSUMPTAQ. PARABOLA SUA DIXIT
DE ARAM ADDUXIT ME BALAC
REX MOABITARUM DE MON
TIB. ORIENTIS
VENI INQUIT ET MALEDIC IACOB
PROPERA ET DETESTARE ISR̅L
QUOMODO MALEDICAM
CUI NON MALEDIXIT D̅S
QUA RATIONE DETESTER QUEM
D̅N̅S NON DE TESTATUR
DE SUMMIS SILICIB. VIDEBO EUM
ET DE COLLIB. CONSIDERABO ILLU̅
POPULUS SOLUS HABITABIT ET IN
TER GENTES NON REPUTABITUR
QUIS DENUMERARE POSSIT PUL
VEREM IACOB ET NOSSE NUME
RUM STIRPIS ISRAHEL
MORIATUR ANIMA MEA
MORTE IUSTORUM
ET FIANT NOVISSIMA MEA
HORUM SIMILIA
DIXITQ. BALAC AD BALAAM
QUID EST HOC QUOD AGIS
UT MALEDICERES INIMICIS
VOCAVI TE
ET TU E CONTRARIO BENEDICIS EIS
CUI ILLE RESPONDIT
NUM ALIUD POSSUM LOQUI
NISI QUOD IUSSERIT D̅N̅S
DIXIT ERGO BALAC
VENI MECUM IN ALTERUM LOCU̅
UNDE PARTEM ISRAHELIS VIDEAS
ET TOTUM VIDERE NON POSSIS
INDE MALEDICITO EI
CUMQ. DUXISSET EUM IN LOCUM
SUBLIMEM SUPER VERTICEM
MONTIS PHASGA
AEDIFICAVIT BALAAM SEPTEM ARAS

ET IMPOSITIS SUPRA VITULO
ATQ. ARIETE DIXIT AD BALAC
STA HIC IUXTA HOLOCAUSTUM
TUUM DONEC EGO PERGAM
OBVIUS
CUI CUM D̅N̅S OCCURRISSET
POSUISSETQ. VERBUM
IN ORE EIUS AIT
REVERTERE AD BALAC ET
HAEC LOQUERIS EI
REVERSUS INVENIT EUM STAN
TEM IUXTA HOLOCAUSTUM SUU̅
ET PRINCIPES MOABITARUM
CUM EO
AD QUEM BALAC QUID INQUIT
LOCUTUS EST D̅N̅S
AT ILLE ASSUMPTA PARA
BOLA SUA AIT
STA BALAC ET AUSCULTA
AUDI FILI SEPPHOR
NON EST D̅S QUASI HOMO
UT MENTIATUR
NEC UT FILIUS HOMINIS
UT MUTETUR
DIXIT ERGO ET NON FACIET LOCUTUS
EST ET NON IMPLEBIT
AD BENEDICENDUM ADDUCTUS
SUM BENEDICTIONEM
PROHIBERE NON VALEO
NON EST IDOLUM IN IACOB NEC
VIDETUR SIMULACRUM IN ISR̅L
D̅N̅S D̅S EIUS CUM EO EST ET
CLANGOR VICTORIAE REGIS IN ILLO
D̅S EDUXIT EUM DE AEG̅PTO
CUIUS FORTITUDO SIMILIS
EST RINOCEROTIS
NON EST AUGURIUM IN IACOB
NEC DIVINATIO IN ISRAHEL
TEMPORIB. SUIS DICETUR IACOB
ET ISRAHELI QUID OPERA
TUS SIT D̅S
ECCE POPULUS UT LEAENA CON
SURGET ET QUASI LEO ERIGETUR
NON ACCUBABIT DONEC DEVORET

praedam et occisorum
sanguinem bibat
dixitq. Balac ad Balaam
nec maledicas ei nec benedicas
et ille non ne ait dixi tibi quod
quicquid mihi d̄s imperaret
hoc facerem
et ait Balac ad eum veni et
ducam te ad alium locum
si forte placeat d̄o ut inde
maledicas eis
cumq. duxisset eum super
verticem montis Phoor
qui respicit solitudinem
dixit ei Balaam
aedifica mihi hic septem aras
et para totidem vitulos
eiusdemq. numeri arietes
fecit Balac ut Balaam dixerat
inposuitq. vitulos et arietes
super singulas aras
xcviiii cumq. vidisset Balaam quod
placeret d̄no ut benedice
ret Israheli
nequaquam abiit ut ante
perrexerat ut augu
rium quaereret
sed dirigens contra desertum
vultum suum et levans
oculos
vidit Israhel in tentoriis
commorantem per
trib. suas
et inruente in se sp̄u d̄i
adsumpta parabola ait
dixit Balaam filius Beor
dixit homo cuius obtu
ratus est oculus
dixit auditor sermonum d̄i
qui visionem omnipotentis
intuitus est
qui cadit et sic aperiuntur
oculi eius
quam pulchra tabernacula tua
Iacob et tentoria tua Isr̄l
ut valles nemorosae
ut horti iuxta fluvios inrigui
ut tabernacula quae
fixit d̄ns
quasi cedri propter aquas
fluet aqua de situla eius
et semen illius erit
in aquas multas
tolletur propter Agag
rex eius et auferetur
regnum illius
d̄s eduxit illum de Aegypto
cuius fortitudo similis est
rinocerotis
devorabunt gentes hostes
illius ossaq. eorum con
fringent et perfora
bunt sagittis
accubans dormivit ut leo
et quasi leaena quam sus
citare nullus audebit
qui benedixerit tibi erit
ipse benedictus
qui maledixerit in male
dictione reputabitur
iratusq. Balac contra Balaam
conplosis manib. ait
ad maledicendum inimicis
meis vocavi te
quib. e contrario tertio
benedixisti
revertere ad locum tuum
decreveram quidem magni
fice honorare te
sed d̄ns privavit te honore
disposito
respondit Balaam ad Balac
nonne nuntiis tuis quos
misisti ad me dixi
si dederit mihi Balac plenam
domum suam argenti et auri
non potero praeterire ser
monem d̄ni d̄i mei

ut uel boni quid uel mali pro
feram ex corde meo
sed quicquid d(omi)n(u)s dixerit
hoc loquar
uerum tamen pergens
ad populum meum
dabo consilium quid populus
tuus huic populo faciat
extremo tempore
sumpta igitur parabola
rursum ait
dixit Balaam filius Beor
dixit homo cuius obtu
ratus est oculus
dixit auditor sermonum d(e)i
qui nouit doctrinam altissimi
et uisiones omnipoten
tis uidet
qui cadens apertos
habet oculos
uidebo eum sed non modo
intuebor illum sed non prope
Orietur stella ex Iacob et con
surget uirga de Israhel
et percutiet duces Moab
uastabitq(ue) omnes filios Seth
et erit Idumea possessio eius
hereditas Seir cedet
inimicis suis
Israhel uero fortiter aget
de Iacob erit qui dominetur
et perdat reliquias ciuitatis
cumq(ue) uidisset Amalech assu
mens parabolam ait
principium gentium Amalech
cuius extrema perdentur
uidit quoq(ue) Cineum et as
sumpta parabola ait
robustum est quidem
habitaculum tuum
sed si in petra posueris
nidum tuum
et fueris electus
de stirpe Cain
quam diu poteris permanere
Assur enim capiet te
assumptaq(ue) parabola
iterum locutus est
heu quis uicturus est
quando ista faciet d(eu)s
uenient in trieribus de Italia
superabunt Assyrios
uastabuntq(ue) Hebraeos
et ad extremum etiam
ipsi peribunt
surrexitq(ue) Balaam et reuer
sus est in locum suum
Balac quoq(ue) uia qua uenerat
rediit

XXV. Morabatur autem eo tem
pore Israhel in Setthim
et fornicatus est populus
cum filiab(us) Moab
quae uocauerunt eos
ad sacrificia sua
at illi comederunt et adora
uerunt deos earum
initiatusq(ue) est Israhel
Beelphegor
et iratus d(omi)n(u)s ait ad Mosen
tolle cunctos principes
populi et suspende eos
contra solem in patibulis
ut auertatur furor
meus ab Israhel
dixitq(ue) Moses ad iudices Isr(ahe)l
occidat unusquisq(ue) proxi
mos suos qui initiati sunt
Beelphegor
et ecce unus de filiis Israhel
intrauit coram fratrib(us) suis
ad scortum Madianitin
uidente Mose et omni turba
filiorum Israhel
qui flebant ante fores
tabernaculi
quod cum uidisset Finees
filius Eleazari filii Aaron

sacerdotis
surrexit de medio
multitudinis
et arrepto pugione ingressus
est post uirum israhelitem in lupanar
et perfodit ambos simul
uirum scilicet et mulierem xxvi
in locis genitalib·
cessauitq· plaga a filiis isrl
et occisi sunt uiginti quattuor milia hominum
Dixitq· dñs ad mosen
Finees filius eleazari filii aaron sacerdotis
auertit iram meam
a filiis israhel
quia zelo meo commotus
est contra eos
ut non ipse delerem filios
israhel in zelo meo
idcirco loquere ad eos
ecce ego do ei pacem
foederis mei
et erit tam ipsi quam semini
illius pactum sacerdotii
sempiternum
quia zelatus est pro dõ suo
et expiauit scelus filiorum
israhel.
erat autem nomen uiri isra
helitae qui occisus est
cum madianitide
Zambri filius salu dux de cognatione et tribu symeonis
porro mulier madianitis
quae pariter interfecta
est uocabatur chozbi
filia sur principis nobilissimi madianitarum
Locutusq· est dñs
ad mosen dicens
hostes uos sentiant madianitae et percutite eos

quia et ipsi hostiliter egerunt contra uos
et decepere insidiis per idolum phogor et chozbi filiã
ducis madian sororem suam
quae percussa est in die plagae pro sacrilegiõ phogor
postquam noxiorum
sanguis effusus est
Dixit dñs ad mosen et eleazarũ
filium aaronis sacerdotem
numerate omnem summam
filiorum israhel
a uiginti annis et supra
per domos et cognationes suas
cunctos qui possunt
ad bella procedere
Locuti sunt itaq· moses
et eleazar sacerdos
in campestrib· moab super
iordanen contra hiericho
ad eos qui erant a uiginti annis
et supra sicut dñs imperarat
quorum iste est numerus
Ruben primogenitus israhel
huius filius enoch a quo
familia enochitarum
et phallu a quo familia
phalluitarum
et esrom a quo familia
esromitarum
et charmi a quo familia
charmitarum
hae sunt familiae
de stirpe ruben
quarum numerus inuentus est
quadraginta tria milia et
septingenti triginta
filius phallu heliab
huius filii namuhel
et dathan et abiram
isti sunt dathan et abiram
principes populi
qui surrexerunt contra

mosen et aaron in sedi
tione core
quando adversum dnm
rebellarunt
et aperiens terra os suum
devoravit core mori
entib. plurimis
quando combussit ignis ducen
tos quinquaginta viros
et factum est grande miraculu
ut core pereunte filii
illius non perirent
Filii symeon per cognati
ones suas
namuhel ab hoc familia
namuhelitarum
iamin ab hoc familia iaminitaru
iachin ab hoc familia iachinitaru
zare ab hoc familia zareitaru
saul ab hoc familia saulitaru
haec sunt familiae de stirpe
symeon·
quarum omnis numerus fuit
viginti duo milia ducentoru
Filii gad per cognationes suas
sepphon ab hoc familia
sephonitarum
aggi ab hoc familia aggitarum
suni ab hoc familia sunitarum
ozni ab hoc familia oznitarum
heri ab hoc familia heritarum
arod ab hoc familia aroditarum
arihel ab hoc familia arihelitaru
istae sunt familiae gad
quarum omnis numerus fuit
xl milia quingentorum
Filii iuda her et onan qui
ambo mortui sunt
in terra chanaan
Fueruntq. filii iuda per
cognationes suas
sela a quo familia selanitarum
phares a quo familia
pharesitarum

zare a quo familia zareitarum
porro filii phares
esrom a quo familia
esromitarum
et amul a quo familia
amulitarum
istae sunt familiae iuda
quarum omnis numerus fuit
lxx milia quingentorum
Filii issachar per cognati
ones suas
thola a quo familia tholaitaru
phua a quo familia phuaitarum
iasub a quo familia iasubitarum
semran a quo familia
semranitarum
haec sunt cognationes issachar
quarum numerus fuit lx·
quattuor milia trecentoru
Filii zabulon per cognati
ones suas
sared a quo familia·sareditaru
helon a quo familia helonitaru
ialel a quo familia ialelitarum
sunt hae cognationes zabulon
quarum numerus fuit ·lx·
milia quingentorum
Filii ioseph per cognationes suas
manasse et ephraim
de manasse ortus est machir
a quo familia machiritarum
machir genuit galaad a quo
familia galaaditarum
galaad habuit filios hiezer
a quo familia hiezeritarum
et elec a quo familia elecaru
et asrihel a quo familia
asrihelitarum
et sechem a quo familia
sechemitarum
et semida a quo familia
semidaitarum
et epher a quo familia
epheritarum

fuit autem epher pater
salphaad qui filios non habe
bat sed tantum filias
quarum ista sunt nomina
maala et noa et egla
et melcha et thersa
haec sunt familiae manasse
et numerus earum L duo milia
septingentorum
Filii autem ephraim per cogna
tiones suas fuerunt hi
suthala a quo familia
suthalitarum
becher a quo familia
becheritarum
tehen a quo familia
tehenitarum
porro filius suthala fuit
heran a quo familia
heranitarum
haec sunt cognationes
filiorum ephraim
quarum numerus triginta
duo milia quingentorum
isti sunt filii ioseph
per familias suas
Filii beniamin in cognati
onib. suis
bale a quo familiae baleitarum
azbel a quo familia
azbelitarum
ahirama a quo familia
ahiramitarum
supham a quo familia
suphamitarum
hupham a quo familia
huphamitarum
Filii bale hered et noeman
de hered familia hereditarū
de noeman familia
noemitarum
hii sunt filii beniamin per
cognationes suas
quorum numerus quadraginta

quinq. milia sescentorum
Filii dan per cognationes suas
suham a quo familia
suhamitarum
haec cognationes dan
per familias suas
omnes fuere suhamitae
quorum numerus erat LX
quattuor milia qua
dringentorum
Filii aser per cognati
ones suas
iemna a quo familia
iemnaitarum
iessui a quo familia
iessuitarum
brie a quo familia brietarum
filii brie haber a quo familia
haberitarum
et melchihel a quo familia
melchihelitarum
nomen autem filiae
aser fuit sara
haec cognationes filiorum aser
et numerus eorum quinqua
ginta tria milia quadrin
gentorum
Filii nepthalim per cogna
tiones suas
iessihel a quo familia
iessihelitarum
guni a quo familia
gunitarum
iesser a quo familia
iesseritarum
sellem a quo familia
sellemitarum
haec sunt cognationes filio
rum nepthali per fami
lias suas
quorum numerus XL V milia
quadringentorum
ista est summa filiorum isrl
qui recensiti sunt

sescenta milia et mille septin
centi triginta
Locutusq· est dns
ad mosen dicens
istis dividetur terra iuxta
numerum vocabulorum
in possessiones suas
plurib· maiorem partem
dabis et pauciorib· minorē
singulis sicut nunc recenseti
sunt tradetur possessio
ita dumtaxat ut sors terram
tribub· dividat et familiis
quicquid sorte contigerit
hoc vel plures accipient
vel pauciores
hic quoq· est numerus filiorum
levi per familias suas
gerson a quo familia
gersonitarum
caath a quo familia
caathitarum
merari a quo familia
meraritarum
hae sunt familiae levi
familia lomni familia hebroni
familia mooli familia mosi
familia cori
at vero caath genuit amram
qui habuit uxorem iochabed
filiam levi quae nata est
ei in aegypto
haec genuit viro suo amram
filios aaron et mosen
et mariam sororem eorum
de aaron orti sunt nadab et
abiu et eleazar et ithamar
quorum nadab et abiu mor
tui sunt cum obtulissent
ignem alienum coram dnō
fueruntq· omnes qui nume
rati sunt viginti tria milia
generis masculini
ab uno mense et supra
qui non sunt recensiti
inter filios israhel
nec eis cum ceteris est
data possessio
hic est numerus filiorum isrl
qui descripti sunt a mose
et eleazaro sacerdote
in campestrib· moab supra
iordanen contra hiericho
inter quos nullus fuit eorum
qui ante numerati sunt
a mose et aaron in de
serto sinai
praedixerat enim dns
quod omnes morerен
tur in solitudine
nullusq· remansit ex eis nisi
chaleb filius iephonne
et iosue filius nun
XXVII accesserunt autem filiae
salphaad filii epher filii
galaad filii machir filii manas
se qui fuit filius ioseph
quarum sunt nomina maala
et noa et egla et melcha
et thersa
steteruntq· coram mose
et eleazaro sacerdote
et cunctis principib· populi
ad ostium tabernaculi foede
ris atq· dixerunt
pater noster mortuus est
in deserto
nec fuit in seditione quae
concitata est contra
dnm sub core
sed in peccato suo
mortuus est
hic non habuit mares filios
cur tollitur nomen illius
de familia sua quia non
habuit filium
date nobis possessionem inter
cognatos patris nostri

rettulitq. moses causam
earum ad iudicium dni
qui dixit ad eum
ius tam rem postulant
filiae salphaad
da eis possessionem inter
cognatos patris sui
et ei in hereditatem succedant
ad filios autem israhel
loqueris haec
homo cum mortuus
fuerit absq. filio
ad filiam eius transibit heredit
si filiam non habuerit habebit
successores fratres suos
quod si et fratres non fue
rint dabitis hereditatem
fratrib. patris eius
sin autem nec patruos habu
erit dabitur hereditas his
qui ei proximi sunt
eritq. hoc filiis israhel
scm lege perpetua
sicut praecepit dns mosi
Dixit quoq. dns ad mosen
ascende in montem istum abari
et contemplare inde terram
quam daturus sum filiis isrl
cumq. uideris eam ibis et tu
ad populum tuum
sicut ibit frater tuus aaron
quia offendistis me in deserto
sin in contradictione
multitudinis
nec scificare me uoluistis
coram ea super aquas
haec sunt aquae contradicti
onis in cades deserti sin
cui respondit moses
prouideat dns ds spirituum
omnis carnis
hominem qui sit super
multitudinem hanc
et possit exire et intrare
ante eos
et educere illos uel introducere
ne sit populus dni sicut oues
absque pastore
Dixitq. dns ad eum
tolle iosue filium nun uirum
in quo est sps
et pone manum tuam super eu
qui stabit coram eleazaro
sacerdote et omni multitudine
et dabis ei praecepta cunctis
uidentib. et partem
gloriae tuae
ut audiat eum omnis synagoga
filiorum israhel
pro hoc si quid agendum
erit eleazar sacerdos
consulet dnm
ad uerbum eius egredietur
et ingredietur
ipse et omnes filii israhel cum
eo et cetera multitudo
fecit moses ut praeceperat dns
cumq. tulisset iosue statuit
eum coram eleazaro sacer
dote et omni frequen
tia populi
et impositis capiti eius manib.
cuncta replicauit quae
mandauerat dns
XXVI Dixit quoq. dns ad mosen
XXVIII praecipe filiis israhel
et dices ad eos
oblationem meam et panes
et incensum odoris suauis
mihi offerte per tem
pora sua
haec sunt sacrificia quae
offerre debetis
agnos anniculos inmaculatos
duos cotidie in holocau
stum sempiternum
unum offeretis mane et
alterum ad uesperam

decimam partem ephi
similae quae conspersa
sit oleo purissimo
et habeat quartam partem hin
holocaustum iuge est quod
obtulistis in monte sinai
in odorem suauissimum
incensi dni
et libabitis uini quartam par
tem hin per agnos singulos
in sctuario dni
alterumq. agnum similiter
offeretis ad uesperam
iuxta omnem ritum sacrificii
matutini et libamen
torum eius
oblationem suauissimi
odoris dno
die autem sabbati offeretis
duos agnos anniculos
inmaculatos
et duas decimas similae oleo
conspersae in sacrificio
et liba quae rite funduntur
per singula sabbata in holo
causto sempiterno
in kalendis autem id est in
mensuum exordiis
offeretis holocaustum dno
uitulos de armento duos
arietem unum
agnos anniculos septem
inmaculatos
et tres decimas similae oleo
conspersae in sacrificio
per singulos uitulos
et duas decimas similae oleo
conspersae per singulos
arietes
et decimam decimae similae
ex oleo in sacrificio
per agnos singulos
holocaustum suauissimi odo
ris atq. incensi est dno

libamenta autem uini quae
per singulas fundenda sunt
uictimas ista erunt
media pars hin per uitulos
singulos
tertia per arietem
quarta per agnum
hoc erit holocaustum per
omnes menses qui sibi anno
uertente succedunt
hircus quoq. offeretur dno
pro peccatis in holocaustum
sempiternum cum liba
mentis suis
Mense autem primo quarta
decima die mensis phase
dni erit
et quintadecima die sollemnitas
septem dieb. uescentur azymis
quarum dies prima uenera
bilis et sca erit
omne opus seruile non
facietis in ea
offeretisq. in incensum
holocaustum dno
uitulos de armento duos
arietem unum
agnos anniculos et inmacu
latos septem
et sacrificia singulorum
ex simila quae conspersa
sit oleo
tres decimas per sin
gulos uitulos
et duas decimas per arietem
et decimam decimae per agnos
singulos id est per septem
agnos
et hircum pro peccato unum
ut expietur pro uobis
praeter holocaustum matu
tinum quod semper offertis
ita facietis per singulos
dies septem dierum

IN FOMITEM IGNIS ET IN ODOREM
SUAVISSIMUM DNO
QUI SURGET DE HOLOCAUSTO ET
DE LIBATIONIB· SINGULORUM
DIES QUOQ· SEPTIMUS CELEBER
RIMUS ET SCS ERIT VOBIS
OMNE OPUS SERVILE
NON FACIETIS IN EO
DIES ETIAM PRIMITIVORUM
QUANDO OFFERTIS NOVAS FRUGES
DNO EXPLETIS EBDOMADIB·
VENERABILIS ET SCA ERIT
OMNE OPUS SERVILE NON
FACIETIS IN EA
OFFERETISQ· HOLOCAUSTUM
IN ODOREM SUAVISSIMUM DNO
VITULOS DE ARMENTO DUOS
ARIETEM UNUM
ET AGNOS ANNICULOS INMA
CULATOS SEPTEM
ATQ· IN SACRIFICIIS EORUM
SIMILAE OLEO CONSPERSAE
TRES DECIMAS PER SIN
GULOS VITULOS
PER ARIETES DUAS
PER AGNOS DECIMAM DECIMAE
QUI SIMUL SUNT AGNI SEPTEM
HIRCUM QUOQ· QUI MACTATUR
PRO EXPIATIONE
PRAETER HOLOCAUSTUM SEMPI
TERNUM ET LIBA EIUS
INMACULATA OFFERTIS OMNIA
CUM LIBATIONIB· SUIS
XXIX MENSIS ETIAM SEPTIMI PRIMA
DIES VENERABILIS ET SCA
ERIT VOBIS
OMNE OPUS SERVILE
NON FACIETIS IN EA
QUIA DIES CLANGORIS EST
ET TUBARUM
OFFERETISQ· HOLOCAUSTUM IN
ODOREM SUAVISSIMUM DNO
VITULUM DE ARMENTO UNUM
ARIETEM UNUM

AGNOS ANNICULOS INMACU
LATOS SEPTEM
ET IN SACRIFICIIS EORUM SIMILAE
OLEO CONSPERSAE TRES DECI
MAS PER SINGULOS VITULOS
DUAS DECIMAS PER ARIETEM
UNAM DECIMAM PER AGNUM QUI
SIMUL SUNT AGNI SEPTEM
ET HIRCUM PRO PECCATO QUI
OFFERTUR IN EXPIATI
ONEM POPULI
PRAETER HOLOCAUSTUM KALEN
DARUM CUM SACRIFICIIS SUIS
ET HOLOCAUSTUM SEMPITERNUM
CUM LIBATIONIB· SOLITIS
HISDEM CAERIMONIIS OFFERE
TIS IN ODOREM SUAVISSIMUM
INCENSUM DNO
DECIMA QUOQ· DIES MENSIS
HUIUS SEPTIMI
ERIT VOBIS SCA ATQ· VENERABILIS
ET ADFLIGETIS ANIMAS VESTRAS
OMNE OPUS SERVILE
NON FACIETIS IN EA
OFFERETISQ· HOLOCAUSTUM DNO
IN ODOREM SUAVISSIMUM
VITULUM DE ARMENTO UNUM
ARIETEM UNUM
AGNOS ANNICULOS INMACU
LATOS SEPTEM
ET IN SACRIFICIIS EORUM SIMILAE
OLEO CONSPERSAE TRES DECI
MAS PER VITULOS SINGULOS
DUAS DECIMAS PER ARIETEM
DECIMAM DECIMAE PER AGNOS
SINGULOS QUI SUNT SIMUL
AGNI SEPTEM
ET HIRCUM PRO PECCATO
ABSQ· HIS QUAE OFFERRI
PRO DELICTO SOLENT
IN EXPIATIONEM ET HOLOCAU
STUM SEMPITERNUM
IN SACRIFICIO ET LIBAMI
NIB· EORUM

QUINTADECIMA UERO DIE
MENSIS SEPTIMI
QUAE UOBIS ERIT SCA
ATQ. UENERABILIS
OMNE OPUS SERUILE NON FACIETIS
SED CELEBRABITIS SOLLEMNI
TATEM DNO SEPTEM DIEB·
OFFERETISQ. HOLOCAUSTUM
IN ODOREM SUAUIS SIMUM DNO
UITULOS DE ARMENTO TREDECIM
ARIETES DUOS
AGNOS ANNICULOS .XIIII.
IMMACULATOS
ET IN LIBAMENTIS EORUM
SIMILAE OLEO CONSPER
SAE TRES DECIMAS
PER UITULOS SINGULOS QUI SUNT
SIMUL UITULI TREDECIM
ET DUAS DECIMAS ARIETI UNO
ID EST SIMUL ARIETIB· DUOB·
ET DECIMAM DECIMAE AGNIS
SINGULIS QUI SUNT SIMUL
AGNI QUATTUORDECIM
ET HIRCUM PRO PECCATO
ABSQ. HOLOCAUSTO SEMPITERNO
ET SACRIFICIO ET LIBAMINE EIUS
IN DIE ALTERO OFFERES UITULOS
DE ARMENTO DUODECIM
ARIETES DUOS
AGNOS ANNICULOS IMMACULATOS
QUATTUORDECIM
SACRIFICIAQ. ET LIBAMINA
SINGULORUM
PER UITULOS ET ARIETES
ET AGNOS RITE CELEBRABIS
ET HIRCUM PRO PECCATO
ABSQ. HOLOCAUSTO SEMPITERNO
SACRIFICIOQ. EIUS ET LIBAMINE
DIE TERTIO OFFERES UITULOS
UNDECIM
ARIETES DUOS
AGNOS ANNICULOS IMMACU
LATOS QUATTUORDECIM
SACRIFICIAQ. ET LIBAMINA
SINGULORUM
PER UITULOS ET ARIETES ET
AGNOS RITE CELEBRABIS
ET HIRCUM PRO PECCATO
ABSQ. HOLOCAUSTO SEMPITERNO
ET SACRIFICIO ET LIBAMINE EIUS
DIE QUARTO OFFERES
UITULOS DECEM
ARIETES DUOS
AGNOS ANNICULOS IMMACULA
TOS QUATTUORDECIM
SACRIFICIAQ. EORUM ET LIBA
MINA SINGULORUM
PER UITULOS ET ARIETES ET
AGNOS RITE CELEBRABIS
ET HIRCUM PRO PECCATO
ABSQ. HOLOCAUSTO SEMPITERNO
SACRIFICIOQ. EIUS ET LIBAMINE
DIE QUINTO OFFERES
UITULOS NOUEM
ARIETES DUOS
AGNOS ANNICULOS IMMACU
LATOS QUATTUORDECIM
SACRIFICIAQ. ET LIBAMINA
SINGULORUM
PER UITULOS ET ARIETES ET
AGNOS RITE CELEBRABIS
ET HIRCUM PRO PECCATO
ABSQ. HOLOCAUSTO SEMPITERNO
SACRIFICIOQ. EIUS ET LIBAMINE
DIE SEXTO OFFERES UITULOS OCTO
ARIETES DUOS
AGNOS ANNICULOS IMMACULA
TOS QUATTUORDECIM
SACRIFICIAQ. ET LIBAMINA
SINGULORUM
PER UITULOS ET ARIETES ET
AGNOS RITE CELEBRABIS
ET HIRCUM PRO PECCATO
ABSQ. HOLOCAUSTO SEMPITERNO
SACRIFICIOQ. EIUS ET LIBAMINE
DIE SEPTIMO OFFERES
UITULOS SEPTEM
ARIETES DUOS

AGNOS ANNICULOS INMACULATOS
QUATTUOR DECIM
SACRIFICIAQ. ET LIBAMINA
SINGULORUM
PER UITULOS ET ARIETES ET
AGNOS RITE CELEBRABIS
ET HIRCUM PRO PECCATO
ABSQ. HOLOCAUSTO SEMPITERNO
SACRIFICIOQ. EIUS ET LIBAMINE
DIE OCTAUO QUI EST CELEBERRIMUS
OMNE OPUS SERUILE NON FACIETIS
OFFERENTES HOLOCAUSTUM
IN ODOREM SUAUISSIMUM DNO
UITULUM UNUM
ARIETEM UNUM
AGNOS ANNICULOS INMACULA
TOS SEPTEM
SACRIFICIAQ. ET LIBAMINA
SINGULORUM
PER UITULOS ET ARIETES ET
AGNOS RITE CELEBRABIS
ET HIRCUM PRO PECCATO
ABSQ. HOLOCAUSTO SEMPITERNO
SACRIFICIOQ. EIUS ET LIBAMINE
HAEC OFFERETIS DNO IN SOLLEM
NITATIB. UESTRIS
PRAETER UOTA ET OBLATI
ONES SPONTANEAS
IN HOLOCAUSTO IN SACRIFICIO IN
LIBAMINE ET IN HOSTIIS
PACIFICIS
XXX NARRAUITQ. MOSES FILIIS ISRL
OMNIA QUAE EI DNS IMPERARAT
ET LOCUTUS EST AD PRINCIPES
TRIBUUM FILIORUM ISRL
ISTE EST SERMO QUEM
PRAECEPIT DNS
SI QUIS UIRORUM UOTUM
DNO UOUERIT
AUT SE CONSTRINXERIT IURAMENTO
NON FACIET IRRITUM UERBUM SUU
SED OMNE QUOD PROMISIT
IMPLEUIT
MULIER SI QUIPPIAM UOUERIT
ET SE CONSTRINXERIT IURAMENTO
QUAE EST IN DOMO PATRIS SUI ET
IN AETATE ADHUC PUELLARI
SI COGNOUERIT PATER UOTUM
QUOD POLLICITA EST
ET IURAMENTUM QUO OBLIGA
UIT ANIMAM SUAM
ET TACUERIT UOTI REA ERIT
QUICQUID POLLICITA EST ET IURA
UIT OPERE COMPLEUIT
SIN AUTEM STATIM UT AUDIERIT
CONTRADIXERIT PATER
ET UOTA ET IURAMENTA
EIUS IRRITA ERUNT
NEC OBNOXIA TENEBITUR
SPONSIONIS
EO QUOD CONTRADIXERIT PATER
SI MARITUM HABUERIT ET UOUE
RIT ALIQUID
ET SEMEL UERBUM DE ORE EIUS
EGREDIENS ANIMAM ILLIUS
OBLIGAUERIT IURAMENTO
QUO DIE AUDIERIT UIR ET NON
CONTRADIXERIT
UOTI REA ERIT REDDET QUOD
CUMQ. PROMISERAT
SIN AUTEM AUDIENS STATIM
CONTRADIXERIT
ET IRRITAS FECERIT POLLI
CITATIONES EIUS
UERBAQ. QUIB. OBSTRINXERAT
ANIMAM SUAM
PROPITIUS EI ERIT DS
UIDUA ET REPUDIATA QUICQUID
UOUERINT REDDENT
UXOR IN DOMO UIRI CUM SE UOTO
CONSTRINXERIT ET IURAMENTO
SI AUDIERIT UIR ET TACUERIT NEC
CONTRADIXERIT SPONSIONI
REDDET QUODCUMQ. PRO
MISERAT
SIN AUTEM EXTEMPLO
CONTRADIXERIT
NON TENEBITUR PROMISSIONIS REA

quia maritus contradixit
et dns ei propitius erit
si uouerit et iuramento
se constrinxerit
ut uel per ieiunium uel cete
rarum rerum abstinentiam
affligat animam suam
in arbitrio uiri erit ut faciat
siue non faciat
quod si audiens uir tacuerit
et in alteram diem distule
rit sententiam
quicquid uouerat atq.
promiserat reddet
quia statim ut audiuit tacuit
si autem contradixerit
postquam rescivit
portabit ipse iniquitatem eius
istae sunt leges quas
constituit dns mosi
inter uirum et uxorem
inter patrem et filiam
quae in puellari adhuc
aetate est
uel quae manet in
parentis domo · xxxi ·

xxxi Locutusq. est dns ad mosen
dicens
ulciscere prius filios isrl
de madianitis
et sic colligeris ad populum tuum
statimq. moses armate inquit
ex uobis uiros ad pugnam
qui possint ultionem dni ex
petere de madianitis
mille uiri de singulis tribub.
eligantur israhel qui mit
tantur ad bellum
dederuntq. millenos
de cunctis tribub.
id est duodecim milia expedi
torum ad pugnam
quos misit moses cum finees
filio eleazari sacerdotis
uasa quoq. sca et tubas ad clan
gendum tradidit ei
cumq. pugnassent contra
madianitas atq. uicissent
omnes mares occiderunt
et reges eorum eui et recem
et sur et ur et rebe quinq.
principes gentis
balaam quoq. filium beor
interfecerunt gladio
ceperuntq. mulieres
eorum et paruulos
omniaq. pecora et cunctam
supellectilem
quicquid habere potu
erant depopulati sunt
tam urbes quam uiculos et
castella flamma consumsit
et tulerunt praedam et uni
uersa quae ceperant
tam ex hominib. quam
ex iumentis
et adduxerunt ad mosen et
ad eleazarum sacerdotem
et ad omnem multitudinem
filiorum israhel
reliqua autem utensilia
portauerunt ad castra
in campes trib. moab iuxta
iordanen contra hiericho
egressi sunt autem moses
et eleazar sacerdotes et
omnes principes synagogae
in occursum eorum
extra castra
iratusq. moses principib.
exercitus tribunis et cen
turionib. qui uenerant
de bello ait
cur feminas reseruastis
nonne istae sunt quae dece
perunt filios israhel ad
suggestionem balaam
et praeuaricari fecerunt

uos in dño super peccato
phogor
unde et percussus est popul(us)
ergo cunctos interficite
quicquid est generis mascu
lini etiam in parvulis
et mulieres quae noverunt
viros iugulate
puellas autem et omnes
feminas virgines reser
vate vobis
et manete extra castra
septem dieb·
qui occiderit hominem
vel occisum tetigerit
lustrabitur die tertio et septimo
et de omni praeda si vestimentum fuerit sive vas
et aliquid in utensilia
praeparatum
de caprarum pellib· et pilis
et ligno expiabitur
eleazar quoq· sacerdos ad viros
exercitus qui pugnaverant
sic locutus est
hoc est praeceptum legis
quod mandavit dñs mosi
aurum et argentum et aes
et ferrum et stagnum
et plumbum
et omne quod potest tran
sire per flammas igne
purgabitur
quicquid autem ignem
non potest sustinere
aqua expiationis scificabitur·
et lavabitis vestimenta
vestra die septimo
et purificati postea
castra intrabitis
Dixitq· dñs ad mosen
tollite summam eorum
quae capta sunt ab ho
mine usq· ad pecus

tu et eleazar sacerdos
et principes vulgi
dividesq· ex aequo praedam
inter eos qui pugnaverunt et
egressi sunt ad bellum
et inter omnem reliquam
multitudinem
et separabis partem dño
ab his qui pugnaverunt
et fuerunt in bello
unam animam de quingentis
tam ex hominib· quam ex bub·
et asinis et ovib·
et dabis ea eleazaro sacerdoti
quia primitiae dñi sunt
ex media quoq· parte
filiorum israhel
accipies quinquagesimum capu(t)
hominum et boum et asinorū
et ovium cunctarumq·
animantium
et dabis ea levitis qui excuban(t)
in custodiis tabernaculi dñi
feceruntq· moses et eleazar
sicut praeceperat dñs
fuit autem praeda quam
exercitus ceperat
ovium sescenta septuaginta
quinq· milia
boum lxx· duo milia
asinorum lx· milia et mille
animae hominum sexus femi
nei quae non cognoverant
viros · xxx· duo milia
dataq· est media pars his
qui in proelio fuerant
ovium trecenta xxx·vii·
milia quingenti
e quib· in partem dñi suppu
tatae sunt oves sescentae
septuaginta quinq·
et de bub· triginta sex milib·
boves septuaginta duo
de asinis triginta milib·

QUINGENTIS ASINI LX · UNUM
DE ANIMAB · HOMINUM SEDECIM
MILIB · CESSERUNT IN PARTEM
DNI XXX DUAE ANIMAE
TRADIDITQ · MOSES NUMERUM
PRIMITIARUM DNI ELEAZARO
SACERDOTI
SICUT EI FUERAT IMPERATUM
EX MEDIA PARTE FILIORUM ISRL
QUAM SEPARAUERAT HIS QUI
IN PROELIO FUERANT
DE MEDIA UERO PARTE QUAE CON
TIGERAT RELIQUAE MULTITUDINI
ID EST DE OUIUM TRECENTIS
TRIGINTA SEPTEM MILIB ·
QUINGENTIS
ET DE BUB · XXX SEX MILIB ·
ET DE ASINIS XXX · MILIB · QUINGENTIS
ET DE HOMINIB · SEDECIM MILIB ·
TULIT MOSES QUINQUA
GESIMUM CAPUT
ET DEDIT LEUITIS QUI EXCUBANT
IN TABERNACULO DNI
SICUT PRAECEPERAT DNS
CUMQ · ACCESSISSENT PRINCIPES
EXERCITUS AD MOSEN
ET TRIBUNI CENTURIONESQ · DIXERUNT
NOS SERUI TUI RECENSUIMUS
NUMERUM PUGNATORUM
QUOS HABUIMUS SUB MANU NOSTRA
ET NE UNUS QUIDEM DEFUIT
OB HANC CAUSAM OFFERIMUS
IN DONARIIS DNI
SINGULI QUOD IN PRAEDA AURI
POTUIMUS INUENIRE
PERISCELIDES ET ARMILLAS ANULOS
ET DEXTRALIA AC MURENULAS
UT DEPRECERIS PRO NOBIS DNM
SUSCEPERUNTQ · MOSES
ET ELEAZAR SACERDOS
OMNE AURUM IN DIUERSIS SPECIEB ·
PONDO SEDECIM MILIA SEPTINGEN
TOS QUINQUAGINTA SICLOS
A TRIBUNIS ET CENTURIONIB ·
UNUSQUISQ · ENIM QUOD IN PRAEDA
RAPUERAT SUUM ERAT
ET SUSCEPTUM INTULERUNT
IN TABERNACULUM TESTIMONII
IN MONUMENTO FILIORUM
ISRAHEL CORAM DNO
XXXII · FILII AUTEM RUBEN ET GAD
HABEBANT PECORA MULTA
ET ERAT ILLIS IN IUMENTIS
INFINITA SUBSTANTIA
CUMQ · UIDISSENT IAZER ET GALAAD
APTAS ALENDIS ANIMALIB ·
UENERUNT AD MOSEN ET AD ELE
AZARUM SACERDOTEM ET PRIN
CIPES MULTITUDINIS ATQ ·
DIXERUNT
ASTAROTH ET DIBON ET
IAZER ET NEMRA
ESBON ET ELEALE ET SABAM
ET NEBO ET BEON
TERRAM QUAM PERCUSSIT DNS
IN CONSPECTU FILIORUM ISRL
REGIONIS UBERRIMAE EST
AD PASTUM ANIMALIUM
ET NOS SERUI TUI HABEMUS
IUMENTA PLURIMA
PRECAMURQ · SI INUENIMUS
GRATIAM CORAM TE
UT DES NOBIS FAMULIS TUIS
EAM IN POSSESSIONEM
NEC FACIAS NOS TRANSIRE IORDANEN
QUIB · RESPONDIT MOSES
NUMQUID FRATRES UESTRI IBUNT
AD PUGNAM ET UOS HIC SEDEBITIS
CUR SUBUERTITIS MENTES
FILIORUM ISRAHEL
NE TRANSIRE AUDEANT IN LOCUM
QUEM EIS DATURUS EST DNS
NONNE ITA EGERUNT PATRES UESTRI
QUANDO MISI DE CADES BARNE
AD EXPLORANDAM TERRAM
CUMQ · UENISSENT USQ ·
AD UALLEM BOTRI
LUSTRATA OMNI REGIONE SUB

UERTERUNT COR FILIORUM ISRL
UT NON INTRARENT FINES
QUOS EIS DNS DEDIT
QUI IRATUS IURAUIT DICENS
SI UIDEBUNT HOMINES ISTI QUI
ASCENDERUNT EX AEGYPTO
A UIGINTI ANNIS ET SUPRA
TERRAM QUAM SUB IURAMENTO
POLLICITUS SUM ABRAHAM
ISAAC ET IACOB
ET NOLUERUNT SEQUI ME
PRAETER CHALEB IEPHONNE FILIU
CENEZAEUM ET IOSUE
FILIUM NUN
ISTI IMPLEUERUNT UOLUN
TATEM MEAM
IRATUSQ· DNS ADUERSUM ISRL
CIRCUMDUXIT EUM PER DESER
TUM · XL · ANNIS
DONEC CONSUMERETUR UNIUER
SA GENERATIO QUAE FECERAT
MALUM IN CONSPECTU EIUS
ET ECCE INQUIT UOS SURREXIS
TIS PRO PATRIB· UESTRIS
INCREMENTA ET ALUMNI
HOMINUM PECCATORUM
UT AUGERETIS FUROREM DNI
CONTRA ISRAHEL
QUIA SI NOLUERITIS SEQUI EUM
IN SOLITUDINEM POPULUM
DERELINQUET
ET UOS CAUSA ERITIS NECIS OMNIU
AT ILLI PROPE ACCEDENTES
DIXERUNT
CAULAS OUIUM FABRICAUIMUS
ET STABULA IUMENTORUM
PARUULIS QUOQ· NOSTRIS
URBES MUNITAS
NOS AUTEM IPSI ARMATI ET
ACCINCTI PERGEMUS AD PROE
LIUM ANTE FILIOS ISRAHEL
DONEC INTRODUCAMUS
EOS AD LOCA SUA
PARUULI NOSTRI ET QUICQUID
HABERE POSSUMUS
ERUNT IN URBIB· MURATIS PROP
TER HABITATORUM INSIDIAS
NON REUERTEMUR IN DOMOS NOS
TRAS USQUEQUO POSSIDEANT
FILII ISRAHEL HEREDITATEM SUA
NEC QUICQUAM QUAEREMUS
TRANS IORDANEN
QUIA IAM HABEMUS POSSESSIONEM
NOSTRAM IN ORIENTALI
EIUS PLAGA
QUIB· MOSES AIT
SI FACITIS QUOD PROMITTITIS
EXPEDITI PERGITE CORAM
DNO AD PUGNAM
ET OMNIS UIR BELLATOR ARMATUS
IORDANEN TRANSEAT
DONEC SUBUERTAT DNS
INIMICOS SUOS
ET SUBICIATUR EI OMNIS TERRA
TUNC ERITIS INCULPABILES ET
APUD DNM ET APUT ISRAHEL
ET OBTINEBITIS REGIONES
QUAS UULTIS CORAM DNO
SIN AUTEM QUOD DICITIS
NON FECERITIS
NULLI DUBIUM QUIN PECCETIS
IN DNM
ET SCITOTE QUONIAM PECCATUM
UESTRUM APPREHENDET UOS
AEDIFICATE ERGO URBES
PARUULIS UESTRIS
ET CAULAS AC STABULA OUIB·
AC IUMENTIS
ET QUOD POLLICITI ESTIS IMPLETE
DIXERUNTQ· FILII GAD
ET RUBEN AD MOSEN
SERUI TUI SUMUS FACIEMUS QUOD
IUBET DOMINUS NOSTER
PARUULOS NOSTROS ET MULI
ERES ET PECORA AC IUMENTA
RELINQUEMUS IN URBIB· GALAAD
NOS AUTEM FAMULI TUI OMNES
EXPEDITI PERGEMUS AD BELLU

SICUT TU DOMINE LOQUERIS
PRAECEPIT ERGO MOSES ELE
AZARO SACERDOTI ET IOSUE
FILIO NUN
ET PRINCIPIB· FAMILIARUM PER
TRIB· ISRAHEL ET DIXIT AD EOS
SI TRANSIERINT FILII GAD ET FILII
RUBEN UOBISCUM IORDANEN
OMNES ARMATI AD BELLUM
CORAM DNO
ET UOBIS FUERIT TERRA SUBIECTA
DATE EIS GALAAD IN POSSESSIONEM
SIN AUTEM NOLUERINT TRANSIRE
UOBISCUM IN TERRAM CHANAAN
INTER UOS HABITANDI ACCI
PIANT LOCA
RESPONDERUNTQ· FILII GAD
ET FILII RUBEN
SICUT LOCUTUS EST DNS SERUIS
SUIS ITA FACIEMUS
IPSI ARMATI PERGEMUS CORAM
DNO IN TERRAM CHANAAN
ET POSSESSIONEM IAM SUSCE
PISSE NOS CONFITEMUR
CIS IORDANEN
DEDIT ITAQ· MOSES FILIIS
GAD ET RUBEN
ET DIMIDIAE TRIBUI MANASSE
FILII IOSEPH
REGNUM SEON REGIS AMORRAEI
ET REGNUM OG REGIS BASAN
ET TERRAM EORUM CUM URBIB·
SUIS PER CIRCUITUM
IGITUR EXTRUXERUNT FILII GAD
DIBON ET ASTAROTH ET AROER
ET ROTH SOPHAN ET IAZER
IECBAA ET BETH NEMRA ET BET
HARAN URBES MUNITAS
ET CAULAS PECORIB· SUIS
FILII UERO RUBEN AEDIFICAUERUNT
ESEBON ET ELEALE ET CARIA
THAIM ET NABO ET BAALMEON
UERSIS NOMINIB·
SABAMA QUOQ·

IMPONENTES UOCABULA URBIB·
QUAS EXTRUXERUNT
PORRO FILII MACHIR FILII MANASSE
PERREXERUNT IN GALAAD
ET UASTAUERUNT EAM
INTERFECTO AMORRAEO
HABITATORE EIUS
DEDIT ERGO MOSES TERRAM GALAAD
MACHIR FILIO MANASSE
QUI HABITAUIT IN EA
IAIR AUTEM FILIUS MANASSE ABIIT
ET OCCUPAUIT UICOS EIUS
QUOS APPELLAUIT AUOTH IAIR
ID EST UILLAS IAIR
NOBE QUOQ· PERREXIT ET APPRE
HENDIT CANATH CUM UICULIS SUIS
UOCAUITQ· EAM EX NOMINE
SUO NOUE
xxxiii HAEC SUNT MANSIONES FILIORUM ISRL
QUI EGRESSI SUNT DE AEGYPTO
PER TURMAS SUAS IN MANU
MOSI ET AARON
QUAS DESCRIBSIT MOSES
IUXTA CASTRORUM LOCA
QUAE DNI IUSSIONE MUTABANT
xxxiiii PROFECTI IGITUR DE RAMESSE
MENSE PRIMO QUINTA DECIMA
DIE MENSIS PRIMI ALTERA
DIE PHASE
FILII ISRAHEL IN MANU EXCELSA
UIDENTIB· CUNCTIS AEGYPTIIS
ET SEPELIENTIB· PRIMOGENITOS
QUOS PERCUSSERAT DNS
NAM ET IN DIIS EORUM EXER
CUERAT ULTIONEM
CASTRAMETATI SUNT IN SOCCOTH
ET DE SOCCOTH UENERUNT
IN AETHAM QUAE EST IN EX
TREMIS FINIB· SOLITUDINIS
INDE EGRESSI UENERUNT CON
TRA PHIAHIROTH QUAE RESPI
CIT BEELSEPHON
ET CASTRAMETATI SUNT
ANTE MAGDOLUM

PROFECTIQ· DEPHIAHIROTH
TRANSIERUNT PERMEDIUM
MARE INSOLITUDINEM
ETAMBULANTES TRIB· DIEB· PER
DESERTUM AETHAM CASTRA
METATI SUNT INMARA
PROFECTIQ· DEMARA
UENERUNT INHELIM
UBI ERANT DUODECIM FONTES
AQUARUM ETPALMAE SEPTUAGINTA
IBIQ· CASTRAMETATI SUNT
SED ETINDE EGRESSI FIXERE TEN
TORIA SUPER MARE RUBRUM
PROFECTI DEMARI RUBRO CASTRA
METATI SUNT INDESERTO SIN
UNDE EGRESSI UENERUNT
INDEPHCA
PROFECTIQ· DEDEPHCA CASTRA
METATI SUNT INALUS
EGRESSI DEALUS RAPHIDIM
FIXERE TENTORIA
UBI AQUA POPULO DEFUIT
ADBIBENDUM
PROFECTIQ· DERAPHIDIM CASTRA
METATI SUNT INDESERTO SINAI
SED ETDESOLITUDINE SINAI
EGRESSI UENERUNT ADSEPUL
CHRA CONCUPISCENTIAE
PROFECTIQ· DESEPULCHRIS CON
CUPISCENTIAE CASTRAMETATI
SUNT INASEROTH
ETDEASEROTH UENERUNT
INRETHMA
PROFECTIQ· DERETHMA CASTRA
METATI SUNT INREMMON
PHARES
UNDE EGRESSI UENERUNT INLEBNA
ETDELEBNA CASTRAMETATI
SUNT INRESSA
EGRESSI DERESSA UENERUNT
INCEELATHA
UNDE PROFECTI CASTRAMETATI
SUNT INMONTE SEPHER
EGRESSI DEMONTE SEPHER
UENERUNT INARADA
INDE PROFICISCENTES CASTRA
METATI SUNT INMACELOTH
PROFECTIQ· DEMACELOTH
UENERUNT INTHAATH
DETHAATH CASTRAMETATI
SUNT INTHARE
UNDE EGRESSI FIXERE TENTO
RIA INMETHCA
ETDEMETHCA CASTRAMETATI
SUNT INESTHMONA
PROFECTIQ· DEESTHMONA
UENERUNT INMOSEROTH
ETDEMOSEROTH CASTRAMETATI
SUNT INBANEIACAN
EGRESSIQ· DEBANEIACAN UENE
RUNT INMONTEM GADGAD
UNDE PROFECTI CASTRAMETATI
SUNT INHIETEBATHA
ETDEHIETEBATHA UENE
RUNT INEBRONA
EGRESSIQ· DEEBRONA CASTRA
METATI SUNT INASIONGABER
INDE PROFECTI UENERUNT INDE
SERTUM SIN HAEC EST CADES
EGRESSIQ· DECADES CASTRAME
TATI SUNT INMONTE HOR
INEXTREMIS FINIB· TERRAE EDOM
ASCENDITQ· AARON SACERDOS
MONTEM HOR IUBENTE DNO
ETIBI MORTUUS EST
ANNO QUADRAGENSIMO EGRESSI
ONIS FILIORUM ISRAHEL EXAEGYPTO
MENSE QUINTO PRIMA DIE MENSIS
CUM ESSET ANNORUM CENTUM
UIGINTI TRIUM
AUDIUITQ· CHANANAEUS REX ARAD
QUI HABITABAT ADMERIDIEM
INTERRA CHANAAN
UENISSE FILIOS ISRAHEL
ETPROFECTI DEMONTE HOR
CASTRAMETATI SUNT INSALMONA
UNDE EGRESSI UENERUNT
INPHINON

PROFECTIQ· DE PHINON CASTRA
METATI SUNT IN OBOTH
ET DE OBOTH UENERUNT IN IEABARIM
QUAE EST IN FINIB· MOABITARUM
PROFECTIQ· DE IEABARIM FIXERE
TENTORIA IN DIBON GAD
UNDE EGRESSI CASTRA METATI
SUNT IN ELMON DEBLATHAIM
EGRESSI DE ELMON DEBLATHAIM
UENERUNT AD MONTES ABARIM
CONTRA NABO
PROFECTIQ· DE MONTIB· ABARIM
TRANSIERUNT · AD CAMPES
TRIAM MOAB SUPER IORDANEN
CONTRA HIERICHO
IBIQ· CASTRAMETATI SUNT
DE BETHSIMON USQ· AD BELSATTIM
IN PLANIORIB· LOCIS MOABITARUM
UBI LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
PRAECIPE FILIIS ISRL ET DIC AD EOS
QUANDO TRANSIERITIS IORDANEN
INTRANTES TERRAM CHANAAN
DISPERDITE CUNCTOS HABITA
TORES REGIONIS ILLIUS
CONFRINGITE TITULOS ET STATUAS
COMMINUITE
ATQ· OMNIA EXCELSA UASTATE
MUNDANTES TERRAM ET
HABITANTES IN EA
EGO ENIM DEDI UOBIS ILLAM
IN POSSESSIONEM
QUAM DIUIDETIS UOBIS SORTE
PLURIB· DABITIS LATIOREM ET
PAUCIS ANGUSTIOREM
SINGULIS UT SORS CECIDERIT ITA
TRIBUETUR HEREDITAS
PER TRIBUS ET FAMILIAS
POSSESSIO DIUIDETUR
SIN AUTEM NOLUERIS INTERFICERE
HABITATORES TERRAE
QUI REMANSERINT ERUNT UOBIS
QUASI CLAUI IN OCULIS ET LAN
CEAE IN LATERIB·
ET ADUERSABUNTUR UOBIS
IN TERRA HABITATIONIS UESTRAE
ET QUICQUID ILLIS FACERE COGI
TAUERAM UOBIS FACIAM
XX LOCUTUS EST DNS AD MOSEN
PRAECIPE FILIIS ISRAHEL
ET DICES AD EOS
CUM INGRESSI FUERITIS
TERRAM CHANAAN
ET IN POSSESSIONEM UOBIS
SORTE CECIDERIT
HIS FINIB· TERMINABITUR
PARS MERIDIANA INCIPIET A SOLI
TUDINE SIN QUAE EST
IUXTA EDOM
ET HABEBIT TERMINOS CONTRA
ORIENTEM MARE SALSISSIMUM
QUI CIRCUMIBUNT AUSTRALEM
PLAGAM PER ASCENSUM SCORPIONIS
ITA UT TRANSEANT SENNA ET
PERUENIANT IN MERIDIEM
USQ· AD CADES BARNAE
UNDE EGREDIENTUR CONFINIA
AD UILLAM NOMINE ADDAR
ET TENDENT USQ· ASEMONA
IBITQ· PER GYRUM TERMINUS
AB ASEMONA USQ· AD TOR
RENTEM AEGYPTI
ET MARIS MAGNI LITORE FINIETUR
PLAGA AUTEM OCCIDENTALIS
A MARI MAGNO INCIPIET ET IPSO
FINE CLAUDETUR
PORRO AD SEPTEMTRIONA
LEM PLAGAM
A MARI MAGNO TERMINI INCIPI
ENT PERUENIENTES USQ· AD
MONTEM ALTISSIMUM
A QUO UENIES IN EMATH USQ· AD
TERMINOS SEDADA
IBUNTQ· CONFINIA USQ· ZEPHRO
NA ET UILLAM HENAN
HII ERUNT TERMINI IN
PARTE AQUILONIS
INDE METABUNTUR FINES CON
TRA ORIENTALEM PLAGAM

de uilla benan usq· sephama
et de sephama descendent
termini in rebla contra
fontem
inde peruenient contra orien
tem ad mare chenereth
et tendent usq· iordanen
et ad ultimum salsissimo
clauduntur mari
hanc habebitis terram per
fines suos in circuitu
praecepitq· moses filiis
israhel dicens
haec erit terra quam possi
debitis sorte
et quam iussit dari dn̄s nouem
tribub· et dimidiae tribui
trib· enim filiorum ruben
per familias suas
et trib· filiorum gad iuxta
cognationum numerum
media quoq· trib· manasse
id est duae semis trib·
acceperunt partem suam
trans iordanen contra hie
richo ad orientalem plagam
et ait dn̄s ad mosen
haec sunt nomina uirorum
qui terram uobis diuident
eleazar sacerdos et iosue
filius nun et singuli princi
pes de tribub· singulis
quorum ista sunt uocabula
de tribu iuda chaleb
filius iephonne
de tribu sm̄eon samuhel
filius amiud
de tribu beniamin helidad
filius chaselon
de tribu filiorum dan
bocci filius iogli
filiorum ioseph de tribu
manasse hannihel
filius ephod
de tribu ephraim camuhel
filius sephtam
de tribu zabulon helisaphan
filius pharnach
de tribu issachar dux falti
hel filius ozan
de tribu aser hahiud
filius salomi
de tribu nepthali phedahel
filius amiud
hi sunt quib· praecepit dn̄s
ut diuiderent filiis isrl̄
terram chanaan
xxxv. haec quoq· locutus est
dn̄s ad mosen
in campestrib· moab super
iordanen contra hiericho
praecipe filiis israhel ut den
leuitis de possessionib· suis
urbes ad habitandum et
suburbana earum per
circuitum
ut ipsi in oppidis maneant
et suburbana sint peco
rib· ac iumentis
quae a muris ciuitatum for
insecus per circuitum
mille passuum spatio
tendentur
contra orientem duo
milia erunt cubiti
et contra meridiem
similiter duo milia
ad mare quoq· quod respicit
occidentem eadem
mensura erit
et septentrionalis plaga
aequali termino finietur
eruntq· urbes in medio
et foris suburbana
de ipsis autem oppidis
quae leuitis dabitis
sex erunt in fugitiuorum
auxilia separata

UT FUGIAT AD EA QUI FUDERIT
SANGUINEM
ET EXCEPTIS HIS ALIA .XL.
DUO OPPIDA
ID EST SIMUL .XL. OCTO
CUM SUBURBANIS SUIS
IPSAEQ. URBES QUAE DABUNTUR
DE POSSESSIONIB. FILIORUM ISRL
A BHIS QUI PLUS HABENT PLURES
AUFERENTUR ET QUI MINUS
PAUCIORES
SINGULI IUXTA MENSURAM
HEREDITATIS SUAE DABUNT
OPPIDA LEUITIS
XX AIT DNS AD MOSEN
LOQUERE FILIIS ISRAHEL
ET DICES AD EOS
QUANDO TRANSGRESSI FUERITIS
IORDANEN IN TERRAM CHANAAN
DECERNITE QUAE URBES ESSE
DEBEANT IN PRAESIDIA FUGITI
UORUM QUI NOLENTES SAN
GUINEM FUDERINT
IN QUIB. CUM FUGERIT PROPINQUUS
COGNATUS OCCISI EUM NON
POTERIT OCCIDERE
DONEC STET IN CONSPECTU
MULTITUDINIS ET CAUSA
ILLIUS IUDICETUR
DE IPSIS AUTEM URBIB. QUAE
AD FUGITIUORUM SUBSIDIA
SEPARANTUR
TRES ERUNT TRANS IORDANEN
ET TRES IN TERRA CHANAAN
TAM FILIIS ISRAHEL QUAM AD
UENIS ATQ. PEREGRINIS
UT CONFUGIAT AD EAS QUI NOLENS
SANGUINEM FUDERIT
SI QUIS FERRO PERCUSSERIT ET
MORTUUS FUERIT QUI
PERCUSSUS EST
REUS ERIT HOMICIDII ET IPSE
MORIETUR
SI LAPIDEM IECERIT ET ICTUS
OCCUBUERIT SIMILITER
PUNIETUR
SI LIGNO PERCUSSUS INTERIERIT
PERCUSSORIS SANGUINE
UINDICABITUR
PROPINQUUS OCCISI HOMICI
DAM INTERFICIET
STATIM UT ADPREHENDERIT
EUM PERCUTIET
SI PER ODIUM QUIS HOMINEM
IMPULERIT
UEL IECERIT QUIPPIAM
IN EUM PER INSIDIAS
AUT CUM ESSET INIMICUS
MANU PERCUSSERIT
ET ILLE MORTUUS FUERIT
PERCUSSOR HOMICIDII REUS ERIT
COGNATUS OCCISI STATIM UT IN
UENERIT EUM IUGULABIT
QUOD SI FORTUITO ET ABSQ.
ODIO ET INIMICITIIS QUIC
QUAM HORUM FECERIT
ET HOC AUDIENTE POPULO
FUERIT COMPROBATUM
ATQ. INTER PERCUSSOREM ET
PROPINQUUM SANGUINIS
QUAESTIO UENTILATA
LIBERABITUR INNOCENS
DE ULTORIS MANU
ET REDUCETUR PER SENTEN
TIAM IN URBEM AD QUAM
CONFUGERAT
MANEBITQ. IBI DONEC SACERDOS
MAGNUS QUI OLEO SCO UNCTUS
EST MORIATUR
SI INTERFECTOR EXTRA FINES
URBIUM QUAE EXULIB. DE
PUTATAE SUNT FUERIT
INUENTUS
ET PERCUSSUS AB EO QUI
ULTOR EST SANGUINIS
ABSQ. NOXA ERIT QUI EUM
OCCIDERIT
DEBUERAT ENIM PROFUGUS

usq. ad mortem pontificis
in urbe residere
postquam autem ille obierit
homicida revertetur
in terram suam
haec sempiterna erunt et
legitima in cunctis habi
tationib. vestris
homicida sub testib. punietur
ad unius testimonium nul
lus condemnabitur
non accipietis pretium ab eo
qui reus est sanguinis
statim et ipse morietur
exules et profugi ante mor
tem pontificis nullo
modo in urbes suas
reverti poterunt
ne polluatis terram
habitationis vestrae
quae insontium cruore
maculatur
nec aliter expiari potest
nisi per eius sanguinem qui
alterius sanguinem fuderit
atq. ita emundabitur ves
tra possessio me commo
rante vobiscum
ego enim sum dns qui habito
inter filios israhel.
XXXVI accesserunt autem et prin
cipes familiarum galaad
filii machir filii manasse
de stirpe filiorum ioseph
locutiq. sunt mosi coram
principib. isrl atq. dixerun
tibi dno nostro praecepit dns
ut terram sorte divideres
filiis israhel
et ut filiab. salphaad fratris
nostri dares possessionem
debitam patri
quas si alterius trib. homi
nes uxores acceperint

sequetur possessio sua
et translata ad aliam tribum
de nostra hereditate minuetur
atq. ita fiet ut cum iobeleus
id est quinquagensimus annus
remissionis advenerit
confundatur sortium
distributio
et aliorum possessio
ad alios transeat
respondit moses filiis isrl
et dno praecipiente ait
recte trib. filiorum ioseph
locuta est
et haec lex super filiab. sal
phaad a dno promulgata est
nubant quib. volunt tantum
ut suae trib. hominib.
ne commisceatur possessio
filiorum isrl de tribu
in tribum
omnes enim viri ducent uxo
res de tribu et cognatione sua
et cunctae feminae maritos
de eadem tribu accipient
ut hereditas permaneat
in familiis
nec sibi misceantur trib.
sed ita maneant ut a dno
separatae sunt
feceruntq. filiae salphaad
ut fuerat imperatum
et nubserunt maala et thersa
et egla et melcha et noa
filiis patrui sui de familia
manasse qui fuit filius ioseph
et possessio quae illis
fuerat attributa
mansit in tribu et familia
patris earum haec sunt man
data atq. iudicia quae praecepit
dns per manum mosi ad filios isrl
in campestrib. moab super ior
danen contra hiericho

I TRANS iordanen populo legem ex
planat et commemorat quemad
modum eos ortatus fuerit ut pru
dentes eligerent uiros quos iudices
constituerent. quomodo ad ter
ram promissionis miserit inspec
tores. et quod rebellas exterit
cuncta populi multitudo. et quod
propter delictum eorum. etiam
ipse moses terrae promissionis
priuaretur introitu. et ubi a dno
praecipitur ne de possessione filio
rum esau et loth aliquid contingat.
II Transitum commemorat per urbem
bar quam cappadoces possederunt.
et quomodo nuntios direxerit
ad seon et og reges amorraeorum
quos cum spreuissent praecepto
di aduersus ipsos inire certamen.
ipsisq. pulsis duab. semis trib. pos
sidenda eorum terra sit tradita.
III Hortatur populum ut praecepta
et iustitiae iudicia seruet ac faciat.
nec caerimoniis gentium dedicionem
offendant. et paterna caritate
blanditur nullum esse tam inclytam
tam gentem quae do sit proxima.
quomodo ad montem accesserint
et uocem di de medio ignis audie
rint ac decalogum in tabulis lapi
deis digito di fuisse conscriptum.
moriturum se dicit. ne idola faci
ant commonet. et quia non est
alius nisi unus ds commemorat.
quae sint separatae ciuitates
in praesidia fugitiuorum qui homi
nem occiderit nolens
IIII Ubi accito omni populo dixit se ipsum
sequestrem fuisse uel medium
inter israhelem et dnm. et quae
sint decem uerba decem per ordi
nem digerit. ortatur ut custodi
ant. ne ut transgressores pereant
V Audi isrl dns ds tuus dns unus est
et diliges dnm dm tuum hoc semper
meditandum. hoc filiis et nepotib.
commendandum. non   iendum post
deos alienos. non tacendum quod
seruierint pharaoni et eruerit
dns septem gentes ex   tinguen
das esse. quorum filiis   uel
filiab. non licet misce   ri conu
bio. non formidandum hostes
amplissimos eo quod dns tradat
eos. nihil auri uel argenti de idolis
concupiscendum. eo quod sit
anathema commemorat itinera
annorum xl per desertum prae
stitum man uestimenta uel
suppellex cetera nulla uetus
tate consumpta. pro quib. semper
dni di memores esse debeant
VI Ubi dicit ingressuram populum ter
ram quam promisit dns ds. et ad
monet ne iustitia sua sibi subiec
tam uel datam terram illam fuisse
praesumat. maxime qui semper
ad iracundiam prouocauerit dnm.
cum uitulum fabricassent. et ob
hoc ipse tabulas confregisset.
atq. pro hoc scelere praecator
accederet. deinde in sepulchris
concupiscentiae. de exploratio
rib. missis ac postea aliis tabulis
factis. arcam fabricatam et
morte aaron in monte hor.
VII Commonet nihil aliud imperare
homini dnm. nisi cultura sua
et praecepta custodienda nec
sequendum scelus transgres
sorum. benedictiones si oboedi
eris. maledictiones si neglexeris
VIII Ubi praecepit iudicia quae in terra
promissionis debeant fieri. idola
confringenda decimas. et primo
genita danda holocausta offe
renda et sacerdotes non
deserendos

VIIII De propheta falso et somniatore
de fratre filio amico et uxore sua
dentib. ire post idola lapidib. ob
ruendos. Discretione animalium
avium piscium q. mundorum et
inmu ndorum quid comedere
lice at quid ve non liceat.
anno remissionis nihil repe
tendum; egeno et pauperi nihil
negandum; de hebraeo distracto
de primogenitis reddendis. et ne
sanguinem comedatis

X Faciendum pascha et ritu sollem
nitatis eius. In iudicio personam
non accipiendam. solis et lunae
adoratores lapidib. obruendos.
Regem alterius gentis hominem
non debere constitui. et levitas
ac sacerdotes decimis et obla
tionib. esse contentos

XI Levitam venientem ex civitate sua.
lure inter fratres dni debere
fungi ministerio. maleficos
auferendos. prophetam ex
eadem gente magnum surgere.
augures extingui debere et
leges quas debeant observare

XII De proventu bellorum quomodo
progredi debeant et extinctis
hostib. nihil sertorum succidere.
de cadavere hominis iuxta urbem
reperti. de muliere pulchra et
captiva. de duab. uxorib. et filiis
earum. de filio contumace.
de peccato gravi. de inventione
reddenda. de vestitu viri et muli
eris. et diversis legib.

XIII De his quae per somnium continge
re solent et aliae leges pro ius
tificationib. promulgatae

XIIII De ingressu terrae promissionis.
et quomodo coram sacerdotib.
obtinuisse profiteantur

XV Praecepta custodienda et male
dictiones neglegentib. et benedic
tiones custodientib. et respon
sio populi dicentis amen

XVI Verba foederis replicat hortatur.
ne derelicto dno idola sequantur.
vel caerimonias gentium quarum
terram accepturi sunt
possidendam

XVII Ubi centum viginti se dicit annorum
vocat iosue verbis q. corroborat
suis ac praedicit. quod terram
ipse sorte dividat legem scrib
sit ac sacerdotib. tradidit eam q.
congregato populo legit

XVIII Ubi dns dicit ad mosen prope sunt
dies mortis tuae. voca iosue ad
ostium tabernaculi et praeci
piam ei. apparuit q. ei dns in co
lumna nubis. et pronuntiat popu
lum idola secuturum

XVIIII Moses scribit canticum et docet
filios israhel ac levitis praecepit
in arce latere pro testimonio
reponendum. Invocat contra
eos testes caelum ac terram
quod pereant. cum mala para
rint et cantat praesagum can
ticum futurorum in quo ex per
sona dni eis inproperat dicens.
ubi sunt dii tui isrl in quib. con
fidebas et cetera mirabiliter
tremescenda

XX Postquam moses omnia carminis
verba loquitur dixit ei dns eade
die. ascende montem nebo et
morere et iungeris populis tuis
et antequam ascenderet uni
versum isrl. per singulas trib.
propriis benedictionib. bene
dixit. ascenso q. vertice
montis. universam terram
promissionis aspexit ad quam
pro contradictione aquarum
contradictionis intrare non

potari ibiq. describitur mor
tuus et incognitum eius esse
sepulchrum ac talem ultra
in israhel non surrexisse
prophetam

EXPLICIUNT CAPITULA

INCIPIT LIBER DEUTERO

NOMIUM QUI HEBRA

ICE DICITUR HELLEAD

DABARIM · DO LAUDES

LEGE FELICITER · AMEN

P

ORA

O

M

E

Haec sunt verba quae locu
tus est Moses ad omnem isrl
trans iordanen in solitudine
campestri contra mare rubrū
inter pharan et thophel
et laban et aseroth
ubi auri est plurimum
undecim dieb. de horeb per
viam montis seir usq.
cades barne
quadragesimo anno undecimo
mense prima die mensis
1 Locutus est Moses ad filios isrl
omnia quae praeceperat illi
dns ut diceret eis
postquam percussit seon
regem amorraeorum qui
habitabat in esebon
et og regem basan qui mansit
in aseroth et in edrai trans
iordanen in terra moab
coepitq. Moses explanare
legem et dicere
dns ds noster locutus est ad
nos in horeb dicens
sufficit vobis quod in hoc
monte mansistis
revertimini et venite ad mon
tem amorraeorum
et ad cetera quae ei
proxima sunt
campestria atq. montana
et humiliora loca
contra meridiem et
iuxta litus maris
terram chananaeorum et libani
usq. ad flumen magnum euphrātem
en inquit tradidi vobis ingre
dimini et possidete eam
super qua iuravit dns patrib.
vestris abraham et isaac
et iacob
ut daret illam eis et semini
eorum post eos

DIXI Q· UOBIS ILLO IN TEMPORE
NON POSSUM SOLUS SUSTINERE UOS
QUIA DÑS DS UESTER MULTI
PLICAUIT UOS
ET ESTIS HODIE SICUT STELLAE
CAELI PLURIMAE
DÑS DS PATRUM UESTRORUM
ADDAT AD HUNC NUMERUM
MULTA MILIA
ET BENEDICAT UOBIS SICUT LOCUTUS EST
NON UALEO SOLUS UESTRA NEGOTIA
SUSTINERE ET PONDUS AC IURGIA
DATE E UOBIS UIROS SAPIENTES
ET GNAROS
ET QUORUM CONUERSATIO SIT
PROBATA IN TRIBUB· UESTRIS
UT PONAM EOS UOBIS PRINCIPES
TUNC RESPONDISTIS MIHI
BONA RES EST QUAM UIS FACERE
TULIQ· DE TRIBUB· UESTRIS UIROS
SAPIENTES ET NOBILES
ET CONSTITUI EOS PRINCIPES
TRIBUNOS ET CENTURIONES ET
QUINQUAGENARIOS AC DECANOS
QUI DOCERENT UOS SINGULA
PRAECEPIQ· EIS DICENS
AUDITE ILLOS ET QUOD IUSTUM
EST IUDICATE
SIUE CIUIS SIT ILLE SIUE PEREGRINUS
NULLA ERIT DISTANTIA PERSONARUM
ITA PARUUM AUDIETIS UT MAGNUM
NEC ACCIPIETIS CUIUSQUAM PER
SONAM QUIA DI IUDICIUM EST
QUOD SI DIFFICILE UOBIS ALIQUID
UISUM FUERIT
REFERTE AD ME ET EGO AUDIAM
PRAECEPIQ· OMNIA QUAE
FACERE DEBERETIS
PROFECTI AUTEM DE COREB TRAN
SIUIMUS PER HEREMUM TER
RIBILEM ET MAXIMAM
QUAM UIDISTIS
PER UIAM MONTIS AMORRAEI
SICUT PRAECEPERAT DÑS DS

NOSTER NOBIS
CUMQ· UENISSETIS IN CADES
BARNE DIXI UOBIS
UENISTIS AD MONTEM AMORRAEI
QUEM DÑS DS NOSTER DATU
RUS EST NOBIS
UIDE TERRAM QUAM DÑS
DS TUUS DAT TIBI
ASCENDE ET POSSIDE EAM
SICUT LOCUTUS EST DÑS DS
NOSTER PATRIB· TUIS
NOLI METUERE NEC QUIC
QUAM PAUEAS
ET ACCESSISTIS AD ME OMNES
ATQ· DIXISTIS
MITTAMUS UIROS QUI CON
SIDERENT TERRAM
ET RENUNTIENT PER QUOD ITER
DEBEAMUS ASCENDERE
ET AD QUAS PERGERE CIUITATES
CUMQ· MIHI SERMO PLACUISSET
MISI E UOBIS DUODECIM UIROS
SINGULOS DE TRIBUB· SUIS
QUI CUM PERREXISSENT ET ASCEN
DISSENT IN MONTANA
UENERUNT USQ· AD UALLEM BOTRI
ET CONSIDERATA TERRA SUMEN
TES DE FRUCTIB· EIUS UT OSTEN
DERENT UBERTATEM
ATTULERUNT AD NOS ATQ· DIXERUNT
BONA EST TERRA QUAM DÑS DS NOS
TER DATURUS EST NOBIS
ET NOLUISTIS ASCENDERE
SED INCREDULI AD SERMONEM
DÑI DI NOSTRI
MURMURATI ESTIS IN TABERNA
CULIS UESTRIS ATQ· DIXISTIS
ODIT NOS DÑS ET IDCIRCO EDUXIT
NOS DE TERRA AEGYPTI
UT TRADERET IN MANU AMOR
RAEI ATQ· DELERET
QUO ASCENDEMUS NUNTII TERRU
ERUNT COR NOSTRUM DICENTES
MAXIMA MULTITUDO EST

ET NOBIS STATURA PROCERIOR
URBES MAGNAE ET AD CAELUM
USQ. MUNITAE
FILIOS ENACIM UIDIMUS IBI
ET DIXI UOBIS NOLITE METUERE
NEC TIMEATIS EOS
DNS DS QUI DUCTOR EST UESTER
PRO UOBIS IPSE PUGNAUIT
SICUT FECIT IN AEGYPTO UIDEN
TIB. CUNCTIS
ET IN SOLITUDINE IPSE UIDISTI
PORTAUIT TE DNS DS TUUS
UT SOLET HOMO GESTARE PAR
UULUM FILIUM SUUM IN OMNI
UIA PER QUAM AMBULASTI
DONEC UENIRETIS AD LOCUM ISTU͞
ET NE SIC QUIDEM CREDIDISTIS
DNO DO UESTRO
QUI PRAECESSIT UOS IN UIA
ET METATUS EST LOCUM IN QUO
TENTORIA FIGERE DEBERETIS
NOCTE OSTENDENS UOBIS ITER
PER IGNEM ET DIE PER
COLUMNAM NUBIS
CUMQ. AUDISSET DNS UOCEM
SERMONUM UESTRORUM
IRATUS IURATUS ET AIT
NON UIDEBIT QUISPIAM DE
HOMINIB. GENERATIONIS
HUIUS PESSIMAE
TERRAM BONAM QUAM SUB
IURAMENTO POLLICITUS
SUM PATRIB. UESTRIS
PRAETER CHALEB FILIUM IEPHONNE
IPSE ENIM UIDEBIT EAM ET IPSI
DABO TERRAM QUAM CALCA
UIT ET FILIIS EIUS
QUIA SECUTUS EST DNM
NEC MIRANDA INDIGNATIO IN POPULU͞
CUM MIHI QUOQ. IRATUS DNS
PROPTER UOS DIXERIT
NEC TU INGREDIERIS ILLUC SED
IOSUE FILIUS NUN MINISTER
TUUS IPSE INTRAUIT. PRO TE

HUNC EXORTARE ET ROBORA ET
IPSE TERRAM SORTE DIUIDAT
ISRAHELI
PARUULI UESTRI DE QUIB. DIXISTIS
QUOD CAPTIUI DUCERENTUR
ET FILII QUI HODIE BONI AC MALI
IGNORANT DISTANTIAM
IPSI INGREDIENTUR ET IPSIS DABO
TERRAM ET POSSIDEBUNT EAM
UOS AUTEM REUERTIMINI ET ABITE
IN SOLITUDINEM PER UIAM
MARIS RUBRI
ET RESPONDISTIS MIHI
PECCAUIMUS DNO
ASCENDEMUS ATQ. PUGNABIMUS
SICUT PRAECEPIT DNS DS NR
CUMQ. INSTRUCTI ARMIS
PERGERETIS IN MONTEM
AIT MIHI DNS DIC AD EOS
NOLITE ASCENDERE NEQ. PUGNETIS
NON ENIM SUM UOBISCUM NE CA
DATIS CORAM INIMICIS UESTRIS
LOCUTUS SUM ET NON AUDISTIS
SED ADUERSANTES IMPERIO
DNI ET TUMENTES SUPERBIA
ASCENDISTIS IN MONTEM
ITAQ. EGRESSUS AMORRAEUS
QUI HABITABAT IN MONTIB.
ET OBUIAM UENIENS
PERSECUTUS EST UOS SICUT
SOLENT APES PERSEQUI
ET CECIDIT DE SEIR USQ. HORMA
CUMQ. REUERSI PLORARETIS
CORAM DNO
NON AUDIUIT UOS NEC UOCI UES
TRAE UOLUIT ADQUIESCERE
SEDISTIS ERGO IN CADES BARNE
MULTO TEMPORE
XXI. PROFECTIQ. INDE UENIMUS IN
SOLITUDINEM QUAE DUCIT
AD MARE RUBRUM
SICUT MIHI DIXERAT DNS
ET CIRCUMIUIMUS MONTEM SEIR
LONGO TEMPORE

dixitque dns ad me
sufficit uobis circumire
montem istum
ite contra aquilonem
et populo praecipe dicens
transibitis per terminos
fratrum uestrorum
filiorum esau
qui habitant in seir et time
bunt uos
uidete ergo diligenter ne
moueamini contra eos
neq. enim dabo uobis de terra
eorum quantum potest
unius pedis calcare uestigiu̅
quia in possessionem esau
dedi montem seir
cibos emetis ab eis pecunia
et comedetis
aquam emtam haurietis
et bibetis
dns ds tuus benedixit tibi in
omni opere manuum tuaru̅
nouit iter tuum quomodo
transieris solitudinem
hanc magnam per quadra
ginta annos
habitans tecum dns ds tuus
et nihil tibi defuit
cumq. transissemus fratres
nostros filios esau qui
habitabant in seir
per uiam campestrem de he
lath et de asion gaber
uenimus ad iter quod ducit
in desertum moab
dixitq. dns ad me
non pugnes contra moabitas
nec ineas aduersum eos
proelium
non enim dabo tibi quicquam
de terra eorum
quia filiis loth tradidi ar
in possessionem

emim primi fuerunt habita
tores eius
populus magnus et ualidus
et tam excelsus ut de enacim
stirpe quasi gigantes
crederentur
et essent similes filiorum enaci̅
deniq. moabitae appellant
eos emim
in seir autem prius habita
uerunt horrei
quib. expulsis atq. deletis
habitauerunt filii esau
sicut fecit israhel in terra
possessionis suae quam
dedit ei dns
surgentes autem ut transi
remus torrentem zared
uenimus ad eum
tempus autem quo ambulaui
mus de cades barne usq. ad
transitum torrentis zared
triginta octo annorum fuit
donec consumeretur omnis
generatio hominum bella
torum de castris
sicut iurauerat dns
cuius manus fuit aduersum eos
ut interirent de castrorum medio
postquam autem uniuersi
ceciderant pugnatores
/II Locutus est dns ad me dicens
tu transibis hodie terminos moab
urbem nomine ar
et accedens in uicina
filiorum ammon
caue ne pugnes contra eos
nec mouearis ad proelium
non enim dabo tibi de terra
filiorum ammon
quia filiis loth dedi eam
in possessionem
terra gigantum reputata est
et in ipsa olim habitauerunt

GIGANTES
QUOS AMMANITAE UOCANT
ZOM ZOMMIM
POPULUS MAGNUS ETMULTUS
ETPROCERAE LONGITUDINIS
SICUTENACIM QUOS DELEUIT
DNS AFACIEEORUM
ETFECITILLOS HABITARE PROEIS
SICUT FECERAT FILIIS ESAU
QUIHABITANT INSEIR
DELENS HORRAEOS ETTERRAM
EORUM ILLIS TRADENS
QUAM POSSIDENTUSQ. INPRAESENS
EUHAEOS QUOQ. QUIHABITABANT
INASERIM USQ. GAZAM
CAPPADOCES EXPULERUNT
QUIEGRESSI DECAPPADOCIADELE
UERUNT EOS ETHABITAUE
RUNT PROILLIS
SURGITE ETTRANSITE TORREN
TEM ARNON
ECCE TRADIDI INMANUS TUAS
SEONREGEM ESEBON AMOR
RAEUM ETTERRAM EIUS
INCIPE POSSIDERE ETCOMMIT
TE ADUERSUM EUM PROELIUM
HODIE INCIPIAM MITTERE TER
ROREM ATQ. FORMIDINEMTUAM
INPOPULOS QUIHABITANT
SUBOMNI CAELO
UTAUDITO NOMINE TUOPAUEANT
ETINMOREM PARTURIENTIUM
CONTREMESCANT ETDOLORE
TENEANTUR
MISI ERGONUNTIOS DESOLITU
DINE CADEMOTH
ADSEON REGEM ESEBON
UERBIS PACIFICIS DICENS
TRANSIUIMUS PERTERRAMTUAM
PUBLICA GRADIEMURUIA
NONDECLINABIMUS NEQ. ADDEX
TRAM NEQ. ADSINISTRAM
ALIMENTA PRETIOUENDE
NOBIS UTUESCAMUR

AQUAM PECUNIA TRIBUE
ETSICBIBEMUS
TANTUMEST UTNOBISCON
CEDAS TRANSITUM
SICUTFECERUNT FILII ESAU
QUIHABITANT INSEIR
ETMOABITAE QUIMORANTURINAR
DONECUENIAMUS ADIORDANEN
ETTRANSEAMUS INTERRAM
QUAM DNS DS NOSTER
DATURUS EST NOBIS
NOLUITQ. SEON REXESEBON
DARE NOBIS TRANSITUM
QUIA INDURAUERAT DNS DS TUUS
SPM EIUS ETOFFIRMAUERAT
CORILLIUS
UTTRADERETURINMANUS TUAS
SICUT NUNCUIDES
DIXITQ. DNS ADME
ECCE COEPI TRADERETIBI
SEON ETTERRAMEIUS
INCIPE POSSIDEREEAM
EGRESSUSQ. EST SEON OBUIAM
NOBIS CUMOMNIPOPULOSUO
ADPROELIUM INIESA
ETTRADIDITEUM DNS
DS NOSTER NOBIS
PERCUSSIMUSQ. EUM CUM
FILIIS ETOMNI POPULOSUO
CUNCTASQ. URBES INTEMPORE
ILLO COEPIMUS
INTERFECTIS HABITATORIB.
EARUM UIRISACMULIERIB.
ETPARUULIS
NONRELIQUIMUS INEISQUICQUAM
ABSQ. IUMENTIS QUAEINPARTEM
UENERE PRAEDANTIUM
ETSPOLIIS URBIUM QUASCEPIMUS
ABAROER QUAEEST SUPERRIPAM
TORRENTIS ARNON
OPPIDO QUODINUALLESITUM
EST USQ. GALAAD
NONFUIT UICUS ETCIUITAS
QUAENOSTRAS EFFUGERETMANUS

OMNES TRADIDIT DNS DS NR NOBIS
ABSQUE TERRA FILIORUM AMMON
AD QUAM NON ACCESSIMUS
ET CUNCTIS QUAE ADIACENT
TORRENTI IEBOC
ET URBIBUS MONTANIS UNIVER
SISQ. LOCIS
A QUIB. NOS PROHIBUIT DNS DS NR
III. ITAQ. CONVERSI ASCENDIMUS
PER ITER BASAN
EGRESSUSQ. EST OG REX BASAN
IN OCCURSUM NOBIS CUM
POPULO SUO AD BELLANDUM
IN EDRAI
DIXITQ. DNS AD ME
NE TIMEAS EUM QUIA IN MANU TUA
TRADITUS EST CUM OMNI
POPULO SUO AC TERRA SUA
FACIESQ. EI SICUT FECISTI SEON
REGI AMORRAEORUM QUI
HABITAVIT IN ESEBON
TRADIDIT ERGO DNS DS NOSTER
IN MANIB. NOSTRIS
ETIAM OG REGEM BASAN ET UNI
VERSUM POPULUM EIUS
PERCUSSIMUSQ. EOS USQ.
AD INTERNICIONEM
VASTANTES CUNCTAS CIVITATES
ILLIUS UNO TEMPORE
NON FUIT OPPIDUM QUOD
NOS EFFUGERET
SEXAGINTA URBES OMNEM
REGIONEM ARGOB REGNI
OG IN BASAN
CUNCTAE URBES ERANT MUNI
TAE MURIS ALTISSIMIS POR
TISQ. ET VECTIB.
ABSQ. OPPIDIS INNUMERIS QUAE
NON HABEBANT MUROS
ET DELEVIMUS EOS SICUT FECE
RAMUS SEON REGI ESEBON
DISPERDENTES OMNEM CIVITA
TEM VIROSQ. AC MULIERES
ET PARVULOS
IUMENTA AUTEM ET SPOLIA
URBIUM DIRIPUIMUS
TULIMUSQ. ILLO IN TEMPORE
TERRAM DE MANU DUORUM
REGUM AMORRAEORUM QUI
ERANT TRANS IORDANEN
A TORRENTE ARNON USQ.
AD MONTEM HERMON
QUEM SIDONII SARION VOCANT
AMORRAEI SANIR
OMNES CIVITATES QUAE SITAE
SUNT IN PLANITIE
ET UNIVERSAM TERRAM
GALAAD ET BASAN
USQ. SELCHA ET EDRAI
CIVITATES REGNI OG IN BASAN
SOLUS QUIPPE OG REX BASAN RESTI
TERAT DE STIRPE GIGANTUM
MONSTRATUR LECTUS EIUS FER
REUS QUI EST IN RABBATH
FILIORUM AMMON
NOVEM CUBITOS HABENS LONGI
TUDINIS ET QUATTUOR
LATITUDINIS
AD MENSURAM CUBITI VIRILIS MANUS
TERRAMQ. POSSEDIMUS
IN TEMPORE ILLO
AB AROER QUAE EST SUPER RIPAM
TORRENTIS ARNON
USQ. AD MEDIAM PARTEM
MONTIS GALAAD
ET CIVITATES ILLIUS DEDI RUBEN
ET GAD
RELIQUAM AUTEM PARTEM GALAAD
ET OMNEM BASAN REGNI OG
TRADIDI MEDIAE TRIBUI MANASSE
OMNEM REGIONEM ARGOB
CUNCTA BASAN VOCATUR
TERRA GIGANTUM
IAIR FILIUS MANASSE POSSEDIT
OMNEM REGIONEM ARGOB
USQ. AD TERMINOS GESURI
ET MACHATHI
VOCAVITQ. EX NOMINE SUO BASAN

auoth iair idest uillas iair
usq· in praesentem diem
machir quoq· dedi galaad
et tribub· ruben et gad dedi
terram galaad usq· ad tor
rentem arnon
medium torrentis et finium
usq· ad torrentem iaboc qui est
terminus filiorum ammon
et planitiem solitudinis
atq· iordanem
et terminos chenereth usq·
ad mare deserti quod est
salsissimum
ad radices montis fasga
contra orientem
praecepiq· uobis in tempore
illo dicens
dns ds uester dat uobis terrā
hanc in hereditatem
expediti praecedite fratres
uestros filios israhel
omnes uiri robusti
absq· uxorib· et paruulis
ac iumentis
noui enim quod plura
habeatis pecora
et in urbib· remanere debe
bunt quas tradidi uobis
donec requiem tribuat dns
fratrib· uestris sicut
uobis tribuit
et possideant etiam ipsi ter
ram quam daturus est eis
trans iordanem
tunc reuertetur unusquisq·
in possessionem suam
quam dedi uobis
iosue quoq· in tempore illo
praecepi dicens
oculi tui uiderunt quae fecit
dns ds uester duob· his regib·
sic faciet omnib· regnis
ad quae transiturus es

ne timeas eos dns enim ds
uester pugnauit pro uobis
praecatusq· sum dnm in
tempore illo dicens
dne ds tu coepisti ostendere
seruo tuo magnitudinem tuā
manumq· fortissimam
neq· enim est alius ds uel
in caelo uel in terra
qui possit facere opera tua
et conparari fortitudini tuae
transibo igitur et uidebo terrā
hanc optimam trans iordanen
et montem istum egregium
et libanum
iratusq· est dns mihi propter uos
nec exaudiuit me sed dixit mihi
sufficit tibi nequaquam ultra
loquaris de hac re ad me
ascende cacumen fasgae
et oculos tuos circumfer
ad occidentem et aquilonem
austrumq· et orientem et aspice
nec enim transibis iordanem istū
praecipe iosue et corrobora
eum atq· conforta
quia ipse praecedet populū
istum et diuidet eis terrā
quam uisurus es
mansimusq· in ualle con
tra fanum phogor
iiii· Et nunc israhel audi praecepta
et iudicia quae ego doceo te
ut faciens ea uiuas
et ingrediens possideas ter
ram quam dns ds patrum
uestrorum daturus est uobis
non addetis ad uerbum quod
uobis loquor nec aufe
retis ex eo
custodite mandata dni di
uestri quae ego prae
cipio uobis
oculi uestri uiderunt omnia

quae fecit dns contra
beelphegor
quomodo contriuerit omnes
cultores eius de me
dio uestri
uos autem qui adhaeretis
dno do uestro uiuitis
uniuersi usq· in praesen
tem diem
scitis quod docuerim uos
praecepta atq· iustitias
sicut mandauit mihi dns
ds meus
sic facietis ea in terra quam
possessuri estis et obser
uabitis et implebitis opere
haec est enim uestra sapien
tia et intellectus
coram populis
ut audientes uniuersi prae
cepta haec dicant
En populus sapiens et intel
legens gens magna
nec est alia natio tam gran
dis quae habeat deos
appropinquantes sibi
sicut ds noster adest cunctis
obsecrationib· nostris
quae est enim alia gens sic
inclyta ut habeat caerimo
nias iustaq· iudicia
et uniuersam legem quam
ego proponam hodie ante
oculos uestros
custodi igitur temet ipsum
et animam tuam sollicite
ne obliuiscaris uerborum
quae uiderunt oculi tui
et ne excedant de corde tuo
cunctis dieb· uitae tuae
et docebis ea filios
ac nepotes tuos
diem in quo stetisti coram
dno do tuo in horeb
quando dns locutus est
mihi dicens
congrega ad me populum ut
audiat sermones meos
et discat timere me omni tem
pore quo uiuit in terra
doceantq· filios suos
et accessistis ad radices montis
qui ardebat usq· ad caelum
erantq· in eo tenebrae
nubes et caligo
Locutusq· est dns ad uos
de medio ignis
uocem uerborum eius audis
tis et formam penitus
non uidistis
et ostendit uobis pactum suū
quod praecepit ut faceretis
et decem uerba quae scripsit
in duab· tabulis lapideis
mihiq· mandauit in illo tempo
re ut docerem uos caeri
monias et iudicia
quae facere deberetis in terra
quam possessuri estis
custodite igitur sollicite
animas uestras
non uidistis aliquam simili
tudinem in die qua locutus
est dns uobis in horeb
de medio ignis
ne forte decepti faciatis uobis
sculptam similitudinem
aut imaginem masculi
uel feminae
similitudinem omnium
iumentorum quae sunt
super terram
uel auium sub caelo uolantiū
atq· reptilium quae mouen
tur in terra
siue piscium qui sub terra
morantur in aquis
ne forte oculis eleuatis

ADCAELUM UIDEAS SOLEM ET
LUNAM ET OMNIA ASTRA CAELI
ET ERRORE DECEPTUS ADORES
EA ET COLAS
QUAE CREAUIT DNS DS TUUS IN
MINISTERIUM CUNCTIS GEN
TIB· QUAE SUB CAELO SUNT
UOS AUTEM TULIT DNS ET EDUXIT
DE FORNACE FERREA AEGYPTI
UT HABERET POPULUM HEREDI
TARIUM SICUT EST IN
PRAESENTI DIE
IRATUSQ· EST DNS CONTRA ME
PROPTER SERMONES UESTROS
ET IURAUIT UT NON TRAN
SIREM IORDANEM
NEC INGREDERER TERRAM OPTI
MAM QUAM DATURUS EST UOBIS
ECCE MORIOR IN HAC HUMO
NON TRANSIBO IORDANEN
UOS TRANSIBITIS ET POSSEDERI
TIS TERRAM EGREGIAM
CAUE NEQUANDO OBLIUISCARIS
PACTI DNI DI TUI QUOD
PEPIGIT TECUM
ET FACIAS TIBI SCALPTAM SIMILI
TUDINEM EORUM QUAE FIERI
DNS PROHIBUIT
QUIA DNS DS TUUS IGNIS CONSU
MENS EST DS AEMULATOR
SI GENUERITIS FILIOS AC NEPOTES
ET MORATI FUERITIS IN TERRA
DECEPTIQ· FECERITIS UOBIS ALI
QUAM SIMILITUDINEM
PATRANTES MALUM CORAM
DNO DO UESTRO
UT EUM AD IRACUNDIAM PROUOCETIS
TESTES INUOCO HODIE
CAELUM ET TERRAM
CITO PERITUROS UOS ESSE DE TERRA
QUAM TRANSITO IORDANE
POSSESSURI ESTIS
NON HABITABITIS IN EA
LONGO TEMPORE

SED DELEBIT UOS DNS ATQ· DISPER
GET IN OMNES GENTES
ET REMANEBITIS PAUCI IN NATIONIB·
AD QUAS UOS DUCTURUS EST DNS
IBIQ· SERUIETIS DIIS QUI HOMINUM
MANU FABRICATI SUNT
LIGNO ET LAPIDI QUI NON UIDENT
NON AUDIUNT NON COMEDUNT
NON ODORANTUR
CUMQ· QUAESIERIS IBI DNM DM
TUUM INUENIES EUM
SI TAMEN TOTO CORDE QUAESI
ERIS ET TOTA TRIBULATIONE
ANIMAE TUAE
POSTQUAM TE INUENERINT OMNIA
QUAE PRAEDICTA SUNT
NOUISSIMO TEMPORE REUER
TERIS AD DNM DM TUUM
ET AUDIES UOCEM EIUS
QUIA DS MISERICORS DNS DS TUUS EST
NON DEMITTET TE NEC
OMNINO DELEBIT
NEQ· OBLIUISCETUR PACTI IN QUO
IURAUIT PATRIB· TUIS
INTERROGA DE DIEB· ANTIQUIS
QUI FUERUNT ANTE TE
EX DIE QUO CREAUIT DS HOMI
NEM SUPER TERRAM
A SUMMO CAELO USQUE
AD SUMMUM EIUS
SI FACTA EST ALIQUANDO HUIUS
CEMODI RES AUT UMQUAM
COGNITUM EST
UT AUDIRET POPULUS UOCEM DI
LOQUENTIS DE MEDIO IGNIS
SICUT TU AUDISTI ET UIXISTI
SI FECIT DS UT INGREDERETUR
ET TOLLERET SIBI GENTEM
DE MEDIO NATIONUM
PER TEMTATIONES SIGNA
ATQ· PORTENTA
PER PUGNAM ET ROBUSTAM MANUM
EXTENTUMQ· BRACHIUM ET
HORRIBILES UISIONES

iuxta omnia quae fecit pro
vobis dns ds vester in aegypto
videntib. oculis tuis
ut scires quoniam dns ipse est
ds et non est alius praeter unum
de caelo te fecit audire vocem
suam ut doceret te
et in terra ostendit tibi
ignem suum maximum
et audisti verba illius
de medio ignis
quia dilexit patres tuos et
elegit semen eorum post eos
eduxitq. te praecedens in vir
tute sua magna ex aegypto
ut deleret nationes maximas
et fortiores te in introitu tuo
et intro duceret te daretq.
tibi terram earum in pos
sessionem sicut cernis
in praesenti die
scito ergo hodie et cogi
tato in corde tuo
quod dns ipse sit ds in caelo
sursum et in terra deor
sum et non sit alius
custodi praecepta eius atq.
mandata quae ego prae
cipio tibi
ut bene sit tibi et filiis
tuis post te
et permaneas multo tempo
re super terram
quam dns ds daturus est tibi
tunc separavit moses tres
civitates trans iordanen
ad orientalem plagam
ut confugiant ad eas qui occi
derit nolens proximum suu
nec fuerit inimicus ante unum
et alterum diem
et ad harum aliquam urbium
possit evadere
bosor in solitudine quae sita
est in terra campestri
de tribu ruben
et ramoth in galaad quae
est in tribu gad
et golam in basan quae est
in tribu manasse
ista est lex quam proposuit
moses coram filiis isrl
et haec testimonia et caeri
moniae atq. iudicia
quae locutus est ad filios isrl
quando egressi sunt
de terra aegypti
trans iordanen in valle con
tra fanum phogor
in terra seon regis amorraei
qui habitavit in esebon
quem percussit moses
filii quoq. israhel egressi
ex aegypto possederunt
terram eius
et terram og regis basan
duorum regum amorraeoru
qui erant trans iordanen
ad solis ortum
ab aroer quae sita est super
ripam torrentis arnon
usq. ad montem sion
qui est hermon
omnem planitiem trans ior
danem ad orientalem plaga
usq. ad mare solitudinis et
usq. ad radices montis
phasga

VIII Vocavitq. moses omnem
israhelem et dixit ad eum
audi israhel caerimonias
atq. iudicia
quae ego loquor in aurib.
vestris hodie
discite ea et opere complete
dns ds noster pepigit nobis
cum foedus in horeb
non cum patrib. nostris

INIIT PACTUM
SED NOBISCUM QUI IN PRAESENTI
ARUM SUMUS ET UIUIMUS
FACIE AD FACIEM LOCUTUS EST
NOBIS IN MONTE DE MEDIO IGNIS
EGO SEQUESTER ET MEDIUS FUI IN
TER DNM ET UOS IN TEMPORE ILLO
UT ADNUNTIAREM UOBIS
UERBA EIUS
TIMUISTIS ENIM IGNEM ET NON
ASCENDISTIS IN MONTEM
A ET AIT EGO DNS DS TUUS QUI EDUXI
TE DE TERRA AEGYPTI DE DOMO
SERUITUTIS
B NON HABEBIS DEOS ALIENOS
IN CONSPECTU MEO
NON FACIES TIBI SCULPTILE NEC
SIMILITUDINEM OMNIUM
QUAE IN CAELO SUNT DESUPER
ET QUAE IN TERRA DEORSUM
ET QUAE UERSANTUR IN AQUIS
NON ADORABIS EA ET NON COLES
EGO ENIM SUM DNS DS TUUS
DS AEMULATOR
REDDENS INIQUITATEM PATRUM
SUPER FILIOS IN TERTIAM ET
QUARTAM GENERATIONEM
HIS QUI ODERUNT ME
ET FACIENS MISERICORDIAM
IN MULTA MILIA DILIGENTIB·
ME ET CUSTODIENTIB·
PRAECEPTA MEA
Γ NON USURPABIS NOMEN DNI
DI TUI FRUSTRA
QUIA NON ERIT IMPUNITUS
QUI SUPER RE UANA NOMEN
EIUS ADSUMPSERIT
Δ OBSERUA DIEM SABBATI UT SCI
FICES EUM SICUT PRAECEPIT
TIBI DNS DS TUUS
SEX DIEB· OPERAUERIS ET FACI
ES OMNIA OPERA TUA
SEPTIMUS DIES SABBATI EST
ID EST REQUIEI DNI DI TUI

NON FACIES IN EO QUICQUAM OPERIS
TU ET FILIUS TUUS ET FILIA
SERUUS ET ANCILLA BOS ET ASINUS
ET OMNE IUMENTUM TUUM
ET PEREGRINUS QUI EST
INTRA PORTAS TUAS
UT REQUIESCAT SERUUS ET AN
CILLA TUA SICUT ET TU
MEMENTO QUOD ET IPSE
SERUIERIS IN AEGYPTO
ET EDUXERIT TE INDE DNS DS
TUUS IN MANU FORTI ET
BRACCHIO EXTENTO
IDCIRCO PRAECEPIT TIBI UT OB
SERUARIS DIEM SABBATI
Ε HONORA PATREM TUUM ET
MATREM SICUT PRAECEPIT
TIBI DNS DS TUUS
UT LONGO UIUAS TEMPORE ET
BENE SIT TIBI IN TERRA QUAM
DNS DS TUUS DATURUS EST TIBI
Ϛ NON OCCIDES
Z NEQ· MOECHABERIS
H FURTUMQ· NON FACIES
Θ NEC LOQ·RIS CONTRA PROXIMUM
TUUM FALSUM TESTIMONIUM
I NON CONCUPISCES UXOREM
PROXIMI TUI
NON DOMUM NON AGRUM NON
SERUUM NON ANCILLAM
NON BOBEM NON ASINUM ET UNI
UERSA QUAE ILLIUS SUNT
HAEC UERBA LOCUTUS EST DNS
AD OMNEM MULTITUDINEM
UESTRAM IN MONTE
DE MEDIO IGNIS ET NUBIS ET
CALIGINIS UOCE MAGNA
NIHIL ADDENS AMPLIUS
ET SCRIBSIT EA IN DUAB· TABULIS
LAPIDEIS QUAS TRADIDIT MIHI
UOS AUTEM POSTQUAM AUDI
STIS UOCEM DE MEDIO TENE
BRARUM ET MONTEM
ARDERE UIDISTIS

accessistis ad me omnes prin
cipes tribuum et maiores
natu atq. dixistis
ecce ostendit nobis dns ds
noster maiestatem et
magnitudinem suam
uocem eius audiuimus
de medio ignis
et probauimus hodie quod
loquente do cum homine
uixerit homo
cur ergo moriemur et deuo
rauit nos ignis hic maximus
si enim audierimus ultra
uocem dni di nri moriemur
quid est omnis caro ut audiat
uocem di uiuentis qui de
medio ignis loquitur sicut
nos audiuimus et pos
sit uiuere
tu magis accede et audi cunc
ta quae dixerit dns ds
noster tibi
loquerisq. ad nos et nos
audientes faciemus ea
quod cum audisset dns ait ad me
audiui uocem uerborum
populi huius
quae locuti sunt tibi bene
omnia sunt locuti
quis det talem eos habere
mentem ut timeant me
et custodiant uniuersa man
data mea in omni tempore
ut bene sit eis et filiis eorum
in sempiternum
uade et dic eis
reuertimini in tentoria uestra
tu uero hic sta mecum
et loquar tibi omnia mandata
et caerimonias atq. iudicia
quae docebis eos
ut faciant ea in terra quam
dabo illis in possessionem

custodite igitur et facite quae
praecepit dns ds uobis
non declinabitis neq. ad dex
tram neq. ad sinistram
sed per uiam quam praecepit
dns ds uester ambulabitis
ut uiuatis et bene sit uobis
et protelentur dies in ter
ra possessionis uestrae
haec sunt praecepta et caeri
moniae atq. iudicia quae
mandauit dns ds uester
ut docerem uos et faciatis
ea in terra ad quam trans
gredimini possidendam
ut timeas dnm dm tuum
et custodias omnia mandata
et praecepta eius
quae ego praecipio tibi et filiis
ac nepotib. tuis cunctis
dieb. uitae tuae
et prolongentur dies tui
audi israhel et obserua ut
facias et bene sit tibi et
multipliceris amplius
sicut pollicitus est dns ds
patrum tuorum tibi
terram lacte et melle
manantem
Audi israhel dns ds noster
dns unus est
diliges dnm dm tuum ex toto
corde tuo et ex tota anima
tua et ex tota fortitudine tua
eruntq. uerba haec quae ego
praecipio tibi hodie in corde tuo
et narrabis ea filiis tuis
et meditaberis in eis sedens
in domo tua
et ambulans in itinere dormi
ens atq. consurgens
et ligabis ea quasi signum
in manu tua
eruntq. et mouebuntur

INTER OCULOS TUOS
SCRIBESQ. EA IN LIMINE ET
OSTIIS DOMUS TUAE
CUMQ. INTRODUXERIT TE DNS
DS TUUS IN TERRAM
PRO QUA IURAVIT PATRIB· TUIS
ABRAHAM ISAAC ET IACOB
ET DEDERIT TIBI CIVITATES
MAGNAS ET OPTIMAS QUAS
NON AEDIFICASTI
DOMOS PLENAS CUNCTARUM
OPUM QUAS NON EXTRUXISTI
CISTERNAS QUAS NON FODISTI
VINETA ET OLIVETA QUAE
NON PLANTASTI
ET COMEDERIS ET SATU
RATUS FUERIS
CAVE DILIGENTER NE OBLIVISCA
RIS DNI DI TUI
QUI EDUXIT TE DE TERRA AEGYPTI
DE DOMO SERVITUTIS
DNM DM TUUM TIMEBIS
ET IPSI SERVIES
AC PER NOMEN ILLIUS IURABIS
NON IBITIS POST DEOS ALIENOS
CUNCTARUM GENTIUM QUAE
IN CIRCUITU VESTRO SUNT
QUONIAM DS AEMULATOR DNS
DS TUUS IN MEDIO TUI
NEQUANDO IRASCATUR FUROR
DNI DI TUI CONTRA TE
ET AUFERAT TE DESUPER
FICIE TERRAE
NON TEMTABIS DNM DM TUUM
SICUT TEMTASTI IN LOCO
TEMPTATIONIS
CUSTODI PRAECEPTA DNI DI TUI
AC TESTIMONIA ET CAERIMONIAS
QUAS PRAECEPIT TIBI
ET FAC QUOD PLACITUM EST ET
BONUM IN CONSPECTU DNI
UT BENE SIT TIBI ET INGRESSUS
POSSIDEAS TERRAM OPTIMA̅
DE QUA IURAVIT DNS PATRIB· TUIS
UT DELERET OMNES INIMICOS TUOS
CORAM TE SICUT LOCUTUS EST
CUMQ. INTERROGAVERIT TE
FILIUS TUUS CRAS DICENS
QUID SIBI VOLUNT TESTIMONIA
HAEC ET CAERIMONIAE
ATQ. IUDICIA
QUAE PRAECEPIT DNS DS NR
NOBIS DICES EI
SERVI ERAMUS PHARAONIS IN AEGYPTO
ET EDUXIT NOS DNS DE AEGYPTO
IN MANU FORTI
FECITQ. SIGNA ATQ. PRODIGIA
MAGNA ET PESSIMA IN AEGYPTO
CONTRA PHARAONEM ET OMNE̅
DOMUM ILLIUS IN CON
SPECTU NOSTRO
ET EDUXIT NOS INDE
UT INTRODUCTIS DARET TER
RAM SUPER QUA IURAVIT
PATRIB· NOSTRIS
PRAECEPITQ. NOBIS DNS UT FACI
AMUS OMNIA LEGITIMA HAEC
ET TIMEAMUS DNM DM NM
ET BENE SIT NOBIS CUNCTIS DIEB·
VITAE NOSTRAE SICUT EST HODIE
ERITQ. NOSTRI MISERICORS
SI CUSTODIERIMUS ET FECERI
MUS OMNIA PRAECEPTA EIUS
CORAM DNO DO NOSTRO
SICUT MANDAVIT NOBIS
·VII· CUM INTRODUXERIT TE DNS
DS TUUS IN TERRAM QUAM
POSSESSURUS INGREDIERIS
ET DELEVERIT GENTES MULTAS
CORAM TE
HETTHAEUM ET GERGESAEUM
ET AMORRAEUM
CHANANAEUM ET FEREZAEUM
ET EVAEUM ET IEBUSAEUM
SEPTEM GENTES MULTO MAIO
RIS NUMERI QUAM TU ES
ET ROBUSTIORES TE
TRADIDERITQ. EAS DNS

DS TUUS TIBI
PERCUTIES EAS USQ. ADIN
TERNICIONEM
NONINIBIS CUMEIS FOEDUS
NEC MISERERBERIS EARUM
NEQ. SOCIABIS CUMEIS CONIUGIA
FILIAM TUAM NONDABIS FILIO EIUS
NECFILIAM ILLIUS ACCIPIES
FILIO TUO
QUIA SEDUCET FILIUM TUUM
NESEQUATUR ME ETUT MAGIS
SERUIAT DIIS ALIENIS
IRASCETURQ. FUROR DNI
ETDELEBIT TE CITO
QUIN POTIUS HAEC FACIETIS EIS
ARAS EORUM SUBUERTITE
CONFRINGITE STATUAS
LUCOSQ. SUCCIDITE
ETSCULPTILIA COMBURITE
QUIA POPULUS SCS ES DNO DO TUO
TE ELEGIT DNS DS TUUS UTSISEI
POPULUS PECULIARIS DECUNC
TIS POPULIS QUISUNT
SUPER TERRAM
NONQUIA CUNCTAS GENTES
NUMERO UINCEBATIS
UOBIS IUNCTUS EST DNS
ETELEGIT UOS
CUM OMNIB. SITIS POPULIS
PAUCIORES
SEDQUIA DILEXIT UOS DNS
ETCUSTODIUIT IURAMENTUM
QUOD IURAUIT PATRIB. UESTRIS
EDUXITQ. UOS INMANU FORTI ET
REDEMIT DEDOMO SERUITUTIS
DEMANU PHARAONIS REGIS AEGYPTI
ETSCIES QUIA DNS DS TUUS IPSE
EST DS FORTIS ETFIDELIS
CUSTODIENS PACTUM ETMISE
RICORDIAM DILIGENTIB. SE
ETHIS QUICUSTODIUNT PRAE
CEPTA EIUS INMILLE GENERA
TIONES
ETREDDENS ODIENTIB. SE STATIM

ITAUTDISPERDAT EOS ET
ULTRA NONDIFFERAT
PROTINUS EIS RESTITUENS
QUOD MERENTUR
CUSTODI ERGO PRAECEPTA ET
CAERIMONIAS ATQ. IUDICIA
QUAE EGO MANDO TIBI
HODIE UTFACIAS
SIPOSTQUAM AUDIERIS
HAEC IUDICIA
CUSTODIERIS EA ETFECERIS
CUSTODIET ETDNS DS TUUS TIBI
PACTUM ETMISERICORDIAM
QUAM IURAUIT PATRIB. TUIS
ETDILIGET TE ACMULTIPLICABIT
BENEDICETQ. FRUCTUI UENTRIS
TUI ETFRUCTUI TERRAE TUAE
FRUMENTO TUO ATQ. UINDEMIAE
OLEO ETARMENTIS GREGIB. OUI
UM TUARUM SUPER TERRAM
PROQUA IURAUIT PATRIB. TUIS
UTDARET EAM TIBI
BENEDICTUS ERIS INTER
OMNES POPULOS
NONERIT APUD TE STERILIS
UTRIUSQ. SEXUS
TAM INHOMINIB. QUAM
INGREGIB. TUIS
AUFERET DNS A TE OMNEM
LANGUOREM
ETINFIRMITATES AEGYPTI
PESSIMAS QUAS UIDISTI
NON INFERET TIBI SEDCUNCTIS
HOSTIB. TUIS
DEUORABIS OMNES POPULOS
QUOS DNS DS TUUS DATU
RUS EST TIBI
NONPARCET EIS OCULUS TUUS
NEC SERUIES DIIS EORUM
NESINT INRUINAM TUI
SIDIXERIS INCORDE TUO PLURES
SUNT GENTES ISTAE QUAM EGO
QUOMODO POTERO DELERE EAS
NOLI METUERE SEDRECORDARE

quae fecerit dns ds tuus
pharaoni et cunctis aegyptiis
plagas maximas quas uide
runt oculi tui
et signa atq· portenta manum
q· robustam et extentum
brachium
ut educeret te dns ds tuus
sic faciet cunctis populis
quos metuis
insuper et crabrones mittet
dns ds tuus in eos
donec deleat omnes atq· disperdat
qui te fugerint et latere
potuerint
non timebis eos quia dns ds
tuus in medio tui est
ds magnus et terribilis
ipse consumet nationes has
in conspectu tuo
paulatim atq· per partes
non poteris delere eas pariter
ne forte multiplicentur con
tra te bestiae terrae
dabitq· eos dns ds tuus
in conspectu tuo
et interficiet illos donec
penitus deleantur
tradet reges eorum
in manus tuas
et disperdes nomina
eorum sub caelo
nullus poterit resistere tibi
donec conteras eos
sculptilia eorum igne conburēs
non concupisces argentum et
aurum de quib· facta sunt
neq· adsumes ex eis tibi quicquā
ne offendas propterea
quia abominatio est dni di tui
nec inferes quippiam ex idolo
in domum tuam
ne fias anathema sicut
et illud est
quasi spurcitiam detestaberis
et uelut inquinamentum ac
sordes abominationi habe
bis quia anathema est
viii Omne mandatum quod ego
praecipio tibi hodie caue
diligenter ut facias
ut possitis uiuere et multi
plicemini
ingressiq· possideatis terram
pro qua iurauit dns pa trib·
uestris
et recordaberis cuncti itine
ris per quod adduxit te dns
ds tuus xl annis per desertum
ut adfligeret te atq· temptaret
et nota fierent quae in tuo
animo uersabantur
utrum custodires mandata
illius an non
adflixit te penuria et dedit
tibi cibum manna
quem ignorabas tu et patres tui
ut ostenderet tibi quod non
in solo pane uiuat homo sed
in omni uerbo quod egre
ditur ex ore dni
uestimentum tuum quo
operiebaris nequaquam
uetustate defecit
et pes tuus non est subtritus
en quadragensimus annus est
ut recogites in corde tuo
quia sicut erudit homo filium
suum sic dns ds tuus erudiuit te
ut custodias mandata dni di tui
et ambules in uiis eius
et timeas eum
dns enim ds tuus introducet
te in terram bonam
terram riuorum aquarumq·
et fontium
in cuius campis et montib·
erumpunt fluuiorum abyssi

terram frumenti hordei
et uinearum
in qua ficus et mala granata
et olueta nascuntur
terram olei ac mellis
ubi absq. ulla penuria comede
des panem tuum
et rerum omnium abundan
tia perfrueris
cuius lapides ferrum sunt
et de montib. eius aeris
metalla fodiuntur
ut cum comederis et satia
tus fueris
benedicas dno do tuo pro ter
ra optima quam dedit tibi
observa et caue ne quando
obliuiscaris dni di tui
et neglegas mandata eius atq.
iudicia et caerimonias quas
ego praecipio tibi hodie
ne postquam comederis et
satiatus domus pulchras
aedificaueris et habita
ueris in eis
habuerisq. armenta
et ouium greges
argenti et auri cunctarum
q. rerum copiam
eleuetur cor tuum et non
reminiscaris dni di tui
qui eduxit te de terra aegypti
de domo seruitutis
et ductor tuus fuit in soli
tudine magna atq. terribili
in qua erat serpens
flatu adurens
et scorpio ac dipsas et nul
lae omnino aquae
qui eduxit riuos de petra
durissima
et cibauit te manna in solitu
dine quod nescierunt
patres tui
et postquam adflixit
ac probauit
ad extremum misertus est tui
ne diceres in corde tuo
fortitudo mea et robur
manus meae haec mihi
omnia praestiterunt
sed recorderis dni di tui
quod ipse tibi uires praebuerit
ut impleret pactum suum
super quo iurauit patrib. tuis
sicut praesens indicat dies
sin autem oblitus dni di tui secu
tus fueris alienos deos
coluerisq. illos et adoraueris
ecce nunc praedico tibi quod
omnino dispereas
sicut gentes quas deleuit
dns in introitu tuo
ita et uos peribitis si inoboedi
entes fueritis uoci dni
di uestri
VI VIIII Audi israhel tu transgredieris
hodie iordanen
ut possideas nationes maxi
mas et fortiores te
ciuitates ingentes et ad cae
lum usq. muratas
populum magnum atq.
sublimem
filios enacim quos ipse
uidisti et audisti
quib. nullus potest ex ad
uerso resistere
scies ergo hodie quod dns ds
tuus ipse transiuit ante te
ignis deuorans atq. consumens
qui conterat eos et deleat
atq. disperdat ante faciem
tuam uelociter
sicut locutus est tibi
ne dicas in corde tuo
cum deleuerit eos dns ds tuus
in conspectu tuo

PROPTER IUSTITIAM MEAM IN
TRODUXIT ME DNS UT TERRAM
HANC POSSIDEREM
CUM PROPTER IMPIETATES SUAS
ISTAE DELETAE SINT NATIONES
NEQ. ENIM PROPTER IUSTITIAS
TUAS ET AEQUITATEM CORDIS
TUI INGREDERIS UT POSSIDEAS
TERRAS EORUM
SED QUIA ILLE EGERUNT IMPIE TE
INTROEUNTE DELETAE SUNT
ET UT COMPLERET UERBUM
SUUM DNS
QUOD SUB IURAMENTO POLLICI
TUS EST PATRIB. TUIS
ABRAHAM ISAAC ET IACOB
SCITO IGITUR QUOD NON PROPTER
IUSTITIAS TUAS DNS DS TUUS
DEDERIT TIBI TERRAM HANC
OPTIMAM IN POSSESSIONEM
CUM DURISSIMAE CERUICIS
SIS POPULUS
MEMENTO ET NE OBLIUISCARIS
QUOMODO AD IRACUNDIAM
PROUOCAUERIS DNM DM
TUUM IN SOLITUDINE
EX EO DIE QUO ES EGRESSUS EX
AEGYPTO USQ. AD LOCUM ISTUM
SEMPER ADUERSUM DNM
CONTENDISTI
NAM ET IN HOREB PROUOCASTI
EUM ET IRATUS DELERE TE
UOLUIT
QUANDO ASCENDI IN MONTEM
UT ACCIPEREM TABULAS LAPIDEAS
TABULAS PACTI QUOD PEPIGIT
UOBISCUM DNS
ET PERSEUERAUI IN MONTE
XL. DIEB. AC NOCTIB.
PANEM NON COMEDENS
ET AQUAM NON BIBENS
DEDITQ. MIHI DNS DUAS TABULAS
LAPIDEAS SCRIPTAS DIGITO DI
ET CONTINENTES OMNIA UERBA

QUAE UOBIS IN MONTE LOCUTUS
EST DE MEDIO IGNIS
QUANDO CONTIO POPULI
CONGREGATA EST
CUMQ. TRANSISSENT XL. DIES
ET TOTIDEM NOCTES
DEDIT MIHI DNS DUAS TABULAS
LAPIDEAS TABULAS FOEDERIS
DIXITQ. MIHI SURGE ET DE
SCENDE HINC CITO
QUIA POPULUS TUUS QUOS
EDUXISTI DE AEGYPTO
DESERUERUNT UELOCITER UIAM
QUAM DEMONSTRASTI EIS
FECERUNTQ. SIBI CONFLATILE
RURSUMQ. AIT DNS AD ME
CERNO QUOD POPULUS ISTE
DURAE CERUICIS SIT
DEMITTE ME UT CONTERAM
EUM ET DELEAM NOMEN
EIUS SUB CAELO
ET CONSTITUAM TE SUPER GEN
TEM QUAE HAC MAIOR
ET FORTIOR SIT
CUMQ. DE MONTE ARDENTE
DESCENDEREM
ET DUAS TABULAS FOEDERIS
UTRAQ. TENEREM MANU
UIDISSEMQ. UOS PECCASSE
DNO DO UESTRO
ET FECISSE UOBIS UITULUM
CONFLATILEM AC DESERUISSE
UELOCITER UIAM EIUS QUAM
UOBIS OSTENDERAT
PROIECI TABULAS DE MANIB. MEIS
CONFREGIQ. EAS IN CON
SPECTU UESTRO
ET PROCIDI ANTE DNM SICUT
PRIUS XL. DIEB. ET NOCTIB.
PANEM NON COMEDENS
ET AQUAM NON BIBENS
PROPTER OMNIA PECCATA
UESTRA QUAE GESSISTIS
CONTRA DNM

ET EUM AD IRACUNDIAM
PROUOCASTIS
TIMUI ENIM INDIGNATIONEM
ET IRAM ILLIUS QUA ADUERSUM
UOS CONCITATUS DELERE
UOS UOLUIT
ET EXAUDIUIT ME DNS
ETIAM HAC UICE
ADUERSUM AARON QUOQ· UEHE
MENTER IRATUS UOLUIT
EUM CONTERERE
ET PRO ILLO SIMILITER
DEPRECATUS SUM
PECCATUM AUTEM UESTRUM
QUOD FECERATIS ID EST UITU
LUM ARRIPIENS IGNE COMBUSSI
ET IN FRUSTA CONMINUENS OMNI
NOQ· IN PULUEREM REDIGENS
PROIECI IN TORRENTEM QUI
DE MONTE DESCENDIT
IN INCENDIO QUOQ· ET IN TEMTA
TIONE ET IN SEPULCHRIS CON
CUPISCENTIAE PROUOCA
STIS DNM
ET QUANDO MISIT UOS DE CADES
BARNE DICENS
ASCENDITE ET POSSIDETE TER
RAM QUAM DEDIT UOBIS
ET CONTEMSISTIS IMPERIUM
DNI DI UESTRI
ET NON CREDIDISTIS EI NEQ· UOCE
EIUS AUDIRE UOLUISTIS
SED SEMPER FUISTIS REBELLES
A DIE QUA NOSSE UOS COEPI
ET IACUI CORAM DNO XL
DIEB· ET NOCTIB·
QUIB· EUM SUPPLICITER
DEPRECABAR
NE DELERET UOS UT FUERAT
COMMINATUS
ET ORANS DIXI
DNE DS NE DISPERDAS
POPULUM TUUM
ET HEREDITATEM TUAM QUAM
REDEMISTI IN MAGNITUDINE TUA
QUOS EDUXISTI DE AEGYPTO
IN MANU FORTI
RECORDARE SERUORUM TUORUM
ABRAHAM ISAAC ET IACOB
NE ASPICIAS DURITIAM POPULI
HUIUS ET IMPIETATEM
ATQ· PECCATUM
NE FORTE DICANT HABITATORES
TERRAE DE QUA EDUXISTI NOS
NON POTERAT DNS INTRODUCERE
EOS IN TERRAM QUAM POLLICI
TUS EST EIS ET ODERAT ILLOS
IDCIRCO EDUXIT UT INTER
FICERET EOS IN SOLITUDINE
QUI SUNT POPULUS TUUS
ET HEREDITAS TUA
QUOS EDUXISTI IN FORTI
TUDINE TUA MAGNA ET IN
BRACHIO TUO EXTENTO
X IN TEMPORE ILLO DIXIT DNS AD ME
DOLA TIBI DUAS TABULAS LAPIDEAS
SICUT PRIORES FUERUNT
ET ASCENDE AD ME IN MONTEM
FACIESQ· ARCAM LIGNEAM
ET SCRIBAM IN TABULIS UERBA
QUAE FUERUNT IN HIS QUAS
ANTE CONFREGISTI
PONESQ· EAS IN ARCA
FECI IGITUR ARCAM DE LIGNIS
SETTHIM
CUMQ· DOLASSEM DUAS TABU
LAS LAPIDEAS TABULAS
INSTAR PRIORUM
ASCENDI IN MONTEM HABENS
EAS IN MANIB·
SCRIBSITQ· IN TABULIS IUXTA ID
QUOD PRIUS SCRIBSERAT
UERBA DECEM QUAE LOCUTUS
EST DNS AD UOS IN MONTE
DE MEDIO IGNIS
QUANDO POPULUS CONGREGA
TUS EST ET DEDIT EAS MIHI
REUERSUSQ· DE MONTE DESCENDI

et posui tabulas in arcam
quam feceram
quae huc usq. ibi sunt sicut
mihi praecepit dns
filii autem israhel castra moue
runt ex beroth filiorum
iacan
in musera ubi aaron mortuus
ac sepultus est
pro quo sacerdotio functus
est filius eius eleazar
inde uenerunt in gad gad
de quo loco profecti castra
metati sunt in ietabatha
in terra aquarum atq. torrentium
eo tempore separauit tribum leui
ut portaret arcam foederis dni
et staret coram eo in ministerio
ac benediceret in nomine illius
usq. in praesentem diem
quam ob rem non habuit leui
partem neq. possessionem
cum fratrib. suis
quia ipse dns possessio eius est
sicut promisit ei dns ds tuus
ego autem steti in monte
sicut prius xl. dieb. ac noctib.
exaudiuitq. me dns
etiam hac uice
et te perdere noluit
dixitq. mihi uade et prae
cede populum
ut ingrediatur et posse
deat terram
quam iuraui patrib. eorum
ut traderem eis
VII Et nunc israhel quid dns ds
tuus petit a te
nisi ut timeas dnm dm tuum
et ambules in uiis eius
et diligas eum ac seruias
dno do tuo
in toto corde tuo et in
tota anima tua
custodiasq. mandata et caeri
monias eius quas ego hodie
praecipio ut bene sit tibi
en dni di tui caelum est
et caelum caeli
terra et omnia quae in ea sunt
et tamen patrib. tuis congluti
natus est dns et amauit eos
elegitq. semen eorum post eos
id est uos de cunctis gentib.
sicut hodie comprobatur
circumcidite igitur prae
putium cordis uestri
et ceruicem uestram
ne induretis amplius
quia dns ds uester ipse est ds
deorum et dns dominantium
ds magnus et potens
et terribilis
qui personam non accipit
nec munera
facit iudicium pupillo et uiduae
amat peregrinum et dat ei
uictum atq. uestitum
et uos ergo amate peregrinos
quia et ipsi fuistis aduenae
in terra aegypti
dnm dm tuum timebis
et ei seruies
ipsi adherebis iurabisq.
in nomine illius
ipse est laus tua et ds tuus
qui fecit tibi haec magna
lia et terribilia quae
uiderunt oculi tui
in septuaginta animab.
descenderunt patres
tui in aegyptum
et ecce nunc multiplica
uit te dns ds tuus sicut
astra caeli. ama itaq. XI
dnm dm tuum
et obserua praecepta eius
et caerimonias et iudicia

ATQ· MANDATA OMNI TEMPORE
COGNOSCITE HODIE QUAE IGNO
RANT FILII UESTRI
QUI NON UIDERUNT DISCIPLINAM
DNI DI UESTRI
MAGNALIA EIUS ET ROBUSTAM
MANUM EXTENTUMQ·
BRACHIUM
SIGNA ET OPERA QUAE FECIT
IN MEDIO AEGYPTI
PHARAONI REGI ET UNIUERSAE
TERRAE EIUS
OMNIQ· EXERCITUI AEGYPTI
ORUM ET EQUIS AC CURRIB·
QUOMODO OPERUERINT EOS
AQUAE RUBRI MARIS CUM UOS
PERSEQUERENTUR
ET DELEUERIT EOS DNS USQ·
IN PRAESENTEM DIEM
UOBIS QUAE FECERIT IN SOLITUDI
NE DONEC UENIRETIS
IN HUNC LOCUM
ET DATHAN ATQ· ABIRAM FILII HELIAB
QUI FUIT FILIUS RUBEN
QUOS APERTO ORE SUO
TERRA ABSORBUIT
CUM DOMIB· ET TABERNACU
LIS UNIUER SAQ· SUBSTANTIA
EORUM QUAM HABEBANT
IN MEDIO ISRAHELIS
OCULI UESTRI UIDERUNT OMNIA
OPERA DNI MAGNA QUAE FECIT
UT CUSTODIATIS UNIUERSA MAN
DATA ILLIUS QUAE EGO HODIE
PRAECIPIO UOBIS
ET POSSITIS INTROIRE ET POS
SIDERE TERRAM AD QUAM
IN GREDIMINI
MULTOQ· IN EA UIUATIS TEMPORE
QUAM SUB IURAMENTO POLLI
CITUS EST DNS PATRIB·
UESTRIS ET SEMINI EORUM
LACTE ET MELLE MANANTEM
TERRA ENIM AD QUAM INGREDI
ERIS POSSIDENDAM
NON EST SICUT TERRA AEGYPTI
DE QUA EXISTIS
UBI IACTO SEMINE IN HORTORUM
MOREM AQUAE DUCUNTUR
INRIGUAE
SED MONTUOSA EST ET CAMPESTRIS
DE CAELO SPECTANS PLUUIAS
QUAM DNS DS TUUS SEMPER
INUISIT
ET OCULI ILLIUS IN EA SUNT A PRIN
CIPIO ANNI USQ· AD FINEM EIUS
SI ERGO OBOEDIERITIS MANDATIS
MEIS QUAE HODIE PRAECI
PIO UOBIS
UT DILIGATIS DNM DM UESTRUM
ET SERUIATIS EI
IN TOTO CORDE UESTRO ET IN
TOTA ANIMA UESTRA
DABIT PLUUIAM TERRAE UESTRAE
TEMPORIBAM ET SEROTINAM
UT COLLIGATIS FRUMENTUM
UINUM ET OLEUM
FAENUMQ· EX AGRIS AD PASCENDA
IUMENTA
UT ET IPSI COMEDATIS ET SATUREMINI
CAUETE NE FORTE DECIPIATUR
COR UESTRUM ET RECEDATIS
A DNO SERUIATISQ· DIIS ALIENIS
ET ADORETIS EOS
IRATUSQ· DNS CLAUDAT CAELUM ET
PLUUIAE NON DESCENDANT NEC
TERRA DET GERMEN SUUM
PEREATISQ· UELOCITER DE TER
RA OPTIMA QUAM DNS DATU
RUS EST UOBIS
PONITE HAEC UERBA MEA IN COR III
DIB· ET IN ANIMIS UESTRIS
ET SUSPENDITE EA PRO SIGNO
IN MANIB· ET INTER OCULOS
UESTROS CONLOCATE
DOCETE FILIOS UESTROS
UT ILLA MEDITENTUR
QUANDO SEDERIS IN DOMO TUA

et ambulaueris in uia et ac
cubueris atq· surrexeris
Scribes ea super postes et ianu
as domus tuae
ut multiplicentur dies tui
et filiorum tuorum
In terra quam iurauit dns patri
b· tuis ut daret eis
quandiu caelum inminet terrae
Si enim custodieritis mandata
quae ego praecipio uobis
et feceritis ea
ut diligatis dnm dm uestrum
et ambuletis in omnib· uiis
eius adherentes ei
disperdet dns omnes gentes
istas ante faciem uestram
et possidebitis eas quae maio
res et fortiores uobis sunt
Omnis locus quem calcauerit
pes uester uester erit
A deserto et libano a flumine
magno eufraten usq· ad
mare occidentale erunt
termini uestri
Nullus stabit contra uos
terrorem uestrum et
formidinem
dabit dns ds uester super omne
terram quam calcaturi estis
sicut locutus est uobis
En propono in conspectu ues
tro hodie benedictionem
et maledictionem
Benedictionem si oboedieri
tis mandatis dni di uestri
quae ego praecipio uobis
Maledictionem si non audi
eritis mandata dni di uestri
sed recesseritis de uia quam
ego nunc ostendo uobis
et ambulaueritis post deos
alienos quos ignoratis
Cum introduxerit te dns

ds tuus in terram ad quam
pergis habitandam
pones benedictionem super
montem garizim
maledictionem super
montem hebal
qui sunt trans iordanen post
uiam quae uergit ad solis
occubitum
In terra chananaei qui habi
tant in campestribus
contra galgalam quae est iuxta
uallem tendentem et in
trantem procul
uos enim transibitis iordanen
ut possideatis terram quam
dns ds uester daturus
est uobis
et habeatis ac possideatis illa
uidete ergo ut impleatis
caerimonias atq· iudicia
quae ego hodie proponam
in conspectu uestro
XII Haec sunt praecepta atq·
iudicia quae facere debetis
In terram quam dns ds patru
tuorum daturus est tibi
ut possideas eam cunctis dieb·
quib· super humum gradieris
Subuertite omnia loca in
quib· coluerunt gentes
quas possessuri estis
deos suos
super montes excelsos et
colles et subter omne
lignum frondosum
Dissipate aras eorum et con
fringite statuas
Lucos igne conburite et
idola comminuite
Disperdite nomina eorum
de locis illis
Non facietis ita dno do uestro
sed ad locum quem elegerit

DNS DS UESTER DE CUNCTIS
TRIBUB· UESTRIS
UT PONAT NOMEN SUUM IBI
ET HABITET IN EO
UENIETIS ET OFFERETIS IN ILLO
LOCO HOLOCAUSTA ET UIC
TIMAS UESTRAS
DECIMAS ET PRIMITIAS MANUU
UESTRARUM ET UOTA ATQ·
DONARIA
PRIMOGENITA BOUM ET OUIUM
ET COMEDETIS IBI IN CONSPECTU
DNI DI UESTRI
ET LAETABIMINI IN CUNCTIS AD QUAE
MISERITIS MANUM
UOS ET DOMOS UESTRAE IN QUIB·
BENEDIXERIT UOBIS DNS
DS UESTER
NON FACIETIS IBI QUAE NOS HIC
FACIMUS HODIE SINGULI QUOD
SIBI RECTUM UIDETUR
NEQ· ENIM USQ· IN PRAESENS TEM
PUS UENISTIS AD REQUIEM
ET POSSESSIONEM QUAM DNS
DS DATURUS EST UOBIS
TRANSIBITIS IORDANEM ET HABI
TABITIS IN TERRAM QUAM DNS
DS UESTER DATURUS EST UOBIS
UT REQUIESCATIS A CUNCTIS HOS
TIB· PER CIRCUITUM
ET ABSQ· ULLO TIMORE HABITETIS
IN LOCO QUEM ELEGERIT DNS
DS UESTER
UT SIT NOMEN EIUS IN EO
ILLUC OMNIA QUAE PRAE
CIPIO CONFERETIS
HOLOCAUSTA ET HOSTIAS AC DECI
MAS ET PRIMITIAS MANUUM
UESTRARUM
ET QUIC QUID PRAECIPUUM EST
IN MUNERIB· QUAE UOUEBITIS DNO
IBI EPULABIMINI CORAM DNO
DO UESTRO
UOS ET FILII AC FILIAE UESTRAE

FAMULI ET FAMULAE ATQ· LEUI
TAE QUI IN UESTRIS URBIB·
COMMORANTUR
NEQ· ENIM HABET ALIAM PARTE
ET POSSESSIONEM INTER UOS
CAUE NE OFFERAS HOLOCAUSTA
TUA IN OMNI LOCO QUEM UIDERIS
SED IN EO QUEM ELEGERIT DNS
IN UNA TRIBUUM TUARUM
OFFERES HOSTIAS ET FACIES QUAE
CUMQ· PRAECIPIO TIBI
SIN AUTEM COMEDERE UOLUERIS
ET TE ESUS CARNIUM DELEC
TAUERIT
OCCIDE ET COMEDE IUXTA BENE
DICTIONEM DNI DI TUI
QUAM DEDIT TIBI IN URBIB· TUIS
SIUE INMUNDUM FUERIT HOC EST
MACULATUM ET DEBILE
SIUE MUNDUM HOC EST INTEGRU
ET SINE MACULA QUOD OFFERRI
LICET SICUT CAPREAM ET CER
UUM COMEDES
ABSQ· ESU DUMTAXAT SANGUINIS
QUOD SUPER TERRAM QUASI
AQUAM EFFUNDES
NON POTERIS COMEDERE IN OPPI
DIS TUIS DECIMAM FRUMENTI
ET UINI ET OLEI TUI
PRIMOGENITA ARMENTORUM
ET PECORUM
ET OMNIA QUAE UOUERIS ET SPON
TE OFFERRE UOLUERIS ET PRI
MITIAS MANUUM TUARUM
SED CORAM DNO DO TUO COMEDES EA
IN LOCO QUEM ELEGERIT DNS DS TUUS
TU ET FILIUS TUUS AC FILIA TUA
SERUUS ET FAMULA ATQ· LEUITES
QUI MANET IN URBIB· TUIS
ET LAETAUERIS ET REFICIERIS
CORAM DNO DO TUO
IN CUNCTIS AD QUAE EXTENDERIS
MANUM TUAM
CAUE NE DERELINQUAS LEUITEN

OMNI TEMPORE QUO
UERSARIS IN TERRA
QUANDO DILATAUERIT DNS DS
TUUS TERMINOS TUOS SICUT
LOCUTUS EST TIBI
ET UOLUERIS UESCI CARNIB·
QUAS DESIDERAT ANIMA TUA
LOCUS AUTEM QUEM ELEGERIT
DNS DS TUUS UT SIT NOMEN
EIUS IBI SI PROCUL FUERIT
OCCIDES DE ARMENTIS ET PECO
RIB· QUAE HABUERIS SICUT
PRAECEPIT TIBI
ET COMEDES IN OPPIDIS TUIS
UT TIBI PLACET
SICUT COMEDITUR CAPREA ET CER
UUS ITA UESCERIS EIS
ET MUNDUS ET INMUNDUS IN
COMMUNE UESCENTUR
HOC SOLUM CAUE NE SANGUINEM
COMEDAS
SANGUIS ENIM EORUM
PRO ANIMA EST
ET IDCIRCO NON DEBES ANIMAM
COMEDERE CUM CARNIB·
SED SUPER TERRAM FUNDES
QUASI AQUAM
UT SIT TIBI BENE ET FILIIS TUIS
POST TE
CUM FECERIS QUOD PLACET
IN CONSPECTU DNI
QUAE AUTEM SCIFICAUERIS
ET UOUERIS DNO
TOLLES ET UENIES AD LOCUM
QUEM ELEGERIT DNS
ET OFFERES OBLATIONES TUAS
CARNEM ET SANGUINEM SUPER
ALTARE DNI DI TUI
SANGUINEM HOSTIARUM
FUNDES IN ALTARE
CARNIB· AUTEM IPSE UESCERIS
VIIII OBSERUA ET AUDI OMNIA QUAE
EGO PRAECIPIO TIBI
UT BENE SIT TIBI ET FILIIS TUIS
POST TE USQ· IN SEMPITERNŨ
CUM FECERIS QUOD BONUM
EST ET PLACITUM IN CON
SPECTU DNI DI TUI
QUANDO DISPERDIDERIT DNS
DS TUUS ANTE FACIEM TUAM
GENTES AD QUAS INGREDIERIS
POSSIDENDAS
ET POSSIDERIS EAS ATQ· HABITA
UERIS IN TERRA EARUM
CAUE NE IMITERIS EAS POST
QUAM FUERINT TE INTRO
EUNTE SUBUERSAE
ET REQUIRAS CAERIMONIAS
EARUM DICENS
SICUT COLUERUNT GENTES ISTAE
DEOS SUOS ITA ET EGO COLAM
NEC FACIES SIMILITER DNO DO TUO
OMNES ENIM ABOMINATIONES
QUAS AUERSATUR DNS FECE
RUNT DIIS SUIS
OFFERENTES FILIOS ET FILIAS ET
COMBURENTES IGNE
QUOD PRAECIPIO TIBI HOC TANTŨ
FACITO DNO
NEC ADDAS QUICQUAM NEC MINUAS
XIII SI SURREXERIT IN MEDIO TUI PRO
PHETES AUT QUI SOMNIUM
UIDISSE SE DICAT
ET PRAEDIXERIT SIGNUM
ATQ· PORTENTUM
ET EUENERIT QUOD LOCUTUS EST
ET DIXERIT TIBI EAMUS ET SEQUA
MUR DEOS ALIENOS QUOS IGNO
RAS ET SERUIAMUS EIS
NON AUDIAS UERBA PROPHETAE
ILLIUS AUT SOMNIATORIS
QUIA TEMPTAT UOS DNS DS UESTER
UT PALAM FIAT UTRUM DILIGATIS
EUM AN NON IN TOTO CORDE
ET IN TOTA ANIMA UESTRA
DNM DM UESTRUM SEQUIMINI
ET IPSUM TIMETE
MANDATA ILLIUS CUSTODITE

ET AUDITE UOCEM EIUS
IPSI SERUIETIS ET IPSI ADHEREBITIS
PROPHETA AUTEM ILLE AUT FIC
TOR SOMNIORUM INTERFICIETUR
QUIA LOCUTUS EST UT UOS AUER
TERET A DNO DO UESTRO
QUI EDUXIT UOS DE TERRA AEGYP
TI ET REDEMIT DE DOMO
SERUITUTIS
UT ERRARE TE FACERET DE UIA
QUAM TIBI PRAECEPIT DNS DS
TUUS ET AUFERES MALUM
DE MEDIO TUI
SI TIBI UOLUERIT PERSUADERE
FRATER TUUS FILIUS MATRIS TUAE
AUT FILIUS TUUS UEL FILIA SIUE
UXOR QUAE IN SINU TUO EST
AUT AMICUS QUEM DILIGIS UT
ANIMAM TUAM CLAM DICENS
EAMUS ET SERUIAMUS DIIS ALI
ENIS QUOS IGNORAS TU
ET PATRES TUI
CUNCTARUM IN CIRCUITU GEN
TIUM QUAE IUXTA UEL PRO
CUL SUNT AB INITIO USQ. AD
FINEM TERRAE
NON ADQUIESCAS EI NEC AUDIAS
NEQ. PARCAT EI OCULUS TUUS
UT MISEREARIS ET OCCULTES
EUM SED STATIM INTERFICIES
SIT PRIMUM MANUS TUA SUPER
EUM ET POSTEA OMNIS
POPULUS MITTAT MANUM
LAPIDIB. OBRUTUS NECABITUR
QUIA UOLUIT TE ABSTRAHERE
A DNO DO TUO
QUI EDUXIT TE DE TERRA AEGYP
TI DE DOMO SERUITUTIS
UT OMNIS ISRAHEL AUDIENS TIMEAT
ET NEQUAQUAM ULTRA FACIAT
QUIPPIAM HUIUS REI SIMILE.
K SI AUDIERIS IN UNA URBIUM TUARUM
QUAS DNS DS TUUS DABIT TIBI AD
HABITANDUM DICENTES ALIQUOS

EGRESSI SUNT FILII BELIAL
DE MEDIO TUI ET AUERTERUNT
HABITATORES URBIS TUAE
ATQ. DIXERUNT
EAMUS ET SERUIAMUS DIIS ALI
ENIS QUOS IGNORATIS
QUAERE SOLLICITE ET DILIGEN
TER REI UERITATE PERSPECTA
SI INUENERIS CERTUM ESSE
QUOD DICITUR
ET ABOMINATIONEM HANC
OPERE PERPETRATAM
STATIM PERCUTIES HABITATORES
URBIS ILLIUS IN ORE GLADII
ET DELEBIS EAM OMNIA QUE QUAE
IN ILLA SUNT USQ. AD PECORA
QUICQUID ETIAM SUPELLECTILIS
FUERIT CONGREGABIS IN MEDIO
PLATEARUM EIUS
ET CUM IPSA CIUITATE SUCCENDES
ITA UT UNIUERSA CONSUMAS
DNO DO TUO
UT SIT TUMULUS SEMPITERNUS
NON AEDIFICABITUR AMPLIUS
ET NON ADHEREBIT DE ILLO
ANATHEMATE QUICQUAM
IN MANU TUA
UT AUERTATUR DNS AB IRA FURORIS SUI
ET MISEREATUR TUI MULTIPLICET
QUE TE SICUT IURAUIT
PATRIB. TUIS
QUANDO AUDIERIS UOCEM DNI DI TUI
CUSTODIENS OMNIA PRAECEPTA
EIUS QUAE EGO PRAECIPIO
TIBI HODIE
UT FACIAS QUOD PLACITUM EST
IN CONSPECTU DNI DI TUI
.XIIII. FILII ESTOTE DNI DI UESTRI
NON UOS INCIDETIS NEC FACIETIS
CALUITIUM SUPER MORTUO
QUONIAM POPULUS SCS
ES DNO DO TUO
ET TE ELEGIT UT SIS EI IN POPU
LUM PECULIAREM

DE CUNCTIS GENTIB· QUAE
SUNT SUPER TERRAM
NE COMEDATIS QUAE INMUNDA SŨT
HOC EST ANIMAL QUOD
COMEDERE DEBETIS
OVEM ET BOVEM ET CAPRAM
CERVUM ET CAPREAM ET BUBALŨ
TRAGELAPHUM PYGARGON ORY
GEM CAMELO PARDALUM
OMNE ANIMAL QUOD IN DUAS
PARTES UNGULAM FINDIT
ET RUMINAT COMEDETIS
DE HIS AUTEM QUAE RUMINANT
ET UNGULAM NON FINDUNT
COMEDERE NON DEBETIS
CAMELUM LEPOREM CHOEROGRYLLŨ
QUIA RUMINANT ET NON DIVI
DUNT UNGULAM
INMUNDA ERUNT VOBIS
SUS QUOQ· QUONIAM DIVIDIT
UNGULAM ET NON RUMINAT
INMUNDA ERIT
CARNIB· EORUM NON VESCIMINI
ET CADAVERA NON TANGETIS
HAEC COMEDETIS EX OMNIB·
QUAE MORANTUR IN AQUIS
QUAE HABENT PINNULAS
ET SQUAMAS COMEDITE
QUAE ABSQ· PINNULIS ET SQUAMIS
SUNT NON COMEDATIS QUIA
INMUNDA SUNT
OMNES AVES MUNDAS COMEDITE
INMUNDAS NE COMEDATIS
AQUILAM SCILICET ET GRYPEM
ET ALIETUM
IXON ET VULTUREM AC MILVUM
IUXTA GENUS SUUM
ET OMNI CORVINI GENERIS
STRUTIONEM AC NOCTUAM ET
LARUM ATQ· ACCIPITREM
IUXTA GENUS SUUM
HERODIUM ET CYCNUM ET
IBIN AC MERGULUM
PORPHIRIONEM ET NYCTICORACẼ

ONOCROTALUM ET CHARADRIŨ
SINGULA IN GENERE SUO
UPUPAM QUOQ· ET VESPERTILI
ONEM ET OMNE QUOD REPTAT
ET PINNULAS HABET
INMUNDUM ERIT NEC COMEDETUR
OMNE QUOD MUNDUM EST
COMEDITE
QUICQUID MORTICINUM EST
NE VESCIMINI EX EO
PEREGRINO QUI INTRA PORTAS
TUAS EST DA UT COMEDAT
AUT VENDE EI
QUIA TU POPULUS SCS̃ DÑI DĨ TUI ES
NON COQUES HEDUM IN LACTE
MATRIS SUAE
DECIMAM PARTEM SEPARABIS
DE CUNCTIS FRUCTIB· TUIS
QUAE NASCUNTUR IN TERRA
PER ANNOS SINGULOS
ET COMEDES IN CONSPECTU
DÑI DĨ TUI
IN LOCO QUEM ELEGERIT UT IN EO
NOMEN ILLIUS INVOCETUR
DECIMAM FRUMENTI TUI
ET VINI ET OLEI
ET PRIMOGENITA DE ARMENTIS
ET OVIB· TUIS
UT DISCAS TIMERE DÑM DM̃
TUUM OMNI TEMPORE
CUM AUTEM LONGIOR FUERIT
VIA ET LOCUS QUEM ELEGERIT
DÑS DS̃ TUUS TIBIQ· BENE
DIXERIT
NEC POTERIS AD EUM HAEC
CUNCTA PORTARE
VENDES OMNIA ET IN PRETIUM
REDICES
PORTABISQ· MANU TUA ET PRO
FICISCERIS AD LOCUM QUEM
ELEGERIT DÑS DS̃ TUUS
ET EMES EX EADEM PECUNIA
QUICQUID TIBI PLACUERIT
SIVE EX ARMENTIS SIVE EX OVIB·

uinum quoq· et siceram et
omne quod desiderat anima
tua et comedes coram
dno do tuo
et epulaberis tu et domus
tua et leuites qui intra
portas tuas est
caue ne derelinquas eum quia
non habet aliam partem
in possessione tua
Anno tertio separabis aliam
decimam ex omnib· quae
nascuntur tibi eo tempore
et repones intra ianuas tuas
uenietq· leuites qui aliam
non habet partem nec pos
sessionem tecum
et peregrinus et pupillus
ac uidua
qui intra portas tuas sunt
et comedent et saturabuntur
ut benedicat tibi dns ds tuus
in cunctis operib· manuum
tuarum quae feceris
7 Septimo anno facies remis
sionem
quae hoc ordine celebrabitur
cui debetur aliquid ab amico
uel proximo ac fratre suo
repetere non poterit quia
annus remissionis est dni
a peregrino et aduena exiges
ciuem et propinquum repe
tendi non habebit potestatē
et omnino indigens et men
dicus non erit inter uos
ut benedicat tibi dns in terra
quam traditurus est tibi
in possessionem
si tamen audieris uocem dni
di tui et custodieris uni
uersa quae iussit
et quae ego praecipio
tibi hodie

benedicet tibi ut pollicitus est
fenerabis gentib· multis
et ipse a nullo accipies
mutuum
dominaberis nationib· plu
rimis et tui nemo domi
nabitur
si unus de fratrib· tuis qui
morantur intra portas
ciuitatis tuae
in terra quam dns ds tuus
daturus est tibi
ad paupertatem uenerit
non obdurabis cor tuum
nec contrahes manum
sed aperies eam pauperi
et dabis mutuum
quod eum indigere perspexeris
caue ne forte obripiat tibi
impia cogitatio et dicas
in corde tuo
adpropinquat septimus
annus remissionis
et auertas oculos tuos
a paupere fratre tuo
nolens ei quod postulat
mutuum commodare
ne clamet contra te ad dnm
et fiat tibi in peccatum
sed dabis ei nec ages quippiam
callide in eius necessita
tib· subleuandis
ut benedicat tibi dns ds tuus
in omni tempore
et in cunctis ad quae manum
miseris
non deerunt pauperes in ter
ram habitationis tuae
idcirco ego praecipio tibi ut
aperias manum fratri tuo
egeno et pauperi qui tecum
uersantur in terra
cum tibi uenditus fuerit
frater tuus hebraeus

AUT HEBRAEA ET SEX ANNIS
SERUIERIT TIBI
IN SEPTIMO ANNO DIMITTES
EUM LIBERUM
ET QUEM LIBERTATE DONAUERIS
NEQUAQUAM UACUUM ABIRE
PATIERIS
SED DABIS UIATICUM DE GREGE
ET AREA ET TORCULARIO TUO
QUIB. DNS DS TUUS BENE
DIXERIT TIBI
MEMENTO TE QUOD ET IPSE SER
UIERIS IN TERRA AEGYPTI
ET LIBERAUERIT TE DNS DS TUUS
ET IDCIRCO EGO NUNC
PRAECIPIO TIBI
SIN AUTEM DIXERIT NOLO EGREDI
EO QUOD DILIGAT TE ET
DOMUM TUAM
ET BENE SIBI APUT TE
ESSE SENTIAT
ADSUMES SUBULAM ET PER
FORABIS AUREM EIUS IN
IANUA DOMUS TUAE
ET SERUIET TIBI USQ. IN AETERNU
ANCILLAE QUOQ. SIMILITER FACIES
NON AUERTES AB EIS OCULOS
TUOS QUANDO DIMISERIS
EOS LIBEROS
QUONIAM IUXTA MERCEDEM
MERCENNARII PER SEX
ANNOS SERUIUIT TIBI
UT BENEDICAT TIBI DNS DS TUUS
IN CUNCTIS OPERIB. QUAE AGIS
DE PRIMOGENITIS QUAE NAS
CUNTUR IN ARMENTIS
ET IN OUIB. TUIS
QUICQUID SEXUS EST MASCU
LINI SCIFICABITUR DNO DO TUO
NON OPERAUERIS IN PRIMO
GENITO BOUIS
ET NON TONDEBIS PRIMO
GENITA OUIUM
IN CONSPECTU DNI DI TUI
COMEDES EA PER ANNOS SINGULOS
IN LOCO QUEM ELEGERIT TU
ET DOMUS TUA
SIN AUTEM HABUERIT MACULAM
ET UEL CLAUDUM FUERIT
UEL CAECUM
AUT IN ALIQUA PARTE DEFORME
AUT DEBILE
NON IMMOLABITUR DNO DO TUO
SED INTRA PORTAS URBIS TUAE
COMEDES ILLUD
TAM MUNDUS QUAM INMUNDUS
SIMILITER UESCENTUR EIS
QUASI CAPREA ET CERUO
HOC SOLUM OBSERUABIS UT SAN
GUINEM EORUM NON COMME
DAS SED EFFUNDES IN TER
RAM QUASI AQUAM
XVI OBSERUA MENSEM NOUARUM
FRUGUM ET UERNI PRIMUM
TEMPORIS UT FACIAS PHASE
DNO DO TUO
QUONIAM IN ISTO MENSE
EDUXIT TE DNS DS TUUS
DE AEGYPTO NOCTE
IMMOLABISQ. PHASE DNO DO
TUO DE OUIB. ET DE BUB.
IN LOCO QUEM ELEGERIT DNS
DS TUUS UT HABITET
NOMEN EIUS IBI
NON COMEDES IN EO PANEM
FERMENTATUM
SEPTEM DIEB. COMEDES ABSQ.
FERMENTO ADFLICTIONIS
PANEM
QUONIAM IN PAUORE EGRESSUS
ES DE AEGYPTO
UT MEMINERIS DIEI EGRESSI
ONIS TUAE DE AEGYPTO OMNIB.
DIEB. UITAE TUAE
NON APPAREBIT FERMENTUM
IN OMNIB. TERMINIS TUIS
SEPTEM DIEB.
ET NON MANEBIT DE CARNIB. EIUS

quod immolatum est uespe
ri in die primo mane
non poteris immolare phase
in qualibet urbium tuarum
quas dns ds tuus daturus
est tibi
sed in loco quem elegerit
dns ds tuus ut habitet
nomen eius ibi
immolabis phase uesperi
ad solis occasum quando
egressus es de aegypto
et coques et comedes in loco
quem elegerit dns ds tuus
mane quoq· consurgens
uades in tabernaculo
sex dieb· comedes azyma
et in die septimo quia collec
ta est dni di tui non facies opus
septem ebdomadas numera
bis tibi ab ea die qua falcem
in segetem miseris
et celebrabis diem festum
ebdomadarum dno do tuo
oblationem spontaneam
manus tuae quam offeres
iuxta benedictionem dni
di tui et epulaueris
coram dno do tuo
tu et filius tuus et filia tua
seruus tuus et ancilla
et leuites qui est intra por
tas tuas et aduena ac pupil
lus et uidua qui morantur
uobiscum
in loco quem elegerit dns
ds tuus ut habitet
nomen eius ibi
et recordaueris quoniam
seruus fueras in aegypto
custodiesq· ac facies
quae praecepta sunt
sollemnitatem quoq· taber
naculorum celebrabis
per septem dies
quando collegeris de area et
de torculari fruges tuas
et epulaberis in festiui
tate tua
tu et filius tuus et filia ser
uus tuus et ancilla
leuites quoq· et aduena et
pupillus ac uidua qui intra
portas tuas sunt
septem dieb· dno do tuo
festa celebrabis
in loco quem elegerit dns
benedicetq· tibi dns ds tuus
in cunctis frugib· tuis et in
omni opere manuum tua
rum erisq· in laetitia
trib· uicib· per annum
apparebit omne masculinum
tuum in conspectu dni di tui
in loco quem elegerit
in sollemnitate azymorum
et in sollemnitate
ebdomadarum
et in sollemnitate
tabernaculorum
non apparebit ante
dnm uacuus
sed offeret unusquisq·
secundum quod habuerit
iuxta benedictionem dni di
sui quam dederit ei
iudices et magistros
constitues
in omnib· portis tuis quas
dns ds tuus dederit tibi
per singulas trib· tuas
ut iudicent populum
iusto iudicio
nec in alteram partem
declinent
non accipies personam
nec munera
quia munera excaecant

oculos sapientium et mu
 tant verba iustorum
iuste quod iustum est
 persequeris
ut vivas et possideas terram
 quam dns ds tuus dederit tibi
non plantabis lucum et om
 nem arborem iuxta altare
 dni di tui
nec facies neque constitues
 statuam
quae odit dns ds tuus.
XVII non immolabis dno do tuo
 bovem et ovem in quo est
 macula aut quippiam viti
quia abominatio est dno do tuo
cum reperti fuerint apud te
 intra unam portarum tua
 rum quas dns ds tuus
 dabit tibi
vir aut mulier qui faciant
 malum in conspectu
 dni di tui
et transgrediantur
 pactum illius
ut vadant et serviant diis
 alienis et adorent eos
solem et lunam et omnem
 militiam caeli quae
 non praecepit
et hoc tibi nuntiatum fuerit
audiensque inquisieris diligen
 ter et verum esse
 reppereris
et abominatio facta est
 in israhel
educes virum ac mulierem
 qui rem sceleratissimam
 perpetrarunt ad portas
 civitatis tuae
et lapidib. obruentur
In ore duorum aut trium
 testium peribit qui
 interficietur
Nemo occidatur uno contra
 se dicente testimonium
manus testium prima
 interficiet eum
et manus reliqui populi
 extrema mittetur
ut auferas malum de medio tui
si difficile et ambiguum apud
 te iudicium esse perspexeris
Inter sanguinem et sangui
 nem causam et causam
 lepram et non lepram
et iudicum intra portas tuas
 videris verba variari
surge et ascende ad locum
 quem elegerit dns ds tuus
veniesque ad sacerdotes
 levitici generis
et ad iudicem qui fuerit
 illo tempore
quaerisque ab eis qui indicabunt
 tibi iudicii veritatem
et facies quodcumque dixerint
qui praesunt loco quem
 elegerit dns
et docuerint te iuxta
 legem eius
sequeris sententiam eoru
 nec declinabis ad dextram
 vel ad sinistram
qui autem superbierit nolens
 oboedire sacerdotis
 imperio
qui eo tempore ministrat
 dno do tuo
et decreto iudicis
morietur homo ille et aufe
 res malum de medio isrl
cunctusque populus
 audiens timebit
ut nullus deinceps intu
 mescat superbia
cum ingressus fueris terram
 quam dns ds tuus dabit tibi

ET POSSIDERIS EAM HABITA
UERISQ· IN ILLA
ET DIXERIS CONSTITUAM SUPER
ME REGEM SICUT HABENT
OMNES PER CIRCUITUM NATIONES
EUM CONSTITUES QUEM DNS
DS TUUS ELEGERIT DE NUME
RO FRATRUM TUORUM
NON POTERIS ALTERIUS GENTIS
HOMINEM REGEM FACERE
QUI NON SIT FRATER TUUS
CUMQ· FUERIT CONSTITUTUS
NON MULTIPLICABIT SIBI EQUOS
NEC REDUCET POPULUM IN
AEGYPTUM EQUITATUS NUME
RO SUBLEUATUS
PRAESERTIM CUM DNS
PRAECEPERIT UOBIS
UT NEQUAQUAM AMPLIUS PER
EANDEM UIAM REUERTAMINI
NON HABEBIT UXORES PLURIMAS
QUAE INLICIANT ANIMUM EIUS
NEQ· AURI ET ARGENTI IN
MENSA PONDERA
POSTQUAM AUTEM SEDERIT
IN SOLIO REGNI SUI
DESCRIBET SIBI DEUTHERONO
MIUM LEGIS HUIUS IN UOLUMINE
ACCIPIENS EXEMPLAR A SACER
DOTIB· LEUITICAE TRIB·
ET HABEBIT SECUM LEGETQ·
ILLUT OMNIB· DIEB· UITAE SUAE
UT DISCAT TIMERE DNM DM SUU
ET CUSTODIRE UERBA ET CAERI
MONIAS EIUS QUAE LEGE
PRAECEPTA SUNT
NEC ELEUETUR COR EIUS IN SUPER
BIAM SUPER FRATRES SUOS
NEQ· DECLINET IN PARTEM DEX
TRAM UEL SINISTRAM
UT LONGO TEMPORE REGNET
IPSE ET FILII EIUS SUPER ISRL
XVIII NON HABEBUNT SACERDOTES
ET LEUITAE ET OMNES QUI
DE EADEM TRIBU SUNT
PARTEM ET HEREDITATEM CUM
RELIQUO POPULO ISRL
QUIA SACRIFICIA DNI ET OBLATIO
NES EIUS COMEDENT
ET NIHIL ALIUD ACCIPIENT DE POS
SESSIONE FRATRUM SUORUM
DNS ENIM IPSE EST HEREDITAS
EORUM SICUT LOCUTUS EST ILLIS
HOC ERIT IUDICIUM SACERDO
TUM A POPULO ET AB HIS QUI
OFFERUNT UICTIMAS
SIUE BOUEM SIUE OUEM
IMMOLAUERINT
DABUNT SACERDOTI ARMUM
AC UENTRICULUM
PRIMITIAS FRUMENTI
ET UINI ET OLEI
ET LANARUM PARTEM EX
OUIUM TONSIONE
IPSUM ENIM ELEGIT DNS DS TUUS
DE CUNCTIS TRIBUB· TUIS
UT STET ET MINISTRET NOMINI
DNI IPSE ET FILII EIUS IN
SEMPITERNUM
XI SI EXIERIT LEUITES DE UNA
URBIUM TUARUM EX OMNI
ISRAHEL IN QUA HABITAT
ET UOLUERIT UENIRE DESIDE
RANS LOCUM QUEM ELEGERIT
DNS MINISTRABIT IN NOMINE
DI SUI
SICUT OMNES FRATRES EIUS
LEUITAE QUI STABUNT EO TEM
PORE CORAM DNO
PARTEM CIBORUM EANDEM
ACCIPIET QUAM CETERI
EXCEPTO EO QUOD IN URBE SUA
EX PATERNA EI SUCCESSIONE
DEBETUR
QUANDO INGRESSUS FUERIS TER
RAM QUAM DNS DS TUUS
DABIT TIBI
CAUE NE IMITARE UELIS ABOMI

NATIONES ILLARUM GENTIUM
NEC INUENIATUR IN TE QUI LUSTRET
FILIUM SUUM AUT FILIAM
DUCENS PER IGNEM
AUT QUI ARIOLOS SCISCITETUR
ET OBSERUET SOMNIA
ATQ. AUGURIA
NEC SIT MALEFICUS
NEC INCANTATOR
NEC PITONES CONSULAT
NEQ. DIUINOS
ET QUAERAT A MORTUIS UERITATE
OMNIA ENIM HAEC ABOMINA
BITUR DNS
ET PROPTER ISTIUS MODI SCE
LERA DELEBIT EOS IN IN
TROITU TUO
PERFECTUS ERIS ABSQ. MACULA
CUM DNO DO TUO
GENTES ISTAE QUARUM POSSI
DEBIS TERRAM AUGURES ET
DIUINOS AUDIUNT
TU AUTEM A DNO DO TUO ALITER
INSTITUTUS ES
PROPHETAM DE GENTE TUA
ET DE FRATRIB. TUIS
SICUT ME SUSCITAUIT TIBI
DNS DS TUUS
IPSUM AUDIES UT PETISTI A DNO
DO TUO IN CHOREB
QUANDO CONTIO CONGREGATA
EST ATQ. DIXISTI
ULTRA NON AUDIAM UOCEM
DNI DI MEI
ET IGNEM HUNC MAXIMUM
AMPLIUS NON UIDEBO NE MORIAR
ET AIT DNS MIHI BENE OMNIA
SUNT LOCUTI
PROPHETAM SUSCITABO EIS
DE MEDIO FRATRUM SUORUM
SIMILEM TUI
ET PONAM UERBA MEA IN ORE EIUS
LOQUITURQ. AD EOS OMNIA
QUAE PRAECEPERO ILLI
QUI AUTEM UERBA EIUS QUAE
LOQUETUR IN NOMINE MEO
AUDIRE NOLUERIT EGO
ULTOR EXISTAM
PROPHETA AUTEM QUI ADROGAN
TIA DEPRAUATUS
UOLUERIT LOQUI IN NOMINE MEO
QUAE EGO NON PRAECEPI ILLI
UT DICERET
AUT EX NOMINE ALIENORUM
DEORUM INTERFICIETUR
QUOD SI TACITA COGITATIONE
RESPONDERIS
QUOMODO POSSUM INTELLE
GERE UERBUM QUOD NON EST
LOCUTUS DNS
HOC HABEBIS SIGNUM QUOD IN
NOMINE DNI PROPHETA ILLE
PRAEDIXERIT ET NON EUENERIT
HOC DNS NON EST LOCUTUS
SED PER TUMOREM ANIMI SUI
PROPHETA CONFINXIT
ET IDCIRCO NON TIMEBIS EUM
CUM DISPERDIDERIT DNS DS TUUS
GENTES QUARUM TIBI TRADI
TURUS EST TERRAM
ET POSSIDERIS EAM HABITAUE
RISQ. IN URBIB. EIUS ET IN AEDIB.
TRES CIUITATES SEPARABIS TIBI
IN MEDIO TERRAE QUAM DNS
DS TUUS DABIT TIBI IN POS
SESSIONEM
STERNENS DILIGENTER UIAM
ET IN TRES AEQUALITER PARTES
TOTAM TERRAE TUAE PROUIN
CIAM DIUIDES
UT HABEAT E UICINO QUI PROPTER
HOMICIDIUM PROFUGUS EST
QUO POSSIT EUADERE
HAEC ERIT LEX HOMICIDAE FUGI
ENTIS CUIUS UITA SERUANDA EST
QUI PERCUSSERIT PROXIMUM
SUUM NESCIENS
ET QUI HERI ET NUDIUS TERTIUS

nullum contra eum habu
isse odium conprobatur
sed abisse simpliciter cum eo
in silvam ad ligna caedenda
et in succisione lignorum secu
ris fugerit manu
ferrumq. lapsum de manubrio
amicum eius percusserit
et occiderit
hic ad unam supradictarum
urbium confugiet et vivet
ne forsitan proximus eius
cuius effusus est sanguis
dolore stimulatus perse
quatur et adprehendat
eum si longior via fuerit
et percutiat animam eius
qui non est reus mortis
quia nullum contra eum
qui occisus est odium prius
habuisse monstratur
idcirco praecipio tibi ut tres
civitates aequales inter
se spatii dividas
cum autem dilataverit dns
ds tuus terminos tuos
sicut iuravit patrib. tuis
et dederit tibi cunctam ter
ram quam eis pollicitus est
si tamen custodieris man
data eius et feceris quae
hodie praecipio tibi
ut diligas dnm dm tuum
et ambules in viis eius
omni tempore
addes tibi alias tres civitates
et supradictarum trium
urbium numerum
duplicabis
ut non effundatur sanguis
innoxius
in medio terrae quam dns
ds tuus dabit tibi possiden
dam ne sis sanguinis reus

siquis autem odio habens proxi
mum suum insidiatus fue
rit vitae eius
surgensq. percusserit illum
et mortuus fuerit
fugeritq. ad unam de supra
dictis urbib.
mittent seniores civitatis
illius et arripient eum
de loco effugii
tradentq. in manu proximi
cuius sanguis effusus est
et morietur nec misere
beris eius
et auferes noxium sanguinem
de israhel ut bene sit tibi
non adsumes et transferes
terminos proximi tui
quos fixerunt priores
in possessione tua
quam dns ds tuus dabit tibi
in terra quam acceperis
possidendam
non stabit testis unus
contra aliquem
quicquid illud peccati et
facinoris fuerit
sed in ore duorum aut trium
testium stabit omne verbū
si steterit testis mendax
contra hominem
accusans eum praevaricationis
stabunt ambo quorum causa
est ante dnm
in conspectu sacerdotum
et iudicum qui fuerint
in dieb. illis
cumq. diligentissime
perscrutantes
invenerint falsum testem
dixisse contra fratrem
suum mendacium
reddent ei sicut fratri suo
facere cogitavit

et auferes malum de medio tui
ut audientes ceteri timo
rem habeant
et nequaquam
talia audeant facere
non misereberis eius sed
animam pro anima
oculum pro oculo
dentem pro dente
manum pro manu pedem
pro pede exiges
XII Si exieris ad bellum
contra hostes tuos
et uideris equitatum et currus
et maiorem quam tu habes
aduersarii exercitus
multitudinem
non timebis eos quia dns
ds tuus tecum est
qui eduxit te de terra aegypti
ad propinquante autem
iam proelio
stabit sacerdos ante aciem et
sic loquitur ad populum
audi israhel, uos hodie contra
inimicos uestros pugnam
committitis non perti
mescat cor uestrum
nolite metuere nolite cedere
nec formidetis eos
quia dns ds uester in medio
uestri est
et pro uobis contra aduersa
rios dimicabit
ut eruat uos de periculo
duces quoq. per singulas
turmas audiente exer
citu proclamabunt
quis est homo qui aedifica
uit domum nouam et non
dedicauit eam
uadat et reuertatur
in domum suam
ne forte moriatur in bello
et alius dedicet illam
quis est homo qui plan
tauit uineam
et necdum eam fecit esse
communem et de qua uesci
omnib. liceat
uadat et reuertatur
in domum suam
ne forte moriatur in bello
et alius homo eius fungatur
officio
quis est homo qui despondit
uxorem et non accepit eam
uadat et reuertatur
in domum suam
ne forte moriatur in bello
et alius homo accipiat eam
his dictis addent reliqua et
loquentur ad populum
quis est homo formidolo
sus et corde pauido
uadat et reuertatur
in domum suam
ne pauere faciat corda
fratrum suorum
sicut ipse timore per
territus est
cumq. siluerint exercitus
duces et finem loquendi
fecerint
unusquisq. suos ad bellandū
cuneos praeparauit
si quando accesseris ad ex
pugnandam ciuitatem
offeres ei primum pacem
si receperint et aperuerint
tibi portas
cunctus populus qui in ea
est saluabitur
et seruiet tibi sub tributo
si autem foedus inire noluerī
et receperint contra te
bellum
obpugnabis eam

cumq. tradiderit dns ds
tuus illam in manu tua
percuties omne quod in ea
generis masculini est
in ore gladii
absq. mulierib. et infantib.
iumentis et ceteris quae
in ciuitate sunt
omnem praedam exercitui
diuides
et comedes de spoliis
hostium tuorum
quae dns ds tuus dederit tibi
sic facies cunctis ciuitatib.
quae te procul ualde sunt
et non sunt de his urbib. quas in
possessionem accepturus es
de his autem ciuitatib.
quae dabuntur tibi
nullum omnino per
mittis uiuere
sed interficies in ore gladii
hettheum uidelicet et
amorraeum et chananaeum
pherezaeum et euaeum
et iebusaeum
sicut praecepit tibi dns ds tuus
ne forte doceant uos facere
cunctas abominationes
quas ipsi operati sunt diis suis
et peccetis in dnm dm uestrum
quando obsederis ciuitatem
multo tempore et muni
tionib. circumdederis
ut expugnes eam
non succides arbores
de quib. uesci potest
nec securib. per circuitum
debes uastare regionem
quoniam lignum est
et non homo
nec potest bellantium con
tra te augere numerum
si qua autem ligna non sunt

pomifera sed agrestia in
ceteros apta usus
succide et extrue
machi nas
donec capias ciuitatem
quae contra te dimicat
quando inuentum fuerit
in terram quam dns ds tuus
daturus est tibi
hominis cadauer occisi et
ignoratur caedis reus
egredientur maiores natu
et iudices tui
et metientur a loco cadaueris
singularum per circuitum
spatia ciuitatum
et quam uiciniorem cete
ris esse perspexerint
seniores ciuitatis eius tol
lent uitulam de armento
quae non traxit iugum nec
terram scindit uomere
et ducent eam ad uallem
asperam atq. saxosam
quae numquam arata est
nec sementem recepit
et caedent in ea ceruices uitulae
accedentq. sacerdotes
filii leui
quos elegerit dns ds tuus
ut ministrent ei
et benedicant in nomine eius
et ad uerbum eorum omne
negotium et quid mun
dum uel inmundum est
iudicetur
et maiores natu ciuitatis
illius ad interfectum
lauabuntq. manus suas
super uitulam
quae in ualle percussa est
et dicent
manus nostrae non effun
derunt hunc sanguinem

NEC OCULI UIDERUNT
PROPITIUS ESTO POPULO TUO
ISRL QUEM REDEMISTI DNE
ET NON REPUTES SANGUINEM
INNOCENTEM IN MEDIO
POPULI TUI ISRAHEL
ET AUFERETUR AB EIS REATUS
SANGUINIS
TU AUTEM ALIENUS ERIS AB IN
NOCENTIS CRUORE QUI
FUSUS EST CUM FECERIS
QUOD PRAECEPIT DNS
SI EGRESSUS FUERIS AD PUGNAM
CONTRA INIMICOS TUOS ET
TRADIDERIT EOS DNS DS TUUS
IN MANU TUA CAPTIUOSQ. DUX
ERIS · ET UIDERIS IN NUMERO
CAPTIUORUM MULIEREM
PULCHRAM
ET ADAMAUERIS EAM UOLUE
RISQ. HABERE UXOREM
INTRODUCES IN DOMUM TUAM
QUAE RADET CESARIEM ET CIR
CUMCIDET UNGUES
ET DEPONET UESTEM
IN QUA CAPTA EST
SEDENSQ. IN DOMO TUA FLEUIT
PATREM ET MATREM SUAM
UNO MENSE
ET POSTEA INTRABIS AD EAM
DORMIESQ. CUM ILLA
ET ERIT UXOR TUA
SIN AUTEM POSTEA NON SEDE
RIT ANIMO TUO
DIMITTIS EAM LIBERAM NEC
UENDERE POTERIS PECUNIA
NEC OPPRIMES PER POTENTIAM
QUIA HUMILIASTI EAM
SI HABUERIT HOMO UXORES DUAS
UNAM DILECTAM ET ALTERAM
ODIOSAM
GENUERINTQ. EX EO LIBEROS
ET FUERIT FILIUS ODIOSAE
PRIMOGENITUS
UOLUERITQ. SUBSTANTIAM IN
TER FILIOS SUOS DIUIDERE
NON POTERIT FILIUM DILECTAE
PRIMOGENITUM FACERE ET
PRAEFERRE FILIO ODIOSAE
SED FILIUM ODIOSAE COGNOSCET
PRIMOGENITUM
DABITQ. EI DE HIS QUAE HABUERIT
CUNCTA DUPLICIA
ISTE EST ENIM PRINCIPIUM
LIBERORUM EIUS
ET HUIC DEBENTUR PRIMOGENITA
SI GENUERIT HOMO FILIUM CON
TUMACEM ET PROTERBUM
QUI NON AUDIAT PATRIS AUT
MATRIS IMPERIUM
ET COHERCITUS OBOEDIRE
CONTEMPSERIT
ADPRAEHENDENT EUM
ET DUCENT AD SENIORES
CIUITATIS ILLIUS
ET AD PORTAM IUDICII
DICENTQ. AD EOS
FILIUS NOSTER ISTE PROTERB.
ET CONTUMAX EST
MONITA NOSTRA AUDIRE
CONTEMNIT
COMISSATIONIB. UACAT ET LUXU
RIAE ATQ. CONUIUIIS
LAPIDIB. EUM OBRUET POPULUS
CIUITATIS ET MORIETUR
UT AUFERATIS MALUM
DE MEDIO UESTRI
ET UNIUERSUS ISRL AUDIENS
PERTIMESCAT
QUANDO PECCAUERIT HOMO QUOD
MORTE PLECTENDUM EST
ET ADIUDICATUS MORTI ADPEN
SUS FUERIT IN PATIBULO
NON PERMANEBIT CADAUER
EIUS IN LIGNO
SED IN EADEM DIE SEPELIETUR
QUIA MALEDICTUS A DO EST
QUI PENDET IN LIGNO

ET NEQUAQUAM CONTAMINABIS
TERRAM TUAM QUAM DNS DS
TUUS DEDERIT TIBI IN POS
SESSIONEM

·XXII· NON VIDERIS BOVEM FRATRIS TUI
AUT OVEM ERRANTEM ET PRAE
TERIBIS SED REDUCES FRATRI TUO
ETIAM SI NON EST PROPINQUUS
TUUS FRATER NEC NOSTI EUM
DUCES IN DOMUM TUAM ET
ERUNT APUT TE
QUAMDIU QUAERAT EA FRATER
TUUS ET RECIPIAT
SIMILITER FACIES DE ASINO ET
VESTIMENTO ET DE OMNI RE
FRATRIS TUI QUAE PERIERIT
SI INVENERIS EA
NE NEGLEGAS QUASI ALIENA
SI VIDERIS ASINUM FRATRIS TUI
AUT BOVEM CECIDISSE IN VIA
NON DESPICIES SED SUBLE
VABIS CUM EO
NON INDUETUR MULIER
VESTE VIRILI
NEC VIR UTETUR VESTE FEMINEA
ABOMINABILIS ENIM APUT DM
EST QUI FECIT HOC
SI AMBULANS PER VIAM IN ARBO
RE VEL IN TERRA NIDUM
AVIS INVENERIS
ET MATREM PULLIS VEL OVIS
DESUPER INCUBANTEM
NON TENEBIS EAM CUM FILIIS
SED ABIRE PATIERIS CAPTOS
TENENS FILIOS
UT BENE SIT TIBI ET LONGO
VIVAS TEMPORE
CUM AEDIFICAVERIS DOMUM NOVAM
FACIES MURUM TECTI
PER CIRCUITUM
NE EFFUNDATUR SANGUIS
IN DOMO TUA
ET SIS REUS LABENTE ALIO
ET IN PRAECEPS RUENTE

NON INSERES VINEAM TUAM
ALTERO SEMINE
NE ET SEMENTIS QUAM SEVISTI
ET QUAE NASCUNTUR EX VINEA
PARITER SCIFICENTUR
NON ARABIS BOVE SIMUL ET ASINO
NON INDUERIS VESTIMENTO
QUOD EX LANA LINOQ· CON
TEXTUM EST
FUNICULOS IN FIMBRIIS FACIES
PER QUATTUOR ANGULOS PALLI
TUI QUO OPERIERIS
SI DUXERIT VIR UXOREM ET POST
EA EAM ODIO HABUERIT
QUAESIERITQ· OCCASIONES
QUIB· DIMITTAT EAM
OBICIENS EI NOMEN PESSI
MUM ET DIXERIT
UXOREM HANC ACCIPI ET INGRES
SUS AD EAM NON INVENI VIRGINE
TOLLENT EAM PATER ET MATER EIUS
ET FERENT SECUM SIGNA VIRGI
NITATIS EIUS AD SENIORES
URBIS QUI IN PORTA SUNT
ET DICET PATER FILIAM MEAM
DEDI HUIC UXOREM
QUAM QUIA ODIT INPONET EI
NOMEN PESSIMUM
UT DICAT NON INVENI FILIAM
TUAM VIRGINEM
ET ECCE HAEC SUNT SIGNA VIRGI
NITATIS FILIAE MEAE
EXPANDENT VESTIMENTUM
CORAM SENIB· CIVITATIS
ADPRAEHENDENTQ· SENES URBIS
ILLIUS VIRUM ET VERBERA
BUNT ILLUM
CONDEMNANTES INSUPER
CENTUM SICLIS ARGENTI
QUOS DABIT PATRI PUELLAE
QUONIAM DIFFAMAVIT NOMEN
PESSIMUM SUPER VIRGINEM ISRL
HABEBITQ· EAM UXOREM ET NON
POTERIT DIMITTERE OMNI

tempore uitae suae
quod si uerum est quod obicit
et non est inuenta in puella
uirginitas
eicient eam extra fores
domus patris sui
et lapidib. obruent uiri ciui
tatis eius et morietur
quoniam fecit nefas in isrl
ut fornicaretur in domum
patris sui
et auferes malum de medio tui
si dormierit uir cum uxore
alterius uterq. morientur
id est adulter et adultera
et auferes malum de isrl
si puellam uirginem
desponderit uir
et inuenerit eam aliquis in
ciuitate et concubuerit
cum illa
educes utrumq. ad portam
ciuitatis illius et lapidib.
obruentur
puella quia non clamauit
cum esset in ciuitate
et uir quia humiliauit uxo
rem proximi sui
et auferes malum de medio tui
sin autem in agro repperit uir
puellam quae desponsata est
et adprachendens concubu
erit cum illa ipse mori
etur solus
puella nihil patietur
nec est rea mortis
quoniam sicut latro consurg
it contra fratrem suum
et occidet animam eius
ita et puella perpessa est
sola erat in agro
clamauit et nullus adfuit
qui liberaret eam
si inuenerit uir puellam

uirginem quae non habet
sponsum
et adprachendens concubu
erit cum ea et res ad iudi
cium uenerit
dabit qui dormiuit cum ea
patri puellae quinqua
ginta siclos argenti
et habebit eam uxorem
quia humiliauit eam non pote
rit dimittere cunctis
dieb. uitae suae
XXIII Non accipiet homo uxorem
patris sui
nec reuelauit operimentum eius
non intrauit eunuchus adtri
tis uel amputatis testicu
lis et abscisso ueretro
ecclesiam dni
non ingredietur mamzer hoc
est de scorto natus eccle
siam dni usq. ad decimam
generationem
ammanites et moabites etia
post decimam generatio
nem non intrabunt eccle
siam dni in aeternum
quia noluerunt uobis occur
rere cum pane et aqua in uia
quando egressi estis de aegypto
et quia conduxerunt contra te
balaam filium beor de meso
potamiam syriae ut male
diceret tibi
et noluit dns ds tuus
audire balaam
uertitq. maledictionem
eius in benedictionem tua
eo quod diligeret te
non facies cum eis pactum
nec quaeres eis bona cunctis
dieb. uitae tuae in sempiternu
non abominaberis idumeum
quia frater tuus est

NEC AEGYPTIUM QUIA ADUENA
FUISTI IN TERRA EIUS
QUI NATI FUERINT EX EIS TERTIA
GENERATIONE INTRABUNT
ECCLESIAM DNI
QUANDO EGRESSUS FUERIS AD
UERSUS HOSTES TUOS IN PUGNA
CUSTODIES TE AB OMNI RE MALA
XXIII SI FUERIT INTER UOS HOMO QUI
NOCTURNO POLLUTUS SIT
SOMNIO
EGREDIETUR EXTRA CASTRA
ET NON REUERTETUR
PRIUS QUAM AD UESPERUM
LAUETUR AQUA
ET POST SOLIS OCCASUM REGRE
DIETUR IN CASTRA
HABEBIS LOCUM EXTRA CASTRA
AD QUEM EGREDIARIS AD REQUI
SITA NATURAE GERENS PAXIL
LUM IN BALTHEO
CUMQ. SEDERIS FODIES
PER CIRCUITUM
ET EGESTA HUMO OPERIES
QUO RELEUATUS ES
DNS ENIM DS TUUS AMBULAT
IN MEDIO CASTRORUM
UT ERUAT TE ET TRADAT TIBI
INIMICOS TUOS
UT SINT CASTRA TUA SCA
ET NIHIL IN EIS APPAREAT FOEDI
TATIS NE DERELINQUAT TE
NON TRADES SERUUM DOMINO SUO
QUI AD TE CONFUGERIT
HABITAUIT TECUM IN LOCO
QUI EI PLACUERIT
ET IN UNA URBIUM TUARUM
REQUIESCET
NEC CONTRISTES EUM
NON ERIT MERETRIX DE FILI
AB. ISRAHEL
NEQ. SCORTATOR DE FILIIS ISRL
NON OFFERES MERCEDEM
PROSTIBULI

NEC PRAETIUM CANIS IN DOMUM
DNI DI TUI
QUICQUID ILLUD EST QUOD UOUERIS
QUIA ABOMINATIO EST UTRUMQ.
APUT DNM DM TUUM
NEC FENERABIS FRATRI TUO AD
USURAM PECUNIAM
NEC FRUGES NEC QUAMLIBET
ALIAM REM SED ALIENO
FRATRI AUTEM TUO ABSQ. USURA
ID QUOD INDIGET COMMODABIS
UT BENEDICAT TIBI DNS DS TUUS
IN OMNI OPERE TUO
IN TERRAM AD QUAM INGREDIERIS
POSSIDENDAM
CUM UOUERIS UOTUM DNO DO
TUO NON TARDABIS REDDERE
QUIA REQUIRET ILLUD DNS DS TUUS
ET SI REMEMORATUS FUERIS REPU
TABIT TIBI IN PECCATUM
SI NOLUERIS POLLICERI ABSQ.
PECCATO ERIS
QUOD AUTEM SEMEL EGRESSUM
EST DE LABIIS TUIS
OBSERUABIS ET FACIES SICUT PRO
MISISTI DNO DO TUO
ET PROPRIA UOLUNTATE ET ORE
TUO LOCUTUS ES
INGRESSUS UINEAM PROXIMI TUI
COMEDES UUAS QUANTUM
TIBI PLACUERIT
FORAS AUTEM NE EFFERAS TECUM
SI INTRAUERIS IN SEGETEM
AMICI TUI
FRANGE SPICAS ET MANU CONTERE
FALCE AUTEM NON METAS
XXIIII SI ACCEPERIT HOMO UXOREM
ET HABUERIT EAM
ET NON INUENERIT GRATIAM
ANTE OCULOS EIUS PROPTER
ALIQUAM FOEDITATEM
SCRIBET LIBELLUM REPUDII ET
DABIT IN MANU ILLIUS ET DIMIT
TET EAM DE DOMO SUA

cum q. egressa alterum
maritum duxerit
et ille quoq. oderit eam dede
ritq. ei libellum repudii
et dimiserit de domo sua uel
certe mortuus fuerit
non poterit prior maritus reci
pere eam in uxorem
quia pol[illegible]luta est et abomina
bilis fa[illegible]cta est coram dno
ne peccare facias terram tuam
quam dns ds tuus tibi tradide
rit possidendam
cum acceperit homo
nuper uxorem
non procedat ad bellum nec ei
quippiam necessitatis iniun
getur publice
sed uacabit absq. culpa
domi suae
ut uno anno laetetur
cum uxore sua
non accipies loco pignoris
inferiorem et superiorem
molam quia animam suam
ad posuit tibi
si deprehensus fuerit homo
sollicitans fratrem suum
de filiis isrl
et uendito eo accipiens
pretium
interficietur et auferes
malum de medio tui
obserua diligenter ne incurras
in plagam leprae
sed facias quaecumque docuerint
te sacerdotes leuitici
generis
iuxta id quod praecepi eis
et imple sollicite
mementote quae fecerit dns
ds uester mariae in uia cum
egrederemini de aegypto
cum repetes a proximo tuo

rem aliquam quam debet tibi
non ingredieris domum eius
ut pignus auferas
sed stabis foris et ille tibi pro
feret quod habuerit
sin autem pauper est non per
noctabit apud te pignus
sed statim reddes ei ante
solis occasum
ut dormiens in uestimento
suo benedicat tibi
et habeas iustitiam coram
dno do tuo
non negabis mercedem indigen
tis et pauperis fratris tui
siue aduenae qui tecum mora
tur in terra et intra portas
tuas est
sed eadem die reddes ei prae
tium laboris sui ante
solis occasum
quia pauper est et ex eo sus
tentat animam suam
ne clamet contra te ad dnm
et reputetur tibi in peccatu
non occidentur patres pro filiis
nec filii pro patribus
sed unusquisq. pro suo peccato
morietur
non peruertes iudicium
aduenae et pupilli
nec auferes pignoris loco
uiduae uestimentum
memento quod seruieris
in aegypto
et eruerit te dns ds tuus inde
idcirco praecipio tibi ut
facias hanc rem
quando messueris segetem
in agro tuo
[illegible] oblitus manipulum reliqueris
non reuerteris ut tollas illum
sed aduenam et pupillum et
uiduam auferre patieris

ut benedicat tibi dns ds tuus in
omni opere manuum tuarum
si fruges collegis oliuarum
quicquid remanserit in arbo
rib. non reuerteris ut colligas
sed relinques aduenae
pupillo ac uiduae
si uindemiaueris uineam tuam
non colliges remanentes
racemos
sed cedent in usus aduenae
pupilli ac uiduae
memento quod et tu seruie
ris in aegypto
et idcirco praecipio tibi ut
facias hanc rem
si fuerit causa inter aliquos
et interpellauerint iudices
quem iustum esse perspex
erint illi iustitiae palmam
dabunt
quem impium condemna
bunt impietatis
sin autem eum qui peccauit
dignum uiderint plagis
prosternent et coram se
facient uerberari
pro mensura peccati erit
et plagarum modus
ita dumtaxat ut quadragena
rium numerum non excedant
ne foede laceratus ante ocu
los tuos abeat frater tuus
non ligabis os bouis teren
tis in area fruges tuas
quando habitauerint
fratres simul
et unus ex eis absque liberis
mortuus fuerit
uxor defuncti non nubet alteri
sed accipiet eam frater eius
et suscitabit semen fratris sui
et primogenitum ex ea filium
nomine illius appellabit

ut non deleatur nomen
eius ex israhel
si autem noluerit accipere
uxorem fratris sui quae ei
lege debetur
perget mulier ad portam
ciuitatis
et interpellabit maiores
natu dicetque
non uult frater uiri mei
suscitare nomen fratris
sui in israhel nec me in con
iugem sumere
statimque accersiri eum facie
nt et interrogabunt
si responderit nolo eam
uxorem accipere
accedet mulier ad eum
coram senioribus
et tollet calciamentum
de pede eius
spuetque in faciem eius et dicet
sic fit homini qui non aedificat
domum fratris sui
et uocabitur nomen eius in
israhel domus discalciati
si habuerint inter se
iurgium uiri
et unus contra alterum
rixare coeperit
uolensque uxor alterius
eruere uirum suum
de manibus fortioris
miserit manum et adprae
henderit uerenda eius
abscides manum illius nec
flecteris super eam ulla
misericordia
non habebis in sacculo diuer
sa pondera maius et minus
nec erit in domo tua modius
maior et minor
pondus habebis iustum et uerum
et modius aequalis erit tibi

ut multo vivas tempore
super terram quam dns
ds tuus dederit tibi
abominabitur enim dns
eum qui facit haec
et aversatur omnem iniustitiam
memento quae fecerit tibi
amalech in via
quando egrediebaris ex aegypto
quomodo occurrerit tibi
et extremos agminis tui qui
lassi residebant ceciderint
quando tu eras fame et
labore confectus
et non timuerit dm
XIIII Cum ergo dns ds tuus dede
rit tibi requiem
et subiecerit cunctas per
circuitum nationes
in terram quam tibi
pollicitus est
delebis nomen eius sub caelo
cave ne obliviscaris
cumq. intraveris terram XXVI
quam dns ds tuus tibi datu
rus est possidendam
et optinueris eam atq. habi
taveris in illa
tolles de cunctis frugib. pri
mitias et pones in cartallo
pergensq. ad locum quem
dns ds tuus elegerit
ut ibi invocetur nomen eius
accedesq. ad sacerdotem
qui fuerit in dieb. illis
et dices ad eum
profiteor hodie coram dno do tuo
quod ingressus sim terram
pro qua iuravit patrib. nos
tris ut daret eam nobis
suscipiensq. sacerdos cartal
lum de manib. eius
ponet ante altare dni di tui
et loqueris in conspectu dni di tui

Syrus persequebatur
patrem meum
qui descendit in aegyptum et
ibi peregrinatus est in
paucissimo numero
crevitq. in gentem magnam
et robustam et infinitae
multitudinis
adflixeruntq. nos aegyptii
et persecuti sunt
inponentes onera gravissima
et clamavimus ad dnm dm
patrum nostrorum
qui exaudivit nos et respexit
humilitatem nostram et
laborem atq. angustias
et eduxit nos de aegypto in ma
nu forti et brachio extento
in ingenti pavore in signis
atq. portentis
et introduxit ad locum istum
et tradidit nobis terram
lacte et melle manantem
et id circo nunc offero primi
tias frugum terrae quam
dedit dns mihi
et dimittes eas in conspectu
dni di tui
et adorato dno do tuo
et aepulaveris in omnib. bonis
quae dns ds tuus dederit
tibi et domui tuae
tu et levites et advena
qui tecum est
quando conpleveris decimas
cunctarum frugum tuarum
anno decimarum tertio
dabis levitae et advenae
et pupillo et viduae
ut comedant intra portas
tuas et saturentur
loquerisq. in conspectu
dni di tui
adtuli quod scificatum est

de domo mea
et dedi illud levitae et ad
venae pupillo et viduae
sicut iussisti mihi
non praeterivi mandata tua
nec sum oblitus imperii tui
non comedi ex eis in luctu meo
nec separavi ex inqualibet
inmunditia
nec expendi ex eis quicquam
in re funebri
oboedivi voci dn̄i dī mei
et feci omnia sicut prae
cepisti mihi
Respice de scuario tuo
de excelso caelorum habitaculo
et benedic populo tuo isrl̄
et terrae quam dedisti nobis
sicut iurasti patrib· nostris
terrae lacte et melle mananti
hodie dn̄s ds̄ tuus praecepit
tibi ut facias mandata haec
atq· iudicia
et custodias et imples ex
toto corde tuo et ex
tota anima tua
dn̄m elegisti hodie ut sit tibi ds̄
et ambules in viis eius et custo
dias caerimonias illius
et mandata atq· iudicia et ob
oedias eius imperio
et dn̄s elegit te hodie ut sis
ei populus peculiaris sicut
locutus est tibi
et custodias omnia prae
cepta eius
et faciat te excelsiorem
cunctis gentib· quas cre
avit in laudem et nomen
et gloriam suam
ut sis populus scs dn̄i dī tui
sicut locutus est

xxvii· Praecepit autem moses et
seniores isrl̄ populo dicens·
custodite omne mandatum
quod praecipio vobis hodie
cumq· transieris iordanen
in terram quam dn̄s ds̄ tuus
dabit tibi
eriges ingentes lapides et
calce levigabis eos
ut possis in eis scribere omnia
verba legis huius iordane
transmisso
ut introeas terram quam dn̄s
ds̄ tuus dabit tibi
terram lacte et melle manantē
sicut iuravit patrib· tuis
quando ergo transieris iordanen
erige lapides quos ego hodie
praecipio vobis in monte
hebal et levigabis calce
et aedificabis ibi altare dn̄o dō tuo
ex lapidib· quos ferrum
non tetigit
et de saxis informib· et inpolitis
et offeres super eo holocau
sta dn̄o dō tuo
et immolabis hostias pacificas
comedes q· ibi et epulaveris
coram dn̄o dō tuo
et scribes super lapides omnia
verba legis huius et plane
et lucide
dixeruntq· moses et sacerdo
tes levitici generis ad omnē
israhelem adtende et
audi isrl̄
hodie factus es populus
dn̄i dī tui
audies vocem eius et facies
mandata atq· iustitias quas
ego praecipio tibi
praecepitq· moses populo
in die illo dicens
hii stabunt ad benedicendum
dn̄o super montem garizim
iordane transmisso

Symeon leuuidas issachar
ioseph et beniamin
et e regione stabunt ad male
dicendum in monte ebal
ruben gad et aser zabulon
dan et nepthalim
et pronuntiabunt leuitae
dicentq. ad omnes uiros
isrl excelsaq. uoce
Maledictus homo qui facit
sculptile et conflatile
abominationem dno
opus manuum artificum poneq̄
que illud in abscondito
et respondebit omnis popu
lus et dicet amen
Maledictus qui non honorat
patrem suum et matrem
et dicet omnis populus amen
Maledictus qui transfert
terminos proximi sui
et dicet omnis populus amen
Maledictus qui errare facit
caecum in itinere
et dicet omnis populus amen
Maledictus qui peruertit
iudicium aduenae pupilli
et uiduae
et dicet omnis populus amen
Maledictus qui dormierit
cum uxore patris sui et
reuelat operimentum
lectuli eius
et dicet omnis populus amen
Maledictus qui dormierit
cum omni iumento
et dicet omnis populus amen
Maledictus qui dormierit
cum sorore sua filia patris
sui siue matris suae
et dicet omnis populus amen
Maledictus qui dormierit
cum socru sua
et dicet omnis populus amen

Maledictus qui clam percus
serit proximum suum
et dicet omnis populus amen
Maledictus qui accipit mune
ra ut percutiat animam san
guinis innocentis
et dicet omnis populus amen
Maledictus qui non permanet
in sermonib. legis huius nec
eos opere perfecerit
et dicet omnis populus amen
Si autem audieris uocem
dni di tui
ut facias atq. custodias
omnia mandata eius
quae ego praecipio tibi hodie
faciet te dns ds tuus excelsi
orem cunctis gentib. quae
uersantur in terra
uenientq. super te uniuersae
benedictiones istae et ad
praehendent te
si tamen praecepta eius
audieris
Benedictus tu in ciuitate
et benedictus in agro
Benedictus fructus uentris
tui et fructus terrae tuae
fructusq. iumentorum tuorum
greges armentorum et
caulae ouium tuarum
Benedicta horrea tua et benedictae reliquiae tuae
Benedictus eris tu ingrediens
et egrediens
dabit dns inimicos tuos qui con
surgent aduersum te con
ruentes in conspectu tuo
per unam uiam uenient contra
te et per septem fugient
a facie tua
emittet dns benedictionem
super cellaria tua et super
omnia opera manuum tuarū

BENEDICET Q· TIBI IN TERRA
QUAM ACCEPERIS
SUSCITAUIT TE DNS SIBI IN POPU
LUM SCM SICUT IURAUIT TIBI
SI CUSTODIERIS MANDATA DNI DI
TUI ET AMBULAUERIS IN UIIS EIUS
UIDEBUNTQ· OMNES TERRARUM
POPULI QUOD NOMEN DNI IN
UOCATUM SIT SUPER TE
ET TIMEBUNT TE
ABUNDARE TE FACIET DNS
IN OMNIB· BONIS
FRUCTU UENTRIS TUI ET FRUCTU
IUMENTORUM TUORUM
FRUCTU TERRAE TUAE QUAM
IURAUIT DNS PATRIB· TUIS
UT DARET TIBI
APERIET DNS THESAURUM
SUUM OPTIMUM
UT TRIBUAT PLUUIAM TERRAE
TUAE IN TEMPORE SUO
BENEDICET CUNCTIS OPERIB·
MANUUM TUARUM
ET FENERABIS GENTIB· MULTIS
ET IPSE A NULLO FENUS ACCIPIES
CONSTITUET TE DNS IN CAPUT
ET NON IN CAUDAM
ET ERIS SEMPER SUPRA ET NON SUBTER
SI AUDIERIS MANDATA DNI DI TUI
QUAE EGO PRAECIPIO TIBI HODIE
ET CUSTODIERIS ET FECERIS AC
NON DECLINAUERIS AB EIS NEC
AD DEXTRAM NEC AD SINISTRAM
NEC SECUTUS FUERIS ALIENOS
DEOS NEQ· COLUERIS EOS
QUOD SI AUDIRE NOLUERIS
UOCEM DNI DI TUI
UT CUSTODIAS ET FACIAS OMNIA
MANDATA EIUS ET CAERIMO
NIAS QUAS EGO PRAECIPIO
TIBI HODIE
UENIENT SUPER TE OMNES MALE
DICTIONES ISTAE ET ADPRAE
HENDENT TE

MALEDICTUS ERIS IN CIUITATE
MALEDICTUS IN AGRO
MALEDICTUM HORREUM TUUM
ET MALEDICTAE RELIQUIAE TUAE
MALEDICTUS FRUCTUS UENTRIS
TUI ET FRUCTUS TERRAE TUAE
ARMENTA BOUUM TUORUM ET
GREGES OUIUM TUARUM
MALEDICTUS ERIS INGREDIENS
ET MALEDICTUS EGREDIENS
MITTET DNS SUPER TE FAMEM
ET ESURIEM ET INCREPATIO
NEM IN OMNIA OPERA TUA
QUAE FACIES
DONEC CONTERAT TE ET PER
DAT UELOCITER
PROPTER ADINUENTIONES TUAS
PESSIMAS QUIB· RELIQUISTI ME
ADIUNGAT TIBI DNS PESTILENTIAM
DONEC CONSUMAT TE DE TERRA
AD QUAM INGREDIERIS
POSSIDENDAM
PERCUTIAT TE DNS EGESTATE
FEBRI ET FRIGORE
ARDORE ET AESTU ET AERE
CORRUPTO AC ROBIGINE
ET PERSEQUATUR DONEC PEREAS
SIT CAELUM QUOD SUPRA TE EST
AEREUM
ET TERRA QUAM CALCAS FERREA
DET DNS IMBREM TERRAE
TUAE PULUEREM
ET DE CAELO DESCENDAT SUPER
TE CINIS DONEC CONTERARIS
TRADAT TE DNS CORRUENTEM
ANTE HOSTES TUOS
PER UNAM UIAM EGREDIARIS
CONTRA EOS ET PER SEP
TEM FUGIAS
ET DISPERGARIS PER OMNIA
REGNA TERRAE
SITQ· CADAUER TUUM ESCA
CUNCTIS UOLATILIB· CAELI
ET BESTIIS TERRAE

ET NON SIT QUI ABIGAT
PERCUTIAT TE DNS ULCERE AEGYPTI
ET PARTE CORPORIS PER QUAM
STERCORA DIGERUNTUR
SCABIE QUOQ. ET PRURIGINE
ITA UT CURARI NEQUEAS
PERCUTIAT TE DNS AMENTIA ET
CAECITATE AC FURORE MENTIS
ET PALPES IN MERIDIAE SICUT
PALPARE SOLET CAECUS IN TENE
BRIS ET NON DIRIGAS UIAS TUAS
OMNIQ. TEMPORE CALUMNIAM
SUSTINEAS
ET OBPRIMARIS UIOLENTIA NEC
HABEAS QUI LIBERET
UXOREM ACCIPIAS ET ALIUS
DORMIAT CUM EA
DOMUM AEDIFICES ET NON
HABITES IN EA
PLANTES UINEAM ET NON
UINDEMIES EAM
BOOS TUUS IMMOLETUR CORAM
TE ET NON COMEDAS EX EO
ASINUS TUUS RAPIATUR IN CON
SPECTU TUO ET NON RED
DATUR TIBI
OUES TUAE DENTUR INIMICIS
TUIS ET NON SIT QUI TE ADIUUET
FILII TUI ET FILIAE TUAE DANTUR
ALTERI POPULO
UIDENTIB. OCULIS TUIS ET DEFICI
ENTIB. AD CONSPECTU
EORUM TOTA DIE
ET NON SIT FORTITUDO IN MANU TUA
FRUCTUS TERRAE TUAE ET
OMNES LABORES TUOS COME
DAT POPULUS QUEM IGNORAS
ET SIS SEMPER CALUMNIAM
SUSTINENS ET OPPRESSUS
CUNCTIS DIEB.
ET STUPENS AD TERROREM EORU(M)
QUAE UIDEBUNT OCULI TUI
PERCUTIAT TE DNS ULCERE PES
SIMO IN GENIB. ET IN SURIS

SANARIQ. NON POSSIS A PLANTA
PEDIS USQ. AD UERTICEM TUUM
DUCET DNS TE ET REGEM TUUM
QUEM CONSTITUERIS SUPER TE
IN GENTEM QUAM IGNORAS TU
ET PATRES TUI
ET SERUIES IBI DIIS ALIENIS LIGNO
ET LAPIDI
ET ERIS PERDITUS IN PROUERBIUM
AC FABULAM OMNIB. POPULIS
AD QUOS TE INTRODUXERIT DNS
SEMENTEM MULTAM IACIES IN
TERRAM ET MODICUM CON
GREGABIS
QUIA LUCUSTAE OMNIA DEUORABUNT
UINEAM PLANTABIS ET FODIES
ET UINUM NON BIBES NEC COLLIGES
EX EA QUIPPIAM
QUONIAM UASTABITUR UERMIB.
OLIUAS HABEBIS IN OMNIB.
TERMINIS TUIS
ET NON UNGUERIS OLEO QUIA DE
FLUENT ET PERIBUNT
FILIOS GENERABIS ET FILIAS ET
NON FRUERIS EIS QUONIAM
DUCENTUR IN CAPTIUITATEM
OMNES ARBORES TUAS ET FRUGES
TERRAE TUAE ROBIGO CONSUMET
ADUENA QUI TECUM UERSANTUR
IN TERRA
ASCENDET SUPER TE ERITQ.
SUBLIMIOR
TU AUTEM DESCENDES
ET ERIS INFERIOR
IPSE FAENERABIT TIBI ET TU
NON FAENERABIS EI
IPSE ERIT IN CAPUT ET TU IN CAUDA(M)
ET UENIENT SUPER TE OMNES
MALEDICTIONES ISTAE
ET PERSEQUENTES ADPRAEHEN
DENT TE DONEC INTEREAS
QUIA NON AUDISTI UOCEM DNI DI TUI
NEC SERUASTI MANDATA EIUS
ET CAERIMONIAS QUAS

PRAECEPIT TIBI [illegible]
ET ERUNT IN TE SIGNA ATQ. PRO
DIGIA ET IN SEMINE TUO
USQ. IN SEMPITERNUM
EO QUOD NON SERUIERIS DNO DO
TUO IN GAUDIO CORDIS Q.
LAETITIA
PROPTER RERUM OMNIUM
ABUNDANTIAM
SERUIES INIMICO TUO QUEM IN
MITTET DNS TIBI
IN FAME ET SITI ET NUDITATE
ET OMNI PENURIA
ET PONET IUGUM FERREUM
SUPER CERUICEM TUAM
DONEC TE CONTERAT
ADDUCET DNS SUPER TE GENTEM
DE LONGINQUO ET DE EXTRE
MIS FINIB. TERRAE
IN SIMILITUDINEM AQUILAE
UOLANTIS CUM IMPETU
CUIUS LINGUAM INTELLEGERE
NON POSSIS
GENTEM PROCACISSIMAM
QUAE NON DEFERAT SENI NEC
MISEREATUR PARUULO
ET DEUORET FRUCTUM IUMEN
TORUM TUORUM AC FRUGES
TERRAE TUAE DONEC INTEREAS
ET NON RELINQUAT TIBI TRITI
CUM UINUM ET OLEUM
ARMENTA BOUM ET GREGES
OUIUM
DONEC TE DISPERDAT ET CONTE
RAT IN CUNCTIS URBIB. TUIS
ET DESTRUANTUR MURI TUI FIR
MI ATQ. SUBLIMES IN QUIB.
HABEBAS FIDUCIAM IN OMNI
TERRA TUA
OBSEDEBERIS INTRA PORTAS
TUAS IN OMNI TERRA QUAM
DABIT TIBI DNS DS TUUS
ET COMEDES FRUCTUM
UENTRIS TUI

ET CARNES FILIORUM ET FILIARUM
TUARUM QUAS DEDIT TIBI
DNS DS TUUS
IN ANGUSTIA ET UASTITATE QUA
OPPRIMET TE HOSTIS TUUS
HOMO DELICATUS IN TE ET
LUXURIOSUS UALDE
INUIDEBIT FRATRI SUO ET UXORI
QUAE CUBAT IN SINU SUO
NE DET EIS DE CARNIB. FILIORUM
SUORUM QUAS COMEDET
EO QUOD NIHIL HABEAT ALIUD IN
OBSIDIONE ET PENURIA
QUA UASTAUERINT TE INIMICI
TUI INTRA OMNES PORTAS TUAS
TENERA MULIER ET DELICATA
QUAE SUPER TERRAM INGREDI
NON UALEBAT
NEC PEDIS UESTIGIUM FIGERE
PROPTER MOLLITIEM ET
TENERITUDINEM NIMIAM
INUIDEBIT UIRO SUO QUI CUBAT
IN SINU EIUS
SUPER FILII ET FILIAE CARNIB.
ET INLUUIAE SECUNDARUM
QUAE EGREDIUNTUR DE ME
DIO FEMINUM EIUS
ET SUPER LIBERIS QUI EADEM
HORA NATI SUNT COMEDENT
ENIM EOS CLAM
PROPTER RERUM OMNIUM
PAENURIAM
IN OBSIDIONE ET UASTITATE
QUA OPPRIMET TE INIMICUS
TUUS INTRA PORTAS TUAS
NISI CUSTODIERIS ET FECERIS
OMNIA UERBA LEGIS HUIUS
QUAE SCRIBTA SUNT IN HOC
UOLUMINE
ET TIMUERIS NOMEN EIUS GLO
RIOSUM ET TERRIBILE HOC
EST DNM DM TUUM
AUGEBIT DNS PLAGAS TUAS
ET PLAGAS SEMINIS TUI

plagas magnas et perseuerantes
infirmitates pessimas
et perpetuas
et conuertet in te omnes ad
flictiones aegypti quas timu
isti et adherebunt tibi
insuper et uniuersos languo
res et plagas quae non sunt
scriptae in uolumine legis huius
inducet dns super te
donec te conterat
et remanebitis pauci numero
qui prius eratis sicut astra
caeli prae multitudine
quoniam non audisti
uocem dni di tui
et sicut ante laetatus est
dns super uos bene uobis
faciens uosq. multiplicans
sic laetabitur dis perdens uos
atq. subuertens
ut auferamini de terra ad quam
ingredimini possidendam
disperget te dns in omnes
populos
a summitate terrae usq.
ad terminos eius
et seruies illic diis alienis
quos et tu ignoras et patres
tui lignis et lapidib.
in gentib. quoq. illis non quiesces
neq. erit requies uestigio
pedis tui
dabit enim tibi dns ibi cor paui
dum et deficientes oculos
et animam maerore consumtam
et erit uita tua quasi
pendens ante te
timebis nocte et die et non
credis uitae tuae
mane dicis quis mihi det uesperum
et uespere quis mihi det mane
propter cordis tui formidi
nem qua terreberis
et propter ea quae tuis
uideberis oculis
reducet te dns classib. in aegyptum
per uiam de qua dixit tibi ut
eam amplius non uideres
ibi uenderis inimicis tuis in ser
uos et ancillas et non erit
qui emat ∴

XVI Haec sunt uerba foederis quod
praecepit dns mosi ut feri
ret cum filiis israhel
in terra moab
praeter illud foedus quod cum
eis pepigit in horeb
uocauitq. moses
omnem israhelem et dixit ad eos
uos uidistis uniuersa quae fecit
dns coram uobis in terra aegypti
pharaoni et omnib. seruis eius
uniuersaeq. terrae illius
temptationes magnas quas
uiderunt oculi tui
signa illa portentaq. ingentia
et non dedit dns uobis cor intel
legens et oculos uidentes
et aures quae possint audire
usq. in praesentem diem
adduxit uos quadraginta annis
per desertum
non sunt adtrita uestimenta
uestra
nec calciamenta pedum tuorum
uetustate consumta sunt
panem non comedistis uinum
et siceram non bibistis
ut sciretis quia ego sum
dns ds uester
et uenistis ad locum hunc
egressusq. est seon rex esebon
et og rex basan occurrentes
nobis ad pugnam
et percussimus eos et tuli
mus terram eorum
ac tradidimus possidendam

RUBEN ET GAD ET DIMIDIAE
TRIBUI MANASSE
CUSTODITE ERGO UERBA PACTI
HUIUS ET INPLETE EA
UT INTELLEGATIS UNIUERSA
QUAE FACITIS
UOS STATIS HODIE CUNCTI
CORAM DÑO DO UESTRO
PRINCIPES UESTRI AC TRIB·
ET MAIORES NATU ATQ· DOCTO
RES OMNISQ· POPULUS ISRL
LIBERI ET UXORES UESTRAE
ET ADUENA QUI TECUM MORATUR
IN CASTRIS
EXCEPTIS LIGNORUM CESORIB·
ET HIS QUI CONPORTANT AQUAS
UT TRANSEAS IN FOEDERE DNI DI TUI
ET INIURE IURANDO QUOD HODIE
DÑS DS TUUS PERCUTIET TECUM
UT SUSCITET TE SIBI IN POPULUM
ET IPSE SIT DS TUUS
SICUT LOCUTUS EST TIBI ET SICUT
IURAUIT PATRIB· TUIS ABRAHAM
ISAAC ET IACOB
NEC UOBIS SOLIS EGO HOC FOEDUS
FERIO ET HAEC IURAMENTA
CONFIRMO
SED CUNCTIS PRAESENTIB·
ET ABSENTIB·
UOS ENIM NOSTIS QUOD HABITA
UERIMUS IN TERRA AEGYPTI
ET QUOMODO TRANSIERIMUS
PER MEDIUM NATIONUM
QUAS TRANSEUNTES UIDISTIS AB
OMINATIONES ET SORDES
ID EST IDOLA EORUM
LIGNUM ET LAPIDEM ARGENTUM
ET AURUM QUAE COLEBANT
NE FORTE SIT INTER UOS UIR AUT
MULIER FAMILIA AUT TRIB·
CUIUS COR AUERSUM EST HODIE
A DÑO DO UESTRO
UT UADAT ET SERUIAT DIIS
ILLARUM GENTIUM

ET SIT INTER UOS RADIX GERMI
NANS FEL ET AMARITUDINEM
CUMQ· AUDIERIT UERBA IURAMEN
TI HUIUS BENEDICAT SIBI IN
CORDE SUO DICENS
PAX ERIT MIHI ET AMBULABO IN
PRAUITATE CORDIS MEI
ET ADSUMAT EBRIA SITIENTEM
ET DÑS NON IGNOSCAT EI
SED TUNC QUAM MAXIME
FUROR EIUS FUMET
ET ZELUS CONTRA HOMINEM ILLUM
ET SEDEANT SUPER EO OMNIA
MALEDICTA QUAE SCRIPTA SUNT
IN HOC UOLUMINE
ET DELEAT NOMEN EIUS SUB CAELO
ET CONSUMAT EUM IN PERDITI
ONE EX OMNIB· TRIBUB· ISRL
IUXTA MALEDICTIONES QUAE IN
LIBRO LEGIS HUIUS AC FOEDE
RIS CONTINENTUR
DICETQ· SEQUENS GENERATIO
ET FILII QUI NASCENTUR DEINCEPS
ET PEREGRINI QUI DE LONGE UENERINT
UIDENTES PLAGAS TERRAE ILLIUS
ET INFIRMITATES QUIB· EAM
ADFLIXERIT DÑS
SULPHURE ET SOLIS ARDORE
CONBURENS
ITA UT ULTRA NON SERATUR NEC
UIRENS QUIPPIAM GERMINET
IN EXEMPLUM SUBUERSIONIS
SODOMAE ET GOMORRAE
ADAMAE ET SEBOIM
QUAS SUBUERTIT DÑS IN IRA
FURORIS SUI
ET DICENT OMNES GENTES QUARE
SIC FECERIT DÑS TERRAE HUIC
QUAE EST HAEC IRA FURORIS
EIUS INMENSA
ET RESPONDEBUNT QUIA DERE
LINQUERUNT PACTUM DÑI QUOD
PEPIGIT CUM PATRIB· EORUM
QUANDO EDUXIT EOS DE TERRA

aegypti
et seruierunt diis alienis
et adorauerunt eos
quos nesciebant et quib· non
fuerant adtributi
idcirco iratus est furor dni
contra terram istam
ut induceret super eam omnia
maledicta quae in hoc uolu
mine scripta sunt
et eiecit eos de terra sua
in ira et furore et in indigna
tione maxima
proiecitq· in terram alienam
sicut hodie conprobatur
abscondita dno do nostro
quae manifesta sunt nobis
et filiis nostris usq· in aeternu
ut faciamus uniuersa legis huius
cum ergo uenerint super te
omnes sermones isti
benedictio siue maledictio
quam proposui in conspectu tuo
et ductus paenitudine cordis tui
in uniuersis gentib· in quas ds
perdiderit te dns ds tuus
reuersus fueris ad eum et ob
oedieris eius imperiis
sicut hodie ego praecipio tibi
cum filiis tuis
in toto corde tuo et in
tota anima tua
reducet dns ds tuus captiuita
tem tuam ac miserebitur tui
et rursum congregauit te
de cunctis populis in quos
te ante dispersit
si ad cardines caeli fueris dissipatus
inde detrahet te dns ds tuus
et adsumet atq· introducet
in terram quam possiderunt
patres tui et obtinebis eam
et benedicens tibi maioris
numeri esse te faciet quam

fuerunt patres tui
circumcidet dns cor tuum
et cor seminis tui
ut diligas dnm dm tuum in toto
corde tuo et in tota anima
tua et possis uiuere
omnes autem maledictiones
has conuertet super
inimicos tuos
et eos qui oderunt te
et persequentur
tu autem reuerteris et
audies uocem dni di tui
faciesq· uniuersa mandata quae
ego praecipio tibi hodie
et abundare te faciet dns ds tuus
in cunctis operib· manuum tuarum
et in subole uteri tui et in
fructu iumentorum tuorum
in ubertate terrae tuae et in
rerum omnium largitate
reuertetur enim dns ut gau
deat super te in omnib· bonis
sicut gauisus est in patrib· tuis
si tamen audieris nomen dni di tui
et custodieris praecepta eius
et caerimonias quae in hac
lege conscripta sunt
et reuertaris ad dnm dm tuum
in toto corde tuo et in
tota anima tua
mandatum hoc quod ego
praecipio tibi hodie
non supra te est neq· procul
positum nec in caelo situm
ut possis dicere quis nostrum
ualet ad caelum conscendere
ut deferat illud ad nos et
audiamus atq· opere conpleamus
neq· trans mare positum ut
causeris et dicas
quis ex nobis transfretare
poterit mare
et illud ad nos usq· deferre

UT POSSIMUS AUDIRE ET FACERE
QUOD PRAECEPTUM EST
SED IUXTA TE EST SERMO UALDE
IN ORE TUO ET IN CORDE TUO
UT FACIAS ILLUD
CONSIDERA QUOD HODIE PROPO
SUERIT IN CONSPECTU TUO
UITAM ET BONUM
ET E CONTRARIO MORTEM ET MALU͞
UT DILIGAS DN͞M D͞M TUUM
ET AMBULES IN UIIS EIUS
ET CUSTODIAS MANDATA ILLIUS ET
CAERIMONIAS ATQ. IUDICIA
ET UIUAS ET MULTIPLICET TE
BENEDICATQ. TIBI IN TERRA
QUAM INGREDIERIS POSSIDENDA͞
SIN AUTEM AUERSUM FUERIT COR
TUUM ET AUDIRE NOLUERIS
ATQ. ERRORE DECEPTUS ADORAUE
RIS DEOS ALIENOS ET SERUIERIS EIS
PRAEDICO TIBI HODIE QUOD PEREAS
ET PARUO TEMPORE
MORERIS IN TERRA
AD QUAM IORDANE TRANSMISSO
INGREDIERIS POSSIDENDAM
TESTES INUOCO HODIE
CAELUM ET TERRAM
QUOD PROPOSUERIM UOBIS
UITAM ET MORTEM BONUM
ET MALUM BENEDICTIONEM
ET MALEDICTIONEM
ELIGE ERGO UITAM UT UIUAS
ET SEMEN TUUM
ET DILIGAS DN͞M D͞M TUUM ATQ.
OBOEDIAS UOCI EIUS ET ILLI
ADHEREAS
IPSE EST ENIM UITA TUA ET LON
GITUDO DIERUM TUORUM
UT HABITES IN TERRA PRO QUA
IURAUIT D͞NS PATRIB· TUIS
ABRAHAM ISAAC ET IACOB
UT DARET EAM ILLIS
XVII XXXI ABIIT ITAQ. MOSES ET LOCUTUS
EST OMNIA UERBA HAEC AD
UNIUERSUM ISRAHEL ET DIXIT AD EOS
CENTUM. XX . ANNORUM SUM HODIE
NON POSSUM ULTRA INGREDI
ET EGREDI
PRAESERTIM CUM ET D͞NS
DIXERIT MIHI
NON TRANSIBIS IORDANEN ISTUM
D͞NS ERGO D͞NS D͞S TUUS
TRANSIBIT ANTE TE
IPSE DELEBIT OMNES GENTES
HAS IN CONSPECTU TUO
ET POSSIDEBIS EAS
ET IOSUE ISTE TRANSIBIT ANTE TE
SICUT LOCUTUS EST D͞NS
FACIETQ. D͞NS EIS SICUT FECIT
SEON ET OG REGIB· AMORRAE
ORUM ET TERRAE EORUM
DELEBITQ. EOS
CUM ERGO ET HOS TRADIDERIT
UOBIS SIMILITER
FACIETIS EIS SICUT PRAECEPI UOBIS
UIRILITER AGITE ET CONFORTAMINI
NOLITE TIMERE NEC PAUEATIS
A CONSPECTU EORUM
QUIA D͞NS D͞S TUUS IPSE EST
DUCTOR TUUS
ET NON DEMITTET TE
NEC DERELINQUET TE
UOCAUITQ. MOSES IOSUE ET DIXIT
EI CORAM OMNI ISRAHEL
CONFORTARE ET ESTO ROBUSTUS
TU ENIM INTRODUCES POPULU͞
ISTUM IN TERRAM QUAM
DATURUM SE PATRIB· EORUM
IURAUIT D͞NS
ET TU EAM SORTE DIUIDES
ET D͞NS QUI DUCTOR UESTER EST
IPSE ERIT TECUM
NON DIMITTET TE NEC
DERELINQUET TE
NOLI TIMERE NEC PAUEAS
SCRIPSIT ITAQ. MOSES LEGEM HANC
ET TRADIDIT EAM SACER
DOTIB· FILIIS LEUI

qui portabant arcam foederis dni
et cunctis seniorib· israhelis
praecepitq· eis dicens
post septem annos anno
remissionis
in sollemnitate tabernaculorum
convenientib· cunctis ex isrl
ut appareant in conspectu dni
di tui in loco quem elegerit dns
leges verba legis huius
coram omni israhel.
audientib· eis et in unum omni
populo congregato tam
viris quam mulieribus
parvulis et advenis qui sunt
intra portas tuas
ut audientes discant et time
ant dnm dm vestrum
ut custodiant impleantq·
omnes ser mones
legis huius
filii quoq· eorum qui nunc igno
rant audire possint
et timeant dnm dm suum cunc
tis dieb· quib· versantur in terra
ad quam vos iordane transito
pergitis possidendam
XVIII Et ait dns ad mosen
ecce prope sunt dies mortis tuae
voca iosue et state in taber
naculo testimonii ut
praecipiam ei
abierunt ergo moses et iosue
et steterunt in taberna
culo testimonii
apparuitq· dns ibi in
columna nubis
quae stetit in introitu
tabernaculi
dixitq· dns ad mosen
ecce tu dormies
cum patrib· tuis
et populus iste consur
gens fornicabitur
post deos alienos
in terra ad quam ingredietur
et habitavit in ea
ibi dereliquet me et inritum
faciet foedus quod pepigi
cum eo
et irascetur furor meus
contra eum in die illo
et dereliquam eum et ab
scondam faciem meam ab eo
et erit in devorationem
invenient eum omnia mala
et adflictiones
ita ut dicant in illo die
vere quia non est ds mecum
invenerunt me haec mala
ego autem abscondam et ce
labo faciem meam in die
illo propter omnia
mala quae fecit
quia secutus est deos alienos
nunc itaq· scribite vobis
canticum istud
et docete filios israhel
et memoriter teneant
et ore decantent
et sit mihi carmen istud pro
testimonio inter filios isrl
introducam enim eum in ter
ram pro qua iuravi patrib· eius
lacte et melle manantem
cumq· comederint et satu
rati crassatiq· fuerint
avertentur ad deos alienos
et servient eis
et detrahent mihi et inritum
facient pactum meum
postquam invenerint eum
mala et adflictiones
respondebit eis canticum
istud pro testimonio
quod nulla delebit oblivio
ex ore seminis tui
scio enim cogitationes eius

QUAE FACTURUS SIT HODIE
ANTEQUAM INTRODUCAM EUM
IN TERRAM QUAM EI POLLI
CITUS SUM
SCRIBSIT ERGO MOSES CANTICUM
ET DOCUIT FILIOS ISRAHEL
PRAECEPITQ. IOSUE FILIO NUN ET AIT
CONFORTARE ET ESTO ROBUSTUS
TU ENIM INTRODUCES FILIOS ISRL
IN TERRAM QUAM POLLICITUS
SUM ET EGO ERO TECUM
POSTQUAM ERGO SCRIBSIT
MOSES UERBA LEGIS HUIUS
IN UOLUMINE ATQ. CONPLEUIT
PRAECEPIT LEUITIS QUI PORTA
BANT ARCAM FOEDERIS DNI DICENS
TOLLITE LIBRUM ISTUM ET PONI
TE EUM IN LATERE ARCHAE
FOEDERIS DNI DI UESTRI
UT SIT IBI CONTRA TE IN TESTIMONIO
EGO ENIM SCIO CONTENTIONEM
TUAM ET CERUICEM DURISSIMAM
ADHUC ENIM UIUENTE ME ET IN
GREDIENTE UOBISCUM
SEMPER CONTENTIOSE
EGISTIS CONTRA DNM
QUANTO MAGIS CUM MORTUUS
FUERO
CONGREGATE AD ME OMNES
MAIORES NATU PER TRIB.
UESTRAS ATQ. DOCTORES
ET LOQUAR AUDIENTIB. EIS
SERMONES ISTOS
ET INUOCABO CONTRA EOS
CAELUM ET TERRAM
NOUI ENIM QUOD POST MORTEM
MEAM INIQ. AGATIS
ET DECLINABITIS CITO DE UIA
QUAM PRAECEPI UOBIS
ET OCCURRENT UOBIS MALA
IN EXTREMO TEMPORE
QUANDO FECERITIS MALUM IN
CONSPECTU DNI
UT INRITETIS EUM PER OPERA
MANUUM UESTRARUM
LOCUTUS EST ERGO MOSES AUDI
ENTE UNIUERSO COETU ISRL
UERBA CARMINIS HUIUS ET AD
FINEM USQ. CONPLEUIT

AUDITE CAELI QUAE LOQUOR
AUDIAT TERRA UERBA ORIS MEI
CONCRESCAT IN PLUUIA DOCTRINA MEA
FLUAT UT ROS ELOQUIUM MEUM
QUASI IMBER SUPER HERBAM
ET QUASI STILLAE SUPER GRA
MINA QUIA NOMEN DNI INUOCABO
DATE MAGNIFICENTIAM DO NOSTRO
DI PERFECTA SUNT OPERA
ET OMNES UIAE EIUS IUDICIA
DS FIDELIS ET ABSQUE ULLA INIQUI
TATE IUSTUS ET RECTUS
PECCAUERUNT EI NON
FILII EIUS IN SORDIB.
GENERATIO PRAUA
ATQ. PERUERSA
HAEC IN REDDIS DNO POPULE
STULTE ET INSIPIENS
NUMQUID NON IPSE EST PATER
TUUS QUI POSSEDIT ET FECIT
ET CREAUIT TE
MEMENTO DIERUM ANTIQUORUM
COGITA GENERATIONES SINGULAS
INTERROGA PATREM TUUM
ET ADNUNTIAUIT TIBI
MAIORES TUOS ET DICENT TIBI
QUANDO DIUIDEBAT ALTIS
SIMUS GENTES
QUANDO SEPARABAT FILIOS ADAM
CONSTITUIT TERMINOS POPU
LORUM IUXTA NUMERUM
FILIORUM ISRAHEL
PARS AUTEM DNI POPULUS EIUS
IACOB FUNICULUS HEREDITATIS EIUS
INUENIT EUM IN TERRA DESERTA
IN LOCO HORRORIS ET UASTAE
SOLITUDINIS
CIRCUMDUXIT EUM ET DOCUIT

ET CUSTODIUIT QUASI PUPILLAM
OCULI SUI. SICUT AQUILA PRO
UOCANS AD UOLANDUM PULLOS
SUOS ET SUPER EOS UOLITANS
EXPANDIT ALAS SUAS ET AD
SUMPSIT EUM ATQ. PORTA
UIT IN UMERIS SUIS
DNS SOLUS DUX EIUS FUIT ET NON
ERAT CUM EO DS ALIENUS
CONSTITUIT EUM SUPER
EXCELSAM TERRAM
UT COMEDERET FRUCTUM AGRORŪ
UT SUGERET MEL DE PETRA OLE
UMQ. DE SAXO DURISSIMO
BOTYRUM DE ARMENTO
ET LAC DE OUIB.
CUM ADIPE AGNORUM ET ARIE
TUM FILIORUM BASAN
ET HIRCOS CUM MEDULLA TRIT
ICI ET SANGUINEM UUAE
BIBERE MERACISSIMUM
INCRASSATUS EST DILECTUS ET
RECALCITRAUIT INCRASSATUS
IMPINGUATUS DILATATUS
DERELIQUIT DM FACTOREM
SUUM ET RECESSIT A DO
SALUTARE SUO
PROUOCAUERUNT EUM IN DIIS
ALIENIS ET IN ABOMINATIONIB.
AD IRACUNDIAM CONCITAUERUNT
IMMOLAUERUNT DAEMONIB.
ET NON DO DIIS QUOS IGNORAUERUNT
NOUI RECENTES Q. UENERUNT
QUOS NON COLUERUNT
PATRES EORUM
DM QUI TE GENUIT DERELIQUISTI
ET OBLITUS ES DNI CREATORIS TUI
UIDIT DNS ET AD IRACUNDIAM
CONCITATUS EST
QUIA PROUOCAUERUNT EUM
FILII SUI ET FILIAE
ET AIT ABSCONDAM FACIEM
MEAM AB EIS
ET CONSIDERABO NOUISSIMA EO
RUM

GENERATIO ENIM PERUERSA
EST ET INFIDELES FILII
IPSI ME PROUOCAUERUNT IN EO
QUOD NON ERAT DS
ET INRITAUERUNT IN UANITATIB. SUIS
ET EGO PROUOCABO EOS IN EO
QUI NON EST POPULUS
ET IN GENTE STULTA INRITABO EOS
IGNIS SUCCENSUS EST IN FURORE
MEO ET ARDEBIT USQUE
AD INFERNI NOUISSIMA
DEUORABITQ. TERRAM CUM GER
MINE SUO ET MONTIUM
FUNDAMENTA CONBURET
CONGREGABO SUPER EOS MALA
ET SAGITTAS MEAS CONPLEBO IN EIS
CONSUMENTUR FAME ET DEUO
RABUNT EOS AUES MORSU
AMARISSIMO
DENTES BESTIARUM INMITTAM
IN EOS CUM FURORE TRAHEN
TIUM SUPER TERRAM ATQ.
SERPENTIUM
FORIS UASTABIT EOS GLADIUS
ET INTUS PAUOR
IUUENEM SIMUL AC UIRGINEM
LACTANTEM CUM HOMINE SENE
DIXI UBI NAM SUNT
CESSARE FACIAM EX HOMINIB.
MEMORIAM EORUM
SED PROPTER IRAM INIMICORŪ
DISTULI NE FORTE SUPERBIRENT
HOSTES EORUM ET DICERENT
MANUS NOSTRA EXCELSA ET
NON DNS FECIT HAEC OMNIA
GENS ABSQ. CONSILIO EST
ET SINE PRUDENTIA
UTINAM SAPERENT ET INTELLE
GERENT AC NOUISSIMA PROUIDERENT
QUOMODO PERSEQUITUR UNUS
MILLE ET DUO FUGIANT
DECEM MILIA
NONNE IDEO QUIA DS SUUS UENDIDIT
EOS ET DNS CONCLUSIT ILLOS

NON ENIM EST DS NOSTER UT DS
EORUM ET INIMICI NOSTRI
SUNT IUDICES
DE UINEA SODOMORUM UINEA
EORUM ET DE SUBURBANIS
GOMORRAE UUA EORUM
UUA FELLIS ET BOTRUI AMARISSIMI
FEL DRACONUM UINUM EORUM
ET UENENUM ASPIDUM INSANABILE
NONNE HAEC CONDITA SUNT APUT
ME ET SIGNATA IN THESAURIS MEIS
MEA EST ULTIO ET EGO RETRIBUĀ
IN TEMPORE UT LAUATUR
PES EORUM
IUXTA EST DIES PERDITIONIS
EORUM ET ADESSE FESTI
NANT TEMPORA
IUDICAUIT DNS POPULUM SUUM
ET IN SERUIS SUIS MISEREBITUR
UIDEBIT QUOD INFIRMATA SIT
MANUS ET CLAUSI QUOQ. DEFE
CERINT RESIDUIQ. CONSUMSI SUNT
ET DICET UBI SUNT DII EORUM IN
QUIB. HABEBANT FIDUCIAM
ET QUORUM UICTIMIS
COMEDEBANT ADIPES
ET BIBEBANT UINUM LIBATIONUM
SURGANT ET OPITULENTUR UOBIS
ET IN NECESSITATE UOS PROTEGAN̄
UIDETE QUOD EGO SIM SOLUS ET
NON SIT ALIUS DS PRAETER ME
EGO OCCIDAM ET EGO UIUERE FA
CIAM PERCUTIAM ET EGO SANABO
ET NON EST QUI DE MANU MEA
POSSIT ERUERE
LEUABO AD CAELUM MANUM MEĀ
ET IURABO PER DEXTERAM MEĀ
ET DICAM UIUO EGO IN AETERNŪ
SI ACUERO UT FULGUR GLADIUM
MEUM ET ARRIPUERIT
IUDICIUM MANUS MEA
REDDAM ULTIONEM HOSTIB. MEIS
ET HIS QUI ODERUNT ME RETRIBUĀ
INEBRIABO SAGITTAS MEAS SANGUI
NE

ET GLADIUS MEUS MANDUCAUIT CARNES
DE CRUORE OCCISORUM DE CAPTIUI
TATE NUDATI INIMICORUM CAPITIS
LAUDATE GENTES POPULUM EIUS
QUIA SANGUINEM SERUORUM
SUORUM ULCISCETUR
ET UINDICTAM RETRIBUET IN HOS
TES EORUM. ET PROPITIUS ERIT
TERRAE POPULI SUI
UENIT ERGO MOSES ET LOCUTUS
EST OMNIA UERBA CANTICI
HUIUS IN AURIB. POPULI
IPSE ET IOSUE FILIUS NUN
CONPLEUITQ. OMNES SERMONES
ISTOS LOQUENS AD UNIUERSUM
ISRAHEL ET DIXIT AD EOS
PONITE CORDA UESTRA IN OMNIA
QUAE EGO TESTIFICOR UOBIS HODIE
UT MANDETIS EA FILIIS UESTRIS
CUSTODIRE ET FACERE ET INPLERE
UNIUERSA QUAE SCRIPTA SUNT
LEGIS HUIUS QUIA NON IN CASSUM
PRAECEPTA SUNT UOBIS
SED UT SINGULI IN EIS UIUERENT
QUAE FACIENTES LONGO PERSEUE
RETIS TEMPORE
IN TERRA AD QUAM IORDANE TRANS
MISSO INGREDIMINI POSSIDENDĀ
XVIII LOCUTUSQ. EST DNS AD MOSEN
IN EADEM DIE DICENS
ASCENDE IN MONTEM ISTUM
ABARIM ID EST TRANSITUUM
IN MONTEM NEBO QUI EST IN TERRA
MOAB CONTRA HIERICHO
ET UIDE TERRAM CHANAAN QUAM
EGO TRADAM FILIIS ISRL OPTINENDĀ
ET MORERE IN MONTEM QUEM
CONSCENDENS IUNGERIS POPU
LIS TUIS. SICUT MORTUUS EST
AARON FRATER TUUS IN MONTE HOR
ET APPOSITUS POPULIS SUIS
QUIA PRAEUARICATI ESTIS CONTRA
ME IN MEDIO FILIORUM ISRL
AD AQUAS CONTRADICTIONIS

INCHADES DESERTI SIN
ET NON SCIFICASTIS ME INTER FILIOS
ISRAHEL E CONTRA UIDEBIS TER
RAM ET NON INGREDIERIS IN EAM
QUAM EGO DABO FILIIS ISRAHEL
XXXIII HAEC EST BENEDICTIO QUAM BENE
DIXIT MOSES HOMO DI FILIIS
ISRAHEL ANTE MORTEM SUAM ET AIT
DNS DE SINAI UENIT ET DE SEIR
ORTUS EST NOBIS APPARUIT DE
MONTE PHARAN ET CUM EO
SCORUM MILIA
IN DEXTRA EIUS IGNEA LEX DILEXIT
POPULOS OMNES SCI IN MANU
ILLIUS SUNT
ET QUI AD PROPINQUANT PEDIB·
EIUS ACCIPIENT DE DOCTRINA ILLIUS
LEGEM PRAECEPIT NOBIS MOSES
HEREDITATEM MULTITUDINIS IACOB
ERIT APUT RECTISSIMUM REX
CONGREGATIS PRINCIPIB· POPULI
CUM TRIBUB· ISRAHEL
UIUAT RUBEN ET NON MORIATUR
ET SIT PARUUS IN NUMERO
HAEC EST IUDAE BENEDICTIO
AUDI DNE UOCEM IUDAE ET AD
POPULUM SUUM INTRODUCE EUM
MANUS EIUS PUGNABUNT PRO EO
ET ADIUTOR ILLIUS CONTRA
ADUERSARIOS EIUS ERIT
LEUI QUOQ· AIT
PERFECTIO TUA ET DOCTRINA
TUA UIRO SCO TUO
QUEM PROBASTI IN TEMPTATIONE
ET IUDICASTI AD AQUAS CONTRA
DICTIONIS· QUI DIXIT PATRI SUO
ET MATRI SUAE NESCIO UOS
ET FRATRIB· SUIS IGNORO UOS
ET NESCIERUNT FILIOS SUOS
HII CUSTODIERUNT ELOQUIUM
TUUM ET PACTUM TUUM
SERUAUERUNT
IUDICIA TUA· O IACOB ET LEGEM
TUAM· O ISRAHEL

PONENT THYMIAMA IN FURORE TUO
ET HOLOCAUSTUM SUPER ALTARE TUUM
BENEDIC DNE FORTITUDINI EIUS
ET OPERA MANUUM ILLIUS
SUSCIPE
PERCUTE DORSA INIMICORUM
EIUS QUI ODERUNT EUM
NON CONSURGANT
ET BENIAMIN AIT
AMANTISSIMUS DNI HABITAUIT
CONFIDENTER IN EO QUASI IN
THALAMO TOTA DIE MORABITUR
ET INTER UMEROS ILLIUS REQUIESCET
IOSEPH QUOQ· AIT
DE BENEDICTIONE DNI TERRA EIUS
DE POMIS FRUCTUM CAELI ET
RORE ATQ· ABYSSO SUBIACENTE
DE POMIS FRUCTUM SOLIS ATQ·
LUNAE · DE UERTICE ANTI
QUORUM MONTIUM
DE POMIS COLLIUM AETERNORUM
ET DE FRUGIB· TERRAE ET PLENI
TUDINE EIUS
BENEDICTIO ILLIUS QUI APPARUIT
IN RUBO UENIT SUPER CAPUT IOSEPH
ET SUPER UERTICEM NAZAREI
INTER FRATRES SUOS
QUASI PRIMOGENITI TAURI
PULCHRITUDO EIUS
CORNUA RINOCHEROTIS CORNUA ILLIUS
IN IPSIS UENTILAUIT GENTES
USQ· AD TERMINOS TERRAE
HAEC SUNT MULTITUDINES
EPHRAIM ET HAEC MILIA MANASSE
ET ZABULON AIT LAETARE
ZABULON IN EXITU TUO
ET ISACHAR IN TABERNACULIS TUIS
POPULOS AD MONTEM UOCABUNT
IBI IMMOLABUNT UICTIMAS IUSTITIAE
QUI INUNDATIONEM MARIS QUASI
LAC SUGENT ET THESAUROS
ABSCONDITOS HARENARUM
ET GAD AIT BENEDICTUS IN LATITU
DINE GAD QUASI LEO REQUIEUIT

COEPITQ. BRACHIUM ET UERTICEM
ET UIDIT PRINCIPATUM SUUM
QUOD IN PARTE SUA DOCTOR
ESSET REPOSITUS QUI FUIT
CUM PRINCIPIB. POPULI
ET FECIT IUSTITIAS DNI ET IUDICIUM
SUUM CUM ISRAHEL
DAN QUOQ. AIT
DAN CATULUS LEONIS FLUET
LARGITER DE BASAN
ET NEPTALI DIXIT NEPTALI ABUN
DANTIA PERFRUETUR
ET PLENUS ERIT BENEDICTIONE DNI
MARE ET MERIDIEM POSSIDEBIT
ASER QUOQ. AIT BENEDICTUS
IN FILIIS ASER
SIT PLACENS FRATRIB. SUIS
TINGUAT IN OLEO PEDEM SUUM
FERRUM ET AES CALCIAMENTUM EIUS
SICUT DIES IUUENTUTIS TUAE ITA
ET SENECTUS TUA. NON EST ALIUS
UT DS RECTISSIMI
ASCENSOR CAELI AUXILIATOR TUUS
MAGNIFICENTIA EIUS DISCURRUNT
NUBES. HABITACULUM EIUS SURSUM
ET SUBTER BRACHIA SEMPITERNA
EICIET A FACIE TUA INIMICUM DICETQ.
CONTERERE
HABITAUIT ISRL CONFIDENTER SOLUS
OCULUS IACOB IN TERRA FRUMENTI
ET UINI CAELIQ. CALIGABUNT RORE
BEATUS TU ISRL QUIS SIMILIS TUI
POPULE QUI SALUARIS
IN DNO SCUTUM AUXILII TUI
ET GLADIUS GLORIAE TUAE
NEGABUNT TE INIMICI TUI ET TU
EORUM COLLA CALCABIS
xxxiiii ASCENDIT ERGO MOSES DE CAM
PESTRIB. MOAB SUPER
MONTEM NEBO
IN UERTICE PHASGA CONTRA HIERICHO
OSTENDITQ. EI DNS OMNEM TER
RAM GALAAD USQ. DAN
ET UNIUERSUM NEPTALI
TERRAMQ. EPHRAIM ET MANASSE
ET OMNEM TERRAM USQ. AD MARE
NOUISSIMUM ET AUSTRALEM PARTEM
ET LATITUDINEM CAMPI HIERICHO
CIUITATES PALMARUM USQ. SEGOR
DIXITQ. DNS AD EUM
HAEC EST TERRA PRO QUA IURAUI
ABRAHAM ISAAC ET IACOB DICENS
SEMINI TUO DABO EAM UIDISTI EAM
OCULIS TUIS ET NON INTRABIS AD ILLAM
MORTUUSQ. EST IBI MOSES SER
UUS DNI IN TERRA MOAB IUBEN
TE DNO. ET SEPELIUIT EUM IN
UALLE TERRAE MOAB CONTRA
PHOGOR
ET NON COGNOUIT HOMO SEPUL
CHRUM EIUS USQ. IN PRAESENTEM
DIEM. MOSES CENTUM
ET UIGINTI ANNORUM ERAT
QUANDO MORTUUS EST
NON CALIGINAUIT OCULUS EIUS NEC
DENTES ILLIUS MOTI SUNT
FLEUERUNTQ. EUM FILII ISRL IN CAM
PESTRIB. MOAB TRIGINTA DIEB.
ET CONPLETI SUNT DIES PLANC
TUS LUGENTIUM MOSEN
IOSUE UERO FILIUS NUN REPLETUS
EST SPU SAPIENTIAE
QUIA MOSES POSUIT SUPER EUM
MANUS SUAS ET OBOEDIERUNT
EI FILII ISRL
FECERUNTQ. SICUT PRAECEPIT DNS MOSI
ET NON SURREXIT ULTRA PROPHE
TA IN ISRL SICUT MOSES
QUEM NOSSET DNS FACIE AD FACIEM
IN OMNIB. SIGNIS ATQ. PORTEN
TIS QUAE MISIT PER EUM
UT FACERET IN TERRA AEGYPTI
PHARAONI ET OMNIB. SERUIS EIUS
UNIUERSAEQ. TERRAE ILLIUS
ET CUNCTAM MANUM ROBUSTAM
MAGNAQ. MIRABILIA QUAE FECIT
MOSES CORAM UNIUERSO
ISRAHEL . AMEN

Tandem finita pentatheucu Mosi uelut
grandi faenore liberati ad Iesum filium
Naue manum mittimus quem He
brei Iosue Ben Nun id est Iosue filium
Nun uocant. Et ad Iudicum librum
quem Sopthim appellant. Ad Ruth
quoq· et Hester quos hisdem nomi
nib· efferunt. Monemusq· lecto
rem ut siluam Hebreicorum nomi
num et distinctiones per mem
bra diuisas diligens scriptura con
seruet. Ne et noster labor et illius
studium pereat. Et ut in primis
quod saepe testatus sum sciat me
non in reprehensionem ueterum
noua cudere sicut amici mei crimi
nantur. sed pro uirili parte offer
re linguae meae hominibus quos
tamen nostra delectant. ut pro
Grecorum ΕΞΑΠΛΟΙΣ quae et
sumtu et labore maximo indigent
editionem nostram habeant.
Et sicubi in antiquorum uolumi
num lectione dubitarint haec illis
conferentes inueniant quod re
quirunt. maxime cum apud La
tinos tot sint exemplaria quot
codices. Et unusquisq· pro arbi
trio suo uel addiderint uel sub
traxerint quod ei uisum est. et
utique non possit uerum esse
quod dissonet. Unde cesset arcu
ato uulnere contra nos insurgere
scorpius. Et sanctum opus uenenata
carpere lingua desistat. uel susci
piens si placet uel contemnens
si displicet. memineritq· illorum
uersuum. Os tuum abundauit
malitia et lingua tua concinnabat
dolum. Sedens aduersus fratrem
tuum loquebaris et aduersus
filium matris tuae ponebas
scandalum. Haec fecisti et tacui
existimasti inique quod ero
tui similis. arguam te et statuam
contra faciem tuam.

Quae enim audientis uel legentis
utilitas est nos laborare sudare
et alios detrahendo laborare.
dolere Iudaeos quod calumniandi eis
et inridendi christianos sit ablata
occasio. et ecclesiae homines id
dispicere immo lacerare unde ad
uersarii torqueantur.

Quod si uetus eis tantum interpre
tatio placet quae et mihi non displi
cet. et nihil extra recipiendum
putant. cur ea quae sub asteriscis
et obelis uel addita sunt uel ampu
tata legunt et non legunt. Quare
Danihelem iuxta Theodotionis
translationem ecclesiae susceperunt.
Cur Origenem mirantur et Eusebium
Pamphili cunctas editiones
similiter disserentes. Aut quae
fuit stultitia postquam uera
dixerint proferre quae falsa sunt.
Unde autem in nouo testamento
probare potuerunt adsumpta
testimonia quae in libris ueterib·
non habentur. Haec dicimus ne
omnino calumniantib· tacere
uideamur. Ceterum post sanctae
Paulae dormitionem cuius uita
uirtutis exemplum est. et hos li
bros quos Eustochiae uirgini Christi
negare non potui decreuimus
dum spiritus hos regit artus prophe
tarum explanationi incumbere
et omissum iam dudum opus quo
dam postliminio repetere. prae
sertim cum et admirabilis sanctusq·
uir Pammachius hoc idem litte
ris flagitet. Et nos ad patriam
festinantes mortiferos Sirena
rum cantus surda debeamus
aure transire.

capitula

i Post mortem mosi iosue dn̄s adlo
quitur et hortatur ut surgens iorda
ne transmisso ad terram quam pro
miserat pergeret obtinendam · tecum
ero ait confortare et esto robustus
uolumen legis de ore tuo non re
cedat   etcetera ·
Ubi iosue praecepit populo indamari
ut cibariis praeparatis iordanen per
gerent transituri   Duos absco̅
ditos uiros exploratores ad hiericho
dirigit ciuitatem   Qui meretricis
raab domum ingressi atq; a rege
quaesiti absconditi sunt   pactoq;
inito per murum demissi monta
na conscendunt ·   ad iosue ueniunt
et quae sibi contigerant pandunt
ii Ubi iosue mota castra uenit ad ior
danen   populum triduo sc̄ificat
dn̄s et ei dicit · hodie te incipiam
exaltare coram filiis isrl̄   dic leuitis
ut cum ingressi fuerint aquas
iordanis stent ·   ac deinde descen
dentib· sacerdotib· in aqua super
uenientes aquae instar montiū
intumescentes in una consiste
bant mole   inferiores uero desicca
tae sunt   per siccam humum omnis
populus pertransiuit   Bis duode
nos pro testimonio lapides de eius
medio adportantes
iii Ubi castra metantur in galgalis
dn̄s ad iosue dicit ut lapideos faciat
cultros   et causa secundae circum
cisionis ostendit ·   Ibi pascha
celebrant   comedunt de frugibus
terrae promissionis azyma noua
et non est ultra eis praestitum
manna ·   Ibi iosue eleuatis ocu
lis militiae caelestis gladium tene̅
tem principem cernit et audit
solue calciamentum de pedibus
tuis   et cet̄ ·   Et iterum tradidi
hiericho et regem eius in manu tua
sit omnis anathema   sic et sic con
clamabitis tubis   et supradictae
sequitur interitus ciuitatis
raab educitur ac seruatur
ubi filii isrl̄ praeuaricati sunt idest
achan filius charmi ·   ad hai exercitū
dirigit   qui terga hostib· dedit
ipse scissis uestib· dn̄m deprecatur
et dn̄s dicit quod peccauerit popu
lus ·   inquisitus qui hoc fecerit
deprehenditur et a populo lapidatur
iiii Ubi praecepit dn̄s ut ad supradicta̅
pergeret ciuitatem atq; clypeo
eleuato scire sibi eam fuisse con
traditam   Qui pergens cepit
deleuit occidit · iumenta autem
et praedam ciuitatis populus
in uicem sibi distribuit · et aedifi
cato altari sacrificium obtulit ·
deuteronomium scripsit · uerba
benedictionis et maledictionis
omni populo legit
Ubi reges chanaan turbantur   gabao
nitae legatos callide mittunt
foedus ineunt et in seruitio de
putantur
v Ubi quinq; reges amorraeorum
congregantur aduersus israhel
et eos iosue persequitur et dicit
stet sol in gabaon · et cet̄ ·   caesoq;
exercitu quinq; reges in speluncā
fugiunt · atq; adprehensi occidun
tur ·   eodem die percutit maceda
et lebna   deinde lachis et gazer
omnesq; montanas et plano po
sitas ciuitates dn̄o tradente
possidet
vi Ubi enachim interfecto reges
enumerat singulos id est xxxi
quib· extinctis prouincias eorū
possedit
vii Ubi dicit dn̄s ad iosue senuisti et
longeuus es   diuide terram filiis
isrl̄ ·   atq; sedens cum eleazaro

sacerdote universam terram diuidit
chaleb ad eum loquitur ut cariath
sepher ciuitatem ei sorte contrade
ret. et sicut iusserat dns et sequi
tur quae sors uniuscuiusque tribui
sit tradita
VIII Ubi in silo fixerunt tabernaculum
testimonii et inde sit tradita ad
reliquam quae nec dum subiecta
fuerat terram dirigit inspec
tores. Leuitis ac sacerdotib.
ad habitandum separat ciuitates
de tribub. singulis et subur
bana ad alenda iumenta
praecepit dns iosue ut urbes
in praesidia fugitiuorum sepa
rentur sicut locutus est ad
mosen et legem dat quiliter
ciuitatum debeat intrare prae
sidia. leuitis et sacerdotib. ciuita
tes et suburbana distribuuntur.
VIIII Ubi iosue uocauit rubenitas et gaditas
et mediam partem filiorum ma
nasse et dicit eis inplestis impe
rium dni et in tabernacula uestra
et pergentes ad tumulos iorda
nis aedificauerunt altare infini
tae magnitudinis. Quod iosue
et isrl putauerunt esse sacri
legum et nuntios dirigunt
qui ratione accepta leniti sunt
X Ubi iosue uocauit omnem israhelem
et admonet ut seruiant dno
et numerat seriem generationis
antiquae et quomodo de aegyp
to sint liberati. Quomodo amor
raei uel chananaei et ceteri sint
uirtute dni pressi. et optionem
dat utrum dno uelint seruire an diis
gentium populus spondet se dno
seruiturum. Iosue lapidem po
nit in testimonium post haec
mortuus et sepultus in tham
nas sare. Ossa ioseph sepeli
untur in sychem et eleazar sacer
dos in gab in monte ephraim

EXPL. CAPITULA

INCP. LIB. IESU NAUE

Et factum est post mortem
mosi serui dni
ut loqueretur dns ad iosue
filium nun. ministrum
mosi et diceret ei
moses seruus meus mortuus est
surge et transi iordanen istum
tu et omnis populus tecum
in terram quam ego dabo
filiis israhel.
omnem locum quem calca
uerit uestigium pedis
uestri uobis tradam
sicut locutus sum mosi
a deserto et libano usque ad
fluuium magnum eufraten
omnis terra hethaeorum
usque ad mare magnum
contra solis occasum erit
terminus uester
nullus uobis poterit resistere
cunctis diebus uitae tuae
sicut fui cum mosi ero tecum
non dimittam nec derelin
quam te
confortare et esto robustus
tu enim sorte diuides
populo huic terram

PRO QUA IURAUI PATRIBUS UESTRIS
UT TRADEREM EAM ILLIS
CONFORTARE IGITUR ET ESTO
ROBUSTUS UALDE
UT CUSTODIAS ET FACIAS OMNEM
LEGEM QUAM PRAECEPIT TIBI
MOSES SERUUS MEUS
NE DECLINES AB EA AD DEXTRAM
UEL AD SINISTRAM UT INTELLE
GAS CUNCTA QUAE AGIS
NON RECEDAT UOLUMEN LEGIS
HUIUS DE ORE TUO
SED MEDITABERIS IN EO DIEBUS
AC NOCTIBUS
UT CUSTODIAS ET FACIAS OMNIA
QUAE SCRIPTA SUNT IN EO
TUNC DIRIGES UIAM TUAM
ET INTELLEGES EAM
ECCE PRAECIPIO TIBI
CONFORTARE ET ESTO ROBUSTUS
NOLI METUERE ET NOLI TIMERE
QUONIAM TECUM EST DNS DS
TUUS IN OMNIBUS AD QUAE
CUMQUE PERREXERIS

iosue PRAECEPITQUE PRINCIPIBUS
POPULI DICENS
TRANSITE PER MEDIUM CASTRORUM
ET IMPERATE POPULO AC DICITE
PRAEPARATE UOBIS CIBARIA
QUONIAM POST DIEM TERTIUM
TRANSIBITIS IORDANEM
ET INTRABITIS AD POSSIDENDAM
TERRAM QUAM DNS DS UESTER
DATURUS EST UOBIS
RUBENITIS QUOQUE ET GADITIS
ET DIMIDIAE TRIBUI MANASSE AIT
MEMENTOTE SERMONIS QUEM
PRAECEPIT UOBIS MOSES
FAMULUS DNI DICENS
DNS DS UESTER DEDIT UOBIS
REQUIEM ET OMNEM TERRAM
UXORES UESTRAE ET FILII AC IU
MENTA MANEBUNT IN TERRAM
QUAM UOBIS TRADIDIT MOSES
TRANS IORDANEM
UOS AUTEM TRANSITE ARMATI
ANTE FRATRES UESTROS
OMNES FORTES MANU
ET PUGNATE PRO EIS
DONEC DET REQUIEM DNS
FRATRIBUS UESTRIS
SICUT ET UOBIS DEDIT
ET POSSIDEANT IPSI QUOQUE
TERRAM QUAM DNS DS
UESTER DATURUS EST EIS
ET SIC REUERTIMINI IN TERRAM
POSSESSIONIS UESTRAE
ET HABITABITIS IN EA
QUAM UOBIS DEDIT MOSES
FAMULUS DNI TRANS IORDANEM
CONTRA SOLIS ORTUM
RESPONDERUNTQUE AD IOSUE
ATQUE DIXERUNT
OMNIA QUAE PRAECEPISTI
NOBIS FACIEMUS
ET QUOCUMQUE MISERIS IBIMUS
SICUT OBOEDIUIMUS IN CUNC
TIS MOSI ITA OBOEDIEMUS
ET TIBI
TANTUM SIT DNS DS TUUS TECUM
SICUT FUIT CUM MOSI
QUI CONTRADIXERIT ORI TUO
ET NON OBOEDIERIT CUNCTIS
SERMONIBUS QUOS PRAECE
PERIS EI MORIATUR
TU TANTUM CONFORTARE
ET UIRILITER AGE

II MISIT ERGO IOSUE FILIUS NUN
DE SETTHIM DUOS UIROS
EXPLORATORES ABSCONDITE
ET DIXIT EIS
ITE ET CONSIDERATE TERRAM
URBEMQUE HIERICHO
QUI PERGENTES INGRESSI SUNT
DOMUM MULIERIS MERE
TRICIS NOMINE RAAB
ET QUIEUERUNT APUD EAM
NUNTIATUMQUE EST REGI

hiericho et dictum
ecce uiri ingressi sunt huc
per noctem de filiis israhel
ut explorarent terram
misitque rex hiericho
ad raab dicens
educ uiros qui uenerunt ad te
et ingressi sunt domum tuā
exploratores quippe sunt
et omnem terram conside
rare uenerunt
tollensque mulier uiros
abscondit et ait
fateor uenerunt ad me sed
nesciebam unde essent
cumque porta clauderetur
in tenebris et illi pariter
exierunt
nescio quo abierint
persequimini cito et con
prehenditis eos
ipsa autem fecit ascendere
uiros in solarium domus suae
operuitque eos lini stipula
quae ibi erat
hi autem qui missi fuerant
secuti sunt eos per uiam
quae ducit ad uadum iordanis
illis que egressis statim
porta clausa est
nec dum obdormierant
qui latebant
et ecce mulier ascendit
ad eos et ait
noui quod tradiderit dns
uobis terram
et enim inruit in nos terror
uester
et elanguerunt omnes
habitatores terrae
audiuimus quod siccauerit
dns aquas maris rubri
ad uestrum introitum
quando egressi estis ex aegypto
et quae feceritis duobus
amorraeorum regibus
qui erant trans iordanen
seon et og · quos inter
fecistis
et haec audientes pertimu
imus et elanguit cor
nostrum
nec remansit in nobis sps
ad introitum uestrum
dns enim ds uester ipse est
ds in caelo sursum
et in terra deorsum
nunc ergo iurate mihi per dnm
ut quomodo ego feci
uobiscum misericordiam
ita et uos faciatis cum
domo patris mei
detisque mihi signum uerū
et saluetis patrem meum
et matrem
fratres ac sorores meas
et omnia quae eorum sunt
et eruatis animas nostras
de morte
qui responderunt ei
anima nostra sit pro uobis
in mortem si tamen
non prodideris nos
cumque tradiderit nobis
dns terram
faciemus in te misericordiam
et ueritatem
dimisit ergo eos per funem
de fenestra
domus enim eius herebat murō
dixitque ad eos
ad montana conscendite
ne forte occurrant uobis
reuertentes
ibique latete tribus diebus
donec redeant
et sic ibitis per uiam uestrā
qui dixerunt ad eam

INNOXII ERIMUS A IURAMENTO
HOC QUO ADIURASTI NOS
SI INGREDIENTIBUS NOBIS TERRAM
SIGNUM FUERIT FUNICULUS
ISTE COCCINEUS
ET LIGAUERIS EUM IN FENESTRAM
PER QUAM NOS DIMISISTI
ET PATREM TUUM AC MATREM
FRATRES QUE ET OMNEM
COGNATIONEM TUAM
CONGREGAUERIS IN DOMUM TUAM
QUI OSTIUM DOMUS TUAE
EGRESSUS FUERIT
SANGUIS IPSIUS ERIT IN CAPUT
EIUS. ET NOS ERIMUS ALIENI
CUNCTORUM AUTEM SANGUIS
QUI TECUM FUERINT IN DOMO
REDUNDABIT IN CAPUT NOSTRUM
SI EOS ALIQUIS TETIGERIT
QUOD SI NOS PRODERE UOLUE
RIS ET SERMONEM ISTUM
PROFERRE IN MEDIUM
ERIMUS MUNDI AB HOC IURA
MENTO QUO ADIURASTI NOS
ET ILLA RESPONDIT SICUT
LOCUTI ESTIS ITA FIAT
DIMITTENS QUE EOS UT PERGERENT
APPENDIT FUNICULUM
COCCINEUM IN FENESTRA
ILLI UERO AMBULANTES PER
UENERUNT AD MONTANA
ET MANSERUNT IBI TRES DIES
DONEC REUERTERENTUR
QUI FUERANT PERSECUTI
QUAERENTES ENIM PER OMNES
UIAS NON REPPERERUNT EOS
QUIBUS URBEM INGRESSIS
REUERSI SUNT ET DESCEN
DERUNT EXPLORATORES
DE MONTE
ET IORDANE TRANSMISSO
UENERUNT AD IOSUE
FILIUM NUN
NARRAUERUNT QUE EI OMNIA

QUAE ACCIDERANT SIBI ATQUE DIXERUNT
TRADIDIT DNS IN MANUS NOSTRAS
OMNEM TERRAM HANC
ET TIMORE PROSTRATI SUNT
CUNCTI HABITATORES EIUS
III IGITUR IOSUE DE NOCTE CON
SURGENS MOUIT CASTRA
EGREDIENTES QUE DE SETTHIM
UENERUNT AD IORDANEM
IPSE ET OMNES FILII ISRAHEL
ET MORATI SUNT IBI TRES DIES
QUIBUS EUOLUTIS TRANSIERUNT
PRAECONES PER CASTRORUM
MEDIUM ET CLAMARE
COEPERUNT
QUANDO UIDERITIS ARCAM
FOEDERIS DNI DI UESTRI
ET SACERDOTES STIRPIS LEUITI
CAE PORTANTES EAM
UOS QUOQUE CONSURGITE
ET SEQUIMINI PRAECEDENTES
SIT QUE INTER UOS ET ARCAM
SPATIUM CUBITORUM
DUUM MILIUM
UT PROCUL UIDERE POSSITIS
ET NOSSE PER QUAM UIAM
INGREDIAMINI
QUIA PRIUS NON AMBULASTIS
PER EAM
ET CAUETE NE ADPROPIN
QUETIS AD ARCAM
DIXIT QUE IOSUE AD POPULUM
SCIFICAMINI CRAS ENIM
FACIET DNS INTER UOS
MIRABILIA
ET AIT AD SACERDOTES
TOLLITE ARCAM FOEDERIS
ET PRAECEDITE POPULUM
QUI IUSSA CONPLENTES
TULERUNT ET AMBULAUE
RUNT ANTE EOS
DIXIT QUE DNS AD IOSUE
HODIE INCIPIAM EXALTARE TE
CORAM OMNI ISRAHEL

UT SCIANT QUOD SICUT CUM
MOSI FUI ITA ET TECUM SIM
TU AUTEM PRAECIPE SACERDO
TIBUS QUI PORTANT ARCAM
FOEDERIS ET DIC EIS
CUM INGRESSI FUERITIS
PARTEM AQUAE IORDANIS
STATE IN EA
DIXITQUE IOSUE AD FILIOS ISRL
ACCEDITE HUC ET AUDITE
UERBA DNI DI UESTRI
ET RURSUM IN HOC INQUIT
SCIETIS QUOD DNS DS UIUENS
IN MEDIO UESTRI EST
ET DISPERDAT IN CONSPECTU UESTRO
CHANANAEUM HETHEUM EUEUM
ET FEREZEUM
GERGESEUM QUOQUE ET AMOR
REUM ET IEBUSEUM
ECCE ARCA FOEDERIS DNI OMNIS
TERRAE ANTECEDET UOS
PER IORDANEM
PARATE · XII · UIROS DE TRIBU
BUS ISRAHEL
SINGULOS PER SINGULAS TRIB
ET CUM POSUERINT UESTIGIA
PEDUM SUORUM SACERDOTES
QUI PORTABANT ARCAM DNI
DI UNIUERSAE TERRAE
IN AQUIS IORDANIS
AQUAE QUAE INFERIORES SUNT
DECURRENT ATQ · DEFICIENT
QUAE AUTEM DESUPER UENIUNT
IN UNA MOLE CONSISTENT
IGITUR EGRESSUS EST POPULUS
DE TABERNACULIS SUIS
UT TRANSIRENT IORDANEN
ET SACERDOTES QUI PORTABANT
ARCAM FOEDERIS PERGE
BANT ANTE EAM
INGRESSISQUE EIS IORDANEN
ET PEDIBUS EORUM TINCTIS
IN PARTEM AQUAE
CUM IORDANES AUTEM RIPAS
ALUEI SUI TEMPORE MESSIS
IMPLERET
STETERUNT AQUAE DESCEN
DENTES IN UNO LOCO
ET INSTAR MONTIS INTUME
SCENTES APPAREBANT PROCUL
AB URBE QUAE UOCATUR ADOM
USQUE AD LOCUM SARTHAN
QUAE AUTEM INFERIORES ERANT
IN MARE SOLITUDINIS
QUOD NUNC UOCATUR MOR
TUUM DESCENDERUNT
USQUEQUO OMNINO DEFICERENT
POPULUS AUTEM INCEDEBAT
CONTRA IORDANEM
ET SACERDOTES QUI PORTABANT
ARCAM FOEDERIS DNI
STABANT SUPER SICCAM HUMUM
IN MEDIO IORDANIS ACCINCTI
OMNISQUE POPULUS PER
ARENTEM ALUEUM TRANSIEBAT
IIII QUIBUS TRANSGRESSIS
DIXIT DNS AD IOSUE
ELIGE DUODECIM UIROS SINGU
LOS PER SINGULAS TRIBUS
ET PRAECIPE EIS UT TOLLANT
DE MEDIO IORDANIS ALUEO
UBI STETERUNT SACERDOTUM
PEDES
XII · DURISSIMOS LAPIDES
QUOS PONETIS IN LOCO CASTRO
RUM UBI FIXERITIS HAC NOCTE
TENTORIA
UOCAUITQUE IOSUE · XII · UIROS
QUOS ELEGERAT DE FILIIS ISRL
SINGULOS DE TRIBUBUS SIN
GULIS ET AIT AD EOS
ITE ANTE ARCAM DNI DI UESTRI
AD IORDANIS MEDIUM
ET PORTATE INDE SINGULI
SINGULOS LAPIDES IN HUME
RIS UESTRIS
IUXTA NUMERUM FILIORUM
ISRAHEL

UT SIT SIGNUM INTER UOS
ET QUANDO INTERROGAUERINT
UOS FILII UESTRI CRAS DICENTES
QUID SIBI UOLUNT LAPIDES ISTI
RESPONDEBITIS EIS
DEFECERUNT AQUAE IORDANIS
ANTE ARCAM FOEDERIS DÑI
CUM TRANSIRET EUM
ID CIRCO POSITI SUNT LAPIDES
ISTI IN MONUMENTUM
FILIORUM ISRAHEL USQUE
IN AETERNUM
FECERUNT ERGO FILII ISRAHEL
SICUT EIS PRAECEPIT IOSUE
PORTANTES DE MEDIO IORDA
NIS ALUEO XII LAPIDES
UT EI DÑS IMPERARAT
IUXTA NUMERUM FILIORŪ ISRL
USQUE AD LOCUM IN QUO
CASTRA METATI SUNT
IBIQUE POSUERUNT EOS
ALIOS QUOQUE XII LAPIDES
POSUIT IOSUE IN MEDIO
IORDANIS ALUEO
UBI STETERUNT SACERDOTES
QUI PORTABANT ARCAM
FOEDERIS
ET SUNT IBI USQUE IN PRAE
SENTEM DIEM
SACERDOTES AUTEM QUI PORTA
BANT ARCAM STABANT
IN IORDANIS MEDIO
DONEC OMNIA COMPLERENTUR
QUAE IOSUE UT LOQUERETUR
AD POPULUM PRAECEPERAT DÑS
ET DIXERAT EI MOSES
FESTINAUITQUE POPULUS
ET TRANSIIT
CUMQUE TRANSISSENT OMNES
TRANSIUIT ET ARCA DÑI
SACERDOTES QUE PERGEBANT
ANTE POPULUM
FILII QUOQUE RUBEN ET GAD
ET DIMIDIAE TRIBUS MANASSE

ARMATI PRAECEDEBANT FILIOS
ISRAHEL SICUT EIS PRAECEPE
RAT MOSES
ET XL PUGNATORUM MILIA
PER TURMAS ET CUNEOS
INCEDEBANT PER PLANA ATQUE
CAMPESTRIA URBIS HIERICHO
IN DIE ILLO MAGNIFICAUIT DÑS
IOSUE CORAM OMNI ISRAHEL
UT TIMERENT EUM SICUT TIMU
ERANT MOSEN DUM ADUIUERÃ
DIXITQUE AD EUM
PRAECIPE SACERDOTIB· QUI
PORTANT ARCAM FOEDERIS
UT ASCENDANT DE IORDANE
QUI PRAECEPIT EIS DICENS
ASCENDITE DE IORDANE
CUMQUE ASCENDISSENT PORTAN
TES ARCAM FOEDERIS DÑI
ET SICCAM HUMUM CALCARE
COEPISSENT
REUERSAE SUNT AQUAE
IN ALUEUM SUUM
ET FLUEBANT SICUT ANTE
CONSUEUERANT
POPULUS AUTEM ASCENDIT
DE IORDANE DECIMO
MENSIS PRIMI DIE
ET CASTRAMETATI SUNT
IN GALGALIS
CONTRA ORIENTALEM PLAGAM
URBIS HIERICHO
DUODECIM QUOQUE LAPIDES
QUOS DE IORDANIS ALUEO
SUMSERANT
POSUIT IOSUE IN GALGALIS
ET DIXIT AD FILIOS ISRAHEL
QUANDO INTERROGAUERINT
FILII UESTRI CRAS PATRES SUOS
ET DIXERINT EIS
QUID SIBI UOLUNT ISTI LAPIDES
DOCEBITIS EOS ATQUE DICETIS
PER ARENTEM ALUEUM TRANS
IUIT ISRL IORDANEM ISTUM

SICCANTE DNO DO UESTRO AQUAS
EIUS IN CONSPECTU UESTRO
DONEC TRANSIRETIS
SICUT FECERAT PRIUS IN MARI
RUBRO QUOD SICCAUIT DONEC
TRANSIREMUS
UT DISCANT OMNES TERRARUM
POPULI FORTISSIMAM DNI
MANUM
ET UT UOS TIMEATIS DNM DM
UESTRUM OMNI TEMPORE
POST QUAM ERGO AUDIERUNT
OMNES REGES AMORREORU
QUI HABITABANT TRANS IORDANE
AD OCCIDENTALEM PLAGAM
ET CUNCTI REGES CHANAAN
QUI PROPINQUA POSSIDEBANT
MAGNO MARI LOCA
QUOD SICCASSET DNS FLUENTA
IORDANIS CORAM FILIIS ISRL
DONEC TRANSIRENT
DISSOLUTUM EST COR EORUM
ET NON REMANSIT IN EIS SPS
TIMENTIUM INTROITUM
FILIORUM ISRAHEL
EO TEMPORE AIT DNS AD IOSUE
FAC TIBI CULTROS LAPIDEOS
ET CIRCUMCIDE SECUNDO
FILIOS ISRAHEL
FECIT QUOD IUSSERAT DNS
ET CIRCUMCIDIT FILIOS ISRL
IN COLLE PRAEPUTIORUM
HAEC AUTEM CAUSA EST
SECUNDAE CIRCUMCISIONIS
OMNIS POPULUS QUI EGRES
SUS EST EX AEGYPTO
GENERIS MASCULINI
UNIUERSI BELLATORES UIRI
MORTUI SUNT IN DESERTO
PER LONGISSIMOS UIAE CIRCUITUS
QUI OMNES CIRCUMCISI ERANT
POPULUS AUTEM QUI NATUS
EST IN DESERTO
PER XL ANNOS ITINERIS
LATISSIMAE SOLITUDINIS
INCIRCUMCISUS FUIT
DONEC CONSUMERENTUR
QUI NON AUDIERANT UOCEM DNI
ET QUIBUS ANTE IURAUERAT
UT OSTENDERET EIS TERRA
LACTE ET MELLE MANANTEM
HORUM FILII IN LOCUM
SUCCESSERUNT PATRUM
ET CIRCUMCISI SUNT AB IOSUE
QUIA SICUT NATI FUERANT
IN PRAEPUTIO ERANT
NEC EOS IN UIA ALIQUIS
CIRCUMCIDERAT
POST QUAM AUTEM OMNES
CIRCUMCISI SUNT
MANSERUNT IN EODEM
CASTRORUM LOCO
DONEC SANARENTUR
DIXIT QUE DNS AD IOSUE
HODIE ABSTULI OBPROBRIU
AEGYPTI A UOBIS
UOCATUM QUE EST NOMEN
LOCI ILLIUS GALGALA
USQUE IN PRAESENTEM DIE
MANSERUNT QUE
FILII ISRL IN GALGALIS
ET FECERUNT PHASE QUARTA
DECIMA DIE MENSIS AD UESPERU
IN CAMPESTRIB HIERICHO
ET COMEDERUNT DE FRUGIB
TERRAE DIE ALTERO AZYMOS
PANES ET PULENTAM
EIUSDEM ANNI
DEFECIT QUE MANNA
POST QUAM COMEDERUNT
DE FRUGIBUS TERRAE
NEC USI SUNT ULTRA CIBO ILLO
FILII ISRAHEL
SED COMEDERUNT DE FRUGIB
PRAESENTIS ANNI TERRAE
CHANAAN
CUM AUTEM ESSET IOSUE
IN AGRO URBIS HIERICHO

leuauit oculos et uidit uirum
stantem contra se
et euaginatum tenentem
gladium
perrexitque ad eum et ait
noster es an aduersariorum
qui respondit nequaquam
sed sum princeps exercitus
dni et nunc uenio
cecidit iosue pronus in ter
ram et adorans ait
quid dns meus loquitur
ad seruum suum
solue inquit calciamentum
tuum de pedib· tuis
locus enim in quo stas scs est
fecitque iosue ut sibi fue
rat imperatum
hiericho autem clausa erat
atque munita timore
filiorum israhel
et nullus egredi audebat
aut ingredi
Dixitque dns ad iosue
ecce dedi in manus tuas
hiericho et regem eius
omnesque fortes uiros
circuite urbem cuncti
bellatores semel per diem
sic facietis sex diebus
septimo autem die sacerdo
tes tollant septem bucinas
quarum usus est in iobeleo
et praecedant arcam foederis
septiesque circuibitis
ciuitatem
et sacerdotes clangent
bucinis
Cumque insonuerit uox
tubae longior atq· concisior
et in aurib· uestris increpuerit
conclamabit omnis populus
uociferatione maxima
et muri funditus corruent

ciuitatis
ingredienturque singuli
per locum contra quem
steterint
Uocauit ergo iosue filius nun
sacerdotes et dixit ad eos
tollite arcam foederis
et septem alii sacerdotes
tollant septem iobeleo
rum bucinas
et incedant ante arcam dni
ad populum quoque ait
uadite et circuite ciuitatem
armati praecedentes
arcam dni
Cumque iosue uerba finisset
et ·uii· sacerdotes ·uii· bucinis
clangerent ante arcam
foederis dni
omnisque praecederet
armatus exercitus
reliquum uulgus arcam
sequebatur
ac bucinis omnia concrepabant
praeceperat autem iosue
populo dicens
non clamabitis nec audietur
uox uestra
neque ullus sermo ex ore
uestro egredietur
donec ueniat dies in qua
dicam uobis clamate
et uociferamini
Circumiuit ergo arca dni
ciuitatem semel per diem
et reuersa est in castra
mansit ibi
Igitur iosue de nocte consur
gente tulerunt sacer
dotes arcam dni
et ·uii· ex eis ·uii· bucinas
quarum in iobeleis usus est
praecedebantque arcam dni
ambulantes atq· clangentes

et armatus populus ibat
ante eos
uulgus autem reliquum
sequebatur arcam et buci
nis personabat
circumierunt que ciuitate
secundo die semel
et reuersi sunt in castra
sic fecerunt sex diebus
die autem septimo deluculo
consurgentes
circumierunt urbem sicut
dispositum erat septies
cumque septimo circuitu
clangerent bucinis sacer
dotes
dixit iosue ad omnem popu
lum israhel
uociferamini tradidit enim
uobis dns ciuitatem
sit que ciuitas haec anathema
et omnia quaeque in ea
sunt dno
sola raab meretrix uiuat
cum uniuersis qui cum
ea in domo sunt
abscondit enim nuntios
quos direximus
uos autem cauete ne de his
quae praecepta sunt
quippiam contingatis
et sitis praeuaricationis rei
et omnia castra israhel
sub peccato sint atque
turbentur
quicquid autem auri et ar
genti fuerit et uasorum
aeneorum ac ferri
dno consecretur repositu
in thesauris eius
igitur omni uociferante
populo et clangentib; tubis
postquam in aures multi
tudinis uox sonitusque
increpuit
muri ilico corruerunt
et ascendit unusquisque
per locum qui contra se erat
ceperunt que ciuitatem
et interfecerunt omnia
quae erant in ea
a uiro usque ad mulierem
ab infante usque ad senem
boues quoque et oues et asinos
in ore gladii percusserunt
duobus autem uiris qui ex
ploratores missi fuerant
dixit iosue
ingredimini in domum
mulieris meretricis
et producite eam omniaque
quae illius sunt
sicut illi iuramento firmastis
ingressi que iuuenes eduxe
runt raab et parentes ejus
fratres quoque et cuncta
supellectilem
ac cognationem illius
et extra castra israhel
manere fecerunt
urbem autem et omnia
quae in ea sunt succenderunt
absque argento et auro
et uasis aeneis ac ferro
quae in aerarium dni conse
crarunt
raab uero meretricem
et domum patris eius
atque omnia quae habebat
fecit iosue uiuere
et habitauerunt in medio isrl
usque in praesentem diem
eo quod absconderit nuntios
quos miserat ut explora
rent hiericho
in tempore illo inprecatus
est iosue dicens
maledictus uir coram dno

quis suscitauerit et aedifi
cauerit ciuitatem hiericho
in primogenito suo funda
menta illius iaceat
et in nouissimo liberorum
ponat portas eius
fuit ergo dns cum iosue
et nomen eius in omni
terra uulgatum est
Filii autem israhel praeuari
cati sunt mandatum
et usurpauerunt de anathe
mate
nam achan filius charmi
filii zabdi filii zareo
de tribu iuda
tulit aliquid de anathemate
iratus que est dns contra
filios israhel
Cumque mitteret iosue
de hiericho uiros
contra ahi quae est iuxta
bethauen ad orientalem
plagam oppidi bethel
dixit eis ascendite et explo
rate terram
qui praecepta conplentes
explorauerunt ahi
et reuersi dixerunt ei
non ascendat omnis populus
sed duo uel tria milia uirorū
pergant
et deleant ciuitatem
quare omnis populus frustra
uexatur contra hostes
paucissimos
ascenderunt ergo tria milia
pugnatores
qui statim terga uertentes
percussi sunt a uiris
urbis ahi
et corruerunt ex eis triginta
sex homines
persecuti que sunt eos
ad uersarii de porta usque
ad sabarim
et ceciderunt per prona
fugientes
pertimuit que cor populi
et instar aquae liquefac
tum est
iosue uero scidit uesti
menta sua
et cecidit pronus in terram
coram arca dni usque ad uesperū
tam ipse quam omnes
senes israhel
miserunt que puluerem
super capita sua
et dixit iosue
heu dne ds quid uoluisti
transducere populum istū
iordanem fluuium
ut traderes nos in manus
amorraei et perderes
utinam ut coepimus mansis
semus trans iordanem
mi dne ds quid dicam
uidens israhel hostib' suis
terga uertentem
audient chananaei et omnes
habitatores terrae
ac pariter conglobati circum
dabunt nos atque delebunt
nomen nostrum de terra
et quid facies magno
nomini tuo
dixit que dns ad iosue
surge cur iaces pronus in terra
peccauit isrl et praeuarica
tus est pactum meum
tulerunt que de anathemate
et furati sunt atque mentiti
et absconderunt inter
uasa sua
nec poterit stare israhel
ante hostes suos eosque fugiet
quia pollutus est anathemate

NON ERO ULTRA UOBISCUM
DONEC CONTERATIS EUM QUI
HUIUS SCELERIS REUS EST
SURGE SCIFICA POPULUM ET DIC EIS
SCIFICAMINI IN CRASTINUM
HAEC ENIM DICIT DNS DS ISRL
ANATHEMA IN MEDIO TUI ISRAHEL
NON POTERIS STARE CORAM
HOSTIBUS TUIS
DONEC DELEATUR EX TE QUI HOC
CONTAMINATUS EST SCELERE
ACCEDETIS QUE MANE SINGULI
PER TRIBUS UESTRAS
ET QUAM CUMQUE TRIBUM
SORS INUENERIT
ACCEDET PER COGNATIONES SUAS
ET COGNATIO PER DOMOS
DOMUS QUE PER UIROS
ET QUICUMQUE ILLE HOC FACI
NORE FUERIT DEPREHENSUS
COMBURETUR IGNI CUM
OMNI SUBSTANTIA SUA
QUONIAM PRAEUARICATUS EST
PACTUM DNI ET FECIT
NEFAS IN ISRAHEL
SURGENS ITAQUE IOSUE MANE
ADPLICAUIT ISRAHEL PER
TRIBUS SUAS
ET INUENTA EST TRIBUS IUDA
QUAE CUM IUXTA FAMILIAS
SUAS ESSET OBLATA INUENTA
EST FAMILIA ZARAI
ILLAM QUOQUE PER UIROS
OFFERENS REPPERIT ZABDI
CUIUS DOMUM IN SINGULOS
DIUIDENS UIROS
INUENIT ACHAN FILIUM CHARMI
FILII ZABDI FILII ZARE
DE TRIBU IUDA
ET AIT AD ACHAN
FILI MI DA GLORIAM DNO DO ISRL
ET CONFITERE ATQUE INDICA MIHI
QUID FECERIS NE ABSCONDAS
RESPONDIT Q; ACHAN IOSUE
ET DIXIT EI
UERE ECCE PECCAUI DNO DO ISRL
ET SIC ET SIC FECI
UIDI ENIM INTER SPOLIA PALLIU̅
COCCINEUM UALDE BONUM
ET CC SICLOS ARGENTI
REGULAM QUE AUREAM
QUINQUAGINTA SICLORUM
ET CONCUPISCENS ABSTULI
ET ABSCONDI IN TERRA CONTRA
MEDIUM TABERNACULI MEI
ARGENTUM QUE FOSSA
HUMO OPERUI
MISIT ERGO IOSUE MINISTROS
QUI CURRENTES AD TABERNACU
LUM ILLIUS
REPPERERUNT CUNCTA ABSCON
DITA IN EODEM LOCO ET AR
GENTUM SIMUL
AUFERENTES QUE DE TENTORIO
TULERUNT EA AD IOSUE ET AD
OMNES FILIOS ISRAHEL
PROIECERUNT QUE ANTE DNM
TOLLENS ITAQUE IOSUE ACHAN
FILIUM ZARE
ARGENTUM QUE ET PALLIUM
ET AUREAM REGULAM
FILIOS QUE EIUS ET FILIAS
BOUES ET ASINOS ET OUES
IPSUM QUE TABERNACULUM
ET CUNCTAM SUPELLECTILEM
ET OMNIS ISRAHEL CUM EO
DUXERUNT EOS AD UALLEM
ACHOR UBI DIXIT IOSUE
QUIA TURBASTI NOS EXTURBET
TE DNS IN DIE HAC
LAPIDAUIT QUE EUM OMNIS ISRL
ET CUNCTA QUAE ILLIUS ERANT
IGNE CONSUMPTA SUNT
CONGREGAUERUNT QUOQUE
SUPER EUM ACERUUM
MAGNUM LAPIDUM
QUI PERMANET USQUE IN PRAE
SENTEM DIEM

ET AUERSUS EST FUROR DNI AB EIS
UOCATUM QUE EST NOMEN
LOCI ILLIUS UALLIS ACHOR
USQUE HODIE
IIII DIXIT AUTEM DNS AD IOSUE
NE TIMEAS NEQUE FORMIDES
TOLLE TECUM OMNEM MULTI
TUDINEM PUGNATORUM
ET CONSURGENS ASCENDE
IN OPPIDUM AHI
ECCE TRADIDI IN MANU TUA
REGEM EIUS ET POPULUM
URBEM Q· ET TERRAM
FACIES QUE URBI AHI
ET REGI EIUS
SICUT FECISTI HIERICHO
ET REGI ILLIUS
PRAEDAM UERO ET OMNIA
ANIMANTIA DIRIPIETIS UOBIS
PONE INSIDIAS URBI POST EAM
SURREXIT Q· IOSUE ET OMNIS
EXERCITUS BELLATORUM
CUM EO UT ASCENDERENT
IN AHI
ET ELECTA ·XXX· MILIA UIRORŪ
FORTIUM MISIT NOCTE
PRAECEPIT QUE EIS DICENS
PONITE INSIDIAS POST CIUITA
TEM NEC LONGIUS RECEDATIS
ET ERITIS OMNES PARATI
EGO AUTEM ET RELIQUA MUL
TITUDO QUAE MECUM EST
ACCEDEMUS EX ADUERSO
CONTRA URBEM
CUMQUE EXIERINT CONTRA
NOS SICUT ANTE FECIMUS
FUGIEMUS ET TERGA UERTEMUS
DONEC PERSEQUENTES AB
URBE LONGIUS PROTRAHANTUR
PUTABUNT ENIM FUGERE
NOS SICUT PRIUS
NOBIS ERGO FUGIENTIBUS
ET ILLIS SEQUENTIBUS
CONSURGETIS DE INSIDIIS
ET UASTABITIS CIUITATEM
TRADET QUE EAM DNS DS UESTER
IN MANUS UESTRAS
CUMQUE CEPERITIS
SUCCENDITE EAM
SIC OMNIA FACIETIS UT IUSSI
DIMISIT QUE EOS ET PERREXE
RUNT AD INSIDIARUM LOCUM
SEDERUNT QUE INTER BETHEL
ET AHI AD OCCIDENTALEM
PLAGAM URBIS AHI
IOSUE AUTEM NOCTE ILLA IN ME
DIO MANSIT POPULI
SURGENS QUE DE LUCULO
RECENSUIT SOCIOS
ET ASCENDIT CUM SENIORIBUS
IN FRONTE EXERCITUS
UALLATUS AUXILIO PUGNATORŪ
CUMQUE UENISSENT ET ASCĒ
DISSENT EX ADUERSO
CIUITATIS
STETERUNT AD SEPTENTRIO
NALEM URBIS PLAGAM
INTER QUAM ET EOS UALLIS
MEDIA ERAT
QUINQUE MILIA AUTEM UIROS
ELEGERAT ET POSUERAT
IN INSIDIIS INTER BETHAUEN
ET AHI · EX OCCIDENTALI
PARTE EIUSDEM CIUITATIS
OMNIS UERO RELIQUUS
EXERCITUS AD AQUILONEM
ACIEM DIRIGEBAT
ITA UT NOUISSIMI MULTITUDINIS
OCCIDENTALEM PLAGAM
URBIS ADTINGERENT
ABIIT ERGO IOSUE NOCTE ILLA
ET STETIT IN UALLIS MEDIO
QUOD CUM UIDISSET REX AHI
FESTINAUIT MANE ET EGRESSUS
EST CUM OMNI EXERCITU
CIUITATIS
DIREXIT QUE ACIEM CONTRA
DESERTUM

IGNORANS QUOD POST TERGUM
LATERENT INSIDIAE
IOSUE UERO ET OMNIS ISRAHEL
CESSERUNT LOCO
SIMULANTES METUM ET FUGI
ENTES PER UIAM SOLITUDINIS
AT ILLI UOCIFERANTES PARITER
ET SE MUTUO COHORTANTES
PERSECUTI SUNT EOS
CUMQ· RECESSISSENT A CIUITATE
ET NE UNUS QUIDEM IN URBE
HAI ET BETHEL REMANSISSET
QUI NON PERSEQUERETUR ISRL
SICUT ERUPERANT APERTA
OPPIDA RELINQUENTES
DIXIT DNS AD IOSUE
LEUA CLYPEUM QUI IN MANU
TUA EST CONTRA URBEM HAI
QUONIAM TIBI TRADAM EAM
CUM QUE LEUASSET CLYPEUM
EX ADUERSO CIUITATIS
INSIDIAE QUAE LATEBANT SURRE
XERUNT CONFESTIM
ET PERGENTES AD CIUITATEM
CEPERUNT ET SUCCENDERUNT EAM
UIRI AUTEM CIUITATIS QUI PER
SEQUEBANTUR IOSUE
RESPICIENTES ET UIDENTES
FUMUM URBIS AD CAELUM
USQUE CONSCENDERE
NON POTERANT ULTRA HUC
ILLUCQUE DIFFUGERE
PRAESERTIM CUM HI QUI SIMU
LAUERANT FUGAM ET TENDE
BANT AD SOLITUDINEM
CONTRA PERSEQUENTES FOR
TISSIME RESTITISSENT
UIDENS Q· IOSUE ET OMNIS ISRL
QUOD CAPTA ESSET CIUITAS
ET FUMUS URBIS ASCENDERET
REUERSUS PERCUSSIT UIROS HAI
SIQUIDEM ET ILLI QUI CEPERANT
ET SUCCENDERANT CIUITATEM
EGRESSI EX URBE CONTRA SUOS
MEDIOS HOSTIUM PERIRE
COEPERUNT
CUM ERGO EX UTRAQUE PARTE
ADUERSARII CAEDERENTUR
ITA UT NULLUS DE TANTA MULTI
TUDINE SALUARETUR
REGEM QUOQUE URBIS HAI
ADPREHENDERE UIUENTEM
ET OPTULERUNT IOSUE
IGITUR OMNIB· INTERFECTIS
QUI ISRAHELEM AD DESERTA
TENDENTEM FUERANT
PERSECUTI
ET IN EODEM LOCO GLADIO
CORRUENTIBUS
REUERSI FILII ISRL PERCUSSE
RUNT CIUITATEM
ERANT AUTEM QUI IN EO DIE
CONCIDERANT A UIRO USQ·
AD MULIEREM
XII MILIA HOMINUM
OMNES URBIS HAI
IOSUE UERO NON CONTRAXIT
MANUM QUAM IN SUBLIME
PORREXERAT TENENS CLYPEUM
DONEC INTERFICERENTUR
OMNES HABITATORES HAI
IUMENTA AUTEM ET PRAEDAM
CIUITATIS DIUISERUNT SIBI
FILII ISRAHEL
SICUT PRAECEPERAT DNS IOSUE
QUI SUCCENDIT URBEM ET FECIT
EAM TUMULUM SEMPITERNUM
REGEM QUOQUE EIUS SUSPENDIT
IN PATIBULO USQ· AD UESPERUM
ET SOLIS OCCASUM
PRAECEPITQUE ET DEPOSUERUNT
CADAUER EIUS DE CRUCE
PROIECERUNT Q· IN IPSO INTRO
ITU CIUITATIS
CONGESTO SUPER EUM MAGNO
ACERUO LAPIDUM QUI PERMA
NET USQ· IN PRAESENTEM DIEM
TUNC AEDIFICAUIT IOSUE ALTARE

dno do israhel in monte
hebal
sicut praeceperat moses
famulus dni filiis israhel
et scriptum est in uolumine
legis mosi
altare de lapidibus inpolitis
quos ferrum non tetigit
et obtulit super eo holo
causta dno
inmolauitq· pacificas
et uictimas
et scripsit super lapides
deuteronomium legis mosi
quod ille digesserat coram
filiis israhel
Omnis autem populus
et maiores natu ducesq·
ac iudices
stabant ex utraq· parte arcae
in conspectu sacerdotum
qui portabant arcam
foederis dni
ut aduena ita et indigena
media eorum pars iuxta
montem garizim
et media iuxta montem hebal
sicut praeceperat moses
famulus dni
et primum quidem benedi
xit populo israheli
post haec legit omnia uerba
benedictionis et maledic
tionis
et cuncta quae scripta erant
in legis uolumine
nihil ex his quae moses iusse
rat reliquit intactum
sed uniuersa replicauit
coram omni multitudine
israhel
mulierib· ac paruulis et ad
uenis qui inter eos
morabantur

.IX. Quibus auditis cuncti reges
trans iordanen
qui uersabantur in monta
nis et in campestribus
et maritimis ac litore
maris magni
hi quoque qui habitabant
iuxta libanum
hettheus et amorraeus
et chananaeus
pherezaeus et eueus
et iebusaeus
congregati sunt pariter
ut pugnarent contra
iosue et israhel
uno animo eademq· sententia
At hi qui habitabant in gabaon
audientes cuncta quae
fecerat iosue hiericho et ahi
et callide cogitantes
tulerunt sibi cibaria
saccos ueteres asinis inponentes
et utres uinarios scissos
atque consutos
calciamentaque perantiqua
quae ad indicium uetustatis
pittaciis consuta erant
induti ueterib· uestimentis
panes quoq· quos portabant
obuiaticum duri erant
et in frusta comminuti
perrexeruntq· ad iosue
qui tunc morabatur in ca
stris in galgala
et dixerunt ei atq· omni
simul israheli
de terra longinqua uenimus
pacem uobiscum facere
cupientes
responderuntq· uiri isrl
ad eos atq· dixerunt
ne forsitan in terra quae nobis
sorte debetur habitetis
et non possumus foedus

INIRE UOBISCUM
AT ILLI AD IOSUE SERUI INQUIUNT
TUI SUMUS
QUIB· IOSUE QUINAM AIT ESTIS
ET UNDE UENISTIS
RESPONDERUNT DE TERRA
LONGINQUA UALDE UENERUNT
SERUI TUI IN NOMINE DNI DI TUI
AUDIUIMUS ENIM FAMAM
POTENTIAE EIUS
CUNCTA QUAE FECIT IN AEGYPTO
ET DUOB· AMORRAEORUM REGIB·
TRANS IORDANEM
SEON REGI ESEBON ET OG REGI
BASAN QUI ERAT IN ASTHAROTH
DIXERUNT Q· NOBIS SENIORES
ET OMNES HABITATORES
TERRAE NOSTRAE
TOLLITE IN MANIB· CIBARIA
OB LONGISSIMAM UIAM
ET OCCURRITE EIS AC DICITE
SERUI UESTRI SUMUS
FOEDUS INITE NOBISCUM
EN PANES QUANDO EGRESSI
SUMUS DE DOMIB· NOSTRIS
UT UENIREMUS AD UOS
CALIDOS SUMSIMUS
NUNC SICCI FACTI SUNT ET UETU
STATE NIMIA COMMINUTI
UTRES UINI NOUOS IMPLEUIMUS
NUNC RUPTI SUNT ET SOLUTI
UESTES ET CALCIAMENTA
QUIB· INDUIMUR ET QUAE
HABEMUS IN PEDIBUS
OB LONGITUDINEM LARGIORIS
UIAE TRITA SUNT ET PENE
CONSUMTA
SUSCEPERUNT IGITUR DE CIBA
RIIS EORUM
ET OS DNI NON INTERROGAUERUNT
FECIT Q· IOSUE CUM EIS PACEM
ET INITO FOEDERE POLLICITUS
EST QUOD NON OCCIDERENTUR
PRINCIPES QUOQUE MULTI
TUDINIS IURAUERUNT EIS

POST DIES AUTEM TRES INITI
FOEDERIS AUDIERUNT QUOD
IN UICINO HABITARENT ET INTER
EOS FUTURI ESSENT
MOUERUNT Q· CASTRA FILII ISRL
ET UENERUNT IN CIUITATES
EORUM DIE TERTIO
QUARUM HAEC UOCABULA SUNT
GABAON ET CAPHIRA ET BEROTH
ET CARIATHIARIM
ET NON PERCUSSERUNT EOS
EO QUOD IURASSENT EIS
PRINCIPES MULTITUDINIS
IN NOMINE DNI DI ISRL
MURMURAUIT ITAQUE OMNE
UULGUS CONTRA PRINCIPES
QUI RESPONDERUNT EIS
IURAUIMUS ILLIS IN NOMINE
DNI DI ISRAHEL
ET IDCIRCO NON POSSUMUS
EOS CONTINGERE
SED HOC FACIEMUS EIS
RESERUENTUR QUIDEM UT UIUANT
NE CONTRA NOS IRA DNI CONCI
TETUR SI PEIERAUERIMUS
SED SIC UIUANT UT IN USUS
UNIUERSAE MULTITUDINIS
LIGNA CAEDANT AQUAS Q·
CONPORTENT
QUIBUS HAEC LOQUENTIBUS
UOCAUIT GABAONITAS IOSUE
ET DIXIT EIS
CUR NOS DECIPERE FRAUDE
UOLUISTIS
UT DICERETIS PROCUL UALDE
HABITAMUS A UOBIS
CUM IN MEDIO NOSTRI SITIS
ITAQUE SUB MALEDICTIONE ERITIS
ET NON DEFICIET DE STIRPE
UESTRA
LIGNA CAEDENS AQUAS Q· COMPOR
TANS IN DOMUM DI MEI
QUI RESPONDERUNT
NUNTIATUM EST NOBIS SERUIS TUIS
QUAE PROMISISSET DNS DS TUUS

mosi seruo suo
ut traderet uobis omnem
terram
et disperderet cunctos
habitatores ejus
timuimus igitur ualde et pro
uidimus animab· nostris
uestro terrore compulsi
et hoc consilium iniuimus
nunc autem in manu tua sumus
quod tibi bonum et rectum
uidetur fac nobis
fecit ergo iosue ut dixerat
et liberauit eos de manu fili
orum isrl ut non occiderentur
decreuitq· in illo die esse eos
in ministerium cuncti
populi et altaris dñi
caedentes ligna et aquas
conportantes usque in
praesens tempus
in loco quem dñs elegisset
X. Quae cum audisset adonise
dech rex hierusalem
quod scilicet cepisset iosue
ahi et subuertisset eam
sicut enim fecerat hiericho
et regi eius sic fecit ahi
et regi illius
et quod transfugissent
gabaonitae ad israhel
et essent foederati eorum
timuit ualde
urbs enim magna erat
gabaon
et una regalium ciuitatum
et maior oppido ahi
omnesq· bellatores eius
fortissimi
misit ergo adonisedec
rex hierusalem
ad oham regem hebron
et ad pharam regem
hieremoth
ad iaphie quoq· regem lachis
et ad dabir regem eglon
dicens
ascendite ad me et ferte
praesidium ut expugne
mus gabaon
quare transfugerit ad iosue
et filios israhel
congregati igitur ascende
runt quinque reges
amorraeorum
rex hierusalem rex hebron
rex hieremoth· rex lachis
rex eglon
simul cum exercitib· suis
et castrametati sunt circa
gabaon oppugnantes eam
habitatores autem gabaon
urbis obsessae
miserunt ad iosue qui tunc
morabatur in castris apud
galgalam et dixerunt ei
ne retrahas manus tuas
ab auxilio seruorum tuorum
ascende cito et libera nos
ferque praesidium
conuenerunt enim aduersum
nos omnes reges amorrae
orum qui habitabant
in montanis
ascenditq· iosue de galgalis
et omnis exercitus bellato
rum cum eo uiri fortissimi
dixitq· dñs ad iosue
ne timeas eos in manus enim
tuas tradidi illos
nullus enim tibi ex eis
resistere poterit
inruit itaq· iosue super eos
repente
tota ascendens nocte
de galgalis
et conturbauit eos dñs
a facie israhel
contriuitq· plaga magna
in gabaon

AC PERSECUTUS EST PER UIAM
ASCENSUS BETHORON
ET PERCUSSIT USQUE AZECA
ET MACEDA
CUMQ· FUGERENT FILIOS ISRAHEL
ET ESSENT IN DESCENSU
BETHORON
DNS MISIT SUPER EOS LAPIDES
MAGNOS DE CAELO USQ· AZECA
ET MORTUI SUNT MULTO PLURES
LAPIDIBUS GRANDINIS
QUAM QUOS GLADIO PERCUSSE
RANT FILII ISRAHEL
TUNC LOCUTUS EST IOSUE DNO
IN DIE QUA TRADIDIT AMORRAEUM
IN CONSPECTU FILIORUM ISRL
DIXITQ· CORAM EIS
SOL CONTRA GABAON NE MOUEA
RIS ET LUNA CONTRA UALLEM
AHIALON
STETERUNTQ· SOL ET LUNA DONEC
ULCISCERETUR SE GENS
DE INIMICIS SUIS
NONNE SCRIPTUM EST HOC
IN LIBRO IUSTORUM
STETIT ITAQUE SOL IN MEDIO CAELI
ET NON FESTINAUIT OCCUMBERE
SPATIO UNIUS DIEI
NON FUIT ANTE ET POSTEA
TAM LONGA DIES
OBOEDIENTE DNO UOCI HOMINIS
ET PUGNANTE PRO ISRAHEL
REUERSUSQ· EST IOSUE CUM OMNI
ISRAHELE IN CASTRA GALGALAE
FUGERANT ENIM QUINQUE
REGES ET SE ABSCONDERANT
IN SPELUNCA URBIS MACEDA
NUNTIATUMQ· EST IOSUE QUOD
INUENTI ESSENT QUINQ· REGES
LATENTES IN SPELUNCA MACEDA
QUI PRAECEPIT SOCIIS ET AIT
UOLUITE SAXA INGENTIA AD OS
SPELUNCAE
ET PONITE UIROS INDUSTRIOS
QUI CLAUSOS CUSTODIANT
UOS AUTEM NOLITE STARE
SED PERSEQUIMINI HOSTES
ET EXTREMOS QUOSQUE FUGI
ENTIUM CAEDITE
NE DIMITTATIS EOS URBIUM
SUARUM INTRARE PRAESIDIA
QUOS TRADIDIT DNS DS
IN MANUS UESTRAS
CAESIS IGITUR ADUERSARIIS
PLAGA MAGNA ET USQ· AD INTER
NICIONEM PENE CONSUMTIS
HI QUI ISRAHELEM EFFUGERE
POTUERUNT INGRESSI SUNT
CIUITATES MUNITAS
REUERSUS QUE EST OMNIS EXER
CITUS AD IOSUE IN MACEDA
UBI TUNC ERANT CASTRA
SANI ET INTEGRO NUMERO
NULLUS QUE CONTRA FILIOS ISRL
MUTTIRE AUSUS EST
PRAECEPITQ· IOSUE DICENS
APERITE OS SPELUNCAE ET PRO
DUCITE AD ME QUINQUE REGES
QUI IN EA LATITANT
FECERUNT MINISTRI UT SIBI
FUERAT IMPERATUM
ET EDUXERUNT AD EUM QUINQ·
REGES DE SPELUNCA
REGEM HIERUSALEM REGEM
HEBRON REGEM HIERIMOTH
REGEM LACHIS REGEM EGLON
CUMQ· EDUCTI ESSENT AD EUM
UOCAUIT OMNES UIROS ISRL
ET AIT AD PRINCIPES EXERCITUS
QUI SECUM ERANT
ITE ET PONITE PEDES SUPER
COLLA REGUM ISTORUM
QUI CUM PERREXISSENT
ET SUBIECTORUM PEDIBUS
COLLA CALCARENT
RURSUM AIT AD EOS
NOLITE TIMERE NEC PAUEATIS
CONFORTAMINI ET ESTOTE
ROBUSTI
SIC ENIM FACIET DNS CUNCTIS

HOSTIBUS UESTRIS ADUERSUM
QUOS DIMICATIS
PERCUSSIT Q· IOSUE ET INTERFECIT
EOS ATQ· SUSPENDIT SUPER
QUINQUE STIPITES
FUERUNT QUE SUSPENSI USQUE
AD UESPERUM
CUMQ· OCCUMBERET SOL PRAE-
CEPIT SOCIIS UT DEPONERENT
EOS DE PATIBULIS
QUI DEPOSITOS PROIECERUNT
IN SPELUNCAM IN QUA
LATUERANT
ET POSUERUNT SUPER OS EIUS
SAXA INGENTIA
QUAE PERMANENT USQUE IN
PRAESENS
EODEM DIE MACEDAM QUOQUE
CEPIT IOSUE ET PERCUSSIT
IN ORE GLADII
REGEM Q· ILLIUS INTERFECIT
ET OMNES HABITATORES EIUS
NON DIMISIT IN EA SALTIM
PARUAS RELIQUIAS
FECIT Q· REGI MACEDA SICUT
FECERAT REGI HIERICHO
TRANSIUIT CUM OMNI ISRL
DE MACEDA IN LEBNA
ET PUGNABAT CONTRA EAM
QUAM TRADIDIT DNS CUM REGE
SUO IN MANU ISRAHEL
PERCUSSERUNT Q· URBEM IN
ORE GLADII ET OMNES HABITA
TORES EIUS
NON DIMISERUNT IN EA ULLAS
RELIQUIAS
FECERUNT Q· REGI LEBNA SICUT
FECERANT REGI HIERICHO
DE LEBNA TRANSIUIT IN LACHIS
ET EXERCITU PER GYRUM DISPO
SITO OPPUGNABAT EAM
TRADIDIT Q· DNS LACHIS
IN MANU ISRAHEL
ET CEPIT EAM DIE ALTERO ATQ·
PERCUSSIT IN ORE GLADII
OMNEM QUE ANIMAM QUAE
FUERAT IN EA SICUT FECERAT
LEBNA
EO TEMPORE ASCENDIT HIRAM
REX GAZER UT AUXILIARETUR
LACHIS
QUEM PERCUSSIT IOSUE CUM
OMNI POPULO EIUS USQUE
AD INTERNICIONEM
TRANSIUIT QUE DE LACHIS IN EGLON
ET CIRCUMDEDIT ATQ· EXPU
GNAUIT EAM EADEM DIE
PERCUSSIT QUE IN ORE GLADII
OMNES ANIMAS QUAE ERANT IN EA
IUXTA OMNIA QUAE FECERAT
LACHIS
ASCENDIT QUOQ· CUM OMNI
ISRAHELE DE EGLON IN HEBRON
ET PUGNAUIT CONTRA EAM
CEPIT Q· ET PERCUSSIT IN ORE
GLADII
REGEM QUOQ· EIUS ET OMNIA
OPPIDA REGIONIS ILLIUS
UNIUERSAS QUE ANIMAS QUAE
IN EA FUERANT COMMORATAE
NON RELIQUIT IN EA ULLAS
RELIQUIAS
SICUT FECERAT EGLON
SIC FECIT ET HEBRON
CUNCTA QUAE IN EA REPPERIT
CONSUMENS GLADIO
INDE REUERSUS IN DABIR
CEPIT EAM ATQ· UASTAUIT
REGEM QUOQUE EIUS ET OM
NIA PER CIRCUITUM OPPIDA
PERCUSSIT IN ORE GLADII
NON DIMISIT IN EA ULLAS
RELIQUIAS
SICUT FECERAT HEBRON
ET LEBNA ET REGIBUS EARUM
SIC FECIT DABIR ET REGI ILLIUS
PERCUSSIT ITAQUE IOSUE
OMNEM TERRAM MONTANA
ET MERIDIANAM ATQUE
CAMPESTREM

ET ASEDOTH CUM REGIB· SUIS
NON DIMISIT IN EA ULLAS RELIQUIAS
SED OMNE QUOD SPIRARE POTE
RAT INTERFECIT
SICUT PRAECEPERAT DNS DS ISRL
A CADES BARNE USQUE GAZAM
OMNEM TERRAM GOSEN
USQUE GABAON
UNIVERSOS REGES ET REGIONES
EORUM UNO CEPIT IMPETU
ATQ· VASTAVIT
DNS ENIM DS ISRAHEL PUGNA
BAT PRO EO
REVERSUSQ· EST CUM OMNI
ISRAHELE AD LOCUM CASTRO
RUM IN GALGALA . XI .
QUAE CUM AUDISSET IABIN
REX ASOR
MISIT AD IOBAB REGEM MADON
ET AD REGEM SOMERON ATQUE
AD REGEM ACSAPH
AD REGES QUOQUE AQUILONIS
QUI HABITABANT IN MONTA
NIS ET IN PLANITIE
CONTRA MERIDIEM CHENEROTH
IN CAMPESTRIB· QUOQUE ET IN
REGIONIB· DOR IUXTA MARE
CHANANAEUM Q· AB ORIENTE
ET OCCIDENTE
ET AMORRAEUM ATQUE HETHEUM
AC FEREZAEUM ET IEBUSEUM
IN MONTANIS
EUAEUM QUOQUE QUI HABITA
BAT AD RADICES HERMON
IN TERRA MASPHE
EGRESSIQUE SUNT OMNES
CUM TURBIS SUIS
POPULUS MULTUS NIMIS
SICUT HARENA QUAE EST IN LITO
RE MARIS
EQUI QUOQ· ET CURRUS INME
SAE MULTITUDINIS
CONVENERUNTQUE OMNES
REGES ISTI IN UNUM AD AQUAS
MEROM UT PUGNARENT
CONTRA ISRAHEL
DIXITQUE DNS AD IOSUE
NE TIMEAS EOS
CRAS ENIM HAC EADEM HORA
EGO TRADAM OMNES ISTOS
VULNERANDOS IN CONSPEC
TU ISRAHEL
EQUOS EORUM SUBNERVABIS
ET CURRUS IGNE COMBURES
VENITQ· IOSUE ET OMNIS
EXERCITUS CUM EO ADVERSUM
ILLOS AD AQUAS MEROM SUBITO
ET INRUERUNT SUPER EOS
TRADIDITQ· EOS DNS IN MANU
ISRAHEL
QUI PERCUSSERUNT EOS
ET PERSECUTI SUNT USQ·
AD SIDONEM MAGNAM
ET AQUAS MASEREPHOTH
CAMPUMQ· MASPHE QUI EST
AD ORIENTALEM ILLIUS PARTEM
ITA PERCUSSIT OMNES UT NUL
LAS DIMITTERET EX EIS
RELIQUIAS
FECIT SICUT PRAECEPERAT EI DNS
EQUOS EORUM SUBNERVAVIT
CURRUSQUE COMBUSSIT
REVERSUSQUE STATIM CEPIT
ASOR
ET REGEM EIUS PERCUSSIT GLADIO
ASOR ENIM ANTIQUITUS INTER
OMNIA REGNA HAEC PRINCIPA
TUM TENEBAT
PERCUSSITQUE OMNES ANIMAS
QUAE IBI DEGEBANT MORABANTUR
NON DIMISIT IN EA ULLAS
RELIQUIAS
SED USQ· AD INTERNICIONEM
UNIVERSA VASTAVIT
IPSAMQUE URBEM PERCUS
SIT INCENDIO
ET OMNES PER CIRCUITUM
CIVITATES REGESQUE EARUM
CEPIT PERCUSSIT ATQ· DELEVIT
SICUT PRAECEPERAT EI MOSES

FAMULUS DNI
ABSQUE URBIBUS QUAE ERANT
IN COLLIBUS ET IN TUMULIS
SITAE
CETERAS SUCCENDIT ISRAHEL
UNAM TANTUM ASOR MUNITIS
SIMAM FLAMMA CONSUMSIT
OMNEM Q· PRAEDAM ISTARU
URBIUM AC IUMENTA
DIUISERUNT SIBI FILII ISRAHEL
CUNCTIS HOMINIB· INTERFECTIS
SICUT PRAECEPERAT DNS MOSI
SERUO SUO
ITA PRAECEPIT MOSES IOSUE
ET ILLE UNIUERSA COMPLEUIT
NON PRAETERIIT DE UNIUERSIS
MANDATIS NE UNUM QUIDE
UERBUM QUOD IUSSERAT
DNS MOSI
CEPIT ITAQ· IOSUE OMNEM
TERRAM MONTANAM
ET MERIDIANAM
TERRAM QUE GOSEN ET PLANI
TIEM ET OCCIDENTALEM
PLAGAM
MONTEMQUE ISRAHEL
ET CAMPESTRIA EIUS
ET PARTEM MONTIS QUAE
ASCENDIT SEIR
USQUE BAALGAD PER PLANITIE
LIBANI SUPER MONTEM
HERMON
OMNES REGES EORUM CEPIT
PERCUSSIT OCCIDIT
MULTO TEMPORE PUGNAUIT
IOSUE CONTRA REGES ISTOS
NON FUIT CIUITAS QUAE SE
NON TRADERET FILIIS ISRAHEL
PRAETER EUAEUM QUI HABITA
BAT IN GABAON OMNES BEL
LANDO CEPIT
DNI ENIM SENTENTIAE FUERAT
UT INDURARENTUR CORDA
EORUM
ET PUGNARENT CONTRA ISRAHEL

ET CADERENT
ET NON MERERENTUR ULLAM
CLEMENTIAM AC PERIRENT
SICUT PRAECEPERAT DNS MOSI
XI IN TEMPORE ILLO UENIT IOSUE
ET INTERFECIT ENACIM
DE MONTANIS HEBRON
ET DABIR ET ANAB
ET DE OMNI MONTE IUDA ET ISRL
URBES QUE EORUM DELEUIT
NON RELIQUIT ULLUM DE STIR
PE ENACIM IN TERRA
FILIORUM ISRAHEL
ABSQ· CIUITATIBUS GAZA ET GETH
ET AZOTO IN QUIBUS SOLIS
RELICTI SUNT
CEPIT ERGO IOSUE OMNEM TER
RAM SICUT LOCUTUS EST
DNS AD MOSEN
ET TRADIDIT EAM IN POSSESSIO
NEM FILIIS ISRAHEL
SECUNDUM PARTES ET TRIB· SUAS
QUIEUIT QUE TERRA A PROELIIS
XII HI SUNT REGES QUOS PERCUS
SERUNT FILII ISRAHEL
ET POSSEDERUNT TERRAM
EORUM TRANS IORDANEM
AD SOLIS ORTUM
A TORRENTE ARNON USQUE
AD MONTEM HERMON
ET OMNEM ORIENTALEM
PLAGAM QUAE RESPICIT
SOLITUDINEM
SEON REX AMORRAEORUM
QUI HABITAUIT IN ESEBON
DOMINATUS EST AB AROER
QUAE SITA EST SUPER RIPAM
TORRENTIS ARNON
ET MEDIAE PARTIS IN UALLE
DIMIDII QUE GALAAD
USQUE AD TORRENTEM IABOC
QUI EST TERMINUS FILIORU
AMMON
ET A SOLITUDINE USQUE AD
MARE CHENEROTH

CONTRA ORIENTEM
ET USQUE AD MARE DESERTI
QUOD EST MARE SALSISSIMUM
AD ORIENTALEM PLAGAM
PER UIAM QUAE DUCIT BETHSIMOTH
ET AB AUSTRALI PARTE QUAE SUB
IACENT ASEDOTH PHASGA
TERMINUS OG REGIS BASAN
DE RELIQUIIS RAPHAIM
QUI HABITAUIT IN ASTHAROTH
ET IN EDRAIN
ET DOMINATUS EST IN MONTE
HERMON ET IN SALACHA
ATQUE IN UNIUERSA BASAN
USQUE AD TERMINOS GESURI
ET MACHATHI
ET DIMIDIAE PARTIS GALAAD
TERMINUS SEON REGIS ESEBON
MOSES FAMULUS DNI ET FILII
ISRAHEL PERCUSSERUNT EOS
TRADIDIT QUE TERRAM EORUM
MOSES IN POSSESSIONEM
RUBENITIS ET GADITIS ET DIMI
DIAE TRIBUI MANASSE
HI SUNT REGES TERRAE QUOS
PERCUSSIT IOSUE ET FILII ISRL
TRANS IORDANEM AD OCCIDENTA
LEM PLAGAM
A BAALGAD IN CAMPO LIBANI
USQUE IN MONTEM CUIUS
PARS ASCENDIT IN SEIR
TRADIDIT QUE EAM IOSUE IN POS
SESSIONEM TRIBUBUS ISRL
SINGULIS PARTES SUAS
TAM IN MONTANIS QUAM IN
PLANIS ATQ. CAMPESTRIBUS
IN ASEROTH ET SOLITUDINE
AC MERIDIE
HETTHAEUS FUIT ET AMORRAEUS
CHANANAEUS ET FEREZAEUS
EUAEUS ET IEBUSAEUS
REX HIERICHO UNUS
REX AHI QUAE EST EX LATERE
BETHEL UNUS
REX HIERUSALEM UNUS
REX HEBRON UNUS
REX HIERIMOTH UNUS
REX LACHIS UNUS
REX EGLON UNUS
REX GAZER UNUS
REX DABIR UNUS
REX GADER UNUS
REX HERMA UNUS
REX HERED UNUS
REX LEBNA UNUS
REX ODOLLAM UNUS
REX MACEDA UNUS
REX BETHEL UNUS
REX THAFFUA UNUS
REX AFER UNUS
REX AFEC UNUS
REX SARON UNUS
REX MADON UNUS
REX ASOR UNUS
REX SOMERON UNUS
REX ACSAPH UNUS
REX THENACH UNUS
REX MAGEDDO UNUS
REX CADES UNUS
REX IACHANEAM CHERMELI UNUS
REX DOR ET PROUINCIAE DOR UNUS
REX GENTIUM GALGAL UNUS
REX THERSA UNUS
OMNES REGES TRIGINTA ET UNUS
VII IOSUE SENEX PROUECTAEQ. XIII
AETATIS ERAT
ET DIXIT DNS AD EUM
SENUISTI ET LONGAEUUS ES
TERRA QUE LATISSIMA DERE
LICTA EST QUAE NECDUM
EST SORTE DIUISA
OMNIS UIDELICET GALILAEA
PHILISTIIM
ET UNIUERSA GESURI
A FLUUIO TURBIDO QUI INRIGAT
AEGYPTUM
USQUE AD TERMINOS ACCARON
CONTRA AQUILONEM
TERRA CHANAAN QUAE IN QUINQ.
REGULOS PHILISTIIM DIUIDITUR

GAZAEOS; AZOTIOS. ASCALONITAS
GETHEOS ET ACCARONITAS
AD MERIDIEM UERO SUNT EUAEI
OMNIS TERRA CHANAAN ET MAARA
SIDONIORUM USQUE AFECA
ET TERMINOS AMORRAEI
EIUS QUE CONFINIA
LIBANI QUOQUE REGIO CONTRA
ORIENTEM
ABAALGAD SUB MONTE HERMON
DONEC INGREDIARIS EMATH
OMNIUM QUI HABITABANT
IN MONTE
A LIBANO USQUE AD AQUAS MASRE
FOTH UNIUERSIQ SIDONII
EGO SUM QUI DELEBO EOS
A FACIE FILIORUM ISRAHEL
UENIAT ERGO IN PARTE HEREDI
TATIS ISRAHEL. SICUT PRAECE
PI TIBI
ET NUNC DIUIDE TERRAM
IN POSSESSIONEM
NOUEM TRIBUBUS ET DIMIDIAE
TRIBUI MANASSE
CUM QUE RUBEN ET GAD POSSE
DERUNT TERRAM
QUAM TRADIDIT EIS MOSES
FAMULUS DNI
TRANS FLUENTA IORDANIS AD ORI
ENTALEM PLAGAM
ABAROER QUAE SITA EST IN RIPA
TORRENTIS ARNON ET IN
UALLIS MEDIO
UNIUERSA QUE CAMPESTRIA
MEDABA USQUE DIBON
ET CUNCTAS CIUITATES SEON
REGIS AMORREI QUI REGNA
UIT IN ESEBON
USQUE AD TERMINOS FILIORUM
AMMON ET GALAAD
AC TERMINUM GESURI
ET MACHATHI
OMNEM QUE MONTEM HER
MON ET UNIUERSAM BASAN
US QUE SALECA

OMNE REGNUM OG IN BASAN
QUI REGNAUIT IN ASTHAROTH
ET EDRAIM
IPSE FUIT DE RELIQUIIS RAFAIM
PERCUSSIT QUE EOS MOSES
ATQUE DELEUIT
NOLUERUNT QUE DISPERDERE
FILII ISRAHEL GESURI ET MACHATHI
ET HABITAUERUNT IN MEDIO ISRL
USQUE IN PRAESENTEM DIEM
TRIBUI AUTEM LEUI NON DEDIT
POSSESSIONEM
SED SACRIFICIA ET UICTIMAE
DNI DI ISRAHEL
IPSA EST EIUS HEREDITAS
SICUT LOCUTUS EST ILLI
DEDIT ERGO MOSES POSSESSIO
NEM TRIBUI FILIORUM RUBEN
IUXTA COGNATIONES SUAS
FUIT QUE TERMINUS EORUM
ABAROER QUAE SITA EST IN RIPA
TORRENTIS ARNON
ET IN UALLE EIUSDEM TORREN
TIS MEDIA
UNIUERSAM PLANITIEM QUAE
DUCIT MEDABA ET ESEBON
CUNCTOS QUE UICULOS EARUM
QUI SUNT IN CAMPESTRIBUS
DIBON QUOQ ET BAMOTH
BAAL ET OPPIDUM BAALMON
IESSA ET CEDMOTH
ET MEPHEETH
CARIATHAIM ET SEBAMA
ET SARATHASAR IN MONTE
CONUALLIS
BETPHEOR ET ASEDOTH PHASGA
ET BETHESIMOTH
OMNES URBES CAMPESTRES
UNIUERSA QUE REGNA SEON
REGIS AMORRAEI
QUI REGNAUIT IN ESEBON
QUEM PERCUSSIT MOSES
CUM PRINCIPIBUS MADIAN
EUAEUM ET RECEM
ET SUR ET UR ET RABEE

DUCES SEON HABITATORES TERRAE
ET BALAAM FILIUM BEHOR
ARIOLUM OCCIDERUNT FILII
ISRAHEL. GLADIO CUM CETERIS
INTERFECTIS
FACTUS QUE EST TERMINUS
FILIORUM RUBEN
IORDANES FLUUIUS
HAEC EST POSSESSIO RUBENITA
RUM PER COGNATIONES SUAS
URBIUM ET UICULORUM
DEDIT Q· MOSES TRIBUI GAD
ET FILIIS EIUS PER COGNATIO
NES SUAS POSSESSIONEM
CUIUS HAEC DIUISIO EST
TERMINUS IAZER ET OMNES
CIUITATES GALAAD
DIMIDIAM QUE PARTEM TERRAE
FILIORUM AMMON
USQUE AD AROER QUAE EST
CONTRA RABBA
ET AB ESEBON USQUE RAMOTH
MASPHE ET BATANIM
ET MANAIM USQUE AD TERMI
NOS DABIR
IN UALLE QUOQUE BETHARAAM
ET BETHNEMRA ET SOCCOTH
ET SAPHON
RELIQUAM. PARTEM REGNI
SEON REGIS ESEBON
HUIUS. QUOQUE IORDANIS FINIS
EST USQUE AD EXTREMAM
PARTEM MARIS CHENERET
TRANS IORDANEM AD ORIENTA
LEM PLAGAM
HAEC EST POSSESSIO FILIORUM
GAD PER FAMILIAS SUAS
CIUITATES ET UILLAE EARUM
DEDIT. ET DIMIDIAE TRIBUI
MANASSE FILIIS QUE EIUS
IUXTA COGNATIONES SUAS
POSSESSIONEM
CUIUS HOC PRINCIPIUM EST
A MANAIM UNIUERSAM Q· BASAN
ET CUNCTA REGNA· OG· REGIS BASAN

OMNES Q· UICOS AIR QUI SUNT
IN BASAN
SEXAGINTA OPPIDA ET DIMIDIAM
PARTEM GALAAD
ASTHAROTH ET EDRAI URBES
REGNI OG IN BASAN
FILIIS MACHIR FILII MANASSE
DIMIDIAE PARTIS FILIORUM
MACHIR IUXTA COGNATIONES SUAS
HANC POSSESSIONEM DIUISIT
MOSES IN CAMPESTRIB· MOAB
TRANS IORDANEN CONTRA HIERI
CHO AD ORIENTALEM PLAGAM
TRIBUI AUTEM LEUI NON DEDIT
POSSESSIONEM
QUONIAM DNS DS ISRAHEL
IPSE EST POSSESSIO EIUS
UT LOCUTUS EST ILLI
.XIIII. HOC EST QUOD POSSEDERUNT
FILII ISRAHEL. IN TERRA CHANAAN
QUAM DEDERUNT EIS ELEAZAR
SACERDOS ET IOSUE FILIUS NUN
ET PRINCIPES FAMILIARUM
PER TRIBUS ISRAHEL.
SORTE OMNIA DIUIDENTES
SICUT PRAECEPERAT DNS
IN MANU MOSI
NOUEM TRIBUBUS ET DIMIDI
AE TRIBUI
DUABUS ENIM TRIBUBUS
ET DIMIDIAE DEDERAT MOSES
TRANS IORDANEN POSSESSIONE
ABSQ· LEUITIS QUI NIHIL TERRAE
ACCEPERUNT INTER FRA
TRES SUOS
SED IN EORUM SUCCESSERANT LOCUM
FILII IOSEPH IN DUAS DIUISI
TRIBUS MANASSE ET EFRAIM
NEC ACCEPERUNT LEUITAE
ALIAM IN TERRA PARTEM
NISI URBES AD HABITANDUM
ET SUBURBANA EARUM
AD ALENDA IUMENTA
ET PECORA SUA
SICUT PRAECEPIT DNS MOSI

ITA FECERUNT FILII ISRAHEL
ET DIUISERUNT TERRAM
ACCESSERUNT ITAQUE FILII IUDA
AD IOSUE IN GALGAL
LOCUTUSQUE EST AD EUM CALEB
FILIUS IEPHONNE CENEZEUS
NOSTI QUOD LOCUTUS EST DNS
AD MOSEN HOMINEM DI
DE ME ET TE IN CADES BARNE
QUADRAGINTA ANNORUM ERAM
QUANDO ME MISIT MOSES
FAMULUS DNI DE CADES BARNE
UT CONSIDERAREM TERRAM
NUNTIAUIQUE EI QUOD MIHI
UERUM UIDEBATUR
FRATRES AUTEM MEI QUI ASCEN
DERANT MECUM DISSOLUE
RUNT COR POPULI
ET NIHILOMINUS EGO SECUTUS
SUM DNM DM MEUM
IURAUITQUE MOSES IN DIE
ILLO DICENS
TERRA QUAM CALCAUIT PES
TUUS ERIT POSSESSIO TUA
ET FILIORUM TUORUM
IN AETERNUM
QUIA SECUTUS ES DNM DM MEUM
CONCESSIT ERGO DNS UITAM
MIHI SICUT POLLICITUS EST
USQ IN PRAESENTEM DIEM
QUADRAGINTA ET QUINQUE
ANNI SUNT EX QUO LOCUTUS
EST DNS UERBUM ISTUD
AD MOSEN
QUANDO AMBULABAT ISRL
PER SOLITUDINEM
HODIE LXXXV ANNORUM SUM
SIC UALENS UT EO UALEBAM
TEMPORE QUANDO AD EXPLO
RANDUM MISSUS SUM
ILLIUS IN ME TEMPORIS FORTI
TUDO USQUE HODIE PER
SEUERAT
TAM AD BELLANDUM QUAM AD
GRADIENDUM

DA ERGO MIHI MONTEM ISTUM
QUEM POLLICITUS EST DNS
TE QUOQUE AUDIENTE
IN QUO ENACIM SUNT ET URBES
MAGNAE ATQ MUNITAE
SI FORTE SIT DNS MECUM
ET POTUERO DELERE EOS
SICUT PROMISIT MIHI
BENEDIXITQ EI IOSUE ET TRADI
DIT HEBRON IN POSSESSIONEM
ATQUE EX EO FUIT HEBRON
CHALEB FILIO IEPHONNE CENEZEO
USQ IN PRAESENTEM DIEM
QUIA SECUTUS EST DNM DM ISRL
NOMEN HEBRON ANTEA UOCABA
TUR CARIATHARBE
ADAM MAXIMUS IBI INTER
ENACIM SITUS EST
ET TERRA CESSAUIT A PROELIIS
XV. IGITUR SORS FILIORUM IUDAE
PER COGNATIONES SUAS ISTA FUIT
A TERMINO EDOM DESERTUM
SIN CONTRA MERIDIEM
ET USQUE AD EXTREMAM
PARTEM AUSTRALIS PLAGAE
INITIUM EIUS A SUMMITATE
MARIS SALSISSIMI ET A LINGUA
EIUS QUAE RESPICIT MERIDIEM
EGREDITURQUE CONTRA ASCEN
SUM SCORPIONIS ET PER
TRANSIT IN SINA
ASCENDITQ IN CADES BARNE
ET PERUENIT IN ESROM
ASCENDENS AD ADARA ET CIRCU
IENS CARICAA
ATQ INDE PERTRANSIENS
IN ASEMONA ET PERUENIENS
AD TORRENTEM AEGYPTI
ERUNTQ TERMINI EIUS
MARE MAGNUM
HIC ERIT FINIS MERIDIANAE PLAGAE
AB ORIENTE UERO ERIT INITIUM
MARE SALSISSIMUM USQUE
AD EXTREMA IORDANIS
ET EA QUAE RESPICIUNT AQUILONEM

A LINGUA MARIS USQUE AD EUNDEM
IORDANEM FLUUIUM
ASCENDITQUE TERMINUS
IN BETHAGLA
ET TRANSIT AB AQUILONE
IN BETHARABA
ASCENDENS AD LAPIDEM BOEM
FILII RUBEN
ET TENDENS USQUE AD TERMI
NOS DEBERA
DE UALLE ACHOR CONTRA AQUILO
NEM RESPICIENS GALGALA
QUAE EST EX ADUERSO ASCENSI
ONIS ADOMMIM AB AUSTRALI
PARTE TORRENTIS
TRANSITQUE AQUAS QUAE UOCAN
TUR FONS SOLIS
ET ERUNT EXITUS EIUS AD FON
TEM ROGEL
ASCENDITQUE PER CONUALLEM
FILII ENNOM EX LATERE IEBU
SAEI AD MERIDIEM
HAEC EST HIERUSALEM
ET INDE SE ERIGENS AD UERTICE
MONTIS QUI EST CONTRA
GEHENNON AD OCCIDENTEM
IN SUMMITATE UALLIS RAPHAIM
CONTRA AQUILONEM
PERTRANSITQUE A UERTICE
MONTIS USQUE AD FONTEM
AQUAE NEPTHOA
ET PERUENIT USQUE AD UICOS
MONTIS EPHRON
INCLINATURQUE IN BALA QUAE
EST CARIATHIARIM ID EST
URBS SILUARUM
ET CIRCUIT DE BALA CONTRA
OCCIDENTEM USQUE AD
MONTEM SEIR
TRANSITQ· IUXTA LATUS
MONTIS IARIM AD AQUILONEM
IN CHESLON
ET DESCENDIT IN BETHSAMES
TRANSITQUE IN THAMNA
ET PERUENIT CONTRA AQUILONEM

PARTIS ACCARON EX LATERE
INCLINATURQUE SECHRONA
ET TRANSIT MONTEM BAALA
PERUENITQUE IN IEBNEHEL
ET MARIS MAGNI CONTRA OCCI
DENTEM FINE CONCLUDITUR
HI SUNT TERMINI FILIORUM
IUDA PER CIRCUITUM IN COGNA
TIONIBUS SUIS
CHALEB UERO FILIUS IEPHONNE
DEDIT PARTEM IN MEDIO
FILIORUM IUDA
SICUT PRAECEPERAT EI DNS
CARIATHARBE PATRIS ENAC
IPSA EST HEBRON
DELEUITQ· EX EA CHALEB
TRES FILIOS ENACH
SESAI ET AHIMAN ET THOLMAI
DE STIRPE ENACH
ATQ· INDE CONSCENDENS UENIT
AD HABITATORES DABIR
QUAE PRIUS UOCABATUR CARIATH
SEPHER ID EST CIUITAS
LITTERARUM
DIXITQUE CHALEB
QUI PERCUSSERIT CARIATHSEPHER
ET CEPERIT EAM
DABO ILLI AXAM FILIAM MEAM
UXOREM
CEPITQUE EAM OTHONIHEL
FILIUS CENEZ FRATER
CHALEB IUNIOR
DEDITQUE EI AXAM FILIAM
SUAM UXOREM
QUAE CUM PERGERENT SIMUL
SUASIT UIRO UT PETERET
A PATRE SUO AGRUM
SUSPIRAUITQ· UT SEDEBAT
IN ASINO
CUI CHALEB QUID HABES INQUIT
AT ILLA RESPONDIT
DA MIHI BENEDICTIONEM
TERRAM AUSTRALEM ET AREN
TEM DEDISTI MIHI
IUNGE ET INRIGUAM

DEDIT ITAQ. EI CHALEB INRIGUUM
SUPERIUS ET INFERIUS
HAEC EST POSSESSIO TRIB. FILIORŪ
IUDA PER COGNATIONES SUAS
ERANTQ. CIUITATES AB EXTREMIS
PARTIB. FILIORUM IUDA IUXTA
TERMINOS EDOM A MERIDIE
CABSEHEL ET EDER ET IAGUR
ET CINA ET DIMONA ADEDA
ET CEDES ET ASOR ET ITANZIF
ET THELEM
UALOTH ET ASOR NOUA ET CARI
OTH HESROM HAEC EST
ASOR AMMAN
SAMAE ET MOLADA ET ASER
GADDA ET ASEMON
BETHFEL ET ASERUAL ET BER
SABEE ET BAZIOTH IUUALAM
ET HIIM
SEM ET ELTHOLAD EXIIL
ET HARMA
SICELEG ET MEDEMENA
ET SENSANNA
LABAOTH ET SELIM ET HENREMMON
OMNES CIUITATES XX. ET NOUE͞
ET UILLAE EARUM
IN CAMPES TRIB. UERO ESTHAUL
ET SARAA ET ASENA ET ZANOE
ET AENGANNIM TAFFUA ET AENAI
ET HIERIMOTH ADULAM ET SOC
COTH ET AZECA ET SARAIM
ADITHAIM ET GEDERA ET GIT
DEROTHAIM
URBES QUATTUOR DECIM
ET UILLAE EARUM
SANAN ET ADESA ET MAGDALGAD
DELEAN ET MESFA ET IECTHEL
LACHIS ET BASCATH ET AGLON
THELBON ET LEBEMAS ET
CHETHLIS ET GIDEROTH
BETHDAGON ET NEEMA
ET MACHEDA
CIUITATES. XVI. ET UILLAE EARUM
LABANA ET ACTER ET ASAN
IEPTHA ET ESNA ET NESIB
CEILA ET ACHZIB ET MARE SAB
CIUITATES NOUEM ET UILLAE EARUM
ACCHARON CUM UICIS ET UILLULIS
SUIS. AB ACCARON USQ. AD MARE
OMNIA QUAE UERGUNT AD AZO
TUM ET UICULOS EIUS
AZOTUS CUM UICIS ET UILLULIS SUIS
GAZA CUM UICIS ET UILLULIS SUIS
USQ. AD TORRENTEM AEGYPTI
MARE MAGNUM TERMINUS EIUS
ET IN MONTE SAMIR ET IETHER
ET SOCCOTH ET EDANNA
CHARIATH SENNA HAEC EST DABIR
ANAB ET ISTEMMO ET ANIM
GOSEN ET OLON ET GILO
CIUITATES. XI. ET UILLAE EARUM
ARAB ET ROMMA ET ESSAN LANON
ET BETHAFUA ET AFECA
AMATHA ET CHARIATHARBE HAEC
EST EBRON ET SIOR
CIUITATES NOUEM ET UILLAE EARŪ
MAON ET CHERMEL ET SIF ET IOTHEA
IEZRAEHEL ET IUCADAM ET ZANOE
ACCHAIM GABAA ET THAMNA
CIUITATES DECEM ET UILLAE EARUM
ALUL ET BETHSUR ET GEDOR
MARETH ET BETHANON
ET THELTHECIM
CIUITATES SEX ET UILLAE EARUM
CARIATHBAAL HAEC EST CHARIAT
HIARIM URBS SILUARUM ET
AREBBA CIUITATES DUAE
ET UILLAE EARUM
IN DESERTO BETHARABA ET MED
DIN ET SCACHA
ANEPSAN ET CIUITAS SALIS ET ENGADDI
CIUITATES SEX ET UILLAE EARUM
IEBUSAEUM HABITATOREM HIERLM
NON POTUERUNT FILII IUDA DELERE
HABITAUITQ. IEBUSAEUS CUM FILIIS
IUDA IN HIERUSALEM USQ.
IN PRAESENTEM DIEM
XVI. CECIDIT QUOQ. SORS FILIORUM
IOSEPH AB IORDANE CONTRA HIE
RICHO ET AQUAS EIUS AB ORIENTE

solitudo quae descendit de hie
richo ad montana bethel et
egreditur de bethel luzam
transitq. terminum archi ataroth
et descendit ad occidentem
iuxta terminum iefleti
usq. ad terminos bethoron
inferioris et gazer
finiunturq. regiones eius
in mari magno
possederuntq. filii ioseph
manasse et ephraim
et factus est terminus filio
rum ephraim per cognationes
suas et possessio eorum
contra orientem ataroth
addar usq. bethoron superiorē
egrediunturq. confinia in mare
machmethath vero aqui
lonem respicit
et circuit terminus contra
orientem in thanathselo
et pertransit ab oriente ianoe
descenditq. de ianoe in atha
roth et noaratha
et pervenit in hiericho
et egreditur ad iordanen
de taffua
pertransitq. contra mare in
vallem arundineti
suntq. egressus eius
in mare salsissimum
haec est possessio trib. ephraī
per familias suas
urbesq. separatae sunt filiis
ephraim in medio possessi
onis filiorum manasse
et villae earum
et non interfecerunt filii eph
raim chananeum qui habita
bat in gazer
habitavitq. chananaeus in me
dio ephraim usq. in diem
hanc tributarius .
cecidit autem sors tribuū manasse

ipse est enim primogenitus
ioseph . machir primogeni
tus manasse patri galaad
qui fuit vir pugnator
habuitq. possessionem galaad
et basan et reliquis filiorū
manasse iuxta familias suas
filiis abiezer et filiis elech
et filiis esrihel
et filiis sechem et filiis sep
her et filiis semida
isti filii manasse filio ioseph
mares per cognationes suas
salphaat vero filio epher
filii galaad filii machir
filii manasse
non erant filii sed solae filiae
quarum ista sunt nomina
maala et noa egla et melcha
et thersa
veneruntq. in conspectu ele
azari sacerdotis et iosue
filii nun et principum dicenq.
dñs praecepit per manum
mosi ut daretur nobis pos
sessio in medio fratrum
nostrorum
deditq. eis iuxta imperium
dñi possessionem in medio
fratrum patris earum
et ceciderunt funiculi
manasse decem
absq. terra galaad et basan
trans iordanen
filiae enim manasse posse
derunt hereditatem in
medio filiorum eius
terra autem galaad cecidit
in sortem filiorum manasse
qui reliqui erant
fuitq. terminus manasse
abeser machmathath
qui respicit sychem
et egreditur ad dextram iuxta
habitatores fontis taffuae

ETENIM IN SORTE MANASSE CECI
DERAT TERRA TAFFUAE
QUAE EST IUXTA TERMINOS
MANASSE FILIORUM EPHRAIM
DESCENDITQ. TERMINUS
UALLIS ARUNDINETI
IN MERIDIEM TORRENTIS CIUITA
TUM EPHRAIM QUAE IN MEDIO
SUNT URBIUM MANASSE
TERMINUS MANASSE AB AQUI
LONE TORRENTIS
ET EXITUS EIUS PERGIT AD MARE
ITA UT AB AUSTRO SIT POSSES
SIO EPHRAIM
ET AB AQUILONE MANASSE ET
UTRAMQ. CLAUDAT MARE
ET CONIUNGANTUR SIBI IN TRIBU
ASER AB AQUILONE
ET IN TRIBU ISSACHAR AB ORIENTE
FUITQ. HEREDITAS MANASSE
IN ISSACHAR ET IN ASSER
BETHSAN ET UICULIS EIUS ET
IEBLAAM CUM UILLULIS SUIS
ET HABITATORES DOR
CUM OPPIDIS SUIS
HABITATORES QUOQ. HENDOR
CUM UILLULIS SUIS
SIMILITERQ. HABITATORES THANACH
CUM UILLULIS SUIS
ET HABITATORES MAGEDDO
CUM UILLULIS SUIS
ET TERTIA PARS URBIS NOPHETH
NEC POTUERUNT FILII MANASSE
HAS SUBUERTERE CIUITATES
SED COEPIT CHANANAEUS HABI
TARE IN TERRA ISTA
POSTQUAM AUTEM CONUALU
ERUNT FILII ISRL
SUBIECERUNT CHANANAEOS
ET FECERUNT SIBI TRIBUTA
RIOS NEC INTERFECERUNT EOS
LOCUTIQ. SUNT FILII IOSEPH
AD IOSUE ATQ. DIXERUNT
QUARE DEDISTI MIHI POSSES
SIONEM SORTIS

ET FUNICULI UNIUS
CUM SIM TANTAE MULTITUDINIS
ET BENEDIXERIT MIHI DNS
AD QUOS IOSUE AIT
SI POPULUS MULTUS ES
ASCENDE IN SILUAM
ET SUCCIDE TIBI SPATIA IN TERRA
FEREZEI ET RAFAIM
QUIA ANGUSTA EST TIBI POSSESSIO
MONTIS EPHRAIM
CUI RESPONDERUNT FILII IOSEPH
NON POTERIMUS AD MONTANA
CONSCENDERE
CUM FERREIS CURRIB. UTANTUR
CHANANEI QUI HABITANT IN CAM
PESTRIBUS
IN QUA SITAE SUNT BETHSAN
CUM UICULIS SUIS
ET IEZRAHEL MEDIAM
POSSIDENS UALLEM
DIXITQ. IOSUE AD DOMUM IOSEPH
EPHRAIM ET MANASSE
POPULUS MULTUS ES ET MAGNAE
FORTITUDINIS. NON HABEBIS SOR
TEM UNAM SED TRANSIBIS AD MONTE
ET SUCCIDES TIBI ATQ. PURGABIS
AD HABITANDUM SPATIA
ET POTERIS ULTRA PROCEDERE
CUM SUBUERTERIS CHANANAEUM
QUEM DICIS FERREOS HABERE CUR
RUS ET ESSE FORTISSIMUM
XVIII. CONGREGATIQ. SUNT OMNES
FILII ISRAHEL IN SILO IBIQ. FIXE
RUNT TABERNACULUM TESTIMONII
ET FUIT EIS TERRA SUBIECTA
REMANSERANT AUTEM FILIORUM
ISRL SEPTEM TRIB.
QUAE NECDUM ACCEPERANT
POSSESSIONES SUAS
AD QUOS IOSUE AIT USQUEQUO
MARCETIS IGNAUIA
ET NON INTRATIS AD POSSIDENDAM
TERRAM QUAM DNS DS PATRUM
UESTRORUM DEDIT UOBIS
ELIGITE DE SINGULIS TRIBUB. TERNOS
UIROS

UTMITTAM EOS ET PERGANT
ATQ. CIRCUMEANT TERRAM
ETDESCRIBANT EAM IUXTA NUME
RUM UNIUSCUIUSQ. MULTITUDINIS
REFERANTQ. ADME QUOD DESCRIP
SERINT DIUIDITE UOBIS TER
RAM INSEPTEM PARTES
IUDAS SIT INTERMINIS SUIS
ABAUSTRALI PLAGA
ETDOMUS IOSEPH ABAQUILONE
MEDIAM INTERHOS TERRAM IN
SEPTEM PARTES DESCRIBITE
ETHUC UENIETIS ADME
UTCORAM DNO DO UESTRO MITTAM
UOBIS SORTEM QUIANONEST
INTERUOS SORS LEUITARUM
SED SACERDOTIUM DNS EST
EORUM HEREDITAS
GAD AUTEM ETRUBEN ETDIMIDIA
TRIB. MANASSE IAMACCEPE
RANT POSSESSIONES SUAS TRANS
IORDANEN ADORIENTALEM PLAGAM
QUAS DEDIT EIS MOSES FAMULUS DNI
CUMQ. SURREXISSENT UIRI UTPER
GERENT ADDESCRIBENDAM TERRAM
PRAECEPIT EIS IOSUE DICENS
CIRCUITE TERRAM ETDESCRIBITE
EAM ACREUERTIMINI ADME
UTHIC CORAM DNO DO INSILO
MITTAM UOBIS SORTEM
ITAQ. PERREXERUNT ETLUSTRAN
TES EAM INSEPTEM PARTES DIUI
SERUNT SCRIBENTES INUOLUMINE
REUERSIQ. SUNT ADIOSUE INCASTRA
SILO QUIMISIT SORTES CORAM
DNO INSILO
DIUISITQ. TERRAM FILIIS ISRL
INSEPTEM PARTES
ETASCENDIT SORS PRIMA FILIORUM
BENIAMIN PERFAMILIAS SUAS
ETPOSSEDERUNT TERRAM INTER
FILIOS IUDA ETFILIOS IOSEPH
FUITQ. TERMINUS EORUM CONTRA
AQUILONEM ABIORDANEM
PERGENS IUXTA LATUS HIERICHO

SEPTENTRIONALIS PLAGAE
ETINDE CONTRA OCCIDENTEM
ADMONTANA CONSCENDENS
ETPERUENIENS INSOLITUDINEM
BETHAUEN. ATQ. PERTRANSIENS
IUXTA LUZAM ADMERIDIEM
IPSA EST BETHEL
DESCENDITQ. INATHAROTHADDAR
INMONTEM QUI EST ADMERIDIEM
BETHORON INFERIORIS
ETINCLINATUR CIRCUIENS CONTRA
MARE ETAMERIDIE MONTIS
QUIRESPICIT BETHORON
CONTRA AFRICUM
SUNTQ. EXITUS EIUS INCARIATH
BAAL QUAE UOCATUR CARIATHARIM
URBEM FILIORUM IUDA
HAEC EST PLAGA CONTRA MARE
ETOCCIDENTEM
AMERIDIE AUTEM EXPARTE CARI
ATHARIM EGREDITUR TERMINUS
CONTRA MARE
ETPERUENIT USQ. ADFONTEM
AQUARUM NEPTHOA
DESCENDITQ. INPARTEM MONTIS
QUIRESPICIT UALLEM FILIO
RUM ENNOM
ETEST CONTRA SEPTENTRIONA
LEM PLAGAM INEXTREMA PAR
TE UALLIS RAFAIM
DESCENDITQ. GEHENNON, IDEST
UALLIS ENOM IUXTA LATUS
IEBUSAEI ADAUSTRUM
ETPERUENIT ADFONTEM ROGEL
TRANSIENS ADAQUILONEM ETEGRE
DIENS ADAENSEMES, IDEST FON
TEM SOLIS
ETPERTRANSIIT, USQ. ADTUMU
LOS QUI SUNT EREGIONE
ASCENSUS ADOMMIN
DESCENDITQ. ADABEN BOEN IDEST
LAPIDEM BOEN FILII RUBEN.
ETPERTRANSIIT EX LATERE
AQUILONIS ADCAMPESTRIA
DESCENDITQ. INPLANITIEM

ET PRAETER GREDITUR CONTRA
AQUILONEM BETHAGLA
SUNTQ. EXITUS EIUS CONTRA
LINGUAM MARIS SALSISSIMI
AB AQUILONE
IN FINE IORDANIS AD AUSTRALEM
PLAGAM QUI EST TERMINUS
ILLIUS AB ORIENTE
HAEC EST POSSESSIO FILIORUM
BENIAMIN PER TERMINOS SUOS
IN CIRCUITU ET FAMILIAS SINGULAS
FUERUNTQ. CIUITATES EIUS HIE
RICHO ET BETHAGLA ET UALLIS CASIS
BETHARABA ET SAMARAIM ET
BETHEL ET AUIM ET AFFARA
ET OFFRA
UILLA EMONA ET OFNI ET GABEE
CIUITATES XII. ET UILLAE EARUM
GABAON ET RAMA ET BEROTH
ET MESFETH
CAFERA ET AMMOSA ET RECCEM
IRAFHEL ET THARALA ET SALA
ET ELEPH ET IEBUS QUAE EST
HIERUSALEM ET GABAATH
ET CARIATH
CIUITATES XIIII. ET UILLAE EARUM
FIUNT OMNES CIUITATES XXVI.
HAEC EST POSSESSIO FILIORUM
BENIAMIN IUXTA FAMILIAS SUAS
EGRESSA EST SORS SECUNDA
FILIORUM SIMEON PER
COGNATIONES SUAS
FUITQ. HEREDITAS EORUM IN
MEDIO POSSESSIONIS
FILIORUM IUDA
BERSABEE ET SABEE ET MOLADA
ET ASERSUA BALAM ET ASEM
ET BEL THOLATH
BETHUL ARMA ET SECELEG
ET BETHMAR CHAMOTH
ASERSUA ET BETHLABAOTH
ET SA ROEN
CIUITA TES TREDECIM
ET UILLAE EARUM
AIN ET REMMON ET ATHAR
ET ASAN
CIUITATES QUATTUOR ET UILLAE
EARUM OMNES UICULI PER CIR
CUITUM URBIUM ISTARUM
USQ. AD BALATH BERAMETH CON
TRA AUSTRALEM PLAGAM
HAEC EST HEREDITAS FILIORUM
SIMEON IUXTA COGNATIONES SUAS
IN FUNICULO ET POSSESSIONE
FILIORUM IUDA QUIA MAIOR ERAT
ET IDCIRCO POSSEDERUNT
FILII SIMEON IN MEDIO HERE
DITATIS EORUM
CECIDITQUE Q. SORS TERTIA
FILIORUM ZABULON PER COG
NATIONES SUAS
ET FACTUS EST TERMINUS POS
SESSIONIS EORUM USQ. SARITH
ASCENDITQ. DE MARI ET DE ME
DALA AC PERUENIT IN DEBLA
SETH USQ. AD TORRENTEM
QUI EST CONTRA IECENNAM
ET REUERTITUR DE SARITH CON
TRA ORIENTEM IN FINES
CESELETH ET THABOR
ET EGREDITUR AD DABERETH
ASCENDITQ. CONTRA IEFIE
ET INDE PERTRANSIT AD ORIEN
TALEM PLAGAM GETHEFER
ET TACASIN
ET EGREDITUR IN REMMON
AMPHARET NOA
ET CIRCUIT AD AQUILONEM ET
NATHON. SUNTQ. EGRESSUS
EIUS UALLES IEPTHAHEL
ET CATHETH ET NEHALA ET
SEMRON ET IEDALA ET BETLEM
CIUITATES XII. ET UILLAE EARUM
HAEC EST HEREDITAS TRIBUS
FILIORUM ZABULON PER COGNATIO
NES SUAS, URBES ET UICULI EARUM
ISACHAR EGRESSA EST SORS QUARTA
PER COGNATIONES SUAS, FUITQ.
EIUS HEREDITAS
SALOTH, IEZABEL ET CHIANA

ET SONEM ET APARAIM
SEON ET ANAARATH ET SABBITH
ET CESION ABES ET RAMETH
ET ENGANNI ET ENADDA
ET BETFERES
ET PERUENIT TERMINUS USQ.
THABOR ET SECSIMA ET BETH
SAMES ERUNTQ. EXITUS
EIUS IORDANES
CIUITATES XVI ET UILLAE EARUM
HAEC EST POSSESSIO FILIORUM
ISSACHAR PER COGNATIONES
SUAS URBES ET UILLAE EARUM
CECIDIT SORS QUINTA TRIB. FILIORU̅
ASER PER COGNATIONES SUAS
FUITQ. TERMINUS EORUM
ALCHATH ET OLIA ET BETEN ET AXAB
ET MELECH ET AMAAD ET MESSAL
ET PERUENIT USQ. AD CARMELUM
MARIS ET SIOR LABANATH
AC REUERTITUR CONTRA OCCI
DENTE̅ BETH DAGON
ET PERTRANSIT USQ. ZABULON
ET UALLEM CEPTHABEL CONTRA
AQUILONEM IN BETHEMECH
ET NEIHEL
EGREDITURQ. AD LEBAM CHABUL
ET ACHRAN ET ROBOOTH ET AMON
ET CANE USQ. SIDONEM MAGNAM
REUERTITURQ. IN NORMA USQ.
AD CIUITATEM MUNITISSIMA̅
TYRUM ET USQ. OSA
ERUNTQ. EXITUS EIUS IN MARE
DE FUNICULO ACZIBA ET AMMA
ET AFECA ET ROAB
CIUITATES XXII ET UILLAE EARUM
HAEC EST POSSESSIO FILIORUM
ASER PER COGNATIONES SUAS
URBES ET UICULI EARUM
FILIORUM NEPTHALIM SEXTA PARS
CECIDIT PER FAMILIAS SUAS
ET COEPIT TERMINUS
DE LEB ET HELON
ISANIM ET ADAMI
QUAE EST NECEB ET IEBNABEL
USQ. LECUM
ET EGRESSUS EORUM USQ. AD IOR
DANEM REUERTITURQ. TERMI
NUS CONTRA OCCIDENTEM
IN AZNOTH THABOR
ATQ. INDE INGREDITUR IN UCOCA
ET PERTRANSIT IN ZABULON
CONTRA MERIDIEM
ET IN ASER CONTRA OCCIDENTEM
ET IN IUDAEA AD IORDANEM
CONTRA ORTUM SOLIS
CIUITATES MUNITISSIMAE
ASEDDIM SER ET AMMATH ET RECATH
CENERETH ET EDEMA ET ARAMA
ASOR ET CEDES ET EDRAI
NASOR ET IERON ET MAGDALEL
HOREM ET BETHANATH ET BETHSEMES
CIUITATES DECEM ET NOUEM
ET UILLAE EARUM
HAEC EST POSSESSIO TRIBUS FILIORU̅
NEPTHALI PER COGNATIONES SUAS
URBES ET UILLAE EARUM
TRIBUI FILIORUM DAN PER FAMILIAS
SUAS EGRESSA EST SORS SEPTIMA
ET FUIT TERMINUS POSSESSIONIS EIUS
SARAA ET AESTHAOL ET HIRSEMES
ID EST CIUITAS SOLIS
SELEBIN ET AHIALON ET HIETHALA
HELON ET THEMNA ET ACRON
HELTHECEN ET GEBTHON ET BALATH
IUD ET BNEBARACH ET GETHREMMON
ATQ. HERCON ET ARECCON CUM TER
MINO QUI RESPICIT IOPPEN
ET IN IPSO FINE CONCLUDITUR
ASCENDERUNTQ. FILII DAN ET PUG
NAUERUNT CONTRA LESEM
COEPERUNTQ. EA̅ ET PERCUSSE
RUNT IN ORE GLADII
AC POSSEDERUNT ET HABITAUE
RUNT IN EAM
UOCANTES NOMEN EIUS LESEM DAN
EX NOMINE DAN PATRIS SUI
HAEC EST POSSESSIO TRIB. FILIORU̅

dan per cognationes suas
urbes et uiculi earum
cumq. conplesset terram sorte
diuidere singulis per
tribus suas
dederunt filii isrl possessi
onem iosue filio nun in
medio sui
iuxta praeceptum dni urbem
quam postulauit
thamnath sarae in monte ephraim
et aedificauit ciuitatem
habitauitq. in ea
haec sunt possessiones quas
sorte diuiserunt
eleazar sacerdos et iosue
filius nun
et principes familiarum ac
tribuum filiorum isrl
in silo coram dno ad ostium
tabernaculi testimonii
partitiq. sunt terram
.xx. Et locutus est dns ad iosue
dicens loquere filiis isrl
et dicis eis
separate urbes fugitiuorum
de quib. locutus sum ad
uos per manum mosi
ut confugiat ad eas quicumq.
animam percusserit nescius
ut possit euadere iram proxi
mi qui ultor est sanguinis
cum ad unam harum confugerit
ciuitatum
stabitq. ante portam ciuitatis
et loquetur seniorib. urbis
illius ea quae se conprobent
innocentem
sicq. suscipient eum et dabunt
ei locum ad habitandum
cumq. ultor sanguinis eum
fuerit persecutus non
tradent in manu eius
quia ignorans percussit proximum
eius
nec ante biduum triduumue
eius probatur inimicus
habitauit in ciuitate illa donec
stet ante iudicium causam
reddens facti sui
et moriatur sacerdos magnus
qui fuerit in illo tempore
tunc reuertetur homicida
et ingreditur ciuitatem
et domum suam de qua fugerat
decreueruntq. cedes in galilaea
montis nepthali
et sychem in monte ephraim
et cariatharbe ipsa est hebron
in monte iuda
et trans iordanem contra orien
talem plagam hiericho
statuerunt bosor quae sita est
in campestri solitudine
de tribu ruben
et ramoth in galaad de tribu
gad et gaulon in basan
de tribu manasse
haec ciuitates constitutae
sunt cunctis filiis isrl
et aduenis qui habitant inter eos
ut fugeret ad eas qui animam
nescius percussisset
et non moreretur in manu pro
ximi effusum sanguinem
uindicare cupientis
donec staret ante populum
expositurus causam suam
.xxi. accesseruntq. principes fili
orum leui ad eleazarum sacer
dotem et iosue filium nun
et adduces cognationum per
singulas trib. filiorum isrl
locutiq. sunt ad eos in silo
terrae chanaan atq. dixerunt
dns praecepit per manum mosi
ut darentur nobis urbes
ad habitandum
et suburbana earum ad alenda
iumenta

dederuntq· filii israhel
 de possessionib· suis
iuxta imperium dn̄i
ciuitates et suburbana earum
egressaq· est sors in familiam
 caath filiorum aaron sacerdotis
de tribub· iuda et symeon et
 beniamin ciuitates tredecim
et reliquis filiorum caath id est
 leuitis qui super fuerant
de tribub· ephraim et dan et
 dimidia tribu manasse
 ciuitates decem
porro filiis gerson egressa est
 sors ut acciperent de tribub·
 issachar et aser et nepthalim
dimidiaq· tribu manasse in basan
ciuitates numero tredecim
et filiis merari per cognationes suas
de tribub· ruben et gad et zabu
 lon urbes duodecim
dederuntq· filii isrl̄ leuitis ciui
 tates et suburbana earum
sicut praecepit dn̄s per manum
 mosi singulis sorte tribuentes
de tribub· filiorum iuda et symeon
dedit iosue ciuitates quarum
 ista sunt nomina
filiis aaron per familias caath
 leuitici generis
prima enim sors illis egressa est
cariatharbe patris enach quae
 uocatur hebron in monte iuda
 et suburbana eius per circuitū
agros uero et uillas eius dede
 rat chaleb filio iepphone
 ad possidendum
dedit ergo filiis aaron sacerdotis
 hebron confugii ciuitatem
 ac suburbana eius
et lebna cum suburbanis suis
et hiether et isthimon et helon
dabir et ain et hiethan
 et bethsemes

cum suburbanis suis ciuita
 tes nouem
de tribub· ut dictum est duab·
de tribu autem filiorum beniamin
gabaon et gabee et anathoth
 et almon
cum suburbanis suis ciuitates xiii.
omnes simul ciuitates filiorū
 aaron sacerdotis tredecim
 cum suburbanis suis
reliquis uero per familias fili
 orum caath leuiti generis
 haec est data possessio
de tribu ephraim urbs confugii
 sychem cum suburbanis suis
 in monte ephraim
et gazer et cebsain et bethoron
 cum suburbanis suis ciui
 tates quattuor
de tribu quoq· dan
elthece et gebbethon et
 aialon et getremmon
cum suburbanis suis
 ciuitates quattuor
porro de dimidia tribu manasse
thanach et getremmon cum
 suburbanis suis ciuitates duas
omnes ciuitates decem et
 suburbana earum datae sun
 filiis caath inferioris gradus
filiis quoq· gerson leuitici
 generis
dedit dimidia tribu manasse
 confugii ciuitatem gaulon
 in basan et bosram cum subur
 banis suis ciuitates duas
porro de tribu issachar cesion
 dabereth et iaramoth et en
 gannim cum suburbanis suis
 ciuitates quattuor
de tribu autem aser masal
 et abdon et abchrondon
 et alacoth et roob
cum suburbanis suis ciuitates quat
 tuor

DE TRIBU QUOQ. NEPTHALI CIUITATE
CONFUGII CEDES IN GALILEA
ET AMMOTHDOR ET CHARTHAN
CUM SUBURBANIS SUIS CIUI
TATES TRES
OMNES URBES FAMILIARUM GER
SON TREDECIM CUM SUBUR
BANIS SUIS
FILIIS AUTEM MERARI LEUITIS IN
FERIORIS GRADUS PER FAMILI
AS SUAS DATA EST DE TRIBU ZABULON
IECHENAM ET CHARATHA
ET DAMNA ET NAALOL
CIUITATES QUATTUOR CUM SUBUR
BANIS SUIS
ET DE TRIBU GAD CIUITATES CON
FUGII RAMOTH IN GALAAD
ET MANAIM ET ESEBON ET IAZER
CIUITATES QUATTUOR CUM SUBUR
BANIS SUIS OMNES URBES FILIO
RUM MERARI PER FAMILIAS SUAS
ET COGNATIONES SUAS DUODECI͞
ITAQ. UNIUERSAE CIUITATES LEUI
TARUM IN MEDIO POSSESSIO
NIS FILIORUM ISRAHEL
FUERUNT · XLVIII · CUM SUBUR
BANIS SUIS SINGULAE PER FAMI
LIAS DISTRIBUTAE
DEDITQ. DNS ISRAHELI OMNEM
TERRAM QUAM TRADITURUM
SE PATRIB· EORUM IURAUERAT
ET POSSEDERUNT ILLAM ATQ. HABI
TAUERUNT IN EA
DATAQ. EST AB EO PAX IN OMNES
PER CIRCUITUM NATIONES
NULLUSQ. EIS HOSTIUM
RESISTERE AUSUS EST
SED CUNCTI IN EORUM DICIONEM
REDACTI SUNT
NE UNUM QUIDEM UERBUM
QUOD ILLIS PRESTATURUM
SE ESSE PROMISERAT
INRITUM FUIT
SED REB· EXPLETA SUNT OMNIA

XXII EODEM TEMPORE UOCAUIT IOSUE
RUBENITAS ET GADITAS ET DIMI
DIAM TRIBU͞ MANASSE DIXITQ.
AD EOS
FECISTIS OMNIA QUAE UOBIS
PRAECEPIT MOSES FAMULUS
DNI MIHI QUOQ. IN OMNIB· OBOEDISTIS
NEC RELINQUISTIS FRATRES UES
TROS LONGO TEMPORE USQ.
IN PRAESENTEM DIEM
CUSTODIENTES IMPERIUM
DNI DI UESTRI
QUIA IGITUR DEDIT DNS DS UESTER
FRATRIB· UESTRIS QUIETEM
AC PACEM SICUT POLLICITUS EST
REUERTIMINI ET ITE IN TABERNA
CULA UESTRA
ET IN TERRAM POSSESSIONIS QUAM
TRADIDIT UOBIS MOSES FAMU
LUS DNI TRANS IORDANEM
ITA DUMTAXAT UT CUSTODIATIS
ACTENEATIS ET OPERE CONPLEATIS
MANDATUM ET LEGEM QUAM
PRAECEPIT UOBIS MOSES
SERUUS DNI
UT DILIGATIS DNM DM UESTRUM
ET AMBULETIS IN OMNIB· UIIS EIUS
ET OBSERUETIS MANDATA ILLIUS
ADHEREATISQ. EI AC SERUIATIS
IN OMNI CORDE ET IN OMNI ANIMA
UESTRA BENEDIXITQ. EIS
IOSUE AC DIMISIT EOS
QUI REUERSI SUNT IN TABERNACULA SUA
TRIBUI AUTEM MANASSE MEDIAE
POSSESSIONEM MOSES
DEDERAT IN BASAN
ET IDCIRCO MEDIAE QUAE SUPER
FUIT DEDIT IOSUE SORTEM IN
TER CETEROS FRATRES SUOS
TRANS IORDANEM AD OCCIDENTA
LEM EIUS PLAGAM
CUMQ. DIMITTERET EOS IN TABER
NACULA SUA ET BENEDIXISSET
ILLIS DIXIT AD EOS

in multa substantia atq. diui
tiis reuertimini ad sedes
uestras
cum argento et auro aere
ac ferro et ueste multiplici
diuidite praedas hostium
cum fratrib. uestris
reuersiq. sunt et abierunt
filii ruben et filii gad et
dimidiae trib. manasse
a filiis israhel
de silo quae sita est in chanaan
ut intrarent galaad terram
possessionis suae
quam obtinuerant iuxta impe
rium dn̄i in manu mosi
cumq. uenissent ad tumulos
iordanis in terra chanaan
aedificauerunt iuxta iordanē
altare infinitae magnitudinis
quod cum audissent filii isrl̄
et ad eos certi nuntii
detulissent
aedificasse filios ruben et gad
et dimidiae trib. manasse altare
in terra chanaan super iordanis
tumulos contra filios isrl̄
conuenerunt omnes in silo
ut ascenderent et dimica
rent contra eos
et interim miserunt ad illos
in terra galaad finees filium
eleazar sacerdotem
et decem principes cum eo
singulos de tribubus singulis
qui uenerunt ad filios ruben
et gad et dimidiae trib. manas
se in terram galaad
dixeruntque ad eos
haec mandat omnis populus dn̄i
quae est ista transgressio
cur reliquistis dn̄m dm̄ isrl̄
aedificantes altare sacrilegum
et a cultu illius recedentes
an parum uobis est quod pec
castis in belphegor
et usq. in praesentem diem
macula huius sceleris
in nobis permanet
multiq. de populo corruerun
et uos hodie dereliquistis dn̄m
et cras in uniuersum isrl̄
eius ira deseuiet
quod si putatis inmundam esse
terram possessionis uestrae
transite in terram in qua tabernā
culum dn̄i est
et habitate inter nos
tantum ut a dn̄o et a nostro con
sortio non recedatis
aedificato altari praeter altare
dn̄i di uestri
non ne achan filius zare praeterit
mandatum dn̄i
et super uniuersum populum isrl̄
ira eius incubuit
et ille erat unus homo
atq. utinam solus perisset
in scelere suo
responderuntq. filii ruben et gad
et dimidia trib. manasse
principib. legationis isrl̄
fortissimus ds̄ dn̄s fortissimus
ds̄ dn̄s ipse nouit
et isrl̄ simul intelleget
si praeuaricationis animo hoc
altare construximus
non custodiat nos sed puniat
in praesenti
et si ea mente fecimus ut holo
causta et sacrificium et paci
ficas uictimas super eo inpo
neremus
ipse quaerat et iudicet
et non ea magis cogitatione atq.
tractatu ut diceremus
cras dicent filii uestri filiis nostris
quid uobis et dn̄o do isrl̄

TERMINUM POSUIT DNS INTER
NOS ET UOS O FILII RUBEN ET
FILII GAD IORDANEN FLUUIUM
ET IDCIRCO PARTEM NON HABETIS
IN DNO. ET PER HANC OCCASI
ONEM AUERTENT FILII UESTRI
FILIOS NOSTROS A TIMORE DNI
PUTAUIMUS ITAQ. MELIUS ET DIXIMUS
EXTRUAMUS NOBIS ALTARE
NON IN HOLOCAUSTA NEQ. AD UICTI
MAS OFFERENDAS
SED IN TESTIMONIUM INTER NOS
ET UOS
ET SUBOLEM NOSTRAM UESTRAMQ. PROGENIEM
UT SERUIAMUS DNO DO NOSTRO
ET IURIS NOSTRI SIT OFFERRE
HOLOCAUSTA ET UICTIMAS
ET PACIFICAS HOSTIAS
ET NEQUAQUAM DICANT CRAS
FILII UESTRI FILIIS NOSTRIS
NON EST UOBIS PARS IN DNO
QUOD SI UOLUERINT DICERE RESPON
DEBUNT EIS ECCE ALTARE DNI
QUOD FECERUNT PATRES NOSTRI
NON IN HOLOCAUSTUM NEQ. IN SACRI
FICIUM SED IN TESTIMONIUM
UESTRUM AC NOSTRUM
ABSIT A NOBIS HOC SCELUS
UT RECEDAMUS A DNO ET EIUS UESTI
GIA DERELINQUAMUS
EXTRUCTO ALTARI AD HOLOCAUSTUM
ET SACRIFICIA ET UICTIMAS OFFE
RENDAS PRAETER ALTARE DNI DI NI
QUOD EXTRUCTUM EST ANTE TABERNA
CULUM EIUS. QUIB. AUDITIS FINEES
SACERDOS ET PRINCIPES LEGATI
ONIS ISRL QUI ERANT CUM EO PLACATI SUNT
ET UERBA FILIORUM RUBEN ET GAD
ET DIMIDIAE TRIB. MANASSE
LIBENTISSIME SUSCIPERUNT
DIXITQ. FINEES FILIUS ELEAZARI SACER
DOS AD EOS. NUNC SCIMUS QUOD NOBIS
CUM SIT DS. Q M ALIENI ESTIS A PRAUARI
exiosue hac

ET LIBERASTIS FILIOS ISRL DE MANU DNI
REUERSUSQ. EST CUM PRINCIPIB. A FILIIS
RUBEN ET GAD DE TERRA GALAAD FINIUM
CHANAAN AD FILIOS ISRL ET RETULIT EIS
PLACUITQ. SERMO CUNCTIS AUDIENTIB.
ET LAUDAUERUNT DNM FILII ISRL
ET NEQUAQUAM ULTRA DIXERUNT UT AS
CENDERENT ADUERSUS EOS ATQ. PUGNARENT
ET DELERENT TERRAM POSSESSIONIS EORUM
UOCAUERUNTQ. FILII RUBEN ET GAD
ALTARE QUOD EXTRUXERUNT
TESTIMONIUM NOSTRUM QUOD DNS
IPSE SIT DS
XXIII EUOLUTO AUTEM MULTO TEMPORE
POSTQUAM PACEM DNS DEDERAT ISRL
SUBIECTIS IN GYRO NATIONIB. UNIUERSIS
ET IOSUE IAM LONGEUO ET PERSENI
LIS AETATIS
UOCAUIT IOSUE OMNEM ISRAHELEM
MAIORESQ. NATU ET PRINCIPES AC
DUCES ET MAGISTROS DIXITQ. AD EOS
EGO SENUI ET PROGRESSIORIS AETATIS SUM
UOSQ. CERNITIS OMNIA QUAE FECE
RIT DNS DS UESTER CUNCTIS PER
CIRCUITUM NATIONIB.
QUOMODO PRO UOBIS IPSE PUGNAUERIT
ET NUNC QUIA UOBIS SORTE DIUI
SIT OMNEM TERRAM
AB ORIENTALI PARTE IORDANIS USQ.
AD MARE MAGNUM. MULTAEQ.
ADHUC SUPERSUNT NATIONES
DNS DS UESTER DISPERDET EAS ET
AUFERET A FACIE UESTRA
ET POSSEDEBITIS TERRAM SICUT
UOBIS POLLICITUS EST. TANTUM
CONFORTAMINI ET ESTOTE SOLLICITI
UT CUSTODIATIS CUNCTA QUAE SCRIP
TA SUNT IN UOLUMINE LEGIS MOSI
ET NON DECLINETIS AB EIS NEC AD
DEXTRAM NEC AD SINISTRAM
NE POSTQUAM INTRAUERITIS AD GEN
TES QUAE INTER UOS FUTURAE SUNT
IURETIS IN NOMINE DEORUM EARUM
ET SERUIATIS EIS ET ADORETIS ILLOS

SED ADHERETIS DNO DO UESTRO
QUOD FECISTIS USQ. AD DIEM HANC
ET TUNC AUFERET DNS IN CONSPECTU
UESTRO GENTES MAGNAS ET ROBUS
TISSIMAS ET NULLUS UOBIS RESIS
TERE POTERIT. UNUS E UOBIS PER
SEQUETUR HOSTIUM MILLE UIROS
QUIA DNS DS UESTER PRO UOBIS IPSE
PUGNAUIT SICUT POLLICITUS EST
HOC TANTUM DILIGENTISSIME PRAECAUETE
UT DILIGATIS DNM DM UESTRUM
QUOD SI UOLUERITIS GENTIUM HARUM
QUAE INTER UOS HABITANT ERRORIB.
ADHERERE. ET CUM EIS MISCERE CONU
BIA ATQ. AMICITIAS COPULARE
IAM NUNC SCITOTE QUOD DNS DS UESTER
NON EAS DELEAT ANTE FACIEM UESTRAM
SED SINT UOBIS IN FOUEAM AC LAQUEUM
ET OFFENDICULUM EX LATERE UESTRO
ET SUDES IN OCULIS UESTRIS
DONEC UOS AUFERAT ATQ. DISPERDAT
DE TERRA HAC OPTIMA QUAM TRA
DIDIT UOBIS. EN EGO HODIE IN
GREDIAR· UNIUERSAE TERRAE ·uiam·
ET TOTO ANIMO COGNOSCITIS
QUOD DE OMNIB. UERBIS QUAE SE DNS
PRAESTATURUM NOBIS ESSE POLLI
CITUS EST. UNUM NON PRAETE
RIERIT IN CASSUM
SICUT ERGO IMPLEUIT OPERE QUOD
PROMISIT ET PROSPERA CUNCTA
UENERUNT. SIC ADDUCET SUPER
UOS QUICQUID MALORUM COMMI
NATUS EST, DONEC UOS AUFERAT
ATQ. DISPERDAT
DE TERRA HAC OPTIMA QUAM TRADIDIT UOBIS
EO QUOD PRAETERIERITIS PACTUM
DNI DI UESTRI QUOD PEPIGIT UOBISCUM
ET SERUIERITIS DIIS ALIENIS ET ADORA
UERITIS EOS. CITO ATQ. UELOCITER
CONSURGET IN UOS FUROR DNI
ET AUFEREMINI DE TERRA HAC OPTIMA
QUAM TRADIDIT UOBIS. CONGREGA XXIIII.
UITQ. IOSUE OMNES TRIB. ISRL
IN SYCHEM. ET UOCAUIT MAIORES NATU
AC PRINCIPES ET IUDICES ET MAGISTROS
STETERUNTQ. IN CONSPECTU DNI
ET AD POPULUM SIC LOCUTUS EST
HAEC DICIT DNS DS ISRL. TRANS FLUUIUM
HABITAUERUNT PATRES UESTRI AB INITIO
THARE PATER ABRAHAM ET NACHOR
SERUIERUNTQ. DIIS ALIENIS
TULI ERGO PATREM UESTRUM ABRAHAM
DE MESOPOTAMIAE FINIBUS
ET ADDUXI EUM IN TERRAM CHANAAN
MULTIPLICAUIQ. SEMEN EIUS ET DEDI EI ISAAC
ILLIQ. RURSUM DEDI IACOB ET ESAU
E QUIB. ESAU DEDI MONTEM SEIR AD POSSI
DENDUM. IACOB UERO ET FILII EIUS
DESCENDERUNT IN AEGYPTUM
MISIQ. MOSEN ET AARON ET PERCUSSIT
AEGYPTUM MULTIS SIGNIS
ATQ. PORTENTIS
EDUXITQ. UOS ET PATRES UESTROS
DE AEGYPTO ET UENISTIS AD MARE
PERSECUTIQ. SUNT AEGYPTII PATRES
UESTROS CUM CURRIB. ET EQUITATU
USQ. AD MARE RUBRUM
CLAMAUERUNT AD DNM FILII ISRL
QUI POSUIT TENEBRAS INTER UOS ET AE
GYPTIOS. ET ADDUXIT SUPER ILLOS
MARE ET OPERUIT EOS. UIDERUNT OCU
LI UESTRI QUAE IN AEGYPTO FECERIM
ET HABITASTIS IN SOLITUDINE MULTO TEMPORE
ET INTRODUXI UOS AD TERRAM AMORRAEI
QUI HABITABAT TRANS IORDANEM
CUMQ. PUGNARENT CONTRA UOS TRADI
DI EOS IN MANUS UESTRAS
ET POSSEDISTIS TERRAM EORUM
ATQ. INTERFECISTIS ILLOS
SURREXIT AUTEM BALAC FILIUS SEP
PHOR REX MOAB ET PUGNAUIT CONTRA
ISRLEM. MISITQ. ET UOCAUIT BALAAM
FILIUM BEOR UT MALEDICERET UOBIS
ET EGO NOLUI AUDIRE EUM. SED E CONTRA
RIO PER ILLUM BENEDIXI UOBIS
ET LIBERAUI UOS DE MANU EIUS
TRANSISTISQ. IORDANEM ET UENISTIS AD
HIERICHO

PUGNAUERUNTQ· CONTRA UOS UIRI CIUITA
TIS EIUS · AMORRAEUS ET PEREZAEUS
ET CHANANAEUS ET HETTHEUS ET GER
GESSEUS ET EUAEUS ET IEBUSAEUS
ET TRADIDI ILLOS IN MANUS UESTRAS
MISIQ· ANTE UOS CRABRONES ET EIECI
EOS DE LOCIS SUIS DUOS REGES AMOR
RAEORUM · NON IN GLADIO ET IN ARCU TUO
DEDIQ· UOBIS TERRAM IN QUA NON LABO
RASTIS · ET URBES QUAS NON AEDIFI
CASTIS UT HABITARETIS IN EIS
UINEAS ET OLIUETA QUAE NON PLANTASTIS
NUNC ERGO TIMETE DNM ET SERUITE EI
PERFECTO CORDE ATQ· UERISSIMO
ET AUFERTE DEOS QUIB· SERUIERUNT
PATRES UESTRI IN MESOPOTAMIA
ET IN AEGYPTO · AC SERUITE DNO
SIN AUTEM MALUM UOBIS UIDETUR
UT DNO SERUIATIS · OPTIO UOBIS
DATUR ELIGITE HODIE QUOD PLACET
CUI POTISSIMUM SERUIRE DEBEATIS
UTRUM DIIS QUIB· SERUIERUNT PATRES
UESTRI IN MESOPOTAMIA AN DIIS AMOR
RAEORUM IN QUORUM TERRA HABITATIS
EGO AUTEM ET DOMUS MEA SERUIAMUS DNO
RESPONDITQ· POPULUS ET AIT
ABSIT A NOBIS UT RELINQUAMUS DNM
ET SERUIAMUS DIIS ALIENIS
DNS DS NOSTER IPSE EDUXIT NOS ET PA
TRES NOSTROS DE TERRA AEGYPTI
DE DOMO SERUITUTIS
FECITQ· UIDENTIB· NOBIS SIGNA INGENTIA
ET CUSTODIUIT NOS IN OMNI UIA PER
QUAM AMBULAUIMUS · ET IN CUNCTIS
POPULIS PER QUOS TRANSIBIMUS
ET EIECIT UNIUERSAS GENTES
AMORRAEORUM HABITATOREM TERRAE
QUAM NOS INTRAUIMUS
SERUIEMUS IGITUR DNO QUIA IPSE EST
DNS DS NOSTER · DIXITQ· IOSUE AD POPU
LUM NON POTERITIS SERUIRE DNO
DS ENIM SCS ET FORTIS AEMULATOR EST
NEC IGNOSCET SCELERIB· UESTRIS
ATQ· PECCATIS · SI DIMISERITIS DNM

ET SERUIERITIS DIIS ALIENIS
CONUERTET SE ET ADFLIGET UOS ATQ·
SUBUERTET · POSTQUAM UOBIS PRAE
STITERIT BONA · DIXITQ· POPULUS AD IOSUE
NEQUAQUAM UT LOQUERIS ERIT SED DNO
SERUIEMUS · ET IOSUE AD POPULUM
TESTES INQUIT UOS ESTIS QUIA IPSI
ELIGERITIS UOBIS DNM UT SERUIATIS EI
RESPONDERUNTQ· TESTES · NUNC ERGO AIT
AUFERTE DEOS ALIENOS DE MEDIO UESTRI
ET INCLINATE CORDA UESTRA AD DNM DM
ISRL · DIXITQ· POPULUS AD IOSUE
DNO DO NOSTRO SERUIEMUS OBOEDI
ENTES PRAECEPTIS EIUS
PERCUSSIT IGITUR IOSUE IN DIE ILLO FOEDUS
ET PROPOSUIT POPULO PRAECEPTA
ATQ· IUDICIA IN SYCHEM · SCRIPSITQ·
OMNIA UERBA HAEC IN UOLUMINE LEGIS DI
ET TULIT LAPIDEM PERGRANDEM POSU
ITQ· EUM SUBTER QUAERCUM QUI
ERAT IN SCTUARIO DNI · ET DIXIT AD OMNEM
POPULUM · EN LAPIS ISTE ERIT UOBIS
IN TESTIMONIUM · QUOD AUDIERIT
OMNIA UERBA DNI QUAE LOCUTUS EST
UOBIS · NE FORTE POSTEA NEGARE
UELITIS ET MENTIRI DNO DO UESTRO
DIMISITQ· POPULUM SINGULOS IN POS
SESSIONEM SUAM · ET POST HAEC
MORTUUS EST IOSUE FILIUS NUN
SERUUS DNI CX · ANNORUM
SEPELIERUNTQ· EUM IN TERRA POS
SESSIONIS SUAE IN THAMNATHSARAE
QUAE SITA EST IN MONTE EPHRAIM
A SEPTENTRIONALI PARTE MONTIS GAAS
SERUIUITQ· ISRL DNO CUNCTIS DIEB· IOSUE
ET SENIORUM QUI LONGO UIXERUNT TEM
PORE POST IOSUE · ET QUI NOUERANT
OMNIA OPERA DNI QUAE FECERAT IN ISRL
OSSA QUOQ· IOSEPH QUAE TULERANT FILII ISRL
DE AEGYPTO · SEPELIERUNT IN SYCHEM IN PARTE
AGRI QUEM EMERAT IACOB A FILIIS EMMOR PATRIS
SYCHEM · C · NOUELLIS OUIB· ET FUIT IN POSSESSI
ONE FILIORUM IOSEPH · ELEAZAR QUOQ· FILIUS AARON
MORTUUS EST · ET SEPELIERUNT EUM IN GABAATH FINEES FILII
EIUS · QUAE DATA EST EI IN MONTE EPHRAIM ·

Capitula Iudicum

I Ubi post mortem Iosue consulue
runt filii Israhel dominum quis esset
dux belli et dominus Iudas. Adonibezech
rex Israhel conprehenditur civitas
capitur. Deinde Cariatharbe et cete
rae civitates. De Chaleb et Axa
filia eius. De agro postulato.
De Gaza. De filiis Enach extinctis.
De Bethel. De Luza et homine
proditore eius quarum cum habita
tores non delevissent postea re
versi obpresserunt Israhelem.
Et angelus domini venit et inproperat
eis flentibus.
II Ubi tamquam mox mortuum Iosue
commemorat. Et senioribus timo
ratis mortuis novella aetas lascivia
subcreuit. Quidem omnino non coluit
et Bahalim serviendo dominum ad iracun
diam provocavit. Et tradidit eos
in manibus hostium. De quinque
satrapis Phylistinorum relictis.
De filiis Chananaeorum et filiis
eorum sociatis. De Chusanrasathaim
regem Mesopotamiae et de Othoni
hel iudices Israhel.
III Ubi peccaverunt filii Israhel et tradi
dit eos dominus Eglon regi Moab.
Et clamaverunt ad dominum et suscitavit
eis Aoth filium Gera qui occidit
Eglon crassum et Moabitas X milia.
De Samgari filio Anath qui occidit
sescentos viros de vomere.
Ubi iterum peccaverunt et traditi
sunt Iabin regi. De Debbora et Barach
qui exercitu ductu occiderunt Iabin.
De Iahel uxore Haber qui de pala
occidit Sisara. Et canticum Debbore
et Barach.
IIII Ubi peccantes iterum traditi sunt
in manu Madian et humiliati clamant
ad dominum et mittit ad eos prophetam
inproperans. Ubi angelus domini venit
ad Gedeon frumenta terentem
et salutat eum et mala quae sibi acci
derant enumerat et audit quod per
ipsum liberaturus esset dominus Israhelem.
De sacrificio oblato et cetera.
Ubi dixit dominus ad eum nocte ut destructa
ara Baal et luco exciso. De vitulo sep
tinario patris sui ut altero offerat
sacrificium. De conventu Madian.
Ubi Gedeon vellere reposito in area quaerit
signum. Item ut siccitas in vellere ros
in omni terra. Ubi dominus dicit multus est
populus tecum ad aquas probantur.
Et CCC viri probi inveniuntur.
Ubi dominus dicit descende in castra et audi
somnium referentem. Et de proventu
belli. De Salmana et Zebe. De Oreb et Zeb
de viris Soccoth. De turre Fanuhel
et C XX milia occisorum. De inauribus
aureis a Gedeon de praeda postulatis.
Et de morte quieta eiusdem Gedeon.
V Ubi iterum peccaverunt filii Israhel.
Ubi Abimelech naturalis Gedeon conspi
rat cum Sychimitis. Et conductis vagis
occidit LXX viros Gedeon et Ionathan
minor absconditus est. Ubi venit
Ioatha et dicit super eos parabolam.
Ubi Gaal filius Obeth cum fratribus suis
transit in Sicima et Zebul princeps
civitatis mittit ad Abimelech occulte.
Ubi committunt proelium de turre
Sycimorum. Ubi fumo et igne mille
homines perierunt. De oppido Thebes
et turre in medio eius firmissima.
Ad quam accedens Abimelech iecit
mulier fragmentum molae super
caput eius et occidit eum.
VI Post Abimelech surrexit Thola. Post
eum Iair. Iterum peccaverunt filii Israhel
domino et traditi sunt Phylisteis et adflicti
sunt nimis. Et clamaverunt ad dominum
dicentes peccavimus tibi. Et locutus
est eis dominus et inproperavit illis.
Iterum clamaverunt ad dominum et miser
tus est eis de Iepthe Galadite.

constituto principe super israhel.
Ubi legatos mittit ad philisthim.
de uoto temerario. de uictoria belli.
et morte filiae. de seditione ephraim.
post iepthe surrexit abessa. deinde
ahialon. et abdo. rursum de peccato isrl.
VII De manoe et ubi angelus apparuit.
De natiuitate samson. ubi adultus acce
pit mulierem. de filiab; philisthim.
de leone occiso parabolam proposuit
quam uxor publicat. qua dimissa pater
alteri tradidit. iratus uulpes capit
et conligatas igne subposito in segetes
mittit. ueniunt philisthim ut eum
capiant. et de maxilla asini mille uirg
occidit. et inde aqua sitienti processit.
De muliere in gaza adamata. de dalila
et qualiter eum deceperit. ubi eiectis
oculis in carcerem mittunt. productus
ut luderet. templum super eos una
secum deiecit. ubi pariter mortui sunt.
VIII De michas et mille c argenteis. de sculp
tili et conflatili. de altero adule
scente bethleemitae peregrinante
qui factus est sacerdos in domo micha.
De filiis dan. euntib; lachis auferen
tib; sacerdotem et idola. de ionathan
filio gersan. filii mosi sacerdotis idolis.
VIIII De leuite accipiente uxorem de bethleē
iuda quae reuersa est in domum patris
sui quam uir eius secutus grate suscipit.
De laetitia eorum. de itinere. de gabaa
beniamin et hominib; eius iniquis
uirum appetentib; ac mulierem.
De abusa muliere ac fatigata coitu
et mortua. de cadauere eius inposito
ac diuiso in duodecim partes emisso
per omnes trib; omnis populus con
gregatur ad tribum beniamin dirigi
tur ut huius sceleris patratores
tradantur despiciunt. Coniurantes
tribus undecim. in uno conspirant.
Interrogant dnm et aduersus eos
indicent bellum, semel et iterum
superantur tertio uictores existunt.
paenitentia ducti flentes dolent
unam perisse tribum extinctis uniuer
sis uiris ac feminis remanentibus
uiris solis sescentis. Consilium
ineunt qualiter tribus quae cecidit
reparetur. Et de iabis galaad
quadringentae uirgines adducuntur.
quae quadringentae directae sunt
singulae ducentis qui superérant.
consilium dederunt ut de choros
silo singuli singulas raperent.

POST MORTEM̃ IOSUE CONSU
LUERUNT FILII ISRAHEL DÑM
DICENTES
QUIS ASCENDET ANTE NOS CONTRA
CHANANAEUM ET ERIT DUX BELLI
DIXITQ· DÑS IUDAS ASCENDET .
ECCE TRADIDI TERRAM IN MANUS EIUS
ET AIT IUDAS SĨMEONI FRATRI SUO
ASCENDE MECUM IN SORTE MEA
ET PUGNA CONTRA CHANANAEUM
UT ET EGO PERGAM TECUM IN SORTE TUA
ET ABIIT CUM EO SYMEON
ASCENDITQ· IUDAS ET TRADIDIT DÑS
CHANANAEUM AC FEREZEUM
IN MANUS EORUM
ET PERCUSSERUNT IN BEZEC
DECEM MILIA UIRORUM
INUENERUNTQ· ADONIBEZEC IN BEZEC.
ET PUGNAUERUNT CONTRA EUM
ET PERCUSSERUNT CHANANAEUM
ET FEREZEUM
FUGIT AUTEM ADONIBEZEC
QUEM SECUTI CONPREHENDERUNT
CAESIS SUMMITATIB· MANUUM
EIUS AC PEDUM
DIXITQ· ADONIBEZEC
SEPTUAGINTA REGES AMPUTATIS
MANUUM AC PED UM SUMMITATIBUS
COLLIGEBANT SUB MENSA MEA
CIBORUM RELIQUIAS
SICUT FECI ITA REDDIDIT MIHI DÑS
ADDUXERUNTQ· EUM IN HIERUSALEM
ET IBI MORTUUS EST
OBPUGNANTES ERGO FILII IUDA
HIERUSALEM CEPERUNT EAM
ET PERCUSSERUNT IN ORE GLADII
TRADENTES CUNCTAM INCENDIO CIUITATẼ
ET POST EA DESCENDENTES PUGNA
UERUNT CONTRA CHANANAEUM
QUI HABITABAT IN MONTANIS ET AD
MERIDIEM ET IN CAMPESTRIBUS
PERGENSQ· IUDAS CONTRA CHANA
NAEUM QUI HABITABAT IN HEBRON
CUIUS NOMEN FUIT ANTI QUITUS
CARIATHARBE
PERCUSSIT SISAI ET AHIMAN, ET THOLMAI.
ATQ· INDE PROFECTUS ABIIT
AD HABITATORES DABIR
CUIUS NOMEN UETUS ERAT CHARIATHSEPHER.
ID EST CIUITAS LITTERARUM
DIXITQ· CHALEB
QUI PERCUSSERIT CARIATHSEPHER
ET UASTAUERIT EAM
DABO EI AXAM FILIAM MEAM UXOREM
CUMQ· CEPISSET EAM, OTHONIHEL,
FILIUS CENEZ, FRATER CHALEB MINOR.
DEDIT EI FILIAM SUAM CONIUGEM
QUAM PERGENTEM IN ITINERE
MONUIT UIR SUUS
UT PETERET A PATRE SUO AGRUM
QUAE CUM SUSPIRASSET SEDENS ASINO
DIXIT EI CHALEB QUID HABES
AT ILLA RESPONDIT
DA MIHI BENEDICTIONEM
QUIA TERRAM ARENTEM DEDISTI MIHI
DA ET INRIGUAM AQUIS
DEDIT ERGO EI CHALEB INRIGUUM
SUPERIUS ET INRIGUUM INFERIUS
FILII AUTEM CINEI COGNATI MOSI
ASCENDERUNT DE CIUITATE
PALMARUM CUM FILIIS IUDA
IN DESERTUM SORTIS EIUS
QUOD EST AD MERIDIEM ARAD
ET HABITAUERUNT CUM EO
ABIIT AUTEM IUDAS CUM SĨMEONE
FRATRE SUO
ET PERCUSSERUNT SIMUL CHANANAEŨ
QUI HABITABAT IN SEPHATH
ET INTERFECERUNT EUM
UOCATUMQ· EST NOMEN URBIS HORMA
ID EST ANATHEMA
CEPITQ· IUDAS GAZAM CUM FINIB· SUIS
ET ASCALONEM ATQ· ACCARON
CUM TERMINIS SUIS
FUITQ· DÑS CUM IUDA
ET MONTANA POSSEDIT
NEC POTUIT DELERE HABITATORES UALLIS
QUIA FALCATIS CURRIB· ABUNDABANT .

dederuntq· chaleb hebron
sicut dixerat moses
qui delebit ex eo tres filios enach
iebusaeum autem habitatorem
hierusalem non deleuerunt
filii beniamin
habitauitq· iebusaeus cum filiis
beniamin in hierusalem
usque in praesentem diem
Domus quoq· ioseph ascendit
in bethel
fuitq· dn̄s cum eis
nam cum obsiderent urbem
quae prius luza uocabatur
uiderunt hominem egredientem
de ciuitate
dixeruntq· ad eum
ostende nobis introitum ciuitatis
et faciemus tecum misericordiā
qui cum ostendisset eis
percusserunt urbem in ore gladii
hominem autem illum et omnē
cognationem eius dimiserunt
qui dimissus abiit in terram etthiī
et aedificauit ibi ciuitatem
uocauitq· eam luzam
quae ita appellatur
usque in praesentem diem
Manasses quoq· non deleuit
bethsan et thanach
cum uiculis suis
et habitatores dor et ieblaam
et mageddo cum uiculis suis
coepitq· chananeus habitare cum eis
postquam autem confortatus
est israhel
fecit eos tributarios et delere
noluit
Efraim etiam non interfecit
chananaeum
qui habitabat in gazer
sed habitauit cum eo
Zabulon non deleuit habitatores
cetron et naalon
sed habitauit chananaeus in medio eius
factusq· est ei tributarius
Aser quoq· non deleuit habita
tores acccho et sidonis
alab et achazib et alba
et afec et roob
habitauitq· in medio chananaei
habitatoris illius terrae
nec interfecit eum
Nepthalim non deleuit habita
tores bethsemes et bethaneth
et habitauit inter chananaeum
habitatorem terrae
fueruntq· ei bethsemitae
et bethanitae tributarii
artauitq· amorraeus
filios dan in monte
nec dedit eis locum ut ad plani
tiora descenderent
habitauitq· in monte hares
quod interpretatur testacio
in ahilon et salabin
et adgrauata est manus
domus ioseph
factusq· est ei tributarius
fuit autem terminus amorraei
ab ascensu scorpionis petra
et superiora loca
II ascenditq· angelus dn̄i de galgal
ad locum flentium et ait
eduxi uos de aegypto
et introduxi in terram
pro qua iuraui patribus uestris
sicut pollicitus sum
ut non facerem inritum pactum
meum uobiscum in sempiternū
ita dumtaxat ut non feriretis
foedus cum habitatoribus
terrae huius
et aras eorum subuerteretis
et noluistis audire uocem meā
cur hoc fecistis
quam ob rem nolui delere eos
a facie uestra

ut habeatis hostes
et dii eorum sint vobis in ruinam
Cumque loqueretur angelus dñi
verba haec ad omnes filios isrl̄
Elevaverunt vocem suam
et fleverunt
Vocatumque est nomen loci illius
flentium sive lacrimarum
immolaveruntque ibi hostias dño
Dimisit ergo iosue populum
Et abierunt filii israhel unusquisque
in possessionem suam
ut optinerent eam
Servieruntque dño cunctis dieb; eius
et seniorum qui longo post eum
vixerunt tempore
Et noverant omnia opera dñi
quae fecerat cum israhel
VII Mortuusque est iosue filius nun
famulus dñi
centum et x annorum
et sepelierunt eum in finibus
possessionis suae
in thamnathsare in monte ephraī
a septentrionali plaga
montis gaas
Omnisque illa generatio congre
gata est ad patres suos
Et surrexerunt alii qui non no
verant dñm et opera
quae fecit cum israhel
Feceruntque filii isrl̄ malum
in conspectu dñi
Et servierunt baalim
ac dimiserunt dñm dm̄
patrum suorum
qui eduxit eos de terra aegypti
Et secuti sunt deos alienos
deosque populi qui habitabat
in circuitu eorum
Et adoraverunt eos
Et ad iracundiam concitaverunt dñm
dimittentes eum et servientes
baal et astaroth

iratusque dñs contra israhel
tradidit eos in manus diripientium
qui ceperunt eos et vendiderunt
hostib; qui habitabant per gyrum
Nec potuerunt resistere
adversariis suis
Sed quocumque pergere voluis
sent manus dñi super eos erat
Sicut locutus est et iuravit eis
Et vehementer adflicti sunt
Suscitavitque dñs iudices qui libe
rarent eos de vastantium
manibus
Sed nec illos audire voluerunt
fornicantes cum diis alienis
et adorantes eos
Cito deseruerunt viam per quam
ingressi fuerant patres eorum
Nec audientes mandata dñi omnia
fecere contraria
Cumque dñs iudices suscitasset
in dieb; eorum flectebatur
misericordia
Et audiebat adflictionem gemitus
Et liberabat eos de caede
vastantium
postquam autem mortuus
esset iudex
Revertebantur et multo
maiora faciebant
quam fecerant patres sui
Sequentes deos alienos et servi
entes illis et adorantes illos
Non dimiserunt adinventiones suas
Et viam durissimam per quam
ambulare consueverant
iratusque est furor dñi
in israhel et ait
quia inritum fecit gens ista
pactum meum quod pepigerā
cum patrib; eorum
Et vocem meam audire
contempsit
Et ego non delebo gentes quas

DIMISIT IOSUE ET MORTUUS EST
UT IN IPSIS EXPERIAR ISRAHEL
UTRUM CUSTODIANT UIAM DNI
ET AMBULENT IN EA
SICUT CUSTODIERUNT PATRES
EORUM AN NON
·[illegible]· DIMISIT ERGO OMNES HAS NATIONES
ET CITO SUBUERTERE NOLUIT
NEC TRADIDIT IN MANU IOSUE
HAE SUNT GENTES QUAS
DERELIQUIT DNS
UT ERUDIRET IN EIS ISRAHELEM
ET OMNES QUI NON NOUERUNT
BELLA CHANANAEORUM
UT POSTEA DISCERENT FILII EORUM
CERTARI CUM HOSTIBUS
ET HABERENT CONSUETUDINEM
PROELIANDI
QUINQ· SATRAPAS PHYLISTINORUM
OMNEMQ· CHANANAEUM ET SIDONIUM
ADQ· EUAEUM QUI HABITABANT
IN MONTE LIBANO
DE MONTE BAAL HERMON
USQ· AD INTROITUM EMATH
DIMISITQ· EOS UT IN IPSIS
EXPERIRETUR ISRAHEL
UTRUM CUSTODIRET MANDATA DNI
QUAE PRAECEPERAT PATRIBUS
EORUM PER MANUM MOSI
AN NON
ITAQ· FILII ISRAHEL HABITAUERUNT
IN MEDIO CHANANEI ET FEREZEI
ET EUAEI ET IEBUSAEI
ET DUXERUNT UXORES
FILIAS EORUM
IPSIQ· FILIAS SUAS EORUM FILIIS
TRADIDERUNT
ET SERUIERUNT DIIS EORUM
FECERUNTQ· MALUM IN CONSPECTU
DNI ET OBLITI SUNT DI SUI
SERUIENTES BAALIM
ET ASTAROTH
IRATUSQ· DNS CONTRA ISRAHEL
TRADIDIT EOS IN MANUS CHUSAN
RASATHAIN REGIS MESOPOTAMIAE
SERUIERUNTQ· EI OCTO ANNIS
ET CLAMAUERUNT AD DNM QUI SUSCITA
UIT EIS SALUATOREM
ET LIBERAUIT EOS
OTHONIHEL UIDELICET FILIUM CENEZ
FRATREM CHALEB MINOREM
FUITQ· IN EO SPS DNI ET IUDICAUIT ISRL
EGRESSUSQ· EST AD PUGNAM
ET TRADIDIT DNS IN MANU EIUS
CHUSAN RASATHAIM REGEM
SYRIAE ET OBPRESSIT EUM
QUIEUITQ· TERRA QUADRAGINTA ANNIS
ET MORTUUS EST OTHONIHEL
FILIUS CENEZ
iii ADDIDERUNT AUTEM FILII ISRAHEL
FACERE MALUM IN CONSPECTU DNI
QUI CONFORTAUIT ADUERSUM EOS
EGLON REGEM MOAB
QUIA FECERUNT MALUM
IN CONSPECTU EIUS
ET COPULAUIT EI FILIOS AMMON
ET AMALECH
ABIITQ· ET PERCUSSIT ISRAHEL
ADQ· POSSEDIT URBEM
PALMARUM
SERUIERUNTQ· FILII ISRAHEL
EGLON REGI MOAB DECEM
ET OCTO ANNIS
POSTEA CLAMAUERUNT AD DNM
QUI SUSCITAUIT SALUATOREM
UOCABULO AEHOT FILIUM GERA
FILII IEMINI
QUI UTRAQ· MANU UTEBATUR
PRO DEXTRA
MISERUNTQ· FILII ISRAHEL
PER ILLUM MUNERA
EGLON REGI MOAB
QUI FECIT SIBI GLADIUM ANCIPITEM
HABENTEM IN MEDIO CAPULUM
LONGITUDINIS PALMAE MANUS
ET ACCINCTUS EST EO SUBTER
SAGUM IN DEXTERO LATERE
OBTULITQ· MUNERA EGLON

regi moab
erat autem eglon crassus nimis
cumq; obtulisset ei munera
prosecutus est socios
qui con uenerant
et reuersus de galgalis ubi erant
idola dixit ad regem
uerbum secretum habeo
ad te o rex
et ille imperauit silentium
egressisq; omnib; qui circa
eum erant
ingressus est achot ad eum
sedebat autem in aestibo
caenaculo solus
dixitq; uerbum dī habeo ad te
qui statim surrexit de throno
extenditq; achot manum
sinistram
et tulit sicam de dextro
femore suo
infixitq; eam in uentre eius
tam ualide ut capulus ferrum
sequeretur in uulnere
ac pinguissimo adipe
stringeretur
nec eduxit gladium
sed ita ut percusserat reliquit
in corpore
statimq; per secreta naturae
alui stercora proruperunt
achoth autem clausis diligen
tissime ostiis caenaculi
et obfirmatis serra per posti
cam egressus est
seruiq; regis ingressi uiderunt
clausas fores caenaculi
adq; dixerunt
forsitan purgat aluum
in aestibo cubiculi
expectantesque diu donec
erubescerent
et uidentes quod nullus
aperiret

tulerunt clauem
et aperientes inuenerunt
dominum suum iacentem
in terra mortuum
achoth autem dum illi
turbarentur effugit
et pertransiit locum idolorum
unde reuersus fuerat
uenitque in seirath
et statim insonuit bucina
in monte ephraim
descenderuntq; cum eo filii isrl̄
ipso in fronte gradiente
qui dixit ad eos
sequimini me tradidit enim
dn̄s inimicos nostros moabitas
in manus nostras
descenderuntq; post eum
et occupauerunt uada iordanis
quae transmittunt in moab
et non dimiserunt transire
quemquam
sed percusserunt moabitas
in tempore illo x milia
omnes robustos et fortes uiros
nullus eorum euadere potuit
humiliatusq; est moab die illo
sub manu israhel
et quieuit terra lxxx annis
post hunc fuit samgar
filius anath
qui percussit de philistim
sescentos uiros deuomere
et ipse quoq; defendit israhel
iiii addideruntq; filii israhel
facere malum in conspectu dn̄i
post mortem achoth
et tradidit illos dn̄s in manu iabin
regis chanaan qui regnauit
in asor
habuitq; ducem exercitus sui
nomine sisaram
ipse autem habitabat
in aroseth gentium

CLAMAUERUNT·Q; FILII ISRL̄ AD DN̄M
NUNGENTOS ENIM HABEBAT
FALCATOS CURRUS
ET PER UIGINTI ANNOS UEHEMENTER
OBPRESSERAT EOS
ERAT AUTEM DEBBORA PROPHETIS
UXOR LAPIDOTH
QUAE IUDICABAT POPULUM
ILLO TEMPORE
ET SEDEBAT SUB PALMA QUAE ILLIUS
NOMINE UOCABATUR
INTER RAMA ET BETHEL
IN MONTE EPHRAIM
ASCENDEBANTQ; AD EAM FILII ISRL̄
IN OMNE IUDICIUM
QUAE MISIT ET UOCAUIT BARACH
FILIUM ABINOEM DE CEDES
NEPTHALIM
DIXITQ; AD EUM PRAECEPIT
DN̄S D̄S ISRAHEL
UADE ET DUC EXERCITUM
IN MONTEM THABOR
TOLLESQ; TECUM X MILIA
PUGNATORUM
DE FILIIS NEPTHALIM
ET FILIIS ZABULON
EGO AUTEM EDUCAM AD TE IN LOCO
TORRENTIS CISON
SISARAM PRINCIPEM
EXERCITUS IABIN
ET CURRUS EIUS ATQ; OMNEM
MULTITUDINEM
ET TRADAM EOS IN MANU TUA
DIXITQ; AD EAM BARACH
SI UENIS MECUM UADAM
SI UENIRE NOLUERIS NON PERGAM
QUAE DIXIT AD EUM
IBO QUIDEM TECUM SED IN HAC UICE
TIBI UICTORIA NON REPUTABITUR
QUIA IN MANU MULIERIS
TRADETUR SISARA
SURREXIT ITAQ; DEBBORA ET PER
REXIT CUM BARACH IN CEDES
QUI ACCINCTIS ZABULON ET NEPTHALIM
ASCENDIT CUM DECEM MILIBUS
PUGNATORUM
HABENS SECUM DEBBORAM
CUM COMITATU SUO
ABER AUTEM CINAEUS RECESSERAT
QUONDAM A CETERIS CINAEIS
FRATRIB; SUIS
FILIIS OBAB COGNATI MOSI
ET TETENDERAT TABERNACULA
USQ; AD UALLEM QUAE
UOCATUR SENNIM
ET ERAT IUXTA CADES
NUNTIATUMQ; EST SISARAE
QUOD ASCENDISSET BARACH
FILIUS ABINOEM IN MONTEM THABOR
ET CONGREGAUIT NUNGENTOS
FALCATOS CURRUS OMNEMQ;
EXERCITUM
DE AROSETH GENTIUM
AD TORRENTEM CISON
DIXITQ; AD BARACH DEBBORA
SURGE HAEC EST ENIM DIES
IN QUA TRADIDIT DN̄S SISARAM
IN MANUS TUAS
EN IPSE DUCTOR EST TUUS ·
K DESCENDIT ITAQ; BARACH
DE MONTE THABOR
ET DECEM MILIA PUGNATORUM CUM EO
PERTERRUITQ; DN̄S SISARAM
ET OMNES CURRUS EIUS
UNIUERSAMQ; MULTITUDINEM
IN ORE GLADII
IN CONSPECTU BARACH
IN TANTUM UT SISARA DE CURRU
EXILIENS PEDIB; FUGERET
ET BARACH PERSEQUERETUR
FUGIENTES CURRUS ET EXERCITUM
USQ; AD AROSETH GENTIUM
ET OMNIS HOSTIUM MULTITUDO
USQ; AD INTERNICIONEM CADERET
SISARA AUTEM FUGIENS PERUENIT
AD TENTORIUM IAHEL UXORIS
ABER CINAEI
ERAT ENIM PAX INTER IABIN REGEM

ASSOR ET DOMUM ABER CINAEI
EGRESSA IGITUR IAHEL IN OCCURSUM
SISARAE DIXIT AD EUM
INTRA AD ME DOMINE MI.
INTRA NE TIMEAS
QUI INGRESSUS EST TABERNACULUM EIUS
ET OPERTUS AB EA PALLIO
DIXIT AD EAM
DA MIHI OBSECRO PAULULUM AQUAE
QUIA UALDE SITIO
QUAE APERUIT UTREM LACTIS
ET DEDIT EI BIBERE ET OPERUIT ILLUM
DIXITQ· SISARA AD EAM STA ANTE
OSTIUM TABERNACULI
ET CUM UENERIT ALIQUIS INTERRO
GANS TE ET DICENS
NUMQUID HIC EST ALIQUIS
RESPONDES NULLUS
TULIT ITAQ· IAHEL UXOR ABER
CLAUUM TABERNACULI
ADSUMENS PARITER MALLEUM
ET INGRESSA ABSCONDITE
ET CUM SILENTIO
ET POSUIT SUPRA TEMPUS
CAPITIS EIUS CLAUUM
PERCUSSUMQ· MALLEO
DEFIXIT IN CEREBRUM EIUS
USQ· AD TERRAM
QUI SOPOREM MORTI CONSOCIANS
DEFECIT ET MORTUUS EST
ET ECCE BARACH SEQUENS SISARAM
UENIEBAT
EGRESSAQ· IAHEL IN OCCURSUM
EIUS DIXIT EI
UENI ET OSTENDAM TIBI UIRUM
QUEM QUAERIS
QUI CUM INTRASSET AD EAM UIDIT
SISARAM IACENTEM MORTUUM
ET CLAUUM INFIXUM
IN TEMPORE EIUS
HUMILIAUIT ERGO DS IN DIE ILLO
IABIN REGEM CHANAAN
CORAM FILIIS ISRL.
QUI CRESCEBANT COTIDIE ET FORTI
MANU OBPRIMEBANT IABIN
REGEM CHANAAN
DONEC DELERENT EUM
·V· CECINERUNTQ· DEBBORA ET BARACH
FILIUS ABINOEM IN DIE ILLO DICENTES
QUI SPONTE OBTULISTIS ANIMAS
UESTRAS AD PERICULUM
BENEDICITE DNO
AUDITE REGES PERCIPITE AURIB·
PRINCIPES
EGO SUM EGO SUM QUAE DNO CANAM
PSALLAM DNO DO ISRAHEL.
DNE CUM EXIRES DE SEIR ET TRANSIRES
PER REGIONES EDOM
TERRA MOTA EST CAELIQ· AC NUBES
STILLAUERUNT AQUIS
MONTES FLUXERUNT A FACIE DNI
ET SINAI A FACIE DNI DI ISRAHEL.
IN DIEB· SAMGAR FILII ANATH
IN DIEB· IAHEL QUIEUERUNT SEMITAE
ET QUI INGREDIEBANTUR PER EAS
AMBULAUERUNT PER CALLES
DEUIOS
CESSAUERUNT FORTES IN ISRAHEL
ET QUIEUERUNT DONEC
SURGERET DEBBORA SURGERET
MATER IN ISRAHEL.
NOUA BELLA ELEGIT DNS ET PORTAS
HOSTIUM IPSE SUBUERTIT
CLYPEUS ET HASTA SI APPARUERINT
IN QUADRAGINTA MILIB· ISRAHEL.
COR MEUM DILIGIT PRINCIPES ISRL.
QUI PROPRIA UOLUNTATE OBTULISTIS
UOS DISCRIMINI
BENEDICITE DNO QUI ASCENDITIS
SUPER NITENTES ASINOS
ET SEDETIS IN IUDICIO ET AMBULATIS
IN UIA LOQUIMINI
UBI CONLISI SUNT CURRUS
ET HOSTIUM EST SUFFOCATUS
EXERCITUS
IBI NARRENTUR IUSTITIAE DNI
ET CLEMENTIA IN FORTES ISRL.
TUNC DESCENDIT POPULUS DNI

AD PORTAS ET OBTINUIT PRINCIPATUM
SURGE SURGE DEBBORA SURGE SURGE
ET LOQUERE CANTICUM
SURGE BARACH ET ADPRAEHENDE
CAPTIVOS TUOS FILI ABINOEM
SALVATAE SUNT RELIQUIAE POPULI
DNS IN FORTIB· DIMICAVIT
EX EPHRAIM DELEVIT EOS
IN AMALECH ET POST EUM
EX BENIAMIN
IN POPULOS TUOS O AMALECH
DE MACHIR PRINCIPES
DESCENDERUNT
ET DE ZABULON QUI EXERCITUM
DUCERENT AD BELLANDUM
DUCES ISSACHAR FUERE CUM
DEBBORA ET BARACH
VESTIGIA SUNT SECUTI
QUI QUASI IN PRAECEPS AC BARATRU̅
SE DISCRIMINI DEDIT
DIVISO CONTRA SE RUBEN
ET MAGNANIMORUM REPPERTA
CONTENTIO EST
QUARE HABITAS INTER DUOS
TERMINOS UT AUDIAS SIBILOS
GREGUM
GAD TRANS IORDANEN QUIESCEBAT
ET DAN VACABAT NAVIBUS
ASER HABITABAT IN LITORE MARIS
ET IN PORTIB· MORABATUR
ZABULON VERO ET NEPTHALIM
OBTULERUNT ANIMAS SUAS
MORTI IN REGIONEM ROMAE
VENERUNT ET PUGNAVERUNT
REGES
CHANAAN IN THANACH IUXTA AQUAS
MAGEDDO ET TAMEN NIHIL
TULERE PRAEDANTES
DE CAELO DIMICATUM EST
CONTRA EOS
STILLAE MICANTES IN ORDINE
ET CURSU SUO
ADVERSUM SISARA̅ PUGNAVERU̅T
TORRE̅S CISON TRAXIT CADAVERA
EORUM TORRENS CADUMIM
TORRENS CISON
CONCULCA ANIMA MEA ROBUSTOS
UNGULAE EQUORUM CECIDERUNT
FUGIENTIB· IMPETUM ET PER
PRAECEPS RUENTIB· FORTISSIMIS
HOSTIUM
MALEDICITE TERRAE MEROZ
DIXIT ANGELUS DNI
MALEDICITE HABITATORIB· EIUS
QUIA NON VENERUNT AD AUXILIUM
DNI IN ADIUTORIUM FORTISSI
MORUM EIUS
BENEDICTA INTER MULIERES
IAHEL UXOR ABER CINAEI
BENEDICATUR IN TABERNACULO SUO·
AQUAM PETENTI LAC DEDIT
ET FYALA PRINCIPUM OBTULIT
BOTYRUM
SINISTRAM MANUM
MISIT AD CLAVUM
ET DEXTERAM AD FABRORUM
MALLEOS
PERCUSSITQ· SISARAM QUAERENS
IN CAPITE VULNERIS LOCUM
ET TEMPUS VALIDAE
PERFORANS
INTER PEDES EIUS RUIT DEFECIT
ET MORTUUS EST
ANTE PEDES ILLIUS VOLVEBATUR
ET IACEBAT EXANIMIS
ET MISERABILIS
PER FENESTRAM PROSPICIENS
ULULABAT MATER EIUS
ET DE CAENACULO LOQUEBATUR
QUUR MORATUR REGREDI CURRUS
EIUS QUARE TARDAVERUNT
PEDES QUADRIGARUM EIUS
UNA SAPIENTIOR CETERIS UXORIB·
EIUS HAEC SOCRUI VERBA
RESPONDIT
FORSITAN NUNC DIVIDIT SPOLIA
ET PULCHERRIMA FORTISSI
MAQUE FEMINARUM

eligetur ei
uestes diuersorum colorum
sisarae traduntur in praeda
et suppellex uaria ad ornanda
colla congeritur
sic pereant omnes
inimici tui dñe
qui autem diligunt te sicut sol
in ortu suo splendet
ita rutilent
quieuitq; terra per annos
quadraginta
Fecerunt autem filii israhel VI
malum in conspectu dñi
qui tradidit eos in manu madian
septem annis
et oppressi sunt ualde ab eis
feceruntq; sibi antra et spelun
cas in montibus
et munitissima ad repugnan
dum loca
cumq; seruisset israhel
ascendebat madian et ceteri
orientalium nationum
et ad puteos figentes tentoria
sicut erant in herbis
cuncta uastabant
usq; ad introitum gazae
nihilq; omnino ad uitam pertinens
relinquebant in israhel
non oues non boues non asinos
ipsi enim et uniuersi greges
eorum ueniebant cum
tabernaculis
et instar lucustarum
uniuersa conplebant
innumera multitudo hominum
et camelorum quicquid
tetigerant deuastantes
humiliatusq; est ualde isrl
in conspectu madian
et clamauit ad dñm postulans
auxilium contra madianitas
qui misit ad eos prophetam
et locutus est
haec dicit dñs ds israhel
ego uos feci conscendere
de aegypto
et eduxi de domo seruitutis
et liberaui de manu aegyptioru(m)
et omnium inimicorum
qui adfligebant uos
eieciq; eos ad introitum uestrum
et tradidi uobis terram
eorum et dixi
ego dñs ds uester
ne timeatis deos amorraeorum
in quorum terra habitatis
et noluistis audire uocem meam
Uenit autem angelus dñi
et sedit super quaercum
quae erat in ephra
et pertinebat ad ioas patrem
familiae ezri
cumq; gedeon filius eius excuteret
adq; purgaret frumenta
in torculari
ut fugeret madian apparuit
ei et ait
dñs tecum uirorum fortissime
dixitq; ei gedeon
obsecro dñe si dñs nobiscum est
cur adpraehenderunt nos
haec omnia
ubi sunt mirabilia eius quae nar
rauerunt patres adque
dixerunt
de aegypto eduxit nos dñs
nunc autem dereliquit nos
et tradidit in manu madian
respexit dñs ad eum et ait
uade in hac fortitudine tua
et liberabis israhelem
de manu madian
scito quod miserim te
qui respondens ait
obsecro dñe mi in quo
liberabo israhelem

ECCE FAMILIA MEA INFIRMA EST
IN MANASSE
ET EGO MINIMUS IN DOMO
PATRIS MEI
DIXITQ· EI DNS
EGO ERO TECUM ET PERCUTIES
MADIAN QUASI UNUM UIRUM
ET ILLE SI INUENI INQUIT
GRATIAM CORAM TE
DA MIHI SIGNUM QUOD TU SIS
QUI LOQUARIS AD ME
NE RECEDAS HINC DONEC
REUERTAR AD TE
PORTANS SACRIFICIUM
ET OFFERENS TIBI
QUI RESPONDIT EGO PRAESTOLABOR
ADUENTUM TUUM
INGRESSUS ITAQUE GEDEON
COXIT HEDUM ET DE FARINAE
MODIO AZYMOS PANES
CARNESQ· PONENS IN CANISTRO
ET IUS CARNIUM PONENS IN OLLAM
TULIT OMNIA SUB QUAERCUM
ET OBTULIT EI
CUI DIXIT ANGELUS DNI
TOLLE CARNES ET PANES AZYMOS
ET PONE SUPER PETRAM ILLAM
ET IUS DESUPER FUNDE
CUMQ· FECISSET ITA
EXTENDIT ANGELUS DNI SUMMITATEM
UIRGAE QUAM TENEBAT IN MANU
ET TETIGIT CARNES ET AZYMOS
PANES
ASCENDITQ· IGNIS DE PETRA
ET CARNES AZYMOSQ· PANES
CONSUMSIT
ANGELUS AUTEM DNI EUANUIT
EX OCULIS EIUS
UIDENSQ· GEDEON QUOD ESSET
ANGELUS DNI AIT
HEU MI DNE DS QUIA UIDI ANGELUM
DNI FACIEM AD FACIEM
DIXITQ· EI DNS PAX TIBI NE TIMEAS
NON MORIERIS

AEDIFICAUIT ERGO IBI GEDEON
ALTARE DNO
UOCAUITQ· ILLUD DNS PAX
USQ· IN PRAESENTEM DIEM
CUM AUTEM ADHUC ESSET IN EPHRA
QUAE EST FAMILIAE ESDRI
NOCTE ILLA DIXIT DNS AD EUM
TOLLE TAURUM PATRIS TUI ET ALTERUM
TAURUM ANNORUM SEPTEM
DESTRUESQ· ARAM BAAL QUAE EST
PATRIS TUI
ET NEMUS QUOD CIRCA ARAM
EST SUCCIDE
ET AEDIFICABIS ALTARE DNO DO TUO
IN SUMMITATEM PETRAE HUIUS
SUPER QUAM SACRIFICIUM
ANTE POSUISTI
TOLLENSQ· TAURUM SECUNDUM
ET OFFERES HOLOCAUSTUM
SUPER LIGNORUM STRUEM
QUAE DE NEMORE SUCCIDERIS
ADSUMPTIS IGITUR GEDEON DECEM
UIRIS DE SERUIS PATRIS SUI
FECIT SICUT PRAECEPERAT DNS
TIMENS AUTEM DOMUM
PATRIS SUI
ET HOMINES ILLIUS CIUITATIS
PER DIEM ID FACERE NOLUIT
SED OMNIA NOCTE CONPLEUIT
CUMQ· SURREXISSENT UIRI
OPPIDI EIUS MANE
UIDERUNT DISTRUCTAM ARAM
BAHAL LUCUMQ· SUCCISUM
ET TAURUM ALTERUM INPOSITUM
SUPER ALTAREM QUOD TUNC
AEDIFICATUM ERAT
DIXERUNTQ· AD INUICEM
QUIS HOC FECIT
CUMQ· PERQUIRERENT AUCTOREM
FACTI DICTUM EST
GEDEON FILIUS IOAS FECIT
HAEC OMNIA
ET DIXERUNT AD IOAS PRODUC
FILIUM TUUM UT MORIATUR

QUIA DESTRUXIT ARAM BAAL
ET SUCCIDIT NEMUS
QUIB· ILLE RESPONDIT
NUMQUID ULTORES ESTIS BAHAL
ET PUGNATIS PRO EO
QUI ADUERSARIUS EIUS EST MORIATUR
ANTEQUAM LUX CRASTINA UENIAT
SI DS EST UINDICET SE, DE EO QUI SUF
FODIT ARAM EIUS
EX ILLO DIE UOCATUS EST GEDEON
HIEROBAHAL: EO QUOD DIXISSET
IOAS ULCISCATUR SE BAAL, DE EO
QUI SUFFODIT ALTARE EIUS
IGITUR OMNIS MADIAN ET AMALECH
ET ORIENTALES POPULI
CONGREGATI SUNT SIMUL
ET TRANSEUNTES IORDANEN
CASTRAMETATI SUNT IN UALLE
HIEZRAHEL
SPS AUTEM DNI INDUIT GEDEON
QUI CLANGENS BUCINA CONUOCAUIT
DOMUM ABIEZER UT SE SEQUERETUR
MISITQ· NUNTIOS IN UNIUERSUM
MANASSEN
QUI ET IPSE SECUTUS EST EUM
ET ALIOS NUNTIOS IN ASER
ET ZABULON ET NEPTHALIM
QUI OCCURRERUNT EI
DIXITQ· GEDEON AD DNM
SI SALUUM FACIS PER MANUM
MEAM ISRAHEL, SICUT LOCUTUS ES
PONAM BELLUS HOC LANAE IN AREA.
SI ROS IN SOLO BELLERE FUERIT
ET IN OMNI TERRA SICCITAS
SCIAM QUOD IN MANU MEA
SICUT LOCUTUS ES LIBERABIS ISRL
FACTUM QUE EST ITA
ET DE NOCTE CONSURGENS
EXPRESSO UELLERE CONCHAM
RORE CONPLEUIT
DIXIT QUE RURSUS AD DNM
NE IRASCATUR FUROR TUUS
CONTRA ME
SI ADHUC SEMEL TEMPTAUERO
SIGNUM QUAERENS IN UELLERE
ORO UT SOLUM UELLUS SICCUM SIT
ET OMNIS TERRA RORE MADENS
FECITQ· DNS NOCTE ILLA
UT POSTULAUERAT
ET FUIT SICCITAS IN SOLO UELLERE
ET ROS IN OMNI TERRA
VII. IGITUR HIEROBAHAL QUI EST
ET GEDEON
DE NOCTE CONSURGENS ET OMNIS
POPULUS CUM EO
UENIT AD FONTEM QUI
UOCATUR ARAD
ERANT AUTEM CASTRA MADIAN
IN UALLE
AD SEPTENTRIONALEM PLAGAM
COLLIS EXCELSI
DIXITQ· DNS AD GEDEON
MULTUS TECUM EST POPULUS
NEC TRADITUR MADIAN
IN MANU EIUS
NE GLORIETUR CONTRA ME
ISRL ET DICAT
MEIS UIRIB· LIBERATUS SUM
LOQUERE AD POPULUM ET CUNCTIS
AUDIENTIB· PRAEDICA
QUI FORMIDULOSUS ET TIMIDUS
EST REUERTATUR
RECESSERUNTQ· DE MONTE GALAAD
ET REUERSI SUNT DE POPULO
UIGINTI DUO MILIA UIRORUM
ET TANTUM DECEM MILIA
REMANSERUNT
DIXITQ· DNS AD GEDEON ADHUC
POPULUS MULTUS EST
DUC EOS AD AQUAS ET IBI PROBABO EOS
ET DE QUO DIXERO TIBI UT TECUM
UADAT IPSE PERGAT
QUEM IRE PROHIBUERO
REUERTATUR
CUMQUE DESCENDISSET POPULUS
AD AQUAS
DIXIT DNS AD GEDEON
QUI LINGUA LAMBUERINT AQUAS

SICUT SOLENT CANES LAMBERE ·
SEPARABIS EOS SEORSUM
QUI AUTEM CURBATIS GENU[IB]S
BIBERINT · IN ALTERA PARTE ERUNT
FUIT ITAQ· NUMERUS EORUM
QUI MANU AD OS · PROICIENTES
AQUAM LAMBIERANT
TRECENTI UIRI
OMNIS AUTEM MULTITUDO
RELIQUA FLEXO POPLITE BIBEBAT
ET AIT DNS AD GEDEON
IN TRECENTIS UIRIS QUI LAMBIERUNT
AQUAS LIBERABO UOS
ET TRADAM MADIAN IN MANU TUA
OMNIS AUTEM RELIQUA MULTITUDO
REUERTATUR IN LOCUM SUUM
SUMPTIS ITAQ· PRO NUMERO
CIBARIIS ET TUBIS
OMNEM RELIQUAM MULTITUDINEM
ABIRE PRAECEPIT AD TABER
NACULA SUA
ET IPSE CUM TRECENTIS UIRIS
SE CERTAMINI DEDIT
CASTRA AUTEM MADIAN ERANT
SUBTER IN UALLE
EADEM NOCTE DIXIT DNS AD GEDEON
SURGE ET DESCENDE IN CASTRA
QUIA TRADIDI EOS IN MANU TUA
SIN AUTEM SOLUS IRE FORMIDAS
DESCENDAT TECUM PHARA
PUER TUUS
ET CUM AUDIERIS QUID LOQUANTUR
TUNC CONFORTABUNTUR
MANUS TUAE
ET SECURIOR AD HOSTIUM
CASTRA DESCENDES
DESCENDIT ERGO IPSE ET PHARA
PUER EIUS IN PARTEM
CASTRORUM
UBI ERANT ARMATORUM
UIGILIAE
MADIAN AUTEM ET AMALECH
ET OMNES ORIENTALIUM
POPULI
FUSI IACEBANT IN UALLE UT LUCUSTA
RUM MULTITUDO
CAMELI QUOQ· INNUMERABILES
ERANT
SICUT HARENA QUAE IACET
IN LITORIB· MARIS
CUMQ· UENISSET GEDEON
NARRABAT ALIQUIS SOMNIUM
PROXIMO SUO
ET IN HUNC MODUM QUOD
UIDERAT REFEREBAT
UIDI SOMNIUM ET UIDEBATUR
MIHI QUASI SUBCINERICIUS
PANIS EX HORDEO
UOLUI ET IN MADIAN CASTRA
DESCENDERE
CUMQ· UENISSET AD TABERNACULUM
PERCUSSIT ILLUD ADQ· SUBUERTIT
ET TERRAE FUNDITUS COAEQUAUIT
RESPONDIT IS CUI LOQUEBATUR
NON EST ALIUD NISI GLADIUS GEDEONIS
FILII IOAS UIRI ISRAHELITAE
TRADIDIT DS IN MANU EIUS MADIAN
ET OMNIA CASTRA EIUS
CUMQ· AUDISSET GEDEON SOMNIUM
ET INTERPRAETATIONEM EIUS
ADORAUIT
ET REUERSUS AD CASTRA
ISRAHEL AIT
SURGITE TRADIDIT ENIM DNS
IN MANUS NOSTRAS
CASTRA MADIAN
DIUISITQ· TRECENTOS UIROS
IN TRES PARTES
ET DEDIT TUBAS IN MANIB· EORUM
LAGYNASQ· UACUAS AC LAMPADAS
IN MEDIO LAGYNARUM
ET DIXIT AD EOS QUOD ME FACERE
UIDERITIS HOC FACITE
INGREDIAR PARTEM CASTRORUM
ET QUOD FECERO SECTAMINI
QUANDO PERSONAUERIT BUCINA
IN MANU MEA
UOS QUOQ· PER CIRCUITUM

castrorum clangite et con
clamate dno et gedeoni
Ingressusq· est gedeon
et trecenti uiri qui erant
cum eo in partem castrorum
incipientibus uigiliis
noctis mediae
et custodibus suscitatis
coeperunt bucinis clangere
et conplodere inter se lagynas
cumque per gyrum castrorū
in tribus personarent locis
et hydrias confregissent
tenuerunt sinistris
manibus lampadas
et dextris sonantes tubas
clamauerunt que gladius
dni et gedeonis
stantes singuli in loco suo
per circuitum castrorum
hostilium
omnia itaque castra
turbata sunt
et uociferantes ululantesq·
fugerunt
et nihilominus insistebant
trecenti uiri bucinis
personantes
inmisitq· dns gladium
in omnib· castris
et mutua se caede truncabant
fugientesq· usq· betsecta et cre
pidinem abelmaula in tebbath
conclamantes autem uiri isrl
de nepthali et aser et omni
manasse
persequebantur madian
misitq· gedeon nuntios
in omnem montem
ephraim dicens
descendite in occursum
madian et occupate aquas
usq· bethbera adque
iordanem

clamauitq· omnis ephraim
et praeoccupauit aquas adque
iordanem usq· bethbera
adpraehensosq· duos uiros oreb
et zeb interfecit
oreb in petra oreb zeb uero
in torculari zeb
et persecuti sunt madian
capita oreb et zeb portantes
ad gedeon trans fluenta iordanis
VIII dixeruntq· ad eum uiri ephraim
quid est hoc quod facere uoluisti
ut nos non uocares cum ad pugnā
pergeres contra madian
iurgantes fortiter et prope
uim inferentes
quib· ille respondit
quid enim tale facere potuit
quale uos fecistis
nonne melior est rachemus
ephraim uindemiis abiezer
in manus uestras tradidit
dns principes madian
oreb et zeb
quid tale facere potui
quale uos fecistis
quod cum locutus esset
requieuit sps eorum quo
tumebant contra eum
cumque uenisset gedeon
ad iordanem
transiuit eum cum trecentis
uiris qui secum erant
et prae lassitudine fugientes
persequi non poterant
dixitq· ad uiros socchoth
date obsecro panes populo
qui mecum est quia ualde
defecerunt
ut possemus persequi zebee
et salmana reges madian
responderunt principes socchoth
forsitan palmae manuum
zebee

et salmana in manib· tuis sunt
et idcirco postulas ut demus
exercitui tuo panes
quib· ille ait
cum ergo tradiderit dñs zebee
et salmana in manu mea
conteram carnes uestras
cum spinis tribulisque
deserti
et inde consurgens uenit
in phanuhel
locutusq· est ad uiros loci
illius similia
cui illi responderunt sicut respō
derant uiri soccoth
dixitq· et eis
cum reuersus fuero uictor
in pace destruam
turrem hanc
zebee autem et salmana
requiescebant cum omni
exercitu suo
quindecim milia enim uiri
remanserant ex omnibus
turmis orientalium
populorum
cesis centum uiginti milibus
bellatorum et educentium
gladium
ascendensq· gedeon per uiam
eorum qui in tabernaculis
morabantur
ad orientalem partem nobee
et iecbaa
percussit castra hostium
qui securi erant et nihil
aduersi suspicabantur
fugerunt que zebee et salmana
quos persequens gedeon
conpraehendit
turbato omni exercitu eorum
reuersusq· de bello
ante solis ortum
adprehendit puerum de uiris

soccoth
interrogauitq· eum nomina
principum et seniorum
soccoth
et descripsit septuaginta
septem uiros
uenitq· ad soccoth et dixit eis
en zebee et salmana super
quib· exprobrastis mihi
dicentes
forsitan manus zebee et salmana
in manib· tuis sunt
idcirco postulas ut demus
uiris qui lassi sunt
et defecerunt panes
tulit ergo seniores ciuitatis
et spinas deserti ac tribulos
et contriuit cum eis adque
comminuit uiros soccoth
turrem quoq· fanuhel
subuertit occisis habitato
rib· ciuitatis
dixitq· ad zebee et salmana
quales fuerunt uiri quos
occidistis in thabor
qui responderunt similes tui
et unus ex eis quasi filius regis
quib· ille ait
fratres mei fuerunt
filii matris meae
uiuit dñs si seruassetis eos
non uos occiderem
dixitq· iether primogenito suo
surge et interfice eos
qui non eduxit gladium
timebat enim quia adhuc
puer erat
dixeruntq· zebee et salmana
tu surge et inrue in nos
quia iuxta aetatem robur
est hominis
surrexit gedeon et interfecit
zebee et salmana
et tulit ornamenta ac bullas

QUIB· COLLA REGALIUM CAMELORU͞
DECORARI SOLENT
DIXERUNTQ· OMNES UIRI ISRAHEL
AD GEDEON
DOMINARE NOSTRI TU ET FILIUS TUUS
ET FILIUS FILII TUI
QUIA LIBERASTI NOS DE MANU MADIAN.
QUIB· ILLE AIT
NON DOMINABOR UESTRI NEC DOMI
NABITUR IN UOS FILIUS MEUS
SED DOMINABITUR DN͞S
DIXITQ· AD EOS UNAM PETITIONEM
POSTULO A UOBIS
DATE MIHI INAURES EX PRAEDA UESTRA
INAURES ENIM AUREAS ISMAHELITAE
HABERE CONSUERANT
QUI RESPONDERUNT LIBENTIS
SIME DABIMUS
EXTENDENTESQ· SUPER
TERRAM PALLIUM
PROIECERUNT IN EO INAURES
DE PRAEDA
ET FUIT PONDUS POSTULATARUM
INAURIUM MILLE SEPTINGEN
TORUM AURI SICLI
ABSQ· ORNAMENTIS ET MONILIBUS
ET UESTE PURPUREA
QUIB· MADIAN REGES UTI
SOLITI ERANT
ET PRAETER TORQUES AUREAS
CAMELORUM
FECITQ· EX EO GEDEON EPHOD
ET POSUIT ILLUD IN CIUITATE
SUA EPHRA
FORNICA TUSQ· EST IN EO
OMNIS ISRAHEL
ET FACTUM EST GEDEONI ET OMNI
DOMUI EIUS IN RUINAM
HUMILIATUS EST AUTEM MADIAN
CORAM FILIIS ISRAHEL
NEC POTUERUNT ULTRA
LEUARE CERUICES
SED QUIEUIT TERRA
QUADRAGINTA ANNOS

QUIB· PRAEFUIT GEDEON
ABIIT ITAQ· HIEROBAHAL FILIUS IOAS
ET HABITAUIT IN DOMO SUA
HABUITQ· SEPTUAGINTA FILIOS
QUI EGRESSI SUNT DE FEMORE EIUS
EO QUOD PLURES HABERET UXORES
CONCUBINA AUTEM ILLIUS
QUAM HABEBAT IN SYCHEM
GENUIT EI FILIUM NOMINE
ABIMELECH
MORTUUSQ· EST GEDEON FILIUS
IOAS IN SENECTUTE BONA
ET SEPULTUS IN SEPULCHRO IOAS
PATRIS SUI IN EPHRA
DE FAMILIA EZDRI

V POSTQUAM AUTEM MORTUUS
EST GEDEON
AUERSI SUNT FILII ISRL ET FORNI
CATI SUNT CUM BAHALIM
PERCUSSERUNTQ· CUM BAHAL
FOEDUS UT ESSET EIS IN DEUM
NEC RECORDATI SUNT DN͞I DI SUI
QUI ERUIT EOS DE MANIBUS
INIMICORUM SUORUM
PER CIRCUITUM
NEC FECERUNT MISERICORDIAM
CUM DOMO HIEROBAAL
ET GEDEON
IUXTA OMNIA BONA QUAE
FECERAT ISRAHELI
XX ABIIT AUTEM ABIMELECH FILIUS
HIEROBAAL IN SYCHEM
AD FRATRES MATRIS SUAE
ET LOCUTUS EST AD EOS
ET AD OMNEM COGNATIONEM
DOMUS PATRIS MATRIS
SUAE DICENS
LOQUIMINI AD OMNES UIROS
SYCHEM
QUID MELIUS EST UOBIS UT DOMI
NENTUR UESTRI SEPTUAGINTA
UIRI OMNES FILII HIEROBAAL
AN UT DOMINETUR UESTRI
UNUS UIR

simulq· considerate
quia os uestrum et caro
uestra sum
Locutiq· sunt fratres matris
eius de eo ad omnes uiros
sychem uniuersos
sermones istos
Et inclinauerunt cor eorum
post abimelech dicentes
frater noster est
Dederuntq· illi septuaginta
pondo argenti de phano
baal brith
qui conduxit sibi ex eo uiros
inopes et uagos
Secutiq· sunt eum
Et uenit in domo patris
sui ephra
Et occidit fratres suos filios
hierobaal septuaginta
uiros super lapidem unum
Remansitq· ioatham filius
hierobaal minimus
et absconditus est
Congregati sunt omnes
uiri in sychem
Et uniuersae familiae
urbis mello
Abieruntq· et constituerunt
regem abimelech iuxta
quercum quae stabat
in sychem
uniuersae familiae
urbis mello :
quod cum nuntiatum esset
ioatham
Ibit et stetit in uerticem
montis garizim
Eleuataq· uoce clamauit
et dixit
Audite me uiri sychem
ita ut audiat uos ds
Ierunt ligna ut unguerent
super se regem
dixeruntq· oliuae impera nobis
quae respondit eis
Numquid possum deserere
pinguedinem meam qua et dii
utuntur et homines
Et uenire ut inter ligna
promouear
Dixeruntq· ligna ad arborem
ficum
ueni et super nos regnum accipe
quae respondit eis
Numquid possum deserere
dulcedinem meam fructusq·
suauissimos
Et ire ut inter cetera ligna
commouear
Locuta sunt quoq· ligna
et ad uitem ueni et
impera nobis
quae respondit
Numquid possum deserere
uinum meum quod letificat
dm et hominem
Et inter ligna cetera
commoueri
Dixeruntque omnia ligna
ad ramnum
Ueni impera super nos
quae respondit eis
Si uere me regem constitu
istis uobis
uenite et requiescite
sub mea umbra
Sin autem non uultis egrediatur
ignis de ramno et deuoret
cedros libani
Nunc igitur si recte et absque
peccato constituistis
super uos regem abimelech
Et bene egistis cum hierobaal
et cum domo eius
Et reddidistis uicem
beneficiis eius
qui pugnauit pro uobis

ET ANIMAM SUAM DEDIT
PERICULIS
UT ERUERET UOS DE MANU MADIAN
QUI NUNC SURREXISTIS CONTRA
DOMUM PATRIS MEI
ET INTERFECISTIS FILIOS EIUS
SEPTUAGINTA UIROS SUPER
UNUM LAPIDEM
ET CONSTITUISTIS REGEM ABIME
LECH. FILIUM ANCILLAE EIUS
SUPER HABITATORES SYCHEM
EO QUOD FRATER UESTER SIT
SI ERGO RECTE ET ABSQUE UITIO
EGISTIS CUM HIEROBAAL
ET DOMO EIUS
HODIE LAETAMINI IN ABIMELECH
ET ILLE LAETETUR IN UOBIS
SIN AUTEM PERUERSAE
EGREDIATUR IGNIS EX EO ET CON
SUMAT HABITATORES SYCHEM
ET OPPIDUM MELLO
EGREDIATURQ· IGNIS DE UIRIS SYCHĒ
ET DE OPPIDO MELLO ET DEUORET̄
ABIMELECH
QUAE CUM DIXISSET FUGIT
ET ABIIT IN EPHRA
HABITAUITQ· IBI METU
ABIMELECH FRATRIS SUI
REGNAUIT ITAQUE ABIMELECH
SUPER ISRL̄. TRIB· ANNIS
MISITQ· DS̄ SP̄M PESSIMUM INTER
ABIMELECH ET HABITATORES
SYCHEM
QUI COEPERUNT EUM DETESTARI
ET SCELUS INTERFECTIONIS
SEPTUAGINTA FILIORUM
HIEROBAAL ET EFFUSIONIS
SANGUINIS EORUM
CONFERRE IN ABIMELECH
FRATREM SUUM
ET IN CETEROS SYCHIMARUM
PRINCIPES QUI EUM
ADIUUAUERANT
POSUERUNTQUE INSIDIAS
ADUERSUS EUM IN MONTIUM
SUMMITATEM
ET DUM ILLIUS PRAESTULANTUR
ADUENTUM
EXERCEBANT LATROCINIA AGENTES
PRAEDAS DE PRAETEREUNTIBUS
NUNTIATUMQ· EST ABIMELECH
UENIT AUTEM GAAL FILIUS OBED
CUM FRATRIB· SUIS ET TRANSIUIT̄
IN SYCIMAM
AD CUIUS ADUENTUM ERECTI
HABITATORES SYCHEM EGRESSI
SUNT IN AGROS
UASTANTES UINEAS UUASQUE
CALCANTES
ET FACTIS CANTANTIUM CHORIS
INGRESSI SUNT PHANUM DEI SUI
ET INTER EPULAS ET POCULA
MALEDICEBANT ABIMELECH
CLAMANTES GAAL FILIO OBED
QUI EST ABIMELECH ET QUAE EST
SYCHEM UT SERUIAMUS EI
NUMQUID NON EST FILIUS HIEROBAAL
ET CONSTITUIT PRINCIPEM ZEBUL
SERUUM SUUM SUPER UIROS
EMMOR PATRIS SYCHEM
CUR IGITUR SERUIMUS EI
UTINAM TRADERET ALIQUIS
POPULUM ISTUM SUB MANU MEA
UT AUFERREM DE MEDIO ABIMELECH
DICTUMQ· EST ABIMELECH
CONGREGA EXERCITUS
MULTITUDINEM ET UENI
ZEBUL ENIM PRINCEPS CIUITATIS
AUDITIS SERMONIBUS GAAL FILII
OBED IRATUS EST UALDE
ET MISIT CLAM AD ABIMELECH DICENS
ECCE GAAL FILIUS OBED UENIT
IN SYCHIMAM CUM FRATRIB· SUIS
ET OBPUGNAT ADUERSUM TE
CIUITATEM
SURGE ITAQ· NOCTE CUM POPULO
QUI TECUM EST ET LATITA
IN AGRO

ET PRIMO MANE ORIENTE SOLE
IN RUE SUPER CIUITATEM
ILLO AUTEM EGREDIENTE ADUERSU~
TECUM POPULO SUO FAC EI
QUOD POTUERIS
SURREXIT ITAQ· ABIMELECH
CUM OMNI EXERCITU SUO NOCTE
ET TETENDIT INSIDIAS IUXTA SYCHIMA~
IN QUATTUOR LOCIS
EGRESSUSQUE EST GAAL
FILIUS OBED
ET STETIT IN INTROITU PORTAE
CIUITATIS
SURREXIT AUTEM ABIMELECH
ET OMNIS EXERCITUS CUM EO
DE INSIDIARUM LOCO
CUMQ· UIDISSET POPULUM
GAAL DIXIT AD ZEBUL
ECCE DE MONTIB· MULTITUDO
DESCENDIT
CUI ILLE RESPONDIT
UMBRAS MONTIUM UIDES QUASI
HOMINUM CAPITA HOC ERRORE
DECIPERIS
RURSUMQ· GAAL AIT
ECCE POPULUS DE UMBILICO
TERRAE DESCENDIT
ET UNUS CUNEUS UENIT PER UIAM
QUAE RESPICIT QUERCUM
CUI DIXIT ZEBUL
UBI EST NUNC OS TUUM QUO LOQUEBARIS QUI EST ABIMELECH
UT SERUIAMUS EI
NONNE ISTE EST POPULUS
QUEM DESPICIEBAS
EGREDERE ET PUGNA
CONTRA EUM
ABIIT ERGO GAAL SPECTANTE
SYCHIMARUM POPULO
ET PUGNAUIT CONTRA ABIMELECH
QUI PERSECUTUS EST EUM
FUGIENTEM ET IN URBEM
CONPULIT
CECIDERUNTQ· EX PARTE EIUS
PLURIMI USQUE AD PORTAS
CIUITATIS
ET ABIMELECH SEDIT IN RUMA
ZEBUL AUTEM GAAL ET SOCIOS
EIUS EXPULIT DE URBE NEC
IN EA PASSUS EST COMMORARI
SEQUENTI ERGO DIE EGRESSUS EST
POPULUS IN CAMPUM
QUOD CUM NUNTIATUM ESSET
ABIMELECH
TULIT EXERCITUM SUUM
ET DIUISIT IN TRES TURMAS
TENDENS INSIDIAS IN AGRIS
UIDENSQ· QUOD EGREDERETUR
POPULUS DE CIUITATE
SURREXIT ET INRUIT IN EOS
CUM CUNEO SUO
OBPUGNANS ET OBSIDENS
CIUITATEM
DUAE AUTEM TURMAE PALANTES
PER CAMPUM ADUERSARIOS
PERSEQUEBANTUR
PORRO ABIMELECH OMNI ILLO
DIE OBPUGNABAT URBEM
QUAM CEPIT INTERFECTIS
HABITATORIB· EIUS IPSAQ·
DESTRUCTA
ITA UT SAL IN EA DISPERGERET
QUOD CUM AUDISSENT QUI HABITABANT IN TURRE SYCHIMORUM
INGRESSI SUNT FANUM
DEI SUI BRITH
UBI FOEDUS CUM EO PEPIGERANT
ET EX EO LOCUS NOMEN ACCEPERAT
QUI ERAT UALDE MUNITUS
ABIMELECH QUOQUE AUDIENS
UIROS TURRIS SYCHIMORUM
PARITER CONGLOBATOS
ASCENDIT IN MONTEM SELMON
CUM OMNI POPULO SUO
ET ARREPTA SECURI PRAECIDIT
ARBORIS RAMUM
INPOSITUMQ· FERENS HUMERO
DIXIT AD SOCIOS QUOD ME UIDERITIS

FACERE CITO FACITE
IGITUR CERTATIM RAMOS DE ARBO
RIBUS PRAECIDENTES
SEQUEBANTUR DUCEM
QUOS CIRCUMDANTES PRAESIDIO
SUCCENDERUNT
ADQ· ITA FACTUM EST UT FUMO
ET IGNE MILLE HOMINES
NECARENTUR
UIRI PARITER AC MULIERES
HABITATORES TURRIS SYCHEM
ABIMELECH AUTEM INDE PROFICIS
CENS UENIT AD OPPIDUM THEBES
QUOD CIRCUMDANS OBSEDEBAT
EXERCITU
ERAT AUTEM TURRIS EXCELSA
IN MEDIA CIUITATE
AD QUAM CONFUGERANT UIRI
SIMUL AC MULIERES
ET OMNES PRINCIPES CIUITATIS
CLAUSA FIRMISSIME IANUA
ET SUPER TURRIS TECTUM
STANTES PER PUGNACULA PRO
ACCEDENSQ· ABIMELECH IUXTA
TURREM PUGNABAT FORTITER
ET ADPROPINQUANS OSTIO IGNEM
SUBPONERE NITEBATUR
ET ECCE UNA MULIER FRAGMENTŪ
MOLAE DESUPER IACIENS
INLISIT CAPITI ABIMELECH
ET CONFREGIT CEREBRUM EIUS
QUI UOCAUIT CITO ARMIGERUM
SUUM ET AIT AD EUM
EUAGINA GLADIUM TUUM
ET PERCUTE ME
NE FORTE DICATUR QUOD A FEMINA
INTERFECTUS SIM
QUI IUSSA PERFICIENS
INTERFECIT EUM
ILLOQ· MORTUO OMNES QUI CUM
EO ERANT DE ISRAHEL REUERSI
SUNT IN DOMOS SUAS
ET REDDIDIT D̄S MALUM QUOD
FECERAT ABIMELECH
CONTRA PATREM SUUM
INTERFECTIS SEPTUAGINTA FRATRIBUS
SYCHIMITIS QUOQUE QUOD OPERATI
ERANT RETRIBUTUM EST
ET UENIT SUPER EOS MALEDICTIO
IOATHAM FILII HIEROBAAL · X ·
XL POST ABIMELECH SURREXIT DUX
IN ISRAHEL THOLA FILIUS PHOA
PATRUI ABIMELECH UIR
DE ISSACHAR
QUI HABITAUIT IN SAMIR
MONTIS EPHRAIM
ET IUDICAUIT ISRAHEL UIGINTI
TRIBUS ANNIS
MORTUUSQ· EST AC SEPULTUS
IN SAMIR
HUIC SUCCESSIT IAIR GALADITIS
QUI IUDICAUIT ISRAHEL UIGINTI
ET DUOS ANNOS
HABENS TRIGINTA FILIOS SEDENTES
SUPER TRIGINTA PULLOS
ASINARUM
ET PRINCIPES TRIGINTA CIUITATUM
QUAE EX NOMINE EIUS APPELLATAE
SUNT AUOTH IAIR ID EST
OPPIDA IAIR
USQ· IN PRAESENTEM DIEM
IN TERRA GALAAD
MORTUUSQUE EST IAIR AC SEPULTUS
IN LOCO CUI EST UOCABULUM
CAMON
FILII AUTEM ISRAHEL PECCATIS
UETERIB· IUNGENTES NOUA
FECERUNT MALUM
IN CONSPECTU DN̄I
ET SERUIERUNT IDOLIS BAHALIM
ET ASTAROTH
ET DIIS SYRIAE AC SIDONIS
ET MOAB ET FILIORUM AMMON
ET PHILISTHIM
DIMISERUNTQUE DN̄M
ET NON COLEBANT EUM
CONTRA QUOS IRATUS TRADIDIT EOS
IN MANU PHILISTHIM

ET FILIORUM AMMON
ADFLICTIQUE SUNT ET UEHEMEN
TER OBPRESSI PER ANNOS
DECEM ET OCTO
OMNES QUI HABITANT TRANS
IORDANEM IN TERRA AMORRAEI
QUI EST IN GALAAD
IN TANTUM UT FILII AMMON
IORDANE TRANSMISSO
UASTARENT IUDAM ET BENIAMIN
ET EPHRAIM
ADFLICTUSQUE EST ISRL NIMIS
ET CLAMANTES AD DNM DIXERUNT
PECCAUIMUS TIBI QUIA DERELIQUI
MUS DM NM ET SERUIUIMUS
BAHALIM
QUIB· LOCUTUS EST DNS
NUMQUID NON AEGYPTII
ET AMORRAEI FILIIQUOQ· AMMON
ET PHILISTHIM
SIDONII QUOQ· ET AMALECH
ET CHANAAN OBPRESSERUNT UOS
ET CLAMASTIS AD ME ET ERUI UOS
DE MANU EORUM
ET TAMEN RELINQUISTIS ME
ET COLUISTIS DEOS ALIENOS
IDCIRCO NON ADDAM ULTRA
UOS LIBERARE
ITE ET INUOCATE DEOS
QUOS ELEGISTIS
IPSI UOS LIBERENT IN TEMPORE
ANGUSTIAE
DIXERUNTQ· FILII ISRAHEL AD DNM
PECCAUIMUS REDDE NOBIS
QUIDQUID TIBI PLACET
TANTUM NUNC LIBERA NOS
QUAE DICENTES OMNIA
DE FINIBUS SUIS ALIENORUM
DEORUM IDOLA PROIECERUNT
ET SERUIERUNT DO
QUI DOLUIT SUPER MISERIIS EORU
ITAQ· FILII AMMON CONCLAMAN
TES IN GALAAD FIXERE TENTORIA
CONTRA QUOS CONGREGATI FILII ISRL
IN MASPHA CASTRAMETATI SUNT
DIXERUNTQ· PRINCIPES GALAAD
SINGULI AD PROXIMOS SUOS
QUI PRIMUS E NOBIS CONTRA FILIOS
AMMON COEPERIT DEMICARE
ERIT DUX POPULI GALAAD
XI FUIT ILLO TEMPORE IEPTHE
GALAADITES UIR FORTISSIMUS
ADQUE PUGNATOR
FILIUS MULIERIS MERETRICIS
QUI NATUS EST DE GALAAD
HABUIT AUTEM GALAAD UXOREM
DE QUA SUSCEPIT FILIOS
QUI POSTQUAM CREUERANT
EIECERANT IEPTHE DICENTES
HERES IN DOMO PATRIS NOSTRI
ESSE NON POTERIS
QUIA DE ADULTERA MATRE
GENERATUS ES
QUOS ILLE FUGIENS ADQ· DEUITANS
HABITAUIT IN TERRA TOB
CONGREGATIQ· SUNT AD EUM
UIRI INOPES ET LATROCINANTES
ET QUASI PRINCIPEM
SEQUEBANTUR
IN ILLIS DIEB· PUGNABANT FILII
AMMON CONTRA ISRAHEL
QUIBUS ACRITER INSTANTIBUS
PERREXERUNT MAIORES NATU
DE GALAAD
UT TOLLERENT IN AUXILIUM SUI
IEPTHE DE TERRA TOB
DIXERUNTQ· AD EUM
UENI ET ESTO PRINCEPS NOSTER
ET PUGNA CONTRA FILIOS
AMMON
QUIB· ILLE RESPONDIT
NONNE UOS ESTIS QUI ODISTIS ME
ET EIECISTIS DE DOMO PATRIS
MEI · ET NUNC UENISTIS
AD ME NECESSITATE
CONPULSI
DIXERUNT PRINCIPES
GALAAD AD IEPTHE

OB HANC IGITUR CAUSAM
NUNC AD TE UENIMUS
UT PROFICISCARIS NOBISCUM
ET PUGNES CONTRA FILIOS AMMON·
SISQ· DUX OMNIUM QUI
HABITANT IN GALAAD
IEPTHE QUOQ· DIXIT EIS
SI UERE UENISTIS AD ME UT PUGNE͞
PRO UOBIS CONTRA FILIOS
AMMON
TRADIDERITQ· EOS DNS IN MANUS
MEAS EGO ERO PRINCEPS
UESTER
QUI RESPONDERUNT EI
DNS QUI HAEC UIDIT IPSE
MEDIATOR AC TESTIS EST
QUOD NOSTRA PROMISSA
FACIAMUS
ABIIT ITAQ· IEPTHE CUM
PRINCIPIBUS GALAAD
FECITQUE EUM OMNIS POPULUS
PRINCIPEM SIBI
LOCUTUSQ· EST IEPTHE OMNES
SERMONES SUOS CORAM DNO
IN MASPHA
ET MISIT NUNTIOS AD REGEM
FILIORUM AMMON QUI EX PER
SONA SUA DICERENT
QUID MIHI ET TIBI EST QUIA UENISTI
CONTRA ME UT UASTARES
TERRAM MEAM
QUIBUS ILLE RESPONDIT
QUIA TULIT ISRAHEL TERRAM
MEAM QUANDO ASCENDIT
DE AEGYPTO
A FINIB· ARNON USQUE IABOC
AD QUE IORDANEM
NUNC IGITUR CUM PACE
REDDE MIHI EAM
PER QUOS RURSUM
MANDAUIT IEPTHE
ET IMPERAUIT EIS UT DICERENT
REGI AMMON
HAEC DICIT IEPTHE
NON TULIT ISRL TERRAM MOAB
NEC TERRAM FILIORUM AMMON
SED QUANDO DE AEGYPTO
CONSCENDERUNT
AMBULAUERUNT PER SOLITUDINE͞
USQUE AD MARE RUBRUM
ET UENIT IN CADES
MISITQUE NUNTIOS AD REGEM
EDOM DICENS
DIMITTE ME UT TRANSEAM
PER TERRAM TUAM
QUI NOLUIT ADQUIESCERE
PRAECIB· EIUS
MISITQ· AD REGEM MOAB
QUI ET IPSE TRANSITUM
PRAEBERE CONTEMSIT
MANSIT ITAQUE IN CADES
ET CIRCUIBIT EX LATERE
TERRAM EDOM ET TERRAM
MOAB
UENITQUE CONTRA ORIENTALEM
PLAGAM TERRAE MOAB
ET CASTRAMETATUS EST
TRANS ARNON
NEC UOLUIT INTRARE
TERMINOS MOAB
ARNON QUIPPE CONFINIUM EST
TERRAE MOAB
MISIT ITAQ· NUNTIOS AD SEON
REGEM AMORRAEORUM
QUI HABITABAT IN ESEBON
ET DIXERUNT EI
DIMITTE ME UT TRANSEAM
PER TERRAM TUAM
USQUE AD FLUUIUM
QUI ET IPSE ISRAHELIS UERBA
DESPICIENS
NON DIMISIT EUM TRANSIRE
PER TERMINOS SUOS
SED INFINITA MULTITUDINE
CONGREGATA EGRESSUS EST
CONTRA EUM IN IASSA
ET FORTITER RESISTEBAT
TRADIDITQUE EUM DNS

in manu israhel cum omni
exercitu suo
qui percussit eum et possedit
omnem terram amorraei
habitatoris regionis illius
et universos fines eius
de arnon usque iaboc
et de solitudine usque
ad iordanem
dns ergo ds israhel subvertit
amorraeum
pugnante contra eum
populo suo israhel
et tu vis nunc possidere
terram eius
nonne ea quae possidet
chamos deus tuus tibi iure
debentur
quae autem dns ds noster
victor optinuit in nostram
cedent possessionem
nisi forte melior es balac
filio sepphor rege moab
aut docere potes quod iurga
tus sit contra israhel
et pugnaverit contra eum
quando habitavit in esebon
et viculis eius
in aroer et villis eius
vel in cunctis civitatibus
iuxta iordanem
per trecentos annos
quare tanto tempore nihil
super hac repetitione
temptastis
igitur non ego pecco in te
sed tu contra [me] male agis
indicens mihi bella
non iusta
iudicet dns arbiter huius
diei inter israhel et inter
filios ammon
noluitque adquiescere rex
filiorum ammon verbis
iepthe quae per nuntios
mandaverat
factusque est ergo super iepthe
sps dni
et circuiens galaad et manasse
maspha quoque galaad
et inde transiens ad filios ammon
votum vovit dno dicens
si tradideris filios ammon
in manus meas
quicumque primus egressus
fuerit de foribus
domus meae
mihique occurrerit rever
tenti cum pace a filiis
ammon
eum holocaustum
offeram dno
transivitque iepthe ad filios
ammon ut pugnaret
contra eos
quos tradidit dns in manus eius
percussitque ab aroer
usque dum venias
in mennith viginti civitates
et usque ad abel quae est
vineis consita plaga
magna nimis
humiliatique sunt filii ammon
a filiis israhel
revertente autem iepthe
in maspha domum suam
occurrit ei unigenita filia
cum tympanis et choris
non enim habebat alios
liberos
qua visa scidit vestimenta
sua et ait
heu filia mi decepisti me
et ipsa decepta es
aperui enim os meum ad dnm
et aliud facere non potero
cui illa respondit
pater mi si aperuisti os tuum

AD DN̄M FAC MIHI QUODCUMQUE
POLLICITUS ES
CONCESSA TIBI ULTIONEM ADQUE
VICTORIA DE HOSTIB· TUIS
DIXITQ· AD PATREM
HOC SOLUM MIHI PRAESTA
QUOD DEPRAECOR
DIMITTE ME UT DUOB· MENSIBUS
CIRCUMEAM MONTES
ET PLANGAM VIRGINITATEM
MEAM CUM SODALIB· MEIS
CUI ILLE RESPONDIT VADE
ET DIMISIT EAM DUOB· MENSIBUS
CUMQ· ABISSET CUM SOCIIS
AC SODALIBUS SUIS
FLEBAT VIRGINITATEM SUAM
IN MONTIBUS
EXPLETISQ· DUOBUS MENSIBUS
REUERSA EST AD PATREM SUUM
ET FECIT EI SICUT UOUERAT
QUAE IGNORABAT VIRUM
EXINDE MOS INCREBRUIT
IN ISRL̄ ET CONSUETUDO
SERUATA EST
UT POST ANNI CIRCULUM CONUENI
ANT IN UNUM FILIAE ISRAHEL
ET PLANGANT FILIAM IEPTHE
GALAADITAE DIEB· QUATTUOR
ECCE AUTEM IN EPHRAIM · XV ·
ORTA SEDITIO EST
NAM TRANSEUNTES CONTRA AQUI
LONEM DIXERUNT AD IEPTHE
QUARE UADENS AD PUGNAM
CONTRA FILIOS AMMON
UOCARE NOS NOLUISTI
UT PERGEREMUS TECUM
IGITUR INCENDIMUS
DOMUM TUAM
QUIBUS ILLE RESPONDIT
DISCEPTATIO ERAT MIHI
ET POPULO MEO
CONTRA FILIOS AMMON
UEHEMENS
UOCAUIQUE UOS UT MIHI AUXILIU̅
PRAEBERITIS ET FACERE NOLUISTIS
QUOD CERNENS POSUI IN MANIBUS
MEIS ANIMAM MEAM
TRANSIUIQ· AD FILIOS AMMON
ET TRADIDIT EOS DN̄S
IN MANUS MEAS
QUID CONMERUI UT ADUERSUS
ME CONSURGATIS IN PROELIUM
UOCATIS IGITUR AD SE CUNCTIS
UIRIS GALAAD PUGNABAT
CONTRA EPHRAIM
PERCUSSERUNT FILII GALAAD
EPHRAIM
QUIA DIXERAT FUGITIBUS EST
GALAAD DE EPHRAIM
ET HABITAT IN MEDIO EPHRAIM
ET MANASSE
OCCUPAUERUNTQ· GALAADITAE
UADA IORDANIS PER QUAE
EPHRAIM REUERSUS ERAT
CUMQ· UENISSET AD EA DE EPHRAIM
NUMERO FUGIENS ADQ· DIXISSET
OBSECRO UT ME TRANSIRE
PERMITTATIS
DICEBANT EI GALAADITAE NUM
EUFRATEUS ES
QUO DICENTE NON SUM
INTERROGABANT EUM
DIC ERGO SEBBOLETH
QUOD INTERPRETATUR SPICA
QUI RESPONDEBAT THEBBOLETH
EADEM LITTERA SPICAM
EXPRIMERE NON UALENS
STATIMQ· ADPRAEHENSUM
IUGULABANT IN IPSO IORDANIS
TRANSITU
ET CECIDERUNT IN ILLO TEMPORE
DE EPHRAIM QUADRAGINTA
DUO MILIA
IUDICAUITQUE IEPTHE GALAADITES
ISRAHEL SEX ANNIS
ET MORTUUS EST AC SEPULTUS
IN CIUITATE SUA GALAAD
POST HUNC IUDICAUIT IN ISRAHEL

ABESSAM DE BETHLEEM
QUI HABUIT TRIGINTA FILIOS
ET TOTIDEM FILIAS
QUAS EMITTENS FORAS MARITIS
TRADIDIT
ET EIUSDEM NUMERI FILIIS SUIS
ACCEPIT UXORES INTRODUCENS
DOMUM SUAM
QUI SEPTEM ANNIS IUDICAUIT ISRL.
MORTUUSQ. EST AC SEPULTUS
EST IN BETHLEEM
CUI SUCCESSIT HIALON
ZABULONITES
ET IUDICAUIT ISRAHELEM
DECEM ANNIS
MORTUUSQUE EST AC SEPULTUS
IN ZABULON
POST HUNC IUDICAUIT IN ISRAHEL
ABDO FILIUS ILLEL
PHARATHONITES
QUI HABUIT QUADRAGINTA FILIOS
ET TRIGINTA EX EIS NEPOTES
ASCENDENTES SUPER SEPTUAGINTA
PULLOS ASINARUM
ET IUDICAUIT IN ISRAHEL
OCTO ANNIS
MORTUUSQUE EST AC SEPULTUS
IN PHARATHON TERRAE
EPHRAIM IN MONTE AMALECH
·XIII· RURSUMQ. FILII ISRAHEL
FECERUNT MALUM
IN CONSPECTU DNI
QUI TRADIDIT EOS IN MANU PHILIS
THINORUM QUADRAGINTA ANNIS
FVII ERAT AUTEM UIR QUIDAM
DE SARAA ET DE STIRPE DAN
NOMINE MANUE
HABENS UXOREM STERILEM
CUI APPARUIT ANGELUS DNI
ET DIXIT AD EAM
STERILIS ES ET ABSQ. LIBERIS
SED CONCIPIES ET PARIES FILIUM
CAUE ERGO NE UINUM BIBAS
AC SICERAM
NE INMUNDUM QUIDQUAM
COMEDAS
QUIA CONCIPIES ET PARIES FILIUM
CUIUS NON TANGET CAPUT
NOUACULA
ERIT ENIM NAZOREUS DI
AB INFANTIA SUA ET EX
MATRIS UTERO
ET IPSE INCIPIET LIBERARE
ISRAHEL DE MANU
PHILISTHINORUM
QUAE CUM UENISSET AD MARITUM
SUUM DIXIT EI
UIR DI UENIT AD ME HABENS
UULTUM ANGELICUM
TERRIBILIS NIMIS
QUEM CUM INTERROGASSEM
QUIS ESSET ET UNDE
UENISSET ET QUO NOMINE
UOCARETUR
NOLUIT MIHI DICERE
SED HOC RESPONDIT
ECCE CONCIPIES ET PARIES
FILIUM
CAUE NE UINUM BIBAS
NEC SICERAM
ET NE ALIQUO UESCARIS
INMUNDO
ERIT ENIM PUER NAZOREUS DI
AB INFANTIA SUA
EX UTERO MATRIS USQUE AD DIEM
MORTIS SUAE
ORAUIT ITAQ. MANUE DNM ET AIT
OBSECRO DNE UT UIR DI QUEM
MISISTI UENIAT ITERUM
ET DOCEAT NOS QUID DEBEAMUS
FACERE DE PUERO QUI NASCI
TURUS EST
EXAUDIUITQUE DNS PRAECEM
MANUE
ET APPARUIT RURSUM ANGELUS
DNI UXORI EIUS SEDENTI
IN AGRO
MANUE AUTEM MARITUS EIUS

NON ERAT CUM EA
QUAE CUM UIDISSET ANGELUM
FESTINAUIT ET CUCURRIT AD UIRUM
SUUM NUNTIAUITQ. DICENS
ECCE APPARUIT MIHI UIR
QUEM ANTE UIDERAM
QUI SURREXIT ET SECUTUS EST
UXOREM SUAM
UENIENSQ. AD UIRUM SUUM DIXIT EI
TU ES QUI LOCUTUS ES MULIERI
CUI ILLE RESPONDIT EGO SUM
CUI MANUE
QUANDO INQUIT SERMO TUUS
FUERIT EXPLETUS
QUID UIS UT FACIAT PUER AUT
A QUO SE OBSERUARE DEBEBIT
DIXITQ. ANGELUS DÑI AD MANUE
AB OMNIBUS QUAE LOCUTUS SUM
UXORI TUAE ABSTINEAT SE
ET QUIDQUID EX UINEA NASCITUR
NON COMEDAT
UINUM ET SICERAM NON BIBAT
NULLO UESCATUR INMUNDO
ET QUOD EI PRAECEPI IMPLEAT
ADQ. CUSTODIAT
DIXITQUE MANUE AD ANGELUM DÑI
OBSECRO TE UT ADQUIESCAS
PRAECIB. MEIS
ET FACIAMUS TIBI HEDUM
DE CAPRIS
CUI RESPONDIT ANGELUS
SI ME COGIS NON COMEDAM
PANES TUOS
SIN AUTEM UIS HOLOCAUSTUM
FACERE OFFER ILLUD DÑO
ET NESCIEBAT MANUE QUOD
ANGELUS DÑI ESSET
DIXITQ. AD EUM QUOD EST TIBI NOMEN
UT SI SERMO TUUS FUERIT
EXPLETUS HONOREMUS TE
CUI ILLE RESPONDIT
CUR QUAERIS NOMEN MEUM
QUOD EST MIRABILE
TULIT ITAQ. MANUE HEDUM
DE CAPRIS ET LIBAMENTA
ET POSUIT SUPER PETRAM
OFFERENS DÑO QUI FACIT MIRABILIA
IPSE AUTEM ET UXOR EIUS
INTUEBANTUR
CUMQ. ASCENDERET FLAMMA
ALTARIS IN CAELUM
ANGELUS DÑI IN FLAMMA
PARITER ASCENDIT
QUOD CUM UIDISSENT MANUE
ET UXOR EIUS PRONI
CECIDERUNT IN TERRAM
ET ULTRA NON EIS APPARUIT
ANGELUS DÑI
STATIMQ. INTELLEXIT MANUE
ANGELUM ESSE DÑI ET DIXIT
AD UXOREM SUAM MORTE
MORIEMUR QUIA UIDIMUS DM̄
CUI RESPONDIT MULIER
SI UELLET DÑS OCCIDERE NOS
DE MANIBUS NOSTRIS HOLOCAUSTUM
ET LIBAMENTA NON SUSCEPISSET
NEC OSTENDISSET NOBIS
HAEC OMNIA
NEQUE EA QUAE SUNT UENTURA
DIXISSET
PEPERIT ITAQ. FILIUM
ET UOCAUIT NOMEN EIUS SAMSON.
CREUITQUE PUER ET BENE
DIXIT EI DÑS
COEPITQ. SPS DÑI ESSE CUM EO
IN CASTRIS DAN INTER SARAA
ET ESTHAHOL.
XIIII DESCENDIT IGITUR SAMSON
IN THAMNATHA
UIDENSQ. IBI MULIEREM
DE FILIAB. PHILISTHIM
ASCENDIT ET NUNTIAUIT
PATRI SUO ET MATRI DICENS
UIDI MULIEREM IN THAMNATHA
DE FILIAB. PHILISTHINORUM
QUAM QUAESO UT MIHI
ACCIPIATIS UXOREM
CUI DIXERUNT PATER ET MATER SUA

Numquid non est mulier
in filiab· fratrum tuorum
et in omni populo meo
quia vis accipere uxorem
de Philisthim qui incircum
cisi sunt
Dixitq· Samson ad patrem suum
hanc mihi accipe quia placuit
oculis meis
Parentes autem eius nescie
bant quod res a Dño fieret
et quaereret occasionem
contra Philisthim
eo enim tempore Philisthim
dominabantur Israheli
Descendit itaq· Samson
cum patre suo et matre
in Thamnatha
Cumq· venissent ad vineas
oppidi
Apparuit catulus leonis saevus
rugiens et occurrit ei
Inruit autem sps Dñi in Samson
et dilaceravit leonem quasi
hedum in frusta discerpens
nihil omnino habens in manu
et hoc patri et matri
noluit indicare
Descenditq· et locutus est
mulieri quae placuerat
oculis eius
Et post aliquos dies revertens
ut acciperet eam
declinavit ut videret
cadaver leonis
et ecce examen apium in ore
leonis erat ac favus mellis
quem cum sumsisset in manib·
comedebat in via
veniensque ad patrem suum
et ad matrem qui et ipsi — dedit eis partem
comederunt
nec tamen eis voluit indicare
quod mel de corpore leonis
adsumserat
Descendit itaque pater eius
ad mulierem
et fecit filio suo Samson
convivium
sic enim iuvenes facere
consuerant
Cum igitur cives loci vidissent
eum dederunt ei sodales
triginta ut essent cum eo
quibus locutus est Samson
proponam vobis problema
ΠΡΟΒΛΗΜΑ
quod si solveritis mihi intra
septem dies convivii
dabo vobis triginta sindones
et totidem tunicas
sin autem non potueritis
solvere
vos dabitis mihi triginta
sindones
et eiusdem numeri tunicas
qui responderunt ei propone
problema ut audiamus
Dixitque eis
de comedente exivit cibus
et de forte egressa est
dulcedo
nec potuerunt per tres dies
propositionem solvere
cumque adesset dies
septimus
dixerunt ad uxorem Samson
blandire viro tuo et suade ei
ut indicet tibi quid significet
problema
quod si facere nolueris
incendimus te et domum
patris tui
an idcirco nos vocastis ad nup
tias ut spoliaretis
quae fundebat apud Samson
lacrimas et querebatur
dicens

ODISTI ME ET NON DILIGIS IDCIRCO
PROBLEMA QUOD PROPOSUISTI
FILIIS POPULI MEI NON UIS MIHI
EXPONERE
AD ILLE RESPONDIT
PATRI MEO ET MATRI MEAE NOLUI
DICERE ET TIBI DICERE POTERO
SEPTEM IGITUR DIEB· CONUIUII
FLEBAT APUD EAM
TANDEMQ· DIE SEPTIMO CUM EI
MOLESTA ESSET EXPOSUIT
QUAE STATIM INDICAUIT
CIUIBUS SUIS
ET ILLI DIXERUNT EI DIE SEPTIMO
ANTE SOLIS OCCUBITUM
QUID DULCIUS MELLE
ET QUID LEONE FORTIUS
QUI AIT AD EOS
SI NON ARASSETIS IN UITULA MEA
NON INUENIRETIS PROPOSI
TIONEM MEAM
INRUIT ITAQ· IN EUM SPS DNI
DESCENDITQ· ASCALONEM
ET PERCUSSIT IBI TRIGINTA UIROS
QUORUM ABLATAS UESTES
DEDIT EIS QUI PROBLEMA
SOLUERANT
IRATUSQ· NIMIS ASCENDIT
IN DOMUM PATRIS SUI
UXOR AUTEM EIUS ACCEPIT
MARITUM UNUM DE AMICIS EIUS
ET PRONUBIS
POST ALIQUANTUM AUTEM
TEMPORIS
CUM DIES TRITTICI MESSIS
INSTARET
UENIT SAMSON INUISERE UOLENS
UXOREM SUAM
ET ADTULIT EI HEDUM DE CAPRIS
CUMQ· CUBICULUM EIUS SOLITO
UELLET INTRARE
PROHIBUIT EUM PATER
ILLIUS DICENS
PUTAUI QUOD ODISSES EAM
ET IDEO TRADIDI ILLAM AMICO TUO
SED HABET SOROREM QUAE IUNIOR
ET PULCHRIOR ILLA EST
SIT TIBI PRO EA UXOR
CUI RESPONDIT SAMSON
AB HAC DIE NON ERIT CULPA IN ME
CONTRA PHILISTHEOS
FACIAM ENIM UOBIS MALA
PERREXITQUE ET COEPIT
TRECENTAS UULPES
CAUDASQUE EARUM IUNXIT
AD CAUDAS
ET FACES LIGAUIT IN MEDIO
QUAS IGNE SUCCENDENS DIMISIT
UT HUC ILLUCQ· DISCURRERENT
QUAE STATIM PERREXERUNT
IN SEGETES PHILISTHINORUM
QUIB· SUCCENSIS ET CONPORTATAE
IAM FRUGES ET AD HUC
STANTES IN STIPULA
CONCREMATAE SUNT
IN TANTUM UT UINEAS QUOQUE
ET OLIUETA FLAMMA
CONSUMERET
DIXERUNTQUE PHILISTHIM
QUIS FECIT HANC REM
QUIBUS DICTUM EST SAMSON
GENER THAMNATHAEI
QUIA TULIT UXOREM EIUS
ET ALTERI TRADIDIT HAEC
OPERATUS EST
ASCENDERUNTQUE PHILISTHIM
ET COMBUSERUNT TAM MULIERĒ
QUAM PATREM EIUS
QUIB· AIT SAMSON
LICET HAEC FECERITIS TAMEN
AD HUC EX UOBIS EXPETAM
ULTIONEM ET TUNC QUIESCAM
PERCUSSIT QUOQUE EOS
INGENTI PLAGA
ITA UT STUPENTES SURAM FEMORI
INPONERENT
ET DESCENDENS HABITAUIT
IN SPELUNCA PETRAE HETHAM

igitur ascendentes philisthim
in terram iuda castrame
tati sunt
et in loco qui postea uocatus
est lechi id est maxilla
eorum fusus est exercitus
dixeruntq; ad eos trib· iuda
cur ascendistis aduersum nos
qui responderunt
ut ligemus samson uenimus
et reddamus ei quod in nos
operatus est
descenderunt ergo
tria milia uirorum
de iuda ad specum silicis
hetham
dixeruntq; ad samson
nescis quod philisthim
imperant nobis
quare haec facere uoluisti
quibus ille ait
sicut fecerunt mihi feci eis
ligare inquiunt te uenimus
et tradere in manu
philisthinorum
quibus respondit
iurate respondentes mihi
quod me non occidatis
dixerunt non te occidimus
sed uinctum tradimus
ligaueruntq; eum de duobus
nouis funib· et tulerunt
de petra hetham
qui cum ueni ssent ad locum
maxillae
et philisthim uociferantes
occurrissent ei
inruit sps dni in eum
et sicut solent ad odorem
ignis ligna consumi
ita uincula quib· ligatus erat
dissipata sunt et soluta
inuentaque maxilla id est
mandibulam asini
quae iacebat arripiens
interfecit in ea mille uiros et ait
in maxilla asini in mandibula
pulli asinorum deleui eos
et percussi mille uiros
cumque haec canens uerba
conplesset
proiecit mandibulam de manu
et uocauit nomen loci illius
ramath lechi
quod interpretatur
eleuatio maxillae
sitiensq; ualde clamauit
ad dnm et ait
tu dedisti in manu serui tui
salutem hanc maximam
adque uictoriam
et en siti morior incidamque
in manus incircumcisorum
aperuit itaque dns molarem
dentem in maxilla asini
et egressae sunt ex eo aquae
largissimae
quib· haustis refocilauit spm
et uires recepit
idcirco appellatum est
nomen loci illius fons
inuocationis de maxilla
usque in praesentem diem
iudicauitq; israhel in diebus
philisthim uiginti annis
·xcvi· abiit quoque in gazam et uidit
ibi mulierem meretricem
ingressusque est ad eam
quod cum audissent philisthim
et percrebruisset ad eos
intrasse urbem samson
circumdederunt eum positis
in porta ciuitatis custodib·
et ibi tota nocte cum silentio
praestolantes
ut facto mane exeuntem
occiderent
dormiuit autem samson

usq· ad noctis medium
Et inde consurgens adprehendit
ambas portae fores cum
postib· suis et sera
Inpositasq· humeris portauit
ad uerticem montis
qui aspicit hebron
Post haec amauit mulierem
quae habitabat in ualle
sorech et uocabatur dalila
Ueneruntque ad eam
principes philisthinorum
adque dixerunt
Decipe eum et disce ab illo
in quo tantam habet fortitudinē
et quomodo eum superare
ualeamus
et uinctum adfligere
quod si feceris dabimus tibi
singuli mille centum
argenteos
Locuta est ergo dalila
ad samson
Dic mihi obsecro in quo sit tua
maxima fortitudo
et quid sit quo ligatus
erumpere nequeas
Cui respondit samson
Si septem funib· neruicis
nec dum siccis et adhuc
humectibus ligatus fuero
infirmus ero ut ceteri
homines
Adtuleruntq· ad eam satrapae
philisthinorum septem
funes ut dixerat
quib· uinxit eum latentibus
apud se insidiis et in cubiculo
finem rei expectantibus
Clamauitque ad eum
philisthim super te samson
Rupitque uincula quomodo
si rumpat quis filum
de stuppae tortum putamine

cum odorem ignis acceperit
Et non est cognitum in quo esset
fortitudo eius
Dixitque ad eum dalila
Ecce inlusisti mihi et falsum
locutus es
Saltem nunc indica mihi
in quo ligari debeas
Cui ille respondit
Si ligatus fuero nouis funibus
qui numquam fuerunt
in opere
Infirmus ero et aliorum
hominum similis
Quib· rursum dalila
uinxit eum et clamauit
Philisthim super te samson
in cubiculo insidiis
praeparatis
Qui ita rupit uincula quasi
fila telarum
Dixitq· dalila rursum
ad eum usquequo decipis
me et falsum loqueris
Ostende quo uinciri debeas
Si inquit septem crines capitis
mei cum licio plexueris
et clauum his circumligatum
terrae fixeris infirmus ero
Quod cum fecisset dalila
dixit ad eum
philisthim super te samson
Qui consurgens de somno
extraxit clauum
cum crinib· et licio
Dixitq· ad eum dalila
quomodo dicis quod ames
me cum animus tuus
non sit mecum
Per tres uices mentitus
es mihi
et noluisti dicere in quo sit
tua maxima fortitudo
Cumq· molesta ei esset

ET PER MULTOS DIES UICTER
ADHERERET
SPATIUM AD QUIETEM
NON TRIBUENS
DEFECIT ANIMA EIUS ET AD MORTEM
USQ. PERLATA ESSET
TUNC APERIENS UERITATEM
REI DIXIT AD EAM
FERRUM NUMQUAM ASCENDIT
SUPER CAPUT MEUM
QUIA NAZAREUS ID EST CONSECRA
TUS SUM DO DE UTERO
MATRIS MEAE
SI RASUM FUERIT CAPUT MEUM
RECEDET A ME FORTITUDO MEA
ET DEFICIAM
EROQ. UT CETERI HOMINES
UIDENS ILLA QUOD CONFESSUS EI
ESSET OMNEM ANIMUM SUUM
MISIT AD PRINCIPES PHYLIS TI
NORUM AC MANDAUIT
ASCENDITE ADHUC SEMEL QUIA
NUNC MIHI APERUIT COR SUUM
QUI ASCENDERUNT ADSUMPTA
PECUNIA QUAM PROMISERANT
AT ILLA DORMIRE EUM FECIT
SUPER GENUA SUA
ET IN SINU SUO RECLINARE CAPUT
UOCAUITQ. TONSOREM ET RASIT
SEPTEM CRINES EIUS
ET COEPIT ABICERE EUM
ET A SE REPELLERE
STATIM ENIM AB EO FORTITUDO
DISCESSIT
DIXITQ. PHILISTHIM SUPER
TE SAMSON
QUI DE SOMNO CONSURGENS
DIXIT IN ANIMO SUO
EGREDIAR SICUT ANTE FECI
ET ME EXCUTIAM
NESCIENS QUOD DNS DISCESSISSET
AB EO
QUEM CUM ADPREHENDISSENT
PHYLISTHIM STATIM ERUERUNT
OCULOS EIUS
ET DUXERUNT GAZAM UINCTUM
CATENIS
ET CLAUSUM CARCERE MOLERE
FECERUNT
IAMQ. CAPILLI EIUS RENASCI
COEPERANT
ET PRINCIPES PHILISTHINORUM
CONUENERUNT IN UNUM
UT IMMOLARENT HOSTIAS
PACIFICAS DAGON DEO SUO
ET AEPULARENTUR DICENTES
TRADIDIT DEUS NOSTER INIMICUM
NOSTRUM SAMSON
IN MANUS NOSTRAS
QUOD ETIAM POPULUS UIDENS
LAUDABAT DEUM SUUM
EADEMQUE DICEBAT
TRADIDIT DEUS NOSTER IN MANUS
NOSTRAS ADUERSARIUM
QUI DELEUIT TERRAM NOSTRAM
ET OCCIDIT PLURIMOS
LAETANTESQUE PER CONUIUIA
SUMPTIS IAM AEPULIS
PRAECEPERUNT
UT UOCARENT SAMSON
ET ANTE EOS LUDERET
QUI ADDUCTUS DE CARCERE
LUDEBAT ANTE EOS
FECERUNTQUE EUM STARE
INTER DUAS COLUMNAS
QUI DIXIT PUERO REGENTI
GRESSUS SUOS
DIMITTE ME UT TANGAM COLUMNAS
QUIBUS OMNIBUS
INMINET DOMUS
ET RECLINER SUPER EAS
ET PAULULUM REQUIESCAM
DOMUS AUTEM PLENA ERAT
UIRORUM AC MULIERUM
ET ERANT IBI OMNES PRINCIPES
PHILISTHINORUM
AC DE TECTO ET DE SOLARIO
CIRCITER TRIA MILIA

utriusq; sexus
Spectabant ludentem samson
ad ille inuocato dn̄o ait
dn̄e ds̄ memento mei
et redde nunc mihi pristinam
fortitudinem meam ds̄ meus
ut ulciscar me de hostibus meis
ut pro amissione duorum
luminum unam ultionem
recipiam
Et adprehendens ambas
columnas quib; nitebatur
domus
alteramq; earum dextra
et alteram leua tenens ait
moriatur anima mea
cum philisthim
Concussisque fortiter
columnis cecidit domus
super omnes principes
et ceteram multitudinem
quae ibi erat
multoque plures interfecit
moriens quam ante uiuus
occiderat
Descendentes autem fratres
eius et uniuersa cognatio
tulerunt corpus eius
et sepelierunt
inter saraa et esthabol
in sepulchro patris manue
iudicauitque israhel
uiginti annis
Fuit eo tempore uir quidam
de monte ephraim nomine
michas
quidixit matri suae
mille centum argenteos
quos separaueras tibi
et super quibus me audiente
iuraueras
ecce ego habeo et apud
me sunt
Cui illa respondit benedictus
filius meus dn̄o
Reddidit ergo eos matri suae
quae dixerat ei
Consecraui et uoui argentum
hoc dn̄o
ut de manu mea suscipiat
filius meus
ut faciat sculptile
adque conflatile
et nunc trado illud tibi
Reddidit igitur matri suae
quae tulit ducentos argenteos
et dedit eos argentario
ut faceret ex eis sculptile
adque conflatile quod fuit
in domo micha
qui edicul am quoque
in ea deo separauit
et fecit ephod et theraphin
id est uestem sacerdotalem et idola
inplebitq; unius filiorum
suorum manum
et factus est ei sacerdos
In dieb; illis non erat
rex in israhel
sed unusquisq; quod sibi
rectum uidebatur
hoc faciebat
Fuit quoque alter adulescens
de bethleem iuda et cognatione eius
eratque ipse leuites
et habitauit ibi
egressusque de ciuitate
bethleem
peregrinari uoluit ubicumque
sibi commodum repperisset
Cumque uenisset in monte
ephraim iter faciens
et declinasset parumper
in domum micha
interrogatus est abeo
unde uenis

QUI RESPONDIT LEUITA SUM
DE BETHLEM IUDA
ET UADO UT HABITEM UBI POTU
ERO ET UTILE MIHI ESSE
PRAESPEXERO · DIXITQ; MICHA
MANE INQUIT APUD ME ET ESTO
MIHI PARENS AC SACERDOS
DABOQ; TIBI PER ANNOS SINGULOS
DECEM ARGENTEOS ET UESTEM
DUPLICEM ET QUAE AD UICTUM
NECESSARIA SUNT
ADQUIEUIT ET MANSIT
APUD HOMINEM
FUITQ; ILLI QUASI UNUS DE FILIIS
IMPLEUITQ; MICHA MANU MEKIS
ET HABUIT APUD SE PUERUM
SACERDOTEM
NUNC SCIO DICENS QUOD BENE
MIHI FACIAT DS
HABENTI LEUITI GENERIS
SACERDOTEM
·XVIII· IN ILLO TEMPORE NON ERAT
REX IN ISRAHEL
ET TRIB; DAN QUAEREBAT POSSES
SIONEM SIBI UT HABITARET IN EA
USQUE AD ILLUM ENIM DIEM
INTER CETERAS TRIB; SORTEM
NON ACCEPERAT
MISERUNT IGITUR FILII DAN
STIRPIS ET FAMILIAE SUAE
QUINQ; UIROS FORTISSIMOS
DE SARAA ET ESTHAHOL UT EX
PLORARENT TERRAM
ET DILIGENTER INSPICERENT
DIXERUNTQ; EIS ITE ET CONSIDE
RATE TERRAM
QUI CUM PERGENTES UENISSENT
IN MONTE EPHRAIM
ET INTRASSENT DOMUM MICHA
REQUIEUERUNT IBI
ET AGNOSCENTES UOCEM
ADULESCENTIS LEUITAE
UTENTESQ; ILLIUS DIUERSORIO
DIXERUNT AD ILLUM

QUIS TE HUC ADDUXIT QUID HIC AGIS
QUAM OB CAUSAM HUC UENIRE
UOLUISTI
QUI RESPONDIT EIS HAEC ET HAEC
PRAESTITIT MIHI MICHAS
ET ME MERCEDE CONDUXIT
UT SIM EI SACERDOS
ROGAUERUNTQ; EUM
UT CONSULERET DNM
ET SCIRE POSSENT AN PROSPERO
ITINERE PERGERENT ET RES
HABERET EFFECTUM
QUI RESPONDIT EIS ITE IN PACE
DNS RESPICIT UIAM UESTRAM
ET ITER QUO PERGITIS
EUNTES ITAQUE QUINQUE UIRI
UENERUNT LAIS
UIDERUNTQUE POPULUM
HABITANTEM IN EA ABSQUE
ULLO TIMORE
IUXTA SIDONIORUM CONSUE
TUDINEM
SECURUM ET QUIETUM NULLO EIS
PAENITUS RESISTENTE
MAGNARUMQ; OPUM ET PROCUL
A SIDONE ADQ; A CUNCTIS
HOMINIBUS SEPARATUM
REUERSIQ; SUNT AD FRATRES SUOS
IN SARAA ET ESTHAHOL
ET QUID EGISSENT SCISCITANTIB;
RESPONDERUNT
SURGITE ET ASCENDAMUS AD EOS
UIDIMUS ENIM TERRAM UALDE
OPULENTAM ET UBEREM
NOLITE NEGLEGERE
NOLITE CESSARE
EAMUS ET POSSIDEAMUS EAM
NULLUS ERIT LABOR INTRABIMUS
AD SECUROS IN REGIONEM
LATISSIMAM
TRADETQ; NOBIS DNS LOCUM
IN QUO NULLIUS REI EST
PENURIA EORUM QUAE
GIGNUNTUR IN TERRA

PROFECTI IGITUR SUNT DE COGNA
TIONE DAN ID EST DE SARAA
ET ESTAHOL
SESCENTI UIRI ACCINCTIS ARMIS
BELLICIS
ASCENDENTESQ· MANSERUNT
IN CHARIATHIARIM IUDAE
QUI LOCUS EX EO TEMPORE
CASTRORUM DAN NOMEN ACCEPIT
ET EST POST TERGUM
CHARIATHIARIM
INDE TRANSIERUNT IN MONTE
EPHRAIM
CUMQ· UENISSENT IN DOMUM
MICHA
DIXERUNT QUINQUE UIRI QUI PRIUS
MISSI FUERANT AD CONSIDERAN
DAM TERRAM LAIS CETERIS
FRATRIBUS SUIS
NOSTIS QUOD IN DOMIBUS ISTIS SIT
EPHOD ET THERAFIN
ET SCULPTILE ADQ· CONFLATILE
UIDETE QUID UOBIS PLACEAT
ET CUM PAULULUM DECLINASSENT
INGRESSI SUNT DOMUM ADULESCEN
TIS LEUITAE QUI ERANT
IN DOMO MICHA
SALUTAUERUNTQUE EUM
UERBIS PACIFICIS
SESCENTI AUTEM UIRI ITA UT
ERANT ARMATI STABANT
ANTE OSTIUM
AD ILLI QUI INGRESSI FUERANT
DOMUM IUUENIS
SCULPTILE ET EPHOD ET THERAFIN
ADQUE CONFLATILE TOLLERE
NITEBANTUR
ET SACERDOS STABANT
ANTE OSTIUM
SESCENTIS UIRIS FORTISSIMIS
HAUT PROCUL EXPECTANTIBUS
TULERUNT IGITUR QUI INTRA
UERANT SCULPTILE EPHOD
ET IDOLA ADQ· CONFLATILE

QUIBUS DIXIT SACERDOS QUID FACITIS
CUI RESPONDERUNT TACE
ET PONE DIGITUM SUPER OS TUUM
UENIQ· NOBISCUM UT HABEAMUS
TE PATREM ET SACERDOTEM
QUID TIBI MELIUS EST UT SIS
SACERDOS IN DOMO
UNIUS UIRI
AN IN UNA TRIBU ET FAMILIA
IN ISRAHEL
QUOD CUM AUDISSET ADQUIEUIT
SERMONIB· EORUM
ET TULIT EPHOD ET IDOLA
AC SCULPTILE
ET CUM EIS PROFECTUS EST
QUI CUM PERGERENT ET ANTE SE
IRE FECISSENT PARUULOS
ET IUMENTA ET OMNE QUOD
ERAT PRETIOSUM
IAMQ· A DOMO MICHAE ESSENT
PROCUL
UIRI QUI HABITABANT IN AEDIBUS
MICHAE CLAMANTES SECUTI SUNT
ET POST TERGUM CLAMARE
COEPERUNT
QUI CUM RESPEXISSENT
DIXERUNT AD MICHAM
QUID TIBI UIS CUR CLAMAS
QUI RESPONDIT DEOS MEOS
QUOS MIHI FECI TULISTIS
ET SACERDOTEM ET OMNIA
QUAE HABEO
ET DICITIS QUID TIBI EST
DIXERUNTQUE EI FILII DAN
CAUE NE ULTRA LOQUARIS
AD NOS
ET UENIANT AD TE UIRI ANIMO
CONCITATI
ET IPSE CUM OMNI DOMO
TUA PEREAS
ET SIC COEPTO ITINERE PERREXERUNT
UIDENS AUTEM MICHA
QUOD FORTIORES ESSENT
REUERSUS EST IN DOMUM SUAM

SESCENTI AUTEM UIRI TULERUNT
SACERDOTEM ET QUAE
SUPRA DIXIMUS
UENERUNTQ· IN LAIS AD POPULŪ
QUIESCENTEM AC SECURUM
ET PERCUSSERUNT EOS
IN ORE GLADII
URBEMQUE INCENDIO
TRADIDERUNT
NULLO PENITUS FERENTEM
PRAESIDIUM
EO QUOD PROCUL HABITARENT
A SIDONE
ET CUM NULLO HOMINUM
HABERENT QUIDQUAM
SOCIETATIS AC NEGOTII
ERAT AUTEM CIUITAS SITA
IN REGIONE ROOB
QUAM RURSUS EXTRUENTES
HABITAUERUNT IN EA
UOCATO NOMINE CIUITATIS DAN
IUXTA UOCABULUM PATRIS SUI
QUEM GENUERAT ISRAHEL
QUAE PRIUS LAIS DICEBATUR
POSUERUNTQ· IBI SCULPTILE
ET IONATHAM FILIUM GERSAN
FILII MOSI AC FILIOS EIUS
SACERDOTES IN TRIBU DAN
USQ· AD DIEM CAPTIUITATIS SUAE
MANSITQ· APUD EOS
IDOLUM MICHAE
OMNI TEMPORE QUO FUIT
DOMUS DĪ IN SILO
IN DIEB· ILLIS NON ERAT
REX IN ISRAHEL
XVIIII FUIT QUIDAM UIR LEUITES
HABITANS IN LATERE
MONTIS EPHRAIM
QUI ACCEPIT UXOREM
DE BETHLEM IUDA
QUAE RELIQUIT EUM ET REUERSA
EST IN DOMO PATRIS SUI
BETHLEM
MANSITQ· APUD EUM QUATTUOR
MENSIBUS
SECUTUSQ· EST EAM UIR SUUS
UOLENS EI RECONCILIARI ADQUE
BLANDIRI ET SECUM REDUCERE
HABENS IN COMITATU PUERUM
ET DUOS ASINOS
QUAE SUSCEPIT EUM ET INTRO
DUXIT IN DOMUM PATRIS SUI
QUOD CUM AUDISSET SOCER EIUS
EUMQUE UIDISSET
OCCURRIT EI LAETUS ET AMPLEX
ATUS EST HOMINEM
MANSITQ· GENER IN DOMO
SOCERI TRIB· DIEBUS
COMEDENS CUM EO ET BIBENS
FAMILIARITER
DIE AUTEM QUARTO DE NOCTE
CONSURGENS PROFICISCI
UOLUIT
QUEM TENUIT SOCER
ET AIT AD EUM
GUSTA PRIUS PAUXILLUM PANIS
ET CONFORTA STOMACHUM
ET SIC PROFICISCERIS
SEDERUNTQUE SIMUL ET COME
DERUNT AC BIBERUNT
DIXITQ· PATER PUELLAE
AD GENERUM SUUM
QUAESO TE UT HODIE HIC MANEAS
PARITERQ· LAETEMUR
AD ILLE CONSURGENS COEPIT
UELLE PROFICISCI
ET NIHILOMINUS OBNIXAE EUM
SOCER TENUIT ET APUD SE
FECIT MANERE
MANE FACTO PARABANT
LEUITES ITER
CUI RURSUS SOCER
ORO TE INQUID UT PAULULUM
CIBI CAPIAS
ET ADSUMPTIS UIRIBUS DONEC
INCRESCAT DIES POSTEA
PROFICISCARIS
COMEDERUNT ERGO SIMUL

SURREXITQ· ADULESCENS UT PER
GERET CUM UXORE SUA
ET PUERO
CUI RURSUM LOCUTUS EST SOCER
CONSIDERA QUOD DIES AD OCCASUM
DECLIBIOR SIT ET PROPINQUET
AD UESPERUM
MANE APUD ME ETIAM HODIE
ET DUC LETUM DIEM
ET CRAS PROFICISCERIS UĿ UADAS
IN DOMUM TUAM
NOLUITQ· GENER ADQUIESCERE
SERMONIBUS EIUS
SED STATIM PERREXIT
ET UENIT CONTRA HIEBUS
QUAE ALTERO NOMINE UOCABATUR
HIERUSALEM
DUCENS SECUM DUOS ASINOS
ONUSTOS ET CONCUBINAM
IAMQ· ADERANT IUXTA HIEBUS
ET DIES MUTABATUR IN NOCTE
DIXITQ· PUER AD DOMINUM SUŨ
UENI OBSECRO DECLINEMUS
AD URBEM HIEBUSAEORUM
ET MANEAMUS IN EA
CUI RESPONDIT DÑS
NON INGREDIAR OPPIDUM
GENTIS ALIENAE
QUAE NON EST DE FILIIS ISRAHEL
SED TRANSIBO USQ· GABAA
ET CUM ILLUC PERUENERO
MANEBIMUS IN EA
AUT CERTE IN URBE RAMA
TRANSIERUNT IGITUR IN HIEBUS
ET COEPTUM CARPEBANT ITER
OBCUBUITQ· EIS SOL IUXTA GABAA
QUAE EST IN TRIBU BENIAMIN
DEUERTERUNTQUE AD EAM
UT MANERENT IBI
QUO CUM INTRASSENT SEDEBANT
IN PLATEA CIUITATIS ET NULLUS
EOS RECIPERE REUOLEBAT
HOSPITIO
ET ECCE APPARUIT HOMO SENES
REUERTENS DE AGRO ET DE OPERE
SUO UESPERE
QUI ET IPSE ERAT DE MONTE
EPHRAIM
ET PEREGRINUS HABITABAT
IN GABAA
HOMINES AUTEM REGIONIS ILLIUS
ERANT FILII IEMINI
ELEUATISQ· OCULIS UIDIT SENES
SEDENTEM HOMINEM
CUM SARCINULIS SUIS IN PLATEA
CIUITATIS ET DIXIT AD EUM
UNDE UENIS ET QUO UADIS
QUI RESPONDIT EI
PROFECTI SUMUS DE BETHLEM
IUDA ET PERGIMUS
AD LOCUM NOSTRUM
QUI EST IN LATERE MONTIS EPHRAIM
UNDE IERAMUS BETHLEM
ET NUNC UADIMUS AD DOMUM DĨ
NULLUSQ· NOS SUB TECTO SUO
UOLUIT RECIPERE
HABENTES PALEAS ET FAENUM
IN ASINORUM PABULUM
ET PANEM AC UINUM IN MEOS
ET ANCILLAE TUAE USUS
ET PUERI QUI MECUM EST
NULLA RE INDIGEMUS
NISI HOSPITIO
CUI RESPONDIT SENEX
PAX TECUM SIT EGO PRAEBEBO
OMNIA QUAE NECESSARIA SUNT
TANTUM QUAESO NE
IN PLATEA MANEAS
INTRODUXITQUE EUM
IN DOMUM SUAM
ET PAUULUM ASINIS PRAEBUIT
AC POSTQUAM LAUERANT
PEDES SUOS RECEPIT EOS
IN CONUIUIUM
ILLIS EPULANTIBUS ET POST
LABOREM ITINERIS CIBO
AC POTO REFICIENTIB· CORPORA
UENERUNT UIRI CIUITATIS ILLIUS

filii belial id est absque iugo
et circumdantes domum
senis fores pulsare
coeperunt
clamantes ad dominum domus
adque dicentes
educ virum qui ingressus est
domum tuam ut abutamur eo
egressusque est ad eos
senex et ait
nolite fratres nolite facere
hoc malum
quia ingressus est homo
hospitium meum et cessate
ab hac stultitia
habeo filiam virginem et hic
homo habet concubinam
educam eas ad vos ut humilietis
eas et vestram libidinem
conplexatis
tantum obsecro ne scelus hoc
contra naturam operemini
in virum
nolebant adquiescere
sermonibus eius
quod cernens homo eduxit
ad eos concubinam suam
et eis tradidit inludendam
quam cum tota nocte
abusi essent dimiserunt
eam mane
at mulier decedentibus
tenebris
venit ad ostium domus
ubi manebat dominus suus
et ibi conruit
mane facto surrexit homo
et aperuit ostium
ut coeptam expleret viam
et ecce concubina eius iacebat
ante ostium sparsis
in limine manibus
cui ille putans eam quiescere
loquebatur

surge ut ambulemus
qua nihil respondente
intellegens quod erat
tulit eam et inposuit asino
reversusque est in domum suam
quam cum esset ingressus
arripuit gladium
et cadaver uxoris
cum ossibus suis
in duodecim partes
ac frusta concidens
et misit in omnes terminos isrl
quod cum vidissent singuli
conclamabant
numquam res talis facta
est in israhel
ex eo die quo ascenderunt
patres nostri de aegypto
usque in praesens tempus
ferte sententiam et in com
mune decernite quid
facto opus sit
XX Ingressi sunt itaque omnes
filii israhel
et pariter congregati
quasi vir unus
de dan usque bersabee
et terra galaad ad dnm
in maspha
omnesque anguli populorum
et cunctae tribus israhel
in ecclesiam populi dī
convenerunt
quadraginta milia peditum
pugnatorum
nec latuit filios beniamin
quod ascendissent filii isrl
in maspha
interrogatusque levita
maritus mulieris
interfectae
quomodo tantum scelus
perpetratum esset
respondit

VENI IN GABAA BENIAMIN CUM UXORE
MEA ILLUCQUE DEVERTI
ET ECCE HOMINES CIVITATIS ILLIUS
CIRCUMDEDERUNT NOCTE
DOMUM IN QUA MANEBAM
VOLENTES ME OCCIDERE
ET UXOREM MEAM INCREDIBILI
LIBIDINIS FURORE VEXANTES
DENIQUE ET MORTUA EST
QUAM ADREPTAM IN FRUSTA
CONCIDI
MISIQ· PARTES IN OMNES TERMI
NOS POSSESSIONIS VESTRAE
QUIA NUMQUAM TANTUM NEFAS
ET TAM GRANDE PIACULUM
FACTUM EST IN ISRL
ADESTIS OMNES FILII ISRL
DECERNITE QUID FACERE
DEBEATIS
STANSQ· OMNIS POPULUS QUASI
UNIUS HOMINIS SERMONE
RESPONDIT
NON RECEDIMUS IN TABERNACULA
NOSTRA
NEC SUAM QUISQUAM
INTRAVIT DOMUM
SED HOC CONTRA GABAA IN COM
MUNE FACIAMUS
DECEM VIRI ELIGANTUR E CENTUM
EX OMNIB· TRIBUBUS ISRAHEL
ET CENTUM DE MILLE
ET MILLE DE DECEM MILIBUS
UT CONPORTENT EXERCITUI
CIBARIA
ET POSSIMUS PUGNANTES
CONTRA GABAA BENIAMIN
REDDERE EI PRO SCELERE
QUOD MERETUR
CONVENITQ· UNIVERSUS ISRL
AD CIVITATEM QUASI UNUS HOMO
EADEM MENTE UNOQ· CONSILIO
ET MISERUNT NUNTIOS
AD OMNEM TRIBUM BENIAMIN
QUI DICERENT

CUR TANTUM NEFAS IN VOBIS
REPPERTUM EST
TRADITE HOMINES DE GABAA
QUI HOC FLAGITIUM PERPETRARUNT
UT MORIANTUR ET AUFERATUR
MALUM DE ISRAHEL
QUI NOLUERUNT FRATRUM SUORUM
FILIORUM ISRAHEL AUDIRE
MANDATUM
SED EX CUNCTIS URBIBUS QUAE SUAE
SORTIS ERANT CONVENERUNT
IN GABAA
UT ILLIS FERRENT AUXILIUM
ET CONTRA UNIVERSUM ISRL
POPULUM DIMICARENT
INVENTIQUE SUNT VIGINTI MILIA
DE BENIAMIN DUCENTIUM GLADIU(M)
PRAETER HABITATORES GABAA
QUI SEPTINGENTI ERANT
VIRI FORTISSIMI
ITA SINISTRA UT DEXTRA
PROELIANTES
ET SIC FUNDIS AD CERTUM
IACIENTES LAPIDES
UT CAPILLUM QUOQ· POSSENT
PERCUTERE
ET NEQUAQUAM IN ALTERAM
PARTEM IACTUS LAPIDIS
DEFERRETUR
VIRORUM QUOQ· ISRAHEL
ABSQUE FILIIS BENIAMIN
INVENTA SUNT QUADRINGENTA
MILIA EDUCENTIUM GLADIOS
ET PARATORUM AD PUGNAM
QUI SURGENTES VENERUNT
IN DOMUM DI HOC EST IN SILO
CONSULUERUNTQ· EUM
ATQUE DIXERUNT
QUIS ERIT IN EXERCITU NOSTRO
PRINCEPS CERTAMINIS
CONTRA FILIOS BENIAMIN
QUIBUS RESPONDIT DNS
IUDAS SIT DUX VESTER
STATIMQUE FILII ISRL

SURGENTES MANE
CASTRAMETATI SUNT IUXTA GABAA
ET INDE PROCEDENTES AD PUGNAM
CONTRA BENIAMIN URBEM
OBPUGNARE COEPERUNT
EGRESSIQ· FILII BENIAMIN
DE GABAA
OCCIDERUNT DE FILIIS ISRAHEL
DIE ILLO UIGINTI DUO
MILIA UIROS
RURSUM FILII ISRAHEL ET FORTI
TUDINE ET NUMERO
CONFIDENTES
IN EODEM LOCO IN QUO PRIUS
CERTABANT ACIEM DIREXERUNT
ITA TAMEN UT PRIUS ASCENDERENT
ET FLERENT CORAM DÑO
USQUE AD NOCTEM
CONSULERENTQUE EUM
ET DICERENT
DEBEO ULTRA PROCIDERE
AD DIMICANDUM CONTRA FILIOS
BENIAMIN FRATRES MEOS
AN NON
QUIB· ILLE RESPONDIT
ASCENDITE AD EOS ET INITE
CERTAMEN
CUMQ· FILII ISRL ALTERO DIE
CONTRA BENIAMIN AD PROELIUM
PROCESSISSENT
ERUPERUNT FILII BENIAMIN
DE PORTIS GABAA
ET OCCURRENTES EIS TANTA
IN ILLOS CEDE BACCATI SUNT
UT DECEM ET OCTO MILIA UIRO
RUM EDUCENTIUM GLADIUM
PROSTERNERENT
QUAM OB REM OMNES FILII ISRL
UENERUNT IN DOMUM DĪ
ET SEDENTES FLEBANT CORAM DÑO
IEIUNAUERUNTQ· ILLO DIE
USQ· AD UESPERAM
ET OBTULERUNT EI HOLOCAUSTA
ET PACIFICAS UICTIMAS

ET SUPER STATU SUO INTERRO
GAUERUNT
EO TEMPORE IBI ERAT ARCA
FOEDERIS DĪ
ET FINEES FILIUS ELEAZARI
SACERDOTIS FILII AARON
PRAEPOSITUS DOMUS DÑI
CONSULUERUNT IGITUR DÑM
ATQ· DIXERUNT
EXIRE ULTRA DEBEMUS AD PUGNAN
DUM CONTRA FILIOS BENIAMIN
FRATRES NOSTROS AN QUIESCERE
QUIB· AIT DÑS ASCENDITE
CRAS ENIM TRADAM EOS
IN MANUS UESTRAS
POSUERUNTQ· FILII ISRAHEL
INSIDIAS PER CIRCUITUM
URBIS GABAA
ET TERTIA UICE SICUT SEMEL
ET BIS CONTRA BENIAMIN
EXERCITUM PRODUXERUNT
SED ET FILII BENIAMIN AUDACTER
ERUPERUNT DE CIUITATE
ET FUGIENTES ADUERSARIOS
LONGIUS PERSECUTI SUNT
ITA UT UULNERARENT EX EIS
SICUT PRIMO ET SECUNDO DIE
ET CECIDERUNT PER DUAS SEMITAS
TERGA UERTENTES
QUARUM UNA FEREBAT IN BETHLEEM
ALTERA IN GABAA
ATQ· PROSTERNERENT TRIGINTA
CIRCITER UIROS
PUTAUERUNT ENIM EOS SOLITO
MORE CEDERE
QUI FUGAM ARTE SIMULANTES
INIERE CONSILIUM
UT ABSTRAHERENT EOS DE CIUITATE
ET QUASI FUGIENTES AD SUPRA
DICTAS SEMITAS PERDUCERENT
OMNES ITAQ· FILII ISRL SURGENTES
DE SEDIBUS SUIS
TETENDERUNT ACIEM IN LOCO
QUI UOCATUR BALTHAMAR

INSIDIAE QUOQ· QUAE CIRCA URBEM
ERANT PAULATIM SE APERIRE
COEPERUNT
ET AB OCCIDENTALI URBIS PARTE
PROCEDERE
SED ET ALIA DECEM MILIA UIRORUM
DE UNIUERSO ISRAHEL HABITA
TORES URBIS AD CERTAMINA
PROUOCABANT
INGRAUATUMQ· EST BELLUM
CONTRA FILIOS BENIAMIN
ET NON INTELLEXERUNT QUOD
EX OMNI PARTE ILLIS
INSTARET INTERITUS
PERCUSSITQ· EOS DNS
IN CONSPECTU FILIORUM ISRL
ET INTERFECERUNT IN ILLO DIE
UIGINTI QUINQUE MILIA
ET CENTUM UIROS OMNES
BELLATORES EDUCENTES
GLADIUM
FILII AUTEM BENIAMIN CUM SE
INFERIORES ESSE UIDISSENT
COEPERUNT FUGERE
QUOD CERNENTES FILII ISRL
DEDERUNT EIS AD FUGIENDUM
LOCUM
UT AD PRAEPARATAS INSIDIAS
DEUENIRENT
QUI CUM REPENTE DE LATIBULIS
SURREXISSENT
ET BENIAMIN TERGA CAEDENTIB·DARENT
INGRESSI SUNT CIUITATEM
ET PERCUSSERUNT EAM
IN ORE GLADII
SIGNUM AUTEM DEDERANT
FILII ISRAHEL HIS QUOS
IN SIDIIS CONLOCAUERANT
UT POSTQUAM URBEM COE
PISSENT IGNEM ACCENDERENT
ET ASCENDENTE FUMO IN ALTUM
CAPTAM URBEM DEMONS
TRARENT
QUOD CUM CERNERENT
FILII ISRAHEL IN IPSO CERTA
MINE POSITI
PUTAUERUNT ENIM FILII BENIAMIN
EOS FUGERE
ET INSTANTIUS SEQUEBANTUR
CESIS DE EXERCITU EORUM
TRIGINTA UIRIS
ET UIDERENT QUASI COLUMNAM
FUMI DE CIUITATE CONSCENDERE
BENIAMIN QUOQUE RETRO
ASPICIENS CAPTAM CERNERET
CIUITATEM
ET FLAMMAS IN SUBLIME FERRI
QUI PRIUS SIMULAUERANT
FUGAM UERSA FACIE FORTIUS
RESISTEBANT
QUOD CUM UIDISSENT FILII BENIAMIN
IN FUGAM UERSI SUNT
ET AD UIAM DESERTI IRE COEPERUNT
ILLUC QUOQ· EOS ADUERSARIIS
PERSEQUENTIBUS
SED ET HI QUI URBEM SUCCENDERANT
OCCURRERUNT EIS
ATQ· ITA FACTUM EST UT EX UTRAQ·
PARTE AB HOSTIB· CAEDERENTUR
NEC ERAT ULLA MORIENTIUM
REQUIES
CECIDERUNTQ· ATQ· PROSTRATI SUNT
AD ORIENTALEM PLAGAM
URBIS GABAA
FUERUNT AUTEM QUI IN EODEM
LOCO INTERFECTI SUNT
DECEM ET OCTO MILIA UIRORUM
OMNES ROBUSTISSIMI BELLATORES
QUOD CUM UIDISSENT QUI REMAN
SERANT DE BENIAMIN
FUGERUNT IN SOLITUDINEM
ET PERGEBANT AD PETRAM
CUIUS UOCABULUM EST REMMON
IN ILLA QUOQ· FUGA PALANTES
ET IN DIUERSA TENDENTES OCCIDE
RUNT QUINQ· MILIA UIROS
ET CUM ULTRA TENDERENT
PERSECUTI SUNT EOS

ET INTERFECERUNT ETIAM ALIOS
DUO MILIA
ET SIC FACTUM EST UT OMNES
QUI CECIDERANT DE BENIAMIN
IN DIUERSIS LOCIS
ESSENT UIGINTI QUINQUE MILIA
PUGNATORUM AD BELLA
PROMTISSIMI
REMANSERUNT ITAQ· DE OMNI
NUMERO BENIAMIN QUI EUADERE
POTUERUNT ET FUGERE IN SOLI
TUDINE SESCENTI UIRI
SEDERUNTQ· IN PETRA REMMON
MENSIBUS QUATTUOR
REGRESSI AUTEM FILII ISRAHEL
OMNES RELIQUIAS CIUITATIS
A UIRIS USQ· AD IUMENTA
GLADIO PERCUSSERUNT
CUNCTASQ· URBES ET UICULOS
BENIAMIN UORAX FLAMMA
CONSUMPSIT
·XXV· IURAUERUNT QUOQ· FILII ISRAHEL
IN MASPHA ET DIXERUNT
NULLUS NOSTRUM DABIT FILIIS
BENIAMIN DE FILIABUS SUIS
UXOREM
UENERUNTQ· OMNES
AD DOMUM DĪ IN SILO
ET IN CONSPECTU EIUS SEDENTES
USQ· AD UESPERAM
ELEUAUERUNT UOCEM ET MAGNO
ULULATU COEPERUNT FLERE
DICENTES
QUARE DÑE DS̄ ISRAHEL FACTUM
EST HOC MALUM IN POPULO TUO
UT HODIE UNA TRIBUS
AUFERETUR EX NOBIS
ALTERA AUTEM DIE DILUCULO
CONSURGENTES EXTRUXE
RUNT ALTARE ET
OBTULERUNT QUE IBI HOLOCAUSTA
ET PACIFICAS UICTIMAS
ET DIXERUNT
QUIS NON ASCENDIT IN EXERCITU
DNI
DE UNIUERSIS TRIB· ISRAHEL
GRANDI ENIM SE IURAMENTO
CONSTRINXERANT CUM ESSENT
IN MASPHA
INTERFICI EOS QUI DEFUISSENT
DUCTIQ· PAENITENTIA FILII ISRL̄
SUPER FRATRE SUO BENIAMIN
COEPERUNT DICERE ABLATA EST
UNA TRIB· DE ISRAHEL
UNDE UXORES ACCIPIENT
OMNES ENIM IN COMMUNE
IURAUIMUS NON DATUROS NOS
FILIAS NOSTRAS HIS
ID CIRCO DIXERUNT QUIS EST
DE UNIUERSIS TRIBUB· ISRL̄
QUI NON ASCENDIT AD DÑM
IN MASPHA
ET ECCE INUENTI SUNT HABITA
TORES IABIS GALAAD IN ILLO
EXERCITU NON FUISSE
EO QUOQ· TEMPORE CUM ESSENT
IN SILO NULLUS EX EIS
IBI REPPERTUS EST
MISERUNT ITAQ· DECEM MILIA
UIROS ROBUSTISSIMOS
ET PRAECEPERUNT EIS
ITE ET PERCUTITE HABITATORES
IABIS GALAAD IN ORE GLADII
TAM UXORES QUAM PARUULOS
EORUM
ET HOC ERIT QUOD OBSERUARE
DEBETIS
OMNE GENERIS MASCULINI
ET MULIERES QUAE COGNOUE
RUNT UIROS INTERFICITE
INUENTAEQ· SUNT DE IABIS GALAAD
QUADRINGENTAE UIRGINES
QUAE NESCIERANT UIRI THORUM
ET ADDUXERUNT EAS IN CASTRA
IN SILO IN TERRA CHANAAN
MISERUNTQ· NUNTIOS AD FILIOS
BENIAMIN QUI ERANT
IN PETRA REMMON
ET PRAECEPERUNT EIS UT EOS

INPACE SUSCIPERENT
UENERUNTQ· FILII BENIAMIN
IN ILLO TEMPORE
ET DATAE SUNT EIS UXORES DE FILIAB
IABIS GALAAD
ALIAS AUTEM NON REPPERERUNT
QUAS SIMILI MODO TRADERENT
UNIUERSUSQ· ISRAHEL UALDE
DOLUIT ET EGIT PAENITUDINEM
SUPER INTERFECTIONEM
UNIUS TRIB· ISRAHEL
DIXERUNTQ· OMNES MAIORES
NATU QUID FACIEMUS RELIQUIS
QUI NON ACCEPERUNT UXORES
OMNES IN BENIAMIN FEMINAE
CONCIDERUNT CURA
ET MAGNA NOBIS INGENTIQ· STUDIO
PROUIDENDUM EST
NE UNA TRIB· DELEATUR EX ISRĀL
FILIAS NOSTRAS EIS DARE
NON POSSUMUS
CONSTRICTI IURAMENTO
ET MALEDICTIONE QUA DIXIMUS
MALEDICTUS QUI DEDERIT
DE FILIABUS SUIS UXOREM
BENIAMIN
CEPERUNTQ· CONSILIUM
ATQ· DIXERUNT
ECCE SOL· LEMNITAS DÑI EST
IN SILO ANNIUERSARIA
QUAE SITA EST AD SEPTENTRIONE̅
URBIS BETHEL
ET AD ORIENTALEM PLAGAM
UIAE QUAE DE BETHEL TENDIT
AD SYCHIMAM
ET AD MERIDIEM OPPIDI LEBONA
PRAECEPERUNTQ· FILIIS
BENIAMIN ATQ· DIXERUNT
ITE ET LATETE IN UINEIS
CUMQUE UIDERITIS FILIAS SILO
ADDUCENDOS CHOROS EX MORE
PROCEDERE EXITE REPENTE
DE UINEIS ET RAPITE EAS
SINGULI UXORES SINGULAS
ET PERGITE IN TERRAM BENIAMIN
CUMQUE UENERINT PATRES EARUM
AC FRATRES
ET ADUERSUM UOS QUERI COEPERIN̅
AC IURGARI
DICEMUS EIS MISEREMINI EORUM
NON ENIM RAPUERUNT EAS IURE
BELLANTIUM ATQ· UICTORUM
SED ROGANTIB· UT ACCIPERENT
NON DEDISTIS
ET A UESTRA PARTE PECCATUM EST
FECERUNTQ· FILII BENIAMIN
UT SIBI FUERAT IMPERATUM
IUXTA NUMERUM SUUM RAPUERUN̅
SIBI DE HIS QUAE DUCEBANT
CHOROS UXORES SINGULAS
ABIERUNTQ· IN POSSESSIONEM SUAM
AEDIFICANTES URBES ET HABI
TANTES IN EIS
FILII QUOQ· ISRAHEL REUERSI SUN̅
PER TRIB· ET FAMILIAS
IN TABERNACULA SUA
IN DIEBUS ILLIS NON ERAT REX
IN ISRAHEL
SED UNUSQUISQ· QUOD SIBI
RECTUM UIDEBATUR
HOC FACIEBAT AMEN

EXPLI LĪB IUDICUM

INCIP LĪB RUTH

IN DIEBUS UNIUS IUDICIS
QUANDO IUDICES PRAEERANT
FACTA EST FAMES IN TERRA
ABIITQ· HOMO DE BETHLEEM IUDA
UT PEREGRINARETUR IN REGI
ONE MOABITIDAE
CUM UXORE SUA AC DUOB· LIBERIS
IPSE UOCABATUR HELIMELECH
UXOR EIUS NOEMI
ET DUO FILII EIUS ALTER MAALON
ET ALTER CELLION
EFRATHEUS DE BETHLEEM IUDA
EGRESSIQ· IN REGIONEM MOABITIDE
MORABANTUR IBI
ET MORTUUS EST HELIMELECH
MARITUS NOEMI
REMANSITQ· IPSA CUM FILIIS
QUI ACCEPERUNT UXORES
MOABITIDAS
QUARUM UNA UOCABATUR
ORPHA ET ALTERA RUTH
MANSERUNTQ· IBI DECEM ANNIS
ET AMBO MORTUI SUNT
MAALON UIDELICET ET CELLION
REMANSITQ· IBI MULIER ORBATA
DUOB· LIBERIS AC MARITO
ET SURREXIT UT PATRIAM
PERGERET
CUM UTRAQ· NURU SUA
DE REGIONE MOABITIDAE
AUDIERAT ENIM QUOD RESPEXIS
SET DNS POPULUM SUUM
ET DEDISSET EIS ESCAS
EGRESSA EST ITAQ· DE LOCO PER
EGRINATIONIS SUAE
CUM UTRAQUE NURU
ET IAM IN UIA POSITAE REUERTENDI
IN TERRAM IUDA DIXIT Q· AD EAS
ITE IN DOMUM PATRIS UESTRI
FACIAT DNS UOBISCUM MISERICORDIA
SICUT FECISTIS CUM MORTUIS
MEIS ET MECUM
DET UOBIS INUENIRE REQUIEM
IN DOMIBUS UIRORUM

QUOS SORTITURAE ESTIS
ET OSCULATA EST EAS
QUAE LEUATA UOCE FLERE
COEPERUNT ET DICERE
TECUM PERGEMUS AD POPULU TUU
QUIB· ILLA RESPONDIT
REUERTIMINI FILIAE MI
CUR UENITIS MECUM
NUM ULTRA HABEO FILIOS
IN UTERO MEO
UT UIROS EX ME SPERARE POSSITIS
REUERTIMINI FILIAE MI ABITE
IAM ENIM SENECTUTE
CONFECTA SUM
NEC APTA UINCULO CONIUGALI
ETIAM SI POSSEM HAC NOCTE
CONCIPERE ET PARERE FILIOS
SI EOS EXPECTARE UELITIS
DONEC CRESCANT ET ANNOS
IMPLEANT PUBERTATIS
ANTE ERITIS UETULAE QUAM NUBATIS
NOLITE QUAESO FILIAE MI
QUIA UESTRA ANGUSTIA ME
MAGIS PRAEMIT
ET EGRESSA EST MANUS DNI
CONTRA ME
ELATA IGITUR UOCE RURSUM
FLERE COEPERUNT
ORPHA OSCULATA SOCRU
REUERSA EST
RUTH ADHESIT SOCRUI SUAE
CUI DIXIT NOEMI
EN REUERSA EST COGNATA TUA
AD POPULUM SUUM ET AD DEOS
SUOS UADE CUM EA
QUAE RESPONDIT
NE AUERSERIS MIHI UT RELINQUAM
TE ET ABEAM
QUOCUMQ· PERREXERIS PERGAM
UBI MORATA FUERIS ET EGO
PARITER MORABOR
POPULUS TUUS POPULUS MEUS
DS TUUS DS MEUS
QUAE TE MORIENTEM TERRA

SUSCEPERIT IN EA MORIAR
IBIQ· LOCUM ACCIPIAM SEPULTURE
HAEC MIHI FACIAT DS ET HAEC ADDAT
SI NON SOLA MORS ME ET TE
SEPARAUERIT
UIDENS ERGO NOEMI QUOD
OBSTINATO RUTH ANIMO DECRE
UISSET SECUM PERGERE
AUERSARI NOLUIT
NEC ULTRA AD SUOS REDITUM
PERSUADERE
PROFECTEQ· SUNT SIMUL
ET UENERUNT IN BETHLEM
QUIB· URBEM INGRESSIS UELOX
APUD CUNCTOS FAMA PERCREBRUIT
DICEBANTQ· MULIERES
HAEC EST ILLA NOEMI
QUIB· AIT NE UOCETIS ME NOEMI
ID EST PULCHRAM
SED UOCATE ME MARA
ID EST AMARAM
QUIA UALDE ME AMARITUDINE
REPLEUIT OMNIPOTENS
EGRESSA SUM PLENA ET UACUAM
REDUXIT ME DNS
CUR IGITUR UOCATIS ME NOEMI
QUAM HUMILIAUIT DNS ET AD
FLIXIT OMNIPOTENS
UENIT IGITUR NOEMI CUM RUTH
MOABITIDAE NURU SUA DE TERRA
PEREGRINATIONIS SUAE
AC REUERSA EST IN BETHLEM
QUANDO PRIMUM HORDEA
METEBANTUR
·II· ERAT AUTEM UIR HELIMELECH
CONSANGUINEUS
HOMO POTENS AC MAGNARUM
OPUM NOMINE BOOZ
DIXITQ· RUTH MOABITIDIS
AD SOCRUM SUAM
SI IUBES UADAM IN AGRUM ET
COLLIGAM SPICAS QUAE METEN
TIUM FUGERINT MANUS
UBICUMQ· CLEMENTIS IN ME
PATRIS FAMILIAS REPPERERO
GRATIAM
CUI ILLA RESPONDIT UADE FILIA MI
IBIT ITAQ· ET COLLIGEBAT SPICAS
POST TERGA METENTIUM
ACCIDIT AUTEM UT AGER ILLE
HABERET DOMINUM NOMINE BOOZ
QUI ERAT DE COGNATIONE
HELIMELECH
ET ECCE IPSE UENIEBAT
DE BETHLEM
DIXITQ· MESSORIB· DNS UOBISCUM
QUI RESPONDERUNT EI
BENEDICAT TIBI DNS
DIXITQ· BOOZ IUUENI QUI MESSO
RIBUS PRAEERAT
CUIUS EST HAEC PUELLA
QUI RESPONDIT
HAEC EST MOABITIS QUAE UENIT
CUM NOEMI DE REGIONE MOABITIDE
ET ROGAUIT UT SPICAS COLLIGERET
REMANENTES SEQUENS
MESSORUM UESTIGIA
ET DE MANE USQUE NUNC
STAT IN AGRO
ET NE AD MOMENTUM QUIDEM
DOMUM REUERSA EST
ET AIT BOOZ AD RUTH
AUDI FILIA NE UADAS AD COLLIGENDUM
IN ALTERUM AGRUM NEC
RECEDAS AB HOC LOCO
SED IUNGERE PUELLIS MEIS
ET UBI MESSUERINT SEQUERE
MANDAUI ENIM PUERIS MEIS
UT NEMO TIBI MOLESTUS SIT
SED ETIAM SI SITIERIS UADE
AD SARCINULAS
ET BIBE AQUAS DE QUIBUS
ET PUERI BIBUNT
QUAE CADENS IN FACIEM SUAM
ET ADORANS SUPER TERRAM
DIXIT AD EUM
UNDE MIHI HOC UT INUENIREM
GRATIAM ANTE OCULOS TUOS

Et nosse me dignareris
peregrinam mulierem
Cui respondit
Nuntiata sunt mihi omnia quae
feceris socrui tuae post
mortem viri tui
Et dereliqueris parentes tuos
et terram in qua nata es
Et veniris ad populum
quem ante nesciebas
Reddat tibi dns pro opere tuo
et plenam mercedem recipias
a dno do israhel
Ad quem venisti et sub cuius
confugisti alas
Quae ait
Inveni gratiam ante oculos
tuos domine mi
qui consolatus es me et locutus
es ad cor ancillae tuae
quae non sum similis unius
puellarum tuarum
Dixitq· ad eam booz
quando hora vescendi fuerit
veni huc et comede panem
et intingue buccellam
tuam in aceto
Sedit itaq· ad messorum latus
et congessit pulentam sibi
comeditq· et saturata est
et tulit reliquias
Atque inde surrexit ut spicas
ex more colligeret
Praecepit autem booz
pueris suis dicens
Etiam si vobiscum metere
voluerit ne prohibeatis eam
Et de vestris quoq· manipulis
proicite de industria
et remanere permittite
ut absq· rubore colligat
et colligentem nemo
corripiat
Collegit ergo in agro
usque ad vesperum
Et quae collegerat virga
cedens et excutiens
Invenit hordei quasi ephi
mensuram
Id est tres modios
quos portans reversa est
in civitatem
Et ostendit socrui suae
Insuper protulit et dedit ei
de reliquiis cibi sui
quo saturata fuerat
Dixitq· ei socrus
Ubi hodie collegisti
et ubi fecisti opus
Sit benedictus qui misertus
est tui
Indicavitq· ei apud quem
fuisset operata
Et nomen dixit viri quod booz
vocaretur
Cui respondit noemi
Benedictus sit a dno
quoniam eandem gratiam
quam praebuerat vivis
servavit et mortuis
Rursumq· propinquus ait
noster est homo
Et ruth hoc quoq· inquit
praecepit mihi
ut tam diu messoribus eius
iungerer
donec omnes segetes
meterentur
Cui dixit socrus
Melius est filia mi ut cum
puellis eius exeas
ad metendum
ne in alieno agro quispiam
resistat tibi
Iuncta est itaque puellis booz
et tam diu cum eis messuit
donec hordea et triticum
in horreis conderentur

III POSTQUAM AUTEM REUERSA EST
AD SOCRUM SUAM AUDIUIT AB EA
FILIA MI QUAERAM TIBI REQUIEM
ET PROUIDEBO UT BENE SIT TIBI
BOOZ ISTE CUIUS PUELLIS IN AGRO
IUNCTA ES PROPINQUUS
NOSTER EST
ET HAC NOCTE AREAM HORDEI
UENTILAT
LAUA IGITUR ET UNGUERE ET IN
DUERE CULTIORIBUS UESTI
MENTIS AC DESCENDE IN AREAM
NON TE UIDEAT HOMO DONEC
ESUM POTUMQ· FINIERIT
QUANDO AUTEM IERIT
AD DORMIENDUM
NOTA LOCUM IN QUO DORMIAT
UENIESQ· ET DISCOPERIES
PALLIUM QUO OPERIETUR
A PARTE PEDUM
ET PROICIES TE ET IBI IACEBIS
IPSE AUTEM DICET TIBI
QUID AGERE DEBEAS
QUAE RESPONDIT QUIDQUID
PRAECEPERIS FACIAM
DESCENDITQ· IN AREAM ET FECIT
OMNIA QUAE SIBI IMPERA
UERAT SOCRUS
CUMQ· COMEDISSET BOOZ
ET BIBISSET ET FACTUS
ESSET HILARIOR
ISSETQ· AD DORMIENDUM IUXTA
ACERUUM MANIPULORUM
UENIT ABSCONDITE ET DISCOPERTO
A PARTE PEDUM PALLIO EIUS
SE PROIECIT
ET ECCE NOCTE IAM MEDIA
EXPAUIT HOMO ET CONTUR
BATUS EST
UIDITQUE MULIEREM IACENTEM
AD PEDES SUOS
ET AIT ILLI QUAE ES
ILLAQ· RESPONDIT
EGO SUM RUTH ANCILLA TUA
EXPANDE PALLIUM TUUM SUPER
FAMULAM TUAM QUIA PROPIN
QUUS ES, ET ILLE
BENEDICTA INQUIT ES A DÑO FILIA
ET PRIOREM MISERICORDIAM
POSTERIORE SUPERASTI
QUIA NON ES SECUTA IUUENES
PAUPERES SIUE DIUITES
NOLI ERGO METUERE SED QUID
QUID DIXERIS MIHI FACIAM TIBI
SCIT ENIM OMNIS POPULUS
QUI HABITANT INTRA PORTAS
URBIS MEAE
MULIEREM TE ESSE UIRTUTIS
NEC ABNUO ME PROPINQUUM
SED EST ALIUS ME PROPINQUIOR
QUIESCE HAC NOCTE ET FACTO MANE
SI TE UOLUERIT PROPINQUITATIS
IURE RETINERE BENE RES
ACTA EST
SIN AUTEM ILLE NOLUERIT EGO TE
SINE ULLA DUBITATIONE
SUSCIPIAM, UIUIT DÑS DORMI
USQUE MANE
DORMIUIT ITAQUE AD PEDES EIUS
USQ· AD NOCTIS ABSCESSUM
SURREXIT ITAQUE ANTEQUAM
HOMINES SE COGNOSCERENT
MUTUO
DIXITQ· BOOZ CAUE NE QUIS
NOUERIT QUOD HUC UENERIS
ET RURSUM EXPANDE INQUIT
PALLIOLUM TUUM QUO OPERERIS
ET TENE UTRAQ· MANU
QUA EXTENDENTE ET TENENTE
MENSUS EST SEX MODIOS HORDEI
ET POSUIT SUPER EAM
QUAE PORTANS INGRESSA EST
CIUITATEM ET UENIT AD SOCRUM SUAM
QUAE DIXIT EI QUID EGISTI FILIA
NARRAUITQ· EI OMNIA QUAE SIBI
FECISSET ET AIT
ECCE SEX MODIOS HORDEI
DEDIT MIHI ET AIT

Nolo uacuam te reuerti
ad socrum tuam
Dixitque Noemi expecta filia mi
donec uideamus quem res
exitum habeat
Neq; enim cessauit homo nisi
conpleuerit quod locutus est
iiii Ascendit ergo Booz
ad portam et sedit ibi
Cumq; uidisset propinquum
praeterire
de quo sermo prius habitus est
dixit ad eum
Declina paulisper et sede hic
uocans eum nomine suo
qui deuertit et sedit· tollens
autem Booz decem uiros
de senioribus ciuitatis dixit
ad eos sedete hic
quib; residentib; locutus est
ad propinquum
Partem agri fratris nostri
Helimelech
uendit Noemi quae reuersa est
de regione Moabitide
quod audire te uolui et tibi
dicere coram cunctis
sedentibus et maioribus
natu de populo meo
Si uis possedere iure propin
quitatis eme et posside
Sin autem tibi displicet hoc
ipsud indica mihi ut sciam
quid facere debeam
Nullus est enim propinquus
excepto te qui prior es
et me qui secundus sum
At ille respondit ego agrum
emam
Cui dixit Booz
quando emeris agrum
de manu mulieris
Ruth quoq; Moabitidem
quae uxor defuncti fuit
debes accipere
ut suscites nomen propinqui
in hereditate sua
qui respondit
cedo iure propinquitatis
Neque enim posteritatem
familiae meae delere debeo
Tu meo utere priuilegio
quo libenter carere
profiteor
Hic autem erat mos
antiquitus in Israhel
inter propinquos
et si quando alter alteri
suo iure cedebat
ut esset firma concessio
soluebat homo calciamentum
suum et dabat proximo suo
hoc erat testimonium
cessionis in Israhel
Dixit ergo propinquus Booz
tolle calciamentum quod statim
soluit de pede suo
At ille maiorib; natu
et uniuerso populo
Testes inquit uos estis hodie
quod possederim omnia quae
fuerunt Helimelech
et Chellion et Maalon
tradente Noemi
et Ruth Moabitidem uxorem
Maalon in coniugium sumpserim
ut suscitem nomen defuncti
in hereditate sua
ne uocabulum eius de familia
sua ac fratrib; et populo
deleatur
Uos inquam huius rei testes estis
Respondit omnis populus
qui erat in porta et maiores
natu nos testes sumus
Faciat Dns hanc mulierem
quae ingreditur domum tuam
sicut Rachel et Liam

quae aedificaverunt domum Israhel
ut sit exemplum virtutis
in Ephrata
ut habeat celebre nomen
in Bethleem
fiatque domus tua sicut domus
Phares quem peperit Thamar
Iudae de semine quod dederit
Dominus tibi ex hac puella
Tulit itaque Booz Ruth et acce
pit uxorem ingressusque est
ad eam et dedit illi Dominus
ut conciperet et pareret filium
dixeruntque mulieres ad Noemi
benedictus Dominus qui non est
passus ut deficeret succes
sor familiae tuae
et vocaretur nomen eius
in Israhel et habeas qui con
solaretur animam tuam
et enutriat senectutem
de nuru enim tua natus est
quae te diligit et multo tibi
melior est quam si septem
haberis filios
susceptumque Noemi puerum
posuit in sinu suo
et nutricis ac gerulae
fungebatur officio
vicinae autem mulieres
congratulantes ei dicebant
natus est filius Noemi vocave
runt nomen eius Obed
hic est pater Isai patris David
hae sunt generationes Phares
Phares genuit Esrom
Esrom genuit Aram
Aram genuit Aminadab
Aminadab genuit Naasson
Naason genuit Salma
Salma genuit Booz
Booz genuit Obed
Obed genuit Isai
Isai genuit David regem

explicit lib(er) Ruth

PRAEFATIO REGNORUM

Viginti et duas esse litteras
apud Hebreos Syrorum quoque et Chalde
orum lingua testatur quae Hebreae
magna ex parte confinis est nam et ipsi
viginti duo elementa habent eodem
sono sed diversis characteribus Samari
tani etiam Pentateuchum Mosi
totidem litteris scriptitant figuris tantum
et apicibus discrepantes. Certumque est
Ezram scribam legisque doctorem
post capta Hierosolyma et instauratio
nem templi sub Zorobabel alias littera(s)
repperisse quibus nunc utimur cum ad
illut usque tempus idem Samaritanorum
et Hebraeorum characteres fuerint.
In libro quoque Numerorum haec eadem
supputatio sub Levitarum ac sacerdotum
censu mystice ostenditur. Et nomen
Domini tetragrammaton in quibusdam
Graecis voluminibus usque hodie
antiquis expressum litteris invenimus.
Sed et psalmi tricensimus sextus
et centissimus decimus et centesimus
undecimus et centensimus octavus decimus
et centensimus quadragensimus quartus
quamquam diverso scribantur metro
tamen eiusdem numeri texuntur
alphabeto et Hieremiae Lamentationes
et oratio eius. Salomonis quoque in fine
Proverbia ab eo loco in quo ait: Mulierem
fortem quis inveniet isdem alfabetis vel
incisionibus supputantur. Porro quinque
litterae duplices aput eos sunt
chaph mem nun phe sade. Aliter enim
per has scribunt principia medietatesque
verborum aliter fines. Unde et quinque
a plerisque libri duplices aestimantur:
Samuhel Malachim Dabreiamin Ezras
Hieremias cum Cinoth id est Lamentationibus
suis. Quomodo igitur viginti duo elementa
sunt per quae scribimus Hebraice omne
quod loquimur et eorum initiis vox hu
mana conpraehenditur ita viginti duo
volumina supputantur quibus quasi litteris

et exordiis in dī doctrina tenera atque
et lactans uiri iusti eruditur infantia.
Primus apud eos liber uocatur bresith.
quem nos genesim dicimus. Secundus
hellesmoth. qui exodus appellatur.
Tertius uaiecra. id est leuiticus.
Quartus uaiedabber quem numeros
uocamus. Quintus addabarim. qui deutero
nomium prenotatur. hi sunt quinque
libri mosi quos propriae thorath. id est
legem appellant. secundum prophetarū
ordinem faciunt et incipiunt ab iesu
filio naue qui apud eos iosue ben nun
dicitur. deinde subtexunt sopthim.
id est iudicum librum et in eundem
conpingunt ruth. quia in diebus iudicū
facta narratur historia. tertius sequitr
samuhel. quem nos regnorum primū
et secundum dicimus. quartus malachim
id est regum qui tertio et quarto regno
rum uolumine continetur. meliusque
multo est malachim id est regum quam
malachoth id est regnorum dicere.
Non enim multarum gentium regna
describit sed unius israhel populi
qui tribubus duodecim continetur.
Quintus est esaias sextus hieremias.
septimus hiezechiel. octauus liber
duodecim prophetarum qui apud illos
uocatur thareasra. tertius ordo
αγιογραφα possidet et primus liber
incipiet ab iob secundus a dauid quem
quinque incisionibus et uno psalmorū
uolumine conprehendunt. tertius
est salomon tres libros habens pro
uerbia quae illi parabolas id est
masaloth appellant et ecclesiasten
id est accoeleth et canticum canticorū
quem titulo sirassirim prenotant.
sextus est danihel septimus dabreiamin.
id est uerba dierum quod significantius
χρονικον totius diuinae historiae pos
sumus appellare. qui liber apud nos
παραλιπομενων primus et secundus
scribitur. octauus ezras qui et ipse
similiter apud grecos et latinos in duos
libros diuisus est. nonus esther atque ita
fiunt pariter ueteris legis libri
Uiginti duo. id est mosi quinque prophetā
rum octo agiographorum nouem
quamquam nonnulli ruth et cinoth inter
αγιογραφα scriptitent et libros hos
in suo putent numero supputandos.
a per hoc esse priscae legis libros xxti
quattuor quos sub numero uiginti quat
tuor seniorum apocalypsis iohannis
inducit adorantes agnum et coronas suas
prostratis uultib. offerentes stantibus
coram quattuor animalibus oculatis
retro et ante id est et in praeteritum
respicientes
et in futurum et indefessa uoce claman
tibus scs scs scs dns ds omnipotens
qui erat et qui est et qui futurus est.
Hic prologus scripturarum quasi galeatū
principium omnibus libris quos de hebraeo
uertimus in latinum conuenire potest
ut scire ualeamus quicquid extra hos est
inter apocrypha seponendum
Igitur sapientia quae uulgo solomonis
inscribitur et hiesu filii sirach liber
et iudith et tobias et pastor non sunt
in canone Macchabeorum primum
librum hebraicum repperi secundus
graecus est quod et ex ipsa φρασι
probari potest quae cum ita se habeant
obsecro te lector ne laborem meum
reprehensionem aestimes antiquorum.
In tabernaculum dī offert unusquisq.
quod potest. Alii aurum et argentum
et lapides pretiosos. Alii byssum et
purpuram coccum offerunt
et hyacinthum. nobiscum bene agetur
si obtulerimus pelles et caprarum
pilos. et tamen apostolus contemp
tibiliora nostra magis necessaria
iudicat. Unde et tota illa tabernaculi
pulchritudo et per singulas species
ecclesiae praesentis futuraeq.

distinctio pellibus tegitur et ciliciis
ardoremque solis et iniuriam imbrium
ea quae viliora sunt prohibent.
Lege ergo primum Samuhel et Malachim
meum; meum inquam meum quicquid enim
crebrius vertendo et emendando
sollicitius edidicimus et tenemus nostrum
est; et cum intellexeris quod antea
nesciebas vel interpretem me aestimato
si gratus es vel παραφραστήν
si ingratus quamquam mihi omnino
conscius non sim mutasse me quippiam
de hebraica veritate. Certe si incredulus
es lege graecos codices et latinos
et confer cum his opusculis et ubicumque
inter se videris discrepare interroga
quemlibet Hebraeorum cui magis
accommodare debeas fidem et si nostra
firmaverit puto quod eum non aestimes
coniectorem ut in eodem loco mecum
similiter divinarit. Sed et vos famulas
Christi rogo quae Domini discumbentis
praetiosissimo fidei myro unguitis
caput quae nequaquam Salvatorem quaeritis
in sepulchro quibus iam ad patrem
Christus ascendit ut contra latrantes canes
qui adversum me rabido ore deseviunt
et circumeunt civitatem atque in eo
se doctos arbitrantur si aliis detrahant
orationum vestrarum clypeos
opponatis. Ego sciens humilitatem meam
illius semper sententiae recordabor:
Custodiam vias meas ut non delinquam
in lingua mea. Posui ori meo custodiam
cum consisteret adversum me peccator.
Ommutui et humiliatus sum et silui
de bonis.

EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT BREVIS

I Duo filii Heli Ophni et Finees sacerdotes.
II Anna sterelis
III Oratio Annae habendi filium
IIII Canticum Annae
V Samuhel in ministerio domus Dei
diligatur a parentibus
VI Excessus filiorum Heli sacerdotis
VII Peccatum puerorum Heli sacerdotis
VIII Item Annae ex benedictione
nati sunt tres filii
VIIII Adulterium filiorum Heli
X Heli arguitur a Domino pro excessibus
XI Ministerium Samuhel
XII Vocatur Samuhel a Domino tertio per visionem
XIII Sermo Domini ad Samuhel in Silo
XIIII Proelium Philisthim contra Israhel
in quo arca est capta etiam
Ophni et Finees mortui sunt
XV Veniens sceleri nuntius et cecidit Heli
sacerdos et mortuus est et arcam Dei
posuerunt contra simulachrum
Dagon. Propter quod percussit Dominus
Philistheos in posteriora et reduxerunt
eam ad Israhel
XVI Adloquitur Samuhel Israheli ut relinquant
Bahalim et Astaroth et serviant
Domino et orante eo liberati sunt
a Phylistheos et nec ultra valuerunt
in diebus Samuhel
XVII Samuhel duos filios suos iudices Israhel
constituit qui excesserunt quapropter
petiit Israhel a Samuhel constitui
sibi regem et Domino displicuit
XVIII Iubente Domino ius regis constituitur Israhel
quorum filios in servitium redegit
etiam praedia
XVIIII In regnum eligitur Saul
XX Ignoranti Samuheli deducitur Saul
a Domino et constituitur dux Israhel
XXI Primum bellum Saul contra Naas
XXII Renitentes aliquos ex populo iterum
innovavit regnum Saul Samuhel
in Galgalis et penituit populum
petisse sibi regem

xxiii Excessit saul offerens uictimas inlicitam
xxiiii Prima cedis ionathae de philisthim
et nomina filiorum saul .
xxu Paenitet dnm fecisse saul regem
xxui Testimonium prophetae dicentis .
nolle dm sacrificium sed oboedientiam
paenituit saul et eo nolente orauit
samuhel et auertens se abeo
tenuit summitatem pallii eius
et scissum est . et samuhel propheta
manib; suis interfecit agag
regem amalech
xxuii Spraeto saul rege elegit dns filium
isai in regno nomine dauid et saul
uexatur ab spu malo .
xxuiii Golia spurius surrexit contra isral
quem extinxit dauid adiuuante dno
principium belli eius
xxuiiii Ionatha filius saul et dauid inierunt
foedus . adreptus saul
xxx Adreptus saul percutere uoluit
dauid lancia
xxxi Post adreptionem saul denuo pro
phetauit cum ceteris signum
inter dauid et ionatha
xxxii Dauid mutat regionem in qua panes pro
positionis acceptos ab abimelech sacer
dote comedit
xxxiii Refugit dauid ad achis regem geth
xxxiiii Fugit iterum in speluncam odollam ubi
incolae elegerunt eum sibi principem
et commendauit matrem et fratres
suos regi moab
xxxu Arreptus diabolo saul iussit doec seruo
suo et interfecit sacerdotes lxxu
uestitos efod lineo et ciuitatem
eorum percussit in ore gladii
xxxui Consulit dauid dnm secundo si iuberet
ei ut exiret contra phylisteos in ceila
et ortatior et audiens saul consur
gens aduersus eum
xxxuii Occurrit ionathan in silua ad confor
tandum dauid quem incolae terrae
prodent ad saul
xxxuiii Mutauit locum latendi dauid in gaddi
quem secutus saul in spelunca intro
gresso ad secreta naturae amputauit
dauid extremum clamydis eius et non
sensit quem percutere noluit metu
dni sed secutus est eum increpans
ostendit ei scissuram clamydis
xxxuiiii Testimonium quod contra saul arguen
do dixit dauid et conpunctus saul
fleuit et profitetur iustiorem
essem dauid quam se
xl Obitum samuhel prophetae et nabal
tondit oues qui respuit nuntios dauid .
sed abigail uxor eius curauit uulnus
quod ferat uir suus
xli Iterum saul post beneficium quod ei con
cessit dauid persequitur eum in ziph
et tradidit eum dns in manus dauid
et noluit percutere eum
xlii Item fugit dauid in regione philisthi
norum quem desiit persequi saul
et percussit dauid omnem terram
xliii Bellum achis contra israhel et de
samuhelis morte et saul abstulit
magos de terra
xliiii Saul rex excedit quaerens pithonissam
et sps samuhel loquitur ad eum
qui ei praedixit mortem sibi uentu
ram in alio die et filiorum
suorum pariter
xlu Populus siceleg lapidare uoluerunt
dauid dolentes pro suis qui fuerant
captiuati spoliam et iubet dauid
diuidi etiam his qui defecerant
euntes post latrunculos .
misit etiam dona senioribus iuda
proximis suis
xlui Superatur isrl a philisthim et in
terficiunt filios saul et ipsum
sagittis uulnerarunt . postmodum
gladio suo incubuit et armiger
eius similiter . Populus iabin
secuti philisthim sustulerunt
corpus saul et filiorum eius

et incenderunt igni et sepelierunt eos
et ieiunauerunt septem diebus

XLVII Nuntiatum sceleris iubet dauid ante se
interfici et pro morte ionathae
et patris et fratrum eius

XLVIII Luxit dauid mortem saul et filiorum
eius quae ante praedicta sunt
et testimoniis adloquitur dauid

XLVIIII Consuluit dauid dominum in qua urbe iudae
ascendat et respondit ei in hebron
et egit gratias uiris iabis
pro sepultura saul

L Abner filius ner filium saul regem
fecit et regnauit duobus annis
qui et pugnauerunt contra dauid
grauiter et asahel ibi occiditur

LI Longa fuit discordia inter domum dauid
et saul et sex nomina filiorum dauid
qui nati sunt ei in hebron

LII Iurgium inter abner et filium saul causa
concubinae saul patris sui et michol
reducitur ad dauid

LIII Abner deserens filium saul et uenit
ad dauid cum uniuersis qui dissentie
bant quos dauid subdit .

LIIII Ioab displicuit amicitia abner cum dauid
quem reuocans occidit inscio rege
pro asahel fratrem suum

LV Displicuit dauid factum ioab et male
dixit eum dicens non deficiat de
domo ioab fluxum seminis sustinens
uel leprosus et cetera

LVI Dauid exsequias et luctum celebrari
iubet percussorem abner id est
ioab etiam uulgus cum eo
et de morte hisboseth

LVII Post necem filiorum saul uel abner
uenit uniuersus israhel et seniores
eorum ad dauid et celebrauit cum eis
foedus quod quadraginta annis
regnauerit in israhel

LVIII Rex tyrii misit munera dauid et nomina
filiorum eius qui nati sunt ei
in hierusalem

LVIIII Ascenderunt philisthim ad debellandum
dauid qui consuluit dominum et iussit ei
adgredi bellum quos interfecit et re
parantes se secundo redeunt itemque
consuluit dominum et respondit ei quod
ante faciem eius egrederetur contra
philisthim cum arca domini

LX Oza percussit manum in arcam domini
et contristatus est dauid

LXI Benedixit dominus obededom qui suscipit
arcam dei tribus mensibus quod dauid
noluit timeri

LXII Dauid reuocat arcam dei de domo
obededom in ciuitatem suam cum
gaudio saltans ante eam et obtulit
holocaustum domino et dedit uiris et
mulieribus collyridam panis unam
et assaturam carnis bubulae unam
et similam frixam oleo

LXIII Michol uxor dauid primaria filia saul
displicuit qui saltauit ante arca
cui dauid digne respondit .

LXIIII Uisum est dauid iniustum quod ipse
habitaret in domo cedrina et arca
dei in pellibus et accepit responsum
legis filium habiturum qui aedificauit
domum domino et oratio dauid

LXV Percussit dauid moab et abstulit
frenum tributi de manu philisthim
et fecit eum sibi tributarium
et aliob reges et spolia eorum

LXVI Thou rex emath misit ioram filium
suum cum muneribus ut saluaret
eum. ut in ualle salinarum
caesis XII milia

LXVII Filii dauid sacerdotes. requirit etiam
semen ionathae ad retribuendum bona.

LXVIII Requirit dauid filium ammon nomine
anon, ut faceret cum eo misericordia.
recolens beneficia patris eius
qui ad prehendens pueros dauid
rasit dimidiam barbam eorum
hortantes principes eius exinde
oritur proelium .

LXVIIII Incurrit rex in uxorem uriae etthei
quod displicuit dño. et misit nathan
prophetam ad dauid increpans eum
pro facto hoc et percussit
filium eius morte

LXX Consilium ioab dicentis regi adesto
uictoriae belli ne postmodum
adscribatur mihi uictoria
sed potius tibi

LXXI Filius dauid amnon sororem suam
thamar stuprauit propter quam
occidit eum absalon et fugit
ad regem gessur

LXXII Ioab per mulierem sapientem figuri
fecit ad ire regem dauid ut parceret
filio suo absalon et indulgens iussit
ioab reducere eum de gessur. ita
ut regem non uideret qui reconcilia
tus patri obsculatus est eum
faciente ioab

LXXIII Fugit rex dauid propter temeritatem
filii sui absalon et arcam dĩ quam
secum portauerat iussit in domum
dñi reuocari.

LXXV Semei filius gera de cognatione domus
saul resultans lapidabat dauid
exprobans ei qui patienter sustenuit

LXXVI Consilium petit absalon abithofel
qui dedit ei incertum petens ab eo
XII milia uirorum ut persequeretur
dauid et reuocat eum husai dans
meliorem ut induceret dñs super
absalon malum. quod cernens
abitofel non se praeualuisse reuers
domum suam suspendio interiit

LXXVII Diuidens dauid exercitum tribus ducib.
ipsum prohibent secum exire quib.
praecepit filium sibi absalom
reseruari

LXXVIII Interitus absalon filii dauid quem
lugens pater arguet eum ioab
princeps quod exercitum suum
contristaret et quod in ciuitatem
reuerti nollet.

LXXVIIII Absq. uoluntate omnis populi israhel
noluit reuerti dauid in hierusalem
post caede regis uel morte
absalon quem sibi elegerant

LXXX Clementia regis dauid circa omnes
qui maledixerant ei pergenti
a facie absalon uel qualiter
responderit oranti sibi malum

LXXXI Beneficia berzellai circa regem
cui uolueran(s) reddere beneficium
senectus inpediuit

LXXXII Iurgium inter tribum iuda qui erat
cum dauid. et israhel qui erat
cum seba filium bochri

LXXXIII Seba filius bochri cogitauit malum
contra dauid regem quem ioab
consecutus in ciuitatem obsiderat
quam subuertere uoluit nisi mulier
per murum postulasset pro
cunctis habitantibus. et amputasset
caput seba tradidit ioab
et saluauit ciuitatem

LXXXIIII Minatur dš dauid fame interemp
turum omnia propter saul.
qui consuluit dñm et dedit remedium
in uiris .VII. quos tradidit gabaonitis
et placatus est. recollectis
ossis saul et ionatha sepeliuit
in sepulchro chis patris sui

LXXXV De quattuor bella statu proceri
qui unus eorum senos digitos
habuit in manibus et in pedibus
id est uiginti quattuor digitos

LXXXVI Canticum dauid quem cantauit dño
in die qua liberauit eum de manu
inimicorum eius et de manu saul

LXXXVII Ubi ad loquitur dauid ad populum

LXXXVIII Sitiens dauid in spelunca desiderauit
aqua de cisterna quae est
ad porta bethleem delatam
noluit bibere propter
temeritate portitorum dicens
propitius sit mihi dñs ne bibam
san g u i n e m h o m i n u m

ET LIBAUIT EAM DÑO
LXXXIIII AB ASAI FRATER IOAB QUI LEUAUIT MANUM
CONTRA TRECENTOS UIROS INTER
FECIT EOS ET CETERIS FORTES UIRI
IN QUIBUS UNUS LEONES ABSQUE FERRO
OCCIDIT ET AEGYPTIUM FORTEM
HASTA SUA EUM PUNIIT
XC INDIGNATUR DS CONTRA ISRAHEL
IUSSIT DINUMERARI ET POST DINUME
RATIONEM IUBET EUM PER DILATIONEM
ELECTIONE PLAGARUM TRIUM
E QUIBUS UNA EUENIT IN POPULO
TRIBUS DIEBUS · ET IUBETUR ANGELO
A DÑO QUIESCERE ET UT NON SIT
OFFERENDUM HOLOCAUSTA
NISI DE PROPRIO
LA
BO
RE

EXPLICIT BREUIS

IN CIPIT REGUM

LIBER PRIMUS

QUI HEBRAICE APPEL

LATUR SAMUHEL

I FUIT UIR UNUS DE RAMATHAIM
SOPHIM DE MONTE EPHRAIM
ET NOMEN EIUS HELCANA
FILIUS HIEROAM FILII HELIU
FILII THAU FILII SUPH EPHRATHEUS.
ET HABUIT DUAS UXORES
NOMEN UNI ANNA · ET NOMEN
SECUNDAE FENENNA
FUERUNTQ· FENENNAE FILII
ANNAE AUTEM NON ERANT LIBERI
ET ASCENDEBAT UIR ILLE DE CIUITATE
SUA STATUTIS DIEBUS
UT ADORARET ET SACRIFICARET
DÑO EXERCITUUM IN SILO
ERANT AUTEM IBI DUO FILII HELI
OPHNI ET FINEES SACERDOTES DÑI
II UENIT ERGO DIES ET IMMOLAUIT
HELCANA
DEDITQ· FENENNAE UXORI SUAE
ET CUNCTIS FILIIS EIUS
ET FILIABUS PARTES
ANNAE AUTEM DEDIT PARTEM
UNAM TRISTIS
QUIA ANNAM DILIGEBAT,
DÑS AUTEM CONCLUSERAT
UULUAM EIUS
ADFLIGEBAT QUOQUE EAM
AEMULA EIUS ET UEHEMENTER
ANGEBAT
IN TANTUM UT EXPROBRARET
QUOD CONCLUSISSET DÑS
UULUAM EIUS
SICQUE FACIEBAT PER SINGULOS
ANNOS
CUM REDEUNTE TEMPORE
ASCENDERENT TEMPLUM DÑI
ET SIC PROUOCABAT EAM
PORRO ILLA FLEBAT ET NON
CAPIEBAT CIBUM
III DIXIT ERGO EI HELCANA UIR SUUS
ANNA CUR FLES ET QUARE
NON COMEDIS
ET QUAM OB REM ADFLIGITUR
COR TUUM

Numquid non ego melior sum
tibi quam decem filii
Surrexit autem anna postquam
comederat in silo et biberat
Et heli sacerdote sedente
super sellam ante postes
templi dni
Cum esset amaro animo
orauit dnm flens largiter
et uotum uouit dicens
Dne exercituum
si respiciens uideris adflictio
nem famulae tuae
et recordatus mei fueris
nec oblitus ancillae tuae
dederisq· seruae tuae
sexum uirilem
dabo eum dno omnes dies
uitae eius
et nouacula non ascendet
super caput eius
Factum est ergo cum illa multi
plicaret preces coram dno
ut heli obseruaret os eius
porro anna loquebatur
in corde suo
tantumq· labia illius mouebantur
et uox penitus non audiebatur
aestimauit igitur eam heli
temulentam dixitq· ei
usquequo ebria eris
digere paulisper uinum
quo mades
Respondens anna nequaquam
inquit domine mi
nam mulier infelix nimis
ego sum
uinumque et omne quod inebri
are potest non bibi
sed effudi animam meam
in conspectu dni
ne reputes ancillam tuam
quasi unam de filiab· belial
quia ex multitudine doloris
et meroris mei
locuta sum usq· in praesens
Tunc heli ait
uade in pace et ds israhel
det tibi petitionem
quam rogasti eum
Et illa dixit
utinam inueniat ancilla tua
gratiam in oculis tuis
Et abiit mulier in uiam suam
et comedit
uultusq· eius non sunt amplius
in diuersa mutati
Et surrexerunt mane
et adorauerunt coram dno
reuersiq· sunt et uenerunt
in domum suam ramatha
Cognouit autem helcana
annam uxorem suam
et recordatus est eius dns
Et factum est post
circulum dierum
concepit anna et peperit filium
uocauitque nomen eius
samuhel eo quod a dno
postulasset eum
Ascendit autem uir helcana
et omnis domus eius
ut immolaret dno hostiam
sollemnem et uotum suum
Et anna non ascendit
dixit enim uiro suo
non uadam donec ablactetur
infans et ducam eum
et appareat ante con
spectum dni
et maneat ibi iugiter
Et ait ei helcana uir suus
fac quod bonum tibi uidetur
et mane donec ablactes eum
praecorque ut impleat
dns uerbum suum
Mansit ergo mulier
et lactauit filium suum

DONEC AMOUERET EUM A LACTE
ET ADDUXIT EUM SECUM
POSTQUAM ABLACTAUERAT
IN UITULIS TRIB: ET TRIBUS MODIIS
FARINAE ET AMPHORA UINI
ET ADDUXIT EUM AD DOMUM
DÑI IN SILO
PUER AUTEM ERAT ADHUC
INFANTULUS
ET IMMOLAUERUNT UITULUM
ET OBTULERUNT PUERUM HELI.
ET AIT OBSECRO MI DOMINE
UIUIT ANIMA TUA DOMINE
EGO SUM ILLA MULIER QUAE STETI
CORAM TE HIC ORANS DÑM
PRO PUERO ISTO
ORAUI ET DEDIT DÑS MIHI PETITIO
NEM MEAM QUAM POSTU
LAUI EUM
IDCIRCO ET EGO COMMODAUI
EUM DÑO
CUNCTIS DIEBUS QUIB: FUERIT
ACCOM̄ODATUS DÑO
ET ADORAUERUNT IBI DÑM
ET ORAUIT ANNA ET AIT
EXULTAUIT COR MEUM IN DÑO
EXALTATUM EST CORNU
MEUM IN DÑO
DILATATUM EST OS MEUM
SUPER INIMICOS MEOS
QUIA LAETATA SUM IN SALUTARI TUO
NON EST SC̄S UT EST DÑS
NEQ; ENIM EST ALIUS EXTRA TE
ET NON EST FORTIS SICUT D̄S NOSTER
NOLITE MULTIPLICARE LOQUI
SUBLIMIA GLORIANTES
RECEDANT UETERA DE ORE UESTRO
QUONIAM D̄S SCIENTIARUM DÑS EST
ET IPSI PRAEPARANTUR
COGITATIONES
ARCUS FORTIUM SUPERATUS EST
ET INFIRMI ACCINCTI SUNT
ROBORE
SATURATI PRIUS PRO PANE
SE LOCAUERUNT
ET FAMELICI SATURATI SUNT
DONEC STERILIS PEPERIT PLURIMOS
ET QUAE MULTOS HABEBAT
FILIOS INFIRMATA EST
DÑS MORTIFICAT ET UIUIFICAT
DEDUCIT AD INFERNUM ET REDUCIT
DÑS PAUPEREM FACIT ET DITAT.
HUMILIAT ET SUBLEUAT
SUSCITAT DE PULUERE EGENUM
ET DE STERCORE ELEUAT PAUPEREM.
UT SEDEAT CUM PRINCIPIBUS
ET SOLIUM GLORIAE TENEAT
DÑI ENIM SUNT CARDINES TERRAE
ET POSUIT SUPER EOS ORBEM
PEDES SC̄ORUM SUORUM
SERUAUIT
ET IMPII IN TENEBRIS CONTICESCENT.
QUIA NON IN FORTITUDINE
ROBORABITUR UIR
DÑM FORMIDABUNT ADUERSARII EIUS
SUPER IPSOS IN CAELIS TONABIT
DÑS IUDICAUIT FINES TERRAE
ET DABIT IMPERIUM REGI SUO
ET SUBLIMAUIT CORNU XP̄I SUI
V ET ABIIT HELCANA RAMATHA
IN DOMUM SUAM
PUER AUTEM ERAT MINISTER
IN CONSPECTU DÑI ANTE FACIEM
HELI SACERDOTIS
VI PORRO FILII HELI FILII BLIAL
NESCIENTES DÑM NEQUE OFFICIUM
SACERDOTUM AD POPULUM
SED QUICUMQUE IMMOLASSET
UICTIMAM
UENIEBAT PUER SACERDOTIS
DUM COQUERENTUR CARNES
ET HABEBAT FUSCINULAM
TRIDENTEM IN MANU SUA
ET MITTEBAT EAM IN LEBETEM
UEL IN CALDARIAM
AUT IN OLLAM SIUE IN CACCABUM
ET OMNE QUOD LEUABAT FUSCINULA
TOLLEBAT SACERDOS SIBI

SICFACIEBANT UNIUERSO ISRAHELI
UENIENTIUM INSILO
ETIAM ANTEQUAM ADOLERENT
ADIPEM
UENIEBAT PUER SACERDOTIS
ETDICEBAT IMMOLANTI
DAMIHICARNEM UTCOQUAM
SACERDOTI
NONENIM ACCIPIAM ATECARNEM
COCTAM SEDCRUDAM
DICEBATQ· ILLI IMMOLANS
INCENDATUR PRIMUM IUXTA
MOREM HODIE ADEPS
ETTOLLE TIBI QUANTUMCUMQ·
DESIDERAT ANIMATUA
QUIRESPONDENS AIEBAT EI
NEQUAQUAM
NUNC ENIMDABIS ALIOQUIN
TOLLAM UI
VII ERAT ERGO PECCATUM PUERO
RUM GRANDENIMIS
CORAM DÑO
QUIADETRAHEBANT HOMINES
SACRIFICIODÑI
SAMUHEL AUTEM MINISTRABAT
ANTEFACIEMDÑI PUER
ACCINCTUS EPHOD LINEO
ETTUNICAM PARUAM FACIEBAT
EI MATER SUA
QUAM ADFEREBAT STATUTISDIEB·
ASCENDENS CUMUIRO SUO
UT IMMOLARET HOSTIAM
SOLLEMNEM
VIII ETBENEDIXIT HELI HELCANA
ET UXORI EIUS
DIXITQ· REDDAT DÑS TIBISEMEN
DEMULIERE HAC
PROFAENORE QUODCOMMO
DASTI DÑO
ETABIERUNT INLOCUMSUUM
UISITAUIT ERGO DÑS ANNAM
ETCONCEPIT ET PEPERIT TRES
FILIOS ETDUAS FILIAS
ETMAGNIFICATUSEST PUER
SAMUHEL APUDDÑM
VIIII HELI AUTEMERATSENEX UALDE
ET AUDIUIT OMNIAQUAEFACIEBANT
FILIISUI UNIUERSO ISRAHEL
ET QUOMODO DORMIEBANT
CUMMULIERIBUS QUAEOBSER
UABANT ADOSTIUM
TABERNACULI
ETDIXIT EIS QUARE FACITIS
RES HUIUSCEMODI
QUASEGO AUDIO RES PESSIMAS
ABOMNI POPULO
NOLITE FILII MI
NONENIMEST BONA FAMA
QUAM EGO AUDIO
UT TRANSGREDIFACIATIS
POPULUM DÑI
SIPECCAUERIT UIR INUIRUM
PLACARIEI POTEST DS
SI AUTEM INDÑM PECCAUERITUIR
QUIS ORAUIT PROEO
ETNON AUDIERUNT UOCEM
PATRIS SUI
QUIA UOLUIT DÑS OCCIDERE EOS
PUER AUTEM SAMUHEL PROFICI
EBAT ADQUE CRESCEBAT
ETPLACEBAT TAMDÕ
QUAM HOMINIBUS
X UENIT AUTEM UIR DĨ AD HELI
ET AIT ADEUM HAECDICIT DÑS
NUMQUID NON APERTE REUELA
TUSSUM DOMUI PATRIS TUI
CUMESSENT IN AEGYPTO
INDOMO PHARAONIS
ETELEGI EUM EXOMNIBUS
TRIBUBUS ISRAHEL MIHI
IN SACERDOTEM
UT ASCENDERET ALTAREMEUM
ETADOLERET MIHI INCENSUM
ETPORTARET EPHOD CORAMME
ET DEDI DOMUI PATRIS TUI OMNIA
DESACRIFICIIS FILIORUM ISRL
QUARECALCE ABICITIS
UICTIMAM MEAM

Et munera mea quae praecepi
ut offerentur in templo
et magis honorasti filios
tuos quam me
ut comederetis primitias
omnis sacrificii israhel
populi mei
propterea ait dns ds israhel
loquens locutus sum
ut domus tua et domus
patris tui
ministraret in conspectu meo
usque in sempiternum
nunc autem dicit dns absit
hoc a me
sed quicumque glorificaverit
me glorificabo eum
qui autem contemnunt me
erunt ignobiles
ecce dies veniunt
et praecidam brachium tuum
et brachium domus patris tui
ut non sit senex in domo tua
et videbis aemulum tuum
in templo in universis
prosperis israhel
et non erit senex in domo tua
omnib. diebus
verum tamen non auferam
penitus virum ex te
ab altari meo
sed ut deficiant oculi tui
et tabescat anima tua
et pars magna domus tuae
morietur
cum ad virilem aetatem
venerit
hoc autem erit tibi signum
quod venturum est duobus
filiis tuis ophni et finees
in die uno morientur ambo
et suscitabo mihi sacerdotem
fidelem
qui iuxta cor meum et animam
meam faciat
et aedificabo ei domum
fidelem
et ambulavit coram xpo meo
cunctis diebus
futurum est autem ut quicumq.
remanserit in domo tua
veniat ut oretur pro eo
et offerat nummum argen
teum et tortam panis
dicatq. dimitte me obsecro
ad unam partem
sacerdotalem
ut comedam buccillam panis
XI xxxiij Puer autem samuhel
ministrabat dno coram heli
et sermo dni erat pretiosus
in diebus illis
non erat visio manifesta
factum est ergo in die quadam
heli iacebat in loco suo
et oculi eius caligaverant
nec poterat videre
lucernam di antequam
extingueretur
samuhel autem dormiebat
in templo dni ubi erat
arca di
XII Et vocavit dns samuhel
qui respondens ait ecce ego
et cucurrit ad heli et dixit
ecce ego vocasti enim me
qui dixit non vocavi
revertere dormi
abiit et dormivit
et adiecit dns vocare
rursum samuhel
consurgensque samuhel
abiit ad heli
et dixit ecce ego quia
vocasti me
qui respondit non vocavi te
fili mi
revertere et dormi

Porro samuhel necdum
sciebat dñm
neque reuelatus fuerat ei
sermo dñi
Et adiecit dñs et uocauit
adhuc samuhel tertio
qui consurgens abiit ad heli
et ait ecce ego quia uocasti me
Intellexit igitur heli
quia dñs uocaret puerum
Et ait ad samuhel uade
et dormi
Et si deinceps uocauerit te
dices loquere dñe
quia audit seruus tuus
Abiit ergo samuhel
et dormiuit in loco suo
Et uenit dñs et stetit
et uocauit sicut uocauerat
secundo samuhel samuhel
Et ait samuhel loquere
quia audit seruus tuus
Et dixit dñs ad samuhel
Ecce ego facio uerbum in isrl̄
quod quicumque audierit
tinnient ambae aures eius
In die illo suscitabo aduersu̅
heli omnia quae locutus su̅
super domum eius
Incipiam et conplebo
Praedixi enim ei quod iudica
turus essem domum eius
in aeternum propter
iniquitatem
eo quod nouerat indigne
agere filios suos et non
corripuit eos
Idcirco iuraui domui heli
quod non expietur iniquit̄as
domus eius
uictimis et muneribus
usque in aeternum
Dormiuit autem samuhel
usque mane
Aperuitq; ostia domus dñi
Et samuhel timebat indicare
uisionem heli
uocauit ergo heli samuhelem
et dixit
Samuhel fili mi
qui respondens ait praesto sum
Et interrogauit eum
quis est sermo quem
locutus est ad te
oro te ne celaueris me
haec faciat tibi ds̄
et haec addat
Si absconderis a me sermonem
ex omnibus uerbis quae
dicta sunt tibi
Indicauit itaq; ei samuhel
uniuersos sermones
Et non abscondit ab eo
Et ille respondit dñs est
quod bonum est in oculis
suis faciat
XIII Creuit autem samuhel
et dñs erat cum eo
Et non cecidit ex omnibus
uerbis eius in terram
Et cognouit uniuersus isrl̄
a dan usq; bersabee
quod fidelis samuhel
propheta esset dñi
Et addidit dñs ut appareret
in silo iuxta uerbum dñi
Et euenit sermo samuhelis
uniuerso israheli
XIIII Egressus est namque israhel
obuiam philisthiim
in proelium
Et castrametatus est iuxta
lapidem adiutorii
porro philisthiim uenerunt
in afec
Et instruxerunt aciem
contra israhel
Inito autem certamine

hp Insilo· quoniam reuelatus fuerat dns samuheli·

TERGA UERTIT ISRAHEL
PHYLISTHEIS
ET CAESA SUNT IN ILLO CERTAMINE
PASSIM PER AGROS QUASI
QUATTUOR MILIA UIRORUM
ET REUERSUS EST POPULUS
AD CASTRA
DIXERUNTQUE MAIORES NATU
DE ISRAHEL
QUARE PERCUSSIT NOS DNS
HODIE CORAM PHILISTHIIM
ADFERAMUS AD NOS DE SILO
ARCAM FOEDERIS DNI
ET UENIAT IN MEDIUM NOSTRI
UT SALUET NOS DE MANU INIMI
CORUM NOSTRORUM
MISIT ERGO POPULUS IN SILO
ET TULERUNT INDE ARCAM
FOEDERIS DNI EXERCITUUM
SEDENTES SUPER CHERUBIM
ERANTQUE DUO FILII HELI CUM
ARCA FOEDERIS DNI OFNI
ET FINEES
CUMQUE UENISSET ARCA
FOEDERIS DNI IN CASTRA
UOCIFERATUS EST OMNIS ISRAHEL
CLAMORE GRANDI
ET PERSONUIT TERRA
ET AUDIERUNT PHYLISTHIIM
UOCEM CLAMORIS
DIXERUNTQUE QUAENAM HAEC
EST UOX CLAMORIS MAGNI
IN CASTRIS HEBRAEORUM
ET COGNOUERUNT QUOD ARCA
DNI UENIT IN CASTRA
TIMUERUNTQUE PHYLISTHIIM
DICENTES UENIT DS IN CASTRA
ET INGEMUERUNT UAE NOBIS
NON ENIM FUIT TANTA EXULTATIO
HERI ET NUDIUS TERTIUS
UAE NOBIS QUIS NOS SERUABIT
DE MANU DEORUM SUB
LIMIUM ISTORUM
HI SUNT DII QUI PERCUSSERUNT
AEGYPTUM OMNI PLAGA IN DESERTO
CONFORTAMINI ET ESTOTE UIRI
PHILISTHIIM
NE SERUIATIS HEBRAEIS SICUT ILLI
SERUIERUNT UOBIS
CONFORTAMINI ET BELLATE
PUGNAUERUNT ERGO PHILISTHIIM
ET CAESUS EST ISRAHEL
ET FUGIT UNUSQUISQUE
IN TABERNACULUM SUUM
ET FACTA EST PLAGA MAGNA NIMIS
ET CECIDERUNT DE ISRAHEL
TRIGINTA MILIA PEDITUM
ET ARCA DI CAPTA EST
DUOQ. FILII HELI MORTUI SUNT
OPHNI ET FINEES
XV CURRENS AUTEM UIR DE BENIAMIN
EX ACIE
UENIT IN SILO DIE ILLO SCISSA UESTE
ET CONSPERSUS PULUERE CAPUT
CUMQUE ILLE UENISSET HELI
SEDEBAT SUPER SELLAM
CONTRA UIAM SPECTANS
ERAT ENIM COR EIUS PAUENS
PRO ARCA DNI
UIR AUTEM ILLE POSTQUAM
INGRESSUS EST NUNTIAUIT URBI
ET ULULAUIT OMNIS CIUITAS
ET AUDIUIT HELI SONITUM
CLAMORIS
DIXITQUE QUIS EST HIC SONITUS
TUMULTUS HUIUS
AD ILLE FESTINAUIT ET UENIT
ET ADNUNTIAUIT HELI
HELI AUTEM ERAT NONAGINTA
ET OCTO ANNORUM
ET OCULI EIUS CALIGAUERANT
ET UIDERE NON POTERANT
ET DIXIT AD HELI EGO SUM
QUI UENI DE PROELIO
ET EGO QUI DE ACIE FUGI HODIE
CUI ILLE AIT QUID ACTUM
EST FILI MI
RESPONDENS AUTEM ILLE

quinquaginta erat
Fugit inquit Israhel
coram Philisthim
Et ruina magna facta est
in populo
Insuper et duo filii tui mortui
sunt Ophni et Finees
Et arca dī capta est
Cumque ille nominasset
arcam dī
Cecidit de sella retrorsum
iuxta ostium
Et fractis ceruicibus
mortuus est
Senex enim erat uir
et grandaeuus
Et ipse iudicauit Israhel
quadraginta annis
Nurus autem eius uxor Finees
praegnans erat uicinaque partui
Et audito nuntio quod capta
esset arca dī
Et mortuus socer suus
et uir suus
Incuruauit se et peperit
Inruerant enim in eam
dolores subiti
In ipso autem momento
mortis eius
Dixerunt ei quae stabant
circa eam
Ne timeas quia filium
peperisti
Quae non respondit eis
neque animaduertit
Et uocauit puerum Hichabod
dicens translata est gloria
de Israhel
Quia capta est arca dī
Et pro socero suo et pro uiro suo
Et ait translata est gloria
ab Israhel
Eo quod capta esset arca dī
Philisthim autem tulerunt
arcam dī
Et asportauerunt eam
a lapide adiutorii in Azothum
Tulerunt Philisthim arcam dī
et intulerunt eam
in templum Dagon
Et statuerunt eam iuxta Dagon
Cumque surrexissent de luculo
Azotii altera die
Ecce Dagon iacebat pronus
in terram ante arcam dñi
Et tulerunt Dagon et restitu
erunt eum in loco suo
Rursumque mane die alio
consurgentes
Inuenerunt Dagon iacentem
super faciem suam in terra
coram arca dñi
Caput autem Dagon et duae
palmae manuum eius
abscisae erant super limen
Porro Dagon truncus solus
remanserat in loco suo
Propter hanc causam non
calcant sacerdotes Dagon
Et omnes qui ingrediuntur
templum eius
super limen Dagon in Azoto
usque in hodiernum diem
Adgrauata autem est manus
dñi super Azotios
Et demolitus est eos ⁜
Et percussit in secretiori
parte natium Azotum
et fines eius: percussit eos plesione quam greci sirin... appellant:
Uidentes autem uiri Azotii
huiuscemodi plagam
dixerunt
Non maneat arca dī Israhel
apud nos
Quoniam dura est manus eius
super nos et super Dagon
deum nostrum
Et mittentes congregauerunt

⁜ Et ebullierunt uille· agri inmedio regionis illius. et nati sunt mures
et facta est confusio mortis in ciuitate.

OMNES SATRAPAS PHILISTHINO
RUM AD SE ET DIXERUNT
QUID FACIEMUS DE ARCA DI ISRL
RESPONDERUNTQ; GETTHEI
CIRCUMDUCATUR ARCA DI ISRL
ET CIRCUMDUXERUNT
ARCAM DI ISRAHEL
ILLIS AUTEM CIRCUM
DUCENTIBUS EAM
FIEBAT MANUS DI PER SINGULAS
CIUITATES INTERFECTIONES
MAGNAE NIMIS
ET PERCUTIEBAT UIROS UNIUS
CUIUSQUE URBIS A PARUO
USQUE AD MAIOREM
ET CONPUTRESCEBANT PROMI
NENTES EXTALES EORUM. INIERUNTQ. GETHEI CON
SILIU. 7 FECERUNT SIBI
SEDES PELLICIAS
MISERUNT ERGO ARCAM DI
IN ACCARON
CUMQUE UENISSET ARCA DI
IN ACCARON
EXCLAMAUERUNT ACCARONITAE
DICENTES
ADDUXERUNT AD NOS ARCAM
DI ISRAHEL
UT INTERFICIAT NOS ET POPULUM
NOSTRUM
MISERUNT ITAQUE ET CONGREGA
UERUNT OMNES SATRAPAS
PHILISTHINORUM
QUI DIXERUNT DIMITTITE ARCAM
DI ISRAHEL. ET REUERTATUR
IN LOCUM SUUM
ET NON INTERFICIAT NOS
CUM POPULO NOSTRO
FIEBAT ENIM PAUOR MORTIS
IN SINGULIS URBIBUS
ET GRAUISSIMA UALDE MANUS DI
UIRI QUOQ; QUI MORTUI
NON FUERANT
PERCUTIEBANTUR IN SECRETIORI
PARTE NATI[illegible]UM
ET ASCENDEBAT ULULATUS UNIUS
CUIUSQ; CIUITATIS IN CAELUM

VI · FUIT ERGO ARCA DNI IN REGIONE
PHILISTHINORUM SEPTEM
MENSIBUS
ET UOCAUERUNT PHILISTHIIM
SACERDOTES ET DIUINOS DICENTES
QUID FACIEMUS DE ARCA DI
INDICATE NOBIS
QUOMODO REMITTEMUS EAM
IN LOCUM SUUM
QUI DIXERUNT SI REMITTITIS
ARCAM DI ISRAHEL
NOLITE DIMITTERE EAM UACUAM
SED QUOD DEBETIS REDDITE EI
PRO PECCATO
ET TUNC CURABIMINI
ET SCIETIS QUARE NON RECEDAT
MANUS EIUS A UOBIS
QUI DIXERUNT QUID EST QUOD
PRO DELICTO REDDERE
DEBEAMUS EI
RESPONDERUNTQ; ILLI
IUXTA NUMERUM PROUINCIARUM
PHILISTHIIM
QUINQUE ANOS AUREOS FACIETIS
ET QUINQ; MURES AUREOS
QUIA PLAGA UNA FUIT OMNIBUS
UOBIS ET SATRAPIS UESTRIS
FACIETISQUE SIMILITUDINES
ANORUM UESTRORUM
ET SIMILITUDINES MURIUM
QUI DEMOLITI SUNT TERRAM
ET DABITIS DO ISRAHEL GLORIAM
SI FORTE RELEUET MANUM SUAM
A UOBIS ET A DIIS UESTRIS
ET A TERRA UESTRA
QUARE GRAUATIS CORDA UESTRA
SICUT ADGRAUAUIT AEGYPTUS
ET PHARAO COR SUUM
NONNE POSTQUAM PERCUSSUS
EST TUNC DIMISIT EOS
ET ABIERUNT
NUNC ERGO ARRIPITE ET FACITE
PLAUSTRUM NOUUM UNUM
ET DUAS UACCAS FETAS QUIBUS

NON EST INPOSITUM IUGUM
IUNGITE IN PLAUSTRO
ET RECLUDITE UITULOS EARUM DOMI
TOLLETISQUE ARCAM DÑI
ET PONETIS IN PLAUSTRO
ET UASA AUREA QUAE EXSOLUISTIS
EI PRO DELICTO
PONETIS IN CAPSELLA AD LATUS EIUS
ET DIMITTITE EAM UT UADAT
ET ASPICIETIS
ET SIQUIDEM PER UIAM FINIUM
SUORUM ASCENDERINT
CONTRA BETHSAMES
IPSE FECIT NOBIS MALUM
HOC GRANDE
SIN AUTEM MINIME
SCIEMUS QUIA NEQUAQUAM
MANUS EIUS TETIGIT NOS
SED CASU ACCIDIT
FECERUNT ERGO ILLI HOC MODO
ET TOLLENTES DUAS UACCAS
QUAE LACTABANT UITULOS
IUNXERUNT AD PLAUSTRUM
UITULOSQ. EARUM CONCLUS
ERUNT DOMI
ET POSUERUNT ARCAM DĪ
SUPER PLAUSTRUM
ET CAPSELLAM QUAE HABEBAT
MURES AUREOS ET SIMILI
TUDINEM ANORUM
IBANT AUTEM IN DIRECTUM
UACCAE PER UIAM QUAE DUCIT
BETHSAMES
ET ITINERE UNO GRADIEBANTUR
PERGENTES ET MUGIENTES
ET NON DECLINABANT NEQUE AD
DEXTRAM NEQ. AD SINISTRAM
SED ET SATRAPAE PHILISTHINO
RUM SEQUEBANTUR USQUE
AD TERMINOS BETHSAMES
PORRO BETHSAMITAE METEBANT
TRITICUM IN UALLE
ET ELEUANTES OCULOS
UIDERUNT ARCAM

ET GAUISI SUNT CUM UIDISSENT
ET PLAUSTRUM UENIT IN AGRUM
HIESU BETHSAMITAE
ET STETIT IBI
ERAT AUTEM IBI LAPIS MAGNUS
ET CONCIDERUNT LIGNA PLAUSTRI
UACCASQ. INPOSUERUNT SUPER
EA HOLOCAUSTUM DÑO
LEUITAE AUTEM DEPOSUERUNT
ARCAM DĪ
ET CAPSELLAM QUAE ERAT IUXTA
EAM IN QUA ERANT UASA AUREA
ET POSUERUNT SUPER LAPIDEM
GRANDEM
UIRI AUTEM BETHSAMITAE
OBTULERUNT HOLOCAUSTA
ET IMMOLAUERUNT UICTIMAS
IN DIE ILLO DÑO
ET QUINQ. SATRAPAE PHILISTHI
NORUM UIDERUNT
ET REUERSI SUNT IN ACCARON
IN DIE ILLA
HI SUNT AUTEM ANI AUREI
QUOS REDDIDERUNT PHILISTHIĪ
PRO DELICTO DÑO
AZOTHUS UNUM GAZA UNUM
ASCALON UNUM GETH UNUM
ACCARON UNUM
ET MURES AUREOS SECUNDUM
NUMERUM URBIUM
PHILISTHIIM QUINQUE
PROUINCIARUM
AB URBE MURATA USQUE AD UILLĀ
QUAE ERAT ABSQ. MURO
ET USQUE AD ABEL MAGNUM
SUPER QUEM POSUERUNT
ARCAM DÑI
QUAE ERAT USQUE IN ILLA DIE
IN AGRO IOSUE BETHSAMITIS
PERCUSSIT AUTEM DE UIRIS
BETHSAMITIBUS EO QUOD
UIDISSENT ARCAM DÑI
ET PERCUSSIT DE POPULO
SEPTUAGINTA UIROS

ET QUINQUAGINTA MILIA PLEBIS
LUXITQ; POPULUS QUOD PERCUS
SISSET DNS PLEBEM PLAGA MAGNA
ET DIXERUNT UIRI BETHSAMITAE
QUIS POTERIT STARE IN CONSPECTU
DNI DI SCI HUIUS
ET AD QUEM ASCENDET A NOBIS
MISERUNTQ; NUNTIOS AD HABITA
TORES CARIATHIARIM DICENTES
REDUXERUNT PHILISTHIIM
ARCAM DNI
DESCENDITE ET DUCITE EAM AD UOS.
Sng. UENERUNT ERGO UIRI CARIATHIARI
ET DUXERUNT ARCAM DNI
ET INTULERUNT EAM IN DOMUM
ABINADAB IN GABAA
ELEAZARUM AUTEM FILIUM EIUS
SCIFICAUERUNT UT CUSTODIRET
ARCAM DNI
ET FACTUM EST EX QUA DIE MANSIT
ARCA IN CARIATHIARIM
MULTIPLICATI SUNT DIES
ERAT QUIPPE IAM ANNUS
UICENSIMUS
ET REQUIEUIT OMNIS DOMUS
ISRL POST DNM
XIII AIT AUTEM SAMUHEL AD UNIUER
SAM DOMUM ISRAHEL DICENS
SI IN TOTO CORDE UESTRO
REUERTIMINI AD DNM
baali AUFERTE DEOS ALIENOS DE MEDIO
UESTRUM ET ASTHAROTH
ET PRAEPARATE CORDA UESTRA
DNO ET SERUITE EI SOLI
ET ERUET UOS DE MANU PHILISTHIIM
ABSTULERUNT ERGO FILII ISRAHEL
BAALIM ET ASTHAROTH
ET SERUIERUNT DNO SOLI
DIXIT AUTEM SAMUHEL
CONGREGATE UNIUERSUM
ISRAHEL IN MASPHAT
UT OREM PRO UOBIS DNM
ET CONUENERUNT IN MASPHAT
HAUSERUNTQUE AQUAM
ET EFFUDERUNT IN CONSPECTU DNI.
ET IEIUNAUERUNT IN DIE ILLA
ET DIXERUNT. TIBI PECCAUIMUS DNE
IUDICAUITQ; SAMUHEL FILIOS ISRL
IN MASPHAT
ET AUDIERUNT PHILISTHIIM QUOD
CONGREGATI ESSENT FILII ISRL
IN MASPHAT
ET ASCENDERUNT SATRAPAE
PHILISTHINORUM AD ISRAHEL
QUOD CUM AUDISSENT FILII ISRAHEL
TIMUERUNT A FACIE PHILISTHI
NORUM
DIXERUNTQUE AD SAMUHEL
NE CESSES PRO NOBIS CLAMARE
AD DNM DM NOSTRUM
UT SALUET NOS DE MANU
PHILISTHINORUM
TULIT AUTEM SAMUHEL AGNUM
LACTANTEM UNUM
ET OBTULIT ILLUM HOLOCAUSTUM
INTEGRUM DNO
ET CLAMAUIT SAMUHEL AD DNM
PRO ISRAHEL
ET EXAUDIUIT EUM DNS
FACTUM EST ERGO CUM SAMUHEL
OFFERRET HOLOCAUSTUM
PHILISTHEOS INIRE PROELIUM
CONTRA ISRAHEL
INTONUIT AUTEM DNS FRAGORE
MAGNO IN DIE ILLA SUPER
PHILISTHIIM
ET EXTERRUIT EOS ET CAESI SUNT
A FILIIS ISRAHEL
EGRESSIQUE UIRI ISRAHEL
DE MASFAT
PERSECUTI SUNT PHILISTHEOS
ET PERCUSSERUNT EOS USQUE
AD LOCUM QUI ERAT
SUPER BETCHAR
TULIT AUTEM SAMUHEL
LAPIDEM UNUM
ET POSUIT EUM INTER MASFAT
ET INTER SEN

ET UOCAUIT NOMEN EIUS
LAPIS ADIUTORII
DIXITQ; HUCUSQ; AUXILIATUS
EST NOBIS DNS
ET HUMILIATI SUNT PHILISTHIM
NEC ADPOSUERUNT ULTRA UT
UENIRENT IN TERMINOS ISRAL
FACTA EST ITAQUE MANUS DNI
SUPER PHILISTHEOS CUNCTIS
DIEBUS SAMUHEL.
ET REDDITAE SUNT URBES QUAS
TULERANT PHILISTHIM
AB ISRAHEL ISRAHELI
AB ACCARON USQUE GETH
ET TERMINOS SUOS LIBERAUIT
ISRAHEL DE MANU
PHILISTHINORUM
ERATQUE PAX INTER ISRAHEL
ET AMORRAEUM
IUDICABAT QUOQUE SAMUHEL
ISRAHEL CUNCTIS DIEBUS
UITAE SUAE
ET IBAT PER SINGULOS ANNOS
CIRCUMIENS BETHEL
ET GALGAL ET MASFAT
ET IUDICABAT ISRAHELEM
IN SUPRADICTIS LOCIS REUER
TEBATURQ; IN RAMATHA
IBI ENIM ERAT DOMUS EIUS
ET IBI IUDICABAT ISRAHELEM
AEDIFICAUIT ETIAM IBI
ALTARE DNO
XVII FACTUM EST AUTEM CUM
SENUISSET SAMUHEL
POSUIT FILIOS SUOS IUDICES ISRL
FUITQUE NOMEN FILII EIUS
PRIMOGENITI IOHEL
ET NOMEN SECUNDI ABIA
IUDICUM IN BERSABEE
ET NON AMBULAUERUNT
FILII ILLIUS IN UIIS EIUS
SED DECLINAUERUNT
POST AUARITIAM
ACCEPERUNTQUE MUNERA
ET PERUERTERUNT IUDICIUM
CONGREGATI ERGO UNIUERSI
MAIORES NATU ISRAHEL
UENERUNT AD SAMUHEL
IN RAMATHA DIXERUNTQ; EI
ECCE TU SENUISTI ET FILII TUI
NON AMBULANT IN UIIS TUIS
CONSTITUE NOBIS REGEM
UT IUDICET NOS SICUT ET UNIUERSE
HABENT NATIONES
DISPLICUITQUE SERMO
IN OCULIS SAMUHELIS
EO QUOD DIXISSENT DA NOBIS
REGEM UT IUDICET NOS
ET ORAUIT SAMUHEL DNM
DIXIT AUTEM DNS AD SAMUHEL
AUDI UOCEM POPULI IN OMNIBUS
QUAE LOQUUNTUR TIBI
NON ENIM TE ABIECERUNT SED ME
NE REGNEM SUPER EOS
IUXTA OMNIA OPERA SUA
QUAE FECERUNT
A DIE QUA EDUXI EOS DE AEGYPTO
USQUE AD DIEM HANC
SICUT DERELIQUERUNT ME
ET SERUIERUNT DIIS ALIENIS
SIC FACIUNT ETIAM TIBI
NUNC ERGO AUDI UOCEM EORUM
UERUM TAMEN CONTESTARE EOS
ET PRAEDIC EIS IUS REGIS
QUI REGNATURUS EST SUPER EOS.
XVIII DIXIT ITAQUE SAMUHEL
OMNIA UERBA DNI
AD POPULUM
QUI PETIERAT A SE REGEM ET AIT
HOC ERIT IUS REGIS QUI IMPERA
TURUS EST UOBIS
FILIOS UESTROS TOLLET
ET PONET IN CURRIBUS SUIS
FACIETQUE SIBI EQUITES
ET PRAECURSORES
QUADRIGARUM SUARUM
ET CONSTITUET SIBI TRIBUNOS
ET CENTURIONES

ET ARATORES AGRORUM SUORUM
ET MESSORES SEGETUM
ET FABROS ARMORUM
ET CURRUUM SUORUM
FILIAS QUOQUE UESTRAS
FACIET SIBI UNGENTARIAS
ET FOCARIAS ET PANIFICAS
AGROS QUOQ· UESTROS ET UINEAS
ET OLIUETA OPTIMA
TOLLET ET DABIT SERUIS SUIS
SED ET SEGETES UESTRAS
ET UINEARUM REDITUS
ADDECIMAUIT
UT DET EUNUCHIS ET FAMULIS SUIS
SERUOS ETIAM UESTROS
ET ANCILLAS ET IUUENES
OPTIMOS ET ASINOS
AUFERET ET PONET IN OPERE SUO
GREGES UESTROS ADDECIMAUIT
UOSQ· ERITIS EI SERUI
ET CLAMAUITIS IN DIE ILLA
A FACIE REGIS UESTRI
QUEM ELEGISTIS UOBIS
ET NON EXAUDIET UOS DNS
IN DIE ILLA
NOLUIT AUTEM POPULUS AUDIRE
UOCEM SAMUHELIS
SED DIXERUNT NEQUAQUAM
REX ENIM ERIT SUPER NOS
ET ERIMUS NOS QUOQUE
SICUT OMNES GENTES
ET IUDICAUIT NOS REX NOSTER
ET EGREDIETUR ANTE NOS
ET PUGNAUIT BELLA NOSTRA
PRO NOBIS
ET AUDIUIT SAMUHEL OMNIA
UERBA POPULI
ET LOCUTUS EST EA IN AURIBꝰ DNI
DIXIT AUTEM DNS AD SAMUHEL
AUDI UOCEM EORUM ET CONSTITUE
SUPER EOS REGEM
ET AIT SAMUHEL AD UIROS ISRAHEL
UADAT UNUSQUISQUE
IN CIUITATEM SUAM

XIIII ET ERAT UIR DE BENIAMIN NOMINE
CIS. FILIUS ABIHEL.
FILII SEROR . FILII BECHORETH .
FILII ABIA
FILII UIRI IEMINI FORTIS ROBORE
ET ERAT EI FILIUS UOCABULO
SAUL ELECTUS ET BONUS
ET NON ERAT UIR DE FILIIS ISRAHEL
MELIOR ILLO
AB UMERO ET SURSUM EMINEBAT
SUPER OMNEM POPULUM
PERIERANT AUTEM ASINAE
CIS. PATRIS SAUL
ET DIXIT CIS AD SAUL FILIUM SUUM
TOLLE TECUM UNUM DE PUERIS
ET CONSURGENS UADE
ET QUAERE ASINAS
QUI CUM TRANSISSENT
PER MONTEM EPHRAIM
ET PER TERRAM SALISA
ET NON INUENISSENT
TRANSIERUNT ETIAM PER TERRAM
SALIM ET NON ERANT
SED ET PER TERRAM IEMINI
ET MINIME REPPERERUNT
CUM AUTEM UENISSENT
IN TERRAM SUPH
DIXIT SAUL AD PUERUM SUUM
QUI ERAT CUM EO
UENI ET REUERTAMUR
NE FORTE DIMISERIT PATER MEUS
ASINAS ET SOLLICITUS SIT
PRO NOBIS
QUI AIT EI. ECCE EST UIR DI
IN CIUITATE HAC UIR NOBILIS
OMNE QUOD LOQUITUR
ABSQ· AMBIGUITATE UENIT
NUNC ERGO EAMUS ILLUC
SI FORTE INDICET NOBIS DE UIA
NOSTRA PROPTER QUAM
UENIMUS
DIXITQUE SAUL AD PUERUM SUUM
ECCE IBIMUS QUID FEREMUS
AD UIRUM

panis defecit in sitarchiis nostris
et sportulam non habemus
ut demus homini di
nec quicquam aliud
Rursum puer respondit
saul et ait
Ecce inventa est in manu mea
quarta pars stateris
argenti
demus homini di ut indicet
nobis viam nostram
Olim in israhel sic loqueba
tur unusquisque vadens
consulere dm
venite et eamus ad videntem
qui enim propheta dicitur hodie
vocabatur olim videns
Et dixit saul ad puerum suum
optimus sermo tuus
veni eamus
Et ierunt in civitate in qua
erat vir di
Cumque ascenderent
clivum civitatis
Invenerunt puellas egredien
tes ad auriendam aquam
Et dixerunt eis num hic
est videns
quae respondentes dixerunt
illis hic est
Ecce ante te festina nunc
hodie enim venit in civitate
quia sacrificium est hodie
populi in excelso
Ingredientes urbem statim
invenietis eum
Antequam ascendat excelsum
ad vescendum
Neque enim comesurus est
populus donec ille veniat
quia ipse benedicit hostiae
et deinceps comedunt
qui vocati sunt
Nunc ergo conscendite

quia hodie repperietis eum
Et ascenderunt in civitatem
XX Cumque illi ambularent
in medio urbis
Apparuit samuhel
egrediens obviam eis
Ut ascenderet in excelsum
dns autem revelaverat
auriculam samuhel
ante unam diem quam
veniret saul dicens [illegible]
hac ipsa quae nunc est
hora cras mittam ad te
virum de terra beniamin
Et ungues eum ducem super
populum meum israhel
Et salvabit populum meum
de manu philisthinorum
quia respexi populum meum
venit enim clamor eorum
ad me
Cumque aspexisset
samuhel saulem
dns ait ei ecce vir quem
dixeram tibi
iste dominabitur populo meo
Accessit autem saul
ad samuhelem in medio
portae et ait
Indica oro mihi ubi est
domus videntis
Et respondit samuhel
sauli dicens
Ego sum videns ascende
ante me in excelsum
ut comedatis mecum hodie
Et dimittam te mane
Et omnia quae sunt in corde
tuo indicabo tibi
Et de asinis quas perdidisti
nudius tertius
Ne sollicitus sis quia
inventae sunt
Et cuius erunt optima

ET TU LIBERABIS POPULŪ EI' DE MANIB' INIMICORŪ EI' Q INCIRCUITU SUNT. ET HOC TIBI SIGNŪ QUIA UNXIT TE DEUS INPRINCIPEM.

QUAEQUE ISRAHEL
NONNE TIBI ET OMNI DOMUI
PATRIS TUI
RESPONDENS AUTEM SAUL AIT
NUMQUID NON FILIUS IEMINI
EGO SUM DE MINIMA
TRIBU ISRAHEL
ET COGNATIO MEA NOUISSIMA
INTER OMNES FAMILIAS
DE TRIBU BENIAMIN
QUARE ERGO LOCUTUS ES MIHI
SERMONEM ISTUM
ADSUMENS ITAQUE SAMUHEL
SAULEM ET PUERUM EIUS
INTRODUXIT EOS IN TRICLINIUM
ET DEDIT EIS LOCUM IN CAPITE
EORUM QUI FUERANT
INUITATI
ERANT ENIM QUASI TRIGINTA UIRI
DIXITQ· SAMUHEL COCO
DA PARTEM QUAM DEDI TIBI
ET PRAECEPI UT REPONERES
SEORSUM APUD TE
LEUAUIT AUTEM COCUS ARMUM
ET POSUIT ANTE SAUL
DIXITQ· SAMUHEL ECCE QUOD
REMANSIT· PONE ANTE TE
ET COMEDE
QUIA (DE) INDUSTRIA SERUATUM EST
TIBI QUANDO POPULUM
UOCAUI
ET COMEDIT SAUL CUM SAMUHEL
IN DIE ILLA
ET DESCENDERUNT DE EXCELSO
IN OPPIDUM
ET LOCUTUS EST CUM SAUL
IN SOLARIO· STRAUITQ SAUL IN SOLARIO·
CUM ENIM MANE SURREXISSENT
ET IAM DILUCISCERET
UOCAUIT SAMUHEL SAUL
IN SOLARIUM DICENS
SURGE UT DIMITTAM TE
ET SURREXIT SAUL EGRESSIQ·
SUNT AMBO

IPSE UIDELICET ET SAMUHEL
CUMQ· DESCENDERENT
IN EXTREMA PARTE CIUITATIS
SAMUHEL DIXIT AD SAUL
DIC PUERO UT ANTECEDAT NOS
ET TRANSEAT
TU AUTEM SUBSISTE PAULISPER
UT INDICEM TIBI UERBUM DNI
TULIT AUTEM SAMUHEL
LENTICULAM OLEI ET EFFUDIT
SUPER CAPUT EIUS
ET DEOSCULATUS EUM AIT
ECCE UNXIT TE DNS SUPER
HEREDITATEM SUAM
IN PRINCIPEM
CUM ABIERIS HODIE A ME
INUENIES DUOS UIROS IUXTA
SEPULCHRUM RACHEL
IN FINIB· BENIAMIN IN MERIDIE
DICENTQ· TIBI INUENTAE SUNT
ASINAE AD QUAS IERAS
PERQUIRENDAS
ET INTERMISSIS PATER TUUS
ASINIS SOLLICITUS EST
PRO UOBIS
ET DICIT QUID FACIAM DE FILIO MEO
CUMQUE ABIERIS INDE
ET ULTRA TRANSIERIS
ET UENERIS AD QUERCUM THABOR
INUENIENT TE IBI TRES UIRI
ASCENDENTES AD DM IN BETHEL
UNUS PORTANS TRES HAEDOS
ET ALIUS TRES TORTAS PANIS
ET ALIUS PORTANS LAGOENAM UINI
CUMQUE TE SALUTAUERINT
DABUNT TIBI DUOS PANES
ET ACCIPIES DE MANU EORUM
POST HAEC UENIES IN COLLEM
DNI UBI EST STATIO
PHILISTHINORUM
ET CUM INGRESSUS FUERIS
IBI URBEM
OBUIAM HABEBIS GREGEM
PROPHETARUM DESCENDENTIU̅

DE EXCELSO
ET ANTE EOS PSALTERIUM
ET TYMPANUM
ET TIBIAM ET CITHARAM IPSOSQ·
PROPHETANTES
ET INSILIET IN TE SP̄S D̄NI
ET PROPHETABIS CUM EIS
ET MUTAUERIS IN UIRUM ALIUM
QUANDO ERGO EUENERINT
SIGNA HAEC OMNIA TIBI
FAC QUAECUMQ· INUENERIT
MANUS TUA
QUIA D̄NS TECUM EST
ET DESCENDES ANTE ME
IN GALGALA
EGO QUIPPE DESCENDAM AD TE
UT OFFERAS OBLATIONEM
ET IMMOLES UICTIMAS
PACIFICAS
SEPTEM DIEBUS EXPECTABIS
DONEC UENIAM AD TE
ET OSTENDAM TIBI QUAE FACIAS
ITAQ· CUM AUERTISSET UMERUM
SUUM UT ABIRET A SAMUHELE
INMUTAUIT EI D̄S COR ALIUD
ET UENERUNT OMNIA SIGNA
HAEC IN DIE ILLA
UENERUNTQUE AD PRAEDICTUM
COLLEM
ET ECCE CUNEUS PROPHETARUM
OBUIUS EI
ET INSILUIT SUPER EUM SP̄S D̄I
ET PROPHETAUIT IN MEDIO
EORUM
UIDENTES AUTEM OMNES
QUI NOUERANT EUM
HERI ET NUDIUS TERTIUS
QUOD ESSET CUM PROPHETIS
ET PROPHETARET
DIXERUNT AD INUICEM
QUAENAM RES ACCIDIT
FILIO CIS NUM ET SAUL
IN PROPHETIS
RESPONDITQUE ALIUS

AD ALTERUM DICENS
ET QUIS PATER EORUM
PROPTER EA UERSUM EST
IN PROUERBIUM NUM ET SAUL
INTER PROPHETAS
CESSAUIT AUTEM PROPHETARE
ET UENIT AD EXCELSUM
DIXITQ· PATRUUS SAUL AD EUM
ET AD PUERUM EIUS QUO ABISTIS
QUI RESPONDERUNT QUAERERE
ASINAS QUAS CUM NON REPPE
RISSEMUS UENIMUS
AD SAMUHELEM
ET DIXIT EI PATRUUS SUUS
INDICA MIHI QUID DIXERIT TIBI
SAMUHEL
ET AIT SAUL AD PATRUUM SUUM
INDICAUIT NOBIS QUIA INUENTAE
ESSENT ASINAE
DE SERMONE AUTEM REGNI
NON INDICABIT EI QUEM LOCU
TUS ILLI FUERAT SAMUHEL
ET CONUOCAUIT SAMUHEL
POPULUM AD D̄NM IN MASFAT
ET AIT AD FILIOS ISRAHEL
HAEC DICIT D̄NS D̄S ISRAHEL
EGO EDUXI ISRAHEL DE AEGYPTO
ET ERUI UOS DE MANU
AEGYPTIORUM
ET DE MANU OMNIUM REGUM
QUI ADFLIGEBANT UOS
UOS AUTEM HODIE PROIECISTIS
D̄M UESTRUM
QUI SOLUS SALUABIT UOS
DE UNIUERSIS MALIS
ET TRIBULATIONIB· UESTRIS
ET DIXISTIS NEQUAQUAM
SED REGEM CONSTITUE
SUPER NOS
NUNC ERGO STATE CORAM D̄NO
PER TRIB· UESTRAS
ET PER MILIA
ET ADPLICUIT SAMUHEL
OMNES TRIB· ISRAHEL

ET CECIDIT SORS TRIB· BENIAMIN
ET ADPLICUIT TRIBUS BENIAMIN
ET COGNATIONES EIUS
ET CECIDIT COGNATIO METRI ET
PERUENIT USQUE AD SAUL
FILIUM CIS
QUAESIERUNT ERGO EUM
ET NON EST INUENTUS
ET CONSULUERUNT POST HAEC DNM
UTRUM NAM UENTURUS ESSET
ILLUC
RESPONDITQ· DNS ECCE ABSCON
DITUS EST DOMI
CUCURRERUNT ITAQUE ET TULE
RUNT EUM INDE
STETITQ· IN MEDIO POPULI
ET ALTIOR FUIT UNIUERSO POPULO
AB UMERO ET SURSUM
ET AIT SAMUHEL AD POPULUM
OMNEM
CERTE UIDETIS QUEM ELEGIT DNS
QUONIAM NON SIT SIMILIS EI
IN OMNI POPULO
ET CLAMAUIT CUNCTUS POPULUS
ET AIT UIUAT REX
LOCUTUS EST AUTEM SAMUHEL
AD POPULUM LEGEM REGNI
ET SCRIPSIT IN LIBRO ET REPOSUIT
CORAM DNO
ET DIMISIT SAMUHEL OMNEM
POPULUM SINGULOS
IN DOMUM SUAM
SED ET SAUL ABIIT IN DOMUM SUAM
IN GABAATH
ET ABIIT CUM EO PARS EXERCITUS
QUORUM TETIGERAT DS CORDA
FILII UERO BELIAL DIXERUNT
NUM SALUARE NOS POTERIT ISTE
ET DESPEXERUNT EUM ET NON
ADTULERUNT EI MUNERA
ILLE UERO DISSIMULABAT
SE AUDIRE
XI ASCENDIT AUTEM NAAS AMMA
NITES ET PUGNARE COEPIT
ADUERSUM IABES GALAAD
DIXERUNTQ· OMNES UIRI
IABES AD NAAS
HABETO NOS FOEDERATOS
ET SERUIEMUS TIBI
ET RESPONDIT AD EOS
NAAS AMMANITES
IN HOC FERIAM UOBISCUM FOEDUS
UT ERUAM OMNIUM UESTRUM
OCULOS DEXTROS
PONAMQ· UOS OBPROBRIUM
IN UNIUERSO ISRAHEL
ET DIXERUNT AD EUM
SENIORES IABES
CONCEDE NOBIS SEPTEM DIES
UT MITTAMUS NUNTIOS
IN UNIUERSOS TERMINOS ISRL
ET SI NON FUERIT QUI DEFENDAT
NOS EGREDIEMUR AD TE
UENERUNT ERGO NUNTII
IN GABAATH SAULIS IIX
ET LOCUTI SUNT UERBA
AUDIENTE POPULO
ET LEUABIT OMNIS POPULUS
UOCEM SUAM ET FLEBIT
ET ECCE SAUL UENIEBAT SEQUENS
BOUES DE AGRO
ET AIT QUID HABET POPULUS
QUOD PLORAT
ET NARRAUERUNT EI UERBA
UIRORUM IABES
ET INSILUIT SPS DNI IN SAUL
CUM AUDISSET UERBA HAEC
ET IRATUS EST FUROR
EIUS NIMIS
ET ADSUMENS UTRUMQ·
BOUEM CONCIDIT IN FRUSTA
MISITQ· IN OMNES TERMINOS
ISRAHEL PER MANUM
NUNTIORUM DICENS
QUICUMQUE NON EXIERIT
SECUTUSQ· FUERIT SAUL
ET SAMUHELEM
SIC FIET BUBUS EIUS

INUASIT ERGO TIMOR DNI
POPULUM ET EGRESSI SUNT
QUASI UIR UNUS
ET RECENSUIT EOS IN BEZEC
FUERUNTQ· FILIORUM ISRAHEL
TRECENTA MILIA
UIRORUM AUTEM IUDA
TRIGINTA MILIA
ET DIXERUNT NUNTIIS
QUI UENERANT
SIC DICETIS UIRIS QUI SUNT
IN IABES GALAAD
CRAS ERIT UOBIS SALUS
CUM INCALUERIT SOL
UENERUNT ERGO NUNTII ET AD
NUNTIAUERUNT UIRIS IABES
QUI LAETATI SUNT ET DIXERUNT
MANE EXIBIMUS AD UOS
ET FACIETIS NOBIS OMNE
QUOD PLACUERIT UOBIS
XXII ET FACTUM EST CUM UENISSET
DIES CRASTINUS
CONSTITUIT SAUL POPULUM
IN TRES PARTES
ET INGRESSUS EST MEDIA CASTRA
IN UIGILIA MATUTINA
ET PERCUSSIT AMMON USQUE
DUM INCALESCERET DIES
RELIQUI AUTEM DISPERSI SUNT
ITA UT NON RELINQUERENTUR
IN EIS DUO PARITER
ET AIT POPULUS AD SAUL
QUIS EST ISTE QUI DIXIT SAUL
NON REGNAUIT SUPER NOS
DATE UIROS ET INTERFICI
EMUS EOS
ET AIT SAUL NON OCCIDETUR
QUISQUAM IN DIE HAC
QUIA HODIE FECIT DNS
SALUTEM IN ISRAHEL
DIXIT AUTEM SAMUHEL
AD POPULUM
UENITE ET EAMUS IN GALGALA
ET INNOUEMUS IBI REGNUM
ET PERREXIT OMNIS POPULUS
IN GALGALA
ET FECERUNT IBI REGEM SAUL
CORAM DNO IN GALGALA
ET IMMOLAUERUNT IBI UICTIMAS
PACIFICAS CORAM DNO
ET LAETATUS EST IBI SAUL
ET CUNCTI UIRI ISRL NIMIS
DIXIT AUTEM SAMUHEL
AD UNIUERSUM ISRAHEL
ECCE AUDIUI UOCEM UESTRAM
IUXTA OMNIA QUAE LOCUTI
ESTIS AD ME
ET CONSTITUI SUPER UOS REGEM
ET NUNC REX GRADITUR
ANTE UOS
EGO AUTEM SENUI
PORRO FILII MEI UOBISCUM SUNT
ITAQ· CONUERSATUS CORAM
UOBIS AB ADULESCENTIA MEA
USQUE AD DIEM HANC
ECCE PRAESTO SUM
LOQUIMINI DE ME CORAM DNO
ET CORAM XPO EIUS
UTRUM BOUEM CUIUSQUAM
TULERIM AN ASINUM
SI QUEMPIAM CALUMNIATUS SUM
SI OBPRESSI ALIQUEM
SI DE MANU CUIUSQUAM
MUNUS ACCEPI
ET CONTEMNAM ILLUD HODIE
RESTITUAMQ· UOBIS
ET DIXERUNT NON ES
CALUMNIATUS NOS
NEQ· OBPRESSISTI
NEQ· TULISTI DE MANU
ALICUIUS QUIPPIAM
DIXITQ· AD EOS
TESTIS DNS ADUERSUS UOS
ET TESTIS XPS EST IN DIE HAC
QUIA NON INUENERITIS IN MANU
MEA QUIPPIAM
ET DIXERUNT TESTIS
ET AIT SAMUHEL AD POPULUM

DNS QUI FECIT MOSEN ET AARON
ET EDUXIT PATRES NOSTROS
DE TERRA AEGYPTI
NUNC ERGO STATE UT IUDICIO
CONTENDAM ADUERSUM
UOS CORAM DNO
DE OMNIB MISERICORDIIS DNI
QUAS FECIT UOBISCUM
ET CUM PATRIB UESTRIS
QUOMODO INGRESSUS EST
IACOB IN AEGYPTUM
ET CLAMAUERUNT PATRES
UESTRI AD DNM
ET MISIT DNS MOSEN ET AARON
ET EDUXIT PATRES UESTROS
EX AEGYPTO
ET CONLOCAUIT EOS IN LOCO HOC
QUI OBLITI SUNT DNI DI SUI
ET TRADIDIT EOS IN MANU SISARAE
MAGISTRI MILITIAE ASOR
ET IN MANU PHILISTHINORUM
ET IN MANU REGIS MOAB
ET PUGNAUERUNT ADUERSUM EOS
POST EA AUTEM CLAMAUERUNT
AD DNM ET DIXERUNT
PECCAUIMUS QUIA DERELI
QUIMUS DNM
ET SERUIUIMUS BAALIM
ET ASTAROTH
NUNC ERGO ERUE NOS DE MANU
INIMICORUM NOSTRORUM
ET SERUIEMUS TIBI
ET MISIT DNS HIEROBOAL
ET BENEDAN ET IEPTHA
ET SAMUHEL
ET ERUIT UOS DE MANU INIMICO
RUM UESTRORUM
PER CIRCUITUM
ET HABITASTIS CONFIDENTER
UIDENTES AUTEM QUOD NAAS
REX FILIORUM AMMON
UENISSET ADUERSUM UOS
DIXISTIS MIHI NEQUAQUAM
SED REX IMPERAUIT NOBIS
CUM DNS DS UESTER REGNARET
IN UOBIS
NUNC ERGO PRAESTO EST REX
UESTER QUEM ELEGISTIS
ET PETISTIS
ECCE DEDIT DNS UOBIS REGEM
SI TIMUERITIS DNM
ET SERUIERITIS EI
ET AUDIERITIS UOCEM EIUS
ET NON EXASPERAUERITIS
OS DNI
ERITIS ET UOS ET REX QUI IMPERAT
UOBIS SEQUENTES DNM
DM UESTRUM
SI AUTEM NON AUDIERITIS
UOCEM DNI
SED EXASPERAUERITIS
SERMONEM DNI
ERIT MANUS DNI SUPER UOS
ET SUPER PATRES UESTROS
SED ET NUNC STATE ET UIDETE
REM ISTAM GRANDEM
QUAM FACTURUS EST DNS
IN CONSPECTU UESTRO
NUMQUID NON MESSIS
TRITICI EST HODIE
INUOCABO DNM ET DABIT
UOCES ET PLUUIAS
ET SCIETIS ET UIDEBITIS QUIA
GRANDE MALUM FECERITIS
UOBIS IN CONSPECTU DNI
PETENTES SUPER UOS REGEM
ET CLAMAUIT SAMUHEL AD DNM
ET DEDIT DNS UOCES
ET PLUUIAM IN DIE ILLA
ET TIMUIT OMNIS POPULUS
NIMIS DNM ET SAMUHEL
DIXITQ UNIUERSUS POPULUS
AD SAMUHEL
ORA PRO SERUIS TUIS AD DNM
DM TUUM UT NON MORIAMUR
ADDIDIMUS ENIM UNIUERSIS
PECCATIS NOSTRIS MALUM
UT PETEREMUS NOBIS REGEM

DIXIT AUTEM SAMUHEL
AD POPULUM NOLITE TIMERE
UOS FECISTIS UNIUERSUM
MALUM HOC
UERUM TAMEN NOLITE
RECEDERE A TERGO DÑI
ET SERUITE DÑO IN OMNI
CORDE UESTRO
ET NOLITE DECLINARE POST UANA
QUAE [NON] PRODERUNT UOBIS
NEQUE ERUENT UOS QUIA
UANA SUNT
ET NON DERELINQUET DÑS POPU
LUM SUUM PROPTER NOMEN
SUUM MAGNUM
QUIA IURAUIT DÑS FACERE UOS
SIBI POPULUM
ABSIT AUTEM A ME HOC
PECCATUM IN DÑM
UT CESSEM ORARE PRO UOBIS
ET DOCEBO UOS UIAM BONAM
ET RECTAM
IGITUR TIMETE DÑM ET SERUITE
EI IN UERITATE ET TOTO
CORDE UESTRO
UIDISTIS ENIM MAGNIFICA
QUAE IN UOBIS GESSERIT
QUOD SI PERSEUERAUERITIS
IN MALITIA
ET UOS ET REX UESTER
PARITER PERIBITIS
XXIII FILIUS UNIUS ANNI [ERAT] SAUL CUM
REGNARE COEPISSET
DUOB· AUTEM ANNIS REGNAUIT
SUPER ISRAHEL
ET ELEGIT SIBI SAUL TRIA MILIA
DE ISRAHEL
ET ERANT CUM SAUL DUO MILIA
IN MACHMAS ET IN MONTE
BETHEL
MILLE AUTEM CUM IONATHAM
IN GABAATH BENIAMIN
PORRO CETERUM POPULUM
REMISIT UNUMQUEMQUE
IN TABERNACULA SUA
ET PERCUSSIT IONATHAM
STATIONEM PHILISTHIIM
QUAE ERAT IN GABAA
QUOD CUM AUDISSENT
PHILISTHIIM
SAUL CECINIT BUCINA IN OMNI
TERRA DICENS
AUDIANT HEBREI
ET UNIUERSUS ISRAHEL AUDIUIT
HUIUSCEMODI FAMAM
PERCUSSIT SAUL STATIONEM
PHILISTHINORUM
ET EREXIT SE ISRAHEL
ADUERSUM PHILISTHIIM
CLAMAUIT ERGO POPULUS
POST SAUL IN GALGALA
ET PHILISTHIIM CONGREGATI
SUNT AD PROELIANDUM
CONTRA ISRAHEL
TRIGINTA MILIA CURRUUM
ET SEX MILIA EQUITUM
ET RELIQUUM UULGUS SICUT
HARENA QUAE EST IN LITORE
MARIS PLURIMA
ET ASCENDENTES CASTRAME
TATI SUNT IN MACHMAS
AD ORIENTEM BETHAUEN
QUOD CUM AUDISSENT UIRI
ISRL̄ SE IN ARTO SITOS
ADFLICTUS EST ENIM POPULUS
ET ABSCONDERUNT SE
IN SPELUNCIS ET IN ABDITIS
IN PETRIS QUOQUE ET IN ANTRIS
ET [IN] CISTERNIS
HEBREI AUTEM TRANSIERUNT
IORDANEM TERRAM GAD
ET GALAAD
CUMQUE ADHUC ESSET
SAUL IN GALGAL
UNIUERSUS POPULUS PERTERRI
TUS EST QUI SEQUEBATUR EUM
ET EXPECTABIT SEPTEM DIEBY
IUXTA PLACITUM SAMUHELE

ET NON UENIT SAMUHEL
IN GALGALA
DILAPSUSQ· EST POPULUS AB EO
AIT ERGO SAUL AD FERTE MIHI
HOLOCAUSTUM ET PACIFICA
ET OBTULIT HOLOCAUSTUM
CUMQUE CONPLESSET OFFERENS
HOLOCAUSTUM
ECCE SAMUHEL UENIEBAT
ET EGRESSUS EST SAUL OBUIAM
EI UT SALUTARET EUM
LOCUTUSQ· EST AD EUM
SAMUHEL QUID FECISTI
RESPONDIT SAUL
QUIA UIDI QUOD DILABERETUR
POPULUS A ME
ET TU NON UENERAS IUXTA
PLACITOS DIES
PORRO PHILISTHIIM CONGREGATI
FUERANT IN MACHMAS
DIXI NUNC DESCENDENT
PHILISTHIIM AD ME IN GALGALA
ET FACIEM DNI NON PLACAUI
NECESSITATE CONPULSUS
OBTULI HOLOCAUSTUM
DIXITQ· SAMUHEL AD SAUL
STULTE EGISTI NEC CUSTODISTI
MANDATA DNI DI TUI
QUAE PRAECEPIT TIBI
QUOD SI NON FECISSES IAM NUNC
PRAEPARASSET DNS REGNUM
TUUM SUPER ISRAHEL
IN SEMPITERNUM
SED NEQUAQUAM REGNUM TUUM
ULTRA CONSURGET
QUAESIUIT DNS SIBI UIRUM
IUXTA COR SUUM
ET PRAECEPIT EI DNS UT ESSET
DUX SUPER POPULUM SUUM
EO QUOD NON SERUAUERIS
QUAE PRAECEPIT DNS
SURREXIT AUTEM SAMUHEL
ET ASCENDIT DE GALGALIS
IN GABAA BENIAMIN

ET RECENSUIT SAUL POPULUM
QUI INUENTI FUERANT CUM EO
QUASI SESCENTOS UIROS
ET SAUL ET IONATHAN FILIUS EIUS
POPULUSQ· QUI INUENTUS FUERAT
CUM EIS ERAT IN GABAA
BENIAMIN
PORRO PHILISTHIIM CONSEDE
RANT IN MACHMAS
ET EGRESSI SUNT AD PRAEDANDU
DE CASTRIS PHILISTHIIM
TRES CUNEI
UNUS CUNEUS PERGEBAT CONTRA
UIAM EFRA AD TERRAM SAUL
PORRO ALIUS INGREDIEBATUR
PER UIAM BETHORON
TERTIUS AUTEM UERTERAT SE
AD ITER TERMINI INMINENTIS
UALLIS EBOIM CONTRA
DESERTUM
PORRO FABER FERRARIUS
NON INUENIEBATUR IN OMNI
TERRA ISRAHEL
CAUERANT ENIM PHILISTHIIM
NE FORTE FACERENT HEBREI
GLADIUM AUT LANCEAM
DESCENDEBAT ERGO OMNIS
ISRL AD PHILISTHIIM
UT EXACUERET UNUSQUISQUE
UOMEREM SUUM
ET LIGONEM ET SECURIM
ET SARCULUM
RETUNSAE ITAQ· ERANT ACIES
UOMERUM ET LIGONUM
ET TRIDENTUM ET SECURIUM
USQ· AD STIMULUM CORRIGENDU
CUMQUE UENISSET DIES
PROELII
NON EST INUENTUS ENSIS
ET LANCEA
IN MANU TOTIUS POPULI
QUI ERAT CUM SAUL
ET CUM IONATHA
EXCEPTO SAUL ET IONATHAN

filio eius
egressa est autem statio
philisthiim ut transcen
deret in machmas
XIIII Et accidit quadam die
ut diceret ionathan filius
saul ad adulescentem
armigerum suum
Veni et transeamus ad statio
nem philisthiim quae est
trans locum illum
patri autem suo hoc ipsum
non indicavit
Porro saul morabatur
in extrema parte gabaa
sub malogranato quae erat
in magron
et erat populus cum eo
quasi sescentorum virorum
et ahias filius achitob fratris
ichaboth filii finees
qui ortus fuerat ex heli
sacerdote dñi in silo
portabat ephod
sed et populus ignorabat
quod isset ionathan
Erant autem inter ascensus
per quos nitebatur
ionathan transire ad statio
nem philisthinorum
eminentes petrae
ex utraque parte
et quasi in modum dentium
scopuli hinc et inde
praerupti
nomen uni boses et nomen
alteri sene
unus scopulus prominens
ad aquilonem ex adverso
machmas
et alter a meridie contra gabaa
Dixit autem ionathan
ad adulescentem
armigerum suum
Veni transeamus ad stationem
incircumcisorum horum
si forte faciat dñs pro nobis
quia non est dño difficile
salvare vel in multitudine
vel in paucis
Dixitq; ei armiger suus
Fac omnia quae placent
animo tuo
perge quo cupis ero tecum
ubicumq; volueris
Et ait ionathan ecce nos
transimus ad viros istos
cumq; apparuerimus eis
si taliter locuti fuerint
ad nos
manete donec veniamus
ad vos
stemus in loco nostro
nec ascendamus ad eos
si autem dixerint
ascendite ad nos
ascendamus quia tradidit
eos dñs in manib; nostris
hoc erit nobis signum
Apparuit igitur uterque
stationi philisthinorum
dixeruntq; philisthiim
en hebrei egrediuntur
de cavernis in quibus
absconditi fuerant
et locuti sunt viri de statione
ad ionathan et ad
armigerum eius
dixeruntq; ascendite ad nos
et ostendimus vobis rem
Et ait ionathan
ad armigerum suum
ascendamus sequere me
tradidit enim eos dñs
in manus israhel
Ascendit autem ionathan
reptans manib; et pedibus
et armiger eius post eum

ITAQUE ALII CADEBANT
ANTE IONATHAN
ALIOS ARMIGER EIUS INTERFICIE
BAT SEQUENS EUM
ET FACTA EST PLAGA PRIMA
QUAM PERCUSSIT IONATHAN
ET ARMIGER EIUS
QUASI UIGINTI UIRORUM
IN MEDIA PARTE IUGERI
QUAM PAR BOUM IN DIE ARARE
CONSUEUIT
ET FACTUM EST MIRACULUM
IN CASTRIS PER AGROS
SED ET OMNIS POPULUS
STATIONIS EORUM QUI IERANT
AD PRAEDANDUM
OBSTIPUIT ET CONTURBATA
EST TERRA
ET ACCIDIT QUASI MIRACU
LUM A DO̅
ET RESPEXERUNT SPECULA
TORES SAUL QUI ERANT
IN GABAA BENIAMIN
ET ECCE MULTITUDO PROSTRATA
ET HUC ILLUCQUE DIFFUGIENS
ET AIT SAUL POPULO QUI ERAT
CUM EO
REQUIRITE ET UIDETE QUIS
ABIERIT EX NOBIS
CUMQUE REQUISISSENT
REPERTUM EST NON ADESSE
IONATHAN ET ARMIGERUM EIUS
ET AIT SAUL AD AHIAM
ADPLICA ARCAM DI̅
ERAT ENIM IBI ARCA DI̅
IN DIE ILLA CUM FILIIS ISRAHEL
CUMQ· LOQUERETUR SAUL
AD SACERDOTEM
TUMULTUS MAGNUS EXORTUS
EST IN CASTRIS PHILISTINORŪ
CRESCEBATQ· PAULATIM
ET CLARIUS RESONABAT
ET AIT SAUL AD SACERDOTEM
CONTRAHE MANUM TUAM

CONCLAMAUIT ERGO SAUL
ET OMNIS POPULUS QUI
ERAT CUM EO
ET UENERUNT USQ· AD LOCUM
CERTAMINIS
ET ECCE UERSUS FUERAT
GLADIUS UNIUSCUIUSQ·
AD PROXIMUM SUUM
ET CAEDES MAGNA NIMIS
SED ET HEBREI QUI FUERANT
CUM PHILISTHIIM HERI
ET NUDIUS TERTIUS
ASCENDERANTQUE CUM EIS
IN CASTRIS
REUERSI SUNT UT ESSENT
CUM ISRAHEL QUI ERAT
CUM SAUL ET IONATHAN
OMNES QUOQ· ISRAHELITAE
QUI SE ABSCONDERANT
IN MONTE EPHRAIM
AUDIENTES QUOD FUGISSENT
PHILISTHIIM
SOCIAUERUNT SE CUM SUIS
IN PROELIO. ET ERANT CŪ SAUL QUASI DECĒ MILIA UIRORŪ
ET SALUABIT DN̅S IN DIE ILLA ISRL̅·
PUGNA AUTEM PERUENIT
USQ· BETHAUEN
ET UIR ISRAHEL SOCIATUS SIBI
EST IN DIE ILLA
AD IURAUIT AUTEM SAUL
POPULUM DICENS
MALEDICTUS UIR QUI COMEDERIT
PANEM USQ· AD UESPERAM
DONEC ULCISCAR DE INIMICIS MEIS
ET NON MANDUCAUIT
UNIUERSUS POPULUS PANEM
OMNEQ· TERRAE UULGUS
UENIT IN SALTUM
IN QUO ERAT MEL SUPER
FACIEM AGRI
INGRESSUS EST ITAQUE POPULUS
SALTUM ET APPARUIT
FLUENS MEL
NULLUSQUE ADPLICUIT MANUM

AD OS SUUM
TIMEBAT ENIM POPULUS
IURAMENTUM
PORRO IONATHAN NON AUDIERAT
CUM ADIURARET PATER
EIUS POPULUM
EXTENDITQUE SUMMITATEM
UIRGAE QUAM HABEBAT
IN MANU
ET INTINXIT IN FAUO MELLIS
ET CONUERTIT MANUM SUAM
AD OS SUUM ET INLUMINATI
SUNT OCULI EIUS
RESPONDENSQUE UNUS
DE POPULO AIT
IURE IURANDO CONSTRINXIT
PATER TUUS POPULUM DICENS
MALEDICTUS QUI COMEDERIT
PANEM HODIE
DEFECERAT AUTEM POPULUS
DIXITQ· IONATHAN
TURBAUIT PATER MEUS TERRAM
UIDISTIS IPSI QUIA INLUMINATI
SUNT OCULI MEI
EO QUOD GUSTAUERIM PAULULU
DE MELLE ISTO
QUANTO MAGIS SI COMEDISSET
POPULUS DE PRAEDA INIMICO
RUM SUORUM QUAM REPPERIT
NONNE MAIOR FACTA FUISSET
PLAGA IN PHILISTHIIM
PERCUSSERUNT ERGO IN DIE ILLA
PHILISTHEOS A MACHMIS
USQ· IN AIALON
DEFATIGATUS EST AUTEM
POPULUS NIMIS
ET UERSUS AD PRAEDAM
TULIT OUES ET BOUES
ET UITULOS
ET MACTAUERUNT IN TERRA
COMEDITQUE POPULUS
CUM SANGUINE
NUNTIAUERUNT AUTEM
SAUL DICENTES

QUOD POPULUS PECCASSET DNO
COMEDENS CUM SANGUINE
QUI AIT PRAEUARICATI ESTIS
UOLUITE AD ME IAM NUNC
SAXUM GRANDEM
ET DIXIT SAUL DISPERGIMINI
IN UULGUS ET DICITE EIS
UT ADDUCAT AD ME UNUSQUISQ·
BOUEM SUUM ET ARIETEM
ET OCCIDITE SUPER ISTUD
ET UESCIMINI ET NON PECCA
BITIS DNO COMEDENTES
CUM SANGUINE
ADDUXIT ITAQ· OMNIS POPULUS
UNUSQUISQUE BOUEM IN MANU
SUA USQ· AD NOCTEM
ET OCCIDERUNT IBI
AEDIFICAUIT AUTEM SAUL
ALTARE DNI
TUNCQ· PRIMUM COEPIT
AEDIFICARE ALTARE DNI
ET DIXIT SAUL IRRUAMUS
SUPER PHILISTHIIM NOCTE
ET UASTEMUS EOS USQUE DUM
INLUCESCAT MANE
NEC RELINQUAMUS DE EIS UIRUM
DIXITQUE POPULUS OMNE QUOD
BONUM UIDETUR IN OCULIS
TUIS FAC
ET AIT SACERDOS ACCEDAMUS
HUC AD DM
ET CONSULUIT SAUL DM
NAM PERSEQUAR PHILISTHIIM
SI TRADES EOS IN MANU ISRAHEL
ET NON RESPONDIT EI IN DIE ILLA
DIXITQ· SAUL AD PLICATE HUC
UNIUERSOS ANGULOS POPULI
ET SCITOTE ET UIDETE PER QUEM
ACCIDERIT PECCATUM
HOC HODIE
UIUIT DNS SALUATOR ISRAHEL
QUIA SI PER IONATHAN FILIUM
MEUM FACTUM EST
ABSQ· RETRACTATIONE MORIETUR

ADQUOD NULLUS CONTRADIXITEI
DE OMNI POPULO
ET AIT AD UNIUERSUM ISRAHEL
SEPARAMINI UOS IN PARTĒ UNAM
ET EGO CUM IONATHAN FILIO
MEO ERO IN PARTE UNA
RESPONDIT POPULUS AD SAUL
QUOD BONUM UIDETUR
IN OCULIS TUIS FAC
ET DIXIT SĀL AD DNM DM ISRĀL
DA INDICIUM
ET DEPREHENSUS EST
IONATHAN ET SAUL
POPULUS AUTEM EXIUIT
ET AIT SAUL MITTITE SORTEM
INTER ME ET INTER IONATHAN
FILIUM MEUM
ET CAPTUS EST IONATHAN
DIXIT AUTEM SAUL AD IONATHAN
INDICA MIHI QUID FECERIS
ET INDICAUIT EI IONATHAN ET AIT
GUSTANS GUSTAUI
IN SUMMITATE UIRGAE
QUAE ERAT IN MANU MEA
PAULULUM MELLIS
ECCE EGO MORIOR
ET AIT SAUL HAEC FACIAT MIHI
DS ET HAEC ADDAT
QUIA MORTE MORIERIS
IONATHAN
DIXITQ· POPULUS AD SAUL
ERGONE IONATHAN MORIETUR
QUI FECIT SALUTEM HANC
MAGNAM IN ISRAHEL
HOC NEFAS EST
UIUIT DNS SI CECIDERIT
CAPILLUS DE CAPITE EIUS
IN TERRAM
QUIA CUM DO OPERATUS
EST HODIE
LIBERAUIT ERGO POPULUS
IONATHAN UT NON MORERETUR
RECESSITQ· SAUL NEC PERSE
CUTUS EST PHILISTHIIM

PORRO PHILISTHIIM ABIERUNT
IN LOCA SUA
AT SAUL CONFIRMATO REGNO SUO
SUPER ISRAHEL
PUGNABAT PER CIRCUITUM
ADUERSUM OMNES
INIMICOS EIUS
CONTRA MOAB ET FILIOS AMMON
ET EDOM ET REGES SUBA
ET PHILISTHEOS
ET QUOCUMQ· SE UERTERAT
SUPERABAT
CONGREGATOQ· EXERCITU
PERCUSSIT AMALECH
ET ERUIT ISRAHEL DE MANU
UASTATORUM EIUS
FUERUNT AUTEM FILII SAUL
IONATHAN ET IESUI
ET MELCHISUA
NOMINA DUARUM FILIARUM EIUS
NOMEN PRIMOGENITAE
MERAB ET NOMEN
MINORIS MICHEL
ET NOMEN UXORIS SAUL
ACHINOEM FILIA AHIMAAS
ET NOMINA PRINCIPUM
MILITIAE EIUS
ABNER FILIUS NER PATRUELIS SAUL
CIS FUERAT PATER SAUL
ET NER PATER ABNER
FILIUS ABIHEL
ERAT AUTEM BELLUM POTENS
ADUERSUM PHILISTHEOS
OMNIB· DIEB· SAUL
NAM QUEMCUMQ· UIDERAT
SAUL UIRUM FORTEM
ET APTUM AD PROELIUM
SOCIABAT EUM SIBI
ET DIXIT SAMUHEL AD SAUL
ME MISIT DNS UT UNGUEREM
TE IN REGEM SUPER POPULŪ
EIUS ISRAHEL
NUNC ERGO AUDI UOCEM DNI
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM

RECENSUI QUAECUMQUE FECIT
AMALECH ISRAHELI
QUOMODO RESTITIT EI IN UIA
CUM ASCENDERET DE AEGYPTO
NUNC IGITUR UADE ET PERCUTE
AMALECH ET DEMOLIRE
UNIUERSA EIUS
NON PARCAS EIS SED INTERFICE
A UIRO USQUE AD MULIEREM
ET PARUULUM ATQ· LACTANTEM
BOUEM ET OUEM CAMELUM
ET ASINUM
PRAECEPIT ITAQ· SAUL POPULO
ET RECENSUIT EOS QUASI AGNOS
DUCENTA MILIA PEDITUM
ET DECEM MILIA UIRORUM IUDA
CUMQ· UENISSET SAUL USQUE
AD CIUITATEM AMALECH
TETENDIT INSIDIAS IN TORRENTE
DIXITQ· SAUL CINEO
ABITE RECEDITE ATQ· DESCEN
DITE AB AMALECH
NE FORTE INUOLUAM TE CUM EO
TU ENIM FECISTI MISERICORDIAM
CUM OMNIB· FILIIS ISRAHEL
CUM ASCENDERENT DE AEGYPTO
ET RECESSIT CINEUS DE MEDIO
AMALECH
PERCUSSITQ· SAUL AMALECH
AB EUILA DONEC UENIAS SUR
QUAE EST E REGIONE AEGYPTI
ET ADPREHENDIT AGAG REGEM
AMALECH UIUUM
OMNE AUTEM UULGUS INTER
FECIT IN ORE GLADII
ET PEPERCIT SAUL
ET POPULUS AGAG
ET OPTIMIS GREGIB· OUIUM
ET ARMENTORUM
ET UESTIB· ET ARIETIBUS
ET UNIUERSIS QUAE PULCHRA
ERANT
NEC UOLUERUNT DISPERDERE EA
QUICQUID UERO UILE FUIT

ET REPROBUM HOC DEMOLITI
SUNT
XXII FACTUM EST AUTEM UERBUM DÑI
AD SAMUHEL DICENS
PAENITET ME QUOD CONSTITUERIM
SAUL REGEM
QUIA DERELIQUID ME ET UERBA MEA
OPERE NON INPLEBIT
CONTRISTATUSQUE EST SAMUHEL
ET CLAMAUIT AD DÑM
TOTA NOCTE
CUMQUE DE NOCTE SURREXISSET
SAMUHEL UT IRET
AD SAUL MANE
NUNTIATUM EST SAMUHELI
EO QUOD UENISSET SAUL
IN CARMELUM
ET EREXISSET SIBI FORNICEM
TRIUMPHALEM
ET REUERSUS TRANSISSET
DESCENDISSETQ· IN GALGALA
UENIT ERGO SAMUHEL
AD SAUL ET DIXIT EI SAUL
BENEDICTUS TU DÑO
IMPLEBI UERBUM DÑI
DIXITQ· SAMUHEL
ET QUAE EST HAEC UOX GREGUM
QUAE RESONAT IN AURIB· MEIS
ET ARMENTORUM QUAM
EGO AUDIO
ET AIT SAUL DE AMALECH
ADDUXERUNT EA
PEPERCIT ENIM POPULUS
MELIORIBUS OUIB· ET ARMENTIS
UT IMMOLARENTUR DÑO
DÕ TUO
RELIQUA UERO OCCIDIMUS
DIXIT AUTEM SAMUHEL AD SAUL
SINE ME ET INDICABO TIBI
QUAE LOCUTUS SIT DÑS
AD ME NOCTE
DIXITQ· EI LOQUERE
ET AIT SAMUHEL
NONNE CUM PARUULUS ESSES

IN OCULIS TUIS
CAPUT IN TRIBUBUS ISRAHEL
FACTUS ES
UNXITQUE TE DNS IN REGEM
SUPER ISRAHEL
ET MISIT TE DNS IN UIA ET AIT
UADE ET INTERFICE
PECCATORES AMALECH
ET PUGNABIS CONTRA EOS
USQUE AD INTERNECIONEM
EORUM
QUARE ERGO NON AUDISTI
UOCEM DNI
SED UERSUS AD PRAEDAM ES
ET FECISTI MALUM IN OCULIS DNI
ET AIT SAUL AD SAMUHELEM
IMMO AUDIUI UOCEM DNI
ET AMBULAUI IN UIA PER QUAM
MISIT ME DNS
ET ADDUXI AGAG REGEM
AMALECH ET AMALECH
INTERFECI
TULIT AUTEM POPULUS
DE PRAEDA OUES ET BOUES
PRIMITIAS EORUM
QUAE CESA SUNT
UT IMMOLET DNO DO SUO
IN GALGALIS
XXVI ET AIT SAMUHEL
NUMQUID UULT DNS HOLOCAUSTA
AUT UICTIMAS
ET NON POTIUS UT OBOEDIATUR
UOCI DNI
MELIOR EST ENIM OBOEDIENTIA
QUAM UICTIMAE
ET AUSCULTARE MAGIS QUAM
OFFERRE ADIPEM ARIETUM
QUONIAM QUASI PECCATUM
ARIOLANDI EST REPUGNARE
ET QUASI SCELUS IDOLOLATRIAE
NOLLE ADQUIESCERE
PRO EO ERGO QUOD ABIECISTI
SERMONEM DNI
ABIECIT TE DNS NE SIS REX

DIXITQ. SAUL AD SAMUHEL
PECCAUI QUIA PRAEUARICATUS SUM
SERMONEM DNI ET UERBA TUA
TIMENS POPULUM ET OBOEDIENS
UOCI EORUM
SED NUNC PORTA QUAESO
PECCATUM MEUM
ET REUERTERE MECUM
UT ADOREM DNM
ET AIT SAMUHEL AD SAUL
NON REUERTAR TECUM QUIA
PROIECISTI SERMONEM DNI
ET PROIECIT TE DNS NE SIS
REX SUPER ISRAHEL
ET CONUERSUS EST SAMUHEL
UT ABIRET
ILLE AUTEM ADPREHENDIT
SUMMITATEM PALLII EIUS
QUAE ET SCISSA EST
ET AIT AD EUM SAMUHEL
SCIDIT DNS REGNUM ISRAHEL
A TE HODIE
ET TRADIDIT ILLUD PROXIMO
TUO MELIORI TE
PORRO TRIUMPHATOR IN ISRL
NON PARCET
ET PAENITUDINE NON FLECTETUR
NEQ. ENIM HOMO EST
UT AGAT PAENITENTIAM
AT ILLE AIT PECCAUI SED NUNC
HONORA ME CORAM SENIBUS
POPULI MEI ET CORAM ISRAHEL
ET REUERTERE MECUM
UT ADOREM DNM DM TUUM
REUERSUS ERGO SAMUHEL
SECUTUS EST SAULEM
ET ADORAUIT SAUL DNM
DIXITQ. SAMUHEL
ADDUCITE AD ME AGAG REGEM
AMALECH
ET OBLATUS EST EI AGAG
PINGUISSIMUS
ET DIXIT AGAG
SICINE SEPARAT AMARA MORS

ET AIT SAMUHEL
SICUT FECIT ABSQ· LIBERIS
MULIERES GLADIUS TUUS
SIC ABSQ· LIBERIS ERIT INTER
MULIERES MATER TUA
ET IN FRUSTA CONCIDIT SAMUHEL
AGAG CORAM DÑO IN GALGALIS
ABIIT AUTEM SAMUHEL
IN RAMATHA
SAUL UERO ASCENDIT IN DOMUM
SUAM IN GABAATH
ET NON UIDIT SAMUHEL ULTRA
SAUL USQUE AD DIEM
MORTIS SUAE
UERUM TAMEN LUGEBAT
SAMUHEL SAUL
QUONIAM DÑM PAENITEBAT
QUOD CONSTITUISSET REGEM
SAUL SUPER ISRAHEL
DIXITQ· DÑS AD SAMUHEL
USQUEQUO TU LUGES SAUL
CUM EGO PROIECERIM EUM
NE REGNET SUPER ISRAHEL
IMPLE CORNU TUUM OLEO
ET UENI UT MITTAM TE AD ISAI
BETHLEEMITEM
PROUIDI ENIM IN FILIIS EIUS
MIHI REGEM
ET AIT SAMUHEL QUOMODO
UADAM
AUDIET ENIM SAUL ET INTER
FICIET ME
ET AIT DÑS UITULUM DE ARMENTO
TOLLES IN MANU TUA
ET DICES AD IMMOLANDUM
DÑO UENI
ET UOCABIS ISAI AD UICTIMAM
ET EGO OSTENDAM TIBI
QUID FACIAS
ET UNGUES QUEMCUMQUE
MONSTRAUERO TIBI
FECIT ERGO SAMUHEL SICUT
LOCUTUS EST EI DÑS
UENITQ· IN BETHLEEM

ET ADMIRATI SUNT SENIORES
CIUITATIS OCCURRENTES EI
DIXERUNTQ· PACIFICUS NE EST
INGRESSUS TUUS
ET AIT PACIFICUS
AD IMMOLANDUM DÑO UENI
SCIFICAMINI ET UENITE MECUM
UT IMMOLEM
SCIFICAUIT ERGO ISAI
ET FILIOS EIUS
ET UOCAUIT EOS AD SACRIFICIUM
CUMQ· INGRESSI ESSENT
UIDIT HELIAB ET AIT
NUM CORAM DÑO EST XPS EIUS
ET DIXIT DÑS AD SAMUHEL
NE RESPICIAS UULTUM EIUS
NEQUE ALTITUDINEM
STATURAE EIUS
QUONIAM ABIECI EUM
NEC IUXTA INTUITUM
HOMINIS IUDICO
HOMO ENIM UIDET EA
QUAE PARENT
DÑS AUTEM INTUETUR COR
ET UOCAUIT ISAI ABINADAB
ET ADDUXIT EUM CORAM
SAMUHEL
QUI DIXIT NEC HUNC ELEGIT DÑS
ADDUXIT AUTEM ISAI SAMMA
DE QUO AIT
ETIAM HUNC NON ELEGIT DÑS
ADDUXIT ITAQUE ISAI SEPTEM
FILIOS SUOS CORAM SAMUHEL
ET AIT SAMUHEL AD ISAI
NON ELEGIT DÑS EX ISTIS
DIXITQ· SAMUHEL AD ISAI
NUMQUID IAM CONPLETI
SUNT FILII
QUI RESPONDIT ADHUC
RELIQUUS EST PARUULUS
ET PASCIT OUES
ET AIT SAMUHEL AD ISAI
MITTE ET ADDUC EUM
NEC ENIM DISCUMBEMUS

priusquam ille huc uenerit
misit ergo et adduxit eum
erat autem rufus et pulcher
aspectu decoraque facie
et ait d͞ns
surge ungue eum
ipse est enim
tulit igitur samuhel
cornu olei
et unxit eum in medio
fratrum eius
et directus est sp͞s d͞ni in dauid
a die illa et in reliquum
surgensque samuhel
abiit in ramatha
sp͞s autem d͞ni recessit a saul
et exagitabat eum sp͞s
nequam a d͞no
dixeruntque serui saul ad eum
ecce sp͞s d͞i malus exagitat te
iubeat dominus noster
et serui tui qui coram te sunt
quaerent hominem scientem
psallere cithara
ut quando arripuerit te
sp͞s d͞i malus
psallat manu sua
et leuius feras
et ait saul ad seruos suos
prouidete mihi aliquem
bene psallentem
et adducite eum ad me
et respondens unus
de pueris ait
ecce uidi filium isai
bethleemiten
scientem psallere
et fortissimum robore
et uirum bellicosum
et prudentem in uerbis
et uirum pulchrum
et d͞ns est cum eo
misit ergo saul nuntios
ad isai dicens
mitte ad me dauid filium tuum
qui est in pascuis
tulitque isai asinum plenum
panibus et lagoenam uini
et hedum de capris unum
et misit per manum dauid
filii sui saul
et uenit dauid ad saul
et stetit coram eo
ad ille dilexit eum nimis
et factus est eius armiger
misitque saul ad isai dicens
stet dauid in conspectu meo
inuenit enim gratiam
in oculis meis
igitur quandocumque sp͞s d͞i malus
arripiebat saul
tollebat dauid citharam et
percutiebat manu sua
et refocilabatur saul et leuius
habebat
recedebat enim ab eo sp͞s malus
XVIIII Congregantes uero philistim
agmina sua in proelium
conuenerunt in soccho iudae
et castrametati sunt inter
soccho et azeca in finibus
dommim
porro saul et uiri israhel
congregati uenerunt
in uallem terebinthi
et direxerunt aciem ad pugnandum
contra philistim
et philistim stabant super
montem ex hac parte
et israhel stabat super montem
ex altera parte
uallisque erat inter eos
et egressus est uir spurius de
castris philistinorum
nomine goliath de geth
altitudinis sex cubitorum
et palmo
et cassis aerea super caput eius

et lorica hamata induebatur
porro pondus loricae eius
quinq. milia siclorum aeris
et ocreas aereas habebat
in cruribus
et clypeus aereus
tegebat umeros eius
hastile autem hastae eius
erat quasi liciatorium
texentium
ipsum autem ferrum
hastae eius sescentos
siclos habebat ferri
et armiger eius
antecedebat eum
stansque clamabat adversu[m]
falangas israhel
et dicebat eis
quare venitis parati
ad proelium
numquid ego non sum
philistheus et vos
servi saul
eligite ex vobis virum
et descendat ad singulare
certamen
si quiverit pugnare mecum
et percusserit me erimus
vobis servi
si autem ego praevaluero
et percussero eum
vos servi eritis
et servietis nobis
et aiebat philistheus
ego exprobravi agminibus
israhelis hodie
date mihi virum et ineat
mecum singulare
certamen
audiens autem saul et omnes
viri israhelitae sermone[s]
philisthei huiuscemodi
stupebant et metuebant
nimis

david autem erat filius viri
ephrathei de quo supra
dictum est de bethleem iuda
cui erat nomen isai
qui habebat octo filios
et erat vir in diebus saul
senex et grandaevus
inter viros
abierunt autem tres filii
eius maiores post saul
in proelium
et nomina trium filiorum
eius qui perrexerant
ad bellum
heliab primogenitus
et secundus abinadab
tertiusq[ue] semma
david autem erat minimus
trib[us] ergo maioribus
secutis saulem
abiit david et reversus est
a saul ut pasceret gregem
patris sui in bethleem
procedebat vero philistheus
mane et vespere et stabat
quadraginta diebus
dixit autem isai ad david
filium suum
accipe fratribus tuis oephi
pulentae et decem
panes istos
et curre in castra
ad fratres tuos
et decem formellas casei
has deferes ad tribunum
et fratres tuos visitabis
si recte agant
et cum quibus ordinati
sint disce
saul autem et illi et omnes
filii israhel
in valle terebinthi pugna
bant adversum
philistheum

SURREXIT ITAQ· DAUID MANE
ET COMMENDAUIT GREGEM
CUSTODI
ET ONUSTUS ABIIT SICUT
PRAECEPERAT EI ISAI
ET UENIT AD LOCUM MAGALA
ET AD EXERCITUM QUI EGRESSUS
AD PUGNAM UOCIFERATUS
ERAT IN CERTAMINE
DIREXERAT ENIM ACIEM
ISRAHEL
SED ET PHILISTHIIM EX ADUERSO
FUERANT PRAEPARATI
DERELINQUENS ERGO DAUID
UASA QUAE ADTULERAT
SUB MANU CUSTODIS
AD SARCINAS
CUCURRIT AD LOCUM
CERTAMINIS
ET INTERROGABAT SI OMNIA
RECTE AGERENTUR ERGA
FRATRES SUOS
CUMQ· ADHUC ILLE LOQUE
RETUR EIS
APPARUIT UIR ILLE SPURIUS
ASCENDENS
GOLIATH NOMINE PHILISTHEUS
DE GETH EX CASTRIS
PHILISTHINORUM
ET LOQUENTE EO HAEC EADEM
UERBA AUDIUIT DAUID
OMNES AUTEM ISRAHELITAE
CUM UIDISSENT UIRUM
FUGERUNT A FACIE EIUS
TIMENTES EUM UALDE
ET DIXIT UNUS QUISPIAM
DE ISRAHEL
NUM UIDISTI UIRUM HUNC
QUI ASCENDIT
AD EXPROBRANDUM ENIM
ISRAHELI ASCENDIT
UIRUM ERGO QUI PER
CUSSERIT EUM
DITABIT REX DIUITIIS MAGNIS
ET FILIAM SUAM DABIT EI
ET DOMUM PATRIS EIUS FACIET
ABSQ· TRIBUTO IN ISRAHEL
ET AIT DAUID AD UIROS QUI
STABANT SECUM DICENS
QUID DABITUR UIRO QUI PER
CUSSERIT PHILISTHEUM HUNC
ET TULERIT OBPROBRIUM
DE ISRAHEL
QUIS EST ENIM HIC PHILISTHEUS
INCIRCUMCISUS
QUI EXPROBRAUIT ACIES
DI UIUENTIS
REFEREBAT AUTEM EI POPULUS
EUNDEM SERMONEM DICENS
HAEC DABUNTUR UIRO
QUI PERCUSSERIT EUM
QUOD CUM AUDISSET HELIAB
FRATER EIUS MAIOR
LOQUENTE EO CUM ALIIS
IRATUS EST CONTRA DAUID
ET AIT
QUARE UENISTI ET QUARE
DERELIQUISTI PAUCULAS
OUES ILLAS IN DESERTO
EGO NOUI SUPERBIAM TUAM
ET NEQUITIAM CORDIS TUI
QUIA UT UIDERIS PROELIUM
DESCENDISTI
ET DIXIT DAUID QUID FECI
NUMQUID NON UERBUM EST
ET DECLINAUIT PAULULUM
AB EO AD ALIUM
DIXITQ· EUNDEM SERMONEM
ET RESPONDIT EI POPULUS
UERBUM SICUT ET PRIUS
AUDITA SUNT AUTEM UERBA
QUAE LOCUTUS EST DAUID
ET ADNUNTIATA IN CON
SPECTU SAUL
AD QUEM CUM FUISSET
ADDUCTUS LOCUTUS EST EI
NON CONCIDAT COR
CUIUSQUAM IN EO

ego servus tuus uadam
et pugnabo ad versum
philistheum
et ait saul ad david
non vales resistere
philistheo isti
nec repugnare ad versum
eum quia puer es
hic autem vir bellator
ab adulescentia sua
dixitq· david ad saul
pascebat servus tuus
patris sui gregem
et veniebat leo vel ursus
tollebantq· arietem
de medio gregis
et sequebar eos
et percutiebam
eruebamq· de ore eorum
et illi consurgebant
ad versum me
et ad prehendebam
mentum eorum
et suffocabam inter
ficiebamque eos
nam et leonem et ursum
interfeci ego servus tuus
erit igitur et philistheus
hic incircumcisus
quasi unus ex eis
qui ausus est maledicere
exercitui dei viventis
et ait david
dns qui eruit me de manu
leonis et de manu ursi
ipse liberavit me de manu
philisthei huius
dixit autem saul ad david
vade et dns tecum sit
et induit saul david
vestimentis suis
et inposuit galeam aeream
super caput eius
et vestivit eum lorica

accinctus ergo david gladio
eius super veste sua
coepit temptare si armatus
posset incedere
non enim habebat
consuetudinem
dixitq· david ad saul
non possum sic incedere
quia nec usum habeo
et deposuit ea et tulit
baculum suum quem
semper habebat in manibus
et elegit sibi quinque
limpidissimos lapides
de torrente
et misit eos in peram pasto
ralem quam habebat
secum
et fundam manu tulit
et processit ad versum
philistheum
ibat autem philistheus
incedens et adpropinquans
ad versum david
et armiger eius ante eum
cumq· inspexisset philis
theus et vidisset david
despexit eum
erat enim adulescens rufus
et pulcher aspectu
et dixit philistheus
ad david
numquid ego canis sum
quod tu venis ad me
cum baculo
et maledixit philistheus
david in diis suis
dixitq· ad david
veni ad me et dabo carnes
tuas volatilibus caeli
et bestiis terrae
dixit autem david
ad philistheum
tu venis ad me cum gladio

et hasta et clypeo
Ego autem uenio ad te
in nomine dñi exercituum
di agminum israhel
quib· exprobasti hodie
et dabit te dñs in manu mea
et percutiam te et auferam
caput tuum a te
et dabo cadauer castrorum
philisthiim hodie
uolatilibus caeli
et bestiis terrae
ut sciat omnis terra
quia est ds in israhel
et nouerit uniuersa
ecclesia haec
quia non in gladio nec in hasta
saluat dñs
Ipsius est enim bellum xxx
et tradet uos in manus
nostras
Cum ergo surrexisset
philistheus et ueniret
et adpropinquaret
contra dauid
festinauit dauid et cucurrit
ad pugnam ex aduerso
philisthei
et misit manum suam
in peram
tulitq· unum lapidem
et funda iecit
et percussit philistheum
in fronte
et infixus est lapis
in fronte eius
et cecidit in faciem suam
super terram
praeualuitque dauid
aduersum philistheum
in funda et in lapide
percussumque philistheum
interfecit
cumque gladium non haberet
in manu dauid
cucurrit et stetit super
philistheum
et tulit gladium eius
et eduxit de uagina sua
et interfecit eum praeciditq·
caput eius
uidentes autem philisthiim
quod mortuus esset xxxi
fortissimus eorum
fugerunt
et consurgentes uiri
israhel et iuda
uociferati sunt et persecuti
philistheos usque dum
uenirent in uallem
et usque ad portas accaron
cecideruntque uulnerati
de philisthiim in uia sarim
usque ad geth et usq· accaron
et reuertentes filii israhel
postquam persecuti
fuerant philistheos
Inuaserunt castra eorum
Adsumens autem dauid
caput philisthei
adtulit illud in hierusalem
arma uero eius posuit
in tabernaculo suo
Eo autem tempore quo uiderat
saul dauid egredientem
contra philistheum
ait ad abner principem
militiae
de qua stirpe descendit
hic adulescens abner
dixitque abner
uiuit anima tua rex si noui
et ait rex interroga tu
cuius filius sit iste puer
cumq· regressus esset
dauid percusso philistheo
tulit eum abner et intro
duxit coram saul

CAPUT PHILISTHEI HABENTEM
IN MANU
ET AIT AD EUM SAUL
DE QUA PROGENIE ES
O ADULESCENS
DIXITQ DAUID
FILIUS SERUI TUI ISAI
BETHLEEMITAE EGO SUM
XXVIIII ET FACTUM EST CUM CON
PLESSET LOQUI AD SAUL
ANIMA IONATHAM CONLIGATA EST
ANIMAE DAUID
ET DILEXIT EUM IONATHAN
QUASI ANIMAM SUAM
TULITQUE EUM SAUL IN DIE ILLA
ET NON CONCESSIT EI UT REUER
TERETUR IN DOMUM
PATRIS SUI
INIERUNT AUTEM IONATHAN
ET DAUID FOEDUS
DILIGEBAT ENIM EUM
QUASI ANIMAM SUAM
NAM EXPOLIAUIT SE IONATHAN
TUNICAM QUA ERAT UESTITUS
ET DEDIT EAM DAUID
ET RELIQUA UESTIMENTA SUA
USQUE AD GLADIUM ET ARCUM
SUUM ET USQ AD BALTEUM
EGREDIEBATUR QUOQUE
DAUID AD OMNIA QUAECUMQ
MISISSET EUM SAUL
ET PRUDENTER SE AGEBAT
POSUITQUE EUM SAUL
SUPER UIROS BELLI
ET ACCEPTUS ERAT IN OCULIS
UNIUERSI POPULI
MAXIMEQ IN CONSPECTU
FAMULORUM SAUL
PORRO CUM REUERTERETUR
PERCUSSO PHILISTHEO DAUID
EGRESSAE SUNT MULIERES
DE UNIUERSIS URBIBUS
ISRAHEL
CANTANTES CHOROSQ DUCENTES

IN OCCURSUM SAUL REGIS
IN TYMPANIS LAETITIAE
ET IN SISTRIS
ET PRAECINEBANT MULIERES
LUDENTES ATQ DICEBANT
PERCUSSIT SAUL MILLE
ET DAUID DECEM MILIA
IRATUS EST AUTEM SAUL NIMIS
ET DISPLICUIT IN OCULIS EIUS
ISTE SERMO
DIXITQUE DEDERUNT DAUID
DECEM MILIA ET MIHI
DEDERUNT MILLE
QUID EI SUPEREST NISI
SOLUM REGNUM
NON RECTIS ERGO OCULIS SAUL
ASPICIEBAT DAUID EX DIE ILLA
ET DEINCEPS
XXX POST DIEM AUTEM ALTERAM
INUASIT SPS DI
MALUS SAUL
ET PROPHETABAT IN MEDIO
DOMUS SUAE
DAUID AUTEM PSALLEBAT
MANU SUA SICUT
PER SINGULOS DIES
TENEBATQUE SAUL LANCEAM
ET MISIT EAM PUTANS
QUOD CONFIGERE POSSET
DAUID CUM PARIETE
ET DECLINAUIT DAUID
A FACIE EIUS SECUNDO
ET TIMUIT SAUL DAUID
EO QUOD ESSET DNS CUM EO
ET A SE RECESSISSET
AMOUIT ERGO EUM
SAUL A SE
ET FECIT EUM TRIBUNUM
SUPER MILLE UIROS
ET EGREDIEBATUR ET INTRABAT
IN CONSPECTU POPULI
IN OMNIBUS QUOQUE UIIS SUIS
DAUID PRUDENTER AGEBAT
ET DNS ERAT CUM EO

UIDIT ITAQUE SAUL QUOD
PRUDENS ESSET NIMIS
ET COEPIT CAUERE EUM
OMNIS AUTEM ISRAHEL ET IUDA
DILIGEBAT DAUID
IPSE ENIM EGREDIEBATUR
ET INGREDIEBATUR ANTE EOS
DIXIT AUTEM SAUL AD DAUID
ECCE FILIA MEA MAIOR MEROB
IPSAM DABO TIBI UXOREM
TANTUMMODO ESTO UIR
FORTIS ET PROELIARE
BELLA DNI
SAUL AUTEM REPUTABAT DICENS
NON SIT MANUS MEA IN EO
SED SIT SUPER ILLUM
MANUS PHILISTHINORUM
AIT AUTEM DAUID AD SAUL
QUIS EGO SUM AUT QUAE EST
UITA MEA AUT COGNATIO XXX
PATRIS MEI IN ISRAHEL
UT FIAM GENER REGIS
FACTUM EST AUTEM TEMPUS
CUM DEBERET DARI MEROB
FILIA SAUL DAUID
DATA EST HADRIHEL
MOLATHITAE UXOR
DILEXIT AUTEM MICHOL
FILIA SAUL ALTERA DAUID
ET NUNTIATUM EST SAUL
ET PLACUIT EI
DIXITQUE SAUL DABO EAM ILLI
UT FIAT EI IN SCANDALUM
ET SIT SUPER EUM MANUS
PHILISTHINORUM
DIXIT ERGO SAUL AD DAUID
IN DUABUS REBUS GENER MEUS
ERIS HODIE
ET MANDAUIT SAUL
SERUIS SUIS
LOQUIMINI AD DAUID CLAM
ME DICENTES
ECCE PLACES REGI ET OMNES
SERUI EIUS DILIGUNT TE
NUNC ERGO ESTO GENER RE͞GIS
ET LOCUTI SUNT SERUI SAUL
IN AURIBUS DAUID OMNIA
UERBA HAEC
ET AIT DAUID
NUM PARUM UOBIS UIDETUR
GENERUM ESSE REGIS
EGO AUTEM SUM UIR
PAUPER ET TENUIS
ET RENUNTIAUERUNT SERUI
SAUL DICENTES
HUIUSCEMODI UERBA
LOCUTUS EST DAUID
DIXIT AUTEM SAUL
SIC LOQUIMINI AD DAUID
NON HABET NECESSE
REX SPONSALIA
NISI TANTUM CENTUM PRAE
PUTIA PHILISTHINORUM
UT FIAT ULTIO DE INIMICIS REGIS
PORRO SAUL COGITABAT TRA
DERE DAUID IN MANIBUS
PHILISTINORUM
CUMQUE RENUNTIASSENT
SERUI EIUS DAUID UERBA
QUAE DIXIMUS
PLACUIT SERMO IN OCULIS DAUID
UT FIERET GENER REGIS
ET POST DIES PAUCOS SURGENS
DAUID ABIIT CUM UIRIS QUI
SUB EO ERANT
ET PERCUSSIS PHILISTHIM
DUCENTIS UIRIS
ADTULIT PRAEPUTIA EORUM
ET ADNUMERAUIT EA REGI
UT ESSET GENER EIUS
DEDIT ITAQUE EI SAUL MICHOL
FILIAM SUAM UXOREM
ET UIDIT SAUL ET INTELLEXIT
QUIA DNS ESSET CUM DAUID
MICHOL AUTEM FILIA SAUL
DILIGEBAT EUM
ET SAUL MAGIS COEPIT
TIMERE DAUID

FACTUSQ· EST SAUL INIMICUS
DAUID CUNCTIS DIEBUS
ET EGRESSI SUNT PRINCIPES
PHILISTHINORUM
A PRINCIPIO AUTEM
EGRESSIONIS EORUM
PRUDENTIUS SE AGEBAT DAUID
QUAM OMNES SERUI SAUL
ET CELEBRE FACTUM EST
NOMEN EIUS NIMIS
·XXX· LOCUTUS EST AUTEM SAUL
AD IONATHAN FILIUM SUUM
ET AD OMNES SERUOS SUOS
UT OCCIDERET DAUID
PORRO IONATHAN FILIUS SAUL
DILIGEBAT DAUID UALDE
ET INDICAUIT IONATHAN
DAUID DICENS
QUAERIT SAUL PATER MEUS
OCCIDERE TE
QUA PROPTER OBSERUA TE
QUAESO MANE
ET MANEBIS CLAM
ET ABSCONDERIS
EGO AUTEM EGREDIENS
STABO IUXTA PATREM MEUM
IN AGRO UBICUMQ· FUERIS
ET EGO LOQUAR DE TE
AD PATREM MEUM
ET QUODCUMQUE UIDERO
NUNTIABO TIBI
LOCUTUS EST ERGO IONATHAN
DE DAUID BONA AD SAUL
PATREM SUUM
DIXITQUE AD EUM
NE PECCES REX IN SERUUM
TUUM DAUID
QUIA NON PECCAUIT TIBI
ET OPERA EIUS BONA SUNT
TIBI UALDE
ET POSUIT ANIMAM SUAM
IN MANU SUA
ET PERCUSSIT PHILISTHEUM
ET FECIT DNS SALUTEM MAGNA̅
IN UNIUERSO ISRAHEL
UIDISTI ET LAETATUS ES
QUARE ERGO PECCAS
IN SANGUINE INNOXIO
INTERFICIENS DAUID QUI EST
ABSQ· CULPA
QUOD CUM AUDISSET SAUL
PLACATUS UOCE IONATHAE
IURAUIT
UIUIT DNS QUIA NON OCCIDETUR
UOCAUIT ITAQUE
IONATHAN DAUID
ET INDICAUIT EI OMNIA
UERBA HAEC
ET INTRODUXIT IONATHAN
DAUID AD SAUL
ET FUIT ANTE EUM SICUT
FUERAT HERI ET NUDIUS
TERTIUS
XXXI MOTUM EST AUTEM
RURSUS BELLUM
ET EGRESSUS DAUID PUGNAUIT
ADUERSUM PHILISTHIM
PERCUSSITQUE EOS
PLAGA MAGNA
ET FUGERUNT A FACIE EIUS
ET FACTUS EST SPS DI
MALUS IN SAUL
SEDEBAT AUTEM IN DOMO SUA
ET TENEBAT LANCEAM
PORRO DAUID PSALLEBAT
IN MANU SUA
NISUSQ· EST SAUL CONFIGERE
LANCEA DAUID IN PARIETE
ET DECLINAUIT DAUID
A FACIE SAUL
LANCEA AUTEM CASSO UULNERE
PERLATA EST IN PARIETEM
ET DAUID FUGIT ET SALUATUS
EST NOCTE ILLA
MISIT ERGO SAUL SATELLITES
SUOS IN DOMUM DAUID
UT CUSTODIRENT EUM
ET INTERFICERETUR MANE

QUOD CUM ADNUNTIASSET
DAUID MICHOL UXOR
SUA DICENS
NISI SALUAUERIS TE NOCTE HAC
CRAS MORIERIS
DEPOSUIT EUM PER FENESTRAM
PORRO ILLE ABIIT ET AUFUGIT
ADQ· SALUATUS EST
TULIT AUTEM MICHOL STATUAM
ET POSUIT EAM SUPER LECTUM
ET PELLEM PILOSAM CAPRARŪ
POSUIT AD CAPUT EIUS
ET OPERUIT EAM UESTIMENTIS
MISIT AUTEM SAUL APPARI
TORES QUI RAPERENT DAUID
ET RESPONSUM EST
QUOD EGROTARET
RURSUMQ· MISIT SAUL
NUNTIOS UT UIDERENT
DAUID DICENS
ADFERTE EUM AD ME IN LECTO
UT OCCIDATUR
CUMQ· UENISSENT NUNTII
INUENTUM EST SIMULACHRUM
SUPER LECTUM
ET PELLIS CAPRARUM
AD CAPUT EIUS
DIXITQ· SAUL AD MICHOL
QUARE SIC INLUSISTI MIHI
ET DIMISISTI INIMICUM MEUM
UT FUGERET
ET RESPONDIT MICHOL
AD SAUL
QUIA IPSE LOCUTUS EST MIHI
DIMITTE ME ALIOQUIN
INTERFICIAM TE
DAUID AUTEM FUGIENS
SALUATUS EST ET UENIT
AD SAMUHEL IN RAMATHA
N UNTIAUIT EI OMNIA QUAE FECE
RAT SIBI SAUL
UNT IPSE ET SAMUHEL
PFECTI SUNT IN NAHIOTH
TUM EST AUTEM

SAULI ADICENTIBUS
ECCE DAUID IN NAHIOTH IN RAMA
MISIT ERGO SAUL LICTORES
UT RAPERENT DAUID
QUI CUM UIDISSENT CUNEUM
PROPHETARUM UATICINANTIUM
ET SAMUHEL STANTEM
SUPER EOS
FACTUS EST ETIAM IN ILLIS
SPS DNI
ET PROPHETARE COEPERUNT
ETIAM IPSI
QUOD CUM NUNTIATUM
ESSET SAULI
MISIT ALIOS NUNTIOS
PROPHETAUERUNT AUTEM
ET ILLI
ET RURSUM SAUL MISIT
TERTIOS
QUI ET IPSI PROPHETAUERUNT
ABIIT AUTEM ET IPSE
IN RAMATHA
ET UENIT USQ· AD CISTERNAM
MAGNAM QUAE EST
IN SOCCHO
ET INTERROGAUIT ET DIXIT
IN QUO LOCO SUNT
SAMUHEL ET DAUID
DICTUMQ· EST EI ECCE IN NAHIOTH
SUNT IN RAMA
ET ABIIT NAHIOTH IN RAMA
ET FACTUS EST ETIAM
SUPER EUM SPS DI
ET AMBULABAT INGREDIENS
ET PROPHETABAT
USQUE DUM UENIRET
NAHIOTH IN RAMA
ET EXPOLIAUIT SE ETIAM IPSE
UESTIMENTIS SUIS
ET PROPHETAUIT CUM CETERIS
CORAM SAMUHEL
ET CECIDIT NUDUS TOTA DIE
ILLA ET NOCTE
UNDE ET EXIUIT PROUERBIUM

NUM ET SAUL INTER PROPHETAS
77 · FUGIT AUTEM DAUID DE NABIOTH
QUAE ERAT IN RAMA
UENIENSQUE LOCUTUS EST
CORAM IONATHAN
QUID FECI QUAE EST INIQUITAS
MEA ET QUOD PECCATUM
MEUM IN PATREM TUUM
QUIA QUAERIT ANIMAM MEAM
QUI DIXIT EI ABSIT
NON MORIERIS
NEQUE ENIM FACIET PATER MEUS
QUICQUAM GRANDE
UEL PARUUM NISI PRIUS
INDICAUERIT MIHI
HUNC ERGO CELAUIT ME
PATER MEUS SERMONEM
TANTUMMODO
NEQUAQUAM ERIT ISTUD
ET IURAUIT RURSUM DAUID
ET ILLE AIT
SCIT PROFECTO PATER TUUS
QUIA INUENI GRATIAM
IN OCULIS TUIS
ET DICET NESCIAT HOC IONATHAN
NE FORTE TRISTETUR
QUIN IMMO UIUIT DÑS
ET UIUIT ANIMA TUA
QUIA UNO TANTUM UT ITA DICAM
GRADU EGO MORSQUE
DIUIDIMUR
ET AIT IONATHAN AD DAUID
QUODCUMQUE DIXERIT MIHI
ANIMA TUA FACIAM TIBI
DIXIT AUTEM DAUID
AD IONATHAN
ECCE KALENDAE SUNT CRASTINO
ET EGO EX MORE SEDERE
SOLEO IUXTA REGEM
AD UESCENDUM
DIMITTE ERGO ME UT ABSCONDAR
IN AGRO USQUE AD UESPERAM
DIEI TERTIAE
SI REQUISIERIT ME PATER
TUUS RESPONDEBIS EI
ROGAUIT ME DAUID UT IRET
CELERITER IN BETHLEEM
CIUITATEM SUAM
QUIA UICTIMAE SOLLEMNES
IBI SUNT UNIUERSIS
CONTRIBULIBUS EIUS
SI DIXERIT BENE PAX ERIT
SERUO TUO
SI AUTEM FUERIT IRATUS
SCITO QUIA CONPLETA EST
MALITIA EIUS
FAC ERGO MISERICORDIAM
IN SERUUM TUUM
QUIA FOEDUS DÑI ME
FAMULUM TUUM TECUM
INIRE FECISTI
SI AUTEM EST IN ME ALIQUA
INIQUITAS TU ME INTERFICE
ET AD PATREM TUUM
NE INTRODUCAS ME
ET AIT IONATHAN ABSIT
HOC A TE
NEQ; ENIM FIERI POTEST
UT SI CERTO COGNOUERO
CONPLETAM PATRIS MEI ESSE
MALITIAM CONTRA TE
NON ADNUNTIEM TIBI
RESPONDITQUE DAUID
AD IONATHAN
QUIS NUNTIAUIT MIHI SI QUID
FORTE RESPONDERIT TIBI
PATER TUUS DURAE
ET AIT IONATHAN AD DAUID
UENI EGREDIAMUR IN AGRUM
CUMQ; EXISSENT AMBO
IN AGRUM
AIT IONATHAN AD DAUID
DÑE DS ISRAHEL
SI INUESTIGAUERO SENTENTIAM
PATRIS MEI CRASTINO UEL
PERENDIE
ET ALIQUID BONI FUERIT
SUPER DAUID

ET NON STATIM MISERO AD TE
ET NOTUM TIBI FECERO
HAEC FACIAT DNS IONATHAN
ET HAEC AUGEAT
SI AUTEM PERSEUERAUERIT
PATRIS MEI MALITIA
ADUERSUM TE
REUELABO AUREM TUAM
ET DIMITTAM TE UT UADAS
IN PACE
ET SIT DNS TECUM SICUT FUIT
CUM PATRE MEO
ET SI UIXERO FACIES MIHI
MISERICORDIAM DNI
SI UERO MORTUUS FUERO
NON AUFERES MISERICORDIĀ TUĀ
A DOMO MEA USQ; IN SEMPITERNŪ
QUANDO ERADICAUERIT DNS
INIMICOS DAUID
UNUMQUEMQUE DE TERRA
PEPIGIT ERGO FOEDUS IONATHAN
CUM DOMO DAUID
ET REQUISIUIT DNS DE MANU
INIMICORUM DAUID
ET ADDIDIT IONATHAN
DEIERARE DAUID
EO QUOD DILIGERET ILLUM
SICUT ANIMAM ENIM SUAM
ITA DILIGEBAT EUM
DIXITQ; AD EUM IONATHAN
CRAS KALENDAE SUNT
ET REQUIRERIS
REQUIRETUR ENIM SESSIO TUA
USQUE PERENDIE
DESCENDES ERGO FESTINUS
ET UENIES IN LOCUM
UBI CELANDUS ES
IN DIE QUA OPERARI LICET
ET SEDEBIS IUXTA LAPIDEM
CUI EST NOMEN EZEL
ET EGO TRES SAGITTAS MITTAM
IUXTA EUM
ET IACIAM QUASI EXERCENS
ME AD SIGNUM
MITTAM QUOQUE ET PUERUM
DICENS EI
UADE ET ADFER MIHI SAGITTAS
SI DIXERO PUERO ECCE SAGITTAE
INTRA TE SUNT TOLLE EAS
TU UENI AD ME QUIA PAX TIBI
EST ET NIHIL MALI EST
UIUIT DNS
SI AUTEM SIC LOCUTUS
FUERO PUERO
ECCE SAGITTAE ULTRA TE SUNT
UADE QUIA DIMISIT TE DNS
DE UERBO AUTEM QUOD LOCUTI
FUIMUS EGO ET TU
SIT DNS INTER ME ET TE
USQ; IN SEMPITERNUM
ABSCONDITUS EST ERGO
DAUID IN AGRO
ET UENERUNT KALENDAE
ET SEDIT REX AD COME
DENDUM PANEM
CUMQUE SEDISSET REX
SUPER CATHEDRAM SUAM
SECUNDUM CONSUETUDINEM
QUAE ERAT IUXTA PARIETEM
SURREXIT IONATHAN ET SEDIT
ABNER EX LATERE SAUL
UACUUSQUE APPARUIT
LOCUS DAUID
ET NON EST LOCUTUS SAUL
QUICQUAM IN DIE ILLA
COGITABAT ENIM QUOD FORTE
UENISSET EI UT NON ESSET
MUNDUS NEC PURIFICATUS
CUMQUE INLUXISSET DIES
SECUNDA POST KALENDAS
RURSUM UACUUS APPARUIT
LOCUS DAUID
DIXITQUE SAUL AD IONATHAN
FILIUM SUUM
CUR NON UENIT FILIUS ISAI
NEC HERI NEC HODIE
AD UESCENDUM
ET RESPONDIT IONATHAN SAULI

ROGAUIT ME OBNIXE UT IRET
IN BETHLEEM
ET AIT DIMITTE ME QUONIAM
SACRIFICIUM SOLLEMNE EST
IN CIUITATE
UNUS DE FRATRIBUS MEIS
ACCERSIUIT ME
NUNC ERGO SI INUENI GRATIAM
IN OCULIS TUIS
UADAM CITO ET UIDEBO
FRATRES MEOS
OB HANC CAUSAM NON UENIT
AD MENSAM REGIS
IRATUS AUTEM SAUL
ADUERSUM IONATHAN
DIXIT EI
FILI MULIERIS UIRUM
ULTRO RAPIENTIS
NUMQUID IGNORO QUIA DILIGIS
FILIUM ISAI
IN CONFUSIONEM TUAM
ET IN CONFUSIONEM IGNOMINI
OSAE MATRIS TUAE
OMNIB; ENIM DIEB; QUIBUS
FILIUS ISAI UIXERIT
SUPER TERRAM
NON STABILIS ERIS TU
NEQ; REGNUM TUUM
ITAQ; IAM NUNC MITTE ET ADDUC
EUM AD ME QUIA FILIUS
MORTIS EST
RESPONDENS AUTEM IONATHAN
SAULI PATRI SUO AIT
QUARE MORITUR QUID FECIT
ET ARRIPUIT SAUL LANCEAM
UT PERCUTERET EUM
ET INTELLEXIT IONATHAN
QUOD DEFINITUM ESSET
PATRI SUO UT INTER
FICERET DAUID
SURREXIT ERGO IONATHAN
A MENSA IN IRA FURORIS
ET NON COMEDIT IN DIE KALEN
DARUM SECUNDA PANEM

CONTRISTATUS EST ENIM
SUPER DAUID
EO QUOD CONFUDISSET EUM
PATER SUUS
CUMQ; INLUXISSET MANE
UENIT IONATHAN IN AGRUM
IUXTA PLACITUM DAUID
ET PUER PARUULUS CUM EO
ET AIT AD PUERUM SUUM
UADE ET ADFER MIHI SAGITTAS
QUAS EGO IACIO
CUMQUE PUER CUCURRISSET
IECIT ALIAM SAGITTAM
TRANS PUERUM
UENIT ITAQUE PUER AD LOCUM
IACULI QUOD MISERAT
IONATHAN
ET CLAMAUIT IONATHAN POST
TERGUM PUERI ET AIT
ECCE IBI EST SAGITTA
PORRO ULTRA TE
CLAMAUITQ; IONATHAN
POST TERGUM PUERI
FESTINA UELOCITER
NE STETERIS
COLLEGIT AUTEM PUER
IONATHAE SAGITTAS ET AD
TULIT AD DOMINUM SUUM
ET QUID AGERETUR PENITUS
IGNORABAT
TANTUM MODO ENIM
IONATHAN ET DAUID
REM NOUERANT
DEDIT IGITUR IONATHAN
ARMA SUA PUERO
ET DIXIT EI UADE DEFER
IN CIUITATEM
CUMQ; ABISSET PUER
SURREXIT DAUID DE LOCO
QUI UERGEBAT AD AUSTRUM
ET CADENS PRONUS IN TERRAM
ADORAUIT TERTIO
ET OSCULANTES ALTERUTRUM
FLEUERUNT PARITER

DAUID AUTEM AMPLIUS
DIXIT ERGO IONATHAN AD DAUID
UADE IN PACE
QUAECUMQUE IURAUIMUS
AMBO IN NOMINE DNI
DICENTES
DNS SIT INTER ME ET TE
ET INTER SEMEN MEUM
ET SEMEN TUUM USQUE
IN SEMPITERNUM
ET SURREXIT ET ABIIT
SED ET IONATHAN INGRESSUS
EST CIUITATEM
UENIT AUTEM DAUID IN NOBE
AD AHIMELECH SACERDOTEM
ET OBSTIPUIT AHIMELEC
EO QUOD UENISSET DAUID
ET DIXIT EI
QUARE TU SOLUS ET NULLUS EST
TECUM
ET AIT DAUID AD AHIMELEC
SACERDOTEM
REX PRAECEPIT MIHI
SERMONEM ET DIXIT
NEMO SCIAT REM PROPTER
QUAM A ME MISSUS ES
ET CUIUSMODI TIBI
PRAECEPTA DEDERIM
NAM ET PUERIS CONDIXI
IN ILLUM ET ILLUM LOCUM
NUNC IGITUR SI QUID HABES
AD MANUM UEL QUINQUE
PANES DA MIHI AUT QUICQUID
INUENERIS
ET RESPONDENS SACERDOS
DAUID AIT EI
NON HABEO PANES LAICOS
AD MANUM SED TANTUM
PANEM SCM
SI MUNDI SUNT PUERI
MAXIME A MULIERIBUS
ET RESPONDIT DAUID SACERDOTI
ET DIXIT EI
EQUIDEM SI DE MULIERIB· AGITUR

CONTINUIMUS NOS AB HERI
ET NUDIUS TERTIUS QUANDO
EGREDIEBAMUR
ET FUERUNT UASA PUERORUM
SANCTA
PORRO UIA HAEC POLLUTA EST
SED ET IPSA HODIE SCIFICA
BITUR IN UASIS
DEDIT ERGO EI SACERDOS
SCIFICATUM PANEM
NEQ· ENIM ERAT IBI PANIS
NISI TANTUM PANES
PROPOSITIONIS
QUI SUBLATI FUERANT
A FACIE DNI
UT PONERENTUR PANES CALIDI
ERAT AUTEM IBI UIR DE SERUIS
SAUL IN DIE ILLA INTUS
IN TABERNACULO DNI
ET NOMEN EIUS DOEC IDUMEUS
POTENTISSIMUS
PASTORUM SAUL
DIXIT AUTEM DAUID
AD AHIMELECH
SI HABES HIC AD MANUM
HASTAM AUT GLADIUM
QUIA GLADIUM MEUM
ET ARMA MEA NON TULI
MECUM
SERMO ENIM REGIS URGUEBAT
ET DIXIT SACERDOS
GLADIUS GOLIATH PHILISTHEI
QUEM PERCUSSISTI
IN UALLE TEREBINTHI
EST INUOLUTUS PALLIO
POST EPHOD
SI ISTUM UIS TOLLERE TOLLE
NEQUE ENIM EST ALIUS
HIC ABSQUE EO
ET AIT DAUID NON EST HUIC
ALTER SIMILIS DA MIHI EUM
SURREXIT ITAQUE DAUID
ET FUGIT IN DIE ILLA
A FACIE SAUL

ET UENIT AD ACHIS REGEM GETH.
DIXERUNTQ(ue) EI SERUI ACHIS
NUMQUID NON ISTE EST
DAUID REX TERRAE
NONNE HUIC CANTABANT
PER CHOROS DICENTES
PERCUSSIT SAUL MILLE
ET DAUID DECEM MILIA
POSUIT AUTEM DAUID
SERMONES ISTOS IN CORDE SUO
ET EXTIMUIT UALDE A FACIE
ACHIS REGIS GETH
ET INMUTAUIT OS SUUM
CORAM EIS
ET CONLABEBATUR INTER
MANUS EORUM
ET INPINGEBAT IN OSTIA PORTAE
DEFLUEBANTQUE SALIUAE
EIUS IN BARBAM
ET AIT ACHIS AD SERUOS SUOS
UIDISTIS HOMINEM INSANUM
QUARE ADDUXISTIS
EUM AD ME
AN DESUNT NOBIS FURIOSI
QUOD INTRODUXISTIS ISTUM
UT FURERET ME PRAESENTE
HICINE INGREDIETUR
DOMUM MEAM
XXXIIII ABIIT ERGO DAUID ET FUGIIT
IN SPELUNCAM ODOLLAM
QUOD CUM AUDISSENT
FRATRES EIUS ET OMNIS
DOMUS PATRIS EIUS
DESCENDERUNT AD EUM ILLUC
ET CONUENERUNT AD EUM
OMNES QUI ERANT
IN ANGUSTIA CONSTITUTI
ET OPPRESSI AERE ALIENO
ET AMARO ANIMO
ET FACTUS EST EORUM PRINCEPS
FUERUNTQUE CUM EO
QUASI QUADRINGENTI UIRI
ET PROFECTUS EST DAUID INDE
IN MASPHA QUAE EST MOAB

ET DIXIT AD REGEM MOAB
MANEAT ORO PATER MEUS
ET MATER MEA UOBISCUM
DONEC SCIAM QUID FACIAT
MIHI DS
ET RELIQUIT EOS ANTE FACIEM
REGIS MOAB
MANSERUNTQUE APUD EUM
CUNCTIS DIEBUS QUIBUS
DAUID FUIT IN PRAESIDIO
DIXITQUE GAD PROPHETA
AD DAUID NOLI MANERE
IN PRAESIDIO
PROFICISCERE ET UADE
IN TERRAM IUDA
ET PROFECTUS DAUID UENIT
IN SALTUM HARETH
ET AUDIUIT SAUL QUOD APPARU
ISSET DAUID ET UIRI QUI
ERANT CUM EO
SAUL AUTEM CUM MANERET
IN GABAA
ET ESSET IN NEMORE QUOD
EST IN RAMA
HASTAM MANU TENENS
CUNCTIQUE SOCII EIUS
CIRCUMSTARENT EUM
AIT AD SERUOS SUOS
QUI ADSISTEBANT EI
AUDITE FILII IEMINI
NUMQUID OMNIBUS UOBIS
DABIT FILIUS ISAI AGROS
ET UINEAS
ET UNIUERSOS UOS FACIET
TRIBUNOS ET CENTURIONES
QUONIAM CONIURASTIS
OMNES ADUERSUM ME
ET NON EST QUI MIHI RENUNTIET
MAXIME CUM ET FILIUS MEUS
FOEDUS IUXERIT CUM
FILIO ISAI
NON EST QUI UICEM MEAM
DOLEAT EX UOBIS
NEC QUI ADNUNTIET MIHI

EO QUOD SUSCITAUERIT FILIUS
MEUS SERUUM MEUM
ADUERSUM ME INSIDIANTEM
MIHI USQUE HODIE
RESPONDENS AUTEM
DOEC IDUMEUS
QUI ADSISTEBAT ET ERAT PRIMUS
INTER SERUOS SAUL
UIDI INQUID FILIUM ISAI
IN NOBE APUD ABIMELECH
FILIUM ACHITOPH
QUI CONSULUIT PRO EO DNM
ET CIBARIA DEDIT EI
SED ET GLADIUM GOLIATH
PHILISTHEI DEDIT ILLI
MISIT ERGO REX AD ACCERSIENDU
ABIMELECH FILIUM ACHITOPH
SACERDOTEM
ET OMNEM DOMUM PATRIS
EIUS SACERDOTUM
QUI ERANT IN NOBE
QUI UENERUNT UNIUERSI
AD REGEM
ET AIT SAUL
AUDI FILI ACHITOPH QUI RESPONDIT
PRESTO SUM DNE
DIXITQUE AD EUM SAUL
QUARE CONIURASTIS ADUERSUM
ME TU ET FILIUS ISAI
ET DEDISTI EI PANES ET GLADIUM
ET CONSULUISTI PRO EO DM
UT CONSURGERET ADUERSUM
ME INSIDIATOR USQ HODIE
PERMANENS
RESPONDENSQUE ABIMELECH
REGI AIT
ET QUIS IN OMNIB SERUIS TUIS
SICUT DAUID FIDELIS
ET GENER REGIS ET PERGENS
AD IMPERIUM TUUM
ET GLORIOSUS IN DOMO TUA
NUM HODIE COEPI CONSU
LERE PRO EO DM
ABSIT HOC A ME

NE SUSPICETUR REX ADUERSUS
SERUUM SUUM
REM HUIUSCEMODI IN UNIUERSA
DOMO PATRIS MEI
NON ENIM SCIUIT SERUUS TUUS
QUICQUAM SUPER HOC NEGOTIO
UEL MODICUM UEL GRANDE
XXXU DIXITQUE REX MORTE MORIERIS
ABIMELECH TU ET OMNIS
DOMUS PATRIS TUI
ET AIT REX EMISSARIIS
QUI CIRCUMSTABANT EUM
CONUERTIMINI ET INTERFICITE
SACERDOTES DNI
NAM MANUS EORUM
CUM DAUID EST
SCIENTES QUOD FUGISSET
NON INDICAUERUNT MIHI
NOLUERUNT AUTEM SERUI REGIS
EXTENDERE MANUM SUAM
IN SACERDOTES DNI
ET AIT REX DOEC IDUMAEO
CONUERTERE TU ET INRUE
IN SACERDOTES
CONUERSUSQ DOEC IDUMAEUS
INRUIT IN SACERDOTES
ET TRUCIDAUIT IN DIE ILLA
OCTOGINTA QUINQ UIROS
UESTITOS EPHOD LINEO
NOBE AUTEM CIUITATEM
SACERDOTUM PERCUSSIT
IN ORE GLADII
UIROS ET MULIERES
PARUULOS ET LACTANTES
BOUEM ET ASINUM ET OUEM
IN ORE GLADII
EUADENS AUTEM UNUS FILIUS
ABIMELECH FILII ACHITOPH
CUIUS NOMEN ERAT ABIATHAR
FUGIT AD DAUID
ET ADNUNTIAUIT EI QUOD
OCCIDISSET SAUL
SACERDOTES DNI
ET AIT DAUID AD ABIATHAR

SCIEBAM IN DIE ILLA QUOD CUM
IBI ESSET DOEC IDUMAEUS
PROCUL DUBIO ADNUN
TIARET SAUL
EGO SUM REUS OMNIUM
ANIMARUM PATRIS TUI
MANE MECUM NE TIMEAS
SI QUIS QUAESIERIT ANIMAM
MEAM QUAERET ET ANIMAM
TUAM MECUMQ; SERUABERIS.
ET NUNTIAUERUNT DAUID
DICENTES
ECCE PHILISTHIIM OBPUGNANT
CEILA ET DIRIPIUNT AREAS
CONSULUIT IGITUR DAUID
DÑM DICENS
NUM UADAM ET PERCUTIAM
PHILISTHEOS ISTOS
ET AIT DÑS AD DAUID
UADE ET PERCUTIES PHILISTHEOS
ET SALUABIS CEILA
ET DIXERUNT UIRI QUI ERANT
CUM DAUID AD EUM
ECCE NOS HIC IN IUDAEA CONSIS
TENTES TIMEMUS
QUANTO MAGIS SI IERIMUS
IN CEILA ADUERSUM
AGMINA PHILISTHINORUM
RURSUM ERGO DAUID
CONSULUIT DÑM
QUI RESPONDENS EI AIT
SURGE ET UADE IN CEILA
EGO ENIM TRADAM PHILISTHEOS
IN MANU TUA
ABIIT DAUID ET UIRI EIUS
IN CEILA
ET PUGNAUIT ADUERSUM
PHILISTHEOS
ET ABEGIT IUMENTA EORUM
ET PERCUSSIT EOS
PLAGA MAGNA
ET SALUAUIT DAUID HABITA
TORES CEILAE
PORRO EO TEMPORE QUO
FUGIEBAT ABIATHAR FILIUS
AHIMELECH AD DAUID IN CEILA
EPHOD SECUM HABENS
DESCENDERAT
NUNTIATUM EST AUTEM SAUL
QUOD UENISSET DAUID IN CEILA
ET AIT SAUL TRADIDIT EUM DS
IN MANUS MEAS
CONCLUSUSQUE EST INTRO
GRESSUS URBEM IN QUA
PORTAE ET SERRAE
ET PRAECEPIT SAUL OMNI
POPULO UT AD PUGNAM
DESCENDERET IN CEILA
ET OBSIDERET DAUID
ET UIROS EIUS
QUOD CUM RESCISSET DAUID
QUIA PRAEPARARET EI
SAUL CLAM MALUM
DIXIT AD ABIATHAR SACERDOTĒ
ADPLICA EPHOD
ET AIT DAUID
DÑE DS ISRAHEL
AUDIUIT FAMAM SERUUS TUUS
QUOD DISPONAT SAUL UENIRE
AD CEILAM UT EUERTAT
URBEM PROPTER ME
SI TRADENT ME UIRI CEILA
IN MANU EIUS
ET SI DESCENDET SAUL SICUT
AUDIUIT SERUUS TUUS
DÑE DS ISRAHEL INDICA
SERUO TUO
ET AIT DÑS DESCENDET
DIXITQUE DAUID
SI TRADENT UIRI CEILAE ME
ET UIROS QUI SUNT MECUM
IN MANU SAUL
ET DIXIT DÑS TRADENT
SURREXIT ERGO DAUID ET UIRI
EIUS QUASI SESCENTI
ET EGRESSI DE CEILA HUC
ATQUE ILLUC UAGABANTUR
INCERTI

Nuntiatumque est Saul quod
fugisset David de Ceila
quam ob rem dissimulavit
exire
Morabatur autem David
in deserto in locis
firmissimis
mansitque in monte
solitudinis Ziph
quaerebat tamen eum Saul
cunctis diebus
et non tradidit eum Ds
in manus eius
Et vidit David quod egressus
esset Saul ut quaereret
animam eius
XXXIIII Porro David erat
in deserto Ziph in silva
et surrexit Ionathan
filius Saul
et abiit ad David in silva
et confortavit manus
eius in Dño
dixitq· ei ne timeas
neque enim inveniet te
manus Saul patris mei
et tu regnabis super Isrl
et ego ero tibi secundus
sed et Saul pater meus
scit hoc
Percussit igitur uterq·
foedus coram Dño
mansitq· David in silva
Ionathas autem reversus
est in domum suam
Ascenderunt autem Ziphei
ad Saul in Gabaa dicentes
Nonne David latitat apud
nos in locis tutissimis
silvae
in colle Achilae quae est
ad dextram deserti
Nunc ergo sicut desideravit
anima tua ut descenderis

descende
nostrum autem erit ut tra
damus eum in manus regis
Dixitque Saul
Benedicti vos a Dño quia
doluistis vicem meam
Abite oro et diligentius
praeparate
et curiosius agite et conside
rate locum ubi sit pes eius
vel quis viderit eum ibi
recogitat enim de me quod
callide insidier ei
Considerate et videte
omnia latibula eius in quib·
absconditur
et revertimini ad me ad rem XXX
certam ut vadam vobiscum
quod si etiam in terra se
abstruserit
perscrutabor eum in cunctis
milibus Iuda
At illi surgentes abierunt
in Ziph ante Saul
David autem et viri eius
erant in deserto Maon
in campestribus
ad dextram Iesimuth
Ibit ergo Saul et socii eius
ad quaerendum
et nuntiatum est David
statimque descendit
ad petram
et versabatur in deserto Maon
quod cum audisset Saul
persecutus est David
in deserto Maon
et ibat Saul ad latus montis
ex parte una
David autem et viri eius
erant in latere montis
ex parte altera
Porro David desperabat
se posse evadere

a facie Saul.
Itaq· Saul et uiri eius
in modum coronae cingebant
David et uiros eius
ut caperent eos
Et nuntius uenit ad Saul
dicens festina et ueni
quoniam infuderunt se
Philisthiim super terram
Reuersus est ergo Saul
desistens persequi David
et perrexit in occursum
Philisthinorum
propter hoc uocauerunt
locum illum Petram
diuidentem
XXX IIII Ascendit ergo David inde
et habitauit in locis
tutissimis Aengaddi
Cumque reuersus esset
Saul postquam perse
cutus est Philistheos
nuntiauerunt ei dicentes
ecce David in deserto
est Aengaddi
Adsumens ergo Saul
tria milia electorum
uirorum ex omni Israhel
perrexit ad inuestigandum
David et uiros eius
etiam super abruptissimas
petras quae solis
ibicibus perviae sunt
et uenit ad caulas quoque
ouium quae se
offerebant uianti
erat q· ibi spelunca quam
ingressus est Saul
ut purgaret uentrem
porro David et uiri eius
in interiori parte
speluncae latebant
et dixerunt serui David
ad eum

ecce dies de qua locutus est
Dns ad te
ego tradam tibi inimicum
tuum ut facias ei sicut
placuerit in oculis tuis
Surrexit ergo David
et praecidit oram
clamydis Saul silenter
post haec percussit
cor suum David
eo quod abscidisset oram
clamydis Saul
dixitq· ad uiros suos
propitius mihi sit Dns
ne faciam hanc rem
domino meo xpo Dni
ut mittam manum meam XXX IIII
in eum quoniam xps Dni est
et confregit David uiros
suos sermonibus
et non permisit eos
ut consurgerent in Saul
porro Saul exsurgens
de spelunca pergebat
coepto itinere
Surrexit autem et David
post eum
et egressus de spelunca
clamauit post tergum
Saul dicens
domine mi rex
et respexit Saul post se
et inclinans se David
pronus in terram
adorauit
dixitque ad Saul
quare audis uerba
hominum loquentium
David quaerit malum
aduersum te
ecce hodie uiderunt oculi
tui quod tradiderit te
Dns in manu mea
in spelunca

ET COGITAUI UT OCCIDEREM TE
SED PEPERCIT TIBI OCULUS MEUS
DIXI ENIM NON EXTENDAM
MANUM MEAM IN DOMINO MEO
QUIA XPS DNI EST
QUIN POTIUS PATER MI
UIDE ET COGNOSCE ORAM
CLAMYDIS TUAE IN MANU MEA
QUONIAM CUM PRAECIDEREM
SUMMITATEM CLAMYDIS TUAE
NOLUI EXTENDERE
MANUM IN TE
ANIMADUERTE ET UIDE QUONIAM
NON EST IN MANU MEA
MALUM NEQ; INIQUITAS
NEQ; PECCAUI IN TE
TU AUTEM INSIDIARIS ANIMAE
MEAE UT AUFERAS EAM
XXXIIII IUDICET DNS INTER ME ET TE
ET ULCISCATUR ME DNS EX TE
MANUS AUTEM MEA
NON SIT IN TE
SICUT ET IN PROUERBIO
ANTIQUO DICITUR
AB IMPIIS EGREDIETUR
IMPIETAS
MANUS ERGO MEA NON SIT IN TE
QUEM SEQUERIS REX ISRAHEL
QUEM PERSEQUERIS
CANEM MORTUUM SEQUERIS
ET PULICEM UNUM
SIT DNS IUDEX ET IUDICET
INTER ME ET TE
ET UIDEAT ET DI IUDICET
CAUSAM MEAM
ET ERUAT ME DE MANU TUA
CUM AUTEM CONPLESSET
DAUID LOQUENS SERMONES
HUIUSCEMODI AD SAUL
DIXIT SAUL NUMQUID UOX
HAEC TUA EST FILI MI DAUID
ET LEUAUIT SAUL UOCEM SUAM
ET FLEUIT
DIXITQ; AD DAUID

IUSTIOR TU ES QUAM EGO
TU ENIM TRIBUISTI MIHI BONA
EGO AUTEM REDDIDI TIBI MALA
ET TU INDICASTI HODIE
QUAE FECERIS MIHI BONA
QUOMODO TRADIDERIT ME
DNS IN MANUM TUAM
ET NON OCCIDERIS ME
QUIS ENIM CUM INUENERIT
INIMICUM SUUM DIMITTET
EUM IN UIA BONA
SED DNS REDDAT TIBI UICISSI
TUDINEM HANC
PRO EO QUOD HODIE
OPERATUS ES IN ME
ET NUNC QUIA SCIO QUOD
CERTISSIME REGNATURUS SIS
ET HABITURUS IN MANU TUA
REGNUM ISRAHEL
IURA MIHI IN DNO NE DELEAS
SEMEN MEUM POST ME
NEQ; AUFERAS NOMEN MEUM
DE DOMO PATRIS MEI
ET IURAUIT DAUID SAULI
ABIIT ERGO SAUL IN DOMUM SUAM
ET DAUID ET UIRI EIUS ASCENDE
RUNT AD TUTIORA LOCA
XL XXV MORTUUS EST AUTEM
SAMUHEL ET CONGREGATUS
EST UNIUERSUS ISRAHEL
ET PLANXERUNT EUM ET SEPELI
ERUNT IN DOMO SUA
IN RAMA
CONSURGENSQUE DAUID
DESCENDIT IN DESERTUM
FARAN
ERAT AUTEM UIR QUISPIAM
IN SOLITUDINE MAON
ET POSSESSIO EIUS IN CARMELO
ET HOMO ILLE MAGNUS NIMIS
ERANTQUE EI OUES TRIA MILIA
ET MILLE CAPRAE
ET ACCIDIT UT TONDERETUR
GREX EIUS IN CARMELO

NOMEN AUTEM UIRI ILLIUS
ERAT NABAL
ET NOMEN UXORIS ILLIUS ABIGAIL
ERATQUE MULIER ILLA
PRUDENTISSIMA ET SPECIOSA
PORRO UIR EIUS DURUS ET PES
SIMUS ET MALITIOSUS
ERAT AUTEM DE GENERE CHALEB
CUM ERGO AUDISSET DAUID
IN DESERTO
QUOD TONDERET NABAL
GREGEM SUUM
MISIT DECEM IUUENES
ET DIXIT EIS
ASCENDITE IN CARMELUM
ET UENIETIS AD NABAL
ET SALUTABITIS EUM EX NOMINE
MEO PACIFICE
ET DICETIS SIT FRATRIB; MEIS
ET TIBI PAX ET DOMUI
TUAE PAX
ET OMNIBUS QUAECUMQUE
HABES SIT PAX
AUDIUI QUOD TONDERENT
PASTORES TUI QUI ERANT
NOBISCUM IN DESERTO
NUMQUAM EIS MOLESTI
FUIMUS
NEC ALIQUANDO DEFUIT EIS
QUICQUAM DE GREGE
OMNI TEMPORE QUO FUERUNT
NOBISCUM IN CARMELO
INTERROGA PUEROS TUOS
ET INDICABUNT TIBI
NUNC ERGO INUENIANT PUERI
GRATIAM IN OCULIS TUIS
IN DIE ENIM BONA UENIMUS
QUODCUMQ; INUENERIT
MANUS TUA
SERUIS TUIS ET FILIO TUO DAUID. DA
CUMQUE UENISSENT
PUERI DAUID
LOCUTI SUNT AD NABAL OMNIA
UERBA HAEC EX NOMINE
DAUID ET SILUERUNT
RESPONDENS AUTEM NABAL
PUERIS DAUID AIT
QUIS EST DAUID ET QUIS EST
FILIUS ISAI
HODIE INCREUERUNT SERUI
QUI FUGERANT DOMINOS SUOS
TOLLAM ERGO PANES MEOS
ET AQUAS MEAS
ET CARNES PECORUM QUAE
OCCIDI TONSORIB; MEIS
ET DABO UIRIS QUOS NESCIO
UNDE SINT
REGRESSI SUNT ITAQUE PUERI
DAUID PER UIAM SUAM
ET REUERSI UENERUNT ET NUN
TIAUERUNT EI OMNIA UERBA
QUAE DIXERAT
TUNC DAUID AIT UIRIS SUIS
ACCINGATUR UNUSQUISQUE
GLADIO SUO
ET ACCINCTI SUNT SINGULI
GLADIO SUO
ACCINCTUSQUE EST ET
DAUID ENSE SUO
ET SECUTI SUNT DAUID QUASI
QUADRINGENTI UIRI
PORRO DUCENTI REMANSE
RUNT AD SARCINAS
ABIGAIL AUTEM UXORI NABAL
NUNTIAUIT UNUS
DE PUERIS DICENS
ECCE MISIT DAUID NUNTIOS
DE DESERTO
UT BENEDICERENT DOMINO
NOSTRO
ET AUERSUS EST EOS
HOMINES ISTI BONI SATIS FUERUNT
NOBIS ET NON MOLESTI
NEC QUICQUAM ALIQUANDO
PERIIT OMNI TEMPORE
QUO SUMUS CONUERSATI
CUM EIS IN DESERTO
PRO MURO ERANT NOBIS

TAM IN NOCTE QUAM IN DIE
OMNIBUS DIEBUS QUIBUS
PAUIMUS APUD EOS GREGES
QUAMOBREM CONSIDERA
ET RECOGITA QUID FACIAS
QUONIAM CONPLETA EST
MALITIA ADUERSUM
UIRUM TUUM
ET ADUERSUM DOMUM TUAM
ET IPSE FILIUS EST BELIAL
ITA UT NEMO EI POSSIT LOQUI
FESTINAUIT IGITUR ABIGAIL
ET TULIT DUCENTOS PANES
ET DUOS UTRES UINI
ET QUINQUE ARIETES COCTOS
ET QUINQUE SATA POLENTAE
ET CENTUM LIGATURAS
UUAE PASSAE
ET DUCENTAS MASSAS CARICARU(M)
ET INPOSUIT SUPER ASINOS
DIXITQUE PUERIS SUIS
PRAECEDITE ME ECCE EGO
POST TERGUM SEQUAR UOS
UIRO AUTEM SUO NABAL
NON INDICAUIT
CUM ERGO ASCENDISSET ASINU(M)
ET DESCENDERET AD RADICES
MONTIS
DAUID ET UIRI EIUS DESCEN
DEBANT IN OCCURSUM EIUS
QUIBUS ET ILLA OCCURRIT
ET AIT DAUID
UERE FRUSTRA SERUAUI OMNIA
QUAE HUIUS ERANT IN DESERTO
ET NON PERIIT QUICQUAM
DE CUNCTIS QUAE AD EUM
PERTINEBANT
ET REDDIDIT MIHI MALUM
PRO BONO
HAEC FACIAT DS INIMICIS DAUID
ET HAEC ADDAT
SI RELIQUERO DE OMNIBUS
QUAE AD EUM PERTINENT
USQUE MANE MINGENTEM
AD PARIETEM
CUM AUTEM UIDISSET
ABIGAIL DAUID
FESTINAUIT ET DESCENDIT
DE ASINO
ET PROCIDIT CORAM DAUID
SUPER FACIEM SUAM
ET ADORAUIT SUPER TERRAM
ET CECIDIT AD PEDES EIUS
ET DIXIT
IN ME SIT DOMINE MI HAEC
INIQUITAS
LOQUATUR OBSECRO ANCILLA
TUA IN AURIB(US) TUIS
ET AUDI UERBA FAMULAE TUAE
NE PONAT ORO DOMINUS MEUS
REX COR SUUM SUPER
UIRUM ISTUM INIQU(UM) NABAL
QUIA SECUNDUM NOMEN SUUM
STULTUS EST
ET EST STULTITIA CUM EO
EGO AUTEM ANCILLA TUA
NON UIDI PUEROS TUOS
DOMINE MI QUOS MISISTI
NUNC ERGO DOMINE MI
UIUIT DNS ET UIUIT
ANIMA TUA
QUI PROHIBUIT TE NE UENIRES
IN SANGUINE
ET SALUAUIT MANUM TUAM TIBI
ET NUNC FIANT SICUT NABAL
INIMICI TUI
ET QUI QUAERUNT DOMINO
MEO MALUM
QUAPROPTER SUSCIPE
BENEDICTIONEM HANC
QUAM ADTULIT ANCILLA TUA
TIBI DOMINO MEO
ET DA PUERIS QUI SEQUUNTUR
TE DOMINUM MEUM
AUFER INIQUITATEM
FAMULAE TUAE
FACIENS ENIM FACIET DNS TIBI
DOMINO MEO DOMUM FIDELE(M)

quia proelia dñi domine mi
tu proeliaris
malitia ergo non inueniatur
in te omnibus diebus
uitae tuae
Si enim surrexerit
aliquando homo perse
quens te et quaerens
animam tuam
erit anima domini mei
custodita quasi in fasci
culo uiuentium apud
dñm dm̄ tuum
Porro anima inimicorum
tuorum rotabitur
quasi in impetum
et circulo fundae
cum ergo fecerit dñs tibi
domino meo
omnia quae locutus est
bona de te
et constituerit te ducem
super israhel
non erit tibi hoc in singultū
et in scrupulum cordis
domino meo
quod effuderis sanguinem
innoxium
aut ipse te ultus fueris
et cum benefecerit dñs
domino meo
recordaueris ancillae tuae
Et ait dauid ad abigail
Benedictus dñs dś israhel
qui misit te hodie
in occursum meum
et benedictum
eloquium tuum
et benedicta tu quae pro
hibuisti me hodie
ne irem ad sanguinem
et ulciscerer me
manu mea
alioquin uiuit dñs dś isral

qui prohibuit me malum
facere tibi
nisi cito uenisses
in occursum mihi
non remansisset nabal
usq; ad lucem matutinam
mingens ad parietem
Suscepit ergo dauid
de manu eius omnia
quae adtulerat ei
dixitque ei uade pacifice
in domum tuam
ecce audiui uocem tuam
et honoraui faciem tuam
uenit autem abigail ad nabal
et ecce erat ei conuiuium
in domo eius quasi
conuiuium regis
et cor nabal iucundum
erat enim ebrius nimis
et non indicauit ei uerbum
pusillum aut grandem
usque in mane
diluculo autem cum dige
sisset uinum nabal
indicauit ei uxor sua
uerba haec
et emortuum est cor eius
intrinsecus
et factus est quasi lapis
cumq; pertransissent
decem dies
percussit dñs nabal
et mortuus est
quod cum audisset dauid
mortuum nabal ait
benedictus dñs qui iudicauit
causam obprobrii mei
de manu nabal
et seruum suum
custodiuit a malo
et malitiam nabal reddidit
dñs in caput eius
misit ergo dauid et locutus

EST AD ABIGAIL
UT SUMERET EAM SIBI IN UXOREM
ET UENERUNT PUERI DAUID
AD ABIGAIL IN CARMELUM
ET LOCUTI SUNT AD EAM DICENTES
DAUID MISIT NOS AD TE
UT ACCIPIAT TE SIBI IN UXOREM
QUAE CONSURGENS ADORAUIT
PRONA IN TERRAM ET AIT
ECCE FAMULA TUA SIT IN ANCILLAM
UT LAUET PEDES SERUORUM
DOMINI MEI
ET FESTINAUIT ET SURREXIT
ABIGAIL
ET ASCENDIT SUPER ASINUM
ET QUINQ. PUELLAE IERUNT
CUM EA PEDISEQUAE EIUS
ET SECUTA EST NUNTIOS DAUID
ET FACTA EST ILLI UXOR
SED ET AHINOEM ACCEPIT DAUID
DE IEZRAHEL
ET FUIT UTRAQ. UXOR EIUS
SAUL AUTEM DEDIT MICHOL
FILIAM SUAM UXOREM DAUID
FALTI FILIO LAIS QUI ERAT
DE GALLIM
XL.I. XXVI ET UENERUNT ZIPHEI AD SAUL
IN GABAA DICENTES
ECCE DAUID ABSCONDITUS EST
IN COLLE ACHILAE QUAE EST
EX ADUERSO SOLITUDINIS
ET SURREXIT SAUL ET DESCENDIT
IN DESERTUM ZIPH
ET CUM EO TRIA MILIA UIRORUM
DE ELECTIS ISRAHEL
UT QUAERERET DAUID
IN DESERTO ZIPH
ET CASTRAMETATUS EST SAUL
IN GABAA ACHILAE QUAE ERAT
EX ADUERSO SOLITUDINIS
IN UIA
DAUID AUTEM HABITABAT
IN DESERTO
UIDENS AUTEM QUOD UENISSET
SAUL POST SE IN DESERTUM
MISIT EXPLORATORES ET DIDICIT
QUOD UENISSET CERTISSIME
ET SURREXIT DAUID ET UENIT
AD LOCUM UBI ERAT SAUL
CUMQ. UIDISSET LOCUM
IN QUO DORMIEBAT SAUL
ET ABNER FILIUS NER PRINCEPS
MILITIAE EIUS
SAULEM DORMIENTEM
IN TENTORIO ET RELIQUUM
UULGUS PER CIRCUITUM EIUS
AIT DAUID AD AHIMELECH
CETHEUM ET ABISAI FILIUM
SARUIAE FRATREM
IOAB DICENS
QUIS DESCENDET MECUM
AD SAUL IN CASTRA
DIXITQUE ABISAI EGO
DESCENDAM TECUM
UENERUNT DAUID ERGO ET ABISAI
AD POPULUM NOCTE
ET INUENERUNT SAUL IACENTEM
ET DORMIENTEM IN TENTORIO
ET HASTAM FIXAM IN TERRA
AD CAPUT EIUS
ABNER AUTEM ET POPULUM
DORMIENTES IN CIRCUITU EIUS
DIXITQ. ABISAI AD DAUID
CONCLUSIT DS HODIE INIMICUM
TUUM IN MANUS TUAS
NUNC ERGO PERFODI EUM
LANCEA IN TERRA SEMEL
ET SECUNDO OPUS NON ERIT
ET DIXIT DAUID ABISAI
NE INTERFICIAS EUM
QUIS ENIM EXTENDIT MANUM
SUAM IN XPM DNI
ET INNOCENS ERIT
ET DIXIT DAUID
UIUIT DNS QUIA NISI DNS
PERCUSSERIT EUM
AUT DIES EIUS UENERIT
UT MORIATUR

AUT IN PROELIUM DESCENDENS
PERIERIT
PROPITIUS MIHI SIT DNS
NE EXTENDAM MANUM MEAM
IN XPM DNI
NUNC IGITUR TOLLE HASTAM
QUAE EST AD CAPUT EIUS
ET SCYPHUM AQUAE
ET ABEAMUS
TULIT ERGO DAUID HASTAM
ET SCYPHUM AQUAE
QUI ERAT AD CAPUT SAUL
ET ABIERUNT
ET NON ERAT QUISQUAM
QUI UIDERET ET INTELLEGERET
ET EUIGILARET
SED OMNES DORMIEBANT
QUIA SOPOR DNI INRUERAT
SUPER EOS
CUMQUE TRANSISSET DAUID
EX ADUERSO
ET STETISSET IN UERTICE
MONTIS DE LONGE
ET ESSET GRANDE INTERUALLUM
INTER EOS
CLAMAUIT DAUID AD POPULUM
ET AD ABNER FILIUM NER DICENS
NONNE RESPONDEBIS ABNER
ET RESPONDENS ABNER AIT
QUIS ES TU QUI CLAMAS
ET INQUIETAS REGEM
ET AIT DAUID AD ABNER
NUMQUID NON UIR TU ES
ET QUIS ALIUS SIMILIS TUI
IN ISRAHEL
QUARE ERGO NON CUSTODISTI
DOMINUM TUUM REGEM
INGRESSUS EST ENIM UNUS
DE TURBA UT INTERFICERET
REGEM DOMINUM TUUM
NON EST BONUM HOC
QUOD FECISTI
UIUIT DNS QUONIAM FILII
MORTIS ESTIS UOS

QUI NON CUSTODISTIS DOMINUM
UESTRUM XPM DNI
NUNC ERGO UIDE UBI SIT
HASTA REGIS
ET UBI SCYPHUS AQUAE
QUI ERAT AD CAPUT EIUS
COGNOUIT AUTEM SAUL
UOCEM DAUID ET DIXIT
NUM UOX TUA EST HAEC
FILI MI DAUID
ET DAUID UOX MEA DOMINE MI
REX ET AIT
QUAM OB CAUSAM DOMINUS
MEUS PERSEQUITUR
SERUUM SUUM
QUID FECI AUT QUOD EST
IN MANU MEA MALUM
NUNC ERGO AUDI ORO DOMINE
MI REX UERBA SERUI TUI
SI DNS INCITAT TE ADUERSUM
ME ODORETUR SACRIFICIUM
SI AUTEM FILII HOMINUM
MALEDICTI SUNT IN CON
SPECTU DNI
QUI EIECERUNT ME HODIE
UT NON HABITEM IN HEREDITATE
DNI DICENTES
UADE SERUI DIIS ALIENIS
ET NUNC NON EFFUNDATUR
SANGUIS MEUS IN TERRAM
CORAM DNO
QUIA EGRESSUS EST REX ISRAEL
UT QUAERAT PULICEM UNUM
SICUT PERSEQUITUR
PERDIX IN MONTIBUS
ET AIT SAUL PECCAUI
REUERTERE FILI MI DAUID
NEQUAQUAM ENIM ULTRA
MALE TIBI FACIAM
EO QUOD PRETIOSA FUERIT
ANIMA MEA IN OCULIS
TUIS HODIE
APPARET QUOD STULTE EGERIM
ET IGNORAUERIM MULTA NIMIS

ET RESPONDENS DAUID AIT
ECCE HASTA REGIS TRANSEAT
UNUS DE PUERIS ET TOLLAT EAM
DNS AUTEM RETRIBUET
UNICUIQUE SECUNDUM
IUSTITIAM SUAM ET FIDEM
TRADIDIT ENIM TE DNS HODIE
IN MANU MEA
ET NOLUI LEUARE MANUM
MEAM IN XPM DNI
ET SICUT MAGNIFICATA EST
ANIMA TUA HODIE
IN OCULIS MEIS
SIC MAGNIFICETUR ANIMA
MEA IN OCULIS DNI
ET LIBERET ME DE OMNI
ANGUSTIA
AIT ERGO SAUL AD DAUID
BENEDICTUS TU FILI MI DAUID
ET QUIDEM FACIENS FACIES
ET POTENS POTERIS
ABIIT AUTEM DAUID
IN UIAM SUAM
ET SAUL REUERSUS EST
IN LOCUM SUUM
ET AIT DAUID IN CORDE SUO xxvii
ALIQUANDO INCIDAM IN UNO
DIE IN MANUS SAUL
NONNE MELIUS EST UT FUGIAM
ET SALUER IN TERRA
PHILISTHINORUM
UT DESPERET SAUL CESSETQUE
ME QUAERERE IN CUNCTIS
FINIBUS ISRAHEL
FUGIAM ERGO MANUS EIUS
xlii ET SURREXIT DAUID
ET ABIIT IPSE ET SESCENTI
UIRI CUM EO
AD ACHIS FILIUM MAHOC
REGEM GETH
ET HABITAUIT DAUID CUM
ACHIS IN GETH IPSE ET UIRI
EIUS UIR ET DOMUS EIUS
DAUID ET DUAE UXORES EIUS
AHINOEM IEZRAHELITES
ET ABIGAIL UXOR NABAL
CARMELII
ET NUNTIATUM EST SAUL QUOD
FUGISSET DAUID IN GETH
ET NON ADDIDIT ULTRA
UT QUAERERET EUM
DIXIT AUTEM DAUID AD ACHIS
SI INUENI GRATIAM IN OCULIS TUIS
DETUR MIHI LOCUS IN UNA
URBIUM REGIONIS HUIUS
UT HABITEM IBI
CUR ENIM MANET SERUUS TUUS
IN CIUITATE REGIS TECUM
DEDIT ITAQUE EI ACHIS
IN DIE ILLA SICELEG
PROPTER QUAM CAUSAM
FACTA EST SICELEG REGUM
IUDA USQ· IN DIEM HANC
FUIT AUTEM NUMERUS DIERUM
QUIBUS HABITAUIT DAUID
IN REGIONE PHILISTHINORUM
QUATTUOR MENSUM
ET ASCENDIT DAUID ET UIRI EIUS
ET AGEBANT PRAEDAS
DE GISURI ET DE GEDRI
ET DE AMALECHITIS
HII ENIM PAGI HABITABANTUR
IN TERRA ANTIQUITUS
EUNTIBUS SUR USQ· AD TERRAM
AEGYPTI
ET PERCUTIEBAT DAUID
OMNEM TERRAM
NEC RELINQUEBAT UIUENTEM
UIRUM ET MULIEREM
TOLLENSQUE OUES ET BOUES
ET ASINOS ET CAMELOS
ET UESTES
REUERTEBATUR ET UENIEBAT
AD ACHIS
DICEBAT AUTEM EI ACHIS
IN QUEM INRUISTI HODIE
RESPONDEBATQUE DAUID
CONTRA MERIDIEM IUDA

et contra meridiem hiramel
et contra meridiem ceni
uirum et mulierem non
uiuificabat dauid nec addu
cebat in geth dicens
ne forte loquantur aduersū
nos haec fecit dauid
et hoc erat decretum illi
omnib· diebus quib· habitauit
in regione philisthinorum
Credidit ergo achis
dauid dicens
multa mala operatus est
contra populum suum
israhel
erit igitur mihi seruus
sempiternus
XLIII Factum est autem
in diebus illis
congregauerunt philisthiim
agmina sua
ut praepararentur
ad bellum contra israhel
dixitq· achis ad dauid
sciens nunc scito quoniam
mecum egredieris
in castris tu et uiri tui
dixitq· dauid ad achis
nunc scies quae facturus
est seruus tuus
et achis ait ad dauid
et ego custodem capitis mei
ponam te cunctis diebus
Samuhel autem mortuus
est planxit que eum
omnis israhel
et sepelierunt eum in rama
urbe sua
et saul abstulit magos
et ariolos de terra
congregati que sunt
philisthiim et uenerunt
et castrametati sunt
in sunam

congregauit autem et saul
uniuersum israhel
et uenit in gelboe
et uidit saul castra philisthiim
et timuit et expauit
cor eius nimis
consuluit que dn̄m et non
respondit ei
neque per somnia
neq· per sacerdotes
neq· per prophetas
XLIIII Dixitq· saul seruis suis
quaerite mihi mulierem
habentem pithonem
et uadam ad eam
et sciscitabor per illam
et dixerunt serui eius
ad eum
est mulier habens pithonem
in aendor
mutauit ergo habitum suum
uestitusque aliis
uestimentis
abiit ipse et duo uiri cum eo
ueneruntque ad mulierem
nocte
et ait diuina mihi in pithone
et suscita mihi quem
dixero tibi
et ait mulier ad eum
ecce tu nosti quanta
fecerit saul
et quomodo eraserit magos
et ariolos de terra
quare ergo insidiaris
animae meae ut occidar
et iurauit ei saul
in dn̄o dicens
uiuit dn̄s quia non eueniet
tibi quicquam mali
propter hanc rem
dixitq· ei mulier
quem suscitabo tibi
qui ait samuhelem

suscita mihi
Cum autem vidisset mulier
Samuhelem
exclamavit voce magna
et dixit ad Saul
quare inposuisti mihi
tu es enim Saul
Dixitque ei rex noli timere
quid vidisti
Et ait mulier ad Saul
deos vidi ascendentes
de terra
Dixitque ei qualis est
forma eius
Quae ait vir senex ascendit
et ipse amictus est pallio
Intellexit Saul quod
Samuhel esset
et inclinavit se super
faciem suam in terra
et adoravit
Dixit autem Samuhel
ad Saul
quare inquietasti me
ut suscitarer
Et ait Saul coartor nimis
siquidem philisthiim
pugnant adversum me
et ds recessit a me et ex
audire me noluit
neque in manu prophetarum
neque per somnia
vocavi ergo te ut ostenderes
mihi quid faciam
Et ait Samuhel
quid interrogas me
cum dns recesserit a te
et transierit ad aemulū tuū
faciet enim dns tibi
sicut locutus est
in manu mea
et scindet regnum
de manu tua
et dabit illud proximo
tuo David
quia non oboedisti voci dni
neq. fecisti iram furoris
eius in Amalech
idcirco quod pateris fecit
tibi dns hodie
et dabit dns etiam Israhel
tecum in manum
philisthiim
Cras autem et tu et filii tui
mecum eritis
sed et castra Israhel
tradet dns in manu
philisthiim
Statimq. Saul cecidit
porrectus in terram
extimuerat enim verba
Samuhel
et robur non erat in eo
quia non comederat panem
tota die illa
Ingressa est itaq. mulier
ad Saul et ait
conturbatus enim erat valde
dixitque ad eum
ecce oboedivit ancilla tua
voci tuae
et posui animam meam
in manu mea
et audivi sermones tuos
quos locutus es ad me
Nunc igitur audi et tu vocem
ancillae tuae
ut ponam coram te
buccillam panis
et comedens convalescas
ut possis iter facere
Qui renuit et ait
non comedam
Coegerunt autem eum
servi sui et mulier
et tandem audita
voce eorum
Surrexit de terra et sedit

super lectum
mulier autem illa habebat
uitulum pascualem
in domo
et festinauit et occidit eum
tollensq· farinam miscuit
eam et coxit azyma
et posuit ante saul
et ante seruos eius
qui cum comedissent
surrexerunt
et ambulauerunt per totam
noctem illam
Congregata sunt ergo
philisthim uniuersa
agmina in afec
sed et israhel castrametatus
est super fontem
qui erat in iezrahel
et satrapae quidem philisthim
incedebant in centuriis
et milibus
dauid autem et uiri eius
erant in nouissimo
agmine cum achis
dixeruntque principes
philisthim
quid sibi uolunt hebrei isti
et ait achis ad principes
philisthim
num ignoratis dauid qui
fuit seruus saul
regis israhel
et est apud me multis dieb·
uel annis
et non inueni in eo quicquam
ex die qua transfugit
ad me usq· ad diem hanc
Irati sunt autem aduersum
eum principes philisthim
et dixerunt ei
reuertatur uir iste
et sedeat in loco suo
in quo constituisti eum

et non descendat nobiscum
in proelium
ne fiat nobis aduersarius
cum proeliari coeperimus
quomodo enim aliter
placare poterit
dominum suum
nisi in capitibus nostris
nonne iste est dauid
cui cantabant in choro
dicentes
percussit saul in milib· suis
et dauid in decem milib· suis
Uocauit ergo achis
dauid et ait ei
uiuit DNS quia rectus es tu
et bonus in conspectu meo
et exitus tuus et introitus
tuus mecum est in castris
et non inueni in te
quicquam mali
ex die qua uenisti ad me
usque ad diem hanc
sed satrapis non places
reuertere ergo et uade
in pace
et non offendas oculos
satraparum philisthim
dixitque dauid achis
quid enim feci et quid in-
uenisti in me seruo tuo
a die qua fui in conspectu tuo
usq· in diem hanc
ut non ueniam et pugnem
contra inimicos domini
mei regis
Respondens autem achis
locutus est ad dauid
scio quia bonus es tu
in oculis meis sicut
angelus DI
sed principes philisthim
dixerunt non ascendet
nobiscum in proelium

igitur consurge mane tu
et serui domini tui
qui uenerunt tecum
et cum de nocte surrexeritis
et coeperit dilucescere
pergite
surrexit itaq· de nocte dauid
ipse et uiri eius ut proficisce
rentur mane
et reuerterentur
ad terram philisthiim
philisthiim autem ascende
runt in iezrahel
cumque uenissent dauid
et uiri eius in sicelec
die tertia
amalecitae impetum
fecerant ex parte
australi in sicelec
et percusserant sicelec
et succenderant eam igni
et captiuas duxerant
mulieres ex ea
et a minimo usq· ad magnum
et non interfecerant
quemquam
sed secum duxerant et per
gebant itinere suo
xli Cum ergo uenisset dauid
et uiri eius ad ciuitatem
et inuenissent eam
succensam igni
et uxores suas et filios suos
et filias ductas esse
captiuas
leuauerunt dauid et populus
qui erat cum eo uoces suas
et planxerunt donec defice
rent in eis lacrimae
siquidem et duae uxores
dauid captiuae ductae
fuerant
ahinoem iezrahelites
et abigail uxor nabal
carmeli
et contristatus est
dauid ualde
uolebat enim eum populus
lapidare
quia amara erat anima
uniuscuiusque uiri super
filiis suis et filiabus
confortatus est autem
dauid in dno do suo
et ait ad abiathar sacerdotē
filium ahimelech
adplica ad me ephod
et adplicuit abiathar
ephod ad dauid
et consuluit dauid
dnm dicens
persequar an non latrun
culos hos et conpre
hendam eos
dixitq· ei persequere
absq· dubio enim conpre
hendes eos et excuties
praedam
abiit ergo dauid ipse
et sescenti uiri qui
erant cum eo
et uenerunt usque
ad torrentem besor
et lassi quidam substiterunt
persecutus est autem
dauid ipse et quadrin
centi uiri
substiterant enim ducenti
qui lassi transire non
potuerant torrentem
besor
et inuenerunt uirum
aegyptium in agro
et adduxerunt eum
ad dauid
dederuntque ei panem
ut comederet et ut
biberet aquam

sed et fragmen massae
caricarum
et duas ligaturas uuae passae
quae cum comedisset
reuersus est sps eius
et refocilatus est
non enim comederat panem
neque biberat aquam
tribus diebus et tribus
noctibus
dixit itaque ei dauid cuius
es tu uel unde quo pergis
qui ait ei puer aegyptius
ego sum seruus uiri
amalechitae
dereliquit autem me dominus
meus quia aegrotare
coepi nudius tertius
siquidem nos erupimus
ad australem partem
cerethi
et contra iudam et ad
meridiem chaleb
et sicelec succendimus igni
dixitq· ei dauid
potes me ducere ad istum
cuneum
qui ait iura mihi per dm
quod non occidas me
et non tradas in manu
domini mei
et ducam te ad cuneum istum
qui cum duxisset eum
ecce illi discumbebant
super faciem uniuersae
terrae
comedentes et bibentes
et quasi festum
celebrabant diem
pro cuncta praeda et spoliis
quae ceperant de terra
philisthiim et de
terra iuda
et percussit eos dauid
a uespere usq· in uesperam
alterius diei
et non euasit ex eis quisquam
nisi quadringenti uiri
adulescentes
qui ascenderant camelos
et fugerant
eruit ergo dauid omnia
quae tulerant amalecitae
et duas uxores suas eruit
nec defuit quicquam
a paruo usq· ad magnum
tam de filiis quam de filiabus
et de spoliis
et quaecumq· rapuerant
omnia reduxit dauid
et tulit uniuersos greges
et armenta
et minauit ante faciem suam
dixeruntque haec est
praeda dauid
uenit autem dauid
ad ducentos uiros
qui lassi substiterant
nec sequi potuerant dauid
et residere eos iusserat
in torrente besor
qui egressi sunt obuiam dauid
et populo qui erat cum eo
accedens autem dauid
ad populum salutauit
eos pacifice
respondensque omnis uir
pessimus et iniquus
de uiris qui ierant
cum dauid dixit
quia non uenerunt nobiscum
non dabimus eis quicquam
de praeda quam eruimus
sed sufficiat unicuique
uxor sua et filii
quos cum acceperint recedant
dixit autem dauid
non sic facietis fratres mei

DE HIS QUAE TRADIDIT DNS NOBIS
ET CUSTODIUIT NOS ET DEDIT
LATRUNCULOS QUI ERUPERANT
AD UERSUM NOS IN MANU
NOSTRA
NEC AUDIET UOS QUISQUAM
SUPER SERMONE HOC
AEQUA ENIM PARS ERIT
DESCENDENTIS AD PROELIUM
ET REMANENTIS AD SARCINAS
ET SIMILITER DIUIDENT
ET FACTUM EST HOC EX DIE ILLA
ET DEINCEPS
CONSTITUTUM ET PRAEFINITUM
ET QUASI LEX IN ISRAHEL
USQ· AD DIEM HANC
UENIT ERGO DAUID IN SICELEG
ET MISIT DONA DE PRAEDA
SENIORIBUS
IUDA PROXIMIS SUIS DICENS
ACCIPITE BENEDICTIONEM
DE PRAEDA HOSTIUM DNI
HIS QUI ERANT IN BETHEL
ET QUI IN RAMOTH
AD MERIDIEM
ET QUI IN IETHER ET QUI IN AROER
ET QUI IN SEFAMOTH
ET QUI IN ESTHAMA
ET QUI IN RACHEL ET QUI IN
URBIBUS IERAMELI
ET QUI IN URBIBUS CENI
ET QUI IN HERMA
ET QUI IN LACUASAN
ET QUI IN ATHAC
ET QUI IN HEBRON
ET RELIQUIS QUI ERANT
IN HIS LOCIS
IN QUIBUS COMMORATUS
FUERAT DAUID IPSE
ET UIRI EIUS
xluii PHILISTHIIM AUTEM PUGNA
BANT AD UERSUM ISRAHEL
ET FUGERUNT UIRI ISRAHEL
ANTE FACIEM PHILISTHIIM
ET CECIDERUNT INTERFECTI
IN MONTE GELBOE
INRUERUNTQ· PHILISTHIIM
IN SAUL ET FILIOS EIUS
ET PERCUSSERUNT IONATHAN
ET ABINADAB ET MELCHISUE
FILIOS SAUL
TOTUMQUE PONDUS PROELII
UERSUM EST IN SAUL
ET CONSECUTI SUNT EUM
UIRI SAGITTARII
ET UULNERATUS EST UEHEMEN
TER A SAGITTARIIS
DIXITQUE SAUL AD ARMI
GERUM SUUM
EUAGINA GLADIUM TUUM
ET PERCUTE ME
NE FORTE UENIANT
INCIRCUMCISI ISTI
ET INTERFICIANT ME
INLUDENTES MIHI
ET NOLUIT ARMIGER EIUS
FUERAT ENIM NIMIO TIMORE
PERTERRITUS
ARRIPUIT ITAQ· SAUL GLADIUM
ET INRUIT SUPER EUM
QUOD CUM UIDISSET
ARMIGER EIUS
UIDELICET QUOD MORTUUS
ESSET SAUL
INRUIT ETIAM IPSE SUPER
GLADIUM SUUM ET MORTUUS
EST CUM EO
MORTUUS EST ERGO SAUL
ET TRES FILII EIUS
ET ARMIGER ILLIUS ET UNIUERSI
UIRI EIUS IN DIE ILLA PARITER
UIDENTES AUTEM UIRI ISRL
QUI ERANT TRANS UALLEM
ET TRANS IORDANEM
QUOD FUGISSENT UIRI
ISRAHELITAE
ET QUOD MORTUUS ESSET
SAUL ET FILII EIUS

Reliquerunt ciuitates suas
et fugerunt ueneruntq(ue)
philisthim et habita
uerunt ibi
Facta autem die altera
uenerunt philisthim
ut spoliarent interfectos
et inuenerunt saul et tres
filios eius iacentes
in monte gelboe
et praeciderunt caput saul
et expoliauerunt
eum armis
et miserunt in terra
philisthinorum
per circuitum
ut adnuntiaretur in templo
idolorum et in populis
et posuerunt arma eius
in templo astaroth
corpus uero eius suspende
runt in muro bethsan
quod cum audissent habita
tores iabes galaad
quaecumque fecerant
philisthim saul
surrexerunt omnes
uiri fortissimi
et ambulauerunt tota nocte
et tulerunt cadaber saul
et cadauera filiorum eius
de muro betsan
ueneruntque iabes
et conbusserunt ea ibi
et tulerunt ossa eorum
et sepelierunt
in nemore iabes
et ieiunauerunt
septem diebus :.

xliiii Factum est autem postquam
mortuus est saul
ut dauid reuerteretur
a caede amalech
et maneret in siceleg
dies duos
in die autem tertia
apparuit homo ueniens
de castris saul
ueste conscissa et puluere
aspersus caput
et ut uenit ad dauid cecidit
super faciem suam
et adorauit
dixitque ad eum dauid
unde uenis
qui ait ad eum de castris
israhel fugi
et dixit ad eum dauid
quod est uerbum quod
factum est indica mihi
qui ait fugit populus
e proelio
et multi corruentes
e populo mortui sunt
sed et saul et ionathan
filius eius interierunt
dixitque dauid ad adules
centem qui nuntiabat
unde scis quia mortuus
est saul et ionathan
filius eius
ait adulescens qui
narrabat ei
casu ueni in monte gelboe
et saul incumbebat super
hastam suam
porro currus et equites
adpropinquabant ei
et conuersus post tergum
suum uidensque
me uocauit
cui cum respondissem
adsum

DIXIT MIHI QUIS NAM ES TU
ET AIO AD EUM AMALECITES SUM
ET LOCUTUS EST MIHI
STA SUPER ME ET INTERFICE ME
QUONIAM TENENT ME
ANGUSTIAE
ET ADHUC TOTA ANIMA
IN ME EST
STANSQUE SUPER EUM
OCCIDI ILLUM
SCIEBAM ENIM QUOD VIVERE
NON POTERAT POST RUINAM
ET TULI DIADEMA QUOD ERAT
IN CAPITE EIUS
ET ARMILLAM DE BRACHIO
ILLIUS
ET ADTULI AD TE DOMINUM
MEUM HUC
ADPREHENDENS AUTEM DAVID
VESTIMENTA SUA SCIDIT
OMNESQUE VIRI QUI ERANT
CUM EO
ET PLANXERUNT ET FLEVERUNT
ET IEIUNAVERUNT
USQUE AD VESPERAM
SUPER SAUL ET SUPER
IONATHAN FILIUM EIUS
ET SUPER POPULUM DNI
ET SUPER DOMUM ISRAHEL
QUOD CORRUISSENT GLADIO
DIXITQUE DAVID AD IUVENEM
QUI NUNTIAVERAT EI
UNDE ES
QUI RESPONDIT EI FILIUS
HOMINIS ADVENAE
AMALECITAE EGO SUM
ET AIT AD EUM DAVID
QUARE NON TIMUISTI MITTERE
MANUM TUAM UT OCCIDERES
XPM DNI
VOCANSQUE DAVID UNUM
DE PUERIS AIT
ACCEDENS IN EUM INRUE
QUI PERCUSSIT ILLUM
ET MORTUUS EST
ET AIT AD EUM DAVID
SANGUIS TUUS SUPER CAPUT TUUM
OS ENIM TUUM LOCUTUM EST
ADVERSUM TE DICENS
EGO INTERFECI XPM DNI
XLIIII PLANXIT AUTEM DAVID
PLANCTUM HUIUSCEMODI
SUPER SAUL ET SUPER
IONATHAN FILIUM EIUS
ET PRAECEPIT UT DOCERENT
FILIOS IUDA ARCUM
SICUT SCRIPTUM EST IN LIBRO
IUSTORUM
INCLYTI ISRAHEL SUPER MONTES
TUOS INTERFECTI SUNT
QUOMODO CECIDERUNT FORTES
I. NOLITE ADNUNTIARE IN GETH
NEQUE ADNUNTIETIS
IN COMPETIS ASCALONIS
NE FORTE LAETENTUR
FILIAE PHILISTHIIM
NE EXULTENT FILIAE
INCIRCUMCISORUM
MONTES GELBOE NEC ROS
NEC PLUVIAE VENIANT
SUPER VOS
NEQ· SINT AGRI PRIMITIARUM
QUIA IBI ABIECTUS EST CLYPEUS
FORTIUM CLYPEUS SAUL
QUASI NON ESSET UNCTUS OLEO
A SANGUINE INTERFECTORUM
AB ADIPE FORTIUM
SAGITTA IONATHAN NUMQUAM
REDIT RETRORSUM
ET GLADIUS SAUL NON EST
REVERSUS INANIS
SAUL ET IONATHAN AMABILES
ET DECORI IN VITA SUA
IN MORTE QUOQUE
NON SUNT DIVISI
AQUILIS VELOCIORES
LEONIBUS FORTIORES
FILIAE ISRAHEL SUPER

SAUL FLETE
QUI UESTIEBAT UOS COCCINO
IN DELICIIS
QUI PRAEBEBAT ORNAMENTA
AUREA CULTUI UESTRO
QUOMODO CECIDERUNT
FORTES IN PROELIO
IONATHAN IN EXCELSIS TUIS
OCCISUS EST
DOLEO SUPER TE FRATER MI
IONATHAN
DECORE NIMIS ET AMABILIS
SUPER AMOREM MULIERUM
SICUT MATER UNICUM
AMAT FILIUM
QUOMODO CECIDERUNT
ROBUSTI ET PERIERUNT
ARMA BELLICA
XLIIII .XX. IGITUR POST HAEC CONSULUIT
DAUID DNM DICENS
NUM ASCENDAM IN UNAM
DE CIUITATIBUS IUDA
ET AIT DNS AD EUM ASCENDE
DIXITQ· DAUID QUO ASCENDAM
ET RESPONDIT EI IN HEBRON
ASCENDIT ERGO DAUID
ET DUAE UXORES EIUS
AHINOEM IEZRAHELITES
ET ABIGAIL UXOR NABAL
CARMELII
SED ET UIROS QUI ERANT CUM
EO DUXIT DAUID SINGULOS
CUM DOMO SUA
ET MANSERUNT IN OPPIDIS
HEBRON
UENERUNTQUE UIRI IUDA
ET UNXERUNT IBI DAUID
UT REGNARET SUPER
DOMUM IUDA
ET NUNTIATUM EST DAUID
QUOD UIRI IABES GALAAD
SEPELISSENT SAUL
MISIT ERGO DAUID NUNTIOS
AD UIROS IABES GALAAD
DIXITQ· AD EOS
BENEDICTI UOS DNO
QUI FECISTIS MISERICORDIAM
HANC CUM DOMINO UESTRO
SAUL ET SEPELISTIS EUM
ET NUNC RETRIBUET QUIDEM
UOBIS DNS MISERICORDIAM
ET UERITATEM
SED ET EGO REDDAM GRATIAM
EO QUOD FECERITIS
UERBUM ISTUD
CONFORTENTUR MANUS UESTRAE
ET ESTOTE FILII FORTITUDINIS
LICET ENIM MORTUUS SIT
DOMINUS UESTER SAUL
TAMEN ME UNXIT DOMUS
IUDA REGEM SIBI
L. ABNER AUTEM FILIUS NER
PRINCEPS EXERCITUS SAUL
TULIT HISBOSETH FILIUM SAUL
ET CIRCUM DUXIT EUM
PER CASTRA
REGEMQUE CONSTITUIT SUPER
GALAAD ET SUPER GESURI
ET SUPER IEZRAHEL
ET SUPER EPHRAIM
ET SUPER BENIAMIN
ET SUPER ISRAHEL
UNIUERSUM
QUADRAGINTA ANNORUM ERAT
HISBOSETH FILIUS SAUL
CUM REGNARE COEPISSET
SUPER ISRAHEL
ET DUOBUS ANNIS REGNAUIT
SOLA AUTEM DOMUS IUDA
SEQUEBATUR DAUID
ET FUIT NUMERUS DIERUM
QUOS COMMORATUS EST
DAUID IMPERANS IN HEBRON
SUPER DOMUM IUDA
SEPTEM ANNORUM
ET SEX MENSUM
EGRESSUSQUE ABNER
FILIUS NER

ET PUERI HISBOSETH FILII SAUL
DE CASTRIS IN GABAON
PORRO IOAB FILIUS SARUIAE
ET PUERI DAUID EGRESSI SUNT
ET OCCURRERUNT EIS IUXTA
PISCINAM GABAON
ET CUM IN UNUM CONUENISSENT
E REGIONE SEDERUNT
HI EX UNA PARTE PISCINAE
ET ILLI EX ALTERA
DIXITQ· ABNER AD IOAB
SURGANT PUERI ET LUDANT
CORAM NOBIS
ET RESPONDIT IOAB SURGANT
SURREXERUNT ERGO
ET TRANSIERUNT NUMERO
DUODECIM DE BENIAMIN
EX PARTE HISBOSETH
FILII SAUL
ET DUODECIM DE PUERIS DAUID
ADPREHENSOQUE UNUSQUISQ·
CAPITE CONPARIS SUI
DEFIXIT GLADIUM IN LATUS
CONTRARII ET CECIDE
RUNT SIMUL
UOCATUMQUE EST NOMEN
LOCI ILLIUS AGER ROBUSTO
RUM IN GABAON
ET ORTUM EST BELLUM DURUM
SATIS IN DIE ILLA
FUGATUSQUE EST ABNER
ET UIRI ISRL· A PUERIS DAUID
ERANT AUTEM IBI TRES
FILII SARUIAE IOAB
ET ABISAI ET ASAHEL
PORRO ASAHEL CURSOR
UELOCISSIMUS FUIT
QUASI UNUS EX CAPREIS
QUAE MORANTUR IN SILUIS
PERSEQUEBATUR AUTEM
ASAHEL ABNER
ET NON DECLINAUIT AD DEXTERĀ
SIUE AD SINISTRAM
OMITTENS PERSEQUI ABNER

RESPEXIT ITAQUE ABNER POST
TERGUM SUUM ET AIT
TU NE ES ASAHEL
QUI RESPONDIT EGO SUM
DIXITQ· EI ABNER
UADE AD DEXTRAM
SIUE AD SINISTRAM
ET ADPREHENDE UNUM
DE ADULESCENTIBUS
ET TOLLE TIBI SPOLIA EIUS
NOLUIT AUTEM ASAHEL OMITTERE
QUIN URGERET EUM
RURSUMQ· LOCUTUS EST
ABNER AD ASAHEL
RECEDE NOLI ME SEQUI
NE CONPELLAR CONFODERE TE
IN TERRA
ET LEUARE NON POTERO
FACIEM MEAM AD IOAB
FRATREM TUUM
QUI AUDIRE CONTEMPSIT
ET NOLUIT DECLINARE
PERCUSSIT ERGO EUM ABNER
AUERSA HASTA IN INGUINE
ET TRANSFODIT
ET MORTUUS EST IN EODEM LOCO
OMNESQ· QUI TRANSIBANT
PER LOCUM IN QUO CECIDERAT
ASAHEL ET MORTUUS
ERAT SUBSISTEBANT
PERSEQUENTIBUS AUTEM
IOAB ET ABISAI FUGIENTEM
ABNER SOL OCCUBUIT
ET UENERUNT USQ· AD COLLEM
AQUAE DUCTUS QUI EST
EX ADUERSO UALLIS ET ITINERIS
DESERTI IN GABAON
CONGREGATIQ· SUNT FILII
BENIAMIN AD ABNER
ET CONGLOBATI IN UNUM CUNEUM
STETERUNT IN SUMMITATE
TUMULI UNIUS
ET EXCLAMAUIT ABNER
AD IOAB ET AIT

num usque ad internecionem
tuus mucro deseuiet
an ignoras quod periculosa
sit desperatio
usquequo non dicis populo
ut omittat persequi
fratrem suum
et ait ioab
uiuit dns si locutus fuisses
mane recessisset populus
persequens fratrem suum
insonuit ergo ioab bucina
et stetit omnis exercitus
nec persecuti sunt ultra
isrl neq; iniere certamen
abner autem et uiri eius
abierunt per campestria
tota nocte illa
et transierunt iordanem
et lustrata omni bethron
uenerunt ad castra
porro ioab reuersus
omisso abner congregauit
omnem populum
et defuerunt de pueris dauid
decem et nouem uiri
excepto asahele
serui autem dauid percusse
runt de beniamin et de
uiris qui erant cum abner
trecentos sexaginta
qui et mortui sunt
tuleruntque asahel
et sepelierunt eum
in sepulchro patris sui
in bethleem
et ambulauerunt tota
nocte ioab et uiri
qui erant cum eo
et in ipso crepusculo
peruenerunt in hebron
L.I. Facta est ergo longa concer
tatio inter domum saul
et inter domum dauid
dauid proficiens et semper
se ipso robustior
domus autem saul
decrescens cotidie
natique sunt filii dauid
in hebron
fuitque primogenitus eius
amnon de ahinoem
iezrahelitide
et post eum chelaab
de abigail uxore nabal
carmeli
porro tertius absalon
filius maacha filiae
tholomai regis gesur
quartus autem adonias
filius aggith
et quintus safathia
filius abital
sextus quoq; iethraam
de agla uxore dauid
hii nati sunt dauid in hebron
L.II. Cum ergo esset proelium
inter domum saul
et domum dauid
abner filius ner regebat
domum saul
fuerat autem sauli
concubina nomine respa
filia ahia
dixitq; hisboseth ad abner
quare ingressus es ad con
cubinam patris mei
qui iratus nimis propter
uerba hisboseth ait
numquid caput canis
ego sum aduersum
iuda hodie
qui fece rim misericordiam
super domum saul
patris tui
et super fratres
et proximos eius
et non tradidi te in manu dauid.

ET TU REQUISISTI IN ME QUOD
ARGUERES PRO MULIERE HODIE
HAEC FACIAT DS ABNER
ET HAEC ADDAT EI
NISI QUOMODO IURAUIT DNS
DAUID SIC FACIAM CUM EO
UT TRANSFERATUR REGNUM
DE DOMO SAUL
ET ELEUETUR THRONUS DAUID
SUPER ISRAHEL ET SUPER
IUDAM A DAN USQ; BERSABEE
ET NON POTUIT RESPONDERE EI
QUICQUAM QUIA METU
EBAT ILLUM
MISIT ERGO ABNER NUNTIOS
AD DAUID PRO SE
DICENTES CUIUS EST TERRA
ET LOQUERENTUR FAC MECUM
AMICITIAS ET ERIT MANUS
MEA TECUM
ET REDUCAM AD TE
UNIUERSUM ISRAHEL
QUI AIT OPTIME EGO FACIAM
TECUM AMICITIAS
SED UNAM REM PETO
A TE DICENS
NON UIDEBIS FACIEM MEAM
ANTEQUAM ADDUXERIS
MICHOL FILIAM SAUL
ET SIC UENIES ET UIDEBIS ME
MISIT AUTEM DAUID NUNTIOS
AD HISBOSETH FILIUM
SAUL DICENS
REDDE UXOREM MEAM MICHOL
QUAM DESPONDI MIHI CENTUM
PRAEPUTIIS PHILISTHIIM
MISIT ERGO HISBOSETH
ET TULIT EAM A UIRO SUO
FALTIHEL FILIO LAIS
SEQUEBATURQUE EAM UIR SUUS
PLORANS USQ; BAHURIM
ET DIXIT AD EUM ABNER
UADE REUERTERE
QUI REUERSUS EST

L III SERMONEM QUOQUE INTULIT
ABNER AD SENIORES
ISRAHEL DICENS
TAM HERI QUAM NUDIUSTERTIUS
QUAEREBATIS DAUID
UT REGNARET SUPER UOS
NUNC ERGO FACITE
QUONIAM DNS LOCUTUS EST
AD DAUID DICENS
IN MANU SERUI MEI DAUID
SALUABO POPULUM
MEUM ISRAHEL
DE MANU PHILISTHIIM
ET OMNIUM INIMICORUM EIUS
LOCUTUS EST AUTEM ABNER
ETIAM AD BENIAMIN
ET ABIIT UT LOQUERETUR
AD DAUID IN HEBRON OMNIA
QUAE PLACUERANT ISRAHEL
ET UNIUERSO BENIAMIN
UENITQUE AD DAUID IN HEBRON
CUM UIGINTI UIRIS
ET FECIT DAUID ABNER ET UIRIS
EIUS QUI UENERANT CUM EO
CONUIUIUM
ET DIXIT ABNER AD DAUID
SURGAM UT CONGREGEM
AD TE DOMINUM MEUM
REGEM OMNEM ISRAHEL
ET INEAM TECUM FOEDUS
ET IMPERES OMNIBUS SICUT
DESIDERAT ANIMA TUA
CUM ERGO DEDUXISSET
DAUID ABNER
ET ILLE ISSET IN PACE
STATIM PUERI DAUID ET IOAB
UENERUNT CAESIS LATRONIB;
CUM PRAEDA MAGNA NIMIS
ABNER AUTEM NON ERAT
CUM DAUID IN HEBRON
QUIA IAM DEMISERAT EUM
ET PROFECTUS FUERAT
IN PACE
ET IOAB ET OMNIS EXERCITUS

QUI ERAT CUM EO POSTEA
UENERUNT
L.IIII NUNTIATUM EST ITAQUE IOAB
A NARRANTIBUS
UENIT ABNER FILIUS NER
AD REGEM ET DIMISIT EUM
ET ABIIT IN PACE
ET INGRESSUS EST IOAB
AD REGEM ET AIT
QUID FECISTI ECCE UENIT
ABNER AD TE QUARE DIMISISTI
EUM ET ABIIT ET RECESSIT
IGNORAS ABNER FILIUM NER
QUONIAM AD HOC UENIT
UT DECIPERET TE
ET SCIRET EXITUM TUUM
ET INTROITUM TUUM
ET NOSSET OMNIA
QUAE AGIS
EGRESSUS ITAQ. IOAB A DAUID
MISIT NUNTIOS POST ABNER
ET REDUXIT EUM A CISTERNA
SIRA IGNORANTE DAUID
CUMQUE REDISSET ABNER
IN HEBRON
SEORSUM ABDUXIT EUM
IOAB AD MEDIUM PORTAE
UT LOQUERETUR EI IN DOLO
ET PERCUSSIT ILLUM IBI
IN INGUINE ET MORTUUS EST
IN ULTIONEM SANGUINIS
ASAHEL FRATRIS EIUS
L.V. QUOD CUM AUDISSET DAUID
REM IAM GESTAM AIT
MUNDUS EGO SUM ET REGNUM
MEUM APUD DNM USQUE
IN SEMPITERNUM
A SANGUINE ABNER FILII NER
ET UENIAT SUPER CAPUT
IOAB ET SUPER OMNEM
DOMUM PATRIS EIUS
NEC DEFICIAT DE DOMO IOAB
FLUXUM SEMINIS SUSTINENS
ET LEPROSUS

TENENS FUSUM ET CADENS GLADIO
ET INDIGENS PANE
IGITUR IOAB ET ABISAI FRATER
EIUS INTERFECERUNT ABNER
EO QUOD OCCIDISSET ASAHEL
FRATREM EORUM
IN GABAON IN PROELIO
L.VI. DIXIT AUTEM DAUID
AD IOAB ET AD OMNEM
POPULUM QUI ERAT CUM EO
SCINDITE UESTIMENTA
UESTRA ET ACCINGIMINI
SACCIS
ET PLANGITE ANTE
EXSEQUIAS ABNER
PORRO REX DAUID SEQUE
BATUR FERETRUM CUMQ.
SEPELISSENT ABNER
IN HEBRON
LEUAUIT REX UOCEM SUAM
ET FLEUIT SUPER
TUMULUM ABNER
FLEUIT AUTEM ET OMNIS
POPULUS PLANGENSQ.
REX ABNER AIT
NEQUAQUAM UT MORI SOLENT
IGNAUI MORTUUS
EST ABNER
MANUS TUAE NON SUNT
LIGATAE ET PEDES TUI
NON SUNT CONPEDIBUS
ADGRAUATI
SED SICUT SOLENT CADERE
CORAM FILIIS INIQUITATIS
CORRUISTI
CONGEMINANSQUE OMNIS
POPULUS FLEUIT
SUPER EUM
CUMQUE UENISSET UNIUERSA
MULTITUDO CIBUM
CAPERE CUM DAUID CLARA
ADHUC DIE IURAUIT
DAUID DICENS
HAEC FACIAT MIHI DS

et haec addat
Si ante occasum solis
gustauero panem uel aliud
quicquam
omnisque populus audiuit
et placuerunt eis cuncta
quae fecit rex in con
spectu totius populi
et cognouit omne uulgus
et uniuersus israhel
in die illa
quoniam non actum fuisset
a rege ut occideretur
abner filius ner
Dixit quoque rex ad seruos suos
num ignoratis quoniam
princeps et maximus
cecidit hodie in israhel
ego autem adhuc delicatus
et unctus rex
porro uiri isti filii saruiae
duri mihi sunt
retribuat dns facienti
malum iuxta malitiam suam
.IIII. Audiuit autem filius saul
quod cecidisset abner
in hebron
et dissolutae sunt manus eius
omnisque israhel
perturbatus est
Duo autem uiri principes
latronum erant
filio saul
nomen uni baana et nomen
alteri rechab
filii remmon berothitae
de filiis beniamin
siquidem et beroth
reputata est in beniamin
et fugerunt berothitae
in getthaim fuerunque
ibi aduenae usque
in tempus illut
erat autem ionathan
filio saul filius debilis
pedibus
quinquennis enim fuit quando
uenit nuntius de saul
et ionathan ex iezrahel
tollens itaque eum
nutrix sua fugit
cumque festinaret
ut fugeret cecidit
et claudus effectus est
habuitque uocabulum
mifiboseth
uenientes igitur filii remmon
berothitae rechab
et baana
ingressi sunt feruente die
domum hisboseth
qui dormiebat super stratum
suum meridie et hostiaria domus purgans triticū obdormiuit
ingressi sunt autem domum
sumentes spicas trittici
et percusserunt eum
in inguine
rechab et baana frater eius
et fugerunt
Cum autem ingressi fuissent
domum ille dormiebat
super lectulum suum
in conclaui
et percutientes inter
fecerunt eum
sublatoque capite eius
abierunt per uiam deserti
tota nocte
et adtulerunt caput
hisboseth ad dauid
in hebron
dixeruntque ad regem
ecce caput hisboseth
filii saul inimici tui
qui quaerebat animam tuam
et dedit dns domino meo
regi ultiones hodie
de saul et de semine eius

RESPONDENS AUTEM DAUID
RECHAB ET BAANA FRATRI
EIUS FILIIS REMMON
BEROTHEI DIXIT AD EOS
UIUIT DNS QUI ERUIT ANIMAM
MEAM DE OMNI ANGUSTIA
QUONIAM EUM QUI ADNUNTIA
UERAT MIHI ET DIXERAT
MORTUUS EST SAUL
QUI PUTABAT SE PROSPERA
NUNTIARE TENUI ET OCCIDI
IN SICELEC
CUI OPORTEBAT ME DARE
MERCEDEM PRO NUNTIO
QUANTO MAGIS NUNC HOMINES
IMPII INTERFECERUNT
UIRUM INNOXIUM IN DOMO
SUA SUPER LECTULUM SUUM
NON QUAERAM SANGUINEM
EIUS DE MANU UESTRA
ET AUFERAM UOS DE TERRA
PRAECEPIT ITAQUE DAUID
PUERIS ET INTERFICERUNT EOS
PRAECIDENTESQUE MANUS
ET PEDES EORUM
SUSPENDERUNT EOS SUPER
PISCINAM IN HEBRON
CAPUT AUTEM HISBOSETH
TULERUNT ET SEPELIERUNT
IN SEPULCHRO ABNER
IN HEBRON
ET UENERUNT UNIUERSAE
TRIBUS ISRAHEL AD DAUID
IN HEBRON DICENTES
ECCE NOS OS TUUM
ET CARO TUA SUMUS
SED ET HERI ET NUDIUSTERTIUS
CUM ESSET SAUL REX
SUPER NOS
TU ERAS EDUCENS ET REDUCENS
ISRAHEL
DIXIT AUTEM DNS AD TE TU
PASCIS POPULUM MEUM
ISRAHEL
ET TU ERIS DUX SUPER ISRAHEL
UENERUNT QUOQUE ET SENES
DE ISRAHEL AD REGEM
IN HEBRON
ET PERCUSSIT CUM EIS REX
DAUID FOEDUS IN HEBRON
CORAM DNO
UNXERUNTQUE DAUID IN REGEM
SUPER ISRAHEL
FILIUS TRIGINTA ANNORUM
ERAT DAUID CUM REGNARE
COEPISSET
ET QUADRAGINTA ANNIS
REGNAUIT
IN HEBRON REGNAUIT SUPER
IUDAM SEPTEM ANNIS
ET SEX MENSIBUS
IN HIERUSALEM AUTEM
REGNAUIT TRIGINTA TRIBUS
ANNIS SUPER OMNEM
ISRAHEL ET IUDAM
ET ABIIT REX ET OMNES UIRI
QUI ERANT CUM EO
IN HIERUSALEM
AD IEBUSAEUM HABITATOREM
TERRAE
DICTUMQ; EST AD DAUID AB EIS
NON INGREDIERIS HUC
NISI ABSTULERIS CAECOS
ET CLAUDOS DICENTES
NON INGREDIETUR DAUID HUC
CEPIT AUTEM DAUID
ARCEM SION
HAEC EST CIUITAS DAUID
PROPOSUERAT ENIM IN DIE
ILLA PRAEMIUM
QUI PERCUSSISSET IEBUSAEUM
ET TETIGISSET DOMATUM
FISTULAS
ET CLAUDOS ET CAECOS
ODIENTES ANIMAM DAUID
ID CIRCO DICITUR
IN PROUERBIO
CAECUS ET CLAUDUS NON

INTRABUNT TEMPLUM
HABITAUIT AUTEM DAUID
IN ARCE ET UOCAUIT EAM
CIUITATEM DAUID
ET AEDIFICAUIT PER GYRUM
A MELLO ET INTRINSECUS
ET INGREDIEBATUR PROFICIENS
ADQ· SUCCRESCENS
ET DNS DS EXERCITUUM
ERAT CUM EO
LIII MISIT QUOQUE HIRAM REX TYRI
NUNTIOS AD DAUID ET LIGNA
CAEDRINA
ET ARTIFICES LIGNORUM ARTI
FICESQUE LAPIDUM
AD PARIETES
ET AEDIFICAUERUNT DOMUM
DAUID
ET COGNOUIT DAUID QUONIAM
CONFIRMASSET EUM DNS
REGEM SUPER ISRAHEL
ET QUONIAM EXALTASSET
REGNUM EIUS SUPER POPU
LUM SUUM ISRAHEL
ACCEPIT ERGO ADHUC CONCUBI
NAS ET UXORES DE HIERUSALEM
POSTQUAM UENERAT DE HEBRON
NATIQUE SUNT DAUID ET ALII
FILII ET FILIAE
ET HAEC NOMINA EORUM QUI
NATI SUNT EI IN HIERUSALEM
SAMMUA ET SABAB ET NATHAN
ET SALOMON ET IBAAR
ET HELISUA
ET NEPHEG ET IAFIA ET HELISAMA
ET HELIDA ET ELIFELETH
LIIII AUDIERUNT UERO PHILISTHIIM
QUOD UNXISSENT DAUID
REGEM SUPER ISRAHEL
ET ASCENDERUNT UNIUERSI
UT QUAERERENT DAUID
QUOD CUM AUDISSET DAUID
DESCENDIT IN PRAESIDIUM
PHILISTHIIM AUTEM UENIENTES
DIFFUSI SUNT IN UALLE RAPHAIM
ET CONSULUIT DAUID DNM DICENS
SI ASCENDAM AD PHILISTHIIM
ET SI DABIS EOS IN MANU MEA
ET DIXIT DNS AD DAUID ASCENDE
QUIA TRADENS DABO PHILISTHIIM
IN MANU TUA
UENIT ERGO DAUID IN BAALPHA
RASIM ET PERCUSSIT EOS IBI
ET DIXIT DIUISIT DNS INIMICOS
MEOS CORAM ME SICUT
DIUIDUNTUR AQUAE
PROPTEREA UOCATUM EST
NOMEN LOCI ILLIUS
BAALPHARASIM
ET RELIQUERUNT IBI SCULPTILIA
SUA QUAE TULIT DAUID
ET UIRI EIUS
ET ADDIDERUNT ADHUC
PHILISTHIIM UT ASCENDERENT
ET DIFFUSI SUNT IN UALLE
RAPHAIM
CONSULUIT AUTEM DAUID DNM
QUI RESPONDIT NON ASCENDAS
SED GYRA POST TERGUM EORUM
ET UENIES AD EOS EX ADUERSO
PYRORUM
ET CUM AUDIERIS SONITUM
GRADIENTIS IN CACUMINE
PYRORUM
TUNC INIBIS PROELIUM
QUIA TUNC EGREDIETUR DNS
ANTE FACIEM TUAM UT PER
CUTIAT CASTRA PHILISTHIIM
FECIT ITAQUE DAUID SICUT EI
PRAECEPERAT DNS
ET PERCUSSIT PHILISTHIIM
DE GABEE USQUE DUM
UENIAS GEZER
CONGREGAUIT AUTEM RURSUM
DAUID OMNES ELECTOS
EX ISRAHEL TRIGINTA MILIA
SURREXITQUE ET ABIIT
ET UNIUERSUS POPULUS

QUI ERAT CUM EO DE UIRIS IUDA
UT ADDUCERENT ARCAM DI
SUPER QUAM INUOCATUM EST
NOMEN DNI EXERCITUUM
SEDENTIS IN CHERUBIM
SUPER EAM
ET INPOSUERUNT ARCAM DNI
SUPER PLAUSTRUM NOUUM
TULERUNTQ· EAM DE DOMO
AMINADAB QUI ERAT IN GABAA
OZA AUTEM ET HAIO FILII
ABINADAB MINABANT
PLAUSTRUM NOUUM
CUMQUE TULISSENT EAM
DE DOMO ABINADAB QUI ERAT
IN GABAA CUSTODIENS
ARCAM DI
HAIO PRAECEDEBAT ARCAM·
K DAUID AUTEM ET OMNIS ISRL
LUDEBANT CORAM DNO
IN OMNIBUS LIGNIS FABRAE
FACTIS ET CITHARIS ET LYRIS
ET TYMPANIS ET SISTRIS
ET CYMBALIS
LX POSTQUAM AUTEM UENE
RUNT AD AREAM NACHON
EXTENDIT MANUM OZA
AD ARCAM DI
ET TENUIT EAM QUONIAM
CALCITABANT BOUES
IRATUSQ· EST INDIGNATIONE
DNS CONTRA OZAM ET PER
CUSSIT EUM SUPER TEME
RITATEM
QUI MORTUUS EST IBI IUXTA
ARCAM DI
CONTRISTATUS AUTEM EST
DAUID EO QUOD PERCUSSIS
SET DNS OZAM
ET UOCATUM EST NOMEN LOCI
ILLIUS PERCUSSIO OZA USQ·
IN DIEM HANC
LXI ET EXTIMUIT DAUID DNM
IN DIE ILLA DICENS
QUOMODO INGREDIETUR
AD ME ARCA DNI
ET NOLUIT DEUERTERE AD SE
ARCAM DNI IN CIUITATE DAUID
SED DEUERTIT EAM IN DOMO
OBEDEDOM GETTHEI
ET HABITAUIT ARCA DNI IN DOMO
OBEDEDOM GETTHEI
TRIBUS MENSIBUS
ET BENEDIXIT DNS OBEDEDOM
ET OMNEM DOMUM EIUS
NUNTIATUMQUE EST
REGI DAUID
BENEDIXIT DNS OBEDEDOM
ET OMNIA EIUS PROPTER
ARCAM DI
LXII ABIIT ERGO DAUID ET ADDUXIT
ARCAM DI DE DOMO
OBEDEDOM IN CIUITATE
DAUID CUM GAUDIO
CUMQ· TRANSCENDISSENT
QUI PORTABANT ARCAM DNI
SEX PASSUS
IMMOLABAT BOUEM
ET ARIETEM
ET DAUID SALTABAT TOTIS
UIRIB· ANTE DNM
PORRO DAUID ERAT ACCINCTUS
EPHOD LINEO
ET DAUID ET OMNIS DOMUS
ISRAHEL
DUCEBANT ARCAM
TESTAMENTI DNI
IN IUBELO ET IN CLANGORE
BUCINAE
CUMQUE INTRASSET ARCA DNI
CIUITATEM DAUID
MICHOL FILIA SAUL PROSPICIENS
PER FENESTRAM
UIDIT REGEM DAUID SUBSILI
ENTEM ADQUE SALTANTEM
CORAM DNO
ET DISPEXIT EUM IN CORDE SUO
ET INTRODUXERUNT ARCAM

dñi et posuerunt eam
in loco suo
et in medio tabernaculi
quod tetenderat ei dauid
et obtulit dauid holocausta
coram dño et pacifica hr
benedixit populo in nomine
dñi exercituum
et partitus est multitudini
uniuersae israhel
tam uiro quam mulieri
singulis collyridam
panis unam
et assaturam bubulae
carnis unam
et similam frixam oleo
et abiit omnis populus
unusquisque in domum
suam
LXIII Reuersusq; est et dauid
ut benediceret
domui suae
et egressa michol filia saul
in occursum dauid ait
quam gloriosus fuit hodie
rex israhel
discoperiens se ante
ancillas seruorum suorum
et nudatus est quasi si nudetur
unus de scurris
dixitq; dauid ad michol ciuirs ñs qa ludā
ante dñm qui elegit me
potius quam patrem tuum
et quam omnem domum eius
et praecepit mihi ut essem
dux super populum
dñi israhel
et ludam et uilior fiam
plus quam factus sum
et ero humilis in oculis meis
et cum ancillis de quibus
locuta es gloriosior
apparebo
igitur michol filiae saul
non est natus filius usque
ad diem mortis suae
LXIIII VII. Factum est autem cum
sedisset rex in domo sua
et dñs dedisset ei requiem
undique ab uniuersis
inimicis suis
dixit ad nathan prophetam
uides ne quod ego habitem
in domo cedrina
et arca di posita sit
in medio pellium
dixitq; nathan ad regem
omne quod est in corde tuo
uade fac quia dñs
tecum est
Factum est autem in nocte
illa et ecce sermo dñi
ad nathan dicens
uade et loquere ad seruum
meum dauid
haec dicit dñs
numquid tu aedificabis
mihi domum ad habitandum
neque enim habitaui in domo
ex die qua eduxi filios isrl̄
de terra aegypti
usque in diem hanc
sed ambulans ambulabam
in tabernaculo
et in tentorio
per cuncta loca quae
transiui cum omnibus
filiis israhel
numquid loquens locutus
sum ad unam de tribubus
israhel
cui praecepi ut pasceret
populum meum
israhel dicens
quare non aedificastis mihi
domum cedrinam
et nunc haec dicis seruo
meo dauid

hr cumq; complesset offerens holocaustum et pacifica .

HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
EGO TULI TE DE PASCUIS
SEQUENTEM GREGES
UT ESSES DUX SUPER POPULUM
MEUM ISRAHEL
ET FUI TECUM IN OMNIBUS
UBICUMQ· AMBULASTI
ET INTERFECI UNIUERSOS
INIMICOS TUOS A FACIE TUA
FECIQUE TIBI NOMEN GRANDE
IUXTA NOMEN MAGNORUM
QUI SUNT IN TERRA
ET PONAM LOCUM POPULO
MEO ISRAHEL
ET PLANTABO EUM
ET HABITAUIT SUB EO
ET NON TURBABITUR AMPLIUS
NEC ADDENT FILII INIQUITATIS
UT ADFLIGANT EUM
SICUT PRIUS
EX DIE QUA CONSTITUI IUDICES
SUPER POPULUM MEUM
ISRAHEL
ET REQUIEM DABO TIBI
AB OMNIB· INIMICIS TUIS
PRAEDICITQUE TIBI DNS QUOD
DOMUM FACIAT TIBI DNS
CUMQUE CONPLETI FUERINT
DIES TUI ET DORMIERIS
CUM PATRIBUS TUIS
SUSCITABO SEMEN TUUM
POST TE QUOD EGREDIETUR
DE UTERO TUO
ET FIRMABO REGNUM EIUS
IPSE AEDIFICAUIT DOMUM
NOMINI MEO
ET STABILIAM THRONUM
REGNI EIUS USQUE
IN SEMPITERNUM
EGO ERO EI IN PATREM
ET IPSE ERIT MIHI IN FILIUM
QUI SI INIQUE ALIQUID GESSERIT
ARGUAM EUM IN UIRGA
UIRORUM ET IN PLAGIS

FILIORUM HOMINUM
MISERICORDIAM AUTEM MEAM
NON AUFERAM AB EO
SICUT ABSTULI A SAUL QUEM
AMOUI A FACIE TUA
ET FIDELIS ERIT DOMUS TUA
ET REGNUM TUUM USQUE
IN AETERNUM ANTE
FACIEM MEAM
ET THRONUS TUUS ERIT
FIRMUS IUGITER
SECUNDUM OMNIA UERBA HAEC
ET IUXTA UNIUERSAM
UISIONEM ISTAM
SIC LOCUTUS EST NATHAN
AD DAUID
INGRESSUS EST AUTEM REX
DAUID ET SEDIT CORAM
DNO ET DIXIT
QUIS EGO SUM DNE DS
ET QUAE DOMUS MEA
QUIA ADDUXISTI ME HUCUSQUE
SED ET HOC PARUM UISUM EST
IN CONSPECTU TUO DNE DS
NISI LOQUERERIS ETIAM
DE DOMO SERUI TUI
IN LONGINQUUM
ISTA EST ENIM LEX ADAM DNE DS
QUID ERGO ADDERE POTERIT
ADHUC DAUID UT LOQUATUR
AD TE
TU ENIM SCIS SERUUM TUUM
DNE DS PROPTER
UERBUM TUUM
ET SECUNDUM COR TUUM
FECISTI OMNIA MAGNALIA HAEC
ITA UT NOTUM FACERES
SERUO TUO
IDCIRCO MAGNIFICATUS ES
DNE DS
QUIA NON EST SIMILIS TUI
NEQ· EST DS EXTRA TE
IN OMNIBUS QUAE AUDIUIMUS
AURIBUS NOSTRIS

quae est autem ut populus
tuus israhel gens in terra
propter quam ibit ds
ut redimeret eam sibi
in populum
et poneret sibi nomen
faceretque eis magnalia
et horribilia super terram
a facie populi tui quem rede
misti tibi ex aegypto
gentem et dm eius
et firmasti tibi populum
tuum israhel in populum
sempiternum
et tu dne factus es eis in dm
nunc ergo dne ds uerbum
quod locutus es super
seruum tuum et super
domum eius
suscita in sempiternum
et fac sicut locutus es
et magnificetur nomen tuum
usque in sempiternum
atque dicatur
dns exercituum ds
super israhel
et domus serui tui dauid
erit stabilita coram dno
quia tu dne exercituum
ds israhel reuelasti
aurem serui tui dicens
domum aedificabo tibi
propterea inuenit seruus
tuus cor suum ut oraret
te oratione hac
nunc ergo dne ds tu es ds
et uerba tua erunt uera
locutus es enim ad seruum
tuum bona haec
incipe igitur et benedic
domui serui tui
ut sit in sempiternum
coram te
quia tu dne ds locutus es
et benedictione tua benedicetur
domus serui tui
in sempiternum
Factum est autem post haec
percussit dauid philisthim
et humiliauit eos
et tulit dauid frenum tributi
de manu philisthim
et percussit moab et mensus
est eos funiculo
coaequans terrae
mensus est autem duos
funiculos
unum ad occidendum
et unum ad uiuificandum
factusque est moab dauid
seruiens sub tributo
et percussit dauid adadezer
filium roob regem soba
quando profectus est
ut dominaretur super
flumen eufraten
et captis dauid ex parte eius
mille septingentis
equitibus et uiginti
milibus peditum
subneruauit omnes
iugales curruum
dereliquit autem ex eis
centum currus
uenit quoque syria damasci
ut praesidium ferret
adadezer regi soba
et percussit dauid de syria
uiginti duo milia uirorum
et posuit dauid praesidium
in syria damasci
factaque est syria dauid
seruiens sub tributo
seruauitque dns dauid
in omnibus ad quaecumque
profectus est
et tulit dauid arma aurea
quae habebant serui adadezer

ET DETULIT EA IN HIERUSALEM
ET DE BETE . ET DE BEROTH .
CIUITATIBUS ADADEZER
TULIT REX DAUID AES
MULTUM NIMIS
LXIII AUDIUIT AUTEM THOU REX
EMATH QUOD PERCUSSISSET
DAUID OMNE ROBUR
ADADEZER
ET MISIT THOU IORAM FILIUM
SUUM AD REGEM DAUID
UT SALUTARET EUM
CONGRATULANS
ET GRATIAS AGERET EO QUOD
EXPUGNASSET ADADEZER
ET PERCUSSISSET EUM
HOSTIS QUIPPE ERAT THOU
ADADEZER
ET IN MANU EIUS ERANT UASA
ARGENTEA ET UASA AUREA
ET UASA AEREA
QUAE ET IPSA SCIFICAUIT
REX DAUID DNO
CUM ARGENTO ET AURO QUAE
SCIFICAUERAT DE UNIUERSIS
GENTIB QUAS SUBEGERAT
DE SYRIA ET MOAB ET FILIIS
AMMON ET PHILISTHIIM
ET AMALECH
ET DE MANUBIIS ADADEZER
FILII ROHOB REGIS SOBA
FECIT QUOQ SIBI DAUID
NOMEN CUM REUERTERE
TUR CAPTA SYRIA
IN UALLE SALINARUM CAESIS
DUODECIM MILIBUS
ET POSUIT IN IDUMEA CUSTODES
STATUITQ PRAESIDIUM
ET FACTA EST UNIUERSA
IDUMEA SERUIENS DAUID
ET SERUAUIT DNS DAUID
IN OMNIBUS AD QUAECUMQ
PROFECTUS EST
ET REGNAUIT DAUID SUPER
OMNEM ISRAHEL
FACIEBAT QUOQUE DAUID IUDICIUM
ET IUSTITIAM OMNI POPULO SUO
IOAB AUTEM FILIUS SARUIAE
ERAT SUPER EXERCITUM
PORRO IOSAPHAT FILIUS AILUD
ERAT A COMMENTARIIS
ET SADOC FILIUS AHITOB
ET AHIMELECH FILIUS ABIATHAR
SACERDOTIS
ET SARAIAS SCRIBA
BANAIAS AUTEM FILIUS IOIADA
SUPER CHERETHI ET FELETHI .
LXIIII FILII AUTEM DAUID
SACERDOTES ERANT
ET DIXIT DAUID
PUTAS NE EST ALIQUIS QUI RE
MANSERIT DE DOMO SAUL
UT FACIAM CUM EO MISERICOR
DIAM PROPTER IONATHAN
ERAT AUTEM DE DOMO SAUL
SERUUS NOMINE SIBA
QUEM CUM UOCASSET REX
AD SE DIXIT EI TU NE ES SIBA
ET ILLE RESPONDIT EGO SUM
SERUUS TUUS
ET AIT REX NUM SUPEREST
ALIQUIS DE DOMO SAUL
UT FACIAM CUM EO
MISERICORDIAM DI
DIXITQ SIBA REGI
SUPEREST FILIUS IONATHAN
DEBILIS PEDIBUS
UBI IN QUID EST ET SIBA AD REGEM
ECCE AIT IN DOMO EST MACHIR
FILII AMIHEL IN LODABAR
MISIT ERGO REX DAUID ET TULIT
EUM DE DOMO MACHIR FILII
AMIHEL DE LODABAR
CUM AUTEM UENISSET MIFI
BOSETH FILIUS IONATHAN
FILII SAUL AD DAUID
CORRUIT IN FACIEM SUAM
ET ADORAUIT

DIXITQUE DAUID MIPHIBOSETH
QUI RESPONDIT ADSUM
SERUUS TUUS
ET AIT EI DAUID NE TIMEAS
QUIA FACIENS FACIAM IN TE
MISERICORDIAM
PROPTER IONATHAN
PATREM TUUM
ET RESTITUAM TIBI OMNES
AGROS SAUL PATRIS TUI
ET TU COMEDES PANEM
IN MENSA MEA SEMPER
QUI ADORANS EUM DIXIT
QUIS EGO SUM SERUUS TUUS
QUONIAM RESPEXISTI
SUPER CANEM MORTUUM
SIMILEM MEI
UOCAUIT ITAQUE REX SIBAM
PUERUM SAUL ET DIXIT EI
OMNIA QUAECUMQUE
FUERUNT SAUL
ET UNIUERSAM DOMUM EIUS
DEDI FILIO DOMINI TUI
OPERARE IGITUR EI TERRAM
TU ET FILII TUI ET SERUI TUI
ET INFERES FILIO DOMINI TUI
CIBOS UT ALATUR
MIPHIBOSETH AUTEM
FILIUS DOMINI TUI
COMEDET SEMPER PANEM
SUPER MENSAM MEAM
ERANT AUTEM SIBAE QUINDECIM
FILII ET UIGINTI SERUI
DIXITQ; SIBA AD REGEM
SICUT IUSSISTI DOMINE MI
REX SERUO TUO
SIC FACIET SERUUS TUUS
ET MIPHIBOSETH COMEDET
SUPER MENSAM TUAM
QUASI UNUS DE FILIIS REGIS
HABEBAT AUTEM MIPHIBOSETH
FILIUM PARUULUM
NOMINE MICHA
OMNIS UERO COGNATIO DOMUS
SIBA SERUIEBAT MIPHIBOSETH.
PORRO MIPHIBOSETH
HABITABAT IN HIERUSALEM
QUIA DE MENSA REGIS IUGITER
UESCEBATUR
ET ERAT CLAUDUS UTROQ; PEDE.
LXVIIII FACTUM EST AUTEM POST
HAEC UT MORERETUR REX
FILIORUM AMMON
ET REGNARET ANON FILIUS
EIUS PRO EO
DIXITQUE DAUID FACIAM
MISERICORDIAM CUM ANON
FILIO NAAS
SICUT FECIT PATER EIUS MECUM
MISERICORDIAM
MISIT ERGO DAUID CONSOLANS
EUM PER SERUOS SUOS
SUPER PATRIS INTERITU
CUM AUTEM UENISSENT
SERUI DAUID IN TERRAM
FILIORUM AMMON
DIXERUNT PRINCIPES FILIORUM
AMMON AD ANON
DOMINUM SUUM
PUTAS QUOD PROPTER HONOREM
PATRIS TUI DAUID MISERIT
AD TE CONSOLATORES
ET NON IDEO UT INUESTIGARET
ET EXPLORARET CIUITATEM
ET EUERTERET EAM
MISIT DAUID SERUOS SUOS AD TE
TULIT ITAQUE ANON
SERUOS DAUID
RASITQUE DIMIDIAM PARTEM
BARBAE EORUM
ET PRAECIDIT UESTES EORUM
MEDIAS USQ; AD NATES
ET DIMISIT EOS
QUOD CUM NUNTIATUM ESSET
DAUID MISIT IN OCCURSUM
EORUM
ERANT ENIM UIRI CONFUSI
TURPITER UALDE

ET MANDAUIT EIS DAUID
MANETE HIERICO DONEC CRESCAT
BARBA UESTRA ET TUNC
REUERTIMINI
UIDENTES AUTEM FILII AMMON
QUOD INIURIAM FECISSENT DAUID
MISERUNT ET CONDUXERUNT
MERCEDE SYRUM ROHOB
ET SYRUM SOBA UIGINTI
MILIA PEDITUM
ET A REGE MAACHA MILLE UIROS
ET AB ISTOB DUODECIM MILIA
UIRORUM
QUOD CUM AUDISSET DAUID
MISIT IOAB ET OMNEM
EXERCITUM BELLATORUM
EGRESSI SUNT ERGO FILII
AMMON ET DIREXERUNT
ACIEM ANTE IPSUM
INTROITUM PORTAE
SYRUS AUTEM SOBA
ET ROOB ET ISTOB
ET MAACHA SEORSUM ERANT
IN CAMPO
UIDENS IGITUR IOAB QUOD
PRAEPARATUM ESSET
AD UERSUM SE PROELIUM
ET EX ADUERSO ET POST TERGUM
ELEGIT EX OMNIBUS
ELECTOS ISRAHEL
ET INSTRUXIT ACIEM
CONTRA SYRUM
RELIQUAM AUTEM PARTEM
POPULI TRADIDIT ABISAI
FRATRI SUO
QUI DIREXIT ACIEM ADUERSUM
FILIOS AMMON
ET AIT IOAB SI PRAEUALUERINT
ADUERSUM ME SYRI
ERIS MIHI IN ADIUTORIUM
SI AUTEM FILII AMMON
PRAEUALUERINT ADUERSUM
TE AUXILIABOR TIBI
ESTO UIR FORTIS ET PUGNEMUS

PRO POPULO NOSTRO
ET CIUITATE DI NOSTRI
DNS AUTEM FACIET QUOD BONUM
EST IN CONSPECTU SUO
INIIT ITAQUE IOAB ET POPULUS
QUI ERAT CUM EO CERTAMEN
CONTRA SYROS
QUI STATIM FUGERUNT
A FACIE EIUS
FILII AUTEM AMMON UIDENTES
QUOD FUGISSENT SYRI
FUGERUNT ET IPSI A FACIE ABISAI
ET INGRESSI SUNT CIUITATEM
REUERSUSQUE EST ET IOAB
A FILIIS AMMON ET UENIT
HIERUSALEM
UIDENTES IGITUR SYRI QUONIAM
CORRUISSENT CORAM ISRL
CONGREGATI SUNT PARITER
MISITQUE ADADEZER
ET EDUXIT SYROS QUI ERANT
TRANS FLUUIUM
ET ADDUXIT EXERCITUM EORUM
SOBACH AUTEM MAGISTER
MILITIAE ADADEZER ERAT
PRINCEPS EORUM
QUOD CUM NUNTIATUM
ESSET DAUID
CONTRAXIT OMNEM ISRAHELEM
ET TRANSIUIT IORDANEN
UENITQ; IN HELEMA
ET DIREXERUNT ACIEM SYRI
EX ADUERSO DAUID
ET PUGNAUERUNT CONTRA EUM
FUGERUNTQUE SYRI
A FACIE ISRAHEL
ET OCCIDIT DAUID DE SYRIS
SEPTINGENTOS CURRUS
ET QUADRAGINTA MILIA
EQUITUM
ET SOBACH PRINCIPEM MILITIAE
PERCUSSIT QUI STATIM
MORTUUS EST
UIDENTES AUTEM UNIUERSI

REGES QUI ERANT IN PRAESIDIO
ADADEZER
UICTOS SE AB ISRAHEL
FECERUNT PACEM CUM ISRAHEL
ET SERUIERUNT EIS
TIMUERUNTQUE SYRI
AUXILIUM PRAEBERE
FILIIS AMMON
FACTUM EST ERGO
UERTENTE ANNO
EO TEMPORE QUO SOLENT
REGES AD BELLA PROCEDERE
MISIT DAUID IOAB ET SERUOS
SUOS CUM EO
ET UNIUERSUM ISRAHEL
ET UASTAUERUNT FILIOS
AMMON ET OBSIDERUNT
RABBA
DAUID AUTEM REMANSIT
IN HIERUSALEM
DUM HAEC AGERENTUR
ACCIDIT UT SURGERET
DAUID DE STRATO SUO
POST MERIDIEM
ET DEAMBULARET IN SOLARIO
DOMUS REGIAE
UIDITQUE MULIEREM
SE LABANTEM EX AD
UERSO SUPER SOLARIUM SUUM
ERAT AUTEM MULIER
PULCHRA UALDE
MISIT ERGO REX ET REQUISIUIT
QUAE ESSET MULIER
NUNTIATUMQUE EI EST QUOD
QUOD IPSA ESSET BETHSABEE
FILIA HELIAM UXOR URIAE
ETTHEI
MISSIS ITAQUE DAUID
NUNTIIS TULIT EAM
QUAE CUM INGRESSA ESSET
AD ILLUM DORMIIT CUM EA
STATIMQUE SANCTIFICATA EST
AB INMUNDITIA SUA
ET REUERSA EST IN DOMUM
SUAM CONCEPTO FETU
MITTENSQUE NUNTIAUIT DAUID
ET AIT CONCEPI
MISIT AUTEM DAUID
AD IOAB DICENS
MITTE AD ME URIAM ETTHEUM
MISITQ. IOAB URIAM AD DAUID
ET UENIT URIAS AD DAUID
QUAESIUITQUE DAUID QUAM
RECTE AGERET IOAB
ET POPULUS
ET QUOMODO ADMINISTRA
RETUR BELLUM
ET DIXIT DAUID AD URIAM UADE
IN DOMUM TUAM ET LAUA
PEDES TUOS
EGRESSUS EST URIAS
DE DOMO REGIS
SECUTUSQUE EST EUM
CIBUS REGIUS
DORMIUIT AUTEM URIAS ANTE
PORTAM DOMUS REGIAE
CUM ALIIS SERUIS DOMINI SUI
ET NON DESCENDIT
AD DOMUM SUAM
NUNTIATUMQ. EST DAUID
A DICENTIBUS
NON IBIT URIAS AD DOMUM SUAM
ET AIT DAUID AD URIAM
NUMQUID NON DE UIA UENISTI
QUARE NON DESCENDISTI
AD DOMUM TUAM
ET AIT URIAS AD DAUID
ARCA ET ISRAHEL ET IUDA
HABITANT IN PAPILIONIBUS
ET DOMINUS MEUS IOAB
ET SERUI DOMINI MEI
SUPER FACIEM TERRAE
MANENT
ET EGO INGREDIAR DOMUM MEAM
UT COMEDAM ET BIBAM
ET DORMIAM CUM UXORE MEA
PER SALUTEM TUAM ET PER
SALUTEM ANIMAE TUAE

QUOD NON FACIAM REM HANC
AIT ERGO DAUID AD URIAM
MANE HIC ETIAM HODIE
ET CRAS DIMITTAM TE
MANSIT URIAS IN HIERUSALEM
DIE ILLA ET ALTERA
ET UOCAUIT EUM DAUID
UT COMEDERET CORAM SE
ET BIBERET
ET INEBRIAUIT EUM
QUI EGRESSUS UESPERE
DORMIUIT IN STRATU SUO
CUM SERUIS DOMINI SUI
ET IN DOMUM SUAM
NON DESCENDIT
FACTUM EST ERGO MANE
ET SCRIPSIT DAUID
EPISTULAM AD IOAB
MISITQUE PER MANUM URIAE
SCRIBENS IN EPISTULA
PONITE URIAM EX ADUERSO
BELLI UBI FORTISSIMUM
PROELIUM EST
ET DERELINQUITE EUM
UT PERCUSSUS INTEREAT
IGITUR CUM IOAB OBSIDERET
URBEM
POSUIT URIAM IN LOCO IN QUO
SCIEBAT UIROS ESSE
FORTISSIMOS
EGRESSIQUE UIRI DE CIUITATE
BELLABANT ADUERSUM IOAB
ET CECIDERUNT DE POPULO
SERUORUM DAUID
ET MORTUUS EST ETIAM
URIAS ETTHEUS
MISIT ITAQUE IOAB ET NUNTIAUIT
DAUID OMNIA UERBA
PROELII
PRAECEPITQ; NUNTIO DICENS
CUM CONPLEUERIS UNIUERSOS
SERMONES BELLI AD REGEM
SI EUM UIDERIS INDIGNARI
ET DIXERIT

QUARE ACCESSISTIS AD MURUM
UT PROELIAREMINI
AN IGNORABATIS QUOD MULTA
DE SUPER EX MURO TELA
MITTANTUR
QUIS PERCUSSIT ABIMELECH
FILIUM IEROBOSETH
NONNE MULIER MISIT SUPER
EUM FRAGMEN MOLAE
DE MURO
ET INTERFECIT EUM IN THEBES
QUARE IUXTA MURUM
ACCESSISTIS
DICENS ETIAM SERUUS TUUS
URIAS ETTHEUS OCCUBUIT
ABIIT ERGO NUNTIUS ET UENIT
ET NARRAUIT DAUID OMNIA
QUAE EI PRAECEPERAT IOAB
ET DIXIT NUNTIUS AD DAUID
PRAEUALUERUNT ADUERSUM
NOS UIRI
ET EGRESSI SUNT AD NOS
IN AGRUM
NOS AUTEM FACTO IMPETU
PERSECUTI EOS SUMUS
USQ; AD PORTAM CIUITATIS
ET DIREXERUNT IACULA
SAGITTARII AD SERUOS
TUOS EX MURO DESUPER
MORTUIQUE SUNT
DE SERUIS REGIS
QUIN ETIAM SERUUS TUUS
URIAS ETTHEUS MORTUUS EST
ET DIXIT DAUID AD NUNTIUM
HAEC DICES IOAB
NON TE FRANGAT ISTA RES
UARIUS ENIM EUENTUS
EST PROELII
ET NUNC HUNC NUNC ILLUM
CONSUMIT GLADIUS
CONFORTA BELLATORES TUOS
AD UERSUM URBEM
UT DESTRUAS EAM
ET EXORTARE EOS

Audiuit autem uxor uriae
quod mortuus esset urias
uir suus et planxit eum
Transacto autem luctu
misit dauid et introduxit
eam domum suam
et facta est ei uxor
peperitque ei filium
et displicuit uerbum hoc
quod fecerat dauid
coram dno
·XII· misit ergo dns nathan ad dauid
qui cum uenisset ad eum
dixit ei
Duo uiri erant in ciuitate
una unus diues et alter
pauper
diues habebat oues et boues
plurimos ualde
pauper autem nihil habebat
omnino praeter ouem
unam paruulam
quam emerat et nutrierat
et quae creuerat apud
eum cum filiis eius simul
de pane illius comedens
et de calice eius bibens
et in sinu illius dormiens
eratque illi sicut filia
cum autem peregrinus
quidam uenisset
ad diuitem
parcens ille sumere
de ouib: et de bub: suis
ut exhiberet conuiuium
peregrino illi qui
uenerat ad se
Tulit ouem pauperis uiri
et praeparauit cibos
homini qui uenerat ad se
Iratus autem indignatione
dauid aduersum hominem
illum nimis dixit
ad nathan

uiuit dns quoniam filius
mortis est uir qui fecit hoc
ouem reddet in quadruplum
eo quod fecerit uerbum
istud et non pepercerit
Dixit autem nathan ad dauid
tu es ille uir
haec dicit dns ds israhel
ego unxi te in regem super isrl
et ego erui te de manu saul
et dedi tibi domum domini tui
et uxores domini tui
in sinu tuo
dedique tibi domum
israhel et iuda
et si parua sunt ista adiciam
tibi multo maiora
quare ergo contempsisti
uerbum dni ut faceres
malum in conspectu meo
uriam ettheum percussisti
gladio et uxorem illius
accepisti uxorem
et interfecisti eum gladio
filiorum ammon
quam ob rem non recedet
gladius de domo tua
usq: in sempiternum
eo quod despexeris me
et tuleris uxorem uriae
etthei ut esset uxor tua
Itaq: haec dicit dns
ecce ego suscitabo super te
malum de domo tua
et tollam uxores tuas
in oculis tuis
et dabo proximo tuo
et dormiet cum uxoribus tuis
in oculis solis huius
Tu enim fecisti abscondite
ego uero faciam uerbum istud
in conspectu omnis israhel
et in conspectu solis
Et dixit dauid ad nathan

peccaui dño
Dixitq; nathan ad dauid
Dñs quoq; transtulit peccatū
tuum non morieris
Uerum tamen quoniam
blasphemare fecisti
inimicos dñi propter
uerbum hoc
Filius qui natus est tibi
morte morietur
Et reuersus est nathan
domum suam
Percussitq; dñs paruulum
quem pepererat uxor uriae
dauid et desperatus est
Deprecatusq; est dauid
dñm pro paruulo
Et ieiunauit dauid ieiunio
et ingressus seorsum
iacuit super terram
Uenerunt autem seniores
domus eius cogentes eum
ut surgeret de terra
Qui noluit neq; comedit
cum eis cibum
Accidit autem die septima
ut moreretur infans
Timueruntq; serui dauid
nuntiare ei quod mortuus
esset paruulus
Dixerunt enim ecce cum
paruulus adhuc uiueret
loquebamur ad eum
et non audiebat uocem
nostram
Quanto magis si dixerimus
mortuus est puer
se adfliget
Cum ergo uidisset dauid
seruos suos mussitantes
intellexit quod mortuus
esset infantulus
Dixitq; ad seruos suos
Num mortuus est puer

Qui responderunt ei
mortuus est
Surrexit igitur dauid
de terra et lotus
unctusque est
Cumq; mutasset uestem
ingressus est domum dñi
et adorauit et uenit
in domum suam
Petiuitque ut ponerent ei
panem et comedit
Dixerunt autem serui sui
Quis est sermo quem fecisti
propter infantem
Cum adhuc uiueret
ieiunasti et flebas
Mortuo autem puero
surrexisti et comedisti
panem
Qui ait propter infantem
dum adhuc uiueret
ieiunaui et fleui
Dicebam enim quis scit si
forte donet eum mihi dñs
et uiuet infans
Nunc autem quia mortuus
est quare ieiuno
Numquid potero reuocare
eum amplius
Ego uadam magis ad eum
ille uero non reuertetur
ad me
Et consolatus est dauid
bethsabee uxorem suam
Ingressusq; ad eam
dormiuit cum ea
Quae genuit filium et uocauit
nomen eius salomon
Et dñs dilexit eum misitque
in manu nathan prophetae
Et uocauit nomen eius
amabilis dño
Eo quod diligeret
eum dñs

LXX IGITUR PUGNABAT IOAB CONTRA
RABBATH FILIORUM AMMON
ET EXPUGNABAT URBEM REGIAM
MISITQ; IOAB NUNTIOS
AD DAUID DICENS
DIMICAUI ADUERSUM RABBATH
ET CAPIENDA EST URBS
AQUARUM
NUNC IGITUR CONGREGA
RELIQUAM PARTEM POPULI
ET OBSIDE CIUITATEM
ET CAPE EAM
NE CUM A ME UASTATA
FUERIT URBS
NOMINI MEO ADSCRIBATUR
UICTORIA
CONGREGAUIT ITAQ; DAUID
OMNEM POPULUM
ET PROFECTUS EST ADUERSUM
RABBATH
CUMQ; DIMICASSET CEPIT EAM
ET TULIT DIADEMAM REGIS
EORUM DE CAPITE EIUS
PONDO AURI TALENTUM
HABENS GEMMAS PRAETIO
SISSIMAS
ET INPOSITUM EST SUPER
CAPUT DAUID
SED ET PRAEDAM CIUITATIS
ADSPORTAUIT MULTAM
UALDE
POPULUM QUOQUE EIUS
ADDUCENS SERRAUIT
ET CIRCUM EGIT SUPER EOS
FERRATA CARPENTA
DIUISITQ; CULTRIS ET TRANS
DUXIT IN TYPO LATERUM
SIC FECIT UNIUERSIS CIUITATIBUS
FILIORUM AMMON
ET REUERSUS EST DAUID
ET OMNIS EXERCITUS
HIERUSALEM ·
LXXI FACTUM EST AUTEM POST
HAEC UT ABSALOM FILII
DAUID SOROREM SPECIOSIS
SIMAM UOCABULO THAMAR
ADAMARET AMNON FILIUS DAUID
ET DEPERIRET EAM UALDE
ITA UT EGROTARET PROPTER
AMOREM EIUS
QUIA CUM ESSET UIRGO
DIFFICILE EI UIDEBATUR
UT QUIPPIAM INHONESTE
AGERET CUM EA
ERAT AUTEM AMMONIS
AMICUS NOMINE IONADAB
FILIUS SEMAA FRATRIS DAUID
UIR PRUDENS UALDE
QUI DIXIT AD EUM
QUARE SIC ADTENUARIS MACIE
FILI REGIS PER SINGULOS DIES
CUR NON INDICAS MIHI
DIXITQUE EI AMNON THAMAR
SOROREM ABSALOM
FRATRIS MEI AMO
CUI RESPONDIT IONADAB
CUBA SUPER LECTULUM TUUM
ET LANGUOREM SIMULA
CUMQUE UENERIT PATER
TUUS UT UISITET TE DIC EI
UENIAT ORO THAMAR SOROR
MEA UT DET MIHI CIBUM
ET FACIAT PULMENTUM
UT COMEDAM DE MANU EIUS
ACCUBUIT ITAQUE AMNON
ET QUASI EGROTARE
COEPIT
CU QUE UENISSET REX
AD UISITANDUM EUM
AIT AMNON AD REGEM
UENIAT OBSECRO THAMAR
SOROR MEA
ET FACIAT IN OCULIS MEIS
DUAS SORBITIUNCULAS
UT CIBUM CAPIAM
DE MANU EIUS
MISIT ERGO DAUID AD THAMAR
DOMUM DICENS

ueni in domum amnon
fratris tui et fac ei
pulmentum
uenitque thamar in domum
amnon fratris sui
ille autem iacebat
quae tollens farinam
commiscuit
et liquefaciens in oculis
eius coxit sorbitiunculas
tollensq· quod coxerat
effudit et posuit coram eo
et noluit comedere
dixitque amnon eicite
uniuersos a me
cumq· eiecissent omnes
dixit amnon ad thamar
infer cibum in conclaue
ut uescar de manu tua
tulit ergo thamar sorbiti
unculas quas fecerat
et intulit ad amnon fratrem
suum in conclaue
cumque obtulisset ei cibum
adprehendit eam et ait
ueni cuba mecum soror mea
quae respondit ei
noli frater mi noli
opprimere me
neque enim hoc fas est
in israhel
noli facere stultitiam hanc
et ego enim ferre
non potero obpro
brium meum
et tu eris quasi unus de in
sipientibus in israhel
quin potius loquere
ad regem et non negabit
me tibi
noluit autem adquiescere
praecibus eius
sed praeualens uiribus
oppressit eam et cubabit

cum illa
et exosam eam habuit amnon
magno odio nimis
ita ut maius esset odium
quod oderat eam amore
quo ante dilexerat
dixitq· ei amnon surge uade
quae respondit ei
maius est hoc malum
quod nunc agis aduersum me
quam quod ante fecisti
expellens me
et noluit audire eam
sed uocato puero qui ministra
bat ei dixit
eice hanc a me foras et claude
ostium post eam
quae induta erat talari
tunica
huiuscemodi enim filiae
regis uirgines uestibus
utebantur
eiecit itaque eam minister
illius foras clausitque
fores post eam
quae aspergens cinerem
capiti suo
scissa talari tunica
inpositisque manibus
super caput suum
ibat ingrediens et clamans
dixit autem ei absalom
frater suus numquid
amnon frater tuus
concubuit tecum
sed nunc soror tace
frater tuus est
neque adfligas cor tuum
pro re hac
mansit itaque thamar
contabescens in domo
absalom fratris sui
cum autem audisset rex
dauid uerba haec

CONTRISTATUS EST UALDE
PORRO NON EST LOCUTUS
ABSALOM AD AMNON
NEC MALUM NEC BONUM
ODERAT ENIM ABSALOM AMNON
EO QUOD UIOLASSET THAMAR
SOROREM SUAM
FACTUM EST AUTEM POST
TEMPUS BIENNII
UT TONDERENTUR OUES
ABSALOM IN BAALASOR
QUAE EST IUXTA EFRAIM
ET UOCAUIT ABSALOM OMNES
FILIOS REGIS
UENITQUE AD REGEM
ET AIT AD EUM
ECCE TONDENTUR OUES
SERUI TUI
UENIAT ORO REX CUM SERUIS
SUIS AD SERUUM SUUM
DIXITQ· REX AD ABSALOM
NOLI FILI MI NOLI ROGARE
UT UENIAMUS OMNES
ET GRAUEMUS TE
CUM AUTEM COGERET EUM
ET NOLUISSET IRE
BENEDIXIT EI
ET AIT ABSALOM SI NON UIS
UENIRE UENIAT OBSECRO
NOBISCUM SALTEM AMNON
FRATER MEUS
DIXITQ· AD EUM REX NON EST
NECESSE UT UADAT TECUM
COEGIT ITAQUE EUM ABSALOM
ET DIMISIT CUM EO AMNON
ET UNIUERSOS FILIOS REGIS
PRAECEPERAT AUTEM ABSALOM
PUERIS SUIS DICENS
OBSERUATE CUM TEMULENTUS
FUERIT AMNON UINO
ET DIXERO UOBIS PERCUTITE
EUM ET INTERFICITE
NOLITE TIMERE
EGO ENIM SUM QUI PRAECIPIO UOBIS
ROBORAMINI ET ESTOTE
UIRI FORTES
FECERUNT ERGO PUERI ABSALOM
ADUERSUM AMNON SICUT
PRAECEPERAT EIS ABSALOM
SURGENTESQ· OMNES FILII REGIS
ASCENDERUNT SINGULI
MULAS SUAS ET FUGERUNT
CUMQUE ADHUC PERGERENT
IN ITINERE
FAMA PRAEUENIT AD DAUID
DICENS
PERCUSSIT ABSALOM OMNES
FILIOS REGIS
ET NON REMANSIT EX EIS
SALTEM UNUS
SURREXIT ITAQUE REX ET SCIDIT
UESTIMENTA SUA ET CECIDIT
SUPER TERRAM
ET OMNIS SERUI IPSIUS QUI
ADSISTEBANT EI SCIDERUNT
UESTIMENTA SUA
RESPONDENS AUTEM IONADAB
FILIUS SAMAA FRATRIS
DAUID DIXIT
NE AESTIMET DOMINUS MEUS
QUOD OMNES PUERI FILII
REGIS OCCISI SINT
AMNON SOLUS MORTUUS EST
QUONIAM IN ORE ABSALOM ERAT
POSITUS EX DIE QUA OPPRESSIT
THAMAR SOROREM EIUS
NUNC ERGO NE PONAT DOMINUS
MEUS REX SUPER COR SUUM
UERBUM ISTUD DICENS
OMNES FILII REGIS OCCISI SUNT
QUONIAM AMNON SOLUS
MORTUUS EST
FUGIT AUTEM ABSALOM
ET LEUAUIT PUER SPECULATOR
OCULOS SUOS ET ASPEXIT
ET ECCE POPULUS MULTUS
UENIEBAT PER ITER DEUIUM
EX LATERE MONTIS

Dixit autem Ionadab ad regem
ecce filii regis adsunt iuxta
verbum servi tui
sic factum est
Cumque cessasset loqui
apparuerunt et filii regis
et intrantes levaverunt
vocem suam et fleverunt
sed et rex et omnes servi
eius fleverunt ploratu
magno nimis
Porro Absalom fugiens
abiit ad Tholmai filium
Amiur regem Gessur
Luxit ergo David filium
suum cunctis diebus
LXXII Absalom autem cum fugisset
et venisset in Gessur
fuit ibi tribus annis
cessavitque David rex
persequi Absalom
eo quod consolatus esset
super Amnon interitu
Intellegens autem Ioab
filius Sarviae
quod cor regis versum esset
ad Absalom
misit Thecuam et tulit
inde mulierem sapientem
dixitque ad eam
lugere te simula et induere
veste lugubri et ne
unguaris oleo
ut sis quasi mulier plurimo
iam tempore lugens
mortuum
et ingredieris ad regem
et loqueris ad eum
sermones huiusmodi
posuit autem Ioab verba
in ore eius
Itaque cum ingressa fuisset
mulier Thecuites
ad regem
cecidit coram eo super terram
et adoravit et dixit
serva me rex
et ait ad eam rex
quid causae habes
quae respondit heu mulier
vidua ego sum
mortuus est enim vir meus
et ancillae tuae erant duo
filii qui rixati sunt
adversum se in agro
nullusque erat qui eos
prohibere posset
et percussit alter alterum
et interfecit eum
et ecce consurgens universa
cognatio adversum
ancillam tuam dicit
trade eum qui percussit
fratrem suum
ut occidamus illum pro
anima fratris sui
quem interfecit
et deleamus heredem
et quaerunt extinguere
scintillam meam
quae relicta est
ut non supersit viro meo
nomen et reliquiae
super terram
Et ait rex ad mulierem
vade in domum tuam
et ego iubebo pro te
dixitque mulier Thecuites
ad regem
in me domine mi rex
iniquitas et in domum
patris mei
rex autem et thronus eius
sit innocens
et ait rex qui contradixerit
tibi adduc eum ad me
et ultra non addet
ut tangat te

Quae ait recordetur rex
dñi dĩ sui
ut non multiplicentur
proximi sanguinis
ad ulciscendum
et nequaquam interficient
filium meum
qui ait uiuit dñs quia non
cadet de capillis filii tui
super terram
dixit ergo mulier loquatur
ancilla tua ad dominum
meum regem uerbum
Et ait loquere
dixitque mulier
quare cogitasti istiusmodi
rem contra populum dĩ
Et locutus est rex
uerbum istud
ut peccet et non reducat
eiectum suum omnes
morimur
Et quasi aquae delabimur
in terram quae non
reuertuntur
nec uult perire ds animam
sed retractat cogitans
ne penitus pereat
qui abiectus est
nunc igitur ueni ut loquar
ad regem dominum meum
uerbum hoc praesente
populo
Et dixit ancilla tua loquar
ad regem
si quomodo faciat rex
uerbum ancillae suae
Et audiuit rex ut liberaret
ancillam suam
de manu omnium qui
uolebant delere me
et filium meum simul
de hereditate dĩ
dicat ergo ancilla tua

ut fiat uerbum domini mei
regis quasi sacrificium
Sicut enim angelus dĩ
sic est dominus meus rex
ut nec benedictione
nec maledictione moueatur
unde et dñs dĩ tuus est tecum
Et respondens rex dixit
ad mulierem
ne abscondas a me uerbum
quod te interrogo
dixitq; mulier loquere
domine mi rex
Et ait rex numquid manus
ioab tecum est in omnib; istis
Respondit mulier et ait
per salutem animae tuae
domine mi rex
nec ad dextram nec ad sinistrā
est ex omnibus his
quae locutus est
dominus meus rex
Seruus enim tuus ioab
ipse praecepit mihi
et ipse posuit in os ancillae
tuae omnia uerba haec
ut uerterem figuram
sermonis huius
Seruus tuus ioab
praecepit istud
Tu autem domine mi
sapiens es sicut habet
sapientiam angelus dĩ
ut intellegas omnia
super terram
Et ait rex ad ioab ecce placatus
feci uerbum tuum
uade igitur et reuoca
puerum absalom
cadensque ioab super faciem
suam in terram
adorauit et benedixit regi
et dixit ioab
hodie intellexit seruus tuus

QUIA INUENI GRATIAM IN OCULIS
TUIS DOMINE MI REX
FECISTI ENIM SERMONEM
SERUI TUI
SURREXIT ERGO IOAB
ET ABIIT IN GESSUR
ET ADDUXIT ABSALOM
IN HIERUSALEM
DIXIT AUTEM REX REUERTATUR
IN DOMUM SUAM ET FACIEM
MEAM NON UIDEAT
REUERSUS EST ITAQUE
ABSALOM IN DOMUM SUAM
ET FACIEM REGIS NON UIDIT
PORRO SICUT ABSALOM UIR
NON ERAT PULCHER IN OMNI
ISRL ET DECORUS NIMIS
A UESTIGIO PEDIS USQUE AD
UERTICEM NON ERAT IN EO
ULLA MACULA
ET QUANDO TONDEBATUR
CAPILLUM
SEMEL AUTEM IN ANNO
TONDEBATUR QUIA GRAUABAT
EUM CAESARIES
PONDERABAT CAPILLOS CAPITIS
SUI DUCENTIS SICLIS
PONDERE PUBLICO
NATI SUNT AUTEM ABSALOM
FILII TRES ET FILIA UNA
NOMINE THAMAR
ELEGANTI FORMA
MANSITQUE ABSALOM
HIERUSALEM DUOB; ANNIS
ET FACIEM REGIS NON UIDIT
MISIT ITAQUE AD IOAB
UT MITTERET EUM AD REGEM
QUI NOLUIT UENIRE AD EUM
CUMQUE SECUNDO MISISSET
ET ILLE NOLUISSET UENIRE
DIXIT SERUIS SUIS
SCITIS AGRUM IOAB IUXTA
AGRUM MEUM HABENTEM
MESSEM HORDEI

ITE IGITUR ET SUCCENDITE
EUM IGNI
SUCCENDERUNT ERGO SERUI
ABSALOM SEGETEM IGNI
SURREXITQUE IOAB ET UENIT
AD ABSALOM IN DOMUM EIUS
ET DIXIT
QUARE SUCCENDERUNT SERUI
TUI SEGETEM MEAM IGNI
ET RESPONDENS ABSALOM
AD IOAB
MISI AD TE OBSECRANS
UT UENIRES AD ME ET MITTERĒ
TE AD REGEM UT DICERES EI
QUARE UENI DE GESSUR
MELIUS MIHI ERAT IBI ESSE
OBSECRO ERGO UT UIDEAM
FACIEM REGIS
QUOD SI MEMOR EST INIQUITATIS
MEAE INTERFICIAT ME
INGRESSUS IOAB AD REGEM
NUNTIAUIT EI UOCATUSQUE
ABSALOM INTRAUIT
AD REGEM
ET ADORAUIT SUPER FACIEM
TERRAE CORAM EO
OSCULATUSQUE EST REX
ABSALOM
LXXXIII IGITUR POST HAEC FECIT SIBI
ABSALOM CURRUM ET EQUITES
ET QUINQUAGINTA UIROS
QUI PRAECEDERENT EUM
ET MANE CONSURGENS
ABSALOM STABAT IUXTA
INTROITUM PORTAE
ET OMNEM UIRUM QUI HABEBAT
NEGOTIUM UT UENIRET
AD REGIS IUDICIUM
UOCABAT ABSALOM AD SE
ET DICEBAT
DE QUA CIUITATE ES TU
QUI RESPONDENS AIEBAT
EX UNA TRIBU ISRAHEL
EGO SUM SERUUS TUUS

RESPONDEBATQ· EI ABSALOM
UIDENTUR MIHI SERMONES TUI
BONI ET IUSTI
SED NON EST QUI TE AUDIAT
CONSTITUTUS A REGE
DICEBATQUE ABSALOM
QUIS ME CONSTITUAT IUDICEM
SUPER TERRAM
UT AD ME UENIAT OMNES
QUI HABENT NEGOTIUM
ET IUSTE IUDICEM
SED ET CUM ACCEDERET
AD EUM HOMO UT SALU
TARET ILLUM
EXTENDEBAT MANUM SUAM
ET ADPREHENDENS
OSCULABATUR EUM
FACIEBATQUE HOC OMNI
ISRAHELI QUI UENIEBAT
AD IUDICIUM UT AUDIRETUR
A REGE
ET SOLLICITABAT CORDA
UIRORUM ISRAHEL
POST QUADRAGINTA AUTEM
ANNOS DIXIT ABSALOM
AD REGEM
UADAM ET REDDAM UOTA MEA
QUAE UOUI DÑO IN HEBRON
UOUENS ENIM UOUIT SERUUS
TUUS CUM ESSET IN GESSUR
SYRIAE DICENS
SI REDUXERIT ME DÑS IN HIERU
SALEM SACRIFICABO DÑO
DIXITQUE EI REX UADE IN PACE
ET SURREXIT ET ABIIT
IN HEBRON
MISIT AUTEM ABSALOM
EXPLORATORES IN UNIUERSAS
TRIBUS ISRL DICENS
STATIM UT AUDIERITIS
CLANGOREM BUCINAE DICITE
REGNAUIT ABSALOM
IN HEBRON
PORRO CUM ABSALOM IERUNT

DUCENTI UIRI DE HIERUSALEM
UOCATI
EUNTES SIMPLICI CORDE ET CAUSAM
PENITUS IGNORANTES
ACCERSIUIT QUOQUE ABSALOM
AHITOPHEL GILONITEM
CONSILIARIUM DAUID
DE CIUITATE SUA GILO
CUM IMMOLARET UICTIMAS
ET FACTA EST CONIURATIO UALIDA
POPULUSQUE CONCURRENS
AUGEBATUR CUM ABSALOM
UENIT IGITUR NUNTIUS
AD DAUID DICENS
TOTO CORDE UNIUERSUS ISRAHEL
SEQUITUR ABSALOM
ET AIT DAUID SERUIS SUIS
QUI ERANT CUM EO
IN HIERUSALEM
SURGITE FUGIAMUS NEQUE ENIM
ERIT NOBIS EFFUGIUM
A FACIE ABSALOM
FESTINATE EGREDI NE FORTE
UENIENS OCCUPET NOS
ET INPELLAT SUPER NOS RUINAM
ET PERCUTIAT CIUITATEM
IN ORE GLADII
DIXERUNTQUE SERUI REGIS
AD EUM
OMNIA QUAECUMQUE PRAECE
PERIT DOMINUS NOSTER REX
LIBENTER EXSEQUIMUR
SERUI TUI
EGRESSUS EST ERGO REX
ET UNIUERSA DOMUS EIUS
PEDIBUS SUIS
ET DERELIQUIT REX DECEM
MULIERES CONCUBINAS
AD CUSTODIENDAM DOMUM
EGRESSUSQUE REX ET OMNIS
ISRL PEDIB· SUIS
STETIT PROCUL A DOMO
ET UNIUERSI SERUI EIUS
AMBULABANT IUXTA EUM

ET LEGIONES CHERETHI
ET PHELETHI
ET OMNES GETTHEI SESCENTI
UIRI QUI SECUTI EUM FUERANT
DE GETH PRAECEDEBANT
REGEM
DIXIT AUTEM REX AD ETHAI
GETTHEUM
CUR UENIS NOBISCUM
REUERTERE ET HABITA CUM REGE
QUIA PEREGRINUS ES ET EGRESSUS
DE LOCO TUO
HERI UENISTI ET HODIE COMPEL
LERIS NOBISCUM EGREDI
EGO AUTEM UADAM QUO
ITURUS SUM
REUERTERE ET REDUC TECUM
FRATRES TUOS
OSTENDISTI GRATIAM ET FIDEM
ET RESPONDIT ETHAI REGI DICENS
UIUIT DNS ET UIUIT DOMINUS
MEUS REX
QUONIAM IN QUOCUMQUE LOCO
FUERIS DOMINE MI REX
SIUE IN MORTE SIUE IN UITA
IBI ERIT SERUUS TUUS
ET AIT DAUID ETHAI UENI
ET TRANSI
ET TRANSIUIT ETHAI GETTHEUS
ET OMNES UIRI QUI CUM
EO ERANT
ET RELIQUA MULTITUDO
OMNESQUE FLEBANT
UOCE MAGNA
ET UNIUERSUS POPULUS
TRANSIEBAT
REX QUOQUE TRANSGREDIEBATUR
TORRENTEM CEDRON
ET CUNCTUS POPULUS INCEDEBAT
CONTRA UIAM QUAE RESPICIT
AD DESERTUM
LXXIIII UENIT AUTEM ET SADOC
ET UNIUERSI LEUITAE CUM EO
PORTANTES ARCAM FOEDERIS DI
ET DEPOSUERUNT ARCAM DI
ET ASCENDIT ABIATHAR
DONEC EXPLETUS ESSET OMNIS
POPULUS QUI EGRESSUS
FUERAT DE CIUITATE
ET DIXIT REX AD SADOC
REPORTA ARCAM DI IN URBEM
SI INUENERO GRATIAM
IN OCULIS DNI
REDUCET ME ET OSTENDET
MIHI EAM ET TABERNACULUM
SUUM
SI AUTEM DIXERIT NON PLACES
PRAESTO SUM FACIAT QUOD
BONUM EST CORAM SE
ET DIXIT REX AD SADOC
SACERDOTEM
O UIDENS REUERTERE
IN CIUITATEM IN PACE
ET AHIMAAS FILIUS TUUS
ET IONATHAN FILIUS ABIATHAR
DUO FILII UESTRI SINT UOBISCUM
ECCE EGO ABSCONDAR IN CAM
PESTRIBUS DESERTI
DONEC UENIAT SERMO A UOBIS
INDICANS MIHI
REPORTAUERUNT IGITUR
SADOC ET ABIATHAR ARCAM DI
HIERUSALEM ET MANSE
RUNT IBI
PORRO DAUID ASCENDEBAT
CLIUUM OLIUARUM
SCANDENS ET FLENS
OPERTO CAPITE ET NUDIS
PEDIBUS INCEDENS
SED ET OMNIS POPULUS
QUI ERAT CUM EO
OPERTO CAPITE ASCENDEBAT
PLORANS
NUNTIATUM EST AUTEM DAUID
QUOD ET AHITOPHEL ESSET
IN CONIURATIONE
CUM ABSALOM
DIXITQUE DAUID INFATUA QUAESO

consilium Ahitophel dñe
Cumque ascenderet David
summitatem montis
in quo adoraturus erat dñm
ecce occurrit ei
Husai Arachites
scissa ueste et terra
pleno capite
et dixit ei David
si ueneris mecum eris
mihi oneri
sin autem in ciuitatem
reuertaris et dixeris
Absalom seruus tuus
sum rex
sicut fui seruus patris tui
sic ero seruus tuus
dissipabis consilium
Ahitophel
habes autem tecum Sadoc
et Abiathar sacerdotes
et omne uerbum quodcumq·
audieris de domo regis
indicabis Sadoc et Abiathar
sacerdotibus
sunt autem cum eis duo
filii eorum
Achimaas Sadoc et Ionathan
Abiathar
et mittetis per eos ad me
omne uerbum quod
audieritis
LXXVI Veniente ergo Husai amico
David in ciuitatem
Absalom quoque ingressus
est Hierusalem
Cumque David transisset
paululum montis uerticem
apparuit Siba puer
Miphiboseth in occursum
eius cum duob· asinis
qui onerati erant ducentis
panibus et centum alliga
turis uuae passae

et centum massis palatarum
et utribus uini
et dixit rex Sibae quid sibi
uolunt haec
Responditque Siba asini
domestici regis ut sedeant
et panes et palatae ad uescen
dum pueris tuis
uinum autem ut bibat si quis
defecerit in deserto
et ait rex ubi est filius
domini tui
Respondit· Siba regi
remansit in Hierusalem dicens
hodie restituet mihi domus
Israhel regnum patris mei
et ait rex Sibae
tua sint omnia quae fuerunt
Miphiboseth
dixitque Siba adoro
inueniam gratiam coram te
domine mi rex
Venit ergo rex David
usque Baurim
et ecce egrediebatur inde uir
de cognatione domus Saul
nomine Semei filius Gera
procedebat egrediens
et maledicebat
mittebatque lapides contra
David et contra uniuersos
seruos regis David
omnis autem populus
et uniuersi bellatores
a dextro et sinistro latere
regis incedebant
Ita autem loquebatur
Semei cum malediceret regi
egredere egredere uir
sanguinum et uir Belial
reddidit tibi dñs uniuersum
sanguinem domus Saul
quoniam inuasisti regnum
pro eo

ET DEDIT DNS REGNUM IN MANU
ABSALOM FILII TUI
ET ECCE PRAEMUNT TE MALA TUA
QUONIAM UIR SANGUINUM ES
DIXIT AUTEM ABISAI FILIUS
SARUIAE REGI
QUARE MALEDICIT CANIS HIC
MORITURUS DOMINO MEO REGI
UADAM ET AMPUTABO
CAPUT EIUS
ET AIT REX
QUID MIHI ET UOBIS FILII SARUIAE
DIMITTITE EUM MALEDICAT
DNS ENIM PRAECEPIT EI
UT MALEDICERET DAUID
ET QUIS EST QUI AUDEAT DICERE
QUARE SIC FECERIT
ET AIT REX ABISAI ET UNIUERSIS
SERUIS SUIS
ECCE FILIUS MEUS QUI EGRESSUS
EST DE UTERO MEO QUAERIT
ANIMAM MEAM
QUANTO MAGIS NUNC
FILIUS IEMINI
DIMITTE EUM UT MALEDICAT
IUXTA PRAECEPTUM DNI
SI FORTE RESPICIAT DNS
ADFLICTIONEM MEAM
ET REDDAT MIHI BONUM PRO
MALEDICTIONE HAC HODIERNA
AMBULABAT ITAQUE DAUID
ET SOCII EIUS PER UIAM CUM EO
SEMEI AUTEM PER IUGUM
MONTIS EX LATERE CONTRA
ILLUM GRADIEBATUR
MALEDICENS ET MITTENS
LAPIDES ADUERSUM EUM
TERRAMQ· SPARGENS
LXX III UENIT ITAQUE REX ET UNIUERSUS
POPULUS CUM EO LASSUS
ET REFOCILATI SUNT IBI
ABSALOM AUTEM ET OMNIS
POPULUS ISRAHEL INGRESSI
SUNT HIERUSALEM

SED ET AHITOPHEL CUM EO
CUM AUTEM UENISSET HUSAI
ARACHITES AMICUS DAUID
AD ABSALOM
LOCUTUS EST AD EUM SALUE REX
SALUE REX
AD QUEM ABSALOM
HAEC EST INQUIT GRATIA TUA
AD AMICUM TUUM
QUARE NON ISTI CUM AMICO TUO
RESPONDITQUE HUSAI
AD ABSALOM
NEQUAQUAM QUIA ILLIUS ERO
QUEM ELEGIT DNS
ET OMNIS HIC POPULUS
ET UNIUERSUS ISRAHEL
ET CUM EO MANEBO
SED UT ET HOC INFERAM
CUI EGO SERUITURUS SUM
NONNE FILIO REGIS
SICUT PARUI PATRI TUO
SIC PAREBO ET TIBI
DIXIT AUTEM ABSALOM
AD AHITOPHEL
INITE CONSILIUM QUID AGERE
DEBEAMUS
ET AIT AHITOPHEL AD ABSALOM
INGREDERE AD CONCUBINAS
PATRIS TUI
QUAS DIMISIT AD CUSTODI
ENDAM DOMUM
UT CUM AUDIERIT OMNIS ISRAHEL
QUOD FOEDAUERIS PATREM TUUM
ROBORENTUR MANUS
EORUM TECUM
TETENDERUNT IGITUR ABSALOM
TABERNACULUM IN SOLARIO
INGRESSUSQUE EST AD CON
CUBINAS PATRIS SUI CORAM
UNIUERSO ISRAHEL
CONSILIUM AUTEM AHITOPHEL
QUOD DABAT IN DIEBUS ILLIS
QUASI SI QUIS CONSULERET DM
SIC ERAT OMNE CONSILIUM AHITO
PHEL

ET CUM ESSET CUM DAUID
ET CUM ESSET CUM ABSALOM
xlvj DIXIT IGITUR AHITOPHEL
AD ABSALOM
ELIGAM MIHI DUODECIM
MILIA UIRORUM
ET CONSURGENS PERSEQUAR
DAUID HAC NOCTE
ET INRUENS SUPER EUM QUIPPE
QUI LASSUS EST ET SOLUTIS
MANIBUS PERCUTIAM EUM
CUMQUE FUGERIT OMNIS POPULUS
QUI CUM EO EST
PERCUTIAM REGEM DESOLATUM
ET REDUCAM UNIUERSUM
POPULUM QUOMODO OMNE
REUERTI SOLET
UNUM ENIM UIRUM TU QUAERIS
ET OMNIS POPULUS ERIT IN PACE
PLACUITQUE SERMO EIUS
ABSALOM ET CUNCTIS
MAIORIBUS NATU ISRAHEL
AIT AUTEM ABSALOM
UOCATE ET HUSAI ARACHITEN
ET AUDIAMUS QUID ETIAM
IPSE DICAT
CUMQUE UENISSET HUSAI
AD ABSALOM
AIT ABSALOM AD EUM
HUIUSCEMODI SERMONEM
LOCUTUS EST AHITOPHEL
FACERE DEBEMUS AN NON
QUOD DAS CONSILIUM
ET DIXIT HUSAI AD ABSALOM
NON BONUM CONSILIUM
QUOD DEDIT AHITOPHEL
HAC UICE
ET RURSUM INTULIT HUSAI
TU NOSTI PATREM TUUM ET UIROS
QUI CUM EO SUNT
ESSE FORTISSIMOS ET AMARO
ANIMO
UELUTI SI URSA RAPTIS CATULIS
IN SALTU SAEUIAT
SED ET PATER TUUS UIR
BELLATOR EST
NEC MORABITUR CUM POPULO
FORSAN NUNC LATITAT IN FOUEIS
AUT IN UNO QUO UOLUERIT LOCO
ET CUM CECIDERIT UNUS
QUILIBET IN PRINCIPIO
AUDIET QUICUMQUE AUDIERIT
ET DICET
FACTA EST PLAGA IN POPULO
QUI SEQUEBATUR ABSALOM
ET FORTISSIMUS QUOQUE CUIUS
COR EST QUASI LEONIS
PAUORE SOLUETUR
SCIT ENIM OMNIS POPULUS
ISRAHEL
FORTEM ESSE PATREM TUUM
ET ROBUSTOS OMNES
QUI CUM EO SUNT
SED HOC MIHI UIDETUR RECTUM
ESSE CONSILIUM
CONGREGETUR AD TE UNIUERSUS
ISRAHEL A DAN USQUE BERSABEE
QUASI ARENA MARIS
INNUMERABILIS
ET TU ERIS IN MEDIO EORUM
ET INRUEMUS SUPER EUM
IN QUOCUMQUE LOCO FUERIT
INUENTUS
ET OPERIEMUS EUM SICUT
CADERE SOLET ROS
SUPER TERRAM
ET NON RELINQUEMUS DE UIRIS
QUI CUM EO SUNT
NE UNUM QUIDEM
QUOD SI URBEM ALIQUAM
FUERIT INGRESSUS
CIRCUMDABIT OMNIS ISRAHEL
CIUITATI ILLI FUNES
ET TRAHEMUS EAM IN TORRENTEM
UT NON REPPERIATUR
NEC CALCULUS QUIDEM EX EA
DIXITQUE ABSALOM ET OMNES
UIRI ISRAHEL

Melius consilium husai
arachitae. consilio
ahitophel.
Dni autem nutu dissipatum
est consilium ahitophel
utile
ut induceret dns super
absalom malum
Et ait husai sadoc et abiathar
sacerdotibus
hoc et hoc modo consilium
dedit ahitophel absalom
et senibus isrl
Et ego tale et tale
dedi consilium
Nunc ergo mittite cito
et nuntiate dauid dicentes
ne moremini nocte hac
in campestrib; deserti
sed absque dilatione
transgredere
ne forte absorbeatur rex
et omnis populus
qui cum eo est
Ionathan autem et ahimaas
stabant iuxta fontem
rogel
abiit ancilla et nuntiauit eis
et illi profecti sunt
ut referrent ad regem
dauid nuntium
non enim poterant uideri
aut introire ciuitatem
uidit autem eos quidam puer
et indicauit absalom
illi uero concito gradu
ingressi sunt domum
cuiusdam uiri in bahurim
qui habebat puteum
in uestibulo suo
et descenderunt in eum
Tulit autem mulier
et expandit uelamen
super os putei quasi
siccans ptisanas
et sic res latuit
Cumque uenissent serui
absalom ad mulierem
in domum
dixerunt ubi est ahimaas
et ionathan
et respondit eis mulier
transierunt gustata
paululum aqua
At hii qui quaerebant cum
non repperissent
reuersi sunt hierusalem
Cumque abissent ascenderun
illi de puteo
et pergentes nuntiauerunt
regi dauid adq; dixerunt
surgite et transite
cito fluuium
quoniam huiuscemodi
dedit consilium contra
uos ahitophel
Surrexit ergo dauid
et omnis populus
qui erat cum eo
et transierunt iordanen
donec dilucesceret
et ne unus quidem residuus
fuit qui non transisset
fluuium
porro ahitophel uidens
quod non fuisset factum
consilium suum
strauit asinum suum
et surrexit et abiit
in domum suam
et in ciuitatem suam
et disposita domu sua
suspendio interiit
et sepultus est in sepulchro
patris sui
Dauid autem uenit in castra
et absalom transiuit
iordanem

IPSE ET OMNES UIRI ISRAHEL
CUM EO
AMASAM UERO CON
STITUIT ABSALOM
PRO IOAB SUPER EXERCITUM
AMASA AUTEM ERAT FILIUS UIRI
QUI UOCABATUR IETHRA
DE HIESRELI
QUI INGRESSUS EST AD ABIGAIL
FILIAM NAAS
SOROREM SARUIAE QUAE FUIT
MATER IOAB
ET CASTRAMETATUS EST ISRL
CUM ABSALOM IN TERRA
GALAAD
CUMQUE UENISSET DAUID
IN CASTRA
SOBI FILIUS NAAS DE RABBATH
FILIORUM AMMON
ET MACHIR FILIUS AMMIHEL
DE LODABAR
ET BERZELLAI GALAADITES
DE ROGELIM
OBTULERUNT EI STRATORIA
ET TAPPETIA ET UASA FICTILIA
FRUMENTUM ET HORDEUM
ET FARINAM
PULENTAM ET FABAM ET LENTEM
FRIXUM CICER MEL
ET BUTYRUM
OUES ET PINGUES UITULOS
DEDERUNTQUE DAUID ET POPULO
QUI CUM EO ERAT
AD UESCENDUM
SUSPICATI ENIM SUNT POPULUM
FAME ET SITI FATIGARI
IN DESERTO.
LXXIII IGITUR CONSIDERATO DAUID
POPULO SUO
CONSTITUIT SUPER EOS
TRIBUNOS ET CENTURIONES
ET DEDIT POPULI TERTIAM
PARTEM SUB MANU IOAB
ET TERTIAM IN MANU
ABISAI FILII SARUIAE FRATRIS IOAB
ET TERTIAM SUB MANU ETHAI
QUI ERAT DE GETH
DIXITQ REX AD POPULUM
EGREDIAR ET EGO UOBISCUM
ET RESPONDIT POPULUS
NON EXIBIS
SIUE ENIM FUGERIMUS
NON MAGNOPERE AD EOS
DE NOBIS PERTINEBIT
SIUE MEDIA PARS CECIDERIT
E NOBIS
NON SATIS CURABUNT
QUIA TU UNUS PRO DECEM MILIBUS
CONPUTARIS
MELIUS EST IGITUR UT SIS NOBIS
IN URBE PRAESIDIO
AD QUOS REX AIT
QUOD UOBIS RECTUM UIDETUR
HOC FACIAM
STETIT ERGO REX IUXTA PORTAM
EGREDIEBATURQUE POPULUS
PER TURMAS SUAS CENTENI
ET MILLENI
ET PRAECEPIT REX IOAB ET ABISAI
ET ETHAI DICENS
SERUATE MIHI PUERUM
ABSALOM
ET OMNIS POPULUS AUDIEBAT
PRAECIPIENTEM REGEM
CUNCTIS PRINCIPIBUS
PRO ABSALOM
LXXIIII ITAQUE EGRESSUS EST POPULUS
IN CAMPUM CONTRA ISRAHEL
ET FACTUM EST PROELIUM
IN SALTU EPHRAIM
ET CAESUS EST IBI POPULUS
ISRL AB EXERCITU DAUID
FACTAQUE EST IBI PLAGA MAGNA
IN DIE ILLA UIGINTI MILIUM
FUIT AUTEM IBI PROELIUM
DISPERSUM SUPER FACIEM
OMNIS TERRAE
ET MULTO PLURES ERANT

quos saltus consumpserat
de populo
quam hi quos uorauerat
gladius in die illo
Accidit autem ut occurreret
Absalom seruis David
sedens mulo
Cumque ingressus fuisset
mulus subter condensam
quercum et magnam
adhesit caput eius
quercui
et illo suspenso inter
caelum et terram
mulus cui sederat
pertransiuit
Vidit autem hoc quispiam
et nuntiauit Ioab dicens
uidi Absalom pendere
de quercu
et ait Ioab uiro qui nun
tiauerat ei
si uidisti quare non con
fodisti eum cum terra
et ego dedissem tibi decem
argenti siclos et unum
balteum
qui dixit ad Ioab
si adpenderes in manibus
meis mille argenteos
nequaquam mitterem
manum meam in filium regis
audientibus enim nobis
praecepit rex tibi
et Abisai et Ethai dicens
custodite mihi puerum
Absalom
sed et si fecissem contra
animam meam audacter
nequaquam hoc regem
latere potuisset et tu
stares ex aduerso
et ait Ioab non sicut tu uis
sed adgrediar eum coram te

tulit ergo tres lanceas
in manu sua et infixit
eas in corde Absalom
Cumque adhuc
palpitaret herens
in quercu
cucurrerunt decem iuuenes
armigeri Ioab
et percutientes interfece
runt eum
cecinit autem Ioab bucina
et retinuit populum
ne persequeretur
fugientem Israhel
uolens parcere multitudini
et tulerunt Absalom
et proiecerunt eum
in saltu in foueam grandem
et conportauerunt
super eum aceruum
lapidum magnum nimis
omnis autem Israhel fugit
in tabernacula sua
porro Absalom erexerat
sibi cum adhuc uiueret
titulum qui est
in ualle regis
dixerat enim non habeo
filium et hoc erit monu
mentum nominis mei
uocauitque titulum
nomine suo
et appellauit manus Absalom
usque ad hanc diem
Achimaas autem filius
Sadoc ait
curram et nuntiabo regi
quia iudicium fecerit ei dominus
de manu inimicorum eius
ad quem Ioab dixit
non eris nuntius in hac die
sed nuntiabis in alia
hodie nolo te nuntiare
filius enim regis est

MORTUUS
ET AIT IOAB CHUSI UADE ET NUNTIA
REGI QUAE UIDISTI
ADORAUIT CHUSI IOAB
ET CUCURRIT
RURSUM AUTEM ACHIMAAS
FILIUS SADOC DIXIT AD IOAB
QUID IMPEDIT SI ETIAM EGO
CURRAM POST CHUSI
DIXITQUE EI IOAB
QUID UIS CURRERE FILI MI
NON ERIS BONI NUNTII BAIULUS
QUI RESPONDIT QUID ENIM
SI CUCURRERO
ET AIT EI CURRE
CURRENS ERGO ACHIMAAS
PER UIAM CONPENDII
TRANSIUIT CHUSI
DAUID AUTEM SEDEBAT
INTER DUAS PORTAS
SPECULATOR UERO QUI ERAT
IN FASTIGIO PORTAE
SUPER MURUM
ELEUANS OCULOS UIDIT HOMINĒ
CURRENTEM SOLUM
ET EXCLAMANS INDICAUIT REGI
DIXITQUE REX SI SOLUS EST
BONUS EST NUNTIUS IN ORE EIUS
PROPERANTE AUTEM ILLO
ET ACCEDENTE PROPIUS
UIDIT SPECULATOR HOMINEM
ALTERUM CURRENTEM
ET UOCIFERANS IN CULMINE AIT
APPARET MIHI HOMO
CURRENS SOLUS
DIXITQUE REX ET ISTE BONUS
EST NUNTIUS
SPECULATOR AUTEM CONTEM
PLOR AIT CURSUM PRIORIS
QUASI CURSUM ACHIMAAS
FILII SADOC
ET AIT REX UIR BONUS EST
ET NUNTIUM PORTANS
BONUM UENIT

CLAMANS AUTEM ACHIMAAS
DIXIT AD REGEM SALUE
ET ADORANS REGEM CORAM EO
PRONUS IN TERRAM AIT
BENEDICTUS DNS DS TUUS
QUI CONCLUSIT HOMINES
QUI LEUAUERANT MANUS SUAS
CONTRA DOMINUM MEUM REGĒ
ET AIT REX EST NE PAX
PUERO ABSALOM
DIXITQUE ACHIMAAS
UIDI TUMULTUM MAGNUM
CUM MITTERET IOAB
SERUUS TUUS
O REX ME SERUUM TUUM
NESCIO ALIUT
AD QUEM REX TRANSI AIT
ET STA HIC
CUMQUE ILLE TRANSISSET
ET STARET
APPARUIT CHUSI ET UENIENS AIT
BONUM ADPORTO NUNTIUM
DOMINE MI REX
IUDICAUIT ENIM PRO TE
DNS HODIE
DE MANU OMNIUM QUI SURRE
XERANT CONTRA TE
DIXIT AUTEM REX AD CHUSI
EST NE PAX PUERO ABSALOM
CUI RESPONDENS CHUSI
FIANT INQUIT SICUT PUER
INIMICI DOMINI MEI REGIS
ET UNIUERSI QUI CONSURGUNT
AD UERSUM EUM IN MALUM
CONTRISTATUS ITAQ· REX
ASCENDIT CENACULUM PORTAE
ET FLEBIT ET SIC LOQUEBATUR
UADENS
FILI MI ABSALOM FILI MI
ABSALOM
QUIS MIHI TRIBUAT UT EGO
MORIAR PRO TE
ABSALOM FILI MI FILI MI
·XIX· NUNTIATUM EST AUTEM IOAB

quod rex fleret et lugeret
filium suum
et uersa est uictoria in die illa
in luctum omni populo
audiuit enim populus in die
illa dici dolet rex
super filio suo
et declinabat populus in die
illa ingredi ciuitatem
quomodo declinare solet
populus uersus et fugiens
de proelio
porro rex operuit caput
suum et clamabat
uoce magna
fili mi absalom absalom
fili mi fili mi
ingressus ergo ioab ad regem
in domo et dixit
confudisti hodie uultus
omnium seruorum tuorum
qui saluam fecerunt
animam tuam
et animam filiorum tuorum
et filiarum tuarum
et animam uxorum tuarum
et animam concubinarum
tuarum
diliges odientes te et odio
habes diligentes te
et ostendisti hodie quia non
curas de ducibus tuis
et de seruis tuis
et uere cognoui modo
quia si absalom uiueret
et nos omnes occubuissemus
tunc placeret tibi
nunc igitur surge et procede
et adloquens satisfac
seruis tuis
iuro enim tibi per dn̄m
quod si non exieris ne unus
quidem remansurus sit
tecum nocte hac
et peius erit hoc tibi quam
omnia mala quae euenerunt
super te
ab adulescentia tua
usque in praesens
Surrexit ergo rex et sedit
in porta
et omni populo nuntiatum
est quod rex sederet
in porta
uenitque uniuersa multitudo
coram rege
Israhel autem fugit
in tabernacula sua
omnis quoque populus
certabat in cunctis tribubus
israhel dicens
Rex liberauit nos de manu
inimicorum nostrorum
Ipse saluauit nos de manu
philisthinorum
et nunc fugit de terra
propter absalom
absalom autem quem unximus
super nos mortuus est
in bello
usquequo siletis et non
reducitis regem
LXXIIII Rex uero dauid misit ad sadoc
et ad abiathar sacerdotes
dicens
Loquimini ad maiores natu
iuda dicentes
Cur uenitis nouissimi
ad reducendum regem
in domum suam
Sermo autem omnis israhel
peruenerat ad regem
in domo eius
Fratres mei uos os meum
et caro mea uos
quare nouissimi reducitis
regem
et amasae dicite nonne os

MEUM ES ET CARO MEA
HAEC FACIAT MIHI DS
ET HAEC ADDAT
SI NON MAGISTER MILITIAE
FUERIS CORAM ME OMNI
TEMPORE PRO IOAB
ET INCLINAUIT COR OMNIUM
UIRORUM IUDA QUASI
UIRI UNIUS
MISERUNTQUE AD REGEM
DICENTES
REUERTERE TU ET OMNES
SERUI TUI
ET REUERSUS EST REX ET UENIT
USQUE AD IORDANEM
ET IUDA UENIT IN GALGALA
UT OCCURRERET REGI ET TRANS
DUCERET EUM IORDANEM
FESTINAUIT AUTEM SEMEI
FILIUS GERA FILII IEMINI
DE BAURIM
ET DESCENDIT CUM UIRIS IUDA
IN OCCURSUM REGIS DAUID
CUM MILLE UIRIS DE BENIAMIN
ET SIBA PUER DE DOMO SAUL
QUINDECIM FILII EIUS
AC UIGINTI SERUI ERANT CUM EO
ET INRUMPENTES IORDANEM
ANTE REGEM TRANSIERUNT UADA
UT TRANSDUCERENT DOMUM
REGIS ET FACERENT IUXTA
IUSSIONEM EIUS
SEMEI FILIUS GERA PROSTRATUS
CORAM REGE CUM IAM
TRANSISSENT IORDANEM
DIXIT AD EUM
NE REPUTES MIHI DOMINE MI
INIQUITATEM
NEQ· MEMINERIS INIURIARUM
SERUI TUI
IN DIE QUA EGRESSUS ES
DOMINE MI REX DE HIERUSALĒ
NEQUE PONAS REX
IN CORDE TUO

AGNOSCO ENIM SERUUS TUUS
PECCATUM MEUM
ET IDCIRCO HODIE PRIMUS UENI
DE OMNI DOMO IOSEPH
DESCENDIQUE IN OCCURSUM
DOMINI MEI REGIS
LXXX RESPONDENS UERO ABISAI
FILIUS SARUIAE DIXIT
NUMQUID PRO HIS UERBIS
NON OCCIDETUR SEMEI
QUIA MALEDIXIT XPŌ DNĪ
ET AIT DAUID QUID MIHI ET UOBIS
FILIAE SARUIAE
CUR EFFICIMINI HODIE MIHI
IN SATAN
ERGO NE HODIE INTERFICIETUR
UIR IN ISRAHEL
AN IGNORO HODIE ME FACTUM
REGEM SUPER ISRAHEL
ET AIT REX SEMEI NON MORIERIS
IURAUITQUE EI
MIPHIBOSETH QUOQUE FILIUS
SAUL DESCENDIT
IN OCCURSUM REGIS
IN LOTIS PEDIBUS ET IN
TONSA BARBA
UESTESQ· SUAS NON LAUERAT
A DIE QUA EGRESSUS FUERAT
REX USQUE AD DIEM REUER
SIONIS EIUS IN PACE
CUMQUE HIERUSALEM OCCURRIS
SET REGI DIXIT EI REX
QUARE NON UENISTI MECUM
MIPHIBOSETH
QUI RESPONDENS AIT
DOMINE MI REX SERUUS MEUS
CONTEMPSIT ME
DIXI EI EGO FAMULUS TUUS
UT STERNERET MIHI
ASINUM
ET ASCENDENS ABIREM
CUM REGE
CLAUDUS ENIM SUM SERUUS TUUS
INSUPER ET ACCUSAUIT ME

SERUUM TUUM AD TE
DOMINUM MEUM REGEM
TU AUTEM DOMINE MI REX
SICUT ANGELUS DI
FAC QUOD PLACITUM EST TIBI
NEQUE ENIM FUIT DOMUS
PATRIS MEI NISI MORTI
OBNOXIA DOMINO MEO REGI
TU AUTEM POSUISTI ME SERUUM
TUUM INTER CONUIUAS
MENSAE TUAE
QUID IGITUR HABEO IUSTAE
QUAERELLAE
AUT QUID POSSUM ULTRA
UOCIFERARI AD REGEM
AIT ERGO EI REX
QUID ULTRA LOQUERIS FIXUM EST
QUOD LOCUTUS SUM
TU ET SIBA DIUIDITE
POSSESSIONES
RESPONDITQ· MIPHIBOSETH REGI
ETIAM CUNCTA ACCIPIAT POST
QUAM REUERSUS EST
DOMINUS MEUS REX
PACIFICE IN DOMUM SUAM
LXXXI BERZELLAI QUOQUE GALAADITES
DESCENDENS DE ROGELIM
TRANSDUXIT REGEM IORDANEM
PARATUS ETIAM ULTRA FLUUIUM
PROSEQUI EUM
ERAT ENIM BERZELLAI GALAADITES
SENEX UALDE ID EST
OCTOGINARIUS
ET IPSE PRAEBUIT ALIMENTA
REGI CUM MORARETUR
IN CASTRIS
FUIT QUIPPE UIR DIUES NIMIS
DIXIT ITAQ· REX AD BERZELLAI
UENI MECUM UT REQUIESCAS
SECURE MECUM
IN HIERUSALEM
ET AIT BERZELLAI AD REGEM
QUOD SUNT DIES ANNORUM
UITAE MEAE

UT ASCENDAM CUM REGE
HIERUSALEM
OCTOGINARIUS SUM HODIE
NUMQUID UIGENT SENSUS MEI
AD DESCERNENDUM SUAUE
AUT AMARUM
AUT DELECTARE POTEST
SERUUM TUUM CIBUS
ET POTUS
UEL AUDIRE ULTRA POSSUM
UOCEM CANTORUM
ADQ· CANTRICUM
QUARE SERUUS TUUS FIT ONERI
DOMINO MEO REGI
PAULULUM PROCEDAM
FAMULUS TUUS AB IORDANE
TECUM
NEC INDIGEO HAC UICISSITUDINE
SED OBSECRO UT REUERTAR
SERUUS TUUS
ET MORIAR IN CIUITATE MEA
IUXTA SEPULCHRUM PATRIS MEI
ET MATRIS MEAE
EST AUTEM SERUUS TUUS
CHAMAAM
IPSE UADAT TECUM
DOMINE MI REX
ET FAC EI QUOD TIBI BONUM
UIDETUR
DIXIT QUE REX MECUM
TRANSEAT CHAMAAM
ET EGO FACIAM EI QUICQUID
TIBI PLACUERIT
ET OMNE QUOD PETIERIS A ME
IMPETRABIS
CUMQUE TRANSISSET UNIUERSUS
POPULUS ET REX IORDANEM
OSCULATUS EST REX BERZELLAI
ET BENEDIXIT EI
ET ILLE REUERSUS EST
IN LOCUM SUUM
LXXXII TRANSIUIT ERGO REX IN GALGALAM
ET CHAMAAM CUM EO
OMNIS AUTEM POPULUS IUDA

TRANSDUXERAT REGEM
ET MEDIA TANTUM PARS
ADFUERAT DE POPULO ISRAHEL
ITAQUE OMNES UIRI ISRAHEL
CONCURRENTES AD REGEM
DIXERUNT EI
QUARE TE FURATI SUNT FRATRES
NOSTRI UIRI IUDA
ET TRANSDUXERUNT REGEM
ET DOMUM EIUS IORDANEM
OMNESQ; UIROS DAUID CUM EO
ET RESPONDIT OMNIS UIR IUDA
AD UIROS ISRAHEL
QUIA PROPIOR MIHI EST REX
CUR IRASCERIS SUPER HAC RE
NUMQUID COMEDIMUS
ALIQUID EX REGE
AUT MUNERA NOBIS DATA SUNT
ET RESPONDIT UIR ISRAHEL
AD UIROS IUDA ET AIT
DECEM PARTIBUS MAIOR EGO SUM
APUD REGEM
MAGISQUE AD ME PERTINET
DAUID QUAM AD TE
CUR MIHI FECISTI INIURIAM
ET NON MIHI NUNTIATUM EST
PRIORI UT REDUCEREM
REGEM MEUM
DURIUS AUTEM RESPONDERUNT
UIRI IUDA UIRIS ISRAHEL
ACCIDIT QUOQUE UT IBI ESSET
UIR BELIAL NOMINE SEBA
FILIUS BOCHRI UIR IEMINEUS
ET CECINIT BUCINA ET AIT
NON EST NOBIS PARS IN DAUID
NEQUE HEREDITAS IN FILIO ISAI
UIR IN TABERNACULA TUA ISRAHEL
ET SEPARATUS EST OMNIS
ISRAHEL A DAUID
SECUTUSQUE EST SEBA FILIUM BOCHRI
UIRI AUTEM IUDA ADHESERUNT
REGI SUO A IORDANE USQUE
HIERUSALEM
CUMQUE UENISSET REX
IN DOMUM SUAM HIERUSALEM
TULIT DECEM MULIERES
CONCUBINAS
QUAS DERELIQUERAT AD CUSTO
DIENDAM DOMUM
ET TRADIDIT EAS IN CUSTODIAM
ALIMENTA EIS PRAEBENS
ET NON EST INGRESSUS IN EAS
SED ERANT CLAUSAE USQ; AD DIEM
MORTIS SUAE IN UIDUITATE
UIUENTES
LXXXIII DIXIT AUTEM REX AMASAE
CONUOCA MIHI OMNES UIROS
IUDA IN DIEM TERTIUM
ET TU ADESTO PRAESENS
ABIIT ERGO AMASA UT CON
UOCARET IUDAM
ET MORATUS EST EXTRA PLACITUM
QUOD EI CONSTITUERAT
AIT AUTEM DAUID AD ABISAI
NUNC MAGIS ADFLICTURUS EST
NOS SEBA FILIUS BOCHRI
QUAM ABSALOM
TOLLE IGITUR SERUOS DOMINI TUI
ET PERSEQUERE EUM
NE FORTE INUENIAT CIUITATES
MUNITAS ET EFFUGIAT NOS
EGRESSI SUNT ERGO CUM EO
UIRI IOAB
CHERETHI QUOQUE ET PHELETHI
ET OMNES ROBUSTI EXIERUNT
DE HIERUSALEM
AD PERSEQUENDUM SEBA
FILIUM BOCHRI
CUMQUE ILLI ESSENT IUXTA
LAPIDEM GRANDEM
QUI EST IN GABAON
AMASA UENIENS OCCURRIT EIS
PORRO IOAB UESTITUS ERAT
TUNICA STRICTA AD MENSURAM
HABITUS SUI
ET DESUPER ACCINCTUS GLADIO
DEPENDENTE USQ; AD ILIA
IN UAGINA

qui fabrae factus leui motu
egredi poterat et percutere
Dixit itaque Ioab ad Amasa
salue mi frater
Et tenuit manu dextra mentū
Amasae quasi osculans eum
Porro Amasa non obseruauit
gladium quem
habebat Ioab
qui percussit eum in latere
et effudit intestina eius
in terram
nec secundum uulnus
adposuit
Ioab autem et Abisai
frater eius
persecuti sunt Seba
filium Bochri
Inter ea quidam uiri cum
stetissent iuxta cadauer
Amasae de sociis Ioab
dixerunt
ecce qui esse uoluit pro Ioab
comes David pro Ioab
Amasa autem conspersus
sanguine iacebat
in media uia
uidit hoc quidam uir quod
subsisteret omnis populus
ad uidendum eum
et amouit Amasam de uia
in agrum
operuitque eum uestimento
ne subsisterent transeun̄
propter eum
Amoto igitur illo de uia
transiebat omnis uir
sequens Ioab
ad persequendum Seba
filium Bochri
Porro ille transierat per
omnes tribus Israhel
in Abelam et in Bethmacha
omnesque electi congregati
fuerant ad eum
Uenerunt itaque et obpugna
bant eum in Abela
et in Bethmacha
et circumdederunt munitio
nibus ciuitatem et obsessa
est urbs
Omnis autem turba quae
erat cum Ioab
moliebatur destruere
muros
Et exclamauit mulier
sapiens de ciuitate
audite audite dicite Ioab
adpropinqua huc
et loquar tecum
qui cum accessisset ad eam
ait illi
tu es Ioab et ille
respondit ego
ad quem sic locuta est
audi sermones ancillae tuae
qui respondit audio
rursumq· illa
sermo inquit dicebatur
in ueteri prouerbio
qui interrogant interrogent
in Abela et sic perficiebant
nonne ego sum quae
respondeo ueritatem
in Israhel
et tu quaeris subruere
ciuitatem et euertere
matrem in Israhel
quare praecipitas
hereditatem dñi
respondensq· Ioab ait
absit absit hoc a me
non praecipito neq· demolior
non se sic habet res
sed homo de monte Ephraim
Seba filius Bochri
cognomine
leuauit manum contra

regem dauid
tradite illum solum et rece
demus a ciuitate
et ait mulier ad ioab
ecce caput eius mittetur
ad te per murum
ingressa est ergo ad omnem
populum
et locuta est eis sapienter
qui abscisum caput seba
filii bochri proiecerunt
ad ioab
et ille cecinit tuba
et recesserunt ab urbe
unusquisque in tabernacula
sua · ioab autem reuersus
est hierusalem ad regem
LXXXIIII Fuit ergo ioab super omnem
exercitum israhel
banaias autem filius ioiadae
super cheretheos
et pheletheos
aduram uero super tributa
porro iosaphat filius ahilud
a commentariis
sia autem scriba
sadoc uero et abiathar
sacerdotes
hira autem hiaritis erat
sacerdos dauid
facta est quoque fames
in diebus dauid tribus
annis iugiter
et consuluit dauid
oraculum dni
dixitque dns propter saul
et domum eius et sanguinem
quia occidit gabaonitas
uocatis ergo gabaonitis rex
dixit ad eos
porro gabaonitae non sunt
de filiis israhel
sed reliquiae amorraeorum
filii quippe israhel
iurauerant eis
et uoluit saul percutere eos
zelo quasi pro filiis israhel
et iuda
dixit ergo dauid ad gabaonitas
quid faciam uobis et quod erit
uestri piaculum
ut benedicatis hereditati dni
dixeruntque ei gabonitae
non est nobis super argento
et auro quaestio contra saul
et contra domum eius
neque uolumus ut interficiatur
homo de israhel
ad quos ait quid ergo uultis
ut faciam uobis
qui dixerunt regi
uirum qui adtribit nos
et obpressit inique
ita delere debemus ut ne
unus quidem residuus sit
de stirpe eius in cunctis
finibus israhel
dentur nobis septem uiri
de filiis eius et crucifigamus
eos dno in gabaath saul
quondam electi dni
et ait rex ego dabo
pepercitque rex miphiboseth
filio ionathan filii saul
propter iusiurandum dni
quod fuerat inter dauid
et inter ionathan
filium saul
tulit itaq. rex duos filios
respha filiae haia quos
peperit saul armoni
et miphiboseth
et quinque filios mihel
filiae saul quos genuerat
adriheli filio berzellai
qui fuit de molathi
et dedit eos in manu
gabaonitarum

qui crucifixerunt illos
in monte coram D(omi)NO
et ceciderunt hi septem simul
occisi in diebus messis primis
incipiente messione hordei
Tollens autem respha
filia haia cilicium substravit
sibi super petram
ab initio messis donec stillaret
aqua super eos de caelo
et non dimisit aves lacerare
eos per diem neq(ue) bestias
per noctem
Et nuntiata sunt David
quae fecerat respha filia
ahia concubina saul
et abiit david et tulit ossa
saul et ossa ionathan
filii eius
a viris iabes galaad qui furati
fuerant ea de platea
bethsan in qua suspenderant
eos philisthiim
Cum interfecissent saul
in gelboe
et asportavit inde ossa saul
et ossa ionathan filii eius
et colligentes ossa eorum
qui adfixi fuerant
Sepelierunt ea cum ossibus
saul et ionathan filii eius
in terra beniamin in latere
sepulchri cis patris eius
feceruntque omnia
quae praeceperat rex
et repropitiatus est D(omi)N(u)S
terrae post haec
LXXX II Factum est autem rursum
proelium philisthinorum
adversum israhel
et descendit david et servi
eius cum eo
et pugnabant contra
philisthim

Deficiente autem david
iesbidenob qui fuit de genere
arafa
Cuius ferrum hastae
trecentas uncias
adpendebat
et accinctus erat ense novo
nisus est percutere david
praesidioque ei fuit abisai
filius sarviae
et percussum philistheum
interfecit
Tunc iuraverunt viri david
dicentes
Non egredieris nobiscum
in bellum
ne extinguas lucernam israhel
Secundum quoque fuit bellum
in gob contra philistheos
Tunc percussit obbochai
de usathi seph de stirpe
arafa
Tertium quoque fuit bellum
in gob contra philistheos
in quo percussit adeodatus
filius saltus polymitarius
bethleemites goliath
gettheum
Cuius astile hastae erat
quasi liciatorium texentium
Quartum bellum fuit in geth
in quo vir excelsus qui senos
in manibus pedibusque
habebat digitos id est
viginti et quattuor
et erat de origine arapha
blasphemavit israhel
percussit autem eum
ionathan filius samaa
fratris david
hi quattuor nati sunt
de arapha in geth
et ceciderunt in manu david
et servorum eius

LXXXIII LOCUTUS EST AUTEM DAUID
DNO UERBA CARMINIS HUIUS
IN DIE QUA LIBERAUIT EUM DNS
DE MANU OMNIUM
INIMICORUM SUORUM
ET DE MANU SAUL ET AIT
DNS PETRA MEA ET ROBUR MEUM
ET SALUATOR MEUS
DS MEUS FORTIS MEUS
SPERABO IN EO
SCUTUM MEUM ET CORNU
SALUTIS MEAE
ELEUATOR MEUS ET REFUGIUM
MEUM SALUATOR MEUS
DE INIQUITATE LIBERABIS ME
LAUDABILEM INUOCABO DNM
ET AB INIMICIS MEIS
SALUUS ERO
QUIA CIRCUMDEDERUNT ME
CONTRITIONES MORTIS
TORRENTES BELIAL
TERRUERUNT ME
FUNES INFERI CIRCUMDEDERUNT
ME PRAEUENERUNT ME
LAQUEI MORTIS
IN TRIBULATIONE MEA INUOCABO
DNM ET AD DM MEUM
CLAMABO
ET EXAUDIET DE TEMPLO SUO
UOCEM MEAM ET CLAMOR
MEUS UENIET AD AURES EIUS
COMMOTA EST ET CON
TREMUIT TERRA
FUNDAMENTA MONTIUM
CONCUSSA SUNT ET CON
QUASSATA QUONIAM
IRATUS EST
ASCENDIT FUMUS DE NARIBUS
EIUS ET IGNIS DE ORE EIUS
UORAUIT
CARBONES INCENSI SUNT AB EO
ET INCLINAUIT CAELOS
ET DESCENDIT ET CALIGO
SUB PEDIBUS EIUS

ET ASCENDIT SUPER CHERUBIN
ET UOLAUIT ET LAPSUS EST
SUPER PINNAS UENTI
POSUIT TENEBRAS IN CIRCUITU
SUO LATIBULUM
CRIBRANS AQUAS DE NUBIBUS
CAELORUM
PRAE FULGORE IN CONSPECTU
EIUS SUCCENSI SUNT
CARBONES IGNIS
TONABIT DE CAELIS DNS ET EXCELSUS
DABIT UOCEM SUAM
MISIT SAGITTAS ET DISSIPAUIT
EOS FULGUR ET CONSUMPSIT EOS.
ET APPARUERUNT EFFUSIONES
MARIS ET REUELATA SUNT
FUNDAMENTA ORBIS
AB INCREPATIONE DNI AB INSPIRA
TIONE SPS FURORIS EIUS
MISIT DE EXCELSO ET ADSUMPSIT
ME EXTRAXIT ME DE AQUIS
MULTIS
LIBERAUIT ME AB INIMICO MEO
POTENTISSIMO
AB HIS QUI ODERANT ME QUONIAM
ROBUSTIORES ME ERANT
PRAEUENIT ME IN DIE ADFLICTIONIS
MEAE ET FACTUS EST DNS
FIRMAMENTUM MEUM
ET EDUXIT ME IN LATITUDINEM
LIBERAUIT ME QUIA PLACUIT EI
RETRIBUET MIHI DNS SECUNDUM
IUSTITIAM MEAM
ET SECUNDUM MUNDITIAM
MANUUM MEARUM
REDDET MIHI
QUIA CUSTODIUI UIAS DNI
ET NON EGI IMPIE A DO MEO
OMNIA ENIM IUDICIA EIUS
IN CONSPECTU MEO
ET PRAECEPTA EIUS
NON AMOUI A ME
ET ERO PERFECTUS CUM EO
ET CUSTODIAM ME

AB INIQUITATE MEA
ET RESTITUET DNS MIHI SECUNDUM
IUSTITIAM MEAM, ET SECUNDUM
MUNDITIAM MANUUM MEARUM
IN CONSPECTU OCULORUM
SUORUM
CUM SCO SCS ERIS ET CUM
ROBUSTO PERFECTUS
CUM ELECTO ELECTUS ERIS ET CUM
PERUERSO PERUERTERIS
ET POPULUM PAUPEREM
SALUUM FACIES OCULISQ· TUIS
EXCELSOS HUMILIABIS
QUIA TU LUCERNAM MEAM DNE
DNE INLUMINABIS TENEBRAS
MEAS
IN TE ENIM CURRAM ACCINCTUS
IN DO MEO TRANSILIAM MURU
DS INMACULATA UIA EIUS
ELOQUIUM DNI IGNE EXAMINATUM
SCUTUM EST OMNIUM
SPERANTIUM IN SE
QUIS EST DS PRAETER DNM
ET QUIS FORTIS PRAETER
DM NOSTRUM
DS QUI ACCINGIT ME FORTITU
DINEM ET CONPLANAUIT
PERFECTAM UIAM MEAM
COAEQUANS PEDES MEOS
CERUIS ET SUPER EXCELSA
MEA STATUENS ME
DOCENS MANUS MEAS AD PROE
LIUM ET CONPONENS
QUASI ARCUM AEREUM
BRACHIA MEA
DEDISTI MIHI CLYPEUM SALUTIS
TUAE ET MANSUETUDO MEA
MULTIPLICAUIT ME
DILATABIS GRESSUS MEOS
SUBTUS ME ET NON
DEFICIENT TALI MEI
PERSEQUAR INIMICOS MEOS
ET CONTERAM ET NON REUERTAR
DONEC CONSUMAM EOS

CONSUMAM EOS ET CONFRINGAM
UT NON CONSURGANT CADENT
SUB PEDIBUS MEIS
ACCINXISTI ME FORTITUDINE
AD PROELIUM INCURUABIS
RESISTENTES MIHI SUB ME
INIMICOS MEOS DEDISTI MIHI
DORSUM ODIENTES ME
ET DISPERDAM EOS
CLAMABUNT ET NON ERIT
QUI SALUET AD DNM
ET NON EXAUDIET EOS
DELEBO EOS UT PULUEREM TERRAE
QUASI LUTUM PLATEARUM
COMMINUAM EOS ADQUE
CONPINGAM
SALUABIS ME A CONTRADICTIONIB·
POPULI MEI
CUSTODIES IN CAPUT GENTIUM
POPULUS QUEM IGNORO
SERUIET MIHI
FILII ALIENI RESISTENT MIHI
AUDITU AURIS OBOEDIEN MIHI
FILII ALIENI DEFLUXERUNT
ET CONTRAHENTUR
IN ANGUSTIIS SUIS
UIUIT DNS ET BENEDICTUS DS
MEUS ET EXALTABITUR DS
FORTIS SALUTIS MEAE
DS QUI DAS UINDICTAS MIHI
ET DEICIS POPULOS SUB ME
QUI EDUCIS AB INIMICIS MEIS
ET A RESISTENTIBUS MIHI
ELEUAS ME
A UIRO INIQUO LIBERABIS ME
PROPTEREA CONFITEBOR TIBI
DNE IN GENTIBUS ET NOMINI
TUO CANTABO
MAGNIFICANTI SALUTES
REGIS SUI ET FACIENTI
MISERICORDIAM
XPO SUO
DAUID ET SEMINI EIUS
IN SEMPITERNUM

LXXXIII HAEC AUTEM SUNT UERBA
NOUISSIMA
DIXIT DAUID FILIUS ISAI.
DIXIT UIR CUI CONSTITUTUM EST
DE XPO DI IACOB.
EGREGIUS PSALTA ISRAHEL.
SPS DNI LOCUTUS EST PER ME
SERMO EIUS PER LINGUAM MEAM.
DIXIT DS ISRAHEL.
MIHI LOCUTUS EST FORTIS ISRL.
DOMINATOR HOMINUM IUSTUS
DOMINATOR IN TIMORE DI
SICUT LUX AURORAE ORIENTE
SOLE MANE ABSQ. NUBIBUS
RUTILAT
ET SICUT PLUUIIS GERMINAT
HERBA DE TERRA
NEC TANTA EST DOMUS MEA
APUD DNM
UT PACTUM AETERNUM
INIRET MECUM
FIRMUM IN OMNIBUS ADQUE
MUNITUM
CUNCTA ENIM SALUS MEA
ET OMNIS UOLUNTAS NEC EST
QUICQUAM EX EA QUOD NON
GERMINET
PRAEUARICATORES AUTEM
QUASI SPINAE EUELLEN
TUR UNIUERSI
QUAE NON TOLLUNTUR MANIBUS
ET SI QUIS TANGERE UOLUERIT EAS
ARMABITUR FERRO ET LIGNO
LANCEATO
IGNIQUE SUCCENSAE COMBUREN
TUR USQ. AD NIHILUM
HAEC NOMINA FORTIUM DAUID
SEDENS IN CATHEDRA SAPIEN
TISSIMUS PRINCEPS
INTER TRES
IPSE EST QUASI TENERRIMUS
LIGNI UERMICULUS
QUI OCTINGENTOS INTERFECIT
IMPETU UNO

POST HUNC ELEAZAR FILIUS
PATRUI EIUS AHOI
INTER TRES FORTES QUI ERANT
CUM DAUID
QUANDO EXPROBRAUERUNT
PHILISTHIIM
ET CONGREGATI SUNT IL LUC
IN PROELIUM
CUMQUE ASCENDISSENT
UIRI ISRAHEL
IPSE STETIT ET PERCUSSIT
PHILISTHEOS
DONEC DEFICERENT MANUS EIUS
ET OBRIGISCERET CUM GLADIO
FECITQUE DNS SALUTEM MAGNAM
IN DIE ILLA ET POPULUS QUI
FUGERAT REUERSUS EST
AD CAESORUM SPOLIA
DETRAHENDA
LXXXIIII ET POST HUNC SEMMA FILIUS
AGE DE ARARI
ET CONGREGATI SUNT PHILISTHIM
IN STATIONE
ERAT QUIPPE IBI AGER
PLENUS LENTE
CUMQUE FUGISSET POPULUS
A FACIE PHILISTHIIM
STETIT ILLE IN MEDIO AGRI
ET TUITUS EST EUM
PERCUSSITQUE PHILISTHEOS
ET FECIT DNS SALUTEM MAGNAM
NEC NON ANTE DESCENDERANT
TRES QUI ERANT PRINCIPES
INTER TRIGINTA
ET UENERANT TEMPORE MESSIS
AD DAUID IN SPELUNCAM
ODOLLAM
CASTRA AUTEM PHILISTHIIM
ERANT POSITA IN UALLE
GIGANTUM
ET DAUID ERAT IN PRAESIDIO
PORRO STATIO PHILISTHINORUM
TUNC ERAT IN BETHLEEM
DESIDERAUIT IGITUR DAUID ET AIT

SIQUIS MIHI DARET POTUM AQUAE
DE CISTERNA QUAE EST
IN BETHLEEM IUXTA PORTAM
INRUPERUNT ERGO TRES FORTES
CASTRA PHILISTHINORUM
ET HAUSERUNT AQUAM
DE CISTERNA BETHLEEM
QUAE ERAT IUXTA PORTAM
ET ADTULERUNT AD DAUID
AD ILLE NOLUIT BIBERE SED LIBAUIT
ILLAM DNO DICENS
PROPITIUS MIHI SIT DNS
NE FACIAM HOC
NAM SANGUINEM HOMINUM
ISTORUM QUI PROFECTI SUNT
ET ANIMARUM PERICULUM
BIBAM
NOLUIT ERGO BIBERE
LXXXIIII HAEC FECERUNT TRES
ROBUSTISSIMI
ABISAI QUOQUE FRATER IOAB
FILIUS SARUIAE PRINCEPS
ERAT DE TRIBUS
IPSE EST QUI ELEUAUIT HASTAM
SUAM CONTRA TRECENTOS
QUOS INTERFECIT
NOMINATUS IN TRIBUS ET INTER
TRES NOBILIOR
ERATQ. EORUM PRINCEPS
SED USQ. AD TRES PRIMOS
NON PERUENERAT
ET BANAIAS FILIUS IOIADA UIRI
FORTISSIMI MAGNORUM
OPERUM DE CAPSEEL
IPSE PERCUSSIT DUOS
LEONES MOAB
ET IPSE DESCENDIT ET PERCUSSIT
LEONEM IN MEDIA CISTERNA
DIEBUS NIUIS
IPSE QUOQUE INTERFECIT
UIRUM AEGYPTIUM
DIGNUM UIRUM SPECTACULO
HABENTEM IN MANU HASTAM
ITAQUE CUM DESCENDISSET
AD EUM IN UIRGA
UI EXTORSIT HASTAM DE MANU
AEGYPTII
ET INTERFECIT EUM HASTA SUA
HAEC FECIT BANAIAS FILIUS IOIADAE
ET IPSE NOMINATUS INTER TRES
ROBUSTOS QUI ERANT INTER
TRIGINTA NOBILIORES
UERUMTAMEN USQUE AD TRES
NON PERUENERAT
FECITQUE EUM DAUID SIBI
AURICULARIUM A SECRETO
ASAHEL FRATER IOAB INTER
TRIGINTA
ELEANAN FILIUS PATRUI EIUS
DE BETHLEEM
SEMMA DE ARARI
ELICA DE ARODI
HELAS DE PHELTI
HIRA FILIUS ACCES DE THECUA
ABIEZER DE ANATHOTH
MOBONNAI DE USATHI
SELMON AHOHITES
MAHARAI NETOPHATHITES
ELED FILIUS BANAA ET IPSE
NETOPHATHITES
HITHAI FILIUS RIBAI DE GEBEETH
FILIORUM BENIAMIN
BANAHI AUFRATHONITES
HEDDAI DE TORRENTE GAAS
ABIALBON ARBATHITES
AZMABETH DE BEROMI
ELIABA DE SALBONI
FILII IASEN IONATHAN
SEMMA DE HORODI
HAIAM FILIUS SARAR ARORITES
ELIFELET FILIUS AASBAI
FILII MAACHATHI
HELIAM FILIUS AHITOPHEL
GELONITES
ESDRAI DE CARMELO
FARAI DE ARBI
IGAAL FILIUS NATHAN DE SOBA
BONNI DE GADDI

SELEC DE AMMONI
NAHARAI BEROTHITES ARMIGER
IOAB FILII SARUIAE
HIRA HIETHRITES
GAREB ET IPSE HIETHRITES
URIAS HETTHEUS
OMNES TRIGINTA SEPTEM
ET ADDIDIT FUROR DÑI IRASCI
CONTRA ISRAHEL
COMMOUIT QUE DAUID IN EIS
DICENTEM
UADE NUMERA ISRAHEL ET IUDAM
DIXITQUE REX AD IOAB
PRINCIPEM EXERCITUS SUI
PERAMBULA OMNES TRIBUS
ISRAHEL A DAN USQ; BERSABEE
ET NUMERATE POPULUM
UT SCIAM NUMERUM EIUS
DIXITQUE IOAB REGI
ADAUGEAT DÑS TUUS AD POPULUM
QUANTUS NUNC EST
ITERUMQUE CENTIPLICET IN CON
SPECTU DÑI MEI REGIS
SED QUID SIBI DOMINUS MEUS REX
UULT IN RE HUIUSCEMODI
OPTINUIT AUTEM SERMO REGIS
UERBA IOAB ET PRINCIPUM
EXERCITUS
EGRESSUSQUE EST IOAB
ET PRINCIPES MILITUM
A FACIE REGIS
UT NUMERARENT POPULUM
ISRAHEL
CUMQUE PERTRANSISSENT
IORDANEM UENERUNT
IN AROER
AD DEXTRAM URBIS QUAE EST
IN UALLE GAD
ET PER IAZER TRANSIERUNT
IN GALAAD ET IN TERRAM
INFERIOREM HODSI
ET UENERUNT IN DAN SILUESTRIA
CIRCUMEUNTESQUE IUXTA
SIDONEM TRANSIERUNT
PROPTER MOENIA TYRI
ET OMNEM TERRAM HEUI
ET CHANANEI
UENERUNTQUE AD MERIDIEM
IUDA IN BERSABEE
ET LUSTRATA UNIUERSA TERRA
ADFUERUNT POST NOUEM
MENSES ET UIGINTI DIES
IN HIERUSALEM
DEDIT ERGO IOAB NUMERUM
DESCRIPTIONIS POPULI REGI
ET INUENTA SUNT DE ISRAHEL
OCTINGENTA MILIA UIRORUM
FORTIUM QUI EDUCERENT
GLADIUM
ET DE IUDA QUINGENTA MILIA
PUGNATORUM
PERCUSSIT AUTEM COR DAUID
EUM POSTQUAM NUMERATUS
EST POPULUS
ET DIXIT DAUID AD DÑM
PECCAUI UALDE IN HOC FACTO
SED PRECOR DÑE UT TRANSFERAS
INIQUITATEM SERUI TUI
QUIA STULTE EGI NIMIS
SURREXIT ITAQ; DAUID MANE
ET SERMO DÑI FACTUS EST
AD GAD PROPHETEN
ET UIDENTEM DAUID DICENS
UADE ET LOQUERE AD DAUID
HAEC DICIT DÑS
TRIUM TIBI DATUR OPTIO
ELIGE UNUM QUOD UOLUERIS
EX HIS UT FACIAM TIBI
CUMQUE UENISSET GAD AD DAUID
NUNTIAUIT EI DICENS
AUT SEPTEM ANNIS UENIET TIBI
FAMES IN TERRA TUA
AUT TRIBUS MENSIBUS FUGIES
ADUERSARIOS TUOS
ET ILLI PERSEQUENTUR
AUT CERTE TRIBUS DIEBUS
ERIT PESTILENTIA
IN TERRA TUA

NUNC ERGO DELIBERA ET UIDE
QUEM RESPONDEAM EI
QUI ME MISIT SERMONEM
DIXIT AUTEM DAUID AD GAD
ARTOR NIMIS SED MELIUS EST
UT INCIDAM IN MANUM DNI
MULTAE ENIM MISERICORDIAE
EIUS SUNT
QUAM IN MANUM HOMINIS
INMISITQUE DNS PESTILENTIAM
IN ISRAHEL
DE MANE USQUE AD TEMPUS
CONSTITUTUM
ET MORTUI SUNT EX POPULO
A DAN USQUE BERSABEE
SEPTUAGINTA MILIA UIRORUM
CUMQUE EXTENDISSET MANUM
ANGELUS DI SUPER HIERUSALE͞
UT DISPERDERET EAM
MISERTUS EST DNS SUPER
ADFLICTIONE
ET AIT ANGELO PERCUTIENTI
POPULUM
SUFFICIT NUNC CONTINE
MANUM TUAM
ERAT AUTEM ANGELUS DNI
IUXTA AREAM AREUNA
IEBUSAEI
DIXITQUE DAUID AD DNM
CUM UIDISSET ANGELUM
CAEDENTEM POPULUM
EGO SUM QUI PECCAUI
EGO INIQUE EGI
ISTI QUI OUES SUNT
QUID FECERUNT
UERTATUR OBSECRO MANUS
TUA CONTRA ME ET CONTRA
DOMUM PATRIS MEI
UENIT AUTEM GAD AD DAUID
IN DIE ILLA ET DIXIT EI
ASCENDE CONSTITUE DNO
ALTARE IN AREA AREUNA
IEBUSAEI
ET ASCENDIT DAUID IUXTA
SERMONEM GAD QUEM
PRAECEPERAT EI DNS
CONSPICIENSQUE AREUNA
ANIMADUERTIT REGEM
ET SERUOS EIUS TRANSIRE
AD SE
ET EGRESSUS ADORAUIT REGEM
PRONO UULTU IN TERRA
ET AIT
QUID CAUSAE EST UT UENIAT
DOMINUS MEUS REX
AD SERUUM SUUM
CUI DAUID AIT
UT EMAM A TE AREAM ET AEDIFICE͞
ALTARE DNO
ET CESSET INTERFECTIO
QUAE GRASSATUR IN POPULO
ET AIT AREUNA AD DAUID
ACCIPIAT ET OFFERAT DOMINUS
MEUS REX SICUT EI PLACET
HABES BOUES IN HOLOCAUSTUM
ET PLAUSTRUM ET IUGA BOUM
IN USUM LIGNORUM
OMNIA DEDIT AREUNA REX REGI
DIXITQUE AREUNA AD REGEM
DNS DS TUUS SUSCIPIAT
UOTUM TUUM
CUI RESPONDENS REX AIT
NEQUAQUAM UT UIS SED EMAM
PRAETIO A TE
ET NON OFFERAM DOMINO DO MEO
HOLOCAUSTA GRATUITA
EMIT ERGO DAUID AREAM
ET BOUES ARGENTI SICLIS
QUINQUAGINTA
ET AEDIFICAUIT IBI DAUID
ALTARE DNO
OPTULIT HOLOCAUSTA
ET PACIFICA
ET REPROPITIATUS EST DNS
TERRAE ET COHIBITA EST
PLAGA AB ISRAHEL

I SENECTUS DAVID ET ADONIAS
filius eius nitebatur regnum sed david
hoc repperiens iussit ungui
salomonem regem
II Mandatis dat david salomoni quae custodiat
et moriens iussit adversariis suis
reddi mala a salomone qui regnavit
quadraginta annis
III Alligat adonias apud matrem salomonis
petens abisag sunamiten in coniugium
et iratus salomon iussit occidi eum
et abiathar sacerdotem privavit
honorem parcens sanguini eius
IIII Iubente salomone interficitur ioab
ad cornum altaris
V Semei occiditur quia non servavit con
cessam sibi veniam ne de templo
discederet et contempsit
VI Adfinitate coniunctus est salomon
pharaoni accipiens filiam eius uxorem
et idolis tura obtulit
VII In gabaon apparuit d(omi)n(u)s salomoni dicens
postula quod vis ut dem tibi
et petiit cor docile
VIII De iudicium salomonis dominatum
regni et humanitas eius vel numerum
iumentorum eius
VIIII Ait salomon quia non est satanan
neque incursus malus ideirco
aedifico templum nomini d(omi)ni d(e)i isr(ae)l.
X De mensura templi
XI Sermo d(omi)ni ad salomonem de omne
ornatu templi et aedificium
XII De perfectione templi in quo arca d(e)i
posita et statim apparuit ibi d(omi)n(u)s
XIII Oratio salomonis et benedictio plebis
et dedicatio templi
XIIII Apparuit d(omi)n(u)s iterum salomoni
protestans eum
XV De terra in qua est aurum ophir
XVI De regina saba
XVII De reditus anni salomonis et thronum
eius et scuta aurea
XVIII De excessu salomonis et numerum
uxorum eius
XVIIII Iratus d(omi)n(u)s salomonem increpat
XX Suscitantur a d(omi)no adversarii salomonis
XXI Spreto salomone hieroboam elegit d(omi)n(u)s
commonens eum ne discederet
de cultu d(e)i
XXII De morte salomonis cui successit
roboam filius eius
XXIII Hieroboam revertens de aegypto
subiunctus populis rogant filium
salomonis sublevari de iugum
salomonis et ille comminando
adicere promisit
XXIIII Spreto roboam eligunt hieroboam
in regnum qui volens bellare contra
hieroboam revocavit d(eu)s
quod ipse elegerit eum
XXV De scelus hieroboam faciens vitulos
aureos adorandos
XXVI Vir d(e)i apparuit hieroboam stans
ad altare quem increpans nitebatur
adprehendere et manus hieroboam
aruit pro quo statim oravit
et restituit sanitati
XXVII Vir d(e)i conpleto praecepto d(omi)ni secessit
de civitate ad quem alius propheta
inquirendum venit et contra d(e)i
praeceptum ad convivium revocavit
et iratus d(omi)n(u)s tradidit leoni eum
id est exactori et conlisus mortuus
est pro inoboedientia et post a beo
sepultus a quo et seductus est
ut comederet
XXVIII Percussit d(omi)n(u)s filium hieroboam
pro mala p(a)tris sui et mortui sunt
simul et regnavit nadab
filius eius pro eo
XXVIIII Quinto anno regni roboam ascendit
sesac rex aegypti hierusalem
et diripuit omnia obiit etiam
roboam et regnavit pro eo abia
filius eius qui excedens mortuus est
et regnavit pro eo asa filius eius
XXX Fecit asa rectum coram d(omi)no

qui in senectute pedes dolens mortuus
est in pace et regnauit iosafath
filius eius pro eo
xxxi Regnum nadab qui fecit malum coram dño
et percussit eum baasa et regnauit
pro eo et percussit domum hieroboā
et omne semen eius iuxta
uerbum dñi
xxxii De regnum baasa
xxxiii De regnum hela quem occidit
zamri et regnauit pro eo
xxxiiii Regnum tyranni zamri qui se in palatio
incedit cum omni domo regia
xxxv De diuisione populi pro electione regum
xxxvi Regnum amri qui emit montem
samariae a somer aedificans in eo
mortuus est et regnauit pro eo
ahab filius suus
xxxvii Regnum ahab nequam qui eduxit
hiezabel uxorem filiam methbaal
regis sidoniorum qui multa
mala fecit
xxxviii Primum uerbum heliae ubi contra
dicit ros et pluuiam cum iubet dñs
discedere ad orientem
xxxviiii Iubente dño uenit helias in sarepta
ad mulierem uiduam et de filio
eius resuscitato
xl Iubet dñs heliae redire ad ahab
ut destrueret bahalim et sacerdotes
eius interficeret et data est pluuia
super terram et hiezabel uolens
interficere heliam abscondit se ab ea
xli Angelus dñi pauit heliam latens
sub iunipero
xlii Sermo dñi ad heliam iubens ei
unguere reges et helisaeum
prophetam pro se et de reliquis
uiris non adorantes bahal
xliii Bellum benadab regis syriae
contra israhel in samaria
xliiii Admonet dñs regem israhel
in futuro anno cauere gladium
regis syriae

xlv Iterat bellum rex syriae contra isral.
quem suscipiens israhel sine iussu dñi
foederatus est cum eo
xlvi De propheta qui rogauit socium ut se
percuteret gladio et quia facere
noluit tradidit eum dñs leoni
occidendum
xlvii De nuntiat regi propheta dignum morte
quia dimisit regem syriae uiuum
xlviii De uineam naboth quam cupiens rex
indigne tulit et hiezabel occidit
naboth et inuasit uineam eius
et dñs indignatus maledixit regi
et penetuit rex et auertit
dñs a furore
xlviiii Congregati reges ut ascenderent
ramoth galaad consulent prophetas
qui prophetas spũ mendacii hortabantur
eos micheas uero prohibuit
et exinde est traditus custodiae
L Occisus in bello ahab regnauit pro eo
ohozias filius eius
Li Regnum iosaphat qui cum dõ ambulauit
cui successit ioram filius eius
Lii Regnum ohoziae qui cecidit per cancellos
domus suae unde consuluit idolum
accaron et iratus dñs misit ad eum
prophetam qui ei diceret quod more
retur qui misit quinquaginarios
adprehendere heliam qui ait
si uir dĩ sum descendat ignis et deuoret
eos post haec mortuus est
regnauitq; pro eo ioram frater eius
Liii Adsumptio heliae qui percussit aquas
iordanis et diuisae sunt
et helisaeus similiter
Liiii Miraculum helisaei in hiericho
ubi inuocauit dñm et conuertit
aquas in dulcidinem
Lv Pueri contumelium fecerunt helisaeo
qui maledicens eis exierunt duo ursi
de saltu et lacerauerunt eos
Lvi Bellum regum in quo sitim laborabant
et orante helisaeo data est eis

aqua . et unus ex eis obtulit filium suum
primogenitum holocaustum super
murum et sic recessit isr͞al ab eo

Lvii Liberat helisaeus mulierem uiduam
a creditoribus in benedictione olei

Lviii De muliere sunamitis cui pro suo
obsequio helisaeus filium donauit
et eo mortuo suscitauit
et ei reddidit

Lviiii De pulmentum coloquintidarum
quem helisaeus in dulcedinem
conuertit

Lx De decem panes quos iussit helisaeus
adponi centum uiris et saturati sunt.

Lxi De lepra naaman

Lxii De secure quam fecit helisaeus
natare in iordane

Lxiii Rex syriae insidiatur ut helisaeum
adprehenderet

Lxiiii De obsidione samariae quod caput
asini ibidem uenderetur octoginta
argenteis . et de muliere quae filium
suum cum uicina comedit . unde rex
uoluit helisaeum occidere qui et in alia
die promisit sim il͞a et hordeum
ad portas samariae uenundari

Lxv Rex syriae obsidens israhel terrore d͞ni
inuadens eum derelictis omnibus suis
fugit cum suis trans iordanen

Lxvi Praedicit helisaeus mulieri de ciuitate
discedere propter famem futuram

Lxvii Rex syriae infirmatus consulet
helisaeum qui ei mortem nuntiauit
et seruus eius infundens sagum in aqua
suffocauit eum et regnauit pro eo
et de morte ioram athalia

Lxviii Helisaeus iubet ungui hieu in regem
filium iosafath ut deleret domum
ahab domini sui

Lxviiii Mors hiezabel pessima sicut prae
dixerat helia seruus d͞i

Lxx Hieu interfecit filios ahab septuaginta
uiros et cultores bahal intra
templum et ipsum idolum simul
comminuit . et fecit secessum
in eodem loco et quia fecit iussu d͞ni usq͞
in quarta generatione regnauit
semen eius

Lxxi De regnum athaliae reginae et morte
eius et regnum ioas et sarta tecta
templi d͞ni

Lxxii Azahel rex syriae expugnans
hierusalem munera accepta discessit
et regnum quem serui sui
occiderunt

Lxxiii Infirmitas helisaei in qua praedixit
regi ioas extricandam gentem
syriae d͞o iubente

Lxxiiii De obitum helisaei in ipso anno
contigit miraculum grandem
proiectum funus cuiusdam
a latronibus tetigit corpus helisaei
prophetae et reuixit et regnum
dicit multorum regum

Lxxv Rex ahaz consecrauit filium suum
more gentium per ignem
et de uriam sacerdotem

Lxxvi Filii israhel post admonitionem
prophetarum filios suos
immolauerunt

Lxxvii Rex assyriorum captiuauit israhel
de samaria qui constituit ibi
gentes ignorantes d͞m quibus
inmisit d͞ns leones et interfecerunt
eos . et rex assyriorum iussit
reuocari illuc unum de sacerdo
tibus iudaeorum habitare
cum illis ut doceret eos d͞nm
colere qui non deseruerunt
errores priores

Lxxviii Rex ezechias filius ahaz
dissipauit excelsa comminuit
statuas . succidit lucos . confregitq͞
serpentem aereum quem fecerat
moses . cuiusque ad illud tempus
filii israhel adolebant incensum
et regnum assyriorum

Lxxviiii Humiliatus est ezechias , adn͞o

per esaiam prophetam quod extolle
retur · itaut filios eius in captiuitate
eunuchi fierent · et de morte eius ·
et regnauit post eum manasse
LXXX De regem qui meruit scire per bonis
operibus diem mortis suae
et regna plurima
LXXXI De rege ioachim qui ductus est
cum omni populo et omne ornatum
templi dñi in babylonia captiuus
LXXXII De secunda cladis hierusalem
ita ut post famem et fugam
et rege conprehenso filii eius
occisi in conspectu eius et ipsius
effossi sunt oculi
LXXXIII Nabuzardan princeps exercitus
nabuchodonosor qui abstulit
omnia de templo dñi succendit
cum igni et muros hierusalem
destruxit
LXXXIIII Mortuo nabuchodonosor successit
alius nomine euil merodach
qui bene agens cum ioachim rege
eiecit ide carcere

EXPL CAPITVLA

INCP REGVM LIBER
TERTIVS ET QVARTVS
QVI HEBRAICE DICI
TVR MALACHIM

.I. Et rex dauid senuerat
habebatque aetatis
plurimos dies
cumq; operiretur uestibus
non calefiebat
dixerunt ergo ei serui sui
quaeramus domino nostro
regi adulescentulam
uirginem
et stet coram rege
et foueat eum
dormiatque in sinu tuo
et calefaciat dominum
nostrum regem
quaesierunt igitur adulescen
tulam speciosam in omnibus
finibus israhel
et inuenerunt abisag sunamitin
et adduxerunt eam
ad regem
erat autem puella
pulchra nimis
dormiebatque cum rege
et ministrabat ei
rex uero non cognouit eam
adonias autem filius aggith
eleuabatur dicens
ego regnabo
fecitque sibi currum
et equites
et quinquaginta uiros qui ante
eum currerent
nec corripuit eum pater suus
aliquando dicens
quare hoc fecisti
erat autem et ipse pulcher
ualde secundus natu
post absalom
et sermo ei cum ioab filio
saruiae et cum abiathar
sacerdote
qui adiuuabant partes adoniae
sadoc uero sacerdos
et banaia filius ioiadae

ET NATHAN PROPHETA
ET SEMEI ET RHEI
ET ROBUR EXERCITUS DAUID
NON ERAT CUM ADONIA
IMMOLATIS ERGO ADONIAS ARIETIBUS
ET UITULIS ET UNIUERSIS
PINGUIBUS
IUXTA LAPIDEM ZOELETH QUI ERAT
UICINUS FONTI ROGEL
UOCAUIT UNIUERSOS FRATRES
SUOS FILIOS REGIS
ET OMNES UIROS IUDA
SERUOS REGIS
NATHAN AUTEM PROPHETAM
ET BANAIAM ET ROBUSTOS
QUOSQ· ET SALOMONEM
FRATREM SUUM NON UOCAUIT
DIXIT ITAQ· NATHAN AD BETHSABEE
MATREM SALOMONIS
NUM AUDISTI QUOD REGNAUERIT
ADONIAS FILIUS AGGITH
ET DNS NOSTER DAUID HOC
IGNORAT
NUNC ERGO UENI ACCIPE A ME
CONSILIUM
ET SALUA ANIMAM TUAM FILIIQ·
TUI SALOMONIS
UADE ET INGREDERE AD REGEM
DAUID ET DIC EI
NONNE TU DOMINE MI REX IURASTI
MIHI ANCILLAE TUAE DICENS
QUOD SALOMON FILIUS TUUS
REGNAUIT POST ME
ET IPSE SEDEBIT IN SOLIO MEO
QUARE ERGO REGNAUIT ADONIAS
ET ADHUC IBI TE LOQUENTE
CUM REGE
EGO UENIAM POST TE ET CONPLEBO
SERMONES TUOS
INGRESSA EST ITAQUE BETHSABEE
AD REGEM IN CUBICULO
REX AUTEM SENUERAT NIMIS
ET ABISAG SUNAMITIS
MINISTRABAT EI

INCLINAUIT SE BETHSABEE
ET ADORAUIT REGEM
AD QUAM REX QUID TIBI INQUIT UIS
QUAE RESPONDENS AIT
DOMINE MI TU IURASTI PER DNM
DM TUUM ANCILLAE TUAE
SALOMON FILIUS TUUS
REGNAUIT POST ME
ET IPSE SEDEBIT IN SOLIO MEO
ET ECCE NUNC ADONIAS REGNAUIT
TE DOMINE MI REX IGNORANTE
MACTAUIT BOUES ET PINGUIA
QUAEQ· ET ARIETES PLURIMOS
ET UOCAUIT OMNES FILIOS REGIS
ABIATHAR QUOQUE SACERDOTEM
ET IOAB PRINCIPEM MILITIAE
SALOMONEM AUTEM SERUUM
TUUM NON UOCAUIT
UERUM TAMEN DOMINE MI REX
IN TE OCULI RESPICIUNT
TOTIUS ISRAHEL
UT INDICES EIS QUI SEDERE DEBEAT
IN SOLIO TUO DOMINE MI REX
POST TE
ERITQUE CUM DORMIERIT
DOMINUS MEUS REX
CUM PATRIBUS SUIS
ERIMUS EGO ET FILIUS MEUS
SALOMON PECCATORES
ADHUC ILLA LOQUENTE CUM REGE
NATHAN PROPHETES UENIT
ET NUNTIAUERUNT REGI DICENTES
ADEST NATHAN PROPHETA
CUMQUE INTROISSET ANTE CON
SPECTUM REGIS
ET ADORASSET EUM PRONUS
IN TERRAM DIXIT NATHAN
DOMINE MI REX TU DIXISTI
ADONIAS REGNET POST ME
ET IPSE SEDEAT SUPER
THRONUM MEUM
QUIA DESCENDIT HODIE ET IMMO
LAUIT BOUES ET PINGUIA
ET ARIETES PLURIMOS

ET UOCAUIT UNIUERSOS FILIOS REGIS
ET PRINCIPES EXERCITUS
ABIATHAR QUOQUE SACERDOTEM
ILLISQ· UESCENTIBUS ET BIBENTIBUS
CORAM EO
ET DICENTIBUS UIUAT REX ADONIAS
ME SERUUM TUUM ET SADOC
SACERDOTEM ET BANAIAM
FILIUM IOIADAE
ET SALOMONEM FAMULUM TUUM
NON UOCAUIT
NUMQUID A DOMINO MEO REGE
EXIUIT HOC UERBUM
ET MIHI NON INDICASTI SERUO TUO
QUIS SESSURUS ESSET SUPER
THRONUM DNI MEI REGIS
POST EUM
ET RESPONDIT REX DAUID DICENS
UOCATE AD ME BETHSABEE
QUAE CUM FUISSET INGRESSA
CORAM REGE ET STETISSET
ANTE EUM IURAUIT REX ET AIT
UIUIT DNS QUI ERUIT ANIMAM MEAM
DE OMNI ANGUSTIA
QUIA SICUT IURAUI TIBI PER DNM
DM ISRAHEL DICENS
SALOMON FILIUS TUUS REGNAUIT
POST ME
ET IPSE SEDEBIT SUPER SOLIUM
MEUM PRO ME
SIC FACIAM HODIE
SUMMISSOQUE BETHSABEE
IN TERRAM UULTU ADORAUIT
REGEM DICENS
UIUAT DNS MEUS REX DAUID
IN AETERNUM
DIXIT QUOQ· REX DAUID
UOCATE MIHI SADOC SACERDOTEM
ET NATHAN PROPHETEN
ET BANAIAM FILIUM IOIADAE
QUI CUM INGRESSI FUISSENT
CORAM REGE DIXIT AD EOS
TOLLITE UOBISCUM SERUOS
DOMINI UESTRI

ET INPONITE SALOMONEM FILIUM
MEUM SUPER MULAM MEAM
ET DUCITE EUM IN GION
ET UNGUAT EUM IBI SADOC
SACERDOS ET NATHAN PROPHETA
IN REGEM SUPER ISRAHEL
ET CANETIS BUCINA ADQ· DICETIS
UIUAT REX SALOMON
ET ASCENDETIS POST EUM
ET UENIETIS
ET SEDEBIT SUPER SOLIUM MEUM
ET IPSE REGNAUIT PRO ME
ILLIQUE PRAECIPIAM UT SIT DUX
SUPER ISRL ET SUPER IUDAM
ET RESPONDIT BANAIAS
FILIUS IOIADAE REGI
DICENS AMEN
SIC LOQUATUR DNS DS
DOMINI MEI REGIS
QUOMODO FUIT DNS CUM DOMINO
MEO REGE SIC SIT
CUM SALOMONE
ET SUBLIMIUS FACIAT SOLIUM EIUS
A SOLIO DOMINI MEI
REGIS DAUID
DESCENDIT ERGO SADOC SACERDOS
ET NATHAN PROPHETA
ET BANAIAS FILIUS IOIADAE
ET CHERETHEI ET PHELETHEI
ET INPOSUERUNT SALOMONEM
SUPER MULAM REGIS DAUID
ET ADDUXERUNT EUM IN GION
SUMPSITQUE SADOC SACERDOS
CORNU OLEI DE TABERNACULO
ET UNXIT SALOMONEM
ET CECINERUNT BUCINA
ET DIXIT OMNIS POPULUS
UIUAT REX SALOMON
ET ASCENDIT UNIUERSA MULTI
TUDO POST EUM
ET POPULUS CANENTIUM TIBIIS
ET LAETANTIUM GAUDIO MAGNO
ET INSONUIT TERRA AD CLAMOREM
EORUM

AUDIUIT AUTEM ADONIAS ET OMNES
QUI INUITATI FUERANT AB EO
IAMQ· CONUIUIUM FINITUM ERAT
SED ET IOAB AUDITA UOCE TUBAE AIT
QUID SIBI UULT CLAMOR CIUITATIS
TUMULTUANTIS
ADHUC ILLO LOQUENTE IONATHAN
FILIUS ABIATHAR SACERDOTIS UENIT
CUI DIXIT ADONIA INGREDERE
QUIA UIR FORTIS ES ET BONA
NUNTIANS
RESPONDITQUE IONATHAN ADONIAE
NEQUAQUAM DOMINUS ENIM
NOSTER REX DAUID REGEM
CONSTITUIT SALOMONEM
MISITQ· CUM EO SADOC SACERDOTEM
ET NATHAN PROPHETAM
ET BANAIAM FILIUM IOIADAE
ET CHERETHI ET PHELETHI
ET INPOSUERUNT EUM
SUPER MULAM REGIS
UNXERUNTQUE EUM SADOC
SACERDOS ET NATHAN PROPHETA
REGEM IN GION
ET ASCENDERUNT INDE LAETANTES
ET INSONUIT CIUITAS
HAEC EST UOX QUAM AUDISTIS
SED ET SALOMON SEDIT
SUPER SOLIO REGNI
ET INGRESSI SERUI REGIS BENEDIX
ERUNT DOMINO NOSTRO REGI
DAUID DICENTES
AMPLIFICET DS NOMEN SALOMONIS
SUPER NOMEN TUUM
ET MAGNIFICET THRONUM EIUS
SUPER THRONUM TUUM
ET ADORAUIT REX IN LECTULO SUO
INSUPER ET HAEC LOCUTUS EST
BENEDICTUS DNS DS ISRAHEL
QUI DEDIT HODIE SEDENTEM
IN SOLIO MEO UIDENTIBUS
OCULIS MEIS
TERRITI SUNT ERGO ET SURREXE
RUNT OMNES QUI INUITATI
FUERANT AB ADONIA
ET IUIT UNUSQUISQUE IN UIAM SUAM
ADONIAS AUTEM TIMENS
SALOMONEM
SURREXIT ET ABIIT TENUITQUE
CORNUA ALTARIS
ET NUNTIAUERUNT SALOMONI
DICENTES
ECCE ADONIAS TIMENS REGEM
SALOMONEM TENUIT CORNUA
ALTARIS DICENS
IURET MIHI HODIE REX SALOMON
QUOD NON INTERFICIAT
SERUUM SUUM GLADIO
DIXITQUE SALOMON
SI FUERIT UIR BONUS NON CADET
NE UNUS QUIDEM CAPILLUS
EIUS IN TERRAM
SIN AUTEM MALUM INUENTUM
FUERIT IN EO MORIETUR
MISIT ERGO REX SALOMON
ET EDUXIT EUM AB ALTARI
ET INGRESSUS ADORAUIT REGEM
SALOMONEM
DIXITQUE EI SALOMON UADE
IN DOMUM TUAM
II ADPROPINQUAUERANT AUTEM
DIES DAUID UT MORERETUR
PRAECEPITQUE SALOMONI
FILIO SUO DICENS
EGO INGREDIOR UIAM
UNIUERSAE TERRAE
CONFORTARE ET ESTO UIR
ET OBSERUA CUSTODIAS DNI DI TUI
UT AMBULES IN UIIS EIUS
ET CUSTODIAS CAERIMONIAS EIUS
ET PRAECEPTA EIUS
ET IUDICIA ET TESTIMONIA
SICUT SCRIPTUM EST
IN LEGE MOYSI
UT INTELLEGAS UNIUERSA
QUAE FACIS
ET QUOCUMQUE TE UERTERIS
UT CONFIRMET DNS SERMONES SUOS

QUOS LOCUTUS EST DE ME DICENS
SI CUSTODIERINT FILII TUI UIAM SUA̅
ET AMBULAUERINT CORAM ME
IN UERITATE
IN OMNI CORDE SUO ET IN OMNI
ANIMA SUA
NON AUFERETUR UIR TIBI
DE SOLIO ISRAHEL.
TU QUOQUE NOSTI QUAE FECERIT
MIHI IOAB FILIUS SARUIAE
QUAE FECERIT DUOB· PRINCIPIB·
EXERCITUS ISRAHEL.
ABNER FILIO NER ET AMASA
FILIO IETER
QUOS OCCIDIT ET EFFUDIT SAN
GUINEM BELLI IN PACE
ET POSUIT CRUOREM PROELII
IN BALTEO SUO QUI ERAT
CIRCA LUMBOS EIUS
ET IN CALCIAMENTO SUO QUOD ERAT
IN PEDIBUS EIUS
FACIES ERGO IUXTA SAPIENTIAM TUA̅
ET NON DEDUCES CANITIEM EIUS
PACIFICE AD INFEROS
SED ET FILIIS BERZELLAI
GALAADITIS REDDES GRATIAM
ERUNTQUE COMEDENTES II
IN MENSA TUA
OCCURRERUNT ENIM MIHI
QUANDO FUGIEBAM A FACIE
ABSALOM FRATRIS TUI
HABES QUOQUE APUD TE SEMEI
FILIUM GERA FILII IEMINI
DE BAURIM
QUI MALEDIXIT MIHI MALEDICTIONE
PESSIMA QUANDO IBAM
AD CASTRA
SED QUIA DESCENDIT MIHI
IN OCCURSUM CUM TRANSIREM
IORDANEM
ET IURAUI EI PER DN̅M DICENS
NON TE INTERFICIAM GLADIO
TU NOLI PATI ESSE EUM INNOXIUM
UIR AUTEM SAPIENS ES ET SCIES
QUAE FACIAS EI
DEDUCESQUE CANOS EIUS CUM
SANGUINE AD INFERNUM
DORMIUIT IGITUR DAUID
CUM PATRIBUS SUIS
ET SEPULTUS EST IN CIUITATE DAUID
DIES AUTEM QUIBUS REGNAUIT
DAUID SUPER ISRAHEL
QUADRAGINTA ANNI SUNT
IN HEBRON REGNAUIT SEPTEM ANNIS
IN HIERUSALEM TRIGINTA TRIBUS
SALOMON AUTEM SEDIT SUPER
THRONUM DAUID PATRIS SUI
ET FIRMATUM EST REGNUM
EIUS NIMIS
III ET INGRESSUS EST ADONIAS
FILIUS AGGITH AD BETHSABEE
MATREM SALOMONIS
QUAE DIXIT EI PACIFICUS
NE INGRESSUS TUUS
QUI RESPONDIT PACIFICUS
ADDIDITQUE
SERMO MIHI EST AD TE
CUI AIT LOQUERE ET ILLE
TU INQUIT NOSTI QUIA MEUM
ERAT REGNUM
ET ME PROPOSUERAT OMNIS ISR̅L
SIBI IN REGEM
SED TRANSLATUM EST REGNUM
ET FACTUM EST FRATRIS MEI
A DN̅O ENIM CONSTITUTUM EST EI
NUNC ERGO PETITIONEM UNAM
DEPRAECOR A TE NE CON
FUNDAS FACIEM MEAM
QUAE DIXIT AD EUM LOQUERE
ET ILLE AIT
PRECOR UT DICAS SALAMONI REGI
NEQUE ENIM NEGARE TIBI
QUICQUAM POTEST
UT DET MIHI ABISAC SUNAMITIN
IN UXOREM
ET AIT BETHSABEE BENE EGO
LOQUAR PRO TE REGI
UENIT ERGO BETHSABEE AD REGEM

SALOMONEM UT LOQUERETUR
EI PRO ADONIA
ET SURREXIT REX IN OCCURSUM EIUS
ADORAUITQUE EAM ET SEDIT
SUPER THRONUM SUUM
POSITUSQUE EST THRONUS
MATRIS EIUS
QUAE SEDIT AD DEXTERAM EIUS
DIXITQUE EI
PETITIONEM UNAM PARUULAM
EGO DEPRECOR A TE
NE CONFUNDAS FACIEM MEAM
DIXIT EI REX PETE MATER MI
NEQUE ENIM FAS EST
UT AUERTAM FACIEM TUAM
QUAE AIT DETUR ABISAG SUNAMITIS
ADONIAE FRATRI TUO UXOR
RESPONDITQUE REX SALOMON
ET DIXIT MATRI SUAE
QUARE POSTULAS ABISAG
SUNAMITIN ADONIAE
POSTULA EI ET REGNUM
IPSE EST ENIM FRATER MEUS
MAIOR ME
ET HABET ABIATHAR SACERDOTEM
ET IOAB FILIUM SARUIAE
IURAUIT ITAQUE REX SALOMON
PER DNM DICENS
HAEC FACIAT MIHI DS
ET HAEC ADDAT
QUIA CONTRA ANIMAM SUAM
LOCUTUS EST ADONIAS
UERBUM HOC
ET NUNC UIUIT DNS
QUI FIRMAUIT ME
ET CONLOCAUIT SUPER SOLIUM
DAUID PATRIS MEI
ET QUI FECIT MIHI DOMUM
SICUT LOCUTUS EST
QUIA HODIE OCCIDETUR ADONIAS
MISITQUE REX SALOMON PER
MANUM BANAIAE FILII IOIADAE
QUI INTERFECIT EUM
ET MORTUUS EST

ABIATHAR QUOQUE SACERDOTI
DIXIT REX
UADE IN ANATHOT AD AGRUM TUUM
ES QUIDEM UIR MORTIS
SED HODIE TE NON INTERFICIAM
QUIA PORTASTI ARCAM DNI DI
CORAM DAUID PATRE MEO
ET SUSTINUISTI LABOREM
IN OMNIBUS IN QUIB. LABORAUIT
PATER MEUS
EIECIT ERGO SALOMON ABIATHAR
UT NON ESSET SACERDOS DNI
UT IMPLERETUR SERMO DNI
QUEM LOCUTUS EST SUPER
DOMUM HELI IN SILO
IIII UENIT AUTEM NUNTIUS AD IOAB salomone
QUOD IOAB DECLINASSET POST
ADONIAM ET POST SALOMONEM
NON DECLINASSET
FUGIT ERGO IOAB IN TABER
NACULUM DNI
ET ADPREHENDIT CORNU ALTARIS
NUNTIATUMQUE EST REGI
SALOMONI
QUOD FUGISSET IOAB IN TABER
NACULUM DNI ET ESSET
IUXTA ALTARE
MISITQUE SALOMON BANAIAM
FILIUM IOIADAE DICENS
UADE INTERFICE EUM
UENIT BANAIAS AD TABERNACULUM
DNI ET DIXIT EI
HAEC DICIT REX EGREDERE
QUI AIT NON EGREDIAR
SED HIC MORIAR
RENUNTIAUIT BANAIAS REGI
SERMONEM DICENS
HAEC LOCUTUS EST IOAB
ET HAEC RESPONDIT MIHI
DIXITQUE EI REX FAC SICUT
LOCUTUS EST ET INTERFICE
EUM ET SEPELI
ET AMOUEBIS SANGUINEM
INNOCENTEM

QUI EFFUSUS EST A IOAB
A ME ET A DOMO PATRIS MEI
ET REDDAT DNS SANGUINEM EIUS
SUPER CAPUT EIUS
QUIA INTERFECIT DUOS UIROS
IUSTOS MELIORESQ· SE
ET OCCIDIT EOS GLADIO PATRE MEO
DAUID IGNORANTE
ABNER FILIUM NER PRINCIPEM
MILITIAE ISRAHEL
ET AMASA FILIUM IETHER
PRINCIPEM EXERCITUS IUDA
ET REUERTETUR SANGUIS ILLORUM
IN CAPUT IOAB
ET IN CAPUT SEMINIS EIUS
IN SEMPITERNUM
DAUID AUTEM ET SEMINI EIUS
ET DOMUI ET THRONO ILLIUS
SIT PAX USQUE IN AETERNUM
A DNO
ASCENDIT ITAQUE BANAIAS FILIUS
IOIADA ET ADGRESSUS EUM
INTERFECIT
SEPULTUSQUE EST IN DOMO SUA
IN DESERTO
ET CONSTITUIT REX BANAIAM
FILIUM IOIADA PRO EO SUPER
EXERCITUM
ET SADOC SACERDOTEM POSUIT
PRO ABIATHAR
u MISIT QUOQUE REX ET UOCAUIT
SEMEI DIXITQUE EI
AEDIFICA TIBI DOMUM IN HIERUSALE͞
ET HABITA IBI
ET NON EGREDIERIS INDE HUC
ADQUE ILLUC
QUACUMQUE AUTEM DIE
EGRESSUS FUERIS
ET TRANSIERIS TORRENTEM
CEDRON
SCITO TE INTERFICIENDUM
SANGUIS TUUS ERIT SUPER
CAPUT TUUM
DIXITQUE SEMEI REGI
BONUS SERMO
SICUT LOCUTUS EST DOMINUS
MEUS REX SIC FACIET
SERUUS TUUS
HABITAUIT ITAQUE SEMEI IN HIERU
SALEM DIEBUS MULTIS
FACTUM EST AUTEM POST
ANNOS TRES
UT FUGERENT SERUI SEMEI
AD ACHIS FILIUM MAACHA
REGEM GETH
NUNTIATUMQUE EST SEMEI
QUOD SERUI EIUS ESSENT
IN GETH
ET SURREXIT SEMEI ET STRAUIT
ASINUM SUUM
IBITQUE IN GETH AD ACHIS
AD REQUIRENDOS SERUOS SUOS
ET ADDUXIT EOS DE GETH
NUNTIATUM EST AUTEM SALOMONI
QUOD ISSET SEMEI IN GETH
DE HIERUSALEM ET REDISSET
ET MITTENS UOCAUIT EUM
DIXITQUE ILLI
NONNE TESTIFICATUS SUM TIBI
PER DNM ET PRAEDIXI TIBI
QUACUMQUE DIE EGRESSUS
IERIS HUC ET ILLUC SCITO
TE ESSE MORITURUM
ET RESPONDISTI MIHI BONUS
SERMO AUDIUI
QUARE ERGO NON CUSTODISTI
IUS IURANDUM DNI
ET PRAECEPTUM QUOD PRAECE
PERAM TIBI, DIXITQUE REX
AD SEMEI
TU NOSTI OMNE MALUM CUIUS
TIBI CONSCIUM EST COR TUUM
QUOD FECISTI DAUID PATRI MEO
REDDIDIT DNS MALITIAM TUAM
IN CAPUT TUUM
ET REX SALOMON BENEDICTUS
ET THRONUS DAUID ERIT STABILIS
CORAM DNO USQ· IN SEMPITERNU͞·

IUSSIT ITAQUE REX BANAIAE
FILIO IOIADAE
QUI EGRESSUS PERCUSSIT EUM
ET MORTUUS EST
III CONFIRMATUM EST IGITUR REGNUM
IN MANU SALOMONIS
ET ADFINITATE CONIUNCTUS EST
FARAONI REGI AEGYPTI
ACCEPIT NAMQUE FILIAM EIUS
ET ADDUXIT IN CIUITATEM DAUID
DONEC CONPLERET AEDIFICANS
DOMUM SUAM ET DOMUM DNI
ET MURUM HIERUSALEM
PER CIRCUITUM
ET TAMEN POPULUS IMMOLABAT
IN EXCELSIS
NON ENIM AEDIFICATUM ERAT
TEMPLUM NOMINI DNI
USQUE IN DIE ILLO
DILEXIT AUTEM SALOMON DNM
AMBULANS IN PRAECEPTIS DAUID
PATRIS SUI
EXCEPTO QUOD IN EXCELSIS
IMMOLABAT ET ACCENDEBAT
THYMIAMA
IIII ABIIT ITAQUE IN GABAON
UT IMMOLARET IBI
ILLUD QUIPPE ERAT EXCELSUM
MAXIMUM
MILLE HOSTIAS IN HOLOCAUSTUM
OBTULIT SALOMON SUPER
ALTARE ILLUD
IN GABAON APPARUIT DNS
SALOMONI PER SOMNIUM
NOCTE DICENS POSTULA
QUOD UIS UT DEM TIBI
ET AIT SALOMON
TU FECISTI CUM SERUO TUO DAUID
PATRE MEO MISERICORDIAM
MAGNAM
SICUT AMBULAUIT IN CONSPECTU
TUO IN UERITATE ET IUSTITIA
ET RECTO CORDE TECUM
CUSTODISTI EI MISERICORDIAM
TUAM GRANDEM
ET DEDISTI EI FILIUM SEDENTEM
SUPER THRONUM EIUS
SICUT ET HODIE
ET NUNC DNE DS TU REGNARE
FECISTI SERUUM TUUM
PRO DAUID PATRE MEO
EGO AUTEM SUM PUER PARUUS
ET IGNORANS EGRESSUM
ET INTROITUM MEUM
ET SERUUS TUUS IN MEDIO EST
POPULI QUEM ELEGISTI
POPULI INFINITI QUI NUMERARI
ET SUPPUTARI NON POTEST
PRAE MULTITUDINE
DABIS ERGO SERUO TUO
COR DOCILE
UT IUDICARE POSSIT POPULUM
TUUM ET DISCERNERE
INTER MALUM ET BONUM
QUIS ENIM POTEST IUDICARE
POPULUM ISTUM
POPULUM TUUM HUNC MULTUM
PLACUIT ERGO SERMO CORAM DNO
QUOD SALOMON REM HUIUS
CEMODI POSTULASSET
ET DIXIT DNS SALOMONI
QUIA POSTULASTI UERBUM HOC
ET NON PETISTI TIBI
DIES MULTOS
NEC DIUITIAS AUT ANIMAM
INIMICORUM TUORUM
SED POSTULASTI TIBI SAPIENTIAM
AD DISCERNENDUM IUDICIUM
ECCE FECI TIBI SECUNDUM
SERMONES TUOS
ET DEDI TIBI COR SAPIENS
ET INTELLEGENS
IN TANTUM UT NULLUS ANTE TE
SIMILIS TUI FUERIT
NEC POST TE SURRECTURUS SIT
SED ET HAEC QUAE NON POSTU
LASTI DEDI TIBI
DIUITIAS SCILICET ET GLORIAM

UT NEMO FUERIT SIMILIS TUI
IN REGIBUS CUNCTIS RETRO DIEB;
SI AUTEM AMBULAVERIS
IN VIIS MEIS
ET CUSTODIERIS PRAECEPTA MEA
ET MANDATA MEA
SICUT AMBULAVIT PATER TUUS
LONGOS FACIAM DIES TUOS
IGITUR EVIGILAVIT SALOMON
ET INTELLEXIT QUOD ESSET SOMNIUM
CUMQ; VENISSET HIERUSALEM
STETIT CORAM ARCA FOEDERIS DÑI
ET OBTULIT HOLOCAUSTA
ET FECIT VICTIMAS PACIFICAS
ET GRANDE CONVIVIUM
UNIVERSIS FAMULIS SUIS
IIII TUNC VENERUNT DUAE MULIERES
MERETRICES AD REGEM
STETERUNTQUE CORAM EO
QUARUM UNA AIT OBSECRO MI
DOMINE
EGO ET MULIER HAEC HABITABAMUS
IN DOMO UNA ET PEPERI APUD
EAM IN CUBICULO
TERTIA VERO DIE POSTQUAM
EGO PEPERI PEPERIT ET HAEC
ET ERAMUS SIMUL
NULLUSQUE ALIUS IN DOMO
NOBISCUM EXCEPTIS NOBIS
DUABUS
MORTUUS EST AUTEM FILIUS
MULIERIS HUIUS NOCTE
DORMIENS QUIPPE
OBPRESSIT EUM
ET CONSURGENS INTEMPESTA
NOCTE SILENTIO
TULIT FILIUM MEUM DE LATERE
MEO ANCILLAE TUAE
DORMIENTIS
ET CONLOCAVIT IN SINU SUO
SUUM AUTEM FILIUM QUI ERAT
MORTUUS POSUIT IN SINU MEO
CUMQUE SURREXISSEM MANE
UT DAREM LAC FILIO MEO
APPARUIT MORTUUS
QUEM DILIGENTIUS INTUENS
CLARA LUCE
DEPREHENDI NON ESSE MEUM
QUEM GENUERAM
RESPONDITQ; ALTERA MULIER
NON EST ITA
SED FILIUS TUUS MORTUUS EST
MEUS AUTEM VIVIT
E CONTRARIO ILLA DICEBAT MENTIRIS
FILIUS QUIPPE MEUS VIVIT
ET FILIUS TUUS MORTUUS EST
ATQUE IN HUNC MODUM CONTEN
DEBANT CORAM REGE
TUNC REX AIT
HAEC DICIT FILIUS MEUS VIVIT
ET FILIUS TUUS MORTUUS EST
ET ISTA RESPONDIT NON
SED FILIUS TUUS MORTUUS EST
ET FILIUS MEUS VIVIT
DIXIT ERGO REX
ADFERTE MIHI GLADIUM
CUMQUE ADTULISSENT GLADIUM
CORAM REGE
DIVIDITE INQUIT INFANTEM VIVUM
IN DUAS PARTES
ET DATE DIMIDIAM PARTEM UNI
ET DIMIDIAM PARTEM ALTERI
DIXIT AUTEM MULIER CUIUS
FILIUS ERAT VIVUS AD REGEM
COMMOTA SUNT QUIPPE VISCERA
EIUS SUPER FILIO SUO
OBSECRO DÑE DATE ILLI INFANTEM
VIVUM ET NOLITE INTER
FICERE EUM
CONTRA ILLA DICEBAT
NEC MIHI NEC TIBI SIT DIVIDATUR
RESPONDENS REX AIT
DATE HUIC INFANTEM VIVUM
ET NON OCCIDATUR
HAEC EST MATER EIUS
AUDIVIT ITAQUE OMNIS ISRAHEL
IUDICIUM QUOD IUDICASSET
REX ET TIMUERUNT REGEM

UIDENTES SAPIENTIAM DI ESSE
IN EO AD FACIENDUM IUDICIUM
.XIIII. ERAT AUTEM REX SALOMON
REGNANS SUPER OMNEM ISRL.
ET HI PRINCIPES QUOS HABEBAT
AZARIAS FILIUS SADOC SACERDOS
HELI OREPH ET AHIA
FILII SESA SCRIBAE
IOSAFAT FILIUS AHILUD
A COMMENTARIIS
BANAIAS FILIUS IOIADAE
SUPER EXERCITUM
SADOC AUTEM ET ABIATHAR
SACERDOTES
AZARIAS FILIUS NATHAN SUPER EOS
QUI ADSISTEBANT REGI
ZABUD FILIUS NATHAN SACERDOS
AMICUS REGIS
ET HAISAR PRAEPOSITUS DOMUS
ET ADONIRAM FILIUS ABDA
SUPER TRIBUTA
HABEBAT AUTEM SALOMON
DUODECIM PRAEFECTOS
SUPER OMNEM ISRAHEL
QUI PRAEBEBANT ANNONAM REGI
ET DOMUI EIUS
PER SINGULOS ENIM MENSES
IN ANNO SINGULI NECESSARIA
MINISTRABANT
ET HAEC NOMINA EORUM
BENHUR IN MONTE EPHRAIM
BENDECAR IN MACCES
ET IN SALEBBIM ET IN BETHSEMES
ET HELON BETHANAN
BENESED IN AROBOTH IPSIUS ERAT
SOCCHO ET OMNIS TERRA EPHER
BENABINADAB CUIUS OMNIS
NEPTHAD, DORTAPHETH
FILIAM SALOMONIS
HABEBAT UXOREM
BANA FILIUS AHILUD REGEBAT
BATTHANAE ET MAGEDDO
ET UNIUERSAM BETHSAN
QUAE EST IUXTA SARTHANA
SUBTER IEZRAHEL A BETHSAN
USQUE AD BELMEULA
ET REGIONE IECMAAN
BENGABER IN RAMOTH GALAAD
HABEBAT AUOTHIAIR
FILII MANASSE IN GALAAD
IPSE PRAEERAT IN OMNI REGIONE
ARGOB QUAE EST IN BASAN
SEXAGINTA CIUITATIBUS MAGNIS
ADQUE MURATIS QUAE HABEBANT
SERAS AEREAS
AHINADAB FILIUS ADDO PRAEERAT
IN MANAIM
AHIMAAS IN NEPTHALI, SED ET IPSE
HABEBAT BASMATH FILIAM
SALOMONIS IN CONIUGIO
BAANA FILIUS USI IN ASER
ET IN BALOD
IOSAPHAT FILIUS PHARUE
IN ISSACHAR
SEMEI FILIUS HELA IN BENIAMIN
GABER FILIUS URI IN TERRA GALAAD
IN TERRA SEON REGIS AMORREI
ET OG REGIS BASAN SUPER OMNIA
QUAE ERANT IN ILLA TERRA
IUDA ET ISRAHEL INNUMERABILES
SICUT HARENA MARIS
IN MULTITUDINE
COMEDENTES ET BIBENTES
ADQ. LAETANTES
SALOMON AUTEM ERAT IN DICIONE
SUA HABENS OMNIA REGNA
SICUT A FLUMINE TERRAE
PHILISTHIIM USQUE
AD TERMINUM AEGYPTI
OFFERENTIUM SIBI MUNERA
ET SERUIENTIUM EI CUNCTIS
DIEBUS UITAE EIUS
ERAT AUTEM CIBUS SALOMONIS
PER DIES SINGULOS
TRIGINTA CHORI SIMILAE
ET SEXAGINTA CHORI FARINAE
DECEM BOUES PINGUES
ET UIGINTI BOUES PASCUALES

ET CENTUM ARIETES
EXCEPTA UENATIONE CERUORUM
CAPREARUM ADQ· BUBALORUM
ET AUIUM ALTILIUM
IPSE ENIM OBTINEBAT OMNEM
REGIONEM QUAE ERAT
TRANS FLUMEN
QUASI A THAPHSA USQ· GAZAM
ET CUNCTOS REGES ILLARUM
REGIONUM
ET HABEBAT PACEM EX OMNI
PARTE IN CIRCUITU
HABITABATQUE IUDAS ET ISRAHEL
ABSQ· TIMORE ULLO
UNUSQUISQUE SUB UITE SUA
ET SUB FICU SUA
A DAN USQUE BERSABEE CUNCTIS
DIEBUS SALOMONIS
ET HABEBAT SALOMON QUADRAGINTA
MILIA PRAESEPIA EQUORUM
CURRUUM
ET DUODECIM MILIA EQUESTRIUM
NUTRIEBANTQUE EOS SUPRADICTI
REGIS PRAEFECTI
SED ET NECESSARIA MENSAE REGIS
SALOMONIS CUM INGENTI CURA
PRAEBEBANT IN TEMPORE SUO
HORDEUM QUOQUE ET PALEAS
EQUORUM ET IUMENTORUM
DEFEREBANT IN LOCUM
UBI ERAT REX
IUXTA CONSTITUTUM SIBI
DEDIT QUOQUE DS SAPIENTIAM
SALOMONI ET PRUDENTIAM
MULTAM NIMIS
ET LATITUDINEM CORDIS QUASI
HARENAM QUAE EST
IN LITORE MARIS
ET PRAECEDEBAT SAPIENTIA
SALOMONIS SAPIENTIAM OMNIUM
ORIENTALIUM ET AEGYPTIORUM
ET ERAT SAPIENTIOR
CUNCTIS HOMINIBUS
SAPIENTIOR AETHAN EZRAITA
ET HEMAN ET CHALCAL
ET DORDA FILIIS MAOL
ET ERAT NOMINATUS IN UNIUERSIS
GENTIBUS PER CIRCUITUM
LOCUTUS EST QUOQUE SALOMON
TRIA MILIA PARABOLAS
ET FUERUNT CARMINA EIUS
QUINQUE ET MILLE
ET DISPUTAUIT SUPER LIGNIS
A CAEDRO QUAE EST IN LIBANO
USQUE AD HYSOPUM
QUAE EGREDITUR DE PARIETE
ET DISSERUIT DE IUMENTIS
ET UOLUCRIB· ET REPTILIBUS
ET PISCIBUS
ET UENIEBANT DE CUNCTIS
POPULIS AD AUDIENDAM
SAPIENTIAM SALOMONIS
ET AB UNIUERSIS REGIBUS TERRAE
QUI AUDIEBANT SAPIENTIAM EIUS
CIIII MISIT QUOQUE HIRAM REX TYRI
SERUOS SUOS AD SALOMONEM
AUDIUIT ENIM QUOD IPSUM
UNXISSENT REGEM
PRO PATRE EIUS
QUIA AMICUS FUERAT HIRAM
DAUID OMNI TEMPORE
MISIT AUTEM ET SALOMON
AD HIRAM DICENS
TU SCIS UOLUNTATEM DAUID
PATRIS MEI
ET QUIA NON POTUERIT AEDIFICARE
DOMUM NOMINI DNI DI SUI
PROPTER BELLA IMMINENTIA
PER CIRCUITUM
DONEC DARET DNS EOS
SUB UESTIGIO PEDUM EIUS
NUNC AUTEM REQUIEM DEDIT
DS MEUS MIHI PER CIRCUITUM
NON EST SATAN NEQUE
OCCURSUS MALUS
QUAM OBREM COGITO
AEDIFICARE TEMPLUM
NOMINI DNI DI MEI

SICUT LOCUTUS EST DNS DAUID
PATRI MEO DICENS
FILIUS TUUS QUEM DABO PRO TE
SUPER SOLIUM TUUM IPSE
AEDIFICABIT DOMUM
NOMINI MEO
PRAECIPE IGITUR UT PRAECIDANT
MIHI CEDROS DE LIBANO
ET SERUI MEI SINT CUM SERUIS TUIS
MERCEDEM AUTEM SERUORUM
TUORUM DABO TIBI QUAMCUMQ·
PRAECEPERIS
SCIS ENIM QUONIAM NON EST
IN POPULO MEO UIR QUI NOUERIT
LIGNA CAEDERE SICUT SIDONII
CUM ERGO AUDISSET HIRAM
UERBA SALOMONIS
LAETATUS EST UALDE ET AIT
BENEDICTUS DNS HODIE
QUI DEDIT DAUID FILIUM
SAPIENTISSIMUM
SUPER POPULUM HUNC
PLURIMUM
ET MISIT HIRAM AD SALOMONEM
DICENS
AUDIUI QUAECUMQ· MANDASTI MIHI
EGO FACIAM OMNEM UOLUNTATEM
TUAM IN LIGNIS CAEDRINIS
ET ABIEGNIS
SERUI MEI DEPONENT EA
DE LIBANO AD MARE
ET EGO COMPONAM EA IN RATIBUS
IN MARI
USQUE AD LOCUM QUEM
SIGNIFICAUERIS MIHI
ET APPLICABO EA IBI ET TU TOLLES EA
PRAEBEBISQ· NECESSARIA MIHI
UT DETUR CIBUS DOMUI MEAE
ITAQUE HIRAM DABAT SALOMONI
LIGNA CAEDRINA ET LIGNA ABIEGNA
IUXTA OMNEM UOLUNTATEM EIUS
SALOMON AUTEM PRAEBEBAT HIRAM
UIGINTI MILIA CORORUM TRITICI
IN CIBUM DOMUI EIUS

ET UIGINTI CHOROS PURISSIMI OLEI
HAEC TRIBUEBAT SALOMON HIRAM
PER ANNOS SINGULOS
DEDIT QUOQUE DNS SAPIENTIAM
SALOMONI SICUT LOCUTUS EST EI
ET ERAT PAX INTER HIRAM
ET SALOMONEM
ET PERCUSSERUNT FOEDUS AMBO
LEGITQUE REX SALOMON OPERAS
DE OMNI ISRAHEL
ET ERAT INDICTIO TRIGINTA MILIA
UIRORUM MITTEBATQ· EOS
IN LIBANO
DECEM MILIA PER MENSES
SINGULOS UICISSIM
ITA UT DUOBUS MENSIBUS ESSENT
IN DOMIBUS SUIS
ET ADONIRAM ERAT SUPER HUIUS
CEMODI INDICTIONE
FUERUNT ITAQUE SALOMONI
SEPTUAGINTA MILIA EORUM
QUI ONERA PORTABANT
ET OCTOGINTA MILIA LATOMORUM
IN MONTE
ABSQUE PRAEPOSITIS QUI PRAE
ERANT SINGULIS OPERIBUS
NUMERO TRIUM MILIUM
ET TRECENTORUM
PRAECIPIENTIUM POPULO ET HIS
QUI FACIEBANT OPUS
PRAECEPIT QUE REX UT TOLLERENT
LAPIDES GRANDES
LAPIDES PRETIOSOS IN FUNDAMENTU
TEMPLI ET QUADRARENT EOS
QUOS DOLAUERUNT CAEMENTARII
SALOMONIS ET CAEMENTARII HIRA
PORRO BIBLII PRAEPARAUERUNT
LIGNA ET LAPIDES AD AEDIFI
CANDAM DOMUM
FACTUM EST IGITUR QUADRINGEN
TESIMO ET OCTOGENSIMO ANNO
EGRESSIONIS FILIORUM ISRAHEL
DE TERRA AEGYPTI
IN ANNO QUARTO MENSE ZIO

IPSE EST MENSIS SECUNDUS
REGIS SALOMONIS SUPER ISRAHEL
AEDIFICARE COEPIT DOMUM DÑO
DOMUS AUTEM QUAM AEDIFICABAT
REX SALOMON DÑO
HABEBAT SEXAGINTA CUBITOS
IN LONGITUDINE
ET UIGINTI CUBITOS IN LATITUDINE
ET TRIGINTA CUBITOS IN ALTITUDINE
ET PORTICUS ERAT ANTE TEMPLUM
UIGINTI CUBITORUM
LONGITUDINIS
IUXTA MENSURAM LATITUDINIS
TEMPLI
ET HABEBAT DECEM CUBITOS
LATITUDINIS ANTE FACIEM TEMPLI
FECITQUE IN TEMPLO FENESTRAS
OBLIQUAS ET AEDIFICABIT
SUPER PARIETEM TEMPLI
TABULATA PER GYRUM
IN PARIETIBUS DOMUS PER CIRCUI
TUM TEMPLI ET ORACULI
ET FECIT LATERA IN CIRCUITU
TABULATUM QUOD SUBTER ERAT
QUINQUE CUBITOS HABEBAT
LATITUDINIS
ET MEDIUM TABULATUM SEX
CUBITORUM LATITUDINIS
ET TERTIUM TABULATUM
SEPTEM HABENS CUBITOS
LATITUDINIS
TRABES AUTEM POSUIT IN DOMO
PER CIRCUITUM FORINSECUS
UT NON HERERENT MURIS TEMPLI
DOMUS AUTEM CUM AEDIFICARE
TUR LAPIDIBUS DEDOLATIS
ATQ· PERFECTIS AEDIFICATA EST
ET MALLEUS ET SECURIS ET OMNE
FERRAMENTUM NON SUNT
AUDITA IN DOMO CUM
AEDIFICARETUR
OSTIUM LATERIS MEDII IN PARTE
ERAT DOMUS DEXTERAE
ET PER COCLEAM ASCENDEBANT
IN MEDIUM CENACULUM
ET A MEDIO IN TERTIUM
ET AEDIFICAUIT DOMUM
ET CONSUMMAUIT EAM
TEXIT QUOQUE DOMUM
LAQUEARIB· CAEDRINIS
ET AEDIFICAUIT TABULATUM
SUPER OMNEM DOMUM QUINQ·
CUBITIS ALTITUDINIS
ET OPERUIT DOMUM LIGNIS
CEDRINIS
XI ET FACTUS EST SERMO DÑI
AD SALOMONEM DICENS
DOMUS HAEC QUAM AEDIFICAS
SI AMBULAUERIS IN PRAE
CEPTIS MEIS
ET IUDICIA MEA FECERIS
ET CUSTODIERIS OMNIA
MANDATA MEA GRADIENS PER EA
FIRMABO SERMONEM MEUM
TIBI QUEM LOCUTUS SUM
AD DAUID PATREM TUUM
ET HABITABO IN MEDIO
FILIORUM ISRAHEL
ET NON DERELINQUAM POPULUM
MEUM ISRAHEL
IGITUR AEDIFICAUIT SALOMON
DOMUM ET CONSUM
MAUIT EAM
ET AEDIFICAUIT PARIETES
DOMUS INTRINSECUS
TABULATIS CEDRINIS
A PAUIMENTO DOMUS USQUE
AD SUMMITATEM PARIETUM
ET USQ· AD LAQUEARIA
OPERUIT LIGNIS INTRINSECUS
ET TEXIT PAUIMENTUM DOMUS
TABULIS ABIEGNIS
AEDIFICAUITQUE UIGINTI
CUBITORUM AD POSTERIOREM
PARTEM TEMPLI TABULATA
CEDRINA
A PAUIMENTO USQUE
AD SUPERIORA

ET FECIT INTERIOREM DOMUM
ORACULI IN SCM SCORUM
PORRO QUADRAGINTA CUBITORUM
ERAT IPSUM TEMPLUM
PRO FORIBUS ORACULI
ET CAEDRO OMNIS DOMUS
INTRINSECUS UESTIEBATUR
HABENS TORNATURAS SUAS
ET IUNCTURAS FABREFACTAS
ET CAELATURAS EMINENTES
OMNIA CAEDRINIS TABULIS
UESTIEBANTUR
NEC OMNINO LAPIS APPARERE
POTERAT IN PARIETE
ORACULUM AUTEM IN MEDIO
DOMUS IN INTERIORI PARTE
FECERAT
UT PONERET IBI ARCAM
FOEDERIS DNI
PORRO ORACULUM HABEBAT
UIGINTI CUBITOS LONGITUDINIS
ET UIGINTI CUBITOS LATITUDINIS
ET UIGINTI CUBITOS ALTITUDINIS
ET OPERUIT ILLUD ADQ; UESTIUIT
AURO PURISSIMO
SED ET ALTARE UESTIUIT CAEDRO
DOMUM QUOQUE ANTE ORACULUM
OPERUIT AURO PURISSIMO
ET ADFIXIT LAMMINAS CLAUIS
AUREIS
NIHILQUE ERAT IN TEMPLO QUOD
NON AURO TEGERETUR
SED ET TOTUM ALTARE ORACULI
TEXIT AURO
ET FECIT IN ORACULO DUO
CHERUBIM DE LIGNIS
OLIUARUM
DECEM CUBITORUM ALTITUDINIS
QUINQUE CUBITORUM
ALA CHERUB UNA
ET QUINQUE CUBITORUM
ALA CHERUB ALTERA
ID EST DECEM CUBITOS HABENTES
A SUMMITATE ALAE USQ; AD ALAE
ALTERIUS SUMMITATEM
DECEM QUOQUE CUBITORUM ERAT
CHERUB SECUNDUS
MENSURA PARI
ET OPUS UNUM ERAT IN DUOBUS
CHERUBIM
ID EST ALTITUDINEM HABEBAT
UNUS CHERUB DECEM CUBITORUM
ET SIMILITER CHERUB SECUNDUS
POSUITQUE CHERUBIM IN MEDIO
TEMPLI INTERIORIS
EXTENDEBANT AUTEM ALAS SUAS
CHERUBIM
ET TANGEBAT ALA UNA PARIETEM
ET ALA CHERUB SECUNDI TANGEBAT
PARIETEM ALTERUM
ALAE AUTEM ALTERAE IN MEDIA
PARTE TEMPLI SE INUICEM
CONTINGEBANT· TEXIT QUOQUE
CHERUBIM AURO
ET OMNES PARIETES TEMPLI
PER CIRCUITUM SCALPSIT
UARIIS CELATURIS ET TORNO
ET FECIT IN EIS CHERUBIM ET PALMAS
ET PICTURAS UARIAS
QUASI PROMINENTES DE PARIETE
ET EGREDIENTES
SED ET PAUIMENTUM DOMUS
TEXIT AURO INTRINSECUS
ET EXTRINSECUS
ET IN INGRESSU ORACULI FECIT
OSTIOLA DE LIGNIS OLIUARUM
POSTESQ; ANGULORUM QUINQUE
ET DUO OSTIA DE LIGNIS OLIUARUM
ET SCALPSIT IN EIS PICTURAM
CHERUBIM
ET PALMARUM SPECIES
ET ANAGLYFA UALDE PROMINENTIA
ET TEXIT EA AURO
ET OPERUIT TAM CHERUBIM
QUAM PALMAS ET CETERA AURO
FECITQUE IN INTROITU TEMPLI
POSTES DE LIGNIS OLIUARUM
QUADRANGULATOS

ET DUO OSTIA DE LIGNIS ABIEGNIS
ALTRINSECUS
ET UTRUMQUE OSTIUM
DUPLEX ERAT
ET SE INUICEM TENENS APERIEBATUR
ET SCALPSIT CHERUBIM ET PALMAS
ET CAELATURAS UALDE
EMINENTES
OPERUITQUE OMNIA LAMMINIS
AUREIS OPERE QUADRO
AD REGULAM
ET AEDIFICAUIT ATRIUM INTERIUS
TRIBUS ORDINIBUS LAPIDUM
POLITORUM
ET UNO ORDINE LIGNORUM CEDRI
ANNO QUARTO FUNDATA EST DOMUS
DNI IN MENSE ZIO
ET IN ANNO UNDECIMO MENSE BUL
IPSE EST MENSIS OCTAUUS
PERFECTA EST DOMUS IN OMNI
OPERE SUO ET IN UNIUERSIS
UTENSILIBUS
AEDIFICAUITQ· EAM ANNIS SEPTEM
DOMUM AUTEM SUAM AEDIFICAUIT
SALOMON TREDECIM ANNIS
ET AD PERFECTUM USQ· PERDUXIT
AEDIFICAUIT QUOQUE DOMUM
SALTUS LIBANI
CENTUM CUBITORUM
LONGITUDINIS
ET QUINQUAGINTA CUBITORUM
LATITUDINIS
ET TRIGINTA CUBITORUM
ALTITUDINIS
ET QUATTUOR DEAMBULACRA
INTER COLUMNAS CEDRINAS
LIGNA QUIPPE CEDRINA
EXCIDERAT IN COLUMNAS
ET TABULATIS CAEDRINIS UESTIUIT
TOTAM CAMERAM QUAE
QUADRAGINTA QUINQUE COLUMNIS
SUSTENTABATUR
UNUS AUTEM ORDO HABEBAT
COLUMNAS QUINDECIM
CONTRA SE INUICEM POSITAS
ET E REGIONE SE RESPICIENTES
AEQUALI SPATIO INTER COLUMNAS
ET SUPER COLUMNAS QUADRAN
GULATA LIGNA IN CUNCTIS
AEQUALIA
ET PORTICUM COLUMNARUM FECIT
QUINQUAGINTA CUBITORUM
LONGITUDINIS
ET TRIGINTA CUBITORUM
LATITUDINIS
ET ALTERAM PORTICUM IN FACIE
MAIORIS PORTICUS
ET COLUMNAS ET EPISTYLIA
SUPER COLUMNAS
PORTICUM QUOQUE SOLII IN QUA
TRIBUNAL EST FECIT
ET TEXIT LIGNIS CAEDRINIS
A PAUIMENTO USQUE
AD SUMMITATEM
ET DOMUNCULA IN QUA SEDETUR
AD IUDICANDUM ERAT IN MEDIA
PORTICU SIMILI OPERE
DOMUM QUOQUE FECIT FILIAE
PHARAONIS QUAM UXOREM
DUXERAT SALOMON
TALI OPERE QUALI ET HANC PORTICUM
OMNIA LAPIDIB· PRETIOSIS
QUI AD NORMAM QUANDAM
ATQUE MENSURAM
TAM INTRINSECUS QUAM EXTRIN
SECUS SERRATI ERANT
A FUNDAMENTO USQUE AD SUMMI
TATEM PARIETUM
ET INTRINSECUS USQUE
AD ATRIUM MAIUS
FUNDAMENTA AUTEM DE LA
PIDIBUS PRETIOSIS
LAPIDIBUS MAGNIS
DECEM SIUE OCTO CUBITORUM
ET DESUPER LAPIDES PRETIOSI
AEQUALIS MENSURAE SECTI
ERANT SIMILITERQUE
DE CAEDRO

ET ATRIUM MAIUS ROTUNDUM
TRIUM ORDINUM
DE LAPIDIBUS SECTIS
ET UNIUS ORDINIS DOLATA CAEDRO
NEC NON ET IN ATRIO DOMUS DNI
INTERIORI ET IN PORTICO DOMUS
MISITQUOQ; REX SALOMON
ET TULIT HIRAM DE TYRO
FILIUM MULIERIS UIDUAE DE TRIBU
NEPTHALI PATRE TYRIO
ARTIFICEM AERARIUM ET PLENUM
SAPIENTIA ET INTELLEGENTIA
ET DOCTRINA
AD FACIENDUM OMNE OPUS EX AERE
QUI CUM UENISSET AD REGEM
SALOMONEM FECIT OMNE
OPUS EIUS
ET FINXIT DUAS COLUMNAS AEREAS
DECEM ET OCTO CUBITORUM
ALTITUDINIS COLUMNAM UNAM
ET LINEA DUODECIM CUBITORUM
AMBIEBAT COLUMNAM
UTRAMQUE
DUO QUOQUE CAPITELLA FECIT
QUAE PONERENTUR SUPER
CAPITA COLUMNARUM
FUSILI AERE
QUINQUE CUBITORUM ALTITUDINIS
CAPITELLUM UNUM
ET QUINQUE CUBITORUM
ALTITUDINIS CAPITELLUM
ALTERUM
ET QUASI IN MODUM RETIS
ET CATENARUM SIBI INUICEM
MIRO OPERE CONTEXTARUM
UTRUMQUE CAPITELLUM
COLUMNARUM FUSILE ERAT
SE PTENA UERSUUM RETIACULA
IN CAPITELLO UNO
ET SEPTENA RETIACULA
IN CAPITELLO ALTERO
ET PERFECIT COLUMNAS ET DUOS
ORDINES PER CIRCUITUM
RETIACULORUM SINGULORUM

UT TEGERENT CAPITELLA QUAE ERANT
SUPER SUMMITATEM
MALOGRANATORUM
EODEM MODO FECIT ET CAPITELLO
SECUNDO
CAPITELLA AUTEM QUAE ERANT
SUPER CAPITA COLUMNARUM
QUASI OPERE LILII FABRICATA ERANT
IN PORTICU QUATTUOR CUBITORUM
ET RURSUM ALIA CAPITELLA
IN SUMMITATEM COLUMNARUM
DE SUPER
IUXTA MENSURAM COLUMNAE
CONTRA RETIACULA
MALOGRANATORUM AUTEM
DUCENTI ORDINES ERANT
IN CIRCUITU CAPITELLI SECUNDI
ET STATUIT DUAS COLUMNAS
IN PORTICU TEMPLI
CUMQUE STATUISSET COLUMNAM
DEXTERAM UOCAUIT EAM
NOMINE IACHIN FIRMITAS
SIMILITER EREXIT COLUMNAM
SECUNDAM ET UOCAUIT NOMEN
EIUS BOOZ IN ROBURE
ET SUPER CAPITA COLUMNARUM
OPUS IN MODUM LILII POSUIT
PERFECTUMQUE EST OPUS
COLUMNARUM
FECITQUOQ; MARE FUSILE
DECEM CUBITORUM A LABIO
USQUE AD LABIUM
ROTUNDUM IN CIRCUITU
QUINQUE CUBITORUM
ALTITUDO EIUS
ET RESTICULA TRIGINTA CUBITORUM
CINGEBAT ILLUD PER CIRCUITUM
ET SCALPTURA SUBTER LABIUM
CIRCUM IBAT ILLUD
DECEM CUBITIS
AMBIENS MARE
DUO ORDINES SCALPTURARUM
HISTRIATARUM ERANT FUSILES
ET STABAT SUPER DUODECIM BOUES.

E QUIB(US) TRES RESPICIEBANT
AD AQUILONEM
ET TRES AD OCCIDENTEM
ET TRES AD MERIDIEM
ET TRES AD ORIENTEM
ET MARE SUPER EOS DESUPER ERAT
QUORUM POSTERIORA UNIUERSA
INTRINSECUS LATITABANT
GROSSITUDO AUTEM LUTERIS
TRIUM UNCIARUM ERAT
LABIUMQUE EIUS QUASI LABIUM
CALICIS ET FOLIUM REPANDI LILII
DUO MILIA BATOS CAPIEBAT
ET FECIT BASES DECEM AEREAS
QUATTUOR CUBITORUM
LONGITUDINIS BASES SINGULAS
ET QUATTUOR CUBITORUM
LATITUDINIS
ET TRIUM CUBITORUM ALTITUDINIS
ET IPSUM OPUS BASIUM
INTERRASILE ERAT
ET SCALPTURAE INTER IUNCTURAS
ET INTER CORONULAS ET PLECTAS
LEONES ET BOUES ET CHERUBIM
ET IN IUNCTURIS SIMILITER
DESUPER
ET SUBTER LEONES ET BOUES
QUASI LORA EX AERE DEPENDENTIA
ET QUATTUOR ROTAE PER BASES
SINGULAS
ET AXES AEREI
ET PER QUATTUOR PARTES QUASI
UMERULI SUBTER LUTEREM
FUSILES CONTRA SE INUICEM
RESPECTANTES
OS QUOQUE LUTERIS INTRINSECUS
ERAT IN CAPITIS SUMMITATE
ET QUOD FORINSECUS APPAREBAT
UNIUS CUBITI ERAT
TOTUM RATUNDUM PARITERQ(UE)
HABEBAT UNUM CUBITUM
ET DIMIDIUM
IN ANGULIS AUTEM COLUMNARUM
UARIAE CAELATURAE ERANT

ET MEDIA INTER COLUMNIA
QUADRATA NON RUTUNDA
QUATTUOR QUOQUE ROTAE
QUAE PER QUATTUOR ANGULOS
BASES ERANT COHEREBANT
SUBTER BASI
UNA ROTA HABEBAT ALTITUDINIS
CUBITUM ET SEMIS
TALES AUTEM ROTAE ERANT
QUALES SOLENT IN CURRU FIERI
ET AXES EARUM ET RADII ET CANTI
ET MODIOLI OMNIA FUSILIA
NAM ET UMERULI ILLI QUATTUOR
PER SINGULOS ANGULOS BASIS
UNIUS EX IPSA BASI FUSILES
ET CONIUNCTI ERANT
IN SUMMITATE AUTEM BASIS
ERAT QUAEDAM RATUNDITAS
DIMIDII CUBITI
ITA FABRE FACTA UT LUTER
DESUPER POSSIT INPONI
HABENS CELATURAS SUAS
ET SCALPTURAS UARIAS
EX SEMETIPSO SCALPSIT QUOQUE
ET IN TABULATIS ILLIS QUAE ERANT
EX AERE ET IN ANGULIS
CHERUBIM ET LEONES ET PALMAS
QUASI IN SIMILITUDINEM
STANTIS HOMINIS
UT NON CELATA SED ADPOSITA
PER CIRCUITUM UIDERENTUR
IN HUNC MODUM FECIT
DECEM BASES
FUSURA UNA ET MENSURA
SCALPTURAQUE CONSIMILI
FECIT QUOQUE DECEM LUTERES
AEREOS
QUADRAGINTA BATOS
CAPIEBAT LUTER UNUS
ERATQ(UE) QUATTUOR CUBITORUM
SINGULOSQUE LUTERES PER
SINGULAS ID EST DECEM
BASES POSUIT
ET CONSTITUIT DECEM BASES

quinque ad dexteram partem
templi et quinq; ad sinistram
mare autem posuit ad dex
teram partem templi
contra orientem
ad meridiem
Fecit ergo hiram lebetas
et scutras et amulas
et perfecit omne opus regis
salomonis in templo dñi
columnas duas et funiculos
capitulorum subter
capitella columnarum duos
et retiacula duo ut operirent
duos funiculos qui erant
super capita columnarum
et malogranata quadringenta
in duobus retiaculis
duos uersos malogranatorum
in retiaculis singulis
ad operiendos funiculos
capitellorum qui erant
super capita columnarum
et bases decem et luteres
decem super bases
et mare unum et boues
duodecim subter mare
et lebetas et scutras
et amulas
omnia uasa quae fecit hiram
regi salomoni in domo dñi
de auricalco erant
in campestri regione iordanis
fudit ea rex in argillosa
terra inter socchoth
et sarthan
et posuit salomon omnia uasa
propter multitudinem
autem nimiam non erat
pondus aeris
fecitque salomon omnia
uasa in domo dñi
altare aureum et mensam
super quam ponerentur
panes propositionis auream
et candelabra aurea quinque
ad dexteram et quinque
ad sinistram contra
oraculum ex auro primo
et quasi lilii flores et lucernas
desuper aureas et forcipes
aureos
et hydrias et fuscinulas
et fialas et mortariola
et turibula de auro purissimo
et cardines ostiorum domus
interioris sancti scõrum
et ostiorum domus templi
ex auro erant
et perfecit omne opus quod
faciebat salomon in domo dñi
et intulit quae sc̄ificauerat
dauid pater suus
argentum et aurum et uasa
reposuitque in thesauris
domus dñi
[illegible] Tunc congregauit omnes
maiores natu israhel
cum principibus tribuum
et duces familiarum
filiorum israhel
ad regem salomonem
in hierusalem
ut deferrent arcam foederis
dñi de ciuitate dauid
id est de sion
conuenitque ad regem
salomonem uniuersus isrl̄
in mense hethanim in sollemni
die ipse est mensis septimus
ueneruntque cuncti
senes ex israhel
et tulerunt sacerdotes
arcam et portauerunt
arcam dñi et tabernaculum
foederis
et omnia uasa sc̄uarii quae erant
in tabernaculo

ET FEREBANT EA SACERDOTES
ET LEUITAE
REX AUTEM SALOMON
ET OMNIS MULTITUDO ISRAHEL
QUAE CONUENERAT AD EUM
EGREDIEBATUR CUM ILLO
ANTE ARCAM
ET IMMOLABANT OUES ET BOUES
ABSQUE AESTIMATIONE
ET NUMERO
ET INTULERUNT SACERDOTES
ARCAM FOEDERIS DNI
IN LOCUM SUUM
IN ORACULUM TEMPLI IN SCM
SCORUM SUBTER ALAS
CHERUBIM
SIQUIDEM CHERUBIM EXPANDE
BANT ALAS SUPER LOCUM
ARCAE ET PROTEGEBANT ARCAM
ET UECTES EIUS DESUPER
CUMQUE EMINERENT UECTES
ET APPARERENT SUMMITATES
EORUM FORIS SCUARIUM
ANTE ORACULUM
NON APPAREBANT ULTRA
EXTRINSECUS
QUI ET FUERUNT IBI USQUE
IN PRAESENTEM DIEM
IN ARCA AUTEM NON EST ALIUT
NISI DUAE TABULAE LAPIDEAE
QUAS POSUERAT IN EA MOSES
IN CHOREB
QUANDO PEPIGIT FOEDUS DNS
CUM FILIIS ISRAHEL CUM EGRE
DERENTUR DE TERRA AEGYPTI
FACTUM EST AUTEM CUM EXISSENT
SACERDOTES DE SCUARIO
NEBULA INPLEBIT DOMUM DNI
ET NON POTERANT SACERDOTES
STARE ET MINISTRARE
PROPTER NEBULAM
IMPLEUERAT ENIM GLORIA DNI
DOMUM DNI
TUNC AIT SALOMON
DNS DIXIT UT HABITARET
IN NEBULA
AEDIFICANS AEDIFICAUI DOMUM
IN HABITACULUM TUUM
FIRMISSIMUM SOLIUM TUUM
IN SEMPITERNUM
CONUERTITQUE REX FACIEM SUAM
ET BENEDIXIT OMNI ECCLESIAE
ISRAHEL
OMNIS ENIM ECCLESIA ISRAHEL
STABAT ET AIT
BENEDICTUS DNS DS ISRAHEL
QUI LOCUTUS EST ORE SUO
AD DAUID PATREM MEUM
ET IN MANIBUS EIUS
PERFECIT DICENS
A DIE QUA EDUXI POPULUM MEUM
ISRAHEL DE AEGYPTO
NON ELEGI CIUITATEM DE UNIUERSIS
TRIBUBUS ISRAHEL
UT AEDIFICARETUR DOMUS
ET ESSET NOMEN MEUM IBI
SED ELEGI DAUID UT ESSET
SUPER POPULUM MEUM
ISRAHEL
UOLUITQUE DAUID PATER MEUS
AEDIFICARE DOMUM NOMINI
DNI DI ISRAHEL
ET AIT DNS AD DAUID PATREM MEUM
QUOD COGITASTI IN CORDE TUO
AEDIFICARE DOMUM NOMINI
MEO BENE FECISTI HOC IPSUM
MENTE TRACTANS
UERUM TAMEN TU NON
AEDIFICABIS DOMUM
SED FILIUS TUUS QUI EGREDIETUR
DE RENIBUS TUIS
IPSE AEDIFICAUIT DOMUM
NOMINI MEO
CONFIRMAUIT DNS SERMONEM
SUUM QUEM LOCUTUS EST
STETIQUE PRO DAUID
PATRE MEO
ET SEDI SUPER THRONUM ISRL

sicut locutus est dñs
et aedificaui domum nomini
dñi dī israhel
et constitui ibi locum arcae
in qua foedus est dñi
quod percussit cum patrib(us)
nostris
quando egressi sunt
de terra aegypti
XIII Stetit autem salomon
ante altare dñi
in conspectu ecclesiae israhel
et expandit manus suas
in caelum et ait
Dñe ds israhel non est similis
tui ds in caelo desuper
et super terram deorsum
qui custodis pactum et miseri
cordiam seruis tuis
qui ambulant coram te
in toto corde suo
qui custodisti seruo tuo dauid
patri meo quae locutus es ei
ore locutus es [et] manibus per
fecisti ut et haec dies
probat
Nunc igitur dñe ds israhel
conserua famulo tuo dauid
patri meo quae locutus
es ei dicens
non auferetur de te uir
coram me qui sedeat
super thronum israhel
ita tamen si custodierint
filii tui uiam suam ut ambu
lent coram me sicut tu
ambulasti in conspectu meo
Et nunc ds israhel firmentur
uerba tua quae locutus es
seruo tuo dauid patri meo
Ergo ne putandum est quod
uere ds habitet
super terram
Si enim caelum et caeli
caelorum te capere non
possunt quanto magis domus
haec quam aedificaui
Sed respice ad orationem
serui tui et ad preces eius
dñe ds meus
audi hymnum et orationem
quam seruus tuus orat
coram te hodie
ut sint oculi tui aperti
super domum hanc
nocte et die
super domum de qua dixisti
erit nomen meum ibi
ut exaudias orationem qua
orat te seruus tuus
in loco isto
ut exaudias deprecationem
serui tui et populi
tui israhel
quodcumque orauerint
in loco isto
et exaudies in loco habitaculi
tui in caelo
et cum exaudieris
propitius eris
Si peccauerit homo
in proximum suum
et [h]abuerit aliquod iuramentū
quo teneatur adstrictus
et uenerit propter iuramentum
coram altari tuo
in domum tuam
Tu exaudies in caelo et facies
et iudicabis seruos tuos
condemnans impium
et reddens uiam suam
super caput eius
iustificansque iustum
et retribuens ei secundum
iustitiam suam
Si fugerit populus tuus isrl̄
inimicos suos
quia peccaturus est tibi

ET AGENTES PAENITENTIAM
ET CONFITENTES NOMINI TUO
UENERINT ET ORAUERINT
ET DEPRECATI TE FUERINT
IN DOMO HAC
EXAUDI IN CAELO ET DIMITTE
PECCATUM POPULI TUI ISRAHEL
ET REDUCES EOS IN TERRAM
QUAM DEDISTI PATRIBUS EORUM
SI CLAUSUM FUERIT CAELUM
ET NON PLUERIT PROPTER
PECCATA EORUM
ET ORANTES IN LOCO ISTO PAENITEN
TIAM EGERINT NOMINI TUO
ET A PECCATIS SUIS CONUERSI
FUERINT PROPTER
ADFLICTIONEM SUAM
EXAUDI EOS IN CAELO ET DIMITTE
PECCATA SERUORUM TUORUM
ET POPULI TUI ISRAHEL
ET OSTENDE EIS UIAM BONAM
PER QUAM AMBULENT
ET DA PLUUIAM SUPER TERRAM
TUAM QUAM DEDISTI POPULO
TUO IN POSSESSIONEM
FAMES SI OBORTA FUERIT IN TERRA
AUT PESTILENTIA
AUT CORRUPTUS AER
AURUGO LUCUSTA RUBIGO
ET ADFLIXERIT EUM
ET INIMICUS EIUS PORTAS
OBSIDENS
OMNIS PLAGA UNIUERSA
INFIRMITAS
CUNCTA DEUOTATIO ET INPRECATIO
QUAE ACCIDERIT OMNI HOMINI
DE POPULO TUO ISRAHEL
SI QUIS COGNOUERIT PLAGAM
CORDIS SUI
ET EXPANDERIT MANUS SUAS
IN DOMO HAC
TU EXAUDIES IN CAELO IN LOCO
HABITATIONIS TUAE
ET REPROPITIAUERIS ENIM

ET FACIES UT DES UNICUIQUE
SECUNDUM OMNES UIAS SUAS
SICUT UIDERIS COR EIUS QUIA
TU NOSTI SOLUS COR OMNIUM
FILIORUM HOMINUM
UT TIMEANT TE CUNCTIS DIEBUS
QUIBUS UIUUNT SUPER FACIEM
TERRAE QUAM DEDISTI
PATRIBUS NOSTRIS
INSUPER ET ALIENIGENA QUI NON
EST DE POPULO TUO ISRAHEL
CUM UENERIT DE TERRA
LONGINQUA PROPTER
NOMEN TUUM
AUDIETUR ENIM NOMEN TUUM
MAGNUM ET MANUS TUA FORTIS
ET BRACHIUM TUUM
EXTENTUM UBIQUE
CUM UENERIT ERGO ET ORAUERIT
IN LOCO HOC TU EXAUDIES
IN CAELO IN FIRMAMENTO
HABITACULI TUI
ET FACIES OMNIA PRO QUIBUS
INUOCAUERIT TE ALIENIGENA
UT DISCANT UNIUERSI POPULI
TERRARUM NOMEN TUUM
TIMERE SICUT POPULUS
TUUS ISRAHEL
ET PROBENT QUIA NOMEN TUUM
INUOCATUM EST SUPER
DOMUM HANC QUAM AEDIFICAUI
SI EGRESSUS FUERIT POPULUS
TUUS AD BELLUM CONTRA
INIMICOS SUOS PER UIAM
QUOCUMQ· MISERIS EOS
ORABUNT TE CONTRA UIAM
CIUITATIS QUAM ELEGISTI
ET CONTRA DOMUM QUAM
AEDIFICAUI NOMINI TUO
ET EXAUDIES IN CAELO ORATIONEM
EORUM ET PRECES EORUM
ET FACIES IUDICIUM EORUM
QUOD SI PECCAUERINT TIBI
NON EST HOMO QUI NON PECCET

ET IRATUS TRADIDERIS EOS
INIMICIS SUIS
ET CAPTI DUCTI FUERINT IN TERRAM
INIMICORUM LONGE UEL PROPE
ET EGERINT PAENITENTIAM
IN CORDE SUO IN LOCO
CAPTIUITATIS
ET CONUERSI DEPRECATI TE
FUERINT IN CAPTIUITATE SUA
DICENTES
PECCAUIMUS INIQUE EGIMUS
IMPIE GESSIMUS
ET REUERSI FUERINT AD TE
IN UNIUERSO CORDE SUO
ET TOTA ANIMA SUA
IN TERRA INIMICORUM SUORUM
AD QUAM CAPTIUI DUCTI SUNT
ET ORAUERINT TE CONTRA UIAM
TERRAE SUAE QUAM DEDISTI
PATRIBUS EORUM
ET CIUITATIS QUAM ELEGISTI
ET TEMPLI QUOD AEDIFICAUI
NOMINI TUO
EXAUDIES IN CAELO IN FIRMA
MENTO SOLII TUI ORATIONEM
EORUM ET PRECES
ET FACIES IUDICIUM EORUM
ET PROPITIAUERIS POPULO
TUO QUI PECCAUIT TIBI
ET OMNIBUS INIQUITATIB; EORUM
QUIB; PRAEUARICATI SUNT IN TE
ET DABIS MISERICORDIAM
CORAM EIS QUI EOS CAPTIUOS
HABUERINT UT MISERE
ANTUR EIS
POPULUS ENIM TUUS EST
ET HEREDITAS TUA
QUOS EDUXISTI DE TERRA AEGYPTI
DE MEDIO FORNACIS FERREAE
UT SINT OCULI TUI APERTI
AD DEPRECATIONEM SERUI TUI
ET POPULI TUI ISRAHEL
ET EXAUDIAS EOS IN UNIUERSIS
PRO QUIB; INUOCAUERINT TE

TU ENIM SEPARASTI EOS TIBI
IN HEREDITATEM DE UNIUERSIS
POPULIS TERRAE
SICUT LOCUTUS ES PER MOSEN
SERUUM TUUM
QUANDO EDUXISTI PATRES NOSTROS
DE AEGYPTO DNE DS
FACTUM EST AUTEM CUM CON
PLESSET SALOMON ORANS DNM
OMNEM ORATIONEM
ET DEPRECATIONEM HANC
SURREXIT DE CONSPECTU
ALTARIS DNI
UTRUMQUE ENIM GENU
IN TERRAM FIXERAT
ET MANUS EXPANDERAT AD CAELUM
STETIT ERGO ET BENEDIXIT
OMNI ECCLESIAE ISRAHEL
UOCE MAGNA DICENS
BENEDICTUS DNS QUI DEDIT
REQUIEM POPULO SUO ISRAHEL
IUXTA OMNIA QUAE LOCUTUS EST
NON CECIDIT NE UNUS QUIDEM
SERMO EX OMNIBUS BONIS
QUAE LOCUTUS EST PER MOSEN
SERUUM SUUM
SIT DNS DS NOSTER NOBISCUM
SICUT FUIT CUM PATRIBUS
NOSTRIS NON DERELINQUENS
NOS NEQ; PROICIENS
SED INCLINET CORDA NOSTRA AD SE
UT AMBULEMUS IN UNIUERSIS
UIIS EIUS
ET CUSTODIAMUS MANDATA EIUS
ET CAERIMONIAS ET IUDICIA
QUAECUMQUE MANDAUIT
PATRIB; NOSTRIS
ET SINT SERMONES MEI ISTI
QUIBUS DEPRECATUS SUM
CORAM DNO
ADPROPINQUANTES DNO DO NOSTRO
DIE ET NOCTE
UT FACIAT IUDICIUM SERUO SUO
ET POPULO SUO ISRAHEL

PER SINGULOS DIES
ET SCIANT OMNES POPULI TERRAE
QUIA DNS IPSE EST DS
ET NON EST ULTRA ABSQ; EO
SIT QUOQ; COR NOSTRUM PER
FECTUM CUM DNO DO NOSTRO
UT AMBULEMUS IN DECRETIS EIUS
ET CUSTODIAMUS MANDATA EIUS
SICUT ET HODIE
IGITUR REX ET OMNIS ISRAHEL
CUM EO IMMOLABANT
UICTIMAS CORAM DNO
MACTAUITQ; SALOMON HOSTIAS
PACIFICAS QUAS IMMOLAUIT DNO
BOUM UIGINTI DUO MILIA
OUIUM CENTUM UIGINTI MILIA
ET DEDICAUERUNT TEMPLUM DNI
REX ET FILII ISRAHEL
IN DIE ILLA SCIFICAUIT REX
MEDIUM ATRII QUOD ERAT
ANTE DOMUM DNI
FECIT QUIPPE IBI HOLOCAUSTUM
ET SACRIFICIUM ET ADIPE
PACIFICORUM QUIA ALTARE
AEREUM QUOD ERAT CORAM
DNO MINUS ERAT
ET CAPERE NON POTERAT HOLO
CAUSTA ET SACRIFICIUM
ET ADIPE PACIFICORUM
FECIT ERGO SALOMON IN TEMPORE
ILLO FESTIUITATEM CELEBREM
ET OMNIS ISRAHEL CUM EO
MULTITUDO MAGNA
AB INTROITU AEMATH USQUE
AD RIUUM AEGYPTI CORAM DNO
DO NOSTRO
SEPTEM DIEBUS ET SEPTEM DIEB;
ID EST QUATTUOR DECIM DIEB;
ET IN DIE OCTAUA DIMISIT
POPULOS
QUI BENEDICENTES REGI PROFECTI
SUNT IN TABERNACULA SUA
LAETANTES ET ALACRI CORDE
SUPER OMNIB; BONIS QUAE FECERAT
DNS DAUID SERUO SUO ET ISRAHEL
POPULO SUO
·37· FACTUM EST AUTEM CUM PER
FECISSET SALOMON AEDIFICIUM
DOMUS DNI ET AEDIFICIUM
REGIS ET OMNE QUOD OPTAUERAT
ET UOLUERAT FACERE
APPARUIT DNS EI SICUNDO SICUT
APPARUERAT EI IN GABAON
DIXITQUE DNS AD EUM
EXAUDIUI ORATIONEM TUAM
ET DEPRECATIONEM TUAM
QUA DEPRECATUS ES CORAM ME
SCIFICAUI DOMUM HANC
QUAM AEDIFICASTI
UT PONEREM NOMEN MEUM IBI
IN SEMPITERNUM
ET ERUNT OCULI MEI ET COR MEUM
IBI CUNCTIS DIEBUS
TU QUOQ; SI AMBULAUERIS
CORAM ME SICUT AMBULAUIT
PATER TUUS
IN SIMPLICITATE CORDIS
ET IN AEQUITATE
ET FECERIS OMNIA QUAE
PRAECEPI TIBI
ET LEGITIMA MEA ET IUDICIA MEA
SERUAUERIS
PONAM THRONUM REGNI TUI
SUPER ISRAHEL IN SEMPITERNUM
SICUT LOCUTUS SUM DAUID
PATRI TUO DICENS
NON AUFERETUR DE GENERE TUO
UIR DE SOLIO ISRAHEL
SI AUTEM AUERSIONE AUERSI
FUERITIS UOS ET FILII UESTRI
NON SEQUENTES ME NEC CUSTO
DIENTES MANDATA MEA
ET CAERIMONIAS QUAS
PROPOSUI UOBIS
SED ABIERITIS ET COLUERITIS
DEOS ALIENOS ET ADORA
UERITIS EOS
AUFERAM ISRAHEL DE SUPER

FICIE TERRAE QUAM DEDI EIS
ET TEMPLUM QUOD SCIFICAUI
NOMINI MEO PROICIAM
A CONSPECTU MEO
ERITQUE ISRAHEL IN PROUERBIUM
ET IN FABULAM CUNCTIS POPULIS
ET DOMUS HAEC ERIT IN EXEMPLUM
OMNIS QUI TRANSIERIT PER EAM
STUPEBIT ET SIBILABIT ET DICET
QUARE FECIT DNS SIC TERRAE
HUIC ET DOMUI HUIC
ET RESPONDEBUNT QUIA DERELI
QUERUNT DNM DM SUUM
QUI EDUXIT PATRES EORUM
DE TERRA AEGYPTI
ET SECUTI SUNT DEOS ALIENOS
ET ADORAUERUNT EOS
ET COLUERUNT
IDCIRCO INDUXIT DNS SUPER EOS
OMNE MALUM HOC
EXPLETIS AUTEM ANNIS UIGINTI
POSTQUAM AEDIFICAUERAT
SALOMON DUAS DOMOS
ID EST DOMUM DNI ET DOMUM REGIS
HIRAM REGE TYRI PRAEBENTE
SALOMONI LIGNA CAEDRINA
ET ABIEGNA ET AURUM
IUXTA OMNE QUOD OPUS
HABUERAT
TUNC DEDIT SALOMON HIRAM
UIGINTI OPPIDA IN TERRA
GALILEAE
EGRESSUSQUE EST HIRAM
DE TYRO UT UIDERET OPPIDA
QUAE DEDERAT EI SALOMON
ET NON PLACUERUNT EI
ET AIT HAECINE SUNT CIUITATES
QUAS DEDISTI MIHI FRATER
ET APPELLAUIT EAS TERRAM
CHABUL USQUE IN DIEM HANC
MISIT QUOQUE HIRAM AD REGEM
CENTUM UIGINTI TALENTA AURI
HAEC EST SUMMA EXPENSARUM
QUAM OBTULIT REX SALOMON
AD AEDIFICANDAM DOMUM DNI
ET DOMUM SUAM ET MELLO
ET MURUM HIERUSALEM
ET ESER ET MAGEDDO ET GAZER
FARAO REX AEGYPTI ASCENDIT
ET CEPIT GAZER SUCCENDITQ·
EAM IGNI
ET CHANANEUM QUI HABITABAT
IN CIUITATE INTERFECIT
ET DEDIT EAM IN DOTE FILIAE SUAE
UXORI SALOMONIS
AEDIFICAUIT ERGO SALOMON
GAZER ET BETHORON
INFERIOREM
ET BAALATH ET PALMYRAM
IN TERRA SOLITUDINIS
ET OMNES UICOS QUI AD SE
PERTINEBANT ET ERANT
ABSQ· MURO MUNIUIT
ET CIUITATES CURRUUM
ET CIUITATES EQUITUM
ET QUODCUMQUE EI PLACUIT
UT AEDIFICARET IN HIERUSALEM
ET IN LIBANO ET IN OMNI TERRA
POTESTATIS SUAE
UNIUERSUM POPULUM
QUI REMANSERAT DE AMORRAEIS
ET CETTHEIS ET FEREZAEIS
ET EUAEIS ET IEBUSAEIS
QUI NON SUNT DE FILIIS ISRAHEL
HORUM FILIOS QUI REMANSERANT
IN TERRA ‹›QUOS SCILICET NON
POTERANT FILII ISRAHEL
EXTERMINARE
FECIT SALOMON TRIBUTARIOS
USQ· AD DIEM HANC
DE FILIIS AUTEM ISRAHEL NON CON
STITUIT SALOMON SERUIRE
QUEMQUAM
SED ERANT UIRI BELLATORES
ET MINISTRI EIUS ET PRINCIPES
ET DUCES
ET PRAEFECTI CURRUUM
ET EQUORUM

ERANT AUTEM PRINCIPES
SUPER OMNIA OPERA SALOMONIS
PRAEPOSITI QUINGENTI
QUINQUAGINTA
QUI HABEBANT SUBIECTUM
POPULUM ET STATUTIS
TEMPORIB· IMPERABANT
XLI FILIA AUTEM FARAONIS ASCENDIT
DE CIUITATE DAUID IN DOMUM
SUAM QUAM AEDIFICAUERAT EI
TUNC AEDIFICAUIT MELLO
OFFEREBAT QUOQUE SALOMON
TRIB· UICIBUS PER ANNOS
SINGULOS
HOLOCAUSTA ET PACIFICAS
UICTIMAS SUPER ALTARE
QUOD AEDIFICAUERAT DNO
ET ADOLEBAT THYMIAMA
CORAM DNO
PERFECTUMQ· EST TEMPLUM
CLASSEM QUOQ· FECIT REX
SALOMON IN ASIONGABER
QUAE EST IUXTA AILAM IN LITORE
MARIS RUBRI IN TERRA IDUMEA
MISITQ· HIRAM IN CLASSE ILLA
SERUOS SUOS UIROS
NAUTICOS ET GNAROS MARIS
CUM SERUIS SALOMONIS
QUI CUM UENISSENT IN OPHIR
SUMPTUM INDE AURUM
QUADRIGENTORUM UIGINTI
TALENTORUM DETULERUNT
AD REGEM SALOMONEM
XLII SED ET REGINA SABA AUDITA FAMA
SALOMONIS IN NOMINE DNI
UENIT TEMPTARE EUM
IN AENIGMATIBUS
ET INGRESSA HIERUSALEM
MULTO COMITATU ET DIUITIIS
CAMELIS PORTANTIBUS
AROMATA ET AURUM INFINITUM
NIMIS ET GEMMAS PRETIOSAS
UENIT AD SALOMONEM ET LOCUTA
EST EI UNIUERSA QUAE HABEBAT
IN CORDE SUO
ET DOCUIT EAM SALOMON OMNIA
UERBA QUAE PROPOSUERAT
NON FUIT SERMO QUI REGEM
POSSIT LATERE ET NON
RESPONDERET EI
UIDENS AUTEM REGINA SABA
OMNEM SAPIENTIAM SALOMONIS
ET DOMUM QUAM AEDIFICAUERAT
ET CIBOS MENSAE EIUS
ET HABITACULA SERUORUM
ET ORDINEM MINISTRANTIUM
UESTESQ· EORUM ET PINCERNAS
ET HOLOCAUSTA QUAE OFFEREBAT
IN DOMO DNI
NON HABEBAT ULTRA SPIRITUM
DIXITQ· AD REGEM
UERUS EST SERMO QUEM AUDIUI
IN TERRA MEA
SUPER SERMONIBUS TUIS
ET SUPER SAPIENTIA TUA
ET NON CREDEBAM NARRAN
TIBUS MIHI
DONEC IPSA UENIRET ET UIDISSENT OCULI
MEI ET PROBASSEM
QUOD MEDIA PARS MIHI
NUNTIATA NON FUERIT
MAIOR EST SAPIENTIA ET OPERA
TUA QUAM RUMOR
QUEM AUDIUI
BEATI UIRI TUI ET BEATI SERUI TUI
HII QUI STANT CORAM TE
SEMPER ET AUDIUNT
SAPIENTIAM TUAM
SIT DNS DS TUUS BENEDICTUS
CUI PLACUISTI ET POSUIT TE
SUPER THRONUM ISRAHEL
EO QUOD DILEXERIT DNS ISRAHEL
IN SEMPI TERNUM
ET CONSTITUIT TE REGEM
UT FACERES IUDICIUM
ET IUSTITIAM
DEDIT ERGO REGI CENTUM UIGINTI
TALENTA AURI

ET AROMATA MULTA NIMIS
ET GEMMAS PRETIOSAS
NON SUNT ADLATA ULTRA
AROMATA TAM MULTA QUAM
EA QUAE DEDIT REGINA SABA
REGI SALOMONI
SED ET CLASSIS HIRAM QUAE
PORTABAT AURUM DE OPHIR
ATTULIT EX OPHIR LIGNA
THYINA MULTA NIMIS
ET GEMMAS PRETIOSAS
FECITQUE REX DE LIGNIS THYINIS
FULCRA DOMUS DN̄I
ET DOMUS REGIAE
ET CITHARAS LYRASQ· CANTORIBUS
NON SUNT ALLATA HUIUSCEMODI
LIGNA THYINA NEQUE UISA
USQ· IN PRAESENTEM DIEM
REX AUTEM SALOMON DEDIT
REGINAE SABA OMNIA QUAE
UOLUIT ET PETIUIT AB EO
EXCEPTIS HIS QUAE ULTRO OBTULE
RAT EI MUNERE REGIO
QUAE REUERSA EST ET ABIIT
IN TERRAM SUAM
CUM SERUIS SUIS
XIIII ERAT AUTEM PONDUS AURI
QUOD ADFEREBATUR SALOMONI
PER ANNOS SINGULOS
SESCENTORUM SEXAGINTA SEX
TALENTORUM AURI
EXCEPTO EO QUOD OFFEREBANT
UIRI QUI SUPER UECTIGALIA ERANT
ET NEGOTIATORES UNIUERSIQUE IIIIX
SCUTA UENDENTES ET OMNES
REGES ARABIAE DUCESQ· TERRAE
FECIT QUOQUE REX SALOMON
DUCENTA SCUTA DE AURO PURO
SESCENTOS AURI SICLOS DEDIT
IN LAMMINAS SCUTI UNIUS
ET TRECENTAS PELTAS EX AURO
PROBATO
TRECENTAE MINAE AURI UNAM
PELTAM UESTIEBANT

POSUITQUE EA REX IN DOMO
SILUAE LIBANI
FECIT ETIAM REX SALOMON
THRONUM DE EBORE GRANDE
ET UESTIUIT EUM AURO
FULUO NIMIS
QUI HABEBAT SEX GRADUS
ET SUMMITAS THRONI RUTUNDA
ERAT IN PARTE POSTERIORI
ET DUAE MANUS HINC ADQ· INDE
TENENTES SEDILE
ET DUO LEONES STABANT IUXTA
MANUS SINGULAS
ET DUODECIM LEUNCULI STANTES
SUPER SEX GRADUS
HINC ATQUE INDE
NON EST FACTUM TALE OPUS
IN UNIUERSIS REGNIS
SED ET OMNIA UASA DE QUIBUS
POTABAT REX SALOMON
ERANT AUREA
ET UNIUERSA SUPELLEX DOMUS
SALTUS LIBANI DE AURO
PURISSIMO
NON ERAT ARGENTUM NEC ALICUIUS
PRAETII PUTABATUR IN DIEBUS
SALOMONIS
QUIA CLASSES REGIS PER MARE
CUM CLASSE HIRAM SEMEL
PER TRES ANNOS IBAT
IN THARSIS IIIIZ
DEFERENS INDE AURUM ET ARGENTU̅
DENTES ELEFANTORUM
ET SIMIAS ET PAUOS
MAGNIFICATUS EST ERGO REX
SALOMON OMNES SUPER
REGES TERRAE DIUITIIS
ET SAPIENTIA
ET UNIUERSA TERRA DESIDERABAT
UULTUM SALOMONIS
UT AUDIRET SAPIENTIAM EIUS
QUAM DEDERAT D̄S IN CORDE EIUS
ET SINGULI DEFEREBANT
EI MUNERA

UASA ARGENTEA ET AUREA
UESTES ET ARMA BELLICA
AROMATA QUOQUE ET EQUOS
ET MULOS PER ANNOS SINGULOS
CONGREGAUITQUE SALOMON
CURRUS ET EQUITES
ET FACTI SUNT EI MILLE
QUADRINGENTI CURRUS
ET DUODECIM MILIA EQUITUM
ET DISPOSUIT EOS PER CIUITATES
MUNITAS ET CUM REGE
IN HIERUSALEM
FECITQ· UT TANTA ESSET ABUNDANTIA
ARGENTI IN HIERUSALEM
QUANTA LAPIDUM
ET CAEDRORUM PRAEBUIT
MULTITUDINEM QUASI SYCOMORORUM
QUAE NASCUNTUR IN CAMPESTRIB·
ET EDUCEBANTUR EQUI SALOMONI
DE AEGYPTO ET DE COA
NEGOTIATORES ENIM REGIS
EMEBANT DE COA ET STATUTO
PRETIO PERDUCEBANT
EGREDIEBATUR AUTEM QUADRIGA
EX AEGYPTO SESCENTIS
SICLIS ARGENTI
ET EQUUS CENTUM QUINQUAGINTA
ADQUE IN HUNC MODUM CUNCTI
REGES CHETTHEORUM
ET SYRIAE EQUOS UENUNDABANT·
XIIII REX AUTEM SALOMON AMAUIT
MULIERES ALIENIGENAS
MULTAS
FILIAM QUOQ· PHARAONIS
ET MOABITIDAS ET AMMANITIDAS
IDUMAEAS ET SIDONIAS
ET CHETTHEAS
DE GENTIBUS SUPER QUIBUS
DIXIT DNS FILIIS ISRAHEL
NON INGREDIEMINI AD EAS
NEQUE DE ILLIS INGREDIENTUR
AD UESTRAS
CERTISSIMO ENIM AUERTENT
CORDA UESTRA UT SEQUAMINI
DEOS EARUM
HIS ITAQ· COPULATUS EST SALOMON
ARDENTISSIMO AMORE
FUERUNTQUE EI UXORES QUASI
REGINAE SEPTINGENTAE
ET CONCUBINAE TRECENTAE
ET AUERTERUNT MULIERES
COR EIUS
CUMQ· IAM ESSET SENEX
DEPRAUATUM EST PER MULIERES
COR EIUS
UT SEQUERETUR DEOS ALIENOS
NEC ERAT COR EIUS PERFECTUM
CUM DNO DO SUO SICUT COR
DAUID PATRIS EIUS
SED COLEBAT SALOMON
ASTHARTHEN DEAM SIDONIORUM
ET MOLOCH IDOLUM AMMANITARUM
FECITQUE SALOMON QUOD NON
PLACUERAT CORAM DNO
ET NON ADIMPLEUIT UT SEQUE
RETUR DNM SICUT PATER EIUS
TUNC AEDIFICAUIT SALOMON
FANUM CHAMOS IDOLO MOAB
IN MONTE QUI EST CONTRA
HIERUSALEM
ET MOLOCH IDOLO FILIORUM
AMMON
ATQUE IN HUNC MODUM FECIT
UNIUERSIS UXORIBUS SUIS
ALIENIGENIS
QUAE ADOLEBANT TURA
ET IMMOLABANT DIIS SUIS
XUIII IGITUR IRATUS EST DNS SALOMONI
QUOD AUERSA ESSET MENS EIUS
A DNO DO ISRAHEL
QUI APPARUERAT EI SECUNDO
ET PRAECEPERAT DE UERBO HOC
NE SEQUERETUR DEOS ALIENOS
ET NON CUSTODIUIT QUAE
MANDAUIT EI DNS
DIXIT ITAQ· DNS SALOMONI
QUIA HABUISTI HOC APUD TE
ET NON CUSTODISTI PACTUM MEUM

ET PRAECEPTA MEA QUAE
MANDAUI TIBI
DIRUMPENS SCINDAM REGNUM
TUUM ET DABO ILLUD SERUO TUO
UERUM TAMEN IN DIEBUS TUIS
NON FACIAM PROPTER DAUID
PATREM TUUM
DE MANU FILII TUI SCINDAM ILLUD
NEC TOTUM REGNUM AUFERAM
SED TRIBUM UNAM DABO FILIO TUO
PROPTER DAUID SERUUM MEUM
ET HIERUSALEM QUAM ELEGI
SUSCITAUIT AUTEM DNS ADUER
SARIUM SALOMONI ADAD
IDUMAEUM DE SEMINE REGIO
QUI ERAT IN EDOM
CUM ENIM ESSET DAUID
IN IDUMEA
ET ASCENDISSET IOAB PRINCEPS
MILITIAE AD SEPELIENDOS EOS
QUI FUERANT INTERFECTI
ET OCCIDISSET OMNE MASCULINUM
IN IDUMAEA
SEX ENIM MENSIBUS IBI MORATUS
EST IOAB ET OMNIS ISRAHEL
DONEC INTERIMERENT OMNE
MASCULINUM IN IDUMEA
FUGIT ADAD IPSE ET UIRI IDUMEI
DE SERUIS PATRIS EIUS CUM EO
UT INGREDERETUR AEGYPTUM
ERAT AUTEM ADAD PUER
PARUULUS
CUMQUE SURREXISSENT DE
MADIAN UENERUNT IN FARAN
TULERUNTQUE SECUM UIROS
DE FARAN
ET INTROIERUNT AEGYPTUM
AD PHARAONEM REGEM AEGYPTI
QUI DEDIT EI DOMUM ET CIBOS
CONSTITUIT ET TERRAM
DELEGAUIT
ET INUENIT ADAD GRATIAM CORAM
PHARAO UALDE
IN TANTUM UT DARET EI UXOREM
SOROREM UXORIS SUAE
GERMANAM TAFNES REGINAE
GENUITQUE EI SOROR TAFNES
GENEBATH FILIUM
ET NUTRIUIT EUM TAFNES
IN DOMO PHARAONIS
ERATQ GENEBATH HABITANS
APUD PHARAONEM
CUM FILIIS EIUS
CUMQUE AUDISSET ADAD
IN AEGYPTO DORMISSE DAUID
CUM PATRIBUS SUIS
ET MORTUUM ESSE IOAB
PRINCIPEM MILITIAE
DIXIT PHARAONI DIMITTE ME
UT UADAM IN TERRAM MEAM
DIXITQUE EI PHARAO QUA ENIM RE
APUD ME INDIGES UT QUAERAS
IRE AD TERRAM TUAM
AT ILLE RESPONDIT NULLA
SED OBSECRO UT DIMITTAS ME
XX SUSCITAUIT QUOQUE EI DS
ADUERSARIUM RAZON FILIUM
ELIADA QUI FUGERAT ADADEZER
REGEM SOBA DOMINUM SUUM
ET CONGREGAUIT CONTRA
EUM UIROS
ET FACTUS EST PRINCEPS
LATRONUM CUM INTERFICERET
EOS DAUID
ABIERUNTQUE DAMASCO
ET HABITAUERUNT IBI
ET CONSTITUERUNT EUM REGEM
IN DAMASCO
ERATQ ADUERSARIUS ISRAHEL
CUNCTIS DIEBUS SALOMONIS
ET HOC EST MALUM ADAD
ET ODIUM CONTRA ISRAHEL
REGNAUITQ IN SYRIA
HIEROBOAM QUOQUE FILIUS
NABATH EPHRATHEUS
DE SAREDA
CUIUS MATER ERAT NOMINE
SARUA MULIER UIDUA

SERUUS SALOMONIS
LEUAUIT MANUM CONTRA REGEM
ET HAEC CAUSA REBELLIONIS
ADUERSUS EUM
QUIA SALOMON AEDIFICAUIT
MELLO
ET COAEQUAUIT UORAGINEM
CIUITATIS DAUID PATRIS SUI
ERAT AUTEM HIEROBOAM UIR
FORTIS ET POTENS
UIDENSQUE SALOMON ADULE
SCENTEM BONAE INDOLIS
ET INDUSTRIUM
CONSTITUERAT EUM PRAEFECTUM
SUPER TRIBUTA UNIUERSAE
DOMUS IOSEPH
XXI FACTUM EST IGITUR IN TEMPORE
ILLO UT HIEROBOAM EGREDE
RETUR DE HIERUSALEM
ET INUENIRET EUM AHIAS
SILONITES PROPHETA IN UIA
OPERTUS PALLIO NOUO
ERANT AUTEM DUO TANTUM
IN AGRO
ADPREHENDENSQ· AHIA PALLIUM
SUUM NOUUM QUO COOPERTUS
ERAT SCIDIT IN DUODECIM
PARTES
ET AIT AD HIEROBOAM TOLLE TIBI
DECEM SCISSURAS
HAEC ENIM DICIT DNS DS ISRAHEL
ECCE EGO SCINDAM REGNUM
DE MANU SALOMONIS
ET DABO TIBI DECEM TRIBUS
PORRO UNA TRIB· REMANEBIT EI
PROPTER SERUUM MEUM DAUID
ET HIERUSALEM CIUITATEM
QUAM ELEGI EX OMNIBUS
TRIBUB· ISRAHEL
EO QUOD DERELIQUERINT ME
ET ADORAUERINT ASTHAROTH
DEAM SIDONIORUM
ET CHAMOS DEUM MOAB
ET MELCHOM DEUM FILIORUM
AMMON
ET NON AMBULAUERINT
IN UIIS MEIS
UT FACERENT IUSTITIAM CORAM
ME ET PRAECEPTA MEA
ET IUDICIA SICUT DAUID
PATER EIUS
NEC AUFERAM OMNE REGNUM
DE MANU EIUS
SED DUCEM PONAM EUM CUNCTIS
DIEB· UITAE SUAE
PROPTER DAUID SERUUM MEUM
QUEM ELEGI
QUI CUSTODIUIT MANDATA MEA
ET PRAECEPTA MEA
AUFERAM AUTEM REGNUM
DE MANU FILII EIUS
ET DABO TIBI DECEM TRIBUS
FILIO AUTEM EIUS DABO
TRIBUM UNAM
UT REMANEAT LUCERNA DAUID
SERUO MEO CUNCTIS DIEBUS
CORAM ME
IN HIERUSALEM CIUITATE
QUAM ELEGI UT ESSET
NOMEN MEUM IBI
TE AUTEM ADSUMAM
ET REGNABIS SUPER OMNIA
QUAE DESIDERAT ANIMA TUA
ERISQ· REX SUPER ISRAHEL
SI IGITUR AUDIERIS OMNIA
QUAE PRAECEPERO TIBI
ET AMBULAUERIS IN UIIS MEIS
ET FECERIS QUOD RECTUM EST
CORAM ME
CUSTODIENS MANDATA MEA
ET PRAECEPTA MEA
SICUT FECIT DAUID SERUUS MEUS
ERO TECUM ET AEDIFICABO TIBI
DOMUM FIDELEM
QUOMODO AEDIFICAUI DAUID
ET TRADAM TIBI ISRAHEL
ET ADFLIGAM SEMEN DAUID
SUPER HOC

UERUMTAMEN NON CUNCTIS DIEB·
XII UOLUIT ERGO SALOMON
INTERFICERE HIEROBOAM
QUI SURREXIT ET AUFUGIT
IN AEGYPTUM AD SUSAC
REGEM AEGYPTI
ET FUGIT IN AEGYPTO USQUE
AD MORTEM SALOMONIS
RELIQUUM AUTEM UERBORUM
· SALOMONIS
ET OMNIA QUAE FECIT
ET SAPIENTIA EIUS
ECCE UNIUERSA SCRIPTA SUNT
IN LIBRO UERBORUM SALOMONIS ·
DIES AUTEM QUOS REGNAUIT
SALOMON IN HIERUSALEM
SUPER OMNEM ISRAHEL
QUADRAGINTA ANNI SUNT
DORMIUITQUE SALOMON
CUM PATRIBUS SUIS
ET SEPULTUS EST IN CIUITATE DAUID
PATRIS SUI
REGNAUITQUE ROBOAM
FILIUS EIUS PRO EO
XIII UENIT AUTEM ROBOAM
IN SYCHEM
ILLUC ENIM CONGREGATUS ERAT
OMNIS ISRAHEL AD CONSTITU
ENDUM EUM REGEM
AT HIEROBOAM FILIUS NABAT
CUM ADHUC ESSET IN AEGYPTO
PROFUGUS A FACIE REGIS
SALOMONIS
AUDITA MORTE EIUS REUERSUS EST
DE AEGYPTO
MISERUNTQ· ET UOCAUERUNT EUM
UENIT ERGO HIEROBOAM
ET OMNIS MULTITUDO ISRAHEL
ET LOCUTI SUNT AD ROBOAM
DICENTES
PATER TUUS DURISSIMUM IUGUM
INPOSUIT NOBIS
TU ITAQUE NUNC IMMINUE
PAULULUM DE IMPERIO

PATRIS TUI DURISSIMO
ET DE IUGO GRAUISSIMO QUOD
INPOSUIT NOBIS ET SERUIEMUS TIBI
QUI AIT EIS
ITE USQUE AD TERTIUM DIEM
ET REUERTIMINI AD ME
CUMQUE ABISSET POPULUS INIIT
CONSILIUM REX ROBOAM
CUM SENIBUS
QUI ADSISTEBANT CORAM SALOMONE
PATRE EIUS DUM ADUIUERET
ET AIT QUOD MIHI DATIS CONSILIUM
UT RESPONDEAM POPULO
QUI DIXERUNT EI
SI HODIE OBOEDIERIS POPULO
HUIC ET SERUIERIS
ET PETITIONI EORUM CESSERIS
LOCUTUSQUE FUERIS AD EOS
UERBA LENIA
ERUNT TIBI SERUI CUNCTIS DIEBUS
QUI DERELIQUIT CONSILIUM SENUM
QUOD DEDERANT EI
ET ADHIBUIT ADULESCENTES
QUI NUTRITI FUERANT CUM EO
ET ADSISTEBANT ILLI
DIXITQUE AD EOS QUOD MIHI DATIS
CONSILIUM UT RESPONDEAM
POPULO HUIC
QUI DIXERUNT MIHI LEUIUS
FAC IUGUM QUOD INPOSUIT
PATER TUUS SUPER NOS
ET DIXERUNT EI IUUENES QUI NUTRITI
FUERANT CUM EO
SIC LOQUERIS POPULO HUIC
QUI LOCUTI SUNT AD TE DICENTES
PATER TUUS ADGRAUAUIT IUGUM
NOSTRUM TU RELEUA NOS
SIC LOQUERIS AD EOS
MINIMUS DIGITUS MEUS GROSSIOR
EST DORSO PATRIS MEI
ET NUNC PATER MEUS POSUIT
SUPER UOS IUGUM GRAUE
EGO AUTEM ADDAM SUPER
IUGUM UESTRUM

PATER MEUS CAECIDIT UOS
FLAGELLIS EGO AUTEM CAEDAM
UOS SCORPIONIBUS
UENIT ERGO HIEROBOAM ET OMNIS
POPULUS AD ROBOAM
DIE TERTIA
SICUT LOCUTUS FUERAT REX DICENS
REUERTIMINI AD ME DIE TERTIA
RESPONDITQ(UE) REX POPULO DURA
DERELICTO CONSILIO SENIORUM
QUOD EI DEDERANT
ET LOCUTUS EST EIS SECUNDUM
CONSILIUM IUUENUM DICENS
PATER MEUS ADGRAUAUIT
IUGUM UESTRUM
EGO AUTEM ADDAM IUGO UESTRO
PATER MEUS CAECIDIT UOS
FLAGELLIS ET EGO CAEDAM
SCORPIONIBUS
ET NON ADQUIEUIT REX POPULO
QUONIAM AUERSATUS EUM
FUERAT DNS
UT SUSCITARET UERBUM SUUM
QUOD LOCUTUS FUERAT IN MANU
AHIAE SILONITAE AD HIEROBOAM
FILIUM NABAT
UIDENS ITAQ(UE) POPULUS QUOD
NOLUISSET EOS AUDIRE REX
RESPONDIT EI DICENS
QUAE NOBIS PARS IN DAUID
UEL QUAE HEREDITAS IN FILIO ISAI
IN TABERNACULA TUA ISRAHEL
NUNC UIDE DOMUM TUAM DAUID
ET ABIIT ISRAHEL IN TABERNACULA SUA
SUPER FILIOS AUTEM ISRAHEL
QUICUMQUE HABITABANT
IN CIUITATIBUS IUDA REGNABIT
ROBOAM
XXIIII MISIT IGITUR REX ROBOAM
AD URAN QUI ERAT SUPER
TRIBUTUM
ET LAPIDAUIT EUM OMNIS ISRL
ET MORTUUS EST
PORRO REX ROBOAM FESTINUS
ASCENDIT CURRUM ET FUGIT
IN HIERUSALEM
RECESSITQ(UE) ISRAHEL A DOMO DAUID
USQ(UE) IN PRAESENTEM DIEM
FACTUM EST AUTEM CUM AUDISSET
OMNIS ISRAHEL QUOD REUERSUS
ESSET HIEROBOAM
MISERUNT ET UOCAUERUNT EUM
CONGREGATO COETU
ET CONSTITUERUNT REGEM
SUPER OMNEM ISRAHEL
NEC SECUTUS EST QUISQUAM
DOMUM DAUID PRAETER
TRIBUM IUDA SOLAM
UENIT AUTEM ROBOAM
HIERUSALEM
ET CONGREGAUIT UNIUERSAM
DOMUM IUDA ET TRIBUM
BENIAMIN
CENTUM OCTOGINTA MILIA
ELECTORUM UIRORUM
ET BELLATORUM
UT PUGNARET CONTRA DOMUM
ISRAHEL
ET REDUCERET REGNUM ROBOAM
FILIO SALOMONIS
FACTUS EST UERO SERMO DI
AD SEMEIAM UIRUM DI DICENS
LOQUERE AD ROBOAM FILIUM
SALOMONIS REGEM IUDA
ET AD OMNEM DOMUM IUDA
ET BENIAMIN ET RELIQUOS
DE POPULO DICENS
HAEC DICIT DNS
NON ASCENDETIS NEC BELLABITIS
CONTRA FRATRES UESTROS
FILIOS ISRAHEL
REUERTATUR UIR IN DOMUM SUAM
A ME ENIM FACTUM EST
UERBUM HOC
AUDIERUNT SERMONEM DNI
ET REUERSI SUNT DE ITINERE
SICUT EIS PRAECEPERAT DNS
XXV AEDIFICAUIT AUTEM HIEROBOAM

Sychem in monte Ephraim
et habitauit ibi
et egressus inde aedificauit
Fanuhel
dixitq. Hieroboam in corde suo
nunc reuertetur regnum
ad domum Dauid
si ascenderit populus iste
ut faciat sacrificia in domo
dñi in Hierusalem
et conuertetur cor populi
huius ad dominum suum
Roboam regem Iuda
interficientque me et reuer
tentur ad eum
et excogitato consilio fecit
duos uitulos aureos
et dixit eis
nolite ultra ascendere
Hierusalem
ecce dii tui Israhel qui eduxerunt
te de terra Aegypti
posuitq. unum in Bethel
et alterum in Dan
et factum est uerbum hoc
in peccatum
ibat enim populus ad adoran
dum uitulum usq. in Dan
et fecit fana in excelsis
et sacerdotes de extremis
populi
qui non erant de filiis Leui
constituitque diem sollemnẽ
in mense octauo quinta
decima die mensis
in similitudinem sollemnitatis
quae celebratur in Iuda
et ascendens altare similiter
fecit in Bethel
ut immolaret uitulis quos
fabricatus erat
constituitq. in Bethel
sacerdotes excelsorum
quae fecerat
et ascendit super altare quod
exstruxerat in Bethel
quinta decima die mensis octaui
quem finxerat de corde suo
et fecit sollemnitatem
filiis Israhel
et ascendit super altare
ut adoleret incensum
XIII et ecce uir dei uenit de Iuda
in sermone dñi in Bethel
Hieroboam stante super altare
et tus iaciente
et exclamauit contra altare
in sermone dñi et ait
altare altare haec dicit dñs
ecce filius nascetur domui
Dauid Iosias nomine
et immolauit super te
sacerdotes excelsorum
qui nunc in te tura succendunt
et ossa hominum incendet
super te
deditque in die illa signum dicens
hoc erit signum quod locutus
est dñs
ecce altare scinditur et effun
ditur cinis qui in eo est
XXIII Cumq. audisset rex sermonem xxiii
hominis dī quem inclama
uerat contra altare
in Bethel
extendit manum suam
de altari dicens
adprehendite eum
et exaruit manus eius quam
extenderat contra eum
nec ualuit retrahere
eam ad se
altare quoque scissum est
et effusus cinis de altari
iuxta signum quod praedixerat
uir dī in sermone dñi
et ait rex ad uirum dī
deprecare faciem dñi dī tui

et ora pro me
ut restituatur manus
mea mihi
orauit uir dī faciem dnī
et reuersa est manus
regis ad eum
et facta est sicut prius fuerat
Locutus est autem rex
ad uirum dī
ueni mecum domum
ut prandeas
et dabo tibi munera
Respondit q; uir dī ad regem
si dederis mihi mediam partem
domus tuae non ueniam tecum
nec comedam panem
neque bibam aquam
in loco isto
sic enim mandatum est mihi
in sermone dnī praecipientis
non comedes panem
neq; bibes aquam
nec reuerteris per uiam
qua uenisti
abiit ergo per aliam uiam
et non est reuersus per iter
quo uenerat in bethel.
XXIIII Prophetes autem quidam senex
habitabat in bethel,
ad quem uenit filius suus
et narrauit ei omnia opera
quae fecerat uir dī illa die
in bethel,
et uerba quae locutus fuerat
ad regem
et narrauerunt patri suo
et dixit eis pater eorum
per quam uiam abiit
ostenderunt ei filii sui uiam
per quam abierat uir dī
qui uenerat de iuda
et ait filiis suis sternite mihi
asinum qui cum strauissent
ascendit et abiit post uirum dī
et inuenit eum sedentem
subtus terebinthum
et ait illi tune es uir dī
qui uenisti de iuda
Respondit ille ego sum
dixit ad eum ueni mecum
domum ut comedas panem
qui ait non possum reuerti
neq; uenire tecum
nec comedam panem
nec bibam aquam in loco isto
quia locutus est dn̄s ad me
in sermone dnī dicens
non comedes panem et non
bibes ibi aquam nec reuerteris
per uiam qua ieris
qui ait illi et ego propheta sum
similis tui
et angelus locutus est mihi
in sermone dnī dicens
reduc eum tecum
in domum tuam,
et comedat panem et bibat
aquam
fefellit eum et reduxit secum
comedit ergo panem in domo
eius et bibit aquam
K cumq; sederent ad mensam
Factus est sermo dnī ad prophe
tam qui reduxerat eum
et exclamauit ad uirum dī
qui uenerat de iuda dicens
haec dicit dn̄s quia inoboediens
fuisti ori dnī
et non custodisti mandatum
quod praecepit tibi dn̄s
ds̄ tuus
et reuersus es et comedisti
panem et bibisti aquam
in loco in quo praecepit tibi
ne comederes panem
neq; biberes aquam
non inferetur cadauer tuum
in sepulchrum patrum tuorum

Cumq; comedisset et bibisset
stravit asinum prophetae
quem reduxerat
qui cum abisset invenit eum leo
in via et occidit
et erat cadaver eius proiectum
in itinere
asinus autem stabat iuxta illum
et leo stabat iuxta cadaver
et ecce viri transeuntes
viderunt cadaver
proiectum in via
et leonem stantem iuxta
cadaver
et venerunt et divulgaverunt
in civitate in qua prophetes
senex ille habitabat
quod cum audisset propheta
ille qui reduxerat eum
de via ait
vir di est qui inoboediens
fuit ori dni
et tradidit eum dns leoni
et confregit eum et occidit
iuxta verbum dni quod
locutus est ei
dixitq; ad filios suos
sternite mihi asinum
qui cum stravissent
et ille abisset
invenit cadaver eius
proiectum in via
et asinum et leonem stantes
iuxta cadaver
non comedit leo de cadavere
nec laesit asinum
Tulit ergo prophetes
cadaver viri di
et posuit illud super asinum
et reversus intulit in civi
tatem prophetae senes
ut plangerent eum
et posuit cadaver eius
in sepulchro suo
et planxerunt eum eheu frater
cumque planxissent eum
dixit ad filios suos
cum mortuus fuero sepelite me
in sepulchro
in quo vir di sepultus est
iuxta ossa eius ponite ossa mea
profecto enim veniet sermo
quem praedixit in sermone dni
contra altare quod est
in bethel
et contra omnia fana excelso
rum quae sunt in urbibus
samariae
XCIII Post verba haec non est
reversus hieroboam de via
sua pessima
sed e contrario fecit
de novissimis populi sacer
dotes excelsorum
quicumq; volebat implebat
manum suam et fiebat
sacerdos excelsorum
et propter hanc causam
peccavit domus hieroboam
et eversa est et deleta
de superficie terrae
XCIIII In tempore illo aegrotavit
abia filius hieroboam
dixitque hieroboam
uxori suae
surge et commuta habitum
ne cognoscaris quod sis
uxor hieroboam
et vade in silo ubi est ahia
propheta
qui locutus est mihi quod
regnaturus essem super
populum hunc
tolle quoque in manu tua
decem panes et crustula
et vas mellis et vade
ad illum
ipse indicavit tibi quid eventuru

sit huic puero
fecit ut dixerat uxor
hieroboam
et consurgens abiit in silo
et uenit in domum ahia
at ille non poterat uidere
quia caligauerant oculi eius
prae senectute
dixit autem dns ad ahia
ecce uxor hieroboam ingre
ditur ut consulat te super
filio suo qui aegrotat
haec et haec loqueris ei
cum ergo illa intraret
et dissimularet se esse
quae erat
audiuit ahia sonitum pedum
eius introeuntis
per ostium et ait
ingredere uxor hieroboam
quare aliam esse te simulas
ego autem missus sum ad te
durus nuntius
uade et dic hieroboam
haec dicit dns ds israhel
quia exaltaui te de medio
populi
et dedi te ducem super
populum meum israhel
et scidi regnum domus dauid
et dedi illud tibi
et non fuisti sicut seruus
meus dauid
qui custodiuit mandata mea
et secutus est me in toto
corde suo
faciens quod placitum esset
in conspectu meo
sed operatus es mala
super omnes qui fuerunt
ante te
et fecisti tibi deos alienos
et conflatiles
ut me ad iracundiam
prouocares
me autem proiecisti post
corpus tuum
idcirco ecce ego inducam mala
super domum hieroboam
et percutiam de hieroboam
mingentem ad parietem
et clausum et nouissimum
in israhel
et mundabo reliquias domus
hieroboam
sicut mundari potest fimus
usque ad purum
qui mortui fuerint de hierobo͞a
in ciuitate comedent
eos canes
qui mortui autem fuerint
in agro uorabunt eos
aues caeli
quia dns locutus est
tu igitur surge et uade
in domum tuam et in ipso
introitu pedum tuorum
in urbem
morietur puer et planget
eum omnis isrl et sepeliet
iste enim solus infer et ur
de hieroboam in sepulchrum
quia inuentus est super eo
sermo bonus ad dnm dm isrl
in domo hieroboam
constituet autem sibi dns
regem super israhel
qui percutiat domum
hieroboam
in hac die et in hoc tempore
et percutiet dns israhel
sicut moueri solet harundo
in aqua
et euellet israhel de terra
bona hac quam dedit
patribus eorum
et uentilauit eos trans
flumen

quia fecerunt sibi lucos
ut inritarent dñm
et tradet dñs israhel propter
peccata hieroboam qui
peccauit et peccare
fecit israhel
Surrexit itaque uxor
hieroboam
et abiit et uenit in thersa
cumq; illa ingrederetur
limen domus puer
mortuus est
et sepelierunt eum
et planxit illum omnis israhel
iuxta sermonem dñi quem
locutus est in manu serui sui
ahiae prophetae
Reliqua autem uerborum
hieroboam
quomodo pugnauerit
et quomodo regnauerit
ecce scripta sunt in libro
uerborum dierum
regum israhel
dies autem quibus regnauit
hieroboam uiginti duo
anni sunt
et dormiuit cum patrib; suis
regnauitque nadab filius
eius pro eo
XXIIII Porro roboam filius salomonis
regnauit in iuda
quadraginta et unius anni erat
roboam cum regnare
coepisset
et decem et septem annis
regnauit in hierusalem
ciuitate quam elegit dñs
ut poneret nomen suum ibi
ex omnib; tribub; israhel
nomen autem matris eius
naama ammanites
et fecit iudas malum
coram dño

et inritauerunt eum super
omnibus quae fecerant
patres eorum
in peccatis suis quae peccauerant
aedificauerunt enim et ipsi sibi
aras et statuas et lucos
super omnem collem excelsum
et super omnem arborem
frondosam
sed et effeminati fuerunt
in terra
feceruntque omnes abomina
tiones gentium
quas attribit dñs ante faciem
filiorum israhel
In quinto autem anno regni roboam
ascendit sesac rex aegypti
in hierusalem
et tulit thesauros domus dñi
et thesauros regios
et uniuersa diripuit
scuta quoque aurea quae
fecerat salomon
pro quibus fecit rex roboam
scuta aerea
et tradidit ea in manu ducum
scutariorum
et eorum qui excubabant ante
ostium domus regis
cumque ingrederetur rex
in domum dñi
portabant ea qui praeeundi
habebant officium
et postea reportabant
ad armamentarium
scutariorum
Reliqua autem sermonum
roboam et omnium quae fecit
ecce scripta sunt in libro uer
borum dierum regum iuda
fuitque bellum inter roboam
et hieroboam cunctis dieb;
dormiuit itaque roboam
cum patribus suis

ET SEPULTUS EST CUM EIS
IN CIUITATE DAUID
NOMEN AUTEM MATRIS EIUS
NAAMA AMMANITES
ET REGNAUIT ABIAM FILIUS
EIUS PRO EO
XV IGITUR IN OCTAUODECIMO ANNO
REGNI HIEROBOAM FILII NABAT
REGNAUIT ABIAM SUPER IUDAM
TRIB· ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS MAACHA
FILIA ABSALOM
AMBULAUITQ· IN OMNIBUS
PECCATIS PATRIS SUI QUAE
FECERAT ANTE EUM
NEC ERAT COR EIUS PERFECTUM
CUM DÑO DŌ SUO
SICUT COR DAUID PATRIS EIUS
SED PROPTER DAUID DEDIT EI
DÑS DS SUUS LUCERNAM
IN HIERUSALEM
UT SUSCITARET FILIUM EIUS
POST EUM ET STARET
HIERUSALEM
EO QUOD FECISSET DAUID RECTUM
IN OCULIS DÑI
ET NON DECLINASSET AB OMNIBUS
QUAE PRAECEPERAT EI
CUNCTIS DIEB· UITAE SUAE
EXCEPTO SERMONE URIAE ETTHEI
AT TAMEN BELLUM FUIT INTER
ROBOAM ET INTER HIEROBOAM
OMNI TEMPORE UITAE EIUS
RELIQUA AUTEM SERMONUM ABIAM
ET OMNIA QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO UERBORUM DIERUM
REGUM IUDA
FUITQ· PROELIUM INTER ABIAM
ET INTER HIEROBOAM
ET DORMIUIT ABIAM
CUM PATRIBUS SUIS
ET SEPELIERUNT EUM
IN CIUITATE DAUID
REGNAUITQ· ASA FILIUS EIUS PRO EO
XXX IN ANNO ERGO UICENSIMO HIEROBOAM
REGIS ISRAHEL REGNAUIT ASA
REX IUDA
ET QUADRAGINTA UNO ANNO
REGNAUIT IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS MAACHA
FILIA ABSALOM
ET FECIT ASA RECTUM ANTE CON
SPECTUM DÑI SICUT DAUID
PATER EIUS
ET ABSTULIT EFFEMINATAS
DE TERRA
PURGAUITQUE UNIUERSAS SORDES
IDOLORUM QUAE FECERANT
PATRES EIUS
INSUPER ET MAACHAM MATREM
SUAM AMOUIT
NE ESSET PRINCEPS IN SACRIS
PRIAPI ET IN LUCO EIUS
QUEM CONSECRAUERAT
SUBUERTITQ· SPECUM EIUS
ET CONFREGIT SIMULACHRUM
TURPISSIMUM
ET COMBUSSIT IN TORRENTE
CEDRON
EXCELSA AUTEM NON ABSTULIT
UERUMTAMEN COR ASA PERFECTŪ
ERAT CUM DŌ CUNCTIS
DIEBUS SUIS
ET INTULIT EA QUAE SCIFICAUERAT
PATER SUUS ET UOUERAT
IN DOMUM DÑI
ARGENTUM ET AURUM ET UASA
BELLUM AUTEM ERAT INTER ASA
ET BAASA REGEM ISRAHEL
CUNCTIS DIEBUS EORUM
ASCENDIT QUOQUE BAASA REX
ISRAHEL IN IUDAM
ET AEDIFICAUIT RAMA
UT NON POSSIT QUISPIAM EGREDI
UEL INGREDI DE PARTE ASA
REGIS IUDAE

TOLLENS ITAQ; ASA OMNE ARGENTUM
ET AURUM
QUOD REMANSERAT IN THESAURIS
DOMUS DNI
ET IN THESAURIS DOMUS REGIAE
DEDIT ILLUD IN MANUS SERUORUM
SUORUM
ET MISIT AD BENADAD FILIUM
TABREMMON FILII EZION
REGEM SYRIAE
QUI HABITABAT IN DAMASCO DICENS
FOEDUS EST INTER ME ET TE
ET INTER PATREM MEUM
ET PATREM TUUM
IDEO MISI TIBI MUNERA ARGENTUM
ET AURUM
ET PETO UT UENIAS ET IRRITUM
FACIAS FOEDUS QUOD HABES
CUM BAASA REGE ISRAHEL
ET RECEDAT A ME
ADQUIESCENS BENADAD REGI ASA
MISIT PRINCIPES EXERCITUS
SUI IN CIUITATE ISRAHEL
ET PERCUSSERUNT AHION ET DAN
ET ABEL DOMUM MAACHA
ET UNIUERSAM CENNEROTH
OMNEM SCILICET TERRAM
NEPTHALIM
QUOD CUM AUDISSET BAASA INTER
MISIT AEDIFICARE RAMA
ET REUERSUS EST IN THERSA
REX AUTEM ASA NUNTIUM MISIT
IN OMNEM IUDAM NEMO SIT
EXCUSATUS
ET TULERUNT LAPIDES RAMA
ET LIGNA EIUS QUIBUS AEDIFICA
UERAT BAASA
ET EXTRUXIT DE EIS REX ASA GABA
BENIAMIN ET MASPHA
RELIQUA AUTEM OMNIUM
SERMONUM ASA
ET UNIUERSAE FORTITUDINES EIUS
ET CUNCTA QUAE FECIT
ET CIUITATES QUAS EXTRUXIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT IN LIBRO
UERBORUM DIERUM REGUM IUDA
UERUM TAMEN IN TEMPORE
SENECTUTIS SUAE DOLUIT PEDES
ET DORMIUIT CUM PATRIB; SUIS
ET SEPULTUS EST CUM EIS
IN CIUITATE DAUID PATRIS SUI
REGNAUITQUE IOSAPHAT
FILIUS EIUS PRO EO
XXXI NADAB UERO FILIUS HIEROBOAM
REGNAUIT SUPER ISRAHEL
ANNO SECUNDO ASA REGIS IUDA
REGNAUITQUE SUPER ISRAHEL
DUOBUS ANNIS
ET FECIT QUOD MALUM EST
IN CONSPECTU DNI
ET AMBULAUIT IN UIIS PATRIS SUI
ET IN PECCATIS EIUS QUIB; PECCARE
FECIT ISRAHEL
INSIDIATUS EST AUTEM EI BAASA
FILIUS AHIA DE DOMO ISSACHAR
ET PERCUSSIT EUM IN GEBBETHON
QUAE EST URBS PHILISTHINORUM
SIQUIDEM NADAB ET OMNIS ISRL
OBSIDEBANT GEBBETHON
INTERFECIT IGITUR ILLUM BAASA
IN ANNO TERTIO ASA REGIS IUDA
ET REGNAUIT PRO EO
CUMQUE REGNASSET PERCUSSIT
OMNEM DOMUM HIEROBOAM
NON DIMISIT NE UNAM QUIDEM
ANIMAM DE SEMINE EIUS
DONEC DELERET EUM IUXTA
UERBUM DNI
QUOD LOCUTUS FUERAT IN MANU
SERUI SUI AHIAE SILONITIS
PROPTER PECCATA HIEROBOAM
QUAE PECCAUERAT
ET QUIBUS PECCARE FECERAT ISRL
ET PROPTER DELICTUM QUO INRITA
UERAT DNM DM ISRAHEL
RELIQUA AUTEM SERMONUM NADAB
ET OMNIA QUAE OPERATUS EST
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT

IN LIBRO UERBORUM DIERUM
REGUM ISRAHEL,
FUIT QUE BELLUM INTER ASA
ET BAASA REGEM ISRAHEL,
CUNCTIS DIEBUS EORUM
XXXII ANNO TERTIO ASA REGIS IUDA
REGNAUIT BAASA FILIUS AHIA
SUPER OMNEM ISRAHEL,
IN THERSA UIGINTI QUATTUOR ANNIS
ET FECIT MALUM CORAM DÑO
AMBULAUIT QUE IN UIA HIEROBOAM
ET IN PECCATIS EIUS QUIBUS
PECCARE FECIT ISRAHEL,
XVI FACTUS EST AUTEM SERMO DÑI
AD HIEU FILIUM ANANI
CONTRA BAASA DICENS
PRO EO QUOD EXALTAUI TE
DE PULUERE
ET POSUI DUCEM SUPER POPULUM
MEUM ISRAHEL,
TU AUTEM AMBULASTI IN UIA
HIEROBOAM
ET PECCARE FECISTI POPULUM
MEUM ISRAHEL,
UT ME INRITARES IN PECCATIS EORŨ
ECCE EGO DEMETAM POSTERIORA
BAASA ET POSTERIORA
DOMUS EIUS
ET FACIAM DOMUM TUAM
SICUT DOMUM HIEROBOAM
FILII NABAT
QUI MORTUUS FUERIT DE BAASA
IN CIUITATE COMEDENT
EUM CANES
ET QUI MORTUUS FUERIT EX EO
IN REGIONE COMEDENT EUM
UOLUCRES CAELI
RELIQUA AUTEM SERMONUM BAASA
ET QUAECUMQUE FECIT
ET PROELIA EIUS
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO UERBORUM DIERUM
REGUM ISRAHEL,
DORMIUIT ERGO BAASA CUM PÃTRIB·
SUIS SEPULTUSQ; EST IN THERSA
ET REGNAUIT HELA FILIUS EIUS
PRO EO
XXXIII CUM AUTEM IN MANU HIEU FILII
ANANI PROPHETAE
UERBUM DÑI FACTUM ESSET
CONTRA BAASA ET CONTRA DOMUM
EIUS ET CONTRA OMNE MALUM
QUOD FECERAT CORAM DÑO
AD IRRITANDUM EUM IN OPERIBUS
MANUUM SUARUM
UT FIERET SICUT DOMUS
HIEROBOAM
OB HANC CAUSAM OCCIDIT EUM
ANNO UICENSIMO SEXTO ASA
REGIS IUDA
REGNAUIT HELA FILIUS BAASA
SUPER ISRAHEL, IN THERSA
DUOBUS ANNIS
ET REBELLAUIT CONTRA EUM
SERUUS SUUS ZAMRI
DUX MEDIAE PARTIS EQUITUM
ERAT AUTEM HELA IN THERSA
BIBENS ET TEMULENTUS
IN DOMO ARSA PRAEFECTI THERSA
INRUENS ERGO ZAMRI PERCUSSIT
ET OCCIDIT EUM
ANNO UICENSIMO SEPTIMO
ASA REGIS IUDA
ET REGNAUIT PRO EO
CUMQ; REGNASSET ET SEDISSET
SUPER SOLIUM EIUS
PERCUSSIT OMNEM DOMUM BAASA
ET NON DERELIQUIT EX EO
MINGENTEM AD PARIETEM
ET PROPINQUOS ET AMICOS EIUS
DELEUIT ZAMRI OMNEM
DOMUM BAASA
IUXTA UERBUM DÑI QUOD LOCUTUS
FUERAT AD BAASA IN MANU
HIEU PROPHETAE
PROPTER UNIUERSA PECCATA
BAASA ET PECCATA HELA
FILII EIUS

QUI PECCAVERUNT ET PECCARE
FECERANT ISRAHEL
PROVOCANTES DÑM DM̄ ISRAHEL
IN VANITATIBUS SUIS
RELIQUA AUTEM SERMONUM
HELA ET OMNIA QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT IN LIBRO
VERBORUM DIERUM
REGUM ISRAHEL
XXX IIII ANNO VICENSIMO ET SEPTIMO
ASA REGIS IUDA
REGNAVIT ZAMRI SEPTEM DIEBUS
IN THERSA
PORRO EXERCITUS OBSIDEBANT
GEBBETHON URBEM
PHILISTHINORUM
CUMQ; AUDISSET REBELLASSE
ZAMRI ET OCCIDISSE REGEM
FECIT SIBI REGEM OMNIS
ISRAHEL AMRI
QUI ERAT PRINCEPS MILITIAE
SUPER ISRAHEL IN DIE ILLA
IN CASTRIS
ASCENDIT ERGO AMRI ET OMNIS
ISRAHEL CUM EO DE GEBBETHON
ET OBSIDEBANT THERSA
VIDENS AUTEM ZAMRI QUOD
EXPUGNANDA ESSET CIVITAS
INGRESSUS EST PALATIUM
ET SUCCENDIT SECUM DOMUM
REGIAM
ET MORTUUS EST IN PECCATIS SUIS
QUAE PECCAVERAT
FACIENS MALUM CORAM DÑO
ET AMBULANS IN VIA HIEROBOAM
ET IN PECCATO EIUS QUO FECIT
PECCARE ISRAHEL
RELIQUA AUTEM SERMONUM
ZAMRI
ET INSIDIARUM EIUS
ET TYRANNIDIS
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO VERBORUM DIERUM
REGUM ISRAHEL

XXXV TUNC DIVISUS EST POPULUS ISRAHEL
IN DUAS PARTES
MEDIA PARS POPULI SEQUEBATUR
THEBNI FILIUM GINETH
UT CONSTITUERET EUM REGEM
ET MEDIA PARS AMRI
PRAEVALUIT AUTEM POPULUS
QUI ERAT CUM AMRI POPULO
QUI SEQUEBATUR THEBNI
FILIUM GINETH
MORTUUSQUE EST THEBNI
ET REGNAVIT AMRI
XXXVI ANNO TRICENSIMO PRIMO ASA
REGIS IUDA
REGNAVIT AMRI SUPER ISRAHEL
DUODECIM ANNIS
IN THERSA REGNAVIT SEX ANNIS
EMITQUE MONTEM SAMARIAE
A SOMER DUOBUS TALENTIS
ARGENTI
ET AEDIFICAVIT EAM
ET VOCAVIT NOMEN CIVITATIS
QUAM EXTRUXERAT
NOMINE SOMER DOMINI MONTIS
SAMARIAE
FECIT AUTEM AMRI MALUM
IN CONSPECTU DÑI
ET OPERATUS EST NEQUITER
SUPER OMNES QUI FUERANT
ANTE EUM
AMBULAVITQUE IN OMNI VIA
HIEROBOAM FILII NABAT
ET IN PECCATIS EIUS QUIBUS
PECCARE FECERAT ISRAHEL
UT INRITARET DÑM DM̄ ISRAHEL
IN VANITATIBUS SUIS
RELIQUA AUTEM SERMONUM
AMRI ET PROELIA EIUS
QUAE GESSIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO VERBORUM DIERUM
REGUM ISRAHEL
ET DORMIVIT AMRI CUM PATRIBUS
SUIS ET SEPULTUS EST IN SAMARIA

REGNAUITQUE AHAB FILIUS
EIUS PRO EO
xxxiii AHAB UERO FILIUS AMRI REGNAUIT
SUPER ISRAHEL ANNO TRICENSIMO
OCTAUO ASA REGIS IUDA
ET REGNAUIT AHAB FILIUS AMRI
SUPER ISRAHEL IN SAMARIA
UIGINTI ET DUOB; ANNIS
ET FECIT AHAB FILIUS AMRI MALUM
IN CONSPECTU DNI
SUPER OMNES QUI FUERUNT
ANTE EUM
NEC SUFFICIT EI UT AMBULARET
IN PECCATIS HIEROBOAM
FILII NABAT
INSUPER DUXIT UXOREM HIEZABEL
FILIAM ETHBAAL REGIS
SIDONIORUM ET ABIIT ET SERUIUIT
BAAL ET ADORAUIT EUM
ET POSUIT ARAM BAAL IN TEMPLO
BAAL QUOD AEDIFICAUERAT
IN SAMARIA
ET PLANTAUIT LUCUM
ET ADDIDIT AHAB IN OPERE SUO
INRITANS DNM DM ISRAHEL
SUPER OMNES REGES ISRAHEL
QUI FUERUNT ANTE EUM
IN DIEBUS EIUS AEDIFICAUIT AHIEL
DE BETHEL HIERICHO
IN ABIRAM PRIMITIUO SUO
FUNDAUIT EAM
ET IN SEGUB NOUISSIMO SUO
POSUIT PORTAS EIUS
IUXTA UERBUM DNI QUOD LOCUTUS
FUERAT IN MANU IOSUE
FILII NUN
xxxiiii XVII ET DIXIT HELIAS THESBITES
DE HABITATORIBUS GALAAD
AD AHAB
UIUIT DNS DS ISRAHEL IN CUIUS
CONSPECTU STO
SI ERIT ANNIS HIS ROS ET PLUUIA
NISI IUXTA ORIS MEI UERBA
ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD EUM DICENS
RECEDE HIC ET UADE CONTRA
ORIENTEM
ET ABSCONDERE IN TORRENTE
CHARITH QUI EST CONTRA
IORDANEN
ET IBI DE TORRENTE BIBES
CORUISQ; PRAECEPI UT PASCANT
TE IBI
ABIIT ERGO ET FECIT IUXTA
UERBUM DNI
CUMQUE ABISSET SEDIT IN TOR
RENTE CHARITH QUI EST
CONTRA IORDANEN
CORUI QUOQUE DEFEREBANT
PANEM ET CARNES MANE
SIMILITER PANEM ET CARNES
UESPERI
ET BIBEBAT DE TORRENTE
POST DIES AUTEM SICCATUS
EST TORRENS
NON ENIM PLUERAT SUPER TERRAM
xxxv FACTUS EST IGITUR SERMO DNI
AD EUM DICENS
SURGE ET UADE IN SAREPHTA
SIDONIORUM ET MANEBIS IBI
PRAECEPI ENIM IBI MULIERI
UIDUAE UT PASCAT TE
SURREXIT ET ABIIT SAREPHTAM
CUMQUE UENISSET AD PORTAM
CIUITATIS
APPARUIT EI MULIER UIDUA
COLLIGENS LIGNA
ET UOCAUIT EAM DIXITQUE
DA MIHI PAULULUM AQUAE
IN UASE UT BIBAM
CUMQUE ILLA PERGERET
UT AD FERRET
CLAMAUIT POST TERGUM
EIUS DICENS
ADFER MIHI OBSECRO ET BUCCILLA̅
PANIS IN MANU TUA
QUAE RESPONDIT
UIUIT DNS DS TUUS QUIA NON HABEO

PANEM NISI QUANTUM PUGILLUS
CAPERE POTEST FARINAE
IN HYDRIA
ET PAULULUM OLEI IN LECYTHO
EN COLLIGO DUO LIGNA UT INGRE
DIAR ET FACIAM ILLUD MIHI
ET FILIO MEO
UT COMEDAMUS ET MORIAMUR
AD QUAM HELIAS AIT NOLI TIMERE
SED UADE ET FAC SICUT DIXISTI
UERUMTAMEN MIHI PRIMUM
FAC DE IPSA FARINULA SUBCINE
RICIUM PANEM PARUULUM
ET ADFER AD ME
TIBI AUTEM ET FILIO TUO
FACIES POSTEA
HAEC AUTEM DICIT DNS DS ISRAHEL
HYDRIA FARINAE NON DEFICIET
NEC LECYTHUS OLEI MINUETUR
USQUE AD DIEM IN QUA DATURUS
EST DNS PLUUIAM SUPER
FACIEM TERRAE
QUAE ABIIT ET FECIT IUXTA
UERBUM HELIAE
ET COMEDIT IPSE ET ILLA
ET DOMUS EIUS
ET EX ILLA DIE HYDRIA FARINAE
NON DEFECIT
ET LECYTHUS OLEI NON EST
IMMINUTUS
IUXTA UERBUM DNI QUOD LOCUTUS
FUERAT IN MANU HELIAE
FACTUM EST AUTEM POST
UERBA HAEC
AEGROTAUIT FILIUS MULIERIS
MATRIS FAMILIAE
ET ERAT LANGUOR FORTISSIMUS
ITA UT NON REMANERET IN EO
HALITUS
DIXIT ERGO AD HELIAM
QUID MIHI ET TIBI UIR DI
INGRESSUS ES AD ME UT REME
MORARENTUR INIQUITATES
MEAE
ET INTERFICERES FILIUM MEUM
ET AIT AD EAM DA MIHI FILIUM TUUM
TULITQUE EUM DE SINU ILLIUS
ET PORTAUIT IN CENACULUM
UBI IPSE MANEBAT
ET POSUIT SUPER LECTULUM SUUM
ET CLAMAUIT AD DNM ET DIXIT
DNE DS MEUS ETIAM NE UIDUAM
APUD QUAM EGO UTCUMQUE
SUSTENTOR ADFLIXISTI
UT INTERFICERES FILIUM EIUS
ET EXPANDIT SE ADQ. MENSUS EST
SUPER PUERUM TRIB. UICIBUS
CLAMAUITQ. AD DNM ET AIT
DNE DS MEUS REUERTATUR ORO
ANIMA PUERI HUIUS
IN UISCERA EIUS
EXAUDIUIT DNS UOCEM HELIAE
ET REUERSA EST ANIMA PUERI
INTRA EUM ET REUIXIT
TULITQUE HELIAS PUERUM
ET DEPOSUIT EUM DE CENACULO
IN INFERIOREM DOMUM
ET TRADIDIT MATRI SUAE
ET AIT ILLI
EN UIUIT FILIUS TUUS
DIXITQUE MULIER AD HELIAM
NUNC IN ISTO COGNOUI
QUONIAM UIR DI ES TU
ET UERBUM DNI IN ORE TUO
UERUM EST
XL POST DIES MULTOS UERBUM DNI XVIII
FACTUM EST AD HELIAM
IN ANNO TERTIO DICENS
UADE ET OSTENDE TE AHAB
UT DEM PLUUIAM SUPER
FACIEM TERRAE
IUIT ERGO HELIAS UT OSTENDERET
SE AHAB
ERAT AUTEM FAMES UEHEMENS
IN SAMARIA
UOCAUITQ. AHAB ABDIAM DISPEN
SATOREM DOMUS SUAE
ABDIAS AUTEM TIMEBAT DNM UALDE

NAM CUM INTERFICERET HIEZABEL
PROPHETAS DN̄I
TULIT ILLE CENTUM PROPHETAS
ET ABSCONDIT EOS QUINQUAGENOS
IN SPELUNCIS
ET PAUIT EOS PANE ET AQUA
DIXIT ERGO AHAB AD ABDIAM
UADE IN TERRAM AD UNIUERSOS
FONTES AQUARUM ET IN
CUNCTAS UALLES
SI FORTE INUENIRE POSSIMUS
HERBAM
ET SALUARE EQUOS ET MULOS
ET NON PENITUS IUMENTA
INTEREANT
DIUISERUNTQUE SIBI REGIONES
UT CIRCUIRENT EAS
AHAB IBAT PER UIAM UNAM
ET ABDIAS PER UIAM ALTERAM
SEORSUM
CUMQUE ESSET ABDIAS IN UIA
HELIAS OCCURRIT EI
QUI CUM COGNOUISSET EUM
CECIDIT SUPER FACIEM
SUAM ET AIT
NUM TU ES DOMINI MI HELIAS
CUI ILLE RESPONDIT EGO
UADE DIC DOMINO TUO
ADEST HELIAS
ET ILLE QUID PECCAUI INQUIT
QUONIAM TRADIS ME SERUUM
TUUM IN MANU AHAB
UT INTERFICIAT ME
UIUIT DN̄S DS̄ TUUS NON EST GENS
AUT REGNUM QUO NON MISERIT
DOMINUS MEUS TE
REQUIRENS
ET RESPONDENTIBUS CUNCTIS
NON EST HIC
ADIURAUIT REGNA SINGULA
ET GENTES EO QUOD MINIME
REPPERIRERIS
ET NUNC DICIS MIHI UADE DIC
DOMINO TUO ADEST HELIAS

CUMQUE RECESSERO A TE SP̄S DN̄I
ASPORTABIT TE IN LOCUM
QUEM EGO IGNORO
INGRESSUS NUNTIABO AHAB
ET NON INUENIET TE ET INTER
FICIET ME
SERUUS AUTEM TUUS TIMET DN̄M
AB INFANTIA SUA
NUMQUID NON INDICATUM EST
TIBI DOMINO MEO QUID FECERIM
CUM INTERFICERET HIEZABEL
PROPHETAS DN̄I
QUOD ABSCONDERIM DE PROPHETIS
DN̄I CENTUM UIROS
QUINQUAGENOS ET QUINQUAGENOS
IN SPELUNCIS
ET PAUERIM EOS PANE ET AQUA
ET NUNC TU DICIS UADE ET DIC
DOMINO TUO ADEST HELIAS
UT INTERFICIAT ME
DIXIT HELIAS
UIUIT DN̄S EXERCITUUM ANTE
CUIUS UULTUM STO
QUIA HODIE APPAREBO EI
ABIIT ERGO ABDIAS IN OCCURSUM AHAB
ET INDICAUIT EI
UENITQUE AHAB IN OCCURSUM
HELIAE ET CUM UIDISSET
EUM AIT
TU NE ES ILLE QUI CONTURBAS
ISRAHEL
ET ILLE AIT
NON TURBAUI ISRAHEL SED TU
ET DOMUS PATRIS TUI
QUI DERELIQUISTIS MANDATA DN̄I
ET SECUTI ESTIS BAALIM
UERUM TAMEN NUNC MITTE
ET CONGREGA AD ME UNIUERSUM
ISRAHEL IN MONTE CARMELI
ET PROPHETAS BAAL QUADRIN
GENTOS QUINQUAGINTA
PROPHETASQUE LUCORUM
QUADRINGENTOS
QUI COMEDUNT DE MENSA HIEZABEL

MISIT AHAB AD OMNES FILIOS ISRAL̄
ET CONGREGAUIT PROPHETAS
IN MONTEM CARMELI
ACCEDENS AUTEM HELIAS
AD OMNEM POPULUM AIT
USQUEQUO CLAUDICATIS
IN DUAS PARTES
SI DÑS EST DS̄ SEQUIMINI EUM
SI AUTEM BAAL SEQUIMINI ILLUM
ET NON RESPONDIT EI POPULUS
UERBUM
ET AIT RURSUM HELIAS
AD POPULUM
EGO REMANSI PROPHETA DÑI SOLUS
PROPHETAE AUTEM BAAL QUADRIN
GENTI ET QUINQUAGINTA
UIRI SUNT
ET PROPHETAE LUCORUM
QUADRINGENTI
DENTUR NOBIS DUO BOUES
ET ILLI ELIGANT BOUEM UNUM
ET IN FRUSTA CAEDENTES PONANT
SUPER LIGNA
IGNEM AUTEM NON SUPPONANT
ET EGO FACIAM BOUEM ALTERUM
ET INPONAM SUPER LIGNA
IGNEMQ· NON SUPPONAM
INUOCATE NOMINA DEORUM
UESTRORUM
ET EGO INUOCABO NOMEN DÑI
ET DS̄ QUI EXAUDIERIT PER IGNEM
IPSE SIT DS̄
RESPONDENS OMNIS POPULUS
AIT OPTIMA PROPOSITIO
DIXIT ERGO HELIAS PROPHETIS BAAL
ELIGITE UOBIS BOUEM UNUM
ET FACITE PRIMI QUIA UOS
PLURES ESTIS
ET INUOCATE NOMINA DEORUM
UESTRORUM
IGNEMQ· NON SUPPONATIS
QUI CUM TULISSENT BOUEM
QUEM DEDERAT EIS
FECERUNT ET INUOCABANT
NOMEN BAAL
DE MANE USQUE AD MERIDIEM
DICENTES
BAAL EXAUDI NOS
ET NON ERAT UOX NEC QUI
RESPONDERET
TRANSILIEBANTQUE ALTARE
QUOD FECERANT
CUMQ· ESSET IAM MERIDIES
INLUDEBAT EIS HELIAS DICENS
CLAMATE UOCE MAIORE
DS̄ ENIM EST ET FORSITAN
LOQUITUR
AUT IN DIUERSORIO EST
AUT IN ITINERE
AUT CERTE DORMIT UT EXCITETUR
CLAMABANT ERGO UOCE MAGNA
ET INCIDEBANT SE IUXTA RITUM
SUUM CULTRIS ET LANCEOLIS
DONEC PERFUNDERENTUR
SANGUINE
POST QUAM AUTEM TRANSIIT
MERIDIES
ET ILLIS PROPHETANTIBUS
UENERAT TEMPUS QUO SACRIFICIU̅
OFFERRI SOLET
NEC AUDIEBATUR UOX NEQUE
ALIQUIS RESPONDEBAT
NEC ATTENDEBAT ORANTES
DIXIT HELIAS OMNI POPULO
UENITE AD ME
ET ACCEDENTE AD SE POPULO
CURAUIT ALTARE DÑI QUOD
DESTRUCTUM FUERAT
ET TULIT DUODECIM LAPIDES
IUXTA NUMERUM TRIBUUM
FILIORUM IACOB
AD QUEM FACTUS EST SERMO
DÑI DICENS
ISRAHEL ERIT NOMEN TUUM
ET AEDIFICAUIT LAPIDIBUS
ALTARE IN NOMINE DÑI
FECITQUE AQUAE DUCTUM
QUASI PER DUAS ARATIUNCULAS

in circuitu altaris
et composuit ligna
diuisitq· per membra bouem
et posuit super ligna et ait
implete quattuor hydrias aqua
et fundite super holocaustum
et super ligna
rursumq· dixit etiam secundo
hoc facite
qui cum fecissent et secundo ait
etiam tertio id ipsum facite
feceruntq· et tertio
et currebant aquae circa
altare
et fossa aquae ductus
repleta est
cumque iam tempus esset
ut offerretur holocaustum
accedens helias propheta ait
dne ds abraham isaac et isrl
hodie ostende quia tu es ds
isrl et ego seruus tuus
et iuxta praeceptum tuum
feci omnia uerba haec
exaudi me dne exaudi me
ut discat populus iste
quia tu es dns ds
et tu conuertisti cor eorum
iterum
cecidit autem ignis dni
et uorauit holocaustum
et ligna et lapides
puluerem quoq· et aquam
quae erat in aquae ductu
lambens
quod cum uidisset omnis
populus cecidit in faciem
suam et ait
dns ipse est ds dns ipse est ds
dixitq· helias ad eos
adprehendite prophetas
baal et ne unus quidem
fugiat ex eis
quos cum conprehendissent
duxit eos helias ad torrentem
cison et interfecit eos ibi
et ait helias ad ahab
ascende comede et bibe quia
sonus multae pluuiae est
ascendit ahab ut comederet
et biberet · helias autem
ascendit in uerticem
carmeli
et pronus in terram posuit
faciem inter genua sua
et dixit ad puerum suum
ascende et prospice
contra mare
qui cum ascendisset et contem
platus esset ait
non est quicquam
et rursum ait illi reuertere
septem uicibus
in septima autem uice
ecce nubicula parua
quasi uestigium hominis
ascendebat de mari
qui ait ascende et dic ahab
iunge et descende ne occupet
te pluuia
cumque se uerterent
huc adque illuc
ecce caeli contenebrati sunt
et nubes et uentus et facta
est pluuia grandis
ascendens itaque ahab
abiit in iezrahel
et manus dni facta est
super heliam
accinctisque lumbis currebat
ante ahab donec ueniret
in iezrahel
XIX nuntiauit autem ahab
hiezabel omnia quae
fecerat helias
et quomodo occidisset
uniuersos prophetas gladio
misitq· hiezabel nuntium

AD HELIAM DICENS
HAEC MIHI FACIANT DII
ET HAEC ADDANT
NISI HAC HORA CRAS POSUERO
ANIMAM TUAM SICUT ANIMAM
UNIUS EX ILLIS
TIMUIT ERGO HELIAS ET SURGENS
ABIIT QUOCUMQUE EUM
FEREBAT UOLUNTAS
XLI UENITQ· IN BERSABEE IUDA
ET DIMISIT IBI PUERUM SUUM
ET PERREXIT IN DESERTUM
UIAM UNIUS DIEI
CUMQUE UENISSET ET SEDERET
SUBTER UNAM IUNIPIRUM
PETIUIT ANIMAE SUAE UT MORE
RETUR ET AIT
SUFFICIT MIHI DÑE TOLLE
ANIMAM MEAM
NEQUE ENIM MELIOR SUM
QUAM PATRES MEI
PROIECITQ· SE ET OBDORMIUIT
IN UMBRA IUNIPIRI
ET ECCE ANGELUS TETIGIT EUM
ET DIXIT ILLI SURGE COMEDE
RESPEXIT ET ECCE AD CAPUT SUUM
SUBCINERICIUS PANIS
ET UAS AQUAE
COMEDIT ERGO ET BIBIT
ET RURSUM OBDORMIUIT
REUERSUSQUE EST ANGELUS DÑI
SECUNDO ET TETIGIT EUM
DIXITQUE ILLI
SURGE COMEDE GRANDIS ENIM
TIBI RESTAT UIA
QUI CUM SURREXISSET
COMEDIT ET BIBIT
ET AMBULAUIT IN FORTITUDINE
CIBI ILLIUS QUADRAGINTA DIEB·
ET QUADRAGINTA NOCTIBUS
USQUE AD MONTEM DÑI HOREB
CUMQ· UENISSET ILLUC
MANSIT IN SPELUNCA
XLII ET ECCE SERMO DÑI AD EUM
DIXITQ· ILLI
QUID HIC AGIS HELIA
AD ILLE RESPONDIT
ZELO ZELATUS SUM PRO DÑO
DO EXERCITUUM
QUIA DERELIQUERUNT PACTUM
DÑI FILII ISRAHEL
ALTARIA TUA DESTRUXERUNT
ET PROPHETAS TUOS
OCCIDERUNT GLADIO
ET DERELICTUS SUM EGO SOLUS
ET QUAERUNT ANIMAM MEAM
UT AUFERANT EAM
ET AIT EI EGREDERE ET STA
IN MONTE CORAM DÑO
ET ECCE DÑS TRANSIT
ET SPS GRANDIS ET FORTIS
SUBUERTENS MONTES ET CONTERENS
PETRAS ANTE DÑM
NON IN SPU DÑS
ET POST SPIRITUM COMMOTIO
NON IN COMMOTIONE DÑS
ET POST COMMOTIONE IGNIS
NON IN IGNE DÑS
ET POST IGNEM SIBILUS AURAE
TENUIS IN CO DÑS
QUOD CUM AUDISSET HELIAS OPERUIT
UULTUM SUUM PALLIO
ET EGRESSUS STETIT IN OSTIO
SPELUNCAE
ET ECCE UOX AD EUM DICENS
QUID AGIS HIC HELIA
AD ILLE RESPONDIT
ZELO ZELATUS SUM PRO DÑO
DO EXERCITUUM
QUIA DERELIQUERUNT PACTUM
TUUM FILII ISRAHEL
ALTARIA TUA DESTRUXERUNT
ET PROPHETAS TUOS
OCCIDERUNT GLADIO
ET DERELICTUS SUM EGO SOLUS
ET QUAERUNT ANIMAM MEAM
UT AUFERANT EAM iii lx
ET AIT DÑS AD EUM

UADE ET REUERTERE IN UIAM TUAM
PER DESERTUM IN DAMASCUM
CUMQUE PERUENERIS UNGUES
AZAHEL REGEM SUPER SYRIAM
ET HIEU FILIUM NAMSI UNGUES
REGEM SUPER ISRAHEL
HELISAEUM AUTEM FILIUM
SAPHAT QUI EST DE ABELMAULA
UNGUES PROPHETAM PRO TE
ET ERIT QUICUMQUE FUGERIT
GLADIUM AZAHEL OCCIDET
EUM HIEU
ET QUI FUGERIT GLADIUM HIEU
INTERFICIET EUM HELISAEUS
ET DERELINQUAM MIHI IN ISRAHEL
SEPTEM MILIA
UNIUERSORUM GENUA QUAE NON
SUNT INCURBATA BAAL
ET OMNE OS QUOD NON ADORAUIT
EUM OSCULANS MANUUM
PROFECTUS EST ERGO INDE
REPPERIT HELISAEUM FILIUM
SAPHAT ARANTEM DUODECIM
IUGIS BOUM
ET IPSE IN DUODECIM ARANTIBUS
UNUS ERAT
CUMQUE UENISSET HELIAS AD EUM
MISIT PALLIUM SUPER ILLUM
QUI STATIM RELICTIS BUBUS
CUCURRIT POST HELIAM ET AIT
OSCULER ORO TE PATREM MEUM
ET MATREM MEAM ET SIC
SEQUAR TE
DIXITQUE EI UADE ET REUERTERE
QUOD ENIM MEUM ERAT FECI TIBI
REUERSUS AUTEM AB EO TULIT
PAR BOUM ET MACTAUIT ILLUD
ET IN ARATRO BOUM COXIT CARNES
ET DEDIT POPULO ET COME
DERUNT
CONSURGENSQUE ABIIT ET SECUTUS
EST HELIAM ET MINISTRABAT EI
xLIII PORRO BENADAD REX SYRIAE
XX CONGREGAUIT OMNEM
EXERCITUM SUUM
ET TRIGINTA ET DUOS REGES SECUM
ET EQUOS ET CURRUS
ET ASCENDENS PUGNABAT CONTRA
SAMARIAM ET OBSIDEBAT EAM
MITTENSQUE NUNTIOS AD AHAB
REGEM ISRAHEL IN CIUITATEM AIT
HAEC DICIT BENADAD
ARGENTUM TUUM ET AURUM TUUM
MEUM EST Lx
ET UXORES TUAE ET FILII TUI
OPTIMI MEI SUNT
RESPONDITQUE REX ISRAHEL
IUXTA UERBUM TUUM DOMINE
MI REX TUUS SUM EGO
ET OMNIA MEA
REUERTENTESQUE NUNTII
DIXERUNT
HAEC DICIT BENADAD QUI MISIT
NOS AD TE
ARGENTUM TUUM ET AURUM TUUM
ET UXORES TUAS ET FILIOS TUOS
DABIS MIHI
CRAS IGITUR HAC EADEM HORA
MITTAM SERUOS MEOS AD TE
ET SCRUTABUNTUR DOMUM TUAM
ET DOMUM SERUORUM TUORUM
ET OMNE QUOD EIS PLACUERIT
PONENT IN MANIBUS SUIS
ET AUFERENT
UOCAUIT AUTEM REX ISRAHEL
OMNES SENIORES TERRAE ET AIT
ANIMADUERTITE ET UIDETE
QUONIAM INSIDIETUR NOBIS
MISIT ENIM AD ME PRO UXORIBUS
MEIS ET FILIIS
ET PRO ARGENTO ET AURO
ET NON ABNUI
DIXERUNTQUE OMNES MAIORES
NATU ET UNIUERSUS
POPULUS AD EUM
NON AUDIAS NEQUE ADQUIESCAS ILLI
RESPONDIT ITAQUE NUNTIIS BENADAD
DICITE DOMINO MEO REGI iLx

OMNIA PROPTER QUAE MISISTI
AD ME SERVUM TUUM
INITIO FACIAM
HANC AUTEM REM FACERE
NON POSSUM
REVERSIQ· NUNTII RETTULERUNT̄ EI
QUI REMISIT ET AIT
HAEC FACIANT MIHI DII
ET HAEC ADDANT
SI SUFFICERIT PULVIS SAMARIAE
PUGILLIS OMNIS POPULI
QUI SEQUITUR ME
ET RESPONDENS REX ISRAHEL AIT
DICITE EI NEC GLORIETUR ACCINCTUS
AEQUE UT DISCINCTUS
FACTUM EST AUTEM CUM AUDISSET
VERBUM ISTUD
BIBEBAT IPSE ET REGES
IN UMBRACULIS
ET AIT SERVIS SUIS
CIRCUMDATE CIVITATEM
ET CIRCUMDEDERUNT EAM
ET ECCE PROPHETA UNUS ACCEDENS
AD AHAB REGEM ISRAHEL AIT
HAEC DICIT DNS
CERTE VIDISTI OMNEM MULTITU
DINEM HANC NIMIAM
ECCE EGO TRADAM EAM
IN MANU TUA HODIE
UT SCIAS QUIA EGO SUM DNS
ET AIT AHAB PER QUEM
DIXITQ· EI HAEC DICIT DNS
PER PEDISEQUOS PRINCIPUM
PROVINCIARUM
ET AIT QUIS INCIPIET PROELIARI
ET ILLE DIXIT TU
RECENSUIT ERGO PUEROS PRIN
CIPUM PROVINCIARUM
ET REPPERIT NUMERUM DUCEN
TORUM TRIGINTA DUUM
ET POST EOS RECENSUIT POPULŪ
OMNES FILIOS ISRAHEL
SEPTEM MILIA
ET EGRESSI SUNT MERIDIE

BENADAD AUTEM BIBEBAT TEMULENTUS
IN UMBRACULO SUO
ET REGES TRIGINTA ET DUO CUM EO
QUI AD AUXILIUM EIUS VENERANT
EGRESSI SUNT AUTEM PUERI
PRINCIPUM PROVINCIARUM
IN PRIMA FRONTE
MISIT ITAQUE BENADAD QUI NUNTIA
VERUNT EI DICENTES
VIRI EGRESSI SUNT DE SAMARIA
AT ILLE SIVE AIT PRO PACE VENIUNT
ADPREHENDITE EOS VIVOS
SIVE UT PROELIENTUR VIVOS
EOS CAPITE
EGRESSI SUNT ERGO PUERI PRIN
CIPUM PROVINCIARUM
AC RELIQUUS EXERCITUS
SEQUEBATUR
ET PERCUSSIT UNUSQUISQUE VIRUM
QUI CONTRA SE VENERAT
FUGERUNTQUE SYRI ET PERSECUTUS
EST EOS ISRAHEL
FUGIT QUOQUE BENADAD REX
SYRIAE IN EQUO CUM EQUITIBUS
NECNON ET EGRESSUS REX ISRAHEL
PERCUSSIT EQUOS ET CURRUS
ET PERCUSSIT SYRIAM
PLAGA MAGNA
XLIIII ACCEDENS AUTEM PROPHETA
AD REGEM ISRAHEL DIXIT EI
VADE ET CONFORTARE ET SCITO
ET VIDE QUID FACIAS
SEQUENTI ENIM ANNO REX SYRIAE
ASCENDET CONTRA TE
SERVI VERO REGIS SYRIAE
DIXERUNT EI
DII MONTIUM SUNT DII EORUM
IDEO SUPERAVERUNT NOS
SED MELIUS EST UT PUGNEMUS
CONTRA EOS IN CAMPESTRIBUS
ET OBTINEBIMUS EOS
TU VERO VERBUM HOC FAC
AMOVE REGES SINGULOS
AB EXERCITU SUO

et pone principes pro eis
et instaura numerum militum
qui ceciderunt de tuis
et equos secundum equos
pristinos
Et currus secundum currus
quos ante habuisti
et pugnavimus contra eos
in campestribus
et videbis quomodo
obtinebimus eos
Credidit consilio eorum
et fecit ita
xLII Igitur postquam annus
transierat
Recensuit Benadad Syros
et ascendit in Aphec
ut pugnaret contra Israhel
porro filii Israhel
recensiti sunt
et acceptis cibariis profecti
ex adverso
castraque metati contra eos
quasi duo parvi greges
caprarum
Syri autem repleverunt
terram
Et accedens unus vir dī dixit
ad regem Israhel IIII b
haec dicit dns
quia dixerunt Syri ds montium
est dns et non est ds vallium
dabo omnem multitudinem
grandem hanc in manu tua
et scietis quia ego dns
dirigebant septem diebus
ex adverso hi atq; illi acies
septima autem die commissum
est bellum
percusseruntque filii Israhel
de Syris centum milia peditum
in die una
Fugerunt autem qui remanse
rant in Aphec in civitatem
et cecidit murus super viginti
septem milia hominum
qui remanserant
porro Benadad fugiens
ingressus est civitatem
in cubiculum quod erat
intra cubiculum
dixeruntq; ei servi sui
ecce audivimus quod reges
domus Israhel clementes sint
ponamus itaque saccos
in lumbis nostris
et funiculos in capitib; nostris
et egrediamur ad regem Israhel
forsitan salvabit animas nostras
accinxerunt saccis lumbos suos
et posuerunt funes in capitibus
veneruntq; ad regem Israhel
et dixerunt
servus tuus Benadad dicit
vivat oro te anima mea
et ille ait si adhuc vivit
frater meus est
quod acceperunt viri
pro omine
et festinantes rapuerunt
verbum ex ore eius
atque dixerunt
frater tuus Benadad
et dixit eis ite et adducite eum
egressus est ergo ad eum
Benadad
et levavit eum in currum suum
qui dixit ei
civitates quas tulit pater meus
a patre tuo reddam
et plateas fac tibi in Damasco
sicut fecit pater meus
in Samaria
et ego foederatus recedam a te
pepigit ergo foedus
et dimisit eum
xLIII Tunc vir quidam de filiis
prophetarum dixit

ad socium suum in sermone dñi
percute me
at ille noluit percutere
cui ait
quia noluisti audire vocem dñi
ecce recedes a me et percutiet
te leo
cumq· paululum recessisset
ab eo invenit eum leo
atque percussit
sed et alterum conveniens virũ.
dixit ad eum percute me
qui percussit eum et vulneravit.
xliii Abiit ergo propheta et occurrit
regi in via
et mutavit aspersione pulveris
os et oculos suos
cumq· rex transiret clamavit
ad regem et ait
servus tuus egressus est
ad proeliandum comminus.
cumque fugisset vir unus
adduxit eum quidam ad me et ait
custodi virum istum
qui si lapsus fuerit erit anima
tua pro anima eius
aut talentum argenti
adpendes
dum autem ego turbatus huc
illucq· me verterem
subito non comparuit
et ait rex israhel ad eum
hoc est iudicium tuum
quod ipse decrevisti
at ille statim abstersit
pulverem de facie sua
et cognovit eum rex israhel
quod esset de prophetis
qui ait ad eum
haec dicit dñs
quia dimisisti virum dignum
morte de manu tua
erit anima tua pro anima eius
et populus tuus pro populo eius

Reversus est igitur rex israhel
in domum suam
audire contemnens et furibundus
venit samariam
xliiii xxi Post verba autem haec
vinea erat naboth hiezrahelitae
qui erat in hiezrahel
iuxta palatium ahab regis
samariae
Locutus est ergo ahab
ad naboth dicens
da mihi vineam tuam ut faciam
mihi hortum holerum
quia vicina est et prope
domum meam
daboque tibi pro ea vineam
meliorem
aut si tibi commodius putas
argenti pretium quanto
digna est
cui respondit naboth
propitius mihi sit dñs
ne dem hereditatem patrum
meorum tibi
venit ergo ahab in domum suam
indignans et frendens
super verbo quod locutus
fuerat ad eum naboth
iezrahelites dicens
non do tibi hereditatem
patrum meorum
et proiciens se in lectulum suum
avertit faciem suam ad parietem
et non comedit panem
Ingressa est autem ad eum
iezabel uxor sua dixitq· ei
quid est hoc unde anima tua
contristata est
et quare non comedis panem
qui respondit ei
Locutus sum naboth
iezrahelitae et dixi ei
da mihi vineam tuam
accepta pecunia

aut si tibi placet dabo tibi
vineam pro ea
Et ille ait non do tibi
vineam meam
Dixit ergo ad eum hiezabel
uxor eius
Grandis auctoritatis es
et bene regis regnum israhel
Surge et comede panem
et aequo esto animo
Ego dabo tibi vineam naboth
iezrahelitae
Scripsit itaque litteras
ex nomine ahab
et signavit eas anulo eius
et misit ad maiores natu
et ad optimates
qui erant in civitate eius
et habitabant cum naboth
Litterarum autem erat ista
sententia
Praedicate ieiunium
et sedere facite naboth
inter primos populi
et summittite duos viros
filios Belial contra eum
et falsum testimonium dicant
Benedixit dñm et regem
et educite eum et lapidate
sicq· moriatur
Fecerunt ergo cives maiores
natu et optimates qui habi
tabant cum eo in urbe
sicut praeceperat eis iezabel
et sicut scriptum erat
in litteris quas miserat
ad eos
Praedicaverunt ieiunium
et sedere fecerunt naboth
inter primos populi
et adductis duobus viris
filiis diaboli fecerunt eos
sedere contra eum
at illi scilicet ut viri diabolici
dixerunt contra eum testi
monium coram multitudine
Benedixit naboth dño et regi
quam ob rem eduxerunt eum
extra civitatem et lapidibus
interfecerunt
Miseruntque ad iezabel
dicentes
Lapidatus est naboth
et mortuus est
Factum est autem cum audisset
iezabel lapidatum naboth
et mortuum
locuta est ad ahab surge posside
vineam naboth iezrahelitae
qui noluit tibi adquiescere
et dare eam accepta
pecunia
non enim vivit naboth
sed mortuus est
Quod cum audisset ahab
mortuum videlicet naboth
surrexit et descendebat
in vineam naboth iezrahelitae
ut possideret eam
Factus est igitur sermo dñi
ad heliam thesbiten dicens
Surge descende in occursum
ahab regis israhel
qui est in samaria
Ecce ad vineam naboth descendit
ut possideat eam
et loqueris ad eum dicens
haec dicit dñs
Occidisti insuper et possedisti
et post haec addes
haec dicit dñs
In loco hoc in quo linxerunt
canes sanguinem naboth
lambent tuum quoque
sanguinem
Et ait ahab ad heliam
num invenisti me inimice mi
qui dixit inveni

EO QUOD UENUNDATUS SIS
UT FACERES MALUM
IN CONSPECTU DN̄I
ECCE EGO INDUCAM SUPER
TE MALUM
ET DEMETAM POSTERIORA TUA
ET INTERFICIAM DE AHAB MINGENTĒ
AD PARIETEM ET CLAUSUM
ET ULTIMUM IN ISRAHEL
ET DABO DOMUM TUAM
SICUT DOMUM HIEROBOAM
FILII NABAT
ET SICUT DOMUM BAASA FILII AHIA
QUIA EGISTI UT ME AD IRACUNDIĀ
PROUOCARES
ET PECCARE FECISTI ISRAHEL
SED ET DE IEZABEL LOCUTUS EST
DN̄S DICENS
CANES COMEDENT IEZABEL
IN AGRO IEZRAHEL
SI MORTUUS FUERIT AHAB
IN CIUITATE COMEDENT
EUM CANES
SI AUTEM MORTUUS FUERIT
IN AGRO COMEDENT EUM
UOLUCRES CAELI
IGITUR NON FUIT ALTER TALIS
UT AHAB
QUI UENUNDATUS EST UT FACERET
MALUM IN CONSPECTU DN̄I
CONCITAUIT ENIM EUM IEZABEL
UXOR SUA
ET ABOMINABILIS EFFECTUS EST
IN TANTUM UT SEQUERETUR IDOLA
QUAE FECERANT AMORRAEI
QUOS CONSUMPSIT DN̄S A FACIE
FILIORUM ISRAHEL
ITAQUE CUM AUDISSET AHAB
SERMONES ISTOS
SCIDIT UESTEM SUAM
ET OPERUIT CILICIO CARNEM SUAM
IEIUNAUITQ; ET DORMIUIT IN SACCO
ET AMBULABAT DIMISSO CAPITE
FACTUS EST AUTEM SERMO DN̄I
AD HELIAM THESBITEN DICENS
NONNE UIDISTI HUMILIATUM
AHAB CORAM ME
QUIA IGITUR HUMILIATUS EST
MEI CAUSA
NON INDUCAM MALUM IN DIEB; EIUS
SED IN DIEB; FILII SUI INFERAM
MALUM DOMUI EIUS
XLIIII XXII TRANSIERUNT IGITUR TRES ANNI
ABSQUE BELLO INTER SYRIAM
ET ISRAHEL
IN ANNO AUTEM TERTIO DESCENDIT
IOSAPHAT REX IUDA
AD REGEM ISRAHEL
DIXITQUE REX ISRAHEL
AD SERUOS SUOS
IGNORATIS QUOD NOSTRA SIT
RAMOTH GALAAD
ET NEGLEGIMUS TOLLERE EAM
DE MANU REGIS SYRIAE
ET AIT AD IOSAPHAT
UENIES NE MECUM AD PROELIAN
DUM IN RAMOTH GALAAD
DIXITQUE IOSAPHAT
AD REGEM ISRAHEL
SICUT EGO SUM ITA ET TU
POPULUS MEUS ET POPULUS TUUS
UNUM SUNT
ET EQUITES MEI ET EQUITES TUI
DIXITQUE IOSAPHAT
AD REGEM ISRAHEL
QUAERE ORO TE HODIE
SERMONEM DN̄I
CONGREGAUIT ERGO REX ISRAHEL
PROPHETAS QUADRINGENTOS
CIRCITER UIROS
ET AIT AD EOS
IRE DEBEO IN RAMOTH GALAAD
AD BELLANDUM AN QUIESCERE
QUI RESPONDERUNT ASCENDE
ET DABIT DN̄S IN MANU REGIS
DIXIT AUTEM IOSAPHAT
NON EST HIC PROPHETA DN̄I
QUISPIAM UT INTERROGEMUS

PER EUM
ET AIT REX ISRAHEL AD IOSAPHAT
REMANSIT UIR UNUS PER QUEM
POSSIMUS INTERROGARE DNM
SED EGO ODI EUM QUIA NON
PROPHETAT MIHI BONUM
SED MALUM
MICHEAS FILIUS IEMLA
CUI IOSAPHAT AIT
NE LOQUARIS ITA REX
UOCAUIT ERGO REX ISRAHEL
EUNUCHUM QUENDAM
ET DIXIT EI
FESTINA ADDUCERE MICHEAM
FILIUM IEMLA
REX AUTEM ISRAHEL ET IOSAPHAT
REX IUDA SEDEBAT UNUSQUISQ·
IN SOLIO SUO
UESTITI CULTU REGIO IN AREA
IUXTA OSTIUM PORTAE
SAMARIAE
ET UNIUERSI PROPHETAE PRO
PHETABANT IN CONSPECTU EORUM
FECIT QUOQ· SIBI SEDECIAS FILIUS
CHANAAN CORNUA FERREA ET AIT
HAEC DICIT DNS HIS UENTILABIS
SYRIAM DONEC DELEAS EAM
OMNESQUE PROPHETAE
SIMILITER PROPHETABANT
DICENTES
ASCENDE IN RAMOTH GALAAD
ET UADE PROSPERE ET TRADET
DNS IN MANU REGIS
NUNTIUS UERO QUI IERAT UT UOCARET
MICHEAM
LOCUTUS EST AD EUM DICENS
ECCE SERMONES PROPHETARUM
ORE UNO BONA REGI PRAEDICANT
SIT ERGO ET SERMO TUUS SIMILIS
EORUM ET LOQUERE BONA
CUI MICHEAS AIT
UIUIT DNS QUIA QUODCUMQUE
DIXERIT MIHI DNS HOC LOQUAR
UENIT ITAQ· AD REGEM ET AIT ILLI REX
MICHEA IRE DEBEMUS IN RAMOTH
GALAAD AD PROELIANDUM
AN CESSARE
CUI ILLE RESPONDIT
ASCENDE ET UADE PROSPERE
ET TRADET DNS IN MANU REGIS
DIXIT AUTEM REX AD EUM
ITERUM ATQUE ITERUM ADIURO TE
UT NON LOQUARIS MIHI NISI QUOD
UERUM EST IN NOMINE DNI
ET ILLE AIT
UIDI CUNCTUM ISRAHEL DISPERSU
IN MONTIBUS QUASI OUES
NON HABENTES PASTOREM
ET AIT DNS NON HABENT DNM ISTI
REUERTATUR UNUSQUISQUE
IN DOMUM SUAM IN PACE
DIXIT ERGO REX ISRL AD IOSAPHAT
NUMQUID NON DIXI TIBI QUIA
NON PROPHETET MIHI BONUM
SED SEMPER MALUM
ILLE UERO ADDENS AIT
PROPTEREA AUDI SERMONEM DNI
UIDI DNM SEDENTEM SUPER
SOLIUM SUUM
ET OMNEM EXERCITUM CAELI
ADSISTENTEM EI A DEXTRIS
ET A SINISTRIS
ET AIT DNS QUIS DECIPIET AHAB
REGEM ISRAHEL
UT ASCENDAT ET CADAT
IN RAMOTH GALAAD
ET DIXIT UNUS UERBA HUIUSCEMODI
ET ALIUS ALITER
EGRESSUS EST AUTEM SPS ET STETIT
CORAM DNO ET AIT
EGO DECIPIAM ILLUM
CUI LOCUTUS EST DNS IN QUO
ET ILLE AIT EGREDIAR ET ERO SPS
MENDAX IN ORE OMNIUM
PROPHETARUM EIUS
ET DIXIT DNS DECIPIES ET PRAE
UALEBIS EGREDERE ET FAC ITA
NUNC IGITUR ECCE DEDIT DNS

SPM MENDACII IN ORE OMNIUM
PROPHETARUM TUORUM
QUI HIC SUNT
ET DNS LOCUTUS EST CONTRA TE
MALUM
ACCESSIT AUTEM SEDECIAS FILIUS
CHANAAN ET PERCUSSIT MICHEAM
IN MAXILLAM ET AIT
ME ERGO DIMISIT SPS DNI
ET LOCUTUS EST TIBI
ET AIT MICHEA
UISURUS ES IN DIE ILLA QUANDO
INGREDIERIS CUBICULUM
INTRA CUBICULUM UT AB
SCONDARIS
ET AIT REX ISRAHEL
TOLLITE MICHEAM ET MANEAT
APUD AMO PRINCIPEM CIUITATIS
ET APUD IOAS FILIUM AMMELECH
ET DICITE EIS HAEC DICIT REX
MITTITE UIRUM ISTUM
IN CARCEREM
ET SUSTENTATE EUM PANE
TRIBULATIONIS ET AQUA ANGUSTIAE
DONEC REUERTAR IN PACE
DIXITQUE MICHEAS
SI REUERSUS FUERIS IN PACE NON
EST LOCUTUS DNS IN ME
ET AIT AUDITE POPULI OMNES
L ASCENDIT ITAQUE REX ISRAHEL
ET IOSAPHAT REX IUDA
IN RAMOTH GALAAD
DIXITQUE REX ISRL AD IOSAPHAT
SUME ARMA ET INGREDERE
PROELIUM ET INDUERE
UESTIBUS TUIS
PORRO REX ISRAHEL MUTAUIT
HABITUM ET INGRESSUS EST
BELLUM
REX AUTEM SYRIAE PRAECEPERAT
PRINCIPIBUS CURRUUM
TRIGINTA DUOBUS DICENS
NON PUGNABITIS CONTRA MINOREM
ET MAIOREM QUEMPIAM
NISI CONTRA REGEM ISRL SOLUM
CUM ERGO UIDISSENT PRINCIPES
CURRUUM IOSAPHAT
SUSPICATI SUNT QUOD IPSE ESSET
REX ISRAHEL
ET IMPETU FACTO PUGNABANT
CONTRA EUM
ET EXCLAMAUIT IOSAPHAT
INTELLEXERUNTQ PRINCIPES
CURRUUM QUOD NON ESSET
REX ISRAHEL
ET CESSAUERUNT AB EO
UNUS AUTEM QUIDAM TETENDIT
ARCUM IN INCERTUM SAGITTAM
DIRIGENS
ET CASU PERCUSSIT REGEM ISRAHEL
INTER PULMONEM ET STOMACHUM
AT ILLE DIXIT AURIGAE SUO
UERTE MANUM TUAM ET EICE ME
DE EXERCITU
QUIA GRAUITER UULNERATUS SUM
COMMISSUM EST ERGO PROELIUM
IN DIE ILLA
ET REX ISRAHEL STABAT IN CURRU
SUO CONTRA SYROS ET MORTUUS
EST UESPERI
FLUEBAT AUTEM SANGUIS PLAGAE
IN SINU CURRUS
ET PRAECO PERSONUIT IN UNIUERSO
EXERCITU ANTEQUAM SOL
OCCUMBERET DICENS
UNUSQUISQUE REUERTATUR
IN CIUITATEM ET IN TERRAM SUAM
MORTUUS EST AUTEM REX
ET PERLATUS EST SAMARIAM
SEPELIERUNTQUE REGEM
IN SAMARIA
ET LAUERUNT CURRUM IN PISCINA
SAMARIAE
ET LINXERUNT CANES SANGUINEM EIUS
ET HABENAS LAUERUNT IUXTA
UERBUM DNI QUOD LOCUTUS
FUERAT
RELIQUA UERO SERMONUM AHAB

ET UNIUERSA QUAE FECIT
ET DOMUS EBURNEA QUAM
AEDIFICAUIT
CUNCTARUMQUE URBIUM
QUAS EXSTRUXIT
NONNE SCRIPTA SUNT HAEC
IN LIBRO UERBORUM DIERUM
REGUM ISRAHEL
DORMIUIT ERGO AHAB
CUM PATRIBUS SUIS
ET REGNAUIT OHOZIAS FILIUS
EIUS PRO EO
LI IOSAPHAT FILIUS ASA REGNARE
COEPERAT SUPER IUDAM
ANNO QUARTO AHAB REGIS ISRAHEL
TRIGINTA QUINQUE ANNORUM ERAT
CUM REGNARE COEPISSET
ET UIGINTI ET QUINQUE ANNOS
REGNAUIT IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS AZUBA
FILIA SALAI
ET AMBULAUIT IN OMNI UIA ASA
PATRIS SUI
ET NON DECLINAUIT EX EA
FECITQ· QUOD RECTUM EST
IN CONSPECTU DN̄I
UERUMTAMEN EXCELSA
NON ABSTULIT
ADHUC ENIM POPULUS SACRIFICABAT
ET ADOLEBAT INCENSUM
IN EXCELSIS
PACEMQ· HABUIT IOSAPHAT
CUM REGE ISRAHEL
RELIQUA AUTEM UERBORUM
IOSAPHAT
ET OPERA EIUS QUAE GESSIT
ET PROELIA
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO UERBORUM DIERUM
REGUM IUDA
SED ET RELIQUIAS EFFEMINATORŪ
QUI REMANSERANT IN DIEBUS
ASA PATRIS EIUS ABSTULIT
DE TERRA
NEC ERAT TUNC REX CONSTITUTUS
IN EDOM
REX UERO IOSAPHAT FECERAT
CLASSES IN MARI QUAE NAUIGARENT
IN OPHIR PROPTER AURUM
ET IRE NON POTUERUNT QUIA CON
FRACTAE SUNT IN ASIONGABER
TUNC AIT OHOZIAS FILIUS AHAB
AD IOSAPHAT
UADANT SERUI MEI CUM SERUIS
TUIS IN NAUIBUS
ET NOLUIT IOSAPHAT
DORMIUITQ· CUM PATRIBUS SUIS
ET SEPULTUS EST CUM EIS
IN CIUITATE DAUID PATRIS SUI
REGNAUITQUE IORAM FILIUS
EIUS PRO EO
LII OHOZIAS AUTEM FILIUS AHAB
REGNARE COEPERAT SUPER
ISRAHEL IN SAMARIA
ANNO SEPTIMO DECIMO
IOSAPHAT REGIS IUDA
REGNAUITQUE SUPER ISRAHEL
DUOBUS ANNIS
ET FECIT MALUM IN CONSPECTU DN̄I
ET AMBULAUIT IN UIA PATRIS SUI
ET MATRIS SUAE
ET IN UIA HIEROBOAM FILII NABAT
QUI PECCARE FECIT ISRAHEL
SERUIUIT QUOQUE BAHAL
ET ADORAUIT EUM
ET INRITAUIT DN̄M DM̄ ISRAHEL
IUXTA OMNIA QUAE FECERAT
PATER EIUS

FINIT

PRAEUARICATUS EST AUTEM
MOAB IN ISRAHEL POSTQUAM
MORTUUS EST AHAB
CECIDITQUE OHOZIAS PER CANCELLOS
CENACULI SUI QUOD HABEBAT
IN SAMARIA
ET AEGROTAUIT MISITQ· NUNTIOS
DICENS AD EOS
ITE CONSULITE BEELZEBUB
DEUM ACCARON
UTRUM UIUERE QUEAM DE IN
FIRMITATE MEA HAC
ANGELUS AUTEM DÑI LOCUTUS EST
AD HELIAM THESBITEN
SURGE ASCENDE IN OCCURSUM
NUNTIORUM REGIS SAMARIAE
ET DICES AD EOS
NUMQUID NON EST DS IN ISRAHEL
UT EATIS AD CONSULENDUM
BEELZEBUB DEUM ACCARON
QUAM OBREM HAEC DICIT DÑS
DE LECTULO SUPER QUEM
ASCENDISTI NON DESCENDES
SED MORTE MORIERIS
ET ABIIT HELIAS REUERSIQ· SUNT
NUNTII AD OHOZIAM
QUI DIXIT EIS QUARE REUERSI ESTIS
AT ILLI RESPONDERUNT EI
UIR OCCURRIT NOBIS ET DIXIT AD NOS
ITE ET REUERTIMINI AD REGEM
QUI MISIT UOS
ET DICETIS EI HAEC DICIT DÑS
NUMQUID QUIA NON ERAT DS
IN ISRAHEL MITTIS UT CONSULA
TUR BEELZEBUB DEUM ACCARON
IDCIRCO DE LECTULO SUPER
QUEM ASCENDISTI NON DESCENDES
SED MORTE MORIERIS
QUI DIXIT EIS CUIUS FIGURAE
ET HABITUS EST UIR QUI
OCCURRIT UOBIS
ET LOCUTUS EST UERBA HAEC
AD ILLI DIXERUNT UIR PILOSUS
ET ZONA PELLICIA ACCINCTIS RENIB·
QUI AIT HELIAS THESBITES EST
MISITQUE AD EUM QUINQUAGENARIŪ
PRINCIPEM ET QUINQUAGINTA
QUI ERANT SUB EO
QUI ASCENDIT AD EUM SEDENTIQ·
IN UERTICE MONTIS AIT
HOMO DĪ REX PRAECEPIT
UT DESCENDAS
RESPONDENSQ· HELIAS DIXIT
QUINQUAGENARIO
SI HOMO DĪ SUM DESCENDAT IGNIS
E CAELO ET DEUORET TE
ET QUINQUAGINTA TUOS
DESCENDIT ITAQUE IGNIS E CAELO
ET DEUORAUIT EUM ET QUINQUA
GINTA QUI ERANT CUM EO
RURSUM MISIT AD EUM PRINCIPEM
QUINQUAGENARIUM ALTERUM
ET QUINQUAGINTA CUM EO
QUI LOCUTUS EST ILLI
HOMO DĪ HAEC DICIT REX
FESTINA DESCENDE
RESPONDENS HELIAS AIT
SI HOMO DĪ EGO SUM DESCENDAT
IGNIS E CAELO ET DEUORET TE
ET QUINQUAGINTA TUOS
DESCENDIT ERGO IGNIS DĪ E CAELO
ET DEUORAUIT ILLUM
ET QUINQUAGINTA EIUS
ITERUM MISIT PRINCIPEM
QUINQUAGENARIUM TERTIUM
ET QUINQUAGINTA QUI ERANT
CUM EO
QUI CUM UENISSET CURUAUIT
GENUA CONTRA HELIAM
ET PRAECATUS EST EUM ET AIT
HOMO DĪ NOLI DESPICERE
ANIMAM MEAM ET ANIMAM
SERUORUM TUORUM
QUI MECUM SUNT
ECCE DESCENDIT IGNIS E CAELO
ET DEUORAUIT DUOS PRINCIPES
QUINQUAGENARIOS PRIMOS
ET QUINQUAGENOS QUI CUM EIS ERANT.

sed nunc obsecro ut miserearis
animae meae
Locutus est autem angelus dñi
ad heliam dicens
descende cum eo ne timeas
surrexit igitur et descendit
cum eo ad regem
et locutus est ei haec dicit dñs
quia misisti nuntios ad con
sulendum beelzebub
deum accaron
quasi non esset ds̄ in israhel
a quo possis interrogare
sermonem
ideo de lectulo super quem
ascendisti non descendes
sed morte morieris
mortuus est ergo iuxta sermo
nem dñi quem locutus
est helias
et regnavit ioram frater eius
pro eo anno secundo ioram
filii iosafat regis iudae
non enim habebat filium
reliqua autem verborum
ohoziae quae operatus est
nonne haec scripta sunt
in libro sermonum dierum
regum israhel
ii L·III Factum est autem cum levare
vellet dñs heliam per
turbinem in caelum
ibant helias et helisaeus
de galgalis
dixitq· helias ad helisaeum
sede hic quia dñs misit me
usque bethel
cui ait helisaeus vivit dñs
et vivit anima tua quia non
derelinquam te
cumq· descendissent bethel
egressi sunt filii prophetarū
qui erant bethel ad helisaeū
et dixerunt ei
numquid nosti quia dñs hodie
tollat dominum tuum a te
qui respondit et ego novi silete
dixit autem helias ad helisaeum
sede hic quia dñs misit me
in hiericho
et ille ait vivit dñs et vivit
anima tua quia non dere
linquam te
cumq· venissent hierichum
accesserunt filii prophetarum
qui erant in hiericho ad heli
saeum et dixerunt ei
numquid nosti quia hodie dñs
tollet dominum tuum a te
et ait et ego novi silete
dixit autem ei helias
sede hic quia dñs misit me
ad iordanen
qui ait vivit dñs et vivit anima
tua quia non derelinquam te
ierunt ergo ambo pariter
et quinquaginta viri de filiis
prophetarum secuti sunt
qui et steterunt e contra longe
illi autem ambo stabant
super iordanen
tulitq· helias pallium suum
et involvit illud
et percussit aquas
quae divisae sunt in utramq·
partem
et transierunt ambo per siccum
cumq· transissent helias
dixit ad helisaeum
postula quod vis ut faciam tibi
antequam tollar a te
dixitq· helisaeus
obsecro ut fiat duplex
sp̄s tuus in me
qui respondit rem difficilem
postulasti
at tamen si videris me quando
tollor a te erit quod petisti

SI AUTEM NON UIDERIS NON ERIT
CUMQUE PERGERENT ET INCEDENTES
SERMOCINARENTUR
ECCE CURRUS IGNEUS ET EQUI IGNEI
DIUISERUNT UTRUMQUE
ET ASCENDIT HELIAS PER
TURBINEM IN CAELUM
HELISAEUS AUTEM UIDEBAT
ET CLAMABAT
PATER MI PATER MI CURRUS ISRL
ET AURIGA EIUS
ET NON UIDIT EUM AMPLIUS
ADPREHENDITQ· UESTIMENTA SUA
ET SCIDIT ILLA IN DUAS PARTES
ET LEUAUIT PALLIUM HELIAE
QUOD CECIDERAT EI
REUERSUSQ· STETIT SUPER
RIPAM IORDANIS
ET PALLIO HELIAE QUOD CECIDERAT
EI PERCUSSIT AQUAS
ET DIXIT UBI EST DS HELIAE
ETIAM NUNC
PERCUSSITQ· AQUAS ET DIUISAE
SUNT HUC ADQUE ILLUC
ET TRANSIIT HELISAEUS
UIDENTES AUTEM FILII PROPHETA
RUM QUI ERANT IN HIERICHO
DE CONTRA DIXERUNT
REQUIEUIT SPS HELIAE
SUPER HELISAEUM
ET UENIENTES IN OCCURSUM EIUS
ADORAUERUNT EUM PRONI
IN TERRAM
DIXERUNTQ· ILLI
ECCE CUM SERUIS TUIS SUNT
QUINQUAGINTA UIRI FORTES
QUI POSSINT IRE ET QUAERERE
DOMINUM TUUM
NE FORTE TULERIT EUM SPS DNI
ET PROIECERIT IN UNO MONTIUM
AUT IN UNA UALLIUM
QUI AIT NOLITE MITTERE
COEGERUNTQUE EUM DONEC
ADQUIESCERET ET DICERET MITTI
TE.

ET MISERUNT QUINQUAGINTA UIROS
QUI CUM QUAESISSENT TRIB· DIEB·
NON INUENERUNT ET REUERSI
SUNT AD EUM
AD ILLE HABITABAT IN HIERICHO
DIXITQ· EIS NUMQUID NON DIXI
UOBIS NOLITE IRE
L·III DIXERUNT QUOQUE UIRI CIUITATIS
AD HELISAEUM
ECCE HABITATIO CIUITATIS HUIUS
OPTIMA EST
SICUT TU IPSE DOMINE PERSPICIS
SED AQUAE PESSIMAE SUNT
ET TERRA STERILIS
AD ILLE AIT ADFERTE MIHI UAS
NOUUM ET MITTITE IN ILLUD SAL
QUI CUM ADTULISSENT EGRESSUS
AD FONTEM AQUARUM MISIT
IN EUM SAL ET AIT
HAEC DICIT DNS SANAUI AQUAS HAS
ET NON ERIT ULTRA IN EIS MORS
NEQUE STERILITAS
SANATAE SUNT ERGO AQUAE
USQ· AD DIEM HANC
IUXTA UERBUM HELISAEI
QUOD LOCUTUS EST
L·U ASCENDIT AUTEM INDE BETHEL
CUMQ· ASCENDERET PER UIAM
PUERI PARUI EGRESSI SUNT
DE CIUITATE ET INLUDEBANT
EI DICENTES
ASCENDE CALUE ASCENDE CALUE
QUI CUM SE RESPEXISSET
UIDIT EOS
ET MALEDIXIT EIS IN NOMINE DNI
EGRESSIQUE SUNT DUO URSI
DE SALTU
ET LACERAUERUNT EX EIS
QUADRAGINTA ET DUOS PUEROS
ABIIT AUTEM IN MONTEM INDE
CARMELI
ET INDE REUERSUS EST SAMARIAM.
III IORAM UERO FILIUS AHAB
REGNAUIT SUPER ISRL IN SAMARIA.

anno octauo decimo iosafat
regis iudae
regnauitq· duodecim annis
et fecit malum coram dño
sed non sicut pater suus
et mater
Tulit enim statuas baal quas
fecerat pater eius
uerum tamen in peccatis
hieroboam filii nabat
qui peccare fecit isrl̄ adhesit
nec recessit ab eis
.l.iii Porro mesa rex moab nutrie
bat pecora multa
et soluebat regi israhel
centum milia agnorum
et centum milia arietum
cum uelleribus suis
cumq· mortuus fuisset ahab
praeuaricatus est foedus
quod habebat cum rege isrl̄
egressus est igitur rex ioram
in die illa de samaria
et recensuit uniuersum isrl̄
misitque ad iosaphat regem
iudae dicens
rex moab recessit a me
ueni mecum contra moab
ad proelium
qui respondit ascendam
qui meus est tuus est
populus meus populus tuus
equi mei equi tui
dixitque per quam uiam
ascendemus
ad ille respondit per desertum
idumeae
perrexerunt igitur rex isrl̄
et rex iuda et rex edom
et circumierunt per uiam
septem dierum
nec erat aqua exercitui
et iumentis quae seque
bantur eos

dixitque rex israhel
heu heu heu
congregauit nos dñs tres reges
ut traderet in manu moab
et ait iosafat est ne hic
propheta dñi ut deprecemur
dñm per eum
et respondit unus de seruis
regis israhel
est hic helisaeus filius safat
qui fundebat aquam
super manus heliae
et ait iosafat est apud eum
sermo dñi
descenditque ad eum rex isrl̄
et iosafat et rex edom
dixit autem helisaeus
ad regem israhel
quid mihi et tibi est uade ad
prophetas patris tui
et matris tuae
et ait illi rex israhel
quare congregauit dñs tres
reges hos ut traderet eos
in manu moab
dixit autem helisaeus
uiuit dñs exercituum
in cuius conspectu sto
quod si non uultum iosafat
regis iudae erubescerem
ne adtendissem quidem te
nec respexissem
nunc autem adducite mihi
psaltem
cumque caneret psaltes
facta est super eum manus
dñi et ait
haec dicit dñs
facite alueum torrentis
huius fossas et fossas
haec enim dicit dñs
non uidebitis uentum
neque pluuiam
et alueus iste replebitur aquis

ET BIBETIS UOS ET FAMILIAE UESTRE
ET IUMENTA UESTRA
PARUMQUE HOC EST IN CON
SPECTU DNI
INSUPER TRADET ETIAM MOAB
IN MANU UESTRA
ET PERCUTIETIS OMNEM
CIUITATEM MUNITAM
ET OMNEM URBEM ELECTAM
ET UNIUERSUM LIGNUM
FRUCTIFERUM SUCCIDETIS
CUNCTOSQ· FONTES AQUARUM
OBTURABITIS
ET OMNEM AGRUM EGREGIUM
OPERIETIS LAPIDIBUS
FACTUM EST IGITUR MANE QUANDO
SACRIFICIUM OFFERRI SOLET
ET ECCE AQUAE UENIEBANT
PER UIAM EDOM
ET REPLETA EST TERRA AQUIS
UNIUERSI AUTEM MOABITAE
AUDIENTES QUOD ASCENDISSENT
REGES UT PUGNARENT
ADUERSUM EOS
CONUOCAUERUNT OMNES QUI
ACCINCTI ERANT BALTEO
DESUPER
ET STETERUNT IN TERMINIS
PRIMO QUE MANE SURGENTES
ET ORTO IAM SOLE EX ADUERSO
AQUARUM
UIDERUNT MOABITAE CONTRA
AQUAS RUBRAS QUASI SANGUINEM
DIXERUNTQ· SANGUIS EST GLADII
PUGNAUERUNT REGES CONTRA SE
ET CAESI SUNT MUTUO
NUNC PERGE AD PRAEDAM MOAB
PERREXERUNTQUE IN CASTRA
ISRAHEL
PORRO CONSURGENS ISRAHEL
PERCUSSIT MOAB
AT ILLI FUGERUNT CORAM EIS
UENERUNT IGITUR QUI UICERANT
ET PERCUSSERUNT MOAB
ET CIUITATES DESTRUXERUNT
ET OMNEM AGRUM OPTIMUM
MITTENTES SINGULI LAPIDES
REPLEUERUNT
ET UNIUERSOS FONTES AQUARUM
OBTURAUERUNT
ET OMNIA LIGNA FRUCTIFERA
SUCCIDERUNT
ITA UT MURI TANTUM FICTILES
REMANERENT
ET CIRCUMDATA EST CIUITAS
A FUNDIBALARIIS
ET MAGNA EX PARTE PERCUSSA
QUOD CUM UIDISSET REX MOAB
PRAEUALUISSE SCILICET HOSTES
TULIT SECUM SEPTINGENTOS UIROS
EDUCENTES GLADIUM
UT INRUMPERET AD REGEM EDOM
ET NON POTUERUNT
ARRIPIENSQUE FILIUM SUUM
PRIMOGENITUM
QUI REGNATURUS ERAT PRO EO
OBTULIT HOLOCAUSTUM
SUPER MURUM
ET FACTA EST INDIGNATIO MAGNA
IN ISRAHEL
STATIMQ· RECESSERUNT AB EO
ET REUERSI SUNT IN TERRAM SUAM·
IIII ·L·IIII MULIER AUTEM QUAEDAM
DE UXORIB· PROPHETARUM
CLAMABAT AD HELISAEUM DICENS
SERUUS TUUS UIR MEUS
MORTUUS EST
ET TU NOSTI QUIA SERUUS TUUS
FUIT TIMENS DNM
ET ECCE CREDITOR UENIT UT TOLLAT
DUOS FILIOS MEOS
AD SERUIENDUM SIBI
CUI DIXIT HELISAEUS
QUID UIS UT FACIAM TIBI DIC MIHI
QUID HABES IN DOMO TUA
AT ILLA RESPONDIT NON HABEO
ANCILLA TUA QUICQUAM
IN DOMO MEA

NISI PARUM OLEI QUO UNGUEAR
CUI AIT UADE PETE MUTUO AB OMNIB·
UICINIS TUIS UASA UACUA
NON PAUCA
ET INGREDERE ET CLAUDE OSTIUM
CUM INTRINSECUS FUERIS TU
ET FILII TUI
ET MITTE INDE IN OMNIA UASA HAEC
ET CUM PLENA FUERINT TOLLES
IBIT ITAQUE MULIER ET CLUSIT
OSTIUM SUPER SE ET SUPER
FILIOS SUOS
ILLI OFFEREBANT UASA ET ILLA
INFUNDEBAT
CUMQUE PLENA FUISSENT UASA
DIXIT AD FILIUM SUUM
ADFER MIHI ADHUC UAS
ET ILLE RESPONDIT NON HABEO
STETITQ· OLEUM
UENIT AUTEM ILLA ET INDICAUIT
HOMINI DĪ
ET ILLE UADE INQUIT UENDE OLEUM
ET REDDE CREDITORI TUO
TU AUTEM ET FILII TUI UIUITE
DE RELIQUO
·L·IIII FACTA EST AUTEM QUAEDAM DIES
ET TRANSIEBAT HELISAEUS
PER SUNAM
ERAT AUTEM IBI MULIER MAGNA
QUAE TENUIT EUM UT COME
DERET PANEM
CUMQ· FREQUENTER INDE
TRANSIRET
DEUERTEBAT AD EAM UT COME
DERET PANEM
QUAE DIXIT AD UIRUM SUUM
ANIMADUERTO QUOD UIR DĪ
SC̄S SIT ISTE QUI TRANSIT
PER NOS FREQUENTER
FACIAMUS ERGO CENACULUM
PARUUM
ET PONAMUS EI IN EO LECTUM
ET MENSAM ET SELLAM
ET CANDELABRUM

UT CUM UENERIT AD NOS MANEAT IBI
FACTA EST IGITUR DIES QUAEDAM
ET UENIENS DEUERTIT IN CAENACU
LUM ET REQUIEUIT IBI
DIXITQUE AD GIEZI PUERUM SUUM
UOCA SUNAMITIN ISTAM
QUI CUM UOCASSET EAM ET ILLA
STETISSET CORAM EO
DIXIT AD PUERUM
LOQUERE AD EAM ECCE SEDULE
IN OMNIB· MINISTRASTI NOBIS
QUID UIS UT FACIAM TIBI
NUMQUID HABES NEGOTIUM
ET UIS UT LOQUAR REGI SIUE
PRINCIPI MILITIAE
QUAE RESPONDIT IN MEDIO POPULI
MEI HABITO
ET AIT QUID ERGO UULT
UT FACIAM EI
DIXITQUE GIEZI NE QUAERAS
FILIUM ENIM NON HABET
ET UIR EIUS SENEX EST
PRAECEPIT ITAQ· UT UOCARET EAM
QUAE CUM UOCATA FUISSET
ET STETISSET AD OSTIUM
DIXIT AD EAM
IN TEMPORE ISTO ET IN HAC EADEM
HORA SI UITA COMES FUERIT
HABEBIS IN UTERO FILIUM
AD ILLA RESPONDIT NOLI QUAESO
DOMINE MI UIR DĪ NOLI
MENTIRI ANCILLAE TUAE
ET CONCEPIT MULIER
ET PEPERIT FILIUM
IN TEMPORE ET IN HORA EADEM
QUAM DIXERAT HELISAEUS
CREUIT AUTEM PUER ET CUM
ESSET QUAEDAM DIES
ET EGRESSUS ISSET AD PATREM
SUUM AD MESSORES
AIT PATRI SUO CAPUT MEUM
CAPUT MEUM
AD ILLE DIXIT PUERO TOLLE
ET DUC EUM AD MATREM SUAM.

QUI CUM TULISSET ET ADDUXISSET
EUM AD MATREM SUAM
POSUIT EUM ILLA SUPER GENUA SUA
USQUE AD MERIDIEM
ET MORTUUS EST
ASCENDIT AUTEM ET COLLOCAUIT
EUM SUPER LECTUM
HOMINIS DĪ
ET CLUSIT OSTIUM ET EGRESSA
UOCAUIT UIRUM SUUM ET AIT
MITTE MECUM OBSECRO UNUM
DE PUERIS ET ASINAM
UT EXCURRAMUS USQ· AD HOMINĒ
DĪ ET REUERTAR
QUI AIT ILLI QUAM OB CAUSAM
UADIS AD EUM HODIE
NON SUNT KALENDAE NEQ· SABBATŪ
QUAE RESPONDIT UALE
STRAUITQ· ASINAM ET PRAECIPIT
PUERO
MINA ET PROPERA NE MIHI
MORAM FACIAS IN EUNDO
ET HOC AGE QUOD PRAECIPIO TIBI
PROFECTA EST IGITUR ET UENIT
AD UIRUM DĪ IN MONTEM
CARMELI
CUMQUE UIDISSET EAM UIR DĪ
DE CONTRA
AIT AD GIEZI PUERUM SUUM
ECCE SUNAMITIS ILLA UADE ERGO
IN OCCURSUM EIUS ET DIC EI
RECTE NE AGITUR CIRCA TE
ET CIRCA UIRUM TUUM
ET CIRCA FILIUM TUUM
QUAE RESPONDIT RECTE
CUMQUE UENISSET AD UIRUM DĪ
IN MONTE
ADPREHENDIT PEDES EIUS
ET ACCESSIT GIEZI UT AMO
UERET EAM
ET AIT HOMO DĪ DIMITTE ILLAM
ANIMA ENIM EIUS IN AMARI
TUDINE EST
ET DŌNS CELAUIT ME ET NON
INDICAUIT MIHI
QUAE DIXIT ILLI NUMQUID PETIUI
FILIUM A DŌNO MEO
NUMQUID NON DIXI TIBI
NE INLUDAS ME
ET ILLE AIT AD GIEZI ACCINGE
LUMBOS TUOS
ET TOLLE BACULUM MEUM
IN MANU TUA ET UADE
SI OCCURRERIT TIBI HOMO
NON SALUTES EUM IIII
ET SI SALUTAUERIT TE QUISPIAM
NON RESPONDEAS ILLI
ET PONES BACULUM MEUM
SUPER FACIEM PUERI
PORRO MATER PUERI AIT
UIUIT DŌNS ET UIUIT ANIMA TUA
NON DIMITTAM TE
SURREXIT ERGO ET SECUTUS EST EAM
GIEZI AUTEM PRAECESSERAT EOS
ET POSUERAT BACULUM SUPER
FACIEM PUERI
ET NON ERAT UOX NEQ· SENSUS
REUERSUSQUE EST IN OCCURSŪ EIUS
ET NUNTIAUIT EI DICENS
NON SURREXIT PUER
INGRESSUS EST ERGO
HELISAEUS DOMUM
ET ECCE PUER MORTUUS IACEBAT
IN LECTULO EIUS
INGRESSUSQUE CLUSIT OSTIUM
SUPER SE ET PUERUM
ET ORAUIT AD DŌNM
ET ASCENDIT ET INCUBUIT
SUPER PUERUM
POSUITQUE OS SUUM SUPER OS EIUS
ET OCULOS SUOS SUPER OCULOS EIUS
ET MANUS SUAS SUPER MANUS EIUS
ET INCURUAUIT SE SUPER EUM
ET CALEFACTA EST CARO PUERI
AD ILLE REUERSUS DEAMBULAUIT
IN DOMO SEMEL HUC ET ILLUC
ET ASCENDIT ET INCUBUIT
SUPER EUM

et oscitauit puer septies
aperuitque oculos
et ille uocauit Giezi et dixit ei
uoca Sunamitin hanc
quae uocata ingressa est ad eum
qui ait tolle filium tuum
uenit illa et corruit ad pedes
eius et adorauit super terrā
tulitq· filium suum
et egressa est
LVIIII Et Helisaeus reuersus est
in Galgala
erat autem fames in terra
et filii prophetarum
habitabant coram eo
dixitq· uni de pueris suis
pone ollam grandem
et coque pulmentum
filiis prophetarum
et egressus est unus in agrum
ut colligeret herbas
agrestes
inuenitque quasi uitem
siluestrem et collegit ex ea
colocynthidas agri
et impleuit pallium suum
et reuersus concidit
in ollam pulmenti
nesciebat enim quid esset
infuderunt ergo sociis
ut comederent
cumq· gustassent de coctione
exclamauerunt dicentes
mors in olla uir Dī
et non potuerunt comedere
ad ille adferte inquit farinam
et misit in ollam et ait
infunde turbae et comedat
et non fuit amplius quicquam
amaritudinis in olla
LX Uir autem quidam uenit
de Balsalisa
deferens uiro Dī panes
primitiarum et uiginti
panes hordiacios et frumentū
nouum in pera sua
ad ille dixit da populo
ut comedat
responditq· ei minister eius
quantum est hoc ut apponam
centum uiris
rursum ille ait da populo
ut comedat
haec enim dicit Dn̄s comedent
et supererit
posuit itaq· coram eis
qui comederunt et superfuit
iuxta uerbum Dn̄i
LXI Naaman princeps militiae
regis Syriae
erat uir magnus apud dominum
suum et honoratus
per illum enim dedit Dn̄s
salutem Syriae
erat autem uir fortis et diues
sed leprosus
porro de Syria egressi fuerant
latrunculi
et captiuam duxerant de terra
Isrl̄ puellam paruulam
quae erat in obsequio
uxoris Naaman
quae ait ad dominam suam
utinam fuisset dominus meus
ad prophetam qui est
in Samaria
profecto curasset eum
a lepra quam habet
ingressus est itaque Naaman
ad dominum suum
et nuntiauit ei dicens
sic et sic locuta est puella
de terra Israhel
dixitq· ei rex Syriae
uade et mittam litteras
ad regem Israhel
qui cum profectus esset
et tulisset secum

decem talenta argenti et sex
milia aureos et decem
mutatoria vestimentorum
detulit litteras ad regem isr̄l
in haec verba
cum acceperis epistulam hanc
scito quod miserim ad te
naaman servum meum
ut cures eum a lepra sua
cumque legisset rex israhel
litteras scidit vestimenta
sua et ait
numquid d̄s sum ut occidere
possim et vivificare
quia iste misit ad me ut curem
hominem a lepra sua
animadvertite et videte
quod occasiones quaerat
adversum me
quod cum audisset helisaeus
vir dei
scidisse videlicet regem
isr̄l vestimenta sua
misit ad eum dicens
quare scidisti vestimenta tua
veniat ad me et sciat esse
prophetam in israhel
venit ergo naaman cum equis
et curribus
et stetit ad ostium domus
helisaei
misitque ad eum helisaeus
nuntium dicens
vade et lavare septies
in iordane
et recipiet sanitatem caro tua
atq· mundaberis
iratus naaman recedebat dicens
putabam quod egrede
retur ad me
et stans invocaret nomen
d̄n̄i d̄i sui
et tangeret manu sua locum
leprae et curaret me

numquid non meliores sunt
abana et pharphar fluvii
damasci omnib· aquis israhel
ut laver in eis et munder
cum ergo vertisset se
et abiret indignans
accesserunt ad eum servi sui
et locuti sunt
pater si rem grandem dixisset
tibi propheta certe facere
debueras
quanto magis quia nunc dixit
tibi lavare et mundaberis
descendit et lavit in iordane
septies iuxta sermonem
viri d̄i
et restituta est caro eius
sicut caro pueri parvuli
et mundatus est
reversusque ad virum d̄i
cum universo comitatu suo
venit et stetit coram eo et ait
vere scio quod non sit d̄s
in universa terra nisi tantum
in israhel
obsecro itaq· ut accipias
benedictionem a servo tuo
ad ille respondit
vivit d̄n̄s ante quem sto
quia non accipiam
cumque vim faceret penitus
non adquievit
dixitque naaman ut vis
sed obsecro concede mihi
servo tuo
ut tollam onus duorum
burdonum de terra
non enim faciet ultra
servus tuus holocaustum
aut victimam d̄is alienis
nisi d̄n̄o
hoc autem solum est de quo
depreceris d̄n̄m pro
servo tuo

quando ingreditur dominus
meus templum remmon
ut adoret
et illo innitente super
manum meam
si adorauero in templo remmon.
adorante eo in eodem loco
ut ignoscat mihi dns seruo tuo
pro hac re
qui dixit ei uade in pace
Abiit ergo ab eo electo terrae
tempore
dixitq; giezi puer uiri di
pepercit dominus meus
naaman syro isti
ut non acciperet ab eo
quae attulit
uiuit dns quia curram post eum
et accipiam ab eo aliquid
et secutus est giezi post
tergum naaman
quem cum uidisset ille
currentem ad se
desiluit de curru in occursum
eius. et ait recte ne sunt
omnia
et ille ait recte
dominus meus misit me dicens
modo uenerunt ad me duo
adulescentes de monte
ephraim ex filiis prophetarū
da eis talentum argenti
et uestes mutatorias
duplices
dixitque naaman
melius est ut accipias
duo talenta
et coegit eum ligauitque
duo talenta argenti
in duobus saccis
et duplicia uestimenta
et inposuit duobus pueris
suis qui et portauerunt
coram eo

cumq; uenisset iam uesperi
tulit de manu eorum
et reposuit in domo
dimisitq; uiros et abierunt
ipse autem ingressus stetit
coram domino suo
et dixit helisaeus
unde uenis giezi
qui respondit non iuit
seruus tuus quoquam
ad ille nonne ait cor meum
in praesenti erat
quando reuersus est homo
de curru suo in occursū tui.
nunc igitur accepisti argentum
et accepisti uestes
ut emas oliueta et uineta
et oues et boues et seruos
et ancillas
sed et lepra naaman
adherebit tibi et semini tuo
in sempiternum
et egressus est ab eo
leprosus quasi nix
LXII Dixerunt autem filii prophe
VI tarum ad helisaeum
ecce locus in quo habitamus
coram te angustus
est nobis
eamus usq; ad iordanem
et tollant singuli de silua
materias singulas
ut aedificemus nobis ibi
domum ad habitandum
qui dixit ite
et ait unus ex illis ueni ergo
et tu cum seruis tuis
respondit ego ueniam
et abiit cum eis
cumque uenissent ad iordanen
caedebant ligna
accidit autem ut cum unus
materiem succidisset
caderet ferrum securis

INAQUAM
EXCLAMAUITQ· ILLE ET AIT
EHEU EHEU EHEU DOMINE MI
ET HOC IPSUM MUTUO
ACCEPERAM
DIXIT AUTEM HOMO DĪ
UBI CECIDIT
AD ILLE MONSTRAUIT EI LOCUM
PRAECIDIT ERGO LIGNUM
ET MISIT ILLUC
NATAUITQ· FERRUM ET AIT TOLLE
QUI EXTENDIT MANUM
ET TULIT ILLUD
LXIII REX AUTEM SYRIAE PUGNABAT
CONTRA ISRAHEL
CONSILIUMQ· INIIT CUM SERUIS
SUIS DICENS
IN LOCO ILLO ET ILLO PONAMUS
INSIDIAS
MISIT ITAQUE UIR DĪ AD REGEM
ISRAHEL DICENS
CAUE NE TRANSEAS IN LOCO ILLO
QUIA IBI SYRI IN INSIDIIS SUNT
MISIT REX ISRAHEL AD LOCUM
QUEM DIXERAT EI UIR DĪ
ET PRAEOCCUPAUIT EUM
ET OBSERUAUIT SE IBI NON SEMEL
NEQUE BIS
CONTURBATUMQ· EST COR REGIS
SYRIAE PRO HAC RE
ET CONUOCATIS SERUIS SUIS AIT
QUARE NON INDICATIS MIHI
QUIS PRODITOR MEI SIT
APUD REGEM ISRAHEL
DIXITQ· UNUS SERUORUM EIUS
NEQUAQUAM DOMINE MI REX
SED HELISAEUS PROPHETA
QUI EST IN ISRAHEL
INDICAT REGI ISRAHEL OMNIA
UERBA QUAECUMQUE LOCUTUS
FUERIS IN CONCLAUI TUO
DIXIT EIS ITE ET UIDETE UBI SIT
UT MITTAM ET CAPIAM EUM
ADNUNTIAUERUNTQUE EI DICENTES

ECCE IN DOTHAN
MISIT ERGO ILLUC EQUOS ET CURRUS
ET ROBUR EXERCITUS
QUI CUM UENISSENT NOCTE
CIRCUMDEDERUNT CIUITATEM
CONSURGENS AUTEM DE LUCULO
MINISTER UIRI DĪ EGRESSUS EST
UIDITQUE EXERCITUM IN CIRCUITU
CIUITATIS ET EQUOS ET CURRUS
NUNTIAUITQ· EI DICENS
HEU HEU DOMINE MI
QUID FACIEMUS
AD ILLE RESPONDIT NOLI TIMERE
PLURES ENIM NOBISCUM SUNT
QUAM CUM ILLIS
CUMQ· ORASSET HELISAEUS AIT
DÑE APERI OCULOS HUIUS UT UIDEAT
ET APERUIT DÑS OCULOS
PUERI ET UIDIT
ET ECCE MONS PLENUS EQUORUM
ET CURRUUM IGNEORUM
IN CIRCUITU HELISAEI
HOSTES UERO DESCENDERUNT
AD EUM
PORRO HELISAEUS ORAUIT
DÑM DICENS
PERCUTE OBSECRO GENTEM
HANC CAECITATE
PERCUSSITQUE EOS DÑS
NE UIDERENT IUXTA UERBUM
HELISAEI
DIXIT AUTEM AD EOS HELISAEUS
NON EST HAEC UIA NEC ISTA
EST CIUITAS
SEQUIMINI ME ET OSTENDAM
UOBIS UIRUM QUEM QUAERITIS
DUXIT ERGO EOS IN SAMARIAM
CUMQUE INGRESSI FUISSENT
IN SAMARIA DIXIT HELISAEUS
DÑE APERI OCULOS ISTORUM
UT UIDEANT
APERUITQ· DÑS OCULOS EORUM
ET UIDERUNT ESSE SE
IN MEDIO SAMARIAE

DIXITQ; REX ISRAHEL AD HELISAEUM
CUM UIDISSET EOS
NUMQUID PERCUTIAM EOS
PATER MI
AD ILLE AIT NON PERCUTIES
NEQUE ENIM CEPISTI EOS GLADIO
ET ARCU TUO UT PERCUTIAS
PONE PANEM ET AQUAM
CORAM EIS
UT COMEDANT ET BIBANT
ET UADANT AD DOMINUM SUUM
AD POSITAQUE EST EIS CIBORUM
MAGNA PRAEPARATIO
ET COMEDERUNT ET BIBERUNT
ET DIMISIT EOS
ABIERUNTQ; AD DOMINUM SUUM
ET ULTRA NON UENERUNT
LATRONES SYRIAE IN TERRAM
ISRAHEL
LXIIII FACTUM EST AUTEM POST HAEC
CONGREGAUIT BENADAD REX
SYRIAE UNIUERSUM
EXERCITUM SUUM
ET ASCENDIT ET OBSEDEBAT
SAMARIAM
FACTAQ; EST FAMES MAGNA
IN SAMARIA
ET TAM DIU OBSESSA EST DONEC
UENUNDARETUR CAPUT ASINI
OCTOGINTA ARGENTEIS
ET QUARTA PARS CABI STERCORIS
COLUMBORUM QUINQUE
ARGENTEIS
CUMQUE REX ISRAHEL TRANSIRET
PER MURUM
MULIER EXCLAMAUIT
AD EUM DICENS
SALUA ME DOMINE MI REX
QUI AIT NON TE SALUET DNS
UNDE SALUARE TE POSSUM
DE AREA AN DE TORCULARI
DIXITQ; AD EAM REX QUID TIBI UIS
QUAE RESPONDIT
MULIER ISTA DIXIT MIHI
DA FILIUM TUUM UT COMEDA
MUS EUM HODIE
ET FILIUM MEUM COMEDIMUS
CRAS
COXIMUS ERGO FILIUM MEUM
ET COMEDIMUS
DIXIQ; EI DIE ALTERA DA FILIUM
TUUM UT COMEDAMUS EUM
QUAE ABSCONDIT FILIUM SUUM
QUOD CUM AUDISSET REX
SCIDIT UESTIMENTA SUA
ET TRANSIEBAT SUPER MURUM
UIDITQUE OMNIS POPULUS
CILICIUM QUO UESTITUS ERAT
AD CARNEM INTRINSECUS
ET AIT HAEC MIHI FACIAT DS
ET HAEC ADDAT
SI STETERIT CAPUT HELISAEI
FILII SAFAT SUPER EUM HODIE
HELISAEUS AUTEM SEDEBAT
IN DOMO SUA
ET SENES SEDEBANT CUM EO
PRAEMISIT ITAQ; UIRUM
ET ANTEQUAM UENIRET NUNTIUS
ILLE DIXIT AD SENES
NUMQUID SCITIS QUOD MISERIT
FILIUS HOMICIDAE HIC
UT PRAECIDATUR CAPUT MEUM
UIDETE ERGO CUM UENERIT
NUNTIUS CLAUDITE OSTIUM
ET NON SINATIS EUM INTROIRE
ECCE ENIM SONITUS PEDUM
DOMINI EIUS POST EUM EST
ET ADHUC ILLO LOQUENTE EIS
APPARUIT NUNTIUS
QUI UENIEBAT AD EUM
ET AIT ECCE TANTUM MALUM
A DNO EST
QUID AMPLIUS EXPECTABO A DNO
VII DIXIT AUTEM HELISAEUS DNI
AUDITE UERBUM HAEC DICIT DNS
IN TEMPORE HOC CRAS MODIUS
SIMILAE UNO STATERE ERIT
ET DUO MODII HORDEI STATERE

uno in porta samariae
Respondens unus de ducibus
super cuius manum rex
incumbebat homini di ait
Si dns fecerit etiam
cataractas in caelo
numquid poterit esse
quod loqueris
qui ait uideris oculis tuis
et inde non comedes
LXII Quattuor ergo uiri erant
leprosi iuxta introitum
portae
qui dixerunt ad inuicem
quid hic esse uolumus
donec moriamur
siue ingredi uoluerimus
ciuitatem fame moriemur
siue manserimus hic
moriendum nobis est
uenite igitur et trans
fugiamus ad castra syriae
si pepercerint nobis uiuemus
si autem occidere uoluerint
nihilominus moriemur
Surrexerunt igitur uesperi
ut uenirent ad castra syriae
cumq; uenissent ad principium
castrorum syriae
nullum ibidem repperierunt
siquidem dns sonitum audiri
fecerat in castris syriae
curruum et equorum
et exercitus plurimi
dixeruntq; ad inuicem
ecce mercede conduxit
aduersum nos rex israhel
reges hettheorum
et aegyptiorum
et uenerunt super nos
Surrexerunt ergo et fuge
runt in tenebris
et dereliquerunt
tentoria sua

et equos et asinos in castris
fugeruntq; animas tantum
suas saluare cupientes
Igitur cum uenissent leprosi
illi ad principium castroru(m)
ingressi sunt unum taber
naculum
et comederunt et biberunt
tuleruntq; inde argentum
et aurum et uestes
et abierunt et absconderunt
et rursum reuersi sunt
ad aliud tabernaculum
et inde similiter auferentes
absconderunt
dixeruntq; ad inuicem
non recte facimus
haec enim dies boni nuntii est
si tacuerimus et noluerimus
nuntiare usque mane
sceleris arguemur
uenite eamus et nuntiemus
in aula regis
cumque uenissent ad portam
ciuitatis
narrauerunt eis dicentes
iuimus ad castra syriae
et nullum ibidem repperimus
hominum
nisi equos et asinos alligatos
et fixa tentoria
ierunt ergo portarii et nun
tiauerunt in palatio regis
intrinsecus
qui surrexit nocte et ait
ad seruos suos
dico uobis quid fecerint
nobis syri
sciunt quia fame laboramus
et idcirco egressi sunt
de castris
et latitant in agris dicentes
cum egressi fuerint de ciuitate
capiemus eos uiuentes

ET TUNC CIUITATEM INGREDI
POTERIMUS
RESPONDIT AUTEM UNUS
SERUORUM EIUS
TOLLAMUS QUINQ· EQUOS
QUI REMANSERUNT IN URBE
QUIA IPSI TANTUM SUNT IN UNIUERSA
MULTITUDINE ISRAHEL
ALII ENIM CONSUMPTI SUNT
ET MITTENTES EXPLORARE
POTERIMUS
ADDUXERUNT ERGO DUOS EQUOS
MISITQUE REX AD CASTRA
SYRORUM DICENS ITE UIDETE
QUI ABIERUNT POST EOS
USQ· AD IORDANEN
ECCE AUTEM OMNIS UIA PLENA
ERAT UESTIBUS ET UASIS
QUAE PROIECERANT SYRI
CUM TURBARENTUR
REUERSIQUE NUNTII
INDICAUERUNT REGI
ET EGRESSUS POPULUS DIRIPUIT
CASTRA SYRIAE
FAC TUSQUE EST MODIUS
SIMILAE STATERE UNO
ET DUO MODII HORDEI STATERE
UNO IUXTA UERBUM DNI
PORRO REX DUCEM ILLUM
IN CUIUS MANU INCUBUERAT
CONSTITUIT AD PORTAM
QUEM CONCULCAUIT TURBA
IN INTROITU ET MORTUUS EST
IUXTA QUOD LOCUTUS FUERAT
UIR DI
QUANDO DESCENDERAT REX AD EUM
FACTUMQ· EST SECUNDUM
SERMONEM UIRI DI QUEM
DIXERAT REGI
QUANDO AIT DUO MODII HORDEI
STATERE UNO ERUNT
ET MODIUS SIMILAE STATERE UNO
HOC EODEM TEMPORE CRAS
IN PORTA SAMARIAE QUANDO
RESPONDERAT DUX ILLE UIRO DI
ET DIXERAT
ETIAM SI DNS FECERIT
CATARACTAS IN CAELO
NUMQUID FIERI POTERIT
QUOD LOQUERIS
ET DIXIT EI UIDEBIS OCULIS TUIS
ET INDE NON COMEDES
EUENIT ERGO EI SICUT
PRAEDICTUM ERAT
ET CONCULCAUIT EUM POPULUS
IN PORTA ET MORTUUS EST
LXXII VIII HELISAEUS AUTEM LOCUTUS EST
AD MULIEREM
CUIUS UIUERE FECERAT
FILIUM DICENS
SURGE UADE TU ET DOMUS TUA
ET PEREGRINARE UBICUMQ·
REPPERERIS
UOCAUIT ENIM DNS FAMEM
ET UENIET SUPER TERRAM
SEPTEM ANNIS
QUAE SURREXIT ET FECIT IUXTA
UERBUM HOMINIS DI
ET UADENS CUM DOMO SUA
PEREGRINATA EST IN TERRA
PHILISTHIM DIEB· MULTIS
CUMQUE FINITI ESSENT
ANNI SEPTEM
REUERSA EST MULIER DE TERRA
PHILISTHIIM ET EGRESSA EST
UT INTERPELLARET REGEM
PRO DOMO SUA ET AGRIS SUIS
REX AUTEM LOQUEBATUR
CUM GIEZI PUERO UIRI DI DICENS
NARRA MIHI OMNIA MAGNALIA
QUAE FECIT HELISAEUS
CUMQUE ILLE NARRARET REGI
QUOMODO MORTUUM
SUSCITASSET
APPARUIT MULIER CUIUS
UIUIFICAUERAT FILIUM
CLAMANS AD REGEM PRO DOMO
SUA ET PRO AGRIS SUIS

dixitque regi giezi
domine mi rex haec est
mulier et hic filius eius
quem suscitauit helisaeus
et interrogauit rex mulierem
quae narrauit ei
deditq; ei rex eunuchum
unum dicens
restitue ei omnia quae
sua sunt
et uniuersos reditus agrorū
a die qua reliquit terram
usque ad praesens
Lxvii Uenit quoque helisaeus
damascum
et benadad rex syriae
aegrotabat
nuntiaueruntque ei dicentes
uenit uir dī huc
et ait rex ad azahel
tolle tecum munera et uade
in occursum uiri dī
et consule dn̄m per eum dicens
si euadere potero de infirmi
tate mea hac
iuit igitur azahel
in occursum eius
habens secum munera
et omnia bona damasci
onera quadraginta camelorum
cumque stetisset coram eo ait
filius tuus benadad rex syriae
misit me ad te dicens
si sanari potero de infirmi
tate mea hac
dixitque ei helisaeus uade
dic ei sanaberis
porro ostendit mihi dn̄s
quia morte morietur
stetitque cum eo et contur
batus est usq; ad suffusionē
uultus fleuitq; uir dī
cui azahel ait quare dominus
meus flet
ad ille respondit quia scio
quae facturus sis filiis
israhel mala
ciuitates eorum munitas
igne succendes
et iuuenes eorum
interficies gladio
et paruulos eorum elides
et praegnantes diuides
dixitq; azahel
quid enim sum seruus tuus
canis ut faciam rem
istam magnam
et ait helisaeus
ostendit mihi dn̄s te regem
syriae fore
qui cum recessisset ab helisaeo
uenit ad dominum suum
qui ait ei quid tibi dixit helisaeus
at ille respondit
dixit mihi recipiet sanitatem
cumq; uenisset dies altera
tulit sagulum et infudit aqua
et expandit super faciem eius
quo mortuo regnauit
azahel pro eo
Anno quinto ioram filii ahab
regis israhel et iosafat
regis iuda
regnauit ioram filius iosafat
rex iuda
triginta duorum erat
annorum cum regnare
coepisset
et octo annis regnauit
in hierusalem
ambulauitque in uiis
regum israhel
sicut ambulauerat domus ahab
filia enim ahab erat uxor eius
et fecit quod malum est
coram dn̄o
noluit autem dn̄s
disperdere iudam

PROPTER DAUID SERUUM SUUM
SICUT PROMISERAT EI
UT DARET ILLI LUCERNAM ET FILIIS
EIUS CUNCTIS DIEBUS
IN DIEB· EIUS RECESSIT EDOM
NE ESSET SUB IUDA
ET CONSTITUIT SIBI REGEM
UENITQUE IORAM SEIRA
ET OMNES CURRUS CUM EO
ET SURREXIT NOCTE PERCUSSITQ·
IDUMEOS
QUI EUM CIRCUMDEDERANT
ET PRINCIPES CURRUUM
POPULUS AUTEM FUGIT
IN TABERNACULA SUA
RECESSIT ERGO EDOM NE ESSET
SUB IUDA USQ· AD DIEM HANC
TUNC RECESSIT ET LOBNA
IN TEMPORE ILLO
RELIQUA AUTEM SERMONUM
IORAM ET UNIUERSA
QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO UERBORUM DIERUM
REGUM IUDA
ET DORMIUIT IORAM CUM
PATRIBUS SUIS
SEPULTUSQUE EST CUM EIS
IN CIUITATE DAUID
ET REGNAUIT AHAZIAS FILIUS
EIUS PRO EO
ANNO DUODECIMO IORAM FILII
AHAB REGIS ISRAHEL
REGNAUIT AHAZIAS FILIUS IORAM
REGIS IUDAE
UIGINTI DUORUM ANNORUM ERAT
AHAZIAS CUM REGNARE
COEPISSET
ET UNO ANNO REGNAUIT
IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS ATHALIA
FILIA AMRI REGIS ISRAHEL
ET AMBULAUIT IN UIIS
DOMUS AHAB

ET FECIT QUOD MALUM EST CORAM
DNO SICUT DOMUS AHAB
GENER ENIM DOMUS AHAB FUIT
ABIIT QUOQ· CUM IORAM FILIO AHAB
AD PROELIANDUM
CONTRA AZAHEL REGEM SYRIAE
IN RAMOTH GALAAD
ET UULNERAUERUNT SYRI IORAM
QUI REUERSUS EST UT CURARETUR
IN IEZRAHEL
QUIA UULNERAUERANT EUM
SYRI IN RAMA
PROELIANTEM CONTRA AZAHEL
REGEM SYRIAE
PORRO AHAZIAS FILIUS IORAM
REX IUDA
DESCENDIT INUISERE IORAM
FILIUM AHAB IN IEZRAHEL
QUIA AEGROTABAT
LXIIII IX HELISAEUS AUTEM PROPHETES
UOCAUIT UNUM DE FILIIS
PROPHETARUM ET AIT ILLI
ACCINGE LUMBOS TUOS ET TOLLE
LENTICULAM OLEI HANC
IN MANU TUA
ET UADE IN RAMOTH GALAAD
CUMQ· UENERIS ILLUC
UIDEBIS HIEU FILIUM IOSAFAT
FILII NAMSI ET INGRESSUS
SUSCITABIS EUM DE MEDIO
FRATRUM SUORUM
ET INTRODUCES INTERIUS
CUBICULUM
TENENSQ· LENTICULAM OLEI
FUNDES SUPER CAPUT EIUS
ET DICES HAEC DICIT DNS
UNXI TE REGEM SUPER ISRAHEL
APERIESQUE OSTIUM ET FUGIES
ET NON IBI SUBSISTES
ABIIT ERGO ADULESCENS PUER
PROPHETAE RAMOTH GALAAD
ET INGRESSUS EST
ECCE AUTEM PRINCIPES
EXERCITUS SEDEBANT

ET AIT UERBUM MIHI AD TE PRINCEPS.
DIXITQUE HIEU AD QUEM
EX OMNIBUS NOBIS
AD ILLE DIXIT AD TE O PRINCEPS
ET SURREXIT ET INGRESSUS EST
CUBICULUM
AD ILLE FUDIT OLEUM SUPER
CAPUT EIUS ET AIT
HAEC DICIT DNS DS ISRAHEL.
UNXI TE REGEM SUPER POPULUM
DNI ISRAHEL.
ET PERCUTIES DOMUM AHAB
DOMINI TUI
UT ULCISCAR SANGUINEM
SERUORUM MEORUM
PROPHETARUM
ET SANGUINEM OMNIUM
SERUORUM DNI DE MANU
IEZABEL.
PERDAMQUE OMNEM
DOMUM AHAB
ET INTERFICIAM DE AHAB
MINGENTEM AD PARIETEM
ET CLAUSUM ET NOUISSIMUM
IN ISRAHEL.
ET DABO DOMUM AHAB
SICUT DOMUM HIEROBOAM
FILII NABAT
ET SICUT DOMUM BAASA FILII AHIA
IEZABEL QUOQ· COMEDENT CANES
IN AGRO IEZRAHEL.
NEC ERIT QUI SEPELIAT EAM
APERUITQ· OSTIUM ET FUGIT
HIEU AUTEM EGRESSUS EST
AD SERUOS DNI SUI
QUI DIXERUNT EI RECTE
NE SUNT OMNIA
QUID UENIT INSANUS ISTE AD TE
QUI AIT EIS NOSTIS HOMINEM
ET QUID LOCUTUS SIT
AD ILLI RESPONDERUNT
FALSUM EST SED MAGIS
NARRA NOBIS
QUI AIT EIS HAEC ET HAEC

LOCUTUS EST MIHI
ET AIT HAEC DICIT DNS
UNXI TE REGEM SUPER ISRAHEL.
FESTINAUERUNT ITAQUE
ET UNUSQUISQUE TOLLENS
PALLIUM SUUM
POSUERUNT SUB PEDIBUS EIUS
IN SIMILITUDINEM TRIBUNALIS
ET CECINERUNT TUBA ADQUE
DIXERUNT REGNAUIT HIEU
CONIURAUIT ERGO HIEU
FILIUS IOSAFAT
FILII NAMSI CONTRA IORAM
PORRO IORAM OBSEDERAT
RAMOTH GALAAD IPSE
ET OMNIS ISRAHEL.
CONTRA AZAHEL REGEM SYRIAE
ET REUERSUS FUERAT UT CURA
RETUR IN IEZRAHEL
PROPTER UULNERA
QUIA PERCUSSERANT EUM SYRI
PROELIANTEM CONTRA
AZAHEL REGEM SYRIAE
DIXITQ· HIEU
SI PLACET UOBIS NEMO EGREDIATUR
PROFUGUS DE CIUITATE
NE UADAT ET NUNTIET
IN IEZRAHEL
ET ASCENDIT ET PROFECTUS EST
IN IEZRAHEL.
IORAM ENIM AEGROTABAT IBI
ET AHAZIA REX IUDA DESCENDERAT
AD UISITANDUM IORAM
IGITUR SPECULATOR QUI STABAT
SUPER TURREM IEZRAHEL.
UIDIT GLOBUM HIEU
UENIENTIS ET AIT
UIDEO EGO + GLOBUM
DIXITQUE IORAM TOLLE
CURRUM ET MITTE
IN OCCURSUM EORUM
ET DICAT UADENS RECTE
NE SUNT OMNIA
ABIIT IGITUR QUI ASCENDERAT

currum in occursum eius
et ait haec dicit rex
pacata sunt omnia
dixitque ei hieu quid tibi et paci
transi et sequere me
nuntiavit quoque speculator
dicens
venit nuntius ad eos
et non revertetur
misit etiam currum
equorum secundum
venitque ad eos et ait
haec dicit rex num pax est
et ait hieu quid tibi et paci
transi et sequere me
nuntiavit autem
speculator dicens
venit usque ad eos
et non revertitur
est autem incessus quasi
incessus hieu filii namsi
praeceps enim graditur
et ait ioram iunge currum
iunxeruntque currum eius
et egressus est ioram rex isrl
et ahazia rex iuda singuli
in curribus suis
egressique sunt in occursum
hieu
et invenerunt eum in agro
naboth iezrahelitis
cumque vidisset ioram hieu dixit
pax est hieu
ad ille respondit quae pax
ad huc fornicationes iezabel
matris tuae et beneficia eius
multa vigent
convertit autem ioram
manum suam
et fugiens ait ad ahaziam
insidiae ahazia
porro hieu tetendit arcum
manu et percussit ioram
inter scapulas
et egressa est sagitta
per cor eius
statimque corruit in curru suo
dixitque hieu ad baddacer
ducem
tolle proice eum in agro
naboth iezrahelitae
memini enim quando ego
et tu sedentes in curru
sequebamur ahab
patrem huius
quod dns onus hoc levaverit
super eum dicens
si non pro sanguine naboth
et pro sanguine filiorum
eius quem vidi heri ait dns
reddam tibi in agro isto
dicit dns
nunc igitur tolle proice eum
in agro iuxta verbum dni
ahazias autem rex iuda videns
hoc fugit per viam
domus horti
persecutusque est eum
hieu et ait
etiam hunc percutite
in curru suo
in ascensu gaber qui est
iuxta ieblaam
qui fugit in maceddo
et mortuus est ibi
et inposuerunt eum servi eius
super currum suum
et tulerunt hierusalem
sepelieruntque in sepulchro
cum patribus suis
in civitate david
LXIII Anno undecimo ioram filii
ahab regis ahazia super iudam
venit hieu iezrahel
porro iezabel introitu
eius audito
depinxit oculos suos stibio
et ornavit caput suum

ET DESPEXIT PER FENESTRAM
INGREDIENTEM HIEU
PER PORTAM ET AIT
NUMQUID PAX ESSE POTEST
ZAMRI QUI INTERFECIT
DOMINUM SUUM
LEUAUITQUE HIEU FACIEM SUAM
AD FENESTRAM ET AIT
QUAE EST ISTA
ET INCLINAUERUNT SE AD EUM
DUO UEL TRES EUNUCHI
AD ILLE DIXIT EIS PRAECIPITATE
EAM DEORSUM
ET PRAECIPITAUERUNT EAM
ASPERSUSQ. EST SANGUINE
PARIES
ET EQUORUM UNGULAE QUI
CONCULCAUERUNT EAM
CUMQUE INGRESSUS ESSET
ET COMEDERET BIBISSETQ. AIT
ITE ET UIDETE MALEDICTAM
ILLAM ET SEPELITE EAM
QUIA FILIA REGIS EST
CUMQUE ISSENT UT SEPE
LIRENT EAM
NON INUENERUNT NISI CALUARIA
ET PEDES ET SUMMAS MANUS
REUERSIQ. NUNTIAUERUNT EI
ET AIT HIEU SERMO DNI EST
QUEM LOCUTUS EST PER
SERUUM SUUM HELIAM
THESBITEN DICENS
IN AGRO IEZRAHEL COMEDENT
CANES CARNES IEZABEL
ET ERUNT CARNES IEZABEL
SICUT STERCUS SUPER FACIEM
TERRAE IN AGRO IEZRAHEL
ITA UT PRAETEREUNTES DICANT
HAECINE EST ILLA IEZABEL
LXX ERANT AUTEM AHAB SEPTUA
GINTA FILII IN SAMARIA
SCRIPSIT ERGO HIEU LITTERAS
ET MISIT IN SAMARIAM
AD OPTIMATES CIUITATIS
ET AD MAIORES NATU ET AD
NUTRICIOS AHAB DICENS
STATIM UT ACCEPERITIS
LITTERAS HAS
QUIA HABETIS FILIOS DOMINI
UESTRI ET CURRUS ET EQUOS
ET CIUITATES FIRMAS
ET ARMA
ELIGITE MELIOREM ET EUM
QUI UOBIS PLACUERIT DE FILIIS
DOMINI UESTRI
ET PONITE EUM SUPER SOLIUM
PATRIS SUI
ET PUGNATE PRO DOMO
DOMINI UESTRI
TIMUERUNT ILLI UEHEMENTER
ET DIXERUNT
ECCE DUO REGES NON POTUERUNT
STARE CORAM EO
ET QUOMODO NOS UALEBIMUS
RESISTERE
MISERUNT ERGO PRAEPOSITOS
DOMUS ET PRAEFECTAS
CIUITATIS ET MAIORES NATU
ET NUTRICII AD HIEU DICENTES
SERUI TUI SUMUS QUAECUMQUE
IUSSERIS FACIEMUS
NEC CONSTITUEMUS REGEM
QUODCUMQUE TIBI PLACET FAC
RESCRIPSIT AUTEM EIS
LITTERAS SECUNDO DICENS
SI MEI ESTIS ET OBOEDITIS MIHI
TOLLITE CAPITA FILIORUM
DOMINI UESTRI
ET UENITE AD ME HAC EADEM
HORA CRAS IN IEZRAHEL
PORRO FILII REGIS SEPTUAGINTA
UIRI APUD OPTIMATES
CIUITATIS NUTRIEBANTUR
CUMQUE UENISSENT
LITTERAE AD EOS
TULERUNT FILIOS REGIS
ET OCCIDERUNT SEPTUAGINTA
UIROS ET POSUERUNT

CAPITA EORUM IN COFINIS
ET MISERUNT AD EUM IN IEZRAHEL
UENIT AUTEM NUNTIUS
ET INDICAUIT EI DICENS
ADTULERUNT CAPITA FILIORUM
REGIS
QUI RESPONDIT PONITE EA
DUOS ACERUOS IUXTA INTROITUM
PORTAE USQUE MANE
CUMQUE DILUXISSET
EGRESSUS EST
ET STANS DIXIT AD OMNEM
POPULUM
IUSTI ESTIS SI EGO CONIURAUI
CONTRA DOMINUM MEUM
ET INTERFECI EUM
QUI PERCUSSIT OMNES HOS
UIDETE ERGO NUNC QUONIAM
NON CECIDIT DE SERMONIBUS
DNI IN TERRAM
QUOS LOCUTUS EST DNS
SUPER DOMUM AHAB
ET DNS FECIT QUOD LOCUTUS EST
IN MANU SERUI SUI HELIAE
PERCUSSIT IGITUR HIEU OMNES
QUI RELIQUI ERANT DE DOMO
AHAB IN IEZRAHEL
ET UNIUERSOS OPTIMATES EIUS
ET NOTOS ET SACERDOTES
DONEC NON REMANERENT
EX EO RELIQUIAE
ET SURREXIT ET UENIT
IN SAMARIAM
CUMQUE UENISSET AD CAMARAM
PASTORUM IN UIA
INUENIT FRATREM AHAZIAE
REGIS IUDA DIXITQUE AD EUM
QUINAM ESTIS UOS
AT ILLI RESPONDERUNT FRATRES
AHAZIAE SUMUS
ET DESCENDIMUS AD SALUTANDOS
FILIOS REGIS ET FILIOS REGINAE
QUI AIT CONPREHENDITE
EOS UIUOS
QUOS CUM CONPREHENDISSENT
UIUOS
IUGULAUERUNT EOS IN CISTERNA
IUXTA CAMARAM QUADRAGINTA
DUOS UIROS
ET NON RELIQUIT EX EIS QUEMQUAM
CUMQ. ABISSET INDE
INUENIT IONADAB FILIUM RECHAB
IN OCCURSUM SIBI
ET BENEDIXIT EI
ET AIT AD EUM NUMQUID EST
COR TUUM RECTUM SICUT
COR MEUM CUM CORDE TUO
ET AIT IONADAB EST
SI EST INQUIT DA MANUM TUAM
QUI DEDIT MANUM SUAM
AD ILLE LEUAUIT EUM AD SE
IN CURRU DIXITQ. AD EUM
UENI MECUM ET UIDE ZELUM
MEUM PRO DNO
ET INPOSITUM CURRUI SUO
DUXIT IN SAMARIAM
ET PERCUSSIT OMNES QUI RELIQUI
FUERUNT DE AHAB IN SAMARIA
USQUE AD UNUM
IUXTA UERBUM DNI QUOD
LOCUTUS EST PER HELIAM
CONGREGAUIT ERGO HIEU
OMNEM POPULUM
ET DIXIT AD EOS
AHAB COLUIT BAHAL PARUM
EGO AUTEM COLAM EUM
AMPLIUS
NUNC IGITUR OMNES
PROPHETAS BAHAL
ET UNIUERSOS SERUOS EIUS
ET CUNCTOS SACERDOTES IPSIUS
UOCATE AD ME
NULLUS SIT QUI NON UENIAT
SACRIFICIUM ENIM GRANDE EST
MIHI BAHAL
QUICUMQUE DEFUERIT
NON UIUET
PORRO HIEU FACIEBAT HOC

INSIDIOSAE UT DISPERDERET
CULTORES BAHAL DIXIT
SCIFICATE DIEM SOLLEMNEM
BAHAL
UOCAUITQ· ET MISIT IN UNIUERSOS
TERMINOS ISRAHEL
ET UENERUNT CUNCTI SERUI BAHAL
NON FUIT RESIDUUS NE UNUS
QUIDEM QUI NON UENIRET
ET INGRESSI SUNT TEMPLUM
BAHAL
ET REPLETA EST DOMUS BAHAL
A SUMMO USQ· AD SUMMUM
DIXITQ· HIS QUI ERANT
SUPER UESTES
PROFERTE UESTIMENTA
UNIUERSIS SERUIS BAHAL
ET PROTULERUNT EIS UESTES
INGRESSUSQ· HIEU ET IONADAB
FILIUS RECHAB TEMPLŪ BAHAL
ET AIT CULTORIBUS BAHAL
PERQUIRITE ET UIDETE NE QUIS
FORTE UOBISCUM SIT
DE SERUIS DÑI SED UT SINT
SOLI SERUI BAHAL
INGRESSI SUNT IGITUR UT FACERENT
UICTIMAS ET HOLOCAUSTA
HIEU AUTEM PRAEPARAUERAT
SIBI FORIS OCTOGINTA UIROS
ET DIXERAT EIS
QUICUMQ· FUGERIT DE HOMINIB·
HIS QUOS EGO ADDUXERO
IN MANUS UESTRAS
ANIMA EIUS ERIT PRO ANIMA ILLIUS
FACTUM EST ERGO CUM CON-
PLETUM ESSET HOLOCAUSTUM
PRAECEPIT HIEU MILITIBUS
ET DUCIBUS SUIS
INGREDIMINI ET PERCUTITE EOS
NULLUS EUADAT
PERCUSSERUNTQ· EOS ORE
GLADII ET PROIECERUNT
MILITES ET DUCES
ET IERUNT IN CIUITATEM

TEMPLI BAHAL
ET PROTULERUNT STATUAM
DE FANO BAHAL
ET COMBUSSERUNT ET COM-
MINUERUNT EAM
DESTRUXERUNT QUOQUE AEDEM
BAHAL ET FECERUNT PRO EA
LATRINAS USQ· IN DIEM HANC
DELEUIT ITAQUE HIEU BAHAL
DE ISRAHEL
UERUMTAMEN A PECCATIS
HIEROBOAM FILII NABAT
QUI PECCARE FECERAT ISRAHEL
NON RECESSIT
NEC DERELIQUIT UITULOS AUREOS
QUI ERANT IN BETHEL ET IN DAN
DIXIT AUTEM DÑS AD HIEU
QUIA STUDIOSE FECISTI QUOD
RECTUM ERAT ET PLACEBAT
IN OCULIS MEIS
ET OMNIA QUAE ERANT IN CORDE
MEO FECISTI CONTRA
DOMUM AHAB
FILII TUI USQUE AD QUARTAM
GENERATIONEM SEDEBUNT
SUPER THRONUM ISRAHEL
PORRO HIEU NON CUSTODIUIT
UT AMBULARET IN LEGE DÑI
DĪ ISRAHEL IN TOTO CORDE SUO
NON ENIM RECESSIT A PECCATIS
HIEROBOAM QUI PECCARE
FECERAT ISRAHEL
IN DIEB· ILLIS COEPIT DÑS
TAEDERE SUPER ISRAHEL
PERCUSSITQUE EOS AZAHEL
IN UNIUERSIS FINIB· ISRAHEL
A IORDANE CONTRA ORIENTALEM
PLAGAM
OMNEM TERRAM GALAAD
ET GAD ET RUBEN ET MANASSE
AB AROER QUAE EST SUPER
TORRENTEM ARNON
ET GALAAD ET BASAN
RELIQUA AUTEM UERBORUM

HIEU ET UNIVERSA QUAE FECIT
ET FORTITUDO EIUS
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO VERBORUM DIERUM
REGUM ISRAHEL.
ET DORMIVIT HIEU CUM PATRIB· SUIS
SEPELIERUNTQ· EUM IN SAMARIA
ET REGNAVIT IOAHAZ FILIUS
EIUS PRO EO
DIES AUTEM QUOS REGNAVIT
HIEU SUPER ISRAHEL.
VIGINTI ET OCTO ANNI SUNT
IN SAMARIA
LXXI XCI ATHALIA VERO MATER AHAZIAE
VIDENS MORTUUM
FILIUM SUUM
SURREXIT ET INTERFECIT
OMNE SEMEN REGIUM
TOLLENS AUTEM IOSAFAT
FILIA REGIS IORAM SOROR
AHAZIAE
IOAS FILIUM AHAZIAE
FURATA EST EUM DE ME[DIO] DIO
FILIORUM REGIS
QUI INTERFICIEBANTUR
ET NUTRICEM EIUS DE TRICLINIO
ET ABSCONDIT EUM A FACIE
ATHALIAE UT NON INTER
FICERETUR
ERATQUE CUM EA IN DOMO DNI
CLAM SEX ANNIS
PORRO ATHALIA REGNAVIT
SUPER TERRAM
ANNO AUTEM SEPTIMO
MISIT IOIADA
ET ADSUMENS CENTURIONES
ET MILITES
INTRODUXIT AD SE IN TEMPLU DNI
PEPIGITQUE CUM EIS FOEDUS
ET ADIURANS EOS IN DOMO DNI
OSTENDIT EIS FILIUM REGIS
ET PRAECEPIT ILLIS DICENS
ISTE SERMO QUEM FACERE
DEBETIS
TERTIA PARS VESTRUM INTROEAT
SABBATO ET OBSERVET
EXCUBITUM DOMUS REGIS
TERTIA AUTEM PARS SIT
AD PORTAM SIR
ET TERTIA PARS AD PORTAM
QUAE EST POST HABITACULUM
SCUTARIORUM
ET CUSTODIETIS EXCUBITUM
DOMUS MESSA
DUAE VERO PARTES E VOBIS
OMNES EGREDIENTES
SABBATO
CUSTODIANT EXCUBIAS DOMUS
DNI CIRCUM REGEM
ET VALLABITIS EUM HABENTES
ARMA IN MANIB· VESTRIS
SI QUIS AUTEM INGRESSUS
FUERIT SEPTUM TEMPLI
INTERFICIATUR
ERITISQUE CUM REGE INTRO
EUNTE ET EGREDIENTE
ET FECERUNT CENTURIONES
IUXTA OMNIA QUAE PRAECEPE
RAT EIS IOIADA SACERDOS
ET ADSUMENTES SINGULI VIROS
SUOS QUI INGREDIEBANTUR
SABBATUM CUM HIS
QUI EGREDIEBANTUR E SABBATO
VENERUNT AD IOIADAE SACERDOTE
QUI DEDIT EIS HASTAS ET ARMA
REGIS DAVID QUAE ERANT
IN DOMO DNI
ET STETERUNT SINGULI HABENTES
ARMA IN MANU SUA
A PARTE TEMPLI DEXTRA
USQUE AD PARTEM SINISTRAM
ALTARIS ET AEDIS CIRCUM REGE.
PRODUXITQ· FILIUM REGIS
ET POSUIT SUPER EUM DIADEMA
ET TESTIMONIUM
FECERUNTQ· EUM REGEM
ET UNXERUNT
ET PLAUDENTES MANU DIXERUNT

vivat rex
Audivit athalia vocem
currentis populi .
Et ingressa ad turbas
in templum dni
vidit regem stantem super
tribunal iuxta morem
et cantores et tubas
propter eum
omnemq; populum terrae
laetantem et canentem tubis
et scidit vestimenta sua
clamavitque coniuratio
coniuratio
praecepit autem ioiada xii
centurionib; qui erant
super exercitum et ait eis
educite eam extra
consepta templi
et quicumque secutus eam
fuerit feriatur gladio
dixerat enim sacerdos non
occidatur in templo dni
Inposueruntque ei manus
et inpigerunt eam per viam
introitus equorum
iuxta palatium
et in terfecta est ibi
pepig igitur ioiada foedus
inter dnm et inter regem
et inter populum
ut esset populus dni
et inter regem et populum
ingressusq; est omnis
populus terrae
templum bahal
et destruxerunt aras eius
et imagines contriverunt
validae
mattha quoque sacerdotem
bahal occiderunt
coram altari
et posuit sacerdos custodias
in domo dni

tulitq; centuriones et cherelbi
et phelethi legiones
et omnem populum terrae
deduxeruntque regem
de domo dni
et venerunt per viam portae
scutariorum in palatium
et sedit super thronum regum
laetatusq; est omnis populus
terrae et civitas conquievit.
Athalia autem occisa est
gladio in domo regis
Septemque annorum erat
ioas cum regnare coepisset
Anno septimo hieu
regnavit ioas
quadraginta annis regnavit
in hierusalem
Nomen matris eius sebia
de bersabee
Fecitq; ioas rectum coram dno
cunctis diebus quibus docuit
eum ioiada sacerdos
verumtamen excelsa
non abstulit adhuc populus
immolabat et adolebat
in excelsis incensum
dixitq; ioas ad sacerdotes
omnem pecuniam scorum
quae inlata fuerit in templum
dni a praetereuntibus
quae offertur pro pretio
animae
et quam sponte et arbitrio
cordis sui inferunt
in templum dni
accipiant illam sacerdotes
iuxta ordinem suum
et instaurent sartatecta
domus
si quid necessarium viderint
instaratione
Igitur usque ad vicensimum
tertium annum regis ioas

NON INSTAURAUERUNT SACERDOTES
SARTA TECTA TEMPLI
UOCAUITQUE REX IOAS IOIADA
PONTIFICEM ET SACERDOTES
DICENS EIS
QUARE SARTA TECTA NON INSTAU
RASTIS TEMPLI
NOLITE ERGO AMPLIUS ACCIPERE
PECUNIAM IUXTA ORDINEM
UESTRUM
SED AD INSTAURATIONEM TEMPLI
REDDITE EAM
PROHIBITIQUE SUNT SACERDOTES
ULTRA ACCIPERE PECUNIAM
A POPULO
ET INSTAURARE SARTA TECTA DOMUS
ET TULIT IOIADA PONTIFEX
GAZOPHYLACIUM UNUM
APERUITQ· FORAMEN DESUPER
ET POSUIT ILLUD IUXTA ALTARE
AD DEXTERAM INGREDIENTIUM
DOMUM DNI
MITTEBANTQUE IN EO SACERDOTES
QUI CUSTODIEBANT OSTEA
OMNEM PECUNIAM QUAE DEFERE
BATUR AD TEMPLUM DNI
CUMQ· UIDERENT NIMIAM
PECUNIAM ESSE IN GAZO
PHYLACIO
ASCENDEBAT SCRIBA REGIS
ET PONTIFEX
EFFUNDEBANTQ· ET NUMERABANT
PECUNIAM QUAE INUENIEBATUR
IN DOMO DNI
ET DABANT EAM IUXTA NUMERUM
ATQ· MENSURAM
IN MANU EORUM QUI PRAEERANT
CAEMENTARIIS DOMUS DNI
QUI INPENDEBANT EAM IN FABRIS
LIGNORUM ET IN CEMENTARIIS
HIS QUI OPERABANTUR IN DOMO
DNI ET SARTA TECTA
FACIEBANT
ET IN HIS QUI CAEDEBANT SAXA
ET UT EMERENT LIGNA ET LAPIDES
QUI EXCIDEBANTUR
ITA UT IMPLERETUR INSTAURA
TIO DOMUS DNI
IN UNIUERSIS QUAE INDIGEBANT
EXPENSA AD MUNIENDAM
DOMUM
UERUMTAMEN NON FIEBANT
EX EADEM PECUNIA HYDRIAE
TEMPLI DNI
ET FUSCINULAE ET TURIBULA
ET TUBAE
OMNE UAS AUREUM ET ARGENTEUM
DE PECUNIA QUAE INFEREBATUR
IN TEMPLUM DNI
HIS ENIM QUI FACIEBANT OPUS
DABATUR
UT INSTAURARETUR
TEMPLUM DNI
ET NON FIEBAT RATIO HIS
HOMINIBUS QUI ACCIPIEBANT
PECUNIAM
UT DISTRIBUERENT EAM
ARTIFICIBUS
SED IN FIDE TRACTABANT EAM
PECUNIAM UERO PRO DELICTO
ET PECUNIAM PRO PECCATIS
NON INFEREBANT
IN TEMPLUM DNI
QUIA SACERDOTUM ERAT
LXXII TUNC ASCENDIT AZAHEL
REX SYRIAE
ET PUGNABAT CONTRA GETH
CEPITQUE EAM
ET DIREXIT FACIEM SUAM
UT ASCENDERET IN HIERUSALEM
QUAM OB REM TULIT IOAS
REX IUDA
OMNIA SCIFICATA QUAE CONSECRA
UERANT IOSAFAT ET IORAM
ET AHAZIA PATRES EIUS
REGES IUDA
ET QUAE IPSE OBTULERAT
ET UNIUERSUM ARGENTUM

quod inueniri poterit in thes
auris templi dñi et in
palatio regis
misitq· azaheli regi syriae
et recessit ab hierusalem
Reliqua autem sermonum
ioas et uniuersa quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro
uerborum dierum regum iuda·
Surrexerunt autem serui eius
et coniurauerunt inter se
percusseruntq· ioas in domo
mello in descensu sela
Iozachar namque filius semath
et iozadab filius somer
serui eius
percusserunt eum
et mortuus est
et sepelierunt eum cum patrib·
suis in ciuitate dauid
Regnauitque amasias filius
eius pro eo
xiii Anno uicesimo tertio ioas
filii ahaziae regis iudae
Regnauit ioahaz filius hieu
super israhel in samaria
decem et septem annis
et fecit malum coram dño
secutus que est peccata
hieroboam filii nabat
qui peccare fecit israhel
non declinauit ab eis
Iratusq· est furor dñi
contra israhel
et tradidit eos in manu
azahelis regis syriae
et in manu benadad filii azahel
cunctis diebus
deprecatus est autem ioahaz
faciem dñi et audiuit
eum dñs
uidit enim angustiam israhel
qua attriuerat eos
rex syriae

Et dedit dñs israheli saluatorē
et liberatus est de manu syriae
habitaueruntque filii israhel
in tabernaculis suis sicut
heri et nudius tertius
uerumtamen non recesserunt
a peccatis domus hieroboam
qui peccare fecit israhel
in ipsis ambulauerunt
siquidem et lucus permansit
in samaria
et non sunt derelicti ioahaz
de populo
nisi quinquaginta equites
et decem currus et decem
milia peditum
interfecerat enim eos
rex syriae
et redegerat quasi puluerem
in tritura areae
Reliqua autem sermonum ioahaz·
et uniuersa quae fecit
sed et fortitudo eius
nonne haec scripta sunt
in libro sermonum dierum
regum israhel
dormiuitque ioahaz
cum patrib· suis
et sepelierunt eum
in samaria
Regnauitque ioas filius
eius pro eo
Anno tricensimo septimo
ioas regis iuda
Regnauit ioas filius ioahaz
super israhel in samaria
sedecim annis
et fecit quod malum est
in conspectu dñi
non declinauit ab omnibus
peccatis hieroboam
filii nabat
qui peccare fecit israhel
in ipsis ambulauit

RELIQUA AUTEM SERMONUM IOAS
ET UNIUERSA QUAE FECIT
SED ET FORTITUDO EIUS
QUOMODO PUGNAUERIT CONTRA
AMASIAM REGEM IUDA
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO SERMONUM
REGUM ISRAHEL.
ET DORMIUIT IOAS CUM PATRIB· SUIS·
HIEROBOAM AUTEM SEDIT
SUPER SOLIUM EIUS
PORRO IOAS SEPULTUS EST
IN SAMARIA CUM REGIB· ISRL·
LXXIII HELISAEUS AUTEM AEGROTABAT
INFIRMITATE QUA
ET MORTUUS EST
DESCEN DITQUE AD EUM IOAS
REX ISRAHEL
ET FLEBAT CORAM EO DICEBATQ·
PATER MI PATER MI CURRUS
ISRAHEL ET AURIGA EIUS
ET AIT ILLI HELISAEUS AD FER
ARCUM ET SAGITTAS
CUMQUE ADTULISSET AD EUM
ARCUM ET SAGITTAS
DIXIT AD REGEM ISRAHEL.
PONE MANUM TUAM
SUPER ARCUM
ET CUM POSUISSET ILLE
MANUM SUAM
SUPERPOSUIT HELISAEUS
MANUS SUAS MANIB· REGIS
ET AIT APERI FENESTRAM
ORIENTALEM
CUMQUE APERUISSET DIXIT
HELISAEUS
IACE SAGITTAM ET IECIT
ET AIT HELISAEUS SAGITTA
SALUTIS DNI
ET SAGITTA SALUTIS CONTRA
SYRIAM
PERCUTIESQ· SYRIAM IN APHEC
DONEC CONSUMAS EAM
ET AIT TOLLE SAGITTAS

QUI CUM TULISSET RURSUM DIXIT EI
PERCUTE IACULO TERRAM
ET CUM PERCUSSISSET TRIB· UICIB·
ET STETISSET
IRATUS EST CONTRA EUM
UIR DI ET AIT
SI PERCUSSISSES QUINQUIES
AUT SEXIES SIUE SEPTIES
PERCUSSISSES SYRIAM USQUE
AD CONSUMPTIONEM
NUNC AUTEM TRIB· UICIBUS
PERCUTIES EAM
LXXIIII MORTUUS EST ERGO HELISAEUS
ET SEPELIERUNT EUM
LATRUNCULI QUOQUE DE MOAB
UENERUNT IN TERRA
IN IPSO ANNO
QUIDAM AUTEM SEPELIENTES
HOMINEM UIDERUNT
LATRUNCULOS
ET PROIECERUNT CADAUER
IN SEPULCHRO HELISAEI
QUOD AMBULAUIT ET TETIGIT
OSSA HELISAEI
ET REUIXIT HOMO ET STETIT
SUPER PEDES SUOS
IGITUR AZAHEL REX SYRIAE
ADFLIXIT ISRAHEL
CUNCTIS DIEBUS IOAHAZ
ET MISERTUS EST DNS EORUM
ET REUERSUS EST AD EOS
PROPTER PACTUM SUUM
QUOD HABEBAT CUM ABRAHAM
ISAAC ET IACOB
ET NOLUIT DISPERDERE EOS
NEQUE PROICERE PENITUS
USQ· IN PRAESENS TEMPUS
MORTUUS EST AUTEM AZAHEL
REX SYRIAE
ET REGNAUIT BENADAD
FILIUS EIUS PRO EO
PORRO IOAS FILIUS IOAHAZ
TULIT URBES DE MANU
BENADAD FILII AZAHEL

quas tulerat de manu ioahaz
patris sui iure proelii
Tribus uicibus percussit
eum ioas
et reddidit ciuitates israheli
Anno secundo ioas filii ioahaz
regis israhel
Regnauit amasias filius ioas
regis iuda uiginti quinque
annorum erat cum
regnare coepisset
Uiginti autem et nouem annis
regnauit in hierusalem
nomen matris eius ioaden
de hierusalem
Et fecit rectum coram dño
uerum tamen non ut dauid
pater eius
iuxta omnia quae fecit ioas
pater suus fecit
nisi hoc tantum quod excelsa
non abstulit
adhuc enim populus
immolabat et adolebat
in excelsis
Cumq· obtinuisset regnum
percussit seruos suos
qui interfecerant regem
patrem suum
Filios autem eorum qui occi
derunt non occidit
iuxta quod scriptum est
in libro legis moysi
sicut praecepit dñs dicens
non morientur patres
pro filiis
neq· filii morientur
pro patribus
sed unusquisque in peccato
suo morietur
Ipse percussit edom
in ualle salinarum
decem milia
et adprehendit petram
in proelio
uocauitq· nomen eius iecethel
usq· in praesentem diem
Tunc misit amasias nuntios
ad ioas filium ioahaz filii hieu
regis israhel dicens
ueni et uideamus nos
Remisitq· ioas rex israhel
ad amasiam regem iuda dicens
carduus libani misit ad cedrū
quae est in libano dicens
da filiam tuam filio meo
uxorem
Transieruntque bestiae
saltus quae sunt in libano
et conculcauerunt carduū
percutiens inualuisti
super edom
et subleuauit te cor tuum
contentus esto gloria
et sede in domo tua
quare prouocas malum
ut cadas tu et iuda tecum
Et non adquieuit amasias
ascenditq· ioas rex israhel
et uiderunt se ipse et amasias
rex iuda in bethsames
oppido iudae
percussusque est iuda
coram israhel
et fugerunt unusquisque
in tabernacula sua
Amasiam uero regem iuda
filium ioas filii ahaziae
cepit ioas rex israhel
in bethsames
et adduxit eum in hierusalem
et interrupit murum
hierusalem
a porta ephraim usque
ad portam anguli
quadringentis cubitis
Tulitque omne aurum
et argentum

ET UNIUERSA UASA QUAE INUENTA
SUNT IN DOMO DNI ET IN THES
AURIS REGIS ET OBSIDES
ET REUERSUS EST SAMARIAM
RELIQUA AUTEM UERBORUM
IOAS QUAE FECIT
ET FORTITUDO EIUS QUA PUGNAUIT
CONTRA AMASIAM REGEM IUDA
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO SERMONUM DIERUM
REGUM ISRAHEL
DORMIUITQUE IOAS
CUM PATRIBUS SUIS
ET SEPULTUS EST IN SAMARIA
CUM REGIBUS ISRAHEL
ET REGNAUIT HIEROBOAM
FILIUS EIUS PRO EO
UIXIT AUTEM AMASIAS FILIUS
IOAS REX IUDA
POSTQUAM MORTUUS EST IOAS
FILIUS IOAHAZ REGIS ISRAHEL
UIGINTI QUINQ; ANNIS
RELIQUA AUTEM SERMONUM
AMASIAE
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO SERMONUM DIERUM
REGIS IUDA
FACTAQ; EST CONTRA EUM
CONIURATIO IN HIERUSALEM
AD ILLE FUGIT IN LACHIS
MISERUNTQUE POST EUM
IN LACHIS
ET INTERFECERUNT EUM IBI
ET ASPORTAUERUNT IN EQUIS
SEPULTUSQUE EST IN HIERUSALEM
CUM PATRIBUS SUIS
IN CIUITATE DAUID
TULIT AUTEM UNIUERSUS
POPULUS IUDAE AZARIAM
ANNOS NATUM SEDECIM
ET CONSTITUERUNT EUM REGEM
PRO PATRE EIUS AMASIA
IPSE AEDIFICAUIT AHILAM
ET RESTITUIT EAM IUDAE
POSTQUAM DORMIUIT REX
CUM PATRIBUS SUIS
ANNO QUINTO DECIMO AMASIAE
FILII IOAS REGIS IUDA
REGNAUIT HIEROBOAM FILIUS
IOAS REGIS ISRL IN SAMARIA
QUADRAGINTA ET UNO ANNO
ET FECIT QUOD MALUM EST
CORAM DNO
NON RECESSIT AB OMNIBUS
PECCATIS HIEROBOAM
FILII NABAT
QUI PECCARE FECIT ISRAHEL
IPSE RESTITUET TERMINOS
ISRAHEL
AB INTROITU EMATH USQUE
AD MARE SOLITUDINIS
IUXTA SERMONEM DNI DI ISRL
QUEM LOCUTUS EST PER
SERUUM SUUM IONAM
FILIUM AMATHI PROPHETAM
QUI ERAT DE GETH QUAE EST
IN OPHER
UIDIT ENIM DNS ADFLICTIONEM
ISRAHEL AMARAM NIMIS
ET QUOD CONSUMPTI ESSENT
USQUE AD CLAUSOS CARCERE
ET EXTREMOS
ET NON ESSET QUI AUXILIARETUR
ISRAHEL
NEC LOCUTUS EST DNS
UT DELERET NOMEN ISRAHEL
SUB CAELO
SED SALUAUIT EOS IN MANU
HIEROBOAM FILII IOAS
RELIQUA AUTEM SERMONUM
HIEROBOAM ET UNIUERSA
QUAE FECIT
ET FORTITUDO EIUS QUA
PROELIATUS EST
ET QUOMODO RESTITUIT
DAMASCUM ET EMATH
IUDAE IN ISRAHEL
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT

in libro sermonum dierum
regum israhel
dormiuitque hieroboam
cum patribus suis
regibus israhel
et regnauit zacharias
filius eius pro eo
anno uice simo septimo
LXV hieroboam regis israhel
regnauit azarias filius
amasiae regis iudae
sedecim annorum erat
cum regnare coepisset
et quinquaginta duobus annis
regnauit in hierusalem
nomen matris eius iecelia
de hierusalem
fecitque quod erat placitum
coram dño
iuxta omnia quae fecit amasias
pater eius
uerum tamen excelsa non
est demolitus
adhuc populus sacrificabat
et adolebat incensum
in excelsis
percussit autem dñs regem
et fuit leprosus usque
in diem mortis suae
et habitabat in domo libera
seorsum
ioatham uero filius regis
gubernabat palatium
et iudicabat populum terrae
reliqua autem sermonum
azariae et uniuersa
quae fecit
nonne haec scripta sunt
in libro uerborum dierum
regum iuda
et dormiuit azarias
cum patribus suis
sepelieruntq; eum
cum maioribus suis
in ciuitate dauid
et regnauit ioatham filius
eius pro eo
anno trice simo octauo
azariae regis iudae
regnauit zaccharias filius
hieroboam super israhel
in samaria sex mensibus
et fecit quod malum est
coram dño
sicut fecerant patres eius
non recessit a peccatis
hieroboam filii nabat
qui peccare fecit israhel
coniurauit autem contra eum
sellum filius iabes
percussitque eum palam
et interfecit regnauitque
pro eo
reliqua autem uerborum
zachariae
nonne haec scripta sunt
in libro sermonum dierum
regum israhel
ipse est sermo dñi quem
locutus est ad hieu dicens
filii usque ad quartam genera
tionem sedebunt de te
super thronum israhel
factumq; est ita
sellum filius iabes regnauit
trice simo nono anno
azariae regis iudae
regnauit autem uno mense
in samaria
et ascendit manahem filius
gaddi de thersa
uenitque samariam
et percussit sellum filium
iabes in samaria et inter
fecit eum regnauitque
pro eo
reliqua autem uerborum
sellum

ET CONIURATIO EIUS PER QUAM
TETENDIT INSIDIAS
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT IN LIBRO
SERMONUM DIERUM
REGUM ISRAHEL
TUNC PERCUSSIT MANAHEM
THAPSAM ET OMNES
QUI ERANT IN EA
ET TERMINOS EIUS DE THERSA
NOLUERANT ENIM APERIRE EI
ET INTERFECIT OMNES PRAEGNAN
TES EIUS ET SCIDIT EAS
ANNO TRICESIMO NONO
AZARIAE REGIS IUDA REGNAVIT
MANAHEM FILIUS GADDI
SUPER ISRAHEL DECEM ANNIS
IN SAMARIA
FECITQ· QUOD ERAT MALUM
CORAM DÑO
NON RECESSIT A PECCATIS
HIEROBOAM FILII NABAT
QUI PECCARE FECIT ISRAHEL
CUNCTIS DIEBUS EIUS VENIEBAT
PHUL REX ASSYRIORUM
IN TERRAM
ET DABAT MANAHEM PHUL
MILLE TALENTA ARGENTI
UT ESSET EI IN AUXILIO ET FIR
MARET REGNUM EIUS
INDIXITQ· MANAHEM ARGENTUM
SUPER ISRAHEL CUNCTIS
POTENTIB· ET DIVITIBUS
UT DARET REGI ASSYRIORUM
QUINQUAGINTA SICLOS ARGENTI
PER SINGULOS ANNOS
REVERSUSQUE EST REX ASSYRIORŪ
ET NON EST MORATUS IN TERRA
RELIQUA AUTEM SERMONUM
MANAHEM ET UNIVERSA
QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO SERMONUM DIERUM
REGUM ISRAHEL
ET DORMIVIT MANAHEM
CUM PATRIBUS SUIS
REGNAVITQUE PHACEIA
FILIUS EIUS PRO EO
ANNO QUINQUAGESIMO AZARIAE
REGIS IUDAE
REGNAVITQUE PHACEIA FILIUS
MANAHEM
SUPER ISRL̄ IN SAMARIA BIENNIO
ET FECIT QUOD ERAT MALUM
CORAM DÑO
NON RECESSIT A PECCATIS
HIEROBOAM FILII NABAT
QUI PECCARE FECIT ISRAHEL
CONIURAVIT AUTEM ADVERSUM
EUM PHACEE FILIUS
ROMELIAE DUX EIUS
ET PERCUSSIT EUM IN SAMARIA
IN TURRE DOMUS REGIAE
IUXTA ARGOB ET IUXTA ARI
ET CUM EO QUINQUAGINTA VIROS
DE FILIIS GALAADITARUM
ET INTERFECIT EUM REGNAVITQ·
PRO EO
RELIQUA AUTEM SERMONUM
PHACEIA ET UNIVERSA
QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO SERMONUM DIERUM
REGUM ISRAHEL
ANNO QUINQUAGESIMO SECUNDO
AZARIAE REGIS IUDAE
REGNAVIT PHACEE FILIUS ROMELIAE
SUPER ISRAHEL IN SAMARIA
VIGINTI ANNIS
ET FECIT QUOD MALUM ERAT
CORAM DÑO
NON RECESSIT A PECCATIS
HIEROBOAM FILII NABAT
QUI PECCARE FECIT ISRAHEL
IN DIEB· PHACEE REGIS ISRAHEL
VENIT THEGLATH FALASSAR
REX ASSUR
ET CEPIT AIOM ET ABEL
DOMUM MAACHA

ET IANOE ET CEDES ET ASOR
ET GALAAD ET GALILEAM UNIUERSAM
TERRAM NEPTHALIM
ET TRANSTULIT EOS IN ASSYRIOS
CONIURAUIT AUTEM ET TETENDIT
INSIDIAS OSEE FILIUS HELA
CONTRA PHACEE FILIUM
ROMELIAE
ET PERCUSSIT EUM ET INTERFECIT
REGNAUITQUE PRO EO
UICESIMO ANNO IOATHAM
FILII OZIAE
RELIQUA AUTEM SERMONUM
PHACEE ET UNIUERSA
QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO SERMONUM DIERUM
REGUM ISRAHEL
ANNO SECUNDO PHACEE FILII
ROMELIAE REGIS ISRAHEL
REGNAUIT IOATHAM FILIUS
OZIAE REGIS IUDA
UIGINTI QUINQUE ANNORUM ERAT
CUM REGNARE COEPISSET
ET SEDECIM ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS HIERUSA
FILIA SADOC
FECITQ· QUOD ERAT PLACITUM
CORAM DNO
IUXTA OMNIA QUAE FECERAT
OZIAS PATER SUUS
OPERATUS EST
UERUM TAMEN EXCELSA
NON ABSTULIT
AD HUC POPULUS IMMOLABAT
ET ADOLEBAT INCENSUM
IN EXCELSIS
IPSE AEDIFICAUIT PORTAM
DOMUS DNI SUBLIMISSIMAM
RELIQUA AUTEM SERMONUM
IOATHAM ET UNIUERSA
QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO UERBORUM DIERUM
REGUM IUDA
IN DIEB· ILLIS COEPIT DNS MITTERE
IN IUDAM RASIN REGEM SYRIAE
ET PHACEE FILIUM ROMELIAE
ET DORMIUIT IOATHAM
CUM PATRIBUS SUIS
SEPULTUSQUE EST CUM EIS
IN CIUITATE DAUID PATRIS SUI
ET REGNAUIT AHAZ FILIUS
EIUS PRO EO
LXXU XVI ANNO SEPTIMODECIMO PHACEE
FILII ROMELIAE REGNAUIT
AHAZ FILIUS IOATHAM
REGIS IUDA
UIGINTI ANNORUM ERAT AHAZ
CUM REGNARE COEPISSET
ET SEDECIM ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
NON FECIT QUOD ERAT PLACITUM
IN CONSPECTU DNI DI SUI
SICUT DAUID PATER EIUS
SED AMBULAUIT IN UIA REGUM
ISRAHEL
INSUPER ET FILIUM SUUM
CONSECRAUIT TRANSFERENS
PER IGNEM
SECUNDUM IDOLA GENTIUM
QUAE DISSIPAUIT DNS CORAM
FILIIS ISRAHEL
IMMOLABATQUOQ· UICTIMAS
ET ADOLEBAT INCENSUM
IN EXCELSIS ET IN COLLIBUS
ET SUB OMNI LIGNO FRONDOSO
TUNC ASCENDIT RASIN REX
SYRIAE ET PHACEE FILIUS
ROMELIAE REX ISRAHEL
IN HIERUSALEM AD PROE
LIANDUM
CUMQUE OBSIDERENT AHAZ
NON UALUERUNT SUPERARE EU·
IN TEMPORE ILLO RESTITUIT
RASIN REX SYRIAE AILAM
SYRIAE

ET EIECIT IUDAEOS DE AILAM
ET SYRI UENERUNT IN AILAM
ET HABITAUERUNT IBI USQUE
IN DIEM HANC
MISIT AUTEM AHAZ NUNTIOS
AD THEGLATH FALASSAR REGEM
ASSYRIORUM DICENS
SERUUS TUUS ET FILIUS TUUS
EGO SUM
ASCENDE ET SALUUM ME FAC
DE MANU REGIS SYRIAE
ET DE MANU REGIS ISRAHEL
QUI CONSURREXERUNT
ADUERSUM ME
ET CUM COLLEGISSET ARGENTUM
ET AURUM
QUOD INUENIRE POTUIT IN DOMO
DOMINI ET IN THESAURIS REGIS
MISIT REGI ASSYRIORUM MUNERA
QUI ET ADQUIEUIT UOLUNTATI EIUS
ASCENDIT ENIM REX ASSYRIORUM
IN DAMASCUM ET UASTAUIT EAM
ET TRANSTULIT HABITATORES
EIUS CYRINEN· RASIN AUTEM
INTERFECIT
PERREXITQUE REX AHAZ
IN OCCURSUM THEGLATH
FALASSAR REGIS ASSYRIORUM
IN DAMASCUM
CUMQUE UIDISSET ALTARE
DAMASCI
MISIT REX AHAZ AD URIAM
SACERDOTEM EXEMPLAR EIUS
ET SIMILITUDINEM IUXTA
OMNE OPUS EIUS
EXTRUXITQUE URIAS SACERDOS
ALTARE IUXTA OMNIA QUAE
PRAECEPERAT REX AHAZ
DE DAMASCO ITA FECIT
URIAS SACERDOS
DONEC UENIRET REX AHAZ
DE DAMASCO
CUMQUE UENISSET REX
DE DAMASCO
UIDIT ALTARE ET UENERATUS
EST ILLUD
ASCENDITQUE ET IMMOLAUIT
HOLOCAUSTA ET SACRIFICIUM SUUM
ET LIBAUIT LIBAMINA ET FUDIT
SANGUINEM PACIFICORUM
QUAE OPTULERAT SUPER ALTARE
PORRO ALTARE AENEUM QUOD
ERAT CORAM DOMINO
TRANSTULIT DE FACIE TEMPLI
ET DE LOCO ALTARIS ET DE LOCO
TEMPLI DOMINI
POSUITQUE ILLUD EX LATERE
ALTARIS AD AQUILONEM
PRAECEPITQUOQUE REX AHAZ
URIAE SACERDOTI DICENS
SUPER ALTARE MAIUS OFFER
HOLOCAUSTUM MATUTINUM
ET SACRIFICIUM UESPERTINUM
ET HOLOCAUSTUM REGIS
ET SACRIFICIUM EIUS
ET HOLOCAUSTUM UNIUERSI
POPULI TERRAE ET SACRIFICIA
EORUM ET LIBAMINA EORUM
ET OMNEM SANGUINEM
HOLOCAUSTI
ET UNIUERSUM SANGUINEM
UICTIMAE SUPER ILLUD
EFFUNDES
ALTARE UERO AENEUM ERIT
PARATUM AD UOLUNTATEM MEAM
FECIT IGITUR URIAS SACERDOS
IUXTA OMNIA QUAE PRAECE
PERAT REX AHAZ
TULIT AUTEM REX AHAZ CAELATAS
BASES ET LUTEREM QUI ERAT
DESUPER
ET MARE DEPOSUIT DE BUBUS
AENEIS QUI SUSTENTABANT
ILLUD
ET POSUIT SUPER PAUIMENTUM
STRATUM LAPIDE
MUSACH QUOQUE SABBATI
QUOD AEDIFICAUERAT IN TEMPLO

ET INGRESSUM REGIS EXTERIUS
CONUERTIT IN TEMPLO DÑI
PROPTER REGEM ASSYRIORUM
RELIQUA AUTEM UERBORUM
ABAZ QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO SERMONUM DIERUM
REGUM IUDA
DORMIUITQUE ABAZ
CUM PATRIBUS SUIS
ET SEPULTUS EST CUM EIS
IN CIUITATE DAUID
ET REGNAUIT EZECIAS FILIUS
EIUS PRO EO
XIII ANNO DUODECIMO ABAZ
REGIS IUDA
REGNAUIT OSEE FILIUS HELA
IN SAMARIA SUPER ISRAHEL
NOUEM ANNIS
FECITQ; MALUM CORAM DÑO
SED NON SICUT REGES ISRAHEL
QUI ANTE EUM FUERANT
CONTRA HUNC ASCENDIT
SALMANASSAR REX
ASSYRIORUM
ET FACTUS EST EI OSEE SERUUS
REDDEBATQ; ILLI TRIBUTA
CUMQ; DEPREHENDISSET REX
ASSYRIORUM OSEE
QUOD REBELLARE NITENS
MISISSET NUNTIOS AD SUA
REGEM AEGYPTI
NE PRAESTARET TRIBUTA REGI
ASSYRIORUM SICUT SINGULIS
ANNIS SOLITUS ERAT
OBSEDIT EUM ET UINCTUM
MISIT IN CARCEREM
PERUAGATUSQ; EST OMNEM
TERRAM
ET ASCENDENS SAMARIAM
OBSEDIT EAM TRIB; ANNIS
ANNO AUTEM NONO OSEE
CEPIT REX ASSYRIORUM
SAMARIAM

ET TRANSTULIT ISRL̄ IN ASSYRIOS
POSUITQ; EOS IN ALA ET IN HABOR
IUXTA FLUUIUM GOZAN
IN CIUITATIBUS MEDORUM
LXXUII FACTUM ENIM EST CUM PECCAS
SENT FILII ISRL̄ DÑO DO SUO
QUI EDUXERAT EOS DE TERRA
AEGYPTI
DE MANU FARAONIS REGIS
AEGYPTI
COLUERUNT DEOS ALIENOS
ET AMBULAUERUNT IUXTA
RITUM GENTIUM
QUAS CONSUMPSERAT DÑS
IN CONSPECTU FILIORUM ISRL̄
ET REGUM ISRAHEL QUIA
SIMILITER FECERANT
ET OPERUERUNT FILII ISRAHEL
UERBIS NON RECTIS
DÑM DM̄ SUUM
ET AEDIFICAUERUNT SIBI
EXCELSA IN CUNCTIS URBIB; SUIS
A TURRE CUSTODUM USQUE
AD CIUITATEM MUNITAM
FECERUNTQ; SIBI STATUAS
ET LUCOS
IN OMNI COLLE SUBLIMI
ET SUBTER OMNE LIGNUM
NEMOROSUM
ET ADOLEBANT IBI INCENSUM
SUPER ARAS
IN MORE GENTIUM QUAS TRANS
TULERAT DÑS A FACIE EORUM
FECERUNTQ; UERBA PESSIMA
INRITANTES DÑM
ET COLUERUNT INMUNDITIAS
DE QUIB; PRAECEPIT DÑS EIS
NE UERBUM FACERENT HOC
ET TESTIFICATUS EST DÑS
IN ISRAHEL ET IN IUDA
PER MANUM OMNIUM PROPHE
TARUM ET UIDENTUM DICENS
REUERTIMINI A UIIS UESTRIS
PESSIMIS

ET CUSTODITE PRAECEPTA MEA
ET CERIMONIAS
IUXTA OMNEM LEGEM QUAM
PRAECEPI PATRIB· UESTRIS
ET SICUT MISI AD UOS IN MANU
SERUORUM MEORUM
PROPHETARUM
QUI NON AUDIERUNT
SED INDURAUERUNT
CERUICEM SUAM
IUXTA CERUICEM PATRUM
SUORUM QUI NOLUERANT
OBOEDIRE DÑO DÕ SUO
ET ABIECERUNT LEGITIMA EIUS
ET PACTUM QUOD PEPIGIT
CUM PATRIBUS EORUM
ET TESTIFICATIONES QUIBUS
CONTESTATUS EST EOS
SECUTIQUE SUNT UANITATES
ET UANE EGERUNT
ET SECUTI SUNT GENTES QUAE
ERANT PER CIRCUITUM
EORUM
SUPER QUIB· PRAECEPERAT
DÑS EIS UT NON FACERENT
SICUT ET ILLAE FACIEBANT
ET DERELIQUERUNT OMNIA
PRAECEPTA DÑI DĪ SUI
FECERUNTQUE SIBI CONFLATILES
DUOS UITULOS ET LUCOS
ET ADORAUERUNT UNIUERSAM
MILITIAM CAELI
SERUIERUNTQUE BAHAL
ET CONSECRABANT EI FILIOS
SUOS ET FILIAS SUAS
PER IGNEM
ET DIUINATIONIBUS INSERUIEBANT
ET AUGURIIS
ET TRADIDERUNT SE UT FACERENT
MALUM CORAM DÑO ET INRI
TARENT EUM
IRATUSQ· EST DÑS UEHEMENTER
ISRAHEL
ET ABSTULIT EOS DE CONSPECTU SUO

ET NON REMANSIT NISI TRIBUS IUDA
TANTUMMODO
SED NEC IPSE IUDA CUSTODIUIT
MANDATA DÑI DĪ SUI
UERUM AMBULAUIT IN ERRORIB·
ISRAHEL QUOS OPERATUS
FUERAT
PROIECITQUE DÑS OMNE
SEMEN ISRAHEL
ET ADFLIXIT EOS ET TRADIDIT
IN MANU DIRIPIENTIUM
DONEC PROICERET EOS
A FACIE SUA
EX EO IAM TEMPORE QUO SCISSUS
EST ISRAHEL A DOMO DAUID
ET CONSTITUERUNT SIBI REGEM
HIEROBOAM FILIUM NABAT
SEPARAUIT ENIM HIEROBOAM
ISRAHEL A DÑO
ET PECCARE EOS FECIT
PECCATUM MAGNUM
ET AMBULAUERUNT FILII ISRAHEL
IN UNIUERSIS PECCATIS
HIEROBOAM QUAE FECERAT
NON RECESSERUNT AB EIS
USQUEQUO AUFERRET DÑS ISRL
A FACIE SUA
SICUT LOCUTUS FUERAT
IN MANU OMNIUM SERUORUM
SUORUM PROPHETARUM
LXXIIII TRANSLATUSQUE EST ISRAHEL
DE TERRA SUA IN ASSYRIOS
USQUE IN DIEM HANC
ADDUXIT AUTEM REX ASSYRIORUM
DE BABYLONE ET DE CUTHA
ET DE HAIATH
ET DE EMATH ET DE SEPHARUAIM
ET COLLOCAUIT EOS IN CIUITATIBUS
SAMARIAE PRO FILIIS ISRAHEL
QUI POSSIDERUNT SAMARIAM
ET HABITAUERUNT
IN URBIBUS EIUS
CUMQUE IBI HABITARE COEPIS
SENT NON TIMEBANT DÑM

et inmisit eis dñs leones
qui interficiebant eos
nuntiatumque est regi
assyriorum et dictum
gentes quas tulisti trans·
et habitare fecisti in ciuita
tibus samariae
ignorant legitima dī terrae
et inmisit in eos dñs leones
et ecce interficiunt eos
eo quod ignorent ritum
dī terrae
Praecepit autem rex
assyriorum dicens
ducite illuc unum de sacer
dotibus quos inde
captiuos adduxistis
et uadat et habitet cum eis
et doceat eos legitima
dī terrae
Igitur cum uenisset unus
de sacerdotibus his
qui captiui ducti fuerant
de samaria
habitauit in bethel et docebat
eos quomodo colerent dñm
et una quaeque gens
fabricata est dm̄ suum
posuerunt que eos in fanis
excelsis quae fecerant
samaritae
gens et gens in urbibus suis
in quib; habitabant
uiri enim babylonii fecerunt
soccoth benoth
uiri autem chutheni
fecerunt nergel
et uiri de emath fecerunt
asima
porro euei fecerunt
nebaaz et tharthac
hi autem qui erant
de sepharuaim
comburebant filios suos igni

adramelech et anamelech
diis sepharuaim
et nihilominus colebant dñm
fecerunt autem sibi de nouissimis
sacerdotes excelsorum
et ponebant eos in fanis
sublimibus
et cum dñm colerent diis quoq;
suis seruiebant
iuxta consuetudinem gentium
de quibus translati fuerant
samariam
usque in praesentem diem
morem sequuntur antiquum
non timent dñm neq; custodiunt
caerimonias eius
et iudicia et legem et mandatum
quod praeceperat dñs filiis
iacob quem cognominabit isrl̄
et percusserat cum eis
pactum et mandauerat
eis dicens
nolite timere deos alienos
et non adoretis eos
neque colatis
et non immoletis eis
sed dñm dm̄ uestrum qui
eduxit uos de terra aegypti
in fortitudine magna
et in brachio extento
ipsum timete illum adorate
et ipsi immolate
caerimonias quoque et iudicia
et legem et mandatum
quod scripsit uobis custodite
ut faciatis cunctis diebus
et non timeatis deos alienos
et pactum quod percussi
uobiscum nolite obliuisci
nec colatis deos alienos
sed dñm dm̄ uestrum
timete
et ipse eruet uos de manu
omnium inimicorum uestro
rum ·

ILLI UERO NON AUDIERUNT
SED IUXTA CONSUETUDINEM SUAM
PRISTINAM PERPETRABANT
FUERUNT IGITUR GENTES ISTAE
TIMENTES QUIDEM DNM
SED NIHILOMINUS ET IDOLIS
SUIS SERUIENTES
NAM ET FILII EORUM ET NEPOTES
SICUT FECERUNT PARENTES SUI
ITA FACIUNT
USQ· IN PRAESENTEM DIEM
LXXIIII XVIII ANNO TERTIO OSEE FILII HELA
REGIS ISRAHEL
REGNAUIT EZECIAS FILIUS AHAZ
REGIS IUDA
UIGINTI QUINQUE ANNORUM ERAT
CUM REGNARE COEPISSET
ET UIGINTI ET NOUEM ANNIS
REGNAUIT IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS ABI FILIA
ZACHARIAE
FECITQUE QUOD ERAT BONUM
CORAM DNO
IUXTA OMNIA QUAE FECERAT
DAUID PATER SUUS
IPSE DISSIPAUIT EXCELSA ET CON
TRIUIT STATUAS ET SUCCIDIT
LUCOS
CONFREGITQUE SERPENTEM
AENEUM QUEM FECERAT MOSES
SIQUIDEM USQ· AD ILLUD
TEMPUS
FILII ISRAHEL ADOLEBANT EI
INCENSUM
UOCAUITQ· EUM NAASTHAN
IN DNO DO ISRAHEL SPERAUIT
ITAQUE POST EUM NON FUIT
SIMILIS EI DE CUNCTIS
REGIBUS IUDA
SED NEQUE IN HIS QUI ANTE EUM
FUERUNT
ET ADHESIT DNO ET NON RECESSIT
A UESTIGIIS EIUS
FECITQUE MANDATA EIUS
QUAE PRAECEPERAT DNS MOSI
UNDE ET ERAT DNS CUM EO
ET IN CUNCTIS AD QUAE PROCEDEBAT
SAPIENTER SE AGEBAT
REBELLAUIT QUOQ· CONTRA REGEM
ASSYRIORUM ET NON
SERUIUIT EI
IPSE PERCUSSIT PHILISTHEOS
USQUE GAZAM ET OMNES
TERMINOS EORUM
A TURRE CUSTODUM USQUE
AD CIUITATEM MURATAM
ANNO QUARTO REGIS EZECIAE
QUI ERAT ANNUS SEPTIMUS
OSEE FILII HELA REGIS ISRAHEL
ASCENDIT SALMANASSAR REX
ASSYRIORUM SAMARIAM
ET OPPUGNAUIT EAM ET CEPIT
NAM POST ANNOS TRES ANNO
SEXTO EZECIAE ID EST NONO
ANNO OSEE REGIS ISRAHEL
CAPTA EST SAMARIA
ET TRANSTULIT REX ASSYRIORUM
ISRL IN ASSYRIOS
COLLOCAUITQUE EOS IN ALA
ET IN HABOR FLUUIIS GOZAM
IN CIUITATIB· MEDORUM
QUIA NON AUDIERUNT UOCEM
DNI DI SUI
SED PRAETERGRESSI SUNT
PACTUM EIUS
OMNIA QUAE PRAECEPERAT
MOSES SERUUS DNI NON
AUDIERUNT NEQ· FECERUNT
ANNO QUARTO DECIMO REGIS
EZECIAE ASCENDIT SENNAHERIB
REX ASSYRIORUM AD UNIUERSAS
CIUITATES IUDA MUNITAS
ET CEPIT EAS
TUNC MISIT EZECHIAS REX IUDA
NUNTIOS AD REGEM ASSYRIORUM
LACHIS DICENS
PECCAUI RECEDE A ME ET OMNE
QUOD INPOSUERIS MIHI FERAM

INDIXIT ITAQ. REX ASSYRIORUM
EZECHIAE REGI IUDAE
TRECENTA TALENTA ARGENTI
ET TRIGINTA TALENTA AURI
DEDITQ. EZECHIAS OMNE ARGENTUM
QUOD REPPERTUM FUERAT
IN DOMO DNI ET IN THESAURIS
REGIS
IN TEMPORE ILLO CONFREGIT
EZECIAS UALUAS TEMPLI DNI
ET LAMMINAS AURI QUAS IPSE
ADFIXERAT
ET DEDIT EAS REGI ASSYRIORUM
MISIT AUTEM REX ASSYRIORUM
THARTHAN ET RAPSARIS
ET RABSACEN DE LACHIS
AD REGEM EZECHIAM
CUM MANU UALIDA HIERUSALEM
QUI CUM ASCENDISSENT
UENERUNT IN HIERUSALEM
ET STETERUNT IUXTA AQUAE
DUCTUM PISCINAE SUPERIORIS
QUAE EST IN UIA AGRI FULLONIS
UOCAUERUNTQ. REGEM
EGRESSUS EST AUTEM AD EOS
ELIACIM FILIUS ELCIAE
PRAEPOSITUS DOMUS
ET SOBNA SCRIBA ET IOAHE FILIUS
ASAPH A COMMENTARIIS
DIXITQ. AD EOS RABSACES
LOQUIMINI EZECHIAE
HAEC DICIT REX MAGNUS REX
ASSYRIORUM QUAE EST ISTA
FIDUCIA QUA NITERIS
FORSITAN INISTI CONSILIUM
UT PRAEPARES TE AD PROE
LIUM IN QUO CONFIDIS
UT AUDEAS REBELLARE
AN SPERAS IN BACULO HARUNDINEO
ADQ. CONFRACTO AEGYPTO
SUPER QUEM SI INCUBUERIT
HOMO
COMMINUTUS INGREDITUR
MANUM EIUS ET PERFORAUIT EAM.

SIC EST PHARAO REX AEGYPTI
OMNIB. QUI CONFIDUNT IN SE
QUOD SI DIXERITIS MIHI IN DNO DO
NOSTRO HABEMUS FIDUCIAM
NONNE ISTE EST CUIUS ABSTULIT
EZECIAS EXCELSA ET ALTARIA
ET PRAECEPIT IUDAE ET HIERUSALE
ANTE ALTARE HOC ADORABITIS
IN HIERUSALEM
NUNC IGITUR TRANSITE AD DOMINU
MEUM REGEM ASSYRIORUM
ET DABO UOBIS DUO MILIA EQUORUM
ET UIDETE AN HABERE UALEATIS
ASCENSORES EORUM
ET QUOMODO POTESTIS
RESISTERE
ANTE UNUM SATRAPAM DE SERUIS
DOMINI MEI MINIMIS
AN FIDUCIAM HABES IN AEGYPTO
PROPTER CURRUS ET EQUITES
NUMQUID SINE DNI UOLUNTATE
ASCENDI
AD LOCUM ISTUM UT DEMOLIRER EU
DNS DIXIT MIHI ASCENDE AD TERRA
HANC ET DEMOLIRE EAM
DIXERUNT AUTEM ELIACHIM
FILIUS ELCIAE ET SOBNA
ET IOAHE RAPSACI
PRAECAMUR UT LOQUARIS NOBIS
SERUIS TUIS SYRIACE
SIQUIDEM INTELLEGIMUS
HANC LINGUAM
ET NON LOQUARIS NOBIS IUDAICE
AUDIENTE POPULO QUI EST
SUPER MURUM
RESPONDITQ. EI RAPSACES
NUMQUID AD DNM TUUM ET AD TE
MISIT ME DOMINUS MEUS
UT LOQUERER SERMONES HOS
ET NON AD UIROS QUI SEDENT
SUPER MURUM
UT COMEDANT STERCORA SUA
ET BIBANT URINAM SUAM
UOBISCUM

STETIT ITAQUE RABSACES
ET CLAMAUIT UOCE MAGNA
IUDAICE ET AIT
AUDITE UERBA REGIS MAGNI
REGIS ASSYRIORUM
HAEC DICIT REX
NON UOS SEDUCAT EZECHIAS
NON ENIM POTERIT ERUERE UOS
DE MANU MEA
NEQ· FIDUCIAM UOBIS TRIBUAT
SUPER DÑO DICENS
ERUENS LIBERABIT NOS DÑS
ET NON TRADETUR CIUITAS HAEC
IN MANU REGIS ASSYRIORUM
NOLITE AUDIRE EZECHIAM
HAEC ENIM DICIT REX
ASSYRIORUM
FACITE MECUM QUOD UOBIS
EST UTILE
ET EGREDIMINI AD ME
ET COMEDET UNUSQUISQUE
DE UINEA SUA ET DE FICU SUA
ET BIBETIS AQUAS DE CISTERNIS
UESTRIS
DONEC UENIAM ET TRANSFERAM
UOS IN TERRAM QUAE SIMILIS
TERRAE UESTRAE EST
IN TERRAM FRUCTIFERAM
ET FERTILEM UINI
TERRAM PANIS ET UINEARUM
TERRAM OLIUARUM ET OLEI
AC MELLIS
ET UIUETIS ET NON MORIEMINI
NOLITE AUDIRE EZECHIAM
QUI UOS DECIPIT DICENS
DÑS LIBERABIT NOS
NUMQUID LIBERAUERUNT DII
GENTIUM TERRAM SUAM
DE MANU REGIS ASSYRIORUM
UBI EST DS̄ EMATH ET ARPHAT
UBI EST DS̄ SEPHARUAIM ANA
ET AUA · NUMQUID LIBERAUE
RUNT SAMARIAM DE MANU MEA·
QUINAM ILLI SUNT IN UNIUERSIS
DIIS TERRARUM QUI ERUERUNT
REGIONEM SUAM DE MANU MEA
UT POSSIT ERUERE DÑS HIERU
SALEM DE MANU MEA
TACUIT ITAQ· POPULUS ET NON
RESPONDIT EI QUICQUAM
SIQUIDEM PRAECEPTUM REGIS
ACCEPERANT UT NON
RESPONDERENT EI
UENITQUE HELIACIM FILIUS ELCIAE
PRAEPOSITUS DOMUS
ET SOBNA SCRIBA ET IOAHE FILIUS
ASAPH A COMMENTARIIS
AD EZECHIAM SCISSIS UESTIBUS
ET NUNTIAUERUNT EI UERBA
RABSACIS
XIX QUAE CUM AUDISSET REX EZECIAS
SCIDIT UESTIMENTA SUA
ET OPERTUS EST SACCO
INGRESSUSQ· EST DOMUM DÑI
ET MISIT ELIACIM PRAE
POSITUM DOMUS
ET SOBNAM SCRIBAM
ET SENES DE SACERDOTIBUS
OPERTOS SACCIS AD ISAIAM
PROPHETAM FILIUM AMOS
QUI DIXERUNT HAEC DICIT EZECIAS
DIES TRIBULATIONIS ET INCREPA
TIONIS ET BLASPHEMIAE
DIES ISTE
UENERUNT FILII USQ· AD PARTUM
ET UIRES NON HABET
PARTURIENS
SI FORTE AUDIAT DÑS DS̄ TUUS
UNIUERSA UERBA RAPSACIS
QUEM MISIT REX ASSYRIORUM
DOMINUS SUUS
UT EXPROBRARET DM̄ UIUENTEM
ET ARGUERET UERBIS QUAE
AUDIUIT DÑS DS̄ TUUS ET FAC
ORATIONEM PRO RELIQUIS
QUAE REPERTAE SUNT
UENERUNT ERGO SERUI REGIS
EZECHIAE AD ISAIAM

dixitq· eis isaias
haec dicetis domino uestro
haec dicit dns
noli timere a facie sermonum
quos audisti
quib· blasphemauerunt pueri
regis assyriorum me
ecce ego inmittam ei spm
et audiet nuntium et reuer
tetur in terram suam
et deiciam eum gladio
in terra sua
reuersus est igitur rapsaces
et inuenit regem assyriorū
expugnantem lobnam
audierat enim quod recessisset
de lachis
cumq· audisset de tharaca
rege aethiopiae dicentes
ecce egressus est ut pugnet
ad uersum te
et iret contra eum
misit nuntios ad ezechiam
dicens
haec dicite ezeciae regi iudae
non te seducat ds tuus
in quo habes fiduciam
neq· dicas non tradetur
hierusalem in manu regis
assyriorum
tu enim ipse audisti quae
fecerint reges assyriorum
uniuersis terris
quomodo uastauerint eas
num ergo solus poteris
liberari
numquid liberauerunt dii
gentium singulos quos
uastauerunt patres mei
gozan uidelicet et aran
et reseph
et filios eden qui erant
in thelassar
ubi est rex emath et rex arpad.

et rex ciuitatis sepharuaim
ana et aua
itaque cum accepisset ezecias
litteras de manu nuntiorum
et legisset eas
ascendit in domum dni et ex
pandit eas coram dno
et orauit in conspectu eius dicens
dne ds israhel qui sedes
super cherubim
tu es ds solus regum omnium
terrae
tu fecisti caelum et terram
inclina aurem tuam et audi
aperi dne oculos tuos et uide
et audi omnia uerba sennacherib
qui misit ut exprobraret
nobis dm uiuentem
uere dne dissipauerunt reges
assyriorum gentes
et terras omnium
et miserunt deos eorum
in ignem
non enim erant dii sed opera
manuum hominum
e ligno et lapide
et perdiderunt eos
nunc igitur dne ds noster
saluos nos fac de manu eius
ut sciant omnia regna terrae
quia tu es dns ds solus
misit autem isaias filius amos
ad ezechiam dicens
haec dicit dns ds israhel
quae deprecatus es me super
sennacherib rege
assyriorum audiui
iste est sermo quem locutus
est de eo
spreuit te et subsannauit
uirgo filia sion
post tergum tuum caput
mouit filia hierusalem
cui exprobrasti et quem

BLASPHEMASTI
CONTRA QUEM EXALTASTI UOCEM
ET ELEUASTI IN EXCELSUM
OCULOS TUOS
CONTRA SCM ISRAHEL
PER MANUM SERUORUM TUORU
EXPROBRASTI DNO ET DIXISTI
IN MULTITUDINE CURRUUM
MEORUM ASCENDI EXCELSA
MONTIUM IN SUMMITATE
LIBANI
ET SUCCIDI SUBLIMES CAEDROS EIUS
ET ELECTAS ABIETES EIUS
ET INGRESSUS SUM USQUE
AD TERMINOS EIUS
SALTUM CARMELI EIUS EGO SUCCIDI
ET BIBI AQUAS ALIENAS ET SICCAUI
UESTIGIIS PEDUM MEORUM
OMNES AQUAS CLAUSAS
NUMQUID NON AUDISTI QUID
AB INITIO FECERIM
EX DIEB; ANTIQUIS PLASMAUI
ILLUD ET NUNC ADDUXI
ERUNTQUE IN RUINAM COLLIUM
PUGNANTIUM CIUITATES
MUNITAE
ET QUI SEDENT IN EIS HUMILES MANU
CONTREMUERUNT ET CONFUSI SUNT
FACTI SUNT QUASI FAENUM AGRI
ET UIRENS HERBA TECTORUM
QUAE ARE FACTA EST ANTEQUAM
UENIRET AD MATURITATEM
HABITACULUM TUUM ET EGRESSU
TUUM ET INTROITUM UIAM
TUAM EGO PRAESCIUI
ET FUROREM TUUM CONTRA ME
INSANISTI IN ME ET SUPERBIA TUA
ASCENDIT IN AURES MEAS
PONAM ITAQUE CIRCULUM
IN NARIBUS TUIS ET CAMUM
IN LABRIS TUIS
ET REDUCAM TE IN UIAM
PER QUAM UENISTI
TIBI AUTEM EZECIA HOC ERIT SIGNU

COMEDE HOC ANNO QUOD
REPPERERIS
IN SECUNDO AUTEM ANNO
QUAE SPONTE NASCUNTUR
PORRO IN ANNO TERTIO
SEMINATE ET METITE
PLANTATE UINEAS ET COMEDITE
FRUCTUM EARUM
ET QUODCUMQUE RELIQUUM
FUERIT DE DOMO IUDA
MITTET RADICEM DEORSUM
ET FACIET FRUCTUM SURSUM
DE HIERUSALEM QUIPPE EGRE
DIENTUR RELIQUIAE
ET QUOD SALUETUR DE MONTE SION.
ZELUS DNI EXERCITUUM FACIET
HOC QUAM OB REM HAEC DICIT
DNS DE REGE ASSYRIORUM
NON INGREDIETUR URBEM HANC
NEC MITTET IN EAM SAGITTAM
NEC OCCUPAUIT EAM CLIPEUS
NEC CIRCUMDABIT EAM MUNITIO
PER UIAM QUA UENIT REUERTETUR
ET CIUITATEM HANC NON INGREDIE
TUR DICIT DNS
PROTEGAMQUE URBEM HANC
ET SALUABO EAM
PROPTER ME ET PROPTER DAUID
SERUUM MEUM
FACTUM EST IGITUR IN NOCTE ILLA
UENIT ANGELUS DNI ET PERCUSSIT
CASTRA ASSYRIORUM
CENTUM OCTOGINTA QUINQ; MILIA
CUMQ; DILUCULO SURREXISSET
UIDIT OMNIA CORPORA MORTUORU
ET RECEDENS ABIIT ET REUERSUS
EST SENNACHERIB REX
ASSYRIORUM ET MANSIT
IN NINEUE
CUMQ; ADORARET IN TEMPLO
NESERACH DEUM SUUM
ADRAMELECH ET SARASAR
FILII EIUS PERCUSSERUNT
EUM GLADIO

FUGERUNTQ; IN TERRAM
ARMENIORUM
ET REGNAUIT ESERADDON
FILIUS EIUS PRO EO
IN DIEBUS ILLIS AEGROTAUIT
EZECIAS USQ; AD MORTEM
ET UENIT AD EUM ISAIAS FILIUS
AMOS PROPHETES
DIXITQ; EI HAEC DICIT DNS DS
PRAECIPE DOMUI TUAE
MORIERIS ENIM ET NON UIUES
QUI CONUERTIT FACIEM SUAM
AD PARIETEM
ET ORAUIT DNM DICENS
OBSECRO DNE
MEMENTO QUOMODO AMBULA
UERIM CORAM TE IN UERITATE
ET IN CORDE PERFECTO
ET QUOD PLACITUM EST CORAM
TE FECERIM
FLEUIT ITAQ; EZECIAS FLETU
MAGNO
ET ANTEQUAM EGREDERETUR
ISAIAS MEDIAM PARTEM ATRII
FACTUS EST SERMO DNI
AD EUM DICENS
REUERTERE ET DIC EZECIAE
DUCI POPULI MEI
HAEC DICIT DNS DS DAUID
PATRIS TUI
AUDIUI ORATIONEM TUAM
UIDI LACRIMAM TUAM
ET ECCE SANAUI TE
DIE TERTIO ASCENDES TEMPLU DNI
ET ADDAM DIEBUS TUIS
QUINDECIM ANNOS
SED ET DE MANU REGIS ASSYRIORŪ
LIBERABO TE ET CIUITATĒ HANC
ET PROTEGAM URBEM ISTAM
PROPTER ME ET PROPTER
DAUID SERUUM MEUM
DIXITQ; ISAIAS AD FERTE MASSĀ
FICORUM
QUAM CUM ADTULISSENT
ET POSUISSENT SUPER ULCUS
EIUS CURATUS EST
DIXERAT AUTEM EZECIAS
AD ISAIAM
QUOD ERIT SIGNUM QUIA DNS
ME SANABIT
ET QUIA ASCENSURUS SUM DIE
TERTIO TEMPLUM DNI
CUI AIT ESAIAS
HOC ERIT SIGNUM A DNO QUOD
FACTURUS SIT DNS SERMONEM
QUEM LOCUTUS EST
UIS UT ACCEDAT UMBRA DECEM LINEIS
AN UT REUERTATUR TOTIDEM
GRADIBUS
ET AIT EZECIAS
FACILE EST UMBRA CRESCERE
DECEM LINEIS
NEC HOC UOLO UT FIAT
SED UT REUERTATUR RETRORSUM
DECEM GRADIBUS
INUOCAUIT ITAQ; ESAIAS
PROPHETA DNM
ET REDUXIT UMBRAM PER LINEAS
QUIB; IAM DESCENDERAT
IN HOROLOGIO AHAZ RETRORSUM
DECEM GRADIBUS
LXXVIII IN TEMPORE ILLO MISIT BERODACH
BALADAN FILIUS BALADAN REX
BABYLONIORUM LITTERAS
ET MUNERA AD EZECIAM
AUDIERAT ENIM QUOD AEGROTASSET
EZECIAS
LAETATUS EST AUTEM IN ADUENTU
EORUM EZECIAS
ET OSTENDIT EIS DOMUM AROMATŪ
ET AURUM ET ARGENTUM
ET PIGMENTA UARIA
UNGUENTA QUOQUE ET DOMUM
UASORUM SUORUM
ET OMNIA QUAE HABERE POTUERAT
IN THESAURIS SUIS
NON FUIT QUOD NON MONSTRARET
EIS EZECIAS

IN DOMO SUA ET IN OMNI
POTESTATE SUA
UENIT AUTEM ESAIAS PROPHETA
AD REGEM EZECIAM
DIXITQUE EI
QUID DIXERUNT UIRI ISTI
AUT UNDE UENERUNT AD TE
CUI AIT EZECIAS
DE TERRA LONGINQUA UENERUNT
DE BAB̅LONE
AD ILLE RESPONDIT
QUID UIDERUNT IN DOMO TUA
AIT EZECIAS
OMNIA QUAE SUNT IN DOMO MEA
UIDERUNT
NIHIL EST QUOD NON MONSTRA
UERIM EIS IN THESAURIS MEIS
DIXIT ITAQ; ESAIAS EZECIAE
AUDI SERMONEM DÑI
ECCE DIES UENIENT
ET AUFERENTUR OMNIA QUAE
SUNT IN DOMO TUA
ET QUAE CONDIDERUNT PATRES
TUI USQUE IN DIEM HANC
IN BABYLONEM
NON REMANEBIT QUICQUAM AIT DÑS
SED ET DE FILIIS TUIS QUI EGREDI
ENTUR EX TE QUOS GENERABIS
TOLLENTUR
ET ERUNT EUNUCHI IN PALATIO
REGIS BABYLONIS
DIXIT EZECIAS AD ISAIAM
BONUS SERMO DÑI QUEM
LOCUTUS EST
SIT PAX ET UERITAS IN DIEB; MEIS.
RELIQUA AUTEM SERMONUM
EZECIAE
ET OMNIS FORTITUDO EIUS
ET QUOMODO FECERIT PISCINAM
ET AQUAE DUCTUM
ET INTRODUXERIT AQUAS
IN CIUITATEM
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO SERMONUM DIERUM
REGUM IUDA
DORMIUITQUE EZECIAS
CUM PATRIBUS SUIS
ET REGNAUIT MANASSE
FILIUS EIUS PRO EO
XXI DUODECIM ANNORUM ERAT
MANASSE CUM REGNARE
COEPISSET
ET QUINQUAGINTA QUINQ; ANNIS
REGNAUIT IN HIERUSALEM
NOMEN ENIM MATRIS EIUS
APHSIBA
FECITQ; MALUM IN CONSPECTU DÑI
IUXTA IDOLA GENTIUM QUAS
DELEUIT DÑS A FACIE
FILIORUM ISRAHEL
CONUERSUSQUE EST ET AEDIFICAUIT
EXCELSA QUAE DISSIPAUERAT
EZECIAS PATER EIUS
ET EREXIT ARAS BAHAL ET FECIT
LUCOS SICUT FECERAT AHAB
REX ISRAHEL
ET ADORAUIT OMNEM MILITIAM
CAELI ET COLUIT EAM
EXTRUXITQUE ARAS IN DOMO DÑI
DE QUA DIXIT DÑS
IN HIERUSALEM PONAM
NOMEN MEUM
ET EXTRUXIT ALTARIA UNIUERSAE
MILITIAE CAELI
IN DUOB; ATRIIS TEMPLI DÑI
ET TRANSDUXIT FILIUM SUUM
PER IGNEM
ET HARIOLATUS EST ET OBSER
UAUIT AUGURIA
ET FECIT PITHONES ET HARUSPI
CES MULTIPLICAUIT
UT FACERET MALUM CORAM DÑO
ET INRITARET EUM
POSUIT QUOQUE IDOLUM LUCI
QUEM FECERAT IN TEMPLO DÑI
SUPER QUO LOCUTUS EST DÑS
AD DAUID ET AD SALOMONEM
FILIUM EIUS

In templo hoc et in hierusalem
quam elegi de cunctis
tribub· israhel
ponam nomen meum
in sempiternum
et ultra non faciam commo
ueri pedem israhel
de terra quam dedi patrib·
eorum
sic tamen si custodierint
opera omnia quae praecipi eis
et uniuersam legem quam
mandauit eis seruus
meus moyses
illi uero non audierunt
sed seducti sunt a manasse
ut facerent malum super
gentes quas contriuit dñs
a facie filiorum israhel
locutusque est dñs in manu
seruorum suorum
prophetarum dicens
quia fecit manasse rex iuda
abominationes istas pessimas
super omnia quae fecerunt
amorrei ante eum
et peccare fecit etiam iudam
in inmunditiis suis
propterea haec dicit dñs
ds israhel
ecce ego inducam mala
super hierusalem et iudam
ut quicumque audierit
tinniant ambae aures eius
et extendam super hierusalē
funiculum samariae
et pondus domus ahab
et delebo hierusalem
sicut deleri solent tabulae
delens uertam et ducam
crebrius stilum super
faciem eius
dimittam uero reliquias
hereditatis meae
et tradam eas in manu
inimicorum eius
eruntque in uastitate et rapina
cunctis aduersariis suis
eo quod fecerint malum
coram me
et perseuerauerint
inritantes me
ex die qua egressi sunt patres
eorum ex aegypto
usque ad diem hanc
insuper et sanguinem innoxiū
fudit manasses multum nimis
donec impleret hierusalem
usque ad os
absq· peccatis suis quib· peccare
fecit iudam
ut faceret malum coram dño
Reliqua autem sermonum
manasse et uniuersa
quae fecit
et peccatum eius quod peccauit
nonne haec scripta sunt
in libro sermonum dierum
regum iuda
dormiuitque manasse
cum patribus suis
et sepultus est in horto
domus suae in horto aza
et regnauit amon
filius eius pro eo
Uiginti et duo annorum erat
amon cum regnare coepisset
duob·que annis regnauit
in hierusalem
nomen matris eius mesallemeth
filia arus de iethba
fecitq· malum in conspectu dñi
sicut fecerat manasse pater eius
et ambulauit in omni uia
per quam ambulauerat
pater eius
seruiuitq· inmunditiis quib·
seruierat pater suus

ET ADORAUIT EAS
ET DERELIQUIT DÑM DM
PATRUM SUORUM
ET NON AMBULAUIT IN UIA DÑI
TETENDERUNTQ· EI INSIDIAS
SERUI SUI
ET INTERFECERUNT REGEM
IN DOMO SUA
PERCUSSIT AUTEM POPULUS
TERRAE OMNES QUI CONIURA
UERANT CONTRA REGEM AMON
ET CONSTITUERUNT SIBI REGEM
IOSIAM FILIUM EIUS PRO EO
RELIQUA AUTEM SERMONUM
AMON QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT
IN LIBRO SERMONUM DIERUM
REGUM IUDA
SEPELIERUNTQUE EUM IN SEPUL
CHRO SUO IN HORTO AZA
ET REGNAUIT IOSIAS FILIUS
EIUS PRO EO
XXII OCTO ANNORUM ERAT IOSIAS CUM
REGNARE COEPISSET
ET TRIGINTA ET UNO ANNO
REGNAUIT IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS IDIDA FILIA
PHADAIA DE BESECHATH
FECITQ· QUOD PLACITUM ERAT
CORAM DÑO
ET AMBULAUIT PER OMNES UIAS
DAUID PATRIS SUI
NON DECLINAUIT AD DEXTRAM
SIUE AD SINISTRAM
LXXX ANNO AUTEM OCTAUO DECIMO
REGIS IOSIAE
MISIT REX SAPHAN FILIUM ASLIA
FILII MESULLAM SCRIBAM
TEMPLI DÑI DICENS EI
UADE AD CHELCHIAM SACERDOTĒ
MAGNUM
UT CONFLETUR PECUNIA QUAE
INLATA EST IN TEMPLUM DÑI
QUAM COLLIGERUNT IANITORES
A POPULO
DETURQUE FABRIS PER PRAE
POSITOS IN DOMO DÑI
QUI ET DISTRIBUENT EAM HIS QUI
OPERANTUR IN TEMPLO DÑI
ET INSTAURANDA SARTA TECTA
TEMPLI
TIGNARIIS UIDELICET
ET CAEMENTARIIS
ET HIS QUI INTERRUPTA
CONPONUNT
ET UT EMANTUR LIGNA ET LAPIDES
DE LAPIDICINIS
AD INSTAURANDUM TEMPLUM
UERUMTAMEN NON SUPPUTETUR
EIS ARGENTUM QUOD ACCIPIUNT
SED IN POTESTATE HABEANT
ET IN FIDE
DIXIT AUTEM CHELCIAS PONTIFEX
AD SAPHAN SCRIBAM
LIBRUM LEGIS REPPERI IN DOMO DÑI
DEDITQUE CHELCIAS UOLUMEN
SAPHAN QUI ET LEGIT ILLUD
UENITQ· SAPHAN SCRIBA AD REGEM
ET RENUNTIAUIT EI QUOD PRAE
CEPERAT ET AIT
CONFLAUERUNT SERUI TUI PECUNIĀ
QUAE REPERTA EST IN DOMO DÑI
ET DEDERUNT UT DESTRIBUERETUR
FABRIS A PRAEFECTIS OPERUM
TEMPLI DÑI
NARRAUITQUE SAPHAN SCRIBA
REGI DICENS
LIBRUM DEDIT MIHI CHELCIAS
SACERDOS
QUEM CUM LEGISSET SAPHAN
CORAM REGE
ET AUDISSET REX UERBA LIBRI
LEGIS DÑI
SCIDIT UESTIMENTA SUA
ET PRAECEPIT CHELCIAE
SACERDOTI
ET AHICHAM FILIO SAPHAN
ET ACHOBOR FILIO MICHA

et saphan scribae
et asaiae servo regis dicens
ite et consulite dñm
super me et super populo
et super omni iuda
de verbis voluminis istius
quod inventum est
magna enim ira dñi succensa
est contra nos
quia non audierunt patres
nostri verba libri huius
ut facerent omne quod
scriptum est nobis
ierunt itaque chelchias
sacerdos et ahicham
et achobor et saphan et asaia
ad oldam propheten
uxorem sellum
filii thecue filii araas
custodis vestium
quae habitabat in hierusalem
in secunda
locutique sunt ad eam
et illa respondit eis
haec dicit dñs ds israhel
dicite viro qui misit vos
ad me haec dicit dñs
ecce ego adducam mala
super locum hunc
et super habitatores eius
omnia verba legis quae
legit rex iuda
quia dereliquerunt me
et sacrificaverunt diis
alienis
inritantes me in cunctis
operib; manuum suarum
et succendetur indignatio
mea in loco hoc
et non extinguetur
regi autem iuda
qui misit vos ut consuleretis
dñm sic dicetis
haec dicit dñs ds israhel
pro eo quod audisti verba voluminis
et perterritum est cor tuum
et humiliatus es coram dño
auditis sermonibus contra locū
istum et habitatores eius
quod videlicet fierent in stu
porem et in maledictum
et scidisti vestimenta tua
et flevisti coram me
et ego audivi ait dñs
idcirco colligam te
ad patres tuos
et colligeris ad sepulchrum
tuum in pace
ut non videant oculi tui
omnia mala
quae inducturus sum
super locum istum
XXIII et renuntiaverunt regi
quod dixerat
qui misit et congregati sunt
ad eum omnes senes iuda
et hierusalem
ascenditq; rex templum dñi
et omnes viri iuda universiq;
qui habitant in hierusalem
cum eo
sacerdotes et prophetae
omnis populus a parvo
usque ad magnum
legitq; cunctis audientibus
omnia verba libri foederis
qui inventus est in domo dñi
stetitq; rex super gradum
et percussit foedus coram dño
ut ambularent post dñm
et custodirent praecepta eius
et testimonia et caerimonias
in omni corde et in tota anima
et suscitarent verba
foederis huius
quae scripta erant in libro illo
adquievitq; populus pacto
et praecepit rex helciae pontifici

ET SACERDOTIBUS SECUNDI ORDINIS
ET IANITORIBUS
UT PROIECERENT DE TEMPLO DNI
OMNIA UASA QUAE FACTA FUERANT
BAHAL ET IN LUCO
ET UNIUERSAE MILITIAE CAELI
ET CONBUSSIT EA FORIS HIERUSALEM
IN CONUALLE CEDRON
ET TULIT PULUEREM EORUM
IN BETHEL
ET DELEUIT HARUSPICES QUOS
POSUERANT REGES IUDA
AD SACRIFICANDUM IN EXCELSIS
PER CIUITATES IUDA ET IN CIRCUITU
HIERUSALEM
ET EOS QUI ADOLEBANT
INCENSUM BAHAL
ET SOLI ET LUNAE ET DUODECIM
SIGNIS ET OMNI MILITIAE CAELI
ET EFFERRI FECIT LUCUM
DE DOMO DNI FORAS HIERUSALEM
IN CONUALLE CEDRON
ET COMBUSSIT EUM IBI
ET REDEGIT IN PULUEREM
ET PROIECIT SUPER
SEPULCHRA UULGI
DESTRUXIT QUOQ· AEDICULAS
EFFEMINATORUM QUAE ERANT
IN DOMO DNI
PRO QUIBUS MULIERES TEXEBANT
QUASI DOMUNCULAS LUCI
CONGREGAUITQ· OMNES SACER
DOTES DE CIUITATIB· IUDA
ET CONTAMINAUIT EXCELSA
UBI SACRIFICABANT SACERDOTES
DE GABAA USQ· BERSABEE
ET DESTRUXIT ARAS PORTARUM
IN INTROITU OSTII IOSUE
PRINCIPIS CIUITATIS
QUOD ERAT AD SINISTRAM
PORTAE CIUITATIS
UERUMTAMEN NON ASCENDE
BANT SACERDOTES EXCELSO
RUM AD ALTARE DNI IN HIERUSA
LEM·

SED TANTUM COMEDEBANT
AZYMA IN MEDIO FRATRUM
SUORUM
CONTAMINAUIT QUOQ· THAPHETH
QUOD EST IN CONUALLE
FILII ENNOM
UT NEMO CONSECRARET FILIUM
SUUM AUT FILIAM SUAM
PER IGNEM MOLOCH
ABSTULIT QUOQ· EQUOS QUOS
DEDERANT REGES IUDAE SOLI
IN INTROITU TEMPLI DNI
IUXTA EXEDRAM NATHAN
MELECH EUNUCHI QUI ERAT
IN FARURIM
CURRUS AUTEM SOLIS
COMBUSSIT IGNI
ALTARIA QUOQ· QUAE ERANT SUPER
TECTA CENACULI AHAZ
QUAE FECERANT REGES IUDA
ET ALTARIA QUAE FECERAT MANASSES
IN DUOB· ATRIIS TEMPLI DNI
DESTRUXIT REX
ET CUCURRIT INDE ET DISPERSIT
CINEREM EORUM IN TORREN
TEM CEDRON
EXCELSA QUOQUE QUAE ERANT
IN HIERUSALEM AD DEXTRAM
PARTEM MONTIS OFFENSIONIS
QUAE AEDIFICAUERAT SALOMON
REX ISRAHEL ASTHAROTH
IDOLO SIDONIORUM
ET CHAMOS OFFENSIONI MOAB
ET MELCHOM ABOMINATIONI
FILIORUM AMMON
POLLUIT REX ET CONTRIUIT
STATUAS ET SUCCIDIT LUCOS
REPLEUITQ· LOCA EORUM
OSSIB· MORTUORUM
INSUPER ET ALTARE QUOD ERAT
IN BETHEL
EXCELSUM QUOD FECERAT
HIEROBOAM FILIUS NABAT
QUI PECCARE FECIT ISRAHEL

ET ALTARE ILLUD ET EXCELSUM
DESTRUXIT ADQ· COMBUSSIT
ET COMMINUIT IN PULUEREM
SUCCENDITQ· ETIAM LUCUM
ET CONUERSUS IOSIAS UIDIT IBI
SEPULCHRA QUAE ERANT
IN MONTE
MISITQUE ET TULIT OSSA
DE SEPULCHRIS
ET COMBUSSIT EA SUPER ALTARE
ET POLLUIT ILLUD IUXTA
UERBUM DN̄I QUOD LOCUTUS
EST UIR D̄I
QUI PRAEDIXERAT UERBA HAEC
ET AIT QUIS EST TITULUS ILLE
QUEM UIDEO
RESPONDERUNTQ· EI CIUES
ILLIUS URBIS
SEPULCHRUM EST HOMINIS D̄I
QUI UENIT DE IUDA
ET PRAEDIXIT UERBA HAEC QUAE
FECISTI SUPER ALTARE BETHEL
ET AIT DIMITTE EUM NEMO
COMMOUEAT OSSA EIUS
ET INTACTA MANSERUNT
OSSA ILLIUS
CUM OSSIB· PROPHETAE
QUI UENERAT DE SAMARIA
INSUPER ET OMNIA FANA
EXCELSORUM
QUAE ERANT IN CIUITATIBUS
SAMARIAE
QUAE FECERANT REGES ISRAHEL
AD INRITANDUM DN̄M
ABSTULIT IOSIAS
ET FECIT EIS SECUNDUM OMNIA
OPERA QUAE FECERANT
IN BETHEL
ET OCCIDIT UNIUERSOS SACER
DOTES EXCELSORUM
QUI ERANT IBI SUPER ALTARIA
ET COMBUSSIT OSSA HUMANA
SUPER EA
REUERSUSQ· EST HIERUSALEM

ET PRAECEPIT OMNI POPULO DICENS
FACITE PHASE DN̄O D̄O UESTRO
SECUNDUM QUOD SCRIPTUM EST
IN LIBRO FOEDERIS HUIUS
NEC ENIM FACTUM EST PHASE
TALE A DIEB· IUDICUM QUI IUDI
CAUERUNT ISRAHEL
ET OMNIUM DIERUM REGUM ISR̄L
ET REGUM IUDA
SICUT IN OCTAUO DECIMO ANNO
REGIS IOSIAE FACTUM EST
PHASE ISTUD DN̄O IN HIERUSALEM·
SED ET PITHONES ET HARIOLOS
ET FIGURAS IDOLORUM
ET INMUNDITIAS ABOMINATIONESQ·
QUAE FUERANT IN TERRA IUDA
ET IN HIERUSALEM
ABSTULIT IOSIAS
UT STATUERET UERBA LEGIS QUAE
SCRIPTA SUNT IN LIBRO QUEM
INUENIT HELCIAS SACERDOS
IN TEMPLO DN̄I
SIMILIS ILLI NON FUIT ANTE EUM REX
QUI REUERTERETUR AD DN̄M
IN OMNI CORDE SUO ET IN TOTA
ANIMA SUA ET UNIUERSA
UIRTUTE SUA
IUXTA OMNEM LEGEM MOSI
NEQ· POST EUM SURREXIT
SIMILIS ILLI
UERUMTAMEN NON AUERSUS EST
DN̄S AB IRA FURORIS SUI MAGNI
QUO IRATUS EST FUROR EIUS
CONTRA IUDAM
PROPTER INRITATIONES QUIBUS
PROUOCAUERAT EUM MANASSES
DIXIT ITAQUE DN̄S
ETIAM IUDAM AUFERAM A FACIE
MEA SICUT ABSTULI ISRAHEL
ET PROICIAM CIUITATEM HANC
QUAM ELEGI HIERUSALEM
ET DOMUM DE QUA DIXI
ERIT NOMEN MEUM IBI
RELIQUA AUTEM UERBA IOSIAE

et uniuersa quae fecit
nonne haec scripta sunt
in libro uerborum dierum
regum iuda
in dieb; eius ascendit pharao
necho rex aegypti contra
regem assyriorum
ad flumen eufraten
et abiit iosias rex in occursu eius
et occisus est in mageddo
cum uidisset eum
et portauerunt eum serui sui
mortuum de mageddo
et pertulerunt in hierusalem
et sepelierunt eum
in sepulchro suo
tulitque populus terrae
iohaaz filium iosiae
et unxerunt eum et constitu
erunt eum regem pro
patre suo
Uiginti trium annorum erat
iohaz cum regnare coepisset
et trib; mensib; regnauit
in hierusalem
nomen matris eius amital
filia hieremiae de lobna
et fecit malum coram dn̄o
iuxta omnia quae fecerant
patres eius
uinxitq; eum pharao necho
in rebla quae est in terra
emath
ne regnaret in hierusalem
et inposuit multam terrae
centum talentis argenti
et talento auri
regemque constituit pharao
necho eliachim filium
iosiae pro iosia patre eius
uertitq; nomen eius ioachim
porro iohaz tulit et duxit
in aegyptum
argentum autem et aurum
dedit ioachim pharaoni
cum indixisset terrae
per singulos
ut conferretur iuxta prae
ceptum pharaonis
et unumquemque secundum
uires suas exegit
tam argentum quam aurum
de populo terrae ut daret
pharaoni necho
Uiginti quinque annorum
erat ioachim cum regnare
coepisset
et undecim annis regnauit
in hierusalem
nomen matris eius zebida
filia phadaia de ruma
et fecit malum coram dn̄o
iuxta omnia quae fecerant
patres eius
XXIIII In dieb; eius ascendit nabuco
donosor rex babylonis
et factus est ei ioachim
seruus trib; annis
et rursum rebellauit
contra eum
inmisitque ei dn̄s latrunculos
chaldaeorum et latrun
culos syriae
latrunculos moab et latrun
culos filiorum ammon
et inmisit eos in iudam
ut disperderent eum
iuxta uerbum dn̄i quod
locutus erat per seruos
suos prophetas
Factum est autem hoc per
uerbum dn̄i contra iudam
ut auferret eum coram se
propter peccata manasse
uniuersa quae fecit
et propter sanguinem
innoxium quem effudit
et impleuit hierusalem

CRUORE INNOCENTIUM
ET OB HANC REM NOLUIT DNS
PROPITIARI
RELIQUA AUTEM SERMONUM
IOIACHIM ET UNIUERSA
QUAE FECIT
NONNE HAEC SCRIPTA SUNT IN LIBRO
SERMONUM DIERUM
REGUM IUDA
ET DORMIUIT IOIACHIM
CUM PATRIB: SUIS
REGNAUITQ: IOIACHIN FILIUS
EIUS PRO EO
ET ULTRA NON ADDIDIT REX AEGYPTI
UT EGREDERETUR DE TERRA SUA
TULERAT ENIM REX BABYLONIS
A RIUO AEGYPTI USQ: AD FLUUIU
EUFRATEN OMNIAQUE FUERANT
REGIS AEGYPTI
LXXXI DECEM ET OCTO ANNORUM ERAT
IOIACHIN CUM REGNARE
COEPISSET
ET TRIB: MENSIB: REGNAUIT
IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS NAESTHA
FILIA ELNATHAN DE HIERUSALEM
ET FECIT MALUM CORAM DNO
IUXTA OMNIA QUAE FECERAT
PATER EIUS
IN TEMPORE ILLO ASCENDERUNT
SERUI NABUCHODONOSOR
REGIS BABYLONIS IN HIERUSALEM
ET CIRCUMDATA EST URBS
MUNITIONIBUS
UENITQ: NABUCHODONOSOR REX
BABYLONIS AD CIUITATEM
CUM SERUI EIUS OPPUGNA
RENT EAM
EGRESSUSQ: EST IOIACHIN REX
IUDA AD REGEM BABYLONIS
IPSE ET MATER EIUS ET SERUI EIUS
ET PRINCIPES EIUS ET EUNUCHI EIUS
ET SUSCEPIT EUM REX BABYLONIS
ANNO OCTAUO REGNI SUI

ET PROTULIT INDE OMNES THES
AUROS DOMUS DNI
ET THESAUROS DOMUS REGIAE
ET CONCIDIT UNIUERSA UASA AUREA
QUAE FECERAT SALOMON REX
ISRAHEL IN TEMPLO DNI
IUXTA UERBUM DNI
ET TRANSTULIT OMNEM HIERUSALEM
ET UNIUERSOS PRINCIPES
ET OMNES FORTES EXERCITUS
DECEM MILIA IN CAPTIUITATEM
ET OMNEM ARTIFICEM
ET CLUSOREM
NIHILQ: RELICTUM EST EXCEPTIS
PAUPERIB: POPULI TERRAE
TRANSTULIT QUOQ: IOIACHIN
IN BABYLONEM
ET MATREM REGIS ET UXORES
REGIS ET EUNUCHOS EIUS
ET IUDICES TERRAE
DUXIT IN CAPTIUITATEM DE HIERU
SALEM IN BABYLONEM
ET OMNES UIROS ROBUSTOS
SEPTEM MILIA
ET ARTIFICES ET CLUSORES MILLE
OMNES UIROS FORTES
ET BELLATORES
DUXITQ: EOS REX BABYLONIS
CAPTIUOS IN BABYLONEM
ET CONSTITUIT MATTHANIAN
PATRUUM EIUS PRO EO
INPOSUITQ: NOMEN EI SEDECIAM
UICESIMUM ET PRIMUM
ANNUM AETATIS HABEBAT
SEDECIAS CUM REGNARE
COEPISSET
ET UNDECIM ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS ERAT
AMITAL FILIAE HIEREMIAE
DE LOBNA
ET FECIT MALUM CORAM DNO
IUXTA OMNIA QUAE FECERAT
IOIACHIM

IRASCEBATUR ENIM DNS CONTRA
HIERUSALEM ET CONTRA IUDAM
DONEC PROICERET EOS A FACIE SUA
RECESSITQ· SEDECIAS A REGE
BABYLONIS
LXXX XXV FACTUM EST AUTEM ANNO NONO
REGNI EIUS MENSE DECIMO
DECIMA DIE MENSIS
UENIT NABUCHODONOSOR REX
BABYLONIS
IPSE ET OMNIS EXERCITUS EIUS
IN HIERUSALEM
ET CIRCUMDEDERUNT EAM
ET EXTRUXERUNT IN CIRCUITU
EIUS MUNITIONES
ET CLAUSA EST CIUITAS ADQ· UALLATA
USQ· AD UNDECIMUM ANNUM
REGIS SEDECIAE NONA DIE
MENSIS
PRAEUALUITQ· FAMES IN CIUITATE
NEC ERAT PANIS POPULO TERRAE
ET INTERRUPTA EST CIUITAS
ET OMNES UIRI BELLATORES
NOCTE FUGERUNT
PER UIAM PORTAE QUAE EST
INTER DUPLICEM MURUM
AD HORTUM REGIS
PORRO CHALDAEI OBSEDEBANT
IN CIRCUITU CIUITATEM
FUGIT ITAQUE PER UIAM QUAE
DUCIT AD CAMPESTRIA
SOLITUDINIS
ET PERSECUTUS EST EXERCITUS
CHALDAEORUM REGEM
CONPREHENDITQ· EUM
IN PLANITIAE HIERICHO
ET OMNES BELLATORES QUI ERANT
CUM EO DISPERSI SUNT
ET RELIQUERUNT EUM
ADPREHENSUM ERGO REGEM
DUXERUNT AD REGEM
BABYLONIS IN REBLATHA
QUI LOCUTUS EST CUM EO IUDICIUM
FILIOS AUTEM SEDECIAE OCCIDIT
CORAM EO ET OCULOS EIUS
EFFODIT
UINXITQ· EUM CATENIS ET ADDUXIT
IN BABYLONEM
LXXX III MENSE QUINTO SEPTIMA DIE
MENSIS IPSE EST ANNUS NONUS
DECIMUS REGIS BABYLONIS
UENIT NABUZAR DAN PRINCEPS
EXERCITUS
SERUUS REGIS BABYLONIS HIERUSALEM
ET SUCCENDIT DOMUM DNI
ET DOMUM REGIS ET DOMOS
HIERUSALEM
OMNEMQ· DOMUM COMBUSSIT
IGNI ·K ET MUROS HIERUSALEM
IN CIRCUITU DESTRUXIT
OMNIS EXERCITUS CHALDAEORUM
QUI ERAT CUM PRINCIPE MILITIAM
RELIQUAM AUTEM POPULI PARTEM
QUI REMANSERAT IN CIUITATE
ET PERFUGAS QUI TRANSFUGERANT
AD REGEM BABYLONIS
ET RELIQUUM UULGUS TRANSTULIT
NABUZAR DAN PRINCEPS
MILITIAE
ET DE PAUPERIB· TERRAE RELIQUIT
UINITORES ET AGRICOLAS
COLUMNAS AUTEM AEREAS
QUAE ERANT IN TEMPLO DNI
ET BASES
ET MARE AEREUM QUOD ERAT
IN DOMO DNI
CONFREGERUNT CHALDAEI
ET TRANSTULERUNT AES
OMNIUM IN BABYLONEM
OLLAS QUOQUE AEREAS ET TRULLAS
ET TRIDENTES ET SCYPHOS
ET OMNIA UASA AEREA IN QUIBUS
MINISTRABANT TULERUNT
NEC NON TURIBULA ET FIALAS
QUAE AUREA AUREA ET QUAE
ARGENTEA ARGENTEA
TULIT PRINCEPS MILITIAE
ID EST COLUMNAS DUAS MARE UNUM

et bases quas fecerat Salomon
in templo Dni
non erat pondus aeris omnium
uasorum
decem et octo cubitos altitu
dinis habebat columna una
et capitellum aereum super
se altitudinis trium cubitorū
et reticulum et malogranata
super capitellum columnae
omnia aerea
similem et columna secunda
habebat ornatum
tulit quoque princeps militiae
Seraian sacerdotem primum
et Sophoniam sacerdotem
secundum
et tres ianitores
et de ciuitate eunuchum unū
qui erat praefectus
super uiros bellatores
et quinque uiros de his
qui steterant coram rege
quos repperit in ciuitate
et Sopher principem exercitꝰ
qui probabat tirones
de populo terrae
et sex uiros e uulgo qui inuentī
fuerant in ciuitate
quos tollens Nabuzardan
princeps militum duxit
ad regem Babylonis
in Reblatha
percussitq· eos rex Babylonis
et interfecit in Reblatha
in terra Emath
et translatus est Iuda
de terra sua
populo autem qui relictus
erat in terra Iuda
quem dimiserat Nabuchodo
nosor rex Babylonis
praefecit Godoliam filium
Aicham filii Saphan

quod cum audissent omnes
duces militum
ipsi et uiri qui erant cum eis
uidelicet quod constituisset
rex Babylonis Godoliam
uenerunt ad Godoliam
in Maspha
Ismahel filius Nathaniae
et Iohanan filius Caree
et Saraia filius Thenameth
Netophathites
et Iezonias filius Maachathi
ipsi et socii eorum
iurauitq· eis Godolias
et sociis eorum dicens
nolite timere seruire
Chaldaeis
manete in terra et seruite
regi Babylonis et bene
erit uobis
factum est autem in mense
septimo
uenit Ismahel filius Nathaniae
filii Elisama de semine regio
et decem uiri cum eo
percusseruntq· Godoliam
qui mortuus est
sed et Iudaeos et Chaldaeos
qui erant cum eo in Maspha
consurgens autem omnis
populus a paruo usque ad
magnum et principes militum
uenerunt in Aegyptum
timentes Chaldeos
LXXXIIII factum est uero anno
tricensimo septimo trans
migrationis Ioiachin
regis Iudae
mense duodecimo uicensima
septima die mensis
subleuauit Euilmerodach
rex Babylonis
anno quo regnare coeperat
caput Ioiachin regis Iuda

de carcere
et locutus est ei benigna
et posuit thronum eius
super thronum regum
qui erant cum eo in Babylone
et mutavit vestes eius
quas habuerat in carcere
et comedebat panem semper
in conspectu eius cunctis
diebus vitae suae
annonam quoque constituit
ei absq[ue] intermissione
quae et dabatur ei a rege
per singulos dies omnib[us]
dieb[us] vitae suae
amen

EXPL MALACHIM ID

EST REGUM LIB TERT

ET QUART FELICITER

INCP PARALIPOMENO

QUI HEBRAICE DICITUR

DABREIAMIM IDEST

VERBA DIERUM AMEN

praefatio beati hieronimi pr[es]b[yte]ri

Si septuaginta interpretum
pura et ut ab eis in graecum versa est editio
permaneret · superflue me Chromati episco
porum s[an]c[t]issime atque doctissime in
pelleris ut tibi hebrea volumina latino
sermone transferrem · Quod enim semel
aures hominum occupaverat · et nascentis
ecclesiae roboraverat fidem · iustum
erat etiam nostro silentio conprobari ·
Nunc vero cum pro varietate regionum
diversa ferantur exemplaria et germana
illa antiquaque translatio corrupta sit
atq[ue] violata · nostri arbitrii putas aut
e pluribus iudicare quid verum sit · aut
novum opus in veteri opere cudere ·
inludentib[us]q[ue] iudaeis cornicum ut dicitur
oculos configere · Alexandria et aegyptus
in LXX suis Hesychium laudat auctorem
Constantinopolis usq[ue] Antiochiam
Luciani martyris exemplaria probat ·
mediae inter has provinciae palestinos
codices legunt · quos ab origine elabora
tos Eusebius et Pamphilius vulgaverunt ·
totusq[ue] orbis hac inter se trifaria
varietate conpugnat · Et certe Origenes
non solum exemplaria conposuit quat
tuor editionum e regione singula
verba describens ut unus dissentiens
statim ceteris inse consentientibus
arguatur · sed quod maioris audaciae est
in editione LXX Theodotionis editionem
miscuit asteriscis designans quae minus
fuerint et virgulis quae ex superfluo
videantur adposita · Si igitur aliis licuit
non tenere quod semel susceperant ·
et post LXX cellulas quae vulgo sine
auctore iactantur singulas cellulas
aperuere hocquoque in ecclesiis legitur
quod LXX nescierunt · cur me non susci
piant latini mei qui inviolata editione
veteri ita novam condidi ut laborem
meum hebraeis et quod his maius est
apostolis auctorib[us] probem ·
Scripsi nuper librum de optimo genere

INTERPRETANDI · OSTENDENS ILLA DE EUAN
GELIO : EX AEGYPTO UOCAUI FILIUM MEUM ·
ET QUONIAM NAZAREUS UOCABITUR ·
ET UIDEBUNT IN QUEM CONPUNXERUNT ·
ET ILLUD APOSTOLI · QUAE OCULUS NON UIDIT
NEC AURIS AUDIUIT · ET IN COR HOMINIS NON
ASCENDERUNT QUAE PRAEPARAUIT DS
DILIGENTIBUS SE · CETERAQ· HIS SIMILIA
IN HEBREORUM LIBRIS INUENIRI · CERTE
APOSTOLI EUANGELISTAE LXX INTERPRETES
NOUERANT · ET UNDE EIS HAEC DICERE QUAE
IN LXX NON HABENTUR · XPS DS NR UTRIUSQ·
TESTAMENTI CONDITOR IN EUANGELIO SECUNDUM
IOHANNEM · QUI CREDIT INQUIT IN ME SICUT
DICIT SCRIPTURA FLUMINA DE UENTRE EIUS
FLUENT AQUAE UIUAE · UTIQ· SCRIPTUM EST
QUOD SALUATOR SCRIPTUM ESSE TESTATUR ·
UBI SCRIPTUM EST LXX NON HABENT
APOCRIFA NESCIT ECCLESIA · AD HEBREOS
IGITUR REUERTENDUM EST UNDE ET DNS
LOQUITUR ET DISCIPULI EXEMPLA PRAESU
MUNT · HAEC PACE UETERUM LOQUAR ET OB
TRECTATORIB· MEIS TANTUM RESPONDEO
QUI CANINO DENTE ME RODUNT IN PUBLICO
DETRAHENTES LEGENTES IN ANGULIS · IDEM
ET ACCUSATORES ET DEFENSORES CUM IN ALIIS
PROBENT QUOD IN ME REPROBANT · QUASI
UIRTUS ET UITIUM NON IN REB· SIT SED CUM
AUCTORE MUTETUR · CETERUM MEMINI
EDITIONEM LXX TRANSLATORUM OLIM
DE GRECO EMENDATAM TRIBUISSE ME NOSTRIS
NEC INIMICUM DEBERE AESTIMARI EORUM
QUOS IN CONUENTUM FRATRUM SEMPER
EDISSERO ET QUOD NUNC DABREIAMIN ID EST
UERBA DIERUM INTERPRETATUS SUM IDCIRCO
FECI UT INEXTRICABILES MORAS ET SILUAM
NOMINUM QUAE SCRIPTORUM CONFUSA SUNT
UITIO SENSUUMQ· BARBARIEM APERTIUS
ET PER UERSUUM COLA DIGEREREM MIHI ;
MET IPSI ET MEIS IUXTA HISMOENIUM
CANENS SI AURES SURDAE SUNT CETERORUM ·

EXP PROLOGUS ·

1 ADAM SETH ENOS CAINAN
MALELEHEL IARED ENOCH
MATHUSALE LAMECH NOE SEM
HAM ET IAFETH
FILII IAFETH GOMER MAGOG
MADAI ET IAUAN
THUBAL MOSOCH THIRAS
PORRO FILII GOMER ASCHENEZ
ET RIFATH ET THOGORMA
FILII AUTEM IAUAN ELISA
ET THARSIS CETTHIM DODANIM
FILII HAM CHUS ET MESRAIM
FUTH ET CHANAAN
FILII AUTEM CHUS SABA ET EUILA
SABATHA ET REGMA ET SABATHACHA
PORRO FILII REGMA
SABA ET DADAN
CHUS AUTEM GENUIT NEMROD
ISTE COEPIT ESSE POTENS IN TERRA
MESRAIM UERO GENUIT LUDIM
ET ANAMIM ET LAABIM
ET NEPTHUIM
PHETHRUSIM QUOQ· ET CASLUIM
DE QUIB· EGRESSI SUNT PHILISTHIIM
ET CAPTURIM
CHANAAN UERO GENUIT SIDONEM
PRIMOGENITUM ET HETH
IEBUSEUM QUOQ· ET AMORRAEUM
ET GERGESEUM
EUHEUMQ· ET ARUCEUM ET SINEUM
ARADIUM QUOQUE ET SAMAREUM
ET EMATHEUM
FILII SEM AELAM ET ASSUR
ET ARFAXAD ET LUD ET ARAM
HII SUNT FILII ARAM
US ET HUL ET GOTHOR ET MOSOCH
ARFAXAD AUTEM GENUIT SALA
QUI ET IPSE GENUIT HEBER
PORRO HEBER NATI SUNT DUO FILII
NOMEN UNI PHALEG QUIA IN DIEB·
EIUS DIUISA EST TERRA
ET NOMEN FRATRIS EIUS IECTAN
IECTAN AUTEM GENUIT HELMODAD
ET SALEPH ET ASERMOTH

ET IARE
ADURAM QUOQ· ET UZAL ET DECLA
EBAL ETIAM ET ABIMAHEL ET SABA
NEC NON ET OPHIR ET EUILA
ET IOBAB
OMNES ISTI FILII IECTAN
SEM ARFAXAD SALE EBER
FALEC RAAU SERUC NAHOR
THARE ABRAM
ISTE EST ABRAHAM
FILII AUTEM ABRAHAM ISAAC
ET ISMAHEL
ET HAE GENERATIONES EORUM
PRIMOGENITUS ISMAHELIS
NABAIOTH ET CAEDAR
ET ABDEEL ET MABSAM
MASMA ET DUMA MASSA ADAD
ET THEMA IATHUR NAPHIS
CEDMA
HI SUNT FILII ISMAHELIS
FILII AUTEM CHETTURAE CONCU
BINAE ABRAHAM QUOS GENUIT
ZARRAM IECSAN MADAN
MADIAN SESBOC SUE
FILII IECSAN SABA ET DADAN
FILII AUTEM MADIAN EPHA
ET APHER ET ENOCH
ET ABIDA ET ELDAA
OMNES HI FILII CHETTURAE
GENERAUIT AUTEM ABRAHAM
ISAAC CUIUS FUERUNT FILII
ESAU ET ISRAHEL
FILII ESAU ELIFAZ RAUHEL
IAUS IALAM CORE
FILII ELIFAZ THEMAN OMER
SEPHU GETHEM CENEZ
THAMNA AMALECH
FILII RAUHEL NAATH ZAZARA
ZAMMA MAZA
FILII SEIR LOTHAM SOBAL
SEBEON ANA DISON
EZER DISAN
FILII LOTHAM HORRI HUMAM
SOROR AUTEM LOTHAM
FUIT THAMNA
FILII SOBAL ALIAN ET MANATH
ET EBAL ET SEPHI ET ONAM
FILII SEBEON AIA ET ANA
FILII ANA DISON AMARAN
ET ESEBAN ET IETHRAN
ET CHARAN
FILII ESER BALAAM ET IABAN
ET IACAN
FILII DISON US ET ARAN
ISTI SUNT REGES QUI IMPERAUE
RUNT IN TERRA EDOM
ANTEQUAM ESSET REX SUPER
FILIOS ISRAHEL
BALE FILIUS BEOR
ET NOMEN CIUITATIS EIUS DENABA
MORTUUS EST AUTEM BALE
ET REGNAUIT PRO EO IOBAB
FILIUS ZARE DE BOSRA
CUMQUE ET IOBAB FUISSET
MORTUUS REGNAUIT HUSAM
DE TERRA THEMANORUM
OBIITQ· HUSAM · ET REGNAUIT
PRO EO ADAD FILIUS BADAD
QUI PERCUSSIT MADIAM
IN TERRA MOAB
ET NOMEN CIUITATIS EIUS AUITH
CUMQ· ET ADAD FUISSET MORTUUS
REGNAUIT PRO EO SEMELA
DE MASRECA
SED ET SEMELA MORTUUS EST
ET REGNAUIT PRO EO SAUL
DE ROBOTH · QUAE IUXTA
AMNEN SITA EST
MORTUO QUOQUE SAUL REGNAUIT
PRO EO BAALANAN
FILIUS ACHOBOR
SED ET HIC MORTUUS EST
ET REGNAUIT PRO EO ADAD
CUIUS URBIS FUIT NOMEN PHOU
ET APPELLATA EST UXOR EIUS
METHETABEL FILIA MATRED
FILIA MEZAAB
ADAD AUTEM MORTUO DUCES

PRO REGIB· IN EODEM ESSE
COEPERUNT
DUX TAMNA DUX ALUA
DUX IETHETH
DUX OOLIBAMA DUX HELA
DUX PHINON
DUX CENEZ DUX THEMAN
DUX MABSAR
DUX MAGDIEL DUX IRAM
HII DUCES EDOM
FILII AUTEM ISRAHEL RUBEN
SYMEON LEUI IUDA ISACHAR
ET ZABULON
DAN IOSEPH BENIAMIN NEPTALI
GAD ASER
FILII IUDA HER AUNAN SELA TRES
NATI SUNT EI DE FILIA SUE
CHANANITIDIS
FUIT AUTEM HER PRIMOGENITUS
IUDA MALUS CORAM DÑO
ET OCCIDIT EUM
THAMAR AUTEM NURUS EIUS
PEPERIT EI PHARES ET ZARA
OMNES ERGO FILII IUDA QUINQUE
FILII AUTEM PHARES ESROM
ET HAMUL
FILII QUOQUE ZARAE ZAMBRI
ET ETHAM ET EMAN
CHALCHAL QUOQ· SIMUL QUINQUE
FILII CARMI ACHAR QUI TURBAUIT
ISRAHEL ET PECCAUIT
IN FURTO ANATHEMATIS
FILII ETHAM AZARIAS
FILII AUTEM ESROM QUI NATI SUNT
EI IEREMAHEL ET RAM
ET CHALUBI
PORRO RAM GENUIT AMINADAB
AMINADAB AUTEM GENUIT NAASSO͞
PRINCIPEM FILIORUM IUDA
NAASSON QUOQ· GENUIT SALMA
DE QUO ORTUS EST BOEZ
BOEZ AUTEM GENUIT OBED
QUI ET IPSE GENUIT ISAI
ISAI AUTEM GENUIT PRIMO

GENITUM ELIAB SECUNDUM
AMINADAB
TERTIUM SAMAA QUARTUM
NATHANAHEL QUINTUM REDDAI
SEXTUM ASOM SEPTIMUM DAUID
QUORUM SORORES FUERUNT
SARUIA ET ABIGAIL
FILII SARUIAE ABISAI IOAB
ET ASAHEL TRES
ABIGAIL AUTEM GENUIT AMASA
CUIUS PATER FUIT IETHER
ISMAHELITIS
CALEB UERO FILIUS ESROM
ACCIPIT UXOREM NOMINE AZUBA
DE QUA GENUIT IERIOTH
FUERUNTQ· FILII EIUS IESAR
ET SOBAB ET ARDON
CUMQ· MORTUA FUISSET AZUBA
ACCEPIT UXOREM CALEB
EPHRATH QUAE PEPERIT EI UR
PORRO UR GENUIT URI
ET URI GENUIT BESELEHEL
POST HAEC INGRESSUS EST
ESROM AD FILIAM MACHIR
PATRIS GALAAD
ET ACCEPIT EAM CUM ESSET
ANNORUM SEXAGINTA QUAE
PEPERIT EI SEGUB
SED ET SEGUB GENUIT IAIR
ET POSSEDIT XXIII CIUITATES
IN TERRA GALAAD
CÓEPITQUE GESSUR ET ARAM
OPPIDA IAIR ET CHANATH
ET UICULOS EIUS LX CIUITATES
OMNES ISTI FILII MACHIR
PATRIS GALAAD
CUM AUTEM MORTUUS ESSET
ESROM INGRESSUS EST CHALEB
AD EPHRATA
HABUIT QUOQUE ESROM UXOREM
ABIA QUAE PEPERIT EI ASSUR
PATREM THECUE
NATI SUNT AUTEM FILII IERAMEHEL
PRIMOGENITI ESROM

RAM PRIMOGENITUS EIUS ET BUNA
ET ARAN ET ASOM ET AHIA
DUXIT QUOQ; UXOREM ALTERAM
IERAMEHEL NOMINE ATARA
QUAE FUIT MATER ONAM
SED ET FILII RAM PRIMOGENITI
IERAMEHEL FUERUNT MOOS
ET IAMMI ET ACAR
ONAM AUTEM HABUIT FILIOS
SEMMEI IADA
FILII AUTEM SEMMEI NADAB
ET ABISUR
NOMEN UERO UXORIS ABISUR
ABIAIL QUAE PEPERIT AHA
OBBAN ET MOLID
FILII AUTEM NADAB FUERUNT
SALED ET APPHAIM
MORTUUS EST AUTEM SALED
ABSQ; LIBERIS
FILIUS UERO APPHAIM IESI
QUI IESI GENUIT SESAN
PORRO SESAN GENUIT OHOLI
FILII AUTEM IADA FRATRIS SEMMEI
IETHER ET IONATHAN
SED ET IETHER MORTUUS EST
ABSQUE LIBERIS
PORRO IONATHAN GENUIT
PHALEG ET ZIZA
ISTI FUERUNT FILII HIERAMEHEL
SESAN AUTEM NON HABUIT FILIOS
SED FILIAS ET SERUUM
AEGYPTIUM NOMINE IERAA
DEDITQ; EI FILIAM SUAM UXOREM
QUAE PEPERIT EI ETHTHEI
ETTHEI AUTEM GENUIT NATHAN
ET NATHAN GENUIT ZABAD
ZABAD QUOQ; GENUIT OPHLAL
ET OPHLAL GENUIT OBED
OBED GENUIT IEUIEU
IEUIEU GENUIT AZARIAM
AZARIAS GENUIT HELLES
HELLES AUTEM GENUIT ELASA
ELASA GENUIT SISAMOI
SISAMOI GENUIT SELLUM

SELLUM GENUIT ICAMIAN
ICAMIAN GENUIT ELISAMA
FILII AUTEM CHALEP FRATRIS
HIERAMEHEL
MOSA PRIMOGENITUS EIUS
IPSE EST PATER ZIPH
ET FILII MARESA PATRIS HEBRON
PORRO FILII HEBRON CORE
ET THAPHU ET RECEM
ET SAMMA
SAMMA AUTEM GENUIT RAAM
PATREM IEIRCAAM
ET RECEM GENUIT SEMMEI
FILIUS SEMMEI MAON
ET MAON PATER BETHIUR
EPHA AUTEM CONCUBINA CALEP
PEPERIT ARRAM ET MUSA
ET GEZEZ
PORRO ARRAM GENUIT GEZEZ
FILII IADA IREGOM ET IOTHAM
ET GESUM ET PHALECH
ET EPHA ET SAAPH
CONCUBINA CALEP MACHA
PEPERIT SABER ET TARANA
GENUIT AUTEM SAAPH PATER
MADMENASSUE PATREM
MACHBENA ET PATREM GABAA
FILIA UERO CALEB FUIT ACHSA
HII ERANT FILII CALEB
FILII UR PRIMOGENITI EPHRATA
SOBAL PATER CARIATHIARIM
SALMA PATER BETHLEEM
ARIPH PATER BETHGADER
FUERUNT AUTEM FILII SOBAL
PATRIS CARIATHIARIM
QUI UIDEBAT DIMIDIUM
REQUITIONUM
ET DE COGNATIONE CARIATHIARIM
IETHREO ET APPHUTEI
ET SEMATHEI ET MASEREI
EX HIS EGRESSI SUNT SARAITAE
ET ESTHAOLITAE
FILII SALMA BETHLEEM
ET NETOPHATHI

CORONAE DOMUS IOAB ET DIMIDII
REQUITIONIS SARI
COGNATIONES QUOQUE SCRIBARUM
IN IABIS HABITANTIUM CANENTES
ATQ; RESONANTES ET IN TABER
NACULIS COMMORANTES
HII SUNT CINEI QUI UENERUNT
DE CALORE PATRIS DOMUS RECHAB.
DAUID UERO HOS HABUIT FILIOS
QUI EI NATI SUNT IN HEBRON
PRIMOGENITUM AMNON
EX ACHINAAM ISRAHELITIDE
SECUNDUM DANIHEL DE ABIGAIL
CARMELITIDE
TERTIUM ABSALOM FILIUM MAACHA
FILIAE THOLOMEI REGIS GESSUR
QUARTUM ADONIAM FILIUM AGGITH
QUINTUM SAPHATHIAM EX ABITAL
SEXTUM IETHRAAM
DE EGLA UXORE SUA
SEX ERGO NATI SUNT EI IN HEBRON
UBI REGNAUIT SEPTEM ANNIS
ET SEX MENSIBUS
TRIGINTA AUTEM ET TRIBUS
REGNAUIT IN HIERUSALEM
PORRO IN HIERUSALEM NATI EI
FILII SUNT SAMA ET SOBAB
ET NATHAN ET SALOMON IIII.
DE BETHSABEE FILIA AMIHEL
IEBAAR QUOQ; ET ELISAMA
ET ELIPHALECH ET NOGE
ET NAPHEG ET IAPHIE
NEC NON HELISAMA ET HELIADE
ET HELIPHALET NOUEM
OMNES HII FILII DAUID ABSQ; FILIIS
CONCUBINARUM
HABUERUNT SOROREM THAMAR
FILIUS AUTEM SOLOMONIS
ROBOAM CUIUS ABIA FILIUS
GENUIT ASA
DE HOC QUOQUE NATUS EST
IOSAPHAT PATER IORAM
QUI IORAM GENUIT OZIAM
EX QUO ORTUS EST IOAS
ET HUIUS AMASIAS FILIUS
GENUIT AZARIAM
PORRO AZARIAE FILIUS IOATHAM
PROCREAUIT ACHAZ PATREM
EZECHIAE DE QUO NATUS EST
MANASSES
SED ET MANASSES GENUIT AMON
PATREM IOSIAE
FILII AUTEM IOSIAE FUERUNT
PRIMOGENITUS IOHANAM
SECUNDUS IOACIM
TERTIUS SEDECIAS
QUARTUS SELLUM
DE IOACIM NATUS EST IECHONIAS
ET SEDECHIAS
FILII IECHONIAE FUERUNT ASIR
SALATHIHEL MELCHIRAM
PHADAIA
SENNASER ET IECEMIA
SAMA ET NADABIA
DE PHADAIA ORTI SUNT
ZOROBABEL ET SEMMEI
ZOROBABEL GENUIT
MOSOLLAM ANANIAM
ET SALOMITH SOROREM EORUM
ASABAMQ; ET OHOL ET BARACHIAM
ET ASADIAM IOSABESED QUINQ;
FILIUS AUTEM ANNANIAE PHALTIAS
PATER IESEIAE CUIUS FILIUS
RAPHAIA
HUIUS QUOQ; FILIUS ARNAM
DE QUO NATUS EST ABDIA
CUIUS FILIUS FUIT RECHENIA
FILIUS RECHENIAE SEMEIA
CUIUS FILII ATUS ET IEGAL
ET BARIA ET NARIA ET SAPHAT
SESSA NUMERO SEX
FILII NAARIAE HELIOENAI
ET EZECHIAS ET EZRICAM TRES
FILII HELIOENAI ODUIA
ET HELIASUB ET PHELEIA
ET ACCUB ET IOHANAN ET DALIA
ET ANNANI OCTO
IIII FILII IUDA PHARES ESROM

ET CARMI ET UR ET SUBAL
REAIA UERO FILIUS SUBAL
GENUIT IETH
DE QUO NATI SUNT AHIMAI ET LAED
HAE COGNATIONES SARATHI
ISTA QUOQUE STIRPS HETAM
IEZRAHEL ET IESMA
ET IEDEBOS
NOMENQ; SORORIS EORUM
ASALEL PHUNI
PHUNIHEL AUTEM PATER GEDOR
ET EZER PATER OSA
ISTI SUNT FILII UR PRIMOGENITI
EPHRATA FRATRIS BETHLEEM
ASUR UERO PATRIS THECUE ERANT
DUAE UXORES HALAA ET NAARA
PEPERIT AUTEM EI NAARA
OOZAM EPHER ET THEMANI
ET ASTHARI
ISTI SUNT FILII NARA
PORRO FILII HALA SERETH
ISAAR ET ETHRON
COS AUTEM GENUIT AROB
ET SOBABA ET COGNATIONEM
ARAL FILIARUM
FUIT AUTEM IABES INCLYTUS
PRAE FRATRIBUS SUIS
ET MATER EIUS UOCAUIT NOMEN
EIUS IABES DICENS
QUIA PEPERI EUM IN DOLORE
INUOCAUIT UERO IABES DM
ISRAHEL DICENS
SI BENEDICENS BENEDIXERIS
MIHI ET DILATAUERIS
TERMINOS MEOS
ET FUERIT MANUS TUA MECUM
ET FECERIS ME MALITIA
NON OPPRIMI
ET PRAESTITIT DS QUAE
PRAECATUS EST
CHALEB AUTEM FRATER SUAA
GENUIT MAHIR QUI FUIT
PATER ESTHON
PORRO ESTHON GENUIT

BETRAPHA ET PHESSE
ET THENA PATREM URBIS NAAS
HI SUNT UIRI RECHA
FILII AUTEM CENEZ OTHONIHEL
ET SARAIA
PORRO FILII OTHONIHEL ATHATH.
ET MAON. ATHI GENUIT OPHRA.
SARAIAS AUTEM GENUIT IOAB
PATREM UALLIS ARTIFICUM
IBI QUIPPE ARTIFICES ERANT
FILII UERO CHALEB FILII IEPHONNE
HIR ET HELA ET NAEM
FILIIQ; HELA ET CENEZ
FILII QUOQ; IALLELLEL ZIPH
ET ZIPHA THIRIA ET ASRAHEL
FILII EZRA IETHER ET MERED
ET EPHER ET IALOM
GENUITQ; MARIAM ET SAMMAI
ET IESBA PATREM ESTHAMO
UXORQUOQ; EIUS IUDAIA
PEPERIT IARED PATREM GEDOR
ET ESER PATREM SOCHO
ET HICUTHIHEL PATREM ZARO
HII AUTEM FILII BETTIAE
FILIAE PHARAONIS
QUAM ACCEPIT MERED
ET FILII UXORIS ODOIAE SORORIS
NACHAM PATRIS CEILA
GARMI ET ESTHAMO
QUI FUIT DEMACHATI
FILII QUOQUE SIMON AMNON
ET RENA FILIUS ANAN
ET CHILON
ET FILII IESI ZOETH ET BENZOETH
FILII SELA FILII IUDA HER PATER
LECHA ET LAADA PATER
MARESSA
ET COGNATIONES DOMUS
OPERANTIUM BYSSUM
IN DOMO IURAMENTI
ET QUI STARE FECIT SOLEM
UIRIQ; MENDACII ET SECURUS
ET INCENDENS
QUI PRINCIPES FUERUNT IN MOAB

et qui reuersi sunt in leem
haec autem uetera uerba
hii sunt figuli habitantes
in plantationib; et in prae
sepib; apud regem
in operibus eius commorati
quae sunt ibi
Filii symeon ramuhel
et iamin iarib; zara saul
sellum filius eius
mabsam filius eius
masma filius eius
Filii masma amuhel filius eius
zacchur filius eius
semei filius eius
Filii semei sedecem et filiae sex
fratres autem non habuerunt
filios multos
et uniuersa cognatio non
potuit adaequare summam
filiorum iuda
habitauerunt autem in bersabee
et modal et assarsaul
et in ballaa et in asom
et in tholad et in bathuel
et in orma et in siceleti
et in bethmarchaboth
et in asarsusim et in beth
berai . et in saarim
hae ciuitates eorum usq;
ad regem dauid
uillae quoq; eorum etham
et aen et remmon
et tochen et asan
ciuitates quinque
et uniuersi uiculi eorum
per circuitum ciuitatum
istarum usq; ad baal
haec est habitatio eorum
et sedium distributio
masobab quoq; et iemleth
et iosa filius amasiae
et iohel
et ieu filius iosabiae
filii sarabae filii asihel
et elioenai et iamba et isuaia
et asaia et adiel et isimihel
et banaia
ziza quoque filius sephei
filii allon filii idaia
filii semri filii samaia
isti sunt nominati principes
in cognationibus suis
et in domo adfinitatum suarum
multiplicati sunt uehementer
et profecti sunt ut ingrederen
tur in gador usque ad ori
entem uallis
et ut quaererent pascua
in gregibus suis
inueneruntq; pascuas
uberes et ualde bonas
et terram latissimam et quietā
et fertilem
in qua ante habitauerunt
de stirpe ham
hii ergo uenerunt quos supra
scripsimus nominatim
in dieb; ezechiae regis iuda
et percusserunt tabernacula
eorum et habitatores
qui inuenti fuerant ibi
et deleuerunt eos usque
in praesentem diem
habitaueruntq; pro eis
quoniam uberrimas ibidem
pascuas repperierunt
De filiis quoque symeon
abierunt in montem seir
uiri quingenti
habentes principes phaltiam
et nahaniam et raphaiam
et ozihel filios iessi
et percusserunt reliquias
quae euadere poterant
amalechitarum
et habitauerunt ibi pro eis
usq; ad diem hanc

Filii quoq; ruben primogeniti
israhelis
ipse quippe fuit primogenitus eius;
sed cum violasset torum
patris sui data sunt primo
genita eius filiis ioseph
filii israhel.
et non est ille reputatus
in primogenitum
porro iudas qui erat fortis
simus inter fratres suos
de stirpe eius principes
germinati sunt
primogenita autem reputata
sunt ioseph
filii ergo ruben primogeniti
israhel, enoch et fallu
esrom et charmi
filii iohel samaia filius eius
reia filius eius
baal filius eius
bera filius eius
quem captivum duxit theglath
phalnasar rex assyriorum
et fuit princeps in tribu ruben.
fratres autem eius et universa
cognatio quando numera
bantur per familias suas
habuerunt principes ieihel
et zacchariam
porro bala filius azaz filii sama
filii iohel ipse habitavit
in aroer usq; ad nebo
et beelmeon
contra orientalem vero
plagam habitavit usque
ad introitum heremi
et flumen eufraten
multum quippe iumentorum
numerum possidebat
in terra galaad
In diebus autem saul proeliati
sunt contra agareos
et interfecerunt illos

habitaveruntq; pro eis
in tabernaculis eorum
in omni plaga quae respicit
ad orientem galaad
Filii vero gad e regione eorum
habitaverunt in terra basan
usque selcha
iohel in capite et saphan secundus
anai autem et saphat in basan
fratres vero eorum secundum
domus cognationum suarum
michahel et mosollam
et sebe et iori et iachan
et zie et heber septem
hii filii abihail filii uri filii iaro
filii galaad filii michahel
filii iessi filii ieddo filii buz
fratres quoque filii abdihel
filii guni principes domus
in familiis suis
et habitaverunt in galaad
et in basan et in viculis eius
et in cunctis suburbanis
saron usq; ad terminos
omnes hii numerati sunt
in dieb; ioatham regis iuda
et in diebus hieroboam
regis israhel
Filii ruben et gad et dimidiae
tribus manasse
viri bellatores scuta portan
tes et gladios
et tendentes arcum eruditiq;
ad proelia quadraginta
et quattuor milia et dcc.
sexaginta
procedentes ad pugnam
dimicaverunt contra
agarenos
iturei vero et naphei et nodab.
praebuerunt eis auxilium
traditique sunt in manus
eorum agarenei
et universi qui fuerant cum eis.

QUIA D̄M INUOCAUERUNT
CUM PROELIARENTUR
EXAUDIUIT EOS EO QUOD
CREDIDISSENT IN EUM
CEPERUNTQUE OMNIA
QUAE POSSIDERANT
CAMELORUM QUINQUAGINTA MILIA
ET OUIUM DUCENTA QUINQUA
GINTA MILIA ASINOS DUO MILIA
ET ANIMAS HOMINUM
CENTUM MILIA
UULNERATI AUTEM MULTI
CORRUERUNT
FUIT ENIM BELLUM D̄NI
HABITAUERUNTQ· PRO EIS
USQ· AD TRANSMIGRATIONEM
FILII QUOQ· DIMIDIAE TRIBUS
MANASSE POSSEDERUNT TERRAM
A FINIB· BASAN USQ· BAALHERMON
ET SANIR ET MONTEM HERMON
INGENS QUIPPE NUMERUS ERAT
ET HII FUERUNT PRINCIPES DOMUS
COGNATIONIS EORUM
EPHER ET IESI ET HELIHEL
EZRIHEL ET HIEREMIA
ET ODOIA ET IEDIHEL
UIRI FORTISSIMI ET POTENTES
ET NOMINATI DUCES
IN FAMILIIS SUIS
RELIQUERUNT AUTEM D̄M
PATRUM SUORUM
ET FORNICATI SUNT POST DEOS
POPULORUM TERRAE QUOS
ABSTULIT D̄NS CORAM EIS
ET SU[illegible] SCITAUIT D̄S ISRAHEL
SP̄M [illegible] FUL REGIS ASSYRIORUM
ET SP̄M THEGLATH PHALNASAR
REGIS ASSUR
ET TRANSTULIT RUBEN ET GAD
ET DIMIDIUM TRIB· MANASSE
ET ADDUXIT EOS IN ALAE
ET ABOR ET ARA ET FLUUIUM
GOZAM USQUE AD DIEM
HANC

VI FILII LEUI GERSŌM CAATH MERARI.
FILII CAATH HAMRAM ISAAR
HEBRON ET OZIHEL
FILII AMRAM AARON MOSES
ET MARIA
FILII AARON NADAB ET ABIU
ELEAZAR ET ITHAMAR
ELEAZAR GENUIT PHINEES
ET PHINEES GENUIT ABISUE
ABISUE UERO GENUIT BOCCI
BOCCI GENUIT OZI
OZI GENUIT ZARAIAM
ET ZARAIAS GENUIT MERAIOTH
PORRO MIRAIOTH GENUIT AMARIAM
AMARIAS GENUIT AHITOB
AHITOB GENUIT SADOC
ET SADOC GENUIT SELLUM
SELLUS GENUIT HELCIAM
ET HELCIAS GENUIT AZARIAM
AZARIAS GENUIT SARIAM
ET SARIAS GENUIT IOSEDEC
PORRO IOSEDEC EGRESSUS EST
QUANDO TRANSTULIT D̄NS IUDAM
ET HIERUSALEM PER MANUS
NABUCHODONOSOR
FILII ERGO LEUI GERSOM CAATH
ET MERARI
ET HAEC NOMINA FILIORUM GERSŌ
LOBENI ET SEMEI
FILII CAATH AMRAM ET ISAAR
ET HEBRON ET OZIHEL
FILII MERARI MOOLI ET MUSI
HAE AUTEM COGNATIONES LEUI
SECUNDUM FAMILIAS EORUM
GERSOM LOBENI FILIUS EIUS
IAATH FILIUS EIUS
ZAMMA FILIUS EIUS
IOAATH FILIUS EIUS
ADDO FILIUS EIUS
ZARA FILIUS EIUS
IETHRAI FILIUS EIUS
FILII CAATH AMINADAB FILIUS EIUS
CORE FILIUS EIUS
ASIRA FILIUS EIUS

helcana filius eius
abiasaph filius eius
assir filius eius
thaath filius eius
urihel filius eius
ozias filius eius
saul filius eius
Filii helcana amasai et achimoth
helcana filii helcana
sophai filius eius
naath filius eius
heliab filius eius
hieroa filius eius
helcana filius eius
Filii samuhel primogenitus
uasseni et abia
Filii autem merari mooli
lobeni filius eius
semei filius eius
oza filius eius
samaa filius eius
aggia filius eius
asaia filius eius
Isti sunt quos constituit dauid
super cantores domus dñi
ex quo conlata est arca
Et ministrabant coram taber
naculo testimonii canentes
donec aedificaret salomon
domum dñi in hierusalem
stabant autem iuxta ordinem
suum in ministerio
Hii uero sunt qui adsistebant
cum filiis suis
De filiis caath eman cantor
filius iohel filii samuhel
filii helcana filii hieroam
filii helihel filii thou
filii suph filii helcana
filii iohel filii azariae
filii sophoniae filii thaath
filii asir filii abiasaph
filii core filii isaar
filii caath filii leui filii isrł

Et fratres eius asaph qui stabat
ad extris eius
Asaph filius barachiae filii samaa
Filii michahel filii basiae
filii melchiae filii athai
filii zara filii adaia
filii etham filii zamma
filii semei filii ieth
filii gersom filii leui
Filii autem merari fratres
eorum ad sinistram
Ethan filius chusi filii abdi
filii maloch filii asabiae
filii amasiae filii helcia
filii amasai filii bonni
filii somer filii mooli
filii musi filii merari filii leui
Fratres quoq; eorum leuitae
qui ordinati sunt in cunctum
ministerium tabernaculi
domus dñi
Aaron uero et filii eius
adolebant incensum
super altare holocausti
et super altare thymiamatis
in omne opus scī scōrum
et ut precarentur pro isrł
iuxta omnia quae praecepit
moses seruus dñi
Hii sunt autem filii aaron
eleazar filius eius
phinees filius eius
abisue filius eius
bocci filius eius
ozi filius eius
zaraza filius eius
meraioth filius eius
amaria filius eius
ahitob filius eius
sadoc filius eius
ahimaas filius eius
Et haec habitacula eorum
per uicos atq; confinia
filiorum scilicet aaron

iuxta cognationes caath iarum
Ipsis enim sorte contigerat
Dederunt igitur eis hebron
in terra iuda et suburbana eiq;
per circuitum
Agros autem ciuitatis et uillas
caleb filio iephonne
Porro filiis aaron dederunt
ciuitates ad confugiendum
hebron et lobna et sub
urbana eius
iether quoque et esthamo
cum suburbanis suis
Sed et helon et dabir
cum suburbanis suis
Asan quoq; et bethsemes
et suburbana eorum
De tribu autem beniamin
gabee et suburbana eius
et alamath cum sub
urbanis suis
Anathoth quoque cum sub
urbanis suis
omnes ciuitates tredecem
per cognationes suas
Filiis autem caath residuis
de cognatione sua
dederunt ex dimidia tribu
manasse in possessionem
urbes decem
Porro filiis gersom per cogna
tiones suas de tribu issachar
et de tribu aser et de tribu
nepthali et de tribu
manasse in basan urbes
tredecem
Filiis autem merari per cogna
tiones suas de tribu ruben
et de tribu gad et de tribu
zabulon
dederunt sortes ciuitates
duodecem
dederunt quoq; filii israhel
leuitis ciuitatis

et suburbana earum
dederuntq; per sortem
ex tribu filiorum iuda
et ex tribu filiorum symeon
et ex tribu filiorum beniamin
urbes has quas uocauerunt
nominib; suis
Et his qui erant ex cognatione
filiorum caath
Fueruntq; ciuitates in terminis
eorum de tribu ephraim
dederunt ergo eis urbes
ad confugiendum
Sychem cum suburbanis suis
in monte ephraim
Et gazer cum suburbanis suis
hic namquoq; cum suburbanis
et bethoron similiter
Nec non et helon cum subur
banis suis et gethremmon
in eundem modum
Porro ex dimidia tribu
manasse aner et sub
urbana eius
Balaam et suburbana eius
his uidelicet qui de cognatione
filiorum caath reliquierant
Filiis autem gersom de cogna
tione dimidiae tribus
manasse
Gaulon in basan et suburbana
eius et astharoth
cum suburbanis suis
De tribu issachar
cedes et suburbana eius
et dabereth cum subur
banis suis
Ramoth quoque et subur
bana eius et anum
cum suburbanis suis
De tribu uero aser
masal cum suburbanis suis
et abdon similiter
Acac quoq; et suburbana eius

RAMOTH QUOQ· ET SUBURBANA EIUS
ET ANEM CUM SUBURBANIS SUIS
ET ROOB CUM SUBURBANIS SUIS
PORRO DE TRIBU NEPTHALI
CEDES IN GALILAEA ET SUBURBANA
EIUS · AMMON CUM SUBURBA
NIS SUIS · ET CARIETHAM
ET SUBURBANA EIUS
FILIIS AUTEM MERARI RESIDUIS
DE TRIBU ZABULON
REMMONO ET SUBURBANA EIUS
ET THABOR CUM SUBUR
BANIS SUIS
TRANS IORDANEM QUOQUE
EX ADUERSO HIERICHO
CONTRA ORIENTEM IORDANIS
DE TRIBU RUBEN
BOSOR IN SOLITUDINEM CUM
SUB URBANIS SUIS
ET IASA CUM SUBURBANIS SUIS
CADEMOTH QUOQ· ET SUBURBANA
EIUS · ET MITHATH CUM SUB
URBANIS SUIS
NECNON DE TRIBU GAD
RAMOTH IN GALAAD ET SUB
URBANA EIUS · ET MANAM
CUM SUBURBANIS SUIS
SED ET ESEBON CUM SUBURBANIS
EIUS · ET IEZER CUM SUB
URBANIS SUIS
VII PORRO FILII ISSACHAR
THOLA ET PHUA IASUB
ET SAMARON QUATTUOR
FILII THOLA OZI ET RAPHAIA
ET IERIHEL ET IEMAI
ET IEBSEM ET SAMUHEL
PRINCIPES PER DOMOS
COGNATIONUM SUARUM
DE STIRPE THOLA UIRI
FORTISSIMI NUMERATI SUNT
IN DIEB· DAUID XX II MILIA DC
FILII OZI EZRAIA DE QUO
NATI SUNT MICHAHEL
ET MADIA ET IOHEL ET IESIA
QUINQ· OMNES PRINCIPES
CUMQ· EIS PER FAMILIAS ET POPULOS
SUOS ADCINCTI AD PROELIUM
UIRI FORTISSIMI · XXXUI MILIA
MULTAS ENIM HABUERE UXORES
ET FILIOS
FRATRES QUOQ· EORUM PER
OMNEM COGNATIONEM
ISSACHAR ROBUSTISSIMI
AD PUGNANDUM OCTOGINTA
SEPTEM MILIA NUMERATI SUNT
FILII BENIAMIN BALE ET BOCHOR
ET IADIHEL TRES
FILII BALE ESBON ET OZI ET OZIHEL
ET IERIMOTH ET URAI
PRINCIPES FAMILIARUM ET AD
PUGNANDUM ROBUSTISSIMI
NUMERUS AUTEM EORUM
UIGINTI DUO MILIA ET TRIGINTA
ET QUATTUOR
PORRO FILII BOCHOR ZAMIRA
ET IOAS ET ELIEZER
ET ELIOENAI ET AMRI
ET IERIMOTH ET ABIA
ET ANATHOTH ET ALMACHAN
OMNES HII FILII BOCHOR
NUMERATI SUNT PER FAMILIAS
SUAS PRINCIPES COGNATIONUM
ET AD BELLA FORTISSIMI
UIGINTI MILIA ET DUCENTI
PORRO FILII EDIHEL BALAN
FILII AUTEM BALAN HIEUS
ET BENIAMIN ET ATHOTH
ET CHANANA ET IOTHAN
ET THARSIS ET ASAR
OMNES HII FILII IEDIHEL
PRINCIPES COGNATIONUM SUARUM
UIRI FORTISSIMI · X · ET SEPTEM
MILIA DUCENTI AD PROELIUM
PROCEDENTES
SEPHAM QUOQUE ET APHAM
FILII HIR ET ASIM FILII AER
FILII AUTEM NEPTALI SASIHEL
ET GUNI ET AIAR ET SELLUM FILII
BALA ·

Porro filius Manasse Esribel
concubinaque eius Sira peperit
Machir patrem Galaad
Machir autem accepit
uxores filiis suis
Happhim et Sepham
et habuit sororem nomine
Maacha
nomen autem secundi
Salphaad
nataeq; sunt Salphaad filiae
et peperit Maacha uxor
Machir filium. uocauitque
nomen eius Phares
porro nomen fratris
eius Sares
et filius eius. Ulam et Recem.
filius autem Ulam Badan
hii sunt filii Galaad filii Machir
filii Manasse
soror autem eius Regina
peperit uirum decorum
et Abiezer et Moola
erant autem filii Semida
Ain et Sechem et Leci
et Aniam
Filii autem Ephraim Suthala
Bareth filius eius
Thaath filius eius
Elada filius eius
Thaath filius eius
et huius filius Zabad
et huius Suthala
et huius Ezer et Helad
occiderunt autem eos uiri
Geth indigenae
quia Geth descenderunt
ut inuaderent posses
siones eorum
Luxit igitur Ephraim pater
eorum multis diebus
et uenerunt fratres eius
ut consolarentur eum
ingressusq; est ad uxorem
suam quae concepit
et peperit filium
et uocauit nomen eius Beria
eo quod in malis domus eius
ortus est
filia autem eius fuit Sara
quae aedificauit Bethoron
inferiorem et superiorem
et Ozen Sara
porro filius eius. Rapha.
et. Reseph. et. Hale.
de quo natus est Thaan
qui genuit Laadan
huius quoq; filius Ammiud
genuit Elizama
de quo ortus est Nun
qui habuit filium Iosue
possessio autem eorum
et habitatio Bethel
cum filiab; suis
et contra orientem Noran
ad occidentalem plagam
Gazer et filiae eius
Sychem quoq; cum filiab; suis
usq; Aza et filias eius
iuxta filios quoq; Manasse
Bethsan et filias eius
Mageddo et filias eius
Dor et filias eius
in his habitauerunt filii Ioseph
filii Israhel
Filii Aser Iomana et Isui
et Baraia et Sara soror
eorum
filii autem Baria Heber
et Melchihel ipse est
pater Barzait
Heber autem genuit Eiphlat
et Somer et Iotham
et Suaa sororem eorum
filii Ephlat Phosech
et Thamaal et Asoth
hii filii Ephlat
porro filii Somer Ahi.

et roma et iaba et aram
Filii autem helem fratris eius
suphasue arnaphed et sual
et beri et imara
Bossor et od et samma
et salusa et ietran et bera
Filii iether iephone et paspha
et ara
Filii autem olla aree
et anihel et resia
Omnes hii filii aser
principes cognationum electi
atq; fortissimi duces ducum
Numerus autem eorum
aetatis quae apta esset
ad bellum uiginti sex milia
VIII. Beniamin autem genuit bale
primogenitum suum.
absal secundum. ohora tertiū
nuaha quartum. et rafa
quintum
Fueruntq; filii bale addaor
et gera et abiut
abisue quoq; eneman et ahoe
sed et gera et sephuphan
et turam
hii sunt filii aod principes
cognationum habitantium
in gabaa
qui translati sunt in manath
nooman autem et achia et gera
ipse transtulit eos
et genuit oza et haiud
porro saarim genuit in regione
moab postquam dimisit
usim et bara uxores suas
genuit autem de edes
uxore sua iobab et sebia
et mosa et molchum
iebus quoq; et sechia et marma
hii sunt filii eius principes
in familiis suis
meusim uero genuit abitob
et elphaal

porro filii elphaal haber
et misaam et samod
hic aedificauit ono et lud
et filias eius
Barra autem et samma
principes cognationum
habitantium in aialom
hii fugauerunt habitatores
geth
et haio et sesac et ierimoth
et zabadia et mosollam
et ezeci et heber. et iesa
mari. et iezalia et iobal
Filii elphaal et iacim et zeori
et zabdi et helioenai
et selethai et helibel
et adaia et baraia
et samarath
Filii semei et iespan et heber
et helibel. et abdon
et sechri et haran et ailam
et athothia et iephdaia
et phanuhel
Filii sesac et samsari et soora
et otholia et iersia et helia
et zechri filii eorum
hii patriarchae et cognationum
principes qui habitauerunt
in hierusalem
In gabaon autem habitauerunt
abigabaon. et nomen uxoris
eius macha
Filiusq; eius primogenitus
abdon et sur et cis
et baal et nabad
gedur quoq; et aio et zacher
et macelloth
et macelloth genuit samaa
habitaueruntq; ex aduerso
fratrum suorum in hierusa
lem cum fratrib; suis
Ner autem genuit cis
et cis genuit saul
porro saul genuit ionathan

et melchisue et abinadab
et sesbaal.
filius autem ionathan meribaal
genuit micha
filii micha phithon et melech
et thara et ahaz
et ahaz genuit ioiada
et ioiada genuit salmoth
et azmoth et samari
porro zamari genuit mosa
et mosa genuit bana
cuius filius fuit rapha
de quo ortus est elasa
qui genuit asel.
porro asel sex filii fuere
his nominib; ezricam
bochru ismahel saria
abadia anon
omnes hii filii asel.
filii autem essec fratris eius
ulam primogenitus eius
et us secundus et eliphal
tertius
fuerunt filii ulam uiri robu
stissimi et magno robore
tendentes arcum
et multos habentes filios
ac nepotes usq; ad CL milia
omnes hii filii beniamin
IX Uniuersus ergo israhel
dinumeratus et summa
eorum scripta est in libro
regum isrl̅ et iuda
translati sunt in babylonem
propter delictum suum
qui autem habitauerunt
primi in possessionibus
et in urbib; suis israhel
et sacerdotes leuitae
et nathinaei
commorati sunt in hierusalē
de filiis iuda et de filiis
beniamin
de filiis quoq; ephraim et manasse.

Othei filius amiud filius emri
filius ombrai filii bonni
de filiis phares filii iuda
et de siloni asaia primogenitus
et filius eius
de filiis autem zarai euhol
et fratres eorum DCXC
porro de filiis beniamin
in saulo filius mosollam
filii oduia filii asaria
et iobania filius hieroam
et hela filius ozi filii mochori
et mosollam filius saphatiae
filii rahuel filii iebaniae
et fratres eorum per familias
suas DCCCCLUI
omnes hii principes cognationū
per domus patrum suorum
de sacerdotib; autem iedaia
oiarib. et iachim
azarias quoq; filius helciae
filii mosollam filii sadoc
filii marioth filii ahitob
pontifex domus dn̄i
porro adaias filius ieroam
filii phassor filii melchia
et masaia filius adihel filii iezra
filii mosollam filii mosol
lamoth filii emmer
fratres quoq; eorum principes
per familias suas mille
septingenti sexeceses
fortissimi robore
ad faciendum opus ministerii
in domu dn̄i
de leuitis autem semeia filius
sabub et filii ezricam
filii asebiu de filiis merari
bacbacar quoq; carpentarius
et galaad
et machania filius micha
filii zechri filii asaph
et obdia filius semeiae
filii galal filii iothun

ET BARACHEA FILIUS ASA
FILII HELCANA QUI HABITAUIT
IN ATRIIS NETOPHATI
IANITORES AUTEM SELLUM
ET ACUB ET ELEMON ET ABIMAN.
ET FRATER EORUM SELLUM
PRINCEPS USQ· AD ILLUD
TEMPUS IN PORTA REGIS
AD ORIENTEM OBSERUABANT
PER UICES SUAS DE FILIIS LEUI
SELLUM UERO FILIUS CORE FILII
ABIASAPH FILII CORE CUM FRATRI
BUS SUIS ET DOMO PATRIS SUI
HII SUNT CORITAE SUPER OPERA
MINISTERII
CUSTODES UESTIBULORUM
TABERNACULI
ET FAMILIAE EORUM PER UICES
CASTRORUM DÑI CUSTODIENTES
INTROITUM
FINEES AUTEM FILIUS ELEAZAR
ERAT DUX EORUM CORAM DÑO
PORRO ZACHARIAS FILIUS
MOSOLLAM IANITOR PORTAE
TABERNACULI TESTIMONII
OMNES HII ELECTI IN OSTIARIOS
PER PORTAS DUCENTI DUODECIM
ET DESCRIPTI IN UILLIS PROPRIIS
QUOS CONSTITUERUNT DAUID
ET SAMUHEL UIDENS
IN FIDE SUA
TAM IPSOS QUAM FILIOS EORUM
IN OSTIIS DOMUS DÑI
ET IN TABERNACULO
UICIBUS SUIS
PER QUATTUOR UENTOS ERANT
OSTIARII ID EST AD ORIENTEM
ET AD OCCIDENTEM ET AD
AQUILONEM ET AD AUSTRUM
FRATRES AUTEM EORUM
IN UICULIS MORABANTUR
ET INUENIEBANT IN SABBATIS
SUIS DE TEMPORE
USQ· AD TEMPUS

HIS QUATTUOR LEUITIS CREDITUS
ERAT OMNIS NUMERUS
IANITORUM
ET ERAT SUPER EXAEDRAS
ET THESAUROS DOMUS DÑI
PER GYRUM QUOQUE TEMPLI
MORABANTUR IN CUSTODIIS SUIS
UT CUM TEMPUS FUISSET IPSI
MANE APERIRENT FORES
DE HORUM GREGE ERANT
ET SUPER UASA MINISTERII
AD NUMERUM ENIM ET INFERE
BANTUR UASA ET EFFERE
BANTUR
DE IPSIS ET QUI CREDITA HABEBANT
UTENSILIA SCUARII PRAEERANT
SIMILAE ET UINO ET OLEO
ET THURI ET AROMATIBUS
FILII AUTEM SACERDOTUM
UNGENTA EX AROMATIBUS
CONFICIEBANT
ET MATHATIAS LEUITIS PRIMO
GENITUS SELLUM CORITAE
PRAEFECTUS ERAT OMNIUM
QUAE IN SARTAGINE FRIGE
BANTUR
PORRO DE FILIIS CAATH FRATRIBUS
EORUM SUPER PANES ERANT
PROPOSITIONIS
UT SEMPER NOUOS PER SINGULA
SABBATA PRAEPARARENT
HII SUNT PRINCIPES CANTORUM
PER FAMILIAS LEUITARUM
QUI IN EXAEDRIS MORA
BANTUR
ITA UT DIE ET NOCTE IUGITER
SUO MINISTERIO DESERUI
RENT CAPITA LEUITARUM
PER FAMILIAS SUAS
PRINCIPES MANSERUNT
IN HIERUSALEM
IN GABAON AUTEM COMMORATI
SUNT PATER GABON
IAHIEL

ET NOMEN UXORIS EIUS MAACHA
FILIUS PRIMOGENITUS EIUS
ABDON ET SUR ET CIS ET BAAL
ET NEER ET NEDAB
GEDOR QUOQ· ET AHIO ET ZACHARIA
ET MACELLOTH
PORRO MACELLOTH GENUIT
SEMMAAM·
ISTI HABITAVERUNT E REGIONE
FRATRUM SUORUM IN HIERU
SALEM CUM FRATRIB· SUIS
NER AUTEM GENUIT CIS
ET CIS GENUIT SAUL
ET SAUL GENUIT IONATHAN
ET MELCHISUE ET ABINADAB
ET ESBAAL
FILIUS AUTEM IONATHAN MERIBBAAL
ET MERIBBAAL GENUIT MICHA
PORRO FILII MICHA
PHITON ET MALETH
ET THARA
AHAZ AUTEM GENUIT IARA
ET IARA GENUIT ALAMOTH
ET AZMOTH ET ZAMRI
ET ZAMRI GENUIT MOSA
MOSA VERO GENUIT BAANA
CUIUS FILIUS RAPHAIA GENUIT
HELASA DE QUO ORTUS
EST ESEL
PORRO ESEL SEX FILIOS HABUIT
HIS NOMINIBUS EZRICAM
BOCHRU ISMAHEL SARIA
ABADIA ANON HI FILII ESEL

PHILISTIM AUTEM PUGNABANT
CONTRA ISRAHEL
FUGERUNTQUE VIRI ISRAHEL
PALESTINOS
ET CECIDERUNT VULNERATI
IN MONTE GELBOE
CUMQ· ADPROPIASSENT PHILISTEI
PERSEQUENTES SAUL
ET FILIOS EIUS
PERCUSSERUNT IONATHAN
ET AMINADAB ET MELCHISUE
FILIOS SAUL
ET ADGRAVATUM EST PROELIUM
CONTRA SAUL
INVENERUNTQ· EUM SAGITTARII
ET VULNERAVERUNT IACULIS
ET DIXIT SAUL AD ARMIGERUM SUUM
EVAGINA GLADIUM TUUM
ET INTERFICE ME
NE FORTE VENIENT INCIRCUMCISI
ISTI ET INLUDANT MIHI
NOLUIT AUTEM ARMIGER EIUS
HOC FACERE TIMORE
PERTERRITUS
ARRIPUIT IGITUR SAUL ENSEM
ET INRUIT IN EUM
QUOD CUM VIDISSET ARMIGER EIUS
VIDELICET MORTUUM
ESSE SAUL
INRUIT ETIAM IPSE IN GLADIUM
SUUM ET MORTUUS EST
INTERIIT IGITUR SAUL ET TRES
FILII EIUS ET OMNIS DOMUS ILLIUS
PARITER CONCIDIT
QUOD CUM VIDISSENT VIRI ISRAHEL
QUI HABITABANT IN CAMPESTRIB·
FUGERUNT
ET SAUL AC FILII EIUS MORTUI
DERELIQUERUNT URBES SUAS
ET HUC ILLUCQUE
DISPERSI SUNT
VENERUNTQ· PHILISTIIM
ET HABITAVERUNT IN EIS
DIE IGITUR ALTERO DETRAHENTES

philistim spolia caesorum
invenerunt saul et filios eius
iacentes in monte gelboe
cumq; spoliassent eum etiam
putassent caput armisque
nudassent miserunt
in terram suam
ut circumferretur et osten
deretur idolorum templis
et populis
arma autem eius consecra
verunt in fano dei sui
et caput adfixerunt
in templo dagon
Hoc cum audissent viri iabes
galaad
omnia scilicet quae philistim
fecerunt super saul
consurrexerunt singuli
virorum fortium
et tulerunt cadaver saul
et filiorum eius
adtuleruntq; ea in iabes
et sepelierunt ossa eorum
subter quercum quae erat
in iabes
et ieiunaverunt septem diebus
Mortuus est ergo saul
propter iniquitates suas
eo quod praevaricatus sit
mandatum dni quod prae
ceperat et non custodierit
illud
sed insuper etiam pithonissa
consuluerit
nec speraverit in dno propter
quod et interfecit eum
et transtulit regnum eius
ad david filium iesai
XI Congregatus est igitur
omnes israhel ad david
in hebron dicens
os tu . um sumus et caro tua
heri quoque et nudius tertius
cum adhuc regnaret saul
tu eras qui educebas et intro
ducebas israhel
tibi enim dixit dns ds tuus
tu pascis populum israhel
et tu eris princeps super eum
venerunt ergo omnes maiores
natu isrl ad regem in hebron
et init david cum eis foedus
coram dno
unxeruntq; eum regem
super israhel iuxta sermone
quem locutus est in manu
samuhel
Abiit quoque david et omnis
israhel in hierusalem
haec est iebus
ubi erant iebusei habitatores
terrae
dixeruntq; qui habitabant
in iebus ad david
non ingredieris huc
porro david cepit arcem
sion quae est civitas david
dixitq; omnis qui percusserit
iebuseum in primis erit
princeps et dux
ascendit igitur primus ioab
filius sarviae et factus
tibi est princeps
habitavit autem david in arce
et idcirco appellata est
civitas david
aedificavitq; urbem in circuitu
a mello usq; ad gyrum
ioab autem reliquam urbis
extruxit
proficiebat que david
vadens et crescens
et dns exercituum erat
cum eo
Hii principes virorum fortiu
david qui adiuverunt eum
ut rex fieret super

omnem israhel
Iuxta verbum dñi quod locutus
est ad israhel
Et iste numerus robustorũ david
Iesbaam filius achamoni
princeps inter triginta
Iste levavit hastam suam
super trecentos vulneratos
una vice
Et post eum elezar filius
patrui eius ahoites qui erat
inter tres potentes
Iste fuit cum david in aphes
dommin quando philistim
congregati sunt ad locum
illum in proelium
Et erat ager regionis illius
plenus hordeo
Fugitq; populus a facie
philisthinorum
hic stetit in medio agri et de
fendit eum cum percussis
set philisteos
dedit dñs salutem magnam
populo suo
Discenderunt autem tres
de triginta principibus
ad petram in qua erat david
ad speluncam odollam
quando philistiim fuerant
castrametati in valle
raphaim
Porro david erat in praesidio
et statio philistinorum
in bethleem
desideravit igitur david
et dixit
o si quis daret mihi de cisterna
bethleem quae est
in porta
Tres ergo isti per media
castra philisthinorum
perrexerunt
et hauserunt aquam
de cisterna bethleem quae
erat in porta
et adtulerunt ad david
ut biberet
qui noluit sed magis libavit
illam dño dicens
absit in conspectu dĩ mei hoc
faciam et sanguinem virorũ
istorum bibam
quia in periculo animarum
suarum adtulerunt
mihi aquam
et ob hanc causam noluit bibere
haec fecerunt tres
robustissimi
Abisai quoque frater ioab
ipse erat princeps trium
et ipse elevavit hastam suam
contra trecentos
vulneratos
et ipse erat inter tres nomina
tissimus
inter tres secundos inclytus
et per princeps eorum
verum tamen usq; ad tres
primos non pervenerat
Banaia filius ioiadae viri robu
stissimi qui multa opera
perpetrarat de chabsehel
ipse percussit duos
arihel moab
et ipse descendit et inter
fecit leonem in media
cisterna tempore nivis
et ipse percussit virum
aegyptium cuius statura
erat quinq; cubitorum
et habebat lanceam ut licia to
rium texentium
descendit ergo ad eum
cum virga
et rapuit hastam quam
tenebat manu; et inter
fecit eum hasta sua

Haec fecit banaia filius ioada
qui erat inter tres robustos
nominatissimus inter
triginta primus
uerumtamen ad tres usque
non peruenerat
posuit autem eum dauid
ad auriculam suam
Porro fortissimi in exercitu
asahel frater ioab
et elehanan filius patrui eius
de bethleem
semmoth arorites
helles phallonites
iras filius acces thecuites
abiezer anathothites
sobbochai arothites
ilai haotites
marai netophatites
heleb filius baana netophatites
ethai filius ribai de gabaat
filiorum beniamin
banaia pharathonites
uiri de torrente gaas
abial arabathites
azmoth bauramites
eliaba salabonites
filii asom gezonites
ionathan filius sega ararites
ahiam filius sachar arites
eliphal filius ur
apher mecherathites
ahia pellonites
asrai carmelites
noorai filius azbi
iohel frater nathan
mabar filius agarai
sellec ammonites
noorai berothites armiger
ioab filii saruiae
iras iethreus
gareb iethreus
urias ettheus
zabad filius sooli
adina filius seza rubenites
princeps rubenitarum
et cum eo triginta
hanan filius macha
et iosaphath mathanites
ozias astharothites
semma et iahiel filii hotam
aroerites
iedihel filius samri et ioha
frater eius thosaites
elihel mauemites
et ieribai et iosaia filii elnaem
et iethma moabites
et lihel et obeth et iasihel
de masobia
XII Hi quoque uenerunt ad dauid
in sicilec cum adhuc fugeret
saul filium cis
qui erant fortissimi et egregii
pugnatores tendentes arcum
et utraq· manu fundis saxa
iacientes et dirigentes
sagittas
de fratrib· saul et beniamin
princeps ahiezer et ioas
filii sammaa gabathites
et iazihel et phallet
filii azmoth
et baracha et ieu anathothites
samaias quoque gabaonites
fortissimus inter triginta
et super triginta
hieremias et iezechiel
et ianan et iezabat gaderothites
elizai et ierimuth et baalia
et samaria et saphatia
aruphites
helcana et iesia et azrahel
et iozer et iesbaam
de carein
ioela quoque et zabadia
filii ieroam de gedor
sed et de gaddi transfugerunt

ad david cum lateret
in deserto
viri robustissimi et pugna-
tores optimi tenentes
clypeum et hastam
facies eorum quasi facies
leonis
et veloces quasi caprae
in montibus
Ezer princeps. Obdias secundus
Eliab tertius. Masmana
quartus
Hieremias quintus
Hittis sextus
Helibel septimus
Iohannan octavus
Helzebat nonus. Hieremias
decimus. Bachannai
undecimus
hii de filiis Gad
princeps exercitus novissimus
centum militibus praeerat
et maximus mille
isti sunt qui transierunt
Iordanem mense primo
quando inundare consuevit
super ripas suas
et omnes fugaverunt qui
morabantur in vallibus
ad orientalem plagam
et occidentalem
venerunt autem et de Beniamin
et de Iuda ad praesidium
quo morabatur David
Egressusq· est David obviam
eis et ait
si pacifice venistis ad me
ut auxiliemini mihi cor meum
iungatur vobis
si autem insidiamini mihi
pro adversariis meis
cum ego iniquitatem
in manib· non habeam
videat ds patrum nostrorum
et iudicet
Et sps vero induit Amisai
principem inter XXX et ait
tui sumus o David
et tecum fili Isai
pax tibi et pax adiutorib· tuis
te enim adiuvat ds tuus
suscepit ergo eos David
et constituit principes
turmae
Porro de Manasse trans-
fugerunt ad David
quando veniebat cum Philisthim
adversum Saul ut pugnaret
et non dimicavit cum eis
quia inito consilio remiserunt
eum principes Philisthinorū
dicentes
periculo capitis nostri revertetur
ad dominum suum Saul
quando igitur reversus est
in Siceleg transfugerunt
ad eum de Manasse
Ednas et Iozabad et Iedihel
et Michahel et Iozabad
et Eliu et Salathi
principes milium in Manasse
hii praebuerunt auxilium
David adversum
latrunculos
omnes enim erant viri
fortissimi et facti sunt
principes in exercitu
sed et per singulos dies
veniebant ad David
ad auxiliandum ei
usquedum fieret grandis
numerus quasi exercitus di
iste quoq· est numerus
principum exercitus
qui venerunt ad David
cum esset in Hebron
ut transferrent regnum Saul
ad eum iuxta verbum dni

FILII IUDA PORTANTES CLYPEUM
ET HASTAM SEX MILIA
OCTINGENT EXPEDITI
AD PROELIUM
DE FILIIS SYMEON UIRORUM FOR
TISSIMORUM AD PUGNANDUM
SEPTEM MILIA CENTUM
DE FILIIS LEUI QUATTUOR MILIA
SESCENTI
IOIADAE QUOQUE PRINCEPS
DE STIRPE AARON ET CUM EO
SEPTEM MILIA SEPTINGENTI
SADOC ETIAM PUER EGREGIAE
INDOLIS ET DOMUS PATRIS EIUS
PRINCIPES UIGINTI DUO
DE FILIIS AUTEM BENIAMIN
FRATRIB SAUL TRIA MILIA
MAGNA ENIM PARS EORUM
ET ADHUC SEQUEBANTUR
DOMUM SAUL
PORRO DE FILIIS EPHRAIM
UIGINTI MILIA OCTINGENTI
FORTISSIMI ROBORE UIRI
NOMINATI IN COGNATIONIB SUIS
ET EX DIMIDIA PARTE TRIBUS
MANASSE DECEM ET OCTO
MILIA SINGULI PER NOMINA SUA
UENERUNT UT CONSTITUERENT
REGEM DAUID
DE FILIIS QUOQ ISSACHAR
UIRI ERUDITI
QUI NORANT SINGULA TEMPORA
AD PRAECIPIENDUM FACERE QUID
DEBERET ISRAHEL
PRINCIPES DUCENTI
OMNIS AUTEM RELIQUA TRIBUS
EORUM CONSILIUM
SEQUEBANTUR
PORRO DE ZABULON QUI EGREDIE
BANTUR AD PROELIUM
ET STABANT IN ACIE INSTRUCTI
ARMIS BELLICIS
QUINQUAGINTA MILIA
UENERUNT IN AUXILIUM
NON CORDE DUPLICI
ET DE NEPTALI PRINCIPES MILLE
ET CUM EIS INSTRUCTI CLYPEO
ET HASTA TRIGINTA SEPTEM MILIA
DE DAN ETIAM PRAEPARATI
AD PROELIUM UIGINTI OCTO MILIA
SESCENTORUM
ET DE ASER EGREDIENTES
AD PUGNAM ET IN ACIE PRO
UOCANTES QUADRAGINTA MILIA
TRANS IORDANEN AUTEM
DE FILIIS RUBEN ET GAD
ET DIMIDIA PARTE TRIBUS
MANASSE INSTRUCTI ARMIS
BELLICIS CENTUM UIGINTI MILIA
OMNES ISTI UIRI BELLATORES
ET EXPEDITI AD PUGNANDUM
CORDE PERFECTO UENERUNT
IN HEBRON
UT CONSTITUERENT REGEM
DAUID SUPER UNIUERSUM
ISRAHEL
SED ET OMNES RELIQUI EX ISRAHEL
UNO CORDE ERANT UT REX
FIERET DAUID
FUERUNTQ IBI APUD DAUID
TRIBUS DIEBUS COMEDENTES
ET BIBENTES
PRAEPARAUERUNT ENIM EIS
FRATRES SUI
SED ET QUI IUXTA EOS ERANT
USQ AD ISSACHAR ET ZABULON
ET NEPTALIM ADFEREBANT
PANES
IN ASINIS ET CAMELIS ET MULIS
ET BUBUS AD UESCENDUM
FARINAM PALATHAS UUAM PASSA
UINUM OLEUM BOUES
ET ARIETES AD OMNEM COPIAM
GAUDIUM QUIPPE ERAT
IN ISRAHEL
XIII INIIT AUTEM CONSILIUM DAUID
CUM TRIBUNIS ET CENTURIONIB
ET UNIUERSIS PRINCIPIBUS

ET AIT AD OMNEM COETUM ISRAHEL
SI PLACET UOBIS ET A DÑO DO NRO
EGREDITUR SERMO QUEM
LOQUOR
MITTAMUS AD FRATRES NOSTROS
RELIQUOS IN UNIUERSAS
REGIONES ISRAHEL
ET AD SACERDOTES ET LEUITAS
QUI HABITANT IN SUBURBANIS
URBIUM UT CONGREGENTUR
AD NOS
ET REDUCAMUS ARCAM DI NRI
AD NOS
NON ENIM REQUISIUIMUS EAM
IN DIEBUS SAUL
ET RESPONDIT UNIUERSA
MULTITUDO UT ITA FIERET
PLACUERAT ENIM SERMO
OMNI POPULO
CONGREGAUIT ERGO DAUID
CUNCTUM ISRAHEL A SIOR
AEGYPTIOS DUM INGREDIARIS
EMATH
UT ADDUCERET ARCAM DI
DE CHARIATHIARIM
ET ASCENDIT DAUID ET OMNIS UIR
ISRAHEL AD COLLEM CHARIATHI
ARIM QUAE EST IN IUDA
UT AD FERRENT INDE ARCAM DI
DÑI SEDENTIS SUPER CHERUBIN
UBI INUOCATUM EST NOMEN EIUS
INPOSUERUNTQ· ARCAM DI
SUPER PLAUSTRUM NOUUM
DE DOMO AMINADAB
OZA AUTEM ET FRATRES EIUS
MINABANT PLAUSTRUM
PORRO DAUID ET UNIUERSUS
ISRAHEL LUDEBANT CORAM DO
OMNI UIRTUTE
IN CANTICIS ET IN CITHARIS
ET PSALTERIIS ET TYMPANIS
CYMBALIS ET TUBIS
CUM AUTEM PERUENISSENT
AD AREAM CHIDON

TETENDIT OZA MANUM SUAM
UT SUSTENTARET ARCAM
BOS QUIPPE LASCIUIENS PAULULUM
INCLINAUERAT EAM
IRATUS EST ITAQ· DÑS
CONTRA OZAM
ET PERCUSSIT EUM EO QUOD
CONTIGISSET ARCAM
ET MORTUUS EST IBI CORAM DO
CONTRISTATUSQ· DAUID EO QUOD
DIUISISSET DÑS OZAM
UOCAUIT LOCUM ILLUM DIUISIO
OZA USQ· IN PRAESENTEM DIEM
ET TIMUIT DM TUNC TEMPORIS
DICENS
QUOMODO POSSUM AD ME
INTRODUCERE ARCAM DI
ET OB HANC CAUSAM NON EAM
ADDUXIT AD SE HOC EST
IN CIUITATE DAUID
SED AUERTIT IN DOMUM
OBEDEDOM GETHEI
MANSIT ERGO ARCA DI IN DOMO
OBEDEDOM TRIB· MENSIBUS
ET BENEDIXIT DS DOMUI EIUS
ET OMNIB· QUAE HABEBAT
XIIII MISIT QUOQUE HIRAM REX TYRI
NUNTIOS AD DAUID
ET LIGNA CEDRINA ET ARTIFICES
PARIETUM LIGNORUMQUE
UT AEDIFICARENT EI DOMUM
COGNOUITQ· DAUID EO QUOD
CONFIRMASSET EUM DÑS
IN REGEM SUPER ISRAHEL
ET SUBLEUATUM ESSET REGNUM
SUUM SUPER POPULUM
EIUS ISRAHEL
ACCEPIT QUOQUE DAUID ALIAS
UXORES IN HIERUSALEM
GENUITQ· FILIOS ET FILIAS
ET HAEC NOMINA EORUM QUI
NATI SUNT EI IN HIERUSALEM
SAMMU. ET SOBAB. NATHAN.
ET SALAMON. GEBAS ET HELISU.

et eliphaleth
noga quoq; et naphec et iapphie
elisama et baliada et eliphaleth
Audientes autem philistim
eo quod unctus esset david
in regem super universum
israhel
ascenderunt omnes ut quae
rerent eum
quod cum audisset david
egressus est obviam eis
porro philistim venientes
diffusi sunt in valle raphaim
consuluitq; david dm dicens
si ascendam ad philistheos
si trades eos in manu mea
et dixit ei dns
ascende et tradam eos
in manu tua
cumq; illi ascenderent
ibi david et dixit - in baal pharasim percussit eos
divisit ds inimicos — meos per manum meam
sicut dividuntur aquae
et idcirco vocatum est nomen
loci illius baal pharasim
dereliqueruntq; ibi deos suos
quos david iussit exuri
Alia etiam vice philistim
inruerunt et diffusi sunt
in valle
consuluitq; rursum david dm
et dixit ei dns non ascendas
post eos recede ab eis
et venies contra illos
ex adverso pirorum
cumq; audieris sonitum
gradientis in cacumine
pirorum
tunc egredieris ad bellum
egressus est enim ds et per
cussit castra philisthinorum
de gabaon usq; gazera
divulgatumq; est nomen david
in universis regionibus
et dns dedit pavorem eius
super omnes gentes
XV Fecitque quoque sibi domus
in civitate david
et aedificavit locum arcae di
tetenditq; ei tabernaculum
tunc dixit david
inlicitum est ut a quocumque
portetur arca
nisi a levitis quos elegit ds
ad portandum eam
et ad ministrandum sibi
usq; in aeternum
congregavitque universum
israhel in hierusalem
ut adferretur arca dni in locum
suum quem praeparaverat ei
nec non et filios aaron
et levitas
De filiis caath urihel princeps
fuit . et fratres eius . c . xx .
de filiis merari asaia princeps
et fratres eius . cc . xx .
de filiis gersom iohel princeps
et fratres eius . c . xxx .
de filiis elisaphan semeias
princeps et fratres eius . cc .
de filiis hebron helihel
princeps et fratres eius
octoginta
de filiis ozihel aminadab
princeps et fratres eius
octoginta
Vocavitq; david sadoc
et abiathar sacerdotes
et levitas urihel asaiam
iohel semeiam elihel
et aminadab
et dixit ad eos
vos qui estis principes
familiarum leviticarum
scificamini cum fratrib;
vestris
et adferte arcam dni di israhel

AD LOCUM QUI EI PRAEPARATUS EST
NE UT A PRINCIPIO QUIA NON ERATIS
PRAESENTES PERCUSSIT NOS DNS
SIC ET NUNC FIAT
INLICITUM QUID NOBIS AGENTIBUS
SCIFICATI SUNT ERGO SACERDOTES
ET LEUITAE UT PORTARENT
ARCAM DNI DI ISRAHEL
ET TULERUNT FILII LEUI ARCAM DI
SICUT PRAECEPERAT MOSES
IUXTA UERBUM UMERIS SUIS
IN UECTIBUS
DIXIT QUOQ; DAUID PRINCIPIBUS
LEUITARUM
UT CONSTITUERENT DE FRATRIBUS
SUIS CANTORES IN ORGANIS
MUSICORUM
NABLIS UIDELICET ET LYRIS
ET CYMBALIS
UT RESONARET IN EXCELSUM
SONITUS LAETITIAE
CONSTITUERUNTQUE LEUITAS
HEMAN FILIUM IOHEL
ET DE FRATRIBUS EIUS ASAPH
FILIUM BARACHIAE
DE FILIIS UERO MERARI FRATRIBUS
EORUM ETHAN FILIUM CASAIAE
ET CUM EIS FRATRES EORUM
IN SECUNDO ORDINE
ZACHARIAM. ET. BEN. ET. IAZIHEL.
ET SEMIRAMOTH. ET IAHIHEL.
ETHANI. ELIAB. ET. BANAIAM
ET MAASIAM. ET. MATHATHIAM.
ET. ELIPHALU. ET. MACENIAM
ET OBEDEDOM ET IEIHEL.
IANITORES
PORRO CANTORES EMAN. ASAPH
ET ETHAM IN CYMBALIS
AENEIS CONCREPANTES
ZACHARIAS. AUTEM. ET OZIHEL.
ET. SEMIRAMOTH. ET. IAIHEL.
ET ETHANI ET ELIAB
ET MAASIAS ET BANAIAS
IN NABLIS ARCANA CANTABANT

PORRO MATHATHIAS ET ELIPHALU
ET MACHENIAS ET OBEDEDOM
ET IEIHEL ET OZAZIU IN CITHARIS
PRO OCTAUA CANEBANT
CHONENIAS AUTEM PRINCEPS
LEUITARUM PROPHETIAE
PRAEERAT AD PRAECINENDAM
MELODIAM
ERAT QUIPPE UALDE SAPIENS
ET BARACHIAS ET ELCANA
IANITORES AR CAE
PORRO SEBENIAS ET IOSAPHATH
ET NATHANAHEL ET AMASIA
ET ZACHARIAS ET BANAIAS
ET ELIEZER SACERDOTES
CLANGEBANT IN TUBIS CORAM
ARCA DI
ET OBEDEDOM ET ACHIAS ERANT
IANITORES ARCAE
IGITUR DAUID ET MAIORES NATU
ISRAHEL ET TRIBUNI
IERUNT AD DEPORTANDAM ARCAM
FOEDERIS DNI DE DOMO OBEDEDOM
CUM LAETITIA
CUMQ; ADIUUISSET DS LEUITAS
QUI PORTABANT ARCAM
FOEDERIS DNI
IMMOLABANTUR SEPTEM TAURI
ET SEPTEM ARIETES
PORRO DAUID ERAT INDUTUS
STOLA BYSSINA. ET UNIUERSI
LEUITAE QUI PORTABANT ARCAM
CANTORESQ; ET CHONENIAS
PRINCEPS PROPHETIAE
INTER CANTORES
DAUID AUTEM INDUTUS ERAT
ETIAM EPHOD LINEO
UNIUERSUSQUE ISRAHEL DEDUCE
BANT ARCAM FOEDERIS DNI
IN IUBILO ET SONITU BUCINAE
ET TIBIIS ET CYMBALIS
ET NABLIS ET CITHARIS
CONCREPANTES
CUMQ; PERUENISSET ARCA

FOEDERIS DNI USQ· AD CIUITATE
DAUID
MICHOL FILIA SAUL PROSPICIENS
PER FENESTRAM
UIDIT REGEM DAUID SALTANTEM
ATQUE LUDENTEM ET DESPEXIT
EUM IN CORDE SUO
XCVI ADTULERUNT IGITUR ARCAM DI
ET CONSTITUERUNT EAM
IN MEDIO TABERNACULI
QUOD TETENDERAT EI DAUID
ET OBTULERUNT HOLOCAUSTA
ET PACIFICA CORAM DO
CUMQ· CONPLESSET DAUID
OFFERENS HOLOCAUSTA
ET PACIFICA BENEDIXIT POPULO
IN NOMINE DNI
DIUISIT UNIUERSIS PER SINGULOS
A UIRO USQ· AD MULIEREM
TORTAM PANIS ET PARTEM ASSAE
CARNIS BUBULAE ET FRIXAM
OLEO SIMILAM
CONSTITUITQ· CORAM ARCA DNI
DE LEUITIS QUI MINISTRARENT
ET RECORDARENTUR
OPERUM EIUS
ET GLORIFICARENT ATQ· LAUDARENT
DNM DM ISRAHEL
ASAPH PRINCIPEM ET SECUNDUM
EIUS ZACHARIAM
PORRO IAHIEL ET SEMIRAMOTH
ET IEIHEL ET MATHATHIAM
ET ELIAB ET BANAIAM
ET OBEDEDOM ET IEIHEL
SUPER ORGANA PSALTERII
ET LYRAS
ASAPH AUTEM UT CYMBALIS
PERSONARET
BANAIAM UERO ET AZIHEL SACER
DOTES CANERE TUBA IUGITER
CORAM ARCA FOEDERIS DNI
IN ILLO DIE FECIT DAUID PRINCIPEM
AD CONFITENDUM DNO ASAPH
ET FRATRES EIUS

CONFITEMINI DNO INUOCATE
NOMEN EIUS
NOTAS FACITE IN POPULIS ADIN
UENTIONES EIUS
CANITE EI ET PSALLITE ET NARRATE
OMNIA MIRABILIA EIUS
LAUDATE NOMEN SCM EIUS LAETE
TUR COR QUAERENTIUM DNM
QUAERITE DNM ET UIRTUTEM EIUS
QUAERITE FACIEM EIUS SEMPER
RECORDAMINI MIRABILIUM EIUS
QUAE FECIT · SIGNORUM ILLIUS
ET IUDICIORUM ORIS EIUS
SEMEN ISRAHEL SERUI EIUS
FILII IACOB ELECTI EIUS
IPSE DNS DS NOSTER IN UNIUERSA
TERRA IUDICIA EIUS
RECORDAMINI IN SEMPITERNUM
PACTI EIUS SERMONIS QUEM
PRAECEPIT IN MILLE GENERA
TIONES
QUEM PEPIGIT CUM ABRAHAM
ET IURAMENTI ILLIUS
CUM ISAAC
ET CONSTITUIT ILLUD IACOB
IN PRAECEPTUM ET ISRAHEL
IN PACTUM SEMPITERNUM
DICENS TIBI DABO TERRAM
CHANAAN FUNICULUM
HEREDITATIS UESTRAE
CUM ESSENT PAUCI NUMERO
PARUI ET COLONI EIUS
ET TRANSIERUNT DE GENTE
IN GENTEM ET DE REGNO
AD POPULUM ALTERUM
NON DIMISIT QUEMQUAM
CALUMNIARI EOS SED INCREPAUIT
PRO EIS REGES
NOLITE TANGERE XPOS MEOS
ET IN PROPHETIS MEIS
NOLITE MALIGNARI
CANITE DNO OMNIS TERRA
ADNUNTIATE EX DIE
SALUTARE EIUS

NARRATE IN GENTIB(US) GLORIAM EIUS
IN CUNCTIS POPULIS
MIRABILIA EIUS
QUIA MAGNUS DÑS ET LAUDABILIS
NIMIS ET HORRIBILIS SUPER
OMNES DEOS
OMNES ENIM DII POPULORUM IDOLA
DÑS AUTEM CAELOS FECIT
CONFESSIO ET MAGNIFICENTIA
CORAM EO FORTITUDO
ET GAUDIUM IN LOCO EIUS
ADFERTE DÑO FAMILIAE POPULORŪ
ADFERTE DÑO GLORIAM
ET IMPERIUM
DATE DÑO GLORIAM NOMINI EIUS
LEVATE SACRIFICIUM
ET VENITE IN CONSPECTU EIUS
ET ADORATE DÑM IN DECORE SCO
COMMOVEATUR A FACIE ILLIUS
OMNIS TERRA
IPSE ENIM FUNDAVIT ORBEM
INMOBILEM
LAETENTUR CAELI ET EXULTET TERRA
ET DICANT IN NATIONIBUS
DÑS REGNAVIT
TONET MARE ET PLENITUDO EIUS
EXULTENT AGRI ET OMNIA
QUAE IN EIS SUNT
TUNC LAUDABUNT LIGNA SALTUS
CORAM DÑO
QUIA VENIT IUDICARE TERRAM
CONFITEMINI DÑO QUONIAM BONUS
QUONIAM IN AETERNUM
MISERICORDIA EIUS
ET DICITE SALVA NOS DS SALVATOR
NOSTER ET CONGREGA NOS
ET ERUE DE GENTIBUS
UT CONFITEAMUR NOMINI TUO SCO
ET EXULTEMUS IN CARMINIB(US) TUIS
BENEDICTUS DÑS DS ISRAHEL
AB AETERNO USQ(UE) IN AETERNUM
ET DICAT OMNIS POPULUS AMEN
ET HYMNOS DÑO
RELIQUIT ITAQ(UE) IBI CORAM ARCA
FOEDERIS DÑI ASAPH
ET FRATRES EIUS
UT MINISTRARENT IN CONSPECTU
ARCAE IUGITER PER SINGULOS
DIES ET VICES SUAS
PORRO OBEDEDOM ET FRATRES EIUS
SEXAGINTA NOVEM ET OBEDEDOM
FILIUM IDITHUM ET OSA
CONSTITUIT IANITORES
SADOC AUTEM SACERDOTEM
ET FRATRES ILLIUS SACERDOTES
CORAM TABERNACULO DÑI
IN EXCELSO QUOD ERAT
IN GABAON
UT OFFERRENT HOLOCAUSTA DÑO
SUPER ALTARE HOLOCAUSTOMA
TIS IUGITER MANE ET VESPERE
IUXTA OMNIA QUAE SCRIPTA SUNT
IN LEGE DÑI QUAM PRAECEPIT
ISRAHELI
ET POST EUM HEMAN ET IDITHUN
ET RELIQUOS ELECTOS UNUM
QUEMQ(UE) VOCABULO SUO
AD CONFITENDUM DÑO QUONIAM
IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
HEMAN QUOQUE ET IDITHUN
CANENTES TUBA ET QUATIENTES
CYMBALA
ET OMNIA MUSICORUM ORGANA
AD CANENDUM DO
FILIOS AUTEM IDITHUN FECIT
ESSE PORTARIOS
REVERSUSQ(UE) EST OMNIS POPULUS
IN DOMUM SUAM
ET DAVID UT BENEDICERET
ETIAM DOMUI SUAE
xvii. CUM AUTEM HABITARET DAVID
IN DOMU SUA DIXIT
AD NATHAN PROPHETAM
ECCE EGO HABITO IN DOMO CEDRINA
ARCA AUTEM FOEDERIS DÑI
SUB PELLIBUS EST
ET AIT NATHAN AD DAVID
OMNIA QUAE IN CORDE TUO SUNT FAC

DS ENIM TECUM EST
IGITUR IN NOCTE ILLA FACTUS EST
SERMO DI AD NATHAN DICENS
UADE ET LOQUERE DAUID
SERUO MEO
HAEC DICIT DNS NON AEDIFICABIS
TU MIHI DOMUM AD HABITANDUM
NEQ; ENIM MANSI IN DOMO
EX EO TEMPORE QUO EDUXI
ISRL USQ; AD HANC DIEM
SED FUI SEMPER MUTANS LOCA
TABERNACULI ET IN TENTORIO
MANENS CUM OMNI ISRAHEL
NUMQUID LOCUTUS SUM SALTIM
UNI IUDICUM ISRL QUIBUS
PRAECEPERAM UT PASCERENT
POPULUM MEUM ET DIXI
QUARE NON AEDIFICASTI MIHI
DOMUM CEDRINAM
NUNC ITAQUE SIC LOQUERIS
AD SERUUM MEUM DAUID
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
EGO TULI TE CUM IN PASCUIS
SEQUERERIS GREGEM UT ESSES
DUX POPULI MEI ISRAHEL
ET FUI TECUM QUOCUMQUE
PERREXISTI
ET INTERFECI OMNES INIMICOS
TUOS CORAM TE
FECIQUE TIBI NOMEN QUASI UNIUS
MAGNORUM QUI CELEBRANTUR
IN TERRA
ET DEDI LOCUM POPULO MEO ISRL
PLANTABITUR ET HABITABIT IN EO
ET ULTRA NON COMMOUEBITUR
NEQ; FILII INIQUITATIS ADTERENT
EOS SICUT A PRINCIPIO
EX DIEB; QUIB; DEDI IUDICES
POPULO MEO ISRAHEL
ET HUMILIAUI UNIUERSOS
INIMICOS TUOS
ADNUNTIO ERGO TIBI QUOD
AEDIFICATURUS SIT DOMUM
TIBI DNS
CUM[q] IMPLERIS DIES TUOS
UT UADAS AD PATRES TUOS
SUSCITABO SEMEN TUUM POST
TE QUOD ERIT DE FILIIS TUIS
ET STABILIAM REGNUM EIUS
IPSE AEDIFICAUIT MIHI DOMUM
ET FIRMABO SOLIUM EIUS
USQ; IN AETERNUM
EGO ERO EI IN PATREM
ET IPSE ERIT MIHI IN FILIUM
ET MISERICORDIAM MEAM
NON AUFERAM AB EO
SICUT ABSTULI AB EO
QUI ANTE TE FUIT
ET STATUAM EUM IN DOMO MEA
ET IN REGNO MEO USQUE
IN SEMPITERNUM
ET THRONUS EIUS ERIT FIRMISSI
MUS IN PERPETUUM
IUXTA OMNIA UERBA HAEC
ET IUXTA UNIUERSAM UISIONEM
ISTAM SIC LOCUTUS EST
NATHAN AD DAUID
CUMQ; UENISSET REX DAUID
ET SEDISSET CORAM DNO DIXIT
QUIS EGO SUM DNE DS ET QUAE
DOMUS MEA UT PRAESTARES
MIHI TALIA
SED ET HOC PARUUM UISUM EST
IN CONSPECTU TUO
IDEOQUE LOCUTUS ES SUPER
DOMUM SERUI TUI ETIAM
IN FUTURUM
ET FECISTI ME SPECTABILEM
SUPER OMNES HOMINES
DNE DS MEUS
QUID ULTRA ADDERE POTEST
DAUID CUM ITA GLORIFICAUERIS
EUM DNE PROPTER
FAMULUM TUUM
IUXTA COR TUUM FECISTI OMNE
MAGNIFICENTIAM HANC
ET NOTA ESSE UOLUISTI
UNIUERSA MAGNALIA

dne non est similis tui et non est
alius ds absque te ex omnibus
quos audiuimus aurib· nostris
quis autem est alius ut populus
tuus israhel
gens una in terra ad quam per
rexit ds ut liberaret
et faceret populum sibi
et magnitudine sua atq· terro
ribus eiceret nationes
a facie eius quem de aegypto
liberaret
et posuisti populum tuum
israhel tibi in populum
usq· in aeternum
et tu dne factus es ds eius
nunc igitur dne sermo quem
locutus es famulo tuo
et super domo eius confirme
tur in perpetuum
et fac sicut locutus es
permaneatq· et magnificetur
nomen tuum usque
in sempiternum
et dicatur dns exercituum
ds israhel
et domus dauid serui eius
manens coram eo
tu enim dne ds meus reuelasti
auriculam serui tui
ut aedificares ei domum
et idcirco inuenit seruus tuus
fiduciam ut oraret
coram te
nunc ergo dne tu es ds et locu
tus es ad seruum tuum
tanta beneficia
et coepisti benedicere domui
serui tui ut sit semper
coram te
te enim benedicente benedicta
erit in perpetuum
Factum est autem post xviii
ut percuteret dauid
philistim et humiliaret eos
et tolleret geth et filias eius
de manu philistim
percuteretque moab et fierent
moabitae serui dauid
offerentes ei munera
eo tempore percussit dauid
etiam adadezer regem suba
regionis emath
quando perrexit ut dilataret
imperium suum usque
ad flumen eufraten
coepit ergo dauid mille quadri
gas eius et septem milia
equites ac xx milia uirorum
peditum
subneruauitq· omnes equos
curruum exceptis centum
quadrigis quas reseruauit sibi
superuenit autem et syrus
damascenus ut auxilium
praeberet adadezer
regi soba
sed et huius percussit dauid
uiginti duo milia uirorum
et posuit milites in damascum
ut syria quoque seruiret sibi
et offerret munera
adiuuitque eum dns in cunctis
ad quae perrexerat
tulitquoq· dauid faretras
aureas quas habuerant
serui adadezer
et adtulit eas in hierusalem
nec non de thebath et chun
urbibus adadezer aeris
plurimum
de quo fecit salomon mare
aeneum et columnas
et uasa aenea
quod cum audisset thou rex
emath percussisse uidelicet
dauid omnem exercitum
adadezer regis suba .

Misit aduram filium suum
ad regem david ut postula
ret ab eo pacem
et congratularetur ei
eo quod expugnasset
et percussisset adadezer
adversarius quippe thou
erat adadezer
Sed et omnia vasa aurea
et argentea et aenea
consecravit david dn̄o
Cum argento et auro quod
tulerat ex universis gentibꝫ
tam de idumea et moab
et filiis ammon quam de
philisthim et amalech
Abisai vero filius saruiae
percussit edom in valle
salinarum decem et viii milia
et constituit in edom praesidiū
ut serviret idumea david
salvavitq; dn̄s david in cunctis
ad quae perrexerat
Regnavit ergo david super
universum israhel
et faciebat iudicium atque
iustitiam cuncto populo
porro ioab filius saruiae erat
super exercitum et iosaphat
filius ailud a commentariis
Sadoc autem filius ahitob
et ahimelech filius abiathar
sacerdotis et susa scriba
Banaias autem filius ioiada
super legiones cherethi
et felethi
porro filii david primi
ad manum regis
xix Accidit autem ut moreretur
naas rex filiorum ammon
et regnaret pro eo filius eius
dixit q· david
faciam miseri cordiam cum
hanon filio naas
praestitit enim pater eius
mihi gratiam
Misitque david nuntios
ad consolandum eum
super morte patris sui
qui cum pervenissent in terra
filiorum ammon ut conso
larentur hanon
dixerunt principes filiorum
ammon ad hanon
Tu forsitan putas quod david
honoris causa in patrem tuū
miserit qui consolentur te
nec animadvertis quod
explorent et investigent
et scrutentur terram tuam
venerint ad te servi eius
Igitur hanon pueros david
decalvavit et rasit
et praecidit tonicas eorum
anatib· usque ad pedes
et dimisit eos
qui cum abissent et hoc
mandassent david
misit in occursum eorum
grandem enim contumeliam
sustinuerant
et praecepit ut manerent
in hiericho donec cresceret
barba eorum et tunc
reverterentur
Videntes autem filii ammon
quod iniuriam fecissent david
tam hanon quam reliquus
populus
miserunt mille talenta argenti
ut conducerent sibi de mesopo
tamia et de syria macha
et de suba currus et equites
Conduxeruntque triginta duo
milia curruum et regem
macha cum populo eius
qui cum venissent metati sunt
e regione medaba

Filii quoque Ammon congregati
de urbibus suis venerunt
ad bellum
Quod cum audisset David
misit Ioab et omnem exer
citum virorum fortium
Egressique filii Ammon
direxerunt aciem iuxta
portam civitatis
Reges autem qui ad auxilium
venerunt separati in agro
steterunt
Igitur Ioab intellegens bellum
ex adverso et post tergum
contra se fieri
elegit viros fortissimos
de universo Israhel
et perrexit contra Syrum
Reliquam autem partem
populi dedit sub manu
Abisai fratris sui
Et perrexerunt contra
filios Ammon
Dixitq; si vicerit me Syrus
auxilio eris mihi
Sin autem superaverint te
filii Ammon ero tibi
in praesidium
Confortare et agamus
viriliter pro populo nr̄o
et pro urbib; dī nostri
Dn̄s autem quod in conspectu
suo bonum est faciet
Perrexit ergo Ioab et populus
qui cum eo erat contra Syrū
ad proelium et fugavit eos
Porro filii Ammon videntes
quod fugisset Syrus
ipsi quoq; fugerunt
Abisai fratrem eius
et ingressi sunt civitatem
Reversusq; est etiam Ioab
in Hierusalem
Videns autem Syrus quod
cecidisset coram Israhel
misit nuntios et adduxit Syrum
qui erat trans fluvium
Sophach autem princeps militiae
Adadezer erat dux eorum
Quod cum nuntiatum esset
David congregavit univer
sum Israhel
Et transivit Iordanen
inruitq; in eos
Et direxit ex adverso aciem
illis contra pugnantibus
Fugit autem Syrus Israhel
Et interfecit David de Syris
septem milia curruum
et quadraginta milia peditum
et Sophach exercitus principem.
Videntes servi Adadezer se
ab Israhel esse superatos
transfugerunt ad David
et servierunt ei
Nolueruntq; ultra Syri
auxilium praebere
filiis Ammon
Factum est post anni circulū
eo tempore quo solent reges
ad bella procedere
congregavit Ioab exercitum
et robur militiae et vastavit
terram filiorum Ammon
Perrexitq; et possedit Rebba
Porro David manebat in Hieru
salem quando Ioab percussit
Rebba et destruit eam
Tulit autem David coronam
Melcham de capite eius
et invenit in ea auri pondo
talentum
et pretiosissimas gemmas
fecitq; sibi inde diadema
Manubias quoq; urbis
plurimas tulit
Populum autem qui erat in ea
eduxit

ET FECIT SUPER EOS TRIBULAS
ET TRAHAS ET FERRATA CARPENTA
TRANSIRE ITA UT DISSECARENTUR
ET CONTERERENTUR
SIC FECIT DAUID CUNCTIS DIEBUS
FILIORUM AMMON
ET REUERSUS EST CUM OMNI
POPULO IN HIERUSALEM
POST HAEC INITUM EST BELLUM
IN GAZER ADUERSUS PHILISTEOS
IN QUO PERCUSSIT SOBBOC
HUSATHITES SAPHAI DE GENERE
RAPHAIM ET HUMILIAUIT EOS
ALIUD QUOQUE BELLUM GESTUM EST
ADUERSUM PHILISTHEOS
IN QUO PERCUSSIT ADEODATUS
FILIUS SALTUS IABEMITES
FRATREM GOLIATH GETHEI
CUIUS HASTAE LIGNUM ERAT QUASI
LICIATORIUM TEXENTIUM
SED ET ALIUD BELLUM ACCIDIT
IN GETH
IN QUO FUIT HOMO LONGISSIMUS
HABENS DIGITOS SENOS ID EST
SIMUL UIGINTI QUATTUOR
QUI ET IPSE DE RAPHA FUIT STIRPE
GENERATUS
HIC BLASPHEMAUIT ISRAHEL
ET PERCUSSIT EUM IONATHAN
FILIUS SAMMA FRATRIS DAUID
HI SUNT FILII RAPHA IN GETH
QUI CECIDERUNT IN MANU DAUID
ET SERUORUM EIUS
XXI. CONSURREXIT AUTEM SATAN
CONTRA ISRAHEL ET INCITAUIT
DAUID UT NUMERARET ISRAHEL
DIXITQ. DAUID AD IOAB
ET AD PRINCIPES POPULI
ITE ET NUMERATE ISRAHEL
A BERSABEE USQUE DAN
ET ADFERTE MIHI NUMERUM
UT SCIAM
RESPONDITQ. IOAB
AUGEAT DNS POPULUM SUUM
CENTUPLUM QUAM SUNT
NONNE DOMINE MI REX OMNES
SERUI TUI SUNT
QUARE HOC QUAERIT DOMINUS
MEUS QUOD IN PECCATUM
REPUTETUR ISRAHELI
SED SERMO REGIS MAGIS
PRAEUALUIT
EGRESSUSQ. EST IOAB ET CIRCUM
IUIT UNIUERSUM ISRAHEL
ET REUERSUS EST HIERUSALEM
DEDITQ. DAUID NUMERUM
EORUM QUOS CIRCUMIERAT
ET INUENTUS EST OMNIS ISRAHEL
NUMERUS MILLE MILIA
ET CENTUM MILIA UIRORUM
EDUCENTIUM GLADIUM
DE IUDA AUTEM TRECENTA SEPTUA
GINTA MILIA BELLATORUM
NAM LEUI ET BENIAMIN NON NUME
RAUIT EO QUOD INUITUS EXSEQUE
RETUR REGIS IMPERIUM
DISPLICUIT AUTEM DO QUOD IUSSU
ERAT ET PERCUSSIT ISRAHEL
DIXITQ. DAUID AD DNM
PECCAUI NIMIS UT HOC FACEREM
OBSECRO AUFER INIQUITATEM
SERUI TUI QUIA INSIPIENTER EGI
ET LOCUTUS EST DNS AD GAD
UIDENTEM DAUID DICENS
UADE ET LOQUERE AD DAUID ET DIC
HAEC DICIT DNS TRIUM TIBI
OPTIONEM DO UNUM QUOD
UOLUERIS ELIGE ET FACIAM TIBI
CUMQUE UENISSET GAD
AD DAUID DIXIT EI
HAEC DICIT DNS ELIGE
QUOD UOLUERIS
AUT TRIB. ANNIS PESTILENTIAM
AUT TRIB. MENSIB. FUGERE TE
HOSTES TUOS UT GLADIUM
EORUM NON POSSIS EUADERE
AUT TRIBUS DIEB. GLADIUM DNI
ET MORTEM UERSARI IN TERRA

ET ANGELUM DNI INTERFICERE
IN UNIUERSIS FINIB· ISRAHEL
NUNC IGITUR UIDE QUID RESPONDEA̅
EI QUI MISIT ME
ET DIXIT DAUID AD GAD
EX OMNI PARTE ME ANGUSTIAE
PREMUNT
SED MELIUS MIHI EST UT INCIDAM
IN MANUS DNI QUIA MULTAE SUNT
MISERATIONES EIUS
QUAM IN MANUS HOMINUM
MISIT ERGO DNS PESTILENTIAM
IN ISRAHEL
ET CECIDERUNT DE ISRAHEL
SEPTUAGINTA MILIA UIRORUM
MISIT QUOQ· ANGELUM IN HIERU
SALEM UT PERCUTERET EAM
CUMQUE PERCUTERETUR
UIDIT DNS ET MISERTUS EST
SUPER MAGNITUDINEM MALI
ET IMPERAUIT ANGELO
QUI PERCUTIEBA̅T
SUFFICIT IAM CESSET MANUS TUA
PORRO ANGELUS DNI STABAT
IUXTA AREAM ORNA IEBUSAEI
LEUANSQUE DAUID OCULOS SUOS
UIDIT ANGELUM DNI STANTEM
INTER TERRAM ET CAELUM
ET EUAGINATUM GLADIUM
IN MANU EIUS ET UERSUM
CONTRA HIERUSALEM
ET CECIDERUNT TAM IPSE
QUAM MAIORES NATU UESTITI
CILICIIS ET PRONI IN TERRAM
DIXITQ· DAUID AD DNM
NONNE EGO SUM QUI IUSSI
UT NUMERARET POPULUS
EGO QUI PECCAUI EGO QUI MALUM
FECI ISTE GREX QUID COMMERUIT
DNE DS MEUS UERTATUR OBSECRO
MANUS TUA IN ME ET IN
DOMUM PATRIS MEI
POPULUS AUTEM TUUS
NON PERCUTIATUR

ANGELUS AUTEM DNI PRAECEPIT
GAD UT DICERET DAUID
ET ASCENDERET EXTRUERETQUE
ALTARE DNO DO IN AREA
ORNA IEBUSAEI
ASCENDIT ERGO DAUID IUXTA
SERMONEM GAD QUEM
LOCUTUS EI FUERAT
EX NOMINE DNI
PORRO ORNA CUM SUSPEXISSET
ET UIDISSET ANGELUM
QUATTUORQ· FILII EIUS
CUM EO ABSCONDERUNT SE
NAM EO TEMPORE TEREBAT
IN AREA TRITICUM
IGITUR CUM UENISSET DAUID
AD ORNAN CONSPEXIT EUM
ORNAN ET PROCESSIT EI
OBUIAM DE AREA
ET ADORAUIT ILLUM PRONUS
IN TERRAM
DIXITQ· EI DAUID
DA MIHI LOCUM AREAE TUAE
UT AEDIFICEM IN EA ALTARE DNI
ITA UT QUANTUM UALET ARGENTI
ACCIPIAS ET CESSET PLAGA̅
A POPULO
DIXIT AUTEM ORNAN AD DAUID
TOLLE ET FACIET DOMINUS MEUS
REX QUODCUMQ· EI PLACET
SED ET BOUES DO IN HOLOCAUSTU̅
ET TRIBULAS IN LIGNA
ET TRITICUM SACRIFICIUM
OMNIA LIBENS PRAEBEO
DIXITQ· EI REX DAUID
NEQUAQUAM ITA FIET
SED ARGENTO DABO
QUANTUM UALET
NEQUE ENIM TIBI AUFERRE
DEBEO ET SIC OFFERRE DNO
HOLOCAUSTA GRATUITA
DEDIT ERGO DAUID ORNAN
PRO LOCO SICLOS AURI IUSTIS
SIMI PONDERIS SEXCENTOS

et aedificauit ibi altare dn̄o
optulitq; holocausta et paci
fica et inuocauit dn̄m
et exaudiuit eum in igne de caelo
super altare holocausti
Praecepitque dn̄s angelo
et conuertit gladium suum
in uaginem
Protinus ergo dauid uidens
quod exaudisset eum dn̄s
in area ornan iebusaei
immolauit ibi uictimas
tabernaculum autem dn̄i
quod fecerat moses in deserto
et altare holocaustorum
Eadem tempestate erat
in excelso gabaon
et non praeualuit dauid ire
ad altare ut ibi obsecraret dm̄.
nimio enim fuerat timore
perterritus uidens gladium
angeli dn̄i
XXII dixit haec est domus d̄i et hoc
altare in holocaustum isrl̄.
et praecepit ut congregarentur
omnes proseliti de terra
israhel.
et constituit ex his latumos
ad edendos lapides
et poliendos ut aedificaretur
domus d̄i
Ferrum quoque plurimum
ad clauos ianuarum
et ad commissuras atque
iuncturas praeparauit dauid
et aeris pondus innumerabile
ligna quoque cedrina non
poterant aestimari
quae sidonii et tyri deporta
uerunt ad dauid
et dixit dauid
salomon filius meus
puer paruulus est
et delicatus

domus autem quam aedificari
uolo dn̄o talis esse debet
ut in cunctis regionibus
nomineter
Praeparabo ergo ei necessaria
et ob hanc causam ante mortem
suam omnes parauit
inpensas
uocauitq; salomonem filium
suum ut praecepit ei ut aedi
ficaret domum dn̄o d̄o isrl̄.
Dixitq; dauid ad salomonem
filii mi uoluntatis meae fuit
ut aedificarem domum dn̄i
d̄i mei
sed factus est ad me sermo
dn̄i dicens
multum sanguinem effudisti
et plurima bella bellasti
non poteris aedificare domum
nomini meo tanto effuso
sanguine coram me
filius qui nascetur tibi erit
uir quietissimus
faciam enim eum requiescere
ab omnib; inimicis suis
per circuitum
et ob hanc causam pacificus
uocabitur
et pacem et otium dabo in isrl̄.
cunctis dieb; eius
ipse aedificabit domum
nomini meo
et ipse erit mihi in filium
et ego ero ei in patrem
firmaboq; solium meum
super isrl̄. in aeternum
nunc ergo fili mi sit dn̄s tecum
et prosperare et aedifica
domum dn̄o d̄o tuo sicut
locutus est de te
det quoq; tibi dn̄s prudentiam
et sensum
ut regere possis israhel.

ET CUSTODIRE LEGEM DÑI DĪ TUI
TUNC ENIM PROFICERE POTERIS
SI CUSTODIERIS MANDATA
ET IUDICIA
QUAE PRAECEPIT DÑS MOSI
UT DOCERET ISRAHEL
CONFORTARE UIRILITER AGE
NE TIMEAS NEQ; PAUEAS
ECCE EGO IN PAUPERTATULA MEA
PRAEPARAUI INPENSAS
DOMUS DÑI
AURI TALENTA CENTUM MILIA
ET ARGENTI MILLE MILIA
TALENTORUM
AERIS UERO ET FERRI NON EST
PONDUS
UINCITUR ENIM NUMERUS
MAGNITUDINE
LIGNA ET LAPIDES PRAEPARAUI
AD UNIUERSA INPENDIA
HABENS QUOQUE PLURIMOS
ARTIFICES LATOMOS
ET CAEMENTARIOS
ARTIFICESQ; LIGNORUM
ET OMNIUM ARTIUM AD FACIEN
DUM OPUS PRUDENTISSIMOS
IN AURO ET ARGENTO IN AERE
ET FERRO CUIUS NON EST
NUMERUS
SURGE IGITUR ET FAC ET ERIT
DÑS TECUM
PRAECEPIT QUOQ; DAUID CUNCTIS
PRINCIPIB; ISRAHEL UT AD
IUUARENT SALOMONEM
FILIUM SUUM
CERNITIS INQUIENS QUOD DÑS
DS UESTER UOBISCUM SIT
ET DEDERIT UOBIS REQUIEM
PER CIRCUITUM
ET TRADIDERIT OMNES INIMICOS
IN MANU UESTRA
ET SUBIECTA SIT TERRA CORAM DÑO
ET CORAM POPULO EIUS
PRAEBETE IGITUR CORDA UESTRA
ET ANIMAS UESTRAS UT QUAERATIS
DÑM DM UESTRUM
ET CONSURGITE ET AEDIFICATE
SCĀRIUM DÑO DO
ET INTRODUCATUR ARCA FOEDERIS
DÑI ET UASA DÑO SACRATA
IN DOMUM QUAE AEDIFICATUR
NOMINI DÑI
XXIII IGITUR DAUID SENEX ET PLENUS
DIERUM REGEM CONSTITUIT
SALOMONEM FILIUM SUUM
SUPER ISRAHEL
ET CONGREGAUIT OMNES PRINCIPES
ISRAHEL ET SACERDOTES
ATQUE LEUITES
NUMERATIQ; SUNT LEUITAE
A TRIGINTA ANNIS ET SUPRA
ET INUENTA SUNT TRIGINTA
OCTO MILIA UIRORUM
EX HIS ELECTI SUNT ET DISTRIBUTI
IN MINISTERIUM DOMUS DÑI
UIGINTI QUATTUOR MILIA
PRAEPOSITORUM AUTEM
ET IUDICUM SEX MILIA
PORRO QUATTUOR MILIA IANITORES
ET TOTIDEM PSALTE CANENTES
DÑO IN ORGANIS QUAE FECERAT
AD CANENDUM
ET DISTRIBUIT EOS DAUID
PER UICES FILIORUM LEUI
GERSOM UIDELICET CAATH
ET MERARI
GERSOM LEEDAN ET SEMEI
FILII LEEDAN PRINCEPS IEIHEL
ET ZETHAM ET IOHEL TRES
FILII SEMEI SALOMITH ET OZIHEL
ET ERANT TRES ISTI PRINCIPES
FAMILIARUM LEEDAN
PORRO FILII SEMEI LEETH
ET ZIZA ET IAUS ET BANAM
ISTI FILII SEMEI QUATTUOR
ERAT AUTEM IEETH PRIOR
ZIZA SECUNDUS
PORRO IAUS ET BARIA NON HABUE
RUNT

PLURIMOS FILIOS
ET IDCIRCO IN UNA FAMILIA UNAQUE
DOMO CONPUTATI SUNT
FILII CAATH AMRAM ET ISAAR
HEBRON ET OZIHEL QUATTUOR
FILII AMRAM AARON ET MOSES
SEPARATUSQUE EST AARON UT
MINISTRARET IN SCO SCORUM
IPSE ET FILII EIUS IN SEMPITERNU
ET ADOLERET INCENSUM DNO
SECUNDUM RITUM SUUM
AC BENEDICERE NOMINI EIUS
IN PERPETUUM
MOSI QUOQ HOMINIS DI FILII
ADNUMERATI SUNT IN TRIBU LEUI
FILII MOSI GERSOM ET ELIEZER
FILII GERSOM SUBUHEL PRIMUS
FUERUNT AUTEM FILII ELIEZER
ROOB PRIMUS
ET NON ERANT ELIEZER FILII ALII
PORRO ROOBIA MULTIPLICATI
SUNT NIMIS
FILII ISAAR SALOMITH PRIMUS
FILII HEBRON IERIAU PRIMUS
AMARIAS SECUNDUS
IAZIHEL TERTIUS
IECMAAM QUARTUS
FILII OZIHEL MICHA PRIMUS
IESIA SECUNDUS
FILII MERARI MOOLI ET MUSI
FILII MOOLI ELEAZAR ET CIS
MORTUUS EST AUTEM ELEAZAR
ET NON HABUIT FILIOS SED FILIAS
ACCEPERUNTQ EAS FILII CIS.
FRATRES EARUM
FILII MUSI MOOLI ET EDER
ET IERIMUTH TRES
HII FILII LEUI IN COGNATIONIBUS
ET FAMILIIS SUIS
ET PRINCIPES PER UICES ET NUMERO
CAPITUM SINGULORUM
QUI FACIEBANT OPERA MINISTERII
DOMUS DNI A UIGINTI ANNIS
ET SUPRA

DIXIT ENIM DAUID
REQUIEM DEDIT DNS DS ISRAHEL
POPULO SUO ET HABITATIONEM
HIERUSALEM USQ IN SEMPITERNU
NEC ERIT OFFICII LEUITARUM
UT ULTRA PORTENT TABERNA
CULUM ET OMNIA UASA EIUS
AD MINISTRANDUM
IUXTA PRAECEPTA QUOQ DAUID
NOUISSIMA SUPPUTABITUR
NUMERUS FILIORUM LEUI
A UIGINTI ANNIS ET SUPRA
ET ERUNT SUB MANU FILIORUM
AARON IN CULTUM DOMUS DNI
IN UESTIBULIS ET IN EXEDRIS
ET IN LOCO PURIFICATIONIS
ET IN SCUARIO
ET UNIUERSIS OPERIB MINISTERII
TEMPLI DNI
SACERDOTES AUTEM SUPER PANES
PROPOSITIONIS ET AD SIMILAE
SACRIFICIUM ET AD LAGANA
ET AZYMAE SARTAGINEM ET AD FER
UENTEM SIMILAM ET SUPER
OMNE PONDUS ATQ MENSURAM
LEUITAE UERO UT STENT MANE
AD CONFITENDUM DNO
SIMILITERQ AD UESPERAM
IN OBLATIONE HOLOCAUSTORUM DNI
QUAM IN SABBATIS ET CALENDIS
ET SOLLEMPNITATIB RELIQUIS
IUXTA NUMERUM ET CAERIMONIAS
UNIUSCUIUSQ REI IUGITER
CORAM DNO
ET CUSTODIANT OBSERUATIONES
TABERNACULI FOEDERIS
ET RITUM SCUARII
ET OBSERUATIONEM FILIORUM
AARON FRATRUM SUORUM
MINIST RENT IN DOMO DNI
XXIIII PORRO FILIIS AARON HAE
PARTIONES ERUNT
FILII AARON NADAB ET ABIU
ET ELEAZAR ET ITHAMAR

MORTUI SUNT AUTEM NADAB
ET ABIU ANTE PATREM SUUM
ABSQ; LIBERIS
SACERDOTIOQ; FUNCTUS EST
ELEAZAR ET ITHAMAR
ET DIUISIT EOS DAUID ID EST SADOC
DE FILIIS ELEAZAR IN PRINCIPIBUS
UIRIS QUAM FILII ITHAMAR
DIUISIT AUTEM EIS HOC EST FILIIS
ELEAZAR PRINCIPES PER FAMILIAS
ET DOMUS SUAS OCTO
PORRO DIUISIT UTRASQ; INTER SE
FAMILIAS SORTIBUS
ERANT ENIM PRINCIPES SCUARII
ET PRINCIPES DI TAM DE FILIIS
ELEAZAR QUAM DE FILIIS ITHAMAR
DESCRIPSITQ; EOS SEMEIAS FILIUS
NATHABEL SCRIBA LEUITIS
CORAM REGE ET PRINCIPIBUS
ET SADOC SACERDOTE
ET AHIMELECH FILIO ABIATHAR
PRINCIPIB; QUOQ; FAMILIARUM
SACERDOTALIUM ET LEUITICARU
UNAM DOMUM QUAE CETERIS
PRAEERAT ELEAZAR
ET ALTERAM DOMUM QUAE SUB SE
HABEBAT CETEROS ITHAMAR
EXIUIT AUTEM SORS PRIMA
IOIARIBUS SECUNDA IEDEIAE
TERTIA ARIM QUARTA SEORIM
QUINTA MELCHIA SEXTA MAIMAN
SEPTIMA ACTOS OCTAUA ABIA
NONA HIESU DECIMA SECHENIA
UNDECIMA ELIASIB
DUODECIMA IACIM
TERTIA DECIMA OPPA
QUARTA DECIMA ISBAAL
QUINTA DECIMA ABELGA
SEXTA DECIMA EMMER
SEPTIMA DECIMA EZIR
OCTAUA DECIMA HABSES
NONA DECIMA PHETHEIA
UICISSIMA IEZECEL
UICISSIMA PRIMA IACIN

UICISIMA SECUNDA CAMUL
UICISIMA TERTIA DALAIA
UICISIMA QUARTA MAZZIAU
HAE UICES EORUM SECUNDUM
MINISTERIA SUA UT INGREDIANTUR
DOMUM DI
ET IUXTA RITUM SUUM SUB MANU
AARON PATRIS EORUM
SICUT PRAECEPIT DNS DS ISRAHEL
PORRO FILIORUM LEUI
QUI RELIQUI FUERANT
DE FILIIS AMRAM ERAT SUBAHEL
DE FILIIS SUBAHEL IEDEIA
ISAARIS UERO SALEMOTH
FILIUSQUE EIUS IENAHU
CAMARIAS SECUNDUS IOZIHEL
TERTIUS IECMAAM QUARTUS
FILIUS OZIHEL MICHA
FILIUS MICHA SAMIR
FRATER MICHA IESIA
FILIUSQ; IESIAE ZACHARIAS
FILII MERARI MOOLI ET MUSI
FILIUS OZIAU BENNO
FILIUS QUOQ; MIRARI OZIAU
ET SOAM ET ACCHUR ET HEBRI
PORRO MOOLI FILIUS ELEAZAR
QUI HABEBAT LIBEROS
FILIUS UERO CIS IERAHEL
FILII MUSI MOOLI EDER
ET IERIMOTH
ISTI FILII LEUI SECUNDUM DOMOS
FAMILIARUM SUARUM
MISERUNTQ; ET IPSI SORTES
CONTRA FRATRES SUOS
FILIOS AARON
CORAM DAUID REGE ET SADOC
ET AHIMELECH
ET PRINCIPIB; FAMILIARUM
SACERDOTALIUM ET LEUITICARU
TAM MAIORES QUAM MINORES
OMNES SORS AEQUALITER
DIUIDEBAT
XXV IGITUR DAUID ET MAGISTRATUS
EXERCITUS SECREUERUNT

IN MINISTERIUM FILIOS
ASAPH ET HEMAN ET IDITHUN.
QUI PROPHETARENT IN CITHARIS
ET PSALTERIIS ET CYMBALIS
SECUNDUM NUMERUM SUUM
DEDICATO SIBI OFFICIO SERVIENTES
DE FILIIS ASAPH SACHUR ET IOSEPH
ET NATHANIA ET ASERELA
FILII ASAPH SUB MANU ASAPH
PROPHETANTES IUXTA REGEM
PORRO IDITHUN FILII IDITHUN
GODOLIAS. SORI. IESAIAS
ET SABIAS ET MATHIAS SEX
SUB MANU PATRIS SUI IDITHUN
QUI IN CITHARA PROPHETABAT
SUPER CONFITENTES
ET LAUDANTES DÑM
HEMAN QUOQ; FILII HEMAN
BOCCHIAU MATHANIAU
OZIBEL SUBUHEL ET IERIMOTH
ANANIAS ANANI ELIETHA
GEDDELTHI ET ROMAMTHIEZER
ET IESBACASA MELLOTHI
OTHIR MAZIUTH
OMNES ISTI FILII HEMAN VIDENTES
REGIS IN SERMONIB; DĪ
UT EXALTARET CORNU
DEDITQ; DS HEMAN FILIOS QUAT
TUOR DECEM ET FILIAS TRES
UNIVERSI SUB MANU PATRIS SUI
AD CANTANDUM IN TEMPLO DÑI
DISTRIBUTI ERANT
ET CYMBALIS ET PSALTERIIS
ET CITHARIS MINISTERIA
DOMUS DÑI IUXTA REGEM
ASAPH VIDELICET ET IDITHUN
ET HEMAN
FUIT AUTEM NUMERUS EORUM
CUM FRATRIBUS SUIS QUI ERU
DIEBANT CANTICUM DÑI
CUNCTI DOCTORES DUCENTI
OCTOGINTA OCTO
MISERUNTQ; SORTES PER
VICES SUAS EX AEQUO.

TAM MAIOR QUAM MINOR DOCTUS
PARITER ET INDOCTUS
EGRESSAQ; EST SORS PRIMA IOSEPH
QUI ERAT DE ASAPH
SECUNDA GODOLIAE IPSI ET FILIIS EIUS
ET FRATRIBUS DUODECIM
TERTIA ZACHUR FILIIS ET FRATRIB;
EIUS DUODECEM
QUARTA ISARI FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM
QUINTA NATHANIAE FILIIS
ET FRATRIB; EIUS DUODECEM
SEXTA BOCCHIAU FILIIS
ET FRATRIB; EIUS DUODECEM
VII. ISRAHELA FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM
VIII. OSAIAE FILIIS ET FRATRIB;
EIUS DUODECEM
VIIII. MATHANIAE FILIIS ET FRATRIB;
EIUS DUODECEM
X. SEMEIAE FILIIS ET FRATRIB;
EIUS DUODECEM
XI. EZRAHEL FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM
XII. ASABIAE FILIIS ET FRATRIB;
EIUS DUODECEM
XIII. SABAHEL FILIIS ET FRATRIB;
EIUS DUODECEM
XIIII. MATHATHIAE FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM
XV. IERIMUTH FILIIS ET FRATRIB;
EIUS DUODECEM
XVI. ANANIAE FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM
XVII. IESBOCAIAE FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM
XVIII. ANAN FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM
XVIIII. MELLOTHI FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM
XX. ELIATA FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM
XXI. OTHIR FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECEM

XXII. GODOLLATHI FILIIS ET FRATRIB(US)
EIUS DUODECIM
XXIII. MAZIUTH FILIIS ET FRATRIBUS
EIUS DUODECIM
XXIIII. ROMAMTHIEZER FILIIS
ET FRATRIB(US) EIUS DUODECIM.
XXVI DIUISIONES AUTEM IANITORUM
DE CORITIS. MESELLEMIA
FILIUS CORE
DE FILIIS ASAPH. FILII MESELLEMIAE
ZACHARIAS PRIMOGENITUS.
IADIHEL SECUNDUS. ZABADIAS
TERTIUS. IATHANAHEL QUARTUS.
AHILAM QUINTUS. IOHANNAN
SEXTUS. HELIOENAI SEPTIMUS
FILII AUTEM OBEDEDOM
SEMEIAS PRIMOGENITUS.
IOIABAD SECUNDUS. IOHA TERTIUS.
SACHAR QUARTUS
NATHANHEL QUINTUS. AMIHEL SEXTUS.
ISSACHAR SEPTIMUS. PHOLLATHI
OCTAUUS. QUIA BENEDIXIT ILLI D(OMI)N(U)S
SEMEIAE AUTEM FILIO EIUS
NATI SUNT FILII PRAEFECTI
FAMILIARUM SUARUM
ERANT ENIM UIRI FORTISSIMI
FILII ERGO SEMEIAE OTHNI
ET RAPHAHEL ET OBDIHEL
ZABADO
FRATRES EIUS UIRI FORTISSIMI
HELIU QUOQ(UE) ET SAMACHIAS
OMNES HII FILII OBEDEDOM
IPSI ET FILII ET FRATRES EORUM
FORTISSIMI AD MINISTRANDUM
SEXAGINTA DUO DE OBEDEDOM
PORRO MESELLAMIAE FILII
ET FRATRES ROBUSTISSIMI
DECEM ET OCTO
DE HOSA AUTEM ID EST DE FILIIS
MERARI SEMRI PRINCEPS
NON ENIM HABUERAT PRIMOGENI
TUM ET IDCIRCO POSUERAT EUM
PATER EIUS IN PRINCIPEM
HELCHIAS SECUNDUS TABELIAS
TERTIUS. ZACHARIAS QUARTUS
OMNES HII FILII ET FRATRES
HOSA TREDECEM
HII DIUISI SUNT IN IANITORES
UT SEMPER PRINCIPES CUSTODIA
RUM SICUT ET FRATRES EORUM
MINISTRARENT IN DOMO D(OMI)NI
MISSAE SUNT AUTEM SORTES
EX AEQUO ET PARUIS
ET MAGNIS PER FAMILIAS SUAS
IN UNAMQUAMQ(UE) PORTARUM
CECIDIT IGITUR SORS ORIENTALIS
SELEMIAE
PORRO ZACHARIAE FILIO EIUS
UIRO PRUDENTISSIMO
ET ERUDITO SORTITO OBTIGIT
PLAGA SEPTEMTRIONALIS
OBEDEDOM UERO ET FILIIS
AD AUSTRUM
IN QUA PARTE DOMUS ERAT
SENIORUM CONCILIUM
SEPHIM ET HOSA AD OCCIDENTEM
IUXTA PORTAM QUAE DUCIT
AD UIAM ASCENSIONIS
CUSTODIAM CONTRA CUSTODIAM
AD ORIENTEM UERO LEUITAE SEX
AD AQUILONEM QUATTUOR PER DIE(M)
ATQ(UE) AD MERIDIEM SIMILITER
IN DIE QUATTUOR ET UBI ERAT
CONCILIUM BINI ET BINI
IN CELLULIS QUOQUE IANITORUM
AD OCCIDENTEM QUATTUOR
IN UIA BINIQ(UE) PER CELLULAS
HAE SUNT DIUISIONES IANITORUM
FILIORUM CORE ET MERARI
PORRO ACHIAS ERAT SUPER
THESAUROS DOMUS D(E)I
AC UASA S(AN)C(T)ORUM
FILII LEEDAN FILII GERSOMINI
DE LEEDAN PRINCIPES FAMILIARU(M)
LEDAN ET GERSENO IEIHELI
ZATHAN ET IOHEL
FRATRES EIUS SUPER THESAUROS
DOMUS D(OMI)NI

AMRAMITIS ET ISAARITIS ET HEBRO
NITIS ET OZIHELITIBUS
SUBAHEL AUTEM FILIUS GERSON
FILII MOSI PRAEPOSITUS
THESAURI
FRATRES QUOQ; EIUS ELIEZER
CUIUS FILIUS RAABIA
ET HUIUS FILIUS ISAIAS
ET HUIUS FILIUS IORAM
HUIUS QUOQ; FILIUS ZECHRI
SED ET HUIUS FILIUS SELEMITH
IPSE SELEMITH ET FRATRES EIUS
SUPER THESAUROS SC̄ORUM
QUAE SC̄IFICAUIT DAUID REX
ET PRINCIPES FAMILIARUM
ET TRIBUNI ET CENTURIONES
ET DUCES EXERCITUS
DE BELLIS ET MANUBIIS
PROELIORUM
QUAE CONSECRAUERANT
AD INSTAURATIONEM ET SUPER
LECTILEM TEMPLI DN̄I
HAEC AUTEM UNIUERSA SC̄IFICAUIT
SAMUHEL UIDENS
ET SAUL FILIUS CIS ET ABNER FILIUS
NER ET IOAB FILIUS SARUIAE
OMNES QUI SC̄IFICAUERUNT EA
PER MANUM SALEMITH
ET FRATRUM EIUS
ISAARITIS UERO PRAEERAT
CHONENIAS ET FILII EIUS AD
OPERAS FORINSECUS SUPER
ISR̄L ADDUCENDUM
ET AD IUDICANDUM EOS
PORRO DE HEBRONITIS ASABIAS
ET FRATRES EIUS UIRI FORTIS
SIMI MILLE SEPTINGENTI
PRAEERANT ISRAHELI TRANS
IORDANEN CONTRA OCCIDENTEM
IN CUNCTIS OPERIBUS DN̄I
ET MINISTERIUM REGIS
HEBRONITARUM AUTEM PRINCEPS
FUIT HIERIA SECUNDUM FAMILIAS
ET COGNATIONES EORUM

QUADRAGISIMO ANNO REGNI DAUID
RECENSITI SUNT ET INUENTI UIRI
FORTISSIMI IN AZ GALAAD
FRATRESQUE EIUS ROBUSTIORIS
AETATIS DUO MILIA SEPTINGENTI
PRINCIPES FAMILIARUM
PRAEPOSUIT AUTEM EOS DAUID REX
RUBENITIS ET GADITIS ET DIMI
DIO TRIBUS MANASSE
IN OMNE MINISTERIUM DĪ ET REGIS
XXVII FILII AUTEM ISRAHEL SECUNDUM
NUMERUM SUUM PRINCIPES
FAMILIARUM
TRIBUNI ET CENTURIONES
ET PRAEFECTI QUI MINISTRABANT
REGI IUXTA TURMAS SUAS
INGREDIENTES ET EGREDIENTES
PER SINGULOS MENSES IN ANNO
UIGINTI QUATTUOR MILIBUS
SINGULI PRAEERANT
PRIMAE TURMAE IN PRIMO
MENSE ISBOAM PRAEERAT
FILIUS ZABDIHEL
ET SUB EO UIGINTI QUATTUOR
MILIA DE FILIIS FARES
PRINCEPS CUNCTORUM PRINCIPUM
IN EXERCITU MENSE PRIMO
SECUNDI MENSIS HABEBAT
TURMAM DUDI AHOHITES
ET POST SE ALTERUM NOMINE
MACELLOTH
QUI REGEBAT PARTEM EXERCITUS
UIGINTI QUATTUOR MILIUM
DUX QUOQ; TURMAE TERTIAE
IN MENSE TERTIO ERAT BANAIAS
FILIUS IOADAE SACERDOS
ET IN DIUISIONE SUA UIGINTI
QUATTUOR MILIA
IPSE EST BANAIAS FORTISSIMUS
INTER TRIGINTA ET SUPER
TRIGINTA
PRAEERAT AUTEM TURMAE IPSIUS
AMIZABAD FILIUS EIUS
QUARTUS MENSE QUARTO

asahel frater ioab et sabadias
filius eius post eum
et in turma eius uiginti
quattuor milia
Quintus mense quinto princeps
samoath iezraites
et in turma eius uiginti
quattuor milia
Sextus mense sexto hira
filius acces thecuites
et in turma eius uiginti
quattuor milia
Septimus mense septimo
helles phallonites
de filiis ephraim
et in turma eius uiginti
quattuor milia
Octauus mense octauo
sobochai asothites
de stirpe zari
et in turma eius uiginti
quattuor milia
Nonus mense nono abiezer
anathothites de filiis iemini
et in turma eius uiginti
quattuor milia
Decimus mense decimo marai
et ipse netophathites
de stirpe zarai
et in turma eius uiginti
quattuor milia
Undecimus mense undecimo
banaias pharonites
de filiis ephraim
et in turma eius uiginti
quattuor milia
Duodecimus mense duodecimo
holdai netophathites
de stirpe gothoniel
et in turma eius uiginti
quattuor milia
Porro tribubus praeerant isra(he)l
rubenitis dux eliezer
filius zechri
Simeonitis dux saphatias
filius macha
Leuitis asabias filius camuhel
aronites sadoc iuda heliu
frater dauid
Issachar ambri filius michahel
Zabulonitis iesmasias
filius abdiae
Nepthalitibus ierimoth
filius ozihel
filiis ephraim osee filius ozaziu
dimidio tribus manasse in galaad
iaddo filius zachariae
Beniamin autem iasihel
filius abner
dan uero ozrihel filius hieram
hii principes filiorum israhel
noluit autem dauid numerare
eos a uiginti annis inferius
quia dixerat d(omi)n(u)s ut multiplicaret
isr(ahe)l quasi stellas caeli
ioab filius saruiae coeperat
numerare nec conpleuit
quia super hoc ira inruerat
in israhel
et idcirco numerus eorum
qui fuerant recensiti non est
relatus in fastus regis dauid
Super thesauros autem regis
fuit azmoth filius adihel
his autem thesauris qui erant
in urbibus et in uicis et in turribus
praesidebat ionathan
filius oziae
operi autem rustico et agricolis
qui exercebant terram
praeerat ezri filius chelub
uinearumque cultoribus
semeias ramathites
cellis autem uinariis zabdias
aphonites
nam super oliueta et ficeta
quae erant in campestribus
balanan gaderitis

super apothecas autem olei Ioas
porro armentis quae pascebantur
in Sarona praepositus fuit
Setrai Saronites
et super boves in vallibus
Saphath filius Adli
super camelos vero Ubil
Ismahelites
et super asinos Iadias
Meronathites
super oves quoq(ue) Iaziz Agarenus
omnes hii principes substantiae
regis David
Ionathan autem patruus David
consiliarius vir prudens
et litteratus ipse et Iahiel
filius Achamoni
hii erant cum filiis regis
Ahitophel etiam consiliarius
regis et Usi Arachites
amicus regis post Ahitophel
fuit Ioiada filius Banaiae
et Abiathar
princeps autem exercitus
regis erat Ioab

XXVIII Convocavit igitur David
omnes principes Israhel
duces tribuum et praepositos
turmarum qui ministra
bant regi
tribunos quoq(ue) et centuriones
et qui praeerant substantiae
et possessionib(us) regis
filios quoq(ue) suos cum eunuchis
et potentes et robustissi
mos quoq(ue) in exercitu
Hierusalem
cumq(ue) surrexisset rex
et stetisset ait
Audite me fratres mei
et populus meus
cogitavi ut aedificarem domu(m)
in qua requiesceret arca
foederis d(omi)ni et scabellum
pedum d(e)i nostri
et ad aedificandum omnia
praeparavi
d(eu)s autem dixit mihi
non aedificabis domum nomini
meo eo quod sis vir bellator
et sanguinem fuderis
sed elegit d(omi)n(u)s d(eu)s Isr(ae)l me
de universa domo patris mei
ut essem rex super Isr(ae)l
in sempiternum
de Iuda enim elegit principes
porro de domo Iuda domum
patris mei
et de filiis patris mei placuit ei
ut me eligeret regem
super cunctum Israhel
sed et de filiis meis filios enim
multos enim dedit mihi d(omi)n(u)s
elegit Salomonem filium meu(m)
ut sederet in throno regni d(omi)ni
super Israhel
dixitq(ue) mihi
Salomon filius tuus aedificabit
domum meam et atria mea
ipsum enim elegi mihi in filium
et ego ero ei in patrem
et firmabo regnum eius
usq(ue) in aeternum
si perseveraverit facere prae
cepta mea et iudicia sicut hodie
Nunc igitur coram universo
coetu Israhel audiente d(e)o
nostro custodite et perqui
rite cuncta mandata d(omi)ni d(e)i n(ost)ri
ut possideatis terram bonam
et relinquatis eam filiis vestris
post vos usq(ue) in sempiternum
Tu autem Salomon fili mi
scito d(eu)m patris tui
et servi ei corde perfecto
et animo voluntario
omnia enim corda scrutatur
d(omi)n(u)s et universas mentium

cogitationes intellegit
si quaesieris eum invenies
si autem dereliqueris eum
proiciet te in aeternum
nunc ergo quia elegit te dñs
ut aedificares domum sc̄uarii
confortare et perfice
Dedit autem david salomoni
filio suo descriptionem
porticus et templi et cellariorum
et cenaculi et cubiculorum
in adytis et domus
propitiationis
nec non et omnium quae cogitaverat
atriorum et exadrum
per circuitum
in thesauros domus dñi
in thesauris sc̄orum
divisionumq; sacerdotalium
et leviticarum in omnia
opera domus dñi et in universa
vasa ministerii
templi dñi
aurum in pondere per singula
vasa ministerii
argenti quoq; pondus pro
vasorum ad opera diversitate
sed et ad candelabra aurea
et ad lucernas eorum aurū
pro mensura uniuscuiusq;
candelabri et lucernarum
similiter et in candelabris
argenteis et in lucernis
eorum pro diversitate
mensurae pondus argenti
tradidit
aurum quoq; dedit in mensas
propositionis pro diversitate
mensurarum
similiter et argentum in alias
mensas argenteas
ad fuscinulas quoque et fialas
et turibula ex auro purissimo.
et leunculos aureos
pro qualitate mensurae pondus
distribuit in leunculum
et leunculum
similiter et in leones argenteos
diversum argenti pondus
separavit
altari autem in quo adoletur
incensum aurum purissimum
dedit
ut ex ipso fieret similitudo
quadrigae cherubin extendentium
alas et velantium
arcam foederis dñi
omnia inquit venerunt scripta
manu dñi ad me
ut intellegerem universa
opera exemplaris
Dixitquoq; david salomoni
filio suo
viriliter age et confortare
et fac ne timeas et ne paveas
dñs enim dš meus tecum est
et non dimittet te
nec derelinquet
donec perficias omne opus
ministerii domus dñi
ecce divisiones sacerdotum
et levitarum in omne ministerium
domus dñi adsistunt tibi
et parati sunt et noverunt
tam principes quam populus
facere omnia praecepta tua
xxix Locutusq; est david rex
et ad omnem ecclesiam
salomonem filium meum
unum elegit dš adhuc
puerum tenerum
opus autem grande est
nec enim homini praeparatur
habitatio sed dō
ego autem totis virib; meis
praeparavi inpensas
domus dī mei
aurum ad vasa aurea. et argentum

IN ARGENTEA · AES · IN AENEA ·
FERRUM IN FERREA
LIGNUM AD LIGNEA
LAPIDES ONYCHINOS ET QUASI STIBINOS
ET DIUERSORUM COLORUM
OMNEM PRAETIOSUM LAPIDEM
ET MARMOR PARIUM ABUN
DANTISSIME
ET SUPER HAEC QUAE OBTULI
IN DOMUM DI MEI DE PECULIO
MEO AURUM ET ARGENTUM
DO IN TEMPLUM DI MEI
EXCEPTIS HIS QUAE PARAUI IN AEDEM
SCORUM
TREA MILIA TALENTA AURI
DE AURO OPHIR
ET SEPTEM MILIA TALENTORUM
ARGENTI PROBATISSIMI
AD DEAURANDOS PARIETES TEMPLI
ET UBICUMQ. OPUS EST AURUM
DE AURO
ET UBICUMQ. OPUS EST ARGENTUM
ARGENTI OPERA FIANT PER
MANUS ARTIFICUM
ET SI QUIS SPONTE OFFERT IMPLEAT
MANUM TUAM HODIE ET OFFERAT
QUOD UOLUERIT DNO
POLLICITI SUNT ITAQ. PRINCIPES
FAMILIARUM ET PROCERES
TRIBUUM ISRAHEL
TRIBUNI QUOQ. ET CENTURIONES
ET PRINCIPES POSSESSIONUM
REGIS
DEDERUNTQ. IN OPERA DOMUS DNI
AURI TALENTA QUINQ. ET SOLIDOS
DECEM MILIUM
ARGENTI TALENTA DECEM MILIA
ET AERIS TALENTA DECEM
ET OCTO MILIA
FERRI QUOQ. CENTUM MILIUM
TALENTORUM
ET APUD QUEMCUMQ. INUENTI
LAPIDES DEDERUNT IN THESAURUM
DOMUS DNI PER MANU IEHIEL GERSO
NITES.

LAETATUSQ. EST POPULUS CUM
UOTA SPONTE PROMITTERENT
QUIA CORDE TOTO OFFEREBANT
EA DNO
SED ET DAUID REX LAETATUS EST
GAUDIO MAGNO
ET BENEDIXIT DNO CORAM UNIUERSA
MULTITUDINE ET AIT
BENEDICTUS ES DNE DS ISRAHEL
PATRIS NRI AB AETERNO
IN AETERNUM
TUA EST DNE MAGNIFICENTIA
ET POTENTIA ET GLORIA ATQUE
UICTORIA ET TIBI LAUS
CUNCTA ENIM QUAE IN CAELO SUNT
ET IN TERRA TUA SUNT
TUUM DNE REGNUM ET TU ES
SUPER OMNES PRINCIPES
TUAE DIUITIAE ET TUA EST GLORIA
TU DOMINARIS OMNIUM
IN MANU TUA UIRTUS ET POTENTIA
IN MANU TUA MAGNITUDO
ET IMPERIUM OMNIUM
NUNC IGITUR DS NR CONFITEBIMUR
ET LAUDAMUS NOMEN TUUM
INCLYTUM
QUIS EGO ET QUIS POPULUS MEUS
UT POSSIMUS HAEC TIBI UNIUERSA
PROMITTERE
TUA SUNT OMNIA ET QUAE DE MANU
TUA ACCEPIMUS DEDIMUS TIBI
PEREGRINI ENIM SUMUS CORAM TE
ET ADUENAE SICUT OMNES
PATRES NOSTRI
DIES NOSTRI QUASI UMBRA SUPER
TERRAM ET NULLA EST MORA
DNE DS NR OMNIS HAEC COPIA
QUAM PARAUIMUS UT AEDIFICA
RETUR DOMUS NOMINI SCO TUO
DE MANU TUA EST ET TUA
SUNT OMNIA
SCIO DS MEUS QUOD PROBES CORDA
ET SIMPLICITATEM DILIGAS
UNDE ET EGO IN SIMPLICITATE

cordis mei laetus obtuli
universa haec
et populum tuum qui hic reper
tus est vide cum ingenti gaudio
tibi offerre donaria
dñe ds abraham et isaac et isrl̄.
patrum nostrorum
custodi in aeternum hanc
voluntatem cordis eorum
et semper in generationem tui
mens ista permaneat
salomoni quoq; filio meo
da cor perfectum
ut custodiat mandata tua
et testimonia tua caerimonias
tuas et faciat universa
et aedificet aedem cuius
inpensas paravi
Praecepit autem david
et universae ecclesiae
benedicite dño do nostro
et benedixit omnis ecclesia
dño do patrum suorum
et inclinaverunt se et adorave
runt dm̄ et inde regem
immolaveruntq; victimas dño
et obtulerunt holocausta
die sequenti
tauros mille arietes mille
agnos mille cum libaminibus suis
et universo ritu abundan
tissime in omnem israhel
et comederunt et biberunt
coram dño in die illo
cum grandi laetitia
et unxerunt secundo salomo
nem filium david
unxerunt autem dño in principē
et sadoc in pontificem
sedit q; salomon super solium
dñi in regem et pro david
patre suo
et cunctis placuit et paruit
illi omnis israhel.
sed et universi principes
et potentes et cuncti filii
regis david dederunt manum
et subiecti fuerunt regi
salomoni
magnificavit ergo ds salomonem
super omnem israhel.
et dedit illi gloriam regni
qualem nullus habuit
ante eum rex israhel.
Igitur david filius isai regnavit
super universum israhel.
et dies quib; regnavit super isrl̄;
fuerunt quadraginta anni
in hebron regnavit septem
annis. et in hierusalem
triginta tribus
et mortuus est in senectute
bona plenus dierum
et divitiis et gloria
regnavitq; salomon filius
eius pro eo
gesta autem david regis
priora et novissima
scripta sunt in libro
samuhel videntis
in libro nathan prophetae
atque volumine gad
videntis
universique regni eius
et fortitudinis
et temporum quae transie
runt sub eo sive in israhel.
sive in cunctis regnis
terrarum .

1 CONFORTATUSESTERGOSALOMON
FILIUSDAUID INREGNOSUO
ETDNS ERATCUMEO ETMAGNIFI
CAUIT EUM INEXCELSUM
PRAECEPITQ; SALOMON
UNIUERSO ISRAHELI
TRIBUNIS ETCENTURIONIBUS
ETDUCIB; ETIUDICIB; OMNIS
ISRAHEL ETPRINCIPIBUS
FAMILIARUM
ETABIIT CUM UNIUERSAMULTITU
DINE INEXCELSUMGABAON
UBIERAT TABERNACULUM FOEDE
RIS DNI QUOD FECIT MOSES
FAMULUSDNI INSOLITUDINE
ARCAM AUTEM DI ADDUXERAT
DAUID DECARIATHIARIM
INLOCUMQUEMPARAUERATEI
ET UBIFIXERAT ILLI TABERNACU
LUM HOCEST INHIERUSALEM
ALTAREQUOQ; AENEUMQUOD
FABRICATUSFUERAT BESELEHEL
FILIUS URI FILII UR QUIERAT
CORAM TABERNACULODNI
QUOD ET REQUIUIT SALOMON
ET OMNIS ECCLESIA
ASCENDITQ; ADALTARE AENEUM
CORAMTABERNACULOFOEDERIS
DNI ETOBTULIT INEOMILLE
HOSTIAS
ECCEAUTEM IN IPSA NOCTE
APPARUIT EIDS DICENS
POSTULA QUODUIS UTDEM TIBI
DIXITQ; SALOMON DO
TUFECISTI CUM DAUID PATREMEO
MISERI CORDIAM MAGNAM
ETCONSTITUISTI ME REGEM
PRO EO
NUNC IGITUR DNEDS IMPLEATUR
SERMOTUUSQUEMPOLLICITUS
ES DAUID PATRIMEO
TU ENIM FECISTI MEREGEMSUPER
POPULUM TUUM MULTUM
QUI TAM INNUMERABILISEST

QUAM PULUISTERRAE
DAMIHISAPIENTIAM ETINTELLEGEN
TIAM UT EGREDIAR CORAM
POPULOTUO ETINGREDIAR
QUIS ENIM POTEST HUNC POPULUM
TUUM DIGNE QUITAM GRANDIS
EST IUDICARE
DIXIT AUTEM DS ADSALOMONEM
QUIA HOC MAGIS PLACUIT CORDITUO
ET NON POSTULASTI DIUITIAS
ET SUBSTANTIAM ETGLORIAM
NEQ; ANIMAS EORUM QUITEODERUNT
SED NEC DIES UITAE PLURIMOS
PETISTI AUTEM SAPIENTIAM ETSCI
ENTIAM UT IUDICARE POSSIS
POPULUM MEUM SUPERQUEM
CONSTITUI TE REGEM
SAPIENTIA ETSCIENTIA DATASUNTTIBI.
DIUITIAS AUTEM ETSUBSTANTIAM
ET GLORIAM DABO TIBI
ITA UT NULLUS IN REGIB; NEC ANTETE
NEC POST TE FUERIT SIMILISTUI
UENIT ERGO SALOMON ABEXCELSO
GABAON INHIERUSALEM CORAM
TABERNACULO FOEDERIS
ET REGNAUIT SUPER ISRAHEL
CONGREGAUITQ; SIBI CURRUS
ET EQUITES
ET FACTI SUNT EI MILLE QUADRIN
GENTI CURRUS ETDUODECEM
MILIA EQUITUM
ET FECIT EOS ESSE IN URBIBUS
QUADRIGARUM ETCUM REGE
IN HIERUSALEM
PRAEBUITQ; REX ARGENTUM
ET AURUM INHIERUSALEM
QUASI LAPIDES
ET CEDROS QUASI SYCOMOROS
QUAE NASCUNTUR INCAMPESTRIB;
MULTITUDINE MAGNA
ADDUCEBANTUR AUTEM ET EQUI
DE AEGYPTO. ET DE COA.
A NEGOTIATORIBUS REGIS
QUI IBANT ET EMEBANT PRAETIO

quadrigam equorum sescentis
argenteis et equum centum
quinquaginta
Similiter de universis regnis
Cetheorum et regib· Syriae
emptio celebrabatur.
II. Decrevit autem Salomon
aedificare domum nomini d̄ni
et palatium sibi
et numeravit septuaginta milia
virorum portantium umeris
et octoginta milia qui caederent
lapides in montibus
praepositosq· eorum tria milia
sescentos
Misitquoque ad Hiram regem
Tyri dicens
Sicut egisti cum David patre meo
et misisti ei ligna cedrina
ut aedificaret sibi domum
in qua habitavit
sic fac mecum ut aedificem
domum nomini d̄ni d̄i mei
et consecrem eam ad adolendum
incensum coram illo
et fumiganda aromata
et propositionem panum sempi
ternam et holocaustomata
mane et vespere
sabbatis quoq· et neomeniis
et sollemnitatibus d̄ni d̄i n̄ri
in sempiternum quae man
data sunt Israhel
domus autem quam aedificare
cupio magna est
magnus enim d̄s n̄r super
omnes deos
quis ergo poterit praevalere
ut aedificet ei dignam domum
si caelum et caeli caelorum
capere eum non queunt
quantus ego sum ut possim ei
aedificare domum
sed ad hoc tantum ut adoleatur
incensum coram illo
Mitte igitur mihi virum eruditū
qui noverit operari in auro
et argento aere ferro
purpura coccino et hyacintho
et qui sciat sculpere celata
cum his artificibus quos mecū
habeo in Iudaea et in Hierusalē
quos praeparavit David
pater meus
Sed et ligna cedrina mitte mihi
et arceuthina et pinea de Libano
Scio enim quod servi tui noverin̄
caedere ligna de Libano
et erunt servi mei cum servis
tuis ut parentur mihi
ligna plurima
domus enim quam cupio aedificare
magna est nimis et inclyta
Praeterea operariis qui caesuri
sunt ligna servis tuis
dabo in cibaria
tritici coros viginti milia
et hordei coros totidem
olei quoq· sata viginti milia
Dixit Hiram rex Tyri per litte
ras quas miserat Salomoni
quia dilexit d̄ns populum suū
idcirco te regnare fecit
super eum
et addidit dicens
Benedictus d̄ns d̄s Israhel
qui fecit caelum et terram
qui dedit David regi filium
sapientem et eruditum
et sensatum atq· prudentem
ut aedificaret domum d̄no
et palatium sibi
misi ergo tibi virum prudentem
et scientissimum Hiram
patrem meum
filium mulieris de filiab· Dan
cuius pater Tyrius fuit
qui noverit operari in auro

et argento et aere et ferro
et marmore et lignis
in purpura quoq; et hyacinto
et bysso et coccino
et qui sciat celare omnem
scalpturam
et adinuenire prudenter
quodcumque in opere
necessarium est
cum artificib; tuis et cum
artificib; domini mei
dauid patris tui
Triticum ergo et hordeum
et uinum quae pollicitus es
domine mi . mitte seruis tuis
nos autem cedemus ligna
de libano quae necessaria
habueris
et adplicauimus ea ratibus
per mare in ioppe
Tuum erit transferre ea
in hierusalem
Numerauit igitur salomon
omnes uiros proselitos
qui erant in terra israhel
post denumerationem quam
denumeraret et dauid pater
et inuenti sunt centum
quinquaginta milia
et tria milia sescenti
fecitq; ex eis septuaginta
milia qui umeris onera
portarent
et octoginta milia qui lapides
in montib; cederent
Tria milia autem et sescentos
praepositos operum populi.
III Et coepit salomon aedificare
domum dñi in hierusalem
in monte moria
qui demonstratus fuerat
dauid patri eius
in loco quem parauerat dauid
in area ornan iebusaei
Coepit autem aedificare mense
secundo anno quarto regni sui
et haec sunt fundamenta quae
iecit salomon ut aedificaret
domum dī
Longitudinis cubitos in mensura
prima sexaginta . latitudinis
cubitos uiginti
porticum uero ante frontem
qua tendebantur in longum
iuxta mensuram latitudinis
domus cubitorum uiginti
porro altitudo centum
uiginti cubitorum erat
et deaurauit eam intrinsecus
auro mundissimo
domum quoq; maiorem texit
tabulis ligneis abiegnis
et lamminas auri obrizi
adfixit per totum
scalpsitq; in ea palmas et quasi
catenulas se inuicem
conplectentes
Strauitquoq; pauimentum
templi praetiosissimo
marmore decore multo
porro aurum erat probatissimū
de cuius lamminis texit
domum et trabes eius
et postes et parietes
et ostia
et celauit cherubin in parietib;.
Fecit quoq; domum scīs scōrum
longitudinem iuxta latitudinē
domus cubitorum uiginti
et latitudinem similiter
uiginti cubitorum
et lamminis aureis texit eam
quasi talentis sescentis
Sed et clauos fecit aureos
ita ut singuli claui siclos
quinquagenos adpenderent
cenacula quoq; texit auro
Fecit etiam in domo scīs scōrum

cherubin duo opere statuario
et texit eos auro
alae cherubin uiginti cubitis
extendebantur
ita ut una ala haberet cubitos
quinq· et tangeret parietem
domus
et altera quinq· cubitos habens
alam tangeret alterius
cherub
similiter cherub alterius ala
quinq· habebat cubitos
et tangebat parietem
et ala eius altera quinq· cubito
rum alam cherub
alterius contingebat
igitur alae utriusq· cherubin
expansae erant
et extendebantur per cubitos
uiginti
ipsi autem stabant erectis pedib·
et facies eorum uersae erant
ad exteriorem domum
Fecit quoq· uelum ex hiacinto
purpura coccino et bysso
et intexit ei cherubin
Ante fores etiam templi
duas columnas
quae triginta et quinq· cubitos
habebant altitudinis
porro capita earum quinq·
cubitorum
nec non et quasi catenulas
in oraculo
et super posuit eas capitibus
columnarum
mala granata etiam centum
quae catenulis interposuit
ipsasq· columnas posuit
in uestibulo templi unam
a dextris et alteram a sinistris
eam quae a dextris erat uocauit
iachin . et quae ad leuam booz
IIII Fecit quoq· altare aeneum
uiginti cubitorum longitudinis
et uiginti cubitorum latitudinis
et decem cubitorum altitudinis
Mare etiam fusile decem cubitis
a labio usq· ad labium rotun
dum per circuitum
quinq· cubitos habebat altitudinis
et funiculus triginta cubitorum
ambiebat circum eius
similitudo quoq· boum erat
subter illud
et decem cubitis quaedam
extrinsecus celaturae
quasi duob· uersib· alueum
maris circuibant
boues autem erant fusiles
et ipsum mare super duodecem
boues inpositum erat
quorum tres respiciebant
aquilonem et alii tres occidentem
porro tres alii meridiem
et tres qui reliqui erant orientem
mare habentes superpositum
posteriora autem boum erant
intrinsecus sub mari
porro uastitas eius habebat
mensuram palmi
et labium illius erat
quasi labium calicis
uel repandi lilii
capiebatq· mensurae
tria milia metretas
Fecit quoq· conchas decem
et posuit quinq· a dextris
et quinq· a sinistris
ut lauarent in eis omnia
quae in holocaustum
oblaturi erant
porro in mari sacerdotes
lauabantur
Fecit autem et candelabra
aurea decem secundum speciem
qua iusserat fieri
et posuit ea in templo quinq·

A DEXTRIS ET QUINQ· A SINISTRIS
NEC NON ET MENSAS DECEM
POSUITQ· EAS IN TEMPLO QUINQ·
A DEXTRIS ET QUINQ· A SINISTRIS
FIALASQUOQ· AUREAS CENTUM
FECIT ETIAM ATRIUM SACERDOTUM
ET BASILICAM GRANDEM
ET OSTIA IN BASILICA QUAE TEXIT AERE
PORRO MARE POSUIT IN LATERE
DEXTRO CONTRA ORIENTEM
AD MERIDIEM
FECIT AUTEM ETIAM HIRAM
LEBETAS QUOQ· ET CREAGRAS
ET FIALAS
ET CONPLEUIT OMNE OPUS REGIS
IN DOMO DĪ
HOC EST COLUMNAS DUAS ET EPISTILIA
ET CAPITA QUASI QUAEDAM
RETIACULA QUAE CAPITA TEGERENT
SUPER EPISTILIA
MALAGRANATA QUOQUE QUADRIN
GENTA ET RETIACULA DUO
ITA UT BINI ORDINES MALAGRANATORŪ
SINGULIS RETIACULIS IUNGERENTUR
QUAE PROTEGERENT EPISTILIA
ET CAPITA COLUMNARUM
BASES ETIAM FECIT ET CONCHAS
QUAS SUPERPOSUIT BASIBUS
MARE UNUM BOUESQUE
DUODECEM SUB MARI
ET LEBETAS ET CREAGRAS ET FIALAS
OMNIA UASA FECIT SALOMON HIRAM
PATER EIUS IN DOMO DNĪ
EX AERE MUNDISSIMO
IN REGIONE IORDANIS FUDIT EA REX
IN ARGILLOSA TERRA INTER
SOCCOT ET SAREDATHA
ERAT AUTEM MULTITUDO UASORŪ
INNUMERABILIS ITA UT IGNORA
RETUR PONDUS AERIS
FECITQ· SALOMON OMNIA UASA
DOMUS DĪ ET ALTARE AENEUM
ET MENSAS ET SUPER EAS
PANES PROPOSITIONIS

CANDELABRA QUOQ· CUM LUCERNIS
SUIS UT LUCERENT ANTE ORACULŪ
IUXTA RITUM EX AURO PURISSIMO
ET FLORENTIA QUAEDAM ET LUCER
NAS ET FORCIPES AUREOS
OMNIA DE AURO MUNDISSIMO
FACTA SUNT
TYMIAMATERIA QUOQ· ET TURIBULA
ET FIALAS ET MORTARIOLA
EX AURO PURISSIMO
ET OSTIA CELAUIT TEMPLI INTERI
ORIS ID EST IN SCŌ SCŌRUM
ET OSTIA TEMPLI FORINSECUS AUREA
SIC QUE CONPLETUM EST OMNE
OPUS QUOD FECIT SALOMON
IN DOMO DNĪ
V INTULIT IGITUR SALOMON OMNIA
QUAE UOUERAT DAUID PATER SUUS
ARGENTUM ET AURUM ET UNIUERSA
UASA POSUIT IN THESAURIS
DOMUS DNĪ
POST QUAE CONGREGAUIT MAIORES
NATU ISRAHEL ET CUNCTOS
PRINCIPES TRIBUUM
ET CAPITA FAMILIARUM DE FILIIS
ISRAHEL IN HIERUSALEM
UT ADDUCERENT ARCAM FOEDERIS
DNĪ DE CIUITATE DNĪ DAUID
QUAE EST SION
UENERUNT IGITUR AD REGEM
OMNES UIRI ISRAHEL IN DIE
SOLLEMNI MENSIS SEPTIMI
CUMQUE UENISSENT CUNCTI
SENIORUM ISRAHEL
PORTAUERUNT LEUITAE ARCAM
ET INTULERUNT EAM ET OMNEM
PARATURAM TABERNACULI
PORRO UASA SCŪARII QUAE ERANT
IN TABERNACULO PORTAUERUNT
SACERDOTES CUM LEUITIS
REX AUTEM SALOMON ET UNIUER
SUS COETUS ISRAHEL ET OMNES
QUI FUERANT CONGREGATI
ANTE ARCAM

IMMOLABANT ARIETES ET BOUES
ABSQ· ULLO NUMERO
TANTA ENIM ERAT MULTITUDO
UICTIMARUM
ET INTULERUNT SACERDOTES ARCAM
FOEDERIS DNI IN LOCUM SUUM
ID EST AD ORACULUM TEMPLI SCA
SCORUM SUBTER ALAS CHERUBIN
ITA UT CHERUBIN EXPANDERENT
ALAS SUAS SUPER LOCUM IN QUO
POSITA ERAT ARCA
ET IPSAM ARCAM TEGERENT
CUM UECTIB· EIUS
UECTIUM AUTEM QUIB· PORTABANT
ARCAM QUIA PAULULUM LONGIORES
ERANT CAPITA PAREBANT
ANTE ORACULUM
SI UERO QUIS PAULULUM FUISSET
EXTRINSECUS EOS UIDERE
NON POTERAT
FUIT ITAQ· ARCA IBI USQUE
IN PRAESENTEM DIEM
NIHILQ· ERAT ALIUD IN ARCA
NISI DUAE TABULAE QUAS POSUE
RAT MOSES IN HOREB
QUANDO LEGEM DEDIT DNS FILIIS
ISRL EGREDIENTIB· EX AEGYPTO
EGRESSIS AUTEM SACERDOTIBUS
DE SCUARIO
OMNES ENIM SACERDOTES QUI IBI
POTUERANT INUENIRI
SCIFICATI SUNT
NEC ADHUC ILLO TEMPORE UICES
ET MINISTERIORUM ORDO
INTER EOS DIUISUS ERAT
TAM LEUITAE QUAM CANTORES
ID EST QUI ET SUB ASAPH ERANT
ET SUB HEMAN. ET QUI SUB
IDITHUN FILII ET FRATRES EORUM
UESTITI BYSSINIS CYMBALIS
ET PSALTERIIS ET CITHARIS
ET CONCREPABANT STANTES AD ORI
ENTALEM PLAGAM ALTARIS
CUMQ· EIS SACERDOTES CENTUM
UIGINTI CANENTES TUBIS
IGITUR CUNCTIS PARITER ET TUBIS
ET UOCE ET CYMBALIS ET ORGANIS
ET DIUERSIS GENERIS MUSICORUM
CONCINENTIB· ET UOCEM
IN SUBLIME TOLLENTIBUS
LONGE SONITUS AUDIEBATUR
ITA UT CUM DNM LAUDARE
COEPISSENT ET DICERE
CONFITEMINI DNO QUONIAM BONUS
QUONIAM IN AETERNUM
MISERICORDIA EIUS
IMPLETUR DOMUS DNI NUBE
NEC POSSENT SACERDOTES STARE
PROPTER CALIGINEM
CONPLEUERAT ENIM GLORIA DNI
DOMUM DI
VI TUNC SALOMON AIT
DNS POLLICITUS EST UT HABITARET
IN CALIGINEM
EGO AUTEM AEDIFICAUI DOMUM
NOMINI EIUS UT HABITARET IBI
IN PERPETUUM
ET CONUERTIT FACIEM SUAM
ET BENEDIXIT UNIUERSAE
MULTITUDINI ISRAHEL
NAM OMNIS TURBA STABAT
INTENTA ET AIT
BENEDICTUS DNS DS ISRAHEL QUI
QUOD LOCUTUS EST DAUID
PATRI MEO OPERE CONPLEUIT
DICENS A DIE QUA EDUXI POPULUM
MEUM DE TERRA AEGYPTI
NON ELEGI CIUITATEM DE CUNCTIS
TRIBUBUS ISRAHEL
UT AEDIFICARETUR IN EA DOMUS
NOMINI MEO
NEQ· ELEGI QUEMQUAM ALIUM
UIRUM UT ESSET DUX
IN POPULO MEO ISRAHEL
SED ELEGI HIERUSALEM UT SIT
NOMEN MEUM IN EA
ET ELEGI DAUID UT CONSTITUEREM
EUM SUPER POPULUM MEUM ISRL

cumq; fuisset uoluntatis dauid
patris mei ut aedificaret
domum nomini dn̄i ds̄ israhel.
dixit dn̄s ad eum
quia haec fuit uoluntas tua
ut aedificares domum
nomini meo
bene quidem fecisti habere
uoluntatem huiuscemodi
sed non tu aedificabis domum
uerum filius tuus qui egredie
tur de lumbis tuis
ipse aedificabit domum
nomini meo
Conpleuit ergo dn̄s sermonem
suum quem locutus fuerat
et ego surrexi pro dauid
patre meo
et sedi super thronum israhel
sicut locutus est dn̄s
et aedificaui domum nomini
dn̄i ds̄ israhel
et posui in ea arcam in qua est
pactum dn̄i quod pepigit
cum filiis israhel.
Stetit ergo coram altare dn̄i
ex aduerso uniuersae multi
tudinis israhel.
et extendit manus suas
siquidem fecerat salomon
basem aeneam et posuerat
eam in medio basilicae
habentem quinq; cubitos
longitudinis
et quinq; cubitos latitudinis
et tres cubitos in altum
stetitq; super eam
et deinceps flexis genibus
contra uniuersam multi
tudinem israhel.
et palmis in caelum leuans ait
Dn̄e ds̄ israhel non est similis
tui ds̄ in caelo et in terra
qui custodis pactum et miseri
cordiam cum seruis tuis
qui ambulant coram te
in toto corde suo
qui praestitisti seruo tuo dauid
patri meo quaecumq;
locutus fueras ei
et quae ore promiseras opere
conplesti sicut praesens
tempus probat
Nunc ergo dn̄e ds̄ israhel imple
seruo tuo patri meo dauid
quaecumq; locutus es dicens
non deficiet ex te uir coram me
qui sedeat super thronū isrl̄;
ita tamen si custodierint filii
tui uias suas et ambulauerint
in lege mea sicut tu ambu
lasti coram me
Et nunc dn̄e ds̄ isrl̄ firmetur
sermo tuus quem locutus
es seruo tuo dauid
Ergo ne credibile est ut habitet
ds̄ cum hominib; super terram
si caelum et caeli caelorum
non te capiunt quanto magis
domus ista quam aedificaui
Sed ad hoc tantum facta est
ut respicias orationem
serui tui
et obsecrationem eius
dn̄e ds̄ meus audias
et preces quas fundit famulus
tuus coram te
ut aperias oculos tuos
super domum istam
dieb; et noctibus
super locum in quo pollicitus es
ut inuocaretur nomen tuum
et exaudieris orationem quam
seruus tuus orat in eo
exaudi preces famuli tui
et populi tui israhel
quicumq; orauerit in loco isto
et exaudi de habitaculo tuo

IDEST DE CAELIS ET PROPITIARE
SI PECCAUERIT QUISPIAM
IN PROXIMUM SUUM
ET IURARE CONTRA EUM PARATUS
UENERIT
SEQ· MALEDICTO CONSTRINXERIT
CORAM ALTARI IN DOMO ISTA
TU AUDIES DE CAELO ET FACIES
IUDICIUM SERUORUM TUORUM
ITA UT REDDAS INIQUO UIAM SUAM
IN CAPUT PROPRIUM
UT ULCISCARIS IUSTUM RETRIBUENS
EI SECUNDUM IUSTITIAM SUAM
SI SUPERATUS FUERIT POPULUS TUUS
ISRL AB INIMICIS PECCABUNT ENIM TIBI
ET CONUERSI EGERINT PAENITENTIAM
ET OBSECRAUERINT NOMEN TUUM
ET FUERINT DEPRECATI IN LOCO ISTO
TU EXAUDI DE CAELO ET PROPITIARE
PECCATO POPULI TUI ISRAHEL
ET REDUC EOS IN TERRAM QUAM
DEDISTI EIS ET PATRIB· EORUM
SI CLAUSO CAELO PLUUIA NON FLUXE
RIT PROPTER PECCATA POPULI TUI
ET DEPRECATI TE FUERINT IN LOCO
ISTO ET CONFESSI NOMINI TUO
ET CONUERSI A PECCATIS SUIS
CUM EOS ADFLIXERIS
EXAUDI DE CAELO DÑE ET DIMITTE
PECCATA SERUIS TUIS
ET POPULI TUI ISRAHEL
ET DOCE EOS UIAM BONAM PER
QUAM INGREDIANTUR
ET DA PLUUIAM TERRAE QUAM DEDI
STI POPULO TUO AD POSSIDENDUM
FAMES SI ORTA FUERIT IN TERRA
PESTILENTIA ET AURUGO
ET LUCUSTA ET BRUCHUS
ET HOSTES UASTATIS REGIONIBUS
PORTAS OBSEDERINT CIUITATIS
OMNISQ· PLAGA ET INFIRMITAS
PRESSERIT
SI QUIS DE POPULO TUO ISRAHEL
FUERIT DEPRECATUS COGNOSCENS
PLAGAM ET INFIRMITATEM SUAM
ET EXPANDERIT MANUS SUAS
IN DOMO HAC
TU EXAUDI DE CAELO DE SUBLIMI
SCILICET HABITACULO TUO
ET PROPITIARE
ET REDDE UNICUIQ· SECUNDUM
UIAS SUAS QUAS NOSTI EUM
HABERE IN CORDE SUO
TU ENIM SOLUS NOSTI CORDA
FILIORUM HOMINUM
UT TIMEANT TE ET AMBULENT
IN UIIS TUIS CUNCTIS DIEB·
QUIB· UIUUNT SUPER FACIEM
TERRAE QUAM DEDISTI
PATRIB· NOSTRIS
EXTERNUM QUOQ· QUI NON EST
DE POPULO TUO ISRL SI UENERIT
DE TERRA LONGINQUA
PROPTER NOMEN TUUM MAGNUM
ET PROPTER MANUM TUAM
ROBUSTAM ET BRACHIUM TUUM
EXTENTUM
ET ADORAUERIT IN LOCO ISTO
TU EXAUDIES DE CAELO FIRMISSIMO
HABITACULO TUO
ET FACIES CUNCTA PRO QUIB· INUOCA
UERIT TE ILLE PEREGRINUS
UT SCIANT OMNES POPULI TERRAE
NOMEN TUUM UT TIMEANT TE
SICUT POPULUS TUUS ISRAHEL
ET COGNOSCANT QUIA NOMEN TUUM
INUOCATUM EST SUPER DOMUM
HANC QUAM AEDIFICAUI NOMINI TUO
SI EGRESSUS FUERIT POPULUS TUUS
AD BELLUM CONTRA ADUERSARIOS
SUOS PER UIAM IN QUA MISERIS EOS
ADORABUNT TE CONTRA UIAM IN QUA
CIUITAS HAEC EST QUAM ELEGISTI
ET DOMUM QUAM AEDIFICAUI
NOMINI TUO
UT EXAUDIAS DE CAELO PRECES EORUM
ET OBSECRATIONEM ET ULCISCARIS
SIN AUTEM PECCAUERINT TIBI NEQ· ENIM

EST HOMO QUI NON PECCET
ET IRATUS FUERIS EIS ET TRADI
DERIS HOSTIBUS
ET CAPTIUOS EOS DUXERINT
IN TERRAM LONGINQUAM
UEL CERTE QUAE IUXTA EST
ET CONUERSI CORDE SUO IN TERRA
AD QUAM CAPTIUI DUCTI FUERANT
EGERINT PAENITENTIAM
ET DEPRECATI TE FUERINT IN TERRA
CAPTIUITATIS SUAE DICENTES
PECCAUIMUS INIQUE FECIMUS
IN IUSTE EGIMUS
ET REUERSI FUERINT AD TE
IN TOTO CORDE SUO ET IN TOTA
ANIMA SUA
IN TERRA CAPTIUITATIS SUAE
AD QUAM DUCTI SUNT
ADORABUNT TE CONTRA UIAM TERRAE
SUAE QUAM DEDISTI PATRIB·
EORUM ET URBIS QUAM ELEGISTI
ET DOMUS QUAM AEDIFICAUI
NOMINI TUO
UT EXAUDIAS DE CAELO HOC EST
FIRMO HABITACULO TUO
PRECES EORUM
ET FACIES IUDICIUM ET DIMITTAS
POPULO TUO QUAMUIS PECCATORI
TU ES ENIM DS MEUS
APERIANTUR Q· OCULI TUI ET AURES
TUAE INTENTAE SINT AD ORATIONĒ
QUAE FIT IN LOCO ISTO
NUNC IGITUR CONSURGE DÑE DS
IN REQUIEM TUAM TU ET ARCA
FORTITUDINIS TUAE
SACERDOTES TUI DS INDUANTUR
SALUTE ET SCI TUI LAETENTUR
IN BONIS
DÑE DS NE AUERTERIS FACIEM XPI
TUI MEMENTO MISERICORDIA
RUM DAUID SERUI TUI
VII CUMQ· CONPLESSET SALOMON
FUNDENS PRECES
IGNIS DESCENDIT DE CAELO ET DE
UORAUIT HOLOCAUSTA
ET UICTIMAS
ET MAIESTAS DÑI INPLEUIT DOMŪ
NEC POTERANT SACERDOTES
INGREDI TEMPLUM DÑI
SED ET OMNES FILII ISRAHEL
UIDEBANT DISCENDENTEM IGNĒ
ET GLORIAM DÑI SUPER DOMUM
ET CORRUENTES PRONI IN TERRAM
SUPER PAUIMENTUM STRATUM
LAPIDE ADORAUERUNT
ET LAUDAUERUNT DÑM QUONIAM
BONUS QUONIAM IN AETERNUM
MISERICORDIA EIUS
REX AUTEM ET OMNIS POPULUS
IMMOLABANT UICTIMAS
CORAM DÑO
MACTAUIT IGITUR REX SALOMON
HOSTIAS BOUUM UIGINTI DUO MILIA
ARIETUM CENTUM UIGINTI MILIA
ET DEDICAUIT DOMUM DI REX
ET UNIUERSUS POPULUS
SACERDOTES AUTEM STABANT
IN OFFICIIS SUIS
ET LEUITAE IN ORGANIS CARMINUM
DÑI QUAE FECIT DAUID REX
AD LAUDANDUM DÑM QUONIAM
IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
HYMNOS DAUID CANTANTES
PER MANUS SUAS
PORRO SACERDOTES CANEBANT
TUBIS ANTE EOS CUNCTUSQUE
ISRAHEL STABAT
SCIFICAUIT QUOQ· SALOMON MEDIŪ
ATRII ANTE TEMPLUM DÑI
OBTULERAT ENIM IBI HOLOCAUSTA
ET ADIPE PACIFICORUM
QUIA ALTARE AENEUM QUOD FECERAT
NON POTERAT SUSTINERE HOLO
CAUSTA ET SACRIFICIA ET ADIPES
FECIT SALOMON SOLLEMNITATEM
IN TEMPORE ILLO SEPTEM DIEB·
ET OMNIS CUM EO ECLESIA
MAGNA UALDE

ab introitu emath
usque ad torren
tem aegypti
fecitque die octavo collectam
eo quod dedicasset altare
septem diebus et sollemni
tatem celebrasset
diebus septem
igitur in die vicisimo tertio
mensis septimi dimisit populu(m)
ad tabernacula sua
laetantes atque gaudentes
super bona quae fecerat
dns david et salomoni
et israhel populo suo
conplevitque salomon
domum dni et domum regis
et omnia quae disposuerat
in corde suo
ut faceret in domo dni et in
domo sua et prosperatus est
Apparuit autem ei dns
nocte et ait
audivi orationem tuam
et elegi locum istum
mihi in domum sacrificii
si clausero caelum et pluvia
non fluxerit
et mandavero et praecepero
lucustae ut devoret terram
et misero pestilentiam
in populum meum
conversus autem populus meus
super quos invocatum est
nomen meum deprecatus
me fuerit
et exquisierit faciem meam
et egerit paenitentiam
a viis suis pessimis
et ego exaudiam de caelo
et propitius ero peccatis
eorum et salvabo terram eorū
oculi quoque mei erunt aperti
et aures meae erectae

ad orationem eius qui in loco
isto oraverit
elegi enim et scificavi locum
istum ut sit nomen meum
ibi in perpetuum
et permaneant oculi mei
et cor meum ibi cunctis diebus
tu quoque si ambulaveris
coram me sicut ambulavit
david pater tuus
et feceris iuxta omnia quae
praecepi tibi et iustitias meas
iudiciaque servaveris
suscitabo thronum regni tui
sicut pollicitus sum david
patri tuo dicens
non auferetur de stirpe tua
vir qui sit princeps in isrl
si aversi autem fueritis et dere
liqueritis iustitias meas
et praecepta mea quae pro
posui vobis
et abeuntes servieritis
diis alienis et adoraveritis eos
evellam vos de terra mea
quam dedi vobis
et domum hanc quam aedificavi
nomini meo proiciam a facie mea
et tradam eam in parabolam
et in exemplū cunctis populis
et domus ista erit in proverbiū
universis transeuntibus
et dicent stupentes quare fecit
dns sic terrae huic et domui huic
respondebuntq; quia dereliqu
erunt dnm dm patrum suorum
qui eduxit eos de terra aegypti
et adprehenderunt deos alienos
et adoraverunt eos atq; coluerunt
idcirco venerunt super eos
universa haec mala
viii Expletis autem viginti annis
postquam aedificavit salomon
domum dni et domum suam

Civitates quas dederat hiram
salomoni aedificavit et habi
tare ibi fecit filios israhel.
Abiit quoque in emath suba
et obtinuit et aedificavit
palmyram in deserto
et alias civitates munitissimas
aedificavit in emath
Extruxitque bethoron superio
rem et bethoron inferiorem
Civitates muratas habentes
portas et vectes et seras
Baalath etiam et omnes urbes
firmissimas quae fuerint
salomonis
Cunctasque urbes quadrigarum
et urbes equitum
Omnia quaevoluit salomon
atque disposuit aedificavit
in hierusalem et libano universa
terra potestatis suae
Omnem populum qui derelictus
fuerat de cetheis et amorreis
et ferezeis et eveis
et hiebusaeis qui non erant
de stirpe israhel.
de filiis eorum et de posteritatib.
quos non interfecerant
filii israhel,
Subiugavit salomon in tribu
tarios usque in diem hanc
Porro de filiis israhel non
posuit ut servirent
operibus regis
enim Ipsi erant viri bellatores
et duces primi
et principes quadrigarum
et equitum eius
Omnes autem principes exer
citus regis salomonis fue
runt ducenti quinquaginta
qui erudiebant populum
Filiam vero pharaonis
trans tulit de civitate david

in domum quam aedifi
caverat ei
Dixit enim non habitavit
uxor mea in domo david regis isrl.
eo quod sci ficata sit quia ingressa
est eam arca dni
Tunc obtulit salomon
holocausta dno
super altare dni quod extruxerat
ante porticum
ut per singulos dies offerretur
in eo iuxta praeceptum mosi
in sabbatis et in kalendis
et in festis diebus
ter per annum id est sollemni
tate azymorum et in sollemni
tate ebdomadarum et in sol
lemnitate tabernaculorum
Et constituit iuxta dispositionem
david patris sui
officia sacerdotum in minis
teriis suis
et levitas in ordine suo
et laudarent et ministrarent
coram sacerdotibus
iuxta ritum uniuscuiusque diei
et ianitores in divisionib. suis
per portam et portam
sic enim praeceperat david homo di.
nec praetergressi sunt de manda
tis regis tam sacerdotes
quam levitae ex omnibus
quae praeceperat
et in custodiis thesaurorum
omnes inpensas praeparatas
habuit salomon
ex eo die quo fundavit domum dni
usque in diem quo perfecit eam
Tunc abiit salomon in hesion
gaber et in abilat ad oram
maris rubri quae est
in terra edom
misit autem hiram ei per manum
servorum suorum naves

ET NAUTAS GNAROS MARIS
ET ABIERUNT CUM SERUIS SALO
MONIS IN OPHIR
TULERUNTQ· INDE QUADRINGENTA
QUINQUAGINTA TALENTA AURI
ET ADTULERUNT AD REGEM
SALOMONEM
REGINA QUOQ· SABA CUM AUDISSET IX
FAMAM SALOMONIS UENIT
UT TEMPTARET EUM ENIGMATIB·
IN HIERUSALEM
CUM MAGNIS OPIBUS ET CAMELIS
QUI PORTABANT AROMATA ET AURI
PLURIMUM GEMMASQ· PRETIOSAS
CUMQ· UENISSET AD SALOMONEM
LOCUTA EST EI QUAECUMQ· ERANT
IN CORDE SUO
ET EXPOSUIT EI SALOMON OMNIA
QUAE PROPOSUERAT
NEC QUICQUAM FUIT QUOD EI
NON PERSPICUUM FECERIT
QUOD POST QUAM UIDIT SAPIENTIAM
SCILICET SALOMONIS ET DOMUM
QUAM AEDIFICAUERAT
NEC NON CIBARIA MENSAE EIUS
ET HABI TACULA SERUORUM
ET OFFICIA MINISTRORUM
ET UESTIMENTA EORUM
PINCERNAS QUOQUE ET UESTES EORUM
ET UICTIMAS QUAS IMMOLABAT
IN DOMO DNI
NON ERAT PRAE STUPORE ULTRA
IN EA SPS
DIXIT QUE AD REGEM
UERUS SERMO QUEM AUDIERAM
IN TERRA MEA DE UIRTUTIBUS
ET SAPIENTIA TUA
NON CREDEBAM NARRANTIBUS
DONEC IPSA UENISSEM
ET UIDISSENT OCULI MEI
ET PROBASSENT UIX MEDIETATEM
MIHI SAPIENTIAE TUAE FUISSE
NARRATAM
UICISTI FAMAM UIRTUTIBUS TUIS
BEATI UIRI TUI ET BEATI SERUI TUI
HI QUI ADSISTUNT CORAM TE
IN OMNI TEMPORE ET AUDIUNT
SAPIENTIAM TUAM
SIT DNS DS TUUS BENEDICTUS
QUI UOLUIT TE ORDINARE
SUPER THRONUM SUUM REGEM
DNI DI TUI
QUIA DILEGIT DS ISRAHEL
ET UULT SERUARE EUM IN AETERNU͞
IDCIRCO POSUIT TE SUPER EUM
REGEM UT FACIAS IUDICIA
ATQUE IUSTITIAM
DEDIT AUTEM REGI CENTUM
UIGINTI TALENTA AURI ET ARO
MATA MULTA NIMIS ET GEMMAS
PRAETIOSISSIMAS
NON FUERUNT AROMATA TALIA
UT HAEC QUAE DEDIT REGINA
SABA REGI SALOMONI
SED ET SERUI HIRAM CUM SERUIS
SALOMONIS ADTULERUNT AURU͞
DE OPHIR ET LIGNA THINA
ET GEMMAS PRAETIOSISSIMAS
DE QUIBUS FECIT REX DE LIGNIS
SCILICET THINIS GRADUS
IN DOMO DNI ET IN DOMO REGIA
CITHARAS QUOQ· ET PSALTERIA
CANTORIBUS
NUMQUAM UISA SUNT IN TERRA
IUDA LIGNA TALIA
REX AUTEM SALOMON DEDIT
REGINAE SABA CUNCTA QUAE
UOLUIT ET QUAE POSTULAUIT
MULTO PLURA QUAM ADTULERAT
AD EUM
QUAE REUERSA ABIIT IN TERRAM
SUAM CUM SERUIS
ERAT AUTEM PONDUS AURI
QUOD ADFEREBATUR SALOMONI
PER ANNOS SINGULOS SESCENTA
SEXAGINTA SEX TALENTA AURI
EXCEPTA EA SUMMA QUAM LEGATI
DIUERSARUM GENTIUM ET NEGOTIA
TORES

AD FERRE CONSUERUNT
OMNESQ· REGES ARABIAE
ET SATRAPAE TERRARUM
QUI CONPORTABANT AURUM
ET ARGENTUM SALOMONI
FECIT IGITUR REX SALOMON DUCENTAS
HASTAS AUREAS DE SUMMA SESCEN
TORUM AUREORUM QUIB· TEGEBAN
TUR SCUTA SINGULA
POSUITQ· EA REX IN ARMENTARIUM
QUOD ERAT CONSITUM NEMORE
FECIT QUOQUE REX SOLIUM EBOR
NEUM GRANDE ET UESTIUIT
ILLUD AURO MUNDISSIMO
SEXQ· GRADUS QUIB· ASCENDEBATUR
AD SOLIUM ET SCABELLUM AUREUM
ET BRACHIOLA DUO ALTRINSECUS
ET DUOS LEONES STANTES IUXTA
BRACHIOLA
SED ET ALIOS DUODECIM LEUNCULOS
STANTES SUPER SEX GRADUS
EX UTRAQ· PARTE
NON FUIT TALE SOLIUM IN UNIUERSIS
REGNIS
OMNIA QUAEQ· UASA CONUIUII
REGIS ERANT AUREA
ET UASA DOMUS SALTUS LIBANI
EX AURO PURISSIMO
ARGENTUM ENIM IN DIEBUS ILLIS
PRO NIHILO REPUTABATUR
SIQUIDEM NAUES REGIS IBANT
IN THARSIS CUM SERUIS HIRAM
SEMEL IN ANNIS TRIBUS
ET DEFEREBANT INDE AURUM
ET ARGENTUM ET EBUR
ET SIMIAS ET PAUOS
MAGNIFICATUS EST IGITUR
SALOMON SUPER OMNES REGES
TERRARUM DIUITIIS ET GLORIA
OMNESQ· REGES TERRARUM
DESIDERABANT FACIEM
UIDERE SALOMONIS
UT AUDIRENT SAPIENTIAM
QUAM DEDERAT DS IN CORDE EIUS

ET DEFEREBANT EI MUNERA UASA
ARGENTEA ET AUREA ET UESTES
ET ARMA ET AROMATA EQUOS
ET MULOS PER SINGULOS ANNOS
HABUIT QUOQ· SALOMON XL MILIA
EQUORUM IN STABULIS ET CURRUUM
EQUITUM XII MILIA
CONSTITUITQ· EOS IN URBIB· QUADRI
GARUM ET UBI ERAT REX IN HIERUSALEM
EXERCUIT ETIAM POTESTATEM
SUPER CUNCTOS REGES
A FLUUIO EUFRATE USQ· AD TERRAM
PHILISTINORUM IDEST USQ· AD TERMINU
AEGYPTI
TANTAMQ· COPIAM PRAEBUIT ARGENTI
IN HIERUSALEM QUASI LAPIDUM
ET CEDRORUM TANTAM MULTITUDINE
UELUT SICAMINORUM QUAE GIGNI
TUR IN CAMPES TRIBUS
ADDUCEBANTUR AUTEM EI EQUI
DE AEGYPTO CUNCTISQ· REGIONIB·
RELIQUA UERO OPERA SALOMONIS
PRIORUM ET NOUISSIMORUM
SCRIPTA SUNT
IN UERBIS NATHAN PROPHETAE
IN LIBRIS ACHIAE SE[illegible]LONITES
IN UISIONE QUOQ· IADDO UIDENTIS
CONTRA HIEROBOAM FILIUM NABAT
REGNAUIT AUTEM SALOMON
IN HIERUSALEM SUPER OMNEM
ISRAHEL XL ANNIS
DORMIUITQUE CUM PATRIBUS
ET SEPELIERUNT EUM IN CIUITATE DAUID
PROFECTUS EST AUTEM ROBOAM
IN SYCHEM
ILLUC ENIM CUNCTUS ISRAHEL CON
UENERAT UT CONSTITUERENT
EUM REGEM
QUOD CUM AUDISSET HIEROBOAM
FILIUS NABAT QUI ERAT IN AEGYPTO
FUGERAT QUIPPE ILLUC ANTE SALOMO
NEM STATIM REUERSUS EST
UOCAUERUNTQUE EUM ET UENIT
CUM UNIUERSO ISRAHEL

REGNAUITQ· PRO EO ROBOAM FILIUS EIUS ·

Et locuti sunt ad roboam dicentes
Pater tuus durisimo iugo
nos oppressit
Tu leuiora impera a patre tuo
qui nobis grauem inposuit
seruitutem
Et paululum de onere subleua
ut seruiamus tibi
Qui ait post tres dies reuerti
mini ad me
Cum que abisset populus
init consilium cum senibus
qui steterunt coram patre eius
salomone dum adhuc uiueret dicens
Quid datis ut respondeam populo
qui dixerunt ei
Si placueris populo huic et lenie
ris eos uerbis clementibus
seruient tibi omni tempore
At ille reliquit consilium senum
et cum iuuenibus tractare coepit
qui cum eo nutriti fuerant
et erant in comitatu illius
Dixitque ad eos
Quid uobis uidetur uel respondere
quid debeo populo huic
qui dixit mihi subleua iugum
quod inposuit nobis pater tuus
At illi responderunt ut iuuenes
et nutriti cum eo in delicijs
atq· dixerunt
Sic loqueris populo qui dixit tibi
pater tuus adgrauauit iugum
nostrum tu subleua
Sic respondebis eis
Minimus digitus meus grassior
est lumbis patris mei
Pater meus inposuit uobis
iugum graue et ego maius
pondus adponam
Pater meus cecidit uos flagellis
ego uero scorpionibus
Uenit ergo hieroboam et uniuer
sus populus ad roboam die ter
tio

sicut praeceperat eis
Respondit q· rex dura derelicto
consilio senum
Locutus q· est iuxta iuuenum
uoluntatem
Pater meus graue uobis inposuit
iugum quod ego grauius faciam
Pater meus cecidit uos flagellis
ego uero cedam scorpionibus
Et non quieuit populi principibus
erat enim uoluntatis dī ut com
pleretur sermo eius quem locu
tus fuerat per manum ahiae
selonitis ad hieroboam
filium nabat
Populus autem uniuersus
rege duriora dicente
sic locutus est ad eum
Non est nobis pars in dauid
neq· hereditas in filio isai
Reuertere in tabernacula tua isrl
tu autem pasce domum tuam dauid
Et abiit israhel in tabernacula sua
Super filios autem israhel
qui habitabant in ciuitatibus
iuda regnauit roboam
Misit q· roboam ad huram rex
qui praeerat tributis
et lapidauerunt eum filii isrl
et mortuus est
Porro rex roboam currum
festinauit ascendere
et fugit in hierusalem
Recessit que a domo dauid· isrl
usque ad diem hanc
xl. Uenit q· roboam in hierusalem
et conuocauit uniuersam domū
iuda et beniamin centum
octoginta milib· electorum
atque bellantium
ut dimicaret contra israhel
et conuerterent ad se regnū suū
Factus que est sermo dī ad semeiam
hominem dī dicens

Loquere ad Roboam filium
salomonis regis iuda
et ad universum israhel
qui est in iuda et beniamin
haec dicit dñs non ascendetis
et non pugnabitis contra
fratres uestros
Revertatur unusquisque
in domum suam quia mea
hoc gestum est voluntate
qui cum audissent sermonem
dñi reversi sunt nec perrexe
runt contra hieroboam
Habitavit autem roboam
in hierusalem et aedificavit
civitates muratas in iuda
Extruxitq; bethleem
et aetham et thecue
Bethsur quoq; et soccho
et odollam
nec non geth et maresa et zipsed
et aduram et lachis
et azechas
Saraa quoq; et ahilon et hebron
quae erant in iuda et beniamin
civitates munitas
Cumq; clausisset eas muris
posuit in eis principes
ciborumq; horrea hoc est
olei et vini
Sed et in singulis urbibus fecit
armamentarium scutorum
et hastarum
Firmavitq; eas multa diligentia
et imperavit super iudam
et beniamin
Sacerdotes autem et levitae
qui erant in universo israhel
venerunt ad eum de cunctis
sedibus suis
Relinquentes suburbana
et possessionem suam
et transeuntes ad iudam
et hierusalem

eo quod abiecisset eos hieroboam
et posteriora eius ne sacer
dotio dñi fungerentur
qui constituit sibi sacerdotes
excelsorum et demonum
vitulorumq; quos fecerat
Sed et de cunctis trib· isrł
quicumq; dederant cor suum
ut quaererent dñm dm̄ israhel
venerunt hierusalem
ad immolandas victimas
dño dō patrum suorum
Et roboraverunt regnum iuda
et confirmaverunt roboam
filium salomonis per tres annos
ambulaverunt enim in viis david
et salomonis annis tantum tribus
Duxit autem roboam uxorem
malath filiam hierimuth
filii david
abail quoq; filiam heliab filii isai
quae peperit ei filios iehus
et somoriam et zoom
hanc quoq; accepit maacham
filiam absalom
quae peperit ei abia et hai
et ziza et salumith
Amavit autem roboam maacham
filiam absalom super omnes
uxores suas et concubinas suas
Nam uxores · x · et viii · duxerat
concubinasq; sexaginta
et genuit viginti octo filios
et sexaginta filias
Constituit vero in capite abiam
filium maacha ducem
super fratres suos
ipsum enim regem facere
cogitabat
qui sapientior fuit et poten
tior super omnes filios eius
et in cunctis finibus iuda
et beniamin et in universis
civitatibus muratis

PRAEBUITQ· EIS ESCAS PLURIMAS
ET MULTAS PETIUIT UXORES
CUMQ· ROBORATUM FUISSET xii
REGNUM ROBOAM ET CONFORTATUM
DERELIQUIT LEGEM DNI ET OMNIS
ISRAHEL CUM EO
ANNO AUTEM QUINTO REGNI ROBOAM
ASCENDIT SESAC REX AEGYPTI
IN HIERUSALEM QUIA PECCA
UERUNT DNO
CUM MILLE DUCENTIS CURRIBUS
ET SEXAGINTA MILIB· EQUITUM
NEC ERAT NUMERUS UULGI QUOD
UENERAT CUM EO EX AEGYPTO
LYBIES SCILICET ROGODYTAE
ET AETHIOPES
CEPITQ· CIUITATES MUNITISSIMAS
IN IUDA ET UENIT USQ· HIERUSALEM
SEMEIAS AUTEM PROPHETA
INGRESSUS EST AD ROBOAM
ET PRINCIPES IUDA QUI CONGREGATI
FUERANT IN HIERUSALEM
FUGIENTES SESAC
DIXITQ· AD EOS HAEC DICIT DNS
UOS RELIQUISTIS ME ET EGO RELIQUI
UOS IN MANU SESAC
CONSTERNATIQ· PRINCIPES ISRAHEL
ET REX DIXERUNT IUSTUS EST DNS
CUMQ· UIDISSET DNS QUOD HUMILIATI
ESSENT FACTUS EST SERMO DNI
AD SEMEIAM DICENS
QUIA HUMILIATI SUNT NON DISPER
DAM EOS DABOQ· EIS PAUXILLULUM
AUXILII
ET NON STILLABIT FUROR MEUS
SUPER HIERUSALEM PER MANUM SESAC
UERUM TAMEN SERUIENT EI
UT SCIANT DISTANTIAM SERUITUTIS
MEAE ET SERUITUTIS REGNI
TERRARUM
RECESSIT ITAQUE SESAC REX AEGYPTI
AB HIERUSALEM SUBLATIS xiii
THESAURIS DOMUS DNI
ET DOMUS REGIS

OMNIAQ· SECUM TULIT ET CLYPEOS
AUREOS QUOS FECERAT SALOMON
PRO QUIB· FECIT REX AENEOS
ET TRADIDIT ILLOS PRINCIPIBUS
SCUTARIORUM CUSTODIEBANT
UESTIBULUM PALATII
CUMQ· INTROIRET REX IN DOMUM
UENIEBANT SCUTARII ET TOLLEBANT EOS
ITERUMQ· REFEREBANT AD ARMA
MENTARIUM SUUM
UERUMTAMEN QUIA HUMILIATI SUNT
AUERSA EST AB EIS IRA DNI
NEC DELETI SUNT PENITUS
SIQUIDEM ET IN IUDA INUENTA SUNT
OPERA BONA
CONFORTATUS EST IGITUR REX
ROBOAM IN HIERUSALEM
ATQ· REGNAUIT
QUADRAGINTA AUTEM ET UNIUS
ANNI ERAT CUM REGNARE COEPISSET
ET DECEM SEPTEMQUE ANNIS
REGNAUIT IN HIERUSALEM
URBE QUAM ELEGIT DNS
UT CONFIRMARET NOMEN SUUM
IBI DE CUNCTIS TRIBUBUS ISRL
NOMENQ· MATRIS EIUS NAAMA
AMMANITIS
FECIT AUTEM MALUM ET NON
PRAEPARAUIT COR SUUM
UT QUAERERET DNM
OPERA UERO ROBOAM PRIMA
ET NOUISSIMA SCRIPTA SUNT
IN LIBRIS SEMEIAE PROPHETAE
ET ADDO UIDENTIS ET DILIGENTER
EXPOSITA
PUGNAUERUNTQ· ADUERSUS SE
ROBOAM ET HIEROBOAM
CUNCTIS DIEBUS
ET DORMIUIT ROBOAM CUM PATRIB·
SUIS SEPULTUSQ· EST IN CIUITATE DAUID
ET REGNAUIT ABIA FILIUS EIUS PRO EO
ANNO OCTAUO DECIMO REGIS
HIEROBOAM REGNAUIT ABIA
SUPER IUDAM

TRIBUS ANNIS REGNAUIT IN HIERUSALEM
NOMENQ; MATRIS EIUS MICHAIA
FILIA URIHEL DE GABAA
ET ERAT BELLUM INTER ABIA
ET HIEROBOAM
CUMQ; INISSET ABIA CERTAMEN
ET HABERET BELLICOSSIMOS
UIROS ET ELECTORUM CCCC MILIA
HIEROBOAM INSTRUXIT E CONTRA ACIEM
OCTINGENTA MILIA UIRORUM
QUI ET IPSI ELECTI ERANT
AD BELLA FORTISSIMI
STETIT IGITUR ABIA SUPER MONTEM
SOMERON QUI ERAT IN EPHRAIM
ET AIT
AUDI HIEROBOAM ET OMNIS ISRL
NUM IGNORATIS QUOD DNS DS ISRL
DEDERIT REGNUM DAUID
SUPER ISRAHEL IN SEMPITERNUM
IPSI ET FILIIS EIUS PACTUM SALIS
ET SURREXIT HIEROBOAM FILIUS
NABAT SERUUS SALOMONIS
FILII DAUID REBELLABIT
CONTRA DOMINUM SUUM
CONGREGATIQ; SUNT AD EUM UIRI
UANISSIMI ET UIRI BELIA
ET PRAEUALUERUNT CONTRA ROBOAM
FILIUM SALOMONIS
PORRO ROBOAM ERAT RUDIS
ET CORDE PAUIDO NEC POTUIT
RESISTERE EIS
NUNC ERGO UOS DICITIS QUOD RESI
STERE POSSITIS REGNO DNI
QUOD POSSIDET PER FILIOS DAUID
HABETISQ; GRANDEM POPULI
MULTITUDINEM
ATQ; UITULOS AUREOS QUOS FECIT
UOBIS HIEROBOAM IN DEOS
ET IECISTIS SACERDOTES DNI
FILIOS AARON ATQ; LEUITAS
ET FECISTIS UOBIS SACERDOTES
SICUT OMNES POPULI TERRAE
QUICUMQ; UENERIT ET INITIAUERIT
MANUM SUAM IN TAURO IN BUBUS
ET IN ARIETIBUS SEPTEM
FIT SACERDOS EORUM QUI NON SUNT DII
NOSTER AUTEM DNS DS EST QUEM
NON RELINQUIMUS
SACERDOTES QUI MINISTRANT DNO
DE FILIIS AARON ET LEUITAE SUNT
IN ORDINE SUO
HOLOCAUSTA QUOQ; OFFERUNT DNO
PER SINGULOS DIES MANE
ET UESPERE
ET THYMIAMA IUXTA LEGIS PRAE
CEPTA CONU CETUM
ET PROPONUNTUR PANES
IN MENSA MUNDISSIMA
ESTQ; APUD NOS CANDELABRUM
AUREUM ET LUCERNAE EIUS
UT ACCENDANTUR SEMPER
AD UESPERAM
NOS QUIPPE CUSTODIMUS PRAECEPTA
DNI DI NI QUEM UOS RELIQUISTIS
ERGO IN EXERCITU NOSTRO DUX
DS EST ET SACERDOTES EIUS
QUI CLANGUNT TUBIS ET RESO
NANT CONTRA UOS
FILII ISRAHEL NOLITE PUGNARE
CONTRA DNM DM PATRUM UES
TRORUM QUIA NON UOBIS EXPEDIT
HAEC ILLO LOQUENTE HIEROBOAM
RETRO ET MOLIEBATUR INSIDIAS
CUMQ; EX ADUERSO HOSTIUM
STARET IGNORANTEM IUDAM
SUO AMBIEBAT EXERCITU
RESPICIENSQ; IUDAS UIDIT INSTARE
BELLUM EX ADUERSO
ET POST TERGUM
ET CLAMAUIT AD DNM AC SACERDOTES
TUBIS CANERE COEPERUNT
OMNESQ; UIRI IUDA UOCIFERATI SUNT
ET ECCE ILLIS UOCIFERANTIBUS
PERTERRUIT DS HIEROBOAM
ET OMNEM ISRAHEL QUI STABAT
EX ADUERSO ABIA ET IUDA
FUGERUNT FILII ISRAHEL IUDAM
ET TRADIDIT EOS DS IN MANU EORUM

Percussit ergo eos Abia
  et populus eius plagamagna
Et corruerunt uulneratiex
  Israhel quingentamilia
  uirorum fortium
Humiliatiq· sunt filii Israhel
  intempore illo
Etuehementissime confortati
  filii Iuda eoquod sperassent
  in dño dō patrum suorum
Persecutus estautem Abia
  fugientem Hieroboam
  et cepit ciuitates eius
Bethel et filias eius
  et Hiesena cumfiliab· suis
  Ephron quoq· etfilias eius
Nec ualuit ultra resistere
  Hieroboam indiebus Abia
  quem percussit dñs
  et mortus est
Igitur Abia con fortatoimperio
  suo accepit uxores XIIII
Procreauitq· uiginti duos
  filios et sedecem filias
Reliqua autem sermonumAbia
  uiarumq· et operum eius
  scriptasuntdiligentissime
  inlibro prophetae Addo
Dormiuit autem Abia cumpa XIV
  trib· suis et sepelierunt
  eum inciuitate Dauid
Regnauitq· Asa filius eius
  pro eo
In cuius dieb· quieuit terra
  annis decem
Fecit autem Asa quodbonum
  placidum erat inconspec
  tu dī sui
Et subuertit altariaperegrini
  cultus et excelsa
Et confregit statuas
  lucos que succidit
Ac praecepit Iudae utquererēt
  dñm dm patrum suorum

Et faceret legem etuniuersa
  mandata
Et abstulit ecunctis urbibus
  Iuda aras et fana etregnauitinpace
Aedificauit quoq· urbes
  munitas in Iuda
quia quietus etnulla temporib·
  eius bella surrexerant
  pacem dño largiente
Dixit autem Iudae aedificemus
  ciuitates istas
Etuallemus muris etroboremus
  turrib· et portis etseris
Donec abellis quietasuntomnia
  eo quod quaesierimus dñm
  dm patrum suorum
Etdederit nobis pacemperc̄irā·
Aedificauerunt igitur et nullum
  inextruendo impedimentū fuit
Habuit autem Asa inexercitusuo
  portantium scuta et hastas
  de Iuda CCC milia
DeBeniamin uero scutariorum
  et sagittariorum ducenta
  octocinta milia
Omnes istiuiri fortissimi
Egressus est autem contraeos
  Zora aethiops cum exercitu
  decies centena milia
  et curribus trecentis
Et uenit usque Maresa
Porro Asa perrexit obiam
  etinstruxit aciem adbellum
  inualle Sephatha quae est
  iuxta Maresa
Et inuocauit dñm dm et ait
Dñe nonest aputte ulladistan
  tia utrum in paucis auxiliaris
  an in pluribus
Adiuuanos dñe ds noster
In te enim et in tuo nomine
  habentes fiduciam uenimus
  contra hanc multitudinem
Dñe ds noster tues nonprae

UALEAT CONTRA TE HOMO
EXTERRUIT ITAQ· DNS AETHIOPAS
CORAM ASA ET IUDA
FUGERUNTQ· AETHIOPES ET PERSE
CUTUS EST EOS ASA ET POPULUS
QUI CUM EO ERAT USQ· AD GERAR
ET RUERUNT AETHIOPES USQUE
AD INTERNICIONEM
QUIA DNO CAEDENTE CONTRITI SUNT
ET EXERCITU ILLIUS PROELIANTE
TULERUNT ERGO SPOLIA MULTA
ET PERCUSSERUNT OMNES CIUITA
TES PER CIRCUITUM GERARE
GRANDIS QUIPPE TERROR CUNCTOS
INUASERAT
ET DIRIPUERUNT URBES ET MULTAM
PRAEDAM ASPORTAUERUNT
SED ET CAULAS OUIUM DESTRUENTES
TULERUNT PECORUM INFINITAM
MULTITUDINEM ET CAMELORUM
REUERSIQ· SUNT HIERUSALEM
XV [illegible] AZARIAS FILIUS ODED FACTO IN SE
SPU DI EGRESSUS EST IN OCCUR
SUM ASA ET DIXIT EI
AUDITE ME ASA ET OMNIS IUDA
ET BENIAMIN
DNS UOBISCUM QUIA FUISTIS CUM EO
SI QUAESIERITIS EUM INUENIETIS
SI AUTEM DERELIQUERITIS
ET DERELINQUET UOS
TRANSIBUNT AUTEM MULTI DIES
IN ISRAHEL ABSQ· DO UERO
ET ABSQ· SACERDOTE DOCTORE
ET ABSQ· LEGE
CUMQ· REUERSI FUERINT IN ANGUS
TIA SUA AD DNM DM ISRAHEL
ET QUAESIUERINT EUM REPPERIENT
IN TEMPORE ILLO NON ERIT PAX
EGREDIENTI ET INGREDIENTI
SED TERRORES UNDIQ· IN CUNCTIS
HABITATORIBUS TERRARUM
PUGNAUIT ENIM GENS CONTRA
GENTEM ET CIUITAS CONTRA
CIUITATEM
QUIA DNS CONTURBABIT EOS
IN OMNI ANGUSTIA
UOS ERGO CONFORTAMINI ET NON
DISSOLUANTUR MANUS UESTRAE
ERIT ENIM MERCIS OPERI UESTRO
QUOD CUM AUDISSET ASA UERBA
SCILICET ET PROPHETIAM AZARIAE
FILIUS ODED PROPHETAE
CONFORTATUS EST ET ABSTULIT
IDOLA DE OMNI TERRA IUDA ET BENIAMIN
ET EX URBIB· QUAS SUSCEPERAT
MONTIS EPHRAIM
ET DEDICAUIT ALTARE DNI QUOD ERAT
ANTE PORTICUM DOMUS DNI
CONGREGAUITQ· UNIUERSUM IUDA
ET BENIAMIN
ET ADUENAS CUM EIS DE EPHRAIM
ET MANASSE ET DE SYMEON
PLURES ENIM AD EUM CONFUGE
RANT EX HIERUSALEM ET EX ISRL
UIDENTES QUOD DNS DS ILLIUS
ESSET CUM EO
CUMQ· UENISSENT HIERUSALEM
MENSE TERTIO ANNO QUINTO
DECIMO REGNI ASA
IMMOLAUERUNT DNO IN DIE ILLA
DE MANUBIIS ET PRAEDA QUAM
ADDUXERANT BOUES SEPTINGEN
TOS ET ARIETES SEPTEM MILIA
ET INTRAUIT EX MORE AD CONROBU
RANDUM FOEDUS UT QUAERERENT
DNM DM PATRUM SUORUM IN TOTO
CORDE ET IN TOTA ANIMA SUA
SI QUIS AUTEM INQUIT NON QUAESIERIT
DNM DM SUUM ISRL MORIATUR
A MINIMO USQ· AD MAXIMUM
A UIRO USQ· AD MULIEREM
IURAUERUNTQUE DNO UOCE MAGNA
IN IUBILO ET IN CLANGORE TUBAE
ET IN SONITU BUCINARUM
OMNES QUI ERANT IN IUDA
CUM EXECRATIONE
IN OMNI ENIM CORDE SUO IURAUERANT
ET IN TOTA UOLUNTATE QUAESIERANT

CUM ET INUENERUNT
PRAESTITITQ· EIS DNS REQUIEM
PER CIRCUITUM
SED ET MAACHAM MATREM ASA REGIS
EX AUGUSTO DEPOSUIT IMPERIO
EO QUOD FECISSET IN LUCO
SIMULACRUM PRIAPI
QUOD OMNE CONTRIUIT ET IN FRUSTA
COMMINUENS CONBUSSIT
IN TORRENTEM CEDRON
EXCELSA AUTEM DERELICTA SUNT
IN ISRAHEL
ATTAMEN COR ASA ERAT PERFECTU
CUNCTIS DIEB· EIUS
EA QUAE UOLUERAT PATER SUUS
ET IPSE INTULIT IN DOMUM DNI
ARGENTUM ET AURUM UASORUMQ·
DIUERSAMQ· SUPERLECTILEM
BELLUM UERO NON FUIT USQ· AD TRI
CENSIMUM ANNUM REGNI ASA
ANNO AUTEM TRICENSIMO SEXTO XVI
REGNI EIUS ASCENDIT BAASA REX
ISRAHEL IN IUDAM ET MURO
CIRCUMDABAT RAMA
UT NULLUS TUTE POSSET EGREDI
ET INGREDI DE REGNO EIUS
PROTULIT ERGO ASA ARGENTUM
ET AURUM DE THESAURIS DOMUS
DNI ET DE THESAURIS REGIS
MISITQ· AD BENADAB REGEM SYRIAE
QUI HABITABAT IN DAMASCO DICENS
FOEDUS INTER ME ET TE EST
PATER QUOQ· MEUS ET PATER TUUS
HABUERE CONCORDIAM
QUAM OBREM MISI TIBI ARGENTUM
ET AURUM
UT RUPTO FOEDERE QUOD HABES
CUM BAASA REGE ISRAHEL
FACIAS EUM A ME RECEDERE
QUO CONPERTO BENADAD MISIT
PRINCIPES EXERCITUUM
SUORUM AD URBES ISRAHEL
QUI PERCUSSERUNT AHION ET DAN
ET ABELMAIM ET UNIUERSAS
URBES MURATAS NEPTHALIM
QUOD CUM AUDISSET BAASA DEMISIT
AEDIFICARE RAMA ET INTERMISIT
OPUS SUUM
PORRO ASA REX ADSUMSIT
UNIUERSUM IUDAM
ET TULERUNT LAPIDES RAMA
ET LIGNA QUAE AEDIFICATIONI
PRAEPARAUERAT BAASA
AEDIFICAUITQ· EX EIS GABAA ET MASPHA
IN TEMPORE ILLO UENIT ANANI PROPHETA
AD ASA REGEM IUDA ET DIXIT EI
QUIA HABUISTI FIDUCIAM IN REGEM
SYRIAE ET NON IN DNO TUO DO
IDCIRCO EUASIT SYRIAE REGIS
EXERCITUS DE MANU TUA
NONNE AETHIOPES ET LYBIES
MULTO PLURES ERANT QUADRIGIS
ET EQUITIB· ET MULTITUDINE NIMIA
QUOS CUM DNO CREDIDISSES
TRADIDIT IN MANU TUA
OCULI ENIM EIUS CONTEMPLANTUR
UNIUERSAM TERRAM
ET PRAEBENT FORTITUDINEM HIS QUI
CORDE PERFECTO CREDUNT IN EUM
STULTE IGITUR EGISTI ET PROPTER HOC
EX PRAESENTI TEMPORE CONTRA TE
BELLA CONSURGENT
IRATUS ASA ADUERSUM UIDENTEM
IUSSIT EUM MITTI IN NERUUM
UALDE QUIPPE SUPER HOC FUERAT
INDIGNATUS
ET INTERFECIT DE POPULO IN TEM
PORE ILLO PLURIMOS
OPERA AUTEM ASA PRIMA ET NOUIS
SIMA SCRIPTA SUNT IN LIBRO
REGUM IUDA ET ISRAHEL
EGROTAUIT ETIAM ASA ANNO TRICE
SIMO NONO REGNI SUI DOLORE
PEDUM UEHEMENTISSIMO
ET NEC IN INFIRMITATE SUA QUAESIUIT
DNM SED MAGIS IN MEDICORUM
ARTE CONFISUS EST
DORMIUITQ· CUM PATRIB· SUIS

ET MORTUUS EST ANNO QUADRA
CESIMO PRIMO REGNI SUI
ET SEPELIERUNT EUM IN SEPUL
CHRO SUO QUOD FODERAT SIBI
IN CIUITATE DAUID
POSUERUNTQ· EUM SUPER LEC
TULUM SUUM PLENUM AROMA
TIB· ET UNGENTIS MERETRICIIS
QUAE ERANT PIGMENTARIORUM
ARTE CONFECTA
ET CONBUSSERUNT ET CONPOSUE
RUNT SUPER EO AMBITIONE NIMIA
XVII REGNAUIT AUTEM IOSAPHAT
FILIUS EIUS PRO EO
ET INUALUIT CONTRA ISRAHEL
CONSTITUITQ· MILITUM NUMERUS
IN CUNCTIS URBIB· IUDAE QUAE
ERANT UALLATAE MURIS
PRAESIDIAQ· DISPOSUIT IN TERRA
IUDA ET IN CIUITATIB· EPHRAIM
QUAS COEPERAT ASA PATER EIUS
ET FUIT DNS CUM IOSAPHAT
QUI AMBULAUIT IN UIIS DAUID
PATRIS SUI PRIMIS
ET NON SPERAUIT IN BAALIM
SED IN DO PATRIS SUI
ET PERREXIT IN PRAECEPTIS ILLIUS
ET NON IUXTA PECCATA ISRAHEL
CONFIRMAUITQ· DNS REGNUM
IN MANU EIUS
ET DEDIT OMNIS IUDA MUNERA
IOSAPHAT
FACTAEQ· SUNT INFINITAE
DIUITIAE ET MULTA GLORIA
CUMQ· SUMSISSET COR EIUS
AUDACIAM PROPTER UIAS DNI
ETIAM EXCELSA ET LUCOS
DE IUDA ABSTULIT
TERTIO AUTEM REGNI SUI ANNO
MISIT DE PRINCIPIB· SUIS
BENAIL . ET OBDIAM . ET ZACHARIAM
ET NATHAHEL . ET MECHIAM
UT DOCERENT IN CIUITATIB· IUDA
ET CUM EIS LEUITAS SEMEIAM
ET NATHANIAM . ET ZABADIAM
ASAHEL QUOQ· ET SEMIRAMOTH
ET IONATHAN
ADONIAM . ET OBIAM . ET TOB
ADONIAM LEUITAS
ET CUM EIS ELISAMA . ET IORAM
SACERDOTES
DOCEBANTQ· IN IUDA HABENTES
LIBRUM LEGIS DNI
ET CIRCUIBANT CUNCTAS URBES IUDA
ATQ· ERUDIEBANT POPULUM
ITAQ· FACTUS EST PAUOR DNI
SUPER OMNIA REGNA TERRARUM
QUAE ERANT PER GYRUM IUDA
NEC AUDEBANT BELLARE CONTRA
IOSAPHAT
SED ET PHILISTEI IOSAPHAT MUNERA
DEFEREBANT ET UECTIGAL ARGENTI
ARABES QUOQ· ADDUCEBANT PECORA
ARIETUM SEPTEM MILIA SEPTINGEN
TOS ET HIRCOS TOTIDEM
CREUIT ERGO IOSAPHAT ET MAGNI
FICATUS EST USQ· IN SUBLIME
ATQ· AEDIFICAUIT IN IUDA DOMUS
AD INSTAR TURRIUM URBESQ· MURATAS
ET MULTA OPERA PATRAUIT IN URBIB· IUDA
UIRI QUOQ· BELLATORES ET ROBUSTI
ERANT IN HIERUSALEM
QUORUM ISTE NUMERUS PER DOMUS
ATQ· FAMILIAS SINGULORUM
IN IUDA PRINCEPS EXERCITUS
EDNAS DUX ET CUM EO ROBUSTIS
SIMORUM CCC MILIA
POST HUNC IOHAN PRINCEPS
ET CUM EO CCLXXX MILIA
POST ISTUM QUOQUE AMESAIAS
FILIUS ZECHRI CONSECRATUS DNO
ET CUM EO DUCENTA MILIA
UIRORUM FORTIUM
HUNC SEQUEBATUR ROBUSTUS
AD PROELIA HELIADA
ET CUM EO TENENTIUM ARCUM
ET CLYPEUM CC MILIA
POST ISTUM ETIAM IOSAB

ET CUM EO LXXX MILIA
EXPEDITORUM MILITUM
HII OMNES ERANT AD MANUM REGIS
EXCEPTIS ALIIS QUOS POSUERAT
IN URBIB· MURATIS IN UNIUERSO IUDA
FUIT ERGO IOSAPHAT DIUES XVIII
ET INCLYTUS MULTUM
ET ADFINITATE CONIUNCTUS EST AHAB
DISCENDITQ· AD EUM POST ANNOS
IN SAMARIAM
AD CUIUS ADUENTUM MACTAUIT
ARIETES ET BOUES PLURIMOS
ET POPULO QUI UENERAT CUM EO
PERSUASITQ· ILLI UT ASCENDERET
IN RAMOTH GALAAD
DIXITQ· AHAB REX ISRAHEL
AD IOSAPHAT REGEM IUDA
UENI MECUM IN RAMOTH GALAAD
CUI ILLE RESPONDIT
UT EGO ET TU SICUT POPULUS TUUS
SIC ET POPULUS MEUS TECUMQ·
ERIMUS IN BELLO
DIXITQ· IOSAPHAT AD REGEM ISRAHEL
CONSULE OBSECRO IN PRAESENTIARU̅
SERMONEM D̅N̅I
CONGREGAUITQ· REX ISRAHEL
PROPHETARUM QUADRINGENTOS
UIROS ET DIXIT AD EOS
IN RAMOTH GALAAD AD BELLANDUM
IRE DEBEMUS AN QUIESCERE
AT ILLI ASCENDE INQUID ET TRADET
D̅S̅ IN MANU REGIS
DIXITQ· IOSAPHAT
NUMQUID NON EST HIC PROPHETES
D̅N̅I UT AB ILLO ETIAM REQUIRAMUS
ET AIT REX AD IOSAPHAT
EST UIR UNUS A QUO POSSUMUS
QUAERERE D̅N̅I UOLUNTATEM
SED EGO ODI EUM QUIA NON PRO
PHETAT MIHI BONUM SED OMNI
TEMPORE MALUM
EST AUTEM MICHEAS FILIUS IEMBLA· h̅p̅
NE LOQUARIS REX HOC MODO
UOCAUIT ERGO REX ISRAHEL UNUM

h̅r̅ · dixitq· ei iosaphat ·

DE EUNUCHIS ET DIXIT EI
UOCA CITO MICHEAM FILIUM IEMBLA
PORRO REX ISRAHEL ET IOSAPHAT
REX IUDA UTERQ· SEDEBA̅T IN SOLIO
SUO UESTITI CULTU REGIO
SEDEBANT AUTEM IN AREA IUXTA
PORTAM SAMARIAE
OMNESQ· PROPHETAE UATICINA
BANTUR CORAM EIS
SEDECIAS UERO FILIUS CHANA
FECIT SIBI CORNUA FERREA ET AIT
HAEC DICIT D̅N̅S̅ HIS UENTILABIS
S̅R̅IAM DONEC CONTERAS EAM
OMNESQ· PROPHETAE SIMILITER
PROPHETABANT ATQ· DICEBANT
ASCENDE IN RAMOTH GALAAD
ET PROSPERABERIS ET TRADET EOS
D̅N̅S̅ IN MANUS TUAS
NUNTIUS AUTEM QUI IERAT AD UOCAN
DUM MICHIAM AIT ILLI
EN· UERBA OMNIUM PROPHETARUM
UNO ORE BONA REGI ADNUNTIANT
QUAESO ERGO TE UT ET SERMO TUUS
AB ILLIS NON DISSENTIAT
LOQUARISQ· PROSPERA
CUI RESPONDIT MICHEAS
UIUIT D̅N̅S̅ QUIA QUODCUMQ· DIXERIT
D̅S̅ MEUS HIC LOQUAR
UENIT ERGO AD REGEM
CUI REX AIT MICHEA IRE DEBEMUS
IN RAMOTH GALAAD AD BELLANDU̅
AN QUIESCERE
CUI ILLE RESPONDIT ASCENDITE
CUNCTA ENIM PROSPERA UENIENT
ET TRADENTUR HOSTES
IN MANUS UESTRAS
DIXITQ· REX ITERUM ATQ· ITERUM
TE ADIURO UT NON MIHI LOQUARIS
NISI QUOD UERUM EST IN NOMINE D̅N̅I
AT ILLE AIT UIDI UNIUERSUM IS̅R̅L̅
DISPERSUM IN MONTIBUS
SICUT OUES ABSQ· PASTORE
ET DIXIT D̅N̅S̅ NON HABENT ISTI
DOMINOS REUERTATUR UNUSQUISQ·

in domum suam in pace
et ait rex israhel ad iosaphat
nonne dixi tibi quod non prophe
taret mihi quicquam boni iste
sed ea quae mala sunt
at ille idcirco ait audite verbum dni
Vidi dnm sedentem in solio suo
et omnem exercitum caeli
adsistentem ei a dextris
et sinistris
et dixit dns quis decipiet ahab
regem israhel ut ascendat
et cadat in ramoth galaad
Cumq· diceret unus hoc modo
et alter alio
processit sps et stetit coram
dno et ait ego decipiam eum
cui dns in quo inquit decipies
at ille respondit egrediar
et ero sps mendax in ore omniu(m)
prophetarum eius
dixitq· dns decipies et praeva
lebis egredere et fac ita
nunc igitur ecce dedit dns
spm mendacii in ore omnium
prophetarum tuorum
et dns locutus est de te mala
Accessit autem sedecias filius
channa et percussit michae
maxillam et ait
per quam viam transivit sps dni
a me ut loqueretur tibi
dixitq· micheas
tu ipse videbis in die illo quando
ingressus fueris cubiculum
de cubiculo ut abscondaris
praecepit autem rex isrl dicens
tollite micheam et ducite eum
ad ammon principem civitatis
et ad ioas filium amamelech
et dicetis haec dicit rex
mittite eum in carcerem
et date ei panis modicum
et aquae paululum donec
revertar in pacem
dixitq· micheas
si reversus fueris in pace
non est locutus dns in me
et ait audite populi omnes
Igitur ascenderunt rex isrl
et iosaphat rex iuda
in ramoth galaad
dixitq· rex israhel ad iosaphat
mutabo habitum et sic ad pug
nandum vadam tu autem
induere vestib· tuis
mutatoq· rex israhel habitu
venit ad bellum
Rex autem syriae praeceperat
ducib· equitatus sui dicens
ne pugnetis contra minimum
aut contra maximum nisi
contra solum regem israhel
Itaq· cum vidissent principes
equitatus iopsaphat dixerunt
rex israhel iste eum
et circumdederunt dimicantes
at ille clamavit ad dnm
et auxiliatus est ei
atq· vertit eos ab illo
cum enim vidissent duces
equitatus quod non esset
rex israhel reliquerunt eum
Accidit autem ut unus e populo
sagittam in certum iaceret
et percuteret regem israhel
inter cervicem et scapulas
at ille aurigae suo ait vulneratus
converte manum tuam et educ
me de acie quia vulneratus sum
et finita est pugna in die illo
porro rex israhel stabat
in curru suo contra syros
usq· ad vesperam et mortu
us est occidente sole
XVIIII Reversus est autem iosaphat
rex iuda domum suam paci
fice in hierusalem

Cui occurrit hieu filius anani uidens
  et ait ad eum
Impio praebes auxilium
  et his qui oderunt dnm
  amicitia iungeris
Et idcirco iram quidem dni
  merebaris sed bona opera
  inuenta sunt in te
Eo quod abstuleris lucos de terra
  iuda et praeparaueris cor tuum
  ut requireris dnm
Habitauit ergo iosaphat in hierusalem
Rursus q· egressus est ad populum
  de bersabee usq· ad montem
  ephraim
Et reuocauit eos ad dnm dm
  patrum suorum
Constituitq· iudices terrae
  in cunctis ciuitatib· iuda
  munitis per singula loca
Et praecipiens iudicibus
  uidete quid faciatis
Non enim hominis exercitis
  iudicium sed dni
Et quod cum q· iudicaueritis
  in uos redundauit
Sit timor dni uobiscum
  et cum diligentia cuncta facite
Non est enim apud dnm dm nm
  iniquitas nec personarum
  acceptio nec cupido munerum
In hierusalem quoq· constituit
  iosaphat leuitas et sacerdotes
  et principes familiarum ex isrl
Ut iudicium et causam dni iudica
  rent habitatorib· eius
Praecepitq· eis dicens
  sic agetis in more dni fideliter
  et corde perfecto
Omnem causam ... quae uenerit
  ad uos fratru... m uestro
  rum qui habita... bant in urbib·
  suis inter cognationem et cognationem
Ubicum q· quaesitio est de lege
  de mandato de cerimoniis
  de iustificationib· ostendite eis
Ut non peccent in dnm et ne
  ueniat ira super uos et super
  fratres uestros sic ergo
  agetis et non peccabitis
Amarias autem sacerdos
  et pontifex uester in his quae
  ad dnm pertinent praesidebit
Porro zabadias filius ismahel
  qui est dux in domo iuda
  super ea opera erit quae ad
  regis officium pertinent
Habetis q· magistros leuitas
  coram uobis
Confortamini et agite diligen
  ter et erit dns uobiscum
XX Post haec congregati sunt
  filii moab et filii ammon
  et cum eis de ammanitis
  ad iosaphat ubi ut pugnarent
  contra eum
Ueneruntq· nuntii et indicaue
  runt iosaphat dicentes
Uenit contra te multitudo
  magna de his locis quae trans
  mare sunt et de syria
Et ecce consistunt in asason
  thamar quae est engaddi
Iosaphat autem timore perterri
  tus totum se contulit
  ad rogandum dnm
Et praedicauit ieiunium
  uniuerso iuda
Congregatus q· iudas ad precan
  dum dnm sed omnes de urbib·
  suis uenerunt ad obsecrandum eum
Cum q· stetisset iosaphat
  in medio coetu iudae et hieru
  salem in domo dni ante atrium
  nouum ait
Dne ds patrum nostrorum
  tu es in caelo et dominaris
  cunctis regnis gentium

IN MANU TUA EST FORTITUDO
ET POTENTIA NEC QUISQUAM
POTEST TIBI RESISTERE
NONNE TU DS NOSTER INTERFECISTI
OMNES HABITATORES TERRAE
HUIUS CORAM POPULO TUO ISRL
ET DEDISTI EAM SEMINI ABRAHĀ
AMICI TUI IN SEMPITERNUM
HABITAUERUNTQ· IN EA ET EXTRUE
RUNT IN ILLA SCUARIUM NOMINI
TUO DICENTES
SI INRUERINT SUPER NOS MALA
GLADIUS IUDICII PESTILEN
TIA ET FAMIS
STABIMUS CORAM DOMO HAC
IN CONSPECTU TUO IN QUA
INUOCATUM EST NOMEN TUUM
ET CLAMABIMUS AD TE IN TRIBULA
TIONIB· NOSTRIS ET EXAUDIES
SALUOSQ· FACIAS
NUNC IGITUR ECCE FILII AMMON
ET MOAB ET MONS SEIR
PER QUOS NON CONCESSISTI ISRAHEL
UT TRANSIRENT QUANDO EGREDIE
BANTUR DE AEGYPTO
SED DECLINAUERUNT AB EIS
ET NON INTERFECERUNT ILLOS
E CONTRARIO AGUNT ET NITUNTUR
EICERE NOS DE POSSESSIONE
QUAM TRADIDISTI NOBIS DS NOSTER
ERGO NON IUDICABIS EOS
IN NOBIS QUIDEM NON TANTA EST
FORTITUDO UT POSSIMUS HUIC
MULTITUDINI RESISTERE QUAE
INRUIT SUPER NOS
SED CUM IGNOREMUS QUID
AGERE DEBEAMUS
HOC SOLUM HABEMUS RESIDUI
UT OCULOS NOSTROS DIRIGAMUS AD TĒ
OMNIS UERO IUDA STABAT CORAM
DNO CUM PARUULIS ET UXORIB·
ET LIBERIS SUIS
ERAT AUTEM HIAZIHEL FILIUS
ZACHARIAE FILII BARACHIAE
FILII HIEHIHEL FILII MATHANIAE
LEUITIS DE FILIIS ASAPH
SUPER QUEM FACTUS EST SPS DNI
IN MEDIO TURBAE ET AIT
ADTENDITE OMNIS IUDA ET QUI
HABITATIS HIERUSALEM
ET TU REX IOSAPHAT
HAEC DICIT DNS UOBIS
NOLITE TIMERE NEC PAUEATIS
HANC MULTITUDINEM
NON EST ENIM UESTRA PUGNA SED DĪ
CRAS DESCENDETIS CONTRA EOS
ASCENSURI ENIM SUNT PER CLI
UUM NOMINE SEIS
ET INUENIETIS ILLOS IN SUMMITATE
TORRENTIS QUI EST CONTRA
SOLITUDINEM HIERUSALEM
NON ERITIS UOS QUI DIMICABITIS
SED TANTUM MODO CONFIDEN
TES STATE ET UIDEBITIS
AUXILIUM DNI SUPER UOS
O IUDA ET HIERUSALEM NOLITE
TIMERE NEC PAUEATIS
CRAS EGREDIMINI CONTRA EOS
ET DNS ERIT UOBISCUM
IOSAPHAT ERGO ET IUDA ET OMNES
HABITATORES HIERUSALEM
CECIDERUNT PRONI IN TERRAM
CORAM DNO ET ADORAUERUNT
PORRO LEUITAE DE FILIIS CAATH
ET DE FILIIS CORE LAUDABANT
DNM DM ISRAHEL UOCE MAGNA
IN EXCELSUM
CUMQ· MANE SURREXISSENT EGRESSI
SUNT PER DESERTUM THECUAE
PROFECTISQ· EIS STANS IOSAPHAT
IN MEDIO EORUM DIXIT
AUDITE ME IUDA ET OMNES
HABITATORES HIERUSALEM
CREDITE IN DNO DO UESTRO
ET SE CURI ERITIS
CREDITE PROPHETIS EIUS
ET CUNCTA EUENIENT PROSPERA
DEDITQ· CONSILIUM POPULO

ET STATUIT CANTORES DNI UT LAU
DARENT EUM IN TURMIS SUIS
ET ANTE CEDERENT EXERCITUM
AC UOCE CONSONA DICERENT
CONFITEMINI DNO QUONIAM BONUS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
CUMQ; COEPISSENT LAUDES CANERE
UERTIT DNS INSIDIAS EORUM
IN SEMET IPSOS
FILIORUM SCILICET AMMON ET MOAB
ET MONTIS SEIR QUI EGRESSI FUE
RANT UT PUGNARENT CONTRA
IUDAM ET PERCUSSI SUNT
NAMQ; FILII AMMON ET MOAB
CONSURREXERUNT ADUERSUS
HABITATORES MONTIS SEIR
UT INTERFICERENT ET DELERENT EOS
CUMQ; HOC OPERE PERPETRASSENT
ETIAM IN SEMET IPSOS UERSI
MUTUIS SE CONCIDERUNT UULNERIB;
PORRO IUDAS CUM UENISSENT
AD SPECULAM QUAE RESPICIT
SOLITUDINEM
UIDIT PROCUL OMNEM LATE REGIO
NEM PLENAM CADAUERIBUS
NEC SUPER ESSE QUEMQUAM
QUI NECEM POTUISSET EUADERE
UENIT ERGO IOSAPHAT ET OMNIS
POPULUS CUM EO AD DETRAHENDA
SPOLIA MORTUORUM
INUENERUNTQ; INTER CADAUERA
UARIAM SUPELLECTILEM
UESTES QUOQ; ET UASA PRAETIOSIS
SIMA ET DIRIPUERUNT
ITA UT OMNIA PORTARE NON POSSENT
NEC PER TRES DIES SPOLIA AUFERRE
PRO PRAEDAE MAGNITUDINE
DIE AUTEM QUARTO CONGREGATI
SUNT IN UALLE BENEDICTIONIS
ETENIM QUONIAM IBI BENEDIXERAT
DNS UOCAUERUNT LOCUM ILLUM
UALLIS BENEDICTIONIS USQUE
IN PRAESENTEM DIEM
REUERSUSQ; EST OMNIS UIR IUDA
ET HABITATORES HIERUSALEM
ET IOSAPHAT ANTE EOS IN HIERUSALEM
CUM LAETITIA MAGNA
EO QUOD DEDISSET EIS DNS
GAUDIUM DE INIMICIS SUIS
INGRESSIQ; SUNT HIERUSALEM
CUM PSALTERIIS ET CITHARIS
ET TUBIS IN DOMUM DNI
IRRUIT AUTEM PAUOR DNI SUPER
UNIUERSA REGNA TERRARUM
QUOD AUDISSENT QUOD PUGNASSET
DNS CONTRA INIMICOS ISRAHEL
QUIEUITQ; REGNUM IOSAPHAT
ET PRAEBUIT EI DS PACEM
PER CIRCUITUM
REGNAUIT IGITUR IOSAPHAT SUPER IUDAM
ET ERAT XXXV ANNORUM
CUM REGNARE COEPISSET
UIGINTI AUTEM ET QUINQ; ANNIS
REGNAUIT IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS AZUBA
FILIA SELAHI
ET AMBULAUIT IN UIA PATRIS SUI ASA
NEC DECLINAUIT AB EA FACIENS
QUAE PLACITA ERANT CORAM DNO
UERUMTAMEN EXCELSA NON ABSTULIT
ET ADHUC POPULUS NON DIREXERAT
COR SUUM AD DNM DM PATRUM SUORUM
RELIQUA AUTEM GESTORUM IOSA
PHAT PRIMORUM ET NOUISSIMORUM
SCRIPTA SUNT IN LIBRO HIEU FILII ANANI
QUAE DIGESSIT IN LIBRO REGUM ISRL
POST HAEC INIIT AMICITIAS IOSAPHAT
REX IUDA CUM OCHOZIA REGE ISRL
CUIUS OPERA FUERUNT IMPIISSIMA
ET PARTICEPS FUIT UT FACERENT
NAUES QUAE IRENT IN THARSIS
FECERUNTQ; CLASSEM IN ASIONGABER
PROPHETAUIT AUTEM ELIEZER
FILIUS DODAU DE MARESA
AD IOSAPHAT DICENS
QUIA HABUISTI FOEDUS CUM OCHOZIA
PERCUSSIT DNS OPERA TUA
CONTRITAEQUE SUNT NAUES

NEC POTUERUNT IRE IN THARSIS
XXI DORMIUIT AUTEM IOSAPHAT CUM
PATRIB· SUIS ET SEPULTUS EST
CUM EIS IN CIUITATE DAUID
REGNAUITQ· IORAM FILIUS EIUS
PRO EO
QUI HABUIT FRATRES FILIOS IOSAPHAT
AZARIAM . ET HIAHIHEL . ET ZACHA
RIAM . ET AZARIAM . ET MICHAHEL .
ET SAPHADIAM
OMNES HII FILII IOSAPHAT REGIS IUDA
DEDITQ· EIS PATER SUUS MULTA
MUNERA ARGENTI ET AURI
ET PENSITATIONES CUM CIUI
TATIB· MUNITISSIMIS IN IUDA
REGNUM TRADIDIT IORAM
EO QUOD ESSET PRIMOGENITUS
SURREXIT ERGO IORAM
SUPER REGNUM PATRIS SUI
CUMQ· SE CONFIRMASSET
OCCIDIT OMNES FRATRES SUOS
GLADIO ET QUOSDAM DE PRIN
CIPIB· ISRAHEL
TRIGINTA DUO ANNORUM ERAT IORAM
CUM REGNARE COEPISSET
ET OCTO ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
AMBULAUITQ· IN UIIS REGUM ISRL
SICUT FECERAT DOMUS AHAB
FILIA QUIPPE AHAB ERAT UXOR EIUS
ET FECIT MALUM IN CONSPECTU DNI
NOLUIT AUTEM DNS DISPERDERE
DOMUM DAUID PROPTER
PACTUM QUOD INIERAT CUM EO
ET QUIA PROMISERAT UT DARET
EI LUCERNAM ET FILIIS EIUS
OMNI TEMPORE
IN DIEB· ILLIS REBELLAUIT EDOM
NE ESSET SUBDITUS IUDAE
ET CONSTITUIT SIBI REGEM
CUMQ· TRANSISSET IORAM
CUM PRINCIPIB· SUIS ET CUNCTO
EQUITATU QUI ERAT CUM EO
SURREXIT NOCTE ET PERCUSSIT
EDOM QUI SE CIRCUMDEDERANT
ET OMNES DUCES EQUITATUS EIUS
ATTAMEN REBELLAUIT EDOM
NE ESSET SUB DICIONE IUDA
USQ· AD HANC DIEM
EO TEMPORE ET LOBNA RECESSIT
NE ESSET SUB MANU ILLIUS
DERELIQUERAT ENIM DNM DM
PATRUM SUORUM
INSUPER ET EXCELSA FABRICATUS
EST IN URBIBUS IUDA
ET FORNICARI FECIT HABITATORES
HIERUSALEM ET PRAEUARI
CARI IUDAM
ALLATAE SUNT AUTEM LITTERAE
AB HELIA PROPHETA IN QUIB·
SCRIPTUM ERAT
HAEC DICIT DNS DAUID PATRIS TUI
QUONIAM NON AMBULASTI IN UIIS
IOSAPHAT PATRIS TUI ET IN UIIS
ASA REGIS IUDA
SED INCESSISTI PER ITER REGUM ISRL
ET FORNICARI FECISTI IUDAM
ET HABITATORES HIERUSALEM
IMITATUS FORNICATIONEM
DOMUS AHAB
INSUPER ET FRATRES TUOS
DOMUM PATRIS TUI MELIORES
TE OCCIDISTI
ECCE DNS PERCUTIET TE PLAGA
MAGNA CUM POPULO TUO
ET FILIIS ET UXORIB· TUIS
UNIUERSAQ· SUBSTANTIA TUA
TU AUTEM AEGROTABIS PESSIMO
LANGUORE UTERI
DONEC EGREDIANTUR UITALIA TUA
PAULATIM PER DIES SINGULOS
SUSCITAUIT ERGO DNS CONTRA
IORAM SPM PHILISTINORUM
ET ARABUM QUI CONFINES SUNT
AETHIOPIBUS
ET ASCENDERUNT IN TERRAM IUDA
ET UASTAUERUNT EAM
DIRIPUERUNTQUE CUNCTAM

SUBSTANTIAM QUAE INUENTA
EST IN DOMO REGIS INSUPER
ET FILIOS ET UXORES
NEC REMANSIT EI FILIUS NISI
IOAHAZ QUI MINIMUS NATU ERAT
ET SUPER HAEC OMNIA PERCUSSIT
EUM DNS ALUI LANGUORE INSANABILI
CUMQ· DIEI SUCCEDERET DIES
ET TEMPORUM SPATIA UOLUE
RENTUR DUORUM ANNORUM
EXPLETUS EST CIRCUITUS
ET SIC LONGA CONSUMTUS EST
TABE ITA UT EGERERET ETIAM
UISCERA SUA LANGUORE
PARITER ET UITA CARUIT
MORTUUS Q· EST IN FIRMITATE
PESSIMA
ET NON FECIT [ei] POPULUS SECUNDU
MOREM CONBUSTIONIS EXEQUIAS
SICUT FECERAT MAIORIBUS
TRIGINTA DUUM ANNORUM FUIT
CUM REGNARE COEPISSET
ET OCTO ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM AMBULAUITQ·
NON RECTE
ET SEPELIERUNT [eum] IN CIUITATE
DAUID UERUMTAMEN NON
IN SEPULCHRO REGUM
XXII CONSTITUERUNT [iu] HABITATORES
HIERUSALEM OCHOZIAM
FILIUM EIUS MINIMUM
REGEM PRO EO
OMNES ENIM MAIORES NATU
QUI ANTE EUM FUERANT INTER
FECERUNT LATRONES ARABUM
QUI IN RUERUNT IN CASTRA
REGNAUITQ· OCHOZIAS FILIUS
IORAM REGIS IUDA
FILIUS QUADRAGINTA DUO ANNORU
ERAT OCHOZIAS CUM REGNARE
COEPISSET
ET UNO ANNO REGNAUIT IN HIERUSALE
NOMEN MATRIS EIUS OTHOLIA
FILIA AMRI

SED ET IPSE INGRESSUS EST
PER UIAS DOMUS AHAB
MATER ENIM EIUS IN PULIT EUM
UT IMPIE AGERET
FECIT IGITUR MALUM IN CONSPECTU
DNI SICUT DOMUS AHAB
IPSI ENIM FUERUNT EI CONSILIARII
POST MORTEM PATRIS SUI
IN INTERITUM EIUS
AMBULAUITQ· IN CONSILIIS EORUM
ET PERREXIT CUM IORAM FILIO
AHAB REGIS ISRAHEL IN BELLUM
CONTRA AZAHEL REGEM SYRIAE
IN RAMOTH GALAAD
UULNERAUERUNT [que] SYRII IORAM
QUI REUERSUS EST UT CURARETUR
IN HIEZRA [illegible] HEL
MULTAS ENIM PLAGAS ACCEPERAT
IN SUPRADICTO CERTAMINE
IGITUR AZARIAS FILIUS IORAM
REX IUDA DISCENDIT UT INUISE
RET IORAM FILIUM ACHAB
IN HIEZRAHEL EGROTANTEM
UOLUNTATIS QUIPPE FUIT DI
ADUERSUM OCHOZIAM
UT UENIT [eo] AD IORAM
ET CUM UENISSET EGREDERETUR
CUM EO ADUERSUM HIEU
FILIUM NAMSI
QUEM UNXIT DNS UT DELERET
DOMUM AHAB
CUM ERGO SUBUERTERET HIEU
DOMUM AHAB
INUENIT PRINCIPES IUDA ET FILIOS
FRATRUM OCHOZIAE QUI MINIS
TRABANT ET INTERFECIT ILLOS
IPSUMQ· PERQUIRENS OCHOZIAM
CONPREHENDIT LATENTEM
IN SAMARIAM
ADDUCTUMQ· AD SE OCCIDIT
ET SEPELIERUNT EUM EO QUOD
ESSET FILIUS IOSAPHAT QUI
QUAESIERAT DNM IN TOTO
CORDE SUO

NEC ERAT ULTRA SPES ALIQUA
UT DE STIRPE REGNARET OCHOZIAE
SIQUIDEM OTHOLIA MATER EIUS
UIDENS QUOD MORTUUS ESSET
FILIUS SUUS
SURREXIT ET INTERFECIT OMNEM
STIRPEM REGIAM DOMUS IORAM
PORRO IOSABETH FILIA REGIS
TULIT IOAS FILIUM OCHOZIAE
ET FURATA EST EUM DE MEDIO
FILIORUM REGIS CUM INTER
FICERENTUR
ABSCONDITQ; CUM NUTRICE SUA
IN CUBICULO LECTULORUM
IOSABETH AUTEM QUAE ABSCONDE
RAT EUM ERAT FILIA REGIS IORĀ
UXOR IOIADAE PONTIFICIS
SOROR OCHOZIAE
ET IDCIRCO OTHOLIA NON INTER
FECIT EUM
FUIT ERGO CUM EIS IN DOMO DNI
ABSCONDITUS SEX ANNIS QUIB;
REGNAUIT OTHOLIA SUPER TERRAM
XXIII ANNO AUTEM SEPTIMO CONFORTATUS
IOIADAE ADSUMSIT CENTURIONES
AZARIAM UIDELICET FILIUM HIEROAM
ET ISMAHEL FILIUM IOHANNAN
AZARIAM QUOQ; FILIUM IODETH
ET MAASIAM FILIUM ADAIAE
ET ELISABATH FILIUM SECRI
ET INIIT CUM EIS FOEDUS
QUI CIRCUEUNTES IUDAM CONGRE
GAUERUNT LEUITAS DE CUNCTIS
URBIB; IUDA ET PRINCIPES
FAMILIARUM ISRAHEL
UENERUNTQ; IN HIERUSALEM
INIIT IGITUR OMNIS MULTITUDO
ISRAHEL PACTUM IN DOMO
DNI CUM REGE
DIXIT AD EOS IOIADAE
ECCE FILIUS REGIS REGNAUIT
SICUT LOCUTUS EST DNS
SUPER FILIOS DAUID
ISTE EST ERGO SERMO QUEM FACIETIS
TERTIA PARS UESTRUM QUI UENIUNT
AD SABBATUM SACERDOTUM
ET LEUITARUM ET IANITORUM
ERIT IN PORTIS
TERTIA UERO PARS AD DOMUM REGIS
ET TERTIA IN PORTA QUAE APPELLA
TUR FUNDAMENTI
OMNE UERO RELIQUUM UULGUS
SIT IN ATRIIS DOMUS DNI
NEC QUISQUAM ALIUS INGREDIATUR
DOMUM DNI NISI SACERDOTES
ET QUI MINISTRANT DE LEUITIS
IPSI TANTUM MODO INGREDIANTUR
QUIA SCI FICATI SUNT
ET OMNE RELIQUUM UULGUS
OBSERUET CUSTODIAS DNI
LEUITAE AUTEM CIRCUMDENT
REGEM HABENTES SINGULI
ARMA SUA
ET SI QUIS ALIUS INGRESSUS FUERIT
TEMPLUM INTERFICIATUR
SINTQ; CUM REGE ET IN[illegible]
TRANTE ET INGREDIENTE
FECERUNT IGITUR LEUITAE
ET UNIUERSUS IUDA IUXTA
OMNIA QUAE CEPERAT PRAE
IOIADAE PONTIFEX
ET ADSUMSERUNT SINGULI UIROS
QUI SUB SE ERANT ET UENIEBANT
PER ORDINEM SABBATI
CUM HIS QUI IAM IMPLE[illegible]UERANT
SABBATUM ET EGRESSURI ERANT
SIQUIDEM IOIADAE PONTIFEX
NON DIMISERAT ABIRE TURMAS
QUAE SIBI PER SINGULAS EBDOMAS
SUCCEDERE CONSUERANT
DEDIT IOIADAE SACERDOS CENTURIO
NIB; LANCEAS CLYPEOSQUE
ET PELTAS REGIS DAUID QUAS
CONSECRAUERAT IN DOMO DNI
CONSTITUITQ; OMNEM POPULUM
TENENTIUM PUGIONES
A PARTE TEMPLI DEXTERA USQ; AD
PARTEM TEMPLI SINISTRAM

CORAM ALTARI ET TEMPLO
PER CIRCUITUM REGIS
ET EDUXERUNT FILIUM REGIS
ET INPOSUERUNT EI DIADEMA
DEDERUNTQ· IN MANU EIUS
TENENDAM LEGEM ET CONSTI
TUERUNT EUM REGEM
UNXIT QUOQ· ILLUM IOIADAE
PONTIFEX ET FILII EIUS
IN PRAECATI QUE SUNT ATQ· DIXE
RUNT UIUAT REX
QUOD CUM AUDISSET OTHOLIA
UOCEM SCILICET CURRENTIUM
ATQ· LAUDANTIUM REGEM
INGRESSA EST AD POPULUM
IN TEMPLUM DNI
CUMQ· UIDISSET REGEM STANTEM
SUPER GRADUM IN INTROITU
ET PRINCIPES TURMASQ· CIRCA EUM
OMNEM QUOQ· POPULUM TERRAE
GAUDENTEM ATQ· CLANGENTEM TUBIS
ET DIUERSI GENERIS ORGANIS
CONCINNENTEM UOCEMQ·
LAUDANTIUM
SCIDIT UESTIMENTA SUA ET AIT
INSIDIAE INSIDIAE
EGRESSUS AUTEM IOIADAE PONTIFEX
AD CENTURIONES ET PRINCIPES
EXERCITUS DIXIT EIS
EDUCITE ILLAM EXTRA SEPTA
TEMPLI ET INTERFICIATUR
FORIS GLADIO
PRAECEPITQ· SACERDOS NE OCCI
DERETUR IN DOMO DNI
ET INPOSUERUNT CERUICIBUS
EIUS MANUS
CUMQ· INTRASSET PORTAM
EQUORUM DOMUS REGIS
INTERFECERUNT EAM IBI
PEPIGIT AUTEM IOIADAE FOEDUS
INTER SE UNIUERSUMQ· POPULU
ET REGEM UT ESSET POPULUS DNI
ITAQ· INGRESSUS EST OMNIS POPULUS
DOMUM BAAL ET DESTRUERUNT EAM

ET ALTARIA AC SIMULACHRA ILLIUS
CONFRINGERUNT
MATHAN QUOQ· SACERDOTEM
BAAL INTERFECERUNT
CONSTITUIT AUTEM IOIADAE
PRAEPOSITOS IN DOMO DNI
ET SUB MANIB· SACERDOTUM
AC LEUITARUM
QUOS DISTRIBUIT DAUID IN DOMO DNI
UT OFFERENT HOLOCAUSTA DNO
SICUT SCRIPTUM EST IN LEGE MOSI
IN GAUDIO ET CANTICIS IUXTA
DISPOSITIONEM DAUID
CONSTITUIT QUOQ· IANITORES
IN PORTIS DOMUS DNI
UT NON INGREDERETUR IN EAM
INMUNDUS IN OMNI RE
ADSUMSITQ· CENTURIONES
ET FORTISSIMOS UIROS
AC PRINCIPES POPULI ET OMNE
UULGUS TERRAE
ET FECERUNT DISCENDERE REGEM
DE DOMO DNI ET INTERIORE
PER MEDIUM PORTAE SUPERIORIS
IN DOMUM REGIS
ET COLLOCAUERUNT EUM IN SOLIO REGALI
LAETATUSQ· EST OMNIS POPULUS
TERRAE ET URBS QUIEUIT
PORRO OTHOLIA INTERFECTA EST GLADIO
XXIIII. SEPTEM ANNORUM ERAT IOAS
CUM REGNARE COEPISSET
ET XL ANNIS REGNAUIT IN HIERUSALE
NOMEN MATRIS EIUS SEBIA DE BERSABEE
FECITQ· QUOD BONUM EST CORAM DNO
CUNCTIS DIEB· IOIADAE SACERDOTIS
ACCEPIT AUTEM IOIADAE UXORES DUAS
E QUIB· GENUIT FILIOS ET FILIAS
POST QUAE PLACUIT IOAS UT IN
STAURARET DOMUM DNI
CONGREGAUITQ· SACERDOTES
ET LEUITAS ET DIXIT EIS
EGREDIMINI AD CIUITATES IUDA
ET COLLIGITE DE UNIUERSO ISRL
PECUNIAM AD SARTA TECTA TEMPLI

DIUESTRI PER SINGULOS ANNOS
FESTINATO Q· HOC FACITE
PORRO LEUITAE EGERUNT NEGLEGENTIUS
UOCAUIT Q· REX IUDA IOIADAE
PRINCIPEM ET DIXIT EI
QUARE TIBI NON FUIT CURAE
UT COGERES LEUITAS INFERRE
DE IUDA ET HIERUSALEM
PECUNIAM QUAE CONSTITUTA EST
A MOSE SERUO DNI
UT INFERRET EAM OMNIS MULTI
TUDO ISRAHEL IN TABERNACULUM
TESTIMONII
OTHOLIA ENIM IMPIISSIMA
ET FILII EIUS DESTRUXERANT
DOMUM DNI
ET DE UNIUERSIS QUAE SCIFICATA
FUERANT TEMPLO DNI ORNA
UERUNT FANUM BAALIM
PRAECEPIT ERGO REX ET FECE
RUNT ARCAM
POSUERUNT Q· EAM IUXTA PORTAM
DNI FORINSECUS
ET PRAEDICATUM EST IN IUDA
ET HIERUSALEM UT DEFERRENT
SINT SINGULI PRAETIUM DNO
QUOD CONSTITUIT MOSES SERUUS
DNI SUPER OMNEM ISRL IN DESERTO
LAETATI Q· SUNT CUNCTI PRINCIPES
ET OMNIS POPULUS
ET INGRESSI CONTULERUNT IN ARCAM
DNI ATQ· MISERUNT ITA UT IMPLERETUR
CUM Q· TEMPUS ESSET UT DEFER
RENT ARCAM CORA·M REGE
PER MANUS LEUITARUM
UIDEBANT ENIM MULTAM PECUNIAM
INGREDIEBATUR SCRIBA REGIS
ET QUEM PRIMUS SACERDOS
CONSTITUERAT
EFFUNDEBANT Q· PECUNIAM
QUAE ERAT IN ARCA
PORRO ARCAM REPORTABANT
AD LOCUM SUUM
SIC Q· FACIEBANT SINGULOS DIES

ET CONGREGATA EST INFINITA
PECUNIA
QUAM DEDERUNT REX ET IOIADAE
HIS QUI PRAEERANT OPERIBUS
DOMUS DNI
AT ILLI CONDUCEBANT EX EA CAESORES
LAPIDUM ET ARTIFICES OPERUM
SINGULORUM UT INSTAURA
RENT DOMUM DNI
FABROS QUOQ· FERRI ET AERIS
UT QUOD CADERE COEPERAT
FULCIRETUR
EGERUNT Q· HI QUI OPERABANTUR
INDUSTRIAE
ET OBDUCEBATUR PARIETUM
CICATRIX PER MANUS EORUM
AC SUSCITAUERUNT DOMUM DNI
IN STATUM PRISTINUM ET FIRME
EAM STARE FECERUNT
CUMQ· CONPLESSENT OMNIA OPERA
DETULERUNT CORAM REGE
ET IOIADAE RELIQUAM PARTEM PECUNIAE
DE QUA FACTA SUNT UASA TEMPLI
IN MINISTERIUM AD HOLOCAUSTA
FIALAE QUOQ· ET CETERA UASA
AUREA ET ARGENTEA
ET OFFEREBANTUR HOLOCAUSTA
IN DOMO DNI IUGITER CUNCTIS
DIEB· IOIADAE
SENUIT AUTEM IOIADAE PLENUS
DIERUM ET MORTUUS EST
CUM .CXXX. ESSET ANNORUM
SEPELIERUNT Q· EUM IN CIUITATE
DAUID CUM REGIBUS
EO QUOD FECISSET BONUM CUM ISRL
ET CUM DOMU EIUS
POSTQUAM AUTEM OBIIT IOIADA
INGRESSI SUNT PRINCIPES IUDA
ET ADORAUERUNT REGEM
QUI DELENITUS OBSEQUIIS EORUM
ADQUIEUIT EIS
ET DERELIQUERUNT TEMPLUM
DNI DI PATRUM SUORUM
SERUIERUNT Q· LUCIS ET SCULPTILIB·

et facta est ira contra iudam
et hierusalem propter
hoc peccatum
mittebatq; eis prophetas
ut reuerterentur ad dñm
quos protestantes illi
audire nolebant
Sp̄s itaq; dī induit zachariam
filium ioiadae sacerdotis
et stetit in conspectu populi
et dixit eis haec dicit dñs
quare transgredimini praecep
tum dñi quod uobis non proderit
et dereliquistis dñm ut dere
linqueret uos
qui congregati aduersus eum
miserunt lapides iuxta regis
imperium in atrio domus dñi
et non est recordatus ioas
pater illius secum
sed interfecit filium eius
qui cum moreretur ait
uideat dñs et requirat
Cumq; euolutus esset annus
ascendit contra eum
exercitus syriae
uenitq; in iudam et hierusalē
et interfecit cunctos
principes populi
atq; uniuersam praedam
miserunt regi damascum
et certe cum permodicus
uenisset numerus syrorum
tradidit dñs manibus eorum
infinitam multitudinem
eo quod dereliquissent dñm
dm̄ patrum suorum
in ioas quoq; ignominiosa
exercuere iudicia
et abeuntes dimiserunt eum
in languoribus magnis
surrexerunt autem contra eum
serui sui in ultionem sanguinis
filii ioiadae sacerdotis

et occiderunt eum in lectulo
suo et mortuus est
sepelieruntq; eum in ciuitate dauid
sed non in sepulchris regum
insidiati uero sunt ei zabat
filius semath ammanitidis
et iozabat filius sarameth
moabitidis
porro filii eius ac summa
pecuniae quae adunata fuerat
sub eo et instauratio domus dñi
scripta sunt diligentius
in libro regum
Regnauitq; amasias filius
eius pro eo
XXV. Uiginti quinq; annorum erat
amasias cum regnare
coepisset
et uiginti nouem annis regna
uit in hierusalem
nomen matris eius ioaden
de hierusalem
fecit bonum in conspectu dñi
uerumtamen non in corde
perfecto
cumq; roboratum sibi
uideret imperium
iugulauit seruos qui occide
rant regem patrem suum
sed filios eorum non interfecit
sicut scriptum est in libro legis
mosi ubi praecepit dñs dicens
non occidentur patres pro filiis
neq; filii pro patrib; suis
sed unusquisq; suo peccato
morietur
Congregauit igitur amasias
iudam et constituit eos
per familias
tribunosq; et centuriones
in uniuerso iuda et beniamin
et recensuit xx annis et sursū
inuenitq; ccc milia iuuenum
qui egrederentur ad pugnam

ET TENERENT HASTAM ET CLYPEUM
MERCEDE QUOQ· CONDUXIT DE ISRL
CENTUM MILIA ROBUSTORUM
CENTUM TALENTIS ARGENTI
UENIT AUTEM AD ILLUM HOMO
DI ET AIT
O REX NEC REDIATUR TECUM
EXERCITUS ISRAHEL
NON EST ENIM DNS CUM ISRAHEL
ET CUNCTIS FILIIS EPHRAIM
QUOD SI PUTAS IN ROBORE EXERCITUS
BELLA CONSISTERE SUPERARI TE
FACIET DS AB HOSTIB· TUIS
DNI QUIPPE EST ET ADIUUARE
ET IN FUGAM UERTERE
DIXIT Q· AMASIAS AD HOMINEM DI
QUID ERGO FIAT DE CENTUM TALEN
TIS QUAE DEDI MILITIB· ISRAHEL
ET RESPONDIT EI HOMO DI
HABET DNS UNDE TIBI DARE POSSIT
MULTO HIS PLURA
SEPARAUIT ITAQ· AMASIAS EXERCI
TUM QUI UENERAT AD EUM
EX EPHRAIM UT REUERTERETUR
IN LOCUM SUUM
AT ILLI CONTRA IUDAM UEHEMENTER
IRATI REUERSI SUNT IN REGIO
NEM SUAM
PORRO AMASIAS CONFIDENTER
EDUXIT POPULUM SUUM
ET ABIIT IN UALLEM SALINARUM
PERCUSSIT Q· FILIOS SEIR
DECEM MILIA
ET ALIA DECEM MILIA UIRORUM
CEPERUNT FILII IUDA
ET ADDUXERUNT AD PRAERUPTUM
CUIUSDAM PETRAE
PRAECIPITAUERUNQUE EOS DE SUMMO
IN PRAECEPS QUI UNIUERSI
CREPUERUNT
AT ILLE EXERCITUS QUEM REMI
SERAT AMASIAS NE SECUM
IRET IN PROELIUM
DIFFUSUS EST IN CIUITATIB· IUDA

A SAMARIA USQ· BETHRON
ET INTERFECTIS TRIB· MILIB·
DIRIPUIT PRAEDAM MAGNAM
AMASIAS UERO POST CEDEM
IDUMEORUM AT ALLATOS DEOS
FILIORUM SEIR STATUIT ILLOS
IN DEOS SIBI
ET ADORABAT EOS ET ILLIS
ADOLEBAT INCENSUM
QUAM OBREM IRATUS DNS CONTRA
AMASIAM MISIT AD ILLUM
PROPHETAM QUI DICERET EI
CUR ADORASTI DEOS QUI NON LIBE
RAUERUNT POPULUM SUUM
DE MANU TUA
CUM Q· HAEC ILLE LOQUERETUR
RESPONDIT EI
NUM CONSILIARIUS REGIS ES
QUIESCE NE INTERFICIAM TE
DISCENDENS Q· PROPHETA SCIO
INQUIT QUOD COGITAUERIT DNS
OCCIDERE TE
QUIA FECISTI HOC MALUM ET INSUPER
NON ADQUIEUISTI CONSILIO MEO
IGITUR AMASIAS REX IUDA INITO
PESSIMO CONSILIO MISIT AD IOAS
FILIUM IOACHAZ FILII HIEU
REGEM ISRAHEL DICENS
UENI UIDEAMUS NOS MUTUO
AT ILLE REMISIT NUNTIUM DICENS
CARDUUS QUI EST IN LIBANO MISIT
AD CEDRUM LIBANI DICENS
DA FILIAM TUAM FILIO MEO UXOREM
ET ECCE BESTIAE QUAE ERANT IN SILUA
LIBANI TRANSIERUNT ET CONCUL
CAUERUNT ILLI CARDUUM
DIXISTI PERCUSSI EDOM ET IDCIRCO
ERIGITUR COR TUUM IN SUPERBIAM
SEDE IN DOMO TUA CUR MALUM
ADUERSUM TE PROUOCAS
UT CADAS TU ET IUDAS TECUM
NOLUIT AUDIRE AMASIAS
EO QUOD DNI ESSET UOLUNTAS
UT TRADERETUR IN MANIBUS HOS
TIUM

PROPTER DEOS EDOM
ASCENDIT IGITUR IOAS REX ISRL
ET MUTUO SIBI PRAEBUERE
CONSPECTUS
AMASIAS AUTEM REX IUDA ERAT
IN BETHSAMES IUDAE
CORRUIT Q· IUDAS CORAM ISRL
ET FUGIT IN TABERNACULA SUA
PORRO AMASIAM REGEM IUDA
FILIUM IOAS FILII IOACHAZ
COEPIT IOAS REX ISRAHEL
IN BETHSAMES ET ADDUXIT
IN HIERUSALEM
DESTRUXIT Q· MURUM EIUS
A PORTA EPHRAIM USQ· AD PORTAM
ANGULI QUADRINGENTIS CUBITIS
OMNE QUOQ· AURUM ET ARGENTUM
ET UNIUERSA UASA QUAE REPPE
RERAT IN DOMO DNI ET APUD
OBEDEDOM IN THESAURIS ETIAM
DOMUS REGIAE
NEC NON ET FILIOS OBSIDUM
REDUXIT IN SAMARIAM
UIXIT AUTEM AMASIAS FILIUS IOAS
REX IUDA POST QUAM MORTUUS
EST IOAS FILIUS IOACHAZ REX
ISRAHEL XV ANNIS
RELIQUA AUTEM SERMONUM
AMASIAE PRI ORUM ET NOUIS
SIMORUM SCRIPTA SUNT
IN LIBRO REGUM IUDA ET ISRL
QUI POSTQUAM RECESSIT A DNO
TETENDERUNT EI INSIDIAS
IN HIERUSALEM
CUMQ· FUGISSET LACHIS MISE
RUNT ET INTERFICERUNT EUM IBI
REPORTANTES Q· SUPER EQUOS
SEPELIERUNT EUM CUM PATRIB·
SUIS IN CIUITATE DAUID
XXVI OMNIS AUTEM POPULUS IUDA
FILIUM EIUS OZIAM ANNORUM
SEDECEM CONSTITUIT REGEM
PRO PATRE SUO AMASIA

IPSE AEDIFICAUIT AHILATH
ET RESTITUIT EAM DICIONI
IUDAE POSTQUAM DORMIUIT
REX CUM PATRIBUS SUIS
SEDECEM ANNORUM ERAT
OZIAS CUM REGNA RE
COEPISSET
ET QUINQUAGINTA DUOB· ANNIS
REGNAUIT IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS HIECHEDELIA
DE HIERUSALEM
FECITQ· QUOD RECTUM ERAT
IN OCULIS DNI IUXTA OMNIA
QUAE FECERAT AMASIAS PATER EIUS
EXQUISIUIT DNM IN DIEB· ZACHARIAE
INTELLEGENTIS ET UIDENTIS DM
CUMQ· REQUIRERET DNM
DIREXIT EUM IN OMNIBUS
DENIQ· EGRESSUS EST ET PUGNA
UIT CONTRA PHILISTHIIM
ET DESTRUXIT MURUM GETH
ET MURUM IABINAE
MURUMQ· AZOTI
AEDIFICAUIT QUOQUE OPPIDA
IN AZOTO ET IN PHILISTHIM
ET ADIUUIT EUM DS CONTRA
PHILISTHIM
ET CONTRA ARABAS QUI HABITA
BANT IN TURBAAL ET CONTRA
AMMANITAS
PENDEBANTQ· AMMANITAE
MUNERA OZIAE
ET DEUULGATUM EST NOMEN
EIUS USQ· AD INTROITUM AEGYPTI
PROPTER CREBRAS UICTORIAS
AEDIFICAUITQ· OZIAS TURRES IN HIE
RUSALEM SUPER PORTAM ANGULI
ET SUPER PORTAM UALLIS
ET RELIQUAS IN EO MURI
LATERE FIRMAUITQ· EAS
EXTRUXIT ETIAM TURRES
IN SOLITUDINE ET FODIT
CISTERNAS PLURIMAS

eo quod haberet multa pecora
tam in campestrib· quam
in heremi vastitate
vineas quoq· habuit et vinitores
in montib· et in Carmelo
erat quippe homo agricultu
rae deditus
Fuit autem exercitus bella
torum eius qui procedebant
ad proelia
sub manu Hiehihel scribae
Maasiae que doctores
et sub manu Ananiae qui erat
de ducibus regis
omnisq· numerus principum
per familias virorum fortiū
L. II. milia sescentorum
et sub eis universus exercitus
sescentorum et septem
milium quingentorum
qui erant apti ad bella et pro
rege contra adversarios
dimicabant
Praeparavit quoq· eis Ozias
id est cuncto exercitui
clypeos et hastas et galeas
et loricas
arcusq· et fundas ad iaci
endos lapides
fecit in Hierusalem diversi
generis machinas
quas in turrib· collocavit
et in angulis murorum
ut mitterent sagittas
et saxa grandia
egressumq· est nomen eius
procul eo quod auxiliaretur
ei dñs et roborasset illum
Sed cum roboratus esset
elevatum cor eius in interi
tum suum et neglexit
dñm dm̄ suum
ingressusq· templum dñi

adolere voluit incensum
super altare thymiamatis
Statim ingressus post eum
Azarias sacerdos
et cum eo sacerdotes dñi LXXX.
viri fortissimi restiterunt
regi atq· dixerunt
non est tui officii Ozia ut adoleas
incensum dño
sed sacerdotum hoc est filiorū
Aaron qui consecrati sunt
ad huiuscemodi ministerium
egredere de scũario ne con
temseris
quia non reputabitur tibi
in gloria hoc a dño dō
iratusque est Ozias
et tenens turibulum in manum
ut adoleret incensum
minabatur sacerdotibus
statimq· orta est lepra in fronte
eius coram sacerdotibus
in domo dñi super altare
thymiamatis
cumq· respexisset eum Azarias
pontifex et omnes reliqui
sacerdotes
viderunt lepram in fronte eius
et festinato expulerunt eum
Sed et ipse perterritus
adceleravit egredi
eo quod sensisset ilico plagam dñi
Fuit igitur rex Ozias leprosus
usq· ad diem mortis suae
et habitavit in domo separata
plenus lepra
ob quam eiectus fuerat
de domo dñi
Porro Ioathan filius eius
rexit domum regis
et iudicabat populum terrae
Reliqua autem sermonum Oziae
priorum et novissimorum

SCRIPSIT ESAIAS PROPHETA
FILIUS AMOS
DORMIUIT Q· OZIAS CUM PATRI
BUS SUIS
ET SEPELIERUNT EUM IN AGRO
REGALIUM SEPULCHRORUM
EO QUOD ESSET LEPROSUS
REGNAUIT Q· IOATHAM FILIUS
EIUS PRO EO
UIGINTI QUINQUE ANNORUM XXVII
ERAT IOATHAM CUM REGNARE
COEPISSET
ET XVI · ANNIS REGNAUIT IN HIERUSALE
NOMEN MATRIS EIUS HIERUSA
FILIA SADOC
FECITQ· QUOD RECTUM ERAT
CORAM DNO IUXTA OMNIA
QUAE FECERAT OZIAS PATER SUUS
EXCEPTO QUOD NON EST INGRES
SUS TEMPLUM DNI ET ADHUC
POPULUS DELINQUEBAT
IPSE AEDIFICAUIT PORTAM DOMUS
DNI EXCELSAM ET IN MURO
OPHEL MULTA CONSTRUXIT
URBES QUOQ· AEDIFICAUIT IN MON
TIB· IUDA ET IN SALTIB· CASTELLA
ET TURRES
IPSE PUGNAUIT CONTRA REGEM
FILIORUM AMMON ET UICIT EOS
DEDERUNTQUE EI FILII AMMON
IN TEMPORE ILLO CENTUM
TALENTA ARGENTI
ET DECEM MILIA CHOROS TRITICI
AC TOT IDEM CHOROS ORDEI
HAEC EI PRAEBUERUNT FILII
AMMON IN ANNO SECUNDO
ET TERTIO
CORROBORATUS Q· EST IOATHAM
EO QUOD DIREXISSET UIAS SUAS
CORAM DNO DO SUO
RELIQUA AUTEM SERMONUM
IOATHAM ET OMNES PUGNAE
EIUS ET OPERA
SCRIPTA SUNT IN LIBRO REGUM
ISRAHEL ET IUDA

XXV ANNORUM ERAT CUM
REGNARE COEPISSET
ET XVI ANNIS REGNAUIT IN HIERUSALE
DORMIUIT Q· IOATHAM CUM PATRI
B· SUIS ET SEPELIERUNT EUM
IN CIUITATE DAUID
ET REGNAUIT ACHAZ FILIUS
EIUS PRO EO
UIGINTI ANNORUM U XXVIII
ERAT ACHAZ CUM S
REGNARE COEPISSET
ET SEDECEM ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
NON FECIT RECTUM IN CONSPEC
TU DNI SICUT DAUID PATER EIUS
SED AMBULAUIT IN UIIS REGUM ISRL
INSUPER ET STATUAS FUDIT BAALIM
IPSE EST QUI ADOLEUIT INCENSUM
IN UALLE BENENNON
ET LUSTRAUIT FILIOS SUOS IN IGNE
IUXTA RITUM GENTIUM
QUAS INTERFECIT DNS IN ADUENTU
FILIORUM ISRAHEL
SACRIFICABAT QUOQ· ET THYMIAMA
SUCCENDEBAT IN EXCELSIS
ET IN COLLIB· ET SUB OMNI
LIGNO FRONDOSO
TRADIDITQ· EUM DNS DS EIUS
IN MANU REGIS SYRIAE
QUI PERCUSSIT EUM MAGNAMQ·
PRAEDAM DE EIUS CEPIT IMPERIO
ADDUXIT IN DAMASCUM
MANIB· QUOQ· REGIS ISRAHEL
TRADITUS EST ET PERCUSSUS
PLAGA GRANDI
OCCIDITQ· PHACEE FILIUS ROMO
LIAE DE IUDA CXX MILIA IN DIE
UNO OMNES UIROS BELLATORES
EO QUOD RELINQUISSENT DNM DM
PATRUM SUORUM
EODEM TEMPORE OCCIDIT ZECHRI
UIR POTENS EX EPHRAIM
AMASIAM FILIUM REGIS ET EZRICAM
DUCEM DOMUS EIUS HELCANAN
QUOQ· SECUNDUM A REGE

ceperunt q· filii israhel
de fratrib· suis ducenta milia
mulierum puerorum et puel
larum et infantium praedam
pertulerunt q· eam in samariam
ea tempestate erat ibi propheta
dni nomine oded
qui egressus obuiam exercitui
ueni entium in samariam
dix it eis
ecce iratus dns ds patrum ues
trorum contra iudam tradi
dit eos manib· uestris
et occidistis illos atrociter
ita ut caelum pe rtingeret
uestra crudelitas
insuper et filios iuda et hieru
salem uultis uobis subicere
in seruos et ancillas
quod nequaquam facto opus est
peccatis enim super hoc
dno do uestro
sed audite consilium meum
et reducite captiuos quos
adduxistis de fratrib· uestris
quia magnus furor dni
imminet uobis
steterunt itaq· uiri de princi
pib· filiorum eph raim
azarias filius iohannan
barachias filius mosollamoth
hiezecias filius sellum
et amasa filius adali
contra eos qui ueniebant de proe
lio et dixerunt eis
non introducetis huc captiuos
ne peccemus dno
quare uultis adicere super
peccata nostra et uestra
cumulare delicta
grande quippe peccatum est
et ira furoris dni imminet
super israhel
dimiseruntq· uiri bellatores
praedam et uniuersa quae

ceperant coram principib·
et omni multitudini
steteruntq· uiri quos supra
memorauimus
et adprachendentes captiuos
omnesq· qui nudi erant
uestierunt de spoliis
cumq· uestissent eos quoque
propter laborem et adhi
buissent eis curam
quicumq· ambulare non pote
rant et erant inbecillo corpore
inposuerunt eos iumentis
et adduxerunt eos hierichum
ciuitatem palmarum
ad fratres eorum
ipsi quoq· reuersi sunt samariam
tempore illo misit rex achaz
ad regem assyri um auxilium
postulans
ueneruntq· idumei et percusse
runt multos ex iuda et cepe
runt praedam magnam
philisthim quoq· diffusi sunt
per urbes campestres
et ad meridiem iuda
coeperuntq· et bethsames
et achilon, et gaderoth
soccho quoq· et thamnam
et gamso, cum uicis suis
et habitauerunt in eis
humiliauerat enim dns iudam
propter achaz regem iuda
eo quod nudasset eum auxilio
et contemtui habuisset dnm
adduxit quoq· contra eum
thaglath phalnasar
regem assyriorum
qui et adflixit eum et nullo
resistente uastauit
igitur achaz spoliata domo dni
et domo regum et principum
dedit regi assyriorum munera
et tamen nihil ei profuit
insuper et in tempore angustiae

SUAE AUXIT CONTEMPTUM IN DNM
IPSE PER SE REX ACHAZ IMMOLAVIT
VICTIMAS DIIS DAMASCI PERCUS
SORIB· SUIS ET DIXIT
DII REGUM SYRIAE AUXILIANTUR EIS
QUOS EGO PLACABO HOSTIIS
ET ADERUNT MIHI
CUM E CONTRARIO IPSI FUERINT
RUINA EIUS ET UNIVERSO ISRAHEL
DIREPTIS ITAQ· ACHAZ OMNIB· VASIS
DOMUS DI ATQ· CONFRACTIS
CLAUSIT IANUAS TEMPLI DI
ET FECIT SIBI ALTARIA IN UNIVERSIS
ANGULIS HIERUSALEM
IN OMNIB· QUOQ· URBIB· IUDA
EXTRUXIT ARAS AD CREMANDUM THUS
ATQ· AD IRACUNDIAM PROVOCAVIT
DNM DM PATRUM SUORUM
RELIQUA AUTEM SERMONUM EIUS
ET OMNIUM OPERUM PRIORŪ
ET NOVISSIMORUM
SCRIPTA SUNT IN LIBRO REGUM
IUDA ET ISRAHEL
DORMIVITQ· ACHAZ CUM PATRIB·
SUIS ET SEPELIERUNT EUM
IN CIVITATE HIERUSALEM
NEQ· ENIM RECEPERUNT EUM
IN SEPULCHRA REGUM ISRAHEL
REGNAVITQ· EZECHIAS FILIUS
EIUS PRO EO
IGITUR EZECHIAS REGNARE COEPIT XXIX
CUM XXV ESSET ANNORUM
ET XXVIIII ANNIS REGNAVIT
IN HIERUSALEM
NOMEN MATRIS EIUS ABIA
FILIA ZACHARIAE
FECITQ· QUOD RECTUM ERAT
PLACIDUM IN CONSPECTU DNI
IUXTA OMNIA QUAE FECERAT
DAVID PATER EIUS
ANNO ET MENSE PRIMO REGNI SUI
APERUIT VALVAS DOMUS DNI
ET INSTAURAVIT EAS
ADDUXITQ· SACERDOTES ET LEVITAS
ET CONGREGAVIT EOS IN PLATEAM
ORIENTALEM DIXITQ· AD EOS
AUDITE ME LEVITAE ET SCIFICAMINI
MUNDATE DOMUM DNI DI PATRUM
VESTRORUM
AUFERTE OMNEM INMUNDITIAM
DE SCUARIO
PECCAVERUNT PATRES NOSTRI
ET FECERUNT MALUM IN CONSPEC
TU DNI DI NOSTRI DERELIQUENTES EU̅
AVERTERUNT FACIES SUAS A TABERNA
CULO DNI ET PRAEBUERUNT DORSŪ
CLAUSERUNT HOSTIA QUAE ERANT
IN PORTICU
ET EXTINXERUNT LUCERNAS
INCENSUMQ· NON ADOLEVERUNT
ET HOLOCAUSTA NON OBTULERUNT
IN SCUARIO DO ISRAHEL
CONCITATUS EST ITAQ· FUROR DNI
SUPER IUDAM ET HIERUSALEM
TRADIDITQ· EOS IN COMMOTATIONĒ
ET IN INTERITUM ET IN SIBILUM
SICUT IPSI CERNITIS OCULIS VESTRIS
EN CORRUERUNT PATRES NOSTRI
GLADIIS
FILII NOSTRI ET FILIAE NOSTRAE
ET CONIUGES CAPTIVAE DUCTAE
SUNT PROPTER HOC SCELUS
NUNC IGITUR PLACET MIHI UT INEAMUS
FOEDUS CUM DNO DO ISRAHEL
ET AVERTAT A NOBIS FUROREM
IRAE SUAE
FILII MI NOLITE NEGLEGERE
VOS ELEGIT DS UT STETIS CORAM EO
ET MINISTRETIS ILLI
COLATIS EUM ET CREMETIS INCENSŪ
SURREXERUNT ERGO LEVITAE
MAATH FILIUS AMASIAE
ET IOHEL FILIUS AZARIAE
DE FILIIS CAATH
PORRO DE FILIIS MERARI
CIS FILIUS ABDAI
ET AZARIAS FILIUS IALLELEL
DE FILIIS AUTEM GERSOM IOHA FILIUS
ZEMMA ET EDEN FILIUS IOHAA
AT VERO DE FILIIS ELISAPHAN

SAMRI ET IAHIEL
DE FILIIS QUOQ· ASAPH · ZACHARIAS
ET MATTHANIAS
NEC NON DE FILIIS HEMAN
IAHIHEL ET SEMEI
SED ET DE FILIIS IDITHUN
SEMIAS ET OZIHEL
CONGREGAUERUNTQ· FRATRES
SUOS ET SCIFICATI SUNT
ET INGRESSI IUXTA MANDATUM
REGIS ET IMPERIUM DNI
UT EXPIARENT DOMUM DNI
SACERDOTES QUOQ· INGRESSI
TEMPLUM DNI UT SCIFICARENT ILLUD
EXTULERUNT OMNEM INMUNDI
TIAM QUAM INTRO REPPERE
RANT IN UESTIBULO DOMUS DNI
QUAM TULERUNT LEUITAE ET ASPOR
TAUERUNT AD TORRENTEM
CEDRON FORAS
COEPERUNT AUTEM PRIMA DIE
MENSIS PRIMI MUNDARE
ET IN DIE OCTAUA EIUSDEM MENSIS
INGRESSI SUNT PORTICUM
TEMPLI DNI
EXPIAUERUNTQ· TEMPLUM
DIEBUS OCTO
ET IN DIE SEXTA DECIMA MENSIS
EIUS[dem] QUOD COEPERANT IMPLEUERUNT
INGRESSI QUOQ· SUNT AD EZECHIAM
REGEM ET DIXERUNT EI
SCIFICAUIMUS OMNEM DOMUM
DNI ET ALTARE HOLOCAUSTOS EOS
UASAQUE EIUS
NEC NON ET MENSAM PROPOSI
TIONIS CUM OMNIB· UASIS SUIS
CUNCTAMQ· TEMPLI SUPPELLECTILE
QUAM POLLUERAT REX ACHAZ
IN REGNO SUO POSTQUAM
PRAEUARICATUS EST
ET ECCE EXPOSITA SUNT OMNIA
CORAM ALTARI DNI
CONSURGENSQ· DILUCULO
HIEZECHIAS REX ADNUNTIAUIT
OMNES PRINCIPES CIUITATIS

ET ASCENDENTES DOMUM DNI
OPTULERUNT SIMUL TAUROS
SEPTEM ARIETES SEPTEM
AGNOS ·VII· ET HIRCOS ·VII·
PRO PECCATO PRO REGNO
PRO SCUARIO PRO IUDA
DIXIT QUOQ· SACERDOTIBUS
FILIIS AARON UT OFFERENT
SUPER ALTARE DNI
MACTAUERUNT IGITUR TAUROS
ET SUSCEPERUNT SACERDOTES
SANGUINEM ET FUDERUNT ILLUD
SUPER ALTARE
MACTAUERUNT ETIAM ARIETES
ET ILLORUM SANGUINEM
SUPER ALTARE FUDERUNT
IMMOLAUERUNT AGNOS ET FUDE
RUNT SUPER ALTARE SANGUINEM
ADPLICAUERUNT HIRCOS PRO PEC
CATO CORAM REGE ET UNIUERSA
MULTITUDINE
INPOSUERUNTQ· MANUS SUAS
SUPER EOS ET IMMOLAUERUNT
ILLOS SACERDOTES
ET ASPERSERUNT SANGUINEM
EORUM ALTARI PROPIACULO
UNIUERSI ISRAHELIS
PRO OMNI QUIPPE ISRAHEL
PRAECE[pe]RAT REX UT HOLOCAUSTUM
FIERET ET PRO PECCATO
CONSTITUIT QUOQ· LEUITAS
IN DOMO DNI CUM CYMBALIS
ET PSALTERIIS ET CITHARIS
SECUNDUM DISPOSITIONEM DAUID
ET GAD UIDENTIS REGIS
ET NATHAN PROPHETAE
SICUT DNI PRAECEPTUM FUIT
PER MANUM PROPHETARUM EIUS
STETERUNTQ· LEUITAE
TENENTES ORGANA DAUID
ET SACERDOTES TUBAS
ET IUSSIT EZECHIAS UT OFFERENT
HOLOCAUSTUM SUPER ALTARE
CUMQ· OFFERENTUR HOLOCAUSTA
COEPERUNT LAUDES CANERE DNO

ET CLANGERE TUBIS
ATQ· IN DIUERSIS ORGANIS QUAE
DAUID REX ISRAHEL REPPERE
RAT CONCREPARE
OMNI AUTEM TURBA ADORANTE lxxx
CANTORES ET HII QUI TENEBANT
TUBAS ERANT IN OFFICIO SUO
DONEC CONPLERETUR HOLOCAUSTŪ:
CUMQ· FINITA ESSET OBLATIO INCUR
UATUS EST REX ET OMNES QUI
ERANT CUM EO ET ADORAUERUNT
PRAECEPITQ· EZECHIAS
ET PRINCIPES LEUITIS
UT LAUDARENT DÑM SERMONIB·
DAUID ET ASAPH UIDENTIS
QUI LAUDAUERUNT EUM MAGNA
LAETITIA ET CURBATO GENU
ADORAUERUNT
EZECHIAS AUTEM ETIAM ADDIDIT
IMPLESTIS MANUS UESTRAS DÑO
ACCEDITE ET OFFERTE UICTIMAS
ET LAUDES IN DOMO DNI
OBTULIT ERGO UNIUERSA MULTI
TUDO HOSTIAS ET LAUDES
ET HOLOCAUSTORUM QUAE OBTULIT
MULTITUDO HIC FUIT·TAUROS LXX
ARIETES .C. AGNOS .CC.
SCIFICAUERUNTQ· DÑO
BOUES .DC. ET OUES TRIA MILIA
SACERDOTES UERO PAUCI ERANT
NEC POTERANT SUFFICERE
UT PELLES HOLOCAUSTORUM
DETRAHERENT
UNDE ET LEUITAE FRATRES EORUM
ADIUUAUERUNT EOS
DONEC IMPLERETUR OPUS
ET SCIFICARENT ANTISTITES
LEUITAE QUIPPE FACILIORI RITU
SCIFICANTUR QUAM SACERDOTES
FUERUNT IGITUR HOLOCAUSTA
PLURIMA ADIPES PACIFICORŪ
ET LIBAMINA HOLOCAUSTORUM
ET CONPLETUS EST CULTUS
DOMUS DNI
LAETATUSQUE EST HIEZECHIAS
ET OMNIS POPULUS EO QUOD
MINISTERIUM DNI ESSET EXPLETŪ:
DEREPENTE QUIPPE HOC FIERI
PLACUERAT
MISIT QUOQ· HIEZECHIAS
AD OMNEM ISRAHEL ET IUDAM
SCRIPSITQ· EPISTULAS AD EPHRAIM
ET MANASSEM
UT UENIRENT AD DOMUM DNI
IN HIERUSALEM ET FACERENT
PHASCE DÑO DO ISRAHEL
INITO ERGO CONSILIO REGIS
ET PRINCIPUM ET UNIUERSI
COETUS HIERUSALEM
DECREUERUNT UT FACERENT
PHASE MENSE SECUNDO
NON ENIM OCCURRERUNT FACERE
TEMPORE SUO
QUIA SACERDOTES QUI POSSENT
SUFFICERE SCIFICATI NON FUERANT
ET POPULUS NECDUM CONGREGATUS
ERAT IN HIERUSALEM
PLACUITQ· SERMO REGI ET OMNI
MULTITUDINI ISRAHEL DE BER
SABEE USQ· DAN
UT UENIRENT ET FACERENT PHASCE
DÑO DO IN HIERUSALEM
MULTI ENIM NON FECERUNT
SICUT LEGE PRAECEPTUM EST
PERREXERUNTQ· CURSORES
CUM EPISTULIS EX REGIS
IMPERIO ET PRINCIPUM EIUS
IN UNIUERSUM ISRAHEL ET IUDAM
IUXTA QUOD REX IUSSERAT
PRAEDICANTES FILIIS ISRAHEL
REUERTIMINI AD DÑM DM ABRAHĀ
ET ISAAC ET ISRAHEL
ET REUERTETUR AD RELIQUIAS
QUAE EFFUGERUNT MANUM
REGIS ASSYRIORUM
NOLITE FIERI SICUT PATRES
UESTRI ET FRATRES
QUI RECESSERUNT A DÑO DO
PATRUM SUORUM
ET TRADIDIT EOS IN INTERITUM

ut ipsi cernitis
Nolite indurare ceruices uestras
sicut patres uestri
Tradite manus dño et uenite
ad scuarium eius quod scīfica
uit in aeternum
Seruite dño dō patrum uestro
rum et auertetur a uobis ira
furoris eius
Si enim uos reuersi fueritis
ad dñm
Fratres uestri et filii habebunt
misericordiam coram dominis
suis qui illos duxere captiuos
et reuertentur in terram hanc
pius enim et clemens est
dñs ds uester
et non auertet faciem suam
a uobis si uersi fueritis ad eum
Igitur cursores pergebant
uelociter de ciuitate in ciui
tatem per terram ephraim
et manasse usq; zabulon
illis inridentib; et subsan
nantibus eos
Attamen quidam uiri exaser
et manasse et zabulon
adquiescentes consilio
uenerunt in hierusalem
In iuda uero facta est manus dñi
ut daret eis cor unum
et facerent iuxta praeceptum
regis et principum uerbū dñi
Congregatique sunt in hieru
salem populi multi
ut facerent sollemnitatem
azymorum in mense secundo
et surgentes destruxerunt
altaria quae erant in hierusalem
atq; uniuersa in quib; idolis adole
batur incensum subuertentes
proiecerunt in torrentem cedron
Immolauerunt autem phase
XIIII die mensis secundi
Sacerdotes quoq; atq; leuitas
tandem scīficati obtulerunt
holocausta in domo dñi
Steterunt q; in ordine suo iuxta
dispositionem et legem mosi
hominis dī
Sacerdotes uero suscipiebant
effundendum sanguinem
de manib; leuitarum
eo quod multa turba scīficata
non esset
et idcirco leuitae immolarent
phase his qui non occurrerant
scīficari dño
Magna etiam pars populi
de ephraim et manasse
et issachar et zabulon
quae scīficata non fuerat
comedit phase non iuxta
quod scriptum est
et orauit pro eis hiezechias
dicens
Dñs bonus propitiabitur
cunctis qui in toto corde
requirent dñm dm
patrum suorum
et non inputabitur eis quod
minus scīficati sunt
Quem exaudiuit dñs
et placatus est populo
Fecerunt filii israhel
qui inuenti sunt hierusalem
sollemnitatem azymorum
VII dieb; in laetitia magna
Laudantes dñm per singulos dies
Leuitae quoq; et sacerdotes
per organa quae suo officio
congruebant
et locutus est hiezechias
ad cor omnium leuitarum
qui habebant intellegentiam
bonam super dño
et comederunt septem dieb;
sollemnitatis
immolantes uictimas paci
ficorum et laudantes dñm

DM PATRUM SUORUM
PLACUITQ· UNIUERSAE MULTITU
DINI UT CELEBRARENT ETIAM
ALIOS DIES SEPTEM
QUOD ET FECERUNT CUM INGENTI
GAUDIO
HIEZECHIAS ENIM REX IUDA
PRAEBUERAT MULTITUDINI
MILLE TAUROS ET SEPTEM
MILIA OUIUM
PRINCIPES UERO DEDERUNT
POPULO TAUROS MILLE
ET OUES DECEM MILIA
SCIFICATA ERGO EST SACERDOTUM
PLURIMA MULTITUDO
ET HILARITATE PERFUSA OMNIS
TURBA IUDA
TAM SACERDOTUM ET LEUITARUM
QUAM UNIUERSAE FREQUENTIAE
QUAE UENERAT EX ISRAHEL
PROSELYTORUM QUOQ· DE TERRA
ISRAHEL ET HABITANTIUM IN IUDA
FACTAQUE EST GRANDIS
CELEBRITAS IN HIERUSALEM
QUALIS A DIEB· SALOMONI ˜S FILII
DAUID REGIS ISRAHEL IN EA
URBE NON FUERAT
SURREXERUNT AUTEM SACERDO
TES ATQ· LEUITAE BENEDICEN
TES POPULO
ET EXAUDITA EST UOX EORUM
PERUENITQ· ORATIO IN HABI
TACULUM SCM CAELI
CUMQ· HAEC FUISSENT RITE XXXI
CELEBRATA
EGRESSUS EST OMNIS ISRAHEL
QUI IN UENTUS FUERAT IN URBI
BUS IUDA
ET FREGERUNT SIMULACRA
SUCCENDERUNTQ· LUCOS
DEMOLITI SUNT EXCELSA
ET ALTARIA DESTRUERUNT
NON SOLUM DE UNIUERSO IUDA
ET BENIAMIN SED DE EPHRAIM
QUOQ· ET MANASSE
DONEC PENITUS EUERTERENT
REUERSIQ· SUNT OMNES FILII ISRL
IN POSSESSIONES ET CIUITATES SUAS
HIEZECHIAS CONSTITUIT TURMAS
SACERDOTALES ET LEUITICAS
PER DIUISIONES SUAS
UNUMQUEMQ· IN OFFICIO PROPRIO
TAM SACERDOTUM UIDELICET
QUAM LEUITARUM AD HOLOCAUSTA
ET AD PACIFICA
UT MINISTRARENT ET CONFITE
RENTUR CANERENTQ· IN PORTIS
CASTRORUM DNI PARS EORUM
REGIS ERAT UT DE PROPRIA EIUS
SUBSTANTIA OFFERETUR HOLO
CAUSTUM MANE SEMPER ET UESPERE
SABBATIS QUOQ· ET KALENDIS
ET SOLLEMNITATIB· CETERIS
SICUT SCRIPTUM EST
IN LEGE MOSI
PRAECEPIT ETIAM POPULO
HABITANTIUM HIERUSALEM
UT DARENT PARTES SACERDOTIB·
ET LEUITIS UT POSSENT
UACARE LEGI DNI
QUOD CUM PERCREBRUISSET
IN AURIB· MULTITUDINIS
PLURIMAS OBTULERE PRIMITIAS
FILII ISRAHEL FRUMENTI
UINI ET OLEI
MELLIS QUOQ· ET OMNIUM
QUAE GIGNIT HUMUS DECIMAS
OBTULERUNT
SED ET FILII ISRAHEL ET IUDA
QUI HABITABANT IN URBIBUS
IUDA OBTULERUNT DECIMAS
BOUM ET OUIUM
DECIMASQ· SANCTORUM QUAE
UOCARENT DNO DO SUO
ATQ· UNIUERSA PORTANTES
FECERUNT ACERUOS PLURIMOS
MENSE TERTIO COEPERUNT
ACERUORUM IACERE FUNDAMENTA
ET MENSE SEPTIMO CONPLE
UERUNT EOS

Cumq; ingressi fuissent
hiezechias et principes eius
uiderunt aceruos et bene
dixerunt dño ac populo isrl
Interrogauitq; hiezechias
sacerdotes et leuitas
cur ita iacerent aceruі
Respondit illi azarias sacerdos
primus de stirpe sadoc dicens
ex quo coeperunt offerri
primitiae in domo dñi
comedimus et saturati sumus
Remanseruntq; plurima
eo quod benedixerit dñs
populo suo
Reliquarum autem copia est
ista quam cernitis
Praecepit igitur hiezechias
ut praepararent horrea
in domo dñi
quod cum fecissent intule
runt tam primitias quam
decimas et quaecumque
uouerunt fideliter
Fuit autem praefectus eorum
chonenias leuita et semei
frater eius secundus
post quem iehiel et azarias
et naat et asahel et ierimoth
iozabat quoq; et helihel
et iesmachias et maath
et banaias praepositi
sub manib; choneniae
et semeiae fratris eius
ex imperio hiezechiae regis
et azariae pontificis domus
dñi ad quos omnia pertinebant
core uero filius iemna leuites
et ianitor orientalis portae
praepositus erat his quae
sponte offerebantur dño
primitiisq; et consecratis
in sco scorum
et sub cura eius edem et beni
amin hieiusue et sameias
ama quoq; et sechenias
in ciuitatib; sacerdotum
ut fideliter distribuerent
fratrib; suis partes
minorib; atq; maiorib;
exceptis maiorib; ab annis trib;
et super cunctis qui ingredie
bantur templum dñi
et quicquid per singulos dies
conducebant in ministerio
atq; obseruationibus
iuxta diuisiones suas
sacerdotib; per familias
et leuitis a uicissimo anno
et supra per ordines
et turbas suas
uniuersaeq; multitudini
tam uxorib; quam liberis
eorum utriusq; sexus
fideliter cibi de his quae
scificata fuerant praebebantur
sed et filiorum aaron per agros
et suburbana urbium
singularum dispositi
erant uiri
qui partes distribuerent
uniuerso sexui masculino
de sacerdotib; et leuitis
Fecit ergo hiezechias uniuersa
quae diximus in iuda
operatusq; est bonum
et rectum et uerum
coram dño do suo
In uniuersa cultura ministerii
domus dñi iuxta legem
et caerimonias
uolens requirere dnm dm
suum in toto corde suo
fecitq; et prosperatus est
xxxii Post quae et huius cemodi
ueritatem uenit sennacherib
rex assyriorum
et ingressus iudam obsedit
ciuitates munitas
uolens eas capere

quod cum uidisset hiezechias
uenisse scilicet sennacherib
et totum belli impetu uerti
contra hierusalem
inito cum principib· consilio
uirisq· fortissimis ut obtu
rarent capita fontium
quae erant extra urbem
et hoc omnium decernente
sententia congregauitq·
plurimam multitudinem
et obturauerunt cunctos
fontes et riuum qui fluebat
in medio terrae dicentes
ne ueniant reges assyriorum
et inueniant aquarum
abundantiam
aedificauit quoq· agens
industria omnem murum
qui fuerat dissipatus
et extruxit turres desuper
et forinsecus alterum murū·
instaurauitq· mello in ciui
tate dauid
et fecit uniuersi generis
armaturam et clypeos
constituitq· principes
bellatorum in exercitu
et conuocauit uniuersos
in platea portae ciuitatis
ac locutus est ad cor
eorum dicens
uiriliter agite et conforta
mini nolite timere
nec paueatis regem assyri
orum et uniuersam multi
tudinem quae cum eo
multo enim plures nobiscum
sunt quam cum illo
cum illo est brachium carneū·
nobiscum dns ds noster
qui auxiliator est noster
pugnatq· pro nobis
confortatusq· est populus
huius cemodi uerbis hiezechiae
regis iuda
quae postquam gesta sunt
misit sennacherib rex assyri
orum seruos suos hierusalem
ipse enim cum uniuerso exer
citu obsidebat lachis
ad hiezechiam regem iuda
et ad omnem populum
qui erat in urbe dicens
haec dicit sennacherib rex
assyriorum
in quo habentes fiduciam
sedetis obsessi
in hierusalem
num hiezechias decipit uos
ut tradat uos morti in fame
et siti
adfirmans quod dns ds uester
liberet uos de manu regis
assyriorum
numquid non iste est hiezechias
qui destruxit excelsa illius
et altaria
et praecepit iudae et hieru
salem dicens
coram altari uno adorabitis
et in ipso comburetis incensum
an ignoratis quae ego fecerim
et patres mei cunctis
terrarum populis
numquid praeualuerunt
dii gentium omniumque
terrarum liberare regio
nem suam de manu mea
quis est de uniuersis diis gentiū·
quas uastauerunt patres mei
qui potuerit eripere populum
suum de manu mea
ut possit etiam ds uester
eruere uos de hac manu
non uos ergo decipiat hiezechias
nec uana persuasione
deludat neque credatis ei
si enim nullus potuit deus

CUNCTARUM GENTIUM ATQ;
REGNORUM LIBERARE POPULŪ
SUUM DE MANU MEA ET DE MA
NU PATRUM SUORUM
CONSEQUENTER NEC DS UESTER
POTERIT ERUERE UOS
DE HAC MANU
SED ET ALIA MULTA LOCUTI SUNT
SERUI EIUS CONTRA DNM DM
ET CONTRA HIEZECHIAM
SERUUM EIUS
EPISTULAS QUOQ; PLENAS
SCRIPSIT BLASPHEMIAE
IN DNM DM ISRAHEL
ET LOCUTUS EST ADUERSUS EUM
SICUT DII GENTIUM CETERARUM
NON POTUERUNT LIBERARE
POPULOS SUOS DE MANU MEA
SIC ET DS HIEZECHIAE ERUERE
NON POTERIT POPUPULUM
SUUM DE MANU ISTA
INSUPER ET CLAMORE MAGNO
LINGUA IUDAICA CONTRA POPULŪ
QUI SEDEBAT IN MURIS HIERUSALĒ
PERSONABAT
UT TERRERET EOS ET CAPERET
CIUITATEM
LOCUTUS Q; EST CONTRA DNM
HIERUSALEM
SICUT ADUERSUS DEOS POPULORŪ
TERRAE OPERA MANUUM
HOMINUM
ORAUERUNT IGITUR HIEZECHIAS
REX ET ISAIAS FILIUS AMOS
PROPHETES ADUERSUM HANC
BLASPHEMIAM
AC UOCIFERATI SUNT USQ; IN CAELUM
ET MISIT DNS ANGELUM QUI PER
CUSSIT OMNEM UIRUM ROBUSTŪ
ET BELLATOREM ET PRINCIPEM
EXERCITUS REGIS ASSYRIORUM
REUERSUS Q; EST CUM IGNOMINIA
IN TERRAM SUAM
CUMQ; INGRESSUS ESSET DOMUM

DI SUI FILII QUI EGRESSI FUERANT
DE UTERO EIUS INTERFECERUNT
EUM GLADIO
SALUAUIT Q; DNS HIEZECHIAM
ET HABITATORES HIERUSALEM
DE MANU SENNACHERIB REGIS
ASSYRIORUM ET DE MANU OMNIŪ
ET PRAESTITIT EI QUIETEM
PER CIRCUITUM
MULTI ETIAM DEFEREBANT
HOSTIAS ET SACRIFICIA DNO
IN HIERUSALEM
ET MUNERA HIEZECHIAE REGI IUDA
QUI EXALTATUS EST POST HAEC
CORAM CUNCTIS GENTIBUS
IN DIEB; ILLIS EGROTAUIT HIEZE
CHIAS USQ; AD MORTEM
ET ORAUIT DNM EXAUDIUITQ; EUM
ET DEDIT EI SIGNUM
SED NON IUXTA BENEFICIA QUAE
ACCEPERAT TRIBUIT QUIA ELE
UATUM EST COR EIUS
ET FACTA EST CONTRA EUM IRA
ET CONTRA IUDAM AC HIERUSALĒ
HUMILIATUS Q; EST POSTEA
EO QUOD EXALTATUM FUISSET
COR EIUS TAM IPSE QUAM HABI
TATORES HIERUSALEM
ET IDCIRCO NON UENIT SUPER EOS
IRA DNI IN DIEB; HIEZECHIAE
FUIT AUTEM HIEZECHIAS DIUES
ET INCLYTUS UALDE
ET THESAUROS SIBI PLURIMOS
CONGREGAUIT ARGENTI ET AURI
ET LAPIDIS PRAETIOSI
AROMATUM ET ARMORUM
UNIUERSI GENERIS ET UASORUM
MAGNI PRAETII
APOTHECAS QUOQ; FRUMENTI
UINI ET OLEI
ET PRAESEPIA OMNIUM IUMENTORŪ
CAULASQ; PECORIB; ET URBES
SEX AEDIFICAUIT
HABEBAT QUIPPE GREGES OUIUM

+

et armentorum innumerabiles
eo quod dedisset ei dns sub
stantiam multam nimis
Ipse est hiezechias qui obtura
vit superiorem fontem aqua
rum Gion
et avertit eas subter ad occi
dentem urbis David
In omnib· operib· suis fecit
prospere quae voluit
attamen in legatione principum
Babylonis qui missi fuerant
ad eum
ut interrogarent de portento
quod acciderat super terram
dereliquit eum ds ut tempta
retur et nota fierent
omnia quae erant in cor
de eius
Reliqua autem sermonum
hiezechiae et misericor
diarum eius
Scripta sunt in visione Isaiae
filii Amos prophetae
et in libro regum Iuda et Israhel.
Dormivitq· hiezechias
cum patribus suis
et sepelierunt eum supra
sepulcra filiorum David
et celebravit eius exequias
universus Iuda et omnes
habitatores hierusalem
Regnavit Manasse filius
eius pro eo
Duodecim annorum erat CCCCIII
Manasses cum regnare
coepisset
et LV annis regnavit
in hierusalem
Fecit autem malum coram
dno iuxta abominationes
gentium quas subvertit dns
coram filiis Israhel
et conversus instauravit
excelsa quae demolitus
fuerat hiezechias pater eius
construxitq· aras Baalim
et fecit lucos
et adoravit omnem militiam
caeli et coluit eam
aedificavit altaria in domu
dni de qua dixerat dns
in hierusalem erit nomen
meum in aeternum
aedificavit autem ex cuncto
exercitui caeli in duob· a
triis domus dni
Transireq· fecit filios suos
per ignem in valle Ben Ennon
observabat somnia sectabatur
auguria malefices artib·
inserviebat
habebat secum magos
et incantatores
multaq· mala operatus est
coram dno ut inritaret eum
Sculptile quoq· et conflatile
signum posuit in domo di
de qua locutus est dns ad David
et ad Salomonem filium
eius dicens
In domo hac et in hierusalem
quam elegi de cunctis tribub·
Israhel ponam nomen meum
in sempiternum
et movere non faciam pedem
Israhel de terra quam tradidi
patrib· eorum
ita dumtaxat si custodierint
facere quae praecepi eis
cunctamq· legem et caeri
monias atq· iudicia
per manum Mosi
Igitur Manasses seduxit Iudam
et habitatores hierusalem
ut facerent malum super
omnes gentes quas subverterat
dns a facie filiorum Israhel.

Locutus q· est dns ad eum
et ad populum illius
et adtendere noluerunt
Idcirco superinduxit eis
principes regis Assyriorum
coeperuntque Manasse
et vinctum catenis atq·
compedib· duxerunt
Babylonem
Qui postquam coangustatus
est oravit ad dnm dm suum
et egit paenitentiam valde
coram do patrum suorum
deprecatus q· eum est
et obsecravit intente
et exaudivit orationem eius
reduxit q· eum in Hierusalem
in regnum suum
et cognovit Manasse quod dns
ipse est ds
Post haec aedificavit murum
extra civitatem David
ad occidentem Gion
in convalle
ab introitu portae piscium
per circuitum usq· ad Ophel
et exaltavit illum
vehementer
constituitq· principes
exercitus in cunctis
civitatib· Iuda munitis
et abstulit deos alienos
et simulacrum de domo dni
aras quoq· quas fecerat
in monte domus dni
et Hierusalem
et proiecit omnia extra
urbem
Porro instauravit altare dni
et immolavit super illud
victimas et pacifica et laudem
praecepitq· Iudae ut serviret
dno do Israhel
Attamen adhuc populus
immolabat in excelsis
dno do suo
Reliqua autem gestorum
Manasse et obsecratio
eius ad dnm dm suum
verba quoq· videntium
qui loquebantur ad eum
in nomine dni di Israhel
continetur in sermonib·
regum Israhel
Oratio quoq· eius et exauditio
et cuncta praecepta
atque contemptus
loca etiam in quib· aedificavit
excelsa et fecit lucos
et statuas antequam ageret
paenitentiam scripta sunt
in sermonib· Ozai
Dormivit ergo Manasse
cum patrib· suis et sepelie-
runt eum in domo sua
Regnavitq· pro eo filius
eius Ammon
Viginti duum annorum
erat Ammon cum regnare
coepisset
et duob· annis regnavit
in Hierusalem
Fecitq· malum in conspectu
dni sicut fecerat Manasse
pater eius
et cunctis idolis quae Manasses
fuerat fabricatus immolavit
atque servivit
et non est reveritus faciem
dni sicut reveritus est
Manasses pater eius
et multo maiora deliquit
cumq· coniurassent adversum
eum servi sui interfecerunt
eum in domo sua
Porro reliqua populi multi-
tudo caesis his qui Ammon
percusserant

CONSTITUIT REGEM IOSIAM
FILIUM EIUS PRO EO
OCTO ANNORUM ERAT IOSIAS XXXIIII
CUM REGNARE COEPISSET
ET XXX ET UNO ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
FECIT Q· QUOD RECTUM ERAT
IN CONSPECTU DNI
ET AMBULAUIT IN UIIS DAUID
PATRIS SUI NON DECLINAUIT
NEQUE AD DEXTERAM
NEQUE AD SINISTRAM
OCTAUO AUTEM ANNO REGNI SUI
CUM ADHUC ESSET PUER
COEPIT QUAERERE DM
PATRIS SUI DAUID
ET XII ANNO POSTQUAM COEPERAT
MUNDAUIT IUDAM ET HIERUSALĒ
AB EXCELSIS ET LUCIS SIMULA
CRISQ· SCULPTILIBUS
DESTRUXITQ· CORAM EO
ARAS BAALIM ET SIMULACRA
QUAE SUPER POSITA FUERANT
DEMOLITI SUNT
LUCOS ETIAM ET SCULPTILIA
SUCCIDIT ATQ· COMMINUIT
ET SUPER TUMULOS EORUM QUI EIS
IMMOLARE CONSUERUNT
FRAGMENTA DISPERSIT
OSSA PRAETEREA SACERDOTUM
COMBUSIT IN ALTARIBUS
IDOLORUM
MUNDAUITQUE IUDAM
ET HIERUSALEM
SED ET IN URBIBUS MANASSE
ET EPHRAIM ET SYMEON
USQ· NEPTHALIM CUNCTA SUBUERTIT
CUMQ· ALTARIA DISSIPASSET
LUCOS ET SCULPTILIA
CONTRIUISSET IN FRUSTA
CUNCTA Q· DELUBRA DEMOLI
TUS ESSET DE UNIUERSA TERRA
ISRAHEL REUERSUS EST
HIERUSALEM

IGITUR ANNO OCTAUO DECIMO
REGNI SUI MUNDATA IAM TERRA
ET TEMPLO DNI
MISIT SAPHAN FILIUM ESELIAE
ET MAASAM PRINCIPEM CIUI
TATIS ET IOHA FILIUM IOACHAZ
A COMMENTARIIS
UT INSTAURARENT DOMUM DNI
DI SUI
QUI UENERANT AD HELCIAM
SACERDOTEM MAGNUM
ACCEPTAM Q· AB EO PECUNIAM
QUAE INLATA FUERAT
IN DOMUM DNI
ET QUAM CONGREGAUERANT
LEUITAE IANITORES DE MANASSE
ET EPHRAIM ET UNIUERSIS
RELIQUIS ISRAHEL
AB OMNI QUOQ· IUDA ET BENIAMIN
ET HABITATORIB· HIERUSALEM
TRADIDERUNT IN MANIB· EORUM
QUI PRAEERANT OPERARIIS
IN DOMO DNI
UT INSTAURARENT TEMPLUM
ET INFIRMA QUAEQ· SARCIRENT
AT ILLI DEDERUNT EA SACERDOTIB·
ET CEMENTARIIS
UT EMERENT LAPIDES DE LAPIDICINIS
ET LIGNA AD COMMISSURAS
AEDIFICII
ET AD CONTIGNATIONEM DOMORUM
QUAS DESTRUXERUNT REGES IUDA
QUI FIDELITER CUNCTA FACIEBANT
ERANT AUTEM PRAEPOSITI
OPERANTIUM IAATH ET ABDIAS
DE FILIIS MERARI
ZACHARIAS ET MOSOLLAM DE FILIIS
CAATH QUI URGEBANT OPUS
OMNES LEUITAE SCIENTES
IN ORGANIS CANERE
SUPER EOS UERO QUI AD UARIOS
USUS ONERA PORTABANT
ERANT SCRIBAE ET MAGISTRI
DE LEUITIS IANITORES

CUMQUE EFFERRENT PECUNIAM
QUAE INLATA FUERAT
IN TEMPLUM DNI
REPPERIT HELCIAS SACERDOS
LIBRUM LEGIS DNI PER
MANUM MOSI
ET AIT AD SAPHAN SCRIBAM
LIBRUM LEGIS INUENI
IN DOMO DNI ET TRADIDIT EI
AT ILLE INTULIT UOLUMEN AD REGEM
ET NUNTIAUIT EI DICENS
OMNIA QUAE DEDISTI IN MANU
SERUORUM TUORUM ECCE
CONPLENTUR
ARGENTUM QUOD REPERTUM
EST IN DOMO DNI CONFLAUERUNT
DATUMQ; PRAEFECTIS ARTIFICUM
ET DIUERSA OPERA FABRI
CANTIUM
PRAETEREA TRADIDIT MIHI HELCIAS
SACERDOS HUNC LIBRUM
QUEM CUM REGE PRAESENTE
RECITASSET AUDISSETQ; ILLE
UERBA LEGIS SCIDIT UESTI
MENTA SUA
ET PRAECEPIT HELCIAE ET AHICAM
FILIO SAPHAN ET ABDON
FILIO MICHA
SAPHAN QUOQ; SCRIBAE ET ASAIAE
SERUO REGIS DICENS
ITE ET ORATE PRO ME DNM DM
ET PRO RELIQUIS ISRL ET IUDA
SUPER UNIUERSIS SERMONIBUS
LIBRI ISTIUS QUI REPERTUS EST
MAGNUS ENIM FUROR DNI
STILLAUIT SUPER NOS
EO QUOD NON CUSTODIERINT
PATRES NOSTRI UERBA DNI
UT FACERENT OMNIA QUAE SCRIPTA
SUNT IN ISTO UOLUMINE
ABIIT IGITUR HELCIAS ET HI QUI
SIMUL A REGE MISSI FUERANT
AD HOLDAN PROPHETEN UXOREM
SELLUM FILII THECUATH
FILII HASRA CUSTODIS
UESTIMENTORUM
QUAE HABITABAT HIERUSALEM
IN SECUNDA
ET LOCUTI SUNT EI UERBA QUAE
SUPRA NARRAUIMUS
AT ILLA RESPONDIT EIS
HAEC DICIT DNS ECCE EGO INDUCAM
MALA SUPER LOCUM ISTUM
ET SUPER HABITATORES EIUS
CUNCTA QUAE MALEDICTA QUAE
SCRIPTA SUNT IN LIBRO HOC
QUEM LEGERUNT CORAM REGE IUDA
QUIA DERELIQUERUNT ME
ET SACRIFICAUERUNT DIIS ALIENIS
UT ME AD IRACUNDIAM PROUOCA
RENT IN CUNCTIS OPERIBUS
MANUUM SUARUM
IDCIRCO STILLAUIT FUROR MEUS
SUPER LOCUM ISTUM ET NON
EXTINGUETUR
AD REGEM AUTEM IUDA QUI MISIT UOS
PRO DNO DEPRECANDO SIC LOQUIMINI
HAEC DICIT DNS DS ISRAHEL
QUONIAM AUDISTI UERBA UOLUMINIS
ATQ; EMOLLITUM EST COR TUUM
ET HUMILIATUS ES IN CONSPECTU DI
SUPER HIS QUAE DICTA SUNT
CONTRA LOCUM HUNC
ET HABITATORES HIERUSALEM
REUERITUS FACIEM MEAM
SCIDISTI UESTIMENTA TUA
ET FLEUISTI CORAM ME
EGO QUOQ; EXAUDIUI TE DICIT DNS
IAM ENIM COLLIGAM TE AD PATRES
TUOS ET INFERERIS IN SEPUL
CHRUM TUUM IN PACE
NEC UIDEBUNT OCULI TUI OMNE
MALUM QUOD EGO INDUCTURUS SUM
SUPER LOCUM ISTUM
ET SUPER HABITATORES EIUS
RETULERUNT ITAQUE REGI
CUNCTA QUAE DIXERAT
AT ILLE CONUOCATIS UNIUERSIS

maiorib; natu iudae et hierusalē
Sacerdotes et leuitae et cunc
tus populus a minimo usq;
ad maximum
quib; audientib; legit rex
in domo dñi omnia uerba
uoluminis
et stans in tribunali suo per
cussit foedus coram dño
ut ambularet post eum et cus
todiret praecepta et testi
monia et iustificationes eius
in toto corde suo et in tota
anima sua
faceretq; quae scripta sunt
in uolumine illo quem legerat
adiurauit quoq; super hoc
omnes qui reperti fuerant
hierusalem et beniamin
et fecerunt habitatores hieru
salem iuxta pactum dñi dĩ
patrum suorum
abstulit ergo iosias cunctas
abominationes de uniuersis
regionib; filiorum isrl
et fecit omnes qui residui erant
in isrl seruire dño dõ suo
cunctis dieb; eius non recesse
runt a dño dõ patrum suorum
Fecit autem iosias in hierusalē
phase dño
quod immolatum est xiiii die
mensis primi
et constituit sacerdotes
in officiis suis
hortatusq; est eos ut minis
trarent in domo dñi
Leuitis quoq; ad quorum erudi
tionem omnis israhel
scificabatur dño locutus est
ponite arcam in scuario
templi quod aedificauit
salomon filius dauid rex isrl
nequaquam enim ultra portabitis

nunc autem ministrate dño dõ
uestro et populo eius isrl
et praeparate uos per domos
et cognationes uestras
in diuisionib; singulorum
sicut praecepit dauid rex israhel
et descripsit salomon filius eius
ministrate in scuario per familias
turmasq; leuiticas et scificate
immolate phase
fratres etiam uestros ut possint
iuxta uerba quae locutus est
dñs in manu mosi facere praeparate
dedit praeterea iosias omni
populo qui ibi fuerat inuentus
in sollemnitate phase
agnos et hedos de gregib; et reli
qui pecoris xxx milia boumq;
tria milia
haec de regis uniuersa substantia
duces quoq; eius sponte quod
uoluerant obtulerunt
tam populo quam sacerdotib;
et leuitis
porro helcias et zacharias
et iehihel principes domus dñi
dederunt sacerdotibus
ad faciendum phase
pecora commixtim duo milia
sescenta et boues trecentos
chonenias autem semias etiam
et nathanahel fratre eius
necasabias et iahihel et iozabat
principes leuitarum
dederunt ceteris leuitis
ad celebrandum phase
v milia pecorum et boues quingentos
praeparatumq; est mysterium
et steterunt sacerdotes
in officio suo
leuitae quoq; in turmis
iuxta regis imperium
et immolatum est phase
asperseruntq; sacerdotes

+

manu sua sanguinem
et levitae detraxerunt
pelles holocaustorum
et separaverunt ea ut darent
per domos et familias
singulorum
et offerentur dno sicut scrip
tum est in lege mosi
de bubus quoq; similiter fecerunt
et assaverunt phase super igne
iuxta quod lege praeceptum est
pacificas vero hostias coxerunt
in lebetis et caccabis et ollis
et festinato distribuerunt
universae plebi
sibi autem et sacerdotib;
postea paraverunt
nam in oblatione holocaustorũ
et adipum usq; ad noctem
sacerdotes fuerant occupati
unde levitae et sibi et sacerdo
tib; filiis aaron paraverunt
novissimis
porro cantores filii asaph
stabant in ordine suo
iuxta praeceptum david et asaph
et heman et idithun
prophetarum regis
ianitores vero per portas
singulas observabant
ita ut ne puncto quidem
discederent a ministerio
quam obrem et fratres eorum
levitae paraverunt eis cibos
omnis igitur cultura dni
rite completa est in die illa
ut facerent phase
ut offerent holocausta
super altare dni iuxta prae
ceptum regis iosiae
feceruntq; filii israhel qui rep
perti fuerant ibi phase in tem
pore illo et sollemnitatem
azymorum VII diebus

non fuit phase dni simile huic
in isrl a dieb; samuhelis prophetae
sed nec quisquam de cunctis
regib; isrl fecit phase
sicut iosias
sacerdotib; et levitis
et omni iudae et isrl qui rep
pertus fuerat et habitantib;
hierusalem
XVIII anno regni iosiae hoc phasa
celebratum est postquam
instauraverat iosias templũ
Ascendit nechao rex aegypti
ad pugnandum in charchamis
iuxta eufraten
et processit in occursum eius
iosias
at ille missis ad eum nuntiis ait
quid mihi et tibi est rex iuda
non adversum te hodie venio
sed contra aliam pugno domum
ad quam me dns festinato
ire praecepit
desine adversum dm facere
qui mecum ne te interficiat
noluit iosias reverti sed prae
paravit contra eum bellum
nec adquievit sermonibus
nechao ex ore dĩ
verum perrexit ut dimicaret
in campo mageddo
ibiq; vulneratus a sagittariis
dixit pueris suis
educite me de proelio quia
oppido vulneratus sum
qui transtulerunt eum de curru
in alterum currum qui sequebatur eum more regio
et exportaverunt in hierusalẽ
mortuusq; est et sepultus
in mausylio patrum suorum
et universus iuda et hierusalẽ
luxerunt eum
hieremias maxime cuius omnes

CANTORES ATQ· CANTATRICES
USQ· IN PRAESENTEM DIEM
LAMENTATIONES SUPER IOSIA
REPLICANT
ET QUASI LEX OPTINUIT IN ISRL
ECCE SCRIPTUM FERTUR
IN LAMENTATIONIBUS
RELIQUA AUTEM SERMONUM
IOSIAE ET MISERICO RDIARU
EIUS QUAE LEGE PRAECEP TA
SUNT DNI
OPERA QUOQ· ILLIUS PRIMA
ET NOUISSIMA SCRIPTA SUNT
IN LIBRO REGUM IUDA ET ISRL
XXXVI TALIT ERGO POPULUS TERRAE
IOACHAZ FILIUM IOSIAE
ET CONSTITUIT REGEM PRO
PATRE SUO IN HIERUSALEM
UIGINTI TRIUM ANNORUM
ERAT IOACHAZ CUM REGNARE
COE PISSET
ET TRIB· MENSIB· REGNAUIT
IN HIE RUSALEM
AMOUIT AUTEM EUM REX AEGYPTI
CUM UENISSET HIERUSALEM
CONSTITUITQ· REGEM PRO EO
ELIACIM FRATREM EIUS SUPER
IUDAM ET HIERUSALEM
ET UERTIT NOMEN EIUS IOACIM
IPSUM UERO IOACHAZ TULIT SECUM
ET ADDUXIT IN AEGYPTUM
UIGINTI QUINQ· ANNORUM ERAT
IOACIM CUM REGNARE COEPISSET
ET UNDECIM ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
FECITQUE MALUM CORAM
DNO SUO
CONTRA HUNC ASCENDIT NABU
CHODONOSOR REX CALDEORUM
ET UINCTUM CATENIS DUXIT
IN BABYLONEM
AD QUAM ET UASA DNI TRANS
TULIT ET POSUIT EA
IN TEMPLO SUO

RELIQUA AUTEM UERBORUM
IOACIM ET ABOMINATIONUM
EIUS QUAS OPERATUS EST
ET QUAE INUENTAE SUNT IN EO
CONTINENTUR IN LIBRO REGUM
ISRAHEL ET IUDA
REGNAUITQ· IOIACHIM
FILIUS EIUS PRO EO
OCTO ANNORUM ERAT IOIACHIM
CUM REGNARE COEPISSET
ET TRIBUS MENSIBUS AC DECEM
DIEBUS REGNAUIT IN HIERU
SALEM
FECITQUE MALUM IN CONSPECTU DNI
CUMQUE ANNI CIRCULUS UOLUE
RETUR MISIT NABUCHODO
NOSOR QUI ET ADDUXERUNT
EUM IN BABYLONEM · asportatis simul pretiosissi
REGEM UERO CONSTITUIT SEDE mis uasis domus dni ·
CIAM FRATREM EIUS SUPER
IUDA ET HIERUSALEM
UIGINTI ET UNIUS ANNI ERAT
SEDECIAS CUM REGNARE
COE · PISSET
ET UNDECIM ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
FECITQUE MALUM IN OCULIS
DNI DI
NEC ERUBUIT FACIEM HIEREMIAE
PROPHETAE LOQUENTIS AD SE
EX ORE DNI
A REGE QUOQUE NABUCHODONOSOR
RECESSIT QUI AD IURAUERAT
EUM PER DM
ADINDURAUIT CERUICEM SUAM
ET COR UT NON REUERTE
RETUR AD DNM DM ISRL
SED ET UNIUERSI PRINCIPES
SACERDOTUM ET POPULUS
PRAEUARICATI SUNT INIQUE
IUXTA UNIUERSAS ABOMINA
TIONES GENTIUM
ET POLLUERUNT DOMUM DNI
QUAM SCIFICAUERAT SIBI

IN HIERUSALEM
MITTEBAT AUTEM DNS DS
PATRUM SUORUM AD ILLOS
PER MANUM NUNTIORUM
SUORUM
DE NOCTE CONSURGENS
ET COTIDIE COMMONENS
EO QUOD PARCERET POPULO
ET HABITACULO SUO
AT ILLI SUBSANNABANT NUNTIOS
DI PARUIPENDEBANT SUPER
SERMONES EIUS INLUDEBANT
PROPHETIS
DONEC ASCENDERET FUROR DNI
IN POPULUM EIUS ET ESSET
NULLA CURATIO
ADDUXIT ENIM SUPER EOS
REGEM CALDEORUM
ET INTERFECIT IUUENES EORUM
GLADIO IN DOMO SCUARII SUI
NON EST MISERTUS ADULE
SCENTIS ET UIRGINIS
ET SENIS NEC DECREPITI
QUIDEM SED OMNES
TRADIDIT MANIB. EIUS
UNIUERSAQUE UASA DOMUS
DNI TAM MAIORA QUAM
MINORA
ET THESAUROS TEMPLI ET REGIS
ET PRINCIPUM TRANSTULIT
IN BABYLONEM
INCENDERUNT HOSTES DOMU
DNI DESTRUXERUNT MURUM
HIERUSALEM
UNIUERSAS TURRES CON
BUSERUNT ET QUICQUID
PRAETIOSUM FUERAT
DEMOLITI SUNT
SI QUIS EUASERAT GLADIUM
DUCTUS IN BABYLONEM
SERUIUIT REGI ET FILIIS EIUS
DONEC IMPERARET REX PERSARU
ET CONPLERETUR SERMO
DNI EX ORE HIEREMIAE
ET CELEBRARET TERRA
SABBATA SUA
CUNCTIS ENIM DIEBUS DESOLA
TIONIS EGIT SABBATUM USQ.
DUM CONPLERENTUR
LXX ANNI
ANNO PRIMO CYRI REGIS
PERSARUM
AD EXP LENDUM SERMONE
DNI QUEM LOCUTUS
FUERAT PER OS HIEREMIAE
SUSCITAUIT DNS SPM CYRI
REGIS PERSARUM
QUI IUSSIT PRAEDICARI IN UNIUERS
REGNO SUO ETIAM PER
SCRIPTURAM DICENS
HAEC DICIT CYRUS REX
PERSARUM
OMNIA REGNA TERRAE DEDIT
MIHI DNS DS CAELI
ET IPSE PRAECE PIT MIHI
UT AEDIFICAREM EI
DOMUM IN HIERUSALEM
QUAE EST IN IUDEA
QUIS QUIS EX UOBIS EST
EX OMNI POPULO EIUS
DNS DS EIUS CUM EO
ET ASCENDAT

EXP PARALYPOMENON

QUI HEBRAICE DICITUR

DABREIAMIN

HIERONYMUS SUFFRONIO SUO SALUTEM
SCIO QUOSDAM PUTARE PSALTERIUM
IN QUINQ(UE) LIBROS ESSE DIVISUM UBI
CUMQ(UE) APUD LXX INTERPRAETES
SCRIPTUM EST GENOITO GENOITO ID EST
FIAT FIAT FINIS LIBRORUM SIT PRO QUO
IN HEBREO LEGITUR AMEN AMEN
NOS AUTEM HEBREORUM AUCTORI
TATEM SECUTI ET MAXIME APOSTO
LORUM QUI SEMPER IN NOVO TESTA
MENTO PSALMORUM LIBRUM NO
MINANT UNUM VOLUMEN ADSERIMUS
PSALMOS QUOQ(UE) OMNES EORUM TESTA
MUR AUCTORUM QUI PONUNTUR IN TITU
LIS DAVID SCILICET ET ASAPH ET IDITHUN
FILIORUM CHORAE EMAN AEZRAHITAE
MOSI ET SALOMONIS ET RELIQUORUM
QUOS EZRA UNO VOLUMINE CONPRE
HENDIT SI ENIM AMEN FIDELITER PRO
QUO AQUILA TRANSTULIT NE SIC TAMEN
IN FINEM TANTUM LIBRORUM PONITUR
ET NON INTERDUM AUT IN EXORDIO AUT
IN CALCE SERMONIS SIVE SENTENTIAE
NUMQUAM ET SALVATOR IN EVANGELIO
LEGERETUR AMEN AMEN DICO VOBIS
ET PAULI EPISTULAE IN MEDIO ILLUD
OPERE CONTINERENT MOYSES QUOQ(UE)
ET HIEREMIAS ET CETERI IN HUNC MODUM
MULTOS HABERENT LIBROS QUI IN MEDIIS
VOLUMINIB(US) SUIS AMEN FREQUENTER
INTERSERERENT SED ET NUMEROS
XXII HEBREICORUM LIBRORUM ET
MYSTERIUM EIUSDEM NUMERI CON
NOTABITUR NAM ET TITULUS IPSE
HEBREICUS SEPHER THALLIM QUOD
INTERPRETATUR VOLUMEN HYMNORUM
APOSTOLICAE AUCTORITATI CONGRUENS
NON PLURES LIBROS SED UNUM VOLUMEN
OSTENDIT QUIA IGITUR CUM HEBREO
NUPER DISPUTANS QUAEDAM PRO DOMINO
SALVATORE DE PSALMIS TESTIMONIA
PROTULISTI VOLENSQ(UE) ILLE TE ELUDERE
PER SERMONES PENE SINGULOS AD
SEREBAT NON ITA HABERI IN HEBREO

UT TU DE LXX INTERPRETIB(US) OPPONEBAS
STUDIOSISSIME POSTULASTI UT POST
AQUILAM SYMMACHUM ET THEODO
TIONEM NOVAM EDITIONEM LATINO
SERMONE TRANSFERREM AIEBAS
ENIM TE MAGIS INTERPRETUM VARIE
TATE TURBARI ET AMORE QUO LABERIS
VEL TRANSLATIONE VEL IUDICIO MEO
ESSE CONTENTUM UNDE INPULSUS
A TE CUI ET QUAE NON POSSUM NEGARE
NON POSSUM RURSUM ME OBTRECTA
TORUM LATRATIB(US) TRADIDI MALUIQUE
TE VIRES POTIUS MEAS QUAM VOLUN
TATEM IN AMICITIAM QUAERERE
CERTE CONFIDENTER DICAM ET MULTOS
HUIUS OPERIS TESTES CITABO ME NIHIL
DUMTAXAT SCIENTEM DE HEBREICA
VERITATE MUTASSE SICUBI ERGO EDITIO
MEA A VETERIB(US) DISCREPAVERIT INTER
ROGA QUEMLIBET HEBREORUM ET LI
QUIDO PERVIDEBIS ME AB AEMULIS
FRUSTRA LACERARI QUI MALUNT CON
TEMNERE VIDERI PRAECLARA QUAM
DISCERE PERVERSISSIMI HOMINES
NAM CUM SEMPER NOVAS EXPETANT
VOLUNTATES ET GULAE EORUM VICINA
MARIA NON SUFFICIANT CUR IN SOLO
STUDIO SCRIBTURARUM VETERI SAPORE
CONTENTI SUNT NEC HOC DICO QUO
PRAECESSORES MEOS MORDEAM
AUT QUICQUAM DE HIS ARBITRER DETRA
HENDUM QUORUM TRANSLATIONEM
DILIGENTISSIME EMENDATAM OLIM
MEAE LINGUAE HOMINIB(US) DEDERIM
SED QUOD ALIUT SIT IN ECCLESIIS XPO
CREDENTIUM PSALMOS LEGERE
ALIUD IUDEIS CALUMNIANTIB(US) SINGULA
VERBA RESPONDERE QUOD OPUSCU
LUM MEUM SI IN GRECUM UT POLLI
CERIS TRANSTULERIS
ID EST ET IMPERITIAE MEAE DOCTIS
SIMOS VIROS QUOQ(UE) TESTES FACERE
DICAM TIBI ILLUD ORATIONUM INSILAM
NE LIGNAVERAS NISI QUOD HOC HABEO

ui solamen· sin laborem communi intel
legam mihi uel laudem uel uitupe
rationem tecum esse commonem·
ualere te cupio in dn̄o ihū
et meminisse mei·

explicit prologus

psalmus dauid de ioseph dicit
qui corpus xp̄i sepeliuit

1 Beatus uir qui non abiit in
consilio impiorum
et in uia peccatorum non stetit
in cathedra derisorum non sedit
sed in lege dn̄i uoluntas eius
et in lege eius meditabitur
die ac nocte·
et erit tamquam lignum trans
plantatum iuxta riuulos aquarū
quod fructum suum dabit
in tempore suo
et folium eius non defluet
et omne quod fecerit
prosperabitur
non sic impii· sed tamquam pul
uis quem proicit uentus
propterea non resurgunt
impii in iudicio
neque peccatores in congrega
tione iustorum
qm̄ nouit dn̄s uiam iustorum
et iter impiorum peribit

psalmus dd̄ legendus ad euangelium
lucae uox patris et apostolorum
et xp̄i ad caput scribendum

2 ·Quare turbabuntur gentes·
et tribus meditabuntur inania
consurgent reges terrae
et principes tractabunt
pariter aduersum dn̄m·
et aduersum xp̄m eius
dirumpamus uincula eorum
et proiciamus a nobis laqueos eorū
habitator caeli ridebit dn̄s
subsannabit eos

tunc loquetur ad eos in ira sua et
in furore suo conturbabit eos
ego autem ordinatus sum regem
meum super sion montem scm̄ suum
adnuntiabo di praeceptum
dn̄s dixit ad me filius meus es tu
ego hodie genui te
postula a me et dabo tibi gentes
hereditatem tuam
et possessionem tuam terminos
terrae
pasces eos in uirga ferrea
ut uas figuli conteres eos
nunc ergo reges intellegite
erudimini iudices terrae
seruite dn̄o in timore
et exultate in tremore
adorate pure ne forte irascatur
et pereatis de uia
cum exarserit post paululum
furor eius
beati omnes qui sperant in eum

psalmus dd̄ cum fugeret a facie ab
salon filii sui uox xp̄i ad patrē de iudeis dicit

3 Dn̄e quare multiplicati sunt hostes mei
multi consurgunt aduersus me
multi dicunt animae meae
non est salus huic in dō semper
tu autem dn̄e clepeus circa me glo
ria mea et exaltans caput meum
uoce mea ad dn̄m clamabo
et exaudiet me de monte scō suo semp̄
ego dormiui et soporatus sum
et euigilaui
quia dn̄s sustentauit me
non timebo milia populi
quae circumdederunt me
surge dn̄e saluum me fac ds̄ meus
quia percussisti omnium
inimicorum meorum
dentes impiorum confregisti
dn̄i est salus super populum tuū
benedictio tua

PSAL(MUS) IN FINEM IN CARMINIB(US) P(RO)PHETA

4 INUOCANTE ME EXAUDISTI ME DS
IUSTITIAE MEAE INCREPAT IUDEOS
IN TRIBULATIONE DILATASTI MIHI
MISERERE MEI ET EXAUDI ORATIONEM MEAM
FILII UIRI USQ(UE) QUO INCLYTI MEI
IGNOMINIOSAE
DILIGITIS UANITATEM QUAERENTES
MENDACIUM SEMPER
ET COGNOSCITE QM MIRABILEM
REDDIT DNS SCM SUUM
DNS EXAUDIET CUM CLAMAUERO AD EUM
IRASCIMINI ET NOLITE PECCARE
LOQUIMINI IN CORDIBUS UESTRIS
SUPER CUBILIA UESTRA TACETE SEMP(ER)
SACRIFICATE SACRIFICIUM IUSTITIAE
ET FIDETE DNO
MULTI DICUNT QUIS OSTENDIT NOBIS BONU(M)
LEUA SUPER NOS LUCEM UULTUS TUI DNE
DEDISTI LAETITIAM IN CORDE MEO
IN TEMPORE FRUMENTUM ET UINU(M)
EORUM MULTIPLICATA SUNT
IN PACE SIMUL REQUIESCAM ET DORMIA(M)
QUIA TU DNE SPECIALITER SECURUM
HABITARE FECISTI ME

IN FINEM PRO HIS QUI HEREDITATEM
CONSEQUUNTUR PSALMUS DAUID

UERBA MEA AUDI DNE XPS AD PATRE(M)
INTELLEGE MURMUR MEUM
REX MEUS ET DS MEUS QUIA TE DEPRECOR
DNE MANE AUDIES UOCEM MEAM
MANE PRAEPARABOR AD TE
ET CONTEMPLABOR
QM NON DS UOLENS INIQUITATEM TU
NEC HABITAUIT IUXTA TE MALIGNUS
NON STABUNT INIQUI IN CONSPECTU
OCULORUM TUORUM
ODISTI OMNES OPERANTES INIQUITATE(M)
PERDES LOQUENTES MENDACIUM
UIRUM SANGUINUM ET DOLOSUM
AB OMINABERIS DNE
EGO AUTEM IN MULTITUDINEM
MISERICORDIAE TUAE INTROIBO
IN DOMUM TUAM
ADORABO IN TEMPLO SCO TUO IN TIMORE TUO
DNE DEDUC ME IN IUSTITIA TUA
PROPTER INSIDIATORES MEOS
DIRIGE ANTE FACIEM MEAM UIAM TUA(M)
NON EST ENIM IN ORE EORUM RECTUM
INTERIORA EORUM INSIDIAE
SEPULCHRUM PATENS GUTTUR EORU(M)
LINGUAM SUAM LEUIFICANT
CONDEMNA EOS DS DECIDANT A CONSILIIS SUIS
IUXTA MULTITUDINEM SCELERUM EORU(M)
EXPELLE EOS QM PROUOCAUERUNT TE DNE
ET LAETENTUR OMNES QUI SPERANT IN TE
IN PERPETUUM LAUDABUNT
ET PROTEGES EOS
ET LAETABUNTUR IN TE QUI DILIGUNT
NOMEN TUUM
QUIA TU BENEDICES IUSTO DNE UT SCUTO
PLACABILITATIS CORONABIS EUM

IN FINE(M) IN CARMINIB(US) PSALMUS DD PRO
OCTAUA UOX XPI AD PATREM

DNE NE IN FURORE TUO ARGUAS ME
NEQUE IN IRA TUA CORRIPIAS ME
MISERERE MEI DNE QM INFIRMUS SU(M)
SANA ME DNE QM CONTURBATA
SUNT OSSA MEA
ET ANIMA MEA TURBATA EST UALDE
ET TU DNE USQUEQUO
REUERTERE DNE ERUE ANIMAM MEAM
SALUA ME PROPTER MISERICORDIAM TUA(M)
QM NON EST IN MORTE RECORDATIO TUI
IN INFERNO QUIS CONFITEBITUR TIBI
LABORAUI IN GEMITU MEO NATARE FACIA(M)
TOTA NOCTE LECTUM MEUM LACRI
MIS MEIS STRATUM MEUM RIGABO
CALIGAUIT PRAE AMARITUDINE
OCULUS MEUS
CONSUMPTUS SUM AB UNIUERSIS
HOSTIBUS MEIS
RECEDITE A ME OMNES QUI OPERA
MINI INIQUITATEM
QUIA AUDIUIT DNS UOCEM FLETUS MEI
AUDIUIT DNS DEPRECATIONEM MEAM
DNS ORATIONEM MEAM SUSCIPIT
CONFUNDANTUR ET CONTURBENTUR

uehementer omnes inimici mei
reuertantur et confundantur subito
psl. dd quem cantauit dno pro uerbis
chusi filii iemini perfecta dicta dx p(ro)m
de inimicis iudeis et de diabolo

7 Dne ds meus in te speraui salua me
ab omnibus persequentibus me
et libera me
ne forte capiat ut leo animam meam
lacerat et non sit qui eripiat
dne ds meus si feci istud si est
iniquitas in manibus meis
si reddidi retribuentibus mihi malum
et demisi hostes meos uacuos
persequatur inimicus animam meam
et adprehendat et conculcet
in terra uitam meam
et gloriam meam in puluerem
conlocet   semper
surge dne in furore tuo
eleuare indignans
super hostes meos et consurge ad me
iudicio quod mandasti
et congregatio tribuum circumdedit te
et pro hanc in altum reuertere
dns iudicabit populos
iudica me dne secundum iustitiam meam
et secundum simplicitatem
meam quae est in me
consummetur malum iniquorum
et confirmetur iustitia
probator cordis et renum ds iustus
clypeus in do qui saluat rectos corde
ds iudex iustus et fortis com
minans tota die
non conuertenti gladium suum uibrauit
arcum suum tetendit et parauit illum
et in ipso praeparauit uasa mortis
sagittas suas ad conburendum
operatus est
ecce parturit iniquitatem concepit
dolorem peperit mendacium
lacum aperuit et effodit eum
et incidet in interitum quem opera
tus est

reuertetur dolor suus in caput eius
et super uerticem eius iniquitas
sua discendit
confitebor dno secundum iustitiam eius
et cantabo nomini dni altissimi
in finem pro torcularib. psl. dd uox
ecclesiae laudem dicit xpo de fide
omnium credentium

8 Dne dominator noster quam grande est
nomen tuum in uniuersa terra
qui posuisti gloriam tuam super caelos
ex ore infantium et lactantium
perfecisti laudem
propter aduersarios meos ut
quiescat inimicus et ultor
uideo enim caelos tuos opera digi
torum tuorum lunam et
stellas quae fundasti
quid est homo quod recordaris eius
uel filius hominis quoniam uisitas eum
minues eum paulo minus ab angelis
gloria et decore coronabis eum
dabis ei potestatem super opera
manuum tuarum
cuncta posuisti sub pedib. eius
oues et armenta omnia insuper
et animalia agri
aues caeli et pisces maris qui tran
seunt semitas potenti
dne dominator quam grande est
nomen tuum in uniuersa terra
in finem pro occultis filii psl. dd
ecclesia laudem dicit xpo de iudeis
et de principe demoniorum

9 Confitebor dno in toto corde meo
narrabo omnia mirabilia tua
laetabor et gaudebo in te
canam nomini tuo altissime
cum ceciderint inimici mei retrorsum
et conruerint et perierint a facie tua
fecisti enim iudicium meum et causam meam
sedisti super solium iudex iustitiae
increpasti gentes periit impius
nomen eorum delisti in saeculum et in saecu

ET IUGITER
CONPLETAE SUNT SOLITUDINES IN FINE
ET CIUITATES SUBUERTISTI
PERIIT MEMORIA EORUM CUM IPSIS
DNS AUTEM IN SEMPITERNUM SEDEBIT
STABILIUIT AD IUDICANDUM SOLIUM SUUM
ET IPSE IUDICAT ORBEM TERRAE
IN IUSTITIA
IUDICAT POPULOS IN AEQUITATIBUS
ET ERIT DNS ELEUATIO OPPR ESO
ELEUATIO OPORTUNA IN ANGUSTIA
ET CONFIDENT IN TE QUI NOUERUNT
NOMEN TUUM
QM NON DERELINQUISTI QUAERENTES TE DNE
CANTATE DNO HABITATORI SION
ADNUNTIATE IN POPULIS COGITATIO
NES EIUS
QUONIAM QUAERENS SANGUINEM
EORUM RECORDATUS EST
NON EST OBLITUS CLAMORIS PAUPERU
MISERTUS EST MEI DNS UIDIT AD
FLICTIONEM MEAM EX INIMICIS MEIS
QUI EXALTAS ME DE PORTIS MORTIS
UT NARREM LAUDES TUAS IN PORTIS
FILIAE SION
EX ULTABO IN SALUTARI TUO
DEMERSAE SUNT GENTES IN INTE
RITU QUEM FECERUNT
IN RETE QUOD ABSCONDERANT
CAPTUS EST PES EORUM
AGNITUS EST DNS IUDICIUM FACIENS
IN OPERE MANUUM SUARUM
CORRUIT IMPIUS
CONUERTANTUR IMPII IN INFERNUM
OMNES GENTES QUAE OBLITAE SUNT DM
QUONIAM NON IN AETERNUM OBLIUIO
ERIT PAUPER
EXSPECTATIO PAUPERUM NON PERI
BIT IN PERPETUUM
SURGE DNE NON CONFORTETUR HOMO
IUDICENTUR GENTES ANTE FACIE TUAM
PONE DNE TERROREM EIS
SCIANT GENTES HOMINES ESSE SE
QUARE DNE STAS A LONGE semper

DISPICIS IN TEMPORIB· ANGUSTIAE
IN SUPERBIA IMPII ARDET PAUPER
CAPIANTUR IN SCELERIBUS
QUAE COGITAUERUNT
QUIA LAUDAUIT IMPIUS DESIDERIUM
ANIMAE SUAE
ET AUARUS ADPLAUDENS SIBI
BLASPHEMAUIT DNM
IMPIUS SECUNDUM ALTITUDINEM
FURORIS SUI NON REQUIRET
NEC DS IN OMNIBUS COGITATIONIB· EIUS
PARTURIUNT UIAE EIUS IN OMNI TEMPORE
LONGE SUNT IUDICIA TUA A FACIE EIUS
OMNES INIMICOS SUOS DISPICIT
LOQUITUR IN CORDE SUO NON MO
UEBOR IN GENERATIONE ET GENE
RATIONE ERO SINE MALO
MALEDICTIONE OS EIUS PLENUM
EST ET DOLIS ET AUARITIA
SUB LINGUA EIUS DOLOR ET INIQUITAS
SED ET INSIDIANS IUXTA UESTIBULA
IN ABSCONDITIS UT INTERFICIAT
INNOCENTEM
OCULI EIUS ROBUSTOS TUOS
CIRCUMSPICIUNT
INSIDIATUR IN ABSCONDITO
QUASI LEO IN CUBILI
INSIDIATUR UT RAPIAT PAUPEREM
RAPIET PAUPEREM CUM ADSTRAX
ERIT EUM AD RETE SUUM
ET CONFRACTUM SUBI CIET
ET INRUET UIRIBUS SUIS UALENTER
DIXIT IN CORDE SUO OBLITUS EST DS
ABSCONDIT FACIEM SUAM NON
RESPICIET IN PERPETUUM
SURGE DNE DS LEUA MANUM TUAM
NE OBLIUISCI PAUPERUM
QUARE BLASPHEMAT IMPIUS DM
DICENS IN CORDE SUO QUOD NON REQUIRAT
UIDES QUIA TU LABOREM ET FUROREM
RESPICIS UT DETUR IN MANU TUA
TIBI RELIQUANTUR FORTES TUI
PUPILLO TU ES FACTUS ADIUTOR
CONTERE BRACHIUM IMPII ET MALIGNI

QUAERES IMPIETATEM EIUS ET NON
INUENIES
DN̄S REX SAECULI ET AETERNITATIS
PERIUERUNT GENTES DE TERRA EIUS
DESIDERIUM PAUPERUM AUDIT DN̄S
PRAEPARASTI UT COR EORUM
AUDIUIT AURIS TUA
UT IUDICES PUPILLUM ET OBPR ESU
ET NEQUAQUAM ULTRA SUPERBIAT
HOMO DE TERRA
IN FINEM PSALMUS DAUID
10 IN DN̄O SPERAUI QUOMODO
DICITIS ANIMAE MEAE
TRANSUOLA IN MONTE UT AUIS
QUIA ECCE IMPII TETENDERUNT ARCUM
POSUERUNT SAGITTAM SUAM
SUPER NERUUM
UT SAGITTENT IN ABSCONDITO
RECTOS CORDE
QUIA LEGES DISIPATAE SUNT
IUSTUS QUID OPERATUS EST
DN̄S IN TEMPLO SC̄O SUO
DN̄S IN CAELO THRONUS EIUS
OCULI EIUS UIDENT
PALPEBRAE EIUS PROBANT
FILIOS HOMINUM
DN̄S IUSTUM PROBAT
IMPIUM AUTEM ET DILIGENTEM
INIQUITATEM ODIT ANIMA EIUS
PLUET SUPER PECCATORES LAQUEOS
IGNIS SULPHOR
ET SP̄S TEMPESTATUM PARS
CALICIS EORUM
Q̄M IUSTUS DN̄S IUSTITIAS DILEXIT
RECTUM UIDEBUNT FACIES EORUM
IN FINE PRO OCTAUA PSL DD XP̄S PRO PASSIONE
SC̄ORUM SUORUM DICIT DE IUDEIS
11 SALUA ME DN̄E QUONIAM DEFECIT SC̄S
QUONIAM DIMINUTI SUNT FIDELES
A FILIIS HOMINUM
FRUSTRA LOQUUNTUR UNUSQUISQUE
PROXIMO SUO
LABIUM SUBDOLUM IN CORDE ET CORDE
DISPERDAT DN̄S OMNIA LABIA DOLOSA

LINGUAM MAGNILOQUAM
QUI DIXERUNT LINGUAM NOSTRAM
ROBOREMUS
LABIA NOSTRA NOBISCUM SUNT
QUIS NOSTER DN̄S EST
PROPTER UASTITATEM INOPUM
ET GEMITUM PAUPERUM
NUNC CONSURGAM DICIT DN̄S
PONAM IN SALUTARI AUXILIUM EORŪ
ELOQUIA DN̄I ELOQUIA MUNDA ARGEN
TUM IGNE PROBATUM
SEPARATUM A TERRA COLĀTŪ SEPTUPLŪ
TU DN̄E CUSTODIES ET SERUABIS NOS
A GENERATIONE HAC IN AETERNUM
IN CIRCUITU IMPII AMBULABUNT
CUM EXALTATI FUERINT UILISSIMI
FILIORUM HOMINUM
IN FINEM PSALMUS DAUID UOX XP̄I
AD PATREM DE DIABULO DICIT
12 USQUEQUO OBLIUISCERIS MEI PENITUS
USQUEQUO ABSCONDIS FACIEM TUAM A ME
USQUEQUO PONAM CONSILIA IN ANIMA MEA
DOLOREM IN CORDE MEO PER DIEM
USQUEQUO EXALTABITUR INIMICUS
MEUS SUPER ME
CONUERTERE EXAUDI ME DN̄E DS MEUS
INLUMINA OCULOS MEOS NEUMQUAM
OBDORMIAM IN MORTE
NEQUANDO DICAT INIMICUS MEUS
PRAEUALUI ADUERSUS EUM
HOSTES MEI EXALTABUNT SI MOTUS
FUERO
EGO AUTEM IN MISERICORDIA TUA CONFIDO
EXULTAUIT COR MEUM IN SALUTARI TUO
CANTABO DN̄O QUI REDDIDIT MIHI
IN FINE PSL DD UERBA XP̄I AD DIUITEM IN
TERROGANTEM SE DE POPULO IUDAICO
13 DIXIT STULTUS IN CORDE SUO NON EST DS
CORRUPTI SUNT ET ABOMINABILES
FACTI SUNT IN STUDIOSE
NON EST QUI FACIAT BONUM
DN̄S DE CAELO PROSPEXIT SUPER
FILIOS HOMINUM
UT UIDERET SI EST INTELLEGENS

AUT REQUIRENS DM̄
OMNES RECESSERUNT SIMUL
CONGLUTINATI SUNT
NON EST QUI FACIAT BONUM
NON EST USQUE AD UNUM
NONNE COGNOSCENT OMNES QUI
OPERANTUR INIQUITATEM
QUI DEUORANT POPULUM MEUM
UT CIBUM PANIS
DNM̄ NON INUOCAUERUNT
IBI TIMEBUNT FORMIDINE
QM̄ DS̄ IN GENERATIONE IUSTA EST
CONSILIUM PAUPERUM CONFUDISTIS
QM̄ DNS̄ SPES EIUS EST
QUIS DABIT DE SION SALUTARE ISRL̄
QUANDO REDUXERIT DNS̄
CAPTIUITATEM POPULI SUI
EXULTABIT IACOB ET LAETABITUR ISRL̄
PSL. DD̄ UOX XPĪ QUAM DICIT FIDELIB·
INTERPELLAT PATREM
14 DNĒ QUIS PEREGRINABITUR
IN TENTORIO TUO
ET QUIS HABITAUIT IN MONTE SCŌ TUO
QUI INGREDITUR SINE MACULA
ET OPERATUR IUSTITIAM
LOQUITUR Q· UERITATEM IN CORDE SUO
QUI NON EST FACILIS IN LINGUAM SUĀ
NEC FECIT AMICO SUO MALUM
ET OBPROBRIUM NON SUSTENUIT
SUPER UICINO SUO
DISPICITUR OCULIS EIUS INPROBUS
TIMENTES AUTEM DNM̄ GLORIFICAT
IURAT UT SE ADFLIGAT ET NON MUTAT
PECUNIAM SUAM NON DEDIT AD USURĀ
ET MUNERA ADUERSUM INNOXIUM
NON ACCIPIT
QUI FACIT HAEC NON MOUEBITUR IN AETERNŪ
TITULI SCRIBTIO IPSI DD̄ UOX XPĪ AD PATRĒ
15 CUSTODI ME DS̄ QM̄ SPERAUI IN TE
DICENS DŌ DNS̄ MEUS ES TU
BENE MIHI NON EST SINE TE
SCĪS QUI IN TERRA SUNT EIUS MAGNIFICAUIT
OMNIS UOLUNTAS MEA IN EIS
MULTIPLICABUNTUR IDULA EORUM
POST TERGUM SEQUENTIUM
NON LITABO LIMINA EORUM DE SANGUINE
NEQ· ADSUMAM NOMINA EORUM
IN LABIIS MEIS
DNS̄ PARS HEREDITATIS MEAE
ET CALICIS MEI
TU POSSESSOR SORTIS MEAE
LINEAE CECIDERUNT MIHI IN PULCHERRIMIS
ET HEREDITAS SPECIOSISSIMA MEA EST
BENEDICAM DNM̄ QUI DEDIT MIHI CONSILIŪ
INSUPER ET NOCTIB· ERUDIERUNT
ME RENES MEI
PROPONEBAM IN CONSPECTU MEO SEMPER
QUIA A DEXTRIS MEIS EST NE COMMOUEAR
PROPTEREA LAETATUM EST COR MEUM
ET EXULTABIT GLORIA MEA
ET CARO MEA HABITAUIT CONFIDENTER
NON ENIM DERELINQUES ANIMAM
MEAM IN INFERNO
NEC DABIS SCM̄ TUUM UIDERE CORRUPTIONĒ
OSTENDIS MIHI SEMITAM UITAE
PLENITUDINEM LAETITIARUM ANTE UULTUM
TUUM DECORES IN DEXTERA TUA AETERNOS
ORATIO DAUID XPS̄ IUDEIS DICIT
16 AUDI DS̄ IUSTUM AD PATREM
INTENDE DEPRECATIONEM MEAM
AURIBUS PERCIPE ORATIONEM MEAM
ABSQUE LABIIS MENDACII
DE UULTU TUO IUDICIUM MEŪ PRODEAT
OCULI MEI UIDEANT AEQUITATES
PROBASTI COR MEUM UISITASTI NOCTE
CONFLASTI ME ET NON INUENISTI
COGITATIONES MEAS TRANSIRE OS MEŪ
IN OPERE HOMINUM PROPTER
UERBUM LABIORUM TUORUM
EGO OBSERUAUI UIAS LATRONIS
SUSTENTA GRESSUS MEOS IN CALLIB· TUIS
ET NON LABENTUR UESTIGIA MEA
EGO INUOCAUI TE QUIA EXAUDIES ME DS̄
INCLINA AUREM TUAM MIHI
AUDI ELOQUIUM MEUM
MIRABILEM FAC MISERICORDIAM
TUAM SALUATOR SPERANTIUM
A RESISTENTIBUS DEXTERAE TUAE

CUSTODIMEQUASIPUPILLĀ INTUS INOCULO
INUMBRA ALARUMTUARŪ PTEGEME
AFACIE IMPIORUM UASTANTIUMME
INIMICIMEIANIMAMMEAM
CIRCUMDEDERUNT
ADIPESUO CONCLUSERUNT
ETORELOQUUTISUNT SUPERBE
INCIDENTES ADUERSUMMENUNC
CIRCUMDEDERUNTME
OCULOSSUOS POSUERUNT
DECLINARE INTERRAM
SIMILITUDOEIUS QUASILEONIS
DESIDERANTIS PRAEDAM
ETQUASICATULILEONIS SEDENTIS
INABSCONDITIS
SURGEDÑE PRAEUENIFACIEMEIUS
INGURUAEUM
SALUAANIMAMMEAMABIMPIO
QUIEST GLADIUS TUUS
AUIRIS MANUS TUAE
DÑE QUIMORTUISUNT INPROFUNDO
QUORUM PARS INUITA
ETQUORUMDEABSCONDITISTUIS
REPLESTIUENTREM
QUISATURABUNTUR FILIISETDIMISSENT
RELIQUIASSUAS PARUULISEORUM
EGOAUTEM INIUSTITIAUIDEBO
FACIEMTUAM
INPLEBOR CUMUIGILAUERO
SIMILITUDINETUA *UERBACANTICI*
INFINEPUERODÑIDD QUAELOCUTUSESTDÑO
HUIUS INDIEQUAERIPUITEUMDÑS DEMANU
OMNIUM INIMICORUMEIUS·III·REGUM
ETMILLEMORTIB· PERSAULEMDAUID
INSIMILITUDINEM XPI DICIT
17 DILEGAMTEDÑE FORTITUDOMEA
DÑE PETRAMEAETROBURMEUM
ETSALUATORMEUS
DSMEUS FORTISMEUSETSPERABOINEO
SCUTUMMEUM ETCORNUSALUTIS
MEAE SUSCEPTORMEUS
LAUDATUM INUOCABODÑM ETABINI
MICISMEIS SALUUSERO
CIRCUMDEDERUNTME FUNESMORTIS

ETTORRENTESDIABULIEDERRUERUNTME
FUNES INFERNICIRCUMDEDERUNTME
PRAEUENERUNTMELAQUEIMORTIS
INTRIBULATIONE INUOCAUIDÑM
ETADDMMEUM CLAMABO
EXAUDIETDETEMPLOSCOSUO
UOCEMMEAM
ETCLAMORMEUS ANTEFACIEMEIUS
UENIET INAURESEIUS
COMMOTAESTETCONTREMUIT
TERRA
ET FUNDAMENTAMONTIUM
CONCUSSASUNT
ETCONQUASSATAQM IRATUSEST
ASCENDIT FUMUS DEFUROREEIUS
ET IGNIS EXOREEIUS DEUORANS
CARBONES INCENSISUNTABEO
INCLINAUITCAELOSETDISCENDIT
ETCALIGOSUBPEDIB·EIUS
ETASCENDITSUPERCHERUB
ETUOLAUITSUPERPINNASUENTI
POSUITTENEBRASLATIBULUMSUU
INCIRCUITUEIUSTABERNACULUMEIUS
TENEBROSAAQUA INNUBIB·AETHERIS
PRAEFULGOREINCONSPECTUEIUS
NUBES TRANSIERUNT
GRANDO ETCARBONES IGNIS
ETINTONUITDECAELODÑS
ETALTISSIMUSDEDITUOCEMSUĀ
GRANDINEM ETCARBONES IGNIS
ETEMISIT SAGITTAS SUAS
ETDISSIPAUITEOS
FULGORA MULTIPLICAUIT
ETCONTURBAUIT ILLOS
ETAPPARUERUNT EFFU SIONES
AQUARUM
ETREUELATASUNT FUNDAMENTAORBIS
ABINCREPATIONETUADÑE
ABIN SPIRATIONESPS FURORISTUI
MISITDEALTOETACCIPITME
ETTRAXITME DEAQUISMULTIS
LIBERABITMEDEINIMICISMEIS
POTENTISSIMIS
ETDEHIS QUIODERANTME

qm robustiores me erant
praeuenerunt me in die
adflictionis meae
et factus est dns firmamentu
meum et eduxit me in latitudine
liberauit me quia placuit ei
retribuit mihi dns secundum
iustitiam meam
et secundum munditiam manuu
mearum reddidit mihi
quia custodiui uias dni
et non egi impie a do meo
omnia enim iudicia eius
in conspectu meo
et praecepta eius non amoui a me
et fui inmaculatus cum eo
et custodiui me ab iniquitate mea
et restituit mihi dns secundum
iustitiam meam
et secundum munditiam manuum
mearum in conspectu oculorum eius
cum sco scs eris
et cum uiro innocente
innocenter ages
et cum electo electus eris
et cum peruerso peruertes
quia tu populum pauperem saluabis
et oculos excelsos humiliabis
quia tu lucerna mea dne
ds meus inluminabis tenebras meas
in te enim curram accinctus
et in do meo transiliam murum
ds meus inmaculata uia eius
eloquium dni igne examinatum
scutum est omnium sperantium in se
quis est ds praeter dnm
et quis fortis praeter dm nostru
ds qui accinxit me fortitudine
et posuit inmaculatam uiam mea
coaequans pedes meos ceruis
et super excelsa statuens me
docens manus meas ad proeliu
et conponens quasi arcum
aereum brachia mea

dedisti mihi clypeum salutis tuae
et dextera tua confortauit me
et mansuetudo tua multiplicauit me
dilatabis gressus meos subtus me
et non deficient tali mei
persequar inimicos meos et adprehendam
et non reuertar donec consumam eos
caedam eos et non poterunt surgere
cadent sub pedib meis
accinxisti me fortitudine ad proeliu
incuruabis resistentes mihi sub me
inimicorum meorum dedisti
mihi dorsum
et odientes me disperdedisti
clamabunt et non erit qui saluet
ad dnm et non exaudiet eos
delebo eos ut puluerem
ante faciem uenti
ut lutum platearum pi ciacos
saluabis me a contradictionib populi
pones me in caput gentium
populus quem ignoraui seruiet mihi
auditione auris oboediet mihi
filii alieni mentiuntur mihi
filii alieni defluent et contra
hentur in angustiis suis
uiuit dns et benedictus ds meus
et exaltabitur ds salutis meae
ds qui das uindictas mihi
et congregas populos sub me
qui seruas me ab inimicis meis
et a resistentib mihi eleuas me
a uiro iniquo libera me
propterea confitebor tibi
in gentib dne
et nomini tuo cantabo
magnificanti salutes regis sui
et facienti misericordiam xpo suo
dauid et semini eius usq in aeternu

incipit psalmus dauid de aduentu
xpi per quem reseratur
psalmus cxuiii ibi con
iungitur nouum et uetus
testamentum

18 CAELI ENARRANT GLORIAM DI
ET OPUS MANUS ADNUNTIAT FIR
MAMENTUM
DIES DIEI ERUCTUAT UERBUM
ET NOX NOCTI INDICAT SCIENTIAM
NON EST SERMO ET NON SUNT UERBA
QUIB· NON AUDIATUR UOX EORUM
IN OMNEM TERRAM EXIUIT SONUS EORU
ET IN FINIB· ORBIS UERBA EORUM
SOLE POSUIT TABERNACULUM IN EIS
ET IPSE QUASI SPONSUS PROCEDENS
DE THALAMO SUO
EXULTAUIT UT FORTIS AD CURREN
DAM UIAM
A SUMMITATE CAELI EGRESSUS EIUS
ET CURSUS EIUS USQ· AD SUMMITATEM ILLIUS
NEC EST QUI SE ABSCONDAT A CALORE EIUS
LEX DNI INMACULATA CONUERTENS
ANIMAS
TESTIMONIUM DNI FIDELE SAPIEN
TIAM PRAESTANS PARUULIS
PRAECEPTA DNI RECTA LAETIFICANTIA
MANDATUM DNI LUCIDUM
INLUMINANS OCULOS
TIMOR DNI MUNDUS PERSEUERANS IN SAECLA
IUDICIA DNI UERA IUSTIFICATA IN SEMET IPSA
DESIDERABILIA SUPER AURUM ET LA
PIDEM PRETIOSUM MULTUM
ET DULCIORA SUPER MEL ET FAUUM
REDUNDANTEM
UNDE SERUUS DOCEBIT EA
IN CUSTODIENDIS EIS FRUCTUS MULTUS
ERRORES QUIS INTELLEGIT
AB OCCULTIS MEIS MUNDA ME
A SUPERBIS QUOQ· LIBERA SERUUM TUUM
SI NON FUERINT DOMINATI MEI
TUNC INMACULATUS ERO
ET MUNDABOR A DELICTO MAXIMO
SINT PLACENTES SERMONES ORIS MEI
MEDITATIO CORDIS MEI IN CONSPECTU TUO
DNE FORTITUDO MEA ET REDEMP
TOR MEUS
PSALMUS DAUID PROPHETA
OPERANTEM HORTATUR

19 EXAUDIAT TE DNS IN DIE TRIBULATIONIS
PROTEGAT TE NOMEN DI IACOB
MITTAT TIBI AUXILIUM DE SCO
ET DE SION ROBORET TE
MEMOR SIT OMNIS SACRIFICII TUI
ET HOLOCAUSTUM TUUM PINGUE FIAT SEMP
DET TIBI SECUNDUM COR TUUM
ET OMNEM UOLUNTATEM TUAM
INPLEAT
LAUDABIMUS IN SALUTARI TUO
ET IN NOMINE DI NOSTRI DOCEMUS
CHOROS
INPLEAT DNS OMNES PETITIONES TUAS
NUNC SCIO QM SALUABIT DNS
XPM SUUM
EXAUDIET EUM DE CAELO SCO SUO
IN FORTITUDINE SALUTIS DEXTERAE SUAE
HII IN CURRIB· ET HII IN EQUIS
NOS AUTEM NOMINIS DNI DI NOSTRI
RECORDABIMUR
IPSI INCURUATI SUNT ET CECIDERUNT
NOS AUTEM RESURREXIMUS
ET ERECTI SUMUS
DNE SALUA REGEM ET EXAUDI NOS IN DIE
QUA INUOCAUERIMUS TE
PSALMUS DAUID PROPHETA DE XPO
REGE DICIT AD PATREM

20 DNE IN FORTITUDINE TUA
LAETABITUR REX
IN SALUTARI TUO EXULTAUIT UEHEMENTER
DESIDERIUM CORDIS EIUS DEDISTI EI
ET UOLUNTATEM LABIORUM EIUS
NON FRAUDASTI EUM
QM PRAEUENISTI EUM IN BENEDIC
TIONIB· BONITATIS
PONES IN CAPITE EIUS CORONAM
DE LAPIDE PRETIOSO
UITAM PETIIT TE ET DEDISTI EI
LONGITUDINEM DIERUM IN SAECU
LUM ET IN AETERNUM
MAGNA GLORIA EIUS IN SALUTARI TUO
GLORIAM ET DECOREM PONES
SUPER EUM
PONES ENIM EUM BENEDICTIONE

SEMPITERNAM
ET HILARABIS EUM LAETITIA
APUD UULTUM TUUM
QUIA REX CONFIDET IN DNO
ET IN MISERICORDIA EXCELSI
NON DECIPIETUR
INUENIET MANUS TUA OMNES
INIMICOS TUOS
DEXTERA TUA INUENIET ODIENTES TE
PONES EOS UT CLIBANUM IGNIS
IN TEMPORE UULTUS TUI
DNS IN FURORE SUO PRAECIPITABIT
EOS ET DEUORABIT EOS IGNIS
FRUCTUM EORUM DE TERRA PERDES
ET SEMEN EORUM DE FILIIS HOMINUM
QM INCLINAUERUNT SUPER TE MALUM
ET COGITAUERUNT SCELUS
QUOD NON POTUERUNT
QM PONES EOS HUMERUM
FUNES TUOS FIRMABIS CONTRA
FACIES EORUM
EXALTARE DNE IN FORTITUDINE TUA
CANTABIMUS ET PSALLIMUS
FORTITUDINES TUAS

IN FINEM PRO ADSUMPTIONE MATUTINA
UERBA XPI CUM PATIRETUR

DS DS MEUS QUARE DERELIQUISTI ME
LONGE A SALUTE MEA
UERBA RUGITUS MEI
DS MEUS CLAMABO PER DIEM
ET NON EXAUDIES
ET NOCTE NEC EST SILENTIUM MIHI
ET TU SCE HABITATOR LAUS ISRAHEL
IN TE CONFISI SUNT PATRES NOSTRI
CONFISI SUNT ET SALUASTI EOS
AD TE CLAMAUERUNT ET SALUI FACTI SUNT
IN TE CONFISI SUNT ET NON SUNT
CONFUSI
EGO AUTEM SUM UERMIS ET NON HOMO
OBPROBRIUM HOMINUM
ET DISPECTIO PLEBIS
OMNES UIDENTES ME SUBSANNABUNT ME
DIMITTUNT LABIUM MOUENT CAPUT
CONFIDE TAD DNM SALUET EUM
LIBERET EUM QM UULT EUM
TU AUTEM PROPUGNATOR MEUS
EX UTERO
FIDUCIA MEA AB UBERIB MATRIS MEAE
IN TE PROIECTUS SUM EX UULUA
DE UENTRE MATRIS MEAE DS MEUS ES TU
NE LONGE FACIAS A ME QM TRIBULATIO
PROXIMA EST QM NON EST ADIUTOR
CIRCUMDEDERUNT ME UITULI MULTI
TAURI PINGUES UALLAUERUNT ME
APERUERUNT SUPER ME OS SUUM
QUASI LEO CAPIENS ET RUGIENS
SICUT AQUA EFFUSUS SUM ET SEPERA
TA OMNIA OSSA MEA SUNT
FACTUM EST COR MEUM SICUT CERA
LIQ FACTA IN MEDIO UENTRIS MEI
ARUIT UELUT TESTA FORTITUDO MEA
ET LINGUA MEA ADHESIT PALATO MEO
ET IN PULUEREM MORTIS
DETRAXISTI ME
CIRCUMDEDERUNT ME UENATORES
CONSILIUM PESSIMORUM UALLAUIT ME
UINXERUNT MANUS MEAS
ET PEDES MEOS
NUMERABO OMNIA OSSA MEA
QUAE ESTIPSI RESPICIENTES
UIDERUNT IN ME
DIUISERUNT UESTIMENTA MEA SIBI
ET SUPER UESTIMENTUM MEUM
MISERUNT SORTEM
TU AUTEM DNE NE LONGE FACIAS
FORTITUDO MEA
IN AUXILIUM MEUM FESTINA
ERUE A GLADIO ANIMAM MEAM
DE MANU CANIS SOLITARIAM MEAM
SALUA ME EX ORE LEONIS
ET DE CORNIB UNICORNORUM EXAUDI ME
NARRABO NOMEN TUUM FRATRIB
MEIS
IN MEDIO ECCLESIAE LAUDABO TE
QUI TIMETIS DNM LAUDATE EUM
OMNE SEMEN IACOB GLORIFICATE EUM
ET METUITE EUM UNIUERSUM
SEMEN ISRAHEL

QM NON DISPEXIT NEQ· CONTEMPSIT
MODESTIAM PAUPERIS
ET NON ABSCONDIT FACIEM SUAM AB EO
ET CUM CLAMARET AD EUM EXAUDIUIT
APUD TE LAUS MEA IN ECCLESIA MULTA
UOTA MEA REDDAM IN CONSPECTU
TIMENTIUM EUM
COMEDENT MITES ET SATURABUNTUR
LAUDABUNT DNM QUAERENTES EUM
UIUET COR UESTRUM IN SEMPITERNŨ
RECORDABUNTUR ET CONUERTENTUR
AD DNM OMNES FINES TERRAE
ET ADORABUNT CORAM EO UNIUERSAE
COGITATIONES GENTIUM
QUIA DNI EST REGNUM ET DOMINA
BITUR GENTIBUS
COMEDERUNT ET ADORAUERUNT
OMNES PINGUES TERRAE
ANTE FACIEM EIUS CURBABUNT GENU
UNIUERSI QUI DISCENDUNT IN PULUERẼ
ET ANIMA EIUS IPSI UIUET
ET SEMEN SERUIET EI
NARRABUNT DNO IN GENERATIONE
UENIENT ET ADORABUNT IUSTITIÃ EIUS
POPULO QUI NASCETUR QUAS FECIT
PSALMUS DAUID UOX ECCLESIAE
POST BAPTISMUM
22 DNS PASCIT ME NIHIL MIHI DEERIT
IN PASCUIS HERBARUM ADCLINAUIT ME
SUPER AQUAS REFECTIONIS
ENUTRIUIT ME
ANIMAM MEAM REFECIT
DUXIT ME SUPER SEMITAS IUSTITIAE
PROPTER NOMEN SUUM
SED ET SI AMBULAUERO IN UALLE [illegible]
NON TIMEBO MALUM QM TU MECUM ES
UIRGA TUA ET BACULUS TUUS IPSA
CONSOLABUNTUR ME
PONES CORAM ME MENSAM EX
ADUERSO HOSTIUM MEORUM
IN PINGUASTI OLEO CAPUD MEUM
CALIX MEUS INEBRIANS
SED ET BENIGNITAS ET MISERICOR
DIA SUBSEQUITUR ME

OMNIBUS DIEBUS UITAE MEAE
ET HABITABO IN DOMO DNI
IN LONGITUDINE DIERUM
PSALMUS PRIMA SABBATI
CONFIRMATIO POPULI CREDENTIS
PORTAE QUAS DICIT PECCATA UEL
INFERNI UOX XPI DILIGENTIB· SE
23 DNI EST TERRA ET PLENITUDO EIUS
ORBIS ET HABITATORES EIUS
QUIA IPSE SUPER MARIA FUNDAUIT EŨ
ET SUPER FLUMINA STABILIUIT ILLŨ
QUIS ASCENDET IN MONTEM DNI
ET QUIS STABIT IN LOCO SCO EIUS
INNOCENS MANIB· ET MUNDO CORDE
QUI NON EXALTAUIT FRUSTRA
ANIMAM SUAM
ET NON IURAUIT DOLOSE
ACCIPIET BENEDICTIONEM A DNO
ET MISERICORDIAM A DO SALUTARI SUO
HAEC EST GENERATIO QUAERENTIŨ EŨ
QUAERENTIUM FACIEM IACOB SEMPER
LEUATE PORTAE CAPITA UESTRA
ET ELEUAMINI IANUAE SEMPITERNAE
ET INGREDIATUR REX GLORIAE
QUIS EST ISTE REX GLORIAE
DNS FORTIS ET POTENS DNS
FORTIS IN PROELIO
LEUATE PORTAE CAPITA UESTRA
ET EREGITE IANUAE SEMPITERNAE
ET INGREDIATUR REX GLORIAE
QUIS EST ISTE REX GLORIAE
DNS EXERCITUUM IPSE EST REX GLORIAE SEMP
PSALMUS DAUID CANTICUM
24 AD TE DNE ANIMAM MEAM LEUABO
DS MEUS IN TE CONFISUS SUM
NE CONFUNDAR
NE LAETENTUR INIMICI MEI
SED UNIUERSI QUI SPERANT IN TE
NON CONFUNDANTUR
CONFUNDANTUR QUI INIQUA GERUNT
FRUSTRA
UIAS TUAS DNE OSTENDE MIHI
SEMITAS TUAS DOCE ME
DEDUC ME IN UERITATE TUA

ET DOCE ME QUIA TU ES D͞S SALUATOR MEUS
TE EXSPECTAUI TOTA DIE
RECORDARE MISERATIONUM TUARŪ
D͞NE
ET MISERICORDIARUM TUARUM
QUAE EX SEMPITERNO SUNT
PECCATORUM ADULESCENTIAE MEAE
ET SCELERUM MEORUM
NE MEMINERIS
SECUNDUM MISERICORDIAM TUAM
RECORDARE MEI
PROPTER BONITATEM TUAM D͞NE
BONUS ET RECTUS D͞NS
PROPTEREA DOCEBIT PECCATORES
IN UIA
DEDUCET MANSUETOS IN IUDICIO
ET DOCEBIT MODESTOS UIAS SUAS
OMNES SEMITAE D͞NI MISERICOR
DIA ET UERITAS
HIS QUI CUSTODIUNT PACTUM EIUS
ET TESTIFICATIONES EIUS
PROPTER NOMEN TUUM PROPITIARE
INIQUITATIS MEAE Q͞M GRANDIS EST
QUIS EST ISTE UIR TIMENS D͞NM
QUEM DOCEBIT IN UIA QUAM ELEGIT
ANIMA EIUS IN BONO COMMORABIT͞UR
ET SEMEN EIUS HEREDITABIT TERRĀ
SECRETUM D͞NI TIMENTIB· EUM
ET PACTUM SUUM OSTENDET EIS
OCULI MEI SEMPER AD D͞NM
QUIA IPSE EDUCET DE RETE
PEDES MEOS
RESPICE IN ME ET MISERERE MEI
Q͞M SOLUS ET PAUPER SUM EGO
TRIBULATIONES CORDIS MEI
MULTIPLICATAE SUNT
DE ANGUSTIIS MEIS EDUC ME
UIDE HUMILITATEM MEAM ET LABO
REM MEUM ET PORTA OMNIA
PECCATA MEA
UIDE INIMICOS MEOS QUIA MULTI
PLICATI SUNT
ET ODIO INIQUO ODERUNT ME
CUSTODI ANIMAM MEAM ET LIBERA ME

NON CONFUNDAR QUIA SPERAUI IN TE
SEMPLICITAS ET AEQUITAS SERUABUNT
ME QUIA EXSPECTAUI TE
REDEME D͞S ISRAHEL EX OMNIB·
ANGUSTIIS SUIS

PSALMUS D͞D PROPHETA DE SE TESTATUR

IUDICA ME D͞S Q͞M EGO IN SEMPLICITATE
MEA AMBULAUI
ET IN D͞NO CONFIDENS NON DEFICIAM
PROBA ME D͞NE ET TEMPTA ME
URE RENES MEOS ET COR MEUM
QUIA MISERICORDIA TUA IN CONSPECTU
OCULORUM MEORUM EST
ET AMBULABO IN UERITATE TUA
NON SEDI CUM UIRIS UANITATIS
ET CUM SUPERBIS NON INGREDIAR
ODIUI ECCLESIAM PESSIMORUM
ET CUM INIQUIS NON SEDEBO
LAUABO IN INNOCENTIA MANUS MEAS
ET CIRCUIBO ALTARE TUUM D͞NE
UT CLARA UOCE PRAEDICEM LAUDEM
ET NARREM OMNIA MIRABILIA TUA
D͞NE DILEXI HABITACULUM DOMUS TUAE
ET LOCUM TABERNACULI GLORIAE TUAE
NE AUFERAS CUM PECCATORIB· ANIMĀ MEĀ
CUM UIRIS SANGUINUM UITAM MEAM
IN QUORUM MANIB· SCELUS EST
ET DEXTERA EORUM REPLETA EST
MUNERIBUS
EGO AUTEM SEMPLICITATE MEA INGREDIAR
REDEME ME ET MISERERE MEI
PES MEUS STETIT IN RECTO
IN ECCLESIIS BENEDICAM D͞NO

PSALMUS DAUID PRIUSQUAM UNGERE
TUR A DEOS QUI PRIMUM INGREDIUNTUR
IN DOMINICUM LEGENDUS AD LECTIONĒ ISAIAE
PROFETAE ECCE QUI SERUIBI BONA MAN

D͞NS LUX MEA ET SALUTARE MEUM
QUEM TIMEBO DUCABUNT
D͞NS FORTITUDO UITAE MEAE
QUEM FORMIDABO
CUM ADPROPINQUARENT MIHI MALIGNI
UT COMEDERENT CARNEM MEAM
HOSTES MEI ET INIMICI MEI IPSI

inpigerunt et ceciderunt
si steterint adversus me castra
non timebit cor meum
si surrexerit contra bellum
in hoc ego confidam
unam petii a dn̄o hoc requiram
ut habitem in domo dn̄i omnib·
diebus vitae meae
ut videam pulchritudinem dn̄i
et adtendam templum eius· abscondit enim me in umbra sua in die pessima
abscondit enim me in secreto
tabernaculi sui
in petra exaltavit me
nunc quoq· exaltavit caput meum
super inimicos meos qui sunt
in circuitu meo
et immolabo in tabernaculo eius
hostias iubili
cantabo et psallam dn̄o
audi dn̄e vocem meam invocantis
miserere mei exaudi me
tibi dixit cor meum quaesivit
vultus meus
faciem tuam dn̄e et requiram
ne abscondas faciem tuam a me
ne declines in furore tuo a servo tuo
auxilium meum fuisti
ne derelinquas me
et ne dimittas me d̄s salvator meus
pater enim meus et mater mea
dereliquerunt me
dn̄s autem collexit me
ostende mihi dn̄e viam tuam
et deduc me in semita recta
propter insidiatores meos
ne tradas me dn̄e animae
tribulantium me
q̄m surrexerunt contra me testes
falsi et apertum mendacium
ego autem credo quod videam
bona dn̄i in terra viventium
exspecta dn̄m et roboretur
cor tuum et sustine dn̄m
huic d̄d psl· legendus ad lectionem
danihelis prophetae de iudeis xp̄o dicent
27 Ad te clamabo fortis meus
ne obsurdescas mihi
ne forte tacente te mihi con
parer his qui discendunt in lacū
audi dn̄e deprecationem meam
cum clamavero ad te
cum levavero manus meas
ad oraculum scm̄ tuum
ne tradas me cum impiis
et cum operantib· iniquitatem
qui loquuntur pacem amicis meis
et est malum in corde eorum
da eis secundum opus suum
et secundum malum
ad inventionum suarum
iuxta opus manuum suarum da eis
redde retributionem suam illis
q̄m non intellegunt opera dn̄i
et opus manuum eius
distrues eos et non aedificabis
benedictus dn̄s quia audivit
vocem deprecationis meae
dn̄s fortitudo mea et scutum meū
in ipso confisum est cor meum
et habeo adiutorium
gavisum est cor meum
et in cantico meo confitebor illi
dn̄s fortitudo mea et robur
salutarium xp̄i sui est
salva popul um tuum et benedic
hereditati tuae
et pasce eos et sublevа eos
usque in sempiternum
psl· d̄d in consummatione tabernaculi·
ad superpo sitionem diei sabbati pasce
postquam consummata est ecclesia
28 Adferte dn̄o filios arietum xp̄i
adferte dn̄o gloriam et imperiū
adferte dn̄o gloriam nomini eius
adorate dn̄m in decore sc̄o
vox dn̄i super aquas
d̄s gloriae intonuit
dn̄s super aquas multas

UOX DNI IN FORTITUDINE
UOX DNI IN DECORE
UOX DNI CONFRINGENTIS CEDROS
ET CONFRINGET DNS CEDROS LIBANI
ET DISPERGET EAS QUASI UITULUS LIBANI
ET SARION QUASI FILIUS RENOCEROTIS
UOX DNI DIUIDENS FLAMMAS IGNIS
UOX DNI PARTURIRE FACIENS
DESERTUM CADES
UOX DNI OBSTETRICANS CERUIS
ET REUELANS SALTUS
ET IN TEMPLO EIUS OMNIS
LOQUETUR GLORIA
DNS DILUUIUM INHABITAT
ET SEDEBIT DNS REX IN AETERNUM
DNS FORTITUDINEM POPULO SUO
DABIT
DNS BENEDICET POPULO SUO IN PACE
PSL CANTICI DD AD EDIFICATIONEM DOMUS
DD PROPHETA AD PATREM ET AD FILIUM DICIT
DE PASS XPI FUTURA ECCLESIA ORAT CUM
EXALTABO TE DNE QM SALUASTI ME LAUDE
ET NON DELECTASTI INIMICOS
MEOS SUPER ME
DNE DS MEUS CLAMAUI AD TE ET SANASTI ME
DNE EDUXISTI EX INFERNO ANIMAM MEAM
UIUIFICASTI ME NE DISCENDEREM
IN LACUM
CANTATE DNO SCI EIUS
ET CONFITEMINI MEMORIAE
SCITATIS EIUS
QM AD MOMENTUM EST IRA EIUS
ET UITA IN REPROPITIATIONE EIUS
AD UESPERUM COMMORABITUR
FLETUS ET IN MATUTINO LAUS
EGO AUTEM DIXI IN ABUNDANTIA MEA
NON COMMOUEBOR IN SEMPITERNUM
DNE IN UOLUNTATE TUA POSUISTI
MONTI MEO FORTITUDINEM
ABSCONDISTI FACIEM TUAM A ME
ET FACTUS SUM CONTURBATUS
AD DNM CLAMABO ET DNM DEPRECABOR
QUAE UTILITAS IN SANGUINE MEO
CUM DISCENDERO IN CORRUPTIONEM
NUMQUID CONFITEBITUR PULUIS
AUT ADNUNTIABIT UERITATEM TUAM
AUDI DNE ET MISERERE MEI
DNE ESTO ADIUTOR
CONUERTISTI PLANCTUM MEUM
IN CHORUM MIHI
SOLUISTI SACCUM MEUM ET ACCINXISTI
ME LAETITIA
UT LAUDET TE GLORIA ET NON TACEAT
DNE DS MEUS IN SEMPITERNUM
CONFITEBOR TIBI
IN FINEM PSALMUS DAUID HUIC FIDEI
CONFESSIO CREDENTIUM DM HUIC DAUID
UOX XPI DE IN PASSIONE DE IUDEIS DICIT
30 IN TE DNE SPERAUI NON CONFUNDAR
IN AETERNUM
IN TUA IUSTITIA SALUA ME
INCLINA AUREM TUAM UELOCITER
LIBERA ME
ESTO MIHI IN LAPIDEM FORTISSIMUM
ET IN DOMUM MUNITAM UT SALUES ME
QUIA PETRA MEA ET MUNITIO MEA ES
ET PROPTER NOMEN TUUM DUX
MEUS ERIS ET ENUTRIES ME
EDUCES ME DE RETE QUOD ABSCON
DERUNT MIHI
QUIA TU FORTITUDO MEA ES
IN MANU TUA COMMENDABO SPM MEUM
REDEMISTI ME DNE DS UERITATIS
ODISTI CUSTODIENTES UANITATES
FRUSTRA
EGO AUTEM IN DNO CONFISUS SUM
EXULTABO ET LAETABOR IN MISERI
CORDIA TUA
QUIA UIDISTI ADFLICTIONEM MEAM
COGNOUISTI TRIBULATIONES ANIMAE MEAE
ET NON CONCLUSISTI ME IN MANIB· INIMICI
POSUISTI IN LATITUDINE PEDES MEOS
MISERERE MEI QM TRIBULOR
CALIGAUIT IN FURORE OCULUS MEUS
ANIMA MEA ET UENTER MEUS
QUIA CONSUMPTAE SUNT IN MERORE
UITA MEA ET ANNI MEI IN GEMITU
INFIRMATA EST IN INIQUITATE

FORTITUDOMEA
ETOSSAMEACONTABUERUNT
APUDOMNESHOSTESMEOS·
FACTUSSUMOBPROBRIUM
ETUICINISNIMISMEISETTIMOR
NOTISMEIS
QUIUIDEBANTMEINPLATEIS
FUGIEBANTME
OBLIUIONITRADITUSSUMQUASI
MORTUUSACORDE
FACTUSSUMQUASIUASPERDITUM
AUDIUIENIMOBPROBRIUMMULTORŨ
CONGREGATIONEMINCIRCUITU
CUMINIRENTCONSILIUMADUERSUMME
ETUTAUFERRENTANIMAMMEAM
EGOAUTEMINTESPERAUIDÑEDS
MEUSESTUINMANUTUA
TEMPORAMEA
LIBERAMEDEMANUINIMICORUM
MEORUMETPERSEQUENTIUMME
OSTENDEFACIEMTUAMSUPER
SERUUMTUUM
SALUAMEINMISERICORDIATUA
DÑENECONFUNDARQUIAINUOCAUITE
CONFUNDANTURIMPIITACEANTININ
FERNOMUTAFIANTLABIAMENDACII
QUAELOQUUNTURCONTRAIUSTUM
UETERAINSUPERBIAETDISPECTIONE
QUAMMULTAESTBONITASQUAM
ABSCONDISTITIMENTIB·TE
OPERATUSESSPERANTIB·INTEINCON
SPECTUFILIORUMHOMINUM
ABSCONDESEOSINPROTECTIONE
UULTUSTUIADURITIAUIRI
ABSCONDESEOSINUMBRAACONTRA
DICTIONELINGUARUM
BENEDICTUSDÑSQUIMIRABILEM
FECITMISERICORDIAMSUAMMIHI
INCIUITATEMUNITA
EGOAUTEMDIXIINSTUPOREMEO
PROIECTUSSUMDECONSPECTU
OCULORUMEIUS
ERGONEAUDISTIUOCEMDEPRECA
TIONISMEAECUMCLAMAREMADTE

DILIGITEDÑMOMNESSCIEIUS
FIDELESSERUATDÑS
ETRETRIBUETHISQUISATIS
OPERANTURSUPERBIAM
CONFORTAMINIETROBORETUR
CORUESTRUMOMNES
QUIEXSPECTATISDÑM TEXTUM
HUCDAUIDPOSTBAPTISMUM[illegible]PENE
31 BEATUSCUIDIMISSAESTINIQUITAS
ETABSCONDITUMESTPECCATUM
BEATUSHOMOCUINONIMPUTABIT
DÑSINIQUITATEM
NECESTINSPŨEIUSDOLUS
QUIATACUIATTRITASUNTOSSAMEA
INRUGITUMEOTOTADIE
DIEENIMETNOCTEGRAUATUR
SUPERMEMANUSTUA
UERSATUSSUMINMISERIAMEACUM
EXARDESCERETMESSISIUGITER
PECCATUMMEUMNOTUMFACIOTIBI
ETINIQUITATEMMEÃNONABSCONDO
DIXICONFITEBORSCELUSMEUMDÑO
ETTUDIMISISTIINIQUITATEM
PECCATIMEI
PROHOCORATOMNISSCS
ADTEMPUSINUENIENS
UTCUMINUNDAUERINTAQUAEMULTAE
ADILLUMNONACCEDANT
TUESPROTECTIOMEAABHOSTE
CUSTODIESME
LAUSMEASALUANSCIRCUMDABISMESEMP̄
DOCEBOTEETMONSTRABOTIBI
UIAMPERAMBULESQUAM
COGITABODETEOCULOMEO
NOLITEFIERISICUTEQUUSETMULUS
INQUIB·NONESTINTELLEGENTIA
INCAMOETFRENOMAXILLASEORUM
CONSTRINGEQUINONACCEDUNTADTE
MULTIDOLORESIMPII
CONFIDENTEMAUTEMINDÑO
MISERICORDIACIRCUMDABIT
LAETAMINIINDÑOETEXULTATE
IUSTIETLAUDATEEUM
OMNESRECTI

PSALMUSDDPROFETACUMLAUDE
DIPOPULUMHORTATUR

32 LAUDATEIUSTIDNMRECTOSDECET
LAUDATIO
CONFITEMINIDNOINCITHARA
INPSALTERIODECACHORDOCANTATEEI
CANTATEEICANTICUMNOUUM
DILIGENTERPSALLITEINIUBILO
QUIARECTUMESTUERBUMDNI
ETOMNEOPUSEIUSINFIDE
DILEGITIUSTITIAMETIUDICIUM
MISERICORDIAPLENAESTTERRA
UERBODNICAELIFIRMATISUNT
ETSPUORISEIUSOMNISORNATUSEORU
CONGREGANSQUASIINUTREAQUASMARIS
PONENSINTHESAURISABYSSOS
TIMEATDNMOMNISTERRA
IPSUMFORMIDENTUNIUERSI
HABITATORESORBIS
QUIAMANDAUITETFACTUSEST
IPSOPRAECIPIENTESTETIT
DNSDISSOLUITCONSILIAGENTIUM
INRITASFECITCOGITATIONESPOPULORU
CONSILIUMDNIINAETERNUMSTABIT
COGITATIONESCORDISEIUSINGENE
RATIONEETGENERATIONE
BEATAGENSCUIUSDNSDSEIUS
POPULUSQUEMELEGITINHEREDITATEMSIBI
DECAELORESPEXITDNSUIDIT
OMNESFILIOSADAM
DEFIRMISSIMOSOLIOSUOPROSPEXIT
UNIUERSOSHABITATORESTERRAE
FICENSPARITERCOREORUM
INTELLEGENSOMNIAOPERAEORUM
NONSALUATURREXINMULTITU
DINEEXERCITUS
NECFORTISLIBERABITURIN
MULTITUDINEUIRTUTIS
FALLAXEQUUSADSALUTEM
ETINMULTITUDINEROBORISSUI
NONSALUABIT
ECCEOCULIDNISUPERTIMENTESEUM
EXSPECTANTESMISERICORDIAMEIUS
UTERUATDEMORTEANIMASEORUM

ETUIUIFICETEOSINFAME
ANIMANOSTRAEXSPECTAUITDNM
AUXILIUMNOSTRUMETCLYPEUS
NOSTEREST
INIPSOENIMLAETABITURCORNOSTRUM
QUIAINNOMINESCOEIUSSPERAUIMUS
FIATMISERICORDIATUADNESUPER
NOSSICUTEXSPECTAUIMUSINTE

DAUIDCOMMUTAUITUULTUMSUUM
CORAMABIMELECHDIMISITEUM
ETABIITUOXFIDEIPERIEIUNIUM

33 BENEDICAMDNOINOMNITEMPORE
SEMPERLAUSEIUSINOREMEO
INDNOLAUDABITURANIMAMEA
AUDIENTMITESETLAETENTUR
MAGNIFICATEDNMMECUMETEXAL
TEMUSNOMENEIUSPARITER
QUAESIUIDNMETEXAUDIUITME
ETDEOMNIBANGUSTIISMEISLIBERAUITME
RESPICITEADEUMETCONFLUITE
ETUULTUSUESTRINONCONFUNDENTUR
HICPAUPERCLAMAUITETDNSEXAUDIUIT
DEOMNIB·TRIBULATIONIB·SALUABITEUM
CIRCUMDATANGELUSDNIINGYRO
TIMENTESEUMETERUETEOS
GUSTATEETUIDETEQMBONUSDNS
BEATUSUIRQUISPERATINEO
TIMETEDNMSCIEIUS
QMNONESTINOPIATIMENTIB·EUM
LEONESINDIGUERUNTETESURIERUNT
QUAERENTIB·AUTEMDNMNONDE
ERITOMNEBONUM SEMPER
UENITEFILIIAUDITEMETIMOREM
DNIDOCEBOUOS
QUISESTUIRQUIUELITUITAM
DILEGENSDIESUIDEREBONOS
CUSTODILINGUAMTUAMAMALO
ETLABIATUANELOQUANTURDOLUM
RECEDEAMALOETFACBONUM
QUAEREPACEMETPERSEQUEREEAM
OCULIDNIADIUSTOS
ETAURESEIUSADCLAMORESEORUM
UULTUSDNISUPERFACIENTESMALA
UTPERDATDETERRAMEMORIAMEORUM

CLAMAUERUNT ET DÑS EXAUDIUIT
ET EX OMNIB· TRIBULATIONIB· EORUM
LIBERAUIT EOS
IUXTA EST DÑS CONTRITIS CORDE
ET CONFRACTOS SPU SALUABIT
MULTAE TRIBULATIONES IUSTI
ET EX OMNIB· ILLIS LIBERABIT EUM DÑS
CUSTODIT OMNIA OSSA EIUS
UNUM EX EIS NON CONFRINGETUR
INTERFICIET IMPIUM MALITIA
ET ODIENTES IUSTUM SUPERABUNTUR
REDIMET DÑS ANIMAS SERUORUM SUORU̅
ET NON PECCABUNT OMNES
SPERANTES IN EO DICIT
HUIC DD UOX XPI IN PASSIONE DE IUDEIS
34 IUDICA DÑE ADUERSARIOS MEOS
PUGNA CONTRA PUGNANTES ME
ADPREHENDE SCUTUM ET HASTAM
ET CONSURGE IN AUXILIUM MEUM
EUAGINA GLADIUM ET PRAEOCCUPA
EX ADUERSO PERSEQUENTEM ME
DIC ANIMAE MEAE SALUS TUA EGO SUM
CONFUNDANTUR ET REUEREANTUR
QUI QUAERUNT ANIMAM MEAM
CONUERTANTUR RETRORSUM ET CON
FUNDANTUR QUI COGITANT MALA MIHI
FIANT SICUT PULUES ANTE FACIEM UENTI
ANGELUS DÑI INPELLAT
SIT UIA EORUM TENEBRAE ET LUBRICU̅
ET ANGELUS DÑI PERSEQUATUR EOS
QUIA FRUSTRA ABSCONDERUNT MIHI
INSIDIAS RE TIS SUI
SINE CAUSA FODERUNT ANIMAE MEAE
UENIAT EI CALAMITAS QUAM IGNORAT
ET RETE SUUM QUOD ABSCONDIT
CONPRAEHENDAT EUM
ET CADAT IN LAQUEUM
ANIMA AUTEM MEA EXULTAUIT IN DÑO
ET LAETABITUR IN SALUTE TUA
OMNIA OSSA MEA DICENT DÑE
QUIS SIMILIS TUI
ERUENS INOPEM A UALIDIORE
ET PAUPEREM ET MENDICUM A UIOLENTO
SURGENTES TESTES INIQUI

QUAE NESCIEBAM INTERROGABANT ME
REDDEBANT MIHI MALA PRO BONO
STERILITATEM ANIMAE MEAE
EGO AUTEM CUM INFIRMARER
A BEIS INDUEBAR CILICIO
HUMILIABAM IN IEIUNIO ANIMAM MEA̅
ET ORATIO MEA AD SINUM MEUM REUERTETUR
QUASI AD AMICUM QUASI AD FRATREM
MEUM SIC AMBULABAM
QUASI LUGENS MATER TRISTIS INCURUABAR
ET IN FIRMITATE MEA LAETABANTUR
ET CONGREGABANTUR
COLLECTI SUNT ADUERSUM ME
PERCUTIENTES ET NESCIEBAM
SCIDENTES ET NON TACENTES
IN SIMULATIONE UERBORUM FICTORU̅
FRENDEBANT CONTRA ME DENTIB· SUIS
DÑE QUANTA ASPICIES CONUERTE ANIMA̅
MEAM A CALAMITATIB· SUIS
A LEONIB· SOLITARIAM MEAM
CONFITEBOR TIBI IN ECCLESIA GRANDI
IN POPULO FORTI LAUDABO TE
NON LAETENTUR SUPER ME
INIMICI MEI MENDACES
ODIENTES ME FRUSTRA CONIUENTES OCUL
NON ENIM PACEM LOQUUNTUR
SED IN RAPINA TERRAE UERBA
FRAUDULENTIA CONCINNANT
ET DILATAUERUNT SUPER ME OS SUUM
DIXERUNT UAH UAH UIDIT OCULUS NOSTER
UIDISTI DÑE NE TACEAS DÑE
NE ELONGERIS A ME
CONSURGE ET UIGILA IN IUDICIUM MEU̅
DS MEUS ET DÑS MEUS IN CAUSA̅ MEA̅
IUDICA ME SECUNDUM IUSTITIAM
MEAM DÑE DS MEUS
ET NE INSULTENT MIHI
NE DICANT IN CORDE SUO UAH UAH
ANIMAE NOSTRAE
NEC DICANT OBSORBUIMUS EUM
CONFUNDANTUR ET REUEREANTUR PARITER
QUI LAETANTUR IN ADFLICTIONE MEA
INDUANTUR CONFU· SIONE ET UERECUNDIA
QUI MAGNIFICANTUR SUPER ME

LAUDENT ET LAETENTUR QUI UOLUNT
IUSTITIAM MEAM
ET DICANT SEMPER MAGNIFICETUR
DÑS QUI UOLUNT PACEM SERUI SUI
ET LINGUA MEA MEDITABITUR IUSTITIAM
TUAM TOTA DIE LAUDEM TUAM

IN FINEM SERUO DÑI DAUID PROPHETA
CUM LAUDE OPERA IPSIUS IUDAE DICIT

35 DIXIT SCELUS IMPII IN MEDIO CORDIS EIUS
NON ESSE TIMOREM DĪ ANTE OCULOS EIUS
QUIA DOLOSE EGIT ADUERSUM EUM
IN OCULIS SUIS
UT INUENIRET INIQUITATEM EIUS
AD ODIENDUM
UERBA ORIS INIQUITAS ET DOLUS
CESSAUIT COGITARE BENEFACERE
INIQUITATEM COGITAT IN CUBILI SUO
STABIT IN UIA NON BONA
MALUM NON ABICIET
DÑE IN CAELO MISERICORDIA TUA
FIDES TUA USQ· AD NUBES
IUSTITIA TUA QUASI MONTES DÑI
IUDICIUM TUUM ABYSSUS MULTA
HOMINES ET IUMENTA SALUOS FACIES DÑE
QUAM PRETIOSA EST MISERICORDIA
TUA DÑE
ET FILII ADAM IN UMBRA ALARUM
TUARUM SPERABUNT
INEBRIABUNTUR DE PINGUIDINE DOMUS TUAE
ET TORRENTE DILICIARUM TUARUM
POTABIS EOS
QM̄ TECUM EST FONS UITAE
IN LUMINE TUO UIDEBIMUS LUMEN
ADTRAHE MISERICORDIAM TUAM
SCIENTIBUS TE
ET IUSTITIAM TUAM RECTIS CORDE
NE UENIAT MIHI PES SUPERBIAE
ET MANUS IMPIORUM NE ME COMMOUEAT
IBI CECIDERUNT OPERANTES INIQUITATĒ
EXPULSI SUNT ET NON POTUERUNT
SURGERE IPSI DD HAIC ORTATUR
OMNES ADMONSTRANS SALUTEM
ECCLESIAE CREDENTEM MONET
AD FIDEI FIRMAMENTUM

ALEPH 36 NOLI CONTENDERE CUM MALIGNIS
NEQ· EMULAUERIS FACIENTES INIQUITATĒ
BETH QM̄ SICUT HERBA UELOCITER CONTERENTUR
ET SICUT HOLUS UIRIDE MARCISCENT
GIMEL SPERA IN DÑO ET FAC BONUM
PEREGRINARE IN TERRA ET PASCERE FIDE
DILETH DILECTARE IN DÑO ET DABIT TIBI
PETITIONES CORDIS TUI
GIMEL UOLUE SUPER DÑM UIAM TUAM
ET CONFIDE IN EO ET IPSE FACIET
ET EDUCET SICUT LUMEN IUSTITIAM TUAM
DELET ET IUDICIUM TUUM SICUT MERIDIEM
TACE DÑO EXSPECTA EUM
NOLI CONTENDERE ADUERSUM EUM
QUI PROFICIT IN UIA SUA
HE ADUERSUM UIRUM QUI FACIT QUAE COGITAT
DEMITTE IRAM ET RELINQ· FUROREM
NOLI CONTENDERE UT MALEFACIES
QM̄ QUI MALEFACIUNT INTERIBUNT
EXSPECTANTES AUTEM DÑM IPSI
HEREDITABUNT TERRAM
UAU ADHUC ENIM MODICUM ET NON ERIT IMPIUS
ET COGITABIS DE LOCO EIUS ET NON SUBSISTET
MITES AUTEM HEREDITABUNT TERRAM
ET DILECTABUNTUR IN MULTITUDINE PACIS
ZAI COGITAT IMPIUS DE IUSTO
ET FRENDET ADUERSUM EUM DENTIBUS SUIS
DÑS DIRIDEBIT EUM UIDENS QUOD
UENIET DIES EIUS
GLADIUM EUAGINAUERUNT IMPII
TENDERUNT ARCUM SUUM
UT PERCUTIANT EGENUM ET PAUPEREM
ET INTERFICIANT RECTOS CORDE IN UIA
GLADIUS EORUM INGREDIATUR IN COR EORŪ
ET ARCUS EORUM CONFRINGANTUR
TETH MELIUS EST PARUUM IUSTO QUAM
DIUITIAE PECCATORUM MULTAE
QM̄ BRACHIA PECCATORUM CONFRINGENTUR
IOTH SUBLEUAT AUTEM IUSTOS DÑS
NOUIT DIES INMACULATORUM DÑS
ET HEREDITAS EORUM AETERNA ERIT
NON CONFUNDENTUR IN TEMPORE MALO
ET IN DIEB· FAMIS SATURABUNTUR
COPH QUIA IMPII PERIBUNT ET INIMICI DÑI

GLORIANTESUTMONOCEROTES
CONSUMENTUR
SICUTFUMUSCONSUMITUR
lameth FAENUSACCIPITIMPIUSETNONREDDIT
IUSTUSAUTEMDONATETTRIBUIT
QUIAQUIBENEDICTIIFUERINTABEO
HEREDITABUNTTERRAM
ETQUIMALEDICTIINTERIBUNT
mem ADÑOGRESSUSUIRIFIRMANTUR
ETUIAMEIUSUOLET
CUMCECIDERITNONALLIDETUR
QUIADÑSSUSTENTATMANUMEIUS
nun PUERFUISIQUIDEMSENUI
ETNONUIDIIUSTUMDERELICTUM
NEQ·SEMENEIUSQUAERENSPACEM
TOTADIEDONATETCOMMODAT
ETSEMENEIUSINBENEDICTIONE
sameth RECEDEAMALOETFACBONUM
ETINHABITAINSEMPITERNO
QUIADÑSDILEGITIUDICIUM
ETNONDERELINQUETSCOSSUOS
ain INAETERNUMCUSTODITISUNT
ETSEMENIMPIORUMPERIBIT
IUSTIHEREDITABUNTTERRAM
ETINHABITABUNTINSLMSLISUPEREAM
OSIUSTIMEDITABITURSAPIENTIAM
ETLINGUAEIUSLOQUETURIUDICIUM
fe LEXDĪEIUSINCORDEEIUSNON
DEFICIENTGRESSUSEIUS
sade CONSIDERATIMPIUSIUSTUM
ETQUAERITUTOCCIDATEUM
DÑSNONDERELINQUETEUMINMANUS
EIUS
ETNONCONDEMNABITEUMCUM
IUDICATUR
cof EXSPECTADÑMETCUSTODIUIAMEIUS
ETEXALTABITTEUTPOSSEDEASTERRĀ
CUMINTERIBUNTIMPIIUIDEBIS
res UIDIIMPIUMROBUSTUMETFORTIS
SIMUMSICUTINDIGENAMUIRENTĒ
ETTRANSIUIETECCENONERAT
ETQUAESIUIEUMETNONESTINUENTUS
sen CUSTODISIMPLICITATEM
ETUIDERECTUM

QUIAERITADEXTREMUMUIROPAX
INIQUIAUTEMDELEBUNTURPARITER
ETNOUISSIMUMIMPIORUMPERIBIT
SALUSIUSTORUMADÑO
FORTITUDOEORUMINTEMPORE
TRIBULATIONIS
ETAUXILIABITUREISDÑS
ETSALUABITEOSABIMPIISQUIA
SPERAUERAUERUNTINEO
PSL DD INREMEMORATIONEMDIEISABBATI hic
CONFESSIOINSAPIENTIAEUIRTUSADSALUTEM
37 DÑE NEINIRATUAARGUASME
NEQ·INFURORETUOCORRIPIASME
QUIASAGITTAETUAEINFIXAESUNTMIHI
ETTETIGITMEMANUSTUA
NONESTSANITASINCARNEMEA
AFACIEINDIGNATIONISTUAE
NONESTPAXOSSIBUSMEISAFACIE
PECCATIMEI
QUIAINIQUITATESMEAETRANSIERUNT
CAPUTMEUM
QUASIONUSGRAUEADGRAUATAE
SUNTSUPERME
CONPUTRUERUNTETTABUERUNT
CICATRICESAFACIEINSIPIENTIAEMEAE
ADFLICTUSSUMETINCURBATUSSUMNIMIS
TOTADIEMERENSAMBULABAM
QUIALUMBIMEIINPLETISUNTIGNOMINIA
ETNONESTSANITASINCARNEMEA
EUIGAUIETADFLICTUSSUMNIMIS
RUGIEBAMAGEMITUCORDISMEI
DÑEINCONSPECTUTUOOMNE
DESIDERIUMMEUM
ETGEMITUSMEUSATENONESTABSCONDITUS
CORMEUMFLUCTUABAT
DERELINQUITMEFORTITUDOMEA
ETLUXOCULORUMMEORUMETIAM
IPSANONESTMECUM
CARIMEIETAMICIMEIQUASICONTRA
LEPRAMMEAMSTETERUNT
ETUICINIMEILONGESTETERUNT
ETINRUGIEBANTQUAERENTESANIMAM
MEAMETINUESTIGANTESMALAMIHI
LOQUEBANTURINSIDIASETDOLOS

TOTADIEMEDITABANTUR
EGOAUTEMQUASISURDUSNONAUDIEBĀ
ETQUASIMUTUSNONAPERIEBAM
OSMEUM
ETERAMQUASIHOMONONAUDIENS
NECHABENSINORESUOREDARGUTIONES
TEENIMDÑEEXSPECTABAM
TUEXAUDIESDÑEDSMEUS
QUIADIXINEFORTEINSULTENTMIHI
ETCUMUACILLAUERINTPEDESMEI
SUPERMEMAGNIFICENTUR
QUIAEGOADPLAGASPARATUS
ETDOLORMEUSCONTRAMEESTSEMP̄
QUIAINIQUITATEMMEAMEGOADNUNTIO
SOLLICITUSEROPROPECCATOMEO
INIMICIAUTEMMEIUIUENTES
CONFORTATISUNT
ETMULTIPLICATISUNTODIENTES
MEMENDACITER
ETQUIREDDUNTMALUMPROBONO
ADUERSABANTURMIHI
QUIASEQUEBARBONUMNEDERELINQUASME
DÑEDSMEUSNEELONGERISAME
FESTINAINAUXILIUMMEUM
DÑEDSSALUTISMEAE

INFINEMPROIDITHUNPSL̄PROPHETA
INCREPATIUDEOSQUIDIUITIASHABENT
ETNESCIUNTCUIDIMITTUNT

38 DIXICUSTODIAMUIASMEAS
NEPECCEMINLINGUAMEA
CUSTODIAMOSMEUMSILENTIO
DONECESTIMPIUSCONTRAME
OBMUTUISILENTIOTACUIDEBONO
ETDOLORMEUSCONTURBATUSEST
INCALUITCORMEUMINMEDIOMEI
INMEDI TATIONEMEAINCENSUM
ESTIGNI
LOQUUTUSSUMINLINGUAMEA
OSTENDEMIHIDÑEFINEMMEUM
ETMENSURAMDIERUMMEORŪQUAESIT
UTSCIAMQUIDMIHIDEEST
ECCEBREBESPOSUISTIDIESMEOS
ETUITAMEAQUASINONSIT
INCONSPECTUTUO

OMNIAENIMUANITASOMNISHOMO
STANS SEMPER
TANTUMINIMAGINEAMBULATHOMO
TANTUMFRUSTRATURBATUR
CONGREGATETIGNORATCUIDIMITTATEA
NUNCERGOQUIDEXSPECTODÑE
PRAESTULATIOMEATUES
ABOMNIBUSINIQUITATIBUSMEISLIBERAME
OBPROBRIUMSTULTONEPONASME
OBMUTUINONAPERIAMOSMEUM
QUIATUFECISTI
TOLLEAMEPLAGASTUAS
ACONTENTIONEMANUSTUAE
EGOCONSUMPTUSSUM
ININCREPATIONIB·PROINIQUITATE
CORRIPUISTIUIRUM
ETPOSUISTIQUASITINEAM
DESIDERABILIAEIUS
UERUMTAMENUANITASOMNISHOMO SEMP̄
AUDIORATIONEMDÑEETCLAMORĒMEŪ
EXAUDIADLACRIMAMMEAM
NEOBSURDESCASQUIAADUENA
EGOSUMAPUDTE
ETPEREGRINUSSICUTOMNESPATRESMEI
PARCEMIHIUTRIDEAM
ANTEQUAMUADAMETNONSUBSISTAM

INFINEMPSL̄DDPATIENTIAPOPULIEST

39 EXSPECTANSEXSPECTAUIDÑM
ETINCLINATUSESTADME
ETAUDIUITCLAMOREMMEUM
ETEDUXITMEDELACUFAMOSO
ETDELUTOCAENI
ETSTATUITSUPERPETRAMPEDES
MEOSSTABILIUITGRESSUSMEOS
ETDEDITINOREMEOCANTICUM
NOUUMLAUDEMDŌNOSTRO
UIDEBUNTMULTIETTIMEBUNT
ETSPERABUNTINDÑO
BEATUSUIRQUIPOSUITDÑMCONFIDENTIĀ [illegible]
ETNONESTAUERSUSADSUPERBIAS
POMPASQ·MENDACII
MULTAFECISTITUDÑEDSMEUS
MIRABILIATUA
ETCOGITATIONESTUASPRONOBIS

NON INUENIO ORDINEM CORAM TE SI NAR-
RARE UOLUERO ET NUMERARE
PLURA SUNT QUAM UT NARRARI QUEANT
UICTIMA ET OBLATIONE NON INDIGES
AURES FODISTI MIHI HOLOCAUSTUM
ET PRO PECCATO NON PETISTI MIHI
TUNC DIXI ECCE UENIO
IN UOLUMINE LIBRI SCRIPTUM EST DE ME
UT FACEREM PLACITUM TIBI DS MEUS UOLUI
ET LEGEM TUAM IN MEDIO UENTRIS MEI
ADNUNTIAUI IUSTUM IN ECCLESIA MULTA
ECCE LABIA MEA NON PROHIBEBO
DÑE TU NOSTI
IUSTITIAM TUAM NON ABSCONDI
IN MEDIO CORDIS MEI
FIDEM TUAM ET SALUTARE TUUM DIXI
NON ABSCONDI MISERICORDIAM TUAM
ET UERITATEM TUAM IN ECCLESIA MULTA
TU DÑE NON PROHIBEBIS MISERICOR-
DIAS TUAS A ME
MISERICORDIA TUA ET UERITAS TUA
IUGITER SERUABUNT ME
CIRCUMDEDERUNT ENIM ME MALA
QUORUM NON EST NUMERUS
CONPREHENDERUNT ME INIQUITA-
TIS MEAE ET NON POTUI UIDERE
PLURES FACTAE SUNT QUAM
CAPILLI CAPITIS MEI
ET COR MEUM DERELIQUIT MIHI
CONPLACEAT TIBI UT LIBERES ME
DÑE AD ADIUUANDUM ME FESTINA
CONFUNDANTUR ET REUEREANTUR
SIMUL QUAERENTES ANIMAM MEAM
UT FERANT EAM
CONUERTANTUR RETRORSUM
ET CONFUNDANTUR QUI UOLUNT MALA MIHI
PEREANT POST CONFUSIONEM SUAM
QUI DICUNT MIHI UAH UAH
GAUDEANT ET LAETENTUR IN TE QUI QUAERUNT TE
DICANT IUGITER MAGNIFICETUR DÑS
QUI DILIGUNT SALUTARE TUUM
EGO AUTEM SUM EGENS ET PAUPER
DÑS SOLLICITUS ERIT PRO ME
AUXILIUM MEUM ET SALUTARE MEUM
TU ES DS MEUS NE MORERIS

PSALMUS DD LEGENDUS AD LECTIONEM
ESAIAE PROFETAE UOX XPI DE PASSIONE SUA
ET DE IUDA TRADITORE

40 BEATUS QUI COGITAT DE PAUPERE
IN DIE MALA LIBERABIT EUM DÑS
DÑS CUSTODIET EUM ET UIUIFICABIT EUM
ET BEATUS ERIT IN TERRA
ET NON TRADAT EUM ANIMAE
INIMICORUM SUORUM
DÑS CONFORTABIT EUM IN LECTO INFIRMITATIS
TOTUM STRATUM EIUS UERTISTI
IN EGROTATIONE SUA
EGO DIXI DÑE MISERERE MEI
SANA ANIMAM MEAM QUIA PECCAUI TIBI
INIMICI MEI LOQUENTUR MALUM MIHI
QUANDO MORIETUR ET PERIET NOMEN EIUS
ET SI UENERIT UT UISITET UANA LOQUETUR
COR EIUS CONGREGABIT INIQUITATEM SIBI
ET EGREDIENS FORAS DETRAHET
SIMUL ADUERSUM ME MURMURA-
BANT OMNES ODIENTES ME
CONTRA COGITABANT MALUM MIHI
UERBUM DIABULI INFUNDEBANT SIBI
QUI DORMIT NON ADDET UT RESURGAT
SED ET HOMO PACIFICUS MEUS
IN QUO HABUI FIDUCIAM
QUI MANDUCABAT PANEM MEUM LEUA-
UIT CONTRA ME PLANTAM
ET LEUA ME UT REDDAM EIS
IN HOC COGNOUI QUOD UELIS ME
QUIA NON INSULTABIT INIMICUS MEUS MIHI
EGO AUTEM IN SIMPLICITATE MEA
ADIUTUS SUM A TE
ET STATUES ME ANTE FACIEM TUAM
IN PERPETUUM
BENEDICTUS DÑS DS ISRL
A SAECULO ET USQ IN SAECULUM AMEN AMEN

IN FINEM INTELLECTUS FILIIS CHORE ANTE
BAPTISMUM UOX XPI EST

41 SICUT ARCOLA PRAEPARATA
AD INRIGATIONES AQUARUM
SIC ANIMA MEA PRAEPARATA EST AD TE DS
SITIUIT ANIMA MEA AD DM FORTEM UIUENTEM

QUANDOUENIAMETPAREBOANTEFACIĒDĪ
FUERUNTMIHILACRIMAEMEAEPANES
PERDIEMACNOCTEM
CUMDICERETURMIHITOTADIEUBIESTDSTUUS
HORUMRECORDATUSSUMETEFFUDI
INMEANIMAMMEAM
QUIAUENIAMADUMBRACULUM
TACEBOUSQ·ADDOMUMDĪ
INUOCELAUDISETCONFESSIONISMULTI
TUDINISFESTECELEBRANTIS
QUAREINCURUARISANIMAMEA
ETCONTURBASME
EXSPECTADNMQUIAADHUCCONFITEBOREI
SALUTARIB·UULTUSEIUS
DSMEUSINMEIPSOANIMAMEA
INCURBATUR
PROPTEREARECORDABORTUI
DETERRAIORDANISETHERMONUM
DEMONTEMINIMO
ABYSSUSABYSSUMUOCAT
INUOCECATARACTARUMTUARUM
OMNESCURGITESTUIETFLUCTUSTUI
SUPERMETRANSIERUNT
PERDIEMMANDAUITDNS
MISERICORDIAMSUAM
ETINNOCTECANTICUMEIUS
MECUMORATIODOUITAEMEAE
DICAMDOPETRAMEAQUAREOBLITUSESMEI
QUARETRISTISINCEDOADFLIGENTEINIMICO
CUMMEINTERFICERENTINOSSIB·MEIS
EXPROBRAUERUNTMIHIHOSTESMEI
DICENTESTOTADIEUBIESTDSTUUS
QUAREINCURBARISANIMAMEA
ETCONTURBASME
EXSPECTADNMQMADHUCCONFITEBOREI
SALUTIB·UULTUSMEIINDOMEO
PSALMUS DAUID ADEOSQUIFIDEM
CONSECUTISUNT
42 IUDICAMEDSETDISCERNECAUSAM
MEAMAGENTENONSCA
AUIROETINIQUODOLOSOSALUAME
TUENIMDSFORTITUDOMEA
QUAREPROIECISTIME
QUARETRISTISINCEDOADFLIGENTEINIMICO

MITTELUCEMTUAMETUERITATEMTUAM
IPSADUCENTMEETINTRODUCENT
INMONTEMSCMTUUMETIN
TABERNACULATUA
ETINTROIBOADALTARETUUM
ADDMLAETITIAEETEXULTATIONISMEAE
ETCONFITEBORTIBIINCYTHARADSDSMEUS
QUAREINCURBARISANIMAMEA
ETQUARECONTURBASME
EXSPECTADNMQMADHUCCONFITEBOREI
SALUTIB·UULTUSMEIETDOMEO
FILIISCHOREADINTELLECTUMHICEX
IMOLOGENSIMLEGENDUSADEPISTULAM
PAULIADROMANOS PROPHETA
ADDNMDEOPERIB· EIUSPENETENTIAM
GERENS PROPOPULO IUDAICO
43 DSAURIBUSNOSTRISAUDIUIMUS
PATRESNOSTRINARRAUERUNTNOBIS
OPUSQUODOPERATUSESINDIEBUS
EORUMINDIEB·ANTIQUIS
TUAMANUTUAGENTESDILISTIETPLANTASTIEOS
ADFLIXISTIPOPULOSETEMISTIEOS
NONENIMINGLADIOSUOPOSSEDERUNT
TERRAM
NEQ·BRACHIUMEORUMSALUABITEOS
SEDDEXTERATUAETBRACHIUMTUUM
ETLUXUULTUSTUI
QUIACONPLACUISTITIBITUESREXMEUSDS
PRAECIPUEPROSALUTIB·IACOB
INTEHOSTESNOSTROSUENTILABIMUS
INNOMINETUOCONCULCABIMUS
ADUERSARIOSNOSTROS
NONENIMINARCUMEOCONFIDAM
NEQ·GLADIUSMEUSSALUABITME
QUIASALUASTINOSDEHOSTIB·NOSTRIS
ETEOSQUIODERUNTNOSCONFUDISTI
INDNOGAUDEBIMUSTOTADIE
ETINNOMINETUOINAETERNUM
CONFITEBIMUR SEMPER
UERUMTUPROIECISTIETCONFUDISTINOS
ETNONEGREDIERISINEXERCITIB·NOSTRIS
UERTISTIITERGANOSTRAHOSTI
ETQUIODERUNTNOSDIRIPUERUNTNOS
DEDISTINOSQUASIGREGEMADUORANDUM

ET IN GENTIB· DISPERSISTI NOS
UENDIDISTI POPULUM TUUM SINE PRETIO
NEC GRANDIS FUIT COMMUTATIO EORUM
POSUISTI NOS OBPROBRIUM UICINIS
NOSTRIS
SUBSANNATIONEM ET INRISUM HIS
QUI IN CIRCUITU NOSTRO
POSUISTI NOS IN SIMILITUDINEM GENTIB·
COMMOTIONEM CAPITIS IN TRIBUB·
TOTA DIE CONFUSIO MEA CONTRA ME
ET IGNOMINIA FACIEI MEAE COOPERUIT
A UOCE EXPROBRANTIS ET BLASPHEMANTIS
A FACIE INIMICI ET ULTORIS
OMNIA HAEC UENERUNT SUPER NOS
ET OBLITI NON SUMUS TUI
NEC MENTITI FUIMUS IN CONSPECTU TUO
NON EST CONUERSUM RETRO COR NOSTRUM
NEC DECLINAUERUNT GRESSUS
NOSTRI A SEMITA TUA
QUIA DEIECISTI NOS IN LOCO DRACONUM
ET OPERUISTI NOS UMBRA MORTIS
SI OBLITI SUMUS NOMINIS DI NOSTRI
ET SI EXPANDIMUS MANUS NOSTRAS
AD DEUM ALIENUM
NUMQUID NON DS INUESTIGAUIT ISTUD
IPSE ENIM NOUIT COGITATIONES CORDIS
QUIA PROPTER TE MORTIFICATI SUMUS
TOTA DIE
REPUTATI SUMUS UT GREX OCCISIONIS
CONSURGE QUARE DORMITAS DNE
EUIGILA QUARE PROICIS NOS
IN SEMPITERNUM
QUARE FACIEM TUAM ABSCONDIS
OBLIUISCERIS ADFLICTIONES
ET ANGUSTIAS NOSTRAS
QUIA INCURUATA EST IN PULUERE
ANIMA NOSTRA
ADHESIT TERRAE UENTER NOSTER
SURGE AUXILIARE NOBIS ET REDIME
NOS PROPTER MISERICORDIAM TUAM
IN FINEM PRO HIS QUI COMMUTABUNTUR FILIIS
CHORAE AD INTELLECTUM CANTICI PRO DI
LECTO LEGENDUS AD EUANGELIUM MATHEI
DE REGINA AUSTRI PROPHETA

44 ERUCTAUIT COR MEUM UERBUM BONUM
DICO EGO OPERA MEA REGI
LINGUA MEA STILUS SCRIBAE UELOCIS
DECORE PULCRIOR EST FILIIS HOMINUM
EFFUSA EST GRATIA IN LABIIS TUIS
PROPTEREA BENEDIXIT TIBI DS IN AETERNUM
ACCINGERE GLADIO TUO SUPER
FEMUR FORTISSIME
GLORIA TUA ET DECORE TUO
PROSPERE ASCENDE
PROPTER UERITATEM ET MANSUE
TUDINEM ET IUSTITIAM
ET DOCEBIT TE TERRIBILITER DEXTERA TUA
SAGITTAE TUAE ACUTAE
POPULI SUB TE CADENT
IN CORDE INIMICORUM REGIS
THRONUS TUUS DS IN SAECULUM ET IN AETERNUM
SCEPTRUM AEQUITATIS SCEPTRUM REGNI TUI
DILEXISTI IUSTITIAM ET ODISTI INIQUITATEM
PROPTEREA UNXIT TE DS DS TUUS OLEO
EXULTATIONIS PRAE PARTICIPIB· TUIS
MURRA ET STACTE ET CASSIA IN CUNCTIS
UESTIMENTIS TUIS DE DOMIB· EBURNEIS
QUIB· LAETIFICAUERUNT TE FILIAE
REGUM IN HONORE TUO
STETIT CONIUX IN DEXTERA TUA
IN DIADEMATE AUREO
AUDI FILIA ET UIDE ET INCLINA AUREM TUAM
ET OBLIUISCERE POPULUM TUUM ET DOMUS
PATRIS TUI
ET CONCUPISCET REX DECOREM TUUM
QUIA IPSE EST DNS DS TUUS ET ADORA EUM
ET O FILIA FORTISSIMI IN MUNERIBUS
FACIEM TUAM DEPRECABUNTUR
OMNES DIUITES POPULI
OMNIS GLORIA EIUS FILIAE REGIS INTRINSECUS
FASCEIS AUREIS UESTITA EST IN SCUTU
LATIS DUCETUR AD REGEM
UIRGINES SEQUENTUR EAM
AMICAE EIUS DUCENTUR ILLUC
DUCENTUR IN LAETITIIS ET EXULTATIONE
INGREDIENTUR THALAMUM REGIS
PRO PATRIB· TUIS ERUNT FILII TUI
PONES EOS PRINCIPES IN UNIUERSA TERRA

RECORDABOR NOMINIS TUI IN OMNI
GENERATIONE ET GENERATIONE
PROPTEREA POPULI CONFITEBUN
TUR TIBI IN SLM ET IN AETERNUM
IN FINEM FILIIS CHORAE PRO ARCHANIS
PSALMUS LEGENDUS AD LECTIONEM
ACTUS APOSTOLORUM
45 DS NOSTER SPES ET FORTITUDO ADIU
TORIUM IN TRIBULATIONIB. INUENTUS ES ualde
IDEO NON TIMEBIMUS CUM FUERIT
TRANSLATA TERRA
ET CONCISSI MONTES IN COR MARIS
SONANTIB. ET INTUMESCENTIBUS
GURGITIBUS EIUS
ET AGITATIS MONTIB. IN POTENTIA EIUS
FLUMINIS DIUISIONES LAETIFICANT
CIUITATEM DI SEMPER
SCM TABERNACULUM ALTISSIMI ds in medio eius
AUXILIABITUR EI DS IN IPSO ORTU MATUTINO
CONTURBATAE SUNT GENTES
CONCUSSA SUNT REGNA
DEDIT UOCEM SUAM PS IRATA EST TERRA
DNS EXERCITUUM NOBISCUM PRO
TECTOR NOSTER DS IACOB SEMPER
UENITE ET UIDETE OPERA DNI
QUANTAS POSUERIT SOLITUDINES IN TERRA
CONPESCUIT BELLA USQ. AD EXTREMUM TERRAE
ARCUM CONFRINGET ET CONCIDET HASTAM
PLAUSTRA CONBURET IGNI
CESSATE ET COGNOSCITE QUONIAM EGO SUM DS
EXALTABOR IN GENTIB. ET EXALTABOR IN TERRA
DNS EXERCITUUM NOBISCUM
FORTITUDO NOSTRA DS IACOB
IN FINEM FILIIS CHORAE PSL. LEGENDUS
AD LECTIONEM ACTUS APOSTOLORUM POST
QUAM ASCENDIT XPS AD PATREM
46 OMNES POPULI PLAUDITE MANIB.
IUBILATE DO IN UOCE LAUDIS
QM DNS ALTISSIMUS TERRIBILIS
REX MAGNUS SUPER OMNEM TERRAM
CONGREGAUIT POPULOS SUB TERNOS
ET TRIB. SUB PEDIB. NOSTRIS
ELEGIT NOBIS HEREDITATEM NOSTRAM
GLORIAM IACOB QUAM DILEXIT SEMP.

ASCENDIT DS IN IUBELO DNS IN UOCE BUCINAE
CANTATE DO CANITE CANITE REGI
NOSTRI CANITE
QUIA REX UNIUERSAE TERRAE
DS CANITE ERUDITE
REGNAUIT DNS SUPER GENTES
DS SEDET SUPER THRONUM SCM SUUM
PRINCIPES POPULORUM CONGREGA
TI SUNT POPULAS ABRAHAM DI
QM DII SCUTA TERRAE UEHIMENTER
ELEUATI SUNT PSALMUS CANTICI
FILIIS CHORAE SECUNDA SABBATI LEGEN
DUS AD APOCALIPSIN IOHANNIS FIGURA
ECCLESIAE HIERUSALEM FUTURAE
47 MAGNUS DNS ET LAUDABILIS NIMIS
IN CIUITATE DI NOSTRI MONTE SCO EIUS
SPECIOSO GERMINI GAUDIO
UNIUERSAE TERRAE
MONTIS SION LATERIB. AQUILONIS
CIUITAS TULAE REGIS MAGNI
DS IN DOMIB. EIUS AGNITUS EST IN AUXILIANDO
QUIA ECCE REGES TERRAE CONGRE
GATI SUNT UENERUNT SIMUL
IPSI UIDENTES SIC OBSTIPUERUNT
CONTURBATI SUNT ADMIRATI SUNT
HORROR POSSEDIT EOS
IBI DOLORES QUASI PARTURIENTIS
IN UENTO UREDINIS CONFRINGES
NAUES MARIS
SICUT AUDIUIMUS ITA UIDIMUS
IN CIUITATE DI EXERCITUUM
IN CIUITATE DI NOSTRI
DS FUNDAUIT EAM USQ. IN AETERNUM SEMP.
AESTIMAUIMUS DS MISERICORDIAM
TUAM IN MEDIO TEMPLI TUI
SECUNDUM NOMEN TUUM DS SIC ET
LAUS TUA USQ. AD EXTREMUM TERRAE
IUSTITIA REPLETA EST DEXTERA TUA
LAETETUR MONS SION ET EXULTENT
FILIAE IUDAE PROPTER IUDICIA TUA
CIRCUMDATE SION ET CIRCUMITE EAM
NUMERATE TURRES EIUS
PONITE CORDA UESTRA IN MOENIB.
EIUS SEPERATE PALATIA EIUS

UT ENARRETIS IN GENERATIONE NOUISSIMA
QUIA IPSE EST DS DS NOSTER IN SL̄M
ET IN PERPETUUM
IPSE ERIT DUX NOSTER IN MORTE
IN FINEM FILIIS CHORAE PSL. HIC DIUITES
INCREPAT QUIA AD INFERNA DISCENDUNT
CUM MORTUI FUERINT UOX ECCLESIAE
SUPER LAZARO ET DIUITE PURPURATO
48 AUDITE HOC POPULI OMNES
AURIB. PERCIPITE UNIUERSI
HABITATORES OCCIDENTIS
TAM FILII ADAM QUAM SI FILII SINGULO
RUM SIMUL DIUES ET PAUPER
OS MEUM LOQUITUR SAPIENTIAS
ET MEDITATIO CORDIS MEI PRUDENTIAS
INCLINO AD PARABULAM AUREM MEAM
APERIAM IN CYTHARA ENIGMAM MEAM
QUARE TIMEBO IN DIEB. MALI
INIQUITAS CALCANEI MEI CIRCUMDABIT ME
QUI FIDUCIAM HABENT IN FORTITUDINE SUA
ET IN MULTITUDINE DIUITIARUM
SUARUM SUPERBIUNT
FRATREM REDIMENS NON REDEMET UIR
NEC DABIT DO PROPITIATIONEM PRO EO
NEQ. PRETIUM REDEMPTIONIS
ANIMAE EORUM
SED QUIESCET IN SL̄O ET UIUET ULTRA
IN SEMPITERNUM
ET NON UIDEBIT INTERITUM CUM UIDE
RIT SAPIENTES MORIENTES
SIMUL INSIPIENS ET INDOCTUS PERIBUNT
ET DERELINQUENT ALIENIS DIUITIAS SUAS
INTERIORA SUA DOMUS SUAS IN SL̄O
TABERNACULA SUA IN GENERATIONE
ET GENERATIONE
UOCAUERUNT NOMINIS SUI IN TERRAS SUAS
ET HOMO IN HONORE NON COMMIRABITUR
ET SIMULATUS EST IUMENTIS ET AEQUALIS EST
HAEC EST INSAPIENTIAE EORUM
ET POST EOS IUXTA OS EORUM CURRENT
QUASI GREX IN INFERNO PO SITI SUNT
MORS PASCET EOS
ET SUBIECIENT EOS RECTI IN MATUTINO
ET FIGURA EORUM CONTERETUR
IN INFERNO POST HABITACULUM SUUM
UERUMTAMEN DS REDEMET ANIMAM MEAM
DE MANU INFERNI CUM ADSUMPSERIT ME
NOLI TIMERE CUM DITATUS FUERIT UIR
CUM MULTIPLICATA FUERIT GLORIA
DOMUS EIUS
NEQ. ENIM MORIENS TOLLET OMNIA
NEC DISCENDET POST EUM GLORIA EIUS
QUIA ANIMAE SUAE IN UITA SUA BENEDICET
LAUDABUNT INQUIENT TE CUM
BENE FECERIS TIBI
INTRABUNT USQ. AD GENERATIONEM
PATRUM SUORUM
USQ. AD FINEM NON UIDEBUNT LUCEM
HOMO CUM IN HONORE ESSET
NON INTELLEXIT
CONPARATUS EST IUMENTIS ET SILEBITUR
IN FINEM PSALMUS FILIIS CHORAE LEGENDUS
AD EUANGELIUM MATHEI DE ADUENTU
XPI PROPHETA DICIT ET IUDICIO
FUTURO INCREPATIO IUDEORUM
49 FORTIS DS DNS LOCUTUS EST ET UOCABIT
TERRAM
A BORTU SOLIS USQ. AD OCCASUM EIUS
DE SION PERFECTA DECORE DS APPARUIT
UENIET DS NOSTER ET NON TACEBIT
IGNIS CORAM EO UORABIT
ET IN CIRCUITU EIUS TEMPESTAS UALIDA
UOCAUIT CAELUM DESURSUM
ET TERRAM UIDERET POPULUM SUUM
CONGREGATE MIHI SCOS MEOS
QUI FERIUNT PACTUM MECUM IN SACRIFICIO
ET ADNUNTIABUNT CAELI IUSTITIAM EIUS
QUIA DS IUDEX EST · SEMPER
AUDI POPULE MEUS ET LOQUAR
ISRL ET CONTESTABOR TE DS DS TUUS EGO SUM
NON PROPTER UICTIMAS TUAS ARGUAM TE
ET HOLOCAUSTOMATA TUA CORAM
ME SUNT SEMPER
NON ACCIPIAM DE DOMO TUA UITULUM
NEQ. DE GREGIB. TUIS HYRCOS
MEA SUNT ENIM OMNIA ANIMALIA
SILUARUM
PECODES IN MONTIB. MILIUM

SCIO OMNES AVES MONTIUM ET UNI
VERSITAS AGRI MECUM EST
SI ESURIERO NON DICAM TIBI
MEUS EST ENIM ORBIS ET PLENITUDO EIUS
NUMQUID COMEDAM CARNEM
TAURORUM
AUT SANGUINEM HYRCORUM BIBAM
IMMOLA DŌ LAUDEM ET REDDE
ALTISSIMO VOTA TUA
ET INVOCA ME IN DIE TRIBULATIONIS
LIBERABO TE ET GLORIFICABIS ME SEMP̄
IMPIO AUTEM DIXIT DS
QUID TIBI EST CUM NARRATIONE
PRAECEPTORUM MEORUM
ET UT ADSUMAS PACTUM MEUM
IN ORE TUO
QUI ODISTI DISCIPLINAM
ET PROIECISTI VERBA MEA POST TE
SI VIDEBAS FUREM CONSENTIEBAS EI
ET CUM ADULTERIS ERAT PARS TUA
OS TUUM DIMISISTI AD MALITIAM
ET LINGUA TUA CONCINNAVIT DOLUM
SEDENS ADVERSUS FRATREM TUUM
LOQUEBARIS
ET ADVERSUS FILIUM MATRIS TUAE
FABRICABARIS OBPROBRIUM
HAEC FECISTI ET TACUI
EXISTIMASTI ME FUTURUM SIMILE TUI
ARGUAM TE ET PROPONAM TE
ANTE OCULOS TUOS
INTELLEGITE HOC QUI OBLIVISCEMINI DM̄
NE FORTE CAPIAM ET NON SIT QUI LIBERET
QUI IMMOLAT CONFESSIONEM
GLORIFICAT ME
ET QUI ORDINAT VIAM BULATO OSTENDAM
EI SALUTARE MEUM
IN FINEM PSL DD QUANDO VENIT AD EUM
NATHAN PPHETA QUANDO INTRAVIT AD BERSABE
LEGENDUS AD LECTIONEM ESAIAE PROPHE
TAE ET LECTIONEM ACTUS APOSTOLORŪ
UBI PAULUS ELEGITUR VOX XPI PRO POPULO
PENITENTIAE ET VOX PAULI AD PENITENTIĀ
MISERERE MEI DS SECUNDUM MAGNĀ
MISERICORDIAM TUAM

IUXTA MULTITUDINEM MISERATIONUM TUARŪ
DELE INIQUITATES MEAS
MULTUM LAVA ME AB INIQUITATE MEA
ET A PECCATO MEO MUNDA ME
QM INIQUITATES MEAS EGO NOVI
ET PECCATUM MEUM CONTRA ME
EST SEMPER
TIBI SOLI PECCAVI ET MALUM CORAM TE FECI
UT IUSTIFICERIS IN SERMONIB TUIS
ET VINCAS CUM IUDICAVERIS
ECCE IN INIQUITATE CONCEPTUS SUM
ET IN PECCATO PEPERIT ME MATER MEA
ECCE ENIM VERITATEM DILEGIS
ABSCONDITUM ET ARCANUM SAPIENTIAE
TUAE MANIFESTASTI MIHI
ADSPERGES ME HYSOPO ET MUNDABOR
LAVABIS ME ET SUPER NIVEM DEALBABOR
AUDITUM MIHI FACIES GAUDIUM ET LAETITIĀ
UT EXULTENT OSSA QUAE CONFREGISTI
ABSCONDE FACIEM TUAM A PECCATIS MEIS
ET OMNES INIQUITATES MEAS DELE
COR MUNDUM CREA MIHI DS
ET SPM STABILEM RENOVA IN VISCERIB MEIS
NE PROICIAS ME A FACIE TUA
ET SPM SCM TUUM NE AUFERAS A ME
REDDE MIHI LAETITIAM IESU TUI
ET SPU POTENTI CONFIRMA ME
DOCEBO INIQUOS VIAS TUAS
ET PECCATORES AD TE REVERTENTUR
LIBERA ME DE SANGUINIB DS DS SALUTIS MEAE
LAUDAVIT LINGUA MEA IUSTITIAM TUAM
DNE LABIA MEA APERIES
ET OS MEUM ADNUNTIAVIT LAUDEM TUĀ
NON ENIM VIS VICTIMAM FERAM
NEC HOLOCAUSTUM TIBI PLACET
SACRIFICIUM DIS SPS CONTRIBULATUS
COR CONTRITUM ET HUMILIATUM
DS NON DISPICIET
BENIGNE FAC DNE IN VOLUNTATE TUA SION
ET AEDIFICENTUR MURI HIERUSALEM
TUNC SUSCIPIES SACRIFICIUM IUSTITIAE
OBLATIONES ET HOLOCAUSTA
TUNC INPONENT SUPER ALTARE
TUUM VITULOS

INFINEMINTELLECTUSDDCUMUENITDOEC
IDUMEUSADNUNTIAUITSAULETDIXITUENITDDINDOMU
ABIMELECHUOXXPIADIUDAMTRADITOREM

51 QUIDGLORIARISINMALITIAPOTENS
MISERICORDIADITOTADIE
INSIDIASCOGITAUITLINGUATUA
QUASINOUACULAACUTAFACIENSDOLU
DILEXISTIMALITIAMMAGISQUAMBONU
MENDACIUMMAGISQUĀLOQUIIUSTITIĀ semp
DILEXISTIOMNIAUERBAADDEUORAN
DUMLINGUADOLOSA
SEDDSDESTRUETTEINSEMPITERNUM
TORREBITTEETUELLETDETABERNACULOTUO
ETERADICABITTEDETERRAUIUENTIUM semp
UIDEBUNTIUSTIETTIMEBUNT
ETSUPEREUMRIDEBUNT
ECCEUIRQUINONPOSUITDM
FORTITUDINEMSUAM
SEDSPERAUITINMULTITUDINE
DIUITIARUMSUARUM
CONFORTATUSESTINSIDIISSUIS
EGOSICUTOLIUAUIRENSINDOMODI
SPERAUIINMISERICORDIADI
INSLM SEMPITERNAM
CONFITEBORTIBIINSLOQMFECISTI
ETEXSPECTABONOMENTUUMQMBONU
INCONSPECTUSCORUMTUORUM
INFINEMPAMALECHINTELLEGENTIADD
LEGENDUSADEUANGELIUMMATTHEIINCREPAT
IUDEOSINCREDULOSOPERIBNEGANTESDM

52 DIXITSTULTUSINCORDESUONONESTDS
CORRUPTISUNTETABOMINABILES
FACTISUNTINIQUITATE
NONESTQUIFACIATBONUM
DNSDECAELOPROSPEXITSUPER
FILIOSHOMINUM
UTUIDERETSIESSETINTELLEGENS
REQUIRENSDM
OMNESAUERSISUNTPARITERADHESERUNT
NONESTQUIFACIATBONUM
NONESTUSQADUNUM
NUMQUIDNONCOGNOUERUNTQUI
OPERANTURINIQUITATEM
QUICOMEDUNTPOPULUMMEUMUTCIBU
PANIS

DMNONINUOCAUERUNT
IBITIMUERUNTTIMOREUBINONESTTIMOR
QMDSDISPERSITOSSAEORUMQUIHOMINIBUSPLACENT
CONFUNDERISQUIADSPROIECITEOS
QUISDABITEXSIONSALUTAREISRL
CUMREDUXERITDSCAPTIUITATEMPOPULISUI
EXULTABITIACOBLAETABITURISRL
INFINEMINCARMINIBINTELLECTUSDAUID
CUMUENISSENTZIPHEIETDIXISSENTADSAUL
NONNEDDABSCONDITUSESTAPUDNOS
UOXXPIADPATREM

53 DSINNOMINETUOSALUAME
ETINFORTITUDINETUAULISCEREME
DSEXAUDIORATIONEMMEAM
AURIBPERCIPEUERBAORISMEI
QUIAALIENIINSURREXERUNTADUERSUMME
ETFORTESQUAESIERUNTANIMAMMEAM
ETNONPRAEPOSUERUNTDM
INCONSPECTUTUO semper
ECCEDSAUXILIABITURMIHI
DNSSUSTENTANSANIMAMMEAM
REDDITMALAINSIDIATORIBMEIS
INUERITATETUADISPERDEEOS
UOLUNTARIESACRIFICABOTIBI dne
CONFITEBORNOMINITUOQMBONUM
QMEXOMNITRIBULATIONELIBERASTIME
ETINIMICOSMEOSDISPEXITOCULUSMEUS
INFINEMINTELLECTUSINCARMINIBDAUID
UOXXPIADUERSUSMAGNATUSIUDEORU
ETDEIUDATRADITORE

54 EXAUDIDSORATIONEMMEAM
ETNEDISPEXERISDEPRECATIONEMMEAM
ADTENDEMIHIETEXAUDIME
HUMILIATUSSUMINMEDITATIONE
MEAETCONTURBATUS
AUOCEINIMICIAFACIEPERSEQUENTISsemper
QMPROIECERUNTSUPERMEINIQUITATE
ETINFURORERADUERSABANTURMIHI
CORMEUMDOLUITINULTABILIBMEIS
ETTERRORESMORTISCECIDERUNT
SUPERME
TIMORETTREMORUENITSUPERME
ETOPERUITMECALIGO
ETDIXIQUISDABITMIHIPINNASCOLUM
BAE

et volem et requiescam
ut procul abeam et commorer
in deserto semper
festinabo ut salver ab spiritu tem-
pestatis et turbinis
praecipita dn̄e divide linguas eorū
quā vidi iniquitatem et contra-
dictionem in civitate
die et nocte circumeuntes
muros eius
scelus et dolorem in medio eius
insidiae in vitalib· eius
et non recedit de plateis eius
damnum et fraudulentia
non enim inimicus exprobravit
mihi ut sustineam
neq· is qui me oderat super me magnifi-
catus est ut abscondar ab eo
sed tu homo unianimis meus dux
meus et notus meus
qui simul habuimus dulce secretum
in domo dī ambulabimus in terrore
veniat mors super eos et discendant
in infernum viventes
quia nequitiae in congregatione
eorum et in medio eorum
ego ad dn̄m clamabo et dn̄s salvabit me
vespere et mane et meridie
loquar et resonabo
et exaudiet vocem meam
redemet in pace animam meam
abad propinquantib· mihi
multi enim fuerunt adversum me
exaudiet dš et humiliabit eos
qui iudex est ab initio semper
non enim mutantur neq· timent dm̄
extendit manum suam ī pacificos sua
contaminabit pactum suum
nitidius butyro os eius
pugnat autem cor illius
molliores sermones eius oleo
cum sint lanceae
proiece super dn̄m caritatem
tuam et ipse enutriet te

non dabit in aeternum fluctuationē
iusto
tu autem dš deduces eos in puteum
interitus
viri sanguinum et dolosi non
dimidiabunt dies suos
ego autem fiduciam habeo tui
in finem pro populo qui a scīs longe factus
est dd̄ in tituli inscriptione cum tenuerunt
eū allophili in geth vox xp̄i ad patrem
55. Miserere mei dš quā conculcavit me homo
tota die pugnans tribulavit me
conculcaverunt me insidiatores
mei tota die
multi enim qui pugnant contra me
altissime
quacumq· die territus fuero
ego in te confidam
in dō laudavi verbum in dō speravi
non timebo quid faciat caro mihi
tota die sermonib· me adflicebant
contra me omnes cogitationes
eorum in malum
congregabuntur abscondite
plantas meas observabunt
exspectantes animam meam
quia nullus est salvus in eis
in furore populos detrahe dš
secretiora mea numerasti
pone lacrimam meam in conspectu tuo
sed non in narratione tua
tunc convertentur inimici mei
retrorsum
in quacumq· die invocavero
hoc scio quia dš meus es
in dō laudabo verbum in dn̄o
deprecabor sermonem
in dō speravi non timebo
quid faciat mihi homo
in me sunt dš vota tua reddam
gratiarum actiones tibi
qui eripuisti animam meam
de morte et pedes meos de lapsu
ut placeam coram dō in lumine viventiū

INFINEM P SALMUS DD CUM FUGISSET AFACIE
SAULINSPELUNCA UOX PAULI POST
RESURRECTIONEM

56 MISERERE MEI DS MISERERE MEI
QM INTE SPERAUIT ANIMA MEA
INUMBRA ALARUM TUARUM SPERABO
DONEC TRANSEANT INSIDIAE
INUOCABO DM ALTISSIMUM DM
ULTOREM MEUM
MITTET DECAELO ET SALUAUIT ME
EXPROBRAUIT CONCULCANTIB ME SEMP
MITTET DS MISERICORDIAM SUAM
ET UERITATEM SUAM
ANIMAM MEA INMEDIO LEONUM
DORMIUIT FEROCIENTIUM
FILII HOMINUM DENTES EORUM
LANCEAE ET SAGITTAE
EXALTARE SUPER CAELOS DS
INOMNI TERRA GLORIA TUA
RETE PARAUERUNT GRESSIB MEIS
AD INCURUANDAM ANIMAM MEAM
FODERUNT ANTE ME FOUEAM
CECIDERUNT INMEDIUM EIUS SEMP
PARATUM COR MEUM DS
PARATUM COR MEUM CANTABO
ET PSALLAM
SURGE GLORIA MEA SURGE PSALTERIUM
ET CYTHARA SURGAM MANE
CONFITEBOR TIBI INPOPULIS DNE
CANTABO TIBI INGENTIBUS
QUIA MAGNA USQ AD CAELOS MISERICORDIA TUA
ET USQUE AD NUBES UERITAS TUA
EXALTARE SUPER CAELOS DS ET IN
OMNI TERRA GLORIA TUA
INFINEM NE DISPERDAS DD INTITULI INSCRIP
TIONE PPHETA DE SENIORIB IUD CORAM DICIT

57 SI UERE UTIQ IUSTITIAM LOQUIMINI
RECTA IUDICATE FILII HOMINUM
ETENIM INCORDE INIQUITATES
OPERAMINI INTERRA
INIQUITATIS MANUS UESTRAS APPENDITE
ALIENATI SUNT PECCATORES AUULUA
ERRAUERUNT AB UTERO LOQUENTES
MENDACIUM
FUROR EORUM SICUT FUROR SERPENTIS
SICUT REGULI SURDI OBDURANTIS AURES SUAS
UT NON AUDIAT UOCEM MURMURANTIUM
NEC INCANTATORIS INCANTATIONES CALLIDAS
DS EXCUTIET DENTES EORUM EXORE EORUM
MOLARES LEONUM CONFRINGET DNE
DISSOLUANTUR QUASI AQUAE QUAE DECURRENT
INTENDIT ARCUM SUUM DONEC CONTERANTUR
QUASI UERMIS TABEFACTUS PERTRANSEANT
QUASI ABORTIUUM MULIERIS QUOD
NON UIDIT SOLEM
ANTEQUAM CRESCANT SPINAE
UESTRAE INRHAMNUM
QUASI UIUENTES QUASI INIRA
TEMPESTAS RAPIET EOS
LAETABITUR IUSTUS CUM UIDERIT
ULTIONEM
PEDES SUOS LAUAUIT INSANGUINE IMPII
ET DICET HOMO UERE FRUCTUS EST IUSTO
UERE EST DS IUDICANS INTERRA
INFINEM NE DISPERDAS DD INTITULI INSCRIP
TIONE QUANDO MISIT SAUL ET CUSTODIUIT
DOMUM EIUS UT EUM INTERFICERET
UOX XPI DE IUDEIS AD PATREM

58 ERUE ME DE INIMICIS MEIS DS MEUS
ET A RESISTENTIB MIHI PROTEGE ME
LIBERA ME DE OPERARIS INIQUITATIS
ET A UIRIS SANGUINUM SALUA ME
QUIA ECCE INSIDIATI SUNT ANIMAE MEAE
CONGREGANTUR ADUERSUS ME FORTISSIMI
ABSQ INIQUITATE MEA ET ABSQUE
PECCATO MEO DNE
NONE INIQ ET ILLI CURRUNT
ET PRAEPARANTUR
SURGE EX ADUERSO PRO ME ET RESPICE
ET TU DNE DS EXERCITUUM DS ISRL
EUIGILA ET UISITES OMNES GENTES
NON MISERE ARIS UNIUERSIS
QUI OPERANTUR INIQUITATEM SEMPER
REUERTANTUR AD UESPERAM ET FAMEM
UT CANES ET CIRCUMEANT CIUITATEM
ECCE LOQUUNTUR INORE SUO GLADII
IN LABIIS EORUM QUASI NEMO AUDIUIT
TU AUTEM DNE DERIDEBIS EOS SUBSANNABIS
OMNES GENTES

FORTITUDINEM MEAM AD TE SERVABO
QUIA TU DS ELEVATOR MEUS
DS MEUS MISERICORDIA PRAEVENIET ME
DS OSTENDIT MIHI INSIDIATORES MEOS
NE OCCIDAS EOS NE FORTE OBLIVIS
CANTUR POPULI MEI
DISPERGE EOS IN FORTITUDINE TUA
ET DESTRUE EOS PROTECTOR NOSTER DNE
IN PECCATO ORIS SUI IN SERMONE LABIORUM SUORUM
ET CAPIANTUR IN SUPERBIA SUA
MALEDICTIONEM ET MENDACIUM NARRANTES
CONSUME IN FURORE CONSUME
UT NON SUBSISTANT
ET SCIENT QUIA DS DOMINATOR IACOB
FINIBUS TERRAE semper
CONVERTENTUR AD VESPERAM
ET LATRENT UT CANES
ET CIRCUMEANT CIVITATEM
IPSI VAGABUNTUR UT COMEDANT
ET CUM SATURATI NON FUERINT MURMURABUNT
EGO AUTEM CANTABO IMPERIUM TUUM
ET LAUDABO MANE MISERICORDIAM TUAM
QUIA FACTUS ES FORTITUDO MEA
ET REFUGIUM IN DIE TRIBULATIONIS MEAE
TIBI CANTABO QUIA DS ADIUTOR MEUS
FORTITUDO MEA DS MISERICORDIA MEA
IN FINEM PRO HIS QUAE COMMUTABUNTUR
TESTIMONIUM IN TITULUM SCRIPTIONE DD
IN DOCTRINAM CUM SUCCENDIT MESOPOTA
MIAM SYRIAE SABAA ET CONVERTIT IOAB ET
PERCUSSIT IN VALLEM SALINARUM
DUODECIM MILIA VOX APOSTOLORUM
QUANDO XPS PASSUS EST
59 DS PROIECISTI NOS ET SCIDISTI
IRATUS ES CONVERTISTI NOS
COMMOVISTI TERRAM ET DISRUPISTI EAM
SANA CONTRITIONES EIUS QUIA MOTA EST
OSTENDISTI POPULO TUO DURITIAM
POTASTI NOS VINO CONSOPIENTE
DEDISTI METUENTIBUS TE SIGNUM
UT FUGERENT A FACIE ARCUS semper
UT LIBERENTUR AMICI TUI
SALVA DEXTERA TUA ET EXAUDI ME
DS LOCUTUS EST IN SANCTUARIO SUO LAETA
BOR

DIVIDAM SICIMAM ET VALLEM SOCCOT DIMETIAR
MEUS EST GALAAD ET MEUS EST MANASSE
ET EFRAIM FORTITUDO CAPITIS MEI
IUDAS LEGIFER MEUS
MOAB OLLA LAVACRI MEI
SUPER IDUMEAM INCIDAM CALCIAMENTUM MEUM
MIHI PALESTINA FOEDERATA EST
QUIS DEDUCET ME AD CIVITATEM MUNITAM
QUIS DEDUCET ME USQUE AD IDUMEAM
NONNE TU DS QUI PROIECISTI NOS
ET NON EGREDIERIS DS IN EXERCITIBUS NOSTRIS
DA NOBIS AUXILIUM IN TRIBULATIONE
VANA EST ENIM AB HOMINE salus
IN DO FACIEMUS VIRTUTEM
ET IPSE CONCULCABIT TRIBULANTES NOS
IN FINEM PSALMUS DAVID VOX PAULI
APOSTOLI DE XPO DICIT
60 EXAUDI DS LAUDATIONEM MEAM
INTENDE ORATIONI MEAE
DE NOVISSIMO TERRAE AD TE CLAMABO
CUM TRISTE FUERIT COR MEUM
CUM FORTIS ELEVABITUR ADVERSUM
ME TU ERIS DOCTOR MEUS
FUISTI SPES MEA TURRIS MUNITISSIMA
A FACIE INIMICI
HABITABO IN TABERNACULO TUO IUGITER
SPERABO IN PROTECTIONE ALARUM TUARUM semper
TU ENIM DS EXAUDISTI ORATIONEM MEAM
DEDISTI HEREDITATEM TIMENTIBUS NOMEN TUUM
DIES SUPER DIES REGIS ADDES ANNOS EIUS
DONEC EST GENERATIO ET GENERATIO
SEDEBIT SEMPER ANTE FACIEM DI
MISERICORDIA ET VERITAS SERVABUNT EUM
SIC CANAM NOMINI TUO IUGITER
REDDENS VOTA MEA PER SINGULOS DIES
IN FINEM PRO IDITHUN PSALMUS DAVID
VOX ECCLESIAE
61 AT TAMEN APUD DM SILEBIT
ANIMA MEA EX EO SALUS MEA
AT TAMEN IPSE EST SCUTUM MEUM ET SALUS MEA
FORTITUDO MEA NON COMMOVEBOR
AMPLIUS
USQUE QUO INSIDIAMINI CONTRA VIRUM
INTERFICITIS OMNES

QUASI MURUS INCLINATUS ET MACERIA
CONRUENS
PARTEM ENIM EIUS COGITAUERUNT
REPELLERE
PLACUERUNT SIBI IN MENDACIO
ORE SUO SINGULI BENEDICUNT
ET CORDE SUO MALEDICUNT · SEMPER
UERUMTAMEN DNO RETICE ANIMA MEA
IPSE EST FORTITUDO MEA EXCELSA SALUS MEA
SUSCEPTOR MEUS NON TIMEBO
IN DNO SALUTARE MEUM ET GLORIA MEA
ROBUR FORTITUDINIS MEAE
ET SALUS MEA IN DNO
SPERATE IN EO OMNI TEMPORE POPULI
EFFUNDITE CORAM EO CORDA UESTRA
DS SPES NOSTRA EST SEMPER
UERUMTAMEN UANI FILII ADAM
MENDACIUM FILII HOMINUM IN STATERIS DOLOSIS
FRAUDULENTER AGUNT SIMUL
NOLITE CONFIDERE IN CALUMNIA
ET IN RAPINA NE FRUSTREMINI
DIUITIAE SI FLUXERINT NE ADPONATIS COR
UNUM LOCUTUS EST DS DUO HAEC AUDIUI
QUIA IMPERIUM DI EST
ET TIBI DNE MISERICORDIA
QUIA TU REDDIS UNICUIQ· SECUNDUM
OPUS SUUM

PSALMUS DD CUM ESSET IN DESERTO
IDUMAEAE UOX ECCLESIAE DE XPO

62 DS FORTITUDO MEA TU ES DE LUCE
CONSURGAM AD TE
SITIUIT ANIMA MEA DESIDERAUIT TE
CARO MEA
IN TERRA INUIAE ET INCONFICIENTE
AC SINE AQUA
SIC IN SCO APPARUI TIBI UT UIDEAM FOR
TITUDINEM TUAM ET GLORIAM TUAM
MELIOR EST ENIM MISERICORDIA
TUA QUAM UITAE
LABIA MEA LAUDABUNT TE
SIC BENEDICAM TIBI IN UITA MEA
IN NOMINE TUO LEUABO MANUS MEAS
QUASI ADIPE ET PINGUEDINE REPLEBI
TUR ANIMA MEA

ET LABIS LAUDANTIB· CANET OS MEUM
RECORDANS TUI IN CUBILI MEO
PER SINGULAS UIGILIAS MEDITABOR IN TE
QUIA FUISTI AUXILIUM MEUM
IN UMBRA ALARUM TUARUM LAUDABO
ADHESIT ANIMA MEA POST TE
ME SUSCIPIT DEXTERA TUA
IPSI UERO INTERFICERE QUAERUNT
ANIMAM MEAM
INGREDIANTUR IN EXTREMA TERRAE
CONGREGENTUR IN MANUS GLADII
PARS UULPIUM ERUNT
REX AUTEM LAETABITUR IN DO
LAUDABITUR OMNIS QUI IURAT IN EO

IN FINEM PSALMUS DD UOX PAULI DE PASSI

63 EXAUDI DS UOCEM LOQUENTIS ONE XPI
A TIMORE INIMICI SERUA ANIMAM MEAM
ABSCONDE ME A CONSILIO MALIGNORUM
A TUMULTU OPERANTIUM INIQUITATEM
QUI EXACUERUNT QUASI GLADIUM
LINGUAM SUAM
TETENDERUNT SAGITTAS SUAS UERBUM AMARUM
SIMUL UT SAGITTARENT IN ABSCONDITIS SIMPLICEM
SUBITO SAGITTABUNT EUM ET NON TIMEBUNT
CONFORTAUERUNT SIBI SERMONEM
PESSIMUM
NARRAUERUNT UT ABSCONDERENT LAQUEOS
DIXERUNT QUIS UIDEBIT NOS
SCRUTATI SUNT INIQUITATES
DEFECERUNT SCRUTANTES SCRUTINIO
COGITATIONIB· SINGULORUM
ET CORDE PROFUNDO ERGO
SAGITTABIT EOS DS IACULO REPENTINO
INFERENTUR PLAGAE EORUM
ET CORRUENT IN SEMET IPSOS LINGUIS SUIS
FUGENT OMNES QUI UIDERINT EOS
ET TIMEBUNT OMNES HOMINES
ET ADNUNTIABUNT OPUS DI ET OPERA
EIUS INTELLEGENT
LAETABITUR IUSTUS IN DNO
ET SPERAUIT IN EO
ET EXULTABUNT OMNES RECTI CORDE

IN FINEM PSL DD CANTICU HIEREMIAE ET
AGGEI DE UERBO PEREGRINATIONIS QUANDO

INCIPIEBANTPROFICISCIUOXECCLESIAE
ANTEBAPTISMUMPASCHALISMAX
64 TIBISILENSLAUSDSINSION
ETTIBIREDDITURUOTUM
EXAUDIORATIONEMDONEC
ADTEOMNISCARO UENIAT
UERBAINIQUITATUMPRAEUALUE
RUNTADUERSUMME
SCELERIB·NOSTRISTUPROPITIABERIS
BEATUSQUEMELEGERISETSUSCIPERIS
HABITABITENIMINTABERNACULISTUIS
REPLEBITURINBONISDOMUSTUAE
SCIFICATIONETEMPLITUI
TERRIBILISINIUSTITIAEXAUDINOS
DSSALUATORNOSTER
CONFIDENTIAOMNIUMFINIUM
TERRAEETMARISLONGINQUI
PRAEPARANSMONTESINUIRTUTETUA
ACCINCTUSFORTITUDINE
CONCUPISCENSSONITUMMARIS
FREMITUMFLUCTUUMEIUS
ETMULTITUDINEMGENTIUM
ETTIMEBUNTQUIHABITANT
INEXTREMISASIGNISTUIS
EGRESSUSMATUTINOADUESPERE
LAUDANTESFACIES
UISITATERRAMETINRIGAEAM
UBERTATEDITAEAM
RIUUSDIPLENUSAQUA
PRAEPARAUISFRUMENTUMEORUM
QUIASICFUNDASTIEAM
SULCOSEIUSINEBRIAMULTIPLICAFRUGESEIUS
PLUUISINRIGAEAMETGERMINIEIUS
BENEDIC
UOLUETURANNUSINUBERTATETUA
ETUESTIGIATUAROBURABUNTPINGUIDINE
PINGUESCENTPASCUAEDESERTI
ETEXULTATIONECOLLESACCINGENTUR
UESTIENTURAGNISGREGES
ETUALLESPLANAEFRUMENTO
COTQUABUNTURETCANENT
PSL DD UOX APOSTOLORUM AD POPULUM
65 IUBILATEDOOMNISTERRA
CANTATEGLORIAMNOMINIEIUS
DATEGLORIAMLAUDIEIUS
DICITEDOQUAMTERRIBILEOPUSTUU
INMULTITUDINEFORTITUDINISTUAE
MENTIENTURTIBIINIMICITUI
OMNISTERRAADORETTEETCANET
TIBICANETNOMINITUO *semper*
UENITEETUIDETEOPERADI
TERRIBILIACONSILIASUPERFILIOSHOMINU
CONUERTETMAREINARIDAMIN
FLUMINEPERTRANSIBUNTPEDE
IBILAETABITURINEO
QUIDOMINATURINFORTITUDINESUA
INSAECULO
OCULIEIUSASPICIUNT GENTES
QUIINCREDULISUNTNONEXALTENTUR
INSEMETIPSIS *semper*
BENEDICITEPOPULIDONOSTRO
ETAUDITAMFACITEUOCEMLAUDISEIUS
QUIPOSUITANIMAMNOSTRAMADUITA
ETNONDEDITINCOMMOTIONE
PEDESNOSTROS
PROBASTIENIMNOSDS
IGNENOSCONFLASTISICUTCON
FLATURARGENTUM
INTRODUXISTINOSINOBSIDIONE
POSUISTISTRIDOREMINDORSONOSTRO
INPOSUISTIHOMINESSUPERCAPUDNM
TRANSIUIMUSPERIGNEMETAQUAM
ETEDUXISTINOSINREFRIGERIUM
INGREDIARDOMUMTUAMINHOLOCAUSTIS
REDDAMTIBIUOTAMEAQUAEPRO
MISERUNTLABIAMEA
ETLOCUTUMESTOSMEUMCUMTRIBULARER
HOLOCAUSTAMEDULLATAOFFERAMTIBI
CUMINCENSUARIETUMFACIAM
BOUESCUMHYRCIS *semper*
UENITEAUDITEETNARRABOOMNES
QUITIMETISDM
QUANTAFECERITANIMAEMEAE
IPSUMOREMEOINUOCAUI
ETEXALTAUILINGUAMEA
INIQUITATEMSIUIDIINCORDEMEO
NONEXAUDIATDNS
IDEOEXAUDIUITDS

ET ADTENDIT UOCEM DEPRECATIONIS MEAE
BENEDICTUS DS QUI NON ABSTULIT
ORATIONEM MEAM
ET MISERICORDIAM SUAM A ME
IN FINEM IN HYMNIS PSL. DD PPHETA MONET
CREDENTES UOX APOSTOLICA
66 DS MISEREATUR NOSTRI ET BENEDICAT NOBIS
INLUSTRET FACIEM SUAM SUPER NOS
UT NOTA FIAT IN TERRA UIA TUA
IN UNIUERSIS GENTIB· SALUS TUA
CONFITEANTUR TIBI POPULI DS
CONFITEANTUR TIBI POPULI OMNES
LAETENTUR ET LAUDENT GENTES
QM IUDICAS POPULOS IN AEQUITATE
ET GENTIUM QUAE IN TERRA SUNT
DUCTORES SEMPITERNUS
CONFITEANTUR TIBI POPULI DS
CONFITEANTUR TIBI POPULI
OMNES
TERRA DEDIT GERMEN SUUM
BENEDICAT NOBIS DS DS NOSTER
ET BENEDICAT NOBIS DS
ET TIMEANT EUM OMNES FINES TERRAE
IN FINEM DD PSL. CANTICI PROPHETA
ADUENTUM XPI ADNUNTIAT
67 EXSURGAT DS ET DISSIPENTUR INIMICI EIUS
ET FUGIANT QUI ODERUNT EUM A FACIE EIUS
SICUT DEFICIT FUMUS DEFICIANT
SICUT TABESCIT CAERA A FACIE IGNIS
PEREANT IMPII A FACIE DI IUSTI
AUTEM LAETENTUR
EXULTENT IN CONSPECTU DI
ET GAUDEANT IN LAETITIA
CANTATE DO CANITE NOMINI EIUS
PRAEPARATE UIAM ASCENDENTE
PER DESERTA
IN DNO NOMEN EIUS
ET EXULTATE CORAM EO PATRI PUPIL
LORUM ET DEFENSORI UIDUARUM
DS IN HABITACULO SCO SUO
DS INHABITARE FECIT SOLITARIOS IN DOMO
EDUCIT UINCTOS IN FORTITUDINE
INCREDULI AUTEM HABITAUERUNT
IN SICCITATIBUS

DS CUM EGREDIRERIS ANTE POPUL TUU
ET AMBULARES PER DESERTUM SEMP
TERRA COMMOTA EST CAELI
DISTILLAUERUNT
A FACIE TUA DS HOC EST IN SINAI
A FACIE DI ISRAHEL
PLUUIAM UOLUNTARIAM ELEUASTI DS
HEREDITATEM TUAM LABORANTEM
TU CONFORTASTI
ANIMALIA TUA HABITAUERUNT IN EA
PRAEPARASTI IN BONITATE TUA PAUPERI DS
DNE DABIS SERMONEM ADNUNTIATRI
CIB· FORTITUDINIS PLURIMAE
REGIS EXERCITUUM FOEDERABUNTUR
FOEDERABUNTUR ET PULCHRITUDO
DOMUS DIUIDET SPOLIA
SI DORMIERITIS INTER MEDIOS TERMINOS
PENNAE COLUMBAE DEARGENTATAE
ET POSTERIORA EIUS IN UIRORE AURI
CUM DIUIDERET ROBUSTISSIMUS REGES IN EA
NIUE DEALBATA EST IN SELMON
MONS DI MONS PINGUIS MONS
EXCELSUS MONS PINGUIS
QUARE CONTENDITIS MONTES EXCELSI
ADUERSUM MONTEM QUEM DILEXIT
DS UT HABITARET IN EO
SIQUIDEM DNS HABITABIT SEMPER
CURRUS DI INNUMERABILES
MILIA HABUNDANTIUM DNS IN EIS IN SINA IN SCO
ASCENDISTI IN EXCELSUM CAPTIUAM DUXISTI
CAPTIUITATEM ACCIPISTI DONA IN HOMINIB·
INSUPER ET NON CREDENTES
HABITARE DNM DM
BENEDICTUS DNS PER SINGULOS DIES
PORTAUIT NOS DS SALUTIS NOSTRAE SEMP
DS NOSTER DS SALUTIS ET DNI DI
MORTIS EGRESSUS
UERUMTAMEN DS CONFRINGET
CAPITA INIMICORUM SUORUM
UERTICEM CRINIS AMBULANTIUM
IN DELICTIS SUIS
DIXIT DNS DE BASAN CONUERTAM
CONUERTAM DE PROFUNDIS MARIS
UT CALCET PES TUUS IN SANGUINE

LINGUAM CANUM TUORUM EX INIMI
CIS A TEMET IPSO
UIDERUNT ITINERA TUA DS
ITINERA DI MEI REGIS MEI IN SCO
PRAECESSERUNT CANTATORES EOS
QUI POST TERGUM PSALLEBANT
IN MEDIO PUELLARUM TYMPANISTRIARUM
IN ECCLESIIS BENEDICITE DO DNO
DE FONTIB· ISRAHEL
IBI BENIAMIN IN PARUULIS CONTINENS EOS
PRINCIPES IUDA IN PURPURA SUA
PRINCIPES ZABULON PRINCIPES NEPHTALI
PRAECIPIT DS TUUS DE FORTITUDINE TUA
CONFORTA DS HOC QUOD OPERATUS
ES NOBIS
DE TEMPLO TUO QUOD EST IN HIERUSALEM
TIBI OFFERENT REGES MUNERA
INCREPA BESTIAM CALAMI CONGREGATIO
FORTIUM IN UITULIS POPULORUM
CALCITRANTIUM CONTRA ROTAS ARGENTEAS
DISPERGE POPULOS QUI BELLA UOLUNT
OFFERANTUR UELOCITER EX AEGYPTO
AETHIOPIA FESTINET DARE MANUS DO
REGNA TERRAE CANTATE DO CANITE DNO
QUI ASCENDIT SU PER CAELUM
CAELI A PRINCIPIO
ECCE DABIT UOCI SUAE UOCEM FORTITUDINIS
DATE GLORIAM DO SUPER ISRL
MAGNIFICENTIA EIUS
ET FORTITUDO EIUS IN CAELIS
TERRIBILIS DS DE SCUARIO SUO
DS ISRL IPSE DABIT FORTITUDINEM
ET ROBUR POPULO BENEDICTUS DS

IN FINEM PRO HIS QUAE COMMUTABUN
TUR PSALMUS DD LEGENDUS AD LEC
TIONEM IONAE PROPHETAE ET
AD EUANGELIUM IOHANNIS UOX
XPI CUM PATIRETUR

SALUUM ME FAC DS QM UENERUNT AQUAE
USQ· AD ANIMAM MEAM
INFIXUS SUM IN LIMO PROFUNDI
ET NON POSSUM CONSISTERE
UENI IN PROFUNDUM AQUARUM
ET FLUMEN OPERUIT ME
LABORAUI CLAMANS EXASPERATUM EST
GUTTUR MEUM
DEFECERUNT OCULI MEI EXSPECTAN
TES DM MEUM
MULTIPLICATI SUNT SUPER CAPILLOS
CAPITIS MEI QUI ODERUNT ME GRATIS
CONFORTATI SUNT QUI PERSEQUE
BANTUR ME INIMICI MEI INIUSTE
QUAE NON RAPUERAM TUNC REDDEBAM
DS TU SCIS STULTITIAM MEAM
ET PECCATA MEA A TE NON SUNT ABSCONDITA
NON CONFUNDANTUR IN ME QUI EX
SPECTANT TE DNE DS EXERCITUUM
NON CONFUNDANTUR IN ME QUI
QUAERUNT DS ISRAHEL
QUIA PROPTER TE PORTAUI OBPROBRIUM
OPERUIT CONFUSIO FACIEM MEAM
ALIENUS FACTUS SUM FRATRIB· MEIS
ET PEREGRINUS FILIIS MATRIS MEAE
QUIA ZELUS DOMUS TUAE COMEDIT ME
ET OBPROBRIUM EXPROBRANTIUM
TIBI CECIDIT SUPER ME
ET FLEUI IN IEIUNIO ANIMAM MEAM
ET FACTUM EST IN OBPROBRIUM MIHI
ET POSUI UESTIMENTUM MEUM SACCUM
ET FACTUS SUM EIS IN PARABULAM
CONTRA ME LOQUEBANTUR
QUI SEDEBANT IN PORTA
ET CANTABANT BIBENTES UINUM
MEA AUTEM ORATIO AD TE DNE
TEMPUS RECONCILIATIONIS EST
DS IN MULTITUDINE MISERICORDIAE TUAE
EXAUDI ME IN UERITATE SALUTIS TUAE
ERUE ME DE LUTO UT NON INFIGAR
LIBERA ME AB HIS QUI ODERUNT ME
ET DE PROFUNDIS AQUIS
NE OPERIAT ME FLUUIUS AQUAE
ET NE OBSORBEAT ME PROFUNDUM
ET NON CORONET SUPER ME
PUTEUS OS SUUM
EXAUDI ME DNE QM BONA EST
MISERICORDIA TUA
SECUNDUM MULTITUDINEM MISE
RATIONUM TUARUM RESPICE AD ME

ET NE AVERTAS FACIEM TUAM A SERVO TUO
QM TRIBULOR CITO EXAUDI ME
ADTENDE ANIMAM MEAM ET REDIME
EAM
PROPTER INIMICOS MEOS LIBERA ME
TU SCIS OBPROBRIUM MEUM
ET CONFUSIONEM MEAM
ET REVERENTIAM MEAM
CORAM TE SUNT OMNES HOSTES MEI
OBPROBRIO CONTRITUM EST COR
MEUM ET DISPERATUS SUM
ET EXSPECTAVI QUI CONTRISTARETUR
ET NON FUIT
ET QUI CONSULARETUR ET NON INVENI
ET DEDERUNT IN ESCAM MEAM FEL
ET IN SITI MEA POTAVERUNT ACETO
SIT MENSA EORUM CORAM IPSIS IN LAQU
ET IN RETRIBUTIONES AD SCANDALU
CONTENEBRENTUR OCULI EORUM
NE VIDEANT
ET DORSUM EORUM SEMPER INCURVA
EFFUNDE SUPER EOS INDIGNATIONE TUA
ET IRA FURORIS TUI CONPREHENDAT EOS
FIAT COMMORATIO EORUM DESERTA
IN TABERNACULIS EORUM NON SIT
QUI HABITET
QM QUEM TU PERCUSSISTI IPSI
PERSECUTI SUNT
ET SUPER DOLOREM VULNERATOS
TUOS NARRABANT
DA INIQUITATEM SUPER INIQUITATE EORU
ET NON VENIANT IN IUSTITIA TUA
DELEANTUR DE LIBRO VIVENTIUM
ET CUM IUSTIS NON SCRIBANTUR
EGO AUTEM PAUPER ET DOLENS
SALUS TUA DS SUSCIPIT ME
LAUDABO NOMEN DI IN CANTICO
ET MAGNIFICABO EUM IN CONFESSIONE
ET PLACEBIT DNO SUPER VITULUM
NOVELLUM
CORNUA PRODUCENTEM ET UNGULAS
VIDENTES MANSUETI ET LAETABUNTUR
QUAERITE DM ET VIVET ANIMA VESTRA
QM EXAUDIVIT PAUPERES DNS

ET VINCTOS SUOS NON DISPEXIT
LAUDENT EUM CAELI ET TERRA
MARE ET OMNIA QUAE IN EIS MOVENTUR
QUIA DS SALVABIT SION ET AEDIFICABIT
CIVITATES IUDA
ET HABITABUNT IBI ET POSSEDEBUNT EA
ET SEMEN SERVORUM EIUS POSSEDEBIT EA
ET QUI DILIGUNT NOMEN EIUS
HABITABUNT IN EA

IN FINEM PSL DD IN REMEMORATIONE QD
SALVUM FECIT EUM DNS VOX ECCLESIAE

69. DS UT LIBERES ME DNE AD ADIUVANDUM
UT AUXILIERIS MIHI FESTINA
CONFUNDANTUR ET ERUBESCANT
QUI QUAERUNT ANIMAM MEAM
CONVERTANTUR RETRORSUM ET ERU
BESCANT QUI VOLUNT MALA MIHI
REVERTANTUR AD VESTIGIUM CONFUSI
ONIS SUAE QUI DICUNT MIHI EUGE EUGE
GAUDEANT ET LAETENTUR IN TE OMNES
QUI QUAERUNT TE
ET DICANT SEMPER MAGNIFICETUR DS
QUI DILIGUNT SALUTARE TUUM
EGO AUTEM EGENUS ET PAUPER DS
FESTINA PRO ME
AUXILIUM MEUM ET SALVATOR MEUS
TU DNE NE MORERIS

IN FINEM PSALMUS DD FILIORUM IONADAB
PRIORUM CAPTIVORUM VOX XPI AD PATREM

70. IN TE DNE SPERAVI NON CONFUNDAR
IN AETERNUM
IN IUSTITIA TUA ERUE ME ET LIBERA ME
INCLINA AD ME AUREM TUAM ET SALVA ME
ESTO MIHI IN DM PROTECTOREM ET IN LOCUM MUNITUM
UT INGREDIAR IUGITER PRAECEPISTI
UT SALVARES ME
QUIA PETRA MEA ET FORTITUDO MEA ES TU
DS MEUS SALVA ME DE MANU IMPII
DE MANU INIQUI ET NOCENTIS
QUIA TU ES EXSPECTATIO MEA DNE
DS FIDUCIA MEA AB ADOLESCENTIA MEA
A TE SUSTENTATUS SUM EX UTERO
DE VENTRE MATRIS MEAE TU ES
PROTECTOR MEUS

IN TE LAUS MEA SEMPER QUASI PORTENTUM
FACTUS SUM MULTIS
ET TU SPES MEA FORTISSIMA
INPLEATUR OS MEUM LAUDE TUA
TOTA DIE MAGNITUDINE TUA
NE PROICIAS ME IN TEMPORE SENECTUTIS
CUM DEFECERIT FORTITUDO MEA
NE DERELINQUAS ME
QUIA DIXERUNT INIMICI MEI MIHI
ET QUI OBSERVABANT ANIMAM MEAM
INIERUNT CONSILIUM PARITER
DICENTES DS DERELIQUIT EUM
PERSEQUEMINI ET CONPREHENDITE
EUM QUIA NON EST QUI ERUAT
DS NE ELONGERIS A ME DS MEUS
AUXILIUM MEUM FESTINA
CONFUNDANTUR ET CONSUMANTUR
ADVERSARII ANIMAE MEAE
OPERIANTUR OBPROBRIO ET CONFUSIO
NE QUI QUAERUNT MALUM MIHI
EGO AUTEM IUGITER EXSPECTABO
ET ADICIAM SUPER LAUDES TUAS
OS MEUM NARRAVIT IUSTITIAM TUAM
TOTA DIE SALUTARE TUUM
QUIA NON COGNOVI LITTERATURAS
INGREDIAR IN FORTITUDINE DNI DI
RECORDABOR IUSTITIAE TUAE SOLIUS
DS DOCUISTI ME AB ADULESCENTIA MEA
ET USQ. NUNC ADNUNTIABO MIRABILIA TUA
INSUPER ET USQ. IN SENECTUTEM ET
CANOS DS NE DERELINQUAS ME
DONEC ADNUNTIEM BRACHIUM TUUM
GENERATIONI
CUNCTISQ. VENTURI SUNT FORTITUDI
NES TUAS
ET IUSTITIAM TUAM DS USQ. IN EXCELSUM
QUANTA FECISTI MAGNALIA DS QUIS SIMILIS TIBI
QUI OSTENDISTI MIHI TRIBULATIONES
PLURIMAS ET ADFLICTIONES
CONVERSUS VIVIFICABIS NOS
ET DE ABYSSIS TERRAE RURSUM EDUCES NOS
MULTIPLICABIS MAGNITUDINEM MEAM
ET CONVERSUS CONSULABERIS ME
EGO AUTEM CONFITEBOR TIBI IN VASIS
PSALTERII VERITATEM TUAM DS MEUS
CANTABO TIBI IN CITHARA SCE ISRL
LAUDABUNT LABIA MEA CUM CANTAVERO TIBI
ET ANIMA MEA QUAM REDEMISTI
INSUPER ET LINGUA MEA TOTA DIE
MEDITABITUR IUSTITIAM TUAM
QUIA CONFUSI SUNT ET DEHONESTATI
QUAERENTES MALUM MIHI

PSALMUS IN SALAMONEM VOX ECCLESIAE
DE XPO AD DNM

71 DS IUDICIUM TUUM REGI DA
ET IUSTITIAM TUAM FILIO REGIS
IUDICABIT POPULUM TUUM IN IUSTITIA
ET PAUPERES TUOS IN IUDICIO
ADSUMENT MONTES PACEM POPULO
ET COLLES IUSTITIAM
IUDICABIT PAUPERES POPULI SALVA
BIT FILIOS PAUPERES
ET CONFRINGET CALUMNIATOREM
ET TIMEBUNT TE QUAMDIU ERIT
SOL ET ULTRA
LUNAM IN GENERATIONE GENERATIONUM
DISCENDIT UT PLUVIA SUPER VELLUS
UT STILLAE INRORANTES TERRAM
GERMINABIT IN DIEB. EIUS IUSTITIA
ET MULTITUDO PACIS DONEC NON SIT LUNA
ET DOMINABITUR A MARI USQ. AD MARE
ET A FLUMINE USQ. AD TERMINOS TERRAE
ANTE EUM PROCIDENT AETHIOPES
ET INIMICI EIUS PULVEREM LINGENT
REGES THARSIS ET INSULAE MUNERA
OFFERENT
REGES ARABIAE ET SABA TRIBUTUM
CONFERENT
ET ADORABUNT EUM OMNES REGES
UNIVERSAE NATIONES SERVIENT EI
QUIA ERUET PAUPEREM A POTENTE
ET INOPEM CUI NON EST ADIUTOR
PARCET INOPI ET PAUPERI
ET ANIMAS PAUPERUM SALVABIT
AB USURA ET INIQUITATE REDEMET
ANIMAM EORUM
ET PRAETIOSUS ERIT SANGUIS
CORAM OCULIS EIUS

ET UIUET ET DABITUR EI DE AURO SABA
ET ORABUNT DE EO IUGITER
TOTA DIE BENEDICENT EI
ERIT MEMORABILE TRITICUM
IN TERRA IN CAPITE MONTIUM
ELEUABITUR SICUT LIBANI FRUCTUS EIUS
ET FLOREBUNT DE CIUITATE
SICUT FAENUM TERRAE
ERIT NOMEN EIUS IN AETERNUM EIUS
ULTRA SOLEM PERSEUERAUIT NOMEN
ET BENEDICENTUR IN EO OMNES
GENTES ET BEATIFICABUNT EUM
BENEDICTUS DNS ISRAHEL QUI FACIT
MIRABILIA SOLUS
ET BENEDICTUM NOMEN GLORIAE
EIUS IN SEMPITERNUM
ET INPLEBITUR GLORIA EIUS UNIUERSA
TERRA AMEN AMEN
DEFECERUNT LAUDES DAUID FILII IESSE
PSALMUS ASAPH UOX XPI
AD PATREM DE IUDEIS
72 ATTAMEN BONUS EST ISRAHEL
HIS QUI IN MUNDO SUNT CORDE
MEI AUTEM PENE UACILLAUERUNT PEDES
PENE EFFUSI SUNT GRESSUS MEI
QUIA EMULATUS SUM CONTRA INIQUOS
PACEM IMPIORUM UIDENS
QUOD RECOGITAUERUNT DE MORTE SUA
ET FIRMA SINT UESTIBULA EORUM
IN LABORE HOMINUM NON SUNT
ET CUM HOMINIB· NON FLAGELLABUNTUR
IDEO NUTRITI SUNT AD SUPERBIAM
CUM DEDERUNT INIQUITATE SIBI
PROCESSERUNT A PINGUIDINE OCULI EORUM
TRANSIERUNT COGITATIONES CORDIS
INRISERUNT ET LOCUTI SUNT IN MALITIA
CALUMNIAM DE EXCELSO LOQUENTES
POSUERUNT IN CAELUM OS SUUM
ET LINGUA EORUM DEAMBULABIT
IN TERRA
PROPTEREA CONFITETUR
POPULUS MEUS HIC
ET QUIS PLENUS INUENIETUR IN EIS
ET DIXERUNT QUOMODO NOUIT DS
ET SI EST SCIENTIA IN EXCELSO
ECCE ISTI IMPII ET HABUNDANTES
IN SAECULO MULTIPLICAUERUNT DIUITIAS
ERGO NE FRUSTRA MUNDAUI COR MEUM
ET LAUAUI INNOCENTIA MANUS MEAS
ET FUI FLAGELLATUS TOTA DIE
ET INCREPATIO MEA IN MATUTINIS
DIXI SI NARRAUERO SIC
ECCE GENERATIONEM FILIORUM
TUORUM RELIQUI
ET COGITAUI UT INTELLEGEREM
ISTUD LABOR EST IN OCULIS MEIS
DONEC UENIAM AD SANCTUARIA DI SEMP
INTELLEGAM IN NOUISSIMO EORUM
UERUMTAMEN IN LUBRICO POSUISTI EOS
DEIECISTI EOS AD INTERITUM
QUOMODO UASTATI SUNT SUBITO DEFE
CERUNT CONSUMPTI SUNT
QUASI NON SINT
QUASI SOMNIUM EUIGILANTIS
DNE IN CIUITATE TUA IMAGINEM EORU
AD NIHILUM REDIGES
QUIA CONTRACTUM EST COR MEUM
ET LUMBI MEI UELUT IGNIS FUMIGANT
ET EGO INSIPIENS ET NESCIUS
QUASI IUMENTUM FACTUS SUM APUD TE
ET ERAM SEMPER TECUM
ET TENEBAS MANUM DEXTERAM MEA
IN CONSILIUM TUUM DEDUCES ME
ET POSTEA IN GLORIA SUSCIPIES ME
QUID MIHI EST IN CAELO ET TECUM
UOLUI IN TERRA
CONSUMPTA EST CARO MEA ET COR MEUM
ROBUR CORDIS MEI ET PARS MEA
DS IN AETERNUM
QUIA ECCE QUI ELONGANT SE A TE PERIBUNT
PERDIDISTI OMNEM FORNICANTEM A TE
MIHI AUTEM AD PROPINQUARE DO
BONUM EST
POSUI IN DNO DO SPEM MEAM
UT NARREM OMNES ADNUNTIATI
ONES TUAS
IN FINEM PRO IDITHUN PSALMUS ASAPH
UOX XPI AD PATREM

73 UT QUID DS REPPULISTI IN FINEM
IRASCITUR...

FUMABIT FUROR TUUS IN GREGEM
PASCUAE TUAE
RECORDARE CONGREGATIONIS TUAE
QUAM POSSEDISTI AB INITIO
ET REDEMISTI UIRGAM HEREDITATIS
TUAE MONTIS SION IN QUO HABITASTI
SUBLIMITAS PEDUM TUORUM DISSIPATA
EST USQ AD FINEM
OMNIA MALA EGIT INIMICUS IN SCO
FREMUERUNT HOSTES TUI
IN MEDIO PACTI TUI
POSUERUNT SIGNA SUA IN TROPEUM
MANIFESTA IN TROITU DESUPER IN SALTU
LIGNORUM SECURES
ET NUNC SCULPTURAS EIUS PARITER
BIPINNE ET DOLATORIIS DERASERUNT
MISERUNT IGNEM IN SCM CLUARIUM TUUM
IN TERRAM CONTAMINAUERUNT
TABERNACULUM NOMINIS TUI
DIXERUNT IN CORDIB SUIS
POSTERIORUM SIMUL
INCENDERUNT OMNES SOLLEMNITA
TES DI IN TERRA
SIGNA NOSTRA NON UIDIMUS
NON EST ULTRA PROPHETA ET NON EST
NOBISCUM
QUIS SCIAT USQUEQUO
USQ QUO DS EXPROBRABIT ADUERSARIUS
BLASFEMABIT INIMICUS NOMEN
TUUM IN FINEM
QUARE CONUERTIS MANUM TUAM
ET DEXTERAM TUAM AD MEDIUM
SINUM TUUM CONSUME
DS AUTEM REX MEUS AB INITIO
OPERATUR SALUTES IN MEDIO TERRAE
TU DISSIPASTI IN FORTITUDINE TUA MARE
CONTRIUISTI CAPITA DRACONUM IN AQUIS
TU CONFREGISTI CAPITA LEUIATHAN
DEDISTI EUM IN ESCAM POPULO AETHIOPUM
TU DISRUPISTI FONTEM ET TORRENTEM
TU EXSICASTI FLUMINA FORTIA
TUA EST DIES ET TUA EST NOX
TU ORDINASTI LUMINARIA ET SOLEM
TU STATUISTI OMNES TERMINOS TERRAE
AESTATEM ET HIEMEM TU PLAS
MASTI MEMENTO HUIUS
INIMICUS EXPROBRAUIT DNO
ET POPULUS INSIPIENS BLASFEMA
UIT NOMEN TUUM
NE TRADAS BESTIIS ANIMAM ERUDI
TAM LEGE TUA
UITAE PAUPERUM TUORUM NE OB
LIUISCARIS IN PERPETUUM
RESPICE AD PACTUM QUIA REPLETAE
SUNT
TENEBRIS TERRAE HABITATIONES
INIQUAE SUBREPTAE
NE REUERTATUR CONFRACTUS ET
CONFUSUS
EGENUS ET PAUPER LAUDABUNT
NOMEN TUUM
EXSURGE DS IUDICA CAUSAM TUAM
MEMENTO OBPROBRII TUI
AB INSIPIENTE TOTA DIE
NE OBLIUISCARIS UOCES HOSTIUM TUORUM
SONITUS ADUERSARIORUM TUORUM
ASCENDIT IUGITER
IN FINEM NE CORRUMPAS PSALMUS
ASAPH UOX XPI DE IUDICIO FUTURO
74 CONFITEBIMUR TIBI DS CONFITEBIMUR
ET IUXTA NOMEN TUUM NARRA
BUNT MIRABILIA TUA
CUM ACCIPERO TEMPUS EGO
IUSTITIAS IUDICABO
DESOLUETUR TERRA CUM OMNIB
HABITATORIB SUIS
EGO ADPENDI COLUMNAS EIUS SEMPER
DIXI INIQ AGENTIB NOLITE INIQ AGERE
ET IMPIIS NOLITE EXALTARE CORNU
NOLITE EXTOLLERE IN EXCELSUM
CORNU UESTRUM LOQUENTES
IN UERTICE UETERI
QUIA NEQ AB ORIENTE NEQ AB OCCIDENTE
NEQ A SOLITUDINE MONTIUM
SED DS IUDEX HUNC HUMILIABIT
ET HUNC EXALTABIT
QUIA CALIX IN MANU DNI EST UINO ME
RACO

USQ· AD PLENUM MIXTUS ET PROPI
NAUIT EX EO
UERUM TAMEN FECES EIUS E POTABUNT
BIBENTES OMNES IMPII TERRAE
EGO AUTEM ADNUNTIABO IN SEMPITERNUM
CANTABO DO IACOB ET OMNIA CORNUA
IMPIORUM CONFRINGAM
ET EXALTABUNTUR CORNUA IUSTI
CANTICUM AD ASSYRIUM UOX
ECCLESIAE AD XPM
75 COGNOSCITUR IN IUDAEA DS
IN ISRL MAGNUM NOMEN EIUS
ET ERIT IN SALEM TABERNACULUM EIUS
ET HABITATIO EIUS IN SION
IBI CONFRINGIT UOLATILIA ARCUS
SCUTUM ET GLADIUM ET BELLUM · SEMPER
LUMEN TUES MAGNIFICE A MONTIB·
CAPTIUITATIS
SPOLIATI SUNT SUPERBIA CORDE
DORMITAUERUNT SOMNUM SUUM
ET NON INUENERUNT
OMNES UIRI EXERCITUS MANUS SUAS
AB INCREPATIONE TUA DS IACOB
CONSOPITUS EST ET CURRUS EQUUS
TU TERRIBILIS ES ET QUIS STABIT
ADUERSUM TE EX TUNC IRA TUA
DE CAELO ADNUNTIABIS IUDICIUM
TERRA TIMENS TACEBIT
CUM SURREXERIT AD IUDICANDUM DS
UT SALUOS FACIAT OMNES MITES TERRAE SEMPER
QUIA IRA HOMINIS CONFITEBITUR TIBI
RELIQUIIS IRAE ACCINGERIS
UOUETE ET REDDITE DNO DO UESTRO
OMNES QUI IN CIRCUITU EIUS SUNT
OFFERENT DONA TERRIBILI
AUFERENT SPM DUCUM TERRIBILI
REGIB· TERRAE AD PATREM
IN FINEM PRO IDITHUN PSL ASAPH UOX XPI
76 UOCE MEA AD DNM CLAMAUI
UOCE MEA AD DM ET EXAUDIUIT ME
IN DIE TRIBULATIONIS MEAE DM
EXQUISIUI MANUS MEA NOCTE
EXTENDITUR ET NON QUIESCIT
SOLUIT CONSOLARI ANIMA MEA

RECORDANS DI CONTURBABAR
LOQUEBAR IN MEMET IPSO ET DEFI
CIEBAT SPS MEUS SEMPER
PROHIBEBAM SUSPECTUM
OCULORUM MEORUM
STUPEBAM ET NON LOQUEBAR
RECOGITABAM DIES ANTIQUOS
ANNOS PRAESTINOS
RECORDABAR PSALMORUM MEORU
IN NOCTE CUM CORDE MEO
LOQUEBAR ET SCOPEBAM SPM MEU
ERGO NE IN AETERNUM PROICIET DS
ET NON REPROPITIABITUR ULTRA
ERGO NE CONPLEBIT USQ· IN FINEM
MISERICORDIAM SUAM
CONSUMMABIT UERBUM DE GENERA
TIONE IN GENERATIONE
NUMQUID OBLITUS EST MISERERI DS
AUT CONPLEBIT IN FURORE
MISERICORDIAS SUAS SEMPER
ET DIXI INBECILLITAS MEA EST HAEC
COMMOTATIO DEXTERA EXCELSI
RECORDABOR COGITATIONUM DNI
REMINISCERI ANTIQUA MIRABILIA TUA
ET MEDITABOR IN OMNI OPERE TUO
ET AD INUENTIONES TUAS LOQUAR
DS IN SANCTUARIO UIA TUA
QUIS DS MAGNUS UT DS TU ES DS
FACIENS MIRABILIA
OSTENDENS IN POPULIS POTENTIAM TUA
REDIMISTI IN BRACHIO POPULUM TUU
FILIOS IACOB ET IOSEPH SEMPER
UIDENTES TE AQUAE DS UIDENTES TE
AQUAE PARTURIUERUNT ET COM
MOTA SUNT ABISSI
EXCUSSERUNT AQUAS NUBILA
UOCEM DEDERUNT NUBES
ET SAGITTAE TUAE DISCURREBANT
UOX TONITRUI TUI IN ROTA
APPARUERUNT FULGORA TUA ORBI
CONCUSSA EST ET COMMOTA EST TERRA
IN MARI UIA TUA ET SEMITAE TUAE
IN AQUIS MULTIS
ET UESTIGIA TUA NON SUNT AGNITA

DEDUXISTI QUASI GREGEM POPULUM
TUUM IN MANU MOSI ET AARON

INTELLECTUS ASAPH UOX XPI DE IUDEIS

77 AUSCULTA POPULUS MEUS LEGEM MEĀ
INCLINATE AUREM UESTRAM
AD UERBA ORIS MEI
APERIAM IN PARABULA OS MEUM
LOQUAR ENIGMATA ANTIQUA
QUAE AUDIUIMUS ET COGNOUIMUS
ET PATRES NOSTRI NARRAUERUNT NOBIS
NON SUNT ABSCONDITA A FILIIS EORUM
A GENERATIONE SEQUENTI
NARRANTES LAUDES DNI
ET POTENTIAM EIUS ET MIRABILIA
EIUS QUAE FECIT
STATUIT CONSTATIONEM IACOB
ET LEGEM POSUIT IN ISRL
QUAE MANDAUIT PATRIB NOSTRIS
UT DOCERENT FILIOS SUOS
UT COGNOSCERET GENERATIO SUBSEQUENS
FILII NASCITURI SURGENT ET NAR
RABUNT FILIIS SUIS
UT PONANT IN DO SPEM SUAM
ET NON OBLIUISCANTUR COGITATIO
NUM EIUS
ET MANDATA EIUS CUSTODIANT
UT SINT SICUT PATRES EORUM
GENERATIO DECLINANS ET PROUOCANS
GENERATIO QUAE NON PRAEPARAUIT
COR SUUM
ET NON CREDIDIT DO SPS EIUS
FILII EFFREM INTENDENTES
ET MITTENTES ARCUM
TERGA UERTERUNT IN DIE BELLI
NON CUSTODIERUNT PACTUM DI SUI
ET IN LEGE EIUS NOLUERUNT INGREDI
ET OBLITI SUNT COMMOTATIONUM EIUS
ET MIRABILIUM EIUS QUAE OSTENDIT EIS
CORAM PATRIB EORUM FECIT MIRABILIA
IN TERRA AEGYPTO IN REGIONE THANEOS
DIUISIT MARE ET TRANSDUXIT EOS
ET STARE FECIT AQUAS QUASI ACERUUM
ET DUXIT EOS NUBE PER DIEM
ET TOTA NOCTE IN LUMINATIONE IGNIS
SCIDIT PETRAM IN DESERTO
ET POTUM DEDIT QUASI DE ABYSSIS
MAGNIS
ET DUXIT RIUOS DE PETRA
ET ELICUIT QUASI FLUMINA AQUAS
ET ADDIDERUNT ULTRA PECCARE EI
UT PROUOCARENT EXCELSUM IN INUIO
ET TEMTAUERUNT DM IN CORDIB SUIS
PETENTES CIBUM ANIMAE SUAE
ET LOQUENTES CONTRA DM
DICEBANT NUMQUID POTERIT DS
PONERE MENSAM IN SOLITUDINE
ECCE PERCUSSIT PETRAM
ET FLUXERUNT AQUAE
ET TORRENTES INUNDAUERUNT
NUMQUID ET PANEM POTERIT DARE
AUT PRAEPARARE CARNEM POPULO SUO
IDEO AUDIUIT DNS ET NON DISTULIT
ET IGNIS ACCENSUS EST IN IACOB
ET FUROR ASCENDIT IN ISRL
QUIA NON CREDIDERUNT IN DO
NEC HABUERUNT FIDUCIAM
IN SALUTARE EIUS
ET PRAECIPIT NUBIB DESUPER
ET PORTAS CAELI APERUIT
ET PLUIT SUPER EOS MAN
UT COMEDERENT
ET TRITICUM CAELI DEDIT EIS
PANEM FORTIUM COMEDIT UIR
CIBARIA MISIT EIS IN SATURITATEM
ABSTULIT EURUM DE CAELO
ET INDUXIT IN FORTITUDINE SUA
AFRICUM
ET PLUIT SUPER EOS QUASI
PULUEREM CARNES
ET QUASI ARENAM MARIS UOLATILIA
PENNATA
ET CECIDERUNT IN MEDIO CASTRORŪ EIUS
IN CIRCUITU TABERNACULORUM EIUS
ET COMEDERUNT ET SATURATI SUNT
NIMIS
ET DESIDERIUM EORUM ADTULIT EIS
NON INDIGUERUNT DE CUPIDITATE SUA
CUM ADHUC CIBUS ESSET IN ORE EORŪ

FUROR ERGO DĪ ASCENDIT SUPER EOS
ET OCCIDIT PINGUES EORUM
ET ELECTOS ISRL INCURUABIT
IN OMNIB HIS PECCAUERUNT ULTRA
ET NON CREDIDERUNT MIRABILIB EIUS
ET CONSUMSIT IN UANITATE DIES EORŪ
ET ANNOS EORUM UELOCITER
SI OCCIDEBAT EOS TUNC REQUIRE
BANT EUM
ET CONUERTEBANTUR ET DELUCU
LO CONSURGEBANT AD DM
ET RECORDABANTUR QUIA DS
FORTITUDO EORUM
ET DS EXCELSUS REDEMPTOR EORŪ
ET LACTAUERUNT EUM IN ORE SUO
ET LINGUA SUA MENTITI SUNT EI
OS AUTEM EORUM NON ERAT
FIRMUM CUM EO
NEC PERMANSERUNT IN PACTO EIUS
IPSE UERO MISERICORS PROPITIABI
TUR INIQUITATI ET NON DISPERDET
MULTUMQ AUERTIT IRAM SUAM
ET NON SUSCITAUIT TOTUM
FUROREM SUUM
SED RECORDATUS EST QUIA CARO
ESSENT
SPS UADENS ET NON REUERTENS
QUOTIES PROUOCAUERUNT EUM
IN DESERTO
ADFLIXERUNT EUM IN SOLITUDINE
ET CONUERSI SUNT ET TEMTAUERUNT DM
ET SCM ISRL CONCITAUERUNT
NON SUNT RECORDATI MANUS EIUS
DIEI QUA REDEMIT EOS A TRIBULANTE
QUI FECIT IN AEGYPTO SIGNA SUA
ET OSTENTA SUA IN REGIONE TANEOS
QUI CONUERTIT IN SANGUINE
FLUUIOS EORUM
ET RIUOS EORUM UT NON BIBERENT
QUI INMISIT IN EIS OMNE GENUS
MUSCARUM UT COMEDERENT EOS
ET RANAS UT DISPERDERENT EOS
QUI DEDIT BRUCHO GERMEN EORŪ
ET LABOREM EORUM LACUSTAE

QUI OCCIDIT IN GRANDINE UINEAS EORŪ
ET SYCOMOROS EORUM IN FRIGORE
QUI TRADIDIT GRANDINI PASCUAM
EORUM
ET IUMENTA EORUM UOLUCRIB
QUI MISIT IN EIS IRAM FURORIS SUI
INDIGNATIONEM ET COMMINATIONĒ
ET ANGUSTIAM INMISIONEM
ANGELORUM MALORUM
MUNIUIT SEMITAM FURORIS SUO
NON PEPERCIT A MORTE
ANIMAE EORUM
ET ANIMANTIA EORUM PESTI TRADIDIT
ET PERCUSSIT OMNE PRIMOGE
NITUM IN AEGYPTO
PRINCIPIUM PARTUS IN TABERNA
CULIS CHAM
ET TULIT UELUT OUES POPULUM SUŪ
ET MINAUIT EOS SICUT GREGEM
IN DESERTO
ET EDUXIT EOS CUM FIDUCIA
ET ABSQ TIMORE
INIMICOS AUTEM EORUM OPERUIT MARE
ET ADDUXIT EOS AD TERMINUM
SCIFICATUM SUUM
MONTEM ISTUM QUEM POSSEDIT
DEXTERA EIUS
ET EIECIT A FACIE EORUM GENTES
ET POSSEDERE EOS FECIT
IN FUNICULO HEREDITATEM
ET CONLOCAUIT IN TABERNACULIS
EORUM TRIB ISRL
ET TEMTAUERUNT ET PROUOCA
UERUNT DM EXCELSUM
ET TESTIMONIA EIUS NON CUSTODIERUNT
AUERSI SUNT ET PRAEUARICATI SUNT
UT PATRES EORUM
INCURUATI SUNT QUASI ARCUS INUTILIS
ET PROUOCAUERUNT EUM IN EXCELSIS SUIS
ET IN SCULPTILIB SUIS AD AEMULAN
DUM CONCITAUERUNT
AUDIUIT DS ET NON DISTULIT ET PRO
IECIT UEHEMENTER ISRL
ET RELIQUIT TABERNACULUM ZELO

TENTORIUM QUOD CONLOCAUIT
INTER HOMINES
TRADIDIT IN CAPTIUITATEM GLORIAM
SUAM ET DECOREM SUUM
IN MANU HOSTIS
ET CONCLUSIT IN GLADIO POPULUM SUŪ
ET HEREDITATE SUA NON DISTULIT
IUUENES EORUM DEUORAUIT IGNIS
ET UIRGINES EIUS NEMO LUXIT
SACERDOTES EIUS GLADIO CECIDERUNT
ET UIDUAE EIUS NON SUNT FL. ETAE
ET EUIGILAUIT QUASI DORMIENS DÑS
QUASI FORTIS POST CRAPULAM UINI
ET PERCUSSIT HOSTES SUOS RETRORSŪ
OBPROBRIUM SEMPITERNUM
DEDIT EOS
ET PROIECIT TABERNALUM IOSEPH
ET TRIBUM EFREM NON ELEGIT
SED ELEGIT TRIBUM IUDA MONTEM
SION QUEM DILEXIT
ET AEDIFICAUIT IN SOLITUDINE
MONOCEROTON SCŪARIUM SUŪ
QUASI TERRAM FUNDAUIT ILLUD IN SCLM
ET ELEGIT DAUID SERUUM SUUM
ET TULIT EUM DE GREGIBUS OUIUM
SEQUENTĒ FOETAS ADDUXIT EUM
UT PASCERET IACOB POPULUM EIUS
ET ISRAHEL HEREDITATEM EIUS
QUI PAUIT EOS IN SIMPLICITATE
CORDIS SUI
ET IN PRUDENTIAM MANUUM
SUARUM DUX EORUM FUIT

IN FINEM PSL. DÕ CUM FUGISSET A FACIE
SAUL IN SPELUNCA UOX PAULI POST
RESURRECTIONEM

78 DS UENERUNT GENTES IN HERE
DITATEM TUAM
POLLUERUNT TEMPLUM SCM TUUM
POSUERUNT HIERUSALEM
IN ACERUIS CUSTODIAM
DEDERUNT CADAUERA SERUORUM
TUORUM ESCAS UOLATILIBUS CAELI
CARNES SCŌRUM TUORUM BESTIIS TERRAE
EFFUDERUNT SANGUINEM EORUM
QUASI AQUAM
IN CIRCUITU HIERUSALEM ET NON
ERAT QUI SEPELIRET
FACTI SUMUS OBPROBRIUM
UICINIS NOSTRIS
SUBSANNATIO ET DIRISIO HIS
QUI IN CIRCUITU NOSTRO SUNT
USQ· QUO DÑE IRASCERIS IN FINEM
ARDEBIT QUASI IGNIS ZELUS TUUS
EFFUNDE FUROREM TUUM SUPER
GENTES QUAE NON COGNOUERUNT TE
ET SUPER REGNA QUAE NOMEN TUŪ
NON INUOCAUERUNT
QUIA COMEDERUNT IACOB ET DECO
REM EIUS DESOLAUERUNT
NE RECORDERIS INIQUITATUM
NOSTRARUM UETERUM
CITO OCCUPENT MISERICORDIAE TUAE
QUIA ATTENUATI SUMUS NIMIS
AUXILIARE NOBIS [ds] HIESUS NOSTER
PROPTER GLORIAM NOMINIS TUI
ET LIBERA NOS ET PROPITIARE PECCATIS
NOSTRIS P̄P̄ NOMEN TUUM
QUARE DICUNT GENTES UBI EST DS EORŪ
NOTA FIAT IN GENTIB· ANTE OCULOS
NOSTROS
ULTIO SANGUINUM SERUORUM
TUORUM QUI EFFUSUS EST
INGREDIATUR CORAM TE GEMITUS
UINCTORUM
IN MAGNITUDINE BRACHII TUI RELIQ·
FILIOS INTERITUS
ET REDDE UICINIS NOSTRIS SEPTU
PLUM IN SINU EORUM
OBPROBRIUM SUUM QUOD EX
PROBRAUERUNT TIBI DÑE
NOS AUTEM POPULUS TUUS
ET GREX PASCUAE TUAE
CONFITEBIMUR TIBI IN SEMPITERNŪ
IN GENERATIONE ET GENERATIONE
NARRABIMUS LAUDES TUAS

IN FINEM PRO HIS QUAE COMMUTABUNTUR
TESTIMONIUM ASAPH UOX APOSTOLORŪ
DE ECCLESIA AD DÑM

QUI PASCIS ISRL AUSCULTA
QUI DUCIS QUASI GREGEM IOSEPH
QUI SEDES SUPER CHERUBIN
OSTENDERE
ANTE EFRAIM ET BENIAMIN
ET MANASSE
SUSCITA FORTITUDINEM TUAM
ET UENI UT SALUOS FACIAS NOS
DS CONUERTE NOS ET OSTENDE
FACIEM TUAM UT SALUI ERIMUS
DNE DS EXERCITUUM USQ QUO
FUMABIS AD ORATIONEM POPULI TUI
CIBASTI NOS PANE FLEBILI
ET POTASTI NOS IN LACRIMIS TRIPLICITER
POSUISTI NOS IN CONTRADICTIONE
UICINIS NOSTRIS
ET INIMICI NOSTRI SUBSANNA
UERUNT NOS
DS EXERCITUUM CONUERTE NOS
ET OSTENDE FACIEM TUAM
ET SALUI ERIMUS
UINEAM DE AEGYPTO TULISTI
EIECISTI GENTES ET PLANTASTI EAM
PRAEPARASTI ANTE FACIEM EIUS
ET ABSTULISTI RADICES EIUS
ET REPLEBIT TERRAM
OPERTI SUNT MONTES UMBRA EIUS
ET RAMIS ILLIUS CEDRI DI
EXPANDIT COMAS SUAS USQUE AD MARE
ET USQ AD FLUMEN GERMINA SUA
QUARE DISSIPASTI MACERIAM EIUS
ET UINDEMIAUERUNT EAM
OMNES QUI TRANSEUNT PER UIAM
UASTAUIT EAM APER DE SILUA
ET OMNES BESTIAE AGRI DEPASTAE
SUNT EAM
DS EXERCITUUM REUERTERE OBSECRO
RESPICE DE CAELO ET UIDE ET UISITA
UINEAM HANC
ET RADICEM QUAM PLANTAUIT
DEXTERA TUA
ET FILIUM QUEM CONFIRMASTI TIBI
SUCCENSAM IGNI ET DERAMATAM
AB INCREPATIONE FACIEI TUAE PERE
ANT

FIAT MANUS TUA SUPER UIRUM
DEXTERAE TUAE
ET SUPER FILIUM HOMINIS
QUEM FIRMASTI TIBI
ET NON RECEDIMUS A TE
UIUIFICABIS NOS ET NOMINI TUO
UOCABIMUR
DNE DS EXERCITUUM CONUERTE NOS
ET OSTENDE FACIEM TUAM
ET SALUI ERIMUS

IN FINEM PRO TORCULARIB PSALMUS ASAPH
AD PENTECOSTEN UOX APOSTOLORUM

80 LAUDATE DM FORTITUDINE NOSTRAM
IUBILATE DO IACOB
ADSUMITE CARMEN ET DATE TYMPANUM
CYTHARAM DECORAM CUM PSALTERIO
CLANGITE IN NEOMINIA BUCINA
ET IN MEDIO MENSE DIE SOLLEMNI
TATIS NOSTRAE
QUIA LEGITIMUM ISRL EST
ET IUDICIUM DO IACOB
TESTIMONIUM IN IOSEPH POSUIT
CUM EGREDIRETUR DE TERRA AEGYPTI
LABIUM QUOD NESCIEBAT AUDIUI
AMOUI AB HONERE HUMERUM EIUS
MANUS EIUS A COFINO RECESSERUNT
IN TRIBULATIONE INUOCASTI
ET ERUI TE
EXAUDIUI TE IN ABSCONDITO TONITRUI
PROBAUI TE SUPER AQUAM
CONTRADICTIONIS
AUDI POPULUS MEUS ET CONTESTOR TE
ISRL SI AUDIERIS ME
NON SIT IN TE DS ALIENUS
ET NON ADORES DM PEREGRINUM
EGO SUM DNS DS TUUS QUI EDUXI TE
DE TERRA AEGYPTI
DILATA OS TUUM ET INPLEBO ILLUD
ET NON AUDIUIT POPULUS MEUS
UOCEM MEAM
ET ISRL NON CREDIDIT MIHI
ET DIMISI EUM IN PRAUITATE CORDIS SUI
AMBULABUNT IN CONSILIIS SUIS
UTINAM POPULUS MEUS AUDISSET
ME

ISRL IN UIIS MEIS AMBULASSET semp
QUASI IN NIHILUM INIMICOS EIUS HUMILIASSE
ET SUPER HOSTES EORUM UERTISSE
MANUM MEAM
QUI ODERUNT DNM NEGABUNT EUM
ET ERIT TEMPUS EORUM IN SLO
ET CIBAUIT EOS DE ADIPE FRUMENTI
ET DE PETRA MELLIS SATURAUIT EOS

IN FINEM PSALMUS ASAPH UOX
ECCLESIAE DE IUDEIS

81 PS STETIT IN COETU DI
IN MEDIO DEOS IUDICAT
USQUEQUO IUDICATIS INIQUITATEM
ET FACIES IMPIORUM SUSCIPITIS semp
IUDICATE PAUPERI ET PUPILLO
EGENO ET INOPI IUSTIFICATE
SALUATE INOPEM ET PAUPEREM
DE MANU IMPIORUM LIBERATE
NON COGNOSCUNT NEQ· INTELLEGUNT
IN TENEBRIS AMBULANT
MOUEBUNTUR OMNIA FUNDA
MENTA TERRAE
EGO DIXI DII ESTIS ET FILII EXCELSI OMNES
UOS ERGO QUASI ADAM MORIEMINI
ET QUASI UNUS DE PRINCIPIB· CADETIS
SURGE DNE IUDICA TERRAM
QM TU HEREDITABIS OMNES GENTES

CANTICUM PSL ASAPH UOX ECCLESIAE AD DNM
DE IUDEIS ET DE CUNCTIS HOMINUM

82 PS NE TACEAS NE SILEAS ET NON QUIESCAS DS
QUIA ECCE INIMICI TUI TUMULTATI ST
ET QUI ODERUNT TE ELEUAUERUNT
CAPUT
CONTRA POPULUM TUUM
NEQUITER TRACTAUERUNT
ET INIERUNT CONSILIUM ADUERSUM
ARCANUM TUUM
DIXERUNT UENITE ET CONTERA
MUS EOS DE GENTE
ET NON SIT MEMORIA NOMINIS
ISRL ULTRA
QM TRACTAUERUNT PARITER
CONTRA TE FOEDUS PEPIGERUNT
TABERNACULA IDUMEAE ET ISMAHELI
TARUM
MOAB ET AGARENI GEBAL ET AMMON
ET AMALECH
PALESTINA CUM HABITATORIB· TYRI
SED ET ASSUR UENIT CUM EIS
FACTI SUNT BRACHIUM FILIORUM LOTH semp
FAC ILLIS SICUT MADIAN ET SISARRAE
SICUT IABIN IN TORRENTE CISON
CONTRITI SUNT IN AENDOR
FUERUNT QUASI STERQUILINIUM TERRAE
PONE DUCES EORUM SICUT OREB
ET ZEB ET ZEBEE ET SALMANA
OMNES PRINCIPES EORUM
QUI DIXERUNT POSSEDEAMUS NOBIS
PULCHRITUDINEM DI
DS MEUS PONE EOS UT ROTAM QUASI
STIPULAM ANTE FACIEM UENTI
QUOMODO IGNIS CONBURIT SILUAM
ET SICUT FLAMMA DEUORANS MONTES
SIC PERSEQUERE EOS IN TEMPES
TATE TUA
ET IN TURBIDINE TUO CONTURBA EOS
INPLE FACIES EORUM IGNOMINIA
ET QUAERENT NOMEN TUUM DNE
CONFUNDANTUR ET CONTURBENTUR
USQUE IN SLM
ERUBESCANT ET PEREANT
ET SCIANT QUIA NOMEN TUUM ES DNS
SOLUS EXCELSUS SUPER OMNEM
TERRAM IN FINEM PRO TORCULARIB·
FILIIS CHORAE LEGENDUS AD EUANGELIUM MATTHEI
AD EOS QUI FIDEM ST CONSECUTI UOX XPI

83 QUAM DILECTA TABERNACULA TUA
DNE EXERCITUUM
DESIDERAT ET DEFECIT ANIMA
MEA IN ATRIA DNI
COR MEUM ET CARO MEA LAUDABUNT
DM UIUENTEM
SIQUIDEM AUIS INUENIT DOMUM
ET PASSER NIDUM SIBI UBI PONAT
PULLOS SUOS
ALTARIA TUA DNE EXERCITUUM
REX MEUS ET DS MEUS
BEATI QUI HABITANT IN DOMU TUA
ADHUC LAUDABUNT TE semper

BEATUS HOMO CUIUS IN TE EST FORTITUDO
SEMITAE IN CORDE EIUS
TRANSEUNTES IN UALLE FLETUS
FONTEM PONENT EAM BENEDICTI
NE QUOQ· AMICIETUR DOCTOR
IBUNT IN FORTITUDINE IN FORTITUDINE̅
PAREBUNT APUD DM IN SION
DNE DS EXERCITUUM EXAUDI ORATI
ONEM AUSCULTA DS IACOB semper
CLEPEUS NOSTER UIDE DS ET ATTENDE
FACIEM XPI TUI
QM MELIOR EST DIES IN ATRIIS TUIS
SUPER MILIA
ELEGI ABIECTUS ESSE IN DOMO DI MEI
MAGIS QUAM HABITARE IN TABER
NACULIS IMPIETATIS
QUIA SOL ET SCUTUM DNS DS
GRATIAM ET GLORIAM DABIT DNS
NEC PROHIBEBIT BONUM AB HIS QUI
AMBULANT IN PERFECTIONE
DNE EXERCITUUM BEATUS HOMO
QUI CONFIDIT IN TE
IN FINEM FILIIS CHORAE PSL UOX APOS
TOLICA AD NOUELLUM POPULUM
84 PLACATUS ES DNE TERRAE TUAE
REDUXISTI CAPTIUITATEM IACOB
DIMISISTI INIQUITATEM POPULO TUO
OPERUISTI OMNES INIQUITATES EORU̅ semp
CONTINUISTI OMNEM INDIGNATIO
NEM TUAM
CONUERSUS ES AB IRA FURORIS TUI
CONUERTE NOS DS HIESUS NOSTER
ET SOLUE IRAM TUAM ADUERSUM NOS
NOLI IN AETERNUM IRASCI NOBIS
EXTENDENS IRAM TUAM IN GENE
RATIONEM ET GENERATIONEM
NONNE TU REUERTENS UIUIFICABIS NOS
ET POPULUS TUUS LAETABITUR IN TE
OSTENDE NOBIS DNE MISERICORDIA̅
TUAM ET SALUTARE TUUM DA NOBIS
AUDIAM QUID LOQUATUR DNS DS
LOQUETUR ENIM PACEM AD POPULUM SUU̅
ET AD SCOS SUOS UT NON CONUER
TANTUR AD STULTITIAM

UERUM TAMEN PROPE EST HIS QUI
TIMENT EUM SALUTARE EIUS
UT HABITET GLORIA IN TERRA NOSTRA
MISERICORDIA ET UERITAS OCCURRERU̅
IUSTITIA ET PAX DEOSCULATAE SUNT
UERITAS DE TERRA ORTA EST
ET IUSTITIA DE CAELO PROSPEXIT
SED ET DNS DABIT BONUM
ET TERRA NOSTRA DABIT GERMEN SUU̅
IUSTITIA ANTE EUM IBIT ET PONET
IN UIA GRESSUS SUOS AD PATREM
ORATIO DAUID PER IEIUNIUM UOX XPI
85 INCLINA DNE AUREM TUAM EXAUDI ME
QUI EGENUS ET PAUPER EGO SUM
CUSTODI ANIMAM MEAM QUIA SCS SU̅
SALUA SERUUM TUUM TU DS MEUS
QUI CONFIDIT IN TE
MISERERE MEI DNE QM AD TE
CLAMABO TOTA DIE
LAETIFICA ANIMAM SERUI TUI
QUIA AD TE ANIMAM MEAM LEUO
TU ENIM ES DNE BONUS ET PPITIABIS
ET MULTUM MISERICORDIA OMNIB·
QUI INUOCANT TE
EXAUDI DNE ORATIONEM MEAM
ET AUSCULTA UOCE̅ DEPRECATIONUM
MEARUM
IN DIE TRIBULATIONIS MEAE INUOCABO
TE QUIA EXAUDIES ME
NON EST SIMILIS TUI IN DIIS
ET NON EST IUXTA OPERA TUA
OMNES GENTES QUAS FECISTI UENI
ENT ET ADORABUNT CORAM TE DNE
ET GLORIFICABUNT NOMEN TUU̅
QUIA MAGNUS ES TU ET FACIENS
MIRABILIA TU DS SOLUS
DOCE ME DNE UIAM TUAM UT
AMBULEM IN UERITATE TUA
UNICUM FAC COR MEUM UT TIMEAT
NOMEN TUUM
CONFITEBOR TIBI DNE DS MEUS
IN TOTO CORDE MEO
ET GLORIFICABO NOMEN TUUM
IN SEMPITERNUM

QUIAMISERICORDIATUAMAGNA
ESTSUPERME
ETERUISTIANIMAMMEAM
DEINFERNOEXTREMO
DSSUPERBISURREXERUNTADUERSUSME
ETCOETUS ROBUSTORUM QUAESI
ERUNTANIMAMMEAM
ET NONPROPOSUERUNTTE
INCONSPECTUSUO
TUAUTEMDNEDSMISERICORS
ETCLEMENS PATIENS
ETMULTAEMISERICORDIAEETUERUS
RESPICEADMEETMISERERERMEI
DAFORTITUDINEMTUAMSERUOTUO
ETSALUAFILIUMANCILLAETUAE
FACMECUMSIGNUMINBONITATE
ETUIDENTQUIODERUNTME
ETCONFUNDANTUR
QUIATUDNEAUXILIATUSESMIHI
ETCONSOLATUSESME
INFINEMFILIIS CHORAE PSALMUS
CANTICIUOXAPOSTOLICA DEECCLESIA
86 FUNDAMENTAEIUS INMONTIB
SANCTUARII
DILEGITDNS PORTASSION
SUPEROMNIATABERNACULAIACOB
GLORIOSADICTASUNTINTECIUITASDI SEMP
COMMEMORABOSUPERBIAE
ETBABYLONISSCIENTIB ME
ECCEPALESTINAETTYRUSCUMAETHI
OPIAISTE NATUSESTIBI
ADSIONAUTEMDICETURUIRETUIR
NATUSESTINEA
ETIPSEFUNDAUITEAMEXCELSUS
DNSNUMERABITSCRIBENSPOPULOS
IPSENATUSESTINEA SEMPER
ETCANTABUNTQUASIINCHORIS
OMNES FONTESMEIINTE
INFINEMPROMALECHADRESPONDENDUM
HEMANEMISRAHELITAE UOXXPI DEPASSI
ONESUA DICIT ADPATREM CANTICUM
PSALMUS FILIIS CHORAE
87 DNEDSSALUTISMEAE PERDIEM
CLAMAUIETNOCTECORAMTE

INCREDIATURANTEORATIOMEA
INCLINAAUREMTUAMADLAUDATIONEMMEAM
QUIAREPLETAESTMALISANIMAMEA
ETUITAMEAADINFERNUMDISCENDIT
REPUTATUSSUMCUMDISCENDENTIB
INLACUM
FACTUSSUMQUASIHOMOINUALIDUS
INTERMORTUOSLIBER
peru SICUTINTERFECTIDORMIENTESINSEPULCHRO
QUORUMNONRECORDARISAMPLIUS
ETQUIAMANUTUAABSCISISUNT
POSUISTIMEINLACUNOUISSIMOIN
TENEBRISETINPROFUNDIS
SUPERMECONFIRMATUSESTFURORTUUS
ETCUNCTISFLUCTIB TUISADFLIXISTIME SEMP
LONGEFECISTINOTOSMEOSAME
POSUISTIMEABOMINATIONEMEIS
CLAUSUMETNONPRODEUNTEM
OCULUSMEUS INFIRMATUSEST
ABADFLICTIONE
INUOCAUITEDNE TOTADIEEXPANDI
ADTEPALMASMEAS SEMPER
NUMQUIDMORTUISFACIESMIRABILIA
AUTGIGANTES RESURGENT
ETCONFITEBUNTURTIBI
NUMQUIDNARRABITURINSEPULCHRO
MISERICORDIATUA
ETUERITASTUAINPERDITIONE
NUMQUIDCOGNOSCENTUR
INTENEBRISMIRABILIATUA
ETIUSTITIATUAINTERRAQUAE
OBLIUIONITRADITAEST
EGOAUTEMADTEDNECLAMAUI
ETMANEORATIOMEA
PRAEUENIETTEQUAREDNE
ABICISANIMAMMEAM
ABSCONDISFACIEMTUAMAME
PAUPEREGOETAERUMNOSUS
ABADOLISCENTIA
PORTAUIFUROREMTUUM
ETCONTURBATUSSUM
PERMETRANSIERUNTIRAETUAE
TERRORESTUIOPPRESSERUNTME
CIRCUMDEDERUNTMEQUASIAQUAETOTA
DIE

uallaverunt me pariter
longe fecisti a me amicum et so
dalem notos meos abstulisti
INTELLECTUS THEMAN ISRAHELITAE
UOX XPI AD PATREM DE IUDEIS
PR Misericordias dñi in aeternum cantabo
in generatione et generatione ad
nuntiabo veritatem tuam in ore meo
quia dixisti sempiterna miseri
cordia aedificabitur
caelo fundabis et veritas tua in eis
percussi foedus cum electo meo
iuravi david servo meo
usq· in aeternum stabiliam semen tuum
et aedificabo in generatione et
generatione thronum tuum semper.
confitebuntur caeli mirabilia
tua dñe
et veritatem tuam in ecclesia scorum
quis enim in nubib· aequabitur dño
adsimilabitur dño de filiis di
ds inclytus in arcano scorum nimio
et terribilis cunctis qui circum
eum sunt
dñe ds exercituum quis similis tui
fortissime dñe et veritas tua
in circuitu tuo
tu dominaris superbiae maris
et elationes gurgitum eius conprimis
tu confregisti quasi vulneratum
superbum
et in brachio fortitudinis dispersisti
inimicos tuos
tui sunt caeli et tua est terra
orbem et plenitudinem eius tu fundasti
aquilonem et dexteram tu cre
asti thabor et hermon nomen
tuum laudabunt
tuum brachium cum fortitudine
roboretur manus tua et exal
tetur dextera tua
iustitia et iudicium firmamen
tum throni tui
misericordia et veritas
praecedent faciem tuam
beatus populus qui scit iubilum
dñe in lumine vultus tui ambulabunt
in nomine tuo exultabunt tota die
et iustitia tua exaltabuntur
quia gloria fortitudinis eorum tu es
et in misericordia tua elevabitur
cornostrum
quia dñi est protectio nostra
et sci isrl regi nostro
tunc locutus es per visionem
filiis tuis et dixisti
posui adiutorium super robustum
et exaltavi electum de populo meo
inveni david servum meum
ER oleo sco meo unxi eum
cum quo manus mea firmaverit
et brachium meum probabit eum
et non decipiet inimicus eum
et filius iniquitatis non adfliget eum
sed concidam ante faciem eius
hostes illius
et qui eum oderunt percutiam
veritas autem mea et miseri
cordia mea erit cum eo
et in nomine meo exaltabitur
cornu eius
et ponam in mari manum eius
et in fluminib· dexteram eius
ipse invocabit me pater meus es tu
ds meus et fortitudo salutis meae
ego autem primogenitum ponam eum
excelsum regib· terrae
in aeternum custodiam ei
misericordiam meam
et pactum meum fidele erit ei
et ponam perpetuum semen eius
et thronum eius sicut dies caeli
si autem dereliquerint filii eius
legem meam
et in iudiciis meis non ambulaverint
si caerimonias meas profanaverint
et praecepta mea non custodierint
visitabo in virga scelera eorum

ET IN PLAGIS INIQUITATEM EORUM
MISERICORDIAM AUTEM MEAM
NON AUFERAM AB EO
NEC MENTIAR IN UERITATE MEA
NON UIOLABO PACTUM MEUM
ET QUOD EGRESSUM EST DE LABIIS
MEIS NON MUTABO
SEMEL IURAUI IN SCO MEO SI DAUID
MENTIAR
SEMEN EIUS IN SEMPITERNUM ERIT
ET THRONUS EIUS SICUT SOL
IN CONSPECTU MEO
SICUT LUNA STABILIETUR IN SEMPITERNUM
ET TESTIS IN CAELO FIDELIS semper
TU AUTEM REPPULISTI ET PROIECISTI
IRATUS ES ADUERSUS XPM TUUM
ATTENUASTI PACTUM SERUI TUI
PROFANASTI IN TERRA DIADEMA EIUS
DISSIPASTI OMNES MACHERIAS EIUS
POSUISTI MUNITIONES EIUS PAUOREM
DIRIPUERUNT EUM OMNES QUI
TRANSEUNT PER UIAM
FACTUS EST OBPROBRIUM UICINIS SUIS
ELEUASTI DEXTERAM HOSTIUM EIUS
LAETIFICASTI OMNES INIMICOS ILLIUS
AUERTISTI ROBUR GLADII EIUS
ET NON SUBLEUASTI EUM IN PROELIO
QUIESCERE FECISTI MUNDITIAM EIUS
ET THRONUM ILLIUS IN TERRA DETRAXISTI
ADBREUIASTI DIES ADOLESCENTIAE EIUS semp
OPERUISTI EUM IGNOMINIA SEMPITERNA
USQ· QUO DNE ABSCONDERIS IN FINEM
SUCCENDITUR QUASI IGNIS INDIGNATIO TUA
MEMENTO MEI DE PROFUNDO
ALIOQUIN QUARE FRUSTRA CREASTI
FILIOS HOMINUM
QUIS EST UIR QUI UIUAT ET NON
UIDEAT MORTEM
SALUANS ANIMAM SUAM DE MANU INFERI semp
UBI SUNT MISERICORDIAE TUAE ANTIQUAE DNE
QUAS IURASTI DAUID IN UERITATE TUA
RECORDARE DNE OBPROBRII SERUORUM TUORUM
QUIA PORTAUI IN SINU MEO OMNES
INIQUITATES POPULORUM

QUAS EXPROBRAUERUNT INIMICI TUI DNE
QUIB· EXPROBRAUERUNT UESTIGIA XPI TUI
BENEDICTUS DNS IN SEMPITERNUM
AMEN AMEN AD DNM
ORATIO MOYSI HOMINIS DI UOX APOSTOLICA
89 DNE HABITACULUM TU FACTUS ES NOBIS
IN GENERATIONE ET GENERATIONE
ANTEQUAM MONTES NASCERENTUR
ET PARTURIRETUR TERRA ET ORBIS
A SLO ET USQ· IN SLM TU ES DS
CONUERTENS HOMINEM
USQ· AD CONTRITIONEM
ET DICES REUERTIMINI FILII ADAM
QUIA MILLE ANNI IN OCULIS TUIS
SICUT DIES HESTERNA QUAE PERTRANSIIT
ET UIGILIA NOCTURNA
PERCUTIENTE TE EOS SOMNIUM ERUNT
MANE QUASI HERBA PERTRANSIENS
MANE FLORUIT ET ABIIT AD UESPERUM
CONTERETUR ATQ· SICCABITUR
ADSUMPTI ENIM SUMUS IN FURORE TUO
ET IN INDIGNATIONE TUA CONTURBATI SUMUS
POSUISTI INIQUITATES NOSTRAS CORAM TE
NEGLEGENTIAS NOSTRAS IN LUCE UULTUS TUI
OMNES ENIM DIES NOSTRI TRANSIERUNT
IN FURORE TUO CONSUMSIMUS
ANNOS NOSTROS QUASI SERMONEM
LOQUENS
DIES ANNORUM NOSTRORUM
IN IPSIS LXX ANNI
SI AUTEM MULTUM LXXX ANNI
ET QUOD AMPLIUS LABOR ET DOLOR
QUIA TRANSIUIMUS CITO ET AUOLAUIMUS
QUIS NOUIT FORTITUDINEM IRAE TUAE
ET SECUNDUM TIMOREM TUUM
INDIGNATIONEM TUAM
ET NUMERENTUR DIES NOSTRI
SIC OSTENDE
ET UENIEMUS CORDE SAPIENTI
REUERTERE DNE USQUEQUO
ET EXORABILIS ESTO SUPER SERUOS TUOS
INPLE NOS MATUTINA MISERICORDIA TUA
ET LAUDABIMUS ET LAETABIMUR
IN CUNCTIS DIEB· NOSTRIS

LAETIFICA NOS PRO DIEB·US QUIBUS NOS HUMILIASTI
ET ANNIS IN QUIB·US UIDIMUS MALA
APPAREAT APUD SERUOS TUOS OPUS TUUM
ET GLORIA TUA SUPER FILIOS EORUM
ET SIT DECOR DÑI DI NI SUPER NOS
ET OPUS MANUUM NOSTRARUM CONFIRMA
LAUS CANTICI DD UOX ECCLESIAE AD XPM LEGEN
DUS ADE ANGELUM [illegible] TEMTATUR XPS
90 QUI HABITAT IN ABSCONDITO EXCELSI
IN UMBRACULO DÑI COMMORABITUR
DICENS DÑO SPES MEA ES ET FORTITUDO MEA
DS MEUS CONFIDAM IN EO
QUIA IPSE LIBERABIT TE DE LAQUEO
UENANTIUM
DE MORTE INSIDIARUM
IN SCAPULIS SUIS OBUMBRABIT TIBI
ET SUB ALIS EIUS SPERABIS
SCUTUM ET PROTECTIO UERITAS EIUS
NON TIMEBIS A TIMORE NOCTURNO
A SAGITTA UOLANTE PER DIEM
A PESTE IN TENEBRIS AMBULANTE
A INCURSU IN SANIENTIS MERIDIE
CADENT A LATERE TUO MILLE ET DECEM
MILIA A DEXTERIS TUIS
AD TE AUTEM NON ADPINQUABIT
UERUM TAMEN OCULIS TUIS UIDEBIS
ET ULTIONEM IMPIORUM CERNES
TU ENIM ES DÑE SPES MEA
EXCELSUM POSUISTI HABITACULUM TUUM
NON ACCIDIT AD TE MALUM
ET LEPRA NON ADPROPINQUABIT
TABERNACULO TUO
QUIA ANGELIS MANDAUIT DE TE
UT CUSTODIANT TE IN OMNIB·US UIIS TUIS
IN MANIB·US PORTABUNT TE
NE FORTE OFFENDAS AD LAPIDEM PEDEM TUUM
SUPER ASPIDEM ET BASILISCUM CALCABIS
CONCULCABIS LEONEM ET DRACONEM
QM MIHI ADHAESIT ET LIBERABO EUM
EXALTABO EUM QM COGNOUIT NOMEN MEUM
INUOCABIT ME ET EXAUDIAM EUM
CUM IPSO ERO IN TRIBULATIONE
ERUAM EUM ET GLORIFICABO
LONGITUDINE DIERUM INPLEBO EUM
ET OSTENDAM ILLI SALUTARE MEUM
LAUS CANTICI DD UOX ECCLESIAE
91 BONUM EST CONFITERI DÑO
ET PSALLERE NOMINI TUO ALTISSIME
AD ADNUNTIANDUM MANE
MISERICORDIAM TUAM
ET FIDEM TUAM IN NOCTE
IN DECACHORDO ET IN PSALTERIO
IN CANTICO IN CITHARA
QM LAETIFICASTI ME DÑE IN OPERE TUO
IN FACTURIS MANUUM TUARUM LAUDABO
QM MAGNIFICATA SUNT OPERA TUA DÑE
SATIS PROFUNDAE FACTAE SUNT
COGITATIONES TUAE
UIR INSIPIENS NON COGNOSCET
ET STULTUS NON INTELLEGET ISTUD
CUM GERMINAUERINT IMPII QUASI FAENUM
ET FLORUERINT OMNES QUI OPE
RANTUR INIQUITATEM
UT CONTERENTUR USQ· IN SEMPITERNUM
TU AUTEM EXCELSUS IN AETERNUM DÑE
ECCE INIMICI TUI DÑE ECCE INIMICI
TUI PERIBUNT
ET DISSIPABUNTUR OMNES QUI OPE
RANTUR INIQUITATEM
ET EXALTABITUR QUASI MONOCE
ROTIS CORNU MEUM
ET SENECTA MEA IN OLEO UBERI
ET DISPICIT OCULUS MEUS EOS
QUI INSIDIANTUR MIHI
DE HIIS QUI CONSURGUNT ADUERSUM ME
MALIGNANTIB·US AUDIT AURIS MEA
IUSTUS PALMA FLOREBIT
UT CAEDRUS LIBANO MULTIPLICABITUR
TRANSPLANTATI IN DOMO DÑI
IN ATRIIS DOMUS DI NI GERMINABUNT
ADHUC FRUCTIFICABUNTUR IN SENECTUTE
PINGUES ET FRONDENTES ERUNT
AD NUNTIANTES QUIA RECTUS DÑS
FORTITUDO MEA ET NON EST
INIQUITAS IN EO
LAUS CANTICI DAUID ANTE SABBATUM
QUANDO INHABITATA EST
TERRA EIUS

92 DNS REGNAUIT GLORIAM INDUTUS EST
INDUTUS EST DNS FORTITUDINE
ET ACCINCTUS EST
INSUPER ADPENDIT ORBEM
QUI NON COMMOUEBITUR
FIRMUM SOLIUM TUUM EXTUNC
AB AETERNO TU ES
LEUAUERUNT FLUMINA DNE
LEUAUERUNT FLUMINA UOCES SUAS
LEUAUERUNT FLUMINA GURGITES SUOS
A UOCIB AQUARUM MULTARUM
GRANDIS FLUCTUS MARIS
GRANDIS IN EXCELSO DNS
TESTIMONIA TUA FIDELIA FACTA SUNT NIMIS
DOMUM TUAM DECET SCITAS DNE
IN LONGITUDINE DIERUM

PSALMUS DAUID QUARTA SABBATI UOX
ECCLESIAE AD DNM DE IUDEIS

93 DS ULTIONUM DNS DS ULTIONUM OSTENDERE
ELEUARE QUI IUDICAS TERRAM
REDDE UICISSITUDINEM SUPERBIS
USQ QUO IMPII DNE USQUE QUO IMPII
EXULTABUNT
FLUENT LOQUENTES ANTIQUUM
GARRIENT OMNES QUI OPERANTUR
INIQUITATEM
POPULUM TUUM DNE CONTERENT
ET HEREDITATEM TUAM ADFLIGENT
UIDUAM ET ADUENAM INTERFICIENT
ET PUPILLOS OCCIDENT ET DIXERUNT
NON UIDEBIT DNS
ET NON INTELLEGET DS IACOB
INTELLEGITE STULTI IN POPULO
ET INSIPIENTES ALIQUANDO DISCITE
QUI PLANTAUIT AUREM NON AUDIET
AUT QUI FINXIT OCULUM NON UIDEBIT
QUI ERUDIT GENTES NON ARGUET
QUI DOCET HOMINEM SCIENTIAM
DNS NOUIT COGITATIONES HOMINUM
QUIA UANAE SUNT
BEATUS UIR QUEM TU ERUDIERIS DNE
ET DE LEGE TUA DOCUERIS EUM
UT QUIESCAT A DIEB ADFLICTIONIS
DONEC FODEATUR IMPIO INTERITUS
NON ENIM DERELINQUET DNS
POPULUM SUUM
ET HEREDITATEM SUAM NON DESERET
QM AD IUSTITIAM REUERTETUR IUDICIUM
ET SEQUENTUR ILLUD OMNES RECTI CORDE
QUIS STABIT P ME ADUERSUM MALOS
QUIS STABIT PRO ME ADUERSUM
OPERARIOS INIQUITATIS
NISI QUIA DNS AUXILIATOR MEUS
PAULO MINUS HABITASSET IN IN
FERNO ANIMA MEA
SI DICEBAM MOTUS EST PES MEUS
MISERICORDIA TUA DNE SUSTENTABAT ME
IN MULTITUDINE COGITATIONUM MEARUM
QUAE SUNT IN ME INTRINSECUS
CONSOLATIONIS TUAE DILECTABUNT
ANIMAM MEAM
NUMQUID PARTICEPS ERIT TUI
THRONUS INSIDIARUM
FUGENS LABOREM IN PRAECEPTO
COPULABUNTUR ADUERSUS ANIMAM IUSTI
ET SANGUINEM INNOCENTEM CONDEMNABUNT
ERIT AUTEM DNS MIHI IN REFUGIUM
ET DS MEUS QUASI PETRA SPEI MEAE
ET RESTITUES SUPER EOS INIQUITATES SUAS
ET IN MALITIA SUA PERDES EOS
PERDET EOS DNS DS NOSTER

LAUS CANTICI DD UOX XPI AD APOSTOLOS

94 UENITE LAUDEMUS DNM
IUBILEMUS PETRAE IHESU NOSTRO
PRAEOCCUPEMUS UULTUM EIUS
IN AGNITIONE GRATIARUM
IN CANTICIS IUBILEMUS EI
QM FORTIS ET MAGNUS DNS
ET REX MAGNUS SUPER OMNES DEOS
IN CUIUS MANU FUNDAMENTA TERRAE
ET EXCELSA MONTIUM IPSIUS SUNT
CUIUS EST MARE IPSE ENIM FECIT ILLUD
ET SICCAM MANUS EIUS PLASMAUERUNT
UENITE ADOREMUS ET CUREMUR
FLECTAMUS GENUA ANTE FACIEM
DNI FACTORIS NOSTRI
QUIA IPSE EST DS NOSTER ET NOS POPULUS
PASCUAE EIUS ET GREX MANUS EIUS

HODIE SI UOCEM EIUS AUDIERITIS
NOLITE INDURARE CORDA UESTRA
SICUT IN CONTRADICTIONE
SICUT IN DIE TEMPTATIONIS IN DESERTO
UBI TEMPTAUERUNT ME PATRES UESTRI
PROBAUERUNT ET UIDERUNT OPUS MEUM
XL ANNIS DISPLICUIT MIHI GENE
RATIO ILLA
ET DIXI POPULUS ERRANS CORDE EST
ET NON COGNOSCENS UIAS MEAS
ET IURAUI IN FURORE MEO UT NON
INTROIRENT IN REQUIEM MEAM
QUANDO DOMUS AEDIFICABATUR POST
CAPTIUITATEM CANTICUM HUIC DD
UOX ECCLESIAE UOCANTIS
95 CANTATE DNO CANTICUM NOUUM
CANITE DNO OMNIS TERRA
CANITE DNO BENEDICITE NOMINI EIUS
ADNUNTIATE DE DIE IN DIEM
SALUTARE EIUS
NARRATE IN GENTIB· GLORIAM EIUS
IN UNIUERSIS POPULIS MIRABILIA EIUS
QUIA MAGNUS DNS ET LAUDABILIS NIMIS
TERRIBILIS EST SUPER OMNES DEOS
OMNES ENIM DII POPULORUM
SCULPTILIA
DNS AUTEM CAELOS FECIT
GLORIA ET DECOR ANTE UULTUM EIUS
FORTITUDO ET EXULTATIO IN SCUARIO EIUS
ADFERTE DNO FAMILIAE POPULORUM
ADFERTE DNO GLORIAM ET FORTITUDINEM
ADFERTE DNO GLORIAM NOMINI EIUS
LEUATE MUNERA ET INTROITE
IN ATRIA EIUS
ADORATE DNM IN DECORE SCUARII
PAUETE A FACIE EIUS OMNIS TERRA
DICITE IN GENTIB· DNS REGNAUIT
SIQUIDEM APPENDIT ORBEM INMOBILEM
IUDICABIT POPULOS IN AEQUITATE
LAETAMINI CAELI ET EXULTET TERRA
TONET MARE ET PLENITUDO EIUS
GAUDEAT AGER ET OMNIA QUAE IN EO SUNT
TUNC LAUDABUNT UNIUERSA
LIGNA SALTUS

ANTE FACIEM DNI QM UENIT
QM UENIT IUDICARE TERRAM
IUDICABIT ORBEM TERRAE IN IUSTO
ET POPULOS IN FIDE SUA
HUIC DD QUANDO TERRA EIUS RESTITUTA
EST AD CONFESSIONEM PROPHETIA UOX
ECCLESIAE AD ADUENTUM XPI
96 DNS REGNAUIT EXULTET TERRA·
LAETABUNTUR INSULAE MULTAE
NUBES ET CALIGO IN CIRCUITU EIUS
IUSTITIA ET IUDICIUM FIRMAMENTUM
SOLII EIUS
IGNIS ANTE FACIEM EIUS IBIT ET EX
URET PER CIRCUITUM HOSTES EIUS
APPARUERUNT FULGORA EIUS ORBI
UIDIT ET CONTREMUIT TERRA
MONTES SICUT CERA TABE FACTI
SUNT A FACIE DNI A FACIE DOMINA
TORIS OMNIS TERRAE
ADNUNTIAUERUNT CAELI IUSTITIAM EIUS
ET UIDERUNT OMNES POPULI GLORIAM EIUS
CONFUNDANTUR UNIUERSI QUI SERUI
UNT SCULPTILIA
QUI GLORIANTUR IN IDOLIS
ADORATE EUM OMNES DII
AUDIUIT ET LAETATA EST SION
ET EXULTAUERUNT FILIAE IUDAE
PROPTER IUDICIA TUA DNE
TU ENIM DNS EXCELSUS SUPER
OMNEM TERRAM
UEHEMENTER ELEUATUS ES
SUPER OMNES DEOS
QUI DILEGITIS DNM ODITE MALUM
CUSTODIT ANIMAS SCORUM SUORUM
DE MANU IMPIORUM ERUET EOS
LUX ORTA EST IUSTO ET RECTIS CORDE LAETITIA
LAETAMINI IUSTI IN DNO
ET CONFITEMINI MEMORIAE SCAE EIUS
PSL DD UOX ECCLESIAE AD DNM ET APOSTO
97 CANTATE DNO CANTICUM NOUUM *LOS*
QUIA MIRABILIA FECIT
SALUAUIT SIBI DEXTERA EIUS
ET BRACHIUM SCM EIUS
NOTUM FECIT DNS SALUTARE SUUM

INCONSPECTUGENTIUMREUELABIT
IUSTITIAMSUAM
RECORDATUSESTMISERICORDIAESUAE
ETUERITATISSUAEDOMUIIACOB
UIDERUNTOMNESFINESTERRAE
SALUTAREDINOSTRI
IUBILATEDŌOMNISTERRA
UOCIFERAMINIETLAUDATEETCANITE
CANITEDNOINCITHARAETUOCECARMINIS
INTUBISETCLANGOREBUCINAE
IUBILATECORAMREGEDNO
TONETMAREETPLENITUDOEIUS
ORBISETHABITATORESEIUS
FLUMINAPLAUDENTMANUSSIMUL
MONTESLAUDABUNTANTEDM
QUIAUENITIUDICARETERRAM
IUDICABITORBEMINIUSTITIA
ETPOPULOSINAEQUITATIB·

PSL DD UOX APOSTOLORUM AD POPULŪ

98 DNSREGNAUITCOMMOUEANTUR
POPULI
SESSORCHERUBINCONCUTIATURTERRA
DNSINSIONMAGNUSETEXCELSUSEST
SUPEROMNESPOPULOS
CONFITEANTURNOMINITUO
MAGNOETTERRIBILISCOQ·
INPERIUMREGISIUDICIUMDILEGIT
TUFUNDASTIAEQUITATESIUDICIUM
ETIUSTITIAMINIACOBTUFECISTI
EXALTATEDNMDMNOSTRUM
ETADORATESCABILLUMPEDUMEIUS
QUIASCSEST
MOYSESETAARONINSACERDOTIBEIUS
ETSAMUELINHISQUIINUOCANTNOMENEIUS
INUOCABANTDNMETIPSEEXAUDIUITEOS
INCOLUMNANUBISLOQUEBATURADEOS
CUSTODIERUNTTESTIMONIAEIUS
ETPRAECEPTUMDEDITEIS
DNEDSNRTUEXAUDISTIEOS
DNEPROPITIUSFUISTIEIS
ETULTORSUPERCOMMOTATIONIB·EORŪ
EXALTATEDNMDMNM
ETADORATEINMONTESCOEIUS
QUIASCSDNSDSNOSTER

PSALMUSDD UOXAPOSTOLORUM
ADPOPULUM

99 IUBILATEDŌOMNISTERRA
SERUITEDNOINLAETITIA
INGREDIEMINICORAMEOINLAUDE
SCITOTEQMDNSIPSEESTDS
IPSEFECITNOSETIPSIUSSUMUS
POPULUSEIUSETGREXPASCUAEEIUS
INGREDIEMINIPORTASEIUS
INGRATIARUMACTIONE
ATRIAEIUSINLAUDEQUIABONUSDNS
CONFITEMINIILLIET·BNNOMINIEIUS
INSEMPITERNUMMISERICORDIAEIUS
ETUSQADGENERATIONEMETGENE
RATIONEMFIDESEIUS SCORUM

PSL DD UOX XPI AD PATREM DE REQUIE

100 MISERICORDIAMETIUDICIUM
CANTABOTIBIDNE
PSALLAMETERUDIARINUIAPFECTA
QUANDOUENIESADME
AMBULABOINSIMPLICITATECOR
DISMEIINMEDIODOMUSMEAE
NONPROPONEBAMCORAM
OCULISMEISUERBUM BELIAL
FACIENTEMDECLINATIONESODIUI
NECADHESITMIHI
CORPRAUUMRECIDEBATAMEMALIGNŪNESCIĒ
LOQUENTEMINABSCONDITOCONTRA
PROXIMUMSUUMHUNCINTERFICIĒ
SUPERBUMOCULISETALTUMCORDE
CUMHOCESSENONPOTERO
OCULIMEIADFIDELESTERRAE
UTHABITENTMECUM
AMBULANSINUIASIMPLICITER
HICMINISTRABATMIHI
NONHABITABITINMEDIODOMUS
MEAEFACIENSDOLUM
LOQUENSMENDACIUMNONPLACEBIT
INCONSPECTUOCULORUMMEORŪ
MANEPERDAMOMNESIMPIOSTERRAE
UTINTERFICIAMDECIUITATEDNIUNI
UERSOSQUIOPERANTURINIQUITATĒ

ORATIOPAUPERISCUMANXIATUSFUERIT
ETCORAMDNOEFFUDERITPRECĒSUAM

CONSTANTER UOX PROPHETAE ECCLESIAE CUM
ASCENDISSET XPS AD PATREM

101 DNE EXAUDI ORATIONEM MEAM
ET CLAMOR MEUS AD TE UENIAT
NON ABSCONDAS FACIEM TUAM A ME
IN DIE TRIBULATIONIS MEAE
INCLINA AD ME AUREM TUAM
IN QUACUMQ· DIE INUOCAUERO TE
UELOCITER EXAUDI ME
QM CONSUMPTI SUNT SICUT FUMUS
DIES MEI
ET OSSA MEA QUASI FRIXA CONTABUERUNT
PERCUSSUM EST QUASI FOENUM
ET ARE FACTUM EST COR MEUM
QUIA OBLITUS SUM COMEDERE PANEM MEUM
A UOCE GEMITUS MEI ADHESIT
OS MEUM CARNI MEAE
ADSIMILATUS SUM PELICANO DESERTI
FACTUS SUM QUASI BUBO SOLITUDINU
UIGILAUI ET FUI SICUT AUIS SOLITARIA
SUPER TECTUM
TOTA DIE EXPROBRABANT MIHI
INIMICI MEI
EXSULTANTES PER ME IURABANT
QUIA CINEREM SICUT PANEM COMEDI
ET POTUM MEUM CUM FLETU MISCEBAM
A FACIE INDIGNATIONIS ET IRAE TUAE
QUIA ELEUANS ME ALLISISTI ME
DIES MEI SICUT UMBRA INCLINATI SUNT
ET EGO QUASI FOENUM ARUI
TU AUTEM DNE IN AETERNU PERMANES
MEMORIALE TUUM IN GENERATIONE
ET GENERATIONE
TU SUSCITANS MISEREBERIS SION
QUIA TEMPUS EST UT MISEREARIS EIUS
QM UENIT TEMPUS QM UENIT PACTU
QM PLACITO FECERUNT SERUI TUI LAPIDES
EIUS ET PULUEREM EIUS MISERABILE
ET TIMEBUNT GENTES NOMEN DNI ET
UNIUERSI REGES TERRAE GLORIAM TUAM
QUIA AEDIFICABIT DNS SION
APPARUIT IN GLORIA SUA
RESPEXIT AD ORATIONEM UACUI
ET NON DISPEXIT ORATIONEM EORU
SCRIBANTUR HOC IN GENERATIONE
NOUISSIMA
ET POPULUS QUI CREABITUR LAUDABIT DNM
QM PROSPEXIT DE EXCELSO SCUARIO SUO
DNS DE CAELO TERRAM CONTEMPLATUS EST
UT AUDIRET GEMITUM UINCTI
UT SOLUERET FILIOS MORTIS
UT NARRETUR IN SION NOMEN DNI
ET LAUDATIO EIUS IN HIERUSALEM
CONGREGATI FUERINT POPULI SIMUL
ET REGNA UT SERUIANT DNO
ET FLIXIT IN UIA FORTITUDINEM MEAM
ADBREUIAUIT DIES MEOS
DICAM DS MEUS NE RAPIAS ME IN
DIMEDIO DIERUM MEORUM
IN GENERATIONE GENERATIONUM ANNI TUI
A PRINCIPIO TERRAM FUNDASTI
ET OPUS MANUUM TUARUM CAELI
IPSI PERIBUNT TU AUTEM STABIS
ET OMNES QUASI UESTIMENTUM
ATTERRENTUR
ET QUASI PALLIUM MUTABIS ILLOS
ET MUTABUNTUR
TU AUTEM IPSE ES ET ANNI TUI
NON DEFICIENT
FILII SERUORUM TUORUM INHABITABUNT
ET SEMEN EORUM ANTE FACIEM
EORUM PERSEUERAUIT

IPSI DAUID UOX ECCLESIAE
AD POPULUM SUUM

102 BENEDIC ANIMA MEA DNO
ET OMNIA UISCERA MEA NOMINI
SCO EIUS
BENEDIC ANIMA MEA DNO
ET NOLI OBLIUISCI OMNIUM RETRIBUTIONUM EIUS
QUI PROPITIATUR CUNCTIS INIQUITATIB· TUIS
ET SANAT OMNES INFIRMITATES TUAS
QUI REDEMET DE CORRUPTIONE UITAM TUAM
ET CORONAT TE MISERICORDIA
ET MISERATIONIBUS
QUI REPLET BONIS ORNAMENTUM TUUM
INNOUABITUR SICUT AQUILAE IUUENTUS TUA
FACIENS IUSTITIAS DNS
ET IUDICIA CUNCTIS QUI CALUMNIAS SUSTI-
NENT

NOTAS FECIT UIAS SUAS MOISE
FILIIS ISRL COGITATIONES SUAS
MISERICORS ET CLEMENS DNS
PATIENS ET MULTAE MISERATIONIS
NON IN SEMPITERNUM IUDICABIT
NEQ IN AETERNUM IRASCITUR
NON SECUNDUM PECCATA NOSTRA
FECIT NOBIS
NEQ SECUNDUM INIQUITATES
NOSTRAS RETRIBUIT NOBIS
QUANTUM ENIM EXCELSUS EST
CAELUM TERRA
TANTUM CONFIRMATA MISERICOR
DIA EIUS SUPER TIMENTES EUM
QUANTUM LONGE EST ORIENS
AB OCCIDENTE
TANTUM LONGE FECIT A NOBIS
SCELERA NOSTRA
SICUT MISERETUR PATER FILIORŪ
MISERTUS EST DNS TIMENTIB SE
IPSE ENIM NOUIT PLASMATIONĒ
NOSTRAM
RECORDATUS EST QUIA PULUIS SUMUS
HOMO QUASI HERBA DIES EIUS
SICUT FLOS AGRI SIC FLOREBIT
QUIA SPS PTRANSIET EUM ET NON SUBSISTET
ET NON COGNOSCET EUM ULTRA LOCUS EIUS
MISERICORDIA AUTEM DNI AB AETERNO
ET USQ IN AETERNUM SUPER TIMEN
TES EUM
ET IUSTITIA EIUS IN FILIOS FILIORUM
HIS QUI CUSTODIUNT PACTUM EIUS
ET RECORDANTUR PRAECEPTORUM
EIUS AD FACIENDA EA
DNS IN CAELO STABILIUIT THRONUM SUŪ
ET REGNUM ILLIUS OMNIUM DOMINABITUR
BENEDICITE DNO ANGELI EIUS
FORTES ROBORE FACIENTES UERBUM EIUS
OBOEDIENTES UOCI SERMONUM EIUS
BENEDICITE DNO OMNES EXERCITUS EIUS
MINISTRI EIUS QUI FACITIS PLACITUM ILLIUS
BENEDICITE DNO UNIUERSA OPERA EIUS IN OMNI
BUS LOCIS POTESTATIS EIUS
BENEDIC ANIMA MEA DNO

IPSI DD UOX ECCLESIAE AD POPULUM SUUM

103 BENEDIC ANIMA MEA DNO
DNE DS MEUS MAGNIFICATUS ES NIMIS
GLORIA ET DECORE INDUTUS EST
AMICTUS LUCE QUASI UESTIMENTO
EXTENDENS CAELOS UT PELLEM
QUI TEGIS AQUIS CENACULA EIUS
QUI PONES NUBES CURRUM TUUM
QUI AMBULAS SUPER PINNAS UENTI
QUI FACIS ANGELOS TUOS SPS
MINISTROS TUOS IGNEM URENTEM
QUI FUNDASTI TERRAM SUPER BASES SUĀ
NON COMMOUEBITUR IN SLM ET IN SLM
ABYSSO QUASI UESTIMENTO
OPERUISTI EAM
SUPER MONTES STABUNT AQUAE
AB INCREPATIONE TUA FUGIENT
A UOCE TONITRUI FORMIDABUNT
ASCENDUNT MONTES ET DISCENDUNT
CAMPI
AD LOCUM QUEM FUNDASTI EIS
TERMINUM POSUISTI QUEM NON
PERTRANSIBUNT
NEC REUERTENTUR UT OPERIANT
TERRAM
QUI INMITTIS FONTES IN CONUALLIB
UT INTER MEDIOS MONTES FLUANT
UT BIBANT OMNIA ANIMALIA REGIONUM
UT REFICIAT ONAGER SITIM SUAM
SUPER EA UOLUCRES CAELI MORABUNTUR
DE MEDIO NEMORUM DABUNT UOCEM
QUI INRIGAS MONTES DE CENACULIS TUIS
DE FRUCTU OPERUM TUORUM
INPLEBITUR TERRA
GERMINANS HERBAM IUMENTIS
ET FAENUM SERUITUTI HOMINUM
UT EDUCAT DE TERRA FOENUM ET UINŪ
LAETIFICET COR HOMINIS
AD EXHILARANDAM FACIEM OLEO
PANIS AUTEM COR HOMINIS ROBORAT
SATIABUNTUR LIGNA DNI
CAEDRI LIBANI QUAS PLANTASTI IBI
AUES NIDIFICABUNT
MILUO ABIES DOMUS EIUS

MONTES EXCELSI CERUIS
PETRA REFUGIUM ERINACIIS
FECIT LUNAM PER TEMPORA
SOL COGNOUIT OCCUBITUM SUUM
POSUISTI TENEBRAS ET FACTA EST NOX
IN IPSA MOUEBUNTUR OMNES BESTIAE
SILUAE
LEONES RUGIENTES AD PRAEDAM
ET QUAERENTES A DÕ ESCAM SIBI
ORIENTE SOLE RECIDENT
ET IN SPELUNCIS SUIS CUBABUNT
EGREDIETUR HOMO AD OPUS SUUM
ET AD SERUITUTEM SUAM USQ; AD UESPERUM
QUAM MULTA SUNT OPERA TUA DÑE
OMNIA IN SAPIENTIA FECISTI
INPLETA EST TERRA POSSESSIONE TUA
HOC MARE MAGNUM ET LATUM MANIB;
IBI REPTILIA INNUMERABILIA
ANIMALIA PARUA CUM GRANDIB;
IBI NAUES PERTRANSIBUNT LEUIATHAN
ISTUM PLASMASTI UT INLUDERET EI
OMNIA INTE SPERANT UT TU DES
CIBUM EIUS IN TEMPORE SUO
DANTE TE ILLIS COLLIGENT
APERIENTE TE MANUM TUAM
REPLEBUNTUR BONO
ABSCONDE UULTUM TUUM
ET TURBABUNTUR
AUFERES SPM̃ EORUM ET DEFICIENT
ET IN PULUEREM SUUM REUERTENTUR
EMITTES SPM̃ TUUM ET CREABUNTUR
ET INSTAURABIS FACIEM TERRAE
SIT GLORIA DÑI IN SEMPITERNUM
LAETABITUR DÑS IN OPERIB; SUIS
QUI RESPICIT TERRAM ET TREMET
TANGET MONTES ET FUMABUNT
CANTABO DÑO IN UITA MEA
PSALLAM DÕ QUAMDIU SUM
PLACEAT EI ELOQUIUM MEUM
EGO AUTEM LAETABOR IN DÑO
DEFICIANT PECCATORES DE TERRA
ET INPII ULTRA NON SINT
BENEDIC ANIMA MEA DÑO
ALLE UOX XPĨ AD APOSTOLOS DE IUDEIS

104 CONFITEMINI DÑO INUOCATE NOMEN EIUS
NOTAS FACITE POPULIS COGITATIONES EIUS
CANITE EI ET PSALLITE EI
LOQUIMINI IN UNIUERSIS MIRABILIB; EIUS
ET EXULTATE IN NOMINE SCÕ EIUS
LAETETUR COR QUAERENTIUM DÑM
QUAERITE DÑM ET UIRTUTEM EIUS
QUAERITE FACIEM EIUS IUGITER
RECORDAMINI MIRABILIUM QUAE FECIT
SIGNORUM ET IUDICIORUM ORIS EIUS
SEMEN ABRAHAM SERUI EIUS
FILII IACOB ELECTI EIUS
IPSE DÑS DS NOSTER IN UNIUERSA
TERRA IUDICIA EIUS
RECORDATUS EST IN AETERNUM PACTI SUI
UERBI QUOD PRAECEPIT IN MILLE
GENERATIONES
QUOD PEPIGIT CUM ABRAHAM
ET IURAMENTI SUI CUM ISAAC
ET FIRMAUIT ILLUT CUM IACOB IN LEGE
CUM ISRL IN PACTUM SEMPITERNUM
DICENS TIBI DABO TERRAM CHANAAN
FUNICULUM HEREDITATIS UESTRAE
CUM ESSENT UIRI PAUCI MODICI
ET ADUENAE IN EA
ET TRANSIERUNT DE GENTE IN GENTEM
ET DE REGNO AD POPULUM ALTERUM
NON DIMISIT HOMINEM UIL NOCERE EIS
ET CORRIPUIT PRO EIS REGES
NOLITE TANGERE CHRISTOS MEOS
ET PROPHETAS MEOS NOLITE ADFLIGERE
ET UOCAUIT FAMEM SUPER TERRAM
OMNEM UIRGAM PANIS CONTRIUIT
MISIT ANTE FACIEM EORUM UIRUM
IN SERUUM UENUNDATUS EST IOSEPH
ADFLIXERUNT IN CONPEDES PEDES EIUS
IN FERRUM UENIT ANIMA EIUS
USQ; AD TEMPUS DONEC UENIRET SERMO EIUS
ELOQUIUM DÑI PROBAUIT EUM
MISIT REX ET SOLUIT EUM
PRINCEPS POPULORUM ET DIMISIT ILLUM
POSUIT EUM DOMINUM DOMUS SUAE
ET PRINCIPEM OMNI POSSESSIONE SUA
UT ERUDIRET PRINCIPES EIUS SECUNDUM

uoluntatem suam
et senes eius sapientiam doceret
et egressus est isrl aegyptum
et iacob aduena fuit in terra cham
et crescere fecit populum suum nimis
et roborauit eum super hostes eius
conuertit cor eorum ut odio
haberent populum eius
ut dolose agerent contra seruos illius
misit moysen seruum suum
aaron quem elegit sibi
posuit in eis uerba signorum suorum
et portentorum in terra cham
i misit tenebras et contenebrauit
et non fuerunt incredul uerbis eius
ii commutauit aquas eorum in sanguine
et occidit pisces eorum
iii ebulliuit terra eorum ranas
in cubilib. regum eorum
iiii dixit et uenit muscamomnimoda
v scinifes in uniuersis terminis eorum
vi dedit pluuias eorum grandinem
ignem flammantem in terra eorum
vii et percussit uineas eorum et ficulneas eorum
et confregit lignum finium eorum
viii dixit et uenit locusta
viiii et bruchus cuius non erat numerus
et comedit omne faenum terrae eorum
et deuorauit fructum terrae eorum
x et percussit omne primogenitum
in terra eorum
primitias uniuersi paratus eorum
et eduxit eos cum argento et auro
et non erat in trib. eorum infirmus
laetata est aegyptus cum egrederentur
quoniam incubuerat terror eorum super eos
expandit nubem in tentorium
et ignem ut luceret nocte
petierunt et aduenit ortigometra
et pane caeli saturauit eos
aperuit petram et fluxerunt aquae
cucurrerunt in aridis flumina
quia recordatus est uerbi sancti sui
cum habraham seruo suo

et eduxit populum suum in laetitia
laudantes electos suos
et dedit eis terras gentium
et laborem tribuum possederunt
ut custodirent caeremonias eius
et legem eius seruarent.
Alleluia uox ecclesiae ad apostolos
legendus ad exodum
105. Confitemini dno quoniam bonus
quoniam in aeternum misericordia eius
quis loquetur fortitudines dni
auditas faciet omnes laudes eius
beati qui custodiunt iudicium
et faciunt iustitiam in omni tempore
recordare mei dne in repropitiatione populi tui
uisita me in salutare tuo
ut uideam bona electorum tuorum
et laeter in laetitia gentis tuae
et exultem cum hereditate tua
peccauimus cum patrib. nostris
iniq. fecimus impie egimus
patres nostri in aegypto non intellexerunt mirabilia tua
non sunt recordati multitudinis
misericordiae tuae
et ad iracundiam prouocauerunt
super mare in mari rubro
saluauit autem eos propter nomen suum
ut ostenderet fortitudinem suam
et comminatus est mari rubro et aruit
et transduxit eos per abyssos
quasi in deserto
et saluauit eos de manu odientis
et redemit eos de manu inimici
et operuit aqua hostes eorum
unus de ipsis non superfuit
et crediderunt uerbis eius
cecinerunt q. laudem eius
cito obliti sunt operum illius
nec expectauerunt uoluntatem eius
et desiderauerunt desiderium
in deserto
et temptauerunt dm in solitudine

ET DEDIT ERGO EIS PETITIONEM IPSORUM
ET MISIT TENUITATEM IN ANIMA EORUM
ET ZELATI SUNT MOYSEN IN CASTRIS
ET AARON SCM DNI
APERTA EST TERRA ET DEUORAUIT
DATHAN
ET OPERUIT SYNAGOGAM ABIRAM
ET SUCCENSUS EST IGNIS IN SYNAGO
GAM EORUM
FLAMMA EXUSSIT IMPIOS
FECERUNT UITULUM IN CHOREB
ET ADORAUERUNT CONFLATILE
ET MUTAUERUNT GLORIAM SUAM
IN SIMILITUDINE BOUIS COME
DENTIS FAENUM
OBLITI SUNT DI SALUATORIS SUI
QUI FECIT MAGNALIA IN AEGYPTO
MIRABILIA IN TERRA HAM
TERRIBILIA SUPER MARE RUBRUM
DIXIT ERGO UT CONTERERET EOS
NISI NON MOYSES ELECTUS EIUS STE
TISSET MEDIUS CONTRA FACIEM ILLIUS
UT CONUERTERET INDIGNATIONEM
EIUS UT NON INTERFICERET
ET DISPEXERUNT TERRAM DESIDERABILE
NEC CREDIDERUNT SERMONI EIUS
ET MURMURAUERUNT IN TABERNA
CULIS SUIS
NON EXAUDIERUNT UOCEM DNI
ET ELEUAUIT MANUM SUAM SUPER EOS
UT DEICERET EOS IN DESERTO
ET UT DEICERET SEMEN EORUM IN GENTIB·
ET DISPERGERET EOS IN TERRIS
ET CONSECRATI SUNT BEELPHEGOR
ET COMEDERUNT UICTIMAS MORTUORUM
ET CONCITAUERUNT EUM IN STUDIIS SUIS
ET PERCUSSIT EOS PLAGA
STETIT AUTEM FINEES ET DIIUDICAUIT
ET EST RETENTA PERCUSSIO
ET REPUTATUM EST EI IN IUSTITIA
IN GENERATIONE ET GENERATIONEM
USQ· IN AETERNUM
ET PROUOCAUERUNT SUPER AQUAM
CONTRADICTIONIS

ET ADFLICTUS EST MOYSES PROPTER EOS
QUIA PROUOCAUERUNT SPM EIUS
ET PRAECIPIT LABIIS SUIS NON EXTER
MINAUERUNT POPULOS QUOS
DIXIT DNS EIS
ET COMMIXTI SUNT GENTIB· ET DI
DICERUNT OPERA EORUM
ET SERUIERUNT SCULPTILIB· EORUM
ET FACTUM EST EIS IN SCANDALUM
ET IMMOLAUERUNT FILIOS SUOS
ET FILIAS SUAS DEMONIB·
ET EFFUDERUNT SANGUINEM INNOCENTEM
SANGUINEM FILIORUM SUORUM
ET FILIARUM SUARUM
QUOS IMMOLAUERUNT SCULPTILIB·
CHANAAN
ET POLLUTA EST TERRA SANGUINIB·
ET COINQUINATI SUNT IN OPERIB· SUIS
ET FORNICATI SUNT IN STUDIIS SUIS
IRATUS EST ITAQ· FUROR DNI IN POPULUM SUUM
ET ABOMINATUS EST HEREDITATEM SUAM
ET DEDIT EOS IN MANU GENTIUM
ET DOMINATI SUNT EORUM
QUI ODERANT EOS
ET ADFLIXERUNT EOS INIMICI SUI
ET HUMILIATI SUNT SUB MANU EORUM
MULTIS UICIB· LIBERAUIT EOS
IPSI UERO PROUOCAUERUNT IN CONSILIIS SUIS
ET HUMILIATI SUNT PROPTER INIQUITATES SUAS
ET UIDIT TRIBULATIONEM EORUM
CUM AUDIRET EOS ROGANTES
ET RECORDATUS EST PACTI SUI CUM EIS
ET PENITUIT EUM SECUNDUM MULTI
TUDINEM MISERICORDIAE SUAE
ET DEDIT EOS MISERABILES
CORAM OMNIB· QUI CEPERANT EOS
SALUA NOS DNE DS NOSTER
ET CONGREGA NOS DE GENTIB·
UT CONFITEAMUR NOMINI TUO SCO
ET CANAMUS LAUDANTES TE
BENEDICTUS DNS DS ISRAHEL
AB AETERNO ET USQ· IN AETERNUM
ET DICET OMNIS POPULUS AMEN
AL LE LUIA

ALLELUIA UOX XPI DE IUDEIS LEGENDUS
AD IUDICIUM ET NUMERI LIBROS

106 CONFITEMINI DÑO QM BONUS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
DICANT QUI REDEMPTI SUNT A DÑO
QUOS REDEMIT DE MANU HOSTIS
ET DE TERRIS CONGREGAVIT EOS / MARI
AB ORIENTE ET OCCIDENTE AB AQUILONE ET
ERRAVERUNT IN SOLITUDINE IN DESERTA VIA
CIUITATEM QUAE HABITARETUR
NON REPPERIERUNT
ESURIENTES ET SITIENTES
ANIMA EORUM IN IPSIS DEFICIEBAT
ET CLAMAVERUNT AD DÑM
IN TRIBULATIONE SUA
DE ADFLICTIONE EORUM ERIPUIT EOS
ET DUXIT ILLOS PER UIAM RECTAM
UT UENIRENT IN CIUITATE HABITABILEM
CONFITEANTUR DÑO MISERICOR
DIAS EIUS
ET MIRABILIA EIUS IN FILIOS HOMINŪ
QUIA SATURAUIT ANIMAM UACUAM
ET ANIMAM ESURIENTEM INPLEUIT BONIS
HABITANTES IN TENEBRIS ET UMBRA
MORTIS
ALLIGATOS INOPIA ET FERRO
QUIA PROUOCAUERUNT SERMONES DĪ
ET CONSILIUM EXCELSI BLASFEMAUERUNT
ET HUMILIAUIT IN LABORE COR EORUM
CECIDERUNT ET NON ERAT QUI ADIUUARET
ET CLAMAUERUNT AD DÑM
IN TRIBULATIONE SUA
ET DE ANGUSTIIS EORUM SALUAUIT EOS
ET EDUXIT EOS DE TENEBRIS
ET UMBRA MORTIS
ET UINCULA EORUM DISRUPIT
CONFITEANTUR DÑO MISERICORDIAS EIUS
ET MIRABILIA EIUS IN FILIOS HOMINUM
QUIA CONTRIUIT PORTAS AEREAS
ET UECTES FERREOS CONFREGIT
STULTOS PROPTER UIAM SCELERIS EORŪ
ET PROPTER INIQUITATES ADFLICTOS
OMNEM CIBUM ABOMINATA EST
ANIMA EORUM

ET ACCESSERUNT AD PORTAS MORTIS
ET CLAMAUERUNT AD DÑM
IN TRIBULATIONE SUA
ET DE ANGUSTIIS EORUM SALUAUIT EOS
MISIT UERBUM SUUM ET SANAUIT EOS
ET SALUAUIT DE INTERITU
CONFITEANTUR DÑO MISERICORDIAS EIUS
ET MIRABILIA EIUS IN FILIOS HOMINUM
ET IMMOLENT HOSTIAS GRATIARUM
ET NARRENT OPERA EIUS IN LAUDE
QUI DISCENDUNT IN MARE NAUIB·
FACIENTES OPUS IN AQUIS MULTIS
IPSI UIDERUNT OPERA DÑI
ET MIRABILIA EIUS IN PROFUNDO
DIXIT ET SURREXIT UENTUS TEMPESTATIS
ET ELEUAUIT GURGITES EIUS
ASCENDUNT IN CAELUM
ET DISCENDUNT IN ABYSSOS
ANIMA EORUM IN ADFLICTIONE
CONSUMITUR
OBSTIPUERUNT ET INTREMUERUNT
QUASI EBRIUS
ET UNIUERSA SAPIENTIA EORUM
ABSORBTA EST
CLAMABUNT AUTEM AD DÑM
IN TRIBULATIONE SUA
ET DE ANGUSTIA EDUCET EOS
STATUET TURBIDINEM IN TRANQUILLI
TATEM ET SILEBUNT FLUCTUS EIUS
LAETABUNTUR QM QUIERUNT
ET DEDUCET EOS AD PORTUM
QUEM UOLUERUNT
CONFITEANTUR DÑO MISERICORDIAS EIUS
ET MIRABILIA EIUS IN FILIOS HOMINŪ
ET EXALTENT EUM IN ECCLESIA POPULI
ET IN CATHEDRA SENIORUM
LAUDENT EUM
PONET FLUMINA IN DESERTUM
ET FONTES AQUARUM IN SITIM
TERRAM FRUCTIFERAM IN SALSUGINE
PRAE MALITIA INHABITATORUM EIUS
PONET DESERTUM IN PALUDES AQUARŪ
ET TERRAM INUIAM FONTES AQUARUM
ET CONLOCAUIT IBI ESURIENTES

ET FORMABUNT URBEM AD HABI
TANDUM
ET SERENT AGROS ET PLANTABUNT
UINEAS
ET FACIENT FRUGES GERMINA
ET BENEDICET EIS ET MULTIPLICA
BUNTUR NIMIS
ET PECORA EORUM NON MINUET
IMMINUTA SUNT AUTEM ET ADFLICTA
PROPTER ANGUSTIAM MALI ET DOLORIS
ET EFFUNDET DESPECTIONEM
SUPER PRINCIPES
ET ERRARE EOS FACIET IN SOLITU
DINE DEUIA
ET SUBLEUABIT PAUPEREM DE INOPIA
ET PONET QUASI GREGEM FAMILIAS
UIDEBUNT RECTI ET LAETABUNTUR
ET OMNIS INIQUITAS CONTRAHET OS SUUM
QUIS SAPIENS ET CUSTODIET HAEC
ET INTELLEGET MISERICORDIAS DNI
CANTICUM PSALMI DAUID UOX ECCLESIAE
AD SUPERPOSITIONEM

107 PARATUM COR MEUM DS
CANTABO ET PSALLAM SED
ET GLORIA MEA
CONSURGE PSALTERIUM ET CYTHARA
CONSURGAM MANE
CONFITEBOR TIBI IN POPULIS DNE
ET CANTABO TE IN NATIONIB·
QM MAGNA SUPER CAELOS
MISERICORDIA TUA
ET USQ· AD AETHERA UERITAS TUA
EXALTARE SUPER CAELOS DS
ET SUPER OMNEM TERRAM GLORIA TUA
UT LIBERENTUR DILECTI TUI
SALUA DEXTERA TUA ET EXAUDI ME
DS LOCUTUS EST IN SCUARIO SUO
GAUDEBO DIUIDO SICHEM
ET UALLEM SOCCHOTH DEMETIAR
MEUS EST GALAAD ET MEUS EST
MANASSE
ET EFRAIM HEREDITAS CAPITIS MEI
IUDA DUX MEUS MOAB LEUES PELUIS MEA
SUPER IDUMEAM PROUINCIAM
CALCIAMENTUM MEUM CUM
PHILISTIM FOEDABOR
QUIS DEDUCET ME IN CIUITATEM MUNITAM
QUIS DEDUCET ME USQ· IN IDUMEAM
NONNE TU DS QUI PROIECERAS NOS
ET NON EXIERAS DS IN EXERCITIB· NOSTRIS
DA NOBIS AUXILIUM IN TRIBULATIONE
UANA EST ENIM SALUS AB HOMINE
IN DO ERIMUS FORTES
ET IPSE CONCULCABIT HOSTES NOSTROS
IN FINEM PSALMUS DAUID UOX XPI
DE IUDEIS

108 DS LAUDABILIS MIHI NE TACEAS
QUIA OS IMPII ET DOLOSI CONTRA ME
APERTUM EST
LOCUTI SUNT DE ME LINGUA MENDACII
UERBIS ODII CIRCUMDEDERUNT ME
EXPUGNAUERUNT ME FRUSTRA
PRO EO QUOD EOS DILIGEBAM
ADUERSABANTUR MIHI
EGO AUTEM ORABAM ET POSUERUNT
CONTRA ME MALUM PRO BONO
ET ODIUM PRO DILECTIONE MEA PRIMA
CONSTITUE SUPER EUM IMPIUM MALE
II SATANAN STET A DEXTRIS EIUS DICTIO
III CUM FUERIT IUDICATUS EXEAT CONDEMNATUS
IIII ET ORATIO EIUS SIT IN PECCATUM
V FIANT DIES EIUS PAUCI
VI EPISCOPATUM EIUS ACCIPIAT ALTER
VII FIANT FILII EIUS PUPILLI
VIII ET UXOR EIUS UIDUA
VIIII INSTABILES UAGENTUR FILII EIUS
ET MENDICENT
X ET QUAERANTUR IN PARIETINIS SUIS
XI SCRUTETUR EXACTOR UNIUERSAQ· HABET
XII ET DIRIPIANT URAB ALIENIS LABORES EIUS
XIII NON SIT QUI EIUS MISEREATUR
XIIII NEC QUI CLEMENS SIT IN PUPILLO EIUS
XV FIAT NOUISSIMUM EIUS INTERITUS
XVI IN GENERATIONE ALTERA DELEATUR
NOMEN EIUS
XVII REDEAT IN MEMORIA INIQUITAS
PATRUM EIUS APUD DOM
XVIII ET INIQUITAS MATRIS EIUS NON DELEATUR

XVIIII SIT CONTRA DÑM SEMPER
XX ET INTEREAT DE TERRA MEMORIA EORŪ
EO QUOD NON EST RECORDATUS
FACERE MISERICORDIAM
ET PERSECUTUS EST UIRUM INOPĒ
ET PAUPEREM
ET CONPUNCTUM CORDE UT INTER
FICERET
XXI ET DILEXIT MALEDICTIONĒ QUAE UENIET EI
XXII ET NOLUIT BENEDICTIONEM QUAE
ELONGABITUR AB EO
XXIII ET INDUTUS EST MALEDICTIONEM
QUASI UESTIMENTO SUO
XXIIII ET INGREDIETUR QUASI AQUA IN UISCERI
BUS EIUS
XXV ET QUASI OLEUM IN OSSA EIUS
XXVI SIT EI QUASI PALLIUM QUO CIRCUMDATUR
XXVII ET QUASI CINGULUM QUO SEMPER ACCINGITUR
HAEC EST RETRIBUTIO HIS QUI ADUER
SANTUR MIHI A DÑO
ET QUI LOQUUNTUR MALUM
CONTRA ANIMAM MEAM
TU AUTEM DÑE FAC MECUM
PROPTER NOMEN TUUM
QM BONA EST MISERICORDIA TUA
LIBERA ME QM EGENUS ET PAUPER SŪ
ET COR MEUM UULNERATUM EST
INTRINSECUS
ET QUASI UMBRACULUM INCLINATUR
ABDUCTUS SUM
ET EXCUSSUS QUASI LOCUSTA
GENUA MEA UACILLAUERUNT A IEIUNIO
ET CARO MEA MUTATA EST ABSQ· OLEO
ET EGO FACTUS SUM OBPROBRIUM EIS
UIDENTES ME MOUERUNT CAPUT SUŪ
ADIUUA ME DÑE DS MEUS
SALUA ME SECUNDUM MISERICORDIAM TUAM
ET SCIANT QM MANUS TUA HAEC
TU DÑE FECISTI EA
MALEDICENT ILLI ET TU BENEDICES
XXVIII RESTITERUNT ET CONFUNDENTUR
XXVIIII SERUUS AUTEM TUUS LAETABITUR
XXX INDUANTUR ADUERSARII MEI CONFUSIONE
ET OPERIANTUR QUASI UESTIMENTO
CONFUSIONE SUA
CONFITEBOR DÑO UEHEMENTER IN ORE MEO
ET IN MEDIO POPULORUM LAUDABO EUM
QM STABIT A DEXTRIS PAUPERIS
ET SALUET A IUDICIB· ANIMAM EIUS

PSALMUS DD UOX ECCLESIAE DE PATRE ET FILIO

(109) DIXIT DÑS DÑO MEO SEDE A DEXTRIS
MEIS
DONEC PONAM INIMICOS TUOS
SCABILLUM PEDUM TUORUM
UIRGAM FORTITUDINIS TUAE
EMITTET DÑS EX SION
DOMINARE IN MEDIO INIMICORŪ TUORŪ
POPULI TUI SPONTANEI ERUNT
IN DIE FORTITUDINIS SUAE
IN MONTIB· SCIS QUASI DE UULUA ORIETUR
TIBI ROS ADOLESCENTIAE SUAE
IURAUIT DÑS ET NON PAENITEBIT EUM
TU ES SACERDOS IN AETERNUM
SECUNDŪ ORDINEM MELCHISEDECH
DÑS A DEXTERA TUA PERCUSSIT
IN DIE FURORIS SUI REGES
IUDICABIT IN GENTIB· IMPLEUIT UALLES
PERCUTIET CAPUT IN TERRA MULTA
DE TORRENTE IN UIA BIBET PROPTER
EA EXALTAUIT CAPUT

RE UERSIO AGGEI ET ZACHARIAE
ECCLESIA DE XPO CUM LAUDE

110 Aleph CONFITEBOR DÑO IN TOTO CORDE MEO
Beth IN CONSILIO IUSTORUM ET CONGREGATIONE
Gimel MAGNA OPERA DÑI
Deleth EXQUIRENDA IN CUNCTIS UOLUNTATIB· SUIS
He GLORIA ET DECOR OPUS EIUS
Uau ET IUSTITIA EIUS PERSEUERANS
SEMPER
Zai MEMORIAM FECIT MIRABILIUM
SUORUM
Eth CLEMENS ET MISERICORS DÑS
Thet ESCAM DEDIT TIMENTIB· SE
Ioth MEMOR ERIT IN SEMPITERNUM
PACTI SUI
Coph ET FORTITUDINEM OPERUM SUORŪ
ADNUNTIABIT POPULO SUO
Lameth UT DET ILLIS HEREDITATEM GENTIUM

mem OPUS MANUUM EIUS UERITAS
ET IUDICIUM
NUN FIDELIA OMNIA PRAECEPTA EIUS
SAMECH FIRMATA IN SEMPITERNUM IUGITER
AIN FACTA IN UERITATE ET AEQUITATE
FE REDEMPTIONEM MISIT POPULO SUO
SADE MANDAUIT IN AETERNUM PACTUM SUUM
COF SCM ET TERRIBILE NOMEN EIUS
RES PRINCIPIUM SAPIENTIAE TIMOR DÑI
SEN DOCTRINA BONA CUNCTIS QUI FACI
UNT EAM
THAU LAUS EIUS PERSEUERAT IUGITER ALL
CXI ALLELUIA REUERSIO AGGEI ET ZACHARIAE
UOX ECCLESIAE DE XPO
Aleph BEATUS UIR QUI TIMET DÑM
BETH IN MANDATIS EIUS UOLET NIMIS
GEMEL POTENS IN TERRA ERIT SEMEN EIUS
DELETH GENERATIO IUSTORUM BENEDICETUR
E SUBSTANTIA ET DIUITIAE IN DOMO EIUS
UAU ET IUSTITIA EIUS PERSEUERANS SEMPER
ZAI ORTUM EST IN TENEBRIS LUMEN
IUSTIS
ETH CLEMENS ET MISERATOR ET IUSTUS
TETH BONUS UIR CLEMENS ET FAENERANS
IOTH DISPENSABIT UERBA SUA IN IUDICIO
COPH QUIA IN AETERNUM NON COMMOUEBITUR
LAMETH IN MEMORIA SEMPITERNA ERIT IUSTUS
MEM AB AUDITU MALO NON TIMEBIT
NUN PARATUM COR EIUS CONFIDENS IN DÑO
SAMECH FIRMUM COR EIUS NON TIMEBIT
AIN DONEC ASPICIAT IN HOSTIB SUIS
PHE DISPERSIT DEDIT PAUPERIB
SADE IUSTITIA EIUS PERMANET IN AETERNUM
COF CORNU EIUS EXALTABITUR IN GLORIA
RES IMPIUS UIDEBIT ET IRASCETUR
SEN DENTIB SUIS FRENDET ET TABESCET
THAU DESIDERIUM IMPIORUM PERIBIT
ALLELUIA UOX ECCLESIAE QUAM
DICIT DE FIDELIBUS SUIS
LAUDATE SERUI DÑM LAUDATE NOMEN DÑI
SIT NOMEN DÑI BENEDICTUM
A MODO USQ IN AETERNUM
A BORTU SOLIS USQ AD OCCASSUM EIUS
LAUDABILE NOMEN DÑI

EXCELSUS SUPER OMNES GENTES DÑS
SUPRA CAELUM GLORIA EIUS
QUIS SICUT DÑS DS NOSTER
QUI IN EXCELSIS HABITANS HUMILIA RE
SPICIT IN CAELO ET IN TERRA
SUSCITANS DE TERRA INOPEM
ET DE STERCORE ELEUAT PAUPEREM
UT EUM SEDERE FACIAT CUM PRINCIPIB
CUM PRINCIPIB POPULI SUI
QUI CON LOCAT STERILEM IN DOMO
MATREM FILIORUM LAETANTEM ALLE
ALLELUIA UOX APOSTOLICA CUM IUDEIS
INCREPAT IDOLA
CUM EGREDERETUR ISRL DE AEGYPTO
DOMUS IACOB DE POPULO BARBARO
FACTUS EST IUDAS IN SCIFICATIONE EIUS
ISRAHEL POTESTAS EIUS
MARE UIDIT ET FUGIT
IORDANIS CONUERSUS EST RETRORSUM
MONTES SUBSILUERUNT QUASI ARIETES
COLLES QUASI FILII GREGIS
QUID TIBI EST MARE QUIA FUGISTI
IORDANIS QUIA CONUERSUS EST
RETRORSUM
MONTES SUSSULTASTIS QUASI ARIETES
COLLES QUASI FILII GREGIS
A FACIE DÑI CONTREMISCET TERRA
A FACIE DI IACOB
QUI CONUERTIT PETRAM IN PALUDES
AQUARUM
SILICEM IN FONTES AQUARUM
NON NOBIS DÑE NON NOBIS
SED NOMINI TUO DA GLORIAM
PROPTER MISERICORDIAM TUAM
ET UERITATEM TUAM
NE DICANT GENTES UBI EST DS EORUM
DS AUTEM NOSTER IN CAELO UNIUERSA
QUAE UOLUIT FECIT
IDOLA GENTIUM ARGENTUM ET AURUM
OPUS MANUUM HOMINUM
OS HABENT ET NON LOQUENTUR
OCULOS HABENT ET NON UIDEBUNT
AURES HABENT ET NON AUDIENT
NASUM HABENT ET NON ODORABUNTUR

MANUSHABENTETNONPALPABUNT
PEDESHABENTETNONAMBULABUNT
NECSONABUNTINGUTTURESUO
SIMILESILLISFIANTQUIFACIUNTEA
OMNESQUICONFIDUNTINEIS
ISRAHELCONFIDETINDNO
AUXILIATORETPROTECTOREORUEST
DOMUSAARONCONFIDETINDNO
AUXILIATORETPROTECTOREORUMEST
TIMENTESDNMCONFIDUNTINDNO
AUXILIATORETPROTECTOREORUEST
DNSRECORDATUSNOSTRIBENEDICET
BENEDICETDOMUIISRAHEL
BENEDICETDOMUIAARON
BENEDICETTIMENTIB·DMPARUIS
ETMAGNIS
ADDATDNSSUPERUOSSUPERUOS
SUPERFILIOSUESTROS
BENEDICTIUOSDNOQUIFECIT
CAELOSETTERRAM
CAELUMCAELORUMDNOTERRAM
AUTEMDEDITFILIOSHOMINUM
NONMORTUILAUDABUNTDNM
NECOMNESQUIDISCENDUNTINSILENTIU
SEDNOSBENEDICIMUSDNO
AMODOUSQ·INAETERNUMALLELUIA
ALLELUIA UOX XPI EST
114 DILEXIQMEXAUDIESDNEUOCEM
DEPRECATIONISMEAE
INCLINAUITAUREMSUAMMIHI
ETINDIEB·MEISINUOCABO
CIRCUMDEDERUNTMEFUNES
MORTIS
ETMUNITIONESINFERNIINUENERUNTME
ANGUSTIAMETDOLOREMREPPERI
NOMENDNIINUOCAUI
OBSECRODNELIBERAANIMAMMEAM
CLEMENSETIUSTUSETDSNOSTER
MISERICORS
CUSTODITPARUULOS DNS
ATTENUATUSSUMET
SALUAUITME
REUERTEREANIMAMEAINREQUIETAM
QUIADNSREDDETTIBI

QUIAERUETANIMAMMEAMDEMORTE
OCULOSMEOSALACRIMIS
PEDESMEOSABOFFENSA
DEAMBULABOCORAMDNO
INTERRISUIUENTIUM
ALLELUIAUOXPAULIAPOSTOLI
115 CREDIDIPROPTERQUODLOCUTUSSUM
EGOADFLICTUSSUMNIMIS
EGODIXIINSTUPOREMEOOMNIS
HOMOMENDACIUM
QUIDREDDAMDNOPROOMNIB·
QUAERETRIBUITMIHI
CALICEMSALUTISACCIPIAM
ETNOMENDNIINUOCABO
UOTAMEADNOREDDAMCORAM
OMNIPOPULOEIUS
GLORIOSAINCONSPECTUDNI
MORSSCORUMEIUS
OBSECRODNEQUIAEGOSERUUSTUUS
EGOSERUUSTUUSFILIUSANCILLAETUAE
DESOLUISTIUINCULAMEA
TIBIIMMOLABOHOSTIAMLAUDIS
ETINNOMINEDNIINUOCABO
UOTAMEADNOREDDAMINCONSPECTU
OMNISPOPULIEIUS
INATRIISDOMUSDNIINMEDIOTUI
HIERUSALEM
ALLELUIA UOX APOSTOLORUM
116 LAUDATEDNMOMNESGENTES
CONLAUDATEEUMUNIUERSIPOPULI
QUIACONFIRMATAESTSUPERNOS
MISERICORDIAEIUS
ETUERITASDNIINAETERNUM·ALLELUIA
ALLELUIA UOX XPI DESEDICENTIS
117 CONFITEMINIDNOQMBONUS
QMINAETERNUMMISERICORDIAEIUS
DICATNUNCISRAHEL
QMINAETERNUMMISERICORDIAEIUS
DICATNUNCDOMUSAARON
QMINAETERNUMMISERICORDIAEIUS
DICANTNUNCQUITIMENTDNM
QMINAETERNUMMISERICORDIAEIUS
CUMTRIBULARERINUOCAUIDNM
ETEXAUDIUITMEINLATITUDINEDNS

dns meus es non timebo
quid faciat mihi homo
dns mihi adiutor et ego dispiciam
odientes me
melius est sperare in dno
quam sperare in homine
melius est sperare in dno
quam sperare in principib.
omnes gentes circumdederunt me
et in nomine dni ultus sum eos
circumdederunt me et obsede
runt me
sed in nomine dni ultus sum eos
circumdederunt me quasi apes
extinctae sunt quasi ignis in spinarum
in nomine dni quia ultus sum eos
inpulsus pellebar ut caderem
et dns sustentauit me
fortitudo mea et laudatio mea dns
et factus est mihi in salutem
uox laudis et salutis in tabernacu
lis iustorum
dextera dni fortitudinem
dextera dni excelsa
dextera dni fecit fortitudinem
non moriar sed uiuam et narrabo
opera dni
corripiens arguit me dns et
morti non tradidit me
aperite mihi portas iustitiae
ingressus eas confitebor dno
haec porta dni iusti intrabunt in eã
confitebor tibi qm exaudisti me
et factus es mihi in salutem
lapidem quem reprobauerunt
aedificantes
factus est in caput anguli
a dno factus est istut hoc mirabi
le in oculis nostris
haec est dies quam fecit dns
exultemus et laetemur in ea
obsecro dne salua obsecro
obsecro dne et prosperare
obsecro

benedictus qui uenit in nomine dni
benediximus uobis de domo dni
ds dns et apparuit nobis
frequentate sollemnitatem in fron
dosis usque ad cornua altaris
ds meus es tu et confitebor tibi
ds meus es tu et exaltabo te
confitebor dno qm bonus
qm in aeternum misericordia eius
alleluia uox xpi ad patrem et aposto
lorum de aduersario et de iudaeis
et de passione sua et de aduentu
suo et iudicio eius et regno

Alef 118 Beati inmaculati in uia qui ambu
lant in lege dni
beati qui custodiunt testimonia
eius in toto corde requirunt eum
nec enim qui operantur iniquitatẽ
in uiis eius ambulauerunt
tu mandasti praecepta tua
custodire nimis
utinam dirigantur uiae meae ad
custodienda praecepta tua
tunc non confundar cum respexero
ad omnia mandata tua
confitebor tibi in directione cordis
cum didicero iudicia iustitiae tuae
praecepta tua custodiam
ne derelinquas me nimis tium
Beth uox nouelli populi et iuuenum creden
in quo corrigit iuuenis semitã suã
cum custodierit uerba tua
in toto corde meo exquisiui te
ne errare me facias a mandatis tuis
in corde meo abscondi eloquia tua
ut non peccem tibi
benedictus es dne doce me praecepta tua
in labiis meis narraui omnes
iustitias oris tui
in uia testimoniorum tuo
rum delectatus sum
quasi in omnib. diuitiis
in praeceptis tuis meditabor et con
templabor semitas tuas

Q. L.

INIUSTITIIS TUIS DILECTABOR NON
OBLIUISCAR UERBA TUA gimel
RETRIBUE SERUO TUO UIUAM
ET CUSTODIAM UERBA TUA
REUELA OCULOS MEOS ET CONSIDE
RABO MIRABILIA DE LEGE TUA
ADUENA EGO SUM IN TERRA NE AB
SCONDAS A ME MANDATA TUA
DESIDERAUIT ANIMA MEA DESIDE
RARE IUDICIA TUA IN OMNI TEMPORE
INCREPASTI SUPERBOS MALEDICTI
QUI RECEDUNT A MANDATIS TUIS
AUFER A ME OBPROBRIUM ET CON
TEMPTUM QUONIAM TESTIMONIA
TUA EXQUISIUI
ETENIM SEDERUNT PRINCIPES
ADUERSUM ME LOQUEBANTUR
SERUUS AUTEM TUUS MEDITABA
TUR PRAECEPTA TUA
SED ET TESTIMONIA TUA UOLUN
TAS MEA QUASI UIRI AMICIS
SIMIMEI deleth
ADHESIT PULUERI ANIMA MEA
UIUIFICA IUXTA UERBUM TUUM
UIAS MEAS EXPOSUI EXAUDISTI
DOCE ME IUSTITIAM TUAM
UIAM PRAECEPTORUM TUORUM
FAC ME INTELLEGERE ET LO
QUAR IN MIRABILIB· TUIS
DESTILLAUIT ANIMA MEA PRAE
STULTITIA SERUA ME IUXTA
ELOQUIUM TUUM
UIAM MENDACII AUFER A ME ET
LEGEM TUAM DONA MIHI
UIAM FIDEI ELEGI IUDICIA TUA
PROPONEBAM
ADHESIT TESTIMONIIS TUIS DNE
NE CONFUNDAS ME
UIAM MANDATORUM TUORUM CURRĀ
QUM DILATASTI COR MEUM he
OSTENDE MIHI DNE UIAM PRAECEP
TORUM TUORUM
ET CUSTODIAM EAM PER UESTIGIU
DOCE ME ET OBSERUABO LEGEM TUĀ
ET CUSTODIAM EAM IN TOTO CORDE
DEDUC ME IN SEMITA MANDATORUM
TUORUM QUIA IPSAM UOLUI
INCLINA COR MEUM AD TESTIMONIA
TUA ET NON AD AUARITIAM
AUERTE OCULOS MEOS NE UIDEANT
UANITATEM IN UIA TUA UIUIFICA ME
SUSCITA SERUO TUO ELOQUIUM
TUUM IN TIMOREM TUUM
AUERTE OBPROBRIUM MEUM QUOD
REUERITUS SUM IUDICIA TUA BONA
ECCE DESIDERAUI PRAECEPTA TUA
IN IUSTITIA UIUIFICA ME uau
ET UENIAT MIHI MISERICORDIA TUA DNE
ET SALUS TUA IUXTA ELOQUIUM TUUM
ET RESPONDEBO EXPROBRANTIB
MIHI SERMONEM QUIA SPERAUI
IN SERMONE TUO
ET NE AUFERAS DE ORE MEO UERBUM
UERITATIS USQ· NIMIS QUONIAM
IUDICIA TUA EXPECTAUI
ET CUSTODIAM LEGEM TUAM IUGITER
IN SEMPITERNUM ET ULTRA
ET AMBULABO IN SPATIOSO QUIA
PRAECEPTA TUA QUAESIUI
ET LOQUAR IN TESTIMONIIS TUIS CO
RAM REGIB· ET NON CONFUNDAR
ET DILECTABOR IN MANDATIS TUIS
QUAE DILEXI
ET LEUAUI MANUS MEAS ET MANDA
TA TUA QUAE DILEXI ET LOQUEBAR
IN PRAECEPTIS TUIS zai
MEMENTO SERMONIS SERUO TUO
QUEM ME SPERARE FECISTI
HAEC EST CONSOLATIO MEA
IN ADFLICTIONE MEA QUIA ELO
QUIUM TUUM UIUIFICAUIT ME
SUPERBI DIRIDEBANT ME NIMIS
A LEGE TUA NON DECLINAUI
RECORDATUS SUM IUDICIORUM
TUORUM A SAECULO DNE
ET CONSOLATUS SUM
HORROR OBTENUIT ME AB IMPIIS
QUI DERELIQ·RUNT LEGEM TUAM

carmina erant mihi praecepta tua
in domo peregrinationis meae
Recordatus sum in nocte no
minis dne et custodivi legem tuam
hoc factum est quia praecep
ta tua custodivi eth
Pars dne dixi ut custodiam
verbum tuum
deprecatus sum vultum tuum
in toto corde meo
miserere mei secundum
eloquium tuum
Recogitavi vias meas et con
vertisti pedes meos
ad testimonia tua
Festinavi et non neglexi
custodire mandata tua
Funes impiorum inplicaverunt
me legem tuam non sum
oblitus
media nocte surgam ad con
fitendum tibi super iudicia
iustitiae tuae
Particeps ego sum omnium
timentium te
et custodientium praecepta tua
misericordia tua conpleta est
terra praecepta tua
doce me theth
Bene fecisti servo tuo dne
secundum verbum tuum
bonum sermonem et scientiam
doce me quia mandatis tuis credidi
antequam audirem ego ignoravi
nunc autem eloquium tuum
custodivi
Bonus es tu et beneficus doce
me praecepta tua
adplicabant mihi mendacium
superbi ego autem in toto corde
servabam praecepta tua
Incrassatum est ut lac cor
meum et ego in lege tua dilectabor
Bonum mihi quia adflictus sum

ut discerem praecepta tua
melior est mihi lex oris tui
super milia auri et argenti ioth
Manus tuae fecerunt me et
firmaverunt me doce me
discam mandata tua
qui timent te videbunt me
et laetabuntur quia sermo
nem tuum expectavi
Scio dne quia iustum iudicium
tuum et vere adflixisti me
sit obsecro misericordia tua in
consolatione mea sicut locu
tus es servo tuo
veniant mihi misericordiae tuae
et vivam quia lex tua dilectio mea
confundantur superbi quoniam iniqui
contriverunt me ego autem
loquar in praeceptis tuis
Revertantur ad me qui timent te
et qui sciunt testimonia tua
Fiat cor meum perfectum in prae
ceptis tuis ut non confundar
Defecit in salutare tuum caph
anima mea in verbum tuum
exspectavi
Consumpti sunt oculi mei
tuum in verbum dicentes quando
consolaberis me
et cum essem quasi uter in
pruina praecepta tua
non sum oblitus
quot sunt dies servi tui quando
facies in persequentibus
me iudicium
Foderunt mihi superbi fabulationes
non erant iuxta legem tuam
omnia mandata tua vera
falso persecuti sunt me
auxiliare
mihi paulominus consumse
runt me in terra
ego autem non dimisi
praecepta tua

SECUNDUM MISERICORDIAM TUAM
UIUIFICA ME ET CUSTODIAM
TESTIMONIUM ORIS TUI sameth
IN AETERNUM DÑE UERBUM TUUM
PERSTAT IN CAELO
IN GENERATIONE ET GENERATIONE
FIDES TUA FUNDASTI TERRAM
ET STAT
IUDICIO TUO STANT USQ· HODIE
QUIA OMNIA SERUIUNT TIBI
NISI QUOD LEX TUA DILECTATIO MEA
FORTE PERISSEM IN PRESSURA MEA
IN SEMPITERNUM NON OBLIUISCAR
PRAECEPTORUM TUORUM
QUIA PER IPSA UIUIFICASTI ME
TUUS EGO SUM SALUA ME QM̄ PRAE
CEPTA TUA QUAESIUI
ME EXPECTAUERUNT IMPII
UT PERDERENT ME TESTIMONIŪ
TUUM CONSIDERABO
OMNI CONSUMMATIONI UIDI FINĒ
LATUM MANDATUM TUUM NIMIS
QUAM DILEXI LEGEM TUAM mem
TOTA DIE HAEC MEDITATIO MEA
SUPER INIMICOS MEOS INSTRUIS
ME MANDATA TUA QUIA IN SEMPI
TERNUM HOC EST MIHI
SUPER OMNES QUI DOCEBANT ME
ERUDITUS SUM
QUIA TESTIMONIA TUA MEDITATIO MEA
SUPER SENES INTELLEXI QUIA
PRAECEPTA TUA SERUAUI
AB OMNI SEMITA MALA PROHIBUI
PEDES MEOS UT CUSTODIREM
UERBA TUA
A IUDICIIS TUIS NON RECESSI QUIA
TU INLUMINASTI ME
QUAM DULCE GUTTURI MEO ELOQUI
UM TUUM SUPER MEL ORI MEO
PRAECEPTA TUA CONSIDERABAM
PROPTEREA ODIUI OMNEM
SEMITAM MENDACII NUN
LUCERNA PEDI MEO UERBUM TUUM
ET LUX SEMITAE MEAE

IURAUI ET PERSEUERABO UT CUSTODIĀ
IUDICIA IUSTITIAE TUAE
ADFLICTUS SUM USQ· NIMIS
DÑE UIUIFICA ME IUXTA UERBŪ TUŪ
UOLUNTARIA ORIS MEI CONPLACEANT
TIBI DÑE ET SECUNDUM IUDICIA
TUA DOCE ME
ANIMA MEA IN MANU MEA SEMPER
ET LEGIS TUAE NON SUM OBLITUS
POSUERUNT IMPII LAQUEUM MIHI
ET A PRAECEPTIS TUIS NON ABERRAUI
HEREDITAS MEA TESTIMONIA TUA
IN SEMPITERNUM QUIA GAUDIUM
MEI SUNT CORDIS
INCLINAUI COR MEUM UT FACEREM
IUSTITIAS TUAS
PROPTER AETERNAM RETRIBUTI
ONEM sameth
TUMULTUOSOS ODIUI ET LEGEM TUAM
DILEXI
PRAECEPTIO MEA ET SCUTUM MEŪ
TU ES UERBUM EXPECTAUI
RECEDITE A ME MALIGNI ET CUSTO
DIAM MANDATA DI MEI
CONFIRMA ME SECUNDUM UERBŪ
TUUM ET UIUAM ET NOLI ME CON
FUNDERE AB EXPECTATIONE MEA
AUXILIARE MIHI ET SALUUS ERO
IUGITER ET DILECTABOR
IN PRAECEPTIS TUIS IUGITER
ABIECISTI OMNES QUI ADUER
SANTUR PRAECEPTA TUA
QUIA MENDAX COGITATIO EORUM
QUASI SCORIAM CONPUTASTI
OMNES IMPIOS TERRAE
PROPTEREA DILEXI TESTIMONIA TUA
HORRIPILAUIT A TIMORE TUO CARO
MEA ET IUDICIA TUA TIMUI coph
FECI IUDICIUM ET IUSTITIAM
NE DERELINQUAS ME HIS QUI
CALUMNIANTUR ME
SPONDE PRO SERUUM TUUM
IN BONO NE CALUMNIENTUR
ME SUPERBI

oculi mei defecerunt in salutare
tuum et in eloquium iustitiae
tuae
Fac cum servo tuo iuxta miseri
cordiam tuam et praecepta
tua doce me
Servus tuus ego instrue me et
cognoscam testimonia tua
Tempus est ut facias dne prae
varicati sunt legem tuam
propterea dilexi mandata tua
super aurum et topazion
propterea in universa praecep
ta tua direxi
omnem semitam mendacii
odio habui   FE
Mirabilia testimonia tua idcirco
custodivit ea anima mea
hostium sermonum tuorum
lucidum doce parvulos
Os meum aperui et respiravi quia
mandata tua desiderabam
Respice ad me et miserere mei
iuxta iudicium diligentium
nomen tuum
Gressus meos firma sermone
tuo et non des potestatem
universae iniquitati
Redime me a calumnis hominis
ut custodiam praecepta tua
vultum tuum ostende servo tuo
et doce me praecepta tua
Rivi aquarum fluebant de ocu
lis meis quia non custodierunt
legem tuam   SADE
Iustus es dne et rectum iudicium tuum
praecepisti iustitiam testimo
nii tui et veritatem nimis
consumsit me zelus meus quia
obliti sunt verborum tuo
rum hostes mei
probatur sermo tuus nimis
et servus tuus dilexit illum
parvulus ego sum et contemtibi
lis

sed praecepta tua non sum oblitus
iustitia tua iustitia semper
aeterna
et lex tua veritas
tribulatio et angustia invene
runt me mandata tua
voluntas mea
iusta testimonia tua semper
doce me et vivam   COF
Clamavi in toto corde meo ex
audi me dne praecepta tua
custodiam
invocavi te salvum me fac et
custodiam testimonia tua
surgebam adhuc in tenebris et cla
mabam verbum tuum expectans
praeveniebant oculi mei vigilias ut
meditarer in sermonibus tuis
vocem meam audi iuxta
misericordiam tuam
dne secundum iudicium tuum vivifica me
adpropinquaverunt persecuto
res mei sceleri et a lege tua
procul facti sunt
prope es tu dne et omnia
mandata tua veritas
a principio novi de testimoniis tuis
quod in aeternum fundaveris ea
Vide adflictionem meam   RES
et eripe me
quia legis tuae non sum oblitus
iudica causam meam et redime
me sermone tuo vivifica me
longe ab impiis salus quia prae
cepta tua non quaesierunt
misericordiae tuae multae dne
iuxta iudicia tua vivifica me
multi persecuntur me
et adfligunt me
et testimoniis tuis non declinavi
vidi praevaricatores tuos
et maerebam quia verbum tuum
non custodierunt
vide quoniam praecepta tua dilexi dne

IUXTA MISERICORDIAM TUAM
VIVIFICA ME
CAPUD VERBORUM TUORUM
VERITAS
ET SEMPITERNUM OMNE IUDICIŨ
IUSTITIAE TUAE SEN
PRINCIPES PERSECUTI SUNT ME
SINE CAUSA
VERBA AUTEM TUA TIMUIT COR MEŨ
GAUDENS EGO SUM IN ELOQUIO TUO
SICUT QUI INUENIT SPOLIA MULTA
MENDACIUM ODIO HABUI ET
DETESTATUS SUM
LEGEM AUTEM TUAM DILEXI
SEPTIES IN DIE LAUDAVI TE SUPER
IUDICIS IUSTITIAE TUAE
PAX MULTA DILIGENTIB· LEGEM TUÃ
ET NON EST IN ILLIS SCANDALUM
EXPECTAVI SALUTARE TUUM DÑE
ET MANDATA TUA FECI
CUSTODIVIT ANIMA MEA TESTIMO
NIA TUA ET DILEXI EA NIMIS
CUSTODIVI PRAECEPTA TUA
ET TESTIMONIA TUA
QUIA OMNES VIAE IN CONSPECTU TUO
INGREDIATUR LAUS MEA THAU
CORAM TE DÑE
SECUNDUM VERBUM TUUM DOCE ME
VENIAT DEPRECATIO MEA ANTE
VULTUM TUUM SECUNDUM
ELOQUIUM TUUM LIBERA ME
FUNDANT LABIA MEA HYMNUM DOCE
BIS ENIM ME PRAECEPTA TUA
LOQ·TUR LINGUA MEA SERMONEM
TUUM QUIA OMNIA MANDATA TUA
IUSTA
SIT MANUS TUA AUXILIATRIX MEA
QUIA PRAECEPTA TUA ELEGI
DESIDERAVI SALUTARE TUUM DÑE
ET LEX TUA VOLUNTAS MEA
VIUET ANIMA MEA ET LAUDABIT TE
ET IUDICIA TUA AUXILIABUNTUR MIHI
ERRAVI QUASI OVIS PERDITA QUAERE
SERVUM TUUM QUIA MANDATORŨ

TUORUM NON SUM OBLITUS
CANTICUM GRADUUM VOX XPI ECCLESIAE
119 AD DÑM CUM TRIBULATIONE MEA
CLAMAVI ET EXAUDIVIT ME
DÑE LIBERA ANIMAM MEAM A LABIO
MENDACII A LINGUA DOLOSA
QUID DETUR TIBI AUT QUID APPONATUR
TIBI AD LINGUAM DOLOSAM
SAGITTAE POTENTES ACUTAE CUM
CARBONIB· IUNIPERORUM
HEU MIHI QUIA PEREGRINATIO MEA
PROLONGATA EST
HABITAVI CUM TABERNACULIS CEDAR
MULTUM PEREGRINATA EST ANIMA
MEA CUM ODIENTIB· PACEM
EGO PACIFICA LOQUEBAR ET ILLI BELLANTIA
CANTICUM GRADUUM VOX
ECCLESIAE AD APOSTOLOS
120 LEVAVI OCULOS MEOS IN MONTES
UNDE VENIET AUXILIUM MIHI
AUXILIUM MEUM A DÑO FACTORE
CAELI ET TERRAE
NON DET IN COMMOTIONE PEDEM TUU
NEC DORMITET QUI CUSTODIT TE
ECCE NON DORMITABIT NEQ· DORMIET
QUI CUSTODIT ISRAHEL
DÑS CUSTODIET TE DÑS PROTECTIO TUA
SUPER MANUM DEXTERAE TUAE
PER DIEM SOL NON PERCUTIET TE
NEQ· LUNA PER NOCTEM
DÑS CUSTODIET TE AB OMNI MALO
CUSTODIAT ANIMAM TUAM
DÑS CUSTODIAT EXITUM TUUM ET
INTROITUM TUUM AMODO
ET USQ· IN AETERNUM AD APOSTOLOS
CANTICUM GRADUUM VOX ECCLESIAE
121 LAETATUS SUM EO QUOD DIXERINT
MIHI IN DOMUM DÑI IBIMUS
STANTES ERANT PEDES NOSTRI
IN PORTIS TUIS HIERUSALEM
HIERUSALẼ QUAE AEDIFICATUR UT CIVITAS
CUIUS PARTICIPATIO EIUS SIMUL
QUIA IBI ASCENDERUNT TRIB·
TRIB· DÑI TESTIMONIUM ISRAHEL

AD CONFITENDUM NOMINI DÑI
QUIA IBI SEDERUNT SEDIS IN IUDICIO
SEDES DOMUI DAVID
ROGATE PACEM HIERUSALEM
SIT BENE HIS QUI DILIGUNT TE
SIT PAX IN MURIS TUIS HABUNDAN
TIA IN DOMIB TUIS
PROPTER FRATRES MEOS ET AMICOS
MEOS LOQUAR PACEM TIBI
PROPTER DOMUM DÑI NOSTRI
QUAERAM BONA TIBI
CANTICUM GRADUUM UOX XPI AD PATREM
122 AD TE LEUAUI OCULOS MEOS
QUI HABITAS IN CAELIS
ECCE SICUT OCULI SERUORUM AD
MANUM DOMINORUM SUORŪ
SICUT OCULI ANCILLAE AD MANUM
DOMINAE SUAE
SICUT OCULI NOSTRI AD DÑM DM̄ NM̄
DONEC MISEREATUR NOSTRI
MISERERE NOSTRI DÑE MISERERE
NOSTRI
QM̄ MULTUM REPLETI SUMUS
DISPECTIONE
MULTUM REPLETA EST ANIMA NOSTRA
OBPROBRIUM ABUNDANTIUM
ET DISPECTIONIS SUPERBORUM
CANTICUM GRADUUM UOX APOSTOLORŪ
123 NISI DÑS FUISSET IN NOBIS DICAT
NUNC ISRAHEL
NISI DÑS FUISSET IN NOBIS
CUM EXSURGERENT SUPER NOS
HOMINES
FORSITAN UIUOS OBSORBUISSENT NOS
CUM IRASCERETUR FUROR EORUM
SUPER NOS
FORSITAN AQUAE CIRCUMDEDISSENT NOS
TORRENS TRANS ISSET SUPER
ANIMAM NOSTRAM
FORSITAN TRANSISSET SUPER ANIMĀ
NOSTRAM AQUAE SUPERBAE
BENEDICTUS DÑS QUI NON DEDIT NOS
IN PRAEDAM DENTIB EORUM
ANIMA NOSTRA QUASI AUIS EREPTA EST
DE LAQUEO UENANTIUM
LAQUEUS CONTRITUS EST ET NOS
LIBERATI SUMUS
AUXILIUM NOSTRUM IN NOMINE DÑI
QUI FECIT CAELUM ET TERRAM
CANTICUM GRADUUM UOX ECCLESIAE
124 QUI CONFIDUNT IN DÑO QUASI
MONS SION
INMOBILIS IMMOBILIS IN AETERNŪ
HABITABILIS HIERUSALEM
MONTES IN CIRCUITU EIUS
ET DÑS IN CIRCUITU POPULI SUI
AMODO USQ IN AETERNUM
QUIA NON REQUIESCET UIRGAM IMPIE
TATIS SUPER SORTĒ IUSTORUM
UT NON MITTANT IUSTI INIQUITATĒ
MANUS SUAS
BENEFAC DÑE BONIS ET RECTIS CORDE
QUI AUTEM DECLINANT AD PRAUI
TATES SUAS
ADDUCET EOS DÑS CUM HIS QUI OPE
RANTUR INIQUITATEM PAX
SUPER ISRL
UOX APOSTOLORUM DE IMPIIS IUDEIS
125 CUM CONUERTERET DÑS CAPTIUI
TATEM SION
FACTI SUMUS QUASI SOMNIANTES
TUNC INPLEBITUR RISU OS NOSTRŪ
ET LINGUA NOSTRA LAUDE
TUNC DICENT IN GENTIB MAGNIFICA
UIT DÑS FACERE CUM ISTIS
MAGNIFICAUIT DÑS FACERE NOBISCŪ
FACTI SUMUS LAETANTES
CONUERTE DÑE CAPTIUITATEM NOS
TRAM SICUT RIUUM IN AUSTRO
QUI SEMINANT IN LACRIMIS IN EX
ULTATIONE METENT
QUI AMBULANS IBAT ET FLEBAT POR
TANS AD SEMINANDŪ SEMENTĒ
UENIENS UENIET IN EXULTATIONE
PORTANS MANIPULOS SUOS ECCLESIĀ
CANTICUM GRADUŪ UOX XPI AD PATREM
126 NISI DÑS AEDIFICAUERIT DOMUM
IN UANUM LABORAUERUNT

QUIAEDIFICANTEAM
NISIDÑSCUSTODIERITCIUITATEM
FRUSTRAUIGILATQUICUSTODITEÃ
FRUSTRAUOBISESTDEMANECONSUR
GEREPOSTQUAMSEDERITIS
QUIMANDUCATISPANEMDOLORUM
SICDABITDILIGENTIB·SESOMNUM
ECCEHEREDITASDÑIFILIIMERCIS
FRUCTUSUENTRIS
SICUTSAGITTAEINMANUPOTENTIS
ITAFILIIIUUENTUTIS
BEATUSUIRQUIIMPLEBITFREQUENTIÃ
SUAMEXIPSIS
NONCONFUNDENTURCUMLOQUEN
TURINIMICISINPORTA ECCLESIADXT
CANTICUMGRADUUMPPHETADEXPOESTDE

127 BEATUSOMNISQUITIMETDÑM·
QUIAMBULATINUIISEIUS
LABOREMMANUUMTUARUM
CUMCOMEDERIS
BEATUSTUETBENETIBIERIT
UXORTUASICUTUITISFRUCTIFERA
INPENETRABILIB·DOMUSTUAE
FILIITUISICUTGERMINAOLIUARUM
INCIRCUITUMENSAETUAE
ECCESICBENEDICETURUIRO
QUITIMETDÑM
BENEDICATTIBIDÑSEXSIONUTUIDE
ASBONAHIERUSALEMOMNIB·
DIEB·UITAETUAE
ETUIDEASFILIOSFILIORUMTUORUM
PACEMSUPERISRL
CANTICUMGRADUUMUOXECCLESIAE

128 SEPEEXPUGNAUERUNTMEABADOLE
SCENTIAMEADICATNUNCISRAHEL
SEPEEXPUGNAUERUNTMEABADOLE
SCENTIAMEA
SEDNONPOTUERUNTMIHI
SUPERCERUICEMMEAMARABANT
ARANTES
PROLONGAUERUNTSULCUMSUUM
DÑSIUSTUSCONCIDETLAQ·OSIMPIORŨ
CONFUNDANTURETREUERTANTURRE
TRORSŨOMNESQUIODERUNTSION

FIANTSICUTFAENUMTECTORUMQUOD
STATIMUTUERBERITARESCIT
DEQUONONIMPLEBITMANUM
SUAMMESSOR
ETSINUMSUUMMANIPULOSFACIENS
DEQUONONDIXERUNTPRAETEREUNTES
BENEDICTIODÑISUPERUOS
BENEDIXIMUSUOBISINNOMINEDÑI
CANTICUMGRADUUMLEGENDUSADLECTIO
NEMIONAEPROPHETAE

129 DEPROFUNDISCLAMAUIADTEDÑE
DÑEEXAUDIUOCEMMEAM
FIANTAURESTUAEINTENDENTESAD
UOCEMDEPRECATIONISMEAE
SIINIQUITATESOBSERUABISDÑE
DÑEQUISSUSTINEBIT
QUIATECUMESTPROPITIATIO
CUMTERRIBILISSIS
SUSTINUIDÑMSUSTINUITANIMAMEA
ETUERBUMEIUSEXPECTAUI
ANIMAMEAADDÑMAUIGILIAMATU
TINAUSQ·ADUIGILIAMMATUTINÃ
EXPECTETISRLDÑMQUIAAPUDDÑM
MISERICORDIAETMULTAAPUD
EUMREDEMTIO
ETIPSEREDIMETISRLEXOMNIB·
INIQUITATIB·EIUS ROGANTIS
CANTICUMGRADUUMUOXECCLESIAE

130 DÑENONESTEXALTATUMCORMEŨ
NEQ·ELATISUNTOCULIMEI
ETNONAMBULAUIINMAGNIS
ETINMIRABILIB·SUPERME
SINONPROPOSSUIETSILEREFECI
ANIMAMMEAM
SICUTABLACTATUSADMATREMSUAM
ITAABLACTATAADMEANIMAMEA
EXPECTAISRLDÑMAMODOETUSQ·
INAETERNUM DEXPODICIT
CANTICUMGRADUUMPPHETAADPATREM

131 MEMENTODÑEDAUIDETOMNIS
ADFLICTIONISEIUS
QUIIURAUITDÑOUOTUMUOUITDOIACOB
SIINTRAUEROINTABERNACULUM
DOMUSMEAE

SI ASCENDERO SUPER LECTUM
STRAMINIS MEI
SI DEDERO SOMNUM OCULIS MEIS
ET PALPEBRIS MEIS DORMITATIONĒ
DONEC INUENIAM LOCUM DÑO
TABERNACULA DÕ IACOB
ECCE AUDIUIMUS ILLAM IN EFRATHA
INUENIMUS ILLAM IN REGIONE SALTUS
INTREMUS IN TABERNACULA EIUS
ADOREMUS SCABILLUM PEDUM EIUS
SURGE DÑE IN REQUIEM TUAM
TU ET ARCA FORTITUDINIS TUAE
SACERDOTES TUI INDUANT IUSTITIA
ET SCĨ TUI LAUDENT
PROPTER DAUID SERUUM TUUM
NE AUERTAS FACIEM XPĨ TUI
IURAUIT DÑS DAUID UERITATEM
NON AUERTETUR AB EA
DE FRUCTU UENTRIS TUI PONAM
SUPER SEDEM MEAM
SI CUSTODIERINT FILII TUI PACTUM
MEUM
ET TESTIFICATIONEM MEAM
QUAM DOCUERO EOS
ET FILII EORUM USQ· IN AETERNUM
SEDEBUNT SUPER THRONUM TUŪ
QUIA ELEGIT DÑS SION
DESIDERAUIT EAM IN HABITACULŪ SIBI
HAEC REQUIES MEA IN SEMPITERNŪ
HIC HABITAUI QUIA DESIDERAUI EAM
UENATIONEM EIUS BENEDICENS
BENEDICAM
PAUPERES EIUS SATURABO PANE
SACERDOTES EIUS INDUAM SALUTARI
ET SCĨ EIUS LAUDE LAUDABUNT
IBI ORIRI FACIAM CORNU DAUID
PARAUI LUCERNAM XPÕ MEO
INIMICOS EIUS INDUAM CONFUSIONE
SUPER IPSUM AUTEM FLOREBIT
SCIFICATIO MEA ORANTIS
CANTICUM GRADUUM UOX ECCLESIAE
132 ECCE QUAM BONUM ET QUAM DECO
RUM HABITARE FRATRES UNO
SICUT UNGUENTUM OPTIMUM IN CA
pile

QUOD DISCENDIT IN BARBAM
BARBAM AARON
QUOD DISCENDIT SUPER ORAM
UESTIMENTORUM EIUS
SICUT ROS AERMON QUI DISCENDIT
SUPER MONTANA SION
QM̃ IBI MANDAUIT DÑS BENEDICTIONĒ
UITAM USQ· IN AETERNUM TURO
CANTICUM GRADUUM UOX ECCLESIAE IN XPI
133 ECCE BENEDICITE DÑO OMNES SERUI DÑI
QUI STATIS IN DOMO DÑI
IN NOCTIB· LEUATE MANUS UESTRAS
AD SCÃ ET BENEDICITE DÑO
BENEDICAT TE DÑS EX SION FACTOR
CAELI ET TERRAE IDOLA GENTIUM
AL UOX ECCLESIAE OPERANTIB· QUAE INCREPAT
134 LAUDATE NOMEN DÑI LAUDATE SERUI DÑM
QUI STATIS IN DOMO DÑI IN ATRIIS
DOMUS DĨ NOSTRI QUOD NULLA SUNT
LAUDATE DÑM QM̃ BONUS DÑS
CANTATE NOMINI QM̃ DECENS
QM̃ IACOB ELEGIT SIBI DÑS ISRL IN SUAM
QUIA EGO SCIO QUOD MAGNUS DÑS
ET DÑS NOSTER PRAE OMNIB· DĨS
OMNIA QUAE UOLUIT DÑS FECIT
IN CAELO ET IN TERRA IN MARI
ET IN OMNIB· ABYSSIS
LEUANS NUBES DE SUMMITATIB· TERRAE
FULGORA IN PLUUIAM FECIT
EDUCENS UENTOS DE THESAURIS SUIS
QUI PERCUSSIT PRIMITIUA AEGYPTI
AB HOMINE USQ· AD PECUS
EMISIT SIGNA ET PORTENTA
IN MEDIO TUI AEGYPTE
IN PHARAO ET IN CUNCTOS SERUOS SUOS
QUI PERCUSSIT GENTES MULTAS
ET OCCIDIT REGES FORTES
SEON REGEM AMORREORUM ET OGRE
GEM BASAN ET OMNIA REGNA CHANAAN
ET DEDIT TERRAM EORŪ HEREDITATĒ
HEREDITATEM ISRL POPULO SUO
DÑE NOMEN TUUM IN AETERNUM
DÑE MEMORIALE TUUM IN GENERA
TIONEM ET GENERATIONEM

QUIA IUDICABIT DNS POPULUM SUU̅
ET IN SERUOS SUOS ERIT PLACABILIS
POLA GENTIUM ARGENTUM ET AU
RUM OPERA HOMINUM
OS HABENT ET NON LOQUENTUR
OCULOS HABENT ET NON UIDEBUNT
AURES HABENT ET NON AUDIENT
SED NEC SPS IN ORE EORUM
SIMILES ILLIS FIANT QUI FACIUNT EA
OMNES QUI CONFIDUNT IN EIS
DOMUS ISRL BENEDICITE DNO
DOMUS AARON BENEDICITE DNO
DOMUS LEUI BENEDICITE DNO
TIMENTES DNM BENEDICITE DNO
BENEDICTUS DNS DS EX SION QUI
HABITAT IN HIERUSALEM

UOX APOSTOLORUM AD SINAGOGAM

135 CONFITEMINI DNO QM BONUS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
CONFITEMINI DO DEORUM
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
CONFITEMINI DNO DOMINORUM
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUI FACIT MIRABILIA MAGNA SOLUS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUI FECIT CAELOS IN SAPIENTIA
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUI FIRMAUIT TERRA̅ SUPER AQUAS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUI FECIT LUMINARIA MAGNA
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
SOLEM IN POTESTATES DIEI
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
LUNAM ET STELLAS IN POTESTATE̅ NOCTIS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUI PERCUSSIT AEGYPTUM CUM
PRIMITIUIS EIUS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
ET EDUXIT ISRL DE MEDIO EORUM
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
IN MANU UALIDA ET BRACHIO EXTENTO
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUI DIUISIT MARE RUBRUM
IN DIUISIONES
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
ET EDUXIT ISRL IN MEDIO EIUS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
ET CONUOLUIT PHARAO ET EXERCITU̅
EIUS IN MARI RUBRO
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUI DUXIT POPULUM SUUM PDESERTU̅
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUI PERCUSSIT REGES MAGNOS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
ET OCCIDIT REGES MAGNIFICES
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
SEON REGEM AMORREORUM
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
ET OG REGEM BASAN
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
HEREDITATEM ISRL SERUO SUO
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUIA IN HUMILITATE NOSTRA
MEMOR FUIT NOSTRI
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
ET REDEMIT NOS DE HOSTIB· NOSTRIS
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
QUI DAT PANEM OMNI CARNI
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS
CONFITEMINI DO CAELI
QM IN AETERNUM MISERICORDIA EIUS

PSALMUS DD PHIEREMIAE UOX ECCLESIAE

136 SUPER FLUMINA BABYLONIS
ET SEDIMUS IBI FLEBIMUS CUM
RECORDAMUR TUI SION
SUPER SALICES IN MEDIO EIUS SUS
PENDIMUS CITHARA NOSTRA
[UPT]
QM IBI INTERROGAUERUNT NOS
QUI CAPTIUOS DUXERUNT NOS
UERBA CARMINIS
ET QUI ADFLIGEBANT NOS LAETI
CANTATE NOBIS DE CANTICIS SION
QUOMODO CANTABIMUS CANTICUM
DNI IN TERRA ALIENA
SI OBLITUS FUERO TUI HIERUSALEM
IN OBLIUIONE SIT DEXTERA MEA
ADHEREAT LINGUA MEA GUTTORI MEO
SI NON RECORDATUS FUERO TUI

SI NON PROPOSUERO HIERUSALEM IN
PRINCIPIO LAETITIAE MEAE
MEMENTO DÑE FILIORUM EDOM
IN DIE HIERUSALEM
DICENTIUM EVACUATE EVACUATE
USQ· AD FUNDAMENTUM EIUS
FILIA BABYLONIS VASTATA
BEATUS QUI RETRIBUET TIBI VICISSITUDI
NĒ TUAM QUAM TU RETRIBUISTI NOBIS
BEATUS QUI TENEBIT ET ADLIDET PARVU
LOS TUOS AD PETRAM

PSALMUS DD VOX XPI AD PATREM

137 CONFITEBOR TIBI DÑE IN TOTO CORDE MEO
IN CONSPECTU DEORUM CANTABO TIBI
ADORABO IN TEMPLO SCO TUO
ET CONFITEBOR NOMINI TUO
SUPER MISERICORDIA TUA
ET VERITATE TUA
QUIA MAGNIFICASTI SUPER OMNE
NOMEN ELOQUIUM TUUM
IN DIE VOCABO EXAUDIES ME
DILATABIS ANIMAE MEAE FORTITUDINĒ
CONFITEANTUR TIBI DÑE OMNES
REGES TERRAE
QM AUDIERUNT ELOQUIA ORIS
ET CANTENT IN VIIS DÑI QM MAGNA
GLORIA DÑI
QM EXCELSUS DÑS ET HUMILIA RESPICIT
ET EXCELSA DE LONGE COGNOSCIT
SI AMBULAVERO IN MEDIO TRIBULA
TIONIS VIVIFICABIS ME
SUPER FUROREM INIMICORUM
MEORUM MITTES MANUM TUĀ
ET SALVAVIT ME DEXTERA TUA
DÑS OPERABITUR PRO ME
DÑE MISERICORDIA TUA IN AETERNUM
OPERA MANUUM TUARUM NE
DIMITTAS / *CONLAUDANS DM̄*

IN FINEM DD VOX ECCLESIAE AD POPULŪ

138 DÑE INVESTIGASTI ME ET COGNOVISTI
TU COGNOVISTI SESSIONEM MEAM
ET RESURRECTIONEM MEAM
INTELLEXISTI MALUM MEUM DE LONGE
SEMITAM MEAM ET ACUBITIONEM
MEAM VENTILASTI
ET OMNES VIAS MEAS INTELLEXISTI
QUIA NON EST ELOQUIUM IN LINGUA MEA
ECCE DÑE NOSTI OMNIA RETRORSUM
ET ANTE FORMASTI ME
ET POSUISTI SUPER ME MANUM TUĀ
SUPER ME EST CONSCIENTIA ET EX
CELSIOR EST NON POTERO AD EAM
QUO IBO A SPU TUO ET QUO A FACIE TUA
FUGIAM
SI ASCENDERO IN CAELUM IBI ES TU
SI IACUERO IN INFERNO ADES
SI SUMPSERO PINNAS DILUCULO
HABITAVERO IN NOVISSIMO MARIS
ETIAM IBI MANUS TUA DEDUCET ME
ET TENEBIT ME DEXTERA TUA
SI DIXERO FORTE TENEBRAE OPERIANT ME
NOX QUOQ· LUX ERIT CIRCA ME
NEC TENEBRAE HABENT TENEBRAS
APUD TE
ET NOX QUASI DIES LUCET
SIMILES SUNT TENEBRAE ET LUX
QM TU POSSEDISTI RENES MEOS
ORSUSQ· ES ME IN UTERO MATRIS MEAE
CONFITEBOR TIBI QM TERRIBILITER
MAGNIFICASTI ME
MIRABILIA OPERA TUA ET ANIMA
MEA NO[...]VIT NIMIS
NON SUNT O PERTA OSSA MEA ANTE
QUIB· FACTUS SUM IN ABSCONDITO
IMAGINATUS SUM IN NOVISSIMIS TERRAE
INFORMEM ADHUC ME VIDERUNT
OCULI TUI
ET IN LIBRO TUO OMNES SCRIBENTUR
DIES FORMATAE SUNT ET NON EST
UNA IN EIS
MIHI AUTEM QUAM HONORABILES
FACTI SUNT AMICI TUI DS
QUAM FORTES PAUPERES EORUM
DINUMERABO EOS ET HARENA
PLURES ERUNT
EVIGILAVI ET ADHUC SUM TECUM
SI OCCIDERIS DS IMPIUM
VIRI SANGUINUM DECLINATE A ME

QUIACONTRADICENTTIBISCELERATE
ELATISUNTFRUSTRAADUERSARIITUI
NONNEQUIODIENTESTEDÑEODIUI
ETCONTRAADUERSARIOSTUOSDISTABUI
PERFECTOODIOODERAMILLOS
INIMICIFACTISUNTMIHI
SCRUTAREMEDÑEETCOGNOSCE
CORMEUM
PROBAMEETSCITOCOGITATIONESMEAS
ETUIDESIUIAODOLIINMEEST
ETDEDUCEMEINUIAAETERNA
IN FINEM PSL DD UOX XPI EST
139 ERUEMEDÑEABHOMINEMALO
AUIRISINIQUISSALUAME
QUICOGITAUERUNTMALITIASINCORDE
TOTADIEUERSATISUNTINPROELIIS
EXACUERUNTLINGUAMSUAM
QUASISERPENS
UENENUMASPIDUMSUBLABIISEORUM
CUSTODIMEDÑEDEMANUIMPII
AUIROINIQUITATUMSERUAME
QUICOGITAUERUNTSUBPLANTARE
GRESSUSMEOS
ABSCONDERUNTSUPERBILAQUEUMMIHI
ETFUNIB·EXTENDERUNTRETE
IUXTASEMITAMOFFENDICULUM
POSUERUNTMIHI
DIXIDÑODSMEUSESTUEXAUDIDÑE
UOCEMDEPRECATIONISMEAE
DÑEDSFORTITUDOSALUTISMEAE
PROTEXISTICAPUTMEUMINDIEBELLI
NEDESDÑEDESIDERIAIMPIIS
SCELERAEIUSNEOFFENDANTUR
ETLEUENTUR
AMARITUDOCONUIUIORUMEORUM
LABORLABIORUMEORUMOPERIETEOS
CADENTSUPEREOSCARBONESIGNIS
DEICIESEOSINFOUEASUTNONCON
SURGANT
UIRLINGUOSUSNONDIRIGETURINTERRA
UIRUMINIQUUMMALACAPIENT
ININTERITU
SCIOQUODFACIETDÑSCAUSAM
INOPISIUDICIAPAUPERUM

ATTAMENIUSTICONFITEBUNTUR
NOMINITUO
HABITABUNTRECTICUMUULTUTUO
IN FINEM PSL UOX ECCLESIAE
140 DÑECLAMAUIADTEFESTINAMIHI
EXAUDIUOCEMMEAMCLAMANTISADTE
DIRIGATURORATIOMEASICUT
INCENSUMINCONSPECTUTUO
ELEUATIOMANUUMMEARUM
SACRIFICIUMUESPERTINUM
PONEDÑECUSTODIAMORIMEO
SERUAPAUPERTATEMLABIORUMMEORUM
NEDECLINESCORMEUMINUERBUM
MALUM
UOLUERECOGITATIONESIMPIASCUM
UIRISOPERANTIB·INIQUITATEM
NEQ·COMEDEREINDELICIISEORUM
CORRIPIATMEIUSTUSINMISERI
CORDIAETARGUATME
OLEUMAMARITUDINISNONIN
PINGUETCAPUTMEUM
QUIAADHUCORATIOMEAPROMA
LITIISEORUM
SUBLATISUNTIUXTAPETRAM
IUDICESEORUM
ETAUDIENTURUERBAMEAQUAM
DECORASUNT
SICUTAGRICULACUMSCINDITTERRAM
SICDISSIPATASUNTOSSANOSTRAINORE INFERNI
QUIAADTEDÑEDSOCULIMEI
INTESPERAUINEAUFERASANIMAMMEAM
CUSTODIMEDEMANIB·LAQUEI
QUODPOSUERUNTMIHI
ETDEOFFENDICULISOPERANTIUM
INIQUITATEM
INCIDENTINRETEEIUSIMPIISIMUL
EGOAUTEMTRANSIBO ORATIOEIUS ADDÑM
INTELLECTUS DD CUMESSET INSPELUNCA
141 UOCEMEAADDÑMCLAMAUI
UOCEMEAADDÑMDEPRECATUSSUM
EFFUNDAMINCONSPECTUEIUS
ELOQUIUMMEUM
TRIBULATIONEMMEAMCORAM
ILLOADNUNTIABO

CUM ANXIUS IN ME FUERIT SPS MEUS
TU ENIM NOSTI SEMITAM MEAM
IN UIA HAC QUA AMBULABO ABSCON
DERUNT LAQUEUM MIHI
RESPICE AD DEXTERAM ET UIDE
QUIA NON SIT QUI COGNOSCAT ME
PERIIT FUGA A ME ET NON EST QUI
REQUIRAT ANIMAM MEAM
CLAMAUI AD TE DNE DIXI TU ES SPES MEA
PARS MEA IN TERRA UIUENTIUM
AUSCULTA DEPRECATIONEM MEAM
QM INFIRMATUS SUM NIMIS
LIBERA ME A PERSECUTORIB·
QM CONFORTATI SUNT SUPER ME
EDUC DE CARCERE ANIMAM MEAM
UT CONFITEANTUR NOMINI TUO
ME EXPECTANT IUSTI CUM RE
TRIBUERIS ILLI

PSAL. DAUID CUM PERSEQUERETUR

142 DNE EXAUDI ORATIONEM MEAM
AUSCULTA DEPRECATIONEM MEAM
IN UERITATE TUA
EXAUDI ME IN IUSTITIA TUA
ET NON UENIAS AD IUDICANDUM
CUM SERUO TUO
QUIA NON IUSTIFICABITUR IN CON
SPECTU TUO OMNIS UIUENS
PERSECUTUS EST INIMICUS ANIMAM MEAM
CONFREGIT IN TERRA UITAM MEAM
POSUIT ME IN TENEBRIS QUASI
MORTUOS ANTIQUOS
ET ANXIUS FUIT IN ME SPS MEUS
IN MEDIO MEI SOLLICITUM FUIT
COR MEUM
RECORDABAR DIERUM ANTIQUORUM
MEDITABAR OMNIA OPERA TUA
FACTA MANUUM TUARUM LOQUEBAR
EXPANDI MANUS MEAS AD TE
ANIMA MEA QUASI TERRA SITIENS
AD TE SEMPER
CITO EXAUDI ME DNE DEFECIT
SPS MEUS
NE ABSCONDAS FACIEM TUAM A ME
ET CONPARABAR DISCENDENTIB· IN LACU

FAC ME AUDIRE MANE MISERICORDIAM
TUAM QM IN TE CONFIDO
NOTAM FAC MIHI UIAM IN QUA AMBULO
QM AD TE LEUAUI ANIMAM MEAM
LIBERA ME DE INIMICIS MEIS DNE
A TE PROTECTUS SUM
DOCE ME UT FACIAM UOLUNTATEM
TUAM QUIA TU DS MEUS
SPS TUUS BONUS DEDUCET ME
IN TERRA RECTA
PROPTER NOMEN TUUM DNE UIUI
FICABIS ME IN IUSTITIA TUA
EDUCES DE ANGUSTIA ANIMAM MEAM
ET IN MISERICORDIA TUA DISSIPABIS
INIMICOS MEOS
ET PERDES OMNES LIGANTES
ANIMAM MEAM
EGO ENIM SUM SERUUS TUUS

DD CUM PUGNASSET GOLIAD UOX ECCLESIAE
ADUERSUS DIABULUM CUM SATELLITIB· SUIS

143 BENEDICTUS DNS FORTIS MEUS
QUI DOCET MANUS MEAS AD PROELIUM
DIGITOS MEOS AD BELLUM
MISERICORDIA MEA ET FORTITUDO MEA
AUXILIATOR MEUS ET SALUATOR MEUS
SCUTUM MEUM ET IN IPSO SPERAUI
QUI SUBIECIT POPULOS MIHI
DNE QUID EST HOMO QUIA COGNOSCIS EUM
FILIUS HOMINIS QUIA CONPUTAS EUM
HOMO UANITATI ADSIMILATUS EST
DIES EIUS QUASI UMBRA PERTRANSIENS
DNE INCLINA CAELOS TUOS ET DESCENDE
TANGE MONTES ET FUMIGABUNT
MICA FULMINE ET DISSIPA EOS
MITTE SAGITTAM TUAM
ET INTERFICE ILLOS
EXTENDE MANUM TUAM DE EXCELSO
LIBERA ME ET ERUE ME DE AQUIS
MULTIS
DE MANU FILIORUM ALIENORUM
QUORUM OS LOCUTUM EST UANITATE
ET DEXTERA EORUM DEXTERA MENDACII
DS CANTICUM NOUUM CANTABO TIBI
IN PSALTERIO DECACHORDO PSALLAM
TIBI

QUI DAS SALUTEM REGIBUS
QUI ERUIT DAUID SERUUM SUUM
DE GLADIO PESSIMO LIBERA ME
ET ERUE ME
DE MANU FILIORUM ALIENORUM
QUORUM OS LOCUTUM EST UANITATĒ
ET DEXTERA EORUM DEXTERA
MENDACII
UT SINT FILII NOSTRI QUASI PLANTATIO
CRESCENS IN ADOLISCENTIA SUA
FILIAE NOSTRAE QUASI ANGULI ORNATI
AD SIMILITUDINEM TEMPLI
PROMTUARIA NOSTRA PLENA ET
SUPERFUNDENTIA EX HOC IN ILLUD
PECORA NOSTRA IN MILIB· ET INNU
MERABILIA IN CONPITIS NOSTRIS
TAURI NOSTRI PINGUES
NON EST INTERRUPTIO ET NON EST
EGRESSUS
ET NON EST ULULATUS IN PLATEIS NOSTRIS
BEATUS POPULUS CUIUS TALIA SUNT
BEATUS POPULUS CUIUS EST DÑS DS SUUS
144 *LAUDATIO DD UOX ECCLESIAE AD XPM*
Aleph EXALTABO TE DS MEUS REX
ET BENEDICAM NOMINI TUO
IN AETERNUM ET ULTRA
Beth IN OMNI DIE BENEDICAM TIBI
ET LAUDABO NOMEN TUUM IN SEM
PITERNUM UT ULTER
gimel MAGNUS DÑS ET LAUDABILIS NIMIS
ET MAGNIFICENTIAE EIUS NON EST
INUENTIO
deleth GENERATIO GENERATIONI ET GENERATIONEM
LAUDABIT OPERA TUA
ET FORTITUDINES TUAS ADNUNTIABUNT
e DECOREM GLORIAE MAGNITUDINIS TUAE
ET UERBA MIRABILIORUM TUORŪ LOQUAR
uau ET FORTITUDINEM HORRIBILIORUM
TUORUM LOQUENTUR
ET MAGNITUDINES TUAS NARRABO
zai MEMORIAM MULTAE BONITATIS
TUAE LOQUENTUR
ET IUSTITIAS TUAS LAUDABUNT
eth CLEMENS ET MISERICORS DÑS
PATIENS ET MULTAE MISERATIONIS
therh BONUS DÑS OMNIBUS
ET MISERICORDIAE EIUS UNIUERSA
OPERA EIUS
ioth CONFITEANTUR TIBI DÑE OMNIA
OPERA TUA
ET SCI TUI BENEDICANT TIBI
caph GLORIAM REGNI TUI DICENT
ET FORTITUDINES TUAS LOQUENTUR
lameth UT OSTENDANT FILIIS HOMINUM
FORTITUDINES TUAS
ET GLORIAM DECORIS REGNI TUI
mem REGNUM TUUM REGNUM
OMNIUM SAECULORUM
ET POTESTAS TUA IN OMNI GENERA
TIONE ET GENERATIONE
sameth SUSTENTAT DÑS OMNES CORRUENTES
ET ERIGIT OMNES IACENTES
ain OCULI EORUM IN TE SPERANT
ET TU DAS ESCAS SUAS IN TEMPORE SUO
fe APERIS MANUS TUAS ET IMPLES
OMNE ANIMAL REFECTIONE
sade IUSTUS DÑS IN OMNIB· UIIS SUIS
ET SCS IN OMNIB· OPERIB· SUIS
cof IUXTA EST DÑS OMNIB· QUI IN
UOCANT ILLUM
OMNIB· QUI INUOCANT ILLUM
IN UERITATE
res PLACITUM TIMENTIUM SE FACIET
ET CLAMOREM EORUM EXAUDIET
ET SALUABIT EOS
sen CUSTODIT DÑS OMNES DILIGENTES SE
ET UNIUERSOS IMPIOS CONTERET
thau LAUDEM DÑI LOQUETUR OS MEUM
ET BENEDICET OMNIS CARO
NOMINI SCO EIUS
IN AETERNUM ET ULTRA
ALLELUIA UOX XPI AD POPULUM
145 LAUDA ANIMA MEA DÑM
LAUDABO DÑM IN UITA MEA
CANTABO DO MEO QUAMDIU SUM
NOLITE CONFIDERE IN PRINCIPIB·
IN FILIO HOMINIS CUI NON EST SALUS
EGREDIETUR SPS EIUS ET REUERTETUR

IN HUMUM SUAM
IN DIE ILLA PERIBUNT OMNES
COGITATIONES EIUS
BEATUS CUIUS DS IACOB AUXILIATOR EIUS
SPES EIUS IN DNO DO SUO
QUI FECIT CAELOS ET TERRAM MARE
ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT
ET CUSTODIT UERITATEM IN SEMPITERNUM
FACIT IUDICIUM CALUMNIA
SUSTINENTIB·
ET DAT PANEM ESURIENTIB·
DNS SOLUIT UINCTOS
DNS INLUMINAT CAECOS
DNS EREGIT ALLISOS
DNS DILEGIT IUSTOS
DNS CUSTODIT ADUENAS
PUPILLUM ET UIDUAM SUSCIPIET
ET UIAM IMPIORUM CONTERET
REGNAUIT DNS IN AETERNUM
DS TUUS SION IN GENERATIONEM
ET GENERATIONEM ALLŪ POPULUM·
ĀL. UOX ECCLESIAE ET APOSTOLORUM AD DNO
146 LAUDATE DNM QM BONUM EST CANTIC̄
DI NOSTRI QM DECORUM EST
PULCHRA LAUDATIO
AEDIFICABIT HIERUSALEM DNS
EIECTOS ISRL CONGREGABIT
QUI SANAT CONTRITOS CORDE
ET ALLIGAT PLAGAS EORUM
QUI NUMERAT MULTITUDINEM STELLARUM
ET OMNES NOMINE SUO UOCAT
MAGNUS DNS DS NOSTER ET
MULTUS FORTITUDINE
ET PRUDENTIAE EIUS NON EST
NUMERUS
SUSCIPIENS MANSUETOS DNS HUMI
LIANS IMPIOS USQ· AD TERRAM
CANITE DNO IN CONFESSIONE
CANITE DNO IN CYTHARA
QUI OPERIT CAELOS NUBIB·
ET PREBET TERRĀ PLUUIAM
ET ORIRI FACIT IN MONTIB· GERMEN
QUI DAT IUMENTIS PANEM SUUM
FILIIS CORUI CLAMANTIBUS

NON EST IN FORTITUDINE EQUI
UOLUNTAS EIUS
NEQ· IN TIBIIS UIRI PLACETUR EI
PLACETUR DNO IN HIS QUI TIMENT EUM
ET EXPECTANT MISERICORDIAM EIUS
ALLELUIA UOX XPI AD ECCLESIAM
147 LAUDA HIERUSALEM DNM CANE
DM TUUM SION
QUIA CONFORTAUIT UECTES PORTARUM TUARUM
BENEDIXIT FILIIS TUIS IN MEDIO TUI
QUI POSUIT TERMINUM TUUM PACEM
ADIPE FRUMENTI SATURAUIT TE
QUI EMITTIT ELOQUIUM SUUM TERRAE
UELOCITER CURRIT UERBUM EIUS
QUI DAT NIUEM QUASI LANAM
PRUINAS QUASI CINERE SPARGIT
PROICIT GLACIEM SUAM QUASI BUCELLAS
ANTE FACIEM FRIGORIS EIUS QUIS STABIT
MITTET UERBUM SUUM ET SOLUET ILLA
SPIRAUIT SPU SUO ET FLUENT
AQUAE
QUI ADNUNTIAT UERBUM SUUM IACOB
PRAECEPTA SUA ET IUDICIA SUA ISRL
NON FECIT SIMILITER OMNI GENTI
ET IUDICIA EIUS NON COGNOSCENT ALL.
AL. UOX APOSTOLORUM AD POPULUM
148 LAUDATE DNM DE CAELIS
LAUDATE EUM IN EXCELSIS
LAUDATE EUM OMNES ANGELI EIUS
LAUDATE EUM OMNIS EXERCITUS EIUS
LAUDATE EUM SOL ET LUNA
LAUDATE EUM OMNES STELLAE
LUMINIS
LAUDATE EUM CAELI CAELORUM
ET AQUAE QUAE SUPER CAELOS
SUNT LAUDENT NOMEN DNI
QM IPSE MANDAUIT ET CREATA SUNT
STATUIT EA IN SLM ET IN SLM
PRAECEPTUM DEDIT ET NON
PRAETERIBIT
LAUDATE DNM DE TERRA DRACONES
ET OMNES ABYSSI
IGNIS GRANDO NIX ET GLACIES
UENTUS TURBO

QUAE FACITIS SERMONEM EIUS
MONTES ET OMNES COLLES
LIGNUM FRUCTIFERUM
ET UNIUERSAE CAEDRI
BESTIAE ET OMNIA IUMENTA
REPTILIA ET AUES UOLANTES
REGES TERRAE ET OMNES POPULI
PRINCIPES ET UNIUERSI
IUDICES TERRAE
IUUENES ET UIRGINES SENES CUM
PUERIS LAUDENT NOMEN DNI
QM SUBLIME NOMEN EIUS
SOLIUS
GLORIA EIUS IN CAELO ET IN TERRA
ET EXALTABIT CORNU POPULI SUI
LAUS [illegible] OMNIB· SCIS EIUS
FILIIS ISRAHEL POPULO
AD PROPINQUANTI SIBI
ALLELUIA UOX XPI AD FIDELES DE
FUTURO ET DE RESURRECTIONE
149 CANTATE DNO CANTICUM NOUUM
LAUS EIUS IN CONGREGATIONE SCORU
LAETETUR ISRL IN FACTORE SUO
FILII SION EXULTENT IN REGE SUO
LAUDENT NOMEN EIUS IN CHORO
IN TYMPANO ET CYTHARA CANENT EI
QUIA CONPLACET SIBI DNS IN POPULO SUO
EXALTABIT MANSUETOS IN IESU
EXULTABUNT SCI IN GLORIA
LAUDABUNT IN CUBILIB· SUIS
EXULTATIONES DI IN GUTTORE EORU
ET GLADII ANCIPITES IN MANIB· EORUM
AD FACIENDAM UINDICTAM IN GENTIB·
INCREPATIONES IN POPULIS
AD ALLIGENT REGES EORUM CATENIS
ET INCLITOS EORUM CONPEDIB· FERREIS
UT FACIANT IN EIS IUDICIUM SCRIPTU
DECOR EST OMNIUM SCORUM EIUS
AL UOX XPI POST SL AD DEUICTUM IN REGNO
150 LAUDATE DNM IN SCIS EIUS SUO LAETANTIS
LAUDATE EUM IN FORTITUDINE
POTENTIAE EIUS
LAUDATE EUM IN FORTITUDINIB· EIUS
LAUDATE EUM IUXTA MULTITUDINE
MAGNIFICENTIAE SUAE
LAUDATE EUM IN CLANGORE BUCINAE
LAUDATE EUM IN PSALTERIO ET CYTHARA
LAUDATE EUM IN TYMPANO ET CHORO
LAUDATE EUM IN CHORDIS ET ORGANO
LAUDATE EUM IN CYMBALIS SONANTIB·
LAUDATE EUM IN CYMBALIS TINNIENTIB·
OMNE QUOD SPIRAT LAUDET DNM
PSL DD PPRIE EXTRA NUMERUM UOX
XPI AD SAECULUM EXOPERANTIS
PUSILLUS ERAM INTER FRATRES
MEOS
ET ADOLISCENTIOR IN DOMO
PATRIS MEI
PASCEBAM OUES PATRIS MEI MANUS
MEAE FECERUNT ORGANUM
DIGITI MEI APTAUERUNT PSALTERIU
ET QUIS ADNUNTIAUIT DNO MEO
IPSE DNS IPSE OMNIUM
EXAUDIET ME
IPSE MISIT ANGELUM SUUM
ET TULIT ME DE OUIB·
PATRIS MEI
ET UNXIT ME IN MISERICORDIA
UNCTIONIS SUAE
FRATRES MEI BONI ET MAGNI
ET NON FUIT IN EIS BENE
PLACITUM DNO
EXIUI OBUIAM ALIENIGENAE
ET MALEDIXIT MIHI IN SIMU
LACRIS SUIS
EGO AUTEM EUAGINATO AB EO IPSIUS
GLADIO AMPUTAUI CAPUD EIUS
ET ABSTULI OBPROBRIUM
DE FILIIS ISRAHEL

INCIPIT PROLOGUS

CHROMATIO ET HELIODORO EPIS HIERONIMUS
IUNGAT EPISTULA QUOS IUNGIT SACERDOTIU
IMMO CARTA NON DIUIDAT QUOS XPI
NECTIT AMOR · COMMENTARIOS IN OSEE
AMOS ZACCHARIAM MALACHIAMQ
POSCITIS SCRIBSISSEM SI LICUISSET PER
UALITUDINEM MITTITIS SOLACIA SUMPTUU
NOTARIOS NOSTROS ET LIBRARIOS SUSTEN
TATIS UT UOBIS POTISSIMUM NOSTRUM
SUDET INGENIUM · ET ECCE EX LATERE
FREQUENS TURBA DIUERSA POSCENTIUM ·
QUASI AUT AEQUUM SIT ME UOBIS ESURIEN
TIB ALIIS LABORARE AUT IN RATIONE DATI
ET ACCEPTI CUIQUAM PRAETER UOS OB
NOXIUS SIM · ITAQ LONGA AEGROTATIONE
FRACTUS NE PENITUS HOC ANNO RETICERE
ET APUD UOS MUTUS ESSEM TRIDUI OPUS
UESTRO NOMINI CONSECRAUI · INTER
PRETATIONEM UIDELICET TRIUM SALO
MONIS UOLUMINUM · MASLOTH QUOS
HEBRAEI PARABOLAS UULGATA EDITIO
PROUERBIA UOCAT · COHELETH QUOD
GRECE ECCLESIASTEN LATINE INCON
TIONATOREM POSSUMUS DICERE ·
SIRASIRIM QUOD IN NOSTRAM LINGUAM
UERTITUR · CANTICUM CANTICORUM
FERTUR ET PANERETOS HIESU FILI SIRACH
LIBER ET ALIUS PSEUDOGRAFUS QUI SAPIENTIA
SALOMONIS INSCRIBITUR QUORUM PRIORE
ET HEBREICUM REPPERI NON ECCLESIASTICU
UT APUD LATINOS SED PARABOLAS PRAE
NOTATUM CUI IUNCTI ERANT ECCLESIASTES
ET CANTICUM CANTICORUM UT SIMILITUDINE
SALOMONIS NON SOLUM LIBRORUM
NUMERO SED ET MATERIARUM GENERE
COAEQUARET · SECUNDUS APUD HEBREOS
NUSQUAM EST QUIA ET IPSE STILUS GRECAM
ELOQUENTIAM REDOLET · ET NONNULLI
SCRIBTORUM UETERUM HUNC IUDAE
FILONIS AFFIRMANT · SICUT ERGO ET IUDITH
ET TOBI ET MACCHABEORUM LIBROS LEGIT
QUIDEM ECCLESIA SED INTER CANONICAS
SCRIBTURAS NON RECIPIT SIC ET HAEC
DUO UOLUMINA LEGIT AD AEDIFICATIONEM NON
AD AUCTORITATEM ECCLESIASTICORUM DOG
MATUM CONFIRMANDAM · SICUT · LXX · INTER
PRETUM MAGIS EDITIO PLACET HABETIS EAM
A NOBIS OLIM EMENDATAM · NEQ ENIM SIC
NOUA CONDIMUS UT UETERA DESTRUAMUS
ET TAMEN CUM DILIGENTISSIME LEGERIT SCIAT
MAGIS NOSTRA INTELLEGI QUAE NON IN TERTIU
UAS TRANSFUSA COACUERINT SED STATIM
DE PRAELO PURISSIMAE COMMENDATA TESTAE
SUUM SAPOREM SERUARINT

EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIUNT CAPITULA

I AD SCIENDAM SAPIENTIAM
ET DISCIPLINAM
II SIUE NON ADQUIESCENDUM PECCATORIB AD
MALUM DE PRAEDICATIONE SAPIENTIAE
III DE SUSCIPIENDOS SERMONES PATRIS SI INTRA
UERIT SAPIENTIA COR TUUM
IIII UEL NON OBLIUISCENDAM LEGEM DNI ET NON
ABICIENDA DISCIPLINA EIUS
V DE AMMONITIONE PATRIS AD FILIOS UT DISCI
PLINAM CUSTODIENDO LONGEUI FIANT
VI EXORATIO DICIT OMNIS HOMO SAPIENTIAM
QUAERAT ET DISCIPLINAM CONSERUET
VII DE FIDEIUSSORE PRO AMICO ET DE FORMICAE
SAPIENTIAM UEL DE SEPTEM PRAECEPTIS
AC MULIERE FORNICARIA FUGIENDA
VIII CUSTODIENDO PRAECIPIT SERMONES
SUOS DS ET MULIEREM MERETRICEM
ANIMAS CAPIENTEM UITANDAM
VIIII DE SAPIENTIA ET TIMORE DNI
QUIA MALUM ODIT
X DE DOMO SAPIENTIAE ET TIMORE DNI
XI DE FILIO SAPIENTI QUOD LAETITIA
PATRIS SIT ET DE RISO STULTI QUIA SCELUS EST
XII DE CORDE PRAUO QUOD ABOMINABILE SIT
APUD DM ET IN DIUITIIS NON CONFIDERE
XIII DE OPERATIONE TERRAE QUIA IN EA ABUN
DANTIA EST ET DE FILIO SAPIENTE
QUOD DOCTRINA SIT PATRIS

XIIII DE PRUDENTE OMNIA CUM CONSILIO AGIT
ET DE FILIO SEMPER CORRIPIENDO
XV NON DISPERANDUM PROXIMUM
ET PAUPERI CONDOLENDUM
XVI DE STULTO QUI SAPIENTIAM INRIDET
XVII DE REGIS DIUINATIONE ET DE IRA EIUS
CAUENDA
XVIII QUOD MALUS HOMO SEMPER IURGIA QUAERIT
XVIIII DE BILINGUAE QUI FINGIT SIMPLICITATEM
XX QUOD PAUPERE DM TIMENTE
NIHIL SIT MELIUS
XXI DE UINO SOBRIE POTATIO ET DE EMPTIONE
ET UENDITIONE
XXII QUOD IMPIORUM HOSTIAE ABOMINABILES
SINT APUD DNM
XXIII HOMINI IRACUNDO NON CONIUNGENDUM
XXIIII DE CONUIUIIS PORTATORUM UITANDIS
XXV DE RUINA INIMICI NON ESSE GAUDENDUM
XXVI DE MELLE NON MULTUM EDENDUM
XXVII QUOD QUI FODIT FOUEAM INCIDIT IN EAM
XXVIII DE FUGA IMPII NEMINE PERSEQUENTE
XXVIIII DE HOMINE PAUIDO QUIA BEATUS
SIT TIMENDO DNM
XXX DE UISIONIBUS SALAMONIS
UEL MULIEREM FORTEM

EXPLICIUNT

CAPITULA

INCIPIT LIBER

PROUERBIORUM

I PARABOLAE SALOMONIS
FILI DAUID REGIS ISRAHEL
AD SCIENDAM SAPIENTIAM
ET DISCIPLINAM
AD INTELLEGENDA UERBA PRUDENTIAE
ET SUSCIPIENDAM ERUDITIONEM
DOCTRINAE
IUSTITIAM ET IUDICIUM ET AEQUITATEM
UT DETUR PARUULIS ASTUTIA
ADULESCENTI SCIENTIA ET INTELLECTUS
AUDIENS SAPIENS SAPIENTIOR ERIT
ET INTELLEGENS GUBERNACULA
POSSIDEBIT
ANIMADUERTET PARABOLAM
ET INTERPRETATIONEM
UERBA SAPIENTIUM ET AENIGMATA
EORUM
TIMOR DNI PRINCIPIUM SAPIENTIAE
SAPIENTIAM ADQUE DOCTRINAM
STULTI DESPICIUNT
AUDI FILI MI DISCIPLINAM PATRIS
TUI ET NE DIMITTAS LEGEM
MATRIS TUAE
UT ADDATUR GRATIA CAPITI TUO
ET TORQUES COLLO TUO
II FILI MI SI TE LACTAUERINT PECCATO
RES NE ADQUIESCAS
SI DIXERINT UENI NOBISCUM
INSIDIEMUR SANGUINI
ABSCONDAMUS TENDICULAS
CONTRA INSONTEM FRUSTRA
DEGLUTTIAMUS EUM SICUT INFER
NUS UIUENTEM ET INTEGRUM
QUASI DESCENDENTEM IN LACUM
OMNEM PRETIOSAM SUBSTANTIAM
REPPERIEMUS
IMPLEBIMUS DOMOS NOSTRAS
SPOLIIS SORTEM MITTE NOBISCUM
MARSUPPIUM UNUM SIT
OMNIUM NOSTRUM
FILI MI NE AMBULES CUM EIS
PROHIBE PEDEM TUUM
A SEMITIS EORUM
PEDES ENIM ILLORUM AD MALUM

CURRUNT ET FESTINANT UT
FUNDANT SANGUINEM
FRUSTRA AUTEM IACITUR RETE
ANTE OCULOS PINNATORUM
IPSI QUOQUE CONTRA SANGUINEM
SUUM INSIDIANTUR ET MOLI
UNTUR FRAUDES CONTRA
ANIMAS SUAS
SIC SEMITAE OMNIS AUARI ANIMAS
POSSIDENTIUM RAPIUNT
SAPIENTIA FORIS PRAEDICAT IN
PLATEIS DAT UOCEM SUAM
IN CAPITE TURBARUM CLAMITAT
IN FORIBUS PORTARUM URBIS
PROFERT UERBA SUA DICENS
USQUEQUO PARUULI DILIGITIS
INFANTIAM
ET STULTI EA QUAE SIBI SUNT NOXIA
CUPIUNT ET INPRUDENTES
ODIBUNT SCIENTIAM
CONUERTIMINI AD CORREPTIONĒ
MEAM EN PROFERAM UOBIS
SP̄M MEUM ET OSTENDAM
UERBA MEA
QUIA UOCAUI ET RENNUISTIS
EXTENDI MANUM MEAM
ET NON FUIT QUI ASPICERET
DISPEXISTIS OMNE CONSILIUM
MEUM ET INCREPATIONES
MEAS NEGLEXISTIS
EGO QUOQUE IN INTERITU
UESTRO RIDEBO
ET SUBSANNABO CUM UOBIS QUOD
TIMEBATIS ADUENERIT
CUM INRUERIT REPENTINA CALA
MITAS ET INTERITUS QUASI
TEMPESTAS INGRUERIT
QUANDO UENERIT SUPER UOS
TRIBULATIO ET ANGUSTIA
TUNC INUOCABUNT ME ET NON
EXAUDIAM
MANE CONSURGENT ET NON
INUENIENT ME
EO QUOD EXOSAM HABUERINT
DISCIPLINAM ET TIMOREM
DÑI NON SUSCEPERINT
NEQUE ADQUIEUERINT CONSILIO MEO
ET DETRAXERINT UNIUERSAE
CORREPTIONI MEAE
COMEDENT IGITUR FRUCTUS
UIAE SUAE SUISQUE CONSILIIS
SATURABUNTUR
AUERSIO PARUULORUM
INTERFICIET EOS
ET PROSPERITAS STULTORUM
PERDET ILLOS
QUI AUTEM ME AUDIERIT ABSQUE
TERRORE REQUIESCIT ET ABUN
DANTIA PERFRUETUR MALORUM
TIMORE SUBLATO
II FILI MI SI SUSCEPERIS SERMONES
MEOS
ET MANDATA MEA ABSCONDERIS
PENES TE UT AUDIAT SAPIENTIA
AURIS TUA
INCLINA COR TUUM AD NOSCENDAM
PRUDENTIAM
SI ENIM SAPIENTIAM INUOCAUERIS
ET INCLINAUERIS COR TUUM
PRUDENTIAE
SI QUAESIERIS EAM QUASI PECUNIĀ
ET SICUT THESAUROS EFFODI
ERIS ILLAM
TUNC INTELLEGES TIMOREM DÑI
ET SCIENTIAM DĪ INUENIES
QUIA DÑS DAT SAPIENTIAM
ET EX ORE EIUS SCIENTIA
ET PRUDENTIA
CUSTODIET RECTORUM SALUTEM
ET PROTEGET GRADIENTES
SIMPLICITER
SERUANS SEMITAS IUSTITIAE ET
UIAS SCORUM CUSTODIENS
TUNC INTELLEGES IUSTITIAM
ET IUDICIUM ET AEQUITATEM
ET OMNEM SEMITAM BONAM
SI INTRAUERIT SAPIENTIA COR TUUM
ET SCIENTIA ANIMAE TUAE PLACU
ERIT

consilium custodiet te
et prudentia servabit te
ut eruaris de via mala et ab
homine qui perversa loquitur
qui relinquunt iter rectum
et ambulant per vias
tenebrosas
qui laetantur cum male
fecerint et exultant
in rebus pessimis
quorum viae perversae et in
fames gressus eorum
ut eruaris a muliere aliena
et ab extranea quae mollit
sermones suos
et relinquit ducem puber
tatis suae et pacti dei sui
oblita est
inclinata est enim ad mortem
domus eius et ad impios
semitae ipsius
omnes qui ingrediuntur ad eā
non revertentur
nec adprehendunt
semitas vitae
ut ambules in via bona et cal
les iustorum custodias
qui enim recti sunt habita
bunt in terra et simplices
permanebunt in ea
impii vero de terra perden
tur et qui inique agunt
auferentur ex ea
III fili mi ne obliviscaris legis
meae et praecepta mea
custodiat cor tuum
longitudinem dierum
annos vitae et pacem
adponent tibi
misericordia et veritas
non te deserant
circumda eas gutturi tuo
et discribe in tabulis
cordis tui

et invenies gratiam et discipli
nam bonam coram dō
et homine
habe fiduciam in dño ex toto
corde tuo et ne innitaris
prudentiae tuae
in omnibus viis tuis cogita illū
et ipse diriget gressus tuos
ne sis sapiens apud temet ipsū
time dñm et recede a malo
sanitas quippe erit umbili co
tuo et inrigatio ossuum
tuorum
honora dñm de tua substantia
et de primitiis frugum
omnium tuorum
et implebuntur horrea tua
saturitate et vino torcula
ria redundabunt
IIII disciplinam dñi fili mi ne abicias
nec deficias cum ab eo
corriperis
quem enim diligit dñs corri
pit et quasi pater in filio
conplacet sibi
beatus homo qui invenit
sapientiam et qui adfluit
prudentia
melior est adquisitio eius
negotiatione argenti et auri
primi et purissimi
fructus eius
pretiosior est cunctis opib.
et omnia quae desiderantur
huic non valent conparari
longitudo dierum in dextera
eius in sinistra illius
divitiae et gloria
viae eius viae pulchrae et om
nes semitae eius pacificae
lignum vitae est his qui ad
prehenderint eam
et qui tenuerit eam beatus
dñs sapientia fundavit terrā

STABILIBIT CAELOS PRUDENTIA
SAPIENTIA ILLIUS ERUPUERUNT
ABYSSI ET NUBES RORE
CONCRESCUNT
FILI MI NE EFFLUANT HAEC
AB OCULIS TUIS
CUSTODI LEGEM ATQUE CONSILIŨ
ET ERIT UITA ANIMAE TUAE
ET GRATIA FAUCIBUS TUIS
TUNC AMBULABIS FIDUCIALITER
IN UIA TUA ET PES TUUS
NON INPINGET
SI DORMIERIS NON TIMEBIS
QUIESCES ET SUAUIS ERIT
SOMNUS TUUS
NE PAUEAS REPENTINO TERRORE
ET RUENTES TIBI POTENTIAS
IMPIORUM
DÑS ERIT IN LATERE TUO ET CUSTO
DIET PEDEM TUUM NE CAPIARIS
NOLI PROHIBERE BENEFACERE
EUM QUI POTEST SI UALES
ET IPSE BENEFAC
NE DICAS AMICO TUO UADE
ET REUERTERE ET CRAS DABO
TIBI CUM STATIM POSSIS DARE
NE MOLIARIS AMICO TUO MALUM
CUM ILLE IN TE HABEAT
FIDUCIAM
NE CONTENDAS ADUERSUS
HOMINEM FRUSTRA CUM
IPSE TIBI NIHIL MALI FECERIT
NE AEMULERIS HOMINEM INIUS
TUM NEC IMITERIS UIAS EIUS
QUIA ABOMINATIO DÑI EST
OMNIS INLUSOR
ET CUM SIMPLICIBUS SERMOCI
NATIO EIUS
AEGESTAS A DÑO IN DOMO IMPII
HABITACULA AUTEM IUSTORUM
BENEDICENTUR
INLUSORES IPSE DELUDET ET
MANSUETIS DABIT GRATIAM
GLORIAM SAPIENTES POSSIDEBUNT
STULTORUM EXULTATIO
IGNOMINIA
V IIII AUDITE FILII DISCIPLINAM PATRIS
ET ADTENDITE UT SCIATIS
PRUDENTIAM
DONUM BONUM TRIBUAM
UOBIS LEGEM MEAM
NE DERELINQUATIS
NAM ET EGO FILIUS FUI PATRIS
MEI TENELLUS ET UNIGENITUS
CORAM MATRE MEA
ET DOCEBAT ME ATQ· DICEBAT
SUSCIPIAT UERBA MEA COR TUUM
ET CUSTODI PRAECEPTA MEA
ET UIUES
POSSIDE SAPIENTIAM
POSSIDE PRUDENTIAM
NE OBLIUISCARIS NEQUE DECLI
NES A UERBIS ORIS MEI
NE DIMITTAS EAM ET CUSTODIET
TE DILIGE EAM ET SERUABIT TE
PRINCIPIUM SAPIENTIAE
POSSIDE PRUDENTIAM
ET IN OMNI POSSESSIONE TUA
ADQUIRE PRUDENTIAM
ARRIPE ILLAM ET EXALTABIT TE
GLORIFICABERIS AB EA CUM EAM
FUERIS AMPLEXATUS
DABIT CAPITI TUO AUGMENTA
GRATIAM CORONA INCLYTA
PROTEGET TE
AUDI FILI MI ET SUSCIPE UERBA
MEA UT MULTIPLICENTUR
TIBI ANNI UITAE
UIAM SAPIENTIAE MONSTRABO
TIBI DUCAM TE PER SEMITAS
AEQUITATIS
QUAS CUM INGRESSUS FUERIS
NON ARTABUNTUR GRESSUS TUI
ET CURRENS NON HABEBIS
OFFENDICULUM
TENE DISCIPLINAM NE DIMITTAS EÃ
CUSTODI ILLAM QUIA IPSA EST
UITA TUA

NE DELECTERIS SEMITIS IMPIORŪ
NEC TIBI PLACEAT UIA MALORUM
FUGE AB EA NE TRANSEAS PER ILLAM
DECLINA ET DESERE EAM
NON ENIM DORMIUNT NISI Q̄M
MALE FECERINT
NEC RAPITUR SOMNUS AB EIS
NISI SUPPLANTAUERINT
COMEDUNT PANEM PIETATIS
ET UINUM INIQUITATIS BIBUNT
IUSTORUM AUTEM SEMITA QUASI
LUX SPLENDENS PROCEDIT
ET CRESCIT USQUE AD PER-
FECTAM DIEM
UIA IMPIORUM TENEBROSA
NESCIUNT UBI CORRUANT
FILI MI AUSCULTA SERMONES
MEOS ET AD ELOQUIA MEA IN
CLINA AUREM TUAM NE RECE
DANT AB OCULIS TUIS
CUSTODI EA IN MEDIO CORDIS TUI
UITA ENIM SUNT INUENIENTIBUS
EA ET UNIUERSAE CARNI SANITAS
OMNI CUSTODIA SERUA COR TUUM
QUIA EX IPSO UITA PROCEDIT
REMOUE A TE OS PRAUUM ET DE
TRAHENTIA LABIA SINT
PROCUL A TE
OCULI TUI RECTA UIDEANT ET
PALPHEBRAE TUAE PRAECEDANT
GRESSUS TUOS
DIRIGE SEMITAM PEDIBUS TUIS
ET OMNES UIAE TUAE
STABILIENTUR
NE DECLINES AD DEXTERAM
NEQUE AD SINISTRAM
AUERTE PEDEM TUUM A MALO
UIAS ENIM QUAE A DEXTRIS
SUNT NOUIT D̄NS
PERUERSAE UERO SUNT QUAE
A SINISTRIS SUNT
IPSE AUTEM RECTOS FACIET
CURSUS TUOS
ITINERA AUTEM TUA IN PACE
PRODUCET
V FILI MI ADTENDE SAPIENTIAM MEAM
ET PRUDENTIAE MEAE IN
CLINA AUREM TUAM
UT CUSTODIAS COGITATIONES
ET DISCIPLINAM LABIA TUA
CONSERUENT
FAUUS ENIM STILLANS LABIA
MERETRICIS ET NITIDIUS
OLEO GUTTUR EIUS
NOUISSIMA AUTEM ILLIUS AMARA
QUASI ABSENTIUM ET ACUTA
QUASI GLADIUS BICEPS
PEDES ENIM DESCENDUNT IN
MORTEM ET AD INFEROS GRES
SUS ILLIUS PENETRANT
PER SEMITAM UITAE NON / uestigabiles
AMBULANT · uagi sunt gressus eius et in
NUNC ERGO FILI AUDI ME ET NE RE
CEDAS A UERBIS ORIS MEI
LONGE FAC AB EA UIAM TUAM
ET NE ADPROPINQUES FORIB-
DOMUS EIUS
NE DES ALIENIS HONOREM TUUM
ET ANNOS TUOS CRUDELI
NE FORTE IMPLEANTUR EXTRANEI
UIRIBUS TUIS ET LABORES TUI
SINT IN DOMO ALIENA
ET GEMAS IN NOUISSIMIS QUANDO
CONSUMSERIS CARNES
ET CORPUS TUUM
ET DICAS CUR DETESTATUS SUM
DISCIPLINAM
ET INCREPATIONIBUS NON AD
QUIEUIT COR MEUM
NEC AUDIUI UOCEM DOCENTIUM ME
ET MAGISTRIS NON INCLINAUI
AUREM MEAM
PAENE FUI IN OMNI MALO IN ME
DIO ECCLESIAE ET SYNAGOGAE
BIBE AQUAM DE CISTERNA TUA
ET FLUENTA PUTEI TUI
DERIUENTUR FONTES TUI FORAS
ET IN PLATEIS AQUAS TUAS DIUIDE

habeto eas solus nec sint
alieni participes tui
Sit uena tua benedicta
et laetare cum muliere
adolescentiae tuae
cerua carissima et gratis
simus hinnulus
ubera eius inebrient te
omni tempore
In amore illius delectare
iugiter
quare seduceris fili mi ab aliena
et foueris sinu alterius
Respicit dns uias hominis
et omnes gressus illius
considerat
Iniquitates suae capiunt impiu
et funibus peccatorum
suorum constringitur
Ipse morietur quia non
habuit disciplinam
et multitudine stultitiae suae
decipietur
vii / vi Filii mi si spoponderis pro
amico tuo
defixisti apud extraneum
manum tuam
In laqueatus es uerbis oris tui
et captus propriis sermonib·
Fac ergo quod dico fili mi
et temet ipsum libera
quia incidisti in manu
proximi tui
discurre festina suscita
amicum tuum
ne dederis somnum oculis
tuis nec dormitent
palpebrae tuae
eruere quasi damula
de manu et quasi auis
de insidiis aucupis
uade ad formicam . o piger
et considera uias eius
et disce sapientiam
quae cum non habeat ducem
nec praeceptorem
nec principem
parat aestate cibum sibi
et congregat in messe
quod comedat
usque quo piger dormis quando
consurges a somno tuo
paululum dormies
paululum dormitabis
paululum conseres manibus
pectus ut dormias
Et ueniet tibi quasi uiator
egestas et pauperies
quasi uir armatus
Si uero inpiger fueris ueniet
ut fons messis tua et egestas
longe fugiet a te
homo apostata uir inutilis
graditur ore peruerso
annuit oculis terit pede
digito loquitur
prauo corde machinatur
malum et in omni tempo
re iurgia seminat
huic extemplo ueniet
perditio sua
et subito conteretur nec
habebit ultra medicinam
sex sunt quae odit dns
et septimum detestatur
anima eius
oculos sublimes
linguam mendacem
cor machinans cogitationes
pessimas
pedes ueloces ad currendum
in malum
proferentem mendacia
testem fallacem
et eum qui seminat inter
fratres discordias
Conserua fili mi praecepta
patris tui et ne dimittas

LEGEM MATRIS TUAE
LIGA EA IN CORDE TUO IUGITER
ET CIRCUMDA GUTTURI TUO
CUM AMBULAUERIS GRADIAN
TUR TECUM
CUM DORMIERIS CUSTODIANT
TE ET EUIGILANS LOQUERE
CUM EIS
QUIA MANDATUM LUCERNA EST
ET LEX LUX ET UIA UITAE
INCREPANTIUM DISCIPLINAE
UT CUSTODIANT TE A MULIERE
MALA ET A BLANDA LINGUA
EXTRANEAE
NON CONCUPISCAT PULCHRITU
DINEM EIUS COR TUUM
NEC CAPIARIS NUTIBUS ILLIUS
PRETIUM ENIM SCORTI UIX
UNIUS EST PANIS
MULIER AUTEM UIRI PRETIOSAM
ANIMAM CAPIT
NUMQUID ABSCONDERE POTEST
HOMO IGNEM IN SINU SUO
UT UESTIMENTA ILLIUS
NON ARDEANT
AUT AMBULARE SUPER PRUNAM
ET NON CONBURENTUR
PLANTAE EIUS
SIC QUI INGREDITUR AD MULI
EREM PROXIMI SUI NON ERIT
MUNDUS CUM TETIGERIT EAM
NON GRANDIS EST CULPAE CUM
QUIS FURATUS FUERIT
FURATUR ENIM UT ESURIENTĒ
IMPLEAT ANIMAM
DEPREHENSUS QUOQUE REDDET
SEPTUPLUM ET OMNEM
SUBSTANTIAM DOMUS
SUAE TRADET
QUI AUTEM ADULTER EST PROP
TER CORDIS INOPIAM PERDET
ANIMAM SUAM
TURPITUDINEM ET IGNOMINIĀ
CONGREGAT SIBI ET OBPROBRIŪ
ILLIUS NON DELEBITUR
QUIA ZELUS ET FUROR UIRI NON
PARCET IN DIE UINDICTAE
NEC ADQUIESCET CUIUSQUAM
PRECIBUS NEC SUSCIPIET PRO RE
DEMPTIONE DONA PLURIMA
VII FILI MI CUSTODI SERMONES MEOS
ET PRAECEPTA MEA RECONDE TIBI
SERUA MANDATA MEA ET UIUES
ET LEGEM MEAM QUASI
PUPILLAM OCULI TUI
LIGA EAM IN DIGITIS TUIS SCRIBE
ILLAM IN TABULIS CORDIS TUI
DIC SAPIENTIAE SOROR MEA ES
ET PRUDENTIAM UOCA
AMICAM TUAM
UT CUSTODIAT TE A MULIERE
EXTRANEA
ET AB ALIENA QUAE UERBA SUA
DULCIA FACIT
DE FENESTRA ENIM DOMUS
MEAE PER CANCELLOS
PROSPEXI
ET UIDEO PARUULOS CONSIDERO
UECORDEM IUBENEM
QUI TRANSIT IN PLATEA IUXTA
ANGULUM
ET PROPTER UIAM DOMUS
ILLIUS GRADITUR
IN OBSCURO ADUESPERA
DESCENDENTE DIE IN NOCTIS
TENEBRIS ET CALIGINE
ET ECCE MULIER OCCURRIT ILLI
ORNATU MERETRICIO PRAE
PARATA AD CAPIENDAS
ANIMAS GARRULA ET UAGA
QUIETIS INPATIENS
NEC UALENS CONSISTERE
PEDIBUS IN DOMO
NUN FORIS NUNC IN PLATEIS NUNC
IUXTA ANGULOS INSIDIANS
ADPREHENSUMQUE DEOSCULA
TUR IUBENEM ET PROCACI
UULTU BLANDITUR DICENS

UICTIMAS PROSALUTE DEBUI
HODIE REDDIDI UOTA MEA
IDCIRCO EGRESSA SUM IN OCCURSU TUO
DESIDERANS TE UIDERE ET
REPPERI
INTEXUI FUNIBUS LECTUM MEUM
STRAUI TAPITIBUS PICTIS
EXAECYPTO
ASPERSI CUBICULUM MEUM
MURRA ET ALOE ET CINNAMOMO
UENI INEBRIEMUR UBERIBUS
DONEC INLUCESCAT DIES
ET FRUAMUR CUPITIS
AMPLEXIBUS
NON EST ENIM UIR IN DOMO SUA
ABIIT UIA LONGISSIMA
SACCULUM PECUNIAE SECUM
TULIT
IN DIE PLENAE LUNAE REUERSU
RUS EST DOMUM SUAM
INRETIBIT EUM MULTIS
SERMONIBUS
ET BLANDITIIS LABIORUM SUO
RUM PROTRAXIT ILLUM
STATIM EAM SEQUITUR QUASI
BOS DUCTUS AD UICTIMAM
ET QUASI AGNUS LASCIUIENS
ET IGNORANS QUOD AD UINCULA
STULTUS TRAHATUR
DONEC TRANSFIGAT SAGITTA
IECUR EIUS
UELUT SI AUIS FESTINAT
AD LAQUEUM
ET NESCIT QUIA DE PERICULO
ANIMAE ILLIUS AGITUR
NUNC ERGO FILI AUDI ME ET AD
TENDE UERBIS ORIS MEI
NE ABSTRAHATUR IN UIIS ILLIUS
MENS TUA NEQUE DECIPIARIS
SEMITIS EIUS
MULTOS ENIM UULNERATOS
DEIECIT
ET FORTISSIMI QUIQUE INTER
FECTI SUNT AB EA

UIAE INFERNI DOMUS EIUS PENE
TRANTES IN FERIORA MORTIS
viii NUMQUID NON SAPIENTIA
CLAMITAT ET PRUDENTIA
DAT UOCEM SUAM
IN SUMMIS EXCELSISQUE
UERTICIBUS SUPER UIAM
IN MEDIIS SEMITIS STANS
IUXTA PORTAS CIUITATIS
IN IPSIS FORIBUS LIQUITUR
DICENS
O UIRI AD UOS CLAMITO ET UOX
MEA AD FILIOS HOMINUM
INTELLEGITE PARUULI ASTUTIAM
ET INSIPIENTES ANIM
ADUERTITE
AUDITE QUONIAM DE REBUS
MAGNIS LOCUTURA SUM
ET APERIENTUR LABIA MEA
UT RECTA PRAEDICENT
UERITATEM MEDITABITUR
GUTTUR MEUM
ET LABIA MEA DETESTABUNTUR
IMPIUM
IUSTI SUNT OMNES SERMONES
MEI NON EST IN EIS PRAUUM
QUID NEQUE PERUERSUM
RECTI SUNT INTELLEGENTIBUS
ET AEQUI INUENIENTIBUS
SCIENTIAM
ACCIPITE DISCIPLINAM MEAM
ET NON PECUNIAM
DOCTRINAM MAGIS QUAM
AURUM ELEGITE
MELIOR EST ENIM SAPIENTIA
CUNCTIS PRETIOSISSIMIS
ET OMNE DESIDERABILE EI NON
POTEST CONPARARI
VIIII EGO SAPIENTIA HABITO
IN CONSILIO
ET ERUDITIS INTERSUM
COGITATIONIBUS
TIMOR DNI ODIT MALUM
ARROGANTIAM ET SUPERBIA

ET UIAM PRAUAM ET OS BILIN
GUE DETESTOR
MEUM EST CONSILIUM ET AEQUI
TAS MEA PRUDENTIA MEA EST
FORTITUDO
PER ME REGES REGNANT ET LEGŪ
CONDITORES IUSTA DECERNUNT
PER ME PRINCIPES IMPERANT
ET POTENTES DECERNUNT
IUSTITIAM
EGO DILIGENTES ME DILIGO
ET QUI MANE UIGILANT AD ME
INUENIENT ME
MECUM SUNT DIUITIAE ET GLO
RIA OPES SUPERBAE
ET IUSTITIA
MELIOR EST FRUCTUS MEUS
AURO ET LAPIDE PRETIOSO
ET GENIMINA MEA ARGENTO
ELECTO
IN UIIS IUSTITIAE AMBULO IN ME
DIO SEMITARUM IUDICII
UT DITEM DILIGENTES ME ET
THESAUROS EORUM REPLEAM
DNS POSSEDIT ME INITIUM
UIARUM SUARUM ANTEQUAM
QUICQUAM FACERET A PRINCIPIO
AB AETERNO ORDINATA SUM
ET EX ANTIQUIS ANTEQUAM
TERRA FIERET
NECDUM ERANT ABYSSI ET EGO
IAM CONCEPTA ERAM
NECDUM FONTES AQUARUM
ERUPERUNT
NECDUM MONTES GRAUI MOLE
CONSTITERANT ANTE COLLES
EGO PARTURIEBAR
ADHUC TERRAM NON FECERAT
ET FLUMINA ET CARDINES
ORBIS TERRAE
QUANDO PRAEPARABAT
CAELOS ADERAM
QUANDO CERTA LEGE ET GYRO
UALLABAT ABYSSOS
QUANDO AETHERA FIRMABAT
SURSUM ET LIBRABAT FONTES
AQUARUM
QUANDO CIRCUMDABAT MARI
TERMINUM SUUM
ET LEGEM PONEBAT AQUIS NE
TRANSIRENT FINES SUOS
QUANDO APPENDEBAT FUNDA
MENTA TERRAE CUM EO ERAM
CUNCTA CONPONENS
ET DELECTABAR PER SINGULOS
DIES LUDENS CORAM EO
OMNI TEMPORE LUDENS
IN ORBE TERRARUM
ET DELICIAE MEAE ESSE CUM
FILIIS HOMINUM
NUNC ERGO FILII AUDITE ME BEATI
QUI CUSTODIUNT UIAS MEAS
AUDITE DISCIPLINAM ET ESTOTE
SAPIENTES ET NOLITE
ABICERE EAM
BEATUS HOMO QUI AUDIT ME
QUI UIGILAT AD FORES MEAS
COTIDIE ET OBSERUAT AD
POSTES OSTII MEI
QUI ME INUENERIT INUENIET
UITAM ET HAURIET SALUTĒ A DÑO
QUI AUTEM IN ME PECCAUERIT
LEDET ANIMAM SUAM
OMNES QUI ME ODERUNT
DILIGUNT MORTEM
IX SAPIENTIA AEDIFICAUIT SIBI
DOMUM
EXCIDIT COLUMNAS SEPTEM
IMMOLAUIT UICTIMAS SUAS
MISCUIT UINUM ET PROPOSUIT
MENSAM SUAM
MISIT ANCILLAS SUAS UT UOCARET
AD ARCEM ET AD MOENIA
CIUITATIS
SI QUIS EST PARUULUS UENIAT
AD ME ET INSIPIENTIBUS
LOCUTA EST
UENITE COMEDITE PANEM MEŪ

ET BIBITE UINUM QUOD MISCUI
UOBIS
RELINQUITE INFANTIAM ET UIUITE
ET AMBULATE PER UIAS
PRUDENTIAE
QUI ERUDIT DERISOREM IPSE
SIBI FACIT INIURIAM ET QUI
ARGUIT IMPIUM GENERAT
MACULAM SIBI
NOLI ARGUERE DERISOREM
NE ODERIT TE
ARGUE SAPIENTEM ET DILIGET TE
DA SAPIENTI ET ADDETUR EI
SAPIENTIA
DOCE IUSTUM ET FESTINABIT
ACCIPERE
PRINCIPIUM SAPIENTIAE
TIMOR DNI ET SCIENTIA
SCORUM PRUDENTIA
PER ME ENIM MULTIPLICA
BUNTUR DIES TUI ET ADDEN
TUR TIBI ANNI UITAE
SI SAPIENS FUERIS TIBIMET
IPSI ERIS
SI AUTEM INLUSOR SOLUS
PORTABIS MALUM
MULIER STULTA ET CLAMOSA
PLENAQUE INLECEBRIS ET
NIHIL OMNINO SCIENS
SEDIT IN FORIBUS DOMUS SUAE
SUPER SELLAM IN EXCELSO
URBIS LOCO
UT UOCARET TRANSEUNTES
PER UIAM ET PERGENTES
ITINERE SUO
QUIS EST PARUULUS DECLINET
AD ME ET UECORDI LOCUTA EST
AQUAE FURTIUAE DULCIORES
SUNT ET PANIS ABSCONDITUS
SUAUIOR
ET IGNORABIT QUOD GIGANTES
IBI SINT ET IN PROFUNDIS
INFERNI CONUIUAE EIUS
PARABOLAE SALOMONIS

x FILIUS SAPIENS LAETIFICAT PATRĒ
FILIUS UERO STULTUS MAESTI
TIA EST MATRI SUAE
NON PRODERUNT THESAURI
IMPIETATIS
IUSTITIA UERO LIBERAUIT A MORTĒ
NON AFFLIGET DNS FAME
ANIMAM IUSTI ET INSIDIAS
IMPIORUM SUBUERTET
EGESTATEM OPERATA EST
MANUS REMISSA
MANUS AUTEM FORTIUM
DIUITIAS PARAT
QUI CONGREGAT IN MESSE
FILIUS SAPIENS EST
QUI AUTEM STERTIT AESTATE
FILIUS CONFUSIONIS
BENEDICTIO SUPER CAPUT IUSTI
OS AUTEM IMPIORUM
OPERIT INIQUITAS
MEMORIA IUSTI CUM LAUDIBUS
ET NOMEN IMPIORUM
PUTRESCET
SAPIENS CORDE PRAECEPTA SUSCI
PIT STULTUS CAEDITUR LABIIS
QUI AMBULAT SIMPLICITER
AMBULAT CONFIDENTER
QUI AUTEM DEPRAUAT UIAS SUAS
MANIFESTUS ERIT
QUI ANNUIT OCULO DABIT DOLOREM
STULTUS LABIIS UERBERABITUR
UENA UITAE OS IUSTI ET OS IMPI
ORUM OPERIT INIQUITATEM
ODIUM SUSCITAT RIXAS ET UNI
UERSA DELICTA OPERIT CARITAS
IN LABIIS SAPIENTIS INUENITUR
SAPIENTIA ET UIRGA IN DORSO
EIUS QUI INDIGET CORDE
SAPIENTES ABSCONDUNT
SCIENTIAM
OS AUTEM STULTI CONFUSIONI
PROXIMUM EST
SUBSTANTIA DIUITIS URBS
FORTITUDINIS EIUS

PAVOR PAUPERUM EGESTAS
EORUM
OPUS IUSTI AD VITAM FRUCTUS
IMPII AD PECCATUM
VIA VITAE CUSTODIENTI
DISCIPLINAM
QUI AUTEM INCREPATIONEM
RELINQUIT ERRAT
ABSCONDUNT ODIUM LABIA
MENDACIA QUI PROFERT
CONTUMELIAM INSIPIENS EST
IN MULTILOQUIO PECCATUM
NON DEERIT
QUI AUTEM MODERATUR LABIA
SUA PRUDENTISSIMUS EST
ARGENTUM ELECTUM
LINGUA IUSTI
COR IMPIORUM PRO NIHILO
LABIA IUSTI ERUDIUNT PLURIMOS
QUI AUTEM INDOCTI SUNT IN COR
DIS EGESTATE MORIENTUR
BENEDICTIO DNI DIVITES
FACIT NEC SOCIABITUR
EIS AFFLICTIO
QUASI PER RISUM STULTUS
OPERATUR SCELUS
SAPIENTIA AUTEM EST
VIRO PRUDENTIA
QUOD TIMET IMPIUS VENIET
SUPER EUM
DESIDERIUM SUORUM
IUSTIS DABITUR
QUASI TEMPESTAS TRANSIENS
NON ERIT IMPIUS
IUSTUS AUTEM QUASI FUNDAMEN
TUM SEMPITERNUM
SICUT ACETUM DENTIBUS ET
FUMUS OCULIS SIC PIGER
HIS QUI MISERUNT EUM
TIMOR DNI APPONET DIES
ET ANNI IMPIORUM
BREBIABUNTUR
EXPECTATIO IUSTORUM
LAETITIA

SPES AUTEM IMPIORUM PERIBIT
FORTITUDO SIMPLICIS VIA DNI
ET PAVOR HIS QUI OPERANTUR
MALUM
IUSTUS IN AETERNUM NON
COMMOVEBITUR
IMPII AUTEM NON HABITABUNT
IN TERRAM
OS IUSTI PARTURIET SAPIENTIAM
LINGUA PRAVORUM PERIBIT
LABIA IUSTI CONSIDERANT PLACITA
ET OS IMPIORUM PERVERSA
XI STATERA DOLOSA ABOMINATIO
APUD DNM ET PONDUS
AEQUUM VOLUNTAS EIUS
UBI FUERIT SUPERBIA IBI ERIT
ET CONTUMELIA
UBI AUTEM HUMILITAS
IBI ET SAPIENTIA
SIMPLICITAS IUSTORUM
DIRIGET EOS
ET SUPPLANTATIO PERVERSORUM
VASTABIT ILLOS
NON PRODERUNT DIVITIAE
IN DIE ULTIONIS
IUSTITIA AUTEM LIBERABIT A MORTE
IUSTITIA SIMPLICIS DIRIGET
VIAM EIUS ET IN IMPIETATE
SUA CORRUET IMPIUS
IUSTITIA RECTORUM LIBERABIT
EOS ET IN INSIDIIS SUIS
CAPIENTUR INIQUI
MORTUO HOMINE IMPIO NULLA
ERIT ULTRA SPES ET EXPECTATIO
SOLLICITORUM PERIBIT
IUSTUS DE ANGUSTIA LIBERATUS EST
ET TRADETUR IMPIUS PRO EO
SIMULATOR ORE DECIPIT
AMICUM SUUM
IUSTI AUTEM LIBERABUNTUR
SCIENTIA
IN BONIS IUSTORUM EXULTABIT
CIVITAS ET ORE IMPIORUM
SUBVERTETUR

qui despicit amicum suum
indigens corde est
uir autem prudens tacebit
qui ambulat fraudulenter
reuelat arcana
qui autem fidelis est amici
celat commissum
ubi non est gubernator
populus corruet
salus autem ubi multa consilia
affligetur malo qui fidem
facit pro extraneo
qui autem cauet laqueos
securus erit
mulier gratiosa inueniet
gloriam et robusti
habebant diuitias
bene facit animae suae
uir misericors
qui autem crudelis est et
propinquos abicit
impius facit opus instabile
seminanti autem iustitiam
merces fidelis hf
XII abominabile dño cor prauum
et uoluntas eius in his qui
simpliciter ambulant
manus in manu non erit
innocens malus
semen autem iustorum
saluabitur
circulus aureus in naribus
suis mulier pulchra et fatua
desiderium iustorum
omne bonum est
praestolatio impiorum
furor
alii diuidunt propria
et ditiores fiunt
alii rapiunt non sua et sem
per in egestate sunt
anima quae benedicit inpin
guabitur et qui inebriat
ipse quoque inebriabitur

qui abscondet frumenta
maledicitur in populis
benedictio autem super
caput uendentium
bene consurgit deluculo
qui quaerit bona
qui autem inuestigator ma
lorum est opprimetur
ab eis
qui confidet in diuitiis
suis corruet
iusti autem quasi uirens
folium germinabunt
qui conturbat domum suam
possidebit uentos et qui
stultus est seruiet sapienti
fructus iusti lignum uitae
et qui suscipit animas
sapiens est
si iustus in terra recipit
quanto magis impius
et peccator
XIII qui diligit disciplinam
diligit scientiam
qui autem odit increpatio
nes insipiens est
qui bonus est auriet a dño
gratiam
qui autem confidit cogitatio
nibus suis impie agit
non roborabitur homo ex
impietate et radix iustorũ
non commouebitur
mulier diligens corona
est uiro suo
et putredo in ossibus eius
quae confusione res
dignas gerit
cogitationes iustorum iudicia
et consilia impiorum
fraudulenta
uerba impiorum
insidiantur sanguini
os ius torum liberabit eos

hf clementia praeparat uitam et sectatio malorum mortem.

UERTE IMPIOS ET NON ERUNT
DOMUS AUTEM IUSTORUM
PERMANEBIT
DOCTRINA SUA NOSCETUR UIR
QUI AUTEM UANUS ET EXCORS
EST PATEBIT CONTEMTUI
MELIOR EST PAUPER ET SUFFI
CIENS SIBI QUAM GLORIOSUS
ET INDIGENS PANEM
NOUIT IUSTUS ANIMAS IUMEN
TORUM SUORUM
UISCERA AUTEM IMPIORUM
CRUDELIA
XIII QUI OPERATUR TERRAM SUAM
SATURABITUR PANIBUS
QUI AUTEM SECTATUR OTIUM
STULTISSIMUS EST
DESIDERIUM IMPII MONU
MENTUM EST PESSIMORUM
RADIX AUTEM IUSTORUM
PROFICIET
PROPTER PECCATA LABIORUM
RUINA PROXIMAT MALO
EFFUGIET AUTEM IUSTUS
DE ANGUSTIA
DE FRUCTU ORIS SUI UNUS
QUISQUE REPLEBITUR BONIS
ET IUXTA OPERA MANUUM
SUARUM RETRIBUETUR EI
UIA STULTI RECTA IN OCULIS EIUS
QUI AUTEM SAPIENS EST
AUDIT CONSILIA
FATUUS STATIM INDICAT
IRAM SUAM
QUI AUTEM DISSIMULAT IN
IURIAM CALLIDUS EST
QUI QUOD NOUIT LOQUITUR
INDEX EST IUSTITIAE
QUI AUTEM MENTITUR TESTIS
EST FRAUDULENTUS
EST QUI PROMITTIT ET QUASI
GLADIO PUNGITUR CONSCIENTIAE
LINGUA AUTEM SAPIENTIUM
SANITAS EST

LABIUM UERITATIS FIRMUM
ERIT IN PERPETUUM
QUI AUTEM TESTIS EST REPEN
TINUS CONCINNAT LINGUAM
MENDACII
DOLUS IN CORDE COGITANTIUM
MALA
QUI AUTEM INEUNT PACIS CONSILIA
SEQUITUR EOS GAUDIUM
NON CONTRISTABIT IUSTUM
QUIDQUID EI ACCIDERIT
IMPII AUTEM REPLEBUNTUR MALO
ABOMINATIO EST DÑO LABIA
MENDACIA
QUI AUTEM FIDELITER AGUNT
PLACENT EI
HOMO UERSUTUS CELAT SCIEN
TIAM ET COR INSIPIENTIUM
PROUOCAT STULTITIAM
MANUS FORTIUM DOMINABITUR
QUAE AUTEM REMISSA EST
TRIBUTIS SERUIET
MEROR IN CORDE UIRI HUMILI
AUIT ILLUM ET SERMONE
BONO LAETIFICABITUR
QUI NEGLEGIT DAMNUM PROP
TER AMICUM IUSTUS EST
ITER AUTEM IMPIORUM
DECIPIET EOS
NON INUENIET FRAUDULENTUS
LUCRUM ET SUBSTANTIA
HOMINIS ERIT AURI PRETIUM
IN SEMITA IUSTITIAE UITA
ITER AUTEM DEUIUM DUCIT
AD MORTEM
XIIII FILIUS SAPIENS DOCTRINA PATRIS
QUI AUTEM INLUSOR EST NON
AUDIT CUM ARGUITUR
DE FRUCTU ORIS SUI SATURABITUR
HOMO BONUS
ANIMA AUTEM PRAEUARICA
TORUM INIQUA
QUI CUSTODIT OS SUUM
CUSTODIT ANIMAM SUAM

QUI AUTEM INCONSIDERATUS EST
AD LOQUENDUM SENTIET MALA
UULT ET NON UULT PIGER
ANIMA AUTEM OPERANTIUM
IN PINGUABITUR
UERBUM MENDAX IUSTUS
DETESTABITUR
IMPIUS AUTEM CONFUNDIT
ET CONFUNDITUR impius
IUSTITIA CUSTODIT INNOCEN
TIS UIAM
IMPIETAS UERO PECCATOREM
SUPPLANTAT
EST QUASI DIUES CUM NIHIL
HABEAT ET EST QUASI PAUPER
CUM IN MULTIS DIUITIIS SIT
REDEMPTIO ANIMAE UIRI
DIUITIAE SUAE
QUI AUTEM PAUPER EST INCRE
PATIONEM NON SUSTINET
LUX IUSTORUM LAETIFICAT
LUCERNA AUTEM IMPIORUM
EXTINGUETUR
INTER SUPERBOS SEMPER
IURGIA SUNT
QUI AUTEM AGUNT CUNCTA CONSI
LIO REGUNTUR SAPIENTIA
SUBSTANTIA FESTINATA
MINUETUR
QUAE AUTEM PAULATIM COLLIGI
TUR MANU MULTIPLICABITUR
SPES QUAE DIFFERTUR ADFLIGIT
ANIMAM LIGNUM UITAE
DESIDERIUM UENIENS
QUI DETRAHIT ALICUI REI IPSE SE
IN FUTURUM OBLIGAT
QUI AUTEM TIMET PRAECEPTUM
IN PACE UERSABITUR
LUX SAPIENTIS FONS UITAE UT
DECLINET A RUINA MORTIS
DOCTRINA BONA DABIT GRATIAM
IN ITINERE CONTEMPTORUM
UORAGO
XIIII ASTUTUS OMNIA AGIT CUM CONSILIO

QUI AUTEM FATUUS EST APERIT
STULTITIAM
NUNTIUS IMPII CADET IN MALUM
LEGATUS FIDELIS SANITAS
EGESTAS ET IGNOMINIA EI QUI
DESERIT DISCIPLINAM
QUI AUTEM ADQUIESCET ARGUEN
TI GLORIFICABITUR
DESIDERIUM SI CONPLEATUR
DELECTAT ANIMAM
DETESTANTUR STULTI EOS
QUI FUGIUNT MALA
QUI CUM SAPIENTIBUS GRADITUR
SAPIENS ERIT AMICUS STULTO
RUM EFFICIETUR SIMILIS
PECCATORES PERSEQUITUR MALŪ
ET IUSTIS RETRIBUENTUR BONA
BONUS RELINQUET HEREDES
FILIOS ET NEPOTES ET CUSTO
DITUR IUSTO SUBSTANTIA
PECCATORIS
MULTI CIBI IN NOUALIBUS PATRUM
ET ALIIS CONGREGANTUR
ABSQUE IUDICIO
QUI PARCIT UIRGAE SUAE
ODIT FILIUM SUUM
QUI AUTEM DILIGIT ILLUM
INSTANTER ERUDIT
IUSTUS COMEDET ET REPLET
ANIMAM SUAM
UENTER AUTEM IMPIORUM
INSATURABILIS
XIIII SAPIENS MULIER AEDIFICABIT c xiiii
DOMUM SUAM
INSIPIENS INSTRUCTAM QUO
QUE DESTRUET MANIBUS
AMBULANS RECTO ITINERE
ET TIMENS DM̄
DESPICITUR AB EO QUI INFAMI
GRADITUR UIA
IN ORE STULTI UIRGA SUPERBIAE
LABIA SAPIENTIUM
CUSTODIUNT EOS
UBI NON SUNT BOBES PRAESEPE

vacuum est
ubi autem plurimae segetes
ibi manifesta fortitudo bovis
testis fidelis non mentitur
profert mendacium
dolosus testis
quaerit derisor sapientiam
et non invenit doctrina
prudentium facilis
vade contra virum stultum
et nescit labia prudentiae
sapientia
callidi est intellegere
viam suam
et inprudentia stultorum
errans
stultis inludit peccatum
et inter iustos morabitur
gratiam
cor quod novit amaritudi
nem animae suae
in gaudio eius non miscebitur
extraneus
domus impiorum delebitur
tabernacula iustorum
germinabunt
est via quae videtur
homini iusta
novissima autem eius
deducunt ad mortem
risus dolore miscebitur
et extrema gaudii
luctus occupat
viis suis replebitur stultus
et super eum erit vir bonus
innocens credit omni verbo
astutus considerat
gressus suos
sapiens timet et declinat a malo
stultus transilit et confidit
inpatiens operabitur stultitiā
et vir versutus
odiosus est
possidebunt parvuli
stultitiam et astuti ex
pectabunt scientiam
iacebunt mali ante bonos
et impii ante portas
iustorum
etiam proximo suo pauper
odiosus erit
amici vero divitum multi
XV Qui despicit proximum
suum peccat
qui autem miserebitur
pauperi beatus erit
errant qui operantur malum
misericordia et veritas
praeparant bona
in omni opere erit abundantia
ubi autem verba sunt plurima
ibi frequenter egestas
Corona sapientium divitiae
eorum
fatuitas stultorum
inprudentia
liberat animas testis fidelis
et profert mendacia
versipellis
in timore dñi fiducia fortitu
dinis et filiis eius erit spes
timor dñi fons vitae ut decli
net a ruina mortis
in multitudine populi
dignitas regis
et in paucitate plebis igno
minia principis
qui sapiens est multa guber
natur prudentia
qui autem inpatiens est exalta
bit inprudentiam suam
vita carnium sanitas cordis
putredo ossuum invidia
qui calumniatur egentem ex
probrat factorem eius
honorat autem eum qui mi
seretur pauperis in malitia
sua expellitur impius

SPERAT AUTEM IUSTUS
INMORTE SUA
INCORDE PRUDENTIS REQUIES
CIT SAPIENTIA ET INDOCTOS
QUOQUE ERUDIET
δ.xv. IUSTITIA ELEBAT GENTEM MISE
ROS FACIT POPULOS PECCATŪ
ACCEPTUS EST REGI MINISTER
INTELLEGENS
IRACUNDIAM EIUS INUTILIS
SUSTINEBIT
xv RESPONSIO MOLLIS FRANGIT
IRAM SERMO DURUS SUSCI
TAT FUROREM
LINGUA SAPIENTIUM ORNAT
SCIENTIAM OS FATUORUM
EBULLIT STULTITIAM
IN OMNI LOCO OCULI DÑI CONTEM
PLANTUR MALOS ET BONOS
LINGUA PLACABILIS LIGNUM UITAE
QUAE AUTEM INMODERATA
EST CONTERET SPM
xvi STULTUS INRIDET DISCIPLINAM
PATRIS SUI
QUI AUTEM CUSTODIT INCRE
PATIONES ASTUTIOR FIET
DOMUS IUSTI PLURIMA FORTI
TUDO ET IN FRUCTIBUS IMPII
CONTURBATIO
LABIA SAPIENTIUM DISSEMINA
BUNT SCIENTIAM COR STULTO
RUM DISSIMILE ERIT
UICTIMAE IMPIORUM ABOMI
NABILES DÑO UOTA IUSTORUM
PLACABILIA
ABOMINATIO EST DÑO UIA IMPII
QUI SEQUITUR IUSTITIAM
DILIGITUR AB EO
DOCTRINA MALA DESERENTI
UIAM UITAE QUI INCREPATIO
NES ODIT MORIETUR
INFERNUS ET PERDITIO
CORAM DÑO
QUANTO MAGIS CORDA FILIORUM
HOMINUM
NON AMAT PESTILENS EUM QUI SE
CORRIPIT NEC AD SAPIENTES
GRADITUR
COR GAUDENS EXHILARAT FACIEM
IN MERORE ANIMI DEICITUR SPS
COR SAPIENTIS QUAERIT DOCTRI
NAM ET OS STULTORUM
PASCITUR IMPERITIA
OMNES DIES PAUPERIS MALI
SECURA MENS QUASI IUGE
CONUIUIUM
MELIUS EST PARUUM CUM
TIMORE DÑI QUAM THESAURI
MAGNI ET INSATIABILES
MELIUS EST AD OLERA CUM CARI uocare
TATE QUAM AD UITULUM
SAGINATUM CUM ODIO
UIR IRACUNDUS PROUOCAT RIXAS
QUI PATIENS EST MITIGAT
SUSCITATAS
ITER PIGRORUM QUASI SEPIS
SPINARUM
UIA IUSTORUM ABSQUE OFFENDICULO
FILIUS SAPIENS LAETIFICAT
PATREM ET STULTUS HOMO
DESPICIT MATREM SUAM
STULTITIA GAUDIUM STULTO
ET UIR PRUDENS DIRIGIT
GRESSUS
DISSIPANTUR COGITATIONES
UBI NON EST CONSILIUM
UBI UERO PLURES SUNT CON
SILIARII CONFIRMANTUR
LAETATUR HOMO IN SCIENTIA
ORIS SUI ET SERMO OPORTU
NUS EST OPTIMUS
SEMITA UITAE SUPER ERUDITUM
UT DECLINET DE INFERNO
NOUISSIMO
DOMUM SUPERBORUM DEMO
LITUR DÑS ET FIRMOS
FACIT TERMINOS UIDUAE
ABOMINATIO DÑI COGITATIONES

MALAE ET PURUS SERMO
PULCHERRIMUS FIRMA
BITUR AB EO
CONTURBAT DOMUM SUAM
QUI SECTATUR AUARITIAM
QUI AUTEM ODIT MUNERA UIUET
MENS IUSTI MEDITABITUR
OBOEDIENTIAM
OS IMPIORUM REDUNDAT
MALIS LONGE EST DNS AB IM
PIIS ET ORATIONES IUSTORUM
EXAUDIET
LUX OCULORUM LAETIFICAT
ANIMAM FAMA BONA
INPINGUAT OSSA
AURIS QUAE AUDIT INCREPATI
ONES UITAE IN MEDIO SAPIEN
TIUM COMMORABITUR
QUI ABICIT DISCIPLINAM DESPI
CIT ANIMAM SUAM
QUI AUTEM ADQUIESCIT IN
CREPATIONIBUS POSSESSOR
EST CORDIS
TIMOR DNI DISCIPLINAM
SAPIENTIAE ET GLORIAM
PRAECEDIT HUMILITAS
C XVI HOMINIS EST ANIMUM PRAE
PARARE ET DNI GUBERNARE
LINGUAM
OMNES UIAE HOMINUM
PATENT OCULIS EIUS SPM
PONDERATOR EST DNS
REUELA DNO OPERA TUA ET DIRI
GENTUR COGITATIONES TUAE
UNIUERSA PROPTER SEMET
IPSUM OPERATUS EST DNS
IMPIUM QUOQUE
AD DIEM MALUM
ABOMINATIO DNI EST OMNIS
ARROGANS ETIAM SI MANUM
AD MANUM FUERIT NON
ERIT INNOCENS
MISERICORDIA ET UERITATE
REDIMITUR INIQUITAS
ET IN TIMORE DNI DECLINATUR
A MALO
CUM PLACUERINT DNO UIAE
HOMINIS INIMICOS QUOQUE
EIUS CONUERTIT AD PACEM
MELIUS EST PARUM CUM
IUSTITIA QUAM MULTI FRUC
TUS CUM INIQUITATE
COR HOMINIS DISPONET UIAM
SUAM SED DNI EST DIRIGERE
GRESSUS EIUS
XVII DIUINATIO IN LABIIS REGIS IN IUDI
CIO NON ERRABIT OS EIUS
PONDUS ET STATERA IUDICIA
DNI SUNT ET OPERA EIUS
OMNES LAPIDES SAECULI
ABOMINABILES REGI QUI AGUNT
IMPIE QUONIAM IUSTITIA
FIRMATUR SOLIUM
UOLUNTAS REGUM LABIA
IUSTA QUI RECTA LOQUI
TUR DIRIGETUR
INDIGNATIO REGIS NUNTII
MORTIS ET UIR SAPIENS
PLACABIT EUM
IN HILARITATE UULTUS REGIS
UITA ET CLEMENTIA EIUS
QUASI IMBER SEROTINUS
POSSIDE SAPIENTIAM QUIA
AURO MELIOR EST ET ADQUIRE
PRUDENTIAM QUIA PRETI
OSIOR EST ARGENTO
SEMITA IUSTORUM DECLINAT
MALA CUSTOS ANIMAE SUAE
SERUAT UIAM SUAM
CONTRITIONEM PRAECEDIT
SUPERBIA ET ANTE RUINAM
EXALTATUR SPS
MELIUS EST HUMILIARI CUM
MITIBUS QUAM DIUIDERE
SPOLIA CUM SUPERBIS
ERUDITUS IN UERBO REPPE
RIET BONA ET QUI IN DNO
SPERAT BEATUS EST

quisapiens corde est apellabi
tur prudens et qui dulcis
eloquio maiora percipiet
fons uitae eruditio possi
dentis doctrina stulto
rum fatuitas
cor sapientis erudit os eius
et labiis illius addet
gratiam
fauum mellis uerba com
posita dulcedo animae
est sanitas ossuum
est uia quae uidetur homini
recta et nouissima eius
ducit ad mortem
anima laborantis laborat
sibi quia conpulit eum
os suum
uir impius fodit malum
et in labiis eius ignis
ardescit
homo peruersus suscitat
lites et uerbosus sepa
rat principes
uir iniquus lactat amicum
suum et ducit eum per
uiam non bonam
qui attonitis oculis cogitat
praua mordens labia sua
perficit malum
corona dignitatis senectus
quae in uiis iustitiae
repperietur
melior est patiens uiro
forte et qui dominatur
animo suo expugnator
est urbium
sortes mittuntur in sinu
sed a dño temperantur
C. xcvii melior est bucilla sicca
cum gaudio quam domus
plena uictimis cum iurgio
seruus sapiens dominabi
tur filiis stultis

et inter fratres hereditatem
diuidit
sicut igne probatur argentum
et aurum camino ita corda
probat dñs
malus oboedit linguae
iniquae et fallax obtempe
rat labiis mendacibus
qui despicit pauperem ex
probrat factorem eius
et qui in ruina laetatur alterius
non erit inpunitus
corona senum filii filiorum
et gloria filiorum
patres eorum
non decent stultum uerba
composita nec principem
labium mentiens
gemma gratissima expecta
tio praestolantis
quocumque se uerterit
prudenter intellegit
qui celat delictum
quaerit amicitias
qui altero sermone repetit
separat foederatos
plus proficit correptio
apud prudentem quam
centum plagae apud
stultum
xviii Sem per iurgia quaerit malus
angelus autem crudelis
mittetur contra eum
expedit magis ursae occur
rere raptis fetibus
quam fatuo confidenti
in stultitia sua
qui reddit mala pro bonis
non recedet malum
de domo eius
qui dimittit aquam caput
est iurgiorum et antequam
patiatur contumeliam
iudicium deserit

ET QUI IUSTIFICAT IMPIUM
ET QUI CONDEMNAT IUSTUM
ABOMINABILIS EST UTERQUE
APUD DNM
QUID PRODEEST HABERE DIUITI
AS STULTUM CUM SAPIENTI
AM EMERE NON POSSIT
OMNI TEMPORE DILIGIT
QUI AMICUS EST ET FRATER
IN ANGUSTIIS CONPROBATUR
HOMO STULTUS PLAUDET
MANIBUS CUM SPOPONDERIT
PRO AMICO SUO
QUI MEDITATUR DISCORDIAS
DILIGIT RIXAS ET QUI EXALTAT
OS SUUM QUAERIT RUINAM
QUI PERUERSI CORDIS EST
NON INUENIET BONUM
ET QUI UERTIT LINGUAM
INCIDET IN MALUM
NATUS EST STULTUS IN IGNOMINIA
SUAM SED NEC PATER IN
FATUO LAETABITUR
ANIMUS GAUDENS AETATEM
FLORIDAM FACIT SPS TRISTIS
EXSICCAT OSSA
MUNERA DE SINU IMPIUS
ACCIPIT UT PERUERTAT
SEMITAS IUDICII
IN FACIE PRUDENTIS LUCET
SAPIENTIA OCULI STULTORUM
IN FINIBUS TERRAE
IRA PATRIS FILIUS STULTUS
ET DOLOR MATRI QUAE
GENUIT EUM
NON EST BONUM DAMNUM
INFERRE IUSTO
NEC PERCUTERE PRINCIPEM
QUI RECTA IUDICAT
QUI MODERATUR SERMONES
SUOS DOCTUS ET PRUDENS
EST ET PRETIOSI SPS
UIR ERUDITUS
STULTUS QUOQUE SI TACUERIT
SAPIENS PUTABITUR
ET SI CONPRESSERIT LABIA SUA
INTELLEGENS
OCCASIONES QUAERIT QUI UULT
RECEDERE AB AMICO OMNI
TEMPORE ERIT EXPROBRABILIS
NON RECIPIT STULTUS UERBA
PRUDENTIAE NISI EA DIXERIS
QUAE UERSANTUR IN CORDE EIUS
IMPIUS CUM IN PROFUNDUM
UENERIT PECCATORUM
CONTEMNIT
SED SEQUITUR EUM IGNOMINIA
ET OBPROBRIUM
AQUA PROFUNDA UERBA EX
ORE UIRI ET TORRENS RE
DUNDANS FONS SAPIENTIAE
ACCIPERE PERSONAM IMPII
NON EST BONUM UT DECLINES
A UERITATE IUDICII
LABIA STULTI INMISCENT
SE RIXIS ET OS EIUS IURGIA
PROUOCAT
OS STULTI CONTRITIO EIUS
ET LABIA IPSIUS RUINAE
ANIMAE EIUS
XVIII UERBA BILINGUIS QUASI SIM
PLICIA ET IPSA PERUENIUNT
USQUE AD INTERIORA UENTRIS
QUI MOLLIS ET DISSOLUTUS EST
IN OPERE SUO FRATER EST
SUA OPERA DISSIPANTIS
TURRIS FORTISSIMA NOMEN
DNI AD IPSUM CURRIT IUSTUS
ET EXALTABITUR
SUBSTANTIA DIUITIS URBS ROBO
RIS EIUS ET QUASI MURUS UALI
DUS CIRCUMDANS EUM
ANTEQUAM CONTERATUR
EXALTATUR COR HOMINIS
ET ANTEQUAM GLORIFICE
TUR HUMILIATUR
QUI PRIUS RESPONDIT QUAM
AUDIAT STULTUM SE ESSE

DEMONSTRAT ET CONFUSIONE
DIGNUM
SP̄S UIRI SUSTENTAT INBECILLI
TATEM SUAM SP̄M UERO
AD IRASCENDUM FACILEM
QUIS POTERIT SUSTINERE
COR PRUDENS POSSIDEBIT
SCIENTIAM
ET AURIS SAPIENTIUM
QUAERIT DOCTRINAM
DONUM HOMINIS DILATAT
UIAM EIUS ET ANTE PRINCIPES
SPATIUM EI FACIT
IUSTUS PRIOR EST ACCUSATOR
SUI UENIT AMICUS EIUS
ET INUESTIGAUIT EUM
CONTRADICTIONES COMPRI
MIT SORS ET INTER POTEN
TES QUOQUE DIIUDICAT
FRATER QUI ADIUUATUR
A FRATRE QUASI CIUITAS
FIRMA ET IUDICIA QUASI
UECTES URBIUM
DE FRUCTU ORIS UIRI REPLEBI
TUR UENTER EIUS ET GENIMINA
LABIORUM ILLIUS SATURA
BUNT EUM
MORS ET UITA IN MANU LINGUAE
QUI DILIGUNT EAM COMEDENT
FRUCTUS EIUS
QUI INUENIT BONAM MULIERĒ
INUENIT BONUM
ET AURIET IUCUNDITATEM A DN̄O
CUM OBSECRATIONIBUS LOQUE
TUR PAUPER ET DIUES
EFFABITUR RIGIDE
UIR AMABILIS AD SOCIETATEM
MAGIS AMICUS ERIT
QUAM FRATER
XIX MELIOR EST PAUPER QUI
AMBULAT IN SIMPLICITATE
SUA QUAM DIUES TORQUENS
LABIA INSIPIENS
UBI NON EST SCIENTIA ANIMAE
NON EST BONUM
ET QUI FESTINUS EST PEDIBUS
OFFENDIT
STULTITIA HOMINIS SUBPLAN
TAT GRESSUS EIUS ET CONTRA
DM̄ FERUET ANIMO SUO
DIUITIAE ADDUCUNT
AMICOS PLURIMOS
A PAUPERE AUTEM ET HI QUOS
HABUIT SEPARABUNTUR
TESTIS FALSUS NON ERIT INPU
NITUS ET QUI MENDACIA
LOQUITUR NON EFFUGIET
MULTI COLUNT PERSONAM
POTENTIS ET AMICI SUNT
DONA TRIBUENTI
FRATRES HOMINIS PAUPERIS
ODERUNT EUM INSUPER
ET AMICI PROCUL RECESSE
RUNT AB EO
QUI TANTUM UERBA SECTATUR
NIHIL HABEBIT
QUI AUTEM POSSESSOR EST
MENTIS DILIGIT ANIMAM SUĀ
ET CUSTOS PRUDENTIAE
INUENIET BONA
TESTIS FALSUS NON ERIT INPU
NITUS ET QUI LOQUITUR
MENDACIA PERIBIT
NON DECENT STULTUM DELICIAE
NEC SERUUM DOMINARI
PRINCIPIBUS
DOCTRINA UIRI PER PATIENTIAM
NOSCITUR ET GLORIA EIUS EST
INIQUA PRAETERGREDI
SICUT FREMITUS LEONIS ITA
ET REGIS IRA ET SICUT ROS
SUPER HERBAM ITA
HILARITAS EIUS
DOLOR PATRIS FILIUS STULTUS
ET TECTA IUGITER PERSTIL
LANTIA LITIGIOSA MULIER
DOMUS ET DIUITIAE DANTUR
A PARENTIBUS

A DNO AUTEM PROPRIE
UXOR PRUDENS
PIGREDO INMITTIT SOPOREM
ET ANIMA DISSOLUTA ESURIET
QUI CUSTODIT MANDATUM
CUSTODIT ANIMAM SUAM
QUI AUTEM NEGLEGIT UIAS SUAS
MORTIFICABITUR
FAENERATUR DNO QUI MISERE
TUR PAUPERIS ET UICISSITU
DINEM SUAM REDDET EI
ERUDI FILIUM TUUM NE DE
SPERES AD INTERFECTIONEM
AUTEM EIUS NON PONAS
ANIMAM TUAM
QUI INPATIENS EST SUSTINEBIT
DAMNUM ET CUM RAPUERIT
ALIUT APPONET
AUDI CONSILIUM ET SUSCIPE
DISCIPLINAM UT SIS SAPIENS
IN NOUISSIMIS TUIS
MULTAE COGITATIONES
IN CORDE UIRI UOLUNTAS AUTEM
DNI PERMANEBIT
HOMO INDIGENS MISERICORS EST
MELIOR PAUPER QUAM UIR
MENDAX
TIMOR DNI AD UITAM ET IN
PLENITUDINE COMMORABI
TUR ABSQUE UISITATIONE
PESSIMA
ABSCONDIT PIGER MANUM SUAM
SUB ASCELLA NEC AD OS SUUM
APPLICAT EAM
PESTILENTE FLAGELLATO
STULTUS SAPIENTIOR ERIT
SIN AUTEM CORRIPUERIS
SAPIENTEM INTELLEGET
DISCIPLINAM
QUI AFFLIGIT PATREM ET FUGIT
MATREM IGNOMINIOSUS
EST ET INFELIX
NON CESSES FILI AUDIRE
DOCTRINAM NEC IGNORES

SERMONES SCIENTIAE
TESTIS INIQUUS DERIDET IUDI
CIUM ET OS IMPIORUM
DEUORAT INIQUITATEM
PARATA SUNT DERISORIBUS IUDICIA
ET MALLEI PERCUTIENTES
STULTORUM CORPORIBUS
LUXURIOSA RES UINUM ET TU
MULTUOSA EBRIETAS
QUICUMQUE HIS DELECTATUR
NON ERIT SAPIENS
SICUT RUGITUS LEONIS ITA
ERROR REGIS
QUI PROUOCAT EUM PECCAT
IN ANIMAM SUAM
HONOR EST HOMINI QUI SE PA
RAT SE A CONTENTIONIBUS
OMNES AUTEM STULTI MISCEN
TUR CONTUMELIIS
PROPTER FRIGUS PIGER ARARE
NOLUIT MENDICABIT ERGO
AESTATE ET NON DABITUR EI
SICUT AQUA PROFUNDA SIC
CONSILIUM IN CORDE UIRI
SED HOMO SAPIENS
EXAURIET ILLUD
MULTI HOMINES MISERICORDES
UOCANTUR
UIRUM AUTEM FIDELEM
QUIS INUENIET
IUSTUS QUI AMBULAT IN SIMPLI
CITATE SUA BEATOS POST SE
FILIOS DERELINQUET
REX QUI SEDET IN SOLIO IUDICII
DISSIPAT OMNE MALUM
INTUITU SUO
QUIS POTEST DICERE MUNDUM
EST COR MEUM PURUS SUM
A PECCATO
PONDUS ET PONDUS MENSURA
ET MENSURA
UTRUMQUE ABOMINABILE
APUD DNM
EX STUDIIS SUIS INTELLEGITUR

PUER SI MUNDA ET SI RECTA
SINT OPERA EIUS
AUREM AUDIENTEM ET OCULUM
UIDENTEM DÑS FECIT
UTRUMQUE
NOLI DILIGERE SOMNUM NE TE
EGESTAS OPPRIMAT
APERI OCULOS TUOS ET
SATURARE PANIBUS
MALUM EST MALUM EST
DICIT OMNIS EMPTOR
ET CUM RECESSERIT TUNC
GLORIABITUR
AURUM ET MULTITUDO
GEMMARUM ET UAS PRE
TIOSUM LABIA SCIENTIAE
TOLLE UESTIMENTUM EIUS
QUI FIDEIUSSOR EXTITIT
ALIENI ET PRO EXTRANEIS
AUFER PIGNUS ABEO
SUAUIS EST HOMINI PANIS
MENDACII ET POSTEA IM
PLEBITUR OS EIUS CALCULO
COGITATIONES CONSILIIS
ROBORANTUR ET GUBERNA
CULIS TRACTANDA SUNT BELLA
EI QUI REUELAT MYSTERIA
ET AMBULAT FRAUDULEN
TER ET DILATAT LABIA SUA
NE COMMISCEARIS
QUI MALEDICIT PATRI SUO
ET MATRI EXTINGUETUR
LUCERNA EIUS IN MEDIIS
TENEBRIS
HEREDITAS AD QUAM FESTI
NATUR IN PRINCIPIO
IN NOUISSIMO BENEDIC
TIONE CAREBIT
NE DICAS REDDAM MALUM
EXPECTA DÑM ET
LIBERABIT TE
ABOMINATIO EST APUD DÑM
PONDUS ET PONDUS STATERA
DOLOSA NON EST BONUM

A DÑO DIRIGUNTUR GRESSUS UIRI
QUIS AUTEM HOMINUM INTEL
LEGERE POTEST UIAM SUAM
RUINA EST HOMINIS DEUORARE
SCOS ET POST UOTA
TRACTARE
DISSIPAT IMPIOS REX SAPI
ENS ET CURUAT SUPER
EOS FORNICEM
LUCERNA DÑI SPIRACULUM
HOMINIS QUAE INUESTIGAT
OMNIA SECRETA UENTRIS
MISERICORDIA ET UERITAS
CUSTODIUNT REGEM
ET ROBORATUR CLEMENTIA
THRONUS EIUS
EXULTATIO IUUENUM FORTI
TUDO EORUM ET DIGNITAS
SENUM CANITIES
LIUOR UULNERIS ABSTERGET
MALA ET PLAGAE IN SECRE
TIORIBUS UENTRIS
SICUT DIUISIONES AQUARUM c. xxi
ITA COR REGIS IN MANU DÑI
QUOCUMQUE UOLUERIT
INCLINAUIT ILLUD
OMNIS UIA UIRI RECTA SIBI
UIDETUR APPENDIT
AUTEM CORDA DÑS
FACERE MISERICORDIAM
ET IUDICIUM MAGIS
PLACENT DÑO QUAM
UICTIMAE
EXALTATIO OCULORUM ET DILA
TATIO CORDIS LUCERNA
IMPIORUM PECCATUM
COGITATIONES ROBUSTI SEM
PER IN ABUNDANTIA
OMNIS AUTEM PIGER IN
EGESTATE
QUI CONGREGAT THESAUROS
LINGUA MENDACII
UANUS EST ET IN PINGETUR
AD LAQUEOS MORTIS

RAPINAE IMPIORUM DETRA
HENT EOS QUIA NOLUERUNT
FACERE IUDICIUM
PERUERSA UIA UIRI ALIENA
EST QUI AUTEM MUNDUS
EST RECTUM OPUS EIUS
MELIUS EST SEDERE IN ANGULO
DOMATIS QUAM (cum) MULIERE
LITIGIOSA IN DOMO COMMUNI
ANIMA IMPII DESIDERAT
MALUM NON MISEREBITUR
PROXIMO SUO
MULTATO PESTILENTE SAPI
ENTIOR ERIT PARUULUS
ET SI SECTETUR SAPIENTEM
SUMET SCIENTIAM
EXCOGITAT IUSTUS DE DOMO
IMPII UT DETRAHAT
IMPIOS A MALO
QUI OPTURAT AUREM SUAM
AD CLAMOREM PAUPERIS
ET IPSE CLAMABIT
ET NON EXAUDIETUR
MUNUS ABSCONDITUM EX
TINGUET IRAS ET DONUM
IN SINU INDIGNATIONEM
MAXIMAM
GAUDIUM IUSTO EST FACERE
IUDICIUM ET PABOR OPE
RANTIBUS INIQUITATEM
UIR QUI ERRAUERIT A UIA
DOCTRINAE IN COETU GIGAN
TUM COMMORABITUR
QUI DILIGIT AEPULAS
IN EGESTATE ERIT
QUI AMAT UINUM ET PINGUIA
NON DITABITUR
PRO IUSTO DATUR IMPIUS
ET PRO RECTIS INIQUUS
MELIUS EST HABITARE IN
TERRA DESERTA QUAM CŪ
MULIERE RIXOSA ET IRACUNDA
THESAUROS DESIDERABILES
ET OLEUM IN HABITACULO

IUSTI ET INPRUDENS HOMO
DISSIPABIT ILLUD
QUI SEQUITUR IUSTITIAM
ET MISERICORDIAM INUENIET
UITAM ET IUSTITIAM
ET GLORIAM
CIUITATEM FORTIUM ASCENDIT
SAPIENS ET DESTRUXIT
ROBUR FIDUCIAE EIUS
QUI CUSTODIT OS SUUM ET LIN
custodit GUAM SUAM AB ANGUSTIIS
ANIMAM SUAM
SUPERBUS ET ARROGANS
UOCATUR INDOCTUS QUI
IN IRA OPERATUR SUPERBIAM
DESIDERIA OCCIDUNT PIGRUM
NOLUERUNT ENIM QUICQUĀ
MANUS EIUS OPERARI
TOTA DIE CONCUPISCIT
ET DESIDERAT
QUI AUTEM IUSTUS EST
TRIBUET ET NON CESSABIT
HOSTIAE IMPIORUM ABOMI
NABILES QUIA OFFERUNTUR
EX SCELERE
TESTIS MENDAX PERIBIT UIR
OBOEDIENS LOQUITUR
UICTORIAM
UIR IMPIUS PROCACITER
OBFIRMAT UULTUM SUUM
QUI AUTEM RECTUS EST
CORRIGIT UIAM SUAM
NON EST SAPIENTIA NON EST
PRUDENTIA NON EST CON
SILIUM CONTRA DNM
EQUUS PARATUR AD DIEM
BELLI DNS AUTEM
SALUTEM TRIBUET
XXII MELIUS EST NOMEN BONUM
QUAM DIUITIAE MULTAE
SUPER ARGENTUM ET AURŪ
GRATIA BONA
DIUES ET PAUPER OBUIAUERUNT
SIBI UTRIUSQ· OPERATOR EST
DNS

CALLIDUS UIDET MALUM
ET ABSCONDIT SE INNOCENS
PERTRANSIIT ET ADFLICTUS
EST DAMNO
FINIS MODESTIAE TIMOR DÑI
DIUITIAE ET GLORIA ET UITA
ARMA ET GLADII IN UIA PERUERSI
CUSTOS AUTEM ANIMAE SUAE
LONGE RECEDIT AB EIS
PROUERBIUM EST ADULESCENS
IUXTA UIAM SUAM ETIAM
CUM SENUERIT NON
RECEDET AB EA
DIUES PAUPERIBUS IMPERAT
ET QUI ACCIPIT MUTUUM
SERUUS EST FAENERANTIS
QUI SEMINAT INIQUITATEM
METET MALA ET UIRGA IRAE
SUAE CONSUMMABITUR
QUI PRONUS EST AD MISERICOR
DIAM BENEDICITUR
DE PANIBUS ENIM SUIS
DEDIT PAUPERI
EICE DERISOREM ET EXIBIT
CUM EO IURGIUM CESSABUNT
QUE CAUSAE ET CONTUMELIAE
QUI DILIGIT CORDIS MUNDITIAM
PROPTER GRATIAM LABIO
RUM SUORUM HABEBIT
AMICUM REGEM
OCULI DÑI CUSTODIUNT
SCIENTIAM ET SUBPLAN
TANTUR UERBA INIQUI
DICIT PIGER LEO FORIS
IN MEDIO PLATEARUM
OCCIDENDUS SUM
FOUEA PROFUNDA OS
ALIENAE CUI IRATUS EST
DÑS INCIDAT IN EAM
STULTITIA CONLIGATA EST IN
CORDE PUERI ET UIRGA
DISCIPLINAE FUGABIT EAM
QUI CALUMNIATUR PAUPEREM
UT AUGEAT DIUITIAS SUAS
DABIT IPSE DITIORI ET EGEBIT
INCLINA AUREM TUAM ET AUDI
UERBA SAPIENTIUM
APPONE AUTEM COR AD DOC
TRINAM MEAM QUAE
PULCHRA ERIT TIBI CUM
SERUAUERIS EAM IN UENTRE
TUO ET REDUNDAUIT
IN LABIIS TUIS
UT SIT IN DÑO FIDUCIA TUA UNDE
ET OSTENDI TIBI EAM HODIE
ECCE DESCRIBSI EAM TIBI
TRIPLICITER IN COGITATIO
NIBUS ET SCIENTIA
UT OSTENDEREM TIBI FIRMITA
TEM ET ELOQUIA UERITATIS
RESPONDERE EX HIS ILLIS
QUI MISERUNT TE
NON FACIAS UIOLENTIAM
PAUPERI QUIA PAUPER EST
NEQUE CONTERAS EGENUM
IN PORTA QUIA DÑS IUDICABIT
CAUSAM EIUS
ET CONFIGET EOS QUI CONFIX
ERUNT ANIMAM EIUS
NOLI ESSE AMICUS HOMINI
IRACUNDO NEQUE AMBU
LES CUM UIRO FURIOSO
NE FORTE DISCAS SEMITAS
EIUS ET SUMAS SCANDALUM
ANIMAE TUAE
NOLI ESSE CUM HIS QUI DEFI
GUNT MANUS SUAS ET QUI
UADES SE OFFERUNT
PRO DEBITIS
SI ENIM NON HABET UNDE
RESTITUAT QUID CAUSAE
EST UT TOLLAT OPERIMEN
TUM DE CUBILI TUO
NE TRANSGREDIARIS TERMI
NOS ANTIQUOS QUOS
POSUERUNT PATRES TUI
UIDISTI UIRUM UELOCEM
IN OPERE SUO CORAM REGIB·

STABIT NEC ERIT ANTE
IGNOBILES
XXIII QUANDO SEDERIS UT COMEDAS
CUM PRINCIPE DILIGENTER
ADTENDE QUAE POSITA
SUNT ANTE FACIEM TUAM
ET STATUE CULTRUM IN GUTTU
RE TUO SI TAMEN HABES IN
POTESTATE ANIMAM TUĀ
NE DESIDERES DE CIBIS EIUS
IN QUO EST PANIS MENDACII
NOLI LABORARE UT DITERIS
SED PRUDENTIAE TUAE
PONE MODUM
NE ERIGAS OCULOS TUOS
AD OPES QUAS HABERE
NON POTES QUIA FACIENT
SIBI PINNAS QUASI AQUILAE
ET UOLABUNT IN CAELUM
NE COMEDAS CUM HOMINE
INUIDO ET NE DESIDERES
CIBOS EIUS
QUONIAM IN SIMILITUDINE
ARIOLI ET CONIECTORIS
AESTIMAT QUOD IGNORAT
COMEDE ET BIBE DICET TIBI
ET MENS EIUS NON EST TECŪ
CIBOS QUOS COMEDERAS
EUOMES ET PERDES PUL
CHROS SERMONES TUOS
IN AURIBUS INSIPIENTIUM NE
LOQUARIS QUIA DESPICIENT
DOCTRINAM ELOQUII TUI
NE ADTINGAS TERMINOS
PARUULORUM ET AGRUM
PUPILLORUM NE INTROEAS
PROPINQUUS ENIM EORUM
FORTIS EST ET IPSE IUDICA
BIT CONTRA TE CAUSAM
ILLORUM
INGREDIATUR (AD) DOCTRINA COR
TUUM ET AURES TUAE
AD UERBA SCIENTIAE
NOLI SUBTRAHERE PUERO
DISCIPLINAM
SI ENIM PERCUSSERIS EUM
UIRGA NON MORIETUR
TU UIRGA PERCUTIS EUM
ET ANIMAE EIUS DE INFERNO
LIBERABIS
FILI MI SI SAPIENS FUERIT
ANIMUS TUUS GAUDEBIT
TECUM COR MEUM
ET EXULTABUNT RENES MEI
CUM LOCUTA FUERINT
RECTUM LABIA TUA
NON AEMULETUR COR TUUM
PECCATORES SED IN TIMORE
DÑI ESTO TOTA DIE
QUIA HABEBIS SPEM IN NO
UISSIMO ET PRESTOLATIO
TUA NON AUFERETUR
AUDI FILI MI ET ESTO SAPIENS
ET DIRIGE IN UIA
ANIMUM TUUM
NOLI ESSE IN CONUIUIIS POTA
TORUM NEC IN COMESATIO
NIBUS EORUM QUI CARNES
AD UESCENDUM CONFERUNT
QUIA UACANTES POTIBUS
ET DANTES SYMBOLA CON
SUMENTUR ET UESTIETUR
PANNIS DORMITATIONIS
AUDI PATREM TUUM QUI GE
NUIT TE ET NE CONTEMNAS
CUM SENUERIT MATER TUA
UERITATEM EME ET NOLI
UENDERE SAPIENTIAM
ET DOCTRINAM ET IN
TELLEGENTIAM
EXULTAT GAUDIO PATER
IUSTI QUI SAPIENTEM
GENUIT LAETABITUR IN EO
GAUDEAT PATER TUUS ET MA
TER TUA ET EXULTET
QUI GENUIT TE
PRAEBE FILI MI COR TUUM
MIHI ET OCULI TUI

UIAS MEAS CUSTODIANT
FOUEA ENIM PROFUNDA EST
MERETRIX ET PUTEUS
ANGUSTUS ALIENA
INSIDIATUR IN UIA QUASI LATRO
ET QUOS INCAUTOS UIDERIT
INTERFICIT
CUI UAE CUIUS PATRI UAE CUI
RIXAE CUI FOUEAE CUI SINE
CAUSA UULNERA CUI SUFFUSIO
OCULORUM
NONNE HIS QUI MORANTUR
IN UINO ET STUDENT CALICIB;
EPOTANDIS
NE INTUERIS UINUM QUANDO
FLAUESCIT COLOR EIUS CUM
SPLENDUERIT IN UITRO
INGREDITUR ENIM BLANDE
SED IN NOUISSIMO MORDEBIT
UT COLUBER ET SICUT REGU
LUS UENENA DIFFUNDET
OCULI TUI UIDEBUNT EXTRA
NEAS ET COR TUUM LOQUE
TUR PERUERSA
ET ERIS SICUT DORMIENS
IN MEDIO MARI
ET QUASI SOPITUS GUBERNATOR
AMISSO CLAUO
ET DICES UERBERAUERUNT ME
SED NON DOLUI
TRAXERUNT ME ET EGO
NON SENSI
QUANDO EUIGILABO ET RURSUM
UINA REPPERIAM
XXIIII NE AEMULERIS UIROS MALOS
NEC DESIDERES ESSE CUM EIS
QUIA RAPINAS MEDITATUR
MENS EORUM ET FRAUDES
LABIA EORUM LOQUUNTUR
SAPIENTIA AEDIFICABITUR
DOMUS ET PRUDENTIA RO
BORABITUR
IN DOCTRINA REPLEBUNTUR
CELLARIA
UNIUERSA SUBSTANTIA PRETIOSA
ET PULCHERRIMA
UIR SAPIENS ET FORTIS EST
ET UIR DOCTUS ROBUSTUS
ET UALIDUS QUIA CUM DISPO
SITIONE INITUR BELLUM
ET ERIT SALUS UBI MULTA
CONSILIA SUNT
EXCELSA STULTO SAPIENTIA
IN PORTA NON APERIET OS SUUM
QUI COGITAT MALA FACERE
STULTUS UOCABITUR
COGITATIO STULTI PECCATUM
EST ET ABOMINATIO HOMI
NUM DETRACTOR
SI DESPERAUERIS LASSUS
IN DIE ANGUSTIAE INMINUE
TUR FORTITUDO TUA
ERUE EOS QUI DUCUNTUR
AD MORTEM ET QUI TRA
HUNTUR AD INTERITUM
LIBERARE NE CESSES
SI DIXERIS UIRES NON SUPPE
TUNT QUI INSPECTOR EST
CORDIS IPSE INTELLEGIT
ET SERUATOREM ANIMAE TUAE
NIHIL FALLIT REDDITQUE
HOMINI IUXTA OPERA SUA
COMEDE FILI MEL QUIA BONUM
EST ET FAUUM DULCISSIMU
GUTTURI TUO
SIC ET DOCTRINA SAPIENTIAE
ANIMAE TUAE
QUAM CUM INUENERIS HABE
BIS IN NOUISSIMIS ET SPES
TUA NON PERIBIT
NE INSIDIERIS ET QUAERAS
IMPIETATEM IN DOMO IUSTI
NEQ; UASTES REQUIEM EIUS
SEPTIES ENIM CADIT IUSTUS
ET RESURGIT IMPII AUTEM
CORRUENT IN MALUM
XXV CUM CECIDERIT INIMICUS
TUUS NE GAUDEAS ET IN

ruina eius ne exultet
cor tuum
ne forte videat dns et displi
ceat ei et auferat ab eo
iram suam
Ne contendas cum pessimis
nec aemuleris impios
quoniam non habent futu
rorum spem mali
et lucerna impiorum
extinguetur
Time dnm fili mi et regem
et cum detractoribus
non commiscearis
quoniam repente con
surget perditio eorum
et ruinam utriusque quis
novit haec quoque
sapientibus
cognoscere personam
in iudicio non est bonum
qui dicit impio iustus es
maledicent ei populi
et detestabuntur
eum tribus
qui arguunt laudabuntur
et super ipsos veniet
benedictio
Labia deosculabitur qui
recta respondit
Praepara foris opus tuum
et diligenter exerce
agrum tuum ut postea
aedifices domum tuam
Ne sis testis frustra contra
proximum tuum nec lac
tes quemquam labiis tuis
Ne dicas quomodo fecit
mihi faciam ei reddam
unicuique secundum
opus suum
Per agrum hominis pigri
transivi et per vineam
viri stulti

et ecce totum repleverant
urticae operuerant super
ficiem eius spinae
et maceria lapidum
destructa erat
quod cum vidissem posui
in corde meo et exemplo
didici disciplinam
parum inquam dormies
modicum dormitabis
pusillum manus con
seres ut quiescas
et veniet tibi quasi cursor
egestas tua et mendicitas
quasi vir armatus
XXV Hae quoque parabolae
Salomonis quas trans
tulerunt viri Ezechiae
regis Iuda
Gloria dni celare verbum
et gloria regum investi
gare sermonem
caelum sursum et terram
deorsum et cor regum
inscrutabile
Aufer robiginem de argento
et egredietur vas
purissimum
Aufer impietatem de vultu
regis et firmabitur
iustitia thronus eius
Ne gloriosus appareas corã
rege et in loco magnorum
ne steteris
melius est enim ut dicatur
tibi ascende huc quam
humilieris coram principē
quae viderunt oculi tui ne
proferas in iurgio cito
ne postea emendare non
possis cum dehonesta
veris amicum tuum
causam tuam tracta cum
amico tuo et secretum

EXTRANEO NE REUELES
NE FORTE INSULTET TIBI CUM
AUDIERIT ET EXPROBRARE
NON CESSET
MALA AUREA IN LECTIS ARGENTEIS
QUI LOQUITUR UERBUM
IN TEMPORE SUO
IN AURE INAUREM AUREA ET MARGARITUM
FULGENS QUI ARGUIT SAPIEN
TEM ET AUREM OBOEDIENTEM
SICUT FRIGUS NIUIS IN DIE
MESSIS ITA LEGATUS FIDELIS
EI QUI MISIT EUM ANIMAM
ILLIUS REQUIESCERE FACIT
NUBES ET UENTUS ET PLUUIAE
NON SEQUENTES UIR GLORIO
SUS ET PROMISSA NON CON
PLENS
PATIENTIA LENIETUR PRINCEPS
ET LINGUA MOLLIS CON
FRINGET DURITIAM
XXVIII MEL INUENISTI COMEDE
QUOD SUFFICIT TIBI NE FORTE
SATURATUS EUOMAS ILLUD
SUBTRAHE PEDEM TUUM DE
DOMO PROXIMI TUI NEQUAN
DO SATIATUS ODERIT TE
IACULUM ET GLADIUM ET SAGITTA
ACUTA HOMO QUI LOQUITUR
CONTRA PROXIMUM SUUM
TESTIMONIUM FALSUM
DENS PUTRIDUS ET PES LASSUS
QUI SPERAT SUPER INFIDELI
IN DIE ANGUSTIAE ET AMITTIT
PALLIUM IN DIE FRIGORIS
ACETUM IN NITRO ET QUI
CANTAT CARMINA CORDI
PESSIMO
SI ESURIERIT INIMICUS TUUS
CIBA ILLUM SI SITIERIT DA EI
AQUAM BIBERE
PRUNAS ENIM CONGREGABIS
SUPER CAPUT EIUS ET DN̄S
REDDET TIBI

UENTUS AQUILO DISSIPAT PLU
UIAS ET FACIES TRISTIS
LINGUAM DETRAHENTEM
MELIUS EST SEDERE IN ANGULO
DOMATIS QUAM CUM MULI
ERE LITIGIOSA IN DOMO
COMMUNI
AQUA FRIGIDA ANIMAE SITIENTI
ET NUNTIUS BONUS DE TERRA
LONGINQUA
FONS TURBATUS PEDE ET UENA
CORRUPTA IUSTUS CADENS
CORAM IMPIO
SICUT QUI MEL COMEDIT MUL
TUM NON EST EI BONUM
SIC QUI SCRUTATOR EST MAIES
TATIS OPPRIMITUR GLORIA
SICUT URBS PATENS ABSQUE
MURORUM AMBITU ITA UIR
QUI NON POTEST IN LOQUENDO
COHIBERE SPM̄ SUUM
XXVI QUOMODO NIX AESTATE ET
PLUUIAE IN MESSE SIC IN
DECENS EST STULTO GLORIA
NON SICUT AUIS AD ALIA TRANS
UOLAT ET PASSER QUOLIBET
UADENS
SIC MALEDICTUM FRUSTRA
PROLATUM IN QUEMPIAM
SUPERUENIET
FLAGELLUM EQUO ET CAMOS
ASINO ET UIRGA DORSO
INPRUDENTIUM
NE RESPONDEAS STULTO IUXTA
STULTITIAM SUAM NE EFFI
CIARIS EI SIMILIS
RESPONDE STULTO CONTRA
STULTITIAM SUAM NE SIBI
SAPIENS ESSE UIDEATUR
CLAUDUS PEDIBUS ET INIQUI
TATEM BIBENS QUI MITTIT
UERBA PER NUNTIUM STULTU
QUOMODO PULCHRAS FRUSTRA
HABET CLAUDUS TIBIAS

SIC INDECENS EST IN ORE STULTO
RUM PARABOLA
SICUT QUI MITTIT LAPIDEM
IN ACERUUM MERCURII ITA
QUI TRIBUIT INSIPIENTI
HONOREM
QUOMODO SI SPINA NASCATUR
IN MANU TEMULENTI SIC
PARABOLA IN ORE STULTORUM
IUDICIUM TERMINAT CAUSAS
ET QUI PONIT STULTO SILEN
TIUM IRAS MITIGAT
SICUT CANIS QUI REUERTITUR
AD UOMITUM SUUM SIC
INPRUDENS QUI ITERAT
STULTITIAM SUAM
UIDISTI HOMINEM SAPIENTEM
SIBI UIDERI MAGIS ILLO SPEM
HABEBIT STULTUS
DICIT PIGER LEENA IN UIA LEO
IN ITINERIBUS
SICUT OSTIUM UERTITUR
IN CARDINE SUO ITA PIGER
IN LECTULO SUO
ABSCONDIT PIGER MANUM
SUB ASCELLA SUA ET LABORAT
SI AD OS SUUM EAM CON
UERTERIT
SAPIENTIOR SIBI PIGER UIDETUR
SEPTEM UIRIS LOQUENTI
BUS SENTENTENTIAS
SICUT QUI ADPREHENDIT
AURIBUS CANEM SIC QUI
TRANSIT ET INPATIENS
COMMISCETUR RIXAE
ALTERIUS
SICUT NOXIUS EST QUI MITTIT
LANCEAS ET SAGITTAS
ET MORTEM
SIC UIR QUI FRAUDULENTER
NOCET AMICO SUO ET CUM
FUERIT DEPREHENSUS
DICIT LUDENS FECI
ET CUM DEFECERINT LIGNA
EXTINGUETUR IGNIS ET
SUSURRONE SUBTRACTO
IURGIA CONQUIESCENT
SICUT CARBONES AD PRUNAM
ET LIGNA AD IGNEM SIC HOMO
IRACUNDUS SUSCITAT RIXAS
UERBA SUSURRONIS QUASI
SIMPLICIA ET IPSA PER
UENIUNT AD INTERIORA
UENTRIS
QUOMODO SI ARGENTO SORDIDO
ORNARE UELLES UAS FICTILE
SIC LABIA TUMENTIA CUM
PESSIMO CORDE SOCIATA
LABIIS SUIS INTELLEGITUR
INIMICUS CUM CORDE
TRACTAUERIT DOLOS
QUANDO SUBMISERIT UOCEM
SUAM NE CREDIDERIS EI
QUONIAM SEPTEM NEQUITIAE
SUNT IN CORDE ILLIUS
QUI OPERIT ODIUM FRAUDU
LENTER REUELABITUR
MALITIA EIUS IN CONCILIO
QUI FODIT FOUEAM INCIDET
IN EAM ET QUI UOLUIT LAPIDĒ
REUERTETUR AD EUM
LINGUA FALLAX NON AMAT
UERITATEM ET OS LUBRICUM
OPERATUR RUINAS
XXVII NE GLORIERIS IN CRASTINUM
IGNORANS QUID SUPER
UENTURA PARIAT DIES
LAUDET TE ALIENUS ET NON
OS TUUM EXTRANEUS
ET NON LABIA TUA
GRAUE EST SAXUM ET ONE
ROSA HARENA SED IRA STULTI
UTROQUE GRAUIOR
IRA NON HABET MISERICORDIĀ
NEC ERUMPENS FUROR
ET IMPETUM CONCITATI
FERRE QUIS POTERIT
MELIOR EST MANIFESTA CORREP
TIO QUAM AMOR ABSCONDITUS

MELIORA SUNT UULNERA
DILIGENTIS QUAM FRAUDU
LENTA ODIENTIS OSCULA
ANIMA SATURATA CALCAUIT
FAUUM ANIMA ESURIENS
ET AMARUM PRO DULCE
SUMET
SICUT AUIS TRANSMIGRANS
DE NIDO SUO SIC UIR QUI RE
LINQUIT LOCUM SUUM
UNGENTO ET UARIIS ODORIBUS
DELECTATUR COR ET BONIS
AMICI CONSILIIS ANIMA
DULCORATUR
AMICUM TUUM ET AMICUM
PATRIS TUI NE DIMISERIS
ET DOMUM FRATRIS TUI
NE INGREDIARIS IN DIE
AFFLICTIONIS TUAE
MELIOR EST UICINUS IUXTA
QUAM FRATER PROCUL
STUDE SAPIENTIAE FILI MI
ET LAETIFICA COR MEUM
UT POSSIS EXPROBRANTI
RESPONDERE SERMONEM
ASTUTUS UIDENS MALUM
ABSCONDITUS EST PARUULI
TRANSEUNTES SUSTINUERE
DISPENDIA
TOLLE UESTIMENTUM EIUS
QUI SPOPONDIT PRO EXTRA
NEO ET PRO ALIENIS
AUFER TO PIGNUS
QUI BENEDICET PROXIMO SUO
UOCE GRANDI DE NOCTE
CONSURGENS MALEDICENTI
SIMILIS EST
TECTA PERSTILLANTIA IN DIE
FRIGORIS ET LITIGIOSA
MULIER COMPARANTUR
QUI RETINET EAM QUASI QUI
UENTUM TENEAT ET OLEŪ
DEXTERAE SUAE UOCET
FERRUM FERRO ACUITUR
ET HOMO EXACUET
FACIEM AMICI SUI
QUI SERUAT FICUM COMEDET
FRUCTUM EIUS ET QUI CUSTOS
EST DÑI SUI GLORIFICABITUR
QUOMODO IN AQUIS RESPLEN
DENT UULTUS PROSPICIENTIŪ
SIC CORDA HOMINUM MANI
FESTA SUNT PRUDENTIBUS
INFERNUS ET PERDITIO NON
REPLEBUNTUR
SIMILITER ET OCULI HOMINUM
INSATIABILES
QUOMODO PROBATUR IN CON
FLATORIO ARGENTUM
ET IN FORNACE AURUM
SIC PROBATUR HOMO ORE
LAUDANTIS
SI CONTUDERIS STULTUM IN PILA
QUASI TISANAS FERIENTE
DESUPER PILO NON AUFERE
TUR AB EO STULTITIA EIUS
DILIGENTER AGNOSCE UULTUM
PE CORIS TUI TUOSQUE
GREGES CONSIDERA
NON ENIM HABEBIS IUGITER
POTESTATEM SED CORONA
TRIBUETUR IN GENERATIONE
GENERATIONUM
APERTA SUNT PRATA ET AP PARU
ERUNT HERBAE UIRENTES
ET COLLECTA SUNT F ENA
DE MONTIBUS
AGNI AD UESTIMENTUM TUUM
ET HEDI AGRI PRETIUM
SUFFICIAT TIBI LAC CAPRARUM
IN CIBIS TUIS IN NECESSARIA
DOMUS TUAE ET AD UICTUM
ANCILLIS TUIS
XXVIII FUGIT IMPIUS NEMINE
PERSEQUENTE
IUSTUS AUTEM QUASI LEO
CONFIDENS ABSQUE
TERRORE ERIT
PROPTER PECCATA TERRAE

. multi principes eius
et propter hominis
sapientiam et horum
scientiam quae dicuntur
uita ducis longior erit
uir pauper calumnians
pauperes similis est imbri
uehementi in quo paratur
fames
qui derelinquunt legem
laudant impium qui
custodiunt succendun
tur contra eum
uiri mali non cogitant
iudicium
qui autem dnm requirunt
animaduertunt omnia
melior est pauper ambulans
in simplicitate sua
quam diues prauis
itineribus
qui custodit legem filius
sapiens est
qui autem pascit comesa
tores confundit
patrem suum
qui coaceruat diuitias
usuris
qui fenore liberali in
pauperes congregat eas
qui declinat aurem suam
ne audiat legem oratio
eius erit execrabilis
qui decipit iustos in uia mala
in interitu suo corruet
et simplices possidebunt
bona eius
sapiens sibi uidetur uir
diues pauper autem pru
dens scrutabitur eum
in exultatione iustorum
multa gloria regnan
tibus impiis ruinae
hominum
qui abscondit scelera sua
non dirigetur
qui autem confessus fuerit
et reliquerit ea miseri
cordiam consequetur
xxviii Beatus homo qui semper
est pauidus qui uero
mentis est durae
corruet in malum
leo rugiens et ursus esuriens
princeps impius super
populum pauperem
dux indigens prudentia
multos opprimit
per calumniam
qui autem odit auaritiam
longi fient dies eius
hominem qui calumniatur
animae sanguinem si
usque ad lacum fuerit
nemo sustinet
qui ambulat simpliciter
saluus erit qui peruer
sis ingreditur uiis
concidet semel
qui operatur terram suam
saturabitur panibus
qui sectatur otium reple
bitur egestate
uir fidelis multum laudabi
tur qui autem festinat
ditari non erit innocens
qui cognoscit faciem in iudicio
non facit bene
iste et pro buccella panis
deserit ueritatem
uir qui festinat ditari et alus
inuidet ignorat quod
egestas superueniat ei
qui corripit hominem gra
tiam postea inueniet
apud eum magis quam
ille qui per linguae
blandimenta decipit

qui subtrahit aliquid a patre
suo et a matre et dicit hoc
non est peccatum parti
ceps homicidae est
qui se iactat et dilatat iurgia
concitat qui sperat in dn̄o
sanabitur
qui confidit in corde suo
stultus est qui autem
graditur sapienter iste
salvabitur
qui dat pauperi non indigebit
qui despicit deprecantem
sustinebit penuriam
cum surrexerint impii
abscondentur homines
cum illi perierint multi
plicabuntur iusti
XXIX viro qui corripientem dura
cervice contemnit
repentinus superveniet
interitus et eum sanitas
non sequitur
in multiplicatione iusto
rum laetabitur vulgus
cum impii sum sumserint
principatum gemebit
populus
vir qui amat sapientiam
laetificat patrem suum
qui autem nutrit scorta
perdit substantiam
rex iustus erigit terram
vir durus destruet eam
homo qui blandis fictisque
sermonibus loquetur
amico suo rete expandit
gressibus eius
peccantem virum iniquum
involvet laqueus et iustus
laudabit atque gaudebit
novit iustus causam pau
peris impius ignorat
scientiam

homines pestilentes
dissipant civitatem
sapientes vero avertunt
furorem
vir sapiens si cum stulto
contenderit sive irasca
tur sive rideat non
inveniet requiem
viri sanguinum oderunt
simplicem iusti autem
quaerunt animam eius
totum spm suum profert
stultus sapiens differt
et servat in posterum
princeps qui libenter audit
verba mendacia omnes
ministros habebit impios
pauper et creditor obvia
verunt sibi utriusque
inluminator est dn̄s
rex qui iudicat pauperes
in veritate thronus eius
in aeternum fundabitur
virga atque correptio
tribuet sapientiam
puer autem qui dimittitur
voluntati suae confun
dit matrem suam
in multiplicatione impiorū
multiplicabuntur scele
ra et iusti ruinas eorum
videbunt
erudi filium tuum et re
frigerabit te et dabit
delicias animae tuae
cum prophetia defecerit
dissipabitur populus
qui custodit legem
beatus est
servus verbis non potest
erudiri quia quod dicis
intellegit et respon
dere contemnit
vidisti hominem velocem

AD LOQUENDUM
STULTI MAGIS SPERANDA EST
QUAM ILLIUS CORREPTIO
QUI DELICATE A PUERITIA
NUTRIT SERUUM SUUM
POSTEA ILLUM SENTIET
CONTUMACEM
UIR IRACUNDUS PROUOCAT
RIXAS ET QUI AD INDIGNANDŪ
FACILIS EST ERIT AD PECCATA
PROCLIUIOR
SUPERBUM SEQUITUR HUMI
LITAS ET HUMILEM SPŪ
SUSCIPIET GLORIA
QUI CUM FURE PARTITUR ODIT
ANIMAM SUAM ADIURANTĒ
AUDIT ET NON INDICAT
QUI TIMET HOMINEM CITO
CORRUET QUI SPERAT IN DÑO
SUBLEUABITUR
MULTI REQUIRUNT FACIEM
PRINCIPIS ET A DÑO IUDICIŪ
EGREDITUR SINGULORUM
ABOMINANTUR IUSTI UIRUM
IMPIUM ET ABOMINANTUR
IMPII EOS QUI IN RECTA
SUNT UIA
XXX UERBA CONGREGANTIS
FILII UOMENTIS
UISIO QUAM LOCUTUS EST UIR
CUM QUO EST DS ET QUI DŌ
SECUM MORANTE
CONFORTATUS AIT
STULTISSIMUS SUM UIRORŪ
ET SAPIENTIA HOMINUM
NON EST MECUM
NON DIDICI SAPIENTIAM
ET NON NOUI SCŌRUM
SCIENTIAM
QUIS ASCENDIT IN CAELUM
ATQUE DESCENDIT
QUIS CONTINUIT SPM̄ MANIB;
QUIS COLLIGAUIT AQUAS
QUASI IN UESTIMENTO

QUIS SUSCITAUIT OMNES
TERMINOS TERRAE
QUOD NOMEN EIUS ET QUOD
NOMEN FILII EIUS SI NOSTI
OMNIS SERMO DĪ IGNITUS
CLYPEUS EST SPERANTIB; IN SE
NON ADDAS QUICQUAM UERBIS
ILLIUS ET ARGUARIS INUENI
ARISQUE MENDAX
DUO ROGAUI TE NE DENEGES
MIHI ANTEQUAM MORIAR
UANITATEM ET UERBA MENDA
CIA LONGE FAC A ME
MENDICITATEM ET DIUITIAS
NE DEDERIS MIHI
TRIBUE TANTUM UICTUI MEO
NECESSARIA
NE FORTE SATURATUS INLICIAR
AD NEGANDUM ET DICAM
QUIS EST DÑS
AUT EGESTATE CONPULSUS
FURER ET PEIEREM
NOMEN DĪ MEI
NE ACCUSES SERUUM
AD DÑM SUUM
NE FORTE MALEDICAT TIBI
ET CORRUAS
GENERATIO QUAE PATRI SUO
MALEDICIT ET MATRI SUAE
NON BENEDICIT
GENERATIO QUAE MUNDA
SIBI UIDETUR
ET TAMEN NON EST LOTA
SORDIBUS SUIS
GENERATIO CUIUS EXCELSI
SUNT OCULI ET PALPEBRAE
EIUS IN ALTA SUBRECTAE
GENERATIO QUAE PRO DENTIB;
GLADIOS HABET ET COMMAN
DIT MOLARIBUS SUIS
UT COMEDAT INOPES DE TERRA
ET PAUPERES EX HOMINIB;
SANGUISUGAE DUAE SUNT
FILIAE DICENTES AFFER AFFER.

TRIA SUNT INSATURABILIA
ET QUARTUM QUOD
NON DICIT SUFFICIT
INFERNUS ET OS UULUAE
ET TERRA QUAE NON SATI
ATUR AQUA
IGNIS UERO NON DICIT SUFFICIT
OCULUM QUI SUBSANNAT
PATREM ET DESPICIT
PARTUM MATRIS SUAE
EFFODIANT CORUI DE TORREN
TIBUS ET COMEDANT ILLUM
FILII AQUILAE
TRIA SUNT DIFFICILIA MIHI
ET QUARTUM QUOD
PENITUS IGNORO
UIAM AQUILAE IN CAELO
UIAM COLUBRI SUPER PETRĀ
UIAM NAUIS IN MEDIO MARI
ET UIAM UIRI IN ADULESCEN
TIA SUA
TALIS EST ET UIA MULIERIS
ADULTERAE
QUI COMEDIT ET TERGET
OS SUUM ET DICIT NON
SUM OPERATA MALUM
PER TRIA MOUETUR TERRA
ET QUARTUM NON POTEST
SUSTINERE
PER SERUUM CUM REGNAUERIT
PER STULTUM CUM SATURATUS
FUERIT CIBO
PER ODIOSAM MULIEREM
CUM IN MATRIMONIO
FUERIT ASSUMTA
ET PER ANCILLAM CUM HERES
FUERIT DOMINĘ SUAE
QUATTUOR SUNT MINIMA
TERRAE ET IPSA SUNT SAPIEN
TIORA SAPIENTIBUS
FORMICAE POPULUS INFIR
MUS QUI PRAEPARAT IN
MESSE CIBUM SIBI
LEPUSCULUS PLEBS INUALIDA
QUAE COLLOCAT IN PETRA
CUBILE SUUM
RE GEM LUCUSTA NON HABET
ET EGREDITUR UNIUERSA
PER TURMAS
STILIO MANIBUS NITITUR
ET MORATUR IN AEDIB· REGIS
TRIA SUNT QUAE BENE GRADIUNTUR
ET QUARTUM QUOD INCEDIT
FELICITER
LEO FORTISSIMUS BESTIARUM
AD NULLIUS PAUET OCCURSŪ
GALLUS SUCCINCTUS LUMBOS
ET ARIES NEC EST REX
QUI RESISTAT EI
ET QUI STULTUS APPARUIT
POSTQUAM ELATUS EST
IN SUBLIME SI ENIM INTEL
LEXISSET ORI IMPOSUISSET
MANUM
QUI AUTEM FORTITER PREMIT
UBERA AD ELICIENDUM LAC
EXPRIMIT BOT̄RUM
ET QUI UEHEMENTER EMUN
GITUR ELICIT SANGUINEM
ET QUI PROUOCAT IRAS
PRODUCIT DISCORDIAS
UERBA LAMUHEL REGIS UISIO
QUAM ERUDIUIT EUM
MATER SUA
FILI DILECTE MI
FILI DILECTE UTERI MEI
FILI DILECTE UOTORUM MEORŪ
NE DEDERIS MULIERIBUS SUB
STANTIAM TUAM ET DIUITIAS
TUAS AD DELENDOS REGES
NOLI REGIBUS O LAMUHEL
NOLI REGIBUS DARE UINUM
QUIA NULLUM SECRETUM
EST UBI REGNAT EBRIETAS
NE FORTE BIBANT ET OBLIUISCA
TUR IUDICIORUM ET MUTENT
CAUSAM FILIORUM PAUPERIS
DATE SICERAM MAERENTIB·

ET UINUM HIS QUI AMARO
SUNT ANIMO
BIBANT ET OBLIUISCAN
TUR EGESTATIS SUAE ET DOLO
RIS NON RECORDENTUR
AMPLIUS
APERI OS TUUM MUTO ET CAU
SIS OMNIUM FILIORUM
QUI PERTRANSEUNT
APERI OS TUUM DECERNE
QUOD IUSTUM EST ET IUDICA
INOPEM ET PAUPEREM aleph
MULIEREM FORTEM QUIS IN
UENIET PROCUL ET DE ULTI
MIS FINIBUS PRETIUM EIUS BETH
CONFIDIT IN EA COR UIRI SUI
ET SPOLIIS NON INDIGEBIT gimel
REDDIT EI BONUM ET NON
MALUM OMNIBUS DIEBUS
UITAE SUAE deleth
QUAESIUIT LANAM ET LINUM
ET OPERATA EST CONSILIO
MANUUM SUARUM he
FACTA EST QUASI NAUIS INSTITU
TORIS DE LONGE PORTAT
PANEM SUUM uau
ET DE NOCTE SURREXIT DEDIT
QUE PRAEDAM DOMESTICIS
SUIS ET CIBARIA ANCILLIS SUIS ZAI
CONSIDERAUIT AGRUM ET
EMIT EUM DE FRUCTU
MANUUM SUARUM PLANTA
UIT UINEAM heth
ACCINXIT FORTITUDINE
LUMBOS SUOS ET ROBORAUIT
BRACHIUM SUUM theth
GUSTAUIT ET UIDIT QUOD BONA
EST NEGOTIATIO EIUS NON
EXTINGUETUR IN NOCTE
LUCERNA EIUS ioth
MANUM SUAM MISIT AD FOR
TIA ET DIGITI EIUS ADPRE
HENDERUNT FUSUM caph
MANUM SUAM APERUIT
INOPI ET PALMAS SUAS EX
TENDIT AD PAUPEREM lamech
NON TIMEBIT DOMUI SUAE A FRI
GORIBUS NIUIS OMNES ENIM
DOMESTICI EIUS UESTITI
DUPLICIBUS mem
STRAGULATAM UESTEM FECIT SIBI
BYSSUS ET PURPURA INDU
MENTUM EIUS nun
NOBILIS IN PORTIS UIR EIUS
QUANDO SEDERIT CUM
hd SENIORIBUS TERRAE
samech FORTITUDO ET DECOR INDUMEN
TUM EIUS ET RIDEBIT IN DIE
NOUISSIMA phee
OS SUUM APERUIT SAPIENTIAE
ET LEX CLEMENTIAE
IN LINGUA EIUS sade
CONSIDERAUIT SEMITAS
DOMUS SUAE ET PANEM
OTIOSA NON COMEDIT coph
SURREXERUNT FILII EIUS ET
BEATISSIMAM PRAEDICAUE
RUNT UIR EIUS ET LAUDABIT EAM RES
MULTAE FILIAE CONGREGAUE
RUNT DIUITIAS TU SUPER
GRESSA ES UNIUERSAS sin
FALLAX GRATIA ET UANA EST
PULCHRITUDO MULIER TIMENS
DOMINUM IPSA LAUDABITUR thau
DATE EI DE FRUCTU MANUUM
SUARUM ET LAUDENT EAM
IN PORTIS OPERA SUA

EXPLICIT LIBER
PROUERBIORUM
INCIPIUNT CAPITULA
ECCLESIASTES

hd sindones fecit et uendidit et cingulum tradidit chananeo

i Uerba ecclesiastes fili dauid
ii Quod cunctae res difficiles sunt et quod
sub sole nihil est nouum uel quod
ecclesiastes fuerit rex in israhel
iii Magnus effectus est salomon
de studiis sapientiae atque doctrinae
quod uanitas sint affluentia delicio
rum de magnificentia operum uel
contemplanda sapientia
iiii De testatio omnium industriarum
quod nullus ita laborauit et deliciis
afluit ut ecclesiastes quod omnia
tempus habent de afflictione
quam dedit ds filiis hominum uel
opera quae fecit ds quod perseue
rent in aeternum
v De probatione filiorum hominum
quod similes sint iumentis uel
calumniis quae sub sole geruntur.
de contemplatione omnium laborũ
et inuidia proximi de uno et secundũ
non habentem et tamen laborare
non cessat nec satiantur
oculi eius diuitiis
vi Quod melior est puer pauper. et sapi
ens rege sene et stulto de cunctos
uiuentes qui ambulant sub sole
uel custodia pedum ingredi domum
di ne dederis os tuum ut peccare
facias carnem tuam siue diuitiae
congregatae malum domini sui
vii De eo cui dedit ds diuitias atque sub
substantiam item cui dedit ds
diuitias et non tribuit ei potestatem
comedendi ex eas quod omnis
labor hominis in ore eius sit et
anima illius non impletur non
necesse est homini maiora se
quaerere.
viii De nomine bono de corde sapientium
et stultorum quod melius est
a sapiente corripi siue quia calumnia
conturbat sapientem uel non
irascendum uelociter.
viiii De temporib. diuersis siue considera
tione operum di et quia iustus
in iustitia sua morietur quod cuncta
temtauit ecclesiastes in sapientia
sua siue quia quaerenda est
sapientia
x De uiro qui inuentus est bonus unus
de mille quod nullus similis sit
sapienti seu quod sapientia obser
uet os regis uel quod non sit in
hominis dicione prohibere spm
de dominatione hominis homini
in malum suum
xi De malis quae accidunt iustis et pro
speritate impiorum de eo qui dieb.
ac noctib. somnum oculis non
capit quod opera iustorum sit
in manu di ut comedatur panis in
laetitia et bibatur uinum in gaudio
quod nec uelocium sit cursum
nec fortium bellum
xii De uiro sapiente qui liberauit ciuitatẽ
sapientia sua de stulto in honore
posito quod uae sit terrae cuius
rex puer est siue iuuenis quod
laetetur et in bono sit cor eius
ut ante mortem memoretur.
quis creatorem suum.

EXPLICIUNT

CAPITULA

INCIPIT LIBER

ECCLESIASTES

I VERBA ECCLESIASTES FILI DAUID
REGIS HIERUSALEM
UANITAS UANITANTIUM DIXIT
ECCLESIASTES
UANITAS UANITANTIUM
OMNIA UANITAS
QUID HABET AMPLIUS HOMO
DE UNIUERSO LABORE SUO
QUOD LABORAT SUB SOLE
GENERATIO PRAETERIT ET GENE
RATIO ADUENIT TERRA UERO
IN AETERNUM STAT
ORIETUR SOL ET OCCIDIT ET AD
LOCUM SUUM REUERTITUR
UBIQUE RENASCENS GYRAT
PER MERIDIEM ET FLECTITUR II
AD AQUILONEM
LUSTRANS UNIUERSA CIRCUITU
PERGIT SPS ET IN CIRCULOS
SUOS REGREDITUR
OMNIA FLUMINA INTRANT MARE
ET MARE NON REDUNDAT
AD LOCUM UNDE EXEUNT
FLUMINA REUERTENTUR
UT ITERUM FLUANT
CUNCTAE RES DIFFICILES NON
POTEST EAS HOMO EXPLI
CARE SERMONE
NON SATURATUR OCULUS UISU
NEC AURIS IMPLETUR AUDITU
QUID EST QUOD FUIT IPSUM
QUOD FUTURUM EST
QUID EST QUOD FACTUM EST
IPSUM QUOD FIENDUM EST
NIHIL SUB SOLE NOUUM NEC II
UALET QUISQUAM DICERE
ECCE HOC RECENS EST
IAM ENIM PRAECESSIT IN SAE
CULIS QUAE FUERUNT ANTE NOS
NON EST PRIORUM MEMORIA
SED NEC EORUM QUIDEM
QUAE POSTEA FUTURA SUNT
ERIT RECORDATIO APUD EOS
QUI FUTURI SUNT IN NOUISSIMO

EGO ECCLESIASTES FUI REX ISRL
IN HIERUSALEM
ET PROPOSUI IN ANIMO MEO
QUAERERE ET INUESTIGARE
SAPIENTER DE OMNIBUS
QUAE FIUNT SUB SOLE
HANC OCCUPATIONEM PESSI
MAM DEDIT DS FILIIS HOMI
NUM UT OCCUPENTUR IN EA
UIDI QUAE FIUNT CUNCTA SUB
SOLE ET ECCE UNIUERSA
UANITAS ET ADFLICTIO SPS
PERUERSI DIFFICILE CORRI
GUNTUR ET STULTORUM
INFINITUS EST NUMERUS
II LOCUTUS SUM IN CORDE MEO
DICENS
ECCE MAGNUS EFFECTUS SUM
ET PRAECESSI SAPIENTIA
OMNES QUI FUERUNT ANTE
ME IN HIERUSALEM
ET MENS MEA CONTEMPLATA
EST MULTA ET SAPIENTER
DIDICI
DEDIQUE COR MEUM UT SCIREM
PRUDENTIAM ATQUE DOC
TRINAM ERRORESQUE
ET STULTITIAM
ET AGNOUI QUOD IN HIS QUOQ
ESSET LABOR ET ADFLICTIO SPS
EO QUOD IN MULTA SAPIENTIA
MULTA SIT INDIGNATIO
ET QUI ADDIT SCIENTIAM
ADDAT ET LABOREM
II DIXI EGO IN CORDE MEO UADAM
ET AFFLUAM DELICIIS ET
FRUAR BONIS ET UIDI QUOD
HOC QUOQUE ESSET UANITAS
RISUM REPUTAUI ERROREM
ET GAUDIO DIXI QUID FRUS
TRA DECIPERIS
COGITAUI IN CORDE MEO
ABSTRAHERE A UINO
CARNEM MEAM

ut animum meum trans
ferrem ad sapientiam
devitaremque stultitiam
donec viderem quid esset
utile filiis hominum
quo facto opus est sub sole
numero dierum vitae suae
magnificavi opera mea
aedificavi mihi domos
plantavi vineas feci
hortos et pomaria
et conserui ea cunctis
generis arboribus
exstruxi mihi piscinas aqua
rum ut inrigarem silvam
lignorum germinantiũ
possedi servos et ancillas
multamque familiam
habui
armenta quoque et mag
nos ovium greges
ultra omnes qui ante me
fuerunt in hierusalem
coacervavi mihi argentum
et aurum et substantias
regum ac provinciarum
feci mihi cantores et can
trices et delicias filiorũ
hominum
scyfos et urceos in minis
terio ad vina fundenda
et supergressus sum om
nes qui fuerant ante me
in hierusalem
sapientia quoque perseve
ravit mecum
et omnia desideraverunt quae
oculi mei non negavi eis
nec prohibui cor quin om
ni voluntate frueretur
et oblectaret se in his
quae paraveram
et hanc ratus sum partem
meam si uterer labore meo

cumque convertissem me
ad universa opera quae
fecerunt manus meae
et in labores quibus frustra
sudaveram
vidi in omnibus vanitatem
et adflictionem animi
et nihil permanere
sub sole
transivi ad contemplandam
sapientiam erroresque
et stultitiam
quid est inquam homo
ut sequi possit regem
factorem suum
et vidi quia tantum prae
cederet sapientia stulti
tiam quantum differt
lux tenebris
sapientis oculi in capite eius
stultus in tenebris
ambulat
et didici quod unus utriusq;
esset interitus
et dixi in corde meo si unus
et stulti et meus occasus
erit
quid mihi prodest quod
maiorem sapientiae
dedi operam
locutusq; cum mente mea
animadverti quod hoc
quoque esset vanitas
non enim erit memoria
sapientis similiter
ut stulti in perpetuum
et futura tempora oblivi
one cuncta pariter
operient
moritur doctus similiter
ut indoctus
et idcirco taeduit me vitae
meae videntem mala
esse universa sub sole

ET CUNCTA UANITATEM ATQUE
ADFLICTIONEM SPS
III RURSUS DETESTATUS SUM OMNE
INDUSTRIAM MEAM QUA
SUB SOLE STUDIOSISSIME
LABORAUI
HABITURUS HEREDEM POST
ME QUEM IGNORO UTRUM
SAPIENS AN STULTUS
FUTURUS SIT
ET DOMINABITUR IN LABORIB·
MEIS QUIBUS DESUDAUI
ET SOLLICITUS FUI
ET EST QUICQUAM TAM UANUM
UNDE CESSAUI RENUNTIAUIT
QUE COR MEUM ULTRA
LABORARE SUB SOLE
NAM CUM ALIUS LABORET IN
SAPIENTIA ET DOCTRINA
ET SOLLICITUDINE HOMINI
OTIOSO QUAESITA DEMITTIT
ET HOC ERGO UANITAS ET
MAGNUM MALUM
QUID ENIM PRODERIT HOMINI
DE UNIUERSO LABORE SUO
ET ADFLICTIONE SPS QUA SUB
SOLE CRUCIATUS EST
CUNCTI DIES EIUS DOLORIBUS
ET AERUMNIS PLENI SUNT
NEC PER NOCTEM REQUIES
CIT ET HAEC NON UANITAS EST
NONNE MELIUS EST COME
DERE ET BIBERE ET OSTEN
DERE ANIMAE SUAE BONA
DE LABORIBUS SUIS
ET HOC DE MANU DI EST
QUIS ITA LABORAUIT ET DELICIIS
ADFLUET UT EGO
HOMINI BONO IN CONSPECTU
SUO DEDIT DS SAPIENTIAM
ET SCIENTIAM ET LAETITIAM
PECCATORI AUTEM DEDIT
ADFLICTIONEM ET CURAM
SUPERFLUAM

UT ADDAT ET CONGREGET ET TRA
DAT EI QUI PLACUIT DO
SED ET HOC UANITAS ET CASSA
SOLLICITUDO MENTIS
IIII OMNIA TEMPUS HABENT ET SUIS
SPATIIS TRANSEUNT UNIUERSA
SUB CAELO
TEMPUS NASCENDI ET TEMPUS
MORIENDI
TEMPUS PLANTANDI ET TEMPUS
EUELLENDI QUOD PLAN
TATUM EST
TEMPUS OCCIDENDI ET TEMPUS
SANANDI
TEMPUS DESTRUENDI
ET TEMPUS AEDIFICANDI
TEMPUS FLENDI ET TEMPUS
RIDENDI
TEMPUS PLANGENDI ET
TEMPUS SALTANDI
TEMPUS SPARGENDI LAPIDES
ET TEMPUS COLLIGENDI
TEMPUS AMPLEXANDI ET TEM
PUS LONGE FIERI A CONPLEXIB·
TEMPUS ADQUIRENDI ET
TEMPUS PERDENDI
TEMPUS CUSTODIENDI
ET TEMPUS ABICIENDI
TEMPUS SCINDENDI ET TEMPUS
CONSUENDI
TEMPUS TACENDI ET TEMPUS
LOQUENDI
TEMPUS DILECTIONIS
ET TEMPUS ODII
TEMPUS BELLI ET TEMPUS PACIS
QUID HABET AMPLIUS HOMO
DE LABORE SUO
UIDI ADFLICTIONEM QUAM DEDIT
DS FILIIS HOMINUM UT DIS
TENDANTUR IN EA
CUNCTA FECIT BONA
IN TEMPORE SUO
ET MUNDUM TRADIDIT
DISPOSITIONI EORUM

UT NON INUENIAT HOMO OPUS
QUOD OPERATUS EST DS
AB INITIO USQ· AD FINEM
ET COGNOUI QUOD NON ESSET
MELIUS NISI LAETARI ET
FACERE BENE IN UITA SUA
OMNIS ENIM HOMO QUI COMEDIT ET BIBIT ET UIDET BONUM
DE LABORE SUO HOC DONUM
DI EST
DIDICI QUOD OMNIA OPERA
QUAE FECIT DS PERSEUERANT
IN AETERNUM
NON POSSUMUS QUICQUAM
ADDERE NEC AUFERRE QUAE
FECIT DS UT TIMEATUR
QUOD FACTUM EST IPSUM
PERMANET
QUAE FUTURA SUNT IAM
FUERUNT ET DS INSTAURAT
QUOD ABIIT
UIDI SUB SOLE IN LOCO IUDICII
IMPIETATEM ET IN LOCO
IUSTITIAE INIQUITATEM
ET DIXI IN CORDE MEO IUSTUM
ET IMPIUM IUDICABIT DS
ET TEMPUS OMNI REI
TUNC ERIT
III DIXI IN CORDE MEO DE FILIIS
HOMINUM UT PROBARET EOS
DS ET OSTENDERET SIMILES
ESSE BESTIIS
IDCIRCO UNUS INTERITUS EST
HOMINIS ET IUMENTORUM
ET AEQUA UTRIUSQUE
CONDICIO
SICUT MORITUR HOMO SIC
ET ILLA MORIUNTUR
SIMILITER SPIRANT OMNIA
ET NIHIL HABET HOMO
IUMENTIS AMPLIUS
CUNCTA SUBIACENT UANITATI
ET OMNIA PERGUNT
AD UNUM LOCUM
DE TERRA FACTA SUNT ET IN
TERRAM PARITER
REUERTENTUR
QUIS NOUIT SI SPS FILIORUM
ADAM ASCENDAT SURSUM
ET SI SPS IUMENTORUM
DESCENDAT DEORSUM
ET DEPREHENDI NIHIL ESSE
MELIUS QUAM LAETARI
HOMINEM IN OPERE SUO
ET HANC ESSE PARTEM ILLIUS
QUIS ENIM EUM ADDUCET
UT POST SE FUTURA
COGNOSCAT
IIII UERTI ME AD ALIA ET UIDI CALUMNIAS QUAE SUB SOLE GERUNTUR
ET LACRIMAS INNOCENTUM
ET CONSOLATOREM
NEMINEM
NEC POSSE RESISTERE EORUM
UIOLENTIAE CUNCTORUM
AUXILIO DESTITUTOS
ET LAUDAUI MAGIS MORTUOS
QUAM UIUENTES
ET FELICIOREM UTROQUE
IUDICAUI QUI NECDUM
NATUS EST
NEC UIDIT MALA QUAE SUB
SOLE FIUNT
RURSUS CONTEMPLATUS
OMNES LABORES HOMINUM
ET INDUSTRIAS
ANIMADUERTI PATERE
INUIDIAE PROXIMI
ET IN HOC ERGO UANITAS
ET CURA SUPERFLUA EST
STULTUS CONPLICAT MANUS
SUAS ET COMEDET CARNES
SUAS INUIDENS
MELIUS EST PUGILLUS CUM
REQUIE QUAM PLENA UTRAQ·
MANUS CUM LABORE ET
ADFLICTIONE ANIMI
CONSIDERANS REPPERI

ET ALIAM VANITATEM SUB SOLE
UNUS EST ET SECUNDUM NON
HABET NON FILIUM NON
FRATREM ET TAMEN LABO
RARE NON CESSAT
NEC SATIANTUR OCULI EIUS
DIVITIIS
NEC RECOGITAT DICENS CUI LABORO
ET FRAUDO ANIMAM MEAM
BONIS
IN HOC QUOQUE VANITAS
ET ADFLICTIO PESSIMA
MELIUS ERGO EST DUOS
SIMUL ESSE QUAM UNUM
HABENT ENIM EMOLUMEN
TUM SOCIETATIS SUAE
SI UNUS CECIDERIT AB ALTERO
FULCIETUR
VAE SOLI QUIA CUM CECIDERIT
NON HABET SUBLEVANTEM
ET SI DORMIERINT DUO FOVEN
TUR MUTUO UNUS QUOMODO
CALEFIET ET SI QUISPIAM
PRAEVALUERIT CONTRA
UNUM DUO RESISTUNT EI
FUNICULUS TRIPLEX DIFFICILE
RUMPITUR
V MELIOR EST PUER PAUPER
ET SAPIENS REGE SENE ET STUL
TO QUI NESCIT PRAEVIDERE
IN POSTERUM
QUOD ET DE CARCERE CATENISQUE
INTERDUM QUIS EGREDIATUR
AD REGNUM ET ALIUS NATUS
IN REGNO INOPIA CONSUMA
TUR
VIDI CUNCTOS VIVENTES QUI
AMBULANT SUB SOLE
CUM ADULESCENTE SECUNDO
QUI CONSURGET PRO EO
INFINITUS EST NUMERUS EST
POPULI OMNIUM QUI
FUERUNT ANTE EUM
ET QUI POSTEA FUTURI SUNT
NON LAETABUNTUR IN EO
SED ET HOC VANITAS ET ADFLICTIO
SPS
CUSTODI PEDEM TUUM INGRE
DIENS DOMUM DI
MULTO ENIM MELIOR EST
OBOEDIENTIA QUAM STULTORU
VICTIMAE QUI NESCIUNT
QUID FACIANT MALI
V NE TEMERE QUID LOQUARIS
NEQUE COR TUUM SIT VELOX
AD PROFERENDUM SERMONE
CORAM DNO
DS ENIM IN CAELO ET TU SUPER
TERRAM IDCIRCO SINT PAUCI
SERMONES TUI
MULTAS CURAS SEQUNTUR SOMNIA
ET IN MULTIS SERMONIBUS
INVENITUR STULTITIA
SI QUID VOVISTI DO NE MORERIS
REDDERE
DISPLICET ENIM EI INFIDELIS
ET STULTA PROMISSIO SED
QUODCUMQUE VOVERIS
REDDE
MULTOQUE MELIUS EST NON
VOVERE QUAM POST VOTUM
PROMISSA NON REDDERE
NE DEDERIS OS TUUM UT PECCA
RE FACIAT CARNEM TUAM
NEQUE DICAS CORAM ANGELO
NON EST PROVIDENTIA
NE FORTE IRATUS DS SUPER
SERMONES TUOS ET DISSI
PET CUNCTA OPERA
MANUUM TUARUM
UBI MULTA SUNT SOMNIA
PLURIMAE VANITATES
ET SERMONES INNUMERI
TU VERO DM TIME
SI VIDERIS CALUMNIAS EGE
NORUM ET VIOLENTA
IUDICIA ET SUBVERTI
IUSTITIAM IN PROVINCIA

NON MIRERIS SUPER HOC NEGOTIO
QUIA EXCELSO ALIUS EXCEL-
SIOR EST
ET SUPER HOS QUOQUE EMI-
NENTIORES SUNT ALII
ET INSUPER UNIUERSAE TERRAE
REX IMPERAT SERUIENTI
AUARUS NON IMPLETUR PECUNIA
ET QUI AMAT DIUITIAS FRUCTUS
NON CAPIET EX EIS
ET HOC ERGO UANITAS UBI MULTAE
SUNT OPES MULTI ET QUI
COMEDANT EAS
ET QUID PRODEST POSSESSORI
NISI QUOD CERNET OCULIS
SUIS DIUITIAS
DULCIS EST SOMNUS OPERANTI
SIUE PARUM SIUE MULTUM
COMEDAT
SATURITAS AUTEM DIUITIS NON
SINIT DORMIRE EUM
EST ET ALIA INFIRMITAS PESSIMA
QUAM UIDI SUB SOLE
DIUITIAE CONSERUATAE IN
MALUM DOMINI SUI
PEREUNT ENIM IN ADFLICTIONE
PESSIMA GENERAUIT FILIUM
QUI IN SUMMA EGESTATE ERIT
SICUT EGRESSUS EST NUDUS
DE UTERO MATRIS SUAE
SIC REUERTETUR
ET NIHIL AUFERT SECUM
DE LABORE SUO
MISERABILIS PRORSUS INFIRMI-
TAS QUOMODO UENIT SIC
REUERTITUR
QUID ERGO PRODEST EI QUOD
LABORAUIT IN UENTUM
CUNCTIS DIEBUS UITAE SUAE
COMEDIT IN TENEBRIS ET IN
CURIS MULTIS ET IN AERUMNA
ATQUE TRISTITIA
HOC ITAQUE UISUM EST MIHI
BONUM

UT COMEDAT QUIS ET BIBAT ET
FRUATUR LAETITIA EX LABORE
SUO QUOD LABORAUIT IPSE
SUB SOLE
NUMERUM DIERUM UITAE SUAE
QUOD DEDIT EI DS̄ ET HAEC EST
PARS ILLIUS
VI ET OMNI HOMINI CUI DEDIT DS̄
DIUITIAS ATQUE SUBSTANTIAM
POTESTATEMQUE ET TRIBUIT
UT COMEDAT EX EIS
ET FRUATUR PARTE SUA ET LAE-
TETUR IN LABORE SUO HOC
EST DONUM DĪ
NON ENIM SATIS RECORDABITUR
DIERUM UITAE SUAE EO QUOD
DS̄ OCCUPET DELICIIS COR EIUS
VI EST ET ALIUD MALUM QUOD
UIDI SUB SOLE ET QUIDEM
FREQUENS APUD HOMINES
UIR CUI DEDIT DS̄ DIUITIAS
ET SUBSTANTIAM ET HONORĒ
ET NIHIL DEEST ANIMAE EIUS
EX OMNIBUS QUAE DESIDERAT
NEC TRIBUIT EI POTESTATEM
DS̄ UT COMEDAT EX EO
SED HOMO EXTRANEUS
UORABIT ILLUD
HOC UANITAS ET MAGNA
MISERIA EST
SI GENUERIT QUISPIAM CENTŪ
ET UIXERIT MULTOS ANNOS
ET PLURES DIES AETATIS
HABUERIT
ET ANIMA ILLIUS NON UTATUR
BONIS SUBSTANTIAE SUAE
SEPULTURAQUE CAREAT
DE HOC EGO PRONUNTIO QUOD
MELIOR ILLO SIT ABORTIBUS
FRUSTRA ENIM UENIT ET PER-
GIT AD TENEBRAS ET OBLIUI-
ONE DELEBITUR NOMEN EIUS
NON UIDIT SOLEM NEQ; COGNOUIT
DISTANTIAM BONI ET MALI

etiamsi duobus milibus annis
uixerit et non fuerit per
fruitus bonis nonne ad unum
locum properant omnia
omnis labor hominis in ore
eius sed anima illius non
impletur
quid habet amplius sapiens
a stulto et quid pauper
nisi ut pergat illuc
ubi est uita
melius est uidere quod cupias
quam desiderare quod
nescias
sed et hoc uanitas est et
praesumptio sps
qui futurus est iam uocatum
est nomen eius
et scitur quod homo sit et
non possit contra fortio
rem se in iudicio contendere
uerba sunt plurima multa
in disputando habentia
uanitatem
VII quid necesse est homini
maiora se quaerere cum
ignorat quid conducat
sibi in uita sua
numerum dierum peregri
nationis suae et temporum
quo uelut umbra praeterit
aut quis poterit ei indicare
quid post eum futurum
sub sole sit
VII melius est nomen bonum
quam unguenta pretiosa
et dies mortis quam dies
natiuitatis
melius est ire ad domum
luctus quam ad domum
conuiuii
in illa enim finis cunctorum
admonetur hominum
et uiuens cogitat quid
futurum sit
melius est ira risu quia per
tristitiam uultus corrigitur
animus delinquentis
cor sapientium ubi tristitia est
et cor stultorum ubi
laetitia
melius est a sapiente corripi
quam stultorum adula
tione decipi
quia sicut sonitus spinarum
ardentium sub olla
sic risus stulti
sed et hoc uanitas calumnia
conturbat sapientem
et perdet robur cordis
illius
melior est finis orationis
quam principium
melior est sapiens arrogante
ne uelox sis ad irascendum
quia ira in sinu stulti
requiescit
VII Ne dicas quid putas causae
est quod priora tempora
meliora fuere quam
nunc sunt
stulta est enim huius
cemodi interrogatio
utilior est sapientia cum
diuitiis et magis prodest
uidentibus solem
sicut enim protegit sapientia
sic protegit pecunia
hoc autem plus habet erudi
tio et sapientia quod uitam
tribuunt possessori suo
considera opera di quod
nemo possit corrigere
quem ille despexerit
in die bona fruere bonis et
malam diem praecaue
sicut enim hanc sic et illam
fecit ds

UT NON INUENIAT HOMO CONTRA
EUM IUSTAS QUERIMONIAS
HAEC QUOQUE UIDI IN DIEBUS
UANITATIS MEAE
IUSTUS PERIT IN IUSTITIA SUA
ET IMPIUS MULTO UIUET
TEMPORE IN MALITIA SUA
NOLI ESSE IUSTUS MULTUM
NEQUE PLUS SAPIAS QUAM
NECESSE EST NE OBSTUPESCAS
NE IMPIE AGAS MULTUM ET NOLI
ESSE STULTUS NE MORIARIS
IN TEMPORE NON TUO
BONUM EST TE SUSTENTARE
IUSTUM SED ET AB ILLO NE SUB
TRAHAS MANUM TUAM
QUIA QUI DM̄ TIMET NIHIL
NEGLEGIT
SAPIENTIA CONFORTAUIT SAPI
ENTEM SUPER DECEM
PRINCIPES CIUITATIS·
K NON EST ENIM HOMO IUSTUS
IN TERRA QUI FACIAT BONUM
ET NON PECCET
SED CUNCTIS SERMONIBUS
QUI DICUNTUR NE ACCOMMO
DES COR TUUM
NE FORTE AUDIAS SERUUM TUŪ
MALEDICENTEM TIBI
SCIT ENIM TUA CONSCIENTIA
QUIA ET TU CREBRO MALEDIXI
STI ALIIS
CUNCTA TEMPTAUI IN SAPIENTIA
DIXI SAPIENS EFFICIAR ET IPSA
LONGIUS RECESSIT A ME
MULTO MAGIS QUAM ERAT
ET ALTA PROFUNDITAS QUIS
INUENIET EA
LUSTRAUI UNIUERSA ANIMO MEO
UT SCIREM ET CONSIDERAREM
ET QUAERERERM SAPIENTIAM
ET RATIONEM
ET UT COGNOSCEREM IMPIETA
TEM STULTI ET ERROREM
INPRUDENTIUM
ET INUENIAM AMARIOREM
MORTE MULIEREM
QUAE LAQUEUS UENATORUM EST
ET SAGENA COR EIUS
UINCULA SUNT MANUS ILLIUS
QUI PLACENT DO̅ EFFUGIET EAM
QUI AUTEM PECCATOR EST
CAPIETUR AB ILLA
VIIII ECCE HOC INUENI DIXIT ECCLESI
ASTES UNUM ET ALTERUM
UT INUENIREM RATIONEM
QUAM ADHUC QUAERIT ANIMA
MEA ET NON INUENI
UIRUM DE MILLE UNUM REP
PERI MULIEREM EX OMNIB·
NON INUENI
SOLUMMODO HOC INUENI QUOD
FECERIT DS̄ HOMINEM RECTŪ
ET IPSE SE INFINITIS MISCU
ERIT QUESTIONIBUS
QUIS TALIS UT SAPIENS EST
ET QUIS COGNOUIT SOLUTI
ONEM UERBI
VIII SAPIENTIA HOMINIS LUCET
IN UULTU EIUS ET POTENTIS
SIMUS FACIEM ILLIUS
COMMUTAUIT
EGO OS REGIS OBSERUO ET PRAE
CEPTA IURAMENTI DĪ
NE FESTINES RECEDERE A FACIE
EIUS NEQUE PERMANEAS
IN OPERE MALO
QUIA OMNE QUOD UOLUERIT
FACIET ET SERMO ILLIUS
POTESTATE PLENUS EST
NEC DICERE EI QUISQUAM
POTEST QUARE ITA FACIS
QUI CUSTODIT PRAECEPTUM
NON EXPERIETUR QUIC
QUAM MALI
TEMPUS ET RESPONSIONEM
COR SAPIENTIS INTELLEGIT
OMNI NEGOTIO TEMPUS EST

ET OPORTUNITAS
ET MULTA HOMINIS ADFLICTIO
QUIA IGNORAT PRAETERITA
ET UENTURA NULLO SCIRE
POTEST NUNTIO
NON EST IN HOMINIS DICIONE
PROHIBERE SPM NEC HABERE
POTESTATEM IN DIE MORTIS
NEC SINITUR QUIESCERE
INGRUENTE BELLO
NEQUE SALUAUIT IMPIETAS
IMPIUM
OMNIA HAEC CONSIDERAUI
ET DEDI COR MEUM IN CUNCTIS
OPERIBUS QUAE FIUNT
SUB SOLE
INTERDUM DOMINABITUR
HOMO HOMINI IN MALUM SUŪ
UIDI IMPIOS SEPULTOS QUI
ETIAM CUM UIUERENT
IN LOCO SCO ERANT
ET LAUDABANTUR IN CIUITATE
QUASI IUSTORUM OPERUM
SED ET HOC UANITAS EST
ETENIM QUIA NON PROFERTUR
CITO CONTRA MALOS
SENTENTIA
ABSQUE ULLO TIMORE FILII
HOMINUM PERPETRANT MALA
ATTAMEN PECCATOR EX EO QUOD
FECIT MALUM ET PER PATI
ENTIAM SUSTENTATUR
EGO COGNOUI QUOD ERIT BONŪ
TIMENTIBUS DM QUI UEREN
TUR FACIEM EIUS
NON SIT BONUM IMPIO NEC PRO
LONGENTUR DIES EIUS
SED QUASI UMBRA TRANSEANT
QUI NON TIMENT FACIEM DNI
X ET EST ALIA UANITAS QUAE FIT
SUPER TERRAM
SUNT IUSTI QUIBUS MULTA
PROUENIUNT QUASI OPERA
EGERINT IMPIORUM

ET SUNT IMPII QUI ITA SECURI
SUNT QUASI IUSTORUM
FACTA HABEANT
SED ET HOC UANISSIMUM IUDICO
LAUDAUI IGITUR LAETITIAM
QUOD NON ESSET HOMINI
BONUM SUB SOLE
NISI QUOD COMEDERET ET BIBE
RET ATQUE GAUDERET
ET HOC SOLUM SECUM
AUFERRET DE LABORE SUO
IN DIEBUS UITAE QUOS DEDIT EI
DS SUB SOLE
ET APPOSUI COR MEUM UT
SCIREM SAPIENTIAM
ET INTELLEGEREM DISTENTIONĒ
QUAE UERSATUR IN TERRA
EST HOMO QUI DIEBUS ET NOCTIB·
SOMNUM OCULIS NON CAPIT
ET INTELLEXI QUOD OMNIUM
OPERUM DNI NULLAM POSSIT
HOMO INUENIRE RATIONEM
EORUM QUAE FIUNT
SUB SOLE
ET QUANTO PLUS LABORAUERIT
AD QUAERENDUM TANTO
MINUS INUENIAT
ETIAM SI DIXERIT SAPIENS SE
NOSSE NON POTERIT REPPERIRE
OMNIA HAEC TRACTAUI IN CORDE
MEO UT CURIOSE INTELLEGERĒ
IX SUNT IUSTI ATQUE SAPIENTES
ET OPERA EORUM IN MANU DI
ET TAMEN NESCIT HOMO UTRŪ
AMORE AN ODIO DIGNUS SIT
SED OMNIA IN FUTURO
SERUANTUR INCERTA
EO QUOD UNIUERSA AEQUE
EUENIANT IUSTO ET IMPIO
BONO ET MALO MUNDO
ET INMUNDO
IMMOLANTI UICTIMAS ET
SACRIFICIA CONTEMNENTI
SICUT BONUS SIC ET PECCATOR.

ut peiurus ita et ille
qui uerum deierat
hoc est pessimum inter
omnia quae sub sole fiunt
quia eadem cunctis eueniunt
unde et corda filiorum
hominum implentur
malitia et contemptu
in uita sua
et post haec ad inferos
deducentur
nemo est qui semper uiuat
et qui huius rei habeat
fiduciam
melior est canis uiuus
leone mortuo
uiuentes enim sciunt se esse
morituros
mortui uero nihil nouerunt
amplius nec habebunt
ultra mercedem
quia obliuioni tradita est
memoria eorum
amor quoque et odium
et inuidiae simul
perierunt
nec habent partem in hoc
saeculo et in opere quod
sub sole geritur
uade ergo et comede in
laetitia panem tuum
et bibe cum gaudio
uinum tuum
quia dō placent opera tua
omni tempore sint uesti
menta tua candida et oleū
de capite tuo non deficiat
perfruere uita cum uxore
quam diligis cunctis diebus
uitae instabilitatis tuae
qui dati sunt tibi sub sole
omni tempore uanita
tis tuae
haec est enim pars in uita
et in labore tuo quo labo
ras sub sole
quodcumque potest
manus tua facere
instanter operare
quia nec opus nec ratio
nec scientia nec sapientia
erit apud inferos quo
tu properas
uerti me ad alio uidique
sub sole nec uelocium
esse cursum nec fortiū
bellum nec sapientium
panem nec doctorum
diuitias nec artificum
gratiam
sed tempus casumque
in omnibus nec scit homo
finem suum
sed sicut pisces capiuntur
hamo et sicut aues cam
prehenduntur laqueo
sic capiuntur homines
tempore malo cum eis
extemplo super
uenerit
XI hanc quoque uidi sub
sole sapientiam et pro
baui maximam ciuitas
parua et pauci
in ea uiri
uenit contra eam rex
magnus et uallauit
eam
exstruxitque munitio
nes per gyrum et per
fecta est obsidio
inuentusque est in ea
uir pauper et sapiens
liberauit urbem per
sapientiam suam
et nullus deinceps re
cordatus est hominis
illius pauperis

ET DICEBAM EGO MELIOREM
ESSE SAPIENTIAM FORTITU
DINE
QUOMODO ERGO SAPIENTIA
PAUPERIS CONTEMPTA EST
ET UERBA EIUS NON SUNT
AUDITA
UERBA SAPIENTIUM AUDIUNTUR
IN SILENTIO PLUS QUAM
CLAMOR PRINCIPIS INTER
STULTOS
MELIOR EST SAPIENTIA QUAM
ARMA BELLICA
ET QUI IN UNO PECCAUERIT
MULTA BONA PERDET
MUSCAE MORIENTES PERDUNT
SUAUITATEM UNGUENTI
PRETIOSIOR EST SAPIENTIA
ET GLORIA PARUA AD TEMPUS
STULTITIA
COR SAPIENTIS IN DEXTERA
EIUS ET COR STULTI IN
SINISTRA ILLIUS
SED ET IN UIA STULTUS AMBULANS
CUM IPSE INSIPIENS SIT
OMNES STULTOS AESTIMAT
SI SPS POTESTATEM HABENTIS
ASCENDERIT SUPER TE
LOCUM TUUM NE DIMISERIS
QUIA CURATIO CESSARE FACIT
PECCATA MAXIMA
EST MALUM QUOD UIDI SUB
SOLE QUASI PER ERROREM
EGREDIENS A FACIE
PRINCIPIS
POSITUM STULTUM IN DIGNITA
TE SUBLIMI ET DIUITES
SEDERE DEORSUM
UIDI SERUOS IN EQUIS ET PRIN
CIPES AMBULANTES QUASI
SERUOS SUPER TERRAM
QUI FODIT FOUEAM INCIDIT
IN EAM ET QUI DISSIPAT SEPEM
MORDEBIT EUM COLUBER

QUI TRANSFERT LAPIDES
ADFLIGETUR IN EIS
ET QUI SCINDIT LIGNA UULNERA
BITUR AB EIS
SI RETUNSUM FUERIT FERRUM
ET HOC NON UT PRIUS SED
HEBETATUM ERIT MULTO LABO
RE EXACUETUR
ET POST INDUSTRIAM SEQUITUR
SAPIENTIA
SI MORDEAT SERPENS IN SILENTIO
NIHILO MINUS HABET QUI
OCCULTE DETRAHIT
UERBA ORIS SAPIENTIS GRATIA
ET LABIA INSIPIENTIS PRAECIPI
TABUNT EUM
INITIUM UERBORUM EIUS STUL
TITIA ET NOUISSIMUM ORIS
ILLIUS ERROR PESSIMUS
STULTUS UERBA MULTIPLICAT
IGNORAT HOMO QUOD ANTE SE
FUERIT ET QUOD POST FUTU
RUM EST QUIS ILLI POTERIT
INDICARE
LABOR STULTORUM ADFLIGET
EOS QUI NESCIUNT IN URBEM
PERGERE
UAE TIBI TERRA CUIUS REX EST
PUER ET CUIUS PRINCIPES
MANE COMEDENT
BEATA TERRA CUIUS REX
NOBILIS EST
ET CUIUS PRINCIPES UESCUNTUR
IN TEMPORE SUO AD REFICI
ENDUM ET NON AD LUXURIAM
IN PIGRITIIS HUMILIABITUR
CONTIGNATIO ET IN INFIRMITATE
MANUUM PERSTILLABIT
DOMUS
IN RISU FACIUNT PANEM AC UINUM
UT EPULENTUR UIUENTES
ET PECUNIAE OBOEDIENT OMNIA
IN COGITATIONE TUA REGI
NE DETRAHAS

ET IN SECRETO CUBICULI TUI
NE MALEDIXERIS DIUITI
QUIA AUES CAELI PORTABUNT
UOCEM TUAM ET QUI HABET
PINNAS ADNUNTIAUIT
SENTENTIAM
XI MITTE PANEM TUUM SUPER
TRANSEUNTES AQUAS QUIA
POST MULTA TEMPORA
INUENIES ILLUM
DA PARTEM SEPTEM NEC
NON ET OCTO QUIA IGNORAS
QUID FUTURUM SIT MALI
SUPER TERRAM
SI REPLETAE FUERINT NUBES
IMBREM SUPER TERRAM
EFFUNDENT
SI CECIDERIT LIGNUM AD AUSTRŪ
AUT AD AQUILONEM IN QUO
CUMQUE LOCO CECIDERIT
IBI ERIT
QUI OBSERUAT UENTUM
NON SEMINAT
ET QUI CONSIDERAT NUBES
NUMQUAM METET
QUOMODO IGNORAS QUAE SIT
UIA SPIRITUS ET QUA RATIONE
PINGANTUR OSSA IN UENTRE
PRAEGNATIS
SIC NESCIS OPERA DĪ QUI FABRICA
TOR EST OMNIUM
MANE SEMINA SEMENTEM
TUAM ET UESPERE NE
CESSET MANUS TUA
QUIA NESCIS QUID MAGIS ORIA
TUR HOC AUT ILLUD ET SI
UTRUMQUE SIMUL
MELIUS ERIT
DULCE LUMEN ET DELECTABILE
OCULIS EST UIDERE SOLEM
SI ANNIS MULTIS UIXERIT HOMO
ET IN HIS OMNIBUS LAETUS
FUERIT
MEMINISSE DEBET TENEBROSI
TEMPORIS ET DIERUM
MULTORUM
QUI CUM UENERINT UANITATIS
ARGUUNTUR PRAETERITA
LAETARE ERGO IUUENIS IN AD
ULESCENTIA TUA
ET IN BONO SIT COR TUUM IN
DIEBUS IUUENTUTIS TUAE
ET AMBULA IN UIIS CORDIS TUI
ET INTUITU OCULORUM
TUORUM
ET SCITO QUOD PRO OMNIBUS
HIS ADDUCET TE DS̄ IN IUDICIUM
AUFER IRAM A CORDE TUO ET
AMOUE MALITIAM A CARNE TUA
ADULESCENTIA ENIM ET UOLUP
TAS UANA SUNT
XII MEMENTO CREATORIS TUI IN
DIEBUS IUUENTUTIS TUAE
ANTEQUAM UENIAT TEMPUS
AFFLICTIONIS ET ADPRO
PINQUENT ANNI DE QUIBUS
DICAS NON MIHI PLACENT
ANTEQUAM TENEBRESCAT
SOL ET LUMEN ET LUNA ET
STELLAE ET REUERTANTUR
NUBES POST PLUUIAM
QUANDO COMMOUEBUNTUR
CUSTODES DOMUS ET NU
TABUNTUR UIRI FORTISSIMI
ET OTIOSAE ERUNT MOLENTES
IN MINUTO NUMERO
ET TENEBRESCENT UIDENTES
PER FORAMINA
ET CLAUDENT OSTIA IN PLATEA
IN HUMILITATE UOCIS
MOLENTES
ET CONSURGENT AD UOCEM
UOLUCRIS
ET OBSURDESCENT OMNES
FILIAE CARMINIS
EXCELSA QUOQUE TIMEBUNT
ET FORMIDABUNT IN UIA
FLOREBIT AMIGDALUM

INPINGUABITUR LUCUSTA ET DIS
SIPABITUR CAPPARIS
QUONIAM IBIT HOMO IN DOMUM
AETERNITATIS SUAE
ET CIRCUIBUNT IN PLATEA
PLANGENTES
ANTEQUAM RUMPATUR FUNIS
ARGENTEUS ET RECURRAT
UITTA AUREA
ET CONTERATUR HYDRIA
SUPER FONTEM
ET CONFRINGATUR ROTA
SUPER CISTERNAM
ET REUERTATUR PULUIS IN TERRĀ
SUAM UNDE ERAT
ET SPS REDEAT AD DM̄
QUI DEDIT ILLUM
UANITAS UANITATUM DIXIT ECCLE
SIASTES OMNIA UANITAS
CUMQUE ESSET SAPIENTISSI
MUS ECCLESIASTES DOCUIT
POPULUM ET NARRAUIT
QUAE FECERIT
ET INUESTIGANS COMPOSUIT
PARABULAS MULTAS
QUAESIUIT UERBA UTILIA ET CON
SCRIBSIT SERMONES RECTIS
SIMOS AC UERITATE PLENOS
UERBA SAPIENTIUM SICUT
STIMULI ET QUASI CLAUI
IN ALTUM DEFIXI
QUAE PER MAGISTRORUM
CONCILIUM DATA SUNT
A PASTORE UNO
HIS AMPLIUS FILI MI NE QUAERAS
FACIENDI PLURES LIBROS
NULLUS EST FINIS
FREQUENSQUE MEDITATIO
CARNIS ADFLICTIO EST
FINEM LOQUENDI OMNES
PARITER AUDIAMUS
DM̄ TIME ET MANDATA EIUS
OBSERUA
HOC EST ENIM OMNIS HOMO

ET CUNCTA QUAE FIUNT
ADDUCET DS IN IUDICIUM
PRO OMNI ERRATO SIUE BONUM
SIUE MALUM SIT

EXPLICIT LIBER ECCLESIASTES

INCIPIT LIBER CANTICA
CANTICORUM

I *OSCULETUR ME OSCULO*
ORIS SUI
QUIA MELIORA SUNT UBERA
TUA UINO
FLAGRANTIA UNGUENTIS OPTIMIS
OLEUM EFFUSUM NOMEN TUŪ
IDEO ADULESCENTULAE
DILEXERUNT
TRAHE ME POST TE CURREMUS
IN ODOREM UNGUENTORUM
TUORUM
INTRODUXIT ME REX IN CELLARIA
SUA EXULTABIMUS ET LAETA
BIMUR IN TE
MEMORES UBERUM TUORUM
SUPER UINUM RECTI DILIGUNT TE
UOX SYNAGOGAE
NIGRA SUM ET FORMONSA
FILIAE HIERUSALEM
SICUT TABERNACULA CEDAR SICUT
PELLES SALOMONIS
NOLITE ME CONSIDERARE QUOD
FUSCA SUM QUIA DECOLORAUIT
ME SOL FILII MATRIS MEAE
PUGNAUERUNT CONTRA ME
POSUERUNT ME CUSTO
DEM IN UINEIS UINEAM MEAM
NON CUSTODIUI *UOX ECCLESIAE*
INDICA MIHI QUEM DILIGIT ANIMA
MEA UBI PASCAS UBI CUBES
IN MERIDIE
NE UAGARI INCIPIAM PER GREGES

sodalium tuorum uox xpi
Si ignoraste o pulchra
inter mulieres
Egredere et abi post uestigia
gregum et pasce hedos
tuos iuxta tabernacula
pastorum
Equitatui meo in curribus
pharaonis adsimilaui te
amica mea
Pulchrae sunt genae tuae
sicut turturis
Collum tuum sicut monilia
Murenulas aureas faciemus
tibi uermiculatas argento uox ecclesiae
Dum esset rex in accubitu suo
nardus mea dedit odorem suum
Fasciculus myrrae dilectus
meus mihi inter ubera mea
commorabitur
Botrus cypri dilectus meus
mihi in uineis engaddi uox xpi
Ecce tu pulchra es amica
mea ecce tu pulchra
Oculi tui columbarum uox ecclesiae
Ecce tu pulcher es dilecte
mi et decorus
Lectulus noster floridus
tigna domorum nos
trarum cedrina
Laquearia nostra cypressina
II ego flos campi et lilium
conuallium
Sicut lilium inter spinas sic
amica mea inter filias
Sicut malum inter ligna
siluarum sic dilectus
meus inter filios
Sub umbra illius quam
desideraueram sedi
Et fructus eius dulcis
gutturi meo
Introduxit me in cellam
uinariam ordinauit

in me caritatem
Fulcite me floribus stipate
me malis quia amore
langueo
Laeua eius sub capite meo
et dextera illius ample
xabitur me uox xpi
Adiuro uos filiae hierusalem
per capreas ceruosque
camporum
Ne suscitetis neque euigilare
faciatis dilectam quoad
usque ipsa uelit uox ecclesiae
Uox dilecti mei ecce iste uenit
saliens in montibus transili
ens colles
Similis est dilectus meus capreae
hinnuloque ceruorum
En ipse stat post parietem
nostrum despiciens per
fenestras prospiciens per
cancellos
Et dilectus meus loquitur
mihi uox xpi
Surge propera amica mea
columba mea formonsa
mea et ueni
Iam enim hiems transiit
imber abiit et recessit
Flores apparuerunt in terra
tempus putationis aduenit
Uox turturis audita est
in terra nostra
Ficus protulit grossos suos
uineae florent dederunt
odorem uox xpi
Surge amica mea sponsa
mea et ueni
Columba mea in foraminib
petrae in cauerna
macheriae
Ostende mihi faciem tuam
sonet uox tua in auribus
meis

quia uox tua dulcis et facies
tua decora
uox aduersus hereses
Capite nobis uulpes pusillas
quae demoliuntur uineas
uox ecclesiae
nam uinea nostra florуit
dilectus meus mihi et ego illi
qui pascitur inter lilia
donec aspiret dies et incli
nentur umbrae
Reuertere similis esto
dilecte mi capreae aut hin
nulo ceruorum super
montes bether
uox mariae magdalenae
ad ecclesiam
III In lectulo meo per noctes
quaesiui quem diligit
anima mea
quaesiui illum et non inueni
surgam et circuibo
ciuitatem
per uicos et plateas quaeram
quem dilexit anima mea
quaesiui illum et non inueni
Inuenerunt me uigiles qui
custodiunt ciuitatem
num quem dilexit anima
mea uidistis
paululum cum pertransis
sem eos inueni quem diligit
anima mea
tenui eum nec dimittam
donec introducam illum
in domum matris meae
et in cubiculum genetri
cis meae uox xpi
Adiuro uos filiae hierusalem
per capreas ceruosque
camporum
ne suscitetis neque euigila
re faciatis dilectam
donec ipsa uelit

quae est ista quae ascendit
per desertum sicut uirgula
fumi ex aromatibus
murrae et turis et uniuersi
pulueris pigmentarii
uox synagogae
En lectulum salomonis
sexaginta fortes ambiunt
ex fortissimis israhel
omnes tenentes gladios
et ad bella doctissimi
unius cuiusque ensis super
femur suum propter
timores nocturnos
ferculum fecit sibi rex
salomon de lignis libani
de xpo dicit
Columnas eius fecit argen
teas reclinatorium aureu
ascensum purpureum
media caritate constrauit
propter filias hierusalem
uox ecclesiae
Egredimini et uidete filiae
sion regem salomonem
in diademate quo coronauit
eum mater sua
in die disponsionis illius
et in die laetitiae cordis
eius xps ecclesiae dicit
IIII quam pulchra es amica
mea quam pulchra es
oculi tui columbarum
absque eo quod intrin
secus latet
capilli tui sicut greges
caprarum quae ascende
runt de monte galaad
dentes tui sicut grex
tonsarum quae ascende
runt de lauacro
omnes gemellis fetibus
et sterilis non est
inter eas

SICUT VITTA COCCINEA LABIA TUA
ET ELOQUIUM TUUM DULCE
SICUT FRAGMENTUM MALI
PUNICI
ITA GENAE TUAE ABSQUE EO QUOD
INTRINSECUS LATET
SICUT TURRIS DAUID COLLUM
TUUM QUAE AEDIFICATA EST
CUM PROPUGNACULIS
MILLE CLYPEI PENDENT EX EA
OMNIS ARMATURA FORTIUM
DUO UBERA TUA SICUT DUO HIN
NULI CAPREAE GEMELLI QUI
PASCUNTUR IN LILIIS
DONEC ASPIRET DIES ET INCLI
NENTUR UMBRAE
UADAM AD MONTEM MYRRAE
ET AD COLLEM TURIS
TOTA PULCHRA ES AMICA MEA
ET MACULA NON EST IN TE
UENI DE LIBANO SPONSA MEA
UENI DE LIBANO UENI
CORONAUERIS DE CAPITE
AMANA DE UERTICE SANIR
ET HERMON
DE CUBILIBUS LEONUM DE MON
TIBUS PARDORUM
UULNERASTI COR MEUM
SOROR MEA SPONSA MEA
UULNERASTI COR MEUM
IN UNO OCULORUM TUORUM
ET IN UNO CRINE COLLI TUI
QUAM PULCHRAE SUNT MAM
MAE TUAE SOROR MEA
SPONSA
PULCHRIORA UBERA TUA UINO
ET ODOR UNGUENTORUM
TUORUM SUPER OMNIA
AROMATA
FAUUS DESTILLANS LABIA TUA
SPONSA MEL ET
SUB LINGUA TUA
ET ODOR UESTIMENTORUM
TUORUM SICUT ODOR TURIS

HORTUS CONCLUSUS SOROR MEA
SPONSA
HORTUS CONCLUSUS FONS
SIGNATUS
EMISSIONES TUAE PARADISUS
MALORUM PUNICORUM CUM
POMORUM FRUCTIBUS
CYPRI CUM NARDO NARDUS
ET CROCUS FISTULA ET CINNA
MOMUM CUM UNIUERSIS
LIGNIS LIBANI
MURRA ET ALOE CUM OMNIB(US)
PRIMIS UNGUENTIS
FONS HORTORUM PUTEUS
AQUARUM UIUENTIUM QUAE
FLUUNT IMPETU DE LIBANO
XPS GENTES CONUOCAT
SURGE AQUILO ET UENI AUSTER
PERFLA HORTUM MEUM
ET FLUANT AROMATA ILLIUS
ECCLESIA DE XPO DICIT
V UENIAT DILECTUS MEUS IN HOR
TUM SUUM ET COMEDAT FRUC
TUM POMORUM SUORUM
XPS DICIT
UENI IN HORTUM MEUM
SOROR MEA SPONSA
MESSUI MURRAM MEAM CUM
AROMATIBUS MEIS
COMEDI FAUUM CUM
MELLE MEO bibi uinu(m) meu(m) cum lacte meo
XPS AD APOSTOLOS DICIT
COMEDITE AMICI MEI ET BIBITE
ET INEBRIAMINI CARISSIMI
EGO DORMIO ET COR MEUM
UIGILAT ECCLESIA DICIT
UOX DILECTI MEI PULSANTIS
APERI MIHI SOROR MEA
AMICA MEA COLUMBA
MEA INMACULATA MEA
QUIA CAPUD MEUM PLENUM
EST RORE ET CINCINNI MEI
GUTTIS NOCTIUM
UOX ECCLESIAE

expoliavi me tunica mea
quomodo induar illam
lavi pedes meos quomodo
inquinabo illos
vox ecclesiae ad xpm
dilectus meus misit manum
suam per foramen
et venter meus intremuit
ad tactum eius
surrexi ut aperirem
dilecto meo
manus meae stillaverunt
murra
digiti mei pleni murra
probatissima
pessulum ostii mei aperui
dilecto meo
at ille declinaverat
atque transierat
anima mea liquefacta est
ut locutus est
quaesivi et non inveni illum
vocavi et non respondit
mihi
invenerunt me custodes qui
circumeunt civitatem
percusserunt me et vulne
raverunt me
tulerunt mihi palleum meũ
custodes murorum
adiuro vos filiae hierusalem
si inveneritis dilectum meum
ut nuntietis ei quia amore
langueo vox synagogae
qualis est dilectus tuus
ex dilecto o pulcherrima
mulierum
qualis est dilectus tuus
ex dilecto quia sic
adiurasti nos
vox ecclesiae de xpo
dilectus meus candidus
et rubicundus electus
ex milibus

caput eius aurum optimum
comae eius sicut tela
palmarum nigrae
quasi corvus
oculi eius sicut columbae
super rivulos aquarum
quae lacte sint lotae et re
sident iuxta fluenta
plenissima
genae illius sicut areolae
aromatum consitae
a pigmentariis
labia illius lilia destillantia
murram primam
manus illius tornatiles aureae
plenae iachintis venter eius
eburneus distinctus sappiris
crura illius columnae mar
moreae quae fundatae sunt
super bases aureas
species eius ut libani electus
ut cedri
guttur illius suavissimum
et totus desiderabilis
talis est dilectus meus
et iste est amicus meus
filiae hierusalem
vox synagogae ad ecclesiam
quo abiit dilectus tuus o
pulcherrima mulierum
quo declinavit dilectus tuus
et quaerimus eum tecum
vox ecclesiae
VI dilectus meus descendit
in hortum suum ad areolã
aromatis ut pascatur in
hortis et lilia colligat
ego dilecto meo et dilectus
meus mihi qui pascitur in
ter lilia vox xpi ad ecclesiam
pulchra es amica mea suavis
et decora sicut hierusalem
terribilis ut castrorum
acies ordinata

auerte oculos tuos a me quia
ipsi me auolare fecerant
capilli tui sicut grex caprarū
quae apparuerunt de galaad
dentes tui sicut grex ouium
quae ascenderunt de lauacro
omnes gemellis fetibus
et sterilis non est in eis
sicut cortex mali punici
sic genae tuae absque
occultis tuis
sexaginta sunt reginae et oc
toginta concubinae et ad
ulescentularum non est
numerus
uox xpi ad ecclesiam
una est columba mea
perfecta mea
una est matris suae electa
genetrici suae
uiderunt illam filiae
et beatissimam praedica
uerunt
reginae et concubinae et
laudauerunt eam
quae est ista quae progreditur
quasi aurora consurgens
pulchra ut luna electa
ut sol
terribilis ut castrorum
acies ordinata
descendi ad hortum nucum
ut uiderem poma conuallis
ut inspicerem si floruisset
uinea et germinassent
mala punica
nesciui anima mea conturba
uit me propter quadrigas
aminadab synagogae dicit
reuertere reuertere
sulamitis
reuertere reuertere
ut intuamur te
uox ad synagoga

VII quid uidebis in sulamitem
nisi choros castrorum
uox xpi ad ecclesiam
quam pulchri sunt gressus
tui in calciamentis filia
principis
iunctura feminum tuorum
sicut monilia quae fabricata
sunt manu artificis
umbilicus tuus crater torna
tilis numquam indigens
poculis
uenter tuus sicut aceruus
tritici uallatus liliis
duo ubera tua sicut duo hin
nuli gemelli capreae
collum tuum sicut turris
eburnea
oculi tui sicut piscinae in
esebon quae sunt in porta
filiae multitudinis
nasus tuus sicut turris
libani quae respicit
contra damascum
caput tuum ut carmelus
et comae capitis tui ut pur
pura regis uincta canalibus
quam pulchra es et quam
decora carissima in deliciis
statura tua adsimilata est
palmae et ubera tua botris
dixi ascendam in palmam ad
prehendam fructus eius
et erunt ubera tua sicut
botri uineae
et odor oris tui sicut
malorum
guttur tuum quasi uinum
optimum
ecclesia de xpo dicit
dignum dilecto meo
ad potandum
labiisque et dentibus illius
ruminandum

EGO DILECTO MEO ET AD ME
CONUERSIO EIUS
UENI DILECTE MI EGREDIAMUR
IN AGRUM
COMMOREMUR IN UILLIS MANE
SURGAMUS AD UINEAS UIDEAMUS
SI FLORUIT UINEA
SI FLORES FRUCTUS PARTURIUNT
SI FLORUERUNT MALA PUNICA
IBI DABO TIBI UBERA MEA MANDRA
GORAE DEDERUNT ODOREM
IN PORTIS NOSTRIS
OMNIA POMA NOUA ET UETERA
DILECTE MI SERUABI TIBI
VIII QUIS MIHI DET TE FRATREM MEUM
SUGENTEM UBERA MATRIS
MEAE
UT INUENIAM TE FORIS
ET DEOSCULER
ET IAM ME NEMO DESPICIAT
APPREHENDAM TE ET DUCAM
IN DOMUM MATRIS MEAE
IBI ME DOCEBIS ET DABO TIBI
POCULUM EX UINO CONDITO
ET MUSTUM MALORUM
GRANATORUM MEORUM
LEUA EIUS SUB CAPITE MEO
ET DEXTERA ILLIUS
AMPLEXABITUR ME
ECCLESIA DE XPO DICIT
ADIURO UOS FILIAE HIERUSALEM
NE SUSCITETIS ET EUIGILARE
FACIATIS DILECTAM DONEC
IPSA UELIT
RESPONDIT SYNAGOGA AD ECCLESIAM
QUAE EST ISTA QUAE ASCENDIT
DE DESERTO DELICIIS AFFLUENS
INNIXA SUPER DILECTUM SUUM
SUB ARBORE MALO SUSCITAUI TE
IBI CORRUPTA EST MATER TUA
IBI UIOLATA EST GENETRIX TUA
ECCLESIA AD XPM DICIT
PONE ME UT SIGNACULUM
SUPER COR TUUM

UT SIGNACULUM SUPER
BRACHIUM TUUM
QUIA FORTIS EST UT MORS
DILECTIO DURA SICUT INFERUS
AEMULATIO
LAMPADES EIUS LAMPADES
IGNIS ATQUE FLAMMARUM
AQUAE MULTAE NON POTERANT
EXTINGUERE CARITATEM
NEC FLUMINA OBRUENT ILLAM
SI DEDERIT HOMO OMNEM
SUBSTANTIAM DOMUS SUAE
PRO DILECTIONE QUASI
NIHIL DESPICIET EAM
SOROR NOSTRA PARUA
ET UBERA NON HABET
QUID FACIEMUS SORORI NOSTRAE
IN DIE QUANDO ALLOQUENDA EST
SI MURUS EST AEDIFICEMUS
SUPER EUM PROPUGNACULA
ARGENTEA
SI OSTIUM EST CONPINGAMUS
ILLUD TABULIS CEDRINIS
RESPONDIT ECCLESIA
EGO MURUS ET UBERA MEA
SICUT TURRIS
EX QUO FACTA SUM CORAM EO
QUASI PACEM REPPERIENS
SYNAGOGA ECCLESIAE DICIT
UINEA FUIT PACIFICO IN EA QUAE
HABET POPULOS
TRADIDIT EAM CUSTODIBUS
UIR ADFERT PRO FRUCTU EIUS
MILLE ARGENTEOS XPS DICIT
UINEA MEA CORAM ME EST
MILLE TUI PACIFICI ET DUCENTI
HIS QUI CUSTODIUNT FRUCTUS
MEOS
ECCLESIA XPO DICIT
QUI HABITAS IN HORTIS AMICI
AUSCULTANT FAC ME
AUDIRE UOCEM TUAM
FUGE DILECTE MI ET ADSIMULARE
CAPREAE HINNULOQUE

CERUORUM SUPER MONTES
AROMATUM

EXPLICIT LIBER CANTICA CANTICORUM

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI

SAPIENTIAE SALOMONIS

I DE DILIGENDO IUSTITIAM
ET IN SIMPLICITATE CORDIS QUAERENDUM
NON ZELARE MORTEM QUIA DS NON FECIT
QUOD INMORTALIS SIT IUSTITIA QUAE EST
XPS ET DE PASSIONE EIUS

II QUOD IUSTORUM ANIMAE IN MANU DI SINT
UEL IMPII SECUNDUM QUAE COGITAUERUNT
CORREPTIONEM HABEBUNT DE GENERATIONE
CUM CLARITATE UEL IUSTI MORTE

III DE CONSTANTIA IUSTORUM SIUE AETERNITATE
IUSTORUM QUOD CLARA SIT ET NUMQUAM
MARCESCIT SAPIENTIA

V QUOD DS SIT SAPIENTIAE DUX ET SAPIENTIUM
EMENDATOR QUOD AMATORES SAPIENTIAE
DILEXIT DS DE PERSONA SALOMONIS

VI DE PRIMO HOMINE HOC EST ADAM UEL
PARRICIDIUM CAIN SIUE ABRAHAM DE LOTH
ET UXORE EIUS UEL FUGA MOSI

VII DE IOSEPH UEL POPULO ISRAHEL SIUE EGRESSIO
FILIORUM ISRL EX AEGYPTO DE UINDICTA
HOSTIUM ET AQUA DE PETRA

VIII QUOD IUSTOS TAMQUAM DS PATER PROBAT
ET IMPIOS CONDEMNAT PER QUAE PECCAUIT
QUIS PER HAEC TORQUETUR QUOD BONUS SIT
SPS DI IN HOMINIB.

VIIII QUOD NON SIT ALIUS DS NISI DNS CUI CURA EST
DE OMNIB. DE HIS QUI NATURA SUA INSENSATE
UIXERUNT

X DE CULTORES NATURAE QUOD ODIO SUNT DO IMPIUS
ET IMPIETAS EIUS DE INUIDIA ET HOMICIDIO

XI DE SANITATE ET UERITATE DI UEL OPERA FIGULI
DE POPULO ISRL QUIB. PLUIT DS COTURNICES
SIUE POPULUM SERPENTIS ET SIGNUM
SALUTIS

XII QUOD UITAE ET MORTIS DS HABEAT POTESTATEM
GLACIES ET NIX SUSTINEBANT UIM IGNIS
ET NON TABESCEBANT QUOD MAGNA SUNT
IUDICIA DI ET INENARRABILIA
IUDICIA EIUS

XIII QUOD NIHIL SIT TIMOR NISI PRAESUMPTIONIS
ADIUTORIO DE SANITATE IUSTORUM ET EX
TERMINATIONE IMPIORUM UEL OMNIS
CREATURA AB INITIO AD SUUM GENUS
REFIGURABATUR

XIIII DE EXSULTATIONE IUSTORUM ET MUSCAS
RANASQ. IN EXTERMINATIONE INIUSTORUM
UEL HI HOSPITALITATEM NON SECTANTUR
DE BONA HOSPITALITATE

EXPLICIUNT CAPITULA

INCIPIT LIBER SAPIENTIAE
SALOMONIS

DILIGITE IUSTITIAM QUI
IUDICATIS TERRAM
SENTITE DE DNO IN BONITATE ET IN
SIMPLICITATE CORDIS
QUAERITE ILLUM
QUONIAM INUENITUR AB HIS
QUI NON TEMPTANT ILLUM
APPARET AUTEM EIS QUI
FIDEM HABENT IN EUM
PERUERSAE ENIM COGITATIONES
SEPARANT A DO
PROBATA AUTEM UIRTUS
CORRIPIT INSIPIENTES
QUONIAM IN MALIUOLAM ANIMAM
NON INTRABIT SAPIENTIA
NEC INHABITABIT IN CORPORE
SUBDITO PECCATIS
SCS ENIM SPS DISCIPLINAE
EFFUGIET FICTUM
ET AUFERET SE A COGITATIONIBUS
QUAE SUNT SINE INTELLECTU
ET CORRIPIETUR A SUPER
UENIENTE INIQUITATE
BENIGNUS EST ENIM SPS SAPIEN
TIAE ET NON LIBERABIT MALE
DICUM A LABIIS SUIS
QUONIAM RENUM ILLIUS

TESTIS EST DS ET CORDIS EIUS
SCRUTATOR EST UERUS ET LINGUAE
ILLIUS AUDITOR
QUONIAM SPS DNI REPLEUIT
ORBEM TERRARUM
ET HOC QUOD CONTINET OMNIA
SCIENTIAM HABET UOCIS
PROPTER HOC QUI LOQUITUR
INIQUA NON POTEST LATERE
NEC PRAETERIET ILLUM CORRI
PIENS IUDICIUM
IN COGITATIONIBUS ENIM IMPII
INTERROGATIO ERIT
SERMONUM AUTEM ILLIUS
AUDITIO AD DNM UENIET
AD CORREPTIONEM INIQUITATUM
ILLIUS
QUONIAM AURIS ZELI AUDIT
OMNIA ET TUMULTUS MUR
MURATIONUM NON ABSCON
DETUR
CUSTODITE ERGO UOS A MURMU
RATIONE QUAE NIHIL PRODEST
ET A DETRACTIONE PARCITE
LINGUAE
QUONIAM SERMO OBSCURUS
IN UACUUM NON IBIT
OS AUTEM QUOD MENTITUR
OCCIDET ANIMAM
NOLITE ZELARE MORTEM
IN ERRORE UITAE UESTRAE
NEQUE ADQUIRATIS PERDITIO
NEM IN OPERIBUS MANUUM
UESTRARUM
QUONIAM DS MORTEM NON FECIT
NEC LAETATUR IN PERDITIONE
UIUORUM
CREAUIT ENIM UT ESSENT OMNIA
ET SANABILES NATIONES
ORBIS TERRARUM
ET NON EST IN ILLIS MEDICAMEN
TUM EXTERMINII NEC INFERO
RUM REGNUM IN TERRA
IUSTITIA PERPETUA EST
ET INMORTALIS
IMPII AUTEM MANIBUS ET UERBIS
ARCESSIERUNT ILLAM
ET AESTIMANTES ILLAM AMICAM
DEFLUXERUNT
ET SPONSIONES POSUERUNT
AD ILLAM
QUONIAM DIGNI SUNT MORTE
QUI SUNT EX PARTE ILLIUS
II DIXERUNT ENIM APUD SE COGI
TANTES NON RECTE EXIGUUM
ET CUM TAEDIO EST TEMPUS
UITAE NOSTRAE
ET NON EST REFRIGERIUM
IN FINE HOMINIS
ET NON EST QUI AGNITUS SIT
REUERSUS AB INFERIS
QUIA EX NIHILO NATI SUMUS ET
POST HAEC ERIMUS TAMQUAM
NON FUERIMUS
QUONIAM FUMUS ADFLATUS EST
IN NARIBUS NOSTRIS
ET SERMO SCINTILLAE AD COM
MOUENDUM COR NOSTRUM
QUIA EXTINCTA CINIS ERIT CORPUS
ET SPS DIFFUNDITUR
TAMQUAM MOLLIS AER
ET TRANSIUIT UITA NOSTRA
TAMQUAM UESTIGIUM NUBIS
ET SICUT NEBULA DISSOLUETUR
QUAE FUGATA EST A RADIIS
SOLIS ET A CALORE ILLIUS
ADGRAUATA
ET NOMEN NOSTRUM OBLIUIO
NEM ACCIPIET PER TEMPUS
ET NEMO MEMORIAM HABEBIT
OPERUM NOSTRORUM
UMBRAE ENIM TRANSITUS
EST TEMPUS NOSTRUM
ET NON EST REUERSIO
FINIS NOSTRI
QUONIAM CONSIGNATA EST
ET NEMO REUERTETUR
UENITE ERGO ET FRUAMUR

BONIS QUAE SUNT ET UTAMUR
CREATURAM TAMQUAM IN IU
UENTUTE CELERITER
UINO PRETIOSO ET UNGUENTIS
NOS IMPLEAMUS
ET NON PRAETEREAT NOS
FLOS TEMPORIS
CORONEMUS NOS ROSIS ANTE
QUAM MARCESCANT
NULLUM PRATUM SIT QUOD
NON PERTRANSEAT LUXORIA
NOSTRA
NEMO UESTRUM SIT EXORS
LUXURIAE NOSTRAE
UBIQUE RELINQUAMUS SIGNA
LAETITIAE QUONIAM HAEC EST
PARS NOSTRA ET HAEC EST SORS
OPPRIMAMUS PAUPEREM
IUSTUM ET NON PARCAMUS
UIDUAE
NEC UETERANI REUEREAMUR
CANOS MULTI TEMPORIS
SIT AUTEM FORTITUDO NOSTRA
LEX INIUSTITIAE
QUOD INFIRMUM EST ENIM
INUTILE INUENITUR
CIRCUMUENIAMUS ERGO
IUSTUM QUONIAM INUTILIS
EST NOBIS
ET CONTRARIUS EST OPERIBUS
NOSTRIS
ET INPROPERAT NOBIS
PECCATA LEGIS
ET DIFFAMAT IN NOS PECCATA
DISCIPLINAE NOSTRĀE
PROMITTIT SE SCIENTIAM DĪ
HABERE ET FILIUM DĪ
SE NOMINAT
FACTUS EST NOBIS IN TRADUCTIO
NEM COGITATIONUM
NOSTRARUM
GRAUIS EST NOBIS ETIAM
AD UIDENDUM
QUONIAM DISSIMILIS EST ALIIS
UITA ILLIUS
ET IMMUTATAE SUNT UIAE EIUS
TAMQUAM NUGACES AESTIMATI
SUMUS AB ILLO
ET ABSTINET SE A UIIS NOSTRIS
TAMQUAM AB INMUNDITIIS
ET PRAEFERT NOUISSIMA IUSTORŪ
ET GLORIATUR PATREM
DM̄ SE HABERE
UIDEAMUS ERGO SI SERMONES
ILLIUS UERI SUNT ET TEMTEMUS
QUAE UENTURA SUNT ILLI
ET SCIEMUS QUAE ERUNT
NOUISSIMA ILLIUS
SI ENIM EST UERUS DĪ FILIUS
SUSCIPIET ILLUM ET LIBERA
UIT EUM DE MANU CONTRARIORŪ
CONTUMELIA ET TORMENTO
INTERROGEMUS ILLUM UT SCI
AMUS REUERENTIAM IPSIUS
ET PROBEMUS PATIENTIAM EIUS
MORTE TURPISSIMA CONDEM
NEMUS ILLUM
ERIT ENIM EI RESPECTUS
EX SERMONIBUS ILLIUS
HAEC COGITAUERUNT ET ERRA
UERUNT EXCAECAUIT ENIM
ILLOS MALITIA EORUM
ET NESCIERUNT SACRAMENTA DĪ
NEQUE MERCEDEM IUSTITIAE
SPERAUERUNT
NEC IUDICAUERUNT HONOREM
ANIMARUM SCĀRUM
QUONIAM DS̄ CREAUIT HOMINEM
INTERMINABILEM
ET AD IMAGINEM SUAE SIMILITU
DINIS FECIT ILLUM
INUIDIA AUTEM DIABOLI MORS
INTROIUIT IN ORBEM TERRARŪ
IMITANTUR ERGO ILLUM QUI
SUNT EX PARTE ILLIUS
II IUSTORUM AUTEM ANIMAE
III IN MANU DĪ SUNT ET NON TANGET
ILLOS TORMENTUM MORTIS

UISI SUNT OCULIS INSIPIENTIUM
MORI ET AESTIMATA EST ADFLIC
TIO EXITUS ILLORUM
ET QUOD A NOBIS EST ITER EXTER
MINII ILLI AUTEM SUNT
IN PACE
ET SI CORAM HOMINIB· TORMEN
TA PASSI SUNT SPES ILLORUM
INMORTALITALITATE PLENA EST
ET IN PAUCIS UEXATI IN MULTIS
BENE DISPONENTUR
QUONIAM DS TEMTAUIT ILLOS
ET INUENIT ILLOS DIGNOS SE
TAMQUAM AURUM IN FORNACE
PROBAUIT ILLOS
ET QUASI HOLOCAUSTA HOSTIAM
ACCEPIT ILLOS
ET IN TEMPORE ERIT RESPEC
TUS ILLORUM
FULGEBUNT ET TAMQUAM
SCENTILLAE IN ARUNDINETO
DISCURRENT
IUDICABUNT NATIONES ET DOMI
NABUNTUR POPULIS
ET REGNAUIT DNS ILLORUM
IN PERPETUUM
QUI CONFIDUNT IN ILLUM IN
TELLEGENT UERITATEM
ET FIDELES IN DILECTIONE ADQUI
ESCUNT ILLI QUONIAM DONŪ
ET PAX EST ELECTIS EIUS
IMPII AUTEM SECUNDUM QUAE
COGITAUERUNT CORREPTIO
NEM HABEBUNT
QUI NEGLEXERUNT IUSTUM
ET A DNO RECESSERUNT
SAPIENTIAM ENIM ET DISCIPLI
NAM QUI ABICIT INFELIX EST
ET UACUA EST SPES ILLORUM
ET LABORES SINE FRUCTU
ET INHABITABILIA OPERA
ILLORUM SUNT
MULIERES EORUM INSENSATAE
SUNT ET NEQUISSIMI

FILII EORUM
MALEDICTA CREATURA ILLORUM
QUONIAM FELIX STERILIS
INCOINQUINATA QUAE NON SCI
UIT UIRUM IN DELICTO
HABEBIT FRUCTUM IN RESPECTIO
NE ANIMARUM
ET SPADO QUI NON OPERATUS EST
PER MANUS SUAS INIQUITATEM
NEC COGITAUIT ADUERSUS DM
NEQUISSIMA
DABITUR ENIM ILLI FIDEI DONŪ
ELECTUM ET SORS IN TEMPLO
DI ACCEPTISSIMA
BONORUM ENIM LABORUM
GLORIOSUS EST FRUCTUS
ET QUAE NON CONCIDAT
RADIX SAPIENTIAE
FILII AUTEM ADULTERORUM IN CON
SUMMATIONE ERUNT ET AB
INIQUO TORO SEMEN
EXTERMINABITUR
ET SI QUIDEM LONGAE UITAE
ERUNT IN NIHILUM COMPU
TABUNTUR
ET SINE HONORE ERIT NOUISSIMA
SENECTUS ILLORUM
ET SI CELERIUS DEFUNCTI FUERINT
NON HABEBUNT SPEM
NEC IN DIE AGNITIONIS ALLOCUTIO
NEM NATIONIS ENIM INIQUAE
DIRAE SUNT CONSUMMATIONES
IIII O QUAM PULCHRA EST CASTA
GENERATIO CUM CLARITATE
INMORTALITAS EST ENIM
IN MEMORIA ILLIUS
QUONIAM ET APUD DM NOTA
EST ET APUD HOMINES
CUM PRAESENS EST
IMITANTUR ILLAM
ET DESIDERANT EAM
CUM SE DUXERIT
ET IN PERPETUUM CORONAM
TRIUMPHAT

INCO INQUINATORUM CERTAMINUM
PRAEMIUM UINCENS
MULTIGENA AUTEM IMPIORUM
MULTITUDO NON ERIT UTILIS
ET SPURIA UITULAMINA NON
DABUNT RADICES ALTAS NEC
STABILE FIRMAMENTUM
COLLOCABUNT
ET SI IN RAMIS IN TEMPORE
GERMINAUERINT
INFIRMITER POSITA A UENTO
COMMOUEBUNTUR
ET A NIMIETATE UENTORUM
ERADICABUNTUR
CONFRINGENTUR ENIM RAMI
INCONSUMMATI
ET FRUCTUS ILLORUM INUTILES
ET ACERBI AD MANDUCANDUM
ET AD NIHILUM APTI
EX INIQUIS OMNES FILII
QUI NASCUNTUR
TESTES SUNT NEQUITIAE
ADUERSUM PARENTES
IN INTERROGATIONE SUA
IUSTUS AUTEM SI QUA MORTE
PRAEOCCUPATUS FUERIT
IN REFRIGERIO ERIT
SENECTUS ENIM UENERABILIS
EST NON DIUTURNA NEQUE
NUMERO ANNORUM
COMPUTATA
CANI SUNT AUTEM SENSUS HOMI
NIBUS ET AETAS SENECTUTIS
UITA INMACULATA
PLACENS DŌ FACTUS DILECTUS
ET UIUENS INTER PECCATORES
TRANSLATUS EST
RAPTUS EST NE MALITIA MUTARET
INTELLECTUM ILLIUS AUT
FICTIO DECIPIAT ANIMAM
ILLIUS
FASCINATIO ENIM NUGACITATIS
OBSCURAT BONA ET INSTANTIA
CONCUPISCENTIAE TRANSUERTIT

SENSUM SINE MALITIA
CONSUMMATUS IN BREUI EX
PLEBIT TEMPORA MULTA
PLACITA ENIM ERAT DŌ
ANIMA EIUS
PROPTER HOC PROPERAUIT
EDUCERE ILLUM DE MEDIO
INIQUITATIS
POPULI AUTEM UIDENTES
ET NON INTELLEGENTES NEC
PONENTES IN PRAECORDIIS
TALIA
QUONIAM GRATIA DĪ ET MISERI
CORDIA IN SCŌS ILLIUS
ET RESPECTUS IN ELECTOS ILLIUS
CONDEMNAT AUTEM IUSTUS
MORTUUS UIUOS IMPIOS
ET IUUENTUS CELERIUS CON
SUMMATA LONGAM UITAM
INIUSTI
UIDEBUNT ENIM FINEM SAPIEN
TIS ET NON INTELLEGENT
QUID COGITAUERIT DE ILLO DŌS
ET QUARE MUNIERIT
ILLUM DN̄S
UIDEBUNT ENIM ET CONTEM
NENT ILLOS AUTEM DN̄S
INRIDEBIT
ET ERUNT POST HAEC DECIDEN
TES SINE HONORE ET CONTU
MELIA INTER MORTUOS
IN PERPETUUM
QUONIAM DISRUMPET EOS
INFLATOS SINE UOCE
ET COMMOUEBIT ILLOS A FUN
DAMENTIS ET USQUE AD
SUPPREMUM DESOLABUN
TUR ET ERUNT GEMENTES
ET MEMORIA ILLORUM PERIET
UENIENT IN COGITATIONE PECCA
TORUM SUORUM TIMIDI
ET TRADUCENT ILLOS EX AD
UERSO INIQUITATIS IPSORUM
V.III TUNC STABUNT IUSTI IN MAGNA

CONSTANTIA ADUERSUS EOS
QUI SE ANGUSTIAUERUNT
ET QUI ABSTULERUNT
LABORES ILLORUM
UIDENTES TURBABUNTUR TIMORE
HORRIBILI ET MIRABUNTUR
IN SUBUERSIONE INSPERATAE
SALUTIS
GEMENTES PER ANGUSTIAM SPS
DICENT INTER SE PAENITENTIAM
AGENTES ET PER ANGUSTIAM
SPS GEMENTES
HI SUNT QUOS HABUIMUS ALIQUAN
DO IN DERISU ET IN SIMILITU
DINE IMPROPERII
NOS INSENSATI UITAM ILLORUM
AESTIMABAMUS INSANIAM
ET FINEM ILLORUM SINE
HONORE
QUOMODO COMPUTATI SUNT
INTER FILIOS DI ET INTER SCOS
SORS ILLORUM EST
ERGO ERRAUIMUS A UIA UERITA
TIS ET IUSTITIAE LUMEN
NON LUXIT NOBIS
ET SOL INTELLEGENTIAE NON EST
ORTUS NOBIS
LASSATI SUMUS IN UIA INIQUITA
TIS ET PERDITIONIS ET AMBULA
UIMUS UIAS DIFFICILES
UIAM AUTEM DNI IGNORAUIMUS
QUID NOBIS PROFUIT
SUPERBIA
AUT QUID DIUITIARUM IACTAN
TIA CONTULIT NOBIS
TRANSIERUNT OMNIA ILLA
TAMQUAM UMBRA ET TAM
QUAM NUNTIUS PERCURRENS
ET TAMQUAM NAUIS QUAE PER
TRANSIIT FLUCTUANTEM AQUAM
CUIUS CUM PRAETERIERIT NON EST
UESTIGIUM INUENIRE
NEQ; SEMITAM CARINAE ILLIUS
IN FLUCTIBUS

AUT AUIS QUAE TRANSUOLAT IN AERE
NULLUM INUENITUR ARGUMEN
TUM ITINERIS ILLIUS
SED TANTUM SONITUS ALARUM
UERBERANS LEUEM UENTUM
ET SCINDENS PER UIAM
ITINERIS AEREM
COMMOTIS ALIS TRANS
UOLAUIT
ET POST HOC NULLUM SIGNUM
IN UENIT ITINERIS ILLIUS
ET TAMQUAM SAGITTAE EMISSAE
IN LOCUM DESTINATUM
DIUISUS AER CONTINUO IN SE
RECLUSUS EST UT IGNORETUR
TRANSITUS ILLIUS
SIC ET NOS NATI CONTINUO
DESIUIMUS ESSE
ET UIRTUTIS QUIDEM SIGNUM
NULLUM UALUIMUS
OSTENDERE
IN MALIGNITATE AUTEM NOSTRA
CONSUMPTI SUMUS
TALIA DIXERUNT IN INFERNO HI
PECCAUERUNT
QUONIAM SPES IMPII TAMQUAM
LANUGO EST QUAE A UENTO
TOLLITUR
ET TAMQUAM SPUMA GRACILIS
QUAE A PROCELLA DISPERGITUR
ET TAMQUAM FUMUS QUAE
A UENTO DIFFUSUS EST
ET TAMQUAM MEMORIA
HOSPITIS UNIUS DIEI
PRAETEREUNTIS
IUSTI AUTEM IN PERPETUUM
UIUENT ET APUD DNM EST
MERCES EORUM
ET COGITATIO ILLORUM APUD
ALTISSIMUM
IDEO ACCIPIENT REGNUM
DECORIS ET DIADEMA SPECIEI
DE MANU DNI
QUONIAM DEXTERA SUA TEGET

EOS ET BRACHIO SUO DEFEN
DET ILLOS
ACCIPIET ARMATURA ZELUS ILLIUS
ET ARMABIT CREATURAM AD ULTIO
NEM INIMICORUM
INDUET PRO TORACE IUSTITIAM
ET ACCIPIET PRO GALEA
IUDICIUM CERTUM
ET SUMET SCUTUM INEXPUGNA
BILEM AEQUITATEM
ACUET AUTEM DURAM IRAM
IN LANCEAM
ET PUGNAVIT CUM ILLO ORBIS
TERRARUM CONTRA INSENSATOS
IBUNT DIRECTAE EMISSIONES
FULGORUM
ET TAMQUAM A BENE CURVATO
ARCU NUBIUM EXTERMINA
BUNTUR
ET AD CERTUM LOCUM INSILIENT
ET A PETROSA IRA PLENAE
MITTENTUR GRANDINES
ET SCANDESCET IN ILLOS
AQUA MARIS
ET FLUMINA CONCURRENT
DURITER
CONTRA ILLOS STABIT SPS VIRTUTIS
ET TAMQUAM TURBEDO VENTI
DIVIDET ILLOS
ET AD HEREMUM PERDUCET
OMNEM TERRAM INIQUITATIS
ET MALIGNITAS EVERTET
SEDEM POTENTIUM
VI. MELIOR EST SAPIENTIA
QUAM VIRES
ET VIR PRUDENS MAGIS
QUAM FORTIS
AUDITE ERGO REGES ET IN
TELLEGITE
DISCITE IUDICES FINIUM TERRAE
PRAEBETE AURES VOS QUI CON
TINETIS MULTITUDINES
ET PLACETIS VOBIS IN TURBIS
NATIONUM

QUONIAM DATA EST A DNO
POTESTAS VOBIS
ET VIRTUS AB ALTISSIMO QUI INTER
ROGABIT OPERA VESTRA
ET COGITATIONES SCRUTABITUR
QUONIAM CUM ESSETIS MINISTRI
REGNI ILLIUS NON RECTE
IUDICASTIS
NEQUE CUSTODISTIS LEGEM
IUSTITIAE
NEQUE SECUNDUM VOLUNTATEM
DI AMBULASTIS
HORRENDE ET CITO APPAREBIT
VOBIS
QUONIAM IUDICIUM DURISSIMU
IN HIS QUI PRAESUNT FIET
EXIGUO ENIM CONCEDITUR
MISERICORDIA
POTENTES AUTEM POTENTER
TORMENTA PATIENTUR
NON ENIM SUBTRAHET PERSONA
CUIUSQUAM DNS
NEC VEREBITUR MAGNITUDINEM
CUIUSQUAM
QUONIAM PUSILLUM ET MAGNU
IPSE FECIT ET AEQUALITER CURA
EST ILLI DE OMNIBUS
FORTIORIBUS AUTEM FORTIOR
INSTAT CRUCIATIO
AD VOS ERGO REGES SUNT
HI SERMONES MEI
UT DISCATIS SAPIENTIAM
ET NON EXCIDATIS
QUI ENIM CUSTODIERINT IUSTA
IUSTE IUSTIFICABUNTUR
ET QUI DIDICERINT ISTA INVENI
ENT QUID RESPONDEANT
CONCUPISCITE ERGO
SERMONES MEOS
DILIGITE ILLOS ET HABETIS
DISCIPLINA
CLARA EST ET QUAE NUMQUAM
MARCESCAT SAPIENTIA
ET FACILE VIDETUR AB HIS

qui diligunt eam
et inuenietur ab his qui
quaerunt illam
praeoccupat qui se concupis
cunt ut illis se prior
ostendat
qui de luce uigilauerit ad illam
non laborauit
adsidentem enim illam foribus
suis inueniet
cogitare ergo de illa sensus
est consummatus
et qui uigilauerit propter
illam cito erit securus
quoniam dignos se ipsa
circuit quaerens
et in uiis ostendit se illis
hilariter
et in omni prouidentia
occurrit illis
initium enim illius uerissima
est disciplinae concupis
centia
cura ergo disciplinae
dilectio est
et dilectio custodia legum
illius est
custoditio autem legum
consummatio incorrupti
onis est
incorruptio autem facit
esse proximum deo
concupiscentia itaque sapien
tiae deducet ad regnum
perpetuum
si ergo delectamini sedib· et
sceptris reges populi
diligite sapientiam ut in per
petuum regnetis
diligite lumen sapientiae
omnes qui praeestis
populis
quid est autem sapientia
et quemadmodum

facta sit referam
et non abscondam a uobis
sacramenta dī
sed ab initio natiuitatis
inuestigabo
et ponam in lucem scientiam
illius
et non praeteribo ueritatem
neque cum inuidia tabescente
iter habebo
quoniam ista non erit particeps
sapientiae
multitudo autem sapientiae
sanitas est orbis terrarum
et rex sapiens populi
stabilimentum est
ergo accipite disciplinam
per sermones meos
et proderit uobis
itaque erudimini per sermo
nes meos et proderit uobis
VII sum quidem et ego mortalis
homo similis omnibus
ex genere terreni illius
qui prius factus est
et in uentre matris figura
tus sum caro
decem mensuum tempore
coagulatus sum in sanguine
ex semine hominis et delecta
mento somni conueniente
et ego natus accepi
communem aerem
et in similiter factam
decidi terram
primam uocem similem
omnibus emisi plorans
in inuolumentis nutritus sū
et curis magnis
nemo enim ex regibus aliud
habuit natiuitatis initium
unus ergo omnibus introitus
est ad uitam et similis
exitus

PROPTER HOC OPTAVI ET DATUS
EST MIHI SENSUS
ET INVOCAVI ET VENIT IN ME
SPS SAPIENTIAE
ET PRAEPOSUI ILLAM REGNIS
ET SEDIBUS
ET DIVITIAS NIHIL ESSE DIXI
IN COMPARATIONE ILLIUS
NEC COMPARAVI ILLI LAPIDEM
PRAETIOSUM
QUONIAM OMNE AURUM IN
COMPARATIONE ILLIUS
ARENA EST EXIGUA
ET TAMQUAM LUTUM EXTIMA
BITUR ARGENTUM IN CON
SPECTU ILLIUS
SUPER SALUTEM ET SPECIEM
DILEXI ILLAM
ET PRAEPOSUI PRO LUCE
HABERE ILLAM
QUONIAM INEXTINGUIBILE EST
LUMEN ILLIUS
VENERUNT AUTEM MIHI
OMNIA BONA PARITER
CUM ILLA
ET INNUMERABILIS HONESTAS
PER MANUS ILLIUS
ET LAETATUS SUM IN OMNIBUS
QUONIAM ANTECEDEBAT ME
ISTA SAPIENTIA
ET IGNORABAM QUONIAM
OMNIUM MATER EST QUAM
SINE FICTIONE DIDICI ET SINE
INVIDIA COMMUNICO
ET HONESTATEM ILLIUS
NON ABSCONDO
INFINITUS ENIM THESAURUS
EST HOMINIBUS
QUOD QUI USI SUNT PARTICIPES
FACTI SUNT AMICITIAE DI
PROPTER DISCIPINAE DONA
COMMENDATUS
IIII MIHI AUTEM DEDIT DS DICERE
EX SENTENTIA

ET PRAESUMERE DIGNA HORUM
QUAE MIHI DANTUR
QUONIAM IPSE SAPIENTIAE DUX EST
ET SAPIENTIUM EMENDATOR
IN MANU ENIM ILLIUS ET NOS
ET SERMONES NOSTRI
ET OMNIS SAPIENTIA ET OPERUM
ET SCIENTIAE ET DISCIPLINA
IPSE ENIM MIHI DEDIT HORUM
QUAE SUNT SCIENTIAM VERAM
UT SCIAM DISPOSITIONEM
ORBIS TERRARUM
ET VIRTUTES ELEMENTORUM
INITIUM ET CONSUMMATIONEM
ET MEDIETATEM TEMPORUM
VICISSITUDINUM PERMUTATIO
NES ET COMMUTATIONES
TEMPORUM
ANNI CURSUS ET STELLARUM
DISPOSITIONES
NATURAS ANIMALIUM ET IRAS
BESTIARUM
VIM VENTORUM ET COGITATIO
NES HOMINUM
DIFFERENTIAS VIRGULTORUM
ET VIRTUTES RADICUM
ET QUAECUMQUE SUNT
ABSCONSA ET INPROVISA DIDICI
OMNIUM ENIM ARTIFEX
DOCUIT ME SAPIENTIA
EST ENIM IN ILLA SPS
INTELLECTUS
SPS UNICUS MULTIPLEX SUBTILIS
MOBILIS DISSERTUS INCOIN
QUINATUS CERTUS SUAVIS
AMANS BONUM ACUTUS
QUI NIHIL VETAT BENEFACERE
HUMANUS STABILIS CERTUS
SECURUS
OMNEM HABENS VIRTUTEM
OMNIA PROSPICIENS
ET QUI CAPIAT OMNES SPS
INTELLEGIBILIS MUNDUS
SUBTILIS

OMNIBUS ENIM MOBILIBUS
MOBILIOR EST SAPIENTIA
ATTINGIT ENIM UBIQUE PROP
TER SUAM MUNDITIAM
UAPOR EST ENIM UIRTUTIS DĪ
ET EMANATIO QUAEDAM EST
CLARITATIS OMNIPOTENTIS
DĪ SINCERA
ET IDEO NIHIL INQUINATUM
IN ILLA INCURRIT
CANDOR EST ENIM LUCIS
AETERNAE
ET SPECULUM SINE MACULA DĪ
MAIESTATIS
ET IMAGO BONITATIS ILLIUS ET
CUM SIT UNA OMNIA POTEST
ET PERMANENS IN SE OMNIA
INNOUAT
ET PER NATIONES IN ANIMAS
SCĀS SE TRANSFERET
AMICOS DĪ ET PROPHETAS
CONSTITUET ENIM
NEMINEM DILIGIT DS̄ NISI EUM
QUI CUM SAPIENTIA
INHABITAT
EST ENIM HAEC SPECIOR SOLE
ET SUPER OMNEM STELLARŪ
DISPOSITIONEM
LUCI COMPARATA INUENITUR
PRIOR
ILLI ENIM SUCCEDIT NOX SAPIEN
TIAM AUTEM NON UINCIT
MALITIA
viii ATTINGIT ENIM A FINE USQUE
AD FINEM FORTITER ET DIS
PONIT OMNIA SUAUITER
HĀC AMAUI ET EXQUISIUI
A IUUENTUTE MEA ET QUAESIUI
SPONSAM MIHI ASSUMERE
ET AMATOR FACTUS SUM
FORMAE ILLIUS GENEROSITA
TEM GLORIFICAT CONTUBER
NIUM HABENS DĪ
SED ET OMNIUM DN̄S DILEXIT ILLĀ
DOCTRIX EST ENIM DISCIPLINAE DĪ
ET ELECTRIX OPERUM ILLIUS
ET SI DIUITIAE APPETUNTUR
IN UITA
QUID SAPIENTIA LOCUPLETIUS
QUAE OMNIA OPERATUR
SI AUTEM SENSUS OPERATUR
QUIS HORUM QUAE SUNT MAGIS
QUAM ILLA EST ARTIFEX
ET SI IUSTITIAM QUIS DILIGIT
LABORES HUIUS MAGNAS
HABENT UIRTUTES
SOBRIETATEM ENIM ET SAPIEN
TIAM DOCET ET IUSTITIAM
ET UIRTUTEM
QUIBUS UTILIUS NIHIL EST
IN UITA HOMINIBUS
ET SI MULTITUDINEM SCIENTIAE
DESIDERAT QUIS
SCIT PRAETERITA ET DE FUTU
RIS AESTIMAT
SCIT UERSUTIAS SERMONUM
ET DISPOSITIONES
ARGUMENTORUM
SIGNA ET MONSTRA SCIT
ANTEQUAM FIANT
ET EUENTUS TEMPORUM
ET SAECULORUM
PROPOSUI ERGO HANC ADDUCERE
MIHI AD CONUIUENDUM
SCIENS QUONIAM COMMUNICA
BIT MECUM DE BONIS
ET ERIT ALLOCUTIO COGITATIO
NIS ET TAEDII MEI
HABEBO PROPTER HANC CLARI
TATEM AD TURBAS ET HONO
REM APUD SENIORES
ET IUUENES ET ACUTUS
INUENIAR IN IUDICIO
ET IN CONSPECTU POTENTIUM
AMABILIS ERO
ET FACIES PRINCIPUM
MIRABUNTUR ME
TACENTEM ME SUSTINEBUNT

ET LOQUENTEM ME RESPICIENT
ET SERMOCINANTEM ME PLURA
MANUS ORI SUO INPONENT
PROPTEREA HABEBO PER HANC
INMORTALITATEM
ET MEMORIAM AETERNAM
HIS QUI POST ME FUTURI SUNT
RELINQUAM
DISPONAM POPULOS ET NATIO
NES MIHI ERUNT SUBIECTAE
TIMEBUNT ME AUDIENTES
REGES HORRENDI
IN MULTITUDINE UIDEBOR BONUS
ET IN BELLO FORTIS
INTRANS IN DOMUM MEAM
CONQUIESCAM CUM ILLA
NON ENIM HABET AMARITUDINĒ
CONUERSATIO ILLIUS
NEC TEDIUM CONUICTUS IPSIUS
SED LAETITIAM ET GAUDIUM
HAEC COGITANS APUD ME
ET COMMEMORANS
IN CORDE MEO
QUONIAM INMORTALIS EST
IN COGITATIONE SAPIENTIA
ET IN AMICITIA ILLIUS
DELECTATIO BONA
ET IN OPERIBUS MANUUM
ILLIUS HONESTAS SINE
DEFECTIONE
ET IN CERTAMINE LOQUELLAE
ILLIUS SAPIENTIA
ET PRAECLARITAS IN COMMU
NICATIONE SERMONUM
IPSIUS
CIRCUIBAM QUAERENS UT MIHI
ILLAM ASSUMEREM
PUER AUTEM ERAM INGENIO
SUS ET SORTITUS SUM
ANIMAM BONAM
ET CUM ESSEM MAGIS BONUS
UENI AD CORPUS INCO
INQUINATUM
ET UT SCIUI QUONIAM NON POSSŪ
ESSE CONTINENS NISI SI D̄S DET
ET HOC IPSUM ERAT SAPIENTIAE
SCIRE CUIUS ESSET DONUM
ADII D̄N̄M ET DEPRAECATUS SUM
ILLUM ET DIXI EX TOTIS
PRAECORDIIS MEIS
Ax. D̄S PATRUM MEORUM ET D̄N̄E
MISERICORDIAE QUI FECISTI
OMNIA UERBO TUO ET SAPIEN
TIA TUA CONSTITUISTI
HOMINEM
UT DOMINETUR CREATURAE TUAE
QUAE A TE FACTA EST
UT DISPONAT ORBEM TERRARŪ
IN AEQUITATE ET IUSTITIA
ET IN DIRECTIONE CORDIS
IUDICIUM IUDICET
DA MIHI SEDIUM TUARUM AD
SISTRICEM SAPIENTIAM
ET NOLI ME REPROBARE
A PUERIS TUIS
QUONIAM EGO SERUUS TUUS
ET FILIUS ANCELLAE TUAE
HOMO INFIRMUS ET EXIGUI
TEMPORIS ET MINOR
AD INTELLECTUM IUDICII
ET LEGUM
ET SI QUIS ERIT CONSUMMATUS
INTER FILIOS HOMINUM
SI AFUERIT AB ILLO SAPIENTIA TUA
IN NIHILUM CONPUTABITUR
TU ME ELEGISTI REGEM POPULO
TUO ET IUDICEM FILIORUM
TUORUM ET FILIARUM
DIXISTI AEDIFICARE TEMPLUM
IN MONTE SC̄O TUO
ET IN CIUITATE HABITATIONIS
TUAE ARAM
SIMILITUDINEM TABERNACULI
SC̄I TUI QUOD PRAEPARASTI
AB INITIO
ET TECUM SAPIENTIA QUAE
NOUIT OPERA TUA
QUAE ET ADFUIT TUNC CUM

ORBEM TERRARUM FACERES
ET SCIEBAT QUID PLACITUM ESSET
OCULIS TUIS
ET QUID DIRECTUM IN PRAE
CEPTIS TUIS
MITTE ILLAM DE SC̄IS
CAELIS TUIS
ET MITTE ILLAM A SEDE
MAGNITUDINIS TUAE
ET MECUM SIT ET MECUM
LABORET
ET SCIAM QUID ACCEPTUM SIT
APUD TE
SCIT ENIM ILLA OMNIA
ET INTELLEGIT
ET DEDUCET ME IN OPERIBUS
MEIS SOBRIE
ET CUSTODIET ME IN SUA
POTENTIA
ET ERUNT ACCEPTA OPERA MEA
ET DISPONAM POPULUM
TUUM IUSTE
ET ERO DIGNUS SEDIUM
PATRIS MEI
QUIS ENIM HOMINUM POTERIT
SCIRE CONSILIUM DĪ
AUT QUIS POTERIT COGITARE
QUID UELIT DS̄
COGITATIONES ENIM MORTALIŪ
TIMIDAE
ET INCERTAE PROUIDENTIAE
NOSTRAE
CORPUS ENIM QUOD CORRUMPI
TUR ADGRAUAT ANIMAM
ET DEPRIMIT TERRENA
INHABITATIO SENSUM
MULTA COGITANTEM
ET DIFFICILE AESTIMAMUS
QUAE IN TERRA SUNT
ET QUAE IN PROSPECTU SUNT
INUENIMUS CUM LABORE
QUAE IN CAELIS SUNT AUTEM
QUIS INUESTIGABIT
SENSUM AUTEM TUUM QUIS SCIUIT
NISI TU DEDERIS SAPIENTIAM
ET MISERIS SC̄M SPIRITUM
DE ALTISSIMIS
ET SIC CORRECTAE SUNT SEMITAE
EORUM QUI IN TERRIS SUNT
ET QUAE TIBI PLACENT
DIDICERUNT HOMINES
NON PER SAPIENTIAM SANATI SUNT
QUICUMQUE PLACUERINT TIBI
D̄NE A PRINCIPIO
XV HAEC ILLUM QUI PRIMUS FINCTUS
EST PATREM ORBIS TERRARUM
CUM SOLUS ESSET CREATUS
CUSTODIUIT ET EDUXIT ILLUM
A DELICTO SUO
ET DEDIT ILLI UIRTUTEM
CONTINENDI OMNIA
AB HAC UT RECESSIT INIUSTUS
IN IRA SUA
PER IRAM HOMICIDII FRATERNI
TAS DEPERIIT
PROPTER QUEM CUM AQUA
DELERET TERRAM ITERUM
SANAUIT SAPIENTIA
PER CONTEMPTIBILE LIGNUM
IUSTUM GUBERNANS
HAEC ET IN CONSENSU NEQUITIAE
CUM SE NATIONES CONTU
LISSENT
SCIUIT IUSTUM ET SERUAUIT
SINE QUAERELLA DŌ
ET IN FILIIS MISERICORDIAM
FORTEM CUSTODIUIT
HAEC IUSTUM A PEREUNTIBUS
IMPIIS LIBERAUIT FUGIENTEM
DESCENDENTE IGNE
IN PENTAPOLI
CUIUS IN TESTIMONIUM NEQUITIAE
FUMIGABUNDA CONSTAT TERRA
ET IN CERTO TEMPORE FRUCTUS
HABENTES ARBORES
ET INCREDIBILIS ANIMAE
MEMORIA STANS FIGMEN
TUM SALIS

SAPIENTIAM ENIM PRAETER
EUNTES NONTANTUM INHOC
LAPSISUNT UT IGNORENT BONA
SED INSIPIENTIAE SUAE RELINQUE
RUNT HOMINIBUS MEMORIAM
UT INHIS QUAE PECCAUERUNT
NEC LAETARI POTUISSENT
SAPIENTIA AUTEM HOS QUI SE
OBSERUANT A DOLORIBUS
LIBERAUIT
VI HAEC PROFUGUM IRAE FRATRIS
IUSTUM DEDUXIT PERUIAS
RECTAS
ET OSTENDIT ILLI REGNUM DĪ
ET DEDIT ILLI SCIENTIAM SCŌRŪ
HONESTAUIT ILLUM IN LABORIB·
ET CONPLEUIT LABORES ILLIUS
IN FRAUDE CIRCUMUENIENTIUM
ILLUM ADFUIT
ET HONESTUM ILLUM FECIT
CUSTODIUIT ILLUM AB INIMICIS
ET A SEDUCTORIBUS TUTAUIT EUM
ET CERTAMEN FORTEM DEDIT
ILLI UT UINCERET
ET SCIRET QUONIAM OMNIUM
POTENTIOR EST SAPIENTIA
HAEC UENDITUM IUSTUM
NON DERELIQUIT
SED A PECCATORIBUS LIBERAUIT EŪ
DESCENDITQUE CUM ILLO IN FOUEĀ
ET IN UINCULIS NON DERELINQUIT EŪ
DONEC AFFERRET ILLI
SCEPTRUM REGNI
ET POTENTIAM ADUERSUS EOS
QUI EUM DEPRIMEBANT
ET MENDACES OSTENDIT QUI
MACULAUERUNT ILLUM
ET DEDIT ILLI CLARITATEM
AETERNAM
HAEC POPULUM IUSTUM ET
SEMEN SINE QUAERELLA
LIBERAUIT A NATIONIBUS QUAE
ILLUM CONPRIMEBANT
INTRAUIT IN ANIMAM SERUI DNI

ET STETIT CONTRA REGES HORREN
DOS IN PORTENTIS ET SIGNIS
ET REDDIDIT IUSTIS MERCEDEM
LABORUM SUORUM
ET DEDUXIT EOS IN UIA MIRABILI
ET FUIT ILLIS IN UELAMENTO
DIEI ET IN LUCE STELLARUM
NOCTE
TRANSTULIT ILLOS MARE RUBRŪ
ET TRANSUEXIT ILLOS
PER AQUAM NIMIAM
INIMICOS AUTEM ILLORUM
DEMERSIT IN MARE
ET AB ALTITUDINE INFERORUM
EDUXIT ILLOS
IDEO IUSTI TULERUNT
SPOLIA IMPIORUM
ET DECANTAUERUNT DNE
NOMEN SCM TUUM
ET UICTRICEM MANUM TUAM
LAUDAUERUNT PARITER
QUONIAM SAPIENTIA APERUIT
OS MUTORUM ET LINGUAS IN
FANTIUM FECIT DISERTAS
XI DIREXIT OPERA ILLORUM IN
MANIBUS PROPHETAE
ITER FECERUNT PER DESERTA
QUAE NON INHABITABANTUR
ET IN LOCIS SECRETIS
FIXERUNT CASAS
VI STETERUNT CONTRA HOSTES
ET DE INIMICIS SE UINDICA
UERUNT
SITIERUNT ET INUOCAUERUNT TE
ET DATA EST ILLIS DE PETRA
ALTISSIMA AQUA
ET REQUIES SITIS DE LAPIDE DURO
POENAS PASSI SUNT INIMICI EORŪ
A DEFECTIONE POTUS SUI
ET CUM HABUNDARENT FILII ISRL
LAETATI SUNT
PER HAEC CUM ILLIS DEESSENT
BENE CUM ILLIS ACTUM EST
NAM PRO FONTE QUIDEM

SEMPITERNI FLUMINIS
HUMANUM SANGUINEM
DEDISTI INIUSTIS
QUI CUM MINUERENTUR IN TRA
DUCTIONE INFANTIUM
OCCISORUM
DEDISTI ILLIS ABUNDANTEM
AQUAM INSPERATE
OSTENDENS PER SITIM
QUAE TUNC FUIT
QUEMADMODUM TUOS EXALTA
RES ET ADVERSARIOS ILLORUM
NECARES
CUM ENIM TEMTATI SUNT
ET QUIDEM CUM MISERI
COR DIA DISCIPLINAM
ACCIPIENTES
SCIERUNT QUEMADMODUM
CUM IRA IUDICATI IMPII TOR
MENTA PATERENTUR
HOS QUIDEM TAMQUAM PATER
MONENS PROBASTI ILLOS
AUTEM TAMQUAM REX IUSTUS
INTERROGANS CONDEMNASTI
ABSENTES ENIM ET PRAESENTES
SIMILITER TORQUEBANTUR
DUPLEX ENIM ILLOS ACCEPERAT
TAEDIUM
ET GEMITUS CUM MEMORIA
PRAETERITORUM
CUM ENIM AUDIRENT PER SUA
TORMENTA
BENE SECUM AGI COMMEMO
RATI SUNT DNM ADMIRANTES
IN FINEM EXITUS
QUEM ENIM IN DISPOSITIONE
PRAVA PROIECTUM
DERISERUNT
IN FINEM EVENTUS MIRATI SUNT
NON SIMILITER IUSTIS FACIENS
PRO COGITATIONIBUS AUTEM
INSENSATIS INIQUITATES
ILLORUM
QUOD QUIDAM ERRANTES
COLEBANT MUTOS SERPENTES
ET BESTIAS SUPERVACUAS
INMISISTI ILLIS MULTITUDINEM
MUTORUM ANIMALIUM
IN VINDICTAM
UT SCIRENT QUIA PER QUAE
PECCAT QUIS PER HAEC
ET TORQUETUR
NON ENIM INPOSSIBILIS ERAT
OMNIPOTENS MANUS TUA
QUAE CREAVIT ORBEM TERRA
RUM EX MATERIA INVISA
INMITTERE ILLIS MULTITUDI
NEM URSORUM AUT AUDACES
LEONES
AUT NOVI GENERIS IRA PLENAS
AUT IGNOTAS BESTIAS
AUT VAPOREM IGNEUM
SPIRANTES
AUT ODOREM FUMI PRO
FERENTES
AUT HORRENDAS AB OCULIS SCIN
TILLAS EMITTENTES
QUARUM NON SOLUM LAESURA
POTERAT ILLOS EXTERMINARE
SED ET ASPECTUS PER TIMO
REM OCCIDERE
SED ET SINE HIS UNO SPU
OCCIDI POTUERANT
PERSECUTIONEM PASSI
AB IPSIS FACTIS SUIS
ET DISPERSI PER SPM VIRTUTIS
TUAE
SED OMNIA MENSURA ET NUME
RO ET PONDERE DISPOSUISTI
MULTUM ENIM VALERE TIBI
SOLI SUPERAT SEMPER
ET VIRTUTE BRACHII TUI
QUIS RESISTET
QUONIAM TAMQUAM MOMEN
TUM STATERAE SIC ANTE TE
EST ORBIS TERRARUM
ET TAMQUAM GUTTA RORIS
ANTELUCANI QUAE DESCENDIT

INTERRAM
SEDMISERERISOMNIUM
QUONIAMOMNIAPOTES
ETDISSIMULAS PECCATA
HOMINUM PROPTER
PAENITENTIAM
DILIGISENIM OMNIAQUAESUNT
ET NIHIL ODISTI HORUM
QUAEFECISTI
NECENIM ODIENSALIQUID
CONSTITUISTI
QUOMODOAUTEM POSSET
ALIQUID PERMANERE
NISITUUOLUISSES
AUTQUODATEUOCATUM NON
ESSET CONSERUARETUR
PARCIS AUTEM OMNIBUS
QUONIAM TUASUNT DN̄E
QUIAMIMAS AMAS
VIII XCII O QUAM BONUS ETSUAUISEST
DN̄E SP̄S TUUS INOMNIBUS
IDEOQUE HOSQUIEXERRANT
PARTIBUSCORRIPIS
ETDEQUIBUS PECCANT AMMO
NENSALLOQUERIS
UTRELICTAMALITIACREDANT
INTEDN̄E
ILLOSENIM ANTIQUOS INHABITA
TORES SC̄AETUAETERRAE
QUOS EXHORRUISTI
QUONIAM ODIBILIAOPERATIBI
FACIEBANT
PERMEDICAMINA ETSACRI
FICIA INIUSTA
FILIORUM SUORUM NECATORES
SINE MISERICORDIA
ETCOMESTORES UISCERUM
HOMINUM
ETDEUORATORES SANGUINIS
AMEDIOSACRAMENTO TUO
ETAUCTORES PARENTESANIMA
RUM INAUXILIATARUM
UOLUISTI PERDERE PERMANUS
PARENTUM NOSTRORUM

UTDIGNIPERCIPERENT PEREGRINA
TIONEM PUERORUMDĪ
QUAETIBI OMNIUMCARIORESTERRA
SEDHIS TAMQUAM HOMINIBUS
PEPERCISTI
ETMISISTI ANTECESSORES EXERCI
TUSTUIUESPAS
UTILLOS PAULATIM EXTERMI
NARENT
NONQUIAINPOTENS ERAS INBELLO
SUBICERE IMPIOS IUSTIS
AUT BESTIIS SAEUIS AUTUERBODURO
SIMUL EXTERMINARE
SED PARTIBUS IUDICANS DABAS
LOCUM PAENITENTIAE
NONIGNORANS QUONIAM NEQUA
EST NATIO EORUM
ETNATURALIS MALITIA IPSORUM
ETQUONIAM NONPOTERAT
MUTARICOGITATIO EORUM
INPERPETUUM
SEMENENIM ERAT MALEDICTUM
ABINITIO
NECTIMENSALIQUEM UENIAM
DABAS PECCATIS ILLORUM
QUISENIM DICETTIBIQUIDFECISTI
AUTQUISSTABIT CONTRA
IUDICIUMTUUM
AUTQUIS INCONSPECTUTUO
UENIET UINDEX INIQUORUM
HOMINUM
AUTQUISTIBI IMPUTAUIT NATIO
NES SIPERIERINT QUASTU
FECISTI
NECENIM EST ALIUSDS̄ QUAMTU
CUIUS CURAEST DEOMNIBUS
UTOSTENDAS QUONIAM NONIN
IUSTE IUDICAS IUDICIUM
NEQUE REX NEQUE TYRANNUS
INCONSPECTUTUO INQUIRET
DEHIS QUOS PERDIDISTI
CUM SIS ERGO IUSTUS IUSTE
OMNIA DISPONIS
IPSUM QUOQUE QUINONDEBET

PUNIRI CONDEMNAS
ET EXTERMAESTIMAS A TUA
UIRTUTE
UIRTUS ENIM TUA IUSTITIAE
INITIUM EST
ET AB HOC QUOD OMNIUM DNS
ES OMNIBUS TE PARCERE FACIS
UIRTUTEM ENIM OSTENDIS TU
QUI NON CREDERIT ESSE IN UIR
TUTE CONSUMMATUS
ET HOS QUI SCIUNT AUDACIAM
TRADUCIS
TU AUTEM DOMINATOR UIRTUTIS
CUM TRANQUILLITATE IUDICAS
ET CUM MAGNA REUERENTIA
DISPONIS NOS
SUBEST ENIM TIBI CUM UOLU
ERIS POSSE AUTEM
DOCUISTI POPULUM TUUM
PER TALIA OPERA
QUONIAM OPORTET IUSTUM
ESSE ET HUMANUM
ET BONAE SPEI FECISTI
FILIOS TUOS
QUONIAM DAS LOCUM IN PECCA
TIS PAENITENTIAE
SI ENIM INIMICOS SERUORUM
TUORUM ET DEBITOS MORTI
CUM TANTA CRUCIASTI ATTENTIO
NE ET LIBERASTI DANS TEMPUS
ET LOCUM PER QUEM POSSIT
MUTARI MALITIA
CUM QUANTA DILIGENTIA
IUDICAS FILIOS TUOS
QUORUM PARENTIBUS IURA
MENTA ET CONUENTIONES
DEDISTI BONARUM PRO
MISSIONUM
CUM NOBIS ERGO DISCIPLINAM
DAS INIMICOS NOSTROS MUL
TIPLICITER FLAGELLAS
UT BONITATEM TUAM COGITE
MUS IUDICANTES
ET CUM DE NOBIS IUDICATUR
SPEREMUS MISERICORDIAM
UNDE ET ILLIS QUI IN UITA SUA
INSENSATE ET INIUSTE
UIXERUNT
PER HAEC QUAE COLUERUNT DEDISTI
SUMMA TORMENTA
ETENIM IN ERRORIS UIA DIUTIUS
ERRAUERUNT
DEOS AESTIMANTES HAEC QUAE
IN ANIMALIBUS SUNT SUPER
UACUA
INFANTIUM INSENSATORUM
MORE UIUENTES
PROPTER HOC TAMQUAM
PUERIS INSENSATIS IUDICIUM
IN DERISUM DEDISTI
QUI AUTEM IN LUDIBRIIS INCRE
PATIONIS NON CORREPTI SUNT
DIGNUM DI IUDICIUM EX
PERTI SUNT
IN HIS ENIM QUAE PATIEBANTUR
MOLESTE FEREBANT
IN QUIBUS PATIENTES
INDIGNABANTUR
PER HAEC QUOS PUTABANT
DEOS IN IPSIS CUM EX
TERMINARENTUR
UIDENTES ILLUM QUEM OLIM
NEGABANT SE NOSSE DM
UERUM AGNOUERUNT
PROPTER QUOD ET FINIS
CONDEMNATIONIS ILLORUM
UENIET
XIII UANI SUNT AUTEM OMNES
HOMINES IN QUIBUS NON SUB
EST SCIENTIA DI
ET DE HIS QUAE UIDENTUR BONA
NON POTUERUNT INTELLE
GERE EUM QUI EST
NEQUE OPERIBUS ATTENDEN
TES AGNOUERUNT QUIS
ESSET ARTIFEX
SED AUT IGNEM AUT SPM
AUT CITATUM AEREM

AUT GYRUM STELLARUM AUT
NIMIAM AQUAM
AUT SOLEM ET LUNAM RECTORES
ORBIS TERRARUM DEOS PUTA
UERUNT
QUORUM SI SPECIE DELECTATI
DEOS PUTAUERUNT
SCIANT QUANTO DOMINATOR
EORUM SPECIOSIOR EST
SPECIEI ENIM GENERATOR
HAEC OMNIA CONSTITUIT
AUT SI UIRTUTEM ET OPERA
EORUM MIRATI SUNT
INTELLEGANT AB IPSIS QUONIAM
QUI HAEC CONSTITUIT FORTIOR
EST ILLIS
A MAGNITUDINE ENIM SPECIEI
ET CREATURAE COGNOSCIBILITER
POTERIT HORUM CREATOR
UIDERI
SED TAMEN ADHUC IN HIS MINOR
EST QUAERELLA ET HI ENIM
FORTASSIS ERRANT
DM QUAERENTES ET UOLENTES
INUENIRE
ETENIM CUM IN OPERIBUS ILLIUS
CONUERSENTUR INQUIRUNT
ET PERSUASUM HABENT
QUONIAM BONA SUNT
QUAE UIDENTUR
VIIII ITERUM AUTEM NEC
HIS DEBET IGNOSCI
SI ENIM TANTUM POTUERUNT
SCIRE UT POSSENT AESTIMARE
SAECULUM
QUOMODO HUIUS DNM NON
FACILIUS INUENERUNT
INFELICES AUTEM SUNT
ET INTER MORTUOS SPES
ILLORUM EST
QUI APPELLAUERUNT DEOS OPERA
MANUUM HOMINUM
AURUM ET ARGENTUM ARTIS
INUENTIONEM SIMILITUDINES
ANIMALIUM
AUT LAPIDEM INUTILEM OPUS
MANUS ANTIQUAE
AUT SI QUIS ARTIFEX FABER DE SILUA
LIGNUM RECTUM SECAUERIT
ET HUIUS DOCTE ERADAT OMNEM
CORTICEM
ET ARTE SUA USUS DILIGENTER
FABRICET UAS INUTILE IN CON
UERSATIONEM UITAE
RELIQUIAS AUTEM EIUS OPERIS
AD PRAEPARATIONEM ESCAE
ABUTATUR
ET RELIQUUM HORUM QUOD AD
NULLIUS USUS FACIT
LIGNUM CURUUM ET UERTICIBUS
PLENUM
SCULPAT DILIGENTER PER
UACUITATEM SUAM
ET PER SCIENTIAM ARTIS SUAE
FIGURET ILLUD
ET ADSIMILET ILLUD IMAGINE
HOMINIS AUT ALICUI EX ANIMA
LIBUS ILLUD COMPARET
PERLINIENS LUBRICA ET RUBICUN
DUM FACIENS FOCO COLOREM
ILLIUS
ET OMNEM MACULAM QUAE
IN ILLO EST PERLINIENS
ET FACIAT EI DIGNAM HABITATIONEM
IN PARIETE PONENS ILLUD CONFIR
MANS FERRO NE FORTE CADAT
PROSPICIENS ILLUM
SCIENS QUONIAM NON POTEST
SE ADIUUARE
IMAGO ENIM EST ET OPUS EST
ILLI ADIUTORIUM
ET DE SUBSTANTIA SUA ET FILIIS
SUIS NUPTIIS UOTUM FACIENS
INQUIRIT
NON ERUBESCIT LOQUI CUM ILLO
QUI SINE ANIMA EST
ET PRO SANITATE QUIDEM INFIRMŪ
DEPRECATUR ET PRO UITA

MORTUUM ROGAT
ET IN ADIUTORIUM INUTILEM
INUOCAT
ET PRO ITINERE PETIT AB HOC QUI
AMBULARE NON POTEST
ET DE ADQUIRENDO ET DE OPERANDO
ET DE OMNIUM RERUM EUENTU
PETIT AB EO QUI IN OMNIBUS EST
INUTILIS
XIIII ITERUM ALIUS NAUIGARE COGITANS
ET PER FERROS FLUCTUS INCIPIENS
ITER FACERE LIGNO PORTANTE SE
FRAGILIUS LIGNUM INUOCAT
ILLUD ENIM CUPIDITAS ADQUIREN
DI EXCOGITAUIT
ET ARTIFEX SAPIENTIA SUA
FABRICAUIT
TUA AUTEM PATER GUBERNAT
PROUIDENTIA
QUONIAM DEDISTI IN MARE UIĀ
ET INTER FLUCTUS SEMITAM
FORTISSIMAM
OSTENDENS QUONIAM EX OMNIB·
POTES SANARE ETIAM SI SINE
RATE ALIQUIS ADEAT
SED UT NON ESSENT UACUA SAPIEN
TIAE TUAE OPERA
PROPTER HOC ETIAM EXIGUO
LIGNO CREDUNT HOMINES
ANIMAS SUAS
ET TRANSEUNTES MARE PER RATĒ
LIBERATI SUNT
AB INITIO ENIM CUM PERIRENT
SUPERBI GIGANTES
SPES ORBIS TERRARUM AD RATEM
CONFUGIENS
REMISIT SAECULO SEMEN NATIUI
TATIS QUAE MANU TUA ERAT
GUBERNATA
BENEDICTUM EST ENIM LIGNUM
PER QUOD FIT IUSTITIA
PER MANUS AUTEM QUOD FIT
DOLUM MALEDICTUM est IPSUM
ET QUI FECIT ILLUD
QUIA ILLE QUIDEM OPERATUS EST
ILLUD AUTEM CUM ESSET FRAGILE
DS̄ COGNOMINATUS EST
SIMILITER AUTEM ODIO SUNT
DŌ IMPIUS ET IMPIETAS EIUS
ETENIM CUM FACTUM EST
CUM ILLO QUI FECIT TORMENTA
PATIETUR
PROPTER HOC ET IDOLIS NATIONUM
NON ERIT RESPECTUS
QUONIAM CREATURAE DĪ IN ODIO
FACTAE SUNT
ET IN TEMPTATIONEM ANIMIS
HOMINUM
ET IN MUSCIPULIS PEDIBUS
INSIPIENTIUM
INITIUM ENIM FORNICATIONIS EST
EXQUISITIO IDOLORUM
ET ADINUENTIO ILLORUM
CORRUPTIO UITAE EST
NEQUE ERANT AB INITIO NEQUE
ERUNT IN PERPETUUM
SUPERUACUITAS ENIM HOMINUM
HOC ADINUENIT IN ORBEM
TERRARUM
ET IDEO BREUIS ILLORUM FINIS
INUENTUS EST
ACERUO ENIM LUCTU DOLENS PATER
CITO SIBI RAPTI FILII FECIT
IMAGINEM
ILLUM QUI TUNC HOMO MORTUUS
FUERAT
NUNC TAMQUAM DM̄ COLERE COEPIT
ET CONSTITUIT INTER SERUOS SUOS
SACRA ET SACRIFICIA
DEINDE INTERUENIENTE TEMPORE
CONUALESCENTE INIQUA
CONSUETUDINE
HIC ERROR TAMQUAM LEX
CUSTODITA EST
ET TYRANNORUM IMPERIO
COLEBANTUR FIGMENTA
HOS QUOS IN PALAM HONORARE
NON POTERANT HOMINES

PROPTER QUOD LONGE ESSENT
E LONGINQUO FIGURA ILLORUM
ALLATA
EUIDENTEM IMAGINEM
REGIS QUEM HONORARE
UOLEBANT FECERUNT
UT ILLUM QUI ABIERAT TAMQUAM
PRAESENTEM COLERENT
SUA SOLLICITUDINE
PROUEXIT AUTEM AD HORUM
CULTURAM ET HOS QUI IGNO
RABANT ARTIFICIS EXIMIAM
DILIGENTIAM
ILLE ENIM UOLENS PLACERE ILLI
QUI SE ASSUMSIT
ELABORAUIT ARTE SUA UT SIMI
LITUDINEM IN MELIUS
FIGURARET
MULTITUDO AUTEM ADDUCTA
PER SPECIEM OPERIS
EUM QUI ANTE TEMPUS
TAMQUAM HOMO HONORA
TUS FUERAT NUNC DM̄
EXTIMAUERUNT
ET HAEC FUIT UITAE HUMANAE
DECEPTIO
QUONIAM AUT AFFECTUI AUT
REGIBUS DESERUIENTES
HOMINES
INCOMMUNICABILE NOMEN
LAPIDIBUS ET LIGNIS
INPOSUERUNT
ET NON SUFFICERAT ERRASSE
EOS CIRCA DI SCIENTIAM
SED IN MAGNO UIUENTES
INSCIENTIAE BELLO
TOT ET TAM MAGNA MALA
PACEM APPELLANT
AUT ENIM FILIOS SUOS
SACRIFICANTES
AUT OBSCURA SACRIFICIA
FACIENTES
AUT INSANIAE PLENAS UIGILIAS
HABENTES
NEQUE UITAM NEQUE NUPTIAS
MUNDAS IAM CUSTODIUNT
SED ALIUS ALIUM PER INUIDIAM
OCCIDIT AUT ADULTERANS
CONTRISTAT
ET OMNIA CONMIXTA SUNT
SANGUIS HOMICIDIUM
FURTUM ET FICTIO
CORRUPTIO INFIDELITAS TURBATIO
ET PERIURIUM TUMULTUS
BONORUM DNI INMEMORATIO
ANIMARUM INQUINATIO NATIUITA
TIS INMUTATIO
NUPTIARUM INCONSTANTIA MOECHIAE
INPUDICITIA
INFANDORUM ENIM IDOLORUM
CULTURA
OMNIS MALI CAUSA EST ET INITIUM
ET FINIS
AUT ENIM DUM LAETANTUR
INSANIUNT
AUT UATICINANTUR FALSA
AUT UIUUNT INIUSTE AUT
PERIURANT CITO
DUM ENIM CONFIDUNT IN IDOLIS
QUAE SUNT SINE ANIMA
MALE IURANTES NOCERI SE
NON SPERANT
UTRAQUE ERGO ILLIS UENIENT
DIGNE
QUONIAM MALE SENSERUNT DE DŌ
ADTENDENTES IDOLIS
ET IN IUSTE IURAUERUNT IN DOLO
CONTEMNENTES IUSTITIAM
NON ENIM IURANTIUM EST UIRTUS
SED PECCANTIUM POENA PER
AMBULAT SEMPER INIUSTO
RUM PRAEUARICATIONEM
XV. X TU AUTEM DS NOSTER SUAUIS
ET UERUS ES PATIENS ET MISE
RICORDIA DISPONENS OMNIA
ETENIM SI PECCAUERIMUS
TUI SUMUS SCIENTES
MAGNITUDINEM TUAM

ET SI NON PECCAVERIMUS SCIMUS
QUONIAM APUD TE SUMUS
CONPUTATI
NOSSE ENIM TE CONSUMMATA
EST IUSTITIA
ET SCIRE IUSTITIAM ET VIRTUTEM
TUAM RADIX EST INMORTALI
TATIS
NON ENIM IN ERROREM INDUXIT
NOS HOMINUM MALAE ARTIS
EXCOGITATIO
NEC UMBRAE PICTURAE LABOR
SINE FRUCTU
EFFIGIES SCULPTA PER VARIOS
COLORES
CUIUS ASPECTUS INSENSATO DAT
CONCUPISCENTIAM
ET DILIGIT MORTUAE IMAGINIS
EFFIGIEM SINE ANIMA
MALORUM AMATORES DIGNI
QUI SPEM IN TALIBUS HABENT
ET QUI FACIUNT ILLOS ET QUI DILI
GUNT ET QUI COLUNT
SED ET FIGULUS MOLLEM TERRĀ
PREMENS LABORIOSE
FINGIT AD USUS NOSTROS UNUM
QUODQUE VAS
ET DE EODEM LUTO FINGIT QUAE
MUNDA SUNT IN USUM VASA
SIMILITER QUAE HIS SUNT
CONTRARIA
HORUM AUTEM VASORUM
QUI SIT USUS IUDEX EST FIGULUS
ET CUM LABORE VANUM DEUM
FINGIT DE EODEM LUTO
ILLE QUI PAULO ANTE DE TERRA
FACTUS FUERAT
ET POST PUSILLUM SE DUCIT
UNDE ACCEPTUS EST
REPETITUS DEBITUM ANIMAE
QUEM HABEBAT
SED ILLI EST CURA NON QUIA
LABORATURUS EST
NEC QUONIAM BREVIS ILLI VITA EST

SED CONCERTATUR AURIFICIBUS
ET ARGENTARIIS
SED AERARIUS IMITATUR ET GLORIĀ
PRAEFERT QUONIAM RES
SUPERVACUAE FINGIT
CINIS EST COR EIUS ET TERRA
SUPERVACUA SPES ILLIUS
ET LUTO VILIOR VITA ILLIUS
QUONIAM IGNORAVIT
QUI SE FINXIT
ET QUI SPERAVIT ILLI ANIMAM
QUAE OPERATUR ET QUI FLAVIT
SP̄M VITALEM
SED EXTIMAVERUNT LUDUM
ESSE VITAM NOSTRAM
ET CONVERSATIONEM VITAE
COMPOSITAM AD LUCRUM
ET OPORTERE UNDECUMQUE
EX MALA ADQUIRERE
HIC ENIM SUPER OMNES
SCIT SE DELINQUERE
QUI EX TERRAE MATERIA FRAGILIA
VASA ET SCULPTILIA FINGIT
OMNES ENIM INSIPIENTES
ET INFELICES
SUPRA MODUM ANIMAE
SUPERBI SUNT
INIMICI POPULI TUI ET INPE
RANTES ILLI
QUONIAM OMNIA IDOLA NATIONŪ
AESTIMAVERUNT DEOS
QUIBUS NEC OCULORUM VISUS
EST AD VIDENDUM
NEQUE NARES AD PERCIPIEN
DUM SPM
NEQUE AURES AD AUDIENDUM
NEC DIGITI MANUUM
AD TRACTANDUM
SED ET PEDES EORUM PIGRI
AD AMBULANDUM
HOMO ENIM FECIT ILLOS ET QUI SP̄M
MUTUATUS EST FINXIT ILLOS
NEMO ENIM SIBI SIMILEM POTERIT
HOMO DM̄ FINGERE

CUM SIT ENIM MORTALIS MORTUŨ
FINGIT MANIBUS INIQUIS
MELIUS EST ENIM IPSE HIS
QUOS COLIT
QUIA IPSE QUIDEM UIXIT CUM
ESSET MORTALIS ILLI AUTEM
NUMQUAM
SED ET ANIMALIA MISERRIMA
COLUNT
INSENSATA ENIM COMPARATA
HIS ALIIS SUNT DETERIORA
SED NEC ASPECTU ALIQUIS EX HIS
ANIMALIBUS BONA POTEST
CONCUPISCERE
EFFUGIT AUTEM DĪ LAUDEM
ET BENEDICTIONEM EIUS
XVI PROPTER HAEC SIMILIA PASSI
SUNT DIGNE TORMENTA
ET PER MULTITUDINEM BESTIARŨ
EXTERMINATI SUNT
PRO QUIBUS TORMENTIS BENE
DISPOSUISTI POPULUM TUUM
QUIBUS DEDISTI CONCUPISCENTIAM
DELECTAMENTI SUI NOUUM
SAPOREM
ESCAM PARANS EIS ORTYGO
METRAM
ET ILLI QUIDEM CONCUPIS
CENTES ESCAM
PROPTER EA QUAE ILLIS OSTENSA
ET MISSA SUNT
ETIAM A NECESSARIA CONCUPIS
CENTIA AUERTERENTUR
HI AUTEM IN BREUI INOPES FACTI
NOUAM GUSTAUERUNT
ESCAM
OPORTEBAT ENIM ILLIS QUIDEM
SINE EXCUSATIONE
SUPERUENIRE INTERITUM EX
ERCENTIB. TYRANNIDEM
HIS AUTEM TANTUM OSTENDERE
QUEMADMODUM INIMICI
ILLORUM EXTERMINA
BANTUR

ETENIM SUPERUENIT ILLIS SAEUA
BESTIARUM IRA MORSIBUS
PERUERSARUM COLUBRARUM
EXTERMINABANTUR
NON IN PERPETUUM PER
MANSIT IRA TUA
SED AD CORREPTIONEM IN BREUI
TURBATI SUNT
SIGNUM HABENTES SALUTIS AD
COMMEMORATIONEM
MANDATI LEGIS TUAE
QUI ENIM CONUERSUS EST NON
PER HOC QUOD UIDEBAT
SANABATUR
SED PER TE OMNIUM SALUATORĒ
ET IN HOC AUTEM OSTENDISTI
INIMICIS NOSTRIS
QUIA TU ES QUI LIBERAS AB OMNI
MALO
ILLOS ENIM LUCUSTARUM ET MUS
CARUM OCCIDERUNT MORSUS
ET NON EST INUENTA SANITAS
ANIMAE ILLORUM
QUIA DIGNI ERANT AB HUIUS MODI
EXTERMINARI
FILIOS AUTEM TUOS NEC DRACONŨ
UENENATORUM UICERUNT
DENTES
MISERICORDIA AUTEM TUA
ADUENIENS SANABAT ILLOS
IN MEMORIA ENIM SERMONUM
TUORUM EXAMINABANTUR
ET SALUABANTUR
NE IN ALTAM INCIDENTES OBLIUI
ONEM NON POSSENT TUO
UTI ADIUTORIO
ETENIM NEQUE HERBA NEQUE
MALAGMA SANAUIT ILLOS
SED TUUS DNĒ SERMO QUI
SANAT OMNIA
XI TU ENIM UITAE ET MORTIS
HABES IN POTESTATEM
ET DEDUCES AD PORTAS
MORTIS ET REDUCES

HOMO AUTEM OCCIDIT QUIDEM
PER MALITIAM ANIMAM SUAM
ET CUM EXIERIT SPS NON RE
UERTETUR
NEC REUOCABIT ANIMAM
QUAE RECEPTA EST
SED TUAM MANUM EFFUGERE
INPOSSIBILE EST
NEGANTES ENIM NOSSE TE IMPII
PER FORTITUDINEM BRACHII TUI
FLAGELLATI SUNT
NOUIS AQUIS ET GRANDINIBUS ET
PLUUIIS PERSECUTIONEM
PASSI ET IGNE CONSUMPTI
QUOD ENIM INPOSSIBILE ERAT
IN AQUA QUAE OMNIA EXTINGUIT
PLUS IGNIS UALEBAT
UINDEX EST ENIM ORBIS IUSTORŪ
QUODAM ENIM TEMPORE
MANSUETABATUR IGNIS NE CON
BURERENTUR QUAE AD IMPIOS
MISSA ERANT ANIMALIA
SED UT IPSI UIDENTES SCIRENT
QUONIAM DI IUDICIO PATIUNTUR
PERSECUTIONEM
ET QUODAM TEMPORE IN AQUA
SUPER UIRTUTEM IGNIS
ARDEBAT
UT INIQUAE TERRAE NATIONEM
EXTERMINARET
PRO QUIBUS ANGELORUM ESCA
NUTRISTI POPULUM TUUM
ET PARATUM PANEM DE CAELO
PRAESTITISTI ILLIS
SINE LABORE
OMNE DELECTAMENTUM IN SE
HABENTEM ET OMNIS SAPO
RIS SUAUITATEM
SUBSTANTIAENIM TUA DULCIDI
NEM TUAM QUAM IN FILIOS
HABES OSTENDEBAS
ET SERUIENS UNIUS CUIUSQUE
UOLUNTATI AD QUOD QUIS
UOLEBAT CONUERTEBATUR

NIX AUTEM ET GLACIES SUSTINE
BANT UIM IGNIS ET NON
TABESCEBANT
UT SCIRENT QUONIAM FRUCTUS
INIMICORUM EXTERMINABAT
IGNIS ARDENS IN GRANDINE
ET PLUUIA CORUSCANS
HOC AUTEM ITERUM UT NUTRI
RENTUR IUSTI ETIAM SUAE
UIRTUTIS OBLITUS EST
CREATURAENIM TIBI FACTORI
DESERUIENS EXCANDESCIT
IN TORMENTUM ADUERSUS
INIUSTOS
ET LENIOR FIT AD BENEFACIENDŪ
PRO HIS QUI IN TE CONFIDUNT
PROPTER HOC ET TUNC IN OMNIA
TRANSFIGURATA OMNIUM
NUTRICI GRATIAE TUAE
DESERUIEBAT
AD UOLUNTATEM HORUM QUI A TE
DESIDERATI SUNT
UT SCIRENT FILII TUI QUOS
DILEXISTI DNE
QUONIAM NON NATIUITATIS FRUCTUS
PASCUNT HOMINES
SED SERMO TUUS HOS QUI IN TE
CREDIDERUNT CONSERUAT
QUOD ENIM AB IGNI NON POTE
RANT EXTERMINARI
STATIM AB EXIGUO RADIO SOLIS
CALEFACTUM TABESCEBANT
UT NOTUM OMNIBUS ESSET
QUONIAM OPORTET PRAEUENIRE
SOLEM AD BENEDICTIONEM TUĀ
ET AD ORIENTEM LUCIS TE
ADORARE
INGRATIAENIM FIDES TAMQUAM
HIEMALIS GLACIES TABESCIT
ET DISPERIET TAMQUAM AQUA
SUPERUACUA
XVII MAGNA ENIM SUNT IUDICIA TUA
ET INENARRABILIA UERBA TUA
PROPTER HOC INDISCIPLINATAE

ANIMAE ERRAUERUNT
DUM ENIM PERSUASUM HABENT
INIQUI POSSE DOMINARI
NATIONI SCAE
UINCULIS TENEBRARUM ET LONGAE
NOCTIS COMPEDITI
INCLUSI SUB TECTIS FUGITIUI PER
PETUAE PROUIDENTIAE
IACUERUNT
ET DUM PUTANT SE LATERE
IN OBSCURIS PECCATIS
TENEBROSO OBLIUIONIS UELAMEN
TO DISPERSI SUNT
PAUENTES HORRENDE ET CUM
ADMIRATIONE NIMIA PERTURBATI
NEQUE ENIM QUAE CONTINEBAT
ILLOS SPELUNCA SINE TIMORE
CUSTODIEBAT
QUONIAM SONITUS DESCENDENS
PERTURBABAT EOS
ET PERSONAE TRISTES APPAREN
TES PAUOREM ILLIS PRAE
STABANT
ET IGNIS QUIDEM NULLA UIS POTE
RAT ILLIS LUMEN PREBERE
NEC SIDERUM LIMPIDAE FLAM
MAE INLUMINARE POTERANT
ILLAM NOCTEM HORRENDAM
APPAREBAT AUTEM ILLIS
SUBITANEUS IGNIS TIMORE
PLENUS
ET TIMORE PERCUSSI ILLIUS
QUAE NON UIDEBATUR FACIEI
AESTIMABANT DETERIORA
ESSE QUAE UIDEBANTUR
ET MAGICAE ARTIS ADPOSITI
ERANT DERISUS
ET SAPIENTIAE GLORIAE CORREP
TIO CUM CONTUMELIA
ILLI ENIM QUI PROMITTEBANT
TIMORES TURBATIONES EX
PELLERE SE AB ANIMA
LANGUENTE
HI CUM DERISU PLENI TIMORE
LANGUEBANT
NAM ET si NIHIL ILLOS EX MONSTRIS
PERTURBABAT
TRANSITU ANIMALIUM ET SERPEN
TIUM SIBILATIONE COMMOTI
TREMEBUNDI PERIEBANT
ET AEREM QUAE NULLA RATIONE
QUIS EFFUGERE POSSET
NEGANTES SE UIDERE
CUM SIT ENIM TIMIDA NEQUITIA
DATA EST IN OMNIUM CON
DEMNATIONE
SEMPER ENIM PRAESUMIT
SAEUA TURBATA CONSCIENTIA
xii NIHIL ENIM EST TIMOR NISI
PRAESUMPTIONIS ADIUTORIUM
PRODITIO COGITATIONIS
AUXILIORUM
ET DUM ab INTRO MINOR EST
EXPECTATIO
MAIOREM PUTAT SCIENTIAM
EIUS CAUSAE DE QUA TORMEN
TUM PRAESTAT
ILLI AUTEM QUI IMPOTENTEM
UERE NOCTEM ET AB INFIMIS
ET AB ALTISSIMIS INFERIS
SUPERUENIENTEM
EUM SOMNUM DORMIENTES
ALIQUANDO MONSTRORUM
EXAGITABANTUR MORE
ALIQUANDO ANIMAE DEFICIEBANT
TRADUCTIONE
SUBITANEUS ENIM ILLIS ET INSPE
RATUS TIMOR SUPERUENERAT
DEINDE SI QUICUMQUE EX ILLIS
DECIDISSET CUSTODIEBATUR
IN CARCERE SINE FERRO RECLUSUS
SI ENIM RUSTICUS QUIS ERAT AUT
PASTOR AUT AGRI LABORUM
OPERARIUS PRAEOCCUPATUS
ESSET INEFFUGABILEM SUSTI
NEBAT NECESSITATEM
UNA ENIM CATENA TENEBRARUM
OMNES ERANT CONLIGATI

SIUE SPS SIBILANS AUT INTER
SPISSOS RAMOS AUIUM
SONUS SUAUIS
AUT UIS AQUAE DECURRENTIS
NIMIUM
AUT SONUS UALIDUS PRAECIPITA
TARUM PETRARUM
AUT LUDENTIUM ANIMALIUM
CURSUS INUISUS
AUT MUGIENTIUM UALIDA
BESTIARUM UOX
AUT RESONANS DE ALTISSIMIS
MONTIBUS ECHO
DEFICIENTES FACIEBANT ILLOS
PRAE TIMORE
OMNIS ENIM ORBIS TERRARUM
LIMPIDO LUMINABATUR LUMINE
ET NON IMPEDITIS OPERIBUS
CONTINEBATUR
SOLIS AUTEM ILLIS SUPERPOSITA
ERAT GRAUIS NOX
IMAGO TENEBRARUM QUAE SUPER
UENTURA ILLIS ERAT
IPSI ERGO SIBI ERANT GRAUIORES
TENEBRIS
XVIII SCIS AUTEM TUIS MAXIMA
ERAT LUX
ET HORUM QUIDEM UOCEM
AUDIEBANT SED FIGURAM
NON UIDEBANT
ET QUIA NON ET IPSI PER EADEM
PASSI ERANT MAGNIFICABANT
ET QUI ANTE LESI ERANT
QUONIAM NON LEDEBANTUR
GRATIAS AGEBANT
ET UT ESSET DIFFERENTIA
DOMINUM PETEBANT
PROPTER QUOD IGNI ARDENTEM
COLUMNAM DUCEM HABUE
RUNT IGNOTAE UIAE
ET SOLEM SINE LAESURA BONI
HOSPITII PRAESTITISTI
DIGNI QUIDEM ILLI CARERE LUCE
ET PATI CARCEREM TENEBRARŨ

QUI INCLUSOS CUSTODIEBANT FILIOS TUOS
PER QUOS INCIPIEBAT CORRUPTUM
LEGIS LUMEN SAECULO DARI
CUM COGITARENT IUSTORUM
OCCIDERE INFANTES
ET UNO EXPOSITO FILIO ET LIBERATO
IN TRADUCTIONEM ILLORUM
MULTITUDINEM FILIORUM
ABSTULISTI
ET PARITER ILLOS PERDIDISTI
IN AQUAM UALIDAM
ILLA NOX ANTE COGNITA EST
A PATRIBUS NOSTRIS
UT UERE SCIENTES QUIBUS IURA
MENTIS CREDIDERUNT ANIMAE
ÆQUIORES ESSENT
SUSCEPTA EST AUTEM A POPULO
TUO SANTITAS QUIDEM IUSTORŨ
INIUSTORUM AUTEM
EXTERMINATIO
SICUT ENIM LAESISTI ADUERSARIOS
SIC NOS PROUOCANS MAGNIFICASTI
ABSCONSE ENIM SACRIFICABANT
IUSTI PUERI BONORUM
ET IUSTITIAE LEGEM CONCORDIA
DISPOSUERUNT
SIMILITER BONA ET MALA
PERCEPTUROS IUSTOS
PATRIAS DECANTANTES LAUDES
RESONABAT AUTEM INCONUENI
ENS INIMICORUM UOX
ET FLEBILIS AUDIEBATUR PLANCTUS
PLORATORUM INFANTIUM
SIMILI AUTEM POENA SERUUS
CUM DÑO AFFLICTUS
ET POPULARIS HOMO REGI
SIMILIA PASSUS
SIMILITER ERGO OMNES UNO
NOMINE MORTIS MORTUOS
HABEBANT INNUMERABILES
NEC ENIM AD SEPELIENDUM
UIUI SUFFICIEBANT
QUONIAM UNO MOMENTO QUAE
ERAT CLARIOR NATIO ILLORUM

EXTERMINATA EST
DE OMNIBUS ENIM NON CREDENTES
PROPTER BENEFICIA
TUNC CUM FUIT EXTERMINIUM
PRIMOGENITORUM
SPONDERUNT POPULUM DĪ ESSE
CUM ENIM QUIETUM SILENTIUM
CONTINERET OMNIA
ET NOX IN SUO CURSU MEDIUM
ITER HABERET
OMNIPOTENS SERMO TUUS
DE CAELO A REGALIBUS SEDIBUS
UENIT
DURUS DEBELLATOR IN MEDIAM
EXTERMINII TERRAM PROSILUIT
GLADIUS ACUTUS INSIMULATUM
IMPERIUM TUUM PORTANS
ET STANS REPLEUIT OMNIA MORTE
ET USQUE AD CAELUM ADTINGEBAT
STANS IN TERRAM
TUNC CONTINUO UISUS SOMNIORŪ
MALORUM TURBAUERUNT ILLOS
ET TIMORES SUPERUENERUNT
INSPERATI
ET ALIUS ALIUBI PROTECTUS
SEMINIUUS
PROPTER QUAM MORIEBATUR
CAUSAM DEMONSTRABAT
UISIONES ENIM QUAE ILLOS TURBA
UERUNT HAEC PROMINEBANT
NE INSCII QUARE MALA PATIEBAN
TUR DEPERIRENT
TETIGIT AUTEM TUNC IUSTUS
TEMTATIO MORTIS
ET COMMOTIO IN HEREMO
FACTA EST MULTITUDINIS
SED NON DIU PERMANSIT IRA
PROPERANS ENIM HOMO SINE
QUAERELLA PROPUGNAUIT
PROFERENS SERUITUTIS SUAE
SCUTUM ORATIONEM
ET PER INCENSUM DEPRAECATIO
NEM ALLEGANS
RESTITIT IRAE ET FINEM
IMPOSUIT NECESSITATI
OSTENDENS QUONIAM TUUS EST
FAMULUS
UICIT AUTEM TURBAS NON IN UIRTUTE
CORPORIS NEC ARMATURA POTEN
TIAE SED UERBO UEXATOREM
SUBIECIT
IURAMENTA PARENTUM
COMMEMORANS
CUM ENIM IAM ACERUATIM
CECIDISSENT SUPER ALTERU
TRUM MORTUI
INTERSTETIT ET AMPUTAUIT
IMPETUM
ET DIUISIT ILLAM QUAE AD UIUOS
DEDUCEBAT UIAM
IN UESTE ENIM PUDORIS
QUAM HABEBAT TOTUS ERAT
ORBIS TERRARUM
ET PARENTUM MAGNALIA
IN QUATTUOR ORDINIBUS
LAPIDUM ERAT SCULPTA
ET MAGNIFICENTIA TUA IN DIADE
MATE CAPITIS ILLIUS ERAT
SCRIBTA
HIS CESSIT QUI EXTERMINABAT
ET HAEC EXTIMUIT
ERAT ENIM SOLA TEMTATIO
IRAE SUFFICIENS
XIX IMPIIS AUTEM USQUE IN NOUIS
SIMUM SINE MISERICORDIA
IRA SUPERUENIT
PRAESCIEBAT ENIM FUTURA
ILLORUM
QUONIAM CUM IPSI PERMISIS
SENT UT SE EDUCERENT
ET CUM MAGNA SOLLICITUDINE
DIMISISSENT ILLOS
CONSEQUEBANTUR ILLOS
PAENITENTIA ACTUS
ADHUC ENIM INTER MANUS
HABENTES LUCTUM
ET DEPLORANTES AD MONU
MENTA MORTUORUM

ALIAM SIBI ADSUMSERUNT COGI
TATIONEM INSCIENTIAE
ET QUOS ROGANTES PROIECERUNT
HOS TAMQUAM FUGITIUOS
PERSEQUEBANTUR
DUCEBAT ENIM ILLOS AD HUNC
FINEM DIGNA NECESSITAS
ET HORUM QUAE ACCIDERĀT
COMMEMORATIONEM
AMITTEBANT
UT QUAE DEERĀT TORMENTIS
REPLERET PUNITIO
ET POPULUS QUIDEM TUUS
MIRABILITER TRANSIRET
ILLI AUTEM NOUAM MORTEM
INUENIRENT
OMNIS CREATURA AD SUUM
GENUS AB INITIO REFIGURABA
TUR DESERUIENS TUIS
PRAECEPTIS
UT PUERI TUI CUSTODIRENTUR
INLAESI
NAM NUBIS CASTRA EORUM
OBUMBRABAT
ET EX AQUA QUAE ANTE ERAT
TERRA ARIDA APPARUIT
ET EX MARI RUBRO UIA SINE
INPEDIMENTO
ET CAMPUS GERMINANS
DE PROFUNDO NIMIO
PER QUEM OMNIS NATIO TRANSI
UIT QUAE TEGEBATUR TUA MANU
UIDENTES MIRABILIA ET MONSTRA
TAMQUAM EQUI ENIM DEPAUE
RUNT ET TAMQUAM AGNI
EXULTAUERUNT
MAGNIFICANTES TE DN̄E QUI
LIBERASTI ILLOS
MEMORES ENIM ERANT ADHUC
EORUM QUAE IN INCOLATU ILLO
RUM FACTA FUERANT
QUEMADMODUM PRO NATIONE
ANIMALIUM PRODUXIT
TERRA MUSCAS

ET PRO PISCIBUS ERUCTAUIT
FLUMUS MULTITUDINEM
RANARUM
XIII NOUISSIME AUTEM UIDERUNT
NOUAM CREATURAM AUIUM
CUM ADDUCTI CONCUPISCENTIA
POSTULAUERUNT ESCAM
EPULATIONIS
IN ALLOCUTIONE ENIM DESIDERII
ASCENDIT ILLIS DE MARI
ORTIGOMETRA
ET UEXATIONES PECCATORIBUS
SUPERUENERUNT
NON SINE ILLIS QUAE ANTE FACTA
ERANT ARGUMENTIS PER UIM
FLUMINUM
IUSTE ENIM PATIEBANTUR SECUNDŪ
SUAS NEQUITIAS
ETENIM DETESTABILIOREM IN
HOSPITALITATEM INSTITUERUNT
ALII QUIDEM IGNOTOS NON RECIPI
EBANT ADUENAS
ALII AUTEM BONOS HOSPITES IN
SERUITUTEM ACCIPIEBANT
ET NON SOLUM HOC SED ET ALIUS
QUIS RESPECTUS ERIT ILLORUM
QUONIAM INUITI RECIPIEBANT
EXTRANEOS
QUI AUTEM CUM LAETITIA RECEPE
RUNT HOS QUI EISDEM USI
ERANT IUSTITIIS
SAEUISSIMIS AFFLIXERUNT DOLORIB·
PERCUSSI SUNT AUTEM CAECITATE
SICUT ILLI IN FORIBUS IUSTI
CUM SUBITANEIS COOPERTI
ESSENT TENEBRIS
UNUSQUISQUE OSTII SUI TRANSITŪ
QUAEREBAT
IN SE ENIM ELEMENTA DUM
CONUERTUNTUR
SICUT IN ORGANO QUALITATIS
SONITUS IMMUTATUR
ET OMNIA SUUM SONUM
CUSTODIUNT

unde est existimare et ex ipso
certo visu
agrestia enim in aquatica
convertebantur
et quaecumque erant natantia
in terram transiebant
ignis in aqua valebat supra
suam virtutem
et aqua extinguentis naturae
obliviscebatur
flammae e contrario corrup
tibilium animalium non
vexaverunt carnes
coambulantium
nec dissolvebant illam quae
facile dissolvebatur sicut
glacies bonam escam
in omnibus enim Domine
magnificasti populum
tuum et honorasti
et non despexisti
in omni tempore
et in omni loco assistens
eis amen

Explicit liber sapientiae
Salomonis

Incipit prologus

Multorum nobis et magnorum per
legem et prophetas aliosque qui secuti
sunt illos sapientiam demonstratam
in quibus oportet laudare Israhel doctri
nae et sapientiae causa quia non solum
ipsos loquentes necesse est peritos
sed etiam extraneos posse et dicentes
et scribentes doctissimos fieri avus
meus Hiesus postquam se amplius
dedit ad scientiam lectionis legis et
prophetarum et aliorum librorum
qui nobis a parentibus nostris traditi sunt
voluit et ipse scribere aliquid horum
quae ad doctrinam et sapientiam
pertinent ut desiderantes discere et illorum
periti facti magis magisque adtendant
animo et confirmentur ad legitimam vitam
hortor itaque venire vos cum benevolentia
et attentiore studio lectionem facere et
veniam habere in illis in quibus videmur
sequentes imaginem sapientiae et de
ficere in verborum compositione nam
deficiunt verba hebreica quando translata
fuerint ad alteram linguam non solum
autem haec sed et ipsa lex et prophetae
ceteraque librorum non parvam habent
differentiam quando inter se dicuntur
nam in octavo et tricensimo anno
temporibus Ptolomei Evergetis
regis postquam perveni in Aegyptum
et cum multum temporis ibi
fecissem inveni libros relictos
non parvae neque contemnendae
doctrinae itaque bonum et neces
sarium putavi et ipse aliquam
addere diligentiam et laborem
interpraetandi istum librum
et multa vigilia attuli doctrinam
in spatio temporis ad illa
quae ad finem ducunt librum
dare et illis qui volunt animum
intendere et discere quem
admodum oporteat instituere
mores qui secundum legem
Domini proposuerunt vitam agere

Explicit prologus

Incipiunt capitula

I Quod omnis sapientia a Domino Deo sit
quod plenitudo sapientiae sit
timor Dei

II De concupiscenda sapientia et ser
vanda iustitia vel metuentes Dominum
et mercis eorum quod filii sapientiae
sint ecclesiae sanctorum

III De honore parentum de mansuetu
dine de iudicando pupillo
et viduae

IIII De studiis sapientiae uel non confidendo
in diuitiis incertis quod uerbum
dulcem multiplicat amicos
et mitigat inimicos
V Quod a iuuentute suscipienda sit doctri
na malum nullo modo faciendum
siue mendacio uitando de seruo bono
VI De eruditione filiorum et custodia
ac traditione filiarum quod in tota
anima timendus sit d(eu)s et sacerdotes
eius s(an)c(t)ificare uel non litigando cum
homine potente
VII Non stando contra faciem contumeliosi
de non relinquendum amicum
antiquum quod non sit scelestius
auaro nihil
VIII Quod initium sit separationis a d(e)o
superbia nec in multis sint actus
et de integra societate diuitum
et discretione amici
VIIII De incongrua societate diuitis et pauperi
quod bona sit substantia cui non est
peccatum in conscientia non est
speciosa laus in ore peccatoris
X De filiis impiis uel conuersione ad d(eu)m
siue de continentia animae
XI De correptione amici quod post peccatu(m)
non debet quis peccare siue fidem
possidendam in proximo etiam
in paupertate
XII De doctrina oris sui siue muliere adulte
ra sapientiae laus siue trib(us) bonis
XIII De duab(us) speciebus abominandis uel
nequitia mulieris de quattuor
malis et timendis
XIIII De filia inreuerenti gratia mulieris
sedulae siue iustitia sequenda
XV De dilectione proximi uel mala lingua
discordia seminante siue
de fenore
XVI De fide iussore uel disciplina filiorum
siue pauperem sanum et diuitem
inbecillum
XVII De labore pauperis et diuitis uel
continentia siue uinolento et sobrio
XVIII De non arguendo proximum in conuiuio
uel seniore loquente siue
iuniore
XVIIII Omnia cum consilio facienda non
danda potestate super se uel
somnia quod sint uana
XX Quod sp(iritu)s timentium d(eu)m quaeritur
de obseruatione mandatorum
siue misericordia d(e)i
XXI De distinctione ciborum uel non con
siliando cum amico de quattuor
partibus
XXII De sapiente bono et malo siue medicum
honorandum de sapientia quattuor
artificum
XXIII Quod sapientia omnia exquiret
uel bona bonis et mala malis
creata sunt et quia omnia
transeunt praeter fides
XXIIII De diuitia sibi sufficente
uel duo genera mortis
de bono nomine
XXV De disciplina seruanda in pace
uel signare et claudere
et numerare et scribere
XXVI De filia inreuerenti et luxoriosa
laus crexiturae uel laus
parentum

EXPLICIUNT CAPITULA

INCIPIT LIBER

ECCLESIASTICUM

SALOMONIS

OMNIS SAPIENTIA
A DNO DO EST
ET CUM ILLO FUIT SEMPER
ET EST ANTE AEVUM
HARENAM MARIS ET PLUVIAE GUTTAS
ET DIES SAECULI QUIS DINUMERAVIT
ALTITUDINEM CAELI ET LATITUDI
NEM TERRAE ET PROFUNDUM
ABYSSI QUIS MENSUS EST
SAPIENTIAM DI PRAECEDENTEM
OMNIA QUIS INVESTIGAVIT
PRIOR OMNIUM CREATA EST
SAPIENTIA ET INTELLECTUS
PRUDENTIAE AB AEVO
FONS SAPIENTIAE VERBUM DI
IN EXCELSIS
ET INGRESSUS ILLIUS MANDATA
AETERNA
RADIX SAPIENTIAE CUI REVELATA
EST ET ASTUTIAS ILLIUS
QUIS INTELLEXIT
DISCIPLINA SAPIENTIAE CUI
REVELATA EST ET MANIFESTATA
ET MULTIPLICATIONEM INGRES
SUS ILLIUS QUIS INTELLEXIT
UNUS EST ET ALTISSIMUS
CREATOR OMNIPOTENS
REX OMNIPOTENS ET METUEN
DUS NIMIS
SEDENS SUPER THRONUM ILLIUS
ET DOMINANS DS
IPSE CREAVIT ILLAM IN SPU SCO
ET VIDIT ET DINUMERAVIT
ET MENSUS EST
ET EFFUDIT SUPER OMNIA
OPERA SUA ET SUPER
OMNEM CARNEM
SECUNDUM DATUM SUUM
PRAEBET ILLAM DILIGENTIB SE
TIMOR DNI ET GLORIA ET GLORIA
TIO ET LAETITIA ET CORONA
EXULTATIONIS
TIMOR DNI DELECTABIT COR
ET DABIT LAETITIAM ET GAUDIU
IN LONGITUDINE DIERUM
TIMENTI DNM BENE ERIT IN EX
TREMIS ET IN DIE DEFUNCTIO
NIS SUAE BENEDICETUR
DILECTIO DI HONORABILIS SAPIENTIA
QUIBUS AUTEM APPARUERIT IN
VISU DILIGUNT EAM IN VISIONE
ET IN AGNITIONE MAGNALIUM
SUORUM
INITIUM SAPIENTIAE TIMOR DNI
ET CUM FIDELIBUS IN VULVA
CONCREATUS EST
ET CUM ELECTIS FEMINIS GREDITUR
ET CUM IUSTIS ET FIDELIBUS
AGNOSCITUR
TIMOR DNI SCIENTIAE RELIGIOSITAS
RELIGIOSITAS CUSTODIET
ET IUSTIFICABITUR
IUCUNDITATEM ATQUE GAUDIUM
DABIT
TIMENTI DNM BENE ERIT
ET IN DIEBUS CONSUMMATIONIS
ILLIUS BENEDICETUR
PLENITUDO SAPIENTIAE
TIMERE DM
ET PLENITUDO A FRUCTIBUS ILLIUS
OMNEM DOMUM ILLIUS IMPLE
BIT A GENERATIONIBUS
ET RECEPTACULA A THESAURIS
ILLIUS
CORONA SAPIENTIAE TIMOR DNI
REPLENS PACEM ET SALUTIS
FRUCTUM
ET VIDIT ET DINUMERAVIT EAM
UTRAQUE AUTEM SUNT
DONA DI
SCIENTIAM ET INTELLECTUM
SAPIENTIAE COMPARTIETUR
ET GLORIA TENENTIUM
SE EXALTAT
RADIX SAPIENTIAE EST
TIMERE DM
RAMI ILLIUS LONGEVI IN THESAURIS
SAPIENTIAE INTELLECTUS

ET SCIENTIAE RELIGIOSITAS
EXECRATIO AUTEM PECCATORIBUS
SAPIENTIA
TIMOR DNI EXPELLIT PECCATUM
NAM QUI SINE TIMORE EST NON
POTERIT IUSTIFICARI
IRACUNDIA ENIM ANIMOSITATIS
ILLIUS SUBVERSIO ILLIUS
USQUE IN TEMPUS SUSTINEBIT
PATIENS
ET POSTEA REDDITIO
IUCUNDITATIS
BONUS SENSUS USQUE IN TEMPUS
ABSCONDET VERBA ILLIUS
ET LABIA MULTORUM ENARRA
BUNT SENSUM ILLIUS
II CONCUPISCENS SAPIENTIAM
CONSERVA IUSTITIAM
ET DS PRAEBET ILLAM TIBI
SAPIENTIA ENIM ET DISCIPLINA
TIMOR DNI
ET QUOD BENE PLACITUM EST ILLI
FIDES ET MANSUETUDO
ET ADIMPLEVIT THESAUROS ILLIUS
NON SIS INCREDULUS TIMORI DNI
ET NE ACCESSERIS AD ILLUM
DUPLICI CORDE
NE FUERIS HYPOCRITA IN CON
SPECTU HOMINUM
ET NON SCANDALIZERIS LABIIS TUIS
ADTENDE IN ILLIS NE FORTE CADAS
ET ADDUCAS ANIMAE TUAE
INHONORATIONEM
ET REVELET DS ABSCONSA TUA
ET IN MEDIO SYNAGOGAE
ELIDAT TE
QUONIAM ACCESSISTI MALIGNE
AD DNM
ET COR TUUM PLENUM EST
DOLO ET FALLACIA
II FILI ACCEDENS AD SERVITUTEM DI
STA IN IUSTITIA ET TIMORE
ET PRAEPARA ANIMAM TUAM
AD TEMPTATIONEM

DEPRIME COR TUUM ET SUSTINE
DECLINA AUREM TUAM ET EX
CIPE VERBA INTELLECTUS
ET NE FESTINES IN TEMPUS
OBDUCTIONIS
SUSTINE SUSTENTATIONES DI CON
IUNGERE DO ET SUSTINE UT CRES
CAT IN NOVISSIMO VITA TUA
OMNE QUOD TIBI APPLICITUM
FUERIT ACCIPE
ET IN DOLORE SUSTINE ET IN HUMI
LITATE TUA PATIENTIAM HABE
QUONIAM IN IGNE PROBATUR
AURUM ET ARGENTUM
HOMINES VERO ACCEPTABILES
IN CAMINO HUMILIATIONIS
CREDE DO ET RECUPERAVIT TE
ET DIRIGE VIAM TUAM
ET SPERA IN ILLUM
SERVA TIMOREM ILLIUS
ET IN ILLO VETERESCE
METUENTES DM SUSTINETE
MISERICORDIAM ILLIUS
ET NON DEFLECTATIS AB ILLO
NE CADATIS
QUI TIMETIS DM CREDITE ILLI
ET NON EVACUABITUR
MERCES VESTRA
QUI TIMETIS DNM SPERATE
IN ILLUM
ET IN OBLECTATIONE VENIET VOBIS
MISERICORDIA
QUI TIMETIS DNM DILIGITE ILLUM
ET INLUMINABUNTUR CORDA
VESTRA
RESPICITE FILI NATIONES HOMINUM
ET SCITOTE QUIA NULLUS SPERAVIT
IN DNO ET CONFUSUS EST
PERMANSIT IN MANDATIS EIUS
ET DERELICTUS EST
ET QUIS INVOCAVIT ILLUM
ET DESPEXIT EUM
QUONIAM PIUS ET MISERICORS
EST DS

ETREMITTET INTEMPORETRIBU
LATIONIS PECCATAOMNIBUS
EXQUIRENTIBUSSE INUERITATE
UAEDUPLICICORDE ETLABIIS
SCELESTIS ETMANIBUS
MALEFACIENTIBUS
ETPECCATORITERRAM INGREDI
ENTI DUABUS UIIS UAEDISSOLU
TISCORDE QUINONCREDUNTDO
IDEO NONPROTEGENTUR
ABEO
UAE HISQUIPERDIDERUNT
SUBSTANTIAM
QUIRELIQUERUNT UIAS RECTAS
ETDIUERTERUNT INUIAS
PRAUAS
ETQUID FACIETISCUM INSPICERE
COEPERITDS
QUITIMENT DNM NONERUNT
INCREDIBILESDO
ETQUIDILIGUNT ILLUM CONSER
UABUNTUIAM ILLIUS
QUITIMENTDNM INQUIRENT
QUAEBENEPLACITASUNT ILLI
ETQUIDILIGUNTEUM REPLEBUN
TUR LEGEILLIUS
QUITIMENT DNM PRAEPARA
BUNT CORDASUA
ET INCONSPECTUILLIUS SCIFI
CABUNT ANIMASSUAS
QUITIMENTDNM CUSTODIUNT
MANDATA ILLIUS
ETPATIENTIAM HABEBUNTUSQ·
AD INSPECTIONEM ILLIUS
DICENTESSIPAENITENTIAM
NONEGERIMUS INCIDEMUS
INMANUDI ETNON INMANUS
HOMINUM
SECUNDUM ENIM MAGNITUDI
NEM ILLIUS SICETMISERICOR
DIA IPSIUSCUM IPSO
III· FILIISAPIENTIAE ECCLESIAE IUSTO
RUM ETNATIO ILLORUM
OBOEDIENTIAETDILECTIO

IUDICIUM PATRISAUDITE
FILIIDILECTI
ETSIC FACITE UTSALUIS SITIS
DSENIM HONORAUIT
PATREM INFILIIS
ETIUDICIUM MATRISEXQUI
RENS INFILIOS
QUIDILIGITDM EXORAUIT PRO
PECCATIS ETCONTINEBIT
SEABILLIS
INORATIONE DIERUM EXAUDIETUR
ETSICUT QUITHESAURIZAT
ETQUIHONORIFICAT
MATREMSUAM

DEHONORE PARENTUM

III QUIHONORAT PATREM IUCUN
DABITUR INFILIIS ETINDIE
ORATIONISSUAE EXAUDIETUR
QUIHONORAT PATREMSUUM
UITAUIUET LONGIORE
ETQUIOBOEDIT PATRI REFRI
GERAUIT MATRI
QUITIMETDM HONORAT
PARENTES
ETQUASIDOMINIS SERUIETHIS
QUISEGENERAUERUNT
INOPEREETSERMONE ETOMNI
PATIENTIA HONORAPATREM
TUUM UTSUPERUENIATTIBI
BENEDICTIO ADO
ETBENEDICTIO ILLIUS INNOUIS
SIMO MANET
BENEDICTIO PATRISFIRMAT
DOMOS FILIORUM
MALEDICTIO MATRIS ERADICAT
FUNDAMENTA
NEGLORIERIS INCONTUMELIAM
PATRISTUI
NONESTENIMTIBIGLORIA
SEDCONFUSIO
GLORIAENIM HOMINIS EX
HONORE PATRISSUI ETDE
DECUS FILII PATER SINE
HONORE

FILI SUSCIPE SENECTAM PATRIS
TUI ET NE CONTRISTES EUM
IN UITA SUA
ET SI DEFECERIT SENSU UENIAM
DA ET NE SPERNAS EUM
IN TUA UIRTUTE
ELEMOSYNA ENIM PATRIS NON
ERIT IN OBLIUIONE
NAM PRO PECCATO MATRIS
RESTITUETUR TIBI MALUM
ET IN IUSTITIA AEDIFICABITUR TIBI
IN DIE TRIBULATIONIS COMME
MORABITUR TUI
SICUT IN SERENO GLACIES
SOLUENTUR TUA PECCATA
QUAM MALAE FAMAE EST
QUI RELIQUIT PATREM
ET EST MALEDICTUS A DŌ QUI
EXASPERAT MATREM
FILI IN MANSUETUDINE OPERA
TUA PERFICE ET SUPER HOMI
NUM GLORIAM DILIGERIS
QUANTO MAGNUS ES HUMILIA TE
IN OMNIBUS ET CORAM DŌ
INUENIES GRATIAM
QUONIAM MAGNA POTENTIA DĪ
SOLIUS ET AB HOMINIBUS
HONORATUR
ALTIORA TE NE QUAESIERIS ET
FORTIORA TE NE SCRUTATUS
FUERIS
SED QUAE PRAECEPIT DS̄ ILLA
COGITA SEMPER
ET IN PLURIBUS OPERIBUS EIUS
NE FUERIS CURIOSUS
NON EST ENIM TIBI NECESSARIŪ
EA QUAE ABSCONDITA SUNT
UIDERE OCULIS TUIS
IN SUPERUACUIS REBUS NOLI
SCRUTARI MULTIPLICITER
ET IN PLURIBUS OPERIBUS EIUS
NON ERIS CURIOSUS
PLURIMA ENIM SUPER SENSUM
HOMINUM OSTENSA SUNT TIBI

MULTOS ENIM SUPPLANTAUIT
SUSPICIO ILLORUM
ET IN UANITATE DETENUIT
SENSUS ILLORUM
COR DURUM MALE HABEBIT
IN NOUISSIMO ET QUI AMAT
PERICULUM IN ILLO
PERIBIT
COR INGREDIENS DUAS UIAS
NON HABEBIT REQUIEM
ET PRAUI CORDIUS IN ILLIS
SCANDALIZABITUR
COR NEQUAM GRAUABITUR
IN DOLORIBUS ET PECCATOR
ADICIET AD PECCANDUM
SYNAGOGAE SUPERBORUM
NON EST SANITAS
FRUTEX ENIM PECCATI
ERADICABITUR IN ILLIS
ET NON INTELLEGITUR
COR SAPIENS INTELLEGITUR
IN SAPIENTIA
ET AURIS BONA AUDIET
CUM OMNI CONCUPISCENTIA
SAPIENTIAM
SAPIENS COR ET INTELLEGIBILE
ABSTINET SE A PECCATIS
ET IN OPERIBUS IUSTITIAE
SUCCESSUS HABEBIT
IGNEM ARDENTEM EXTINGUIT
AQUA ET ELEMOSYNA RESISTIT
PECCATIS
ET DS̄ CONSPECTOR EIUS QUI
REDDIT GRATIAM MEMINIT
IN POSTERUM
ET IN TEMPORE CASUS TUI
INUENIES FIRMAMENTUM
DE ELEMOSYNA ET DE PAUPERIB
IIII FILI ELEMOSYNAM PAUPERIS
NE FRAUDES
ET OCULOS TUOS NE TRANSUERTAS
A PAUPERE
ANIMAM ESURIENTEM
NE DESPEXERIS

ET NON EXASPERES PAUPEREM
IN INOPIA SUA
COR INOPIS NE ADFLIXERIS ET NON
DETRAHAS DATUM ANGUSTIANTI
ROGATIONEM CONTRIBULATI
NE ABICIAS ET NON AUERTAS
FACIEM TUAM AB EGENO
AB INOPE NE AUERTAS OCULOS
PROPTER IRAM
ET NON RELINQUAS QUAERENTIBUS
TIBI RETRO MALEDICERE
MALEDICENTIS ENIM TIBI IN AMARI
TUDINE EXAUDIETUR
PRAECATIO ILLIUS
EXAUDIET AUTEM EUM QUI
FECIT ILLUM
CONGREGATIONI PAUPERUM
ADFABILEM TE FACITO
ET PRESBYTERO HUMILIA
ANIMAM TUAM
ET MAGNATO HUMILIA CAPUT TUUM
DECLINA PAUPERI AUREM TUAM
ET REDDE DEBITUM TUUM
ET RESPONDE PACIFICA
IN MANSUETUDINE
LIBERA EUM QUI INIURIAM PATITUR
DE MANU SUPERBI
ET NON ACCIDE FERAS IN ANIMA TUA
DE PUPILLIS ET UIDUA
IN IUDICANDO ESTO PUPILLIS
MISERICORS UT PATER ET PRO
UIRO MATRI ILLORUM
ET ERIS UELUT FILIUS ALTISSIMI
OBOEDIENS
ET MISEREBITUR TUI MAGIS
QUAM MATER
DE STUDIO SAPIENTIAE
IIII SAPIENTIA FILIIS SUIS UITAM SPIRAT
ET SUSCIPIT QUAERENTES SE
ET PRAEIUIT IN UIA IUSTITIAE
ET QUI ILLAM DILIGIT
DILIGIT UITAM
ET QUI UIGILAUERINT AD ILLAM
COMPLECTEBUNTUR
PLACOREM EIUS
QUI TENUERINT ILLAM UITAM
HEREDITABUNT
ET QUO INTROIUIT BENEDICIT DS
QUI SERUIUNT EI OBSEQUENTES
ERUNT SCO
ET EOS QUI DILIGUNT ILLAM
DILIGIT DS
QUI AUDIT ILLAM IUDICAT GENTES
ET QUI INTUEBITUR ILLAM
PERMANET CONFIDENS
SI CREDIDERIT EI HEREDITABIT ILLAM
ET ERUNT IN CONFIRMATIONE
CREATURAE ILLORUM
QUONIAM IN TEMTATIONE AMBU
LAT CUM EO ET IN PRIMIS
DILIGIT EUM
TIMOREM ET METUM AD PROBA
TIONEM INDUCET SUPER ILLUM
ET CRUCIABIT ILLUM IN TRIBULA
TIONE DOCTRINAE SUAE
DONEC TEMTET ILLUM IN COGITA
TIONIBUS ILLIUS
ET CREDAT ANIMAE ILLIUS
ET FIRMAUIT ILLUM
ET ITER ADDUCET DIRECTUM
AD ILLUM ET DENUDAUIT
ABSCONSA SUA ILLI
ET THESAURIZAT SUPER ILLUM
SCIENTIAM ET INTELLECTUM
IUSTITIAE
SI AUTEM OBERRAUERIT
DERELINQUET EUM
ET TRADET EUM IN MANUS
INIMICI SUI
IN TEMPORE PRO FIDE AC
IUSTITIA STUDENDUM ET
PRO SALUTE ANIMAE
FILI CONSERUA TEMPUS
ET DEUITA A MALO
PRO ANIMA TUA NON CONFUNDARIS
DICERE UERUM
EST ENIM CONFUSIO ADDUCENS
GLORIAM ET GRATIAM

NEC ACCIPIAS FACIEM ADUERSUS
FACIEM TUAM
NEC ADUERSUS ANIMAM TUAM
MENDACIUM
NON REUEREARIS PROXIMUM
TUUM IN CASUM SUUM
NEC RETINEAS UERBUM
IN TEMPUS SALUTIS
NON ABSCONDAS SAPIENTIAM TUAM
IN DECORE EIUS
IN LINGUA ENIM AGNOSCITUR
SAPIENTIA
ET SENSUS ET SCIENTIA ET DOCTRI
NA IN UERBIS UERITATIS
ET FIRMAMENTUM IN OPERIBUS
IUSTITIAE
NON CONTRADICAS UERITATI ULLO MODO
ET DE MENDACIO INERUDITIONIS
TUAE CONFUNDERE
NON CONFUNDARIS CONFITERI
PECCATA TUA
ET NE SUBICIAS TE HOMINI
PRO PECCATO
NOLI RESISTERE CONTRA FACIEM
POTENTIS
ET NE CONERIS CONTRA ICTUM
FLUUII
IN IUSTITIA AGONIZARE PRO
ANIMA TUA ET USQUE AD MOR
TEM CERTA PRO IUSTITIA
ET DS EXPUGNAUIT PRO TE
INIMICOS TUOS
NOLI ESSE CITATUS IN LINGUA TUA
ET INUTILIS ET REMISSUS
IN OPERIBUS TUIS
NOLI ESSE SICUT LEO IN DOMO TUA
EUERTENS DOMESTICOS TUOS
ET OBPRIMENS SUBIECTOS TIBI
NON SIT PORRECTA MANUS TUA
AD ACCIPIENDUM ET AD DANDUM
COLLECTA

DE NON CONFIDENDO IN DIUITIIS

V. NOLI ADTENDERE AD POSSESSI
ONES INIQUAS

ET NE DIXERIS EST MIHI
SUFFICIENS UITA
NIHIL ENIM PRODERIT IN TEMPORE
UINDICTAE ET OBDUCTIONIS
NON SEQUARIS CONCUPISCENTIAM
CORDIS
ET NE DIXERIS QUOMODO POTUI
AUT QUIS ME SUBICIET PROPTER
FACTA MEA
DS ENIM UINDICANS UINDICAUIT
NE DIXERIS PECCAUI ET QUID
ACCIDIT MIHI TRISTE
ALTISSIMUS ENIM EST
PATIENS REDDITOR
DE PROPITIATU PECCATORUM
NOLI ESSE SINE METU
NEQUE ADICIAS PECCATUM
SUPER PECCATUM
ET NE DICAS MISERATIO DI
MAGNA EST
MULTITUDINIS PECCATORUM
MEORUM MISEREBITUR
MISERICORDIA ENIM ET IRA
AB ILLO CITO PROXIMAT
ET IN PECCATORES RESPICIT
IRA ILLIUS DE CONUERSIONE
NON TARDES CONUERTI AD DNM
ET NE DIFFERAS DE DIE IN DIEM
SUBITO ENIM UENIET IRA ILLIUS
ET IN TEMPORE UINDICTAE
PERDET TE
NOLI ANXIUS ESSE IN DIUITIIS
INIUSTIS
NIHIL ENIM PRODERUNT IN DIEM
OBDUCTIONIS ET UINDICTAE
NON UENTILES TE IN OMNEM
UENTUM ET NON EAS
IN OMNEM UIAM
SIC ENIM PECCATOR PROBATUR
DUPLICI LINGUA
ESTO FIRMUS IN UIA DI ET IN UERI
TATE SENSUS TUI ET SCIENTIA
ET PROSEQUATUR TE UERBUM
PACIS ET IUSTITIAE

ESTO MANSUETUS AD AUDIENDUM
VERBUM UT INTELLEGAS
ET CUM SAPIENTIA PERS RESPONSŪ
VERUM SI EST TIBI INTELLECTUS
RESPONDE PROXIMO
SIN AUTEM SIT MANUS TUA
SUPER OS TUUM
NE CAPIARIS IN VERBO INDISCIPLINATO
ET CONFUNDARIS
HONOR ET GLORIA IN SERMONE
SENSATI
LINGUA INPRUDENTIS SUBVERSIO
IPSIUS
NON APPELLERIS SUSURRIO
ET LINGUA TUA CAPIARIS
ET CONFUNDARIS
SUPER FUREM EST CONFUSIO
ET PAENITENTIA
ET DENOTATIO PESSIMA
SUPER BILINGUEM
SUSURRATORI AUTEM ODIUM
ET INIMICITIAE ET CONTUMELIA
JUSTIFICA PUSILLUM ET MAGNUM
SIMILITER
VI NOLI FIERI PRO AMICO INIMICUS
PROXIMO
IMPROPERIUM ENIM ET CON
TUMELIAM MALUS
HEREDITABIT
ET OMNIS PECCATOR INVIDUS
ET BILINGUIS
NON TE EXTOLLAS IN COGITATIO
NE ANIMAE TUAE VELUT TAURUS
NE FORTE ELIDATUR VIRTUS TUA
PER STULTITIAM
ET FOLIA TUA COMEDET ET FRUCTUS
TUOS PERDET
ET RELINQUERIS VELUT LIGNUM
ARIDUM IN HEREMO
ANIMA ENIM NEQUAM DISPERDET
QUI SE HABET ET IN GAUDIUM
INIMICIS DAT ILLUM
ET DEDUCET IN SORTE IMPIORUM
DE AMICITIA

VERBUM DULCE MULTIPLICAT
AMICOS ET MITIGAT INIMICOS
ET LINGUA EUCHARIS IN BONO
HOMINE HABUNDAVIT
MULTI PACIFICI SINT TIBI ET CONSILI
ARIUS TIBI SIT UNUS DE MILLE
SI POSSIDES AMICUM IN TEMTATI
ONE POSSIDE EUM
ET NON FACILE CREDAS ILLI EST
EST ENIM AMICUS SECUNDUM
TEMPUS SUUM ET NON PER
MANEBIT IN DIE TRIBULATIONIS
ET EST AMICUS QUI CONVERTITUR
AD INIMICITIAM
ET EST AMICUS QUI ODIUM ET RIXĀ
ET CONVICIA DENUDABIT
EST AUTEM AMICUS SOCIUS
MENSAE ET NON PERMANET
IN DIE NECESSITATIS
AMICUS SI PERMANSERIT FIXUS ERIT
TIBI QUASI COAEQUALIS
ET IN DOMESTICIS TUIS
FIDUCIALITER AGE
SI HUMILIAVERIT SE CONTRA TE
ET A FACIE TUA ABSCONDERIT SE
UNANIMEM HABEBIS AMICITIAM
BONAM
AB INIMICIS TUIS SEPARARE ET AB
AMICIS TUIS ADTENDE
AMICUS FIDELIS PROTECTIO FORTIS
QUI AUTEM INVENIT ILLUM
INVENIT THESAURUM
AMICO FIDELI NULLA EST
CONPARATIO
ET NON EST DIGNA PONDERATIO
AURI ET ARGENTI CONTRA BONI
TATEM FIDEI ILLIUS
AMICUS FIDELIS MEDICAMENTŪ
VITAE ET INMORTALITATIS
ET QUI METUUNT DNM INVENIENT ILLŪ · qui timet dm
aeque HABEBIT AMICITIAM BONAM
QUONIAM SECUNDUM ILLUM
ERIT AMICUS ILLIUS
DE DOCTRINA SAPIENTIAE

FILI A IUUENTUTE TUA EXCIPE
DOCTRINAM ET USQUE AD CANOS
INUENIES SAPIENTIAM
QUASI IS QUI ARAT ET SEMINAT
ACCEDE AD ILLAM ET SUSTINE
BONOS FRUCTUS ILLIUS
IN OPERE ENIM IPSIUS EXIGUUM
LABORABIS ET CITO EDES
DE GENERATIONIB· ILLIUS
QUAM ASPERA EST NIMIUM
SAPIENTIA INDOCTIS HOMINIB·
ET NON PERMANEBIT IN ILLA
EXCORS
QUASI LAPIDIS UIRTUS PROBATIO
ERIT IN ILLIS
ET NON DEMORABUNTUR
PROICERE ILLAM
SAPIENTIA ENIM DOCTRINAE
SECUNDUM NOMEN EST EIUS
ET NON MULTIS EST MANIFESTA
QUIBUS AUTEM MAGNIFICATA
EST PERMANET USQUE
AD CONSPECTUM DI̅
AUDI FILI ET ACCIPE CONSILIUM
INTELLECTUS ET NE ABICIAS
CONSILIUM MEUM
INICE PEDEM TUUM IN COM
PEDE ILLIUS ET IN TORQUES
ILLIUS TUUM COLLUM
SUBICE UMERUM TUUM ET
PORTA ILLAM ET NE ACCEDI
ERIS UINCULIS ILLIUS
IN OMNI ANIMO TUO ACCEDE
AD ILLAM ET IN OMNI UIRTUTE
TUA SERUA UIAS EIUS
INUESTIGA ILLAM ET MANIFESTA
BITUR TIBI
ET CONTINENS FACTUS NE DERE
LINQUERIS EAM
IN NOUISSIMIS ENIM INUENIES
REQUIEM IN EA
ET CONUERTITUR TIBI
IN OBLECTATIONE
ET ERUNT TIBI COMPEDES
IN PROTECTIONE FORTITUDINIS
ET BASES UIRTUTIS ET TORQUES
ILLIUS IN STOLA GLORIAE
DECOR ENIM UITAE EST IN ILLA
ET UINCULA ILLIUS NETURA
SALUTARIS
STOLA GLORIAE INDUES EAM
ET CORONAM GRATULATIONIS
SUPER PONES TIBI
FILI SI ADTENDERIS MIHI DISCES
ET SI ACCOMMODAUERIS AUREM
TUAM SAPIENS ERIS
ET SI INCLINAUERIS AUREM TUAM
EXCIPIES DOCTRINAM
ET SI DILEXERIS AUDIRE
SAPIENS ERIS
IN MULTITUDINE PRESB̄TERORUM
PRUDENTIUM STA
ET SAPIENTIAE ILLORUM
EX CORDE CONIUNGERE
UT OMNEM NARRATIONEM DI̅
POSSIS AUDIRE
ET PROUERBIA LAUDIS NON
EFFUGIENT A TE
ET SI UIDERIS SENSATUM
EUIGILA AD ILLUM
ET GRADUS OSTIORUM ILLIUS
EXTERAT PES TUUS
COGITATUM HABE IN PRAE
CEPTIS DI̅
ET IN MANDATIS EIUS MAXIME
ADSIDUUS ESTO
ET IPSE DABIT COR TIBI ET CON
CUPISCENTIA SAPIENTIAE
DABITUR TIBI

DE NON FACIENDIS MALIS

VII NOLI FACERE MALA ET NON TE
ADPREHENDENT
DISCEDE AB INIQUO ET DEFICI
ENT MALA ABS TE
NON SEMINES MALA IN SULCIS
INIUSTITIAE ET NON METES
EA IN SEPTUPLUM
NOLI QUAERERE AB HOMINE DUCATŪ

NEQUE A REGE CATHEDRAM HONORIS
NON TE IUSTIFICES ANTE DNM̄ QUONIĀ
AGNITOR CORDIS IPSE EST
ET PENES REGEM NOLI UELLE
UIDERI SAPIENS
NOLI QUAERERE FIERI IUDEX NISI
SIUALEAS UIRTUTE INRUMPERE
INIQUITATEM
NE FORTE EXTIMESCAS FACIEM
POTENTIS ET PONAS SCANDALUM
IN AGILITATE TUA
NON PECCES IN MULTITUDINE
CIUITATIS
NEC TE INMITTAS IN POPULUM
NEQUE ALLIGES DUPLICIA
PECCATA
NEC ENIM IN UNO ERIS INMUNIS
NOLI ESSE PUSILLANIMIS
IN ANIMA TUA
EXORARE ET FACERE ELEMOSȲNAM
NON DISPICIAS
NE DICAS IN MULTITUDINE MUNERŪ
MEORUM RESPICIET DS̄
ET OFFERENTE ME DŌ ALTISSIMO
SUSCIPIET MUNERA MEA
NON INRIDEAS HOMINEM IN AMA
RITUDINE ANIMAE
EST ENIM QUI HUMILIAT ET EXALTAT
CIRCUMSPECTOR DS̄
DE MENDACIO UITANDO AD AMICUM
NOLI ARARE MENDACIUM ADUER
SUS FRATREM TUUM
NEQUE IN AMICUM SIMILITER FACIAS
NOLI UELLE MENTIRI OMNE
MENDACIUM
ADSIDUITAS ENIM ILLIUS NON BONA
NOLI UERBOSUS ESSE IN MULTITU
DINE PRESBYTERORUM
ET NON ITERES UERBUM
IN TUA ORATIONE
NON ODERIS LABORIOSA OPERA
ET RUSTICATIONEM AB ALTISSIMO
CREATAM
NON TE REPUTES IN MULTITUDINE
IN DISCIPLINATORUM
MEMENTO IRAE QUONIAM
NON TARDAUIT
HUMILIA UALDE SPIRITUM
QUONIAM UINDICTA CARNIS
IMPII IGNIS ET UERMIS
NOLI PRAEUARICARE IN AMICUM
PECUNIA DIFFERENTI
NEQUE FRATREM CARISSIMUM
AURO SPREUERIS
NOLI DISCEDERE A MULIERE
SENSATA ET BONA QUAM SOR
TITUS ES IN TIMORE DĪ
GRATIA ENIM UERECUNDIAE
ILLIUS SUPER AURUM
DE SERUO BONO
NON LAEDAS SERUUM OPERANTĒ
IN UERITATE
NEQUE MERCENNARIUM DANTEM
ANIMAM SUAM
SERUUS SENSATUS DILECTUS
QUASI ANIMA TUA
NON DEFRAUDES EUM LIBERTATE
NEQUE INOPEM DERELINQUAS
ILLUM
PECORA SUNT TIBI ADTENDE ILLIS
ETSI SUNT UTILIA PERSEUE
RENT APUD TE DE FILIIS
FILII TIBI SUNT ERUDI ILLOS
ET CURBA ILLOS A PUERITIA
ILLORUM
FILIAE TIBI SUNT SERUA
CORPUS ILLARUM
ET NON OSTENDAS HILAREM
FACIEM TUAM AD ILLAS
TRADE FILIAM ET GRANDE OPUS
FECERIS ET HOMINI SENSATO
DA ILLAM
MULIER EST TIBI SECUNDUM
ANIMAM TUAM NON PRO
ICIAS ILLAM
ET ODIBILI NON CREDAS TE
IN TOTO CORDE TUO
DE PARENTIBUS

HONORA PATREM TUUM ET GEMI
TUS MATRIS TUAE NE OBLIUISCARIS
MEMENTO QUONIAM NISI PER
ILLOS NON FUISSES
ET RETRIBUE ILLIS QUOMODO
ET ILLI TIBI SACERDOTUM
DE TIMORE DEI ET HONORE
IN TOTA ANIMA TUA TIME DM̄ ET
SACERDOTES ILLIUS SC̄IFICA
IN OMNI UIRTUTE TUA DILIGE EUM
QUI TE FECIT ET MINISTROS
EIUS NON DERELINQUAS
HONORA DM̄ EX TOTA ANIMA TUA
ET HONORIFICA SACERDOTES ET
PROPURGA TE CUM BRACHIIS
DA ILLI PARTEM SICUT MANDATŪ
EST TIBI PRIMITIARUM
ET PURGATIONIS
ET DE NEGLEGENTIA PURGA TE
CUM PAUCIS
DATUM BRACHIORUM TUORUM
ET SACRIFICIUM SC̄IFICATIONIS
OFFERES IN UITA SC̄ORUM
ET PAUPERI PORRIGE
MANUM TUAM
UT PERFICIATUR PROPITIATIO
ET BENEDICTIO TUA
GRATIA DATUS IN CONSPECTU
OMNIS UIUENTIS
DE DEFUNCTIS
ET MORTUO NON PROHIBEAS
GRATIAM
NON DESIS PLORANTIBUS IN RO
GATIONE ET CUM LUGENTIBUS
AMBULA
NON TE PIGEAT UISITARE
INFIRMUM
EX HIS ENIM IN DILECTIONE
FIRMAUERIS
IN OMNIBUS OPERIBUS TUIS
MEMORARE NOUISSIMA TUA
ET IN AETERNUM NON PECCABIS
DE NON LITIGANDO
VIII NON LITIGES CUM HOMINE POTENTE

NE FORTE INCIDAS IN MANUS ILLIUS
NON CONTENDAS CUM UIRO LOCU
PLETE NE FORTE CONTRA CON
SISTAT LITEM TIBI
MULTOS PERDIDIT AURUM
ATQUE ARGENTUM
ET USQUE COR REGUM EXTENDIT
ET CONUERTIT
NON LITIGES CUM HOMINE
LINGUATO
ET NON STRUES IN IGNE ILLIUS LIGNA
NON COMMUNICES HOMINI
INDOCTO
NE MALE DE PROGENIE TUA
LOQUATUR
NE DESPICIAS HOMINEM AUERTEN
TEM SE A PECCATO NEQUE
INPROPERES EI
MEMENTO QUONIAM OMNES
IN CORREPTIONE SUMUS
NE SPERNAS HOMINEM IN SUA
SENECTA ETENIM EX NOBIS
SENESCUNT
NOLI DE MORTUO INIMICO
TUO GAUDERE
SCIENS QUONIAM OM̄NES MORIMUR
ET IN GAUDIUM NOLUMUS UENIRE
NE DESPICIAS NARRATIONEM PRES
B̄TERORUM SAPIENTIUM
ET IN PROUERBIIS ILLORUM
CONUERSARE
AB IPSIS ENIM DISCES DOCTRINAM
INTELLECTUS ET SERUIRE
MAGNATIS SINE QUAERELLA
NON TE PRAETEREAT NARRATIO
SENIORUM
ET IPSI ENIM DIDICERUNT
A PATRIBUS SUIS
QUONIAM AB IPSIS DISCES INTEL
LECTUM ET IN TEMPORE
NECESSITATIS RESPONSUM
NON INCENDAS CARBONES PECCATO
RIS ARGUENS EOS
ET NE INCENDARIS FLAMMA

IGNIS PECCATORUM
DE UITANDIS MALIS
NE CONTRA FACIEM STES
CONTUMELIOSI
NE SEDEAT QUASI INSIDIATOR
ORI TUO
NOLI FAENERARI HOMINI
FORTIORE TE
QUOD SI FAENERAUERIS TAMQUĀ
PERDITUM HABE
NON SPONDEAS SUPER UIRTUTEM
TUAM
QUOD SI SPONDERIS QUASI RESTI
TUENS COGITA NON IUDICES
CONTRA IUDICEM
QUONIAM SECUNDUM QUOD
DIGNUM EST IUDICAT
CUM AUDACE NON EAS IN UIA
NE FORTE GRAUET MALA
SUA IN TE
IPSE ENIM SECUNDUM UOLUN
TATEM SUAM UADIT ET SIMUL
CUM STULTITIA ILLIUS PERIES
CUM IRACUNDO NON FACIAS
RIXAM
CUM AUDACE NON EAS IN DESERTUM
QUONIAM QUASI NIHIL EST
ANTE ILLUM SANGUIS
ET UBI NON EST ADIUTORIUM
ELIDET TE
ET CUM FATUIS NE CONSILIUM
HABEAS
NON ENIM POTERUNT DILIGERE
NISI QUAE IPSIS PLACENT
CORAM EXTRANEO NE FACIAS
CONSILIUM NESCIS ENIM
QUID PARIET
NON OMNI HOMINI COR TUUM
MANIFESTES
NE FORTE INFERAT TIBI GRATIAM
ET CONUICIETUR TIBI
DE MULIERIBUS
IX NON ZELES MULIEREM SINUS TUI
NE OSTENDAT SUPER TE MALITIAM
DOCTRINAE NEQUAM
NON DES MULIERI POTESTATEM
ANIMAE TUAE
NE INGREDIATUR IN UIRTUTE TUA
ET CONFUNDARIS
NE RESPICIAS MULIEREM
MULTIUOLAM NE FORTE IN
CIDAS IN LAQUEOS ILLIUS
CUM SALTRICE NE ASSIDUUS SIS
NEC AUDIAS ILLAM
NE FORTE PEREAS IN EFFICACIA
ILLIUS
UIRGINEM NE CONSPICIAS NE FORTE
SCANDALIZERIS IN DECORE ILLIUS
NON DES FORNICARIIS ANIMAM
TUAM IN NULLO
NE PERDAS TE ET HEREDITATEM
TUAM
NOLI CIRCUMSPICERE
IN UICIS CIUITATIS
NEC OBERRAUERIS IN PLATEIS ILLIUS
AUERTE FACIEM TUAM
A MULIERE COMPTA
ET NON CIRCUMSPICIAS
SPECIEM ALIENAM
PROPTER SPECIEM MULIERIS
MULTI PERIERUNT
ET EX HOC CONCUPISCENTIA
QUASI IGNIS EXARDESCIT
OMNIS MULIER QUAE EST
FORNICARIA QUASI STERCUS
IN UIA CONCULCATUR
SPECIEM MULIERIS ALIENAE
MULTI ADMIRATI REPROBI
FACTI SUNT
CONLOQUIUM ENIM ILLIUS
QUASI IGNIS EXARDESCIT
CUM ALIENA MULIERE NE SEDEAS
OMNINO NEC ACCUMBAS CUM
EA SUPER CUBITUM
ET NON ALTERCERIS CUM ILLA
IN UINO
NE FORTE DECLINET COR TUUM
IN ILLA

ET SANGUINE TUO LABARIS
IN PERDITIONE / ANTIQUUM
NON RELIQUENDUM AMICUM
NE DERELINQUAS AMICUM
ANTIQUUM
NOUUS ENIM NON ERIT SIMILIS ILLI
UINUM NOUUM AMICUS NOUUS
UETERESCET ET CUM SUAUITATE
BIBES ILLUD
NON ZELES GLORIAM ET OPES
PECCATORIS
NON ENIM SCIS QUAE FUTURA
SIT ILLIUS SUBUERSIO
NON PLACEAT TIBI INIURIA
INIUSTORUM
SCIENS QUONIAM USQUE AD IN
FEROS NON PLACEBIT IMPIUS
LONGE ABESTO AB HOMINE
POTESTATEM HABENTE
OCCIDENDI
ET NON SUSPICAUERIS
TIMOREM MORTIS
ET SI ACCESSERIS AD ILLUM NOLI
ALIQUID COMMITTERE
NE FORTE AUFERAT UITAM TUAM
COMMUNIONEM MORTIS
SCITO
QUONIAM IN MEDIO LAQUEORUM
INGREDIERIS
ET SUPER DOLENTIUM
ARMA AMBULABIS
SECUNDUM UIRTUTEM TUAM
CAUE TE A PROXIMO TUO
ET CUM SAPIENTIBUS ET PRU
DENTIBUS TRACTA
DE CONUIUIS IUSTIS
UIRI IUSTI SINT TIBI CONUIUAE ET IN
TIMORE DĪ SIT GLORIA TIBI
ET IN SENSU SIT TIBI COGITATUS
ET OMNIS NARRATIO IN PRAECEPTIS
ALTISSIMI
IN MANUS ARTIFICUM OPERA
LAUDABITUR
ET PRINCEPS POPULI IN SAPIENTIA
SERMONIS SUI
IN SENSU UERO SENIORUM UERBUM
TERRIBILIS EST IN CIUITATE SUA
HOMO LINGUOSUS
ET TEMERARIUS IN UERBO SUO
ODIBILIS EST DE IUDICIBUS
IUDEX SAPIENS IUDICAT
POPULUM SUUM
ET PRINCIPATUS SENSATI
STABILIS ERIT
SECUNDUM IUDICEM POPULI
SIC ET MINISTRI EIUS
ET QUALIS RECTOR EST CIUITATIS
TALES INHABITANTES
REX INSIPIENS PERDET
POPULUM SUUM
ET CIUITATES INHABITABUNTUR
PER SENSUM PRUDENTIUM
IN MANU DĪ POTESTAS TERRAE
ET EXCLAMABILIS OMNIS
INIQUITAS GENTIUM
ET UTILEM RECTOREM IN TEMPUS
SUSCITAUIT SUPER ILLAM
IN MANU DĪ POTESTAS HOMINUM
ET SUPER FACIEM SCRIBAE IM PO
NET HONOREM SUUM
OMNIS INIURIAE PROXIMI
NE MEMINERIS
ET NIHIL AGAS IN OPERIBUS INIURIAE
ODIBILIS CORAM DŌ ET hOMINIBUS
SUPERBIA
ET EXECRABILIS OMNIS INIQUITAS
GENTIUM
REGNUM A GENTE IN GENTEM
TRANSFERTUR DE AUARITIA
AUARO AUTEM NIHIL EST SCELESTIUS
QUID SUPERBIT TERRA ET CINIS
NIHIL EST INIQUIUS QUAM
AMARE PECUNIAM
HIC ENIM ANIMAM SUAM
UENALEM HABET
QUONIAM IN UITA SUA PROIECIT
INTIMA SUA
OMNIS POTENTATUS BREUIS UITA

hr PROPTER INIUSTITIAS ET INIURIAS ET CONTUMELIAS ET DIUERSOS DOLOS

LANGUOR PROLIXIOR GRAVAT
MEDICUM
BREVEM LANGUOREM
PRAECIDIT MEDICUS
SIC ET REX HODIE EST ET CRAS
MORIETUR
CUM ENIM MORIETUR HOMO
HEREDITAVIT SERPENTES
ET BESTIAS ET VERMES

VIII DE SUPERBIA

INITIUM SUPERBIAE HOMINIS
APOSTATARE D̄Ō
QUONIAM AB EO QUI FECIT ILLUM
RECESSIT COR EIUS
QUONIAM INITIUM PECCATI
OMNIS SUPERBIA
QUI TENUERIT ILLAM ADIMPLE
BITUR MALEDICTIS ET SUB
VERTET EOS IN FINEM
PROPTEREA EXHONORAVIT
DN̄S CONVENTUS MALORUM
ET DESTRUXIT EOS USQUE
IN FINEM
SEDES DUCUM SUPERBORUM
DESTRUXIT DN̄S
ET SEDERE FECIT MITES PRO EIS
RADICES GENTIUM SUPERBARŪ
ARE FECIT DN̄S
ET PLANTAVIT HUMILES
EX IPSIS GENTIBUS
TERRAS GENTIUM EVERTIT DN̄S
ET PERDIDIT EAS USQUE
AD FUNDAMENTUM
ARE FECIT EX IPSIS ET DISPER
DIDIT ILLOS
ET CESSARE FECIT MEMORIAM
EORUM A TERRA
PERDIDIT DN̄S MEMORIAM
SUPERBORUM ET RELINQUIT
MEMORIAM HUMILIUM
SENSU
NON EST CREATA HOMINIBUS
SUPERBIA
NEQUE IRACUNDIA NATIONI

MULIERUM
SEMEN HOMINUM HONORABITUR
HOC QUOD TIMET DN̄M
SEMEN AUTEM HOC EXHONORABI
TUR QUOD PRAETERIT
MANDATA DN̄I
IN MEDIO FRATRUM RECTOR
ILLORUM IN HONORE
QUI TIMENT DN̄M ERUNT
IN OCULIS ILLIUS
GLORIA DIVITUM HONORATORUM
ET PAUPERUM
TIMOR DI EST NON DISPICERE
HOMINEM IUSTUM PAUPEREM
ET NON MAGNIFICARE HOMINEM
PECCATOREM DIVITEM
MAGNUS EST IUDEX ET POTENS
EST HONORE ET NON EST MAIOR
ILLO QUI TIMET DN̄M
SERVO SENSATO LIBERI
SERVIUNT
ET VIR PRUDENS DISCIPLINATUS
NON MURMURAVIT CORREPTUS
ET INSCIUS NON HONORABITUR
NOLITE EXTOLLERE IN FACIENDO
OPERE TUO
NOLI CUNCTARI IN TEMPORE
ANGUSTIAE
MELIOR EST QUI OPERATUR
ET ABUNDAT IN OMNIBUS QUAM
QUI GLORIATUR ET EGET PANEM
FILI IN MANSUETUDINE SERVA
ANIMAM TUAM ET DA ILLI
HONOREM SECUNDUM
MERITUM SUUM
PECCANTEM IN ANIMAM SUAM
QUIS IUSTIFICAVIT
ET QUIS HONORIFICAVIT EX
HONORANTEM ANIMAM SUAM
PAUPER GLORIATUR PER DISCIPLI
NAM ET TIMOREM SUUM
ET EST HOMO QUI HONORIFI
CATUR PROPTER SUBSTAN
TIAM SUAM

QUI GLORIATUR IN PAUPERTATE
QUANTO MAGIS IN SUBSTANTIA
ET QUI GLORIATUR IN SUBSTANTIA
PAUPERTATEM UEREATUR
XI SAPIENTIA HUMILIATI EXALTAT
CAPUT ILLIUS
ET IN MEDIO MAGNATORUM
CONSEDERE ILLUM FACIET
NON LAUDES UIRUM IN SPECIE SUA
NEQUE SPERNAS HOMINEM
IN UISU SUO
BREUIS IN UOLATILIBUS EST APIS
ET INITIUM DULCORIS HABET
FRUCTUS ILLIUS
ET IN UESTITU NE GLORIERIS
UMQUAM
NEC IN DIE HONORIS TUI
EXTOLLARIS
QUONIAM MIRABILIA OPERA
ALTISSIMI SOLIUS
ET GLORIOSA ABSCONSA ET INUISA
OPERA ILLIUS
MULTI TYRANNI SEDERUNT
IN THRONO
ET INSUSPICABILIS PORTAUIT
DIADEMA
MULTI POTENTES PRESSI SUNT
UALIDE
ET GLORIOSI TRADITI SUNT
IN MANUS ALTERORUM
PRIUSQUAM INTERROGES
NE UITUPERES QUEMQUAM
ET CUM INTERROGAUERIS
CORRIPE IUSTE
PRIUSQUAM AUDIAS NE RESPON
DEAS UERBUM ET IN MEDIO
SENIORUM NE ADICIAS LOQUI
DE RE EA QUAE TE NON MOLESTAT
NE CERTERIS ET IN IUDICIO
PECCANTIUM NE CONSISTAS
FILI NE IN MULTIS SINT ACTUS TUI
ET SI DIUES FUERIS NON ERIS
INMUNIS A DELICTO
SI ENIM SECUTUS FUERIS
NON ADPREHENDES ET NON
EFFUGIES SI PRAECUCURRERIS
EST LABORANS ET FESTINANS
ET DOLENS IMPIUS ET TANTO
MAGIS NON ABUNDAT
EST HOMO MARCIDUS EGENS
RECUPERATIONE
PLUS DEFICIENS UIRTUTE ET ABUN
DANS PAUPERTATE ET OCULUS DĪ
RESPEXIT ILLUM IN BONO
ET EREXIT ILLUM AB HUMILITATE
IPSIUS ET EXALTAUIT CAPUT EIUS
ET MIRATI SUNT MULTI IN ILLO
ET HONORAUERUNT DM̄
BONA ET MALA UITA ET MORS
ET PAUPERTAS ET HONESTAS
A DŌ SUNT
DATIO DĪ PERMANET IUSTIS
ET PROFECTUS ILLIUS SUCCESSUS
HABEBUNT IN AETERNUM
EST QUI LOCUPLETATUR PARCE
AGENDO ET EST PARS
MERCEDIS ILLIUS
IN EO QUOD DICIT INUENI REQUIEM
MIHI ET NUNC MANDUCABO
DE BONIS MEIS SOLUS
ET NESCIT QUOD TEMPUS
PRAETEREAT ET RELINQUIT
OMNIA ALIIS
STA IN TESTAMENTO TUO ET IN
ILLO CONLOQUERE
ET IN OPERE MANDATORUM TUORŪ
UETERESCE
NE MANSERIS IN OPERIBUS
PECCATORUM
FIDE AUTEM IN DŌ ET MANE
IN LOCO TUO
FACILE EST AUTEM IN OCULIS DĪ
SUBITO HONESTARE PAUPERĒ
BENEDICTIO DĪ IN MERCEDEM
IUSTI FESTINAT
ET IN HONORE UELOCI PROCESSUS
ILLIUS FRUCTIFICAT
NE DICAS QUID EST MIHI OPUS

ET QUAE ERUNT MIHI EX HOC BONA
NEC DICAS SUFFICIENS SUM ET QUID
EX HOC PESSIMABOR
IN DIE BONORUM NE INMEMOR
SIS MALORUM
ET IN DIE MALORUM NE INMEMOR
SIS BONORUM
QUONIAM FACILE CORAM DO
IN DIE OBITUS RETRIBUERE UNI
CUIQUE SECUNDUM UIAS SUAS
MALITIA HORAE OBLIUIONEM
FACIT LUXURIAE MAGNAE
ET IN FINE HOMINIS DENUDATIO
OPERUM ILLIUS
ANTE MORTEM NON LAUDES
HOMINEM QUEMQUAM
QUONIAM IN FILIIS SUIS
AGNOSCITUR UIR
NON OMNEM HOMINEM INDUCAS
IN DOMUM TUAM MULTAE ENIM
INSIDIAE SUNT DOLOSI
SICUT ENIM ERUCTANT PRAE
CORDIA FETANTIUM
SICUT PERDIX INDUCITUR
IN CAUEAM
ET UT CAPREA IN LAQUEO SIC
ET COR SUPERBORUM
ET SICUT PROSPECTOR UIDENS
CASUM PROXIMI SUI
BONA ENIM IN MALA CONUERTIT
INSIDIATOR ET IN ELECTIS
IMPONET MACULAM
A SCINTILLA UNA AUGETUR
IGNIS ET A BUNO DOLOSO
AUGETUR SANGUIS
HOMO UERO PECCATOR
SANGUINI INSIDIATUR
ATTENDE TE A PESTIFERO
FABRICAT ENIM MALA
NE FORTE INDUCAT SUPER TE
SUBSANNATIONEM IN PERPETUŪ
ADMITTE AD TE ALIENIGENAM
ET SUBUERTET TE IN TURBORE
ET ABALIENABIT TE A TUIS PROPRIIS

DE ELEMOSYNA

XII. SI BENE FECERIS SCITO CUI FECERIS
ET ERIT GRATIA IN BONIS TUIS
MULTA
BENEFAC IUSTO ET INUENIES
RETRIBUTIONEM MAGNAM
ET SI NON AB IPSO CERTE A DNO
NON EST EI BENE QUI ASSIDUUS
EST MALIS
ET ELEMOSYNAM NON DANTI
QUONIAM ET ALTISSIMUS ODIO
HABET PECCATORES ET MISER
TUS EST PAENITENTIBUS
DA MISERICORDI ET NE SUSCIPIAS
PECCATOREM
ET IMPIIS ET PECCATORIBUS
REDDET UINDICTAM CUSTODI
ENS EOS IN DIE UINDICTAE
DA BONO ET NON RECEPERIS
PECCATOREM
BENEFAC HUMILI ET NE DEDERIS
IMPIO
PROHIBE PANES ILLI DARE NE IN IPSIS
POTENTIOR TE SIT
NAM DUPLICIA MALA INUENIES
IN OMNIBUS BONIS
QUONIAM ET ALTISSIMUS ODIO
HABET PECCATORES ET IMPIIS
REDDET UINDICTAM DE INIMICIS
NON AGNOSCETUR IN BONIS AMICUS
ET NON ABSCONDETUR IN MALIS
INIMICUS
IN BONIS UIRI INIMICI ILLIUS
IN TRISTITIA ET IN MALIS ILLIUS
AMICUS AGNITUS EST
NON CREDAS INIMICO TUO
IN AETERNUM
SICUT ENIM ERAMENTUM
ERUGINAT NEQUITIA ILLIUS
ET SI HUMILIATUS UADAT CURUUS
ADFIRMA ANIMUM TUUM
ET CUSTODI TE AB ILLO
NON STATUAS ILLŪ PENES TE NEC
SEDEAT AD DEXTERAM TUAM

NECONUERSUSSTET INLOCO
NEFORTE CONUERSUS INLOCUM
TUUM INQUIRATCATHEDRAM
TUAM
ET INNOUISSIMOAGNOSCAS
UERBAMEAETINSERMONIBUS
MEIS STIMULERIS
QUISMISEREBITUR INCANTATORI
ASERPENTE PERCUSSO
ETOMNIBUS QUAEADPROPIANT
BESTIIS
ETQUICOMITATUR CUMUIRO
INIQUO
ETOBUOLUTUSEST INPECCATISEIUS
UNAHORATECUM PERMANEBIT
SIAUTEMDECLINAUERIS
NONSUPPORTABIT
INLABIISSUIS INDULCATINIMICUS
ETINCORDESUO INSIDIATUR UTSUB
UERTATTE INFOUEAM
INOCULISSUISLACRIMATUR INIMI
CUS ETSIINUENERITTEMPUS
NONSATIABITURSANGUINE
SIINCURRERINTTIBIMALAINUE
NIESEUMILLIC PRIOREM
INOCULISSUISLACRIMATUR
INIMICUS ETQUASIADIUUANS
SUFFODIET PLANTASTUAS
ETCAPUT SUUM MOUEBIT
ETPLAUDEBIT MANU
ETMULTASUSURRANS COMMU
TAUITUULTUMSUUM
DESOCIETATE DIUITUM
SUPERBORUM
XIII QUITETIGERIT PICEM INQUINABI
TURABEA
ETQUICOMMUNICAUERIT SUPERBO
INDUET SUPERBIA
VIIII PONDUS SUPERSETOLLITQUI
HONESTIORICOMMUNICAT
ETDITIORITE NESOCIUSFUERIS
QUIDCOMMUNICAUIT
CACCABUS ADOLLAM
QUANDOENIM CONLISERINT
CONFRINGENTUR
DIUES INIUSTE EGITETFREMIBIT
PAUPERAUTEM LAESUSTACEBIT
SILARGITUS FUERISASSU MITTE
ETSINONHABUERIS
DERELINQUETTE
SIHABES CONUIUETTECUM
ETEUACUAUITTE
ETIPSENONDOLEBITSUPERTE
SINECESSARIUSILLIFUERIS
SUBPLANTAUITTE
ETSUBRIDENS SPEM DABITTIBI
NARRANSTIBIBONA
ETDICIT QUIDOPUSESTTIBI
ETCONFUNDITTE INCIBISSUIS
DONECTE INANIAT BIS ETTER
ETINNOUISSIMO DERIDEATTE
suum POSTEAUIDENS DERELINQUETTE
ETCAPUT MOUEBITADTE
ADTENDE NESEDUCTUS INSTUL
TITIAM HUMILIERIS
NOLIESSE HUMILIS
INSAPIENTIATUA
NEHUMILIATUS INSTULTITIAM
SEDUCARIS
ADUOCATUS APOTENTIORE
DISCEDE
EXHOCENIM MAGISTE
ADUOCAUIT
NEINPROBUS SIS NEINPINGARIS
ETNELONGESIS ABEO ETEAS
INOBLIUIONEM
NERETINEAS EXEQUO
LOQUICUMILLO
NECREDAS MULTIS UERBISILLIUS
EXMULTAENIM LOQUELLA
TEMPTAUITTE
ETSUBRIDENS INTERROGABITTE
DEABSCONDITIS TUIS INTIMIS
ANIMUS ILLIUS CONSERUABIT
UERBATUA
ETNONPARCET DEMALITIA
ETDEUINCULIS
CAUETIBI ETADTENDE

diligenter auditui tuo
quoniam cum subversione tua
ambulas
audiens vero illa quasi
insomnis vide
et vigilabis omni vita tua
dilige dm̄ et invoca eum
in salute tua
omne animal diligit similem
sibi sic et omnis homo
proximum sibi
omnis caro ad similem sibi
coniungitur
et omnis homo similis sui
sociabitur
si communicabit lupus
agno aliquando sic
peccator iusto
quae communicatio sc̄o
homini ad canem aut quae
pax bona diviti ad pauperē
venatio leonis onager
in heremo sic pascua sunt
divitum pauperes
et sicut abominatio est
superbo humilitas sic ex
ecratio divitis pauper
dives commotus confir
matur ab amicis
humilis autem cum ceciderit
expelletur et a notis
diviti decepto multi
recuperatores
locutus est superbe et ius
tificaverunt illum
humilis deceptus est in
super et arguitur
locutus est sensate et non
est datus ei locus
dives locutus est et omnes
tacuerunt
et verbum illius usque
ad nubes perducent
pauper locutus est

et dicent quis est hic
et si offenderit subvertent
illum
bona est substantia cui non est
peccatum in conscientia
et nequissima paupertas
in ore impii
cor hominis inmutat faciem
illius sive in bona sive in mala
vestigium cordis boni et faciē
bonam difficile invenies
et cum labore
XIIII Beatus vir qui non est lapsus
verbo oris sui
et non est stimulatus
in tristitia delicti
felix qui non habuit animi sui
tristitiam
et non excedit a spe sua
viro cupido et tenaci sine
ratione est substantia
et homini livido ut quid aurum
qui acervat ex animo suo in
iuste aliis congregat et in
bonis illius alius luxuriabitur
qui sibi nequam est cui alii
bonus erit
et non iucundabitur in bonis
suis qui sibi invidet nihil
est illo nequius
et haec redditio est
malitiae illius
ut si bene fecerit ignoranter
et non volens facit
et in novissimo manifestat
malitiam suam
nequam est oculus lividi et
avertens faciem et despi
ciens animam suam
insatiabilis oculus cupidi
in parte iniquitatis
non satiabitur donec con
summet arefaciens
animam suam

oculus malus ad mala et non
saxiabitur pane
indigens et in tristitia erit
super mensam suam
de bene faciendo quia
mors non tardat
Fili si habes benefac tecum et do
dignas oblationes offer
memor esto quia mors
non tardat
et testamentum inferorum
quia demonstratum est tibi
testamentum enim huius
mundi morte morietur
ante mortem benefac
amico tuo
et secundum uires tuas
exporrigens da pauperi
non defrauderis a die bona
et particula boni doni non
te praetereat
nonne aliis relinques dolores
et labores tuos
in diuisione sortis da et accipe
et iustifica animam tuam
ante obitum tuum operare
iustitiam
quoniam non est apud inferos
inuenire cibum
omnis caro sicut uestimentū
ueterescit
et sicut folium fructificans
in arbore uiridi
alia generantur et alia
deiciuntur
sic generatio carnis et sangui
nis alia finitur et alia nascitur
omne opus corruptibile
in fine deficiet
et qui illud operatur ibit
cum ipso
et omne opus electum iusti
ficabitur et qui operatur
illud honorabitur in illo

Beatus uir qui in sapientia sua
morietur et qui in iustitia
sua meditabitur
et in sensu cogitauit circum
spectionem di
qui excogitat uias illius
in suo corde
et in absconsis illius
intellegens
uadens post illam quasi
uestigator
et in uiis illius consistens
qui respicit per fenestras
et in ianuas illius audiens
qui requiescit iuxta domum
illius et in parietibus illius
figens palum
statuet casulam suam
in manus illius
et requiescent in casula
illius bona per aeuum
statuet filios suos sub teg
men illius et sub ramis
illius morabitur
protegetur sub tegmen illius
a feruore et in gloria eius
requiescit
XV. qui timet dm̄ faciet illud
et qui continens est iustitiae
adprehendet illam
et obuiauit illi quasi mater
honorificata
et quasi mulier a uirginitate
suscipiet illum
cibauit illum pane uitae
et intellectus
et aqua sapientiae salutaris
potauit illum
et firmabitur in illo
et non flectetur
et continebit illam et non
confundetur
et inaltabit illum apud
proximos suos

ET IN MEDIO ECCLESIAE APERIET
OS ILLIUS
ADIMPLEBIT ILLUM SPM SAPIEN
TIAE ET INTELLECTUS ET STOLA
GLORIAE UESTIET ILLUM
IUCUNDITATEM ET EXULTATIO
NEM THESAURIZABIT
SUPER ILLUM
ET NOMINE AETERNO
HEREDITABIT ILLUM
HOMINES STULTI NON ADPRE
HENDENT ILLAM
ET HOMINES SENSATI
OBUIABUNT ILLI
HOMINES STULTI NON UIDEBUNT
ILLAM
LONGE ENIM ABEST A SUPERBIA
ET DOLO
UIRI MENDACES NON ERUNT
ILLIUS MEMORES
ET UIRI UERACES INUENIENTUR
IN ILLA
ET SUCCESSUM HABEBUNT USQ·
INSPECTIONEM DI
NON EST SPECIOSA LAUS
IN ORE PECCATORIS
QUONIAM A DO PROFECTA EST
SAPIENTIA
SAPIENTIAE ENIM DI ADSTAUIT LAUS
ET IN ORE FIDELI ABUNDAUIT ET
DOMINATOR DABIT EAM ILLI
NON DIXERIS PER DM ABEST QUAE
ODIT ENIM NE FECERIS
NON DICAS ILLE ME INPLANAUIT
NON ENIM NECESSARII SUNT ILLI
HOMINES IMPII
OMNE EXECRAMENTUM
ERRORIS ODIT DS
ET NON ERIT AMABILE
TIMENTIBUS ILLUM
DS AB INITIO CONSTITUIT
HOMINEM
ET RELIQUIT ILLUM IN MANU
CONSILII SUI

ADIECIT MANDATA ET PRAECEPTA SUA
SI UOLUERIS MANDATA CONSERUARE
CONSERUABUNT TE
ET IN PERPETUUM FIDEM
PLACITAM FACERE
ADPOSUIT TIBI AQUAM ET IGNEM
AD QUOD UOLUERIS PORRIGE
MANUM TUAM
ANTE HOMINEM UITA ET MORS
BONUM ET MALUM
QUOD PLACUERIT EI DABITUR ILLI
QUONIAM MULTA SAPIENTIA DI
ET FORTIS IN POTENTIA
UIDENS OMNES SINE INTER
MISSIONE
OCULI DNI AD TIMENTES EUM
ET IPSE AGNOSCIT OMNEM
OPERAM HOMINIS
NEMINI MANDAUIT IMPIE AGERE
ET NEMINI DEDIT SPATIUM
PECCANDI
NON ENIM CONCUPISCIT MULTITU
DINEM FILIORUM INFIDELIUM
ET INUTILIUM De filiis impiis
X XVI NE IUCUNDERIS IN FILIIS IMPIIS
SI MULTIPLICENTUR
NON OBLECTERIS SUPER IPSOS
SI NON EST TIMOR DI CUM ILLIS
NON CREDAS UITAE ILLORUM
ET NE RESPEXERIS IN LABORES
ILLORUM
MELIOR EST ENIM UNUS TIMENS
DM QUAM MILLE FILII IMPII
ET UTILE MORI SINE FILIIS QUAM
RELINQUERE FILIOS IMPIOS
AB UNO SENSATO INHABITABITUR
PATRIA ET TRIBUS IMPIIS
DESERETUR
MULTA ALIA UIDIT OCULUS MEUS
ET FORTIORA HORUM
AUDIUIT AURIS MEA
IN SYNAGOGA PECCANTIUM
EXARDEBIT IGNIS
ET IN GENTE INCREDIBILI

EXARDESCIT IRA
NON EXORAUERUNT PRO PECCATIS
SUIS ANTIQUI GIGANTES
QUI DESTRUXERUNT CONFIDENTES
SUAE UIRTUTI
NON PEPERCIT PEREGRINATIONI
ILLORUM
ET EXECRATUS EST ILLOS PRAE
SUPERBIA UERBI ILLORUM
NON MISERTUS EST ILLIS GENTEM
TOTAM PERDENS
ET EXTOLLENTEM SE IN SUIS
PECCATIS
ET SICUT SESCENTA MILIA PEDITUM
QUI CONGREGATI SUNT IN DURITIAM
CORDIS SUI ET SI UNUS FUISSET
CERUICATUS MIRUM SI FUISSET
INMUNIS
MISERICORDIA ENIM ET IRA EST
CUM ILLO
POTENS EXORATIO ET EFFUNDENS
IRAM SECUNDUM MISERI
CORDIAM SUAM
SIC CORREPTIO ILLIUS SECUNDŪ hominis
OPERA SUA IUDICATUR
NON EFFUGIET IN RAPINA
PECCATOR
ET NON RETARDAUIT SUFFERENTIA
MISERICORDIAM FACIENTES
OMNIS MISERICORDIA FACIET
LOCUM UNICUIQUE SECUNDUM
MERITUM OPERUM SUORUM
ET SECUNDUM INTELLECTUM
PEREGRINATIONIS IPSIUS
NON DICAS A D̄O ABSCONDAR
ET EX SUMMO QUIS MEI
MEMORABITUR
IN POPULO MAGNO NON AGNOSCAR
QUAE EST ANIMA MEA IN TAM
INMENSA CREATURA
ECCE CAELUM ET CAELI CAELORŪ
ABYSSUS ET UNIUERSA TERRA
ET QUAE IN EIS SUNT IN CONSPEC
TU ILLIUS COMMOUEBUNTUR.

MONTES SIMUL ET COLLES
ET FUNDAMENTA TERRAE
ET CUM CONSPEXERIT ILLA DS̄
TREMORE CONCUTIENTUR
ET IN OMNIBUS HIS INSEN
SATUM EST COR
ET OMNE COR INTELLEGITUR
ET UIAS ILLIUS QUIS INTELLEXIT
ET PROCELLA QUAM NEC
OCULUS UIDIT HOMINIS
NAM PLURIMA OPERA ILLIUS
SUNT IN ABSCONSIS
SED OPERA IUSTITIAE QUIS
ENUNTIABIT AUT QUIS SUSTINEBIT
LONGE ENIM EST TESTAMEN
TUM A QUIBUSDAM
ET INTERROGATIO OMNIUM
IN CONSUMMATIONE EST
QUI MINORATUR CORDE
COGITAT INSANIA
ET UIR IMPRUDENS ET ERRANS
COGITAT STULTA
AUDI ME FILI ET DISCE DISIPLI
NAM SENSUS
ET IN UERBIS MEIS ADTENDE
IN CORDE TUO
ET DICAM IN AEQUITATE
DISCIPLINAM
ET SCRUTABOR ENARRARE
SAPIENTIAM
ET IN UERBIS MEIS ADTENDE
IN CORDE TUO ET DICO IN AE
QUITATE SP̄S ET UIRTUTIS
QUAS POSUIT D̄S IN OPERA SUA
AB INITIO
ET IN UERITATE ENUNTIO
SCIENTIAM EIUS
ET IN IUDICIO D̄I OPERA
IPSIUS AB INITIO
ET AB INSTITUTIONE IPSORUM
DISTINXIT PARTES ILLORUM
ET INITIA IPSORUM IN GENTIB·SUIS
ORNAUIT IN AETERNUM
OPERA ILLORUM

NEC ESURIERUNT NEC
LABORAUERUNT
ET NON DESTITERUNT AB OPERIB(US) SUIS
UNUSQUISQUE PROXIMUM SIBI
NON ANGUSTIAUIT USQUE
IN AEUUM
NON SIS INCREDIBILIS UERBO ILLIUS
POST HAEC DS IN TERRAM
RESPEXIT ET INPLEBIT
ILLAM BONIS SUIS
ANIMA OMNIS UITALIS DENUNTI
AUIT ANTE FACIEM IPSIUS
ET IPSA ITERUM REUERSIO
ILLORUM
XVII DS CREAUIT DE TERRA HOMINEM
ET SECUNDUM IMAGINEM
SUAM FECIT ILLUM
ET ITERUM CONUERTIT ILLUM
IN IPSAM
ET SECUNDUM SE UESTIUIT
ILLUM UIRTUTEM
NUMERUM DIERUM ET TEMPUS
DEDIT ILLI
ET DEDIT ILLI POTESTATEM EORŪ
QUAE SUNT SUPER TERRAM
POSUIT TIMOREM ILLIUS SUPER
OMNEM CARNEM
ET DOMINATUS EST BESTIARUM
ET UOLATILIUM
CREAUIT EX IPSO ADIUTORIUM
SIMILEM IPSI
CONSILIUM ET LINGUAM ET
OCULOS AURES ET CORDE
ET DEDIT ILLIS EXCOGITANDI
ET DISCIPLINAM INTELLECTUS
REPLEUIT ILLOS
CREAUIT ILLIS SCIENTIAM SPS
SENSUM IMPLEBIT COR ILLORŪ
ET MALA ET BONA OSTENDIT ILLIS
POSUIT OCULUM IPSORUM
SUPER CORDA ILLORUM
OSTENDERE ILLIS MAGNALIA
OPERUM IPSORUM
ET NOMEN SCIFICATIONIS

CONLAUDENT ET GLORIARI
IN MIRABILIBUS ILLIUS
ET MAGNALIA ENARRENT
OPERUM EIUS
ADDIDIT ILLIS DISCIPLINAM
ET LEGEM UITAE HEREDITABIT
ILLOS
TESTAMENTUM AETERNUM
CONSTITUIT CUM ILLIS ET IUSTI
TIA ET IUDICIA SUA OSTENDIT ILLIS
ET MAGNALIA HONORIS EIUS
UIDIT OCULUS ILLORUM
ET DIXIT ILLIS ADTENDITE UOBIS
AB OMNI INIQUO
ET MANDABIT ILLIS UNICUIQUE
DE PROXIMO
UIAE ILLORUM CORAM IPSO
SUNT SEMPER
NON SUNT ABSCONSAE
AB OCULIS IPSIUS
IN UNAMQUAMQUE GENTEM
PRAEPOSUIT RECTOREM
ET PARS DĪ ISRAHEL FACTA EST
MANIFESTA
ET OMNIA OPERUM ILLORUM
UELUT SOL IN CONSPECTU DĪ
ET OCULI EIUS SINE INTERMISSI
ONE INSPICIENTES IN UIIS EORUM
NON SUNT ABSCONSA TESTAMEN
TA PER INIQUITATEM EORUM
ET OMNES INIQUITATES EORUM
IN CONSPECTU DĪ
ELEMOSINA UIRI QUASI
SACCULUM CUM IPSO
ET GRATIAM HOMINIS QUASI
PUPILLAM CONSERUABIT
ET POSTEA RESURGET
ET RETRIBUET ILLIS
RETRIBUTIONEM CUIQUE
IN CAPUT IPSORUM
ET CONUERTET IN INFERIORES
PARTES TERRAE
PAENITENTIBUS AUTEM
DEDIT UIAM IUSTITIAE

ET CONROGAVIT DEFICIENTES
SUSTINERE
ET DESTINAVIT ILLIS SORTEM
VERITATIS DE CONVERSIONE
CONVERTERE AD DM̄ ET RELINQUE
PECCATA TUA
PRECARE ANTE FACIEM DĪ ET MI
NUE OFFENDICULUM
REVERTERE AD DN̄M ET AVERTE
RE AB INIUSTITIA TUA
ET NIMIS ODITO EXECRATIONEM
ET COGNOSCE IUSTITIAS
ET IUDICIA DĪ
ET STA IN SORTE PROPOSITIONIS
ET ORATIONIS ALTISSIMI DĪ
IN PARTES VADE SAECULI SCĪ CUM
VIVIS ET DANTIBUS CONFESSIO
NEM DŌ
NON DEMORERIS IN ERRORE IMPIORŪ
A MORTUO QUASI NIHIL PERIT
CONFITEBERIS VIVENS
VIVUS ET SANUS CONFITEBERIS
ET LAUDABIS DM̄
ET GLORIABERIS IN MISERATIONIB·
ILLIUS
QUAM MAGNA MISERICORDIA DĪ
ET PROPITIATIO ILLIUS CON
VERTENTIBUS AD SE
NEC ENIM OMNIA POSSUNT
ESSE IN HOMINIBUS
QUONIAM NON EST INMORTALIS
FILIUS HOMINIS
ET IN VANITATE MALITIAE
PLACUERUNT
QUID LUCIDIUS SOLE ET HIC
DEFICIET
AUT QUID NEQUIUS EXCOGITAVIT
CARO ET SANGUIS ET HOC
ARGUITUR
VIRTUTEM ALTITUDINIS CAELI
IPSE CONSPICIT
ET OMNES HOMINES TERRA ET CINIS
XVIII QUIV[illegible]VIT IN TERNUM CREAVIT
OMNIA SIMUL

DS̄ SOLUS IUSTIFICABITUR ET MANET
INVICTUS REX IN AETERNUM
QUIS SUFFICIT ENARRARE OPERA ILLIUS
QUIS ENIM INVESTIGAVIT
MAGNALIA EIUS
VIRTUTEM AUTEM MAGNITUDI
NIS EIUS QUIS ENUNTIAVIT
ET QUIS ADICIET ENARRARE
MISERICORDIAM EIUS
NON EST MINUERE NEQUE
ADICERE NEC EST INVENIRE
MAGNALIA DĪ
ET CUM CONSUMMAVERIT
HOMO TUNC INCIPIT
ET CUM QUIEVERIT OPERABITUR
QUID HOMO ET QUAE GRATIA
ILLIUS ET QUID BONUM
AUT NEQUAM ILLIUS
NUMERUS DIERUM HOMINŪ
UT MULTUM CENTUM ANNI
QUASI GUTTA AQUAE MARE
ET SICUT CALCULUS ARENAE
SIC EXIGUI ANNI IN DIE AEVI
PROPTER HOC PATIENS
EST DS̄ IN ILLIS
ET EFFUNDIT SUPER EOS
MISERICORDIAM SUAM
VIDIT PRAESUMPTIONEM CORDIS
ILLORUM QUONIAM MALA EST
ET COGNOVIT SUBVERSIONEM
ILLORUM QUONIAM
NEQUAM EST
IDEO ADIMPLEBIT PROPITIATI
ONEM SUAM IN ILLIS
ET OSTENDIT ILLIS VIAM
AEQUITATIS
MISERATIO HOMINIS CIRCA
PROXIMUM SUUM
MISERICORDIA AUTEM DĪ
SUPER OMNEM CARNEM
QUI MISERICORDIAM HABET
DOCET ET ERUDIT QUASI
PASTOR GREGEM SUUM
MISEREATUR EXCIPIENS

DOCTRINAM MISERATIONIS
ET QUI FESTINAT IN IUDICIIS EIUS
FILI IN BONIS NON DES QUAERELLAM
ET OMNI DATO NE DES TRISTITIAM
UERBI MALI
NON NE ARDOREM REFRIGERAUIT
ROS SIC UERBUM MELIUS
QUAM DATUM
NONNE ECCE UERBUM SUPER
DATUM BONUM
ET UTRAQUE CUM HOMINE
IUSTIFICATO
STULTUS ACRITER IMPROPERAUIT
ET DATUS INDISCIPLINATI
TABESCERE FACIT OCULOS
ANTE IUDICIUM PARA IUSTITIAM
TIBI ET ANTEQUAM LOQUARIS
DISCE
ANTE LANGUOREM ADHIBE
MEDICINAM ET ANTE IUDICIUM
INTERROGA TE IPSUM
ET IN CONSPECTU DI INUENIES
PROPITIATIONEM
ANTE LANGUOREM HUMILIA TE
ET IN TEMPORE INFIRMITATIS
OSTENDE CONUERSATIONEM
TUAM
NON IMPEDIARIS ORARE
SEMPER
ET NON UETERIS USQUE AD
MORTEM IUSTIFICARI
QUONIAM MERCES DI
MANET IN AETERNUM
ANTE ORATIONEM PRAEPARA
ANIMAM TUAM
ET NOLI ESSE QUASI HOMO
QUI TEMTAT DM
MEMENTO IRAE IN DIE
CONSUMMATIONIS
ET TEMPUS RETRIBUTIONIS
IN CONUERSATIONE FACIES
MEMENTO PAUPERTATIS
IN TEMPORE ABUNDANTIAE
ET NECESSITATEM PAUPERTATIS
IN DIE DIUITIARUM
A MANE USQUE AD UESPERUM
INMUTABITUR TEMPUS
IN HAEC OMNIA CITATA
IN OCULIS DI
HOMO SAPIENS IN OMNIB· METUIT
ET IN DIEBUS DELICTORUM
ADTENDET AB INERTIA
OMNIS ASTUTUS AGNOSCIT
SAPIENTIAM
ET INUENIENTI EAM DABIT
CONFESSIONEM
SENSATI IN UERBIS ET IPSI
SAPIENTER EGERUNT
ET INTELLEXERUNT UERITATEM
ET IUSTITIAM
ET INPLORAUERUNT PRO
UERBIA ET IUDICIA

DE CONTINENTIA ANIMAE

POST CONCUPISCENTIAS TUAS
NON EAS ET A UOLUNTATE
AUERTERE
SI PRAESTES ANIMAE TUAE
CONCUPISCENTIAS EIUS
FACIET TE IN GAUDIO INIMICIS
NE OBLECTERIS IN TURBIS
NEC IN MODICIS
ADDUAS EST ENIM COM
MISSIO ILLORUM
NE FUERIS MEDIOCRIS IN CON
TENTIONE EX FOENORE
ET NON EST TIBI NIHIL IN SACCULO
ERIS ENIM INUIDUS UITAE TUAE
XIX OPERARIUS EBRIACUS NON
LOCUPLETABITUR
ET QUI SPERNIT MODICA
PAULATIM DECIDIT
UINUM ET MULIERES APOSTATARE
FACIUNT SAPIENTES ET
ARGUENT SENSATOS
ET QUI SE IUNGIT FORNICARIIS
ERIT NEQUAM
PUTREDO ET UERMES
HEREDITABUNT ILLUM

ET EXTOLLETUR IN EXEMPLUM
MAIUS
ET TOLLETUR DE NUMERO
ANIMA EIUS
QUI CREDIT CITO LEUIS CORDE
MINORABITUR
ET QUI DELINQUIT IN ANIMAM
SUAM INSUPER HABEBITUR
QUI GAUDET INIQUITATI
DENOTABITUR
ET QUI ODIT CORREPTIONEM
CONMINUITUR UITA
ET QUI ODIT LOQUACITATEM
EXTINGUIT MALITIAM
QUI PECCAT IN ANIMAM SUAM
PENITEBITUR ET QUI IUCUN
DATUR IN MALITIA DENOTABITUR
NE ITERES UERBUM NEQUAM
ET DURUM ET NON MINO
RAUERIS
AMICO ET INIMICO NOLI ENARRA
RE SENSUM TUUM
ET SI EST TIBI DELICTUM
NOLI DENUDARE
AUDIET ENIM TE ET CUSTODIET
TE ET QUASI DEFENDENS
PECCATUM ODIET TE
ET SIC ADERIT TIBI SEMPER ·
K AUDISTI UERBUM ADUERSUS
PROXIMUM COMMORIATUR IN TE
FIDENS QUONIAM NON TE
DISRUMPIT
A FACIE UERBI PARTURIT FATUUS
TAMQUAM GEMITUS
PARTUS INFANTIS
SAGITTA INFIXA FEMORI CANIS
SIC UERBUM IN ORE STULTI
XI CORRIPE AMICUM NE FORTE
NON INTELLEXERIT
ET DICAT NON FECI
AUT SI FECERIT NE ITERUM
ADDAT FACERE
CORRIPE PROXIMUM
NE FORTE NON DIXERIT

ET SI DIXERIT NE FORTE ITERET
CORRIPE AMICUM SAEPE ENIM
FIT COMMISSIO ET NON
OMNI UERBO CREDAS
EST QUI LABITUR LINGUA SUA
SED NON EX ANIMO
QUIS EST ENIM QUI NON DELIN
QUERIT IN LINGUA SUA
CORRIPE PROXIMUM ANTE
QUAM MINERIS ET DA LOCUM
TIMORI ALTISSIMI
QUIA OMNIS SAPIENTIA TIMOR
DĪ ET IN ILLA TIMERE DM̄
ET IN OMNI SAPIENTIA
DISPOSITIO LEGIS
NON EST SAPIENTIA NEQUITIAE
DISCIPLINA
ET NON EST COGITATUS PECCA
TORUM PRUDENTIA
EST NEQUITIA ET IN IPSA
EXECRATIO
ET EST INSIPIENS QUI MINUITUR
SAPIENTIAM
MELIOR EST HOMO QUI DE
FICIT SAPIENTIA ET DEFICI
ENS SENSU IN TIMORE
QUAM QUI HABUNDAT SENSU
ET TRANSGREDITUR
LEGEM ALTISSIMI
EST SOLLERTIA CERTA
ET IPSA INIQUA
ET EST QUI EMITTIT UERBUM
CERTUM ENARRANS
UERITATEM
EST QUI NEQUITER HUMILIAT SE
ET INTERIORA EIUS PLENA
SUNT DOLO
EST IUSTUS QUI SE NIMIUM SUM
MITTIT A MULTA HUMILITATE
ET EST IUSTUS QUI INCLINAT FACIĒ
ET FINGIT NON UIDERE SE
QUOD IGNORATUM EST
ET SI AB INBECILLITATE UIRIUM
UETETUR PECCARE

SI INUENERIT TEMPUS MALE
FACIENDI MALE FACIET
EX UISU COGNOSCITUR UIR ET AB
OCCURSU FACIEI COGNOSCITUR
SENSATUS
AMICTUS CORPORIS ET RISUS
DENTIUM
ET INGRESSUS HOMINIS
ENUNTIAT DE ILLO
EST CORREPTIO MENDAX IN IRA
CONTUMELIOSI
ET EST INDICIUM QUOD NON
PROBATUR ESSE BONUM
ET EST TACENS ET IPSE
EST PRUDENS
XX QUONIAM BONUM EST ARGUERE
QUAM IRASCI
ET CONFITENTEM IN ORATIONE
NON PROHIBERE
CONCUPISCENTIA SPADONIS
DEUIRGINAUIT IUUENCULAM
SIC QUI FACIT PER UIM
IUDICIUM INIQUUM
XX QUAM BONUM EST CORREPTUM
MANIFESTARE PAENITENTIAM
SIC ENIM EFFUGIES UOLUN
TARIUM PECCATUM
EST TACENS QUI INUENITUR
SAPIENS
ET EST ODIBILIS QUI PROCAX EST
AD LOQUENDUM
EST TACENS NON HABENS
SENSUM LOQUELLAE
ET EST TACENS SCIENS TEMPUS
APTI TEMPORIS
HOMO SAPIENS TACEBIT
USQUE AD TEMPUS
LASCIUUS AUTEM ET IMPRU
DENS NON SERUABUNT
TEMPUS
QUI MULTIS UTITUR UERBIS
LEDIT ANIMAM SUAM
ET QUI POTESTATEM SIBI
ASSUMIT INIUSTE ODIETUR

EST PROCESSIO IN MALIS UIRO
INDISCIPLINATO
ET EST INUENTIO IN DETRIMENTUM
EST DATUM QUOD NON EST UTILE
ET EST DATUM CUIUS RETRI
BUTIO DUPLEX
EST PROPTER GLORIAM
MINORATIO
ET EST QUI AB HUMILITATE
LEUABIT CAPUT
EST QUI MULTA REDIMAT
MODICO PRETIO
ET RESTITUENS EA SEPTUPLUM
SAPIENS IN UERBIS SE IPSUM
AMABILEM FACIET
GRATIAE AUTEM FATUORUM
EFFUNDENTUR
DATUM INSIPIENTIS NON ERIT
UTILE TIBI
OCULI ENIM ILLIUS SEPTEMPLI
CES SUNT
EXIGUA DABIT ET MULTA
IMPROPERAUIT
ET APERTIO ORIS ILLIUS
INFLAMMATIO EST
HODIE FENERATUR ET CRAS
EXPETIT ET ODIBILIS HOMO
EIUS MODI
FATUO NON ERIT AMICUS ET NON
ERIT GRATIA BONIS ILLIUS
QUI ENIM EDUNT PANEM ILLIUS
FALSAE LINGUAE SUNT
QUOTIENS ET QUANTI
INRIDEBUNT EUM
NEQUE ENIM QUOD HABENDUM
ERAT DIRECTO SENSU
DISTRIBUIT
SIMILITER QUOD NON ERAT
HABENDUM
LAPSUS FALSAE LINGUAE QUASI
QUI PAUIMENTUM CADENS
SIC CASUS MALORUM FESTI
NANTER UENIENT
HOMO INGRATUS QUASI FABULA
UANA

INORE INDISCIPLINATORUM
ADSIDUA ERIT FLAGELLA
EX ORE FATUI REPROBABITUR
PARABOLA
NON ENIM DICIT ILLAM
IN TEMPORE SUO
EST QUI UETATUR PECCARE
AB INOPIA ET IN REQUIE SUA
STIMULABITUR
EST QUI PERDIT ANIMAM SUAM
PRAE CONFUSIONE
ET AB IMPRUDENTI PERSONA
PERDET EAM
PERSONAE AUTEM ACCEPTIONE
PERDET SE
EST QUI PRAE CONFUSIONE
PROMITTIT AMICO
ET LUCRATUS EST EUM
INIMICUM GRATIS
OPPROBRIUM ENIM NEQUAM
IN HOMINE MENDACIUM
ET IN ORE INDISCIPLINATORUM
ASSIDUE ERIT
POTIUS FUREM QUAM AD
SIDUITAS UIRI MENDACIS
PERDITIONEM AUTEM
AMBO HEREDITABUNT
MORES HOMINUM MENDACIŪ
SINE HONORE
ET CONFUSIO ILLORUM CUM
IPSIS SINE INTERMISSIONE
UERBUM PARABOLARUM
SAPIENS IN UERBIS PRODUCET
SE IPSUM
ET HOMO PRUDENS
PLACEBIT MAGNATIS
QUI OPERATUR TERRAM SUAM
INALTABIT ACERUUM FRUCTUŪ
ET QUI OPERATUR IUSTITIAM
IPSE EXALTABITUR
QUI UERO PLACET MAGNATIS
EFFUGIET INIQUITATEM
SENIA ET DONA EXCECANT
OCULOS IUDICUM

ET QUASI MUTUS IN ORE AUERTIT
CORREPTIONEM EORUM
SAPIENTIA ABSCONSA ET THES
AURUS INUISUS QUAE UTILITAS
IN UTRISQUE
MELIOR EST QUI CELAT
INSIPIENTIAM SUAM
QUAM HOMO QUI ABSCONDIT
SAPIENTIAM SUAM
XXI. FILI PECCASTI NON ADICIAS ITERŪ
SED ET DE PRISTINIS DEPRECARE
UT TIBI DEMITTANTUR
QUASI A FACIE COLUBRI
FUGE PECCATA
ET SI ACCESSERIS AD ILLA
SUSCIPIENT TE
DENTES LEONIS DENTES EIUS
INTERFICIENTES ANIMAS
HOMINUM
QUASI ROMPHEA BIS ACUTA
OMNIS INIQUITAS
PLAGAE ILLIUS NON EST SANITAS
CATAPLECTATIO ET INIURIAE
OBIURGATIO ADNULLABUNT
SUBSTANTIAM
SIC SUBSTANTIA SUPERBIAE
ERADICABITUR
DEPRECATIO PAUPERIS EX ORE
USQUE AD AURES EIUS UENIET
ET IUDICIUM FESTINATO
ADUENIET ILLI
QUI ODIT CORREPTIONEM
UESTIGIUM EST PECCATORIS
ET QUI TIMET DM̄ CONUERTIT
AD COR SUUM
NOTUS A LONGE POTENS LINGUA
AUDACI ET SENSATUS SCIT
LABI SE AB IPSO
QUI AEDIFICAT DOMUM
IN PENDIIS ALIENIS
QUASI QUI COLLIGAT
LAPIDES IN HIEME
STUPPA COLLECTA SINAGOGA
PECCANTIUM

ET CONSUMMATIO ILLORUM
FLAMMA IGNIS
UIA PECCANTIUM COMPLANTATA
LAPIDIBUS
ET IN FINEM ILLORUM INFERI
ET TENEBRAE ET POENAE
QUI CUSTODIT IUSTITIAM CON
TINEBIT SENSUM EIUS
CONSUMMATIO TIMORIS DI
SAPIENTIA ET SENSUS
NON ERUDIETUR QUI NON EST
SAPIENS IN BONO
EST AUTEM INSIPIENTIA QUAE
ABUNDAT IN MALO
ET NON EST SENSUS UBI
ABUNDAT AMARITUDO
SCIENTIA SAPIENTIS TAMQUAM
INUNDATIO ABUNDAUIT
ET CONSILIUM ILLIUS SICUT FONS
UITAE PERMANET
COR FATUI QUASI UAS CONFRACTU͂
ET OMNEM SAPIENTIAM
NON TENEBIT
UERBUM SAPIENS QUODCUMQ·
AUDIERIT SCIUS LAUDABIT
ET AD SE ADICIET
AUDIUIT LUXURIOSUS ET DIS
PLICUIT ILLI ET PROICIET
ILLUD POST DORSUM SUUM
NARRATIO FATUI QUASI
SARCINA IN UIA
NAM IN LABIIS SENSATIS
INUENIETUR GRATIA
OS PRUDENTIS QUAERITUR
IN ECCLESIA
ET UERBA ILLIUS COGITABUNT
IN CORDIBUS SUIS
TAMQUAM DOMUS EXTERMI
NATA SIC FATUO SAPIENTIA
ET SCIENTIA INSENSATI IN
ENARRABILIA UERBA
COMPEDES IN PEDIBUS
STULTO DOCTRINA
ET QUASI UINCULA MANUUM

SUPER MANUM DEXTERAE
FATUUS IN RISU INALTAT UOCEM SUA͂
UIR AUTEM SAPIENS UIX
TACITE RIDEBIT
ORNAMENTUM AUREUM
PRUDENTI DOCTRINA
ET QUASI BRACIALE IN BRACHIO
DEXTRO
PES FATUI FACILIS IN DOMUM
PROXIMI
ET HOMO PERITUS CONFUNDETUR
A PERSONA POTENTIS
STULTUS A FENESTRA RESPICIET
IN DOMUM
UIR AUTEM ERUDITUS FORIS
STABIT
STULTITIA HOMINIS AUSCULTARE
PER OSTIUM
ET PRUDENS GRABABITUR
CONTUMELIA
LABIA INPRUDENTIUM
STULTA NARRABUNT
UERBA AUTEM PRUDENTIUM
STATERA PONDERABUNTUR
ET IN ORE FATUORUM COR ILLORU͂
ET IN CORDE SAPIENTIUM
OS ILLORUM
DUM MALEDICIT IMPIUS
DIABOLUM MALEDICIT
IPSE ANIMAM SUAM
SUSURRIO COINQUINABIT ANIMAM
SUAM ET IN OMNIB· ODIETUR
ET QUI MANSERIT ODIOSUS ERIT
TACITUS ET SENSATUS
HONORABITUR
XXII IN LAPIDE LUTEO LAPIDATUS EST PIGER
ET OMNES LOQUENTUR SUPER
ASPERNATIONEM ILLIUS
DE STERCORE LAPIDATUS EST PIGER
ET OMNIS QUI TETIGERIT EUM
EXCUTIET MANUS
CONFUSIO PATRIS EST DE FILIO
INDISCIPLINATO
IN FILIA AUTEM IN DIMINORATIONE
FIET

FILIA PRUDENS HEREDITAS
UIRO SUO
NAMQUE CONFUNDIT IN CONTU
MELIA FIT GENITORIS
PATREM ET UIRUM CONFUNDIT
AUDAX
ET AB IMPIIS NON MINORABITUR
AB UTRISQUE AUTEM
INHONORABITUR
MUSICA IN LUCTU INPORTUNA
NARRATIO
FLAGELLA ET DOCTRINA IN OMNI
TEMPORE SAPIENTIA
QUI DOCET FATUUM QUASI QUI
CONGLUTINAT TESTAM
QUI NARRAT UERBUM
NON AUDIENTI
QUASI QUI EXCITAT DORMIENTEM
DE GRAUI SOMNO
QUI ENUMERAT STULTO ET IN
FINE DICIT QUIS EST HIC
SUPRA MORTUUM PLORA
DEFICIT ENIM LUX EIUS. ET SUPRA
FATUUM PLORA DEFICIT ENIM SENSU
MODICUM PLORA SUPER MORTUUM
QUONIAM REQUIEUIT
NEQUISSIMI ENIM NEQUISSIMA
UITA SUPER MORTE FATUI
LUCTUS MORTUI SEPTEM DIES
FATUI AUTEM ET IMPII OMNES
DIES UITAE ILLORUM
CUM STULTO NON MULTUM
CONLOQUARIS
ET CUM INSENSATO NE ABIERIS
SERUA TE AB ILLO UT NON
MOLESTIAM HABEAS
ET NON COINQUINAUERIS
IN PECCATUM ILLIUS
DEFLECTE AB ILLO ET INUENIES
REQUIEM
ET NON ACCIDIAUERIS
IN STULTITIA ILLIUS
SUPER PLUMBUM QUID
GRAUABITUR

ET QUOD ILLI ALIUD NOMEN
QUAM FATUUS
HARENAM ET SALEM ET MASSAM
FERRI FACILIUS EST PORTARE
QUAM HOMINEM INPRUDEN
TEM ET FATUUM ET IMPIUM
LORAMENTUM LIGNEUM
CONLIGATUM FUNDAMENTO
AEDIFICII NON DISSOLUETUR.
SIC ET COR FIRMATUM IN COGI
TATIONE CONSILII
COGITATUS SENSATI IN OMNI
TEMPORE UEL METU
NON DEPRAUABITUR
SICUT PALI IN EXCELSIS ET CAEMEN
TA SINE INPENSA POSITA CONTRA
FACIEM UENTI NON PER
MANEBUNT
SIC ET COR TIMIDUM IN COGITA
TIONE STULTI CONTRA IMPETU
TIMORIS NON RESISTIT
OMNI TEMPORE
SIC ET CORTE PIDUM IN COGITATI
ONE FATUI OMNI TEMPORE
NON METUET
SIC ET QUI IN PRAECEPTIS DI
PERMANET SEMPER
PUNGENS OCULUM DEDUCENS
LACRIMAS
ET QUI PUNGIT COR PROFERT
SENSUM DE AMICITIA
MITTENS LAPIDEM IN UOLATILIA
DEICIET ILLAM
SIC ET QUI CONUICIATUR AMICO
DISSOLUIT AMICITIAM
AD AMICUM ET SI PRODUXERIS
GLADIUM NON DESPERES
EST ENIM REGRESSUS AD AMICUM
SI APERUERIS OS, TRISTE
NON TIMEAS
EST ENIM CONCORDATIO
AD AMICUM EXCEPTO CON
UICIO ET INPROPERIO
ET SUPERBIA ET MYSTERII

REUELATIONE ET PLAGA DOLOSA
IN HIS OMNIBUS EFFUGIET AMICUS
FIDEM POSSIDE CUM PROXIMO
IN PAUPERTATE ILLIUS UT ET
IN BONIS ILLIUS LAETERIS
IN TEMPORE TRIBULATIONIS
ILLIUS PERMANE ILLI FIDELIS
UT HEREDITATE ILLIUS
COHERES SIS
ANTE IGNEM CAMINI UAPOR
ET FUMUS IGNIS INALTATUR
SIC ET ANTE SANGUINEM MALE
DICTA ET CONTUMELIAE
ET MINAE
AMICUM SALUTARE NON
CONFUNDARIS
ET A FACIE ILLIUS NON ME
ABSCONDAM
ET SI MALA MIHI EUENERINT
PER ILLUM SUSTINEO
OMNIS QUI AUDIET CABEBIT
SE AB EO
QUIS DABIT ORI MEO CUSTODIAM
ET SUPRA LABIA MEA
SIGNACULUM CERTUM
UT NE CADAM AB IPSIS ET
LINGUA MEA PERDAT ME
xxiii DOMINE PATER ET DOMINATOR
UITAE MEAE NON RELINQUAS
ME NEC SINAS ME CADERE
IN ILLIS
QUIS SUPERPONIT IN COGITATU
MEO FLAGELLA ET IN CORDE
MEO DOCTRINAM SAPIENTIAE
UT IGNORATIONIBUS EORUM
NON PARCAT MIHI
ET NON APPAREANT DELICTA ILLORU̅
ET AD INCRESCANT IGNORANTIAE
MEAE ET MULTIPLICENTUR
DELICTA MEA ET PECCATA
MEA ABUNDENT
ET INCIDAM IN CONSPECTU
ADUERSARIORUM ET GAUDEAT
INIMICUS MEUS SUPER ME
D̅NE PATER ET D̅S UITAE MEAE
NE DERELINQUAS ME
IN COGITATU ILLORUM
EXTOLLENTIAM OCULORUM
MEORUM NE DEDERIS MIHI
ET OMNE DESIDERIUM MEUM
AUERTE A ME
AUFER A ME UENTRIS
CONCUPISCENTIAS
ET CONCUBITUS CONCUPISCENTIAE
NE ADPREHENDAT ME
ET ANIMAE INREUERENTI ET IN
FRUNITAE NE TRADAS ME

XII DOCTRINA ORIS

DOCTRINAM ORIS AUDITE FILII
ET QUI CUSTODIERIT ILLAM
NON PERIET LABIIS SUIS
NEC SCANDALIZABITUR IN OPERIB-
NEQUISSIMIS
IN UANITATE SUA APPREHENDI
TUR PECCATOR ET SUPERBUS
MALEDICTUS SCANDALIZABI
TUR IN ILLIS
IURATIONI NON ASSUESCAT OS TUU̅
MULTUS ENIM CASUS IN ILLA
NOMINATIO UERO D̅I NON SIT
ADSIDUA IN ORE TUO
ET NOMINIBUS S̅CORUM
NON AMMISCEARIS
QUONIAM NON ERIS INMUNIS
AB EIS
SICUT ENIM SERUUS INTERRO
GATUS ADSIDUAE A LIUORE
NON MINUETUR
SIC OMNIS IURANS ET NOMINANS
IN TOTO A PECCATO NON
PURGABITUR
UIR MULTUM IURANS REPLEBI
TUR INIQUITATE
ET NON DISCEDET A DOMO
ILLIUS PLAGA
ET SI FRUSTRAUERIT DELICTUM

IPSIUS SUPRA IPSUM ERIT
ET SI DISSIMULAUERIT DELINQUET
DUPLICITER
ET SI IN UACUUM IURAUERIT
NON IUSTIFICABITUR
REPLEBITUR ENIM RETRIBUTIO
NE DOMUS ILLIUS
EST ET ALIA LOQUELLA
CONTRARIA MORTI
NON INUENIATUR IN HEREDITATE
IACOB
ETENIM A MISERICORDIBUS
OMNIA HAEC AUFERENTUR
ET IN DELICTIS NON UOLUTABUNT
IN DISCIPLINOSE NON ASSUESCAT
OS TUUM
EST ENIM IN ILLA UERBUM
PECCATI
MEMENTO PATRIS ET MATRIS
TUAE
IN MEDIO ENIM MAGNATORUM
CONSISTIS
NE FORTE OBLIUISCATUR TE
IN CONSPECTU ILLORUM
ET ASSIDUITATE TUA INFATUATUS
IMPROPERIUM PATIARIS
ET MALUISSES NON NASCI ET DIĒ
NATIUITATIS TUAE MALEDICAS
HOMO ASSUETUS IN UERBIS
IMPROPERII IN OMNIBUS
DIEBUS SUIS NON ERUDIETUR
DUO GENERA ABUNDANT
IN PECCATIS
ET TERTIUM ADDUCIT IRAM
ET PERDITIONEM
ANIMA CALIDA QUASI IGNIS
ARDENS
NON EXTINGUITUR DONEC
ALIQUID GLUTTIAT
ET HOMO NEQUAM IN ORE
CARNIS SUAE NON DESINIT
DONEC INCENDAT IGNEM
HOMINI FORNICARIO OMNIS
PANIS DULCIS
NON FATIGABITUR TRANSGREDIENS
USQUE AD FINEM
OMNIS HOMO QUI TRANSGREDI
TUR LECTUM SUUM CONTEM
NENS IN ANIMAM SUAM ET DICIT
QUIS ME UIDEBIT
TENEBRAE CIRCUMDANT ME
ET PARIETES COOPERIUNT ME
ET NEMO CIRCUMSPICIT ME
QUEM UEREOR
DELICTORUM MEORUM NON
MEMORABITUR ALTISSIMUS
ET NON INTELLEGIT QUONIAM
OMNIA UIDET OCULUS ILLIUS
QUONIAM EXPELLIT A SE
TIMOREM DĪ
HUIUS MODI HOMINIS TIMOR
ET OCULI HOMINUM
TIMENTES ILLUM
ET NON COGNOUIT QUONIAM
OCULI DÑI MULTO PLUS
LUCIDIORES SUPER SOLEM
CIRCUMSPICIENTES OMNES
UIAS HOMINUM
ET PROFUNDUM ABYSSI
ET HOMINUM CORDA INTUEN
TES IN ABSCONDITAS PARTES
DÑO ENIM DŌ ANTEQUAM
CREARENTUR OMNIA
SUNT AGNITA
SIC ET POST PERFECTUM
RESPICIT OMNIA
HIC IN PLATEIS CIUITATIS
UINDICABITUR
QUASI PULLUS EQUINUS FUGABIT͞R
ET UBI NON SPERAUIT ADPRE
HENDETUR ET ERIT DEDECUS
OMNIBUS
EO QUOD NON INTELLEXERIT
TIMOREM DĪ
SIC ET MULIER OMNIS RELIN
QUENS UIRUM SUUM

ET STATUENS HEREDITATEM
EX ALIENO MATRIMONIO
PRIMO ENIM IN LEGE ALTISSIMI
INCREDIBILIS FUIT ET SECUNDO
UIRUM SUUM DERELINQUIT
TERTIO IN ALTARIO FORNICATA EST
ET EX ALIO UIRO FILIOS STATUIT SIBI
HAEC IN ECCLESIA ADDUCETUR
ET IN FILIOS EIUS RESPICIETUR
NON TRADENT FILII EIUS RADICES
ET RAMI EIUS NON DABUNT
FRUCTUM
DERELINQUENT IN MALEDICTUM
MEMORIAM ILLIUS ET DEDECUS
ILLIUS NON DELEBITUR
ET AGNOSCENT QUI DERELICTI
SUNT
QUONIAM NIHIL MELIUS
QUAM TIMOR DI
ET NIHIL DULCIUS QUAM RESPI
CERE IN MANDATIS DNI
GLORIA MAGNA EST SEQUI DNM
LONGITUDO ENIM DIERUM
ASSUMETUR AB EO

SAPIENTIAE LAUS

XXIIII SAPIENTIA LAUDAUIT ANIMAM
SUAM ET IN DO HONORABITUR
ET IN MEDIO POPULI SUI
GLORIABITUR
ET IN ECCLESIIS ALTISSIMI
APERIET OS SUUM
ET IN CONSPECTU UIRTUTIS
ILLIUS GLORIABITUR
IN MEDIO POPULI EXALTABITUR
ET IN PLENITUDINE SCA
ADMIRABITUR
IN MULTITUDINE ELECTORUM
HABEBIT LAUDEM
ET INTER BENEDICTOS BENE
DICETUR DICENS
EGO EX ORE ALTISSIMI PRODIUI
PRIMOGENITA ANTE OMNEM
CREATURAM
EGO FECI IN CAELIS UT ORIRETUR
LUMEN INDEFICIENS
ET SICUT NEBULA TEXI
OMNEM TERRAM
EGO IN ALTIS HABITAUI ET THRO
NUS MEUS IN COLUMNA NUBIS
GYRUM CAELI CIRCUIUI SOLA
ET IN PROFUNDUM ABYSSI
PENETRAUI
ET IN FLUCTIBUS MARIS
AMBULAUI
ET IN OMNI TERRA STETI ET IN
OMNI POPULO ET IN OMNI
GENTE PRIMATUM HABUI
ET OMNIUM EXCELLENTIUM
ET HUMILIUM CORDA
UIRTUTE CALCAUI
ET IN HIS OMNIBUS REQUIEM
QUAESIUI
ET IN HEREDITATE EIUS MORABOR
TUNC PRAECEPIT ET DIXIT MIHI
CREATOR OMNIUM
ET QUI CREAUIT ME REQUIEUIT
IN TABERNACULO MEO
ET DIXIT MIHI IN IACOB HABITA
ET IN ISRL HEREDITARE
ET IN ELECTIS MEIS
ACDE RADICES
AB INITIO ANTE SAECULUM
CREATA SUM
ET USQUE AD FUTURUM SAECU
LUM NON DESINAM
ET IN HABITATIONE SCA CORAM
IPSO MINISTRAUI
ET SIC IN SION FIRMATA SUM ET IN
CIUITATE SCIFICATA SIMILITER
REQUIEUI
ET IN HIERUSALEM POTESTAS MEA
ET RADICAUI IN POPULO
HONORIFICATO
ET IN PARTE DI MEI HEREDITAS ILLIUS
ET IN PLENITUDINE SCORUM
DETENTIO MEA

QUASI CEDRUS EXALTATA SUM
IN LIBANO
ET QUASI CYPRESSUS IN MONTE SION
ET QUASI PALMA EXALTATA
SUM IN CADES
ET QUASI PLANTATIO ROSAE
IN HIERICHO
QUASI OLIUA SPECIOSA IN CAMPIS
ET QUASI PLATANUS EXALTATA SUM
IUXTA AQUAM IN PLATEIS
SICUT CINNAMOMUM ET ASPAL
TUM AROMATIZANS
ODOREM DEDI
QUASI MYRRA ELECTA DEDI
SUAUITATEM ODORIS
ET QUASI STORAX ET GALBANUS
ET UNGULA ET GUTTA
ET QUASI LIBANUS NON INCISUS
UAPORAUI HABITATIONEM MEĀ
ET QUASI BALSAMUM NON
MIXTUM ODOR MEUS
quoq. EGO QUASI TEREBINTUS EXTEN
DI RAMOS MEOS
ET RAMI MEI ODORIS ET GRATIAE
EGO QUASI UITIS FRUCTIFICAUI
IN SUAUITATE ODORIS
ET FLORES MEI FRUCTUS
HONORIS ET HONESTATIS
EGO MATER PULCHRAE DILECTIO
NIS ET TIMORIS ET MAGNITU
DINIS ET SCĒ SPEI
IN ME GRATIA OMNIS UITAE
ET UERITATIS
IN ME OMNIS SPES UITAE
ET UIRTUTIS
TRANSITE AD ME OMNES QUI CON
CUPISCITIS ME ET A GENERATIO
NIBUS IMPLEMINI
SPS ENIM MEUS SUPER MELLE
DULCIS ET HEREDITAS MEA
SUPER MEL ET FAUUM
MEMORIA MEA IN GENERATIONE
SAECULORUM

QUI EDUNT ME ADHUC ESURIENT
ET QUI BIBUNT ME ADHUC SITIENT
QUI AUDIT ME NON CONFUNDETUR
ET QUI OPERANTUR IN ME
NON PECCABUNT
QUI ELUCIDANT ME UITAM
AETERNAM HABEBUNT
HAEC OMNIA LIBER UITAE TESTA
MENTUM ALTISSIMI ET
AGNITIO UERITATIS
LEGEM MANDAUIT MOSES IN PRAE
CEPTIS IUSTITIARUM
ET HEREDITATEM DOMUI IACOB
ET ISRL PROMISSIONIS
POSUIT DAUID PUERO SUO
EXCITARE REGEM EX IPSO
FORTISSIMUM IN TRONO
HONORIS SEDENTEM
IN SEMPITERNUM
QUI INPLET QUASI PHISON
SAPIENTIAM
ET SICUT TIGRIS IN DIEB· NOUORUM
ET QUI ADIMPLET QUASI
EUFRATES SENSUM
QUI MULTIPLICAT QUASI IORDANES
IN TEMPORE MESSIS
QUI MITTIT DISCIPLINAM
SICUT LUCEM
ET ADSISTENS QUASI GEON
IN DIE UINDEMIAE
QUI PERFICIT PRIMUS
SCIRE IPSAM
ET INFIRMIOR NON INUESTIGABILE͞
A MARI ENIM ABUNDAUIT
COGITATIO EIUS
ET CONSILIUM ILLIUS
IN ABẎSSO MAGNO
EGO SAPIENTIA EFFUNDI FLUMINA
EGO QUASI TRAMIS AQUAE
INMENSAE DE FLUUIO
EGO QUASI FLUUIUS DORIX
ET SICUT AQUAEDUCTUS
EXIUI A PARADISO

DIXI RIGABO MEUM HORTUM
PLANTATIONUM ET INEBRIABO
PARTUS MEI FRUCTUS
ET ECCE FACTUS EST MIHI
TRAMES ABUNDANS
ET FLUUIUS MEUS PROPINQUA
UIT AD MARE
QUONIAM DOCTRINAM QUASI
ANTELUCANUM INLUMINO
OMNIBUS
ET ENARRABO ILLAM USQUE
IN LONGINQUO
PENETRABO INFERIORES
PARTES TERRAE
ET INSPICIAM OMNES DORMIENTES
ET INLUMINABO SPERANTES IN DÑO
ADHUC DOCTRINAM QUASI
PROPHETIAM EFFUNDAM
ET RELINQUAM ILLAM QUAERENTIB-
SAPIENTIAM
ET NON DESINAM IN PROGENIES
ILLORUM USQ· IN AEUUM SCM
UIDETE QUONIAM NON SOLI
MIHI LABORAUI
SED OMNIBUS INQUIRENTIBUS
UERITATEM
XXV. IN TRIBUS PLACITUM EST
SPŨI MEO
ET QUAE SUNT PROBATA CORAM
DO ET HOMINIBUS
CONCORDIA FRATRUM ET
AMOR PROXIMORUM
ET UIR ET MULIER SIBI
CONSENTIENTES
XIII TRES SPECIES ODIUIT ANIMA MEA
ET ADGRAUOR UALDE
ANIMAE ILLORUM
PAUPEREM SUPERBUM ET
DIUITEM MENDACEM
ET SENEM FATUUM ET IN
SENSATUM
QUI IN IUUENTUTE TUA
NON CONGREGASTI

ET QUOMODO INUENIES
IN SENECTUTE TUA
QUAM SPECIOSUM CANITIAE
IUDICIUM
ET PRAESBTERIS COGNOS
CERE CONSILIUM
QUAM SPECIOSA UETERANIS
SAPIENTIAM
ET GLORIOSIS INTELLECTUS
ET CONSILIUM
CORONA SENUM MULTA PERITIA
ET GLORIA EORUM TIMOR DĨ
NOUEM INSUSPICABILIA
CORDIS MAGNIFICAUI
ET DECIMAM DICAM IN LINGUA
HOMINIBUS
HOMO QUI IUCUNDATUR IN FILIIS
UIUENS ET UIDENS SUBUERSIO
NEM INIMICORUM
BEATUS QUI HABITAT CUM
MULIEREM SENSATAM
ET QUI LINGUA SUA NON EST LAPSUS
ET QUI NON SERUIUIT INDIGNIS SE
BEATUS QUI INUENIT AMICUM
UERUM
ET QUI ENARRAT IUSTITIAM
AURI AUDIENTI
QUAM MAGNUS QUI INUENIT
SAPIENTIAM ET SCIENTIAM
SED NON EST SUPER TIMENTE DM
TIMOR DĨ SUPER OMNIA
SUPER POSUIT
BEATUS CUI DONATUM EST
HABERE TIMOREM DĨ
QUI TIMET ILLUM CUI ADSIMILA
BITUR TIMOR DĨ INITIUM
DILECTIONIS EIUS
FIDEI AUTEM INITIUM AD
GLUTINANDUM EST EI
DE NEQUITIA MULIERIS
OMNIS PLAGA TRISTITIA CORDIS EST
ET OMNIS MALITIA NEQUITIA
MULIERIS

ET OMNEM PLAGAM ET NON
PLAGAM UIDEBIT CORDIS
ET OMNEM NEQUITIAM ET NON
NEQUITIAM MULIERIS
ET OMNEM OBDUCTUM ET NON
OBDUCTUM ODIENTIUM
ET OMNEM UINDICTAM ET NON
UINDICTAM INIMICORUM
NON EST CAPUT NEQUIUS
SUPER CAPUT COLUBRI
ET NON EST IRA SUPER IRA
MULIERIS
COMMORARI LEONI ET DRACONI
PLACEBIT QUAM HABITARE
CUM MULIERE NEQUAM
NEQUITIA MULIERIS INMUTAT
FACIEM EIUS
ET OBCAECAUIT UULTUM SUUM
TAMQUAM URSUS
ET QUASI SACCUM OSTENDIT IN
MEDIO PROXIMORUM EIUS
ET AUDIENS SUSPICABIT
MODICUM
BREUIS OMNIS MALITIA SUPER
MALITIA MULIERIS
SORS PECCATORUM CADAT
SUPER ILLAM
ASCENSUS ARENOSUS IN PEDIB·
UETERANI
SIC MULIER LINGUATA
HOMINI QUIETO
NE RESPICIAS IN MULIERIS
SPECIEM
ET NON CONCUPISCAS MULIE
REM IN SPECIE
MULIERIS IRA ET INREUERENTIA
ET CONFUSIO MAGNA
MULIER SI PRIMATUM HABEAT
CONTRARIA EST UIRO SUO
COR HUMILE ET FACIES TRISTIS
ET PLAGA MORTIS MULIER
NEQUAM
MANUS DEBILES ET GENUA

DISSOLUTA MULIER QUAE NON
BEATIFICAT UIRUM SUUM
A MULIERE INITIUM FACTUM EST
PECCATI ET PER ILLAM
OMNES MORIMUR
NON DES AQUAE TUAE EXITUM
NEC MODICUM
NEC MULIERI NEQUAM
UENIAM PRODEUNDE
SI NON AMBULAUERIT
AD MANUM TUAM
ET CONFUNDET TE IN CONSPECTU
INIMICORUM
E CARNIBUS TUIS ABSCIDE ILLAM
NE SEMPER TE ABUTATUR
DE MULIERE BONA
XXVI MULIERIS BONAE BEATUS UIR
NUMERUS ENIM ANNORUM
ILLORUM DUPLEX
MULIER FORTIS OBLECTAT
UIRUM SUUM
ET ANNOS UITAE ILLIUS
IN PACE IMPLEBIT
PARS BONA MULIER BONA IN PARTE
BONA TIMENTIUM DNM DABITUR
UIRO PRO FACTIS BONIS
DIUITIS AUTEM ET PAUPERIS
COR BONUM
IN OMNI TEMPORE UULTUS
ILLORUM HILARIS
A TRIBUS TIMUIT COR MEUM
ET IN QUARTO FACIES MEA
METUIT
DELATURAM CIUITATIS ET COLLEC
TIONEM POPULI
ET CALUMNIAM MENDACEM
SUPER MORTEM OMNIA
GRAUIA
DOLOR CORDIS ET LUCTUS
MULIER ZELOTIPA
IN MULIERE INFIDELI
FLAGELLUM LINGUAE
OMNIBUS COMMUNICANS

SICUT BOUUM IUGUM QUOD
MOUETUR ITA ET MULIEREM
NEQUAM
QUI TENET ILLAM QUASI QUI AD
PREHENDAT SCORPIONEM
MULIER EBRIOSA IRA MAGNA
ET CONTUMELIA ET TURPITUDO
ILLIUS NON CONTEGETUR
FORNICATIO MULIERIS IN EX
TOLLENTIA OCULORUM
ET IN PALPEBRIS ILLIUS
AGNOSCETUR
XIIII IN FILIO NON AUERTENTE SE
FIRMA CUSTODIAM
NE INUENTAM OCCASIONEM
UTATUR SE
AB OMNI INREUERENTIA OCULIS
CAUE ET NE MIRERIS SI TE
NEGLEXERIT
SICUT UIATOR SITIENS AD
FONTEM OS APERIET
ET CONTRA OMNEM
PALUM SEDEBIT
ET CONTRA OMNEM SAGITTAM
APERIET FARETRAM
DONEC DEFICIAT
GRATIA MULIERIS SEDULAE
DELECTABIT UIRUM SUUM
ET OSSA ILLIUS INPINGUABIT
DISCIPLINA ILLIUS DATUM DĪ
MULIER SENSATA ET TACITA
NON EST IMMUTATIO
ERUDITAE ANIMAE
GRATIA SUPER GRATIAM MULIER
SCĀ ET PUDORATA
OMNIS AUTEM PONDERATIO
NON EST DIGNA CONTINENTIS
ANIMAE
SICUT SOL ORIENS IN MUNDO
IN ALTISSIMIS
SIC MULIERIS BONAE SPECIES
IN ORNAMENTUM DOMUS EIUS
LUCERNA SPLENDENS SUPER
CANDELABRUM SCM̄
ET SPECIES FACIEI SUPER
AETATEM STABILEM
COLUMNAE AUREAE SUPER
BASES ARGENTEAS
ET PEDES FIRMI SUPER PLANTAS
STABILIS MULIERIS
FUNDAMENTA AETERNA SUPER
PETRAM SOLIDAM
ET MANDATA DĪ IN CORDE
MULIERIS SCĀE
IN DUOBUS CONTRISTATUM
EST COR MEUM
ET IN TERTIO IRACUNDIA
MIHI ADUENIT
UIR BELLATOR DEFICIENS
PER INOPIAM
ET UIR SENSATUS CONTEMTUS
ET QUI TRANSGREDITUR A IUSTITIA
AD PECCATUM
DS PARAUIT EUM AD RUMPHEAM
DUAE SPECIES DIFFICILES
ET PERICULOSAE MIHI
APPARUERUNT
DIFFICILE EXUITUR NEGOTIANS
A NEGLEGENTIA
ET NON IUSTIFICABITUR
CAUPO A PECCATIS
XXVII PROPTER INOPIAM MULTI
DELIQUERUNT
ET QUI QUAERIT LOCUPLETARI
AUERTIT OCULUM SUUM
SICUT IN MEDIO COMPAGINIS LAPIDŪ
PALUS FIGITUR
SIC ET INTER MEDIUM UENDITIO
NIS ET EMTIONIS ANGUSTA
BITUR PECCATIS
CONTERETUR CUM DELIN
QUENTE DELICTUM
SI NON IN TIMORE DNĪ TENUERIS TE
INSTANTER CITO SUBUERTETUR
DOMUS TUA
SI IN PERTUSURA CRIBRI REMANEBIT
puluis

SIC APORIA HOMINIS
IN COGITATU ILLIUS
UASA FIGULI PROBAT FORNAX
ET HOMINES IUSTOS TEMTATIO
TRIBULATIONIS
SICUT RUSTICATIO DE LIGNO
OSTENDIT FRUCTUM ILLIUS
SIC UERBUM EX COGITATU
HOMINIS CORDIS
ANTE SERMONEM NON LAUDES
UIRUM
HAEC ENIM TEMTATIO EST
HOMINUM
SI SEQUARIS IUSTITIAM
ADPREHENDES ILLAM
ET INDUES QUASI PUDOREM
HONORIS ET INHABITABIS CUM EA
ET PROTEGET TE IN SEMPITER
NUM ET IN DIE AGNITIONIS
INUENIES FIRMAMENTUM
UOLATILIA AD SIBI SIMILIA
CONUENIUNT
ET UERITAS AD EOS QUI OPERAN
TUR ILLAM REUERTETUR
LEO UENATIONI INSIDIATUR
SEMPER
SIC PECCATA OPERANTIBUS
INIQUITATEM
HOMO SC̄S IN SAPIENTIA
MANET SICUT SOL
NAM STULTUS SICUT LUNA
INMUTATUR
IN MEDIO SENSATORUM SERUA
UERBUM TEMPORI
IN MEDIO AUTEM COGITANTIUM
ADSIDUUS ESTO
NARRATIO PECCANTIUM ODIOSA
ET RISUS ILLORUM EX DELICTIS
PECCATI
LOQUELLA MULTUM IURANS
OBRIPILATIONEM CAPITI
STATUET
ET INREUERENTIA ILLIUS
OBTURATIO AURIUM
EFFUSIO SANGUINIS IN RIXA
SUPERBORUM
ET MALEDICTIO ILLORUM
AUDITUS GRAUIS
ET QUI DENUDAT ARCANA AMICI
PERDET FIDEM ET NON
INUENIET AMICUM
AD ANIMUM SUUM
XV DILIGE PROXIMUM ET CONIUN
GERE FIDE CUM ILLO
QUOD SI DENUDAUERIS ABSCONSA
ILLIUS NON PERSEQUERIS
POST EUM
SICUT ENIM HOMO QUI PERDIT
AMICUM SUUM
SIC QUI PERDIT AMICITIAM
PROXIMI SUI
ET SICUT QUI EMITTIT AUEM
DE MANU SUA
SIC RELIQUISTI PROXIMUM TUU̅
ET NON EUM CAPIES
NON ILLUM SEQUARIS QUONIAM
LONGE ABEST
EFFUGIT ENIM QUASI CAPREA
DE LAQUEO
QUONIAM UULNERATA EST
ANIMA EIUS ULTRA EUM NON
POTERIS CONLIGARE
ET MALEDICTI EST CONCORDATIO
DENUDARE AUTEM AMICI
MYSTERIA DESPERATIO EST
ANIMAE INFELICIS
ANNUENS OCULO FABRICAT INIQUA
ET NEMO EUM ABICIET
IN CONSPECTU OCULORUM TUORU̅
CONDULCAUIT OS SUUM
ET SUPER SERMONES TUOS
ADMIRABITUR
NOUISSIME AUTEM
PERUERTET OS SUUM
ET IN UERBIS TUIS DABIT
SCANDALUM

MULTA AUDIUI ET NON COAEQUAUI EI
ET DNS ODIET ILLAM
QUI IN ALTUM MITTIT LAPIDEM
SUPER CAPUT EIUS CADIT
ET PLAGA DOLOSA DOLOSI
DIUIDET UULNERA
ET QUI FOUEAM FODIT
IN ILLAM DECIDET
ET QUI STATUET LAPIDEM PROXIMO
OFFENDIT IN EO
ET QUI LAQUEUM ALIO PONIT
PERIBIT IN IPSO
FACIENTI NEQUISSIMUM SUPER
IPSUM DEUOLUETUR
ET NON AGNOSCET UNDE
ADUENIAT ILLI
INLUSIO ET INPROPERIUM SUPER
BORUM ET UINDICTA SICUT LEO
INSIDIABITUR ILLI
LAQUEO PERIBUNT QUI OBLEC
TANTUR CASU IUSTORUM
DOLOR AUTEM CONSUMET ILLOS
ANTEQUAM MORIANTUR
IRA ET FUROR UTRAQUE
EXECRABILIA
ET UIR PECCATOR CONTINENS ERIT
ILLORUM DE REMISSIONE PECCATI
QUI UINDICARI UULT A DO XXVIII
INUENIET UINDICTAM
ET PECCATA ILLIUS SERUANS
SERUABIT
RELINQUE PROXIMO TUO
NOCENTI TE
ET TUNC DEPRAECANTI TIBI
PECCATA SOLUENTUR
HOMO HOMINI SERUAT IRAM
ET A DO QUAERIT MEDELLAM
IN HOMINE SIMILE SIBI NON
HABET MISERICORDIAM ET DE
PECCATIS SUIS DEPRECATUR
IPSE DUM CARO SIT SERUAT
IRAM ET PROPITIATIONEM
PETIT A DO

QUIS EXORABIT PRO DELICTIS ILLIUS
MEMENTO NOUISSIMORUM
ET DESINE INIMICARE
TABITUDO ENIM ET MORS
IMMINET IN MANDATIS
MEMORARE TIMOREM DI
ET NON IRASCARIS PROXIMO
MEMORARE TESTAMENTI
ALTISSIMI ET DESPICE IGNO
RANTIAM PROXIMI
ABSTINETE A LITE ET MINUES
PECCATA
HOMO ENIM IRACUNDUS
INCENDIT LITEM ET UIR PECCA
TOR TURBABIT AMICOS
ET IN MEDIO PACEM HABENTIUM
INMITTET INIMICITIAM
SECUNDUM ENIM LIGNA SILUAE
SIC IGNIS EXARDESCIT
ET SECUNDUM UIRTUTEM HOMI
NIS IRACUNDIA ILLIUS ERIT
ET SECUNDUM SUBSTANTIAM SUAM
EXALTABIT IRAM SUAM
CERTAMEN FESTINATUM
INCENDET IGNEM
ET LIS FESTINANS EFFUNDET
SANGUINEM
ET LINGUA TESTIFICANS
ADDUCET MORTEM
SI SUFLAUERIS IN SCINTILLA
EXARDEBIT
ET SI EXPUERIS SUPER ILLAM
EXTINGUETUR
ET UTRAQUE PROFICISCUNTUR
DE MALO LINGUAE
SUSURRIO ET BILINGUIS
MALEDICTUS
MULTOS ENIM TURBABIT
PACEM HABENTES
LINGUA TERTIA MULTOS
COMMOUIT
ET DISPERSIT ILLOS A GENTE
IN GENTEM

CIVITATES MURATAS DIVITUM
DESTRUXIT
ET DOMOS MAGNATORUM EFFODIT
VIRTUTES POPULORUM CONCI
DIT ET GENTES FORTES DISSOLVIT
LINGUA TERTIA MULIERES
VIRATAS EIECIT
ET PRIVAVIT ILLAS DE LABORIB SUIS
QUI RESPICIT ILLAM NON
HABEBIT REQUIEM
NEC HABITAVIT CUM REQUIE
FLAGELLI PLAGA LIBOREM FACIT
PLAGA AUTEM LINGUAE
COMMINUET OSSA
MULTI CECIDERUNT IN ORE GLADII
SED NON SIC QUI INTERIERUNT
PER LINGUAM SUAM
BEATUS QUI TECTUS EST
A LINGUA NEQUA
QUI IN IRACUNDIA ILLIUS
NON TRANSIVIT
ET QUI NON ADTRAXIT IUGUM EIUS
ET IN VINCULIS ILLIUS NON
EST LIGATUS
IUGUM ENIM ILLIUS IUGUM
FERREUM EST
ET VINCULUM ILLIUS VINCULUM
AEREUM EST
MORS ILLIUS MORS NEQUISSIMA
ET UTILIS POTIUS INFERUS QUAM
ILLA PERSEVERANTIA ILLIUS
NON PERMANEBIT
SED OPTINEBIT VIAS INIUSTORUM
ET IN FLAMMA SUA NON COM
BURET IUSTOS
QUI DERELINQUUNT DM̄
INCIDENT IN ILLAM
ET EXARDEBIT IN ILLIS ET NON
EXTINGUETUR
ET INMITTETUR IN ILLOS QUASI
LEO ET QUASI PARDUS LEDET ILLOS
SEPI AURES TUAS SPINIS ET NOLI
AUDIRE LINGUĀ NEQUAM
ET ORI TUO FACITO OSTIA ET SERAS
AURIBUS TUIS
AURUM TUUM ET ARGENTUM
TUUM CONFLA ET VERBIS TUIS
FACITO STATERAM
ET FRENOS ORI TUO RECTOS
ET ADTENDE NE FORTE LABERIS
IN LINGUA TUA
ET CADAS IN CONSPECTU INIMICO
RUM INSIDIANTIUM TIBI
ET SIT CASUS TUUS INSANABILIS
IN MORTEM DE FENORE
QUI FACIT MISERICORDIAM
FOENERATUR PROXIMO
ET QUI PRAEVALET MANU
MANDATA SERVAT
FENERARE PROXIMO IN TEMPORE
NECESSITATIS ILLIUS
ET ITERUM REDDE PROXIMO
IN TEMPORE SUO
CONFIRMA VERBUM ET FIDELI
TER AGE CUM ILLO
ET IN OMNI TEMPORE
INVENIES QUOD TIBI
NECESSARIUM EST
MULTI QUASI INVENTIONEM
AESTIMAVERUNT FAENUS
ET PRAESTITERUNT MOLESTIAM
HIS QUI SE ADIUVAVERUNT
DONEC ACCIPIANT OSCULANTUR
MANUS DANTIS
ET IN PROMISSIONIBUS HUMILI
ANT VOCEM SUAM
ET IN TEMPORE REDDITIONIS
POSTULAVIT TEMPUS
ET LOQUETUR VERBA TEDII
ET MURMURATIONEM
ET TEMPUS CAUSABITUR
SI AUTEM POTUERIT REDDERE
ADVERSATUS SOLIDE VIX
REDDET DIMIDIUM
ET CONPUTAVIT ILLUD
QUASI INVENTIONEM

SIN AUTEM FRAUDAUIT ILLUM
PECUNIA SUA
ET POSSIDEBIT ILLUM
INIMICUM GRATIS
CONUICIA ET MALEDICTA
REDDET ILLI
ET PRO HONORE ET BENEFICIO
REDDET ILLI CONTUMELIAM
MULTI NON CAUSA NEQUITIAE
NON FENERATI SUNT
SED FRAUDARI GRATIS TIMUERUNT
UERUMTAMEN SUPER HUMILE
ANIMO FORTIOR ESTO
ET PRO ELEMOSINA NON TRAHAS ILLŪ
DE DATO IN PROXIMO
PROPTER MANDATUM
ASSUME PAUPEREM
ET PROPTER INOPIAM EIUS NE
DEMITTAS EUM UACUUM
PERDE PECUNIAM PROPTER
FRATREM ET AMICUM
ET NON ABSCONDAS ILLAM SUB
LAPIDE IN PERDITIONE
PONE THESAURUM TUUM
IN PRAECEPTIS ALTISSIMI
ET PRODERIT TIBI MAGIS QUAM
AURUM DE MISERICORDIA
CONCLUDE ELEMOSINAM
IN CORDE PAUPERIS
ET HAEC PRO TE EXORABIT
AB OMNI MALO
SUPER SCUTUM POTENTIS
ET SUPER LANCEAM
ADUERSUS INIMICUM TUUM
PUGNABIT
UIR BONUS FIDEM FACIT
PROXIMO SUO
ET QUI PERDIDERIT CONFUSIO
NEM DERELINQUET SIBI
XVI GRATIAM FIDEIUSSORIS
NE OBLIUISCARIS
DEDIT ENIM PRO TE ANIMAM SUĀ
REPROMISSOREM FUGIT
PECCATOR ET INMUNDUS
BONA REPROMISSORIS SIBI
ADSCRIBIT PECCATOR
ET INGRATUS SENSU DERELINQUET
LIBERANTEM SE
UIR REPROMITTIT DE PROXIMO SUO
ET CUM PERDIDERIT REUERENTIĀ
RELINQUETUR AB EO
REPROMISSIO NEQUIS
SIMA MULTOS PERDIDIT
DIRIGENTES
ET COMMOUIT ILLOS QUASI
FLUCTUS MARIS
UIROS POTENTES GYRANS
MIGRARE FECIT
ET UAGATI SUNT IN GENTIBUS
ALIENIS
PECCATOR TRANSGREDIENS
MANDATA DNI
INCIDET IN PROMISSIONEM
NEQUAM
ET QUI CONATUR MULTA AGERE
INCIDET IN IUDICIUM
RECUPERA PROXIMUM SECUN
DUM UIRTUTEM TUAM ET ATTENDE TIBI NE IN
CIDAS
DE FRUGALITATE HONESTA
ET HOSPITALITATE
INITIUM UITAE AQUA ET PANIS
ET UESTIMENTUM
ET DOMUS PROTEGENS
TURPITUDINEM
MELIOR EST UICTUS PAUPERIS
SUB TEGMINE ASSERUM
QUAM AEPULAE SPLENDIDAE
IN PEREGRE SINE DOMICILIO
SUPER MINIMUM ET MAGNUM
PLACEAT TIBI
ET INPROPERIUM PEREGRINA
TIONIS NON AUDIES
UITA NEQUAM HOSPITANDI
DE DOMO IN DOMUM
ET UBI HOSPITABITUR NON FIDUCI
ALITER AGET NEC APERIET OS

HOSPITABIT ET PASCET ET
POTABIT INGRATOS
ET AD HAEC AMARA AUDIET TRANSI
HOSPES ET ORNA MENSAM
ET QUAE IN MANU HABES CIBA
CETEROS EXI A FACIE HONORIS
AMICORUM MEORUM
NECESSITUDINIS DOMUS MEAE
HOSPI TIO MIHI FACTUS
EST FRA TER
GRAVIA HAEC H OMINI HABENTI
SENSUM
CORREPTIO DOMUS ET INPRO
PERIUM HOSPITALITATIS
DE DISCIPLINA FILIORUM
XXX QUI DILIGIT FILIUM SUUM
ASSIDUAT ILLI FLAGELLA
UT LAETETUR IN NOVISSIMO SUO
ET NON PALPET PROXIMO
RUM OSTIA
QUI DOCET FILIUM SUUM
LAUDABITUR IN ILLO
ET IN MEDIO DOMESTICORUM
IN ILLO GLORIABITUR
QUI DOCET FILIUM SUUM IN
ZELUM MITTIT INIMICUM
ET IN MEDIO AMICORUM
GLORIABITUR IN ILLO
MORTUUS EST PATER ILLIUS ET
QUASI NON EST MORTUUS
SIMILEM ENIM RELINQUIT
SIBI POST SE
IN VITA SUA VIDIT ET LAETATUS
EST IN ILLO
ET IN OBITU ILLIUS NON EST
CONTRISTATUS
NEC CONFUSUS EST CORAM
INIMICIS
RELIQUIT ENIM DEFENSOREM
DOMUS ET AMICIS RED
DENTEM GRATIAM
PRO ANIMABUS FILIORUM CON
LIGAVIT VULNERA SUA

ET SUPER OMNEM VOCEM
TURBABUNTUR VISCERA EIUS
EQUUS INDOMITUS EVADET DURUS
ET FILIUS REMISSUS
EVADET PRAECEPS
LACTA FILIUM ET PAVENTEM
TE FACIET
LUDE CUM EO ET CONTRISTABIT TE
NON CONRIDEAS ILLI NE CONDOLEAS
ET IN NOVISSIMO NON OBSTU
PESCENT DENTES TUI
NON DES ILLI POTESTATEM
IN IUVENTUTE
ET NE DESPICIAS COGITATUS ILLIUS
CURVA CERVICEM EIUS
IN IUVENTUTE
ET TUNDE LATERA ILLIUS
DUM INFANS EST
NE FORTE INDURET ET NON
CREDAT TIBI
ET ERIT TIBI DOLOR ANIMAE
DOCE FILIUM TUUM ET OPERARE
IN ILLUM NE IN TURPITUDINEM
ILLIUS OFFENDAS
DE BONO SANITATIS
MELIOR EST PAUPER SANUS
ET FORTIS VIRIBUS
QUAM DIVES INBECILLIS
ET FLAGELLATUS MALITIA
SALUS ANIMAE IN SANCTITATE
IUSTITIAE
ET MELIOR OMNI AURO
ET ARGENTO
ET CORPUS VALIDUM QUAM
CENSUS INMENSUS
NON EST CENSUS SUPER CENSUM
SALUTIS CORPORIS
ET NON EST OBLECTATIO SUPER
CORDIS GAUDIUM
MELIOR EST MORS QUAM
VITA AMARA
ET REQUIES AETERNA QUAM
LANGOR PERSEVERANS

BONAABSCONDITAINORECLAUSO
QUASIAPPOSITIONESAEPULA
RUM CIRCUM POSITAE
SEPULCRO
QUIDPRODEERITLIBATIOIDOLO
NEQUENIM MANDUCAT NEC
ODORABITUR
SIC QUIEFFUGATUR ADNO
ET PORTANS MERCEDES
INIQUITATIS
UIDENS OCULIS ET INGEMES
CENS SICUT SPADO COMPLEC
TENS UIRGINEM ET SUSPIRANS
TRISTITIAM NONDES ANIMAETUAE
ETNONAFFLIGAS TEMET
IPSUM INCONSILIOTUO
IUCUNDITAS CORDIS HAECEST
UITA HOMINIS
ETTHESAURUS SINE DEFECTIO
NE SCITATIS
ETEXULTATIO UIRIEST
LONGEUITAS
MISERERE ANIMAE TUAE
PL.. ACENSDO
ETCONTINE ETCONGREGA
CORTUUM INSCITATEEIUS
ETTRISTITIAM LONGEEXPELLE
ATE MULTOS ENIM OCCIDIT
TRISTITIA
ETNONEST UTILITAS INILLA
ZELUS ETIRACUNDIA MINUENTDIES
ETANTE TEMPUS SENECTAM
ADDUCET COGITATUS
SPLENDIDUM CORBONUM
INAEPULIS
AEPULAEENIM ILLIUS
DILIGENTER FIUNT
XXXI UIGILIA HONESTATIS TABE
FACIET CARNES
ET COGITATUS ILLIUS AUFERET
SOMNUM
COGITATUS PRAESENTIAE
AUERTIT SENSUM

ETINFIRMITAS GRAUIS SOBRIAM
FACIT ANIMAM
LABORAUIT DIUES INCONGREGA
TIONE SUBSTANTIAE
ETINREQUIESUA REPLEBITUR
BONIS SUIS
LABORAUIT PAUPER INDIMINU
TIONE UICTUS
ETINFINE INOPS FIT
QUIAURUM DILIGIT NONIUSTI
FICABITUR
ETQUINSEQUITUR CONSUMTIO
NEM REPLEBITUR EXEA
MULTI DATI SUNT INAURI CASUS
ETFACTA EST INSPECIE IPSIUS
PERDITIO ILLORUM
LIGNUM OFFENSIONIS EST AURUM
SACRIFICANTIUM
UAE ILLIS QUI SECTANTUR ILLUD
ETOMNIS INPRUDENS
DEPERIET INILLO
BEATUS DIUES QUI INUENTUS EST
SINE MACULA
ETQUI POST AURUM NON ABIIT
NEC SPERAUIT IN PECUNIA
ETTHESAURIS
QUIS EST HIC ET LAUDABIMUS EUM
FECIT ENIM MIRABILIA INUITA SUA
QUI SPROBATUS EST INILLO
ET PERFECTUS EST ET ERIT ILLI IN GLORIA AETERNA
QUI POTUIT TRANSGREDI ET NON
EST TRANSGRESSUS
ET FACERE MALA ET NON FECIT
IDEO STABILITA SUNT BONA ILLIUS INDNO
ET ELEMOSINAS ILLIUS ENARRABIT
ECCLESIA SCORUM

DE CONTINENTIA

SUPRA MENSAM MAGNAM SEDISTI
NON APERIAS SUPER ILLAM
FAUCEM TUAM PRIOR
NON DICAS SIMULTA SUNT
QUAE SUPER ILLAM SUNT
MEMENTO QUONIAM MALUS

OCULUS NEQUAM
NEQUIUS OCULO QUID CREATUM EST
IDEO AB OMNI FACIE SUA LACRI
MABITUR CUM UIDERIT
NE EXTENDAS MANUM TUAM PRIOR
ET INUIDIA CONTAMINATUS
ERUBESCAS NEC CONPRIMA
RIS CONUIUIO
INTELLEGE PROXIMI TUI
EX TE IPSO
UTERE QUASI HOMO FRUGI IS
QUAE TIBI APPONUNTUR
ET NON CUM MANDUCAS MUL
TUM ODIO HABEARIS
CESSA PRIOR CAUSA DISCIPLINAE
ET NOLI NIMIUS ESSE NE FORTE
OFFENDAS
ET SI IN MEDIO MULTORUM
SEDISTI PRIOR ILLIS NON
EXTENDAS MANUM TUAM
NEC PRIOR POSCAS BIBERE
QUAM SUFFICIENS EST HOMINI
ERUDITO UINUM EXIGUUM
ET IN DORMIENDO NON LABORABIS
AB ILLO ET NON SENTIES DOLOREM
UIGILIA ET COLERA ET TORTURA
UIRO INFRUNITO
SOMNUS SANITAS IN HOMINE PARCO
DORMIET USQUE IN MANE ET ANIMA
ILLIUS CUM IPSO DELECTABITUR
ET SI COACTUS FUERIS IN EDENDO
MULTUM SURGE E MEDIO
ET UOME ET REFRIGERABIT TE
ET NON ADDUCES CORPORI TUO
INFIRMITATES
AUDI ME FILI ET NE SPERNAS ME
ET IN NOUISSIMO INUENIES
MEA UERBA
IN OMNIBUS OPERIBUS TUIS
ESTO UELOX
ET OMNIS INFIRMITAS
NON OCCURRET TIBI
SPLENDIDUM IN PANIBUS
BENEDICENT LABIA MULTORUM
ET TESTIMONIUM UERITATIS
ILLIUS FIDELE
IN NEQUISSIMO PANE MURMU
RABIT CIUITAS
ET TESTIMONIUM NEQUITIAE
ILLIUS UERUM EST
DILIGENTES IN UINO NOLI
PROUOCARE
MULTOS ENIM EXTERMINAUIT
UINUM
IGNIS PROBAT FERRUM DURUM
SIC UINUM CORDA SUPERBORUM
ARGUET IN EBRIETATE POTATUM
AEQUAUIT IN UITA UINUM
HOMINIBUS
SI BIBAS ILLUD MODERATE
ERIS SOBRIUS
QUAE EST UITA QUAE MINUI
TUR UINO
QUID DEFRAUDAT UITAM MORS
DE EBRIETATE
UINUM IN IUCUNDITATE CREATUM
EST NON IN EBRIETATE AB INITIO
EXULTATIO ANIMAE ET CORDIS
UINUM MODERATE POTATUM
SANITAS EST CORPORI ET ANIMAE
SOBRIUS POTUS
UINUM MULTUM POTATUM
INRITATIONEM IRAM ET
ET RUINAS MULTAS FACIT
AMARITUDO ANIMAE UINUM
MULTUM POTATUM
EBRIETATIS ANIMOSITAS
INPRUDENTIS OFFENSIO
MINORANS UIRTUTEM
ET FACIENS UULNERA
IN CONUIUIO UINI NON ARGUAS
PROXIMUM
ET NON DESPICIAS EUM IN
IUCUNDITATE ILLIUS
UERBA INPROPERII NON DICAS
ILLI ET NON PREMAS

ILLAM INREPETENDO
DERECTORIBUS
XXXII RECTOREM TE POSUERUNT
NOLI EXTOLLI
ESTO IN ILLIS QUASI UNUS EX IPSIS
CURAM ILLORUM HABE
ET SIC CONSIDE
ET OMNI CURA TUA EXPLICATA
RECUMBE
UT LAETERIS PROPTER ILLOS
UT ORNAMENTUM GRATIAE
ACCIPIAS CORONAM
ET DIGNATIONEM CONSEQUARIS
CONROGATIONIS
LOQUERE MAIOR NATU
DECET ENIM TE
PRIMUM UERBUM DIRIGENTI
SCIENTIAM ET NON IN
PEDIAS MUSICA
UBI AUDITUS NON EST NON
EFFUNDAS SERMONEM
ET INPORTUNE NOLI EXTOLLI
IN SAPIENTIA TUA
GEMMULA CARBUNCULI IN
ORNAMENTUM AURI
ET CONPARATIO MUSICORUM
IN CONUIUIO UINI SICUT IN FA
BRICATIONE AURI SIGNUM
EST SMARAGDI
SIC NUMERUS MUSICORUM
IN IUCUNDO ET MODERATO
UINO
AUDI TACENS ET PRO REUEREN
TIA ACCIDIT TIBI BONA GRATIA
ADULESCENS LOQUERE
IN TUA CAUSA UIX
SI BIS INTERROGATUS FUERIS
HABEAT CAPUT RESPONSŨ TUŨ
IN MULTIS ESTO QUASI INSCIUS
ET AUDI TACENS SIMUL
ET QUAERENS
IN MEDIO MAGNATORUM
NON PRESUMAS

ET UBI SUNT SENES NON MULTUM
LOQUARIS
ANTE GRANDINEM PRAEIBIT
CORUSCATIO
ET ANTE UERECUNDIAM PRAEIBIT
GRATIA ET PRO REUERENTIA
ACCIDIT TIBI BONA GRATIA
ET HORA SURGENDI NON TE TRICES
PRAECURRE AUTEM PRIOR
IN DOMUM TUAM ET ILLIC
AUOCARE
ET ILLIC LUDE ET AGE CON
CEPTIONES TUAS
ET NON IN DELICTIS ET UERBO
SUPERBO
ET SUPER HIS OMNIBUS BENEDICITO
DÑM QUI FECIT TE
ET INEBRIANTEM TE AB OMNIB·
BONIS SUIS
QUI TIMET DM̄ EXCIPIET
DOCTRINAM EIUS
ET QUI UIGILAUERINT AD ILLUM
INUENIENT BENEDICTIONEM
QUI QUAERIT LEGEM
REPLEBITUR AB EA
ET QUI INSIDIOSE AGIT SCANDALI
ZABITUR AB EA
QUI TIMET DM̄ INUENIENT
IUDICIUM IUSTUM
ET IUSTITIAS QUASI LUMEN
ACCENDENT
PECCATOR HOMO UITABIT
CORREPTIONEM
ET SECUNDUM UOLUNTATEM SUÃ
INUENIET COMPARATIONEM
UIR CONSILII NON DISPERDET
INTELLEGENTIA
ALIENUS ET SUPERBUS NON PER
TIMESCIT TIMOREM
ETIAM POSTQUAM FECIT
CUM EO SINE CONSILIO
ET SUIS INSECTATIONIBUS
ARGUETUR

XVIII CUM CONSILIO OMNIA FACIENDA
FILI SINE CONSILIO NIHIL FACIAS
ET POST FACTUM NON
PENITEBERIS
IN UIA RUINAE NON EAS ET NON
OFFENDAS IN LAPIDES
NEC CREDAS TE UIAE LABORIOSAE
NE PONAS ANIMAE TUAE
SCANDALUM
ET A FILIIS TUIS CAUE ET A DOMES
TICIS TUIS ADTENDE
IN OMNI OPERE CREDE
EX FIDE ANIMAE TUAE
HAEC EST ENIM CONSERUATIO
MANDATORUM
QUI CREDIT DO̅ ADTENDIT
MANDATIS
ET QUI CONFIDET IN ILLO
NON MINORABITUR
XXXIII TIMENTI DM̅ NON OCCURRENT MALA
SED IN TEMPTATIONE DS̅ ILLUM
CONSERUAT ET LIBERAUIT
A MALIS
SAPIENS NON ODIT MANDATA
ET IUSTITIAS
ET NON INLIDETUR QUASI
IN PROCELLA NAUIS
HOMO SENSATUS CREDIT LEGI DĪ
ET LEX ILLI FIDELIS
QUI INTERROGATIONE MANIFES
TAT PARAUIT UERBUM
ET SIC DEPRECATUS EXAUDIETUR
ET CONSERUAUIT DISCIPLINAM
ET TUNC RESPONDEBIT
PRAECORDIA FATUI QUASI ROTA CARRI
ET QUASI AXIS UERSATILIS
COGITATUS ILLIUS
EQUUS AMISSARIUS SICUT
AMICUS SUBSANNATOR
SUB OMNI SUPRA SEDENTE HINNIT
QUARE DIES DIEM SUPERAT
ET ITERUM LUX LUCEM
ET ANNUS ANNUM A SOLE
A DN̄I SCIENTIA SEPARATI SUNT
FACTO SOLE ET PRAECEPTUM
CUSTODIENTEM
ET IMMUTAUIT TEMPORA
ET DIES FESTOS IPSORUM
ET IN ILLIS DIES FESTUS CELEBRA
UERUNT AD HORAM
EX IPSIS EXALTABIT ET MAGNI
FICAUIT DS̅
ET EX IPSIS POSUIT INNUMERŪ
DIERUM ET ANNOS
ET HOMINES OMNES DE SOLO
ET EX TERRA UNDE CREATUS
EST ADAM
IN MULTITUDINEM DISCIPLINAE
DN̄I SEPARAUIT EOS
ET IMMUTAUIT UIAS EORUM
ET EX IPSIS BENEDIXIT
ET EXALTABIT
ET EX HIS SCĪFICAUIT ET AD SE
APPLICAUIT
EX IPSIS MALEDIXIT ET HUMILIAUIT
ET CONUERTIT ILLOS A SEPARA
TIONE IPSORUM
QUASI LUTUM FIGULI IN MANU
ILLIUS PLASMARE ILLUD
ET DISPONERE
OMNES UIAE EIUS SECUNDUM
DISPO^SI^TIONEM EIUS
SIC HOMO IN MANU ILLIUS
QUI SE FECIT
REDDE ILLIS SECUNDUM
IUDICIUM SUUM
CONTRA MALUM BONUM EST
ET CONTRA UITAM MORS
SIC ET CONTRA UIRUM
IUSTUM PECCATOR
ET SIC INTUERE IN OMNIA
OPERA ALTISSIMI
DE DUOBUS UNUM CONTRA UNUM
ET EGO NOUISSIMUS UIGILAUI
ET QUASI QUI COLLIGIT ACINOS
POST UINDEMIATORES

INBENEDICTIONEDĪETIPSESPERAUI
ETQUASIQUIUINDEMIAT
REPLEBITORCULAR
RESPICEQUONIAM NONMIHI
SOLI LABORAUI
SEDOMNIBUSEXQUIRENTIBUS
DISCIPLINAM
AUDITEMEMAGNATIETOMNES
POPULI
ETRECTORESECCLESIAE
AURIBUS PERCIPITE
FILIOETMULIERI FRATRIETAMICO
NONDES POTESTATEM SUPER
TE INUITATUA
ETNONDEDERISALIIS
POSSESSIONEMTUAM
NEFORTEPAENITEATTEETDE
PRAECERIS PROILLIS
DUMADHUC SUPERESSET
ASPIRANS
NONIMMUTABITTEOMNISCARO
MELIUSESTENIM UTFILIITUI
TEROGENT
QUAMTE RESPICERE INMANUS
FILIORUM TUORUM
INOMNIBUS OPERIBUSTUIS
PRAECELLENSESTO
NEDEDERIS MACULAM
INGLORIAMTUAM
INDIECONSUMMATIONIS
DIERUMUITAETUAE
ETINTEMPORE EXITUSTUI
DISTRIBUE HEREDITATĒTUAM
DEDISCIPLINA SERUORUM
CIBARIA ETUIRGAETONUS ASINO
PANISETDISCIPLINAETOPUSSERUO
OPERATUR INDISCIPLINA ET
QUAERIT REQUIESCERE
LAXAMANUS ILLIETQUAERIT
LIBERTATEM
IUGUMETLORUM CURUANT
COLLUMDURUM
ETSERUUM INCLINANT
OPERATIONES ASSIDUE
SERUO MALIUOLOTORTURA
ETCOMPEDES
MITTEILLUM INOPERATIONE
NEUACET
MULTAENIM MALITIA
DOCUIT OTIOSITAS
INOPERACONSTITUEEUM
SICENIM CONDECETILLI
QUODSINONOBAUDIERIT
CURBAILLUM COMPEDIBUS
ETNONAMPLIFICES SUPER
OMNEMCARNEM
UERUM SINEIUDICIO
NIHILFACIASGRABE
SIESTTIBISERUUS SITTIBI
QUASI ANIMATUA
QUASIFRATREM SICEUMTRACTA
QUONIAM INSANGUINEANIMAE
CONPARASTIEUM
SILAESERIS ILLUM INIUSTE
INFUGAM CONUERTITUR
ETEXTOLLENS DISCESSERIT
QUEM QUAERIS
ETINQUAUIAQUAERAS
ILLUM NESCIS DESOMNIS
XXXIIII UANASPESETMENDACIUM
INSENSATOUIRO
ETSOMNIAEXTOLLUNT
IMPRUDENTES
QUASIQUIAD PREHENDITUMBRĀ
ETPERSEQUITURUENTUM
SIC ETQUIADTENDET
ADUISAMENDACIA
HOCSECUNDUM HOCUISIO
SOMNIORUM
ANTEFACIEM HOMINIS SIMILITU
DO ALTERIUS HOMINIS
ABINMUNDO QUIDMUNDABITUR
ETAMENDACE QUIDUERUM
DICETUR
DIUINATIO ERRORIS ETAUGURIA
MENDACIA
ETSOMNIAMALEFACIENTIUM
UANITASEST

ET SICUT PARTURIENTIS COR TUUM
PHANTASIAM PATITUR
NISI AB ALTISSIMO FUERIT
EMISSA UISITATIO
NE DEDERIS IN ILLIS COR TUUM
MULTOS ENIM ERRARE
FECERUNT SOMNIA
ET EXCIDERUNT SPERANTES
IN ILLIS
SINE MENDACIO CONSUMMA
BITUR UERBUM
ET SAPIENTIA IN ORE FIDELIS
CONPLANABITUR
QUI NON TEMTATUS EST QUID SCIT
UIR IN MULTIS EXPERTUS
COGITAUIT MULTA
ET QUI MULTA DIDICIT ENARRA
UIT INTELLECTUM
QUI NON EST EXPERTUS PAUCA
RECOGNOSCIT
QUI AUTEM IN MULTIS FACTUS
EST MULTIPLICAUIT MALITIAM
QUI TEMTATUS NON EST
QUALIA ACCIDIT
ET QUI INPLANATUS EST
ABUNDAUIT NEQUITIA
MULTA UIDI ENARRANDO
ET PLURIMAS SUPERBORUM
CONSUETUDINES
ALIQUOTIENS USQUE AD MORTEM
PERICLITATUS SUM HORUM
CAUSA
ET LIBERATUS SUM GRATIA DĪ
DE TIMENTIBUS DM̄
XX SP̄S TIMENTIUM DM̄ QUAERETUR
ET IN RESPECTU ILLIUS
BENEDICENTUR
SPES ENIM ILLORUM IN SAL
UANTEM ILLOS ET OCULI DĪ
IN DILIGENTES SE
QUI TIMET DN̄M NIHIL TREPIDAUIT
ET NON PAUEUIT QUONIAM
IPSE EST SPES EIUS
TIMENTIS DN̄M BEATA ANIMA

AD QUEM RESPICIT ET QUIS EST
FORTITUDO EIUS
OCULI DN̄I SUPER TIMENTES EUM
PROTECTOR POTENTIAE FIRMA
MENTUM UIRTUTIS
TEGIMEN ARDORIS ET UMBRA
CULUM MERIDIANI
ET PRAECATIO OFFENSIONIS
ET ADIUTORIUM CASUS
EXALTANS ANIMAM ET INLUMI
NANS OCULOS UITAM XXI
DANS SANITATEM ET BENEDICTIONĒ
DE OBLATIONE INIQUA
IMMOLANS EX INIQUO OBLATIO
EST MACULATA
ET NON SUNT BENEPLACITAE
SUBSANNATIONES INIUSTORUM
DN̄S SOLUS SUSTINENTIBUS SE
IN UIA UERITATIS ET IUSTITIAE
DONA INIQUORUM NON PROBAT
ALTISSIMUS
NEC RESPICIT IN OBLATIONIBUS
INIQUORUM
NEC IN MULTITUDINE SACRIFICI
ORUM EORUM PROPITIABI
TUR PECCATIS
QUI OFFERT SACRIFICIUM EX
SUBSTANTIA PAUPERUM
QUASI QUI UICTIMAT FILIUM
IN CONSPECTU PATRIS SUI
PANIS EGENTIUM UITA PAUPERIS EST
QUI DEFRAUDAT ILLUM HOMO
SANGUINIS EST
QUI AUFERT IN SUDORE PANEM
QUASI QUI OCCIDIT PROXI
MUM SUUM
QUI EFFUNDIT SANGUINEM
ET QUI FRAUDEM FACIT MER
CENNARIO FRATRES SUNT
UNUS AEDIFICANS ET UNUS
DESTRUENS QUID PRODEST
ILLIS NISI LABOR
UNUS ORANS ET UNUS MALEDI
CENS CUIUS UOCEM EXAUDIET DS̄

QUI BAPTIZATUR A MORTUO
ET ITERUM TANGIT EUM
QUID PROFICIT LAVATIO ILLIUS
SIC HOMO QUI IEIUNAT IN PECCATIS
SUIS ET ITERUM EADEM
FACIENS
QUID PROFICIT HUMILIANDO SE
ET ORATIONEM ILLIUS
QUIS EXAUDIET
DE DISCIPLINA CUSTODIENDAE LEGIS
CXXV. QUI SERUAT UERBUM
MULTIPLICAT ORATIONEM
SACRIFICIUM SALUTARE
ADTENDERE MANDATIS
ET DISCEDERE AB OMNI
INIQUITATE
ET PROPITIATIONEM
SALUTARE SACRIFICII
SUPER INIUSTITIAS RETRIBUIT
GRATIAM QUI OFFERT
SIMILAGINEM
ET QUI FACIT MISERICORDIAM
OFFERT SACRIFICIUM
BENEPLACITUM EST DNO
RECEDERE AB INIQUITATE
ET DEPRECATIO RECEDERE
AB INIUSTITIA
NON APPAREBIS ANTE CON
SPECTUM DI UACUUS
HAEC ENIM OMNIA PROPTER
MANDATUM DNI FIUNT
OBLATIO IUSTI INPINGUAT ALTARE
ET ODOR SUAUITATIS EST
IN CONSPECTU ALTISSIMI
SACRIFICIUM IUSTI ACCEPTUM EST
ET MEMORIAM EIUS NON
OBLIUISCETUR DNS
BONO ANIMO GLORIAM REDDE DO
ET NON MINUAS PRIMITIAS
MANUUM TUARUM
IN OMNI DATO HILAREM FAC
UULTUM TUUM
ET IN EXULTATIONE SCIFICA
DECIMAS TUAS

DA ALTISSIMO SECUNDUM DATUM EIUS
ET IN BONO OCULO AD INUENTIONEM
FAC MANUUM TUARUM
QUONIAM DNS RETRIBUENS EST
ET SEPTIES TANTO REDDET TIBI
NOLI OFFERRE MUNERA PRAUA
NON ENIM SUSCIPIET ILLA
ET NOLI INSPICERE SACRIFICIUM
INIUSTUM
QUONIAM DNS IUDEX EST ET NON
EST APUD ILLUM GLORIA
PERSONAE
NON ACCIPIET DNS PERSONAM
IN PAUPEREM
ET PRAECATIONEM LAESI
EXAUDIET
NON DESPICIET PRECES PUPILLI
NEC UIDUAM SI EFFUNDAT
LOQUELLAM GEMITUS
NONNE LACRIMAE UIDUAE
AD MAXILLAM DESCENDUNT
EXCLAMATIO EIUS SUPER
DEDUCENTEM EAS
A MAXILLA ENIM ASCENDUNT
USQUE AD CAELUM
ET DNS EXAUDITOR NON DELEC
TABITUR IN ILLIS
QUI ADORAT DM IN OBLECTATIONE
SUSCIPIETUR
ET PRAECATIO ILLIUS USQUE AD
NUBES PROPINQUAUIT
ORATIO HUMILIANTIS SE NUBES
PENETRAUIT
ET DONEC PROPINQUET
NON CONSOLAUITUR
ET NON DISCEDIT DONEC
ASPICIAT ALTISSIMUS
ET DNS NON ELONGAUIT SED
IUDICABIT IUSTO ET FACIET
IUDICIUM
ET FORTISSIMUS NON HABEBIT
IN ILLIS PATIENTIAM
UT CONTRIBULET DORSUM IPSORU
ET GENTIB· REDDET UINDICTAM

DONEC TOLLAT PLENITUDINEM
SUPERBORUM ET SCEPTRA
INIQUORUM CONTRIBULET
DONEC REDDAT HOMINIBUS
SECUNDUM ACTUS SUOS
ET SECUNDUM OPERA ADAE
ET SECUNDUM PRAESUM
TIONEM ILLIUS
DONEC IUDICET IUDICIUM
PLEBIS SUAE
ET OBLECTABIT IUSTOS
MISERICORDIA SUA
DEPRECATIO AD DM̄
SPECIOSA MISERICORDIA DĪ
IN TEMPORE TRIBULATIONIS
QUASI NUBES PLUVIAE IN TEMPO
RE SICCITATIS
XXXVI MISERERE NOSTRI DS̄ OMNIUM
ET RESPICE NOS
ET OSTENDE NOBIS LUCEM
MISERATIONUM TUARUM
ET IMMITTE TIMOREM TUUM
SUPER GENTES QUAE NON
EXQUISIERUNT TE
ET COGNOSCANT QUIA NON EST DS̄
NISI TU UT ENARRENT
MAGNALIA TUA
ALLEVA MANUM TUAM SUPER
GENTES ALIENAS UT VIDEANT
POTENTIAM TUAM
SICUT ENIM IN CONSPECTU EORŪ
SC̄IFICATUS ES IN NOBIS
SIC IN CONSPECTU NOSTRO
MAGNIFICAVERIS IN ILLIS
UT COGNOSCANT TE SICUT
ET NOS AGNOVIMUS
QUONIAM NON EST DS̄
PRAETER TE DN̄E
ET INNOVA SIGNA ET INMUTA
MIRABILIA
GLORIFICA MANUM ET
BRACHIUM DEXTRUM
EXCITA FUROREM ET EFFUNDE IRĀ
EXTOLLE ADVERSARIUM

ET AFFLIGE INIMICUM
FESTINA TEMPUS ET MEMEN
TO FINIS UT ENARRENT
MIRABILIA TUA
IN IRA FLAMMAE DEVORETUR
QUI SALVATUR
ET QUI PESSIMANT PLEBEM TUAM
INVENIANT PERDITIONEM
CONTERE CAPUD PRINCIPUM
INIMICORUM
DICENTIUM NON EST ALIUS
PRAETER NOS
CONGREGA OMNES TRIBUS IACOB
ET COGNOSCANT QUIA NON EST
DS̄ NISI TU
UT ENARRENT MAGNALIA TUA
ET HEREDITABIS EOS
SICUT AB INITIO
MISERERE PLEBI TUAE
SUPER QUAM INVOCATUM
EST NOMEN TUUM
ET ISRAHEL QUEM COAEQUASTI
PRIMOGENITO TUO
MISERERE CIVITATI
SC̄IFICATIONIS TUAE
HIERUSALEM CIVITATI REQUIETIS TUAE
REPLE SION INENARRABILIBUS
VERBIS TUIS
ET GLORIA TUA POPULUM TUUM
DA TESTIMONIUM QUIA AB INITIO
CREATURAE TUAE SUNT
ET SUSCITA PRAECATIONES
QUAS LOCUTI SUNT IN NOMINE
TUO PROPHETAE PRIORES
DA MERCEDEM SUSTINENTIB(US) TE
UT PROFETAE TUI FIDELES
INVENIANTUR
ET EXAUDI ORATIONES
SERVORUM TUORUM
SECUNDUM BENEDICTIONEM
AARON DE POPULO TUO
ET DIRIGE NOS IN VIA IUSTITIAE
ET SCIANT OMNES QUI
INHABITANT TERRAM

QUIA TU ES D̄S CONSPECTOR
SAECULORUM
XXVI OMNEM ESCAM MANDUCAUIT
UENTER ET EST CIBO MELIOR CIBUS
FAUCES CONTINGUNT CIBUM
FERRE ET COR SENSATUM
UERBA MENDACIA
COR PRABUM DABIT TRISTITIAM
ET HOMO PERITUS RESTITIT ILLI
OMNEM MASCULUM
EXCIPIET MULIER
ET EST FILIA MELIOR FILIAE
SPECIES MULIERIS EXHILARAT
FACIEM UIRI SUI
ET SUPER OMNEM CONCUPIS
CENTIAM HOMINIS SUPER
DUCET DESIDERIUM
SI EST LINGUA CURATIONIS ET MI
TIGATIONIS MISERICORDIA
NON EST UIR ILLIUS SECUNDUM
FILIOS HOMINUM RE
QUI POSSIDET MULIEM INCOAT
POSSESSIONEM
ADIUTORIUM SECUNDUM ILLUM
EST ET COLUMNA UT REQUIES
UBI NON EST SEPIS DIRIPIETUR
POSSESSIO
ET UBI NON EST MULIER
GEMESCIT EGENS
CUI CREDET QUI NON HABET NIDUM
ET DEFLECTENS UBICUMQUE
OBSCURABERIT
QUASI SUCCINCTUS LATRO EX
ILIENS DE CIUITATE IN CIUITATEM
XXXVII OMNIS AMICUS DICET ET EGO
AMICITIAM COPULAUI
SED EST AMICUS SOLO
NOMINE AMICUS
NONNE TRISTITIA INEST
USQUE AD MORTEM
SODALIS AUTEM ET AMICUS
AD INIMICITIAM CONUERTENTUR
O PRAESUMTIO NEQUISSIMA
UNDE CREATA ES

COOPERIRE ARIDAM MALITIA
ET DOLOSITATE ILLIUS
SODALIS AMICO CONIUCUNDATUR
IN OBLECTATIONEM
IN TEMPORE TRIBULATIONIS
ADUERSARIUS ERIT
SODALIS AMICO CONDOLET
CAUSA UENTRIS
ET CONTRA HOSTEM
ACCIPIET SCUTUM
NON OBLIUISCARIS AMICI TUI
IN ANIMO TUO
ET NON IN MEMOR SIS ILLIUS
IN OPERIBUS TUIS
NOLI CONSILIARI CUM EO QUI TIBI
INSIDIATUR
ET A ZELANTIBUS TE ABSCONDE
CONSILIUM
OMNIS CONSILIARIUS PRODIT
CONSILIUM
SED EST CONSILIARIUS
IN SEMETIPSO
A CONSILIARIO SERUA ANIMAM TUAM
PRIUS SCITO QUAE SIT ILLIUS
NECESSITAS
ET IPSE ENIM ANIMO SUO COGITAUIT
NE FORTE MITTAT SUDEM IN TERRĀ
ET DICAT TIBI BONA EST UIA TUA
ET STET E CONTRARIO UIDERE
QUID TIBI EUENIAT
CUM SINGULIS QUALITER
TRACTANDUM SIT
CUM UIRO INRELIGIOSO
TRACTA DE SC̄TITATE
ET CUM INIUSTO DE IUSTITIA
ET CUM MULIERE DE HIS
QUAE AEMULATUR
CUM TIMIDO DE BELLO CUM
NEGOTIATORE DE TRAIECTICIO
CUM EMTORE DE UENDITIONE
CUM UIRO LIUIDO DE GRATIS
AGENDIS
CUM IMPIO DE PIETATE CUM IN
HONESTO DE HONESTATE

CUM OPERARIO AGRA RIO
DE OMNI OPERE
CUM OPERARIO ANNUALI DE CON
SUMMATIONE ANNI
CUM SERVO PIGRO DE MULTA
OPERATIONE
NON ADTENDAS HIS IN OMNI
CONSILIO
CUM VIRO SC̄O MAXIME
ASSIDUUS ESTO
QUEMCUMQUE COGNOVERIS
OBSERVANTEM TIMOREM DĪ
CUIUS ANIMA EST SECUNDUM
ANIMAM TUAM
QUI CUMQUE TITUBAVERIT IN
TENEBRIS NON CONDOLEBIT TIBI
ET COR BONI CONSILII STATUE T
TECUM
NON EST ENIM TIBI ALIUS
FIDELIOR ILLO
ANIMA VIRI SC̄I ENUNTIAT
ALIQUANDO VERA
QUAM SEPTEM CIRCUMIN
SPECTORES SEDENTES IN EX
CELSO AD SPECULANDUM
ET IN HIS OMNIBUS DEPRAECARE
ALTISSIMUM UT DIRIGAT
IN VERITATE VIAM TUAM
ANTE OMNIA OPERA VERBUM
VERAX PRAECEDAT TE
ET ANTE OMNEM ACTUM
CONSILIUM STABILE
VERBUM NEQUAM INMUTAVIT COR
QUATTUOR PARTES ORIUNTUR
BONUM ET MALUM
VITA ET MORS
ET DOMINATRIX ILLORUM EST
ADSIDUA LINGUA
XXII VIR PERITUS QUI MULTOS
ERUDIVIT ET ANIMAE SUAE
INSUAVIS EST
DE SOFISTICA ET VERSUTA
LOCUTIONE
QUI SOFISTICE LOQUITUR
ODIBILIS EST HIC OMNI RE
DEFRAUDABITUR
NON EST ENIM DATA ILLI
A DN̄O GRATIA
OMNI ENIM SAPIENTIA
DEFRAUDATUS EST
EST SAPIENS ANIMAE SUAE
SAPIENS ET FRUCTUS SENSUS
ILLIUS LAUDABILIS
VIR SAPIENS PLEBEM SUAM ERUDIT
ET FRUCTUS SENSUS ILLIUS
FIDELES SUNT
VIR SAPIENS IMPLEBITUR BENE
DICTIONE ET VIDENTES
ILLUM LAUDABUNT
VITA VIRI IN NUMERO DIERUM
DIES AUTEM ISR̄L INNUME
RABILES SUNT
SAPIENS IN POPULO HEREDITA
BIT HONOREM
ET NOMEN ILLIUS ERIT
VIVENS IN AETERNUM
FILI IN VITA TUA TEMPTA ANIMĀ TUĀ
ET SI FUERIT NEQUAM NON
DES ILLI POTESTATEM
NON ENIM OMNIBUS OMNIA
EXPEDIUNT
ET NON OMNI ANIMAE
OMNE GENUS PLACET
NOLI AVIDUS ESSE IN OMNI
EPULATIONE
ET NON TE EFFUNDAS SUPER
OMNEM ESCAM
IN MULTIS ENIM ESCIS
ERIT INFIRMITAS
AVIDITAS ET APLESTIA ADPRO
PINQUAVIT USQUE AD COLERA
PROPTER CRAPULAM
MULTI OBIERUNT
QUI AUTEM ABSTINENS EST
ADICIET VITAM DE MEDICO
XXVIII HONORA MEDICUM PROPTER
NECESSITATEM
ET ENIM ILLUM CREAVIT

ALTISSIMUS
AB DEO EST ENIM OMNIS MEDELLA
ET A REGE ACCIPIET DATIONEM
DISCIPLINA MEDICI EXALTABIT
CAPUT ILLIUS
ET IN CONSPECTU MAGNATORUM
CONLAUDABITUR
ALTISSIMUS CREAUIT
DE TERRA MEDICINAM
ET UIR PRUDENS NON
ABHORREBIT ILLI
NONNE A LIGNO INDULCATA EST
AMARA AQUA
AD AGNITIONEM HOMINUM
UIRTUS ILLORUM
ET DEDIT HOMINI SCIENTIAM
ALTISSIMUS
HONORARI IN MIRABILIBUS SUIS
IN HIS CURANS MITIGAUIT
DOLOREM
ET UNGUENTA RIUS FACIET
PIGMEN TA SUAUITATIS
ET UNCTIONES CONFICIET
SANITATIS ET NON CONSUMMA
BUNTUR OPERA EIUS
PAX ENIM DI SUPER FACIEM
TERRAE FIRMITATIS
DE ORANDO DO IN TEMPORE IN
FILI IN TUA INFIRMITATE NON
DESPICIAS TE IPSUM
SED ORA DNM ET IPSE
CURABIT TE · AUERTE A DELICTO ET DIRIGE
ET AB OMNI DELICTO MUNDA manus
COR TUUM
DE SUAUITATEM ET MEMO
RIAM SIMILAGINIS
ET INPINGUA OBLATIONEM
ET DA LOCUM MEDICO
ET ENIM ILLUM DNS CREAUIT
ET NON DISCEDAT A TE QUIA OPERA
EIUS SUNT NECESSARIA
EST ENIM TEMPUS
QUANDO IN MANUS EORUM
INCURRAS

IPSI UERO DNM DEPRAECABUNTUR
UT DIRIGAT REQUIEM EORUM
ET SANITATEM PROPTER CON
UERSATIONEM EORUM
QUI DELINQUIT IN CONSPECTU
EIUS QUI FECIT EUM INCIDAT
IN MANUS MEDICI de exequiis
FILI IN MORTUUM PRODUC
LACRIMAS
ET QUASI DIRA PASSUS IN
CIPE PLORARE
SECUNDUM IUDICIUM
CONTEGE CORPUS ILLIUS
ET NON DESPICIAS SEPULTURAM ILLIUS
PROPTER DELATURAM AMARE
FER LUCTUM ILLIUS UNO
DIE ET CONSOLARE PROPTER
TRISTITIAM
ET FAC LUCTUM SECUNDUM
MERITUM EIUS UNO DIE
UEL DUOBUS PROPTER
DETRACTATIONEM
A TRISTITIA ENIM FESTINAT
MORS ET COOPERIET
UIRTUTEM
ET TRISTITIA CORDIS
FLECTIT CERUICEM
ET UIRI ABDUCTIONE PER
MANET TRISTITIAM
ET SUBSTANTIA INOPIS
SECUNDUM COR EIUS
NON DEDERIS IN TRISTITIA COR TUU
SED REPELLE EAM A TE
ET MEMENTO NOUISSIMORUM
NOLI OBLIUISCI NEQUE ENIM
EST CONUERSIO
ET HUIC NIHIL PRODERIS ET TE
IPSUM PESSIMABIS
MEMOR ESTO IUDICII MEI
SIC ENIM ERIT ET TUUM MIHI
HERI ET TIBI HODIE
IN REQUIE MORTUI REQUIESCERE
FAC MEMORIAM EIUS
ET CONSOLARE ILLUM IN EXITU SPS SUI

SAPIENTIAM SCRIBE IN TEMPORE
UACUITATIS
ET QUI MINORATUR ACTU SAPIEN
TIAM PERCIPIET
QUA SAPIENTIA REPLEBITUR
QUI TENET ARATRUM ET NON
GLORIATUR IN IACULO
STIMULO BOUES AGIT ET CON
UERSATUR IN OPERIBUS EORUM
ET NARRATIO EIUS IN FILIIS TAURORŨ
COR SUUM DABIT AD UERSANDOS
SULCOS
ET UIGILIA EIUS IN SAGINA UACCARUM
DE SINGULIS ARTIFICIBUS
SIC OMNIS FABER ET ARCHITECTUS
QUI NOCTEM TAMQUAM
DIEM TRANSIGIT
QUI SCULPIT SIGNACULA SCULPTILIA
ET ADSIDUITAS EIUS UARIAT
PICTURAM
COR SUUM DABIT IN SIMILITU
DINEM PICTURAE
ET UIGILIA SUA PERFICIT OPUS
SIC FABER FERRARIUS SEDENS
IUXTA INCUDEM ET CONSIDE
RANS OPUS FERRI
UAPOR IGNIS URIT CARNES EIUS
ET IN CALORE FORNACIS
CONCERTATUR
UOX MALLEI INNOUAT AUREM EIUS
ET CONTRA SIMILITUDINEM
UASI OCULUS EIUS
COR SUUM DABIT IN CONSUMMA
TIONEM OPERUM
ET UIGILIA SUA ORNAUIT
IN PERFECTIONEM
SIC FIGULUS SEDENS AD OPUS SUŨ
ET CONUERTENS PEDIBUS SUIS
ROTAM
ET QUI IN SOLLICITUDINEM
POSITUS EST SEMPER
PROPTER OPUS SUUM
ET INNUMERA EST OMNIS
OPERATIO EIUS

IN BRACHIO SUO FORMAUIT LUTUM
ET ANTE PEDES SUOS CURUAUIT
UIRTUTEM SUAM
COR SUUM DABIT UT CONSUM
MET LINITIONEM
ET UIGILIA SUA MUNDAUIT
FORNACEM
OMNES HII IN MANIBUS SUIS
SPERAUERUNT
ET UNUSQUE IN ARTE SUA
SAPIENS EST
SINE HIS OMNIBUS NON AEDIFICA
BITUR CIUITAS
ET NON INHABITABUNT
NEC INAMBULABUNT
ET IN ECCLESIAM NON
TRANSILIENT
SUPER SELLAM IUDICIS
NON SEDEBUNT
ET TESTAMENTUM IUDICII
NON INTELLEGENT
NEQUE PALAM FACIENT
DISCIPLINAM ET IUDICIUM
ET IN PARABOLIS NON
INUENIENTUR
SED CREATURAM AEUI
CONFIRMABUNT
DEPRAECATIO ILLORUM
IN OPERATIONEM ARTIS
ADCOMMODANTES
ANIMAM SUAM ET CON
QUIRENTES IN LEGE
ALTISSIMI DE SAPIENTE
XXIII XXXIX SAPIENTIAM OMNIUM
ANTIQUORUM EXQUIRET
SAPIENS
ET IN PROPHETIS UACABIT
NARRATIONEM UIRORUM
NOMINATORUM CON
SERUAUIT
ET IN UERSUTIAS PARABOLARUM
CONSERBABITUR
OCCULTA PROUERBIORUM
EXQUIRET

ET INABSCONDITIS PARABOLARUM
CONUERSABITUR
IN MEDIO MAGNATORUM
MINISTRAUIT
ET INCONSPECTU PRAESIDIS
APPAREBIT
IN TERRA ALIENARUM
GENTIUM TRANSIET
BONA ENIM ET MALA IN HOMI
NIBUS TEMTAUIT
COR SUUM TRADET AD UIGILAN
DUM DILUCULO AD DNM
QUI FECIT ILLUM
ET INCONSPECTU ALTISSIMI
DEPRAECABITUR
APERIET OS SUUM IN ORATIONE
ET PRO DELICTIS SUIS
DEPRECABITUR
SI ENIM DNS MAGNUS
UOLUERIT SPU INTELLE
GENTIAE REPLEBIT ILLUM
ET IPSE TAMQUAM IMBRES
MITTET ELOQUIA SAPIENTIAE SUAE
IN ORATIONE CONFITEBITUR DNO
IPSE DIRIGET CONSILIUM EIUS
ET DISCIPLINAM
ET INABSCONDITIS SUIS
CONSILIABITUR
IPSE PALAM FACIET DISCIPLI
NAM DOCTRINAE SUAE
ET IN LEGE TESTAMENTI
DNI GLORIABITUR
CONLAUDABUNT MULTI
SAPIENTIAM EIUS
ET USQUE IN SAECULUM
NON DELEBITUR
NON RECEDET MEMORIA EIUS
ET NOMEN EIUS REQUIRETUR
A GENERATIONE IN GENERA
TIONEM
SAPIENTIAM EIUS ENARRA
BUNT GENTES
ET LAUDEM EIUS NUNTIABIT
ECCLESIA

SI PERMANSERIT NOMEN
DERELINQUET ILLE
ET SI REQUIEUERIT PRODERIT ILLI
ADHUC CONSILIABOR UT ENARREM
UT FURORE ENIM REPLETUS SUM
OBAUDIENTE ME DIUINI FRUCTUS
ET QUASI ROSA PLANTATA SUPER
RIUUM AQUARUM FRUCTIFICATE
QUASI LIBANUS ODOREM SUA
UITATIS HABETE
FLORETE FLORES QUASI LILIUM
DATE ODOREM ET FRONDETE
IN GRATIAM ET CONLAUDATE
CANTICUM
ET BENEDICITE DNM IN OPERIB· SUIS
DATE NOMINI EIUS MAGNIFI
CENTIAM
ET CONFITEMINI ILLI IN UOCE
LABIORUM UESTRORUM
IN CANTICIS LABIORUM
ET CITHARIS
ET SIC DICITIS IN CONFESSIONE
OPERA DNI UNIUERSA
BONA UALDE
IN UERBO EIUS STETIT AQUA
SICUT CONGERIES
ET IN SERMONE ORIS ILLIUS
SICUT EXCEPTORIUM
AQUARUM
QUONIAM IN PRAECEPTO
IPSIUS PLACOR FIT
ET NON EST MINORATIO
IN SALUTE ILLIUS
OPERA OMNIS CARNIS CORAM ILLO
ET NON EST QUICQUAM ABSCON
DITUM AB OCULIS EIUS
A SAECULO USQUE IN SAECULUM
RESPICIT
ET NIHIL EST MIRABILE
IN CONSPECTU EIUS
NON EST DICERE QUID EST HOC
AUT QUID EST ILLUD
OMNIA ENIM IN TEMPORE SUO
QUAERENTUR

BENEDICTIO ILLIUS QUASI FLUUIUS
INUNDAUIT
ET QUOMODO DILUUIUM
ARIDAM INEBRIAUIT
SIC IRA IPSIUS GENTES QUAE NON EX
QUISIERUNT EUM HEREDITABIT
QUOMODO CONUERTIT AQUAS
ET SICCATA EST TERRA
ET UIAE ILLIUS UIIS ILLORUM
DIRECTAE SUNT
SIC PECCATORIBUS OFFENSI
ONES IN IRA EIUS
BONA BONIS CREATA SUNT
AB INITIO SIC NEQUISSIMIS
BONA ET MALA
INITIUM NECESSARIAE REI
UITAE HOMINUM
AQUA IGNIS ET FERRUM LAC
ET PANIS SIMILAGINEUS
ET MEL ET BOTRUS UUAE
ET OLEUM ET UESTIMENTUM
HAEC OMNIA SCIS IN BONIS SIC
ET IMPIIS ET PECCATORIBUS
IN MALA CONUERSANTUR
SUNT SPS QUI AD UINDICTAM
CREATI SUNT
ET IN FURORE SUO CONFIRMA
UERUNT TORMENTA SUA
IN TEMPORE CONSUMMATIONIS
EFFUNDENT UIRTUTEM
ET FUROREM EIUS QUI FECIT
ILLOS PLACEBUNT
IGNIS GRANDO FAMIS ET MO RS
OMNIA HAEC AD UINDICTAM
CREATA SUNT
BESTIARUM DENTES ET SCORPII
ET SERPENTES
ET ROMPHEA UINDICANS IN EX
TERMINIUM IMPIOS
IN MANDATIS EIUS AEPULABUNTUR
ET SUPER TERRAM IN NECESSI
TATEM PRAEPARABUNTUR
ET IN TEMPORIBUS SUIS NON
PRAETERIENT UERBUM

PROPTEREA AB INITIO CONFIRMA
TUS SUM ET CONSILIATUS SUM
ET COGITAUI ET SCRIPTA DIMISI
OMNIA OPERA DNI BONA
ET OMNE OPUS ORA SUA
SUBMINISTRAUIT
NON EST DICERE HOC ILLO
NEQUIUS EST
OMNIA ENIM IN TEMPORE SUO
COMPROBABUNTUR
ET NUNC IN OMNI CORDE ET ORE
CONLAUDATE ET BENEDICITE
NOMEN DNI
XL OCCUPATIO MAGNA CREATA EST
OMNIBUS HOMINIBUS
ET IUGUM GRAUE SUPER
FILIOS ADAM
A DIE EXITUS DE UENTRE
MATRIS EORUM
USQUE IN DIEM SEPULTURAE
IN MATREM OMNIUM
COGITATIONES EORUM
ET TIMORE CORDIS
AD INUENTIO EXPECTATIONIS ET
DIES FINITIONIS
ASEDENTE SUPER SEDEM
GLORIOSAM
USQUE AD HUMILIATUM
IN TERRA ET CINERE
AB EO QUI UTITUR HYACINTO
ET PORTAT CORONAM
USQUE AD EUM QUI OPERITUR
LIGNO CRUDO
FUROR ZELUS TUMULTUS
FLUCTUATIO ET TIMOR MORTIS
IRACUNDIA PERSEUERANS
ET CONTENTIO ET IN TEMPORE
REFECTIONIS IN CUBILE
SOMNUS NOCTIS INMUTAT
SCIENTIAM
MODICUM TAMQUAM
NIHIL IN REQUIE
ET AB EO IN SOMNIS QUASI
IN DIE RESPECTUS

CONTURBATUS EST IN UISU
CORDIS SUI
TAMQUAM QUI EUASERIT
IN DIE BELLI
IN TEMPORE SALUTIS SUAE
EXSURREXIT
ET ADMIRANS AD NULLUM TIMOREM
CUM OMNI CARNE AB HOMINE
USQUE AD PECUS
ET SUPER PECCATORES
SEPTUPLUM
AD HAEC MORS SANGUIS
CONTENTIO ET ROMPHEA
OPPR ESSIONES FAMIS
ET CONTRITIO ET FLAGELLA
SUPER INIQUOS CREATA SUNT
HAEC OMNIA
ET PROPTER ILLOS FACTUS EST
CATACHISMIS
OMNIA QUAE DE TERRA SUNT
IN TERRAM CONUERTENTUR
ET AQUAE OMNES IN MARE
CONUERTENTUR Omne munus et iniqui-
ET FIDES IN SAECULUM STABIT tas delebitur
SUBSTANTIA INIUSTORUM SICUT
FLUUIUS SICCABUNTUR
ET SICUT TONITRUUM MAGNUM
IN PLUUIA PERSONABUNT
IN APERIENDO MANUS SUAS
LAETABITUR
SIC PRAEUARICATORES IN CON
SUMMATIONE TABESCENT
NEPOTES IMPIORUM NON
MULTIPLICAB(UNT) RAMOS
ET RADICES INMUNDAE SUPER
CACUMEN PETRAE SONANT
SUPER OMNEM AQUAM UIRIDITAS
ET AD HORAM FLUMINIS
OMNE FAENUM EUELLETUR
GRATIA SICUT PARADISUS IN BENE
DICTIONIB(US) ET MISERICORDIA
IN SAECULO PERMANET
XXIIII FILIA UITA SIBI SUFFICIENTIS
OPERARII CONDULCABITUR

ET IN EA INUENIES THESAURUM
AEDIFICATIO CIUITATIS CONFIR
MAUIT NOMEN
ET SUPER HAEC MULIER IN
MACULATA COMPUTATUR
UINUM ET MUSICA
LAETIFICANT COR
ET SUPER UTRAQUE DILECTIO
SAPIENTIAE
TIBIAE ET PSALTERIUM SUAUEM
FACIUNT MELODIAM
ET SUPER UTRAQUE LINGUA SUAUIS
GRATIAM ET SPECIEM
DESIDERAUIT OCULUS
ET SUPER HAEC UIRIDES
SATIONES
AMICUS ET SODALIS IN TEM
PORE CONUENIENTES
ET SUPER UTROSQUE MULIER
CUM UIRO
FRATRES IN ADIUTORIUM IN TEM
PORE TRIBULATIONIS
ET SUPER EOS MISERICORDIA
LIBERAUIT
AURUM ET ARGENTUM ET CON
STITUTIO PEDUM
ET SUPER UTRUMQUE CONSILIUM
BENEPLACITUM
FACULTATES ET UIRTUTES EXALTANT
COR ET SUPER HAEC TIMOR DNI
NON EST IN TIMORE DNI MINORATIO
ET NON EST IN EO QUAERERE
ADIUTORIUM
TIMOR DNI SICUT PARADISUS
BENEDICTIONIS
ET SUPER OMNEM GLORIAM
OPERUERUNT ILLUM

DE INDIGENTIA MISERA

FILI IN TEMPORE UITAE TUAE
NE INDIGEAS
MELIUS EST ENIM MORI
QUAM INDIGERE
UIR RESPICIENS IN MENSAM
ALIENAM

NON EST UITA EIUS IN COGITATIONE
UICTUS
ALIT ENIM ANIMAM SUAM
CIBIS ALIENIS
UIR AUTEM DISCIPLINATUS
ET ERUDITUS CUSTODIET SE
IN ORE INPRUDENTIS CONDULCA
BITUR INOPIA
ET IN UENTRE EIUS IGNIS ARDEBIT
DE MEMORIA ET IUDICIUM MORTIS
XLI O MORS QUAM AMARA EST
MEMORIA TUA
HOMINI IUSTO ET PACEM HABENTI
IN SUBSTANTIIS SUIS
UIRO QUIETO ET CUIUS UIAE
DIRECTAE SUNT IN OMNIBUS
ET AD HUC UALENTI ACCIPERE CIBŪ
O MORS BONUM EST IUDICIUM TUŪ
HOMINI INDIGENTI ET QUI MINO
RATUR UIRIBUS
DEFECTO AETATE ET CUI DE OMNIB·
CURA EST ET INCREDIBILI
QUI PERDIT SAPIENTIAM
NOLI METUERE IUDICIUM MORTIS
MEMENTO QUAE ANTE TE
FUERUNT ET QUAE SUPER
UENTURA SUNT TIBI
HOC IUDICIUM A DÑO OMNI CARNI
ET QUID SUPERUENIET IN BENE
PLACITO ALTISSIMI
SIUE DECEM SIUE CENTUM
SIUE MILLE ANNI
NON EST ENIM IN INFERNO
ACCUSATIO UITAE
FILI ABOMINATIONUM FIUNT
FILI PECCATORUM
ET QUI CONUERSANTUR SECUS
DOMOS IMPIORUM
FILIORUM PECCATORUM
PERIET HEREDITAS
ET CUM SEMINE ILLORUM
ASSIDUITAS OBPROBRII
DE PATRE IMPIO QUAERUN
TUR FILII

QUONIAM PROPTER ILLUM SUNT
IN OPPROBRIO
UAE UOBIS UIRI IMPII QUI DERELIN
QUISTIS LEGEM DÑI ALTISSIMI
ET SI NATI FUERITIS IN MALEDICTIO
NE NASCEMINI
ET SI MORTUI FUERITIS IN MALEDIC
TIONE ERIT MORS UESTRA
OMNIA QUAE DE TERRA SUNT
INTER RA CONUERTENTUR
SIC IMPII A MALEDICTO
IN PERDITIONEM
LUCTUS HOMINUM IN CORPORE
IPSORUM
NOMEN AUTEM IMPIORUM
DELEBITUR
CURAM HABE DE BONO NOMINE
HOC ENIM MAGIS PERMANEBIT
TIBI QUAM MILLE THESAURI
MAGNI PRETIOSI
BONAE UITAE NUMERUS DIERUM
BONUM AUTEM NOMEN
PERMANEBIT IN AEUO
XXV DISCIPLINAM IN PACE CONSER
UATE FILII
SAPIENTIA ENIM ABSCONDITA
ET THESAURUS INUISUS
QUAE UTILITAS IN UTRISQUE
MELIOR EST HOMO QUI ABSCON
DIT STULTITIAM SUAM
QUAM HOMO QUI ABSCONDIT
SAPIENTIAM SUAM
UERUM TAMEN REUEREMINI
IN HIS QUAE PROCEDUNT
DE ORE MEO
NON EST ENIM BONUM OMNEM
IN REUERENTIAM OBSERUARE
ET NON OMNIA OMNIBUS
BENE PLACENT IN FIDE
AB OMNIB· UITIIS DECLINANDUM
ERUBESCITE MATREM ET PATREM
DE FORNICATIONE
ET A PRAESIDENTE ET A POTENTE
DE MENDACIO

A PRINCIPE ET IUDICE DE DELICTO
A SYNAGOGA ET PLEBE DE INIQUITA
TE A SOCIO ET AMICO DE IN
IUSTITIA ET DE LOCO IN QUO
HABITAS DE FURTO
DE UERITATE DI ET TESTAMENTO
DE DISCUBITU IN PANIBUS ET AB
OFFUSCATIONE DATI ET ACCEPTI
A SALUTANTIBUS DE SILENTIO
A RESPECTU MULIERIS
FORNICARIAE
AB AUERSIONE UULTUS COGNATI
NE AUERTAS FACIEM
A PROXIMO TUO
ET AB AUFERENDO PARTEM
ET NON RESTITUENDO
NE RESPICIAS MULIEREM
ALIENI UIRI ET NE SCRUTERIS
ANCILLAM EIUS
NEQUE STETERIS AD LECTUM EIUS
AB AMICIS DE SERMONIBUS
IMPROPERII
ET CUM DEDERIS NE IM
PROPERIS

XLII NON DUPLICES SERMONEM
AUDITUS DE REUELATIONE
SERMONIS ABSCONDITI
ET ERIS UERE SINE CONFUSIONE
ET INUENIES GRATIAM IN CON
SPECTU OMNIUM HOMINUM
NE PRO HIS OMNIBUS CONFUNDARIS
NE ACCIPIAS PERSONAM
UT DELINQUAS
DE LEGE ALTISSIMI ET TESTAMENTO
DE IUDICIO IUSTIFICARE IMPIUM
DE UERBO SOCIORUM
ET UIATORUM
ET DE DATIONE HEREDITATIS
AMICORUM
DE AEQUALITATE STATERAE
ET PONDERUM
ET DE ADQUISITIONE MULTO
RUM ET PAUCORUM
DE CORRUPTIONE EMTIONIS
ET NEGOTIATORUM
ET DE MULTA DISCIPLINA FILIORUM
ET SERUO PESSIMO LATUS
SANGUINARE
SUPER MULIEREM NEQUAM
BONUM EST SIGNUM
UBI MANUS MULTAE SUNT CLUDE
ET QUODCUMQUE TRADES
NUMERA ET APPENDE
DATUM UERO ET ACCEPTUM
OMNE DESCRIBE

DE DISCIPLINA INSENSATI ET FATUI

ET DE SENIORIBUS QUI IUDICANTUR
AB ADULESCENTIBUS
ET ERIS ERUDITUS IN OMNIBUS
ET PROBABILIS IN CONSPECTU
OMNIUM UIRORUM

XXVI FILIA PATRIS ABSCONDITA EST UIGILIA
ET SOLLICITUDO EIUS AUFERET
SOMNIUM
NE FORTE IN ADULESCENTIA SUA
ADULTERA EFFICIATUR
ET COMMORATA CUM UIRO
ODIBILIS FIAT
NEQUANDO POLLUATUR
IN UIRGINITATE SUA
ET IN PATERNIS SUIS GRAUIDA
INUENIATUR
NE FORTE CUM UIRO COMMO
RATA TRANSGREDIATUR
AUT CERTE STERELIS
EFFICIATUR
SUPER FILIAM LUXURIOSAM
CONFIRMA CUSTODIAM
NEQUANDO FACIAT TE
IN OPPROBRIUM UENIRE
INIMICIS
A DETRACTATIONĒ IN CIUITATE
ET ABIECTIONE PLEBIS
ET CONFUNDAT TE IN MULTI
TUDINEM POPULI
OMNI HOMINI NOLI INTEN
DERE IN SPECIE
ET IN MEDIO MULIERUM

NOLI COMMORARI
DE UESTIMENTIS ENIM PROCEDIT
TINEA ET A MULIERE INIQUITAS
UIRO
MELIOR INIQUITAS UIRI QUAM
BENEFACIENS MULIER
ET MULIER CONFUNDENS
IN OPPROBRIUM
MEMOR ERO IGITUR OPERUM
DÑI ET QUAE UIDI ADNUNTIABO
IN SERMONIBUS DÑI OPERA EIUS
SOL INLUMINANS PER OMNIA
RESPEXIT
ET GLORIA DÑI PLENUM EST
OPUS EIUS
NONNE DÑS FECIT SCŌS ENARRARE
OMNIA MIRABILIA SUA
QUAE CONFIRMAUIT DÑS OMNI
POTENS STABILIS IN GLORIA SUA
ABYSSUM ET COR HOMINUM
INUESTIGAUIT
ET IN ASTUTIA ILLORUM
EXCOGITAUIT
COGNOUIT ENIM DÑS OMNEM
SCIENTIAM
ET INSPEXIT IN SIGNUM AEUI
ADNUNTIANS QUAE PRAETERI
ERUNT ET QUAE SUPER
UENTURA SUNT
REUELANS UESTIGIA
OCCULTORUM
ET NON PRAETERIT ILLUM
OMNIS COGITATUS
ET NON ABSCONDIT SE AB EO
ULLUS SERMO
MAGNALIA SAPIENTIAE SUAE
DECORAUIT
QUI EST ANTE SAECULUM
ET USQUE IN SAECULUM
NEQUE ADIECTUM EST
NEQUE MINUETUR
ET NON EGET ALICUIUS CONSILIO
QUAM DESIDERABILIA
OMNIA OPERA EIUS

ET TAMQUAM SCINTILLAM QUAM
EST CONSIDERARE
OMNIA HAEC UIUENT ET MANENT
IN SAECULUM
ET IN OMNI NECESSITATE
OMNIA OBAUDIUNT EI
OMNIA DUPLICIA UNUM
CONTRA UNUM
ET NON FECIT QUICQUAM DEESSE
UNIUS CUIUSQUE CONFIRMAUIT BONA
ET QUIS SATIABITUR UIDENS
GLORIAM EIUS LAUS CREATURAE
XLIII ALTITUDINIS FIRMAMENTUM
PULCHRITUDO EST SPECIES
CAELI IN UISIONE GLORIAE
SOL IN ASPECTU ANNUNTIANS
IN EXITU
UAS ADMIRABILE OPUS EXCELSI
IN MERIDIANO EXURIT TERRAM
ET IN CONSPECTU ARDORIS EIUS
QUIS POTERIT SUSTINERE
FORNACEM CUSTODIENS
IN OPERIBUS ARDORIS
TRIPLICITER SOL EXURENS MONTES
RADIOS IGNEOS EXUFLANS
ET REFULGENS RADIIS SUIS
OBCAECAT OCULOS
MAGNUS DÑS QUI FECIT ILLUM
ET IN SERMONIBUS EIUS
FESTINAUIT
ITER LUNA IN OMNIBUS
IN TEMPORE SUO
OSTENSIO TEMPORIS
ET SIGNUM AEUI
A LUNA SIGNUM DIEI FESTI
LUMINARE QUOD MINUITUR
IN CONSUMMATIONE
MENSIS SECUNDUM
NOMEN EIUS EST
CRESCENS ADMIRABILITER
IN CONSUMMATIONEM
UAS CASTRORUM IN EXCELSIS
IN FIRMAMENTO CAELI RESPLEN
DENS GLORIOSUM

SPECIES CAELI GLORIA STELLARUM
MUNDUM INLUMINANS
IN EXCELSIS DNS
IN UERBIS SCI STABUNT AD IUDICIUM
ET NON DEFICIENT IN UIGILIIS SUIS
UIDE ARCUM ET BENEDIC
QUI FECIT ILLUM
UALDE SPECIOSUS EST
IN SPLENDORE SUO
GIRAUIT CAELUM IN CIRCUITU
GLORIAE SUAE
MANUS EXCELSI APERUERUNT ILLUM
IMPERIO SUO ADCELERAUIT
NIUEM
ET ADCELERAT CORUSCATIONES
EMITTERE IUDICII SUI
PROPTEREA APERTI SUNT
THESAURI
ET EUOLAUERUNT NEBULAE
SICUT AUES
IN MAGNITUDINE SUA
POSUIT NUBES
ET CONFRACTI SUNT LAPIDES
GRANDINIS
IN CONSPECTU EIUS COMMO
UEBUNTUR MONTES
ET IN UOLUNTATE EIUS
ASPIRAUIT NOTUS
UOX TONITRUI EIUS UERBERA
UIT TERRAM
TEMPESTAS AQUILONIS
ET CONGREGATIO SPS
SICUT AUIS DEPONENS AD SEDEN
DUM ADSPARGIT NIUEM
ET SICUT LUCUSTA DEMERGENS
DESCENSUS EIUS
PULCHRITUDINEM CANDORIS
EIUS ADMIRABITUR OCULUS
ET SUPER IMBREM EIUS
EXPAUESCIT COR
GELUM SICUT SALEM EFFUN
DET SUPER TERRAM
ET DUM GELAUERIT FIET
TAMQUAM CACUMINA TRIBULI

FRIGIDUS UENTUS AQUILO FLAUIT
ET GELAUIT CRISTALLUS AB AQUA
SUPER OMNEM CONGREGATIONEM
AQUARUM REQUIESCIT
ET SICUT LORICA INDUIT SE AQUIS
DEUORAUIT MONTES ET EX
URET DESERTUM
ET EXTINGUET UIRIDEM
SICUT IGNEM
MEDICINA OMNIUM IN FESTINA
TIONE NEBULAE
ET ROS OBUIANS AB ARDORE
UENIENTI
HUMILEM EFFICIET EUM
IN SERMONE EIUS SILUIT UENTUS
COGITATIONE SUA PLACABIT
ABYSSUM
ET PLANTAUIT ILLAM DNS IHS
QUI NAUIGAT MARE ENARRAT
PERICULA EIUS
ET AUDIENTES AURIBUS
NON AMMIRABIMUR
ILLIC PRAECLARA ET MIRA
ET MIRABILIA OPERA
UARIA GENERA BESTIARUM
ET OMNIUM PECORUM
ET CREATURA BELUARUM
PROPTER IPSUM CONSUMMATUS
EST ITINERIS FINIS
ET IN SERMONE EIUS COMPOSITA
SUNT OMNIA
MULTA DICIMUS ET DEFICIEMUS
UERBIS
CONSUMMATIO AUTEM SERMONUM
IPSE EST IN OMNIBUS
GLORIANTES AD QUID UALEBIMUS
IPSE ENIM OMNIPOTENS
SUPER OMNIA OPERA SUA
TERRIBILIS DNS ET MAGNUS
UEHEMENTER
ET MIRABILIS POTENTIA IPSIUS
GLORIFICANTES DNM
QUANTUM CUMQUE POTUERITIS
SUPERUALEBIT ADHUC

ET AMMIRABILIS MAGNIFICENTIA EIUS
BENEDICENTES DNM EXALTATE ILLUM
QUANTUM POTESTIS
MAIOR EST ENIM OMNI LAUDE
EXALTANTES EUM REPLEBIMINI
UIRTUTE
NE LABORETIS NON ENIM
PERUENIETIS
QUIS UIDIT EUM ET ENARRABIT
ET QUIS MAGNIFICAUIT EUM
SICUT EST AB INITIO
MULTA ABSCONDITA SUNT
MAIORA HIS
PAUCA ENIM UIDIMUS
OPERUM EIUS
OMNIA AUTEM DNS FECIT ET PIE
AGENTIBUS DEDIT SAPIENTIAM
xliiii. LAUDEMUS UIROS GLORIOSOS
ET PARENTES NOSTROS IN
GENERATIONE SUA
MULTAM GLORIAM FECIT DNS
MAGNIFICENTIA SUA A SAECULO
DOMINANTES IN POTESTATIB· SUIS
HOMINES MAGNI UIRTUTE ET PRU
DENTIA SUA PRAEDITI
NUNTIANTES DIGNITATEM
PROPHETARUM
ET INPERANTES IN PRAESENTIS
POPULORUM
ET UIRTUTE PRUDENTIAE POPULI
SCTISSIMA UERBA
ET IN PUERITIA SUA REQUIRENTES
MODOS MUSICOS
ET NARRANTES CARMINA
SCRIBTURARUM
HOMINES DIUITES IN UIRTUTE
PULCHRITUDINIS STUDIUM
HABENTIS
PACIFICANTES IN DOMIBUS SUIS
OMNES ISTI IN GENERATIONIBUS
GENTIS SUAE GLORIAM
ADEPTI SUNT
ET IN DIEBUS SUIS HABENTUR
IN LAUDIBUS

QUI DE ILLIS NATI SUNT RELIQUERUNT
NOMEN NARRANDI LAUDES EORUM
ET SUNT QUORUM NON EST
MEMORIA
PERIERUNT QUASI QUI NON FUERUNT
ET NATI SUNT QUASI NON NATI
FILII IPSORUM CUM ILLIS
SED ILLI UIRI MISERICORDIAE SUNT
QUORUM PIETATES NON
DEFUERUNT
ET CUM SEMINE IPSORUM PER
SEUERAT BONA HEREDITAS
NEPOTUM ILLORUM SEMEN
IN TESTAMENTO STETIT
ET FILIORUM IPSORUM
PROPTER ILLOS USQUE IN
AETERNUM MANET
SEMEN EORUM
ET GLORIA EORUM NON
DERELINQUETUR
CORPORA IPSORUM IN PACE
SEPULTA SUNT
ET NOMEN EORUM UIUET
IN GENERATIONES ET [illegible]
GENERATIONES
SAPIENTIAM IPSORUM
NARRENT POPULI
ET LAUDEM EORUM NUNTIET
ECCLESIA
I ENOCH PLACUIT DO ET TRANS
LATUS EST IN PARADISO
UT DET GENTIBUS PAENITENTIAM
II NOE INUENTUS EST
PERFECTUS IUSTUS
ET IN TEMPORE IRACUNDIAE
FACTUS EST RECONCILIATIO
IDEO REDIMISSUM EST
RELIQUUM TERRAE CUM
FACTUM EST DILUUIUM
TESTAMENTA SAECULI POSITA
SUNT APUD ILLUM
NE DELERI POSSIT DILUUIO
OMNIS CARO
III ABRAHAM MAGNUS PATER

MULTITUDINIS GENTIUM
ET NON EST INUENTUS SIMILIS
ILLI IN GLORIA
QUI CONSERUAUIT LEGEM EXCELSI
ET FUIT IN TESTAMENTO CUM ILLO
IN CARNE EIUS STARE FECIT
TESTAMENTUM
ET IN TEMTATIONE INUENTUS
EST FIDELIS
IDEO IURE IURANDO DEDIT ILLI
GLORIAM IN GENTE SUA
CRESCERE ILLUM QUASI
TERRAE HARENAM
ET UT STELLAS EXALTARE
SEMEN EIUS
ET HEREDITARE ILLOS A MARI
USQ· AD MARE ET A FLUMINE
USQ· AD TERMINOS TERRAE
IIII ET IN ISAAC EODEM FECIT MODO
PROPTER ABRAHAM
PATREM IPSIUS
BENEDICTIONEM OMNIUM
GENTIUM DEDIT ILLI
V ET TESTAMENTUM CONFIRMA
UIT SUPER CAPUD IACOB
AGNOUIT EUM IN BENEDICTIONIB·
SUIS
ET DEDIT ILLI HEREDITATEM
ET DIUISIT EI PARTEM
IN TRIBUS DUODECIM
ET CONSERUAUIT ILLIS HOMINES
MISERICORDIAE INUENIENTES
GRATIAM IN OCULIS OMNIS
CARNIS
XLV VI DILECTUS A DO ET HOMINIBUS
MOSES CUIUS MEMORIA
IN BENEDICTIONE EST
SIMILEM ILLUM FECIT
IN GLORIA SCORUM
ET MAGNIFICAUIT EUM IN TIMO
RE INIMICORUM
ET IN UERBIS SUIS MONSTRA
PLACAUIT
GLORIFICAUIT ILLUM

IN CONSPECTU REGUM
ET IUSSIT ILLI CORAM POPULO SUO
ET OSTENDIT ILLI GLORIAM SUAM
IN FIDE ET LENITATE IPSIUS
SCM FECIT ILLUM
ET ELEGIT ILLUM DE OMNI CARNE
AUDIUIT ENIM EUM
ET UOCEM IPSIUS
ET INDUXIT ILLUM IN NUBEM ET DEDIT
ILLI CORAM PRAECEPTA LEGEM
UITAE ET DISCIPLINAE
DOCERE IACOB TESTAMENTUM
ET IUDICIA SUA ISRAHEL
VII EXCELSUM FECIT AARON
FRATREM EIUS ET SIMILEM
SIBI DE TRIBU LEUI
STATUIT EI TESTAMENTUM
AETERNUM
ET DEDIT ILLI SACERDOTIUM GENTIS
ET BEAUIT ILLUM IN GLORIA
ET CIRCUM CINXIT ILLUM
ZONA GLORIAE
INDUIT ILLUM STOLAM GLORIAE
ET CORONAUIT ILLUM
IN UASIS UIRTUTIS
CIRCUMPEDILES ET FEMORALIA
ET HUMERALEM POSUIT EI
ET CINXIT ILLUM TINTINABULIS
AUREIS PLURIMIS IN GYRO
DARE SONITUM IN INCESSU SUO
AUDITUM FACERE SONITUM
IN TEMPLO
IN MEMORIA FILIIS GENTIS SUAE
STOLA SCA AURO ET HYACINTHO
ET PURPURA OPUS TEXILE
UIRI SAPIENTIS
IUDICIO ET UERITATE PRAEDITI
TORTO COCCO OPUS ARTIFICIS
FIGURATIS IN LIGATURA AURI
ET OPERE LAPIDARII
INSCULPTILIS
IN MEMORIAM SECUNDUM
NUMERUM TRIBUUM ISRL
CORONAM AUREAM SUPRA

MITRAM EIUS EXPRESSAM
SIGNO SCITATIS
GLORIAM HONORIS ET OPUS
UIRTUTIS
DESIDERIA OCULORUM ORNATA
SIC PULCHRA ANTE IPSUM NON
FUERUNT TALIA USQUE
AD ORIGINEM
NON INDUTUS EST ILLA
ALIENIGENA ALIQUIS
SED TANTUM FILII IPSIUS SOLI
ET NEPOTES EIUS
PER OMNE TEMPUS SACRI
FICIA IPSIUS CONSUMMATA
SUNT IGNI COTIDIE
CONPLEUIT MOSES MANUM
EIUS ET UNXIT ILLUM
OLEO SCO
FACTUS EST ILLI IN TESTAMEN
TUM AETERNUM ET SEMINI
EIUS SICUT DIES CAELI
FUNGI SACERDOTIO
ET HABERE LAUDEM
ET GLORIFICARE POPULUM
SUUM IN NOMINE SUO
IPSUM ELEGIT AB OMNI
UIUENTE
ADFERRE SACRIFICIUM DO INCEN
SUM ET BONUM ODOREM
IN MEMORIAM PLACARE
PRO POPULO SUO
DEDIT ILLI IN PRAECEPTIS SUIS
POTESTATEM
IN TESTAMENTIS IUDICIORUM
DOCERE IACOB TESTIMONIA
ET IN LEGEM SUAM LUCEM
DARE ISRAHEL.
QUIA CONTRA ILLUM
STETERUNT ALIENI
ET PROPTER INUIDIAM CIRCUM
DEDERUNT ILLUM IN DESERTO
HOMINES QUI ERANT CUM
DATHAN ET ABIRON
ET CONGREGATIO CORE
IN IRACUNDIAM
UIDIT DNS DS ET NON PLACUIT ILLI
ET CONSUMTI SUNT IN IN
PETU IRACUNDIAE
FECIT ILLIS MONSTRA ET CON
SUMPSIT EOS IN FLAMMA
IGNIS
ET ADDIDIT AARON GLORIAM
ET DEDIT ILLI HEREDITATEM
ET PRIMITIAS FRUCTUUM
TERRAE DIUISIT ILLI
PANEM IPSIS IN PRIMIS
PARABIT IN SATIETATE
NAM SACRIFICIA DNI EDENT QUAE
DEDIT IPSI ET SEMINI EIUS
CETERUM IN TERRA GENTES
NON HEREDITABIT
ET PARS NON EST ILLI IN GENTE
IPSE ENIM PARS EIUS EST
ET HEREDITAS
VIII FINEES FILIUS ELEAZARI
TERTIUS IN GLORIA
IN IMITANDO IPSUM
IN TIMORE DNI
ET STARE IN REUERENTIA
GENTIS
IN BONITATE ET ALACRITATE
ANIMAE SUAE PLACUIT
DO ISRAHEL.
IDEO STATUIT AD ILLUM
TESTAMENTUM PACIS
PRINCIPEM SCORUM
ET GENTIS SUAE
UT SIT ILLI ET SEMINI EIUS
SACERDOTII DIGNITAS
IN AETERNUM
ET TESTAMENTUM DAUID
REGIS FILIO IESSE
DE TRIBU IUDA HEREDITAS
IPSI ET SEMINI EIUS
UT DARET SAPIENTIAM
IN COR NOSTRUM
IUDICARE GENTEM SUAM
IN IUSTITIA

NE ABOLERENTUR BONA IPSORUM
ET GLORIAM INGENTEM EORUM
AETERNAM FECIT
VIII XLVI FORTIS IN BELLO IESU NAUE
SUCCESSOR MOSI IN PROPHETIS
QUI FUIT MAGNUS SECUNDUM
NOMEN SUUM
MAXIMUS IN SALUTEM
ELECTORUM DĪ
EXPUGNARE INSURGENTES
HOSTES UT CONSEQUERETUR
HEREDITATEM ISRAHEL
QUAM GLORIAM ADEPTUS EST
IN TOLLENDO MANUS SUAS
ET IACTANDO CONTRA
CIUITATES ROMFEAS
QUIS ANTE ILLUM SIC RESTITIT
NAM HOSTES IPSE DÑS
PERDUXIT
AUT NON IRACUNDIA EIUS
IMPETUS EST SOL
ET UNA DIES FACTA EST QUASI DUO
INUOCABIT ALTISSIMUM
POTENTEM IN OPPUGNANDO
INIMICOS UNDIQUE
ET AUDIUIT ILLUM MAGNUS
ET SCĒS DS̄
IN SAXIS GRANDINIS UIRTUTIS
UALDE FORTIS
IMPETUM FECIT CONTRA
GENTEM HOSTILEM
ET IN DESCENSUM PERDIDIT
CONTRARIOS
UT COGNOSCANT GENTES
POTENTIAM EIUS
QUIA CONTRA DÑM PUGNARE
NON EST FACILE
ET SECUTUS EST A TERGO
POTENTES
ET IN DIEBUS MOSI MISERI
CORDIAM FECIT
IPSE ET CALEB FILIUS IEFFONNE
STARE CONTRA HOSTEM ET
PROHIBERE GENTEM A PECCATIS
ET PERFRINGERE MURMUR
MALITIAE
ET IPSI DUO CONSTITUTI
A PERICULO LIBERATI SUNT
A NUMERO SESCENTORUM
MILIUM PEDITUM INDUCERE
ILLOS IN HEREDITATEM
IN TERRAM QUAE MANAT LAC ET MEL
ET DEDIT DÑS IPSI CALEB
FORTITUDINEM
ET USQUE AD SENECTUTEM
PERMANSIT ILLI UIRTUS
UT ASCENDERET IN EXCELSUM
TERRAE LOCUM
ET SEMEN IPSIUS OBTINUIT
HEREDITATEM
UT UIDERENT OMNES FILII ISRL̄
QUIA BONUM EST OBSEQUI SCŌ DŌ
ET IUDICES SINGULI SUO
NOMINE QUORUM NON EST
CORRUPTUM COR
QUI NON AUERSI SUNT
A DÑO NOSTRO
UT SIT MEMORIA ILLORUM
IN BENEDICTIONEM ET OSSA
EORUM PULLULENT DE LOCO SUO
ET NOMEN EORUM PERMANET
IN AETERNUM
PERMANENS AD FILIOS ILLORUM
SCŌRUM UIRORUM GLORIA
DILECTUS A DŌ SUO SAMUHEL
PROPHETA DÑI RENOUABIT
IMPERIUM ET UNXIT
PRINCIPES IN GENTE SUA
ET LEGE DÑI IUDICAUIT
CONGREGATIONEM
ET UIDIT DÑS IACOB ET IN FIDE SUA
PROBATUS EST PROPHETA
ET COGNITUS EST IN UERBIS SUIS
FIDELIS QUIA UIDIT DM̄ LUCIS
ET INUOCAUIT DÑM POTENTEM
IN OPPUGNANDO HOSTES
CIRCUMSTANTES UNDIQUE
IN OBLATIONE UIRI INMACULATI

ET INTONUIT E CAELO DNS ET IN
SONITU MAGNO AUDITAM
FECIT UOCEM SUAM
ET CONTRIUIT PRINCIPES
TYRIORUM
ET OMNES DUCES FILISTHIM
ET ANTE TEMPUS UITAE SUAE
ET SAECULI
TESTIMONIUM PRAEBUIT ET IN
CONSPECTU DNI ET XPI
PECUNIAS ET USQUE AD CALCIA
MENTA AB OMNI CARNE
NON ACCEPIT
ET NON ACCUSABIT ILLUM HOMO
ET POST HOC DORMIUIT
ET NOTUM FECIT REGI
ET OSTENDIT ILLI FINEM
UITAE SUAE
ET EXALTAUIT UOCEM SUAM
DE TERRA
IN PROPHETIAM DELERE
IMPIETATEM GENTIS

XLVII POST HOC SURREXIT NATHAM
PROPHETAM IN DIEB· DAUID
ET QUASI ADEPS SEPARATUS
EST A CARNE
SIC DAUID A FILIIS ISRAHEL
CUM LEONIBUS LUSIT
QUASI CUM AGNIS
ET IN URSIS SIMILITER FECIT SICUT
CUM AGNIS OUIUM
IN IUUENTUTE SUA NUMQUID
NON OCCIDIT GIGANTEM
ET ABSTULIT OBPROBRIUM
DE GENTE
IN TOLLENDO MANUM
IN SAXO FUNDAE
ET DEIECIT EXULTATIONEM GOLIAE
NAM INUOCAUIT DNM POTENTEM
ET DEDIT IN DEXTERAM EIUS
TOLLERE HOMINEM
FORTEM IN BELLO
ET EXALTARE CORNU
GENTIS SUAE

SIC IN DECEM MILIBUS GLORIFICAUIT EU
ET LAUDAUIT EUM IN BENEDICTI
ONIBUS DNI
IN OFFERENDO ILLI CORONAM
GLORIAE
CONTRIUIT ENIM INIMICOS
UNDIQUE
ET EXTIRPAUIT FILISTIM
CONTRARIOS USQUE IN
IN HODIERNUM DIEM
CONTRIUIT CORNU IPSORUM
USQ· IN AETERNUM IN OMNI
OPERE
DEDIT CONFESSIONEM SCO
ET EXCELSO IN UERBO GLORIAE
DE OMNI CORDE SUO
LAUDAUIT DNM
ET DILEXIT DM QUI FECIT ILLUM
ET DEDIT ILLI CONTRA INIMICOS
POTENTIAM
STARE FECIT CANTORES
CONTRA ALTARE
ET IN SONO EORUM DULCES
FECIT MODOS
ET DEDIT IN CELEBRATIONIBUS DECUS
ET ORNAUIT TEMPORA USQUE
AD CONSUMMATIONEM UITAE
UT LAUDARENT NOMEN SCM DNI
ET AMPLIFICARENT MANE
DI SCITATEM
XPS PURGAUIT PECCATA IPSIUS
ET EXALTAUIT IN AETERNUM
CORNU EIUS
ET DEDIT ILLI TESTAMENTU REGU
ET SEDEM GLORIAE IN ISRL
POST IPSUM SURREXIT
FILIUS SENSATUS
ET PROPTER ILLUM DEIECIT
OMNEM POTENTIAM
INIMICORUM

XIII SALOMON IMPERAUIT IN DIEB·
PACIS CUI SUBIECIT DS
OMNES HOSTES
UT CONDERET DOMUM IN NOMINE
SUO

ET PARARET SCITATEM
INSEMPITERNUM
QUEMADMODUM ERUDITUS EST
IN IUUENTUTE SUA
ET INPLETUS EST QUASI FLUMEN
SAPIENTIA ET TERRAM
RETEXIT ANIMA TUA
ET REPLESTI IN COMPARATIONIB-
ENIGMATA
AD INSULAS LONGE DIUULGATUM
EST NOMEN TUUM
ET DILECTUS IN PACE TUA IN
CANTILENIS ET PROUERBIIS
ET COMPARATIONIBUS
ET INTERPRETATIONIBUS
MIRATAE SUNT TERRAE
ET IN NOMINE DNI CUI EST
COGNOMEN DS ISRAHEL
COLLEGISTI QUASI AURICALCUM
AURUM
ET UT PLUMBUM COMPLESTI
ARGENTUM
ET INCLINASTI FEMORA TUA
MULIERIBUS
POTESTATEM HABUISTI
IN TUO CORPORE
DEDISTI MACULAM IN GLORIA TUA
ET PROFANASTI SEMEN TUUM
INDUCERE IRACUNDIAM
AD LIBEROS TUOS
ET INCITARIS STULTITIAM TUAM
UT FACERES IMPERIUM
BIPERTITUM
ET EX EFRAIM IMPERARE
IMPERIUM DURUM
DS AUTEM NON RELINQUIT
MISERICORDIAM SUAM
ET NON CORRUMPIT NEQUE
DELEBIT OPERA SUA
NEQUE PERDET A BSTIRPE
NEPOTES ELECTI SUI
ET SEMEN EIUS QUI DILIGIT DNM
NON CORRUMPIT
DEDIT AUTEM RELIQUUM IACOB

ET DAUID DE IPSA STIRPE
ET FINEM HABUIT SALOMON
CUM PATRIBUS SUIS
ET RELINQUIT POST SE DE SEMINE
SUO GENTIS STULTITIAM
ET MINUTUM PRUDENTIAM
ROBOAM
QUI AUERTIT GENTEM CONSILIO SUO
ET IEROBOAM FILIUM NABATH
QUI PECCARE FECIT ISRL
ET DEDIT EFRAIM UIAM PECCANDI
ET PLURIMA REDUNDAUERUNT
PECCATA IPSORUM UALDE
AUERTERUNT ILLOS DE TERRA SUA
ET QUAESIUIT OMNEM NEQUITIA
USQUEDUM PERUENIRET
AD ILLOS DEFENSIO
ET AB OMNIBUS PECCATIS
LIBERAUIT EOS
XLVIII ET SURREXIT HELIAS PROPHETA
QUASI IGNIS
ET UERBUM IPSIUS QUASI
FAX ARDEBAT
QUI INDUXIT IN ILLOS FAMEM
ET IMITANTES ILLUM IN INUIDIA SUA
PAUCI FACTI SUNT
NON POTERANT ENIM SUSTINERE
PRAECEPTA DNI
UERBO DNI CONTINUIT CAELUM
ET DEIECIT A SE IGNEM TERRAE
SIC AMPLIFICATUS EST HELIAS
IN MIRABILIBUS SUIS
ET QUIS POTEST SIMILITER
GLORIARI TIBI
QUI SUSTULISTI MORTUUM
AB INFERIS
DE SORTE MORTIS IN UERBO DNI DI
QUI DEIECISTI REGES AD PERNICIE
ET CONFREGISTI FACILE POTEN
TIAM IPSORUM ET GLORIOSOS
DE LECTO SUO
QUI AUDIS IN SION IUDICIUM ET IN
COREB IUDICIA DEFENSIONIS
QUI UNGIS REGES AD PAENITENTIAM

ET PROPHETAS FACIS SUCCES
SORES POST TE
QUI RECEPTUS ES IN TURBIDINE IGNIS
IN CURRU EQUORUM IGNEORUM
QUI INSCRIPTUS ES IN INDICIIS
TEMPORUM
LENIRE IRACUNDIAM DNI CONCILIARE
COR PATRIS AD FILIUM
ET RESTITUERE TRIBUS IACOB
BEATI SUNT QUI TE UIDERUNT
ET IN AMICITIA TUA DECORATI SUNT
NAM NOS UITA UIUIMUS TANTUM
POST MORTEM AUTEM NON
ERIT TALE NOMEN NOSTRUM
HELIAS QUI IN TURBIDINE
TECTUS EST
ET IN HELISAEO COMPLETUS EST
SPS EIUS IN DIEBUS SUIS NON
PERTIMUIT PRINCIPEM
ET POTENTIA NEMO
UICIT ILLUM
NEC SUPERAUIT ILLUM
UERBUM ALIQUOD
ET MORTUUM PROPHETAUIT
CORPUS EIUS
IN UITA SUA FECIT MONSTRA
ET IN MORTE MIRABILIA
OPERA EIUS
IN OMNIBUS ISTIS NON PENITUIT
POPULUS
ET NON RECESSERUNT
A PECCATIS SUIS
USQUE DUM EIECTI SUNT
DE TERRA SUA
ET DISPERSI SUNT IN OMNEM TERRĀ
ET RELICTA EST GENS PERPAUCA
ET PRINCEPS IN DOMO DAUID
QUIDAM IPSORUM FECERUNT
QUOD PLACERET DO
ALII AUTEM MULTA COMMIS
SERUNT PECCATA
EZECHIAS MUNIUIT CIUITATĒ SUĀ
ET INDUXIT IN MEDIUM
IPSIUS AQUAM
ET FODIT FERRO RUPEM ET AEDI
FICAUIT AD AQUAM PUTEUM
IN DIEBUS IPSIUS ASCENDIT
SINNACERIM
ET MISIT RAPSACEN ET SUSTULIT
MANUM SUAM CONTRA ILLOS
ET EXTULIT MANUM SUAM
IN SION
ET SUPERBUS FACTUS EST
POTENTIA SUA
TUNC MOTA SUNT CORDA
ET MANUS IPSORUM
ET DOLUERUNT QUASI PARTURI
ENTES MULIERES
ET INUOCAUERUNT DNM
MISERICORDEM
EXPANDENTES MANUS
EXTULERUNT AD CAELUM
ET SCS DNS DS AUDIUIT CITO
UOCEM IPSORUM
NON EST COMMEMORATUS
PECCATORUM ILLORUM
NEQUE DEDIT ILLOS INIMICIS SUIS
SED PURGABIT ILLOS IN MANU
ESAIE SCI PROPHETAE
SUBIECIT CASTRA ASSYRIORUM
ET CONTRIUIT ILLOS ANGELUS DI
NAM FECIT EZECHIAS
QUOD PLACUIT DO
ET FORTITER IBIT IN UIA
DAUID PATRIS SUI
QUAM MANDAUIT ILLI
ESAIAS PROPHETA
MAGNUS ET FIDELIS
IN CONSPECTU DI
IN DIEBUS IPSIUS RETRO REDIT
SOL ET ADDIDIT REGI UITAM
SPU MAGNO UIDIT ULTIMA
ET CONSOLATUS EST LUGENTES
IN SION USQUE IN SEMPITERNŪ
OSTENDIT FUTURA ET ABSCON
DITA ANTEQUAM EUENIRENT
XLIX MEMORIAM IOSIAE IN COM
POSITIONEM ODORIS

FACTAM OPUS PIGMENTARII
IN OMNI ORE QUASI MEL INDULCA
BITUR EIUS MEMORIA ET UT
MUSICA IN CONUIUIO UINI
IPSE EST DIRECTUS DIUINITUS
IN PAENITENTIA GENTIS
ET TULIT ABOMINATIONES
IMPIETATIS
ET GUBERNAUIT AD DÑM
COR IPSIUS
ET IN DIEBUS PECCATORUM
CORROBORAUIT PIETATEM
PRAETER DAUID ET EZECHIAM
ET IOSIAM OMNES PECCATUM
COMMISERUNT
NAM RELIQUERUNT LEGEM
POTENTEM REGES IUDA
ET CONTEMSERUNT TIMOREM DĪ
DEDERUNT ENIM REGNUM SUUM
ALIIS ET GLORIAM SUAM
ALIENAE GENTI
INCENDERUNT ELECTAM
SCTITATIS CIUITATEM
ET DESERTAS FECERUNT UIAS
IPSIUS IN MANU HIREMIAE
NAM MALE TRACTAUERUNT ILLUM
QUI A UENTRE MATRIS CONSE
CRATUS EST PROPHETA
EUERTERE ET ERUERE
ET PERDERE
ET ITERUM AEDIFICARE
ET RENOBARE
EZECHIEL QUI UIDIT CONSPEC
TUM GLORIAE
QUAM OSTENDIT ILLI
IN CURRU CHERUBIN
NAM COMMEMORATUS EST
INIMICORUM IN IMBRI
BENE FACERE ILLIS QUI OSTEN
DERUNT RECTAS UIAS
ET DUODECIM PROPHETARUM
OSSA PULLULENT DE LOCO SUO
NAM CONROBORAUERUNT IACOB
ET REDIMERUNT SE IN FIDE UIRTU
TIS

QUOMODO AMPLIFICEMUS
ZOROBABEL
NAM ET IPSE QUASI SIGNUM IN
DEXTERA MANU IN ISRAHEL
ET HIESUM FILIU~ IOSEDEC
QUI IN DIEBUS SUIS AEDIFICA
UERUNT DOMUM
ET EXALTAUERUNT TEMPLUM
SCM DNI
PARATUM IN GLORIA SEMPITERNA
ET NEEMI IN MEMORIA
MULTI TEMPORIS
QUI EREXIT NOBIS MUROS EUERSOS
ET STARE FECIT PORTAS ET SERAS
QUI EREXIT DOMOS NOSTRAS
NEMO NATUS EST IN TERRA
QUALIS ENOC
NAM ET IPSE RECEPTUS EST A TERRA
ET IOSEPH NATUS EST HOMO
PRINCEPS FRATRUM FIRMA
MENTUM GENTIS
RECTOR FRATRUM STABILIMEN
TUM POPULI
ET OSSA IPSIUS UISITATA SUNT
ET POST MORTEM
PROPHETAUERUNT
SETH ET SEM APUD HOMINES
GLORIAM ADEPTI SUNT
ET SUPER OMNEM ANIMAM
IN ORIGINE ADAM
L SIMEON ONII FILIUS SACERDOS
MAGNUS
QUI IN UITA SUA SUFFULSIT DOMUM
ET IN DIEBUS SUIS CORROBORAUIT
TEMPLUM
TEMPLI ETIAM ALTITUDO
AB IPSO FUNDATA EST
DUPLEX AEDIFICATIO EXCELSA
PARIETIS TEMPLI
IN DIEBUS IPSIUS REMANAUERUNT
PUTEI AQUARUM
ET QUASI MARE ADIMPLETI
SUNT SUPER MODUM
QUI CURABIT GENTEM SUAM

ET LIBERAUIT ILLUM A PERNICIE
QUI PRAEUALUIT AMPLIFICARE
CIUITATEM
QUI ADEPTUS EST GLORIAM IN CON
UERSATIONE GENTIS
ET INGRESSUM DOMUS ET ATRII
AMPLIFICATUS EST
QUASI STELLA MATUTINA
IN MEDIO NEBULAE
ET QUASI LUNA PLENA IN DIEBUS
SUIS LUCET
ET QUASI SOL REFULGENS SIC ILLE
EFFULSIT IN TEMPLO DI
QUASI ARCUS EFFULGENS INTER
NEBULAS GLORIAE
ET QUASI FLOS ROSARUM
IN DIEBUS UERIS
QUASI LILIA QUAE SUNT
IN TRANSITU AQUAE
ET QUASI TUS REDOLENS
IN DIEBUS AESTATIS
QUASI IGNIS EFFULGENS
ET TUS ARDENS IGNI
QUASI UAS AURI SOLIDUM ORNATU
OMNI LAPIDE PRETIOSO
QUASI OLIUA PULLULANS
ET CYPRESSUS IN ALTITUDINE
SE TOLLENS
IN ACCIPIENDO IPSUM
STOLAM GLORIAE
ET UESTIRI EUM CONSUMMA
TIONEM UIRTUTIS
IN ACCENSU ALTARIS SCI GLORIAM
DEDIT SCTITATIS AMICTUM
IN ACCIPIENDO AUTEM PATRES
DE MANU SACERDOTUM
ET IPSE STANS IUXTA ARAM
CIRCA ILLUM
CORONA FRATRUM QUASI PLAN
TATIO CEDRI IN MONTE LIBANO
SIC CIRCA ILLUM STETERUNT
QUASI RAMI PALMAE
ET OMNES FILII AARON
IN GLORIA SUA

OBLATIO AUTEM DNI IN MANIBUS
IPSORUM CORAM OMNI
SYNAGOGA ISRAHEL
ET CONSUMMATIONEM
FUNGENS IN ARAM
AMPLIFICARE OBLATIONEM
EXCELSI REGIS
PORREXIT MANUM SUAM
IN LIBATIONEM ET LIBAUIT
DE SANGUINE UUAE
ET FUDIT IN FUNDAMENTA ALTARI
ODOREM DIUINUM EXCELSO
PRINCIPI
TUNC EXCLAMAUERUNT
FILII AARON
IN TUBIS PRODUCTILIBUS
SONUERUNT
ET AUDITAM FECERUNT MAGNAM
UOCEM IN MEMORIAM
CORAM DO
TUNC OMNIS POPULUS SIMUL
PROPERAUERUNT
ET CECIDERUNT IN FACIEM
SUPER TERRAM ADORARE
DNM SUUM
ET DARE PRECES DO OMNI
POTENTI EXCELSO
ET AMPLIFICAUERUNT PSALLEN
TES IN UOCIBUS SUIS
ET IN MAGNA DOMO FACTUS EST
SONUS SUAUITATE PLENUS
ET ROGAUIT POPULUS DNM
EXCELSUM IN PRECE
USQUE DUM PERFECTUS
EST HONOR DNI
ET MUNUS SUUM PERFECERUNT
TUNC DESCENDENS EXTULIT
MANUS SUAS
IN OMNEM CONGREGATIONEM
FILIORUM ISRAHEL
DARE GLORIAM DO LABIIS SUIS ET IN
NOMINE IPSIUS GLORIARI
ET ITERAUIT ORATIONEM SUAM
UOLENS OSTENDERE UIRTUTEM DI

ET NUNC ORATE DÑM OMNIUM
QUI MAGNA FECIT IN OMNI TERRA
QUI AUXIT DIES NOSTROS A UENTRE
MATRIS NOSTRAE·
ET FECIT NOBISCUM SECUNDUM
SUAM MISERICORDIAM
DET NOBIS IUCUNDITATEM CORDIS
ET FIERI PACEM IN DIEBUS NOSTRIS
IN ISRAHEL PER DIES
SEMPITERNOS
CREDERE ISRAHEL NOBISCUM
ESSE MISERICORDIAM DĪ
UT LIBERET NOS IN DIEB· SUIS
DUAS GENTES ODIT ANIMA MEA
TERTIA AUTEM NON EST GENS
QUAM ODERIM
QUI SEDENT IN MONTE SEIR
PHYLISTIM
ET STULTUS POPULUS QUI
HABITAT IN SICIMIS
DOCTRINAM SAPIENTIAE
ET DISCIPLINAM SCRIPSI
IN CODICE ISTO
HIESUS FILIUS SIRACH
HIEROSOLYMITA
QUI RENOUAUIT SAPIENTIAM
DE CORDE SUO
BEATUS QUI IN ISTIS UERSATUR BONIS
QUI PONIT ILLA IN CORDE SUO
SAPIENS ERIT SEMPER
SI ENIM HAEC FECERIT
AD OMNIA UALEBIT
QUIA LUX DĪ UESTIGIUM EIUS EST

ORATIO IESU FILI SIRACH

LI. CONFITEBOR TIBI DÑE REX ET CON
LAUDABO TE DM̄ SALUA
TOREM MEUM
CONFITEOR NOMINI TUO QUONIAM
ADIUTOR ET PROTECTOR
FACTUS ES MIHI
ET LIBERASTI CORPUS MEUM
A PERDITIONE
A LAQUEO LINGUAE INIQUAE ET A LABIIS
OPERANTIUM MENDACIUM
ET IN CONSPECTU ADSTANTIUM
FACTUS ES MIHI ADIUTOR
ET LIBERASTI ME SECUNDUM
MULTITUDINEM MISERI
CORDIAE NOMINIS TUI
A RUGIENTIBUS PRAEPARATIS
AD ESCAM DE MANIBUS QUAE
RENTIUM ANIMAM MEAM
ET DE MULTIS TRIBULATIONIBUS
QUAE CIRCUMDEDERUNT ME
ET PRAESSURA FLAMMAE
QUAE CIRCUMDEDIT ME
ET IN MEDIO IGNIS NON SUM
AESTUATUS
DE ALTITUDINE UENTRIS INFERI
ET A LINGUA COINQUINATA
ET UERBO MENDACII
ET A REGE INIQUO ET LINGUA INIUSTA
LAUDAUIT USQ· AD MORTEM
ANIMA MEA DÑM
ET UITA MEA ADPROPINQUANS
ERAT IN INFERNO DEORSUM
CIRCUMDEDERUNT ME UNDIQUE
ET NON ERAT QUI ADIUUARET
RESPICIENS ERAM AD ADIUTORIŪ
HOMINUM ET NON ERAT
MEMORATUS SUM MISERICORDIAE
TUAE DÑE ET OPERATIONIS TUAE
QUAE A SAECULO SUNT
QUONIAM ERUES SUSTINENTES TE DÑE
ET LIBERAS EOS DE MANIBUS
GENTIUM
EXALTASTI SUPER TERRAM
HABITATIONEM MEAM
ET PRO MORTE DEFLUENTI
DEPRECATUS SUM
INUOCAUI DÑM PATREM DÑI MEI
UT NON RELINQUAT ME IN DIE
TRIBULATIONIS MEAE
ET IN TEMPORE SUPERBORUM
SINE ADIUTORIO
LAUDABO NOMEN TUUM ADSIDUE
ET CONLAUDABO ILLUD
IN CONFESSIONEM

ET EXAUDITA EST ORATIO MEA
LIBERASTI ENIM ME
DE PERDITIONE
ET ERIPUISTI ME DE TEMPORE
INIQUO
PROPTEREA CONFITEBOR
ET LAUDEM DICAM TIBI
ET BENEDICAM NOMEN TUŪ
DÑE CUM ADHUC IUNIOR SUM
PRIUSQUAM OBERREM QUAESIUI
SAPIENTIAM PALAM IN
ORATIONE MEA
ANTE TEMPUS POSTULABĀ PRO ILLA
ET USQUE IN NOUISSIMIS
INQUIRAM EAM
ET FLOREBIT TAMQUAM
PRECOX UUA
LAETATUM EST COR MEUM IN EA
AMBULAUIT PES MEUS
ITER RECTUM
A IUUENTUTE MEA INUESTIGA
BAM EAM
INCLINAUI MODICE AUREM MEAM
ET EXCEPI ILLAM MULTAM
INUENI IN ME IPSO SAPIENTIAM
ET MULTUM PROFECI IN EAM
DANTI MIHI SAPIENTIAM
DABO GLORIAM
CONSILIATUS SUM ENIM
UT FACEREM ILLAM
ZELATUS SUM BONUM
ET NON CONFUNDAR
CONLUCTATA EST ANIMA MEA IN ILLA
ET IN FACIENDO EAM
CONFIRMATUS SUM
MANUS MEAS EXTENDI IN ALTUM
ET IGNORANTIAS MEAS
INLUMINAUIT
ANIMAM MEAM DIREXI AD ILLĀ
ET IN AGNITIONE INUENI EAM
POSSEDI CUM IPSIS COR AB INITIO
PROPTER HOC NON DERELINQUAR
UENTER MEUS CONTURBATUS
EST QUAERENDO ILLAM

PROPTEREA POSSIDEBO BONAM
POSSESSIONEM
DEDIT ENIM MIHI DÑS LINGUAM
MERCEDEM MEAM ET IN
IPSA LAUDABO EUM
ADPROPIATE AD ME INDOCTI
ET CONGREGATE UOS IN DOMUM
DISCIPLINAE
QUID ADHUC RETARDATIS
ET QUID DICITIS IN HIS
ET ANIMAE UESTRAE SITIANT
UEHEMENTER
APERUI OS MEUM ET LOCUTUS SŪ
CONPARATE UOBIS SINE
ARGENTO SAPIENTIAM
ET COLLUM UESTRUM
SUBICITE IUGO EIUS
ET SUSCIPIAT ANIMA UESTRA
DISCIPLINAM
IN PROXIMO EST ENIM
INUENIRE EAM
UIDETE OCULIS UESTRIS QUIA
MODICUM LABORAUI
ET INUENI MIHI MULTAM
REQUIEM
ASSUMITE DISCIPLINAM
IN MULTO NUMERO ARGENTI
ET COPIOSUM AURUM
POSSEDETE IN EA
LAETETUR ANIMA UESTRA
IN MISERICORDIA EIUS
ET NON CONFUNDEMINI
IN LAUDE IPSIUS
OPERAMINI OPUS UESTRUM
ANTE TEMPUS
ET DABIT UOBIS MERCEDEM
UESTRAM IN TEMPORE SUO
ET INCLINAUIT SALAMON
GENUA SUA IN CONSPECTU
TOTIUS ECCLESIAE ISRL
ET APERUIT MANUS SUAS
AD CAELUM ET DIXIT
DÑE DS ISRL NON EST TIBI SIMILIS DS
IN CAELO SURSUM NEQ· IN TERRA

deorsum
qui custodisti testamentum
tuum et misericordiam
pueris tuis
euntibus in conspectu tuo
in toto corde
seruans puero tuo dauid
quae locutus es illi
et locutus es in ore tuo et in
manu tua supplesti
quasi dies isti
et nunc dñe ds israhel custodi
puero tuo dauid patri meo
quae locutus es illi dicens
non deerit tibi uir a facie mea
sedens in throno israhel
uerum si custodierint
filii tui legem meam
ut in praeceptis meis ambu
lent sicut ambulauerunt
in conspectu meo fideles
et nunc dñe ds israhel credit tũ
est uerbum quod locutus
es puero tuo dauid
quoniam si uere habitauit ds
cum hominib· in terra
si caelum caeli non sufficiat
uerum domus quam
aedificaui
sed respicias ad orationem
pueri tui
et praecationem dñe ut ex
audias placationem
orationis quam puer tuus
orat coram te hodie
ut sint oculi tui aperti
super domum hanc
die ac nocte
in locum quem dixisti
inuocari nomen tuum
et exaudias orationem
quam puer tuus orat
in hunc locum
et exaudias praecationem
pueri tui et populi tui
israhel si orauerit
in loco isto
et exaudias in loco habitationis
de caelo
et exaudias et propitius sis
si peccauerit uir iuxta te

EXPLICIT LIBER MILESI ASTICUM
SALOMONIS

INCIPIT PROLOGUS

Nemo cum profetas uersibus
uiderit esse describtos metro eos
aestimet apud hebreos ligari et aliquid
simile habere de psalmis uel operib·
salomonis sed quod in demosthene
et tullio solet fieri ut per cola scribantur
et commata qui utiq· prosa et non uersib·
conscribserunt nos quoq· utilitati
legentium prouidentes interpretationẽ
nouã nouo scribendi genere distinximus
ac primum de esaia sciendum quod in
sermone suo disertus sit quippe ut uir
nobilis et urbanae elegantiae
nec habens quippe in eloquio rusticitatis
admixtum unde accidit ut prae ceteris
florem sermonis eius translatio non potu
erit conseruare deinde etiam hoc adicien
dum quod non tam profeta dicendus sit
quam euangelista ita enim uniuersa xpi
ecclesiaeq· misteria ad liquidum persecu
tus est ut non eum putes de futuro
uaticinari sed de praeteritis historiam
texere unde conicio noluisse tunc
temporis ·LXX· interpraetes fidei suae
sacramenta perspicue ethnicis pro
dere ne scm canib· et margaritas porcis
darent quae cum hanc editionem legeritis
ab illis animaduertetis abscondita nec
ignoro quanti laboris sit profetas
intellegere nec facile quempiam posse
iudicare de interpretatione nisi intellexerit

antequam legerit nosq· parere morsib· plurimorum quos stimulante invidia quod consequi non valent despiciunt. sciens ergo et prudens in flammam mitto manum et nihilominus hoc a fastidiosis lectorib· praecor ut quomodo greci post LXX translatores Aquilam et Symmachum et Theodotionem legunt vel ob studium doctrinae suae vel ut LXX magis ex conlatione eorum intellegant sic et isti saltem unum post priores habere dignentur interpretem legant prius et postea despiciant ne videantur non ex iudicio sed ex odii praesumtione ignorata damnare prophetavit autem Esaias in Hierusalem et in Iudaea necdum X tribub· in captivitatem ductis ac de utroq· regno nunc commixtim nunc separatim texit oraculum et cum interdum ad praesentem respiciat historiam et post Babyloniam captivitatem reditum populi significet in Iudaeam tamen omnis ei cura de vocatione gentium et de adventu xpi est quem quanto plus amatis o Paula et Eustochium tanto magis ab eo petite ut pro obtrectatione praesenti qua me indesinenter aemuli laniant ipse mihi mercedem restituat in futurum qui scit me ob hoc in peregrinae linguae eruditione sudasse ne Iudaei de falsitate scripturarum ecclesiis eius diutius insultarent

EXPLICIT

PROLOGUS

INCIPIUNT CAPITULA

I Sermo dñi super Hierusalem et Iudaeam propter peccata eas fuisse desertas cessantib· omnib· sollemnitatibus legis

II Lavacro futuro praedicavit propheta mundari homines a peccatis

III Increpat dñs Hierusalem quae fuit fidelis et facta est meretrix cui minatur vindicari in illa ab inimicis

IIII De dño xpo quod mons sit dictus

V Typus populi novi repudiatis Iudaeis pro idolis quae fecerunt et adoraverunt

VI Quod auferret dñs a Iudaea omnem potentiam virtutis in qua praevalebant pro peccatis

VII De dño xpo

VIII De cogitatione Iudeorum ut occiderent dñm xpm

VIIII De dño xpo iudice et de iniquitate Iudaeorum

X De dño xpo

XI Canticum Esaiae super Hierusalem

XII De eo qui rapuit domum ac villam

XIII De sicera sectantib· vicini lasciviae vinum biberunt et suscepit eos tartarus et infernus

XIIII De peccatorib· et potentib· populi Isrl qui ponunt malum bonum

XV Repromissio gentis

XVI Ubi dñm vidit Esaias in throno

XVII Tactu carbonis altaris labia prophetae iussu dñi peccata cuncta purgata sunt

XVIII Praedicat Esaias populo ne converterentur et salvi fierent

XVIIII Quod deserta fieret Iudaea et decimaretur populo suo a rege Assyriorum

XX De his qui voluerunt expugnare Hierusalem

XXI De nativitate dñi nostri ihu xpi et de baptismate

XXII De dño xpo

XXIII Vox dñi xpi de discipulis

XXIIII De dñi xpi imperio super humeros eius

XXV De Siriis quod sint a solis ortu et Grecia ab occa
su et adflictione eorum
XXVI De vidua et pupillo et populo oppressis
XXVII Sermo dni super Hierusalem
et Samariam pro idolis
XXVIII De securi et serra
XXIX De dno nostro ihu xpo
XXX De Ramaciuitate Saul
XXXI De dno nostro ihu xpo et populo
gentium xpiano
XXXII De dno xpo et aquam baptismi
XXXIII De passione crucis xpi et adventu diei eius
XXXIIII Sermo dni super Babyloniam inimicam
populi di quod in eversione eius habitent
in ea sirenae erici et onocentauri
XXXV De diabolo loquitur sps scs ubi dixit ero
similis altissimo et quod in se reges
et orbem totum commouexit
ad perdendum
XXXVI Sermo dni super Babyloniam
XXXVII Onus Moabitidum
XXXVIII De dno xpo et super Moab
XXXVIIII Sermo dni super Damascum
XL Indignatio dni super Iacob
XLI Sermo dni super gentes et super
Aethiopiam
XLII De dno xpo quod videndus esset
in Hierusalem
XLIII Sermo dni super Aegyptum
et super divinos eius
XLIIII Quod Aegyptus credituraesset in dno xpo
XLV Sermo dni super Aegyptios et Aethiopas
XLVI Sermo dni super Tyrum
XLVII De ruina Babyloniae
XLVIII Sermo dni super Idumeam
XLVIIII Sermo dni super Sion pro idolis
L De aversione aquae et falso baptismo
Iudaeorum et de idololatria et quod
dicebant manducemus et bibamus
LI Sermo dni super Sobnam scribam
populi id est dispensatoris
LII Sermo dni super Carthaginem quod
LXX annis esset deserta
et restitueretur

LIII De malis quae promisit ds dare super
terram pro peccatis
LIIII De ebrietate vini
LV De desperantib et reprobantib legem dni
et confusione solis et lunae
LVI De dno xpo quod regnaturus esset
veniens in carne
LVII De fide gentib promissa
LVIII De dno xpo et de iusto et impio
LVIIII De domino xpo et resurrectione eius
LX De interitu diaboli et cantico vineae meri
LXI Sermo dni super terram pro idolis
LXII De mulierib spectacula amantibus
LXIII Indignatio dni super Efraim
LXIIII De ebrietate vini et siccerae
LXV Sermo dni super principes populi
et fallaces et de dno xpo nascituro
qui in sion esset lapis offensionis
LXVI De git et cimino et omni frumento
LXVII Sermo dni super civitatem Arihel
quam expugnavit David
LXVIII Perire omnes dicit qui populum di
laeserint
LXVIIII Inebriatos dicit Iudaeos spu trans
punctionis pro peccatis suis
et de libro signato
LXX De his qui sine do aliquid faciant et dicunt
non videt dns
LXXI De operib dni xpi et quod nobis sit fides
promissa non iudaeis qui in eum
peccaverunt
LXXII De incredulitate Iudaeorum qui pro
phetas audire contemnunt
LXXIII De penitentia agenda
LXXIIII De dno xpo quod revocaturus sit
populum ab errore idolorum
LXXV De dno xpo de baptismo et populo novo
cristiano et splendore solis et lunae
LXXVI Iratus est dns his qui cum peccato
introierunt in scuario et tradidit
eos in manus inimicorum
LXXVII Sermo dni super populum quod accipere
auxilia ab Aegypto voluerunt
LXXVIII Sermo dni super terram et homines p
dolis

lxxviiii De opulentia mulieris
lxxx De seminantib(us) super aqua
lxxxi De dn̄o xp̄o de passione et resurrectione eius
lxxxii De prudentib(us) et consiliariis seruis qui dn̄m xp̄m cognouerunt
lxxxiii De dn̄o xp̄o ecclesia et baptismate
lxxxiiii Quod traderetur populus inimicis in perditionem et de ruina babylonie
lxxxv De dn̄o xp̄o et gentium populo de signis curationum et baptismo
lxxxvi De sennacerib rege assyriorum cum uellet expugnare hierusalem et dn̄s non permisit unde consuluit ezechias esaiā̄ prophetam
lxxxvii Oratio ezechiae et de idolis quod dii non sint
lxxxviii Auertit dn̄s regem assyriorum ab hierusalē et occidit angelus dn̄i in castris per noctem centum . lxxx . v . milia uirorū et ipse post a filiis suis est interfectus
lxxxviiii Ubi ds̄ addidit ezechiae regi annos . xv . ad uitam et canticum eiusdem
xc Sermo dn̄i super hierusalem de aduentu dn̄i et iohannis
xci Quod omnis caro sit sicut faenum
xcii De dn̄o xp̄o congregans populos ad fidem
xciii Neminem scire consilium dī
xciiii De idolis quae homo facit quod dii non sint
xcv Di sensum non comprahendi et in ipsū omnia nobis dari
xcvi De ecclesia et dn̄o xp̄o reuocante ab idolis populum
xcvii De baptismo nouo praedicto
xcviii De iudicio dei in idolis
xcviiii De dn̄o xp̄o est uox patris quod ei omnia dederit et de baptismo
c De idololatriis iudaeorum quod pro his traditi sint in direptionem
ci Non laedi aqua aut igne eum quem dn̄s protegit
cii De populo nouo ex omnib(us) gentib(us) futuro
ciii Uox dī patris de dn̄o xp̄o et baptismo
ciiii De sacrificiis et incensis iudaeorum reprobatis
cv De baptismo nouo promissio isrl̄
cvi De idolis gentium inutilib(us) quae homo facit
cvii De dn̄o xp̄o est uox dī patris
cviii Increpat dn̄s iudaeos pro idolis
cviiii De dn̄o xp̄o quod saluator sit dictus et de adoptione gentium
cx De idolorum opere et colentium paenitentia
cxi Sermo dn̄i super babyloniam pro idolis ceterisq(ue) malis quae fecit in populum dn̄i
cxii De dn̄i xp̄i indignatione maledicens in babyloniam
cxiii Increpat dn̄s iudaeos pro idolis et pro ceruice dura
cxiiii De dn̄o xp̄o et de baptismo
cxv Uox dn̄i xp̄i omnia sibi data a patre ad salutem iacob et israhel et omnium gentium
cxvi Uox dn̄i ad consolantis sion id est ecclesiam et futuro baptismo
cxvii Uox dn̄i xp̄i quod adsumant ad eum gentes filios suos in ulnas suas
cxviii De synagoga repudiata a dn̄o xp̄o in aduentu eius
cxviiii Dn̄s xp̄s passionem suam testatur et increpat iudaeos qui in eum erant peccaturi
cxx De ecclesia promissionis xp̄i
cxxi Non despici a dn̄o eos qui ab hominib(us) despiciuntur
cxxii Promissio sc̄ae matris ecclesiae de gentib(us) et de dn̄o xp̄o
cxxiii Dn̄s ulcisci facit populum suum de persecutorib(us) et reformari hierusalem
cxxiiii Uox dn̄i xp̄i ad hierusalem et de blasphemantibus
cxxv De hierusalem et de dn̄o xp̄o et sc̄is eius
cxxvi Admonet dn̄s recedere sc̄os de ciuitate peccantium et de aduentu xp̄i
cxxvii De passione xp̄i
cxxviii Uox dn̄i de ecclesia a gentib(us) electa
cxxviiii De proselytis et aduenis

cxxx Omnes qui exsurgant in persecutione ecclesiae reos dicit remanere
cxxxi De baptismo et populo xp̄iano
cxxxii Quaerentes dn̄m iubet recedere a malis et iustitiam consequi
cxxxiii De spadonib· et mansionib· populi alieni
cxxxiiii De iusto
cxxxv Increpat dn̄s iudaeos pro idololatria
cxxxvi De dn̄o xp̄o et q̄d impiis non sit pax
cxxxvii De forma ieiuniorum
cxxxviii Delicta separant inter nos et dm̄ ne a malis liberemur
cxxxviiii De aspidum fetib· in persona antichristi q̄ui persecutorum nihil de sc̄is habentium
cxl Vox paenitentiae pro peccatis
cxli De dn̄o xp̄o quod ueniens liberaret isr̄l et populum gentium
cxlii De ecclesia cui dn̄s xp̄s exortus est in hierusalem ex promissione eius ornanda
cxliii Vox dn̄i xp̄i de se et de ecclesia et populo et sacerdotib·
cxliiii De iniustitia et rapinis
cxlv Vox dn̄i xp̄i de ecclesia et de ipso
cxlvi De dn̄o xp̄o ecclesiae et eius passione
cxlvii Quod dn̄s xp̄s p moysen transduxit populum per rubrum mare
cxlviii Exomologisis prophetae pro populo ad dn̄m
cxlviiii De paenitentia populi pro panno menstruali
cl Vox xp̄i de passione sua et contra idololatriam
cli Non perdere dn̄m seruientem sibi sed non seruientem
clii De mercede seruientium dn̄o
cliii Promissio dn̄i de reformatione hierusalē et habitauit lupus cum agno
cliiii Quod humilem et quietum diligat ds̄
clv Increpat dn̄s iudaeos quod dn̄m non receperunt
clvi Diligentib· hierusalem omnia bona abundare
clvii De aduentu futuri diei dn̄i
clviii Dn̄s xp̄s de se de apostolis et de populo loquitur

EXPLICIUNT CAPITULA

1 UISIO ESAIAE FILII AMOS
QUAM UIDIT SUPER IUDAM
ET HIERUSALEM
IN DIEBUS OZIAE IOATHAM ACHAZ
EZECHIAE REGUM IUDA
AUDITE CAELI ET AURIBUS PERCIPE
TERRA QUONIAM DNS
LOCUTUS EST
FILIOS ENUTRIUI ET EXALTAUI
IPSI AUTEM SPREUERUNT ME
COGNOUIT BOS POSSESSOREM
SUUM ET ASINUS PRAESEPE
DNI SUI
ISRAHEL NON COGNOUIT POPULUS
MEUS NON INTELLEXIT
UAE GENTI PECCATRICI POPULO
GRAUI INIQUITATE SEMINI
NEQUAM. FILIIS SCELERATIS
DERELIQUERUNT DNM. BLAS
PHEMAUERUNT SCM ISRL
ABALIENATI SUNT RETRORSUM
SUPER QUO PERCUTIAM UOS
ULTRA ADDENTES PRAE
UARICATIONEM
OMNE CAPUT LANGUIDUM
ET OMNE COR MAERENS.
A PLANTA PEDIS USQUE AD UER
TICEM. NON EST IN EO SANITAS
UULNUS ET LIBOR ET PLAGA
TUMENS
NON EST CIRCUMLIGATA
NEC CURATA MEDICAMINE
NEQUE FOTA OLEO
TERRA UESTRA DESERTA CIUITA
TES UESTRAE SUCCENSAE IGNI
REGIONEM UESTRAM CORAM
UOBIS ALIENI DEUORANT
ET DESOLABITUR SICUT IN
UASTITATE HOSTILI
ET DERELINQUETUR FILIA SION
UT UMBRACULUM IN UINEA
ET SICUT TUGURIUM
IN CUCUMERARIA
SICUT CIUITAS QUAE UASTATUR
NISI DNS EXERCITUUM RELIQUISSET
NOBIS SEMEN
QUASI SODOMA FUISSEMUS ET QUASI
GOMORRA SIMILES ESSEMUS
AUDITE UERBUM DNI PRINCIPES
SODOMORUM
PERCIPITE AURIBUS LEGEM DI
NOSTRI POPULUS GOMORRAE
QUO MIHI MULTITUDINEM
UICTIMARUM UESTRARUM
DICIT DNS
PLENUS SUM. HOLOCAUSTA
ARIETUM ET ADIPEM PINGUIU
ET SANGUINEM UITULORUM
ET AGNORUM ET HIRCORUM
NOLUI
CUM UENERITIS ANTE CONSPEC
TUM MEUM QUIS QUAESIUIT
HAEC DE MANIB. UESTRIS UT
AMBULARETIS IN ATRIIS MEIS
NE AFFERATIS ULTRA SACRI
FICIUM FRUSTRA
INCENSUM ABOMINATIO EST MIHI
NEOMENIAM ET SABBATUM
ET FESTIUITATES ALIAS NON
FERAM INIQUI SUNT COETUS UESTRI
KALENDAS UESTRAS ET SOLLEMNI
TATES UESTRAS ODIUIT
ANIMA MEA
FACTA SUNT MIHI MOLESTA
LABORAUI SUSTINENS
ET CUM EXTENDERITIS
MANUS UESTRAS AUERTAM
OCULOS MEOS A UOBIS
ET CUM MULTIPLICAUERITIS
ORATIONEM NON AUDIAM
MANUS UESTRAE SANGUINE
PLENAE SUNT
LAUAMINI MUNDI ESTOTE
AUFERTE MALUM COGITATIONU
UESTRARUM AB OCULIS MEIS
QUIESCITE AGERE PERUERSE
DISCITE BENEFACERE QUAERITE
IUDICIUM SUBUENITE OPPRESSO

iudicate pupillo defendite
viduam
et venite et arguite me
dicit dns
si fuerint peccata vestra
ut coccinum quasi nix
dealbabuntur
et si fuerint rubra quasi vermi
culus velut lana alba erunt
si volueritis et audieritis
bona terrae comedetis
quod si nolueritis et me pro
vocaveritis ad iracundiam
gladius devoravit vos
quia os dni locutum est
III Quomodo facta est meretrix
civitas fidelis plena iudicii
iustitia habitavit in ea nunc
autem homicidae
argentum tuum versum
est in scoriam
vinum tuum mixtum est
aqua · principes tui in
fideles socii furum
omnes diligunt munera
sequuntur retributiones
pupillo non iudicant et causa
viduae non ingreditur ad eos
propter hoc ait dns exerci
tuum fortis israhel
heu consolabor super hosti
bus meis et vindicabor
de inimicis meis
et convertam manum
meam a te
et excoquam ad purum
scoriam tuam
et auferam omne
stagnum tuum
et restituam iudices tuos
ut fuerunt prius
et consiliarios tuos
sicut antiquitus
post haec vocaberis civitas
iusti urbs fidelis
sion in iudicio redimetur et redu
cent eam in iustitia
et conteret scelestos et pecca
tores simul
et qui dereliquerant dnm
consumentur
confundentur ab idolis quibus
sacrificaverant
et erubescetis super hortis
quos elegeratis
cum fueritis velut quercus
defluentib · foliis
et [illegible] velut hortus absq · aqua
et erit fortitudo vestra
ut favilla stuppae et opus
vestrum quasi scintilla
et succendetur utrumq ·
simul et non erit
qui extinguat
IIII .2. Verbum quod vidit isaias
filius amos super iudam
et hierusalem
et erit in novissimis diebus
praeparatus mons
domus dni in vertice
montium
et levabitur super colles
et fluent ad eum omnes
gentes
et ibunt populi multi
et dicent
venite et ascendamus
ad montem dni et ad
domum di iacob
et docebit nos vias suas
et ambulabimus
in semitis eius
quia de sion exiit lex et ver
bum dni de hierusalem
et iudicabit gentes et arguet
populos multos
et conflabunt gladios suos
in vomeres et lanceas suas

IN FALCES
NON LEVABIT GENS CONTRA GENTEM
GLADIUM
NEC EXERCEBUNTUR ULTRA
AD PROELIUM
DOMUS IACOB VENITE ET AMBU
LEMUS IN LUMINE DNI
enim PROIECISTI POPULUM TUUM
DOMUS IACOB
QUIA REPLETI SUNT UT OLIM
ET AUGURES HABUERUNT
UT PHILISTIIM
ET PUERIS ALIENIS ADHAESERUNT
REPLETA EST TERRA ARGENTO
ET AURO ET NON EST FINIS
THESAURORUM EIUS
ET REPLETA EST TERRA EIUS
EQUIS ET INNUMERABILES
QUADRIGAE EIUS
ET REPLETA EST TERRA EIUS
IDOLIS OPUS MANUUM SUARUM
ADORAVERUNT
QUOD FECERUNT DIGITI EORUM
ET INCURVABIT SE HOMO ET
HUMILIATUS EST VIR
NE ERGO DIMITTAS EIS
INGREDERE IN PETRAM ABSCON
fossa DERE PETRA HUMO
A FACIE TIMORIS DNI ET A GLORIA
MAIESTATIS EIUS
OCULI SUBLIMIS HOMINIS
HUMILIATI SUNT
ET HUMILIABITUR ALTITUDO
VIRORUM
EXALTABITUR AUTEM DNS
SOLUS IN DIE ILLA
QUIA DIES DNI EXERCITUUM
SUPER OMNEM SUPERBUM
ET EXCELSUM ET SUPER OMNEM
ADROGANTEM ET HUMILIABITUR
ET SUPER OMNES CEDROS LIBANI
SUBLIMES ET ERECTAS ET SUPER
OMNES QUERCUS BASAN
ET SUPER OMNES MONTES EX
CELSOS ET SUPER OMNES
COLLES ELEVATOS
ET SUPER OMNEM TURREM
EXCELSAM ET SUPER OMNEM
MURUM MUNITUM
ET SUPER OMNES NAVES THARSIS
ET SUPER OMNE QUOD VISU
PULCHRUM EST
ET INCURVABITUR SUBLIMITAS
HOMINUM ET HUMILIABITUR
ALTITUDO VIRORUM
ET ELEVABITUR DNS SOLUS IN DIE ILLA
ET IDOLA PENITUS CONTERENTUR
ET INTROIBUNT IN SPELUNCAS PETRA
RUM ET IN VORAGINES TERRAE
A FACIE FORMIDINIS DNI ET A GLORIA
MAIESTATIS EIUS CUM SURREX
ERIT PERCUTERE TERRAM
IN DIE ILLA PROI CIET HOMO
IDOLA ARGENTI SUI ET SIMU
LACRA AURI SUI
QUAE FECERAT SIBI UT ADORARET
TALPAS ET VESPERTILIONES
ET INGREDIETUR FISSURAS PETRA
RUM ET CAVERNAS SAXORUM
A FACIE FORMIDINIS DNI ET A GLORIA
MAIESTATIS EIUS CUM SURREX
ERIT PERCUTERE TERRAM
QUIESCITE ERGO AB HOMINE
CUIUS SPS IN NARIB EIUS
QUIA EXCELSUS REPUTATUS
EST IPSE
III ECCE ENIM DOMINATOR DS
EXERCITUUM
AUFERET AB HIERUSALEM ET
AB IUDA VALIDUM ET FORTEM
OMNE ROBUR PANIS ET OMNE
ROBUR AQUAE
FORTEM ET VIRUM BELLATOREM
IUDICEM ET PROPHETAM
ET ARIOLUM ET SENEM
PRINCIPEM SUPER QUINQUA
GINTA ET HONORABILEM
VULTU ET CONSILIARIUM

SAPIENTEM DE ARCHITECTIS ET PRU
DENTEM ELOQUII MYSTICI
ET DABO PUEROS PRINCIPES EORUM
ET EFFEMINATI DOMINABUNTUR EIS
ET INRUET POPULUS UIR AD UIRUM
UNUSQUISQ; AD PROXIMUM SUUM
TUMULTUABITUR PUER CONTRA
SENEM ET IGNOBILIS CONTRA
NOBILEM
ADPREHENDET ENIM UIR FRATREM
SUUM DOMESTICUM PATRIS SUI
UESTIMENTUM TIBI EST PRINCEPS
ESTO NOSTER
RUINA AUTEM HAEC SUB MANU TUA
RESPONDEBIT IN DIE ILLA DICENS
NON SUM MEDICUS ET IN DOMO
MEA NON EST PANIS NEQUE
UESTIMENTUM
NOLITE CONSTITUERE ME
PRINCIPEM POPULI
RUIT ENIM HIERUSALEM
ET IUDAS CONCIDIT
QUIA LINGUA EORUM ET ADINUENTIO
NES EORUM CONTRA DÑM
UT PROUOCARENT OCULOS
MAIESTATIS EIUS
AGNITIO UULTUS EORUM
RESPONDIT EIS
ET PECCATUM SUUM QUASI
SODOMAE PRAEDICAUERUNT
NEC ABSCONDERUNT
UAE ANIMAE EORUM QUONIAM
REDDITA SUNT EIS MALA
vii DICITE IUSTO QUONIAM BENE
QUONIAM FRUCTUM ADINUEN
TIONUM SUARUM COMEDET
viiii UAE IMPIO IN MALUM RETRIBU
TIO ENIM MANUUM EIUS FIET EI
POPULUM MEUM EXACTORES
SUI DEPOPULAUERUNT ET MU
LIERES DOMINATAE SUNT EIUS
POPULE MEUS QUI BEATUM TE
DICUNT IPSI DECIPIUNT TE ET UIAM
GRESSUUM TUORUM DISSIPANT

viii STAT AD IUDICANDUM DÑS ET STAT
AD IUDICANDOS POPULOS
DÑS AD IUDICIUM UENIET CUM
SENIBUS POPULI SUI
ET PRINCIPIBUS EIUS
UOS ENIM DEPASTI ESTIS UINEAM
MEAM ET RAPINA PAUPERIS
IN DOMO UESTRA
QUARE ATTERITIS POPULUM MEŨ
ET FACIES PAUPERUM COMMO
LITIS DICIT DÑS DS EXERCITUUM
ET DIXIT DÑS
PRO EO QUOD ELEUATAE SUNT
FILIAE SION
ET AMBULAUERUNT EXTENTO
COLLO ET NUTIB; OCULORUM
IBANT ET PLAUDEBANT AMBULA
BANT ET IN PEDIBUS SUIS CON
POSITO GRADU INCEDEBANT
DECALUABIT DÑS UERTICEM
FILIARUM SION ET DÑS CRINEM
EARUM NUDABIT
IN DIE ILLA AUFERET DÑS ORNATUM
CALCIAMENTORUM
ET LUNULAS ET TORQUES ET MO
NILIA ET ARMILLAS ET MITRAS
DISCRIMINALIA ET PERISCELIDAS
ET MURENULAS ET OLFACTORIOLA
ET INAURES ET ANULOS ET GEMMAS
IN FRONTE PENDENTIA
ET MUTATORIA ET PALLIA
ET LINTEAMINA
ET ACUS ET SPECULA ET SINDONES
ET UITTAS ET THERISTRA
ET ERIT PRO SUAUI ODORE FAETOR
ET PRO ZONA FUNICULUS
ET PRO CRISPANTI CRINE CALUITIUM
ET PRO FASCIA PECTORALI CILICIUM
PULCHERRIMI QUOQUE UIRI TUI
GLADIO CADENT ET FORTES TUI
IN PROELIO
ET MAERENT ATQ; LUGEBUNT
PORTAE EIUS
ET DESOLATA IN TERRA SEDEBIT

ET ADPREHENDENT SEPTEM
MULIERES UIRUM UNUM
IN DIE ILLA DICENTES
PANEM NOSTRUM COMEDIMUS
ET UESTIT NOSTRIS OPERIEMUR
TANTUM MODO UOCETUR NOMEN
TUUM SUPER NOS AUFER
OBPROBRIUM NOSTRUM
IN DIE ILLA ERIT GERMEN DÑI IN
MAGNIFICENTIA ET GLORIA
ET FRUCTUS TERRAE SUBLIMES
ET EXULTATIO HIS QUI SALUATI
FUERINT DE ISRAHEL
ET ERIT OMNIS QUI RELICTUS
FUERIT IN SION ET RESIDUUS
IN HIERUSALEM SCS UOCABITUR
OMNIS QUI SCRIPTUS EST
IN UITA IN HIERUSALEM
SI ABLUERIT DÑS SORDES FILIARUM
SION ET SANGUINEM HIERUSALEM
LAUERIT DE MEDIO EIUS SPU
IUDICII ET SPU ARDORIS
ET CREAUIT DÑS SUPER OMNEM
LOCUM MONTIS SION ET UBI
INUOCATUS EST
NUBEM PER DIEM ET FUMUM
ET SPLENDOREM IGNIS FLAM
MANTIS IN NOCTEM
SUPER OMNEM ENIM GLORIAM
PROTECTIO ET TABERNACULUM
ERIT
IN UMBRACULUM DIEI AB AESTU
ET IN SECURITATEM ET ABSCON
SIONEM A TURBINE ET A PLUUIA
XI CANTABO DILECTO MEO CANTICŪ
PATRUELI MEO UINEAE SUAE
UINEA FACTA EST DILECTO MEO
IN CORNU FILIO OLEI
ET SAEPEUIT EAM ET LAPIDES
ELEGIT EX ILLA ET PLANTAUIT
EAM ELECTAM
ET AEDIFICAUIT TURREM IN
MEDIO EIUS ET TORCULAR
STRUXIT IN EA
ET EXPECTAUIT UT FACERET UUAS
ET FECIT LABRUSCAS
NUNC ERGO HABITATOR HIERUSALEM
ET UIRI IUDA IUDICATE INTER ME
ET INTER UINEAM MEAM
QUID EST QUOD DEBUI ULTRA FACERE
UINEAE MEAE ET NON FECI EI
AN QUOD EXPECTAUI UT FACERET
UUAS ET FECIT LABRUSCAS
ET NUNC OSTENDAM UOBIS QUID
EGO FACIAM UINEAE MEAE
AUFERAM SAEPEM EIUS ET ERIT
IN DIREPTIONEM
DIRUAM MACHERIAM EIUS
ET ERIT IN CONCULCATIONEM
ET PONAM EAM DESERTAM
ET NON PUTABITUR NEQ· FODIETUR
ET ASCENDENT UEPRES ET SPINAE
ET NUBIBUS MANDABO NE PLUANT
SUPER EAM IMBREM
UINEA ENIM DÑI EXERCITUUM
DOMUS ISRAHEL
ET UIR IUDA GERMEN DELECTABILE EIUS
ET EXPECTAUI UT FACERET
IUDICIUM ET ECCE INIQUITAS
ET IUSTITIAM ET ECCE CLAMOR
XII UAE QUI CONIUNGITIS DOMUM
AD DOMUM ET AGRUM AGRO
COPULATIS USQ· AD TERMINŪ LOCI
NUMQUID HABITABITIS SOLI UOS
IN MEDIO TERRAE
IN AURIBUS MEIS SUNT HAEC DÑI
EXERCITUUM
NISI DOMUS MULTAE DESERTAE
FUERINT GRANDES
ET PULCHRAE ABSQ· HABITATORE
DECEM ENIM IUGA UINEARUM
FACIENT LAGUNCULAM UNAM
ET TRIGINTA MODII SEMENTIS
FACIENT MODIOS TRES
XIII UAE QUI CONSURGITIS MANE
AD EBRIETATEM SECTANDAM
ET POTANDUM USQ· AD UESPE
RAM UT UINO AESTUETIS

Cithara et lyra et tympanum
et tibiae et uinum in con
uiuiis uestris
et opus dñi non respicitis nec
opera manuum eius
consideratis
propterea captiuus ductus est
populus meus quia non habuit
scientiam
et nobiles eius interierunt fame
et multitudo eius siti exaruit
propterea dilatauit infernus
animam suam et aperuit
os suum absq; ullo termino
et descendent fortes eius et
populus eius et sublimes
gloriosiq; eius ad eum
et incuruabitur homo et humi
liabitur et oculi sublimium
deprimentur
et exaltabitur dñs exercituum
in iudicio et ds scs sćificabitur
in iustitia
et pascentur agni iuxta ordinem
suum et deserta in ubertatem
uersa aduenae comedent
XIIII Uae qui trahitis iniquitatem
in funiculis uanitatis
et quasi uinculum plaustri
peccatum
qui dicitis festinet et cito
ueniat opus eius ut uideamus
et adpropiet et ueniat consilium
sci isrl et sciemus illud
uae qui dicitis malum bonum
et bonum malum
ponentes tenebras lucem
et lucem tenebras
ponentes amarum in dulce
et dulce in amarum
uae qui sapientes estis in oculis
uestris et coram uobis
met ipsis prudentes
uae qui potentes estis ad bibendū
uinum et uiri fortes ad miscen
dam ebrietatem
qui iustificatis impium pro mune
ribus et iustitiam iusti
aufertis ab eo
propter hoc sicut deuorat
stipulam lingua ignis et calor
flammae exurit
sic radix eorum quasi fauilla
erit et germen eorum
ut puluis ascendet
abiecerunt enim legem dñi
exercituum et eloquium
sci isrl blasphemauerunt
ideo iratus est furor dñi
in populo suo
et extendit manum suam
super eum
et percussit eum et turbati
sunt montes
et facta sunt morticina eorum
quasi stercus in medio
platearum
in omnibus his non est auersus
furor eius sed adhuc
manus eius extenta
XV Et leuauit signum nationibus
procul et sibilauit ad eum
de finibus terrae
et ecce festinus uelociter
ueniet
non est deficiens neque labo
rans in eo
non dormitauit neq; dormi
et neque soluetur cingulus
renum eius
nec rumpetur corrigia
calciamenti eius
sagittae eius acutae et omnes
arcus eius extenti
ungulae equorum eius ut silex
et rotae eius quasi impetus
tempestatis
rugitus eius ut leonis rugiet

ut catuli leonum
et frendet et tenebit praedam
et amplexabitur et non erit
qui eruat
et sonabit super eum in die illa
sicut sonitus maris
aspiciemus in terra et ecce
tenebrae tribulationis
et lux obtenebrata est
in caligine eius
XVI In anno quo mortuus est
rex ozias
uidi dnm sedentem super
solium excelsum et eleuatu
et ea quae sub eo erant
implebant templum
et seraphin stabant super illud
sex alae uni et sex alae alteri
duabus uelabant faciem eius
et duabus uelabant pedes
eius et duabus uolabant
et clamabat alter ad alterum
et dicebant
scs scs scs dns exercituum
plena est omnis terra
gloria eius
et commota sunt super
liminaria cardinum a uoce
clamantis et domus
impleta est fumo
et dixi uae mihi quia tacui quia uir
pollutus labiis ego sum
et in medio populi polluta
labia habentis ego habito
et regem dnm exercituum
uidi oculis meis
XVII Et uolauit ad me unus de sera
phin et in manu eius calculus
quem forcipe tulerat
de altari
et tetigit os meum et dixit
ecce tetigit hoc labia tua et
auferetur iniquitas tua et
peccatum tuum mundabitur

XVIII Et audiui uocem dni dicentis
quem mittam et quis ibit nobis
et dixi ecce ego sum mitte me
et dixit uade et dices
populo huic
audite audientes et nolite
intellegere
et uidete uisionem et
nolite cognoscere
excaeca cor populi huius
et aures eius adgraua
et oculos eius claude
ne forte uideat oculis suis
et auribus suis audiat et cor
de suo intellegat et con
uertatur et sanem eum
XVIIII Et dixi usquequo dne
et dixit donec desolentur
ciuitates absq. habitatore
et domus sine homine
et terra relinquetur deserta
et longe faciet dns homines
et multiplicabitur quae
derelicta fuerat in medio terrae
et adhuc in ea decimatio
et conuertetur et erit
in ostensionem
sicut terebinthus et sicuti
quercus quae expandit
ramos suos
semen scm erit id quod
steterit in ea
Et factum est in dieb. achaz
filii ioatham filii oziae
regis iuda
ascendit rasin rex syriae
et facee filius romeliae rex
isrl in hierusalem ad proe
liandum contra eam
et non potuerunt
debellare eam
et nuntiauerunt domui dauid
dicentes requieuit syria
super ephraim

ET COMMOTUM EST COR EIUS
ET COR POPULI EIUS SICUT
MOUENTUR LIGNA SILUARUM
A FACIE UENTI
XX ET DIXIT DN̄S AD ISAIAM EGREDERE
IN OCCURSUM ACHAZ TU ET QUI DERE
LICTUS EST IASUB FILIUS TUUS
AD EXTREMUM AQUAE DUCTUS
PISCINAE SUPERIORIS IN UIA
AGRI FULLONIS
ET DICES AD EUM
UIDE UT SILEAS NOLI TIMERE
ET COR TUUM NE FORMIDET
A DUOBUS CAUDIS TITIONUM
FUMIGANTIUM ISTORUM
IN IRA FURORIS RASIN ET SYRIAE
ET FILII ROMELIAE
EO QUOD CONSILIUM INIERIT
CONTRA TE SYRIA MALUM
EFRAIM ET FILIUS ROMELIAE
DICENTES
ASCENDAMUS AD IUDAM ET SUS
CITEMUS EUM ET AUELLA
MUS EUM AD NOS
ET PONAMUS REGEM IN MEDIO
EIUS FILIUM TABEHEL
HAEC DICIT DN̄S DS̄ NON STABIT
ET NON ERIT ISTUT
SED CAPUT SYRIAE DAMASCUS
ET CAPUT DAMASCI RASIN
ET ADHUC SEXAGINTA ET V ANNI
ET DESINET EFRAIM ESSE POPULUS
ET CAPUT EFRAIM SAMARIA ET
CAPUT SAMARIAE FILIUS
ROMELIAE
SI NON CREDIDERITIS NON
PERMANEBITIS
XXI ET ADIECIT DN̄S LOQUI AD ACHAZ
DICENS
PETE TIBI SIGNUM A DN̄O DŌ TUO
IN PROFUNDUM INFERNI SIUE
IN EXCELSUM SUPRA
ET DIXIT ACHAZ NON PETAM ET
NON TEMTABO DN̄M

ET DIXIT AUDITE ERGO DOMUS DAUID
NUMQUID PARUM UOBIS EST MOLES
TOS ESSE HOMINIBUS
QUIA MOLESTI ESTIS ET DŌ MEO
PROPTER HOC DABIT DN̄S
IPSE UOBIS SIGNUM
ECCE UIRGO CONCIPIET ET PARIET FILIUM
ET UOCABITIS NOMEN EIUS
EMMANUHEL
BOTYRUM ET MEL COMEDET
UT SCIAT REPROBARE MALUM
ET ELIGERE BONUM
QUIA ANTEQUAM SCIAT PUER
REPROBARE MALUM
ET ELIGERE BONUM
DERELINQUETUR TERRA QUAM TU
DETESTARIS A FACIE DUUM
REGUM SUORUM
ADDUCET DN̄S SUPER TE ET SUPER
POPULUM TUUM ET SUPER
DOMUM PATRIS TUI
DIES QUI NON UENERUNT A DIEBUS
SEPARATIONIS EFRAIM A IUDA
CUM REGE ASSYRIORUM
ET ERIT IN DIE ILLA SIBILABIT DN̄S
MUSCAE QUAE EST IN EXTREMO
FLUMINUM AEGYPTI ET API
QUAE EST IN TERRA ASSUR
ET UENIENT ET REQUIESCENT
OMNES
IN TORRENTIBUS UALLIUM
ET CAUERNIS PETRARUM
ET IN OMNIBUS FRUTECTIS ET IN
UNIUERSIS FORAMINIBUS
IN DIE ILLA RADET DN̄S IN NOUACULA
CONDUCTA
IN HIS QUI TRANS FLUMEN SUNT
IN REGE ASSYRIORUM
CAPUT ET PILOS PEDUM ET
BARBAM UNIUERSAM
ET ERIT IN DIE ILLA NUTRIET HOMO
UACCAM BOUM ET DUAS OUES
ET PRAE UBERTATE LACTIS
COMEDET BOTYRUM

BOTYRUM ENIM ET MEL MANDUCA
BIT OMNIS QUI RELICTUS FUERIT
IN MEDIO TERRAE
ET ERIT IN DIE ILLA OMNIS LOCUS
UBI FUERINT MILLE UITES
MILLE ARGENTEIS
ET IN SPINAS ET IN UEPRES ERUNT
CUM SAGITTIS ET ARCU
INGREDIENTUR ILLUC
UEPRES ENIM ET SPINAE ERUNT
IN UNIUERSA TERRA
ET OMNES MONTES QUI IN
SARCULO SARIUNTUR
NON UENIET ILLUC TERROR
SPINARUM ET UEPRIUM
ET ERIT IN PASCUA BOUIS ET IN CON
CULCATIONEM PECCORIS
XVI ET DIXIT DNS AD ME
SUME TIBI LIBRUM GRANDEM
ET SCRIBE IN EO STILO HOMINIS
UELOCITER SPOLIA DETRAHE
CITO PRAEDARE
ET ADHIBUI MIHI TESTES FIDELES
URIAM SACERDOTEM ET ZACHA
RIAM FILIUM BARACHIAE
ET ACCESSI AD PROPHETISSAM
ET CONCEPIT ET PEPERIT FILIUM
ET DIXIT DNS AD ME
UOCA NOMEN EIUS
ADCELERA SPOLIA DETRAHERE
FESTINA PRAEDARE
QUIA ANTEQUAM SCIAT PUER
UOCARE PATREM SUUM
ET MATREM SUAM
AUFERETUR FORTITUDO DAMASCI
ET SPOLIA SAMARIAE CORAM
REGE ASSYRIORUM
ET ADIECIT DNS LOQUI AD ME
ADHUC DICENS
PRO EO QUOD ABIECIT POPULUS
ISTE AQUAS SILOAE QUAE
UADUNT CUM SILENTIO
ET ADSUMPSIT MAGIS RASIN
ET FILIUM ROMELIAE
PROPTER HOC ECCE DNS ADDUCET
SUPER EOS AQUAS FLUMINIS
FORTES ET MULTAS
REGEM ASSYRIORUM ET
OMNEM GLORIAM EIUS
ET ASCENDET SUPER OMNES
RIUOS EIUS ET FLUET SUPER
UNIUERSAS RIPAS EIUS
ET IBIT PER IUDAM INUNDANS
ET TRANSIENS USQUE AD COLLUM
UENIET
ET ERIT EXTENSIO ALARUM EIUS
IMPLENS LATITUDINE TERRAE
TUAE O EMMANUHEL
CONGREGAMINI POPULI
ET UINCEMINI
ET AUDITE UNIUERSAE PROCUL TERRAE
CONFORTAMINI ET UINCEMINI
ACCINGITE UOS ET UINCEMINI
INITE CONSILIUM ET DISSIPABITUR
LOQUIMINI UERBUM ET NON FIET
QUIA NOBISCUM DS
XVII HAEC ENIM AIT DNS AD ME SICUT
IN FORTI MANU ERUDIUIT ME
NE IREM IN UIA POPULI
HUIUS DICENS
NON DICATIS CONIURATIO
OMNIA ENIM QUAE LOQUITUR
POPULUS ISTE CONIURATIO EST
ET TIMOREM EIUS NE TIMEATIS
NEQUE PAUEATIS
DNM EXERCITUUM IPSUM
SCIFICATE
IPSE PAUOR UESTER ET IPSE
TERROR UESTER
ET ERIT UOBIS IN SCIFICATIONEM
IN LAPIDEM AUTEM OFFENSIONIS
ET IN PETRA SCANDALI DUABUS
DOMIBUS ISRAHEL
IN LAQUEUM ET IN RUINAM
HABITANTIBUS HIERUSALEM
ET OFFENDENT EX EIS
PLURIMI ET CADENT
ET CONTERENTUR ET INRETIENTUR

ET CAPIENTUR
XXIII LIGA TESTIMONIUM SIGNA LEGEM
IN DISCIPULIS MEIS
ET EXPECTABO DNM QUI ABSCONDIT
FACIEM SUAM A DOMO IACOB
ET PRAESTOLABOR EUM
ECCE EGO ET PUERI QUOS MIHI
DEDIT DNS
IN SIGNUM ET IN PORTENTUM
ISRAHELIS
A DNO EXERCITUUM QUI HABITAT
IN MONTE SION
ET CUM DIXERINT AD UOS QUAERITE
A PYTHONIBUS ET A DIUINIS QUI
STRIDUNT IN INCANTATIONIB. SUIS
NUMQUID NON POPULUS A DO
SUO REQUIRIT PRO UIUIS
A MORTUIS
AD LEGEM MAGIS ET AD TESTI
MONIUM
QUOD SI NON DIXERINT IUXTA
UERBUM HOC NON ERIT EIS
MATUTINA LUX
ET TRANSIBIT PER EAM CORRUET
ET ESURIET ET CUM ESURI
ERIT IRASCETUR
ET MALEDICIT REGI SUO ET DO SUO
ET SUSPICIET SURSUM ET AD
TERRAM INTUEBITUR
ET ECCE TRIBULATIO ET TENEBRAE
DISSOLUTIO ET ANGUSTIA ET
CALIGO PERSEQUENS
ET NON POTERIT EUOLARE
DE ANGUSTIA SUA
PRIMO TEMPORE ADLEUIATA EST
TERRA ZABULON ET TERRA
NEPTALIM
ET NOUISSIMO ADGRAUATA EST
UIA MARIS TRANS IORDANEM
GALILEAE GENTIUM
XXIIII POPULUS QUI AMBULABAT
IN TENEBRIS UIDIT LUCEM
MAGNAM
HABITANTIBUS IN REGIONE
UMBRAE MORTIS LUX ORTA EST EIS
MULTIPLICASTI GENTEM NON
MAGNIFICASTI LAETITIAM
LAETABUNTUR CORAM TE SICUT
LAETANTUR IN MESSEM
SICUT EXULTANT QUANDO
DIUIDUNT SPOLIA
IUGUM ENIM ONERIS EIUS ET UIR
GAM HUMERI EIUS ET SCEPTRUM
EXACTORIS EIUS SUPERASTI
SICUT IN DIE MADIAN
QUIA OMNIS UIOLENTA PRAEDATIO
CUM TUMULTU
ET UESTIMENTUM MIXTUM
SANGUINE
ERIT IN COMBUSTIONEM
ET CIBUS IGNIS
PARUULUS ENIM NATUS EST NOBIS
FILIUS DATUS EST NOBIS
ET FACTUS EST PRINCIPATUS
SUPER HUMERUM EIUS
ET UOCABITUR NOMEN EIUS
ADMIRABILIS CONSILIARIUS
DS FORTIS PATER FUTURI
SAECULI PRINCEPS PACIS
MULTIPLICABITUR EIUS IMPERIUM
ET PACIS NON ERIT FINIS
SUPER SOLIUM DAUID ET SUPER
REGNUM EIUS
UT CONFIRMET ILLUT ET CORRO
BORET IN IUDICIO ET IUSTITIA
A MODO ET USQ. IN SEMPITERNUM
ZELUS DNI EXERCITUUM FACIET HOC
UERBUM MISIT DNS IN IACOB
ET CECIDIT IN ISRAHEL
ET SCIET POPULUS OMNIS EPHRAIM
ET HABITANTES SAMARIAM
IN SUPERBIA ET MAGNITUDINE
CORDIS DICENTES
LATERES CECIDERUNT SED QUADRIS
LAPIDIBUS AEDIFICABIMUS
SYCOMORAS SUCCIDERUNT
SED CEDROS INMUTABIMUS
ET ELEUABIT DNS HOSTES

RASIN SUPER EUM
ET INIMICOS EIUS IN TUMULTUM
UERTET
XXV SYRIAM AB ORIENTE ET PHYLISTHI
AB OCCIDENTE
ET DEUORABUNT ISRL TOTO ORE
IN OMNIBUS HIS NON EST AUERSUS
FUROR EIUS SED ADHUC
MANUS EIUS EXTENTA
ET POPULUS NON EST REUERSUS
AD PERCUTIENTEM SE
ET DNM EXERCITUUM
NON INQUISIERUNT
ET DISPERDET DNS AB ISRL CAPUT
ET CAUDAM INCURBANTEM
ET REFRENANTEM DIE UNA
LONGAEUUS ET HONORABILIS
IPSE EST CAPUT
ET PROPHETA DOCENS MENDA
CIUM IPSE CAUDA EST
ET ERUNT QUI BEATIFICANT POPU
LUM ISTUM SEDUCENTES
ET QUI BEATIFICANTUR PRAECIPITATI
PROPTER HOC SUPER ADULESCEN
TIB· EIUS NON LAETABITUR DNS
ET PUPILLORUM EIUS ET UIDUA
RUM NON MISEREBITUR
QUIA OMNIS HYPOCRITA EST
ET NEQUAM ET UNIUERSUM
OS LOCUTUM EST STULTITIAM
IN OMNIBUS HIS NON EST AUERSUS
FUROR EIUS SED ADHUC
MANUS EIUS EXTENTA
SUCCENSA EST ENIM QUASI
IGNIS IMPIETAS UEPREM
ET SPINAM UORABIT
ET SUCCENDETUR IN DENSITATE
SALTUS ET CONUOLUETUR
SUPERBIA FUMI
IN IRA DNI EXERCITUUM
CONTURBATA EST
TERRA
ET ERIT POPULUS QUASI
ESCA IGNIS

UIR FRATRI SUO NON PARCET
ET DECLINAUIT AD DEXTERAM
ET ESURIET
ET COMEDET AD SINISTRAM
ET NON SATURABITUR
UNUSQUISQUE CARNEM
BRACHII SUI UORAUIT
MANASSES EFRAIM ET EFRAIM
MANASSEN SIMUL IPSI
CONTRA IUDAM
IN OMNIBUS HIS NON EST AUERSUS
FUROR EIUS SED ADHUC
MANUS EIUS EXTENTA
XXVI UAE QUI CONDUNT LEGES
INIQUAS ET SCRIBENTES IN
IUSTITIAM SCRIPSERUNT
UT OPPRIMERENT IN IUDICIO
PAUPERES
ET UIM FACERENT CAUSAE
HUMILIUM POPULI MEI
UT ESSENT UIDUAE PRAEDA EORUM
ET PUPILLOS DIRIPERENT
QUID FACIETIS IN DIE UISITATIONIS
ET CALAMITATIS DE LONGE
UENIENTIS
AD CUIUS FUGIETIS AUXILIUM
ET UBI DERELINQUETIS
GLORIAM UESTRAM
NE INCURBEMINI SUB UINCULO
ET CUM INTERFECTIS CADATIS
SUPER OMNIBUS HIS NON EST
AUERSUS FUROR EIUS SED AD
HUC MANUS EIUS EXTENTA
UAE ASSUR UIRGA FURORIS MEI
ET BACULUS IPSE
IN MANU EORUM INDIGNATIO MEA
AD GENTEM FALLACEM
MITTAM EUM
ET CONTRA POPULUM FURORIS
MEI MANDABO ILLI
UT AUFERAT SPOLIA ET DIRI
PIAT PRAEDAM
ET PONAM ILLUM IN CONCULCATIO
NEM QUASI LUTUM PLATEARUM

Ipse autem non sic arbitrabitur
et cor eius non ita aestimabit
sed ad conterendum
erit cor eius
et ad internecionem gentium
non paucarum
Dicet enim numquid non
principes mei simul reges
sunt · numquid non ut Car
chamis sic Chalamo non et
ut Arfat sic Emath
numquid non ut Damascus
sic Samaria
XXVII Quo modo invenit manus
mea regna idoli
sic et simulachra eorum
de Hierusalem et de Samaria
numquid non sicut feci
Samariae et idolis eius
sic faciam Hierusalem
et simulachris eius
et erit cum inpleverit dñs
cuncta opera sua in monte
Sion et Hierusalem
visitabo super fructum mag
nifici cordis regis Assur
et super gloriam altitudinis
oculorum eius
Dixit enim in fortitudine
manus meae feci et in sapi
entia mea intellexi
et abstuli terminos populo
rum et principes eorum
depraedatus sum
et detraxi quasi potens
in sublime residentes
et invenit quasi nidum manus
mea fortitudinem populorū
et sicut colliguntur ova quae
derelicta sunt sic univer
sam terram ego con
gregavi
et non fuit qui moveret pinnam
et aperiret os et ganniret

XXVIII Numquid gloriabitur securis
contra eum qui secat in ea
aut exaltabitur serra contra
eum a quo trahitur
quomodo si elevetur virga
contra levantem se
et exaltetur baculus
qui utique lignum est
propter hoc mittet domina
tor dš exercituum in pinguib·
eius tenuitatem
et subtus gloriam eius succensa
ardebit quasi conbustio ignis
et erit lumen Israhel in ignem
et scs eius in flamma
et succendetur et devorabitur
spina eius et vepres in die una
et gloria saltus eius et carmeli
eius ab anima usque ad car
nem consumetur
et erit terrore profugus
et reliquiae ligni saltus eius
pro paucitate numerabuntur
et puer scribet eos
Et erit in die illa non adiciet
residuum Israhel et hi qui
fugerint de domo Iacob
inniti super eo qui percutit eos
sed innitetur super dñm
scm Israhel
In veritate reliquiae
convertentur
reliquiae inquam Iacob
ad dm fortem
Si enim fuerit populus tuus
Israhel quasi harena maris
reliquiae convertentur ex eo
consummatio adbreviata
inundavit iustitia
consummationem enim et adbre
viationem dñs dš exercituum
faciet in medio omnis terrae
propter hoc haec dicit
dñs dš exercituum

NOLI TIMERE POPULUS MEUS
HABITATOR SION AB ASSUR
IN UIRGA PERCUTIET TE ET BACU
LUM SUUM LEUABIT SUPER
TE IN UIA AEGYPTI
ADHUC ENIM PAULULUM
MODICUMQUE
ET CONSUMMABITUR INDIGNATIO
ET FUROR MEUS SUPER
SCELUS EORUM
ET SUSCITABIT SUPER ILLUM
DNS EXERCITUUM FLAGELLUM
IUXTA PLAGAM MADIAN
IN PETRA HOREB
ET UIRGAM SUAM SUPER MARE
ET LEUABIT EAM IN UIA AEGYPTI
ET ERIT IN DIE ILLA AUFERETUR
ONUS EIUS DE UMERO TUO
ET IUGUM EIUS DE COLLO TUO
ET CONPUTRESCET IUGUM
A FACIE OLEI
UENIET IN AIOT TRANSIBIT
IN MAGRON
APUD MACMAS COMMEN
DABIT UASA SUA
TRANSIERUNT CURSIM GABEE
SEDES NOSTRA OBSTUPUIT RAMA
GABATH SAULIS FUGIT
HINNI UOCE TUA FILIA GALLIM
ADTENDE LAISA PAUPERCULA
ANATHOTH
MIGRAUIT DEMENA ME
HABITATORES GEBIM
CONFORTAMINI
ADHUC DIES EST UT IN NOB STETUR
AGITABIT MANUM SUAM SUPER
MONTEM FILIAE SION
COLLEM HIERUSALEM
ECCE DOMINATOR DNS EXERCI
TUUM CONFRINGET LAGUN
CULAM IN TERRORE
ET EXCELSI STATURA SUCCIDEN
TUR ET SUBLIMES
HUMILIABUNTUR
ET SUBUERTENTUR CONDENSA
SALTUS FERRO
ET LIBANUS CUM EXCELSIS CADET
XXVI ET EGREDIETUR UIRGA DE RADICE
IESSE ET FLOS DE RADICE EIUS
ASCENDET
ET REQUIESCET SUPER EUM
SPS DNI
SPS SAPIENTIAE ET INTELLECTUS
SPS CONSILII ET FORTITUDINIS
SPS SCIENTIAE ET PIETATIS
ET REPLEBIT EUM SPS TIMORIS DNI
NON SECUNDUM UISIONEM
OCULORUM IUDICABIT
NEQUE SECUNDUM AUDITUM
AURIUM ARGUET
SED IUDICABIT IN IUSTITIA PAUPERES
ET ARGUET IN AEQUITATE
PRO MANSUETIS TERRAE
ET PERCUTIET TERRAM
UIRGA ORIS SUI
ET SPU LABIORUM SUORUM
INTERFICIET IMPIUM
ET ERIT IUSTITIA CINGULUM
LUMBORUM EIUS
ET FIDES CINCTORIUM RENIS EIUS
HABITABIT LUPUS CUM AGNO
ET PARDUS CUM HAEDO ACCUBABIT
UITULUS ET LEO ET OUES
SIMUL MORABUNTUR
ET PUER PARUULUS MINABIT EOS
UITULUS ET URSUS PASCENTUR
SIMUL REQUIESCENT CATULI EORU̅
ET LEO QUASI BUS COMEDET
PALEAS
ET DELECTABITUR INFANS AB UBERE
SUPER FORAMINE ASPIDIS
IN CAUERNA REGULI QUI ABLACTATUS
FUERIT MANUM SUAM MITTET
NON NOCEBUNT ET NON OCCIDENT
IN UNIUERSO MONTE SCO MEO
QUIA REPLETA EST TERRA
SCIENTIA DNI SICUT AQUAE
MARIS OPERIENTES

In die illa radix Iesse qui stat
in signum populorum
ipsum gentes deprecabuntur
et erit sepulchrum eius
gloriosum
et erit in die illa adiecit dns
secundo manum suam
ad possidendum residuum
populi sui
quod relinquetur ab Assyriis
et ab Aegypto et a Phetros et ab
Aethiopia et ab Aelam et a Sennaar
et ab Emath et ab insulis maris
et levabit signum in nationes
et congregabit profugos isrl
et dispersos Iuda colliget
a quattuor plagis terrae
et auferetur zelus Efraim
et hostes Iuda peribunt
Ephraim non aemulabitur
Iudam et Iudas non pugnavit
contra Efraim
et volabunt in umeros
Philisthiim per mare
simul praedabuntur
filios orientis
Idumea et Moab praeceptum
manus eorum
et filii Ammon oboedientes
erunt
et desolabit dns linguam
maris Aegypti
et levabit manum suam super
flumen in fortitudine sps sui
et percutiet eum in septem
rivis ita ut transeant
per eum calciati
et erit via residuo populo meo
qui relinquetur ab Assyrios
sicut fuit Israhel in die qua
ascendit de terra Aegypti
dices in illa die
XXXII
XII
Confitebor tibi dne quoniam
iratus es mihi
conversus est furor tuus
et consolatus es me
ecce ds salvator meus fiducia-
aliter agam et non timebo
quia fortitudo mea et laus
mea dns ds
et factus est mihi in salutem
haurietis aquas in gaudio
de fontibus salvatoris
et dicetis in illa die
confitemini dno et invocate
nomen eius
notas facite in populis
adinventiones eius
mementote quoniam ex-
celsum est nomen eius
cantate dno quoniam mag-
nifice fecit
adnuntiate hoc in universa terra
exulta et lauda habitatio Sion
quia magnus in medio tui
scs Israhel
XXXIII
XIII
Onus Babylonis quod vidit
Isaias filius Amos
super montem caligosum
levate signum
exaltate vocem levate manum
et ingrediantur portas duces
ego mandavi sctificatis meis
et vocavi fortes meos in ira mea
exultantes in gloria mea
vox multitudinis in montibus
quasi populorum frequentiu(m)
vox sonitus regum gentium
congregatarum
dns exercituum praecepit
militiae belli
venientib(us) de terra procul
a summitate caeli
dns et vasa furoris eius ut dis-
perdat omnem terram
ululate quia prope est dies dni
quasi vastitas a dno veniet
propter hoc omnes manus

dissolventur
et omne cor hominis tabescet
et conteretur
tortiones et dolores tenebunt
quasi parturiens dolebunt
unusquisque ad proximum
suum stupebit
facies conbustae vultus eorum
ecce dies dñi venit crudelis
et indignationis plenus
irae furorisque
ad ponendam terram
in solitudine
et peccatores eius con
terendos de ea
quoniam stellae caeli et splen
dor earum non expandent
lumen suum
obtenebratus est sol in ortu suo
et luna non splendebit
in lumine suo
et visitabo super urbes mala
et contra impios iniquita
tem eorum
et quiescere faciam super
biam infidelium
et adrogantiam fortium
humiliabo
pretiosior erit vir auro
et homo mundo obryzo
super hoc caelum turbabo et
movebitur terra de loco suo
propter indignationem dñi
exercituum et propter
diem irae furoris eius
et erit quasi dammula
fugiens et quasi ovis et non
erit qui congreget
unusquisque ad populum
suum convertetur et sin
guli ad terram suam fugient
omnis qui inventus fuerit
occidetur
et omnis qui supervenerit
cadet in gladio
infantes eorum adlident
in oculis eorum
diripientur domos eorum
et uxores eorum
violabuntur
ecce ego suscitabo
super eos medos
qui argentum non quaerant
nec aurum velint
sed sagittis parvulis
interficiant
et lactantibus uteri
non miserebuntur
et super filios non parcat
oculus eorum
XXVIIII Et erit babylon illa gloriosa
in regnis inclyta in superbia
chaldaeorum
sicut subvertit ds sodomam
et gomorram
non habitabitur usq· in finem
et non fundabitur usque
ad generationem
et generationem
nec ponet ibi tentoria arabs
nec pastores requiescent ibi
sed requiescent ibi bestiae
et replebuntur domus
eorum draconibus
et habitabunt ibi struthiones
et pilosi saltabunt ibi
et respondebunt ibi ululae
in aedibus eius
et sirenae in delubris
voluptatis
XIIII prope est ut veniat tempus
eius et dies eius non
elongabuntur
+ miserebitur enim dñs iacob
et eliget adhuc de isrl
et requiescere eos faciet
super humum suam
adiungetur advena ad eos

ADHAERERIT DOMUI IACOB
ET TENEBUNT EOS POPULI ET AD
DUCENT EOS IN LOCUM SUUM
ET POSSIDEBIT EOS DOMUS ISRL
SUPER TERRAM DÑI IN SER
UOS ET ANCILLAS
ET ERUNT CAPIENTES EOS
QUI SE CEPERANT
ET SUBICIENT EXACTORES SUOS
ET ERIT IN DIE ILLA CUM REQUIEM
TIBI DEDERIT DS A LABORE TUO
ET A CONCUSSIONE TUA ET A SER
UITUTE DURA QUA ANTE SERUISTI
SUMES PARABOLAM ISTAM
CONTRA REGEM BABYLONIS
ET DICES
QUOMODO CESSAUIT EXACTOR
QUIEUIT TRIBUTUM
XXXV CONTRIUIT DÑS BACULUM
IMPIORUM
UIRGAM DOMINANTIUM
CAEDENTEM POPULOS
IN INDIGNATIONE
PLAGA INSANABILI SUBICIENTEM
IN FURORE GENTES
PERSEQUENTEM CRUDELITER
CONQUIEUIT ET SILUIT
OMNIS TERRA
GAUISA EST ET EXULTAUIT
ABIETES QUOQUE LAETATAE SUNT
SUPER TE ET CAEDRI LIBANI
EX QUO DORMISTI NON ASCENDIT
QUI SUCCIDAT NOS
INFERNUS SUBTER CONTURBATUS
EST IN OCCURSUM ADUENTUS TUI
SUSCITAUIT TIBI GIGANTES OMNES
PRINCIPES TERRAE
SURREXERUNT DE SOLIIS SUIS OMNES
PRINCIPES NATIONUM
UNIUERSI RESPONDEBUNT
ET DICENT TIBI
ET TU UULNERATUS ES SICUT NOS
NOSTRI SIMILIS EFFECTUS ES
DETRACTA EST AD INFEROS
SUPERBIA TUA CONCIDIT CADAUER TUŪ
SUBTER TE STERNETUR TINEA
ET OPERIMENTUM TUUM
ERUNT UERMES
QUOMODO CECIDISTI DE CAELO
LUCIFER QUI MANE ORIEBARIS
CORRUISTI IN TERRAM QUI
UULNERABAS GENTES
QUI DICEBAS IN CORDE TUO
IN CAELUM CONSCENDAM SUPER
ASTRA DI EXALTABO SOLIUM MEŪ
SEDEBO IN MONTE TESTAMEN
TI IN LATERIB· AQUILONIS
ASCENDAM SUPER ALTITUDINEM
NUBIUM ERO SIMILIS ALTISSIMO
UERUM TAMEN AD INFERNUM
DETRAHERIS IN PROFUNDŪ LACI
QUI TE UIDERINT AD TE INCLINA
BUNTUR TEQ· PROSPICIENT
NUMQUID ISTE EST UIR QUI CON
TURBAUIT TERRAM
QUI CONCUSSIT REGNA QUI
POSUIT ORBEM DESERTUM
ET URBES EIUS DESTRUXIT
UINCTIS EIUS NON APERUIT
CARCEREM
OMNES REGES GENTIUM
UNIUERSI DORMIERUNT
IN GLORIA UIR IN DOMO SUA
TU AUTEM PROIECTUS ES DE SE
PULCHRO TUO QUASI STIRPS
INUTILIS
POLLUTUS ET OBUOLUTUS
QUI INTERFECTI SUNT GLADIO
ET DESCENDERUNT AD FUNDA
MENTA LACI
QUASI CADAUER PUTRIDUM NON
HABEBIS CONSORTIUM NEQ·
CUM EIS IN SEPULTURA
TU ENIM TERRAM DISPERDISTI
POPULUM OCCIDISTI
NON UOCABITUR IN AETERNUM
SEMEN PESSIMORUM
PRAEPARATE FILIOS EIUS

OCCISIONI IN INIQUITATE
PATRUM EORUM
NON CONSURGENT NEC HERE
DITABUNT TERRAM
NEQUE IMPLEBUNT FACIEM
ORBIS CIUITATUM
ET CONSURGAM SUPER EOS
DICIT DNS EXERCITUUM
XXXVI ET PERDAM BABYLONIS NOMEN
ET RELIQUIAS ET GERMEN
ET PROGENIEM AIT DNS
ET PONAM EAM IN POSSES
SIONEM ERICII
ET IN PALUDES AQUARUM
ET SCOPABO EAM IN SCOPA TERENS
DICIT DNS EXERCITUUM
IURAUIT DNS EXERCITUUM DICENS
SI NON UT PUTAUI ITA ERIT
ET QUOMODO MENTE
TRACTAUI SIC EUENIET
UT CONTERAM ASSYRIUM IN
TERRA MEA ET IN MONTIB·
MEIS CONCULCEM EUM
ET AUFERETUR AB EIS IUGUM
EIUS ET ONUS ILLIUS AB HUME
RO ILLIUS TOLLETUR
HOC CONSILIUM QUOD COGITAUI
SUPER OMNEM TERRAM
ET HAEC EST MANUS EXTENTA
SUPER UNIUERSAS GENTES
DNS ENIM EXERCITUUM DECREUIT
ET QUIS POTERIT INFIRMARE
ET MANUS EIUS EXTENTA
ET QUIS AUERTET EAM
IN ANNO QUO MORTUUS EST REX
ACHAZ FACTUM EST ONUS ISTUD
NE LAETERIS PHYLISTHEA OMNIS TU
QUONIAM COMMINUTA EST
UIRGA PERCUSSORIS TUI
DE RADICE ENIM COLUBRI
EGREDIETUR REGULUS
ET SEMEN EIUS ABSORBENS UOLUCRE
ET PASCENTUR PRIMOGENITI
PAUPERUM

ET PAUPERES FIDUCIALITER
REQUIESCENT
ET INTERIRE FACIAM IN FAME
RADICEM TUAM
ET RELIQUIAS TUAS INTERFICIAM
ULULA PORTA CLAMA CIUITAS
PROSTRATA EST PHYLISTHEA
OMNIS
AB AQUILONE ENIM FUMUS UENIET
ET NON EST QUI EFFUGIAT
AGMEN EIUS
ET QUID RESPONDEBITUR
NUNTIIS GENTIS
QUIA DNS FUNDAUIT SION ET IN
IPSA SPERABUNT PAUPERES
POPULI EIUS
XXXVII ONUS MOAB
XV
QUIA NOCTE UASTATA EST AR
MOAB CONTICUIT
QUIA NOCTE UASTATUS EST
MURUS MOAB CONTICUIT
ASCENDIT DOMUS ET DIBON
AD EXCELSA IN PLANCTUM
SUPER NABO ET SUPER MEDABA
MOAB ULULAUIT
IN CUNCTIS CAPITIBUS EIUS CALUI
TIUM OMNIS BARBA RADETUR
IN TRIBIIS EIUS ACCINCTI SUNT SACCO
SUPER TECTA EIUS ET IN PLATEIS
EIUS OMNIS ULULATUS DE
SCENDET IN FLETUM
CLAMAUIT ESEBON ET ELEALE
USQUE IASA AUDITA EST UOX EORU
SUPER HOC EXPEDITI MOAB
ULULABUNT
ANIMA EIUS ULULAUIT SIBI
COR MEUM AD MOAB CLAMAUIT
UECTES EIUS USQ· AD SEGOR
UITULAM CONTERNANTEM
PER ASCENSUM ENIM LUITH
FLENS ASCENDET
ET IN UIA ORONA IN CLAMOREM
CONTRITIONIS LEUABUNT
AQUAE ENIM NEMRIM DESERTAE
ERUNT

quia aruit herba defecit germen
uiror omnis interiit
secundum magnitudinem
operis et uisitatio eorum
ad torrentem salicum
ducet eos
quoniam circumiit clamor
terminum moab
usque ad gallim ululatus
eius et usq. ad puteum
helim clamor eius
quia aquae dibon repletae
sunt sanguine
ponam enim super dibon
addimenta
his qui fugerint de moab
leonem et reliquiis terrae
XXXVII XVI Emitte agnum dominato
rem terrae de petra
deserti ad montem
filiae sion
et erit sicut auis fugiens
et pulli de nido auolantes
sic erunt filiae moab in
transcensu arnon
Ini consilium coge concilium
pone quasi noctem umbram
tuam in meridiem
absconde fugientes
et uagos ne prodas
habitabunt apud te
profugi mei
moab esto latibulum eorum
a facie uastatoris
finitus est enim puluis con
summatus est miser defe
cit qui conculcabat terram
et praeparabitur in miseri
cordia solium
et sedebit super eum in ueri
tate in tabernaculo dauid
iudicans et quaerens iudiciu
et uelociter reddens
quod iustum est

Audiuimus superbiam moab
superbus est ualde
superbia eius et adrogantia
eius et indignatio eius plus
quam fortitudo eius
Idcirco ululauit moab ad moab
uniuersus ululauit
his qui laetantur super muro
coctilateris loquimini
plagas suas
quoniam suburbana esebon
deserta sunt et uineas abama
dni gentium exciderunt
flagella eius usq. ad iazer
peruenerunt errauerunt
in deserto
propagines eius relictae sunt
transierunt mare
super hoc plorabo in fletu
iazer uineam sabama
Inebriabo te lacrima mea
esebon et eleale
quoniam super uindemiam tuam
et super messem tuam
uox calcantium inruit
et auferetur laetitia et ex
ultatio de carmelo
et in uineis non exultauit
neque iubilabit
uinum in torculari non calcabit
qui calcare consueuerat
uocem cantantium abstuli
super hoc uenter meus
ad moab quasi cithara
sonabit
et uiscera mea ad murum
coctilateris
et erit cum apparuerit quod
laborauit moab super
excelsis suis
Ingredietur ad sca sua ut ob
secret et non ualebit
hoc uerbum quod locutus est
dns ad moab ex tunc

ET NUNC LOCUTUS EST DNS DICENS
IN TRIB· ANNIS QUASI ANNI
MERCENNARII
AUFERETUR GLORIA MOAB SUPER
OMNI POPULO MULTO
ET RELINQUETUR PARUUS ET MO
DICUS NEQUAQUAM MULTUS
XVII ONUS DAMASCI
ECCE DAMASCUS DESINET
ESSE CIUITAS
ET ERIT SICUT ACERUUS
LAPIDUM IN RUINA
DERELICTAE CIUITATES AROER
GREGIB· ERUNT
ET REQUIESCENT IBI ET NON ERIT
QUI EXTERREAT
ET CESSAUIT ADIUTORIUM AB EFRAI
ET REGNUM A DAMASCO
ET RELIQUIAE SYRIAE SICUT
GLORIA FILIORUM ISRL ERUNT
DICIT DNS EXERCITUUM
XL ET ERIT IN DIE ILLA ADTENUABI
TUR GLORIA IACOB
ET PINGUE CARNIS EIUS
MARCESCET
ET ERIT SICUT CONGREGANS
IN MESSE QUOD RESTITERIT
ET BRACHIUM EIUS SPICAS LEGET
ET ERIT SICUT QUAERENS SPICAS
IN UALLE RAFAIM
ET RELINQUETUR IN EO
SICUT RACEMUS
ET SICUT EXCUSSIO OLEAE
DUARUM AUT TRIUM OLIUARUM
IN SUMMITATE RAMI SIUE
QUATTUOR AUT QUINQUE
IN CACUMINIB· EIUS FRUCTUS EIUS
DICIT DNS DS ISRL
IN DIE ILLA INCLINABITUR HOMO
AD FACTOREM SUUM
ET OCULI EIUS AD SCM ISRL
RESPICIENT
ET NON INCLINABITUR AD ALTARIA
QUAE FECERUNT MANUS EIUS
ET QUAE OPERATI SUNT DIGITI EIUS
NON RESPICIET LUCOS ET DELUBRA
IN DIE ILLA ERUNT CIUITATES
FORTITUDINIS EIUS DERELICTAE
SICUT ARATRA ET SEGETES
QUAE DERELICTAE SUNT A FACIE
FILIORUM ISRAHEL
ET ERIT DESERTA
QUIA OBLITA ES DI SALUATORIS TUI
ET FORTIS ADIUTORIS TUI
NON ES RECORDATA
PROPTEREA PLANTABIS PLANTA
TIONEM FIDELEM
ET GERMEN ALIENUM SEMINABIS
IN DIE PLANTATIONIS TUAE
LABRUSCA
ET MANE SEMEN TUUM
FLOREBIT
ABLATA EST MESSIS IN DIE HERE
DITATIS ET DOLEBIT GRAUITER
XLI UAE MULTITUDO POPULORUM
MULTORUM UT MULTITUDO
MARIS SONANTIS
ET TUMULTUS TURBARUM
SICUT SONITUS AQUARUM
MULTARUM
SONABUNT POPULI SICUT SONITUS
AQUARUM INUNDANTIUM
ET INCREPABIT EUM
ET FUGIET PROCUL
ET RAPIETUR SICUT PULUIS
MONTIUM A FACIE UENTI
ET SICUT TURBO CORAM TEM
PESTATE IN TEMPORE UESPERE
ET ECCE TURBATIO
IN MATUTINO ET NON SUBSISTET
HAEC EST PARS EORUM QUI
UASTAUERUNT NOS ET SORS
DIRIPIENTIUM NOS
XLII UAE TERRAE CYMBALO ALARUM
QUAE EST TRANS FLUMINA
AETHIOPIAE
QUI MITTIT IN MARI LEGATOS ET IN
UASIS PAPYRI SUPER AQUAS

ITE ANGELI UELOCES AD GENTEM
CONUULSAM ET DELACERATAM
AD POPULUM TERRIBILEM POST
QUEM NON EST ALIUS
GENTEM EXPECTANTEM expectantem
ET CONCULCATAM
CUIUS DIRIPUERUNT FLUMINA
TERRAM EIUS
XLII OMNES HABITATORES URBIS
QUI MORAMINI IN TERRA
CUM ELEUATUM FUERIT SIGNUM
IN MONTIBUS UIDEBITIS
ET CLANGOREM TUBAE AUDIETIS
QUIA HAEC DICIT DNS AD ME
QUIESCAM ET CONSIDERABO
IN LOCO MEO
SICUT MERIDIANA LUX
CLARA EST
ET SICUT NUBES RORIS
IN DIE MESSIS
ANTE MESSEM ENIM TOTUS
EFFLORUIT
ET INMATURA PERFECTIO
GERMINABIT
ET PRAECIDENTUR RAMUSCULI
EIUS FALCIBUS
ET QUAE DERELICTA FUERINT
ABSCIDENTUR
EXCUTIENTUR ET RELIN
QUENTUR SIMUL
PECUDIB· MONTIUM
ET BESTIIS TERRAE
ET AESTATE PERPETUA ERUNT
SUPER EUM UOLUCRES
ET OMNES BESTIAE TERRAE
SUPER ILLUM HIEMABUNT
IN TEMPORE ILLO DEFERETUR
MUNUS DNO EXERCITUUM
A POPULO DIUULSO ET DELACERATO
A POPULO TERRIBILI POST QUEM
NON FUIT ALIUS expectante·
A GENTE EXPECTANTE ET CONCULCATA
CUIUS DIRIPUERUNT FLUMINA
TERRAM EIUS

AD LOCUM NOMINIS DNI EXERCI
TUUM MONTEM SION · Onus aegypti·
XLIII XIX· ECCE DNS ASCENDET SUPER NUBEM leuem
ET INGREDIETUR AEGYPTUM
ET MOUEBUNTUR SIMULACRA
AEGYPTI A FACIE EIUS
ET COR AEGYPTI TABESCET
IN MEDIO EIUS
ET CONCURRERE FACIAM AEGYPTIOS
ADUERSUM AEGYPTIOS
ET PUGNAUIT UIR CONTRA
FRATREM SUUM
ET UIR CONTRA AMICUM SUUM
CIUITAS ADUERSUS CIUITATEM
REGNUM ADUERSUS REGNUM
ET DISRUMPETUR SPS AEGYPTI
IN UISCERIB· EIUS
ET CONSILIUM EIUS PRAECIPITABO
ET INTERROGABUNT
SIMULACRA SUA
ET DIUINOS SUOS ET PYTHONES
ET HARIOLOS
ET TRADAM AEGYPTUM IN MANU
DOMINORUM CRUDELIUM
ET REX FORTIS DOMINABITUR
EORUM AIT DNS DS EXERCITUUM
ET ARESCET AQUA DE MARI ET
FLUUIUS DESOLABITUR
ATQUE SICCABITUR
ET DEFICIENT FLUMINA ADTENU
ABUNTUR ET SICCABUNTUR
RIUI AGGERUM
CALAMUS ET IUNCUS MARCESCET
NUDABITUR ALUEUS RIUI
A FONTE SUO
ET OMNIS SEMENTIS INRIGUA
SICCABITUR ARESCET
ET NON ERIT
ET MAEREBUNT PISCATORES
ET LUGEBUNT
ET OMNES MITTENTES
IN FLUMEN HAMUM
ET EXPANDENTES RETEM SUPER
FACIEM AQUAE MARCESCENT

CONFUNDENTUR QUI OPERABANTUR
LINUM PECTENTES ET TEXENTES SUBTILIA
ERUNT INRIGUA EIUS FLACCENTIA
OMNES QUI FACIEBANT LACUNAS
AD CAPIENDOS PISCES
STULTI PRINCIPES THANEOS
SAPIENTES CONSILIARII PHARAO
DEDERUNT CONSILIUM INSIPIENS
QUOMODO DICETIS PHARAONI
FILIUS SAPIENTIUM EGO FILIUS
REGUM ANTIQUORUM
UBI SUNT NUNC SAPIENTES TUI
ADNUNTIENT TIBI ET INDICENT
QUID COGITAUERIT DNS EXERCITUUM SUPER AEG̅PTUM
STULTI FACTI SUNT PRINCIPES
THANEOS
EMARCUERUNT PRINCIPES
MEMPHEOS
DECEPERUNT AEG̅PTUM ANGULUM POPULORUM EIUS
DNS MISCUIT IN MEDIO EIUS
SPM UERTIGINIS
ET ERRARE FECERUNT AEG̅PTUM
IN OMNI OPERE SUO
SICUT ERRAT EBRIUS ET UOMENS
ET NON ERIT AEG̅PTO OPUS
QUOD FACIAT
CAPUT ET CAUDAM INCURUANTE̅
ET REFRENANTEM
IN DIE ILLA ERIT AEG̅PTUS
QUASI MULIERES
ET STUPEBUNT ET TIMEBUNT
A FACIE COMMOTIONIS MANUS
DNI EXERCITUUM
QUAM IPSE MOUEBIT SUPER EAM
ET ERIT TERRA IUDA AEG̅PTO
IN FESTIUITATEM
OMNIS QUI ILLIUS FUERIT RECORDATUS PAUEBIT
A FACIE CONSILII DNI EXERCITUUM
QUOD IPSE COGITAUIT
SUPER EAM

XLIIII IN DIE ILLA ERUNT QUINQUE CIUITATES IN TERRA AEG̅PTI LOQUENTES LINGUA CHANAAN
ET IURANTES PER DNM EXERCITUUM
CIUITAS SOLIS UOCABITUR UNA
IN DIE ILLA ERIT ALTARE DNI IN
MEDIO TERRAE AEG̅PTI
ET TITULUS IUXTA TERMINUM EIUS DNI
ET ERIT IN SIGNUM ET IN TESTIMONIUM DNO EXERCITUUM
IN TERRA AEG̅PTI
CLAMABUNT ENIM AD DNM
A FACIE TRIBULANTIS
ET MITTET EIS SALUATOREM
ET PROPUGNATOREM
QUI LIBERET EOS
ET COGNOSCETUR DNS AB AEG̅PTO
ET COGNOSCENT AEG̅PTII
DNM IN DIE ILLA
ET COLENT EUM IN HOSTIIS
ET MUNERIBUS
ET UOTA UOUEBUNT DNO ET SOLUENT
ET PERCUTIET DNS AEG̅PTUM
PLAGA ET SANABIT EAM
ET REUERTENTUR AD DNM
ET PLACABITUR EIS
ET SANABIT EOS
XLV IN DIE ILLA ERIT UIA DE AEG̅PTO
IN ASS̅RIOS
ET INTRABIT ASS̅RIUS AEG̅PTUM
ET AEG̅PTIUS IN ASS̅RIOS
ET SERUIENT AEG̅PTII ASSUR
IN DIE ILLA ERIT ISRAHEL TERTIUS
AEG̅PTIO ET ASSYRIO BENEDICTIO IN MEDIO TERRAE
CUI BENEDIXIT DNS EXERCITUUM
DICENS
BENEDICTUS POPULUS MEUS AEG̅PTI
ET OPUS MANUUM MEARUM
ASSYRIO
HEREDITAS AUTEM MEA ISRL
IN ANNO QUO INGRESSUS EST
THARTHAN IN AZOTUM
CUM MISISSET EUM SARGON

REX ASSYRIORUM ET PUGNASSET
CONTRA AZOTUM ET CEPISSET EA
IN TEMPORE ILLO LOCUTUS EST
DNS IN MANU ISAIAE FILII
AMOS DICENS
UADE ET SOLUE SACCUM
DE LUMBIS TUIS
ET CALCIAMENTA TOLLE
DE PEDIB· TUIS
ET FECIT SIC NUDUS UADENS
ET DISCULCIATUS
ET DIXIT DNS SICUT AMBULAUIT
SERUUS MEUS ISAIAS NUDUS
ET DISCULCIATUS
TRIUM ANNORUM SIGNUM ET
PORTENTUM ERIT SUPER
AEGYPTUM ET SUPER AETHIOPIA̅
SIC MINABIT REX ASSYRIORUM
CAPTIUITATEM AEGYPTI ET
TRANS MIGRATIONE̅ AETHIOPIAE
IUUENUM ET SENUM NUDAM
ET DISCULCIATAM
DISCOPERTIS NATIBUS IGNO
MINIAM AEGYPTI
ET TIMEBUNT ET CONFUNDENTUR
AB AETHIOPIA SPE SUA ET AB
AEGYPTO GLORIA SUA
ET DICET HABITATOR INSULAE
HUIUS IN DIE ILLA
HAEC ERAT SPES NOSTRA AD QUOS
CONFUGIMUS IN AUXILIUM
UT LIBERARET NOS A FACIE
ASSYRIORUM
ET QUOMODO EFFUGERE
POTERIMUS NOS

ONUS DESERTI MARIS

XLVI SICUT TURBINES AB AFRICO
UENIUNT
DE DESERTO UENIT DE TERRA
HORRIBILI
UISIO DURA NUNTIATA EST MIHI
QUI INCREDULUS EST
INFIDELITER AGIT
ET QUI DEPOPULATOR EST UASTAT
ASCENDE ELAM OBSIDE MEDE
OMNEM GEMITUM EIUS
CESSARE FECI
PROPTEREA REPLETI SUNT
LUMBI MEI DOLORE
ANGUSTIA POSSEDIT ME SICUT
ANGUSTIA PARIENTIS
CORRUI CUM AUDIREM CON
TURBATUS SUM CUM UIDERE̅
EMARCUIT COR MEUM TENE
BRAE STUPEFECERUNT ME
BABYLON DILECTA MEA POSITA
EST MIHI IN MIRACULUM
PONE MENSAM CONTEM
PLARE IN SPECULA
COMEDENTES ET BIBENTES
SURGITE PRINCIPES ARRIPITE
CLYPEUM
XLVII HAEC ENIM DIXIT MIHI DNS
UADE ET PONE SPECULATOREM
ET QUODCUMQ· UIDERIT
ADNUNTIET
ET UIDIT CURRUM DUORUM
EQUITUM
ASCENSOREM ASINI ET ASCEN
SOREM CAMELI
ET CONTEMPLATUS EST DILIGEN
TER MULTO INTUITU
ET CLAMAUIT LEO
SUPER SPECULA DNI EGO SUM
STANS IUGITER PER DIEM
ET SUPER CUSTODIAM MEAM
EGO SUM STANS TOTIS NOCTIB·
ECCE ISTE UENIT ASCENSOR
UIR BIGAE EQUITUM
ET RESPONDIT ET DIXIT
CECIDIT CECIDIT BABYLON
ET OMNIA SCULPTILIA DEORUM
EIUS CONTRITA SUNT IN TERRAM
TRITURA MEA ET FILIA AREAE MEAE
QUAE AUDIUI A DNO EXERCITUUM
DO ISRL ADNUNTIAUI UOBIS

XLVIII ONUS DUMA

AD ME CLAMAT EX SEIR

CUSTOS QUID DE NOCTE
CUSTOS QUID DE NOCTE
DIXIT CUSTOS UENIT MANE ET NOX
SI QUAERITIS QUAERITE CONUER
TIMINI UENITE
XLVIII ONUS IN ARABIA
IN SALTU AD UESPERAM DORMIE
TIS IN SEMITIS DODANIM
OCCURRENTES SITIENTI
FERTE AQUAM
QUI HABITATIS IN TERRA AUSTRI
CUM PANIBUS OCCURRITE
FUGIENTI
A FACIE ENIM GLADIORUM
FUGERUNT
A FACIE GLADII IMMINENTES
A FACIE ARCUS EXTENTI
A FACIE GRAUIS PROELII
QUONIAM HAEC DICIT DNS AD ME
ADHUC IN UNO ANNO QUASI IN
ANNO MERCENNARII
ET AUFERETUR OMNIS
GLORIA CAEDAR
ET RELIQUIAE NUMERI SAGITTA
RIORUM FORTIUM DE FILIIS
CAEDAR IMMINUENTUR
DNS ENIM DS ISRL LOCUTUS EST
L ONUS UALLIS UISIONIS
XXII QUID NAM TIBI QUOQUE EST QUIA
ASCENDISTI ET TU OMNIS IN TECTA
CLAMORIS PLENA URBS FREQUENS
CIUITAS EXULTANS
INTERFECTI TUI NON INTERFECTI
GLADIO NEC MORTUI IN BELLO
CUNCTI PRINCIPES TUI FUGERUNT
SIMUL DURAEQUE LIGATI SUNT
OMNES QUI INUENTI SUNT UINCTI
SUNT PARITER PROCUL
FUGIERUNT
PROPTEREA DIXI RECEDITE
A ME AMARAE FLEBO
NOLITE INCUMBERE UT CONSOLE
MINI ME SUPER UASTITATEM
FILIAE POPULI MEI

DIES ENIM INTERFECTIONIS
ET CONCULCATIONIS ET FLETUUM
DNO DO EXERCITUUM
IN UALLE UISIONIS
SCRUTANS MURUM ET MAGNI
FICUS SUPER MONTEM
ET AELAM SUMPSIT PHARETRAM
CURRUM HOMINIS ET EQUITIS
ET PARIETEM NUDABIT CLYPEUS
ET ERUNT ELECTAE UALLES TUAE
PLENAE QUADRIGARUM
ET EQUITES PONENT SEDES
SUAS IN PORTA
ET REUELABITUR OPERI
MENTUM IUDAE
ET UIDEBIS IN DIE ILLA ARMA
MENTARIUM DOMUS SALTUS
ET SCISSURAS CIUITATIS
DAUID UIDEBITIS QUIA
MULTIPLICATAE SUNT
ET CONGREGASTIS AQUAS
PISCINAE INFERIORIS
ET DOMOS HIERUSALEM
NUMERASTIS
ET DETRAXISTIS DOMOS
AD MUNIENDUM MURUM
ET LACUM FECISTIS INTER DUOS
MUROS ET AQUAM PISCINAE
UETERIS
ET NON SUSPEXISTIS AD EUM
QUI FECERAT EUM
ET OPERATOREM EIUS DE LONGE
NON UIDISTIS
ET UOCAUIT DNS DS EXERCI
TUUM IN DIE ILLA
AD FLETUM ET AD PLANCTUM
AD CALUITIUM ET AD CINGU
LUM SACCI
ET ECCE GAUDIUM ET LAETITIA
OCCIDERE UITULOS ET
IUGULARE ARIETES
COMEDERE CARNES
ET BIBERE UINUM
COMEDAMUS ET BIBAMUS

CRAS ENIM MORIEMUR
ET REUELATA EST UOX IN AURIB·
MEIS DNI EXERCITUUM
SI DIMITTITUR INIQUITAS HAEC UOBIS
DONEC MORIAMINI DICIT DNS
DS EXERCITUUM
LI HAEC DICIT DNS DS EXERCITUUM
UADE INGREDERE AD EUM QUI
HABITAT IN TABERNACULO
AD SOBNAM PRAEPOSITUM
TEMPLI ET DICES AD EUM
QUID TU HIC AUT QUASI QUIS HIC
QUIA EXCIDISTI TIBI HIC SEPULCHRU
EXCIDISTI IN EXCELSO MEMORIA
DILIGENTER IN PETRA M
TABERNACULUM TIBI
ECCE DNS ASPORTARI TE FACIET
SICUT ASPORTATUR GALLUS
GALLINACIUS
ET QUASI AMICTUM
SIC SUBLEUABIT TE
CORONANS CORONABIT TE
TRIBULATIONE
QUASI PILAM MITTET TE IN TERRA
LATAM ET SPATIOSAM
IBI MORIERIS ET IBI ERIT CURRUS
GLORIAE TUAE
IGNOMINIA DOMUS DNI TUI
ET EXPELLAM TE DE STATIONE TUA
ET DE MINISTERIO TUO DEPONAM TE
ET ERIT IN DIE ILLA
UOCABO SERUUM MEUM HELIACHI
FILIUM ELCHIAE
ET INDUAM ILLUM TUNICA M TUA M
ET INCINGULO TUO CONFORTABO
EUM
ET POTESTATEM TUAM DABO
IN MANU EIUS
ET ERIT QUASI PATER HABITANTIB·
HIERUSALEM ET DOMUI IUDA
ET DABO CLABEM DOMUS DAUID
SUPER HUMERUM EIUS
ET APERIET ET NON ERIT QUI CLAUDAT
ET CLAUDET ET NON ERIT QUI APERIAT

ET FIGAM ILLUM PAXILLUM
IN LOCO FIDELI
ET ERIT IN SOLIUM GLORIAE
DOMUS PATRIS SUI
ET SUSPENDENT SUPER EUM
OMNEM GLORIAM DOMUS
PATRIS EIUS
UASORUM DIUERSA GENERA
OMNE UAS PARUULUM
A UASIS CRATERARUM USQUE AD
OMNE UAS MUSICORUM
IN DIE ILLO DICIT DNS EXERCITUUM
AUFERETUR PAXILLUS QUI FIXUS
FUERAT IN LOCO FIDELI
ET FRANGETUR ET CADET ET PE
RIBIT QUOD PEPENDERAT IN EO
QUIA DNS LOCUTUS EST
ONUS TYRI
LII XXIII ULULATE NAUES MARIS QUIA UAS
TATA EST DOMUS UNDE UENIRE
CONSUEUERANT
DE TERRA CHETTHIM
REUELATUM EST EIS
TACETE QUI HABITATIS IN INSULA
NEGOTIATIO SIDONIS
TRANSFRETANTES MARE
REPLEUERUNT TE
IN AQUIS MULTIS SEMEN NILI MESSIS
FLUMINIS FRUGES EIUS
ET FACTA EST NEGOTIATIO GENTIU
ERUBESCE SIDON
AIT ENIM MARE FORTITUDO
MARIS DICENS
NON PARTURIUI ET NON PEPERI
ET NON ENUTRIUI IUUENES
NEC AD INCREMENTUM
PERDUXI UIRGINES
CUM AUDITUM FUERIT IN
AEGYPTO DOLEBUNT CUM
AUDIERINT DE TYRO
TRANSITE MARIA ULULATE
QUI HABITATIS IN INSULA
NUMQUID NON HAEC UESTRA EST
QUAE GLORIABATUR A DIEBUS

PRISTINIS IN ANTIQUITATE SUA
DUCENT EAM PEDES SUI LONGE
AD PEREGRINANDUM
QUIS COGITAVIT HOC SUPER TYRUM
QUONDAM CORONATAM
CUIUS NEGOTIATORES PRINCI
CIPES INSTITUTORES EIUS
INCLYTI TERRAE
DNS EXERCITUUM COGITAVIT
HOC UT DETRAHERET SUPER
BIAM OMNIS GLORIAE
ET AD IGNOMINIAM DEDUCERET
UNIVERSOS INCLYTOS TERRAE
TRANSI TERRAM TUAM
QUASI FLUMEN
FILIA MARIS NON EST CINGULUS
ULTRA TIBI
MANUM SUAM EXTENDIT
SUPER MARE CONTURBAVIT
REGNA
DNS MANDAVIT ADVERSUM
CHANAAN, UT CONTERERET
FORTES EIUS
ET DIXIT NON ADICIES ULTRA
UT GLORIERIS
CALUMNIAM SUSTINENS
VIRGO FILIA SIDONIS
IN CETTHIM CONSURGENS
TRANSFRETA IBI QUOQUE
NON ERIT REQUIES TIBI
ECCE TERRA CHALDAEORUM
TALIS POPULUS NON FUIT
ASSUR FUNDAVIT EAM
IN CAPTIVITATEM TRANSDUX
ERUNT ROBUSTOS EIUS
SUFFODERUNT DOMOS EIUS
POSUERUNT EAM IN RUINAM
ULULATE NAVES MARIS QUIA
DEVASTATA EST FORTITUDO
VESTRA
ET ERIT IN DIE ILLA
IN OBLIVIONE MERIS, O TYRE
SEPTUAGINTA ANNIS SICUT
DIES REGIS UNIUS

POST SEPTUAGINTA AUTEM
ANNOS ERIT TYRO
QUASI CANTICUM MERETRICIS
SUME CITHARAM CIRCUMI
CIVITATEM MERETRIX
OBLIVIONI TRADITA
BENE CANE FREQUENTA CANTICUM
UT MEMORIA TUI SIT
post ET ERIT SEPTUAGINTA ANNOS
VISITABIT DNS TYRUM
ET REDUCET EAM AD MER
CEDES SUAS
ET RURSUM FORNICABITUR
CUM UNIVERSIS REGNIS TERRAE
SUPER FACIEM TERRAE
ET ERUNT NEGOTIATIO EIUS
ET MERCEDES EIUS
SCIFICATAE DNO
NON CONDENTUR NEQUE
REPONENTUR
QUIA HIS QUI HABITAVERUNT
CORAM DNO ERIT NEGOTI
ATIO EIUS
UT MANDUCENT IN SATURITATEM
ET VESTIANTUR USQUE
AD VETUSTATEM
LIII ECCE DNS DISSIPABIT TERRAM
ET NUDABIT EAM
ET ADFLIGET FACIEM EIUS ET DI
SPERGET HABITATORES EIUS
ET ERIT SICUT POPULUS
SIC SACERDOS
ET SICUT SERVUS SIC
DOMINUS EIUS
SICUT ANCILLA SIC DOMINA EIUS
SICUT EMENS SIC ILLE QUI VENDIT
SICUT FAENERATOR SIC IS
QUI MUTUUM ACCIPIT
SICUT QUI REPETIT SIC QUI DEBET
DISSIPATIONE DISSIPABITUR TERRA
ET DIREPTIONE PRAEDABITUR
DNS ENIM LOCUTUS EST
VERBUM HOC
LUXIT ET DEFLUXIT TERRA

ET INFIRMATA EST
DEFLUXIT ORBIS INFIRMATA EST
ALTITUDO POPULI TERRAE
ET TERRA INTERFECTA EST
AB HABITATORIBUS SUIS
QUIA TRANSGRESSI SUNT LEGES
MUTAUERUNT IUS DISSIPA
UERUNT FOEDUS SEMPITERNU̅
PROPTER HOC MALEDICTIO
UORABIT TERRAM ET PECCA
BUNT HABITATORES EIUS
IDEOQUE INSANIENT CULTORES
EIUS ET RELINQUENTUR
HOMINES PAUCI
LIIII LUXIT UINDEMIA
INFIRMATA EST UITIS
INGEMUERUNT OMNES QUI
LAETABANTUR CORDE
CESSAUIT GAUDIUM TYMPANORU̅
QUIEUIT SONITUS LAETANTIUM
CONTICUIT DULCEDO CITHARAE
CUM CANTICO NON BIBENT
UINUM AMARA ERIT POTIO
BIBENTIBUS ILLAM
ATTRITA EST CIUITAS UANITATIS
CLAUSA EST OMNIS DOMUS
NULLO INTROEUNTE
CLAMOR ERIT SUPER UINO
IN PLATEIS
DESERTA EST OMNIS LAETITIA
TRANSLATUM EST GAUDIUM
TERRAE
RELICTA EST IN URBE SOLITUDO
ET CALAMITAS OPPRIMET
PORTAS
QUIA HAEC ERUNT IN MEDIO TER
RAE IN MEDIO POPULORUM
QUOMODO SI PAUCAE OLIBAE
QUAE REMANSERUNT EX
CUTIANTUR EX OLEA
ET RACEMI CUM FUERIT
FINITA UINDEMIA
HI LEUABUNT UOCEM SUAM
ADQUE LAUDABUNT
CUM GLORIFICATUS FUERIT DN̄S
HI UENIENT DE MARI
PROPTER HOC IN DOCTRINIS
GLORIFICATE DN̄M
IN INSULIS MARIS NOMEN DN̄I DĪ ISRL̄
A FINIBUS TERRAE LAUDES AUDIUI
MUS GLORIAM IUSTI
ET DIXI SECRETUM MEUM MIHI
SECRETUM MEUM MIHI
UAE MIHI
LV PRAEUARICANTES PRAEUARICATI SUNT
ET PRAEUARICATIONE TRANS
GRESSORUM PRAEUARICATI SUNT
FORMIDO ET FOUEAE ET LAQUEUS
SUPER TE QUI HABITATOR ES
TERRAE
ET ERIT QUI FUGERIT A UOCE FOR
MIDINIS CADET IN FOUEAM
ET QUI SE EXPLICUERIT DE FOUEA
TENEBITUR LAQUEO
QUIA CATARACTAE DE EX
CELSIS APERTAE SUNT
ET CONCUTIENTUR FUNDA
MENTA TERRAE
CONFRACTIONE CONFRINGETUR
TERRA CONTRITIONE
CONTERETUR TERRA
COMMOTIONE COMMO
UEBITUR TERRA
AGITATIONE AGITABITUR
TERRA SICUT EBRIUS
ET AUFERETUR QUASI TABER
NACULUM UNIUS NOCTIS
ET GRAUABIT EAM INIQUITAS
SUA ET CORRUET ET NON
ADICIET UT RESURGAT
ET ERIT IN DIE ILLA
UISITABIT DN̄S SUPER MILITIAM
CAELI IN EXCELSO
ET SUPER REGES TERRAE QUI
SUNT SUPER TERRAM
ET CONGREGABUNTUR IN CON
GREGATIONEM UNIUS
FASCIS IN LACUM

ET CLUDENTUR IBI IN CARCEREM
ET POST MULTOS DIES
UISITABUNTUR
ET ERUBESCET LUNA ET CON
FUNDETUR SOL
LVI CUM REGNAUERIT DNS EXERCI
TUUM IN MONTE SION
ET IN HIERUSALEM
ET IN CONSPECTU SENUM SUORU
FUERIT GLORIFICATUS
DNE DS MEUS ES TU EXALTABO TE
ET CONFITEBOR NOMINI TUO
QUONIAM FECISTI MIRABILIA
COGITATIONES ANTIQUAS
FIDELES AMEN
QUIA POSUISTI CIUITATEM
IN TUMULUM URBEM
FORTEM IN RUINAM
DOMUM ALIENORUM UT NON
SIT CIUITAS ET IN SEMPITER
NUM NON AEDIFICETUR
SUPER HOC LAUDABIT TE
POPULUS FORTIS
CIUITAS GENTIUM ROBUSTARUM
TIMEBIT TE
QUIA FACTUS ES FORTITUDO PAU
PERI FORTITUDO EGENO
IN TRIBULATIONE SUA
SPES A TURBINE UMBRACULUM
AB AESTU
SPS ENIM ROBUSTORUM QUASI
TURBO INPELLENS PARIETEM
SICUT AESTUM IN SITIM TUMULTU
ALIENORUM HUMILIABIS
ET QUASI CALORE SUB NUBE TORREN
TE PROPAGINEM FORTIUM
MARCESCERE FACIES
LVII ET FACIET DNS EXERCITUUM
OMNIBUS POPULIS IN MONTE HOC
CONUIUIUM PINGUIUM
CONUIUIUM UINDEMIAE
PINGUIUM MEDULLATORUM
UINDEMIAE DEFECATAE
ET PRAECIPITABIT IN MONTE ISTO
FACIEM UINCULI CONLIGATI
SUPER OMNES POPULOS
ET TELAM QUAM ORDITUS EST
SUPER UNIUERSAS NATIONES
PRAECIPITABIT MORTEM
IN SEMPITERNUM
ET AUFERET DNS DS LACRIMAM
AB OMNI FACIE
ET OBPROBRIUM POPULI SUI
AUFERET DE UNIUERSA TERRA
QUIA DNS LOCUTUS EST
LVIII ET DICENT IN DIE ILLA ECCE
DS NOSTER ISTE
EXPECTAUIMUS EUM
ET SALUABIT NOS
ISTE DNS SUSTINUIMUS EUM
EXULTABIMUS ET LAETABI
MUR IN SALUTARI EIUS
QUIA REQUIESCET MANUS DNI
IN MONTE ISTO
ET TRITURABITUR MOAB SUB EO
SICUT TERUNTUR PALEAE
IN PLAUSTRO
ET EXTENDIT MANUS SUAS
SUB EO SICUT EXTENDIT
NATANS AD NATANDUM
ET HUMILIABIT GLORIAM EIUS
CUM ADLISIONE MANUUM EIUS
ET MUNIMENTA SUBLIMIUM
MURORUM TUORUM CONCIDENT
ET HUMILIABUNTUR ET DETRA
HENTUR IN TERRAM USQUE
AD PULUEREM
IN DIE ILLA CANTABITUR CANTICU
ISTUD IN TERRA IUDA
URBS FORTITUDINIS NOSTRAE
SALUATOR
PONETUR IN EA MURUS
ET ANTEMURALE
APERITE PORTAS ET INGREDIATUR
GENS IUSTA CUSTODIENS
UERITATEM
UETUS ERROR ABIIT SERUABIS PACE
QUIA IN TE SPERAUIMUS

SPERASTIS IN DÑO IN SAECULIS
AETERNIS
IN DÑO DŌ FORTI IN PERPETUUM
QUIA INCURUABIT HABITANTES
IN EXCELSO CIUITATEM SUBLIMĒ
HUMILIABIT HUMILIABIT EAM
USQUE AD TERRAM
DETRAHET EAM USQ· AD PULUERĒ
CONCULCABIT EAM PES PEDES
PAUPE RIS GRES SUS
EGENORUM
SEMITA IUSTI RECTA EST RECTUS
CALLIS IUSTI AD AMBULANDUM
ET IN SEMITA IUDICIORUM TUORŪ
DÑE SUSTINUIMUS TE
NOMEN TUUM ET MEMORIALE
TUUM IN DESIDERIO ANIMAE
ANIMA MEA DESIDERAUIT TE
IN NOCTE
SED ET SP̄U MEO IN PRAECORDIIS
MEIS DE MANE UIGILABO AD TE
CUM FECERIS IUDICIA TUA IN TERRA
IUSTITIAM DISCENT HABITA
TORES ORBIS
MISEREAMUR IMPIO
ET NON DISCET IUSTITIAM
IN TERRA SC̄ORUM INIQUE GESSIT
ET NON UIDEBIT GLORIAM DÑI
LVIIII DÑE EXALTETUR MANUS TUA
ET NON UIDEANT
UIDEANT ET CONFUNDANTUR
ZELANTES POPULI
ET IGNIS HOSTES TUOS DEUORET
DÑE DABIS PACEM NOBIS OMNIA
ENIM OPERA NOSTRA OPE
RATUS ES NOBIS
DÑE DS̄ NOSTER POSSIDERUNT
NOS DOMINI ABSQUE TE TANTUM
IN TE RECORDEMUR NOMINIS TUI
MORIENTES NON UIUANT GIGANTES
NON RESURGANT
PROPTEREA UISITASTI ET CON
TRIUISTI EOS
ET PERDIDISTI OMNEM
MEMORIAM EORUM
INDULSISTI GENTI DÑE INDULSISTI GENTI
NUMQUID GLORIFICATUS ES
ELONGASTI OMNES TERMINOS TERRAE
DÑE IN ANGUSTIA REQUISIERUNT TE
IN TRIBULATIONE MURMURIS
DOCTRINA TUA EIS
SICUT QUI CONCIPIT CUM ADPRO
PINQUAUERIT AD PARTUM
DOLENS CLAMAT IN DOLORIB· SUIS
SIC FACTI SUMUS A FACIE TUA DÑE
CONCEPIMUS ET QUASI PARTURI
UIMUS ET PEPERIMUS SP̄M
SALUTES NON FECIMUS IN TERRA
IDEO NON CECIDERUNT
HABITATORES TERRAE
UIUENT MORTUI TUI INTER
FECTI MEI RESURGENT
EXPERGISCIMINI ET LAUDATE
QUI HABITATIS IN PULUEREM
QUIA ROS LUCIS ROS TUUS
ET TERRAM GIGANTUM
DETRAHES IN RUINAM
UADE POPULUS MEUS INTRA
IN CUBICULA TUA CLADE
OSTIA TUA SUPER TE
ABSCO NDERE MODICUM AD
MOMENTUM DONEC PER
TRANSEAT INDIGNATIO
ECCE ENIM DÑS EGREDITUR
DE LOCO SUO
UT UISITET INIQUITATEM HABITA
TORIS TERRAE CONTRA EUM
ET REUELAUIT TERRA SANGUINĒ SUUM
ET NON OPERIET ULTRA
INTERFECTOS SUOS
LX IN DIE ILLO UISITABIT DÑS IN GLADIO
SUO DURO ET GRANDI ET FORTI
SUPER LEUIATHAN SERPENTEM
UECTEM
ET SUPER LEUIATHAN SERPEN
TEM TORTUOSUM
ET OCCIDET CETUM QUI IN MARI EST
IN DIE ILLA UINEA MERI CANTABIT EI

EGO DNS QUI SERUO EAM REPENTE
PROPINABO EI
NE FORTE UISITETUR CONTRA EAM
NOCTE ET DIE SERUO EAM
INDIGNATIO NON EST MIHI
QUIS DABIT ME SPINAM ET UEPREM
IN PROELIO
GRADIAR SUPER EAM SUCCEN
DAM EAM PARITER
AN POTIUS TENEBIT FORTITUDI
NEM MEAM FACIET PACEM
MIHI PACEM FACIET MIHI
QUI INGREDIUNTUR INPETU AD IACOB
FLOREBIT ET GERMINAUIT ISRL
ET INPLEBUNT FACIEM
ORBIS SEMINE
NUMQUID IUXTA PLAGAM PER
CUTIENTIS SE PERCUSSIT EAM
AUT SICUT OCCIDIT INTERFECTOS
EIUS SIC OCCISUS EST
IN MENSURA CONTRA MENSU
RAM CUM ABIECTA FUERIT
IUDICABIS EAM
LXI IDCIRCO SUPER HOC DEMITTE
TUR INIQUITAS DOMUI IACOB
ET ISTE OMNIS FRUCTUS U T
AUFERATUR PECCATU M EIUS
CUM POSUERIT OMNES LAPIDES
ALTARIS SICUT LAPIDES
CINERIS ADLISOS
NON STABUNT LUCI ET DELUBRA
CIUITAS ENIM MUNITA
DESOLATA ERIT
SPECIOSA RELINQUETUR ET DI
MITTETUR QUASI DESERTUM
IBI PASCETUR UITULUS ET IBI
ACCUBABIT ET CONSUMET
SUMMITATES EIUS
LXII IN SICCITATE MESSIS ILLIUS CON
TERENTUR MULIERES UENIEN
TES ET DOCENTES EAM
NON EST ENIM POPULUS SAPIENS
PROPTEREA NON MISEREBITUR
EIUS QUI FECIT EUM ET QUI
FORMABIT EUM NON PARCET EI
ET ERIT IN DIE ILLA
PERCUTIET DNS AB ALBEO FLU
MINIS USQ AD TORRENTEM
AEGYPTI
ET UOS CONGREGABIMINI UNUS
ET UNUS FILII ISRAHEL
ET ERIT IN DIE ILLA CLANGETUR
IN TUBA MAGNA
ET UENIENT QUI PE RDITI
FUERA NT DE TERRA ASSYRI
ORUM ET QUI EIECTI ERANT
IN TERRA AEGYPTI
ET ADORABUNT DNM IN MONTE
SCO IN HIERUSALEM
LXIII UAE CORONAE SUPERBIAE
EBRIIS EFRAIM
ET FLORI DECIDENTI GLORIAE
EXULTATIONIS EIUS
QUI ERANT IN UERTICE UALLIS
PINGUISSIMAE ERRANTES A UINO
ECCE UALIDUS ET FORTIS DNS
SICUT IMPETUS GRANDINIS
TURBO CONFRINGENS
SICUT IMPETUS AQUARUM
MULTARUM INUNDANTIUM
EMISSARUM SUPER
TERRAM SPATIOSAM
PEDIBUS CONCULCABITUR
CORONA SUPERBIAE
EBRIORUM EFRAIM
ET ERIT FLOS DECIDENS GLORIAE
EXULTATIONIS EIUS QUI EST
SUPER UERTICEM UALLIS
PINGUIUM
QUASI TEMPORANEUM ANTE
MATURITATEM AUTUMNI
QUOD CUM ASPEXERIT UIDENS STATIM
UT MANU TENUERIT DEUORA
UIT ILLUD
IN DIE ILLA ERIT DNS EXERCITUUM
CORONA GLORIAE ET SERTUM
EXULTATIONIS
RESIDUO POPULI SUI

ET SPS IUDICII SEDENTIS
SUPER IUDICIUM
ET FORTITUDO REUERTENTIBUS
DE BELLO AD PORTAM
LXIIII UERUM HI QUOQ· PRAE UINO
NESCIERUNT ET PRAE EBRIE
TATE ERRAUERUNT
SACERDOS ET PROPHETA NESCI
ERUNT PRAE EBRIETATE
ABSORTI SUNT A UINO
ERRAUERUNT IN EBRIETATE
NESCIERUNT UIDENTEM
IGNORAUERUNT IUDICIUM
OMNES ENIM MENSAE REPLETAE
SUNT UOMITU SORDIUMQ· ITA
UT NON ESSET ULTRA LOCUS
QUEM DOCEBIT SCIENTIAM
ET QUEM INTELLEGERE
FECIT AUDITUM
ABLACTATOS A LACTE A PULSOS
AB UBERIBUS
QUIA MANDA REMANDA
MANDA REMANDA
EXPECTA REEXPECTA
EXPECTA REEXPECTA
MODICUM IBI MODICUM IBI
LOQUELLA ENIM LABII ET LINGUA
ALTERA LOQUETUR
AD POPULUM ISTUM
CUI DIXIT HAEC REQUIES RE
FICIT LASSUM
ET HOC EST MEUM REFRIGERIU͞
ET NOLUERUNT AUDIRE
ET ERIT EIS UERBUM DNI
MANDA REMANDA
MANDA REMANDA
EXPECTA REEXPECTA
EXPECTA REEXPECTA
MODICUM IBI, MODICUM IBI
UT UADANT ET UADANT RETRORSU͞
ET CONTERANTUR ET IN LAQUEN
TUR ET CAPIANTUR
LXV PROPTER HOC AUDITE UERBUM
DNI UIRI INLUSORES

QUI DOMINAMINI SUPER POPULUM
MEUM QUI EST IN HIERUSALEM
DIXISTIS ENIM PERCUSSIMUS
FOEDUS CUM MORTE ET CUM
INFERNO FECIMUS PACTUM
FLAGELLUM INUNDANS CUM TRAN
SIERIT NON UENIET SUPER NOS
QUIA POSUIMUS MENDACIUM
SPEM NOSTRAM
ET MENDACIO PROTECTI SUMUS
IDCIRCO HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO MITTAM IN FUNDA
MENTIS SION LAPIDEM
LAPIDEM PROBATUM ANGULARE͞
PRETIOSUM IN FUNDAMENTO
FUNDATUM
QUI CREDIDERIT NON FESTINET
ET PONAM IUDICIUM IN PONDERE
ET IUSTITIAM IN MENSURA
ET SUBUERTET GRANDO
SPEM MENDACII
ET PROTECTIONEM AQUAE
INUNDABUNT
ET DELEBITUR FOEDUS UESTRUM
CUM MORTE
ET PACTUM UESTRUM CUM IN
FERNO NON STABIT
FLAGELLUM INUNDANS CUM TRAN
SIERIT ERITIS EI IN CONCULCATIONE͞
QUANDOCUMQ· PERTRANSI
ERIT TOLLET UOS
QUONIAM MANE DILUCULO PERTRAN
SIBIT IN DIE ET NOCTE
ET TANTUM MODO SOLA UEXATIO
INTELLECTUM DABIT AUDITUI
COANGUSTATUM EST ENIM STRA
TUM ITA UT ALTER DECIDAT
ET PALLIUM BREUE UTRUMQ·
OPERIRE NON POTEST
LXVI SICUT ENIM IN MONTE DIUISIO
NUM STABIT DNS
SIC IN UALLE QUAE EST IN GABAO
IRASCETUR
UT FACIAT OPUS SUUM ALIENUM

OPUS EIUS
UT OPERETUR OPUS SUUM PER
EGRINUM EST OPUS AB EO
ET NUNC NOLITE INLUDERE
NE FORTE CONSTRINGANTUR
UINCULA UESTRA
CONSUMMATIONEM ENIM ET AD
BREUIATIONEM AUDIUI A DNO
DO EXERCITUUM SUPER
UNIUERSAM TERRAM
AURIBUS PERCIPITE ET AUDITE
UOCEM MEAM
ADTENDITE ET AUDITE
ELOQUIUM MEUM
NUMQUID TOTA DIE ARABIT
ARANS UT SERAT
PROSCINDET ET SARIET
HUMUM SUAM
NONNE CUM ADAEQUAUERIT
FACIEM EIUS SERET GITH
ET CYMINUM SPARGET
ET PONET TRITICUM PER ORDINE
ET HORDEUM ET MILIUM
ET UICIAM IN FINIB SUIS
ET ERUDIET ILLUM IN IUDICIO
DS SUUS DOCEBIT ILLUM
NON ENIM IN SERRIS TRITU
RABITUR GITH
NEC ROTA PLAUSTRI SUPER
CYMINUM CIRCUMIET
SED IN UIRGA EXCUTIETUR GITH
ET CYMINUM IN BACULO
PANIS AUTEM COMMINUETUR
UERUM NON IN PERPETUUM
TRITURANS TRITURABIT ILLUM
NEQ UEXABIT EUM ROTA PLAUSTRI
NEC INUNGULIS SUIS CON
MINUET EUM
ET HOC A DNO DO EXERCITUUM EXIVIT
UT MIRABILE FACERET CONSILIUM
ET MAGNIFICARET IUSTITIAM
LXVII UAE ARIHEL ARIHEL CIUITAS
XXIX QUAM EXPUGNAUIT DAUID
ADDITUS EST ANNUS AD ANNUM
SOLLEMNITATES EUOLUTAE SUNT
ET CIRCUMUALLABO ARIHEL
ET ERIT TRISTIS ET MAERENS
ET ERIT MIHI QUASI ARIHEL
ET CIRCUMDABO QUASI SPERAM
IN CIRCUITU TUO ET IACIAM
CONTRA TE AGGEREM
ET MUNIMENTA PONAM
IN OBSIDIONEM TUAM
HUMILIABERIS
DE TERRA LOQUERIS ET DE HUMO
AUDIETUR ELOQUIUM TUUM
ET ERIT QUASI PYTHONIS DE TERRA
UOX TUA ET DE HUMO ELO
QUIUM TUUM MUSSITABIT
ET ERIT SICUT PULUIS TENUIS
MULTITUDO UENTILANTIUM TE
ET SICUT FAUILLA PERTRANSIENS
MULTITUDO EORUM QUI CONTRA
TE PRAEUALUERUNT
LXVIII ERITQUE REPENTE CONFESTIM
A DNO EXERCITUUM UISITABITUR
IN TONITRUO ET COMMOTIONE
TERRAE
ET UOCE MAGNA TURBINIS ET TEM
PESTATIS ET FLAMMAE
IGNIS DEUORANTIS
ET ERIT SICUT SOMNIUM
UISIONIS NOCTURNAE
MULTITUDO OMNIUM GENTIUM
QUAE DIMICAUERUNT
CONTRA ARIHEL
ET OMNES QUI MILITAUERUNT ET
OBSEDERUNT ET PRAEUALU
ERUNT ADUERSUS EAM
ET SICUT SOMNIAT ESURIENS
ET COMEDIT
CUM AUTEM FUERIT EXPERTUS
UACUA EST ANIMA EIUS
ET SICUT SOMNIAT SITIENS
ET BIBIT
ET POSTQUAM FUERIT EXPERGE
FACTUS LASSUS ADHUC SITIT
ET ANIMA EIUS UACUA EST

sic erit multitudo omnium gentiu(m)
quae dimicaverunt contra
montem Sion
LXVIIII Obstupescite et admiramini
fluctuate et vacillate
inebriamini et non a vino
movemini et non in ebrietate
quoniam miscuit d(omi)n(u)s vobis
sp(iritu)m soporis
claudet oculos vestros
propheta
et principes vestros qui vident
visiones operiet
et erit vobis visio omnium
sicut verba libri signati
quem cum dederint scienti
litteras dicent lege istum
et respondebit non possum
signatum est enim
et dabitur liber nescienti
litteras diceturq(ue) ei lege
et respondebit nescio
litteras
et dixit d(omi)n(u)s
eo quod adpropinquat popu
lus iste ore suo et labiis
suis glorificat me
cor autem eius longe est a me
et timuerunt me mandato
hominum et doctrinis
ideo ecce ego addam ut admi
rationem faciam populo
huic miraculo grandi
et stupendo
peribit enim sapientia a sapien
tib(us) eius et intellectus
prudentium eius absconde(tu)r
LX Vae qui profundi estis corde
ut a d(omi)no abscondatis consilium
quorum sunt in tenebris opera
et dicunt quis videt nos
et quis novit nos
perversa est haec vestra
cogitatio
quasi lutum contra figulum
cogitet
et dicat opus factori suo
non fecisti me
et figmentum dicat fictori
suo non intellegis
LXX Non ne adhuc in modico
et in brevi
et vertetur Libanus in cher
mel et chermel in saltum
reputabitur
et audient in die illa surdi
verba libri
et de tenebris et caligine
oculi caecorum videbunt
et addent mites in d(omi)no laetitia(m)
et pauperes homines
in s(an)c(t)o Isr(ae)l exultabunt
quoniam defecit qui prae
valebat consummatus
est inlusor
et succisi sunt omnes qui vigi
labant super iniquitatem
qui pec care faciebant
homines in verbo
et arguentem in porta
supplantabant
et declinaverunt frustra
a iusto
propter hoc haec dicit d(omi)n(u)s
ad domum Iacob qui
redemit Abraham
non modo confundetur
Iacob nec modo vultus
eius erubescet
sed cum viderit filios suos
opera manuum mearum
in medio sui s(an)c(t)ificantes
nomen meum
et s(an)c(t)ificabunt s(an)c(tu)m Iacob
et d(eu)m Isr(ae)l praedicabunt
et scient errantes sp(irit)u in
tellectum et mussita
tores discent legem

XXX AE FILII DESERTORES DICIT DNS
UT FACERETIS CONSILIUM
ET NON EX ME
ET ORDIREMINI TELAM ET NON
PER SPM MEUM
UT ADDERETUR PECCATUM
SUPER PECCATUM
QUI AMBULATIS UT DESCENDA
TIS IN AEGYPTUM ET OS MEUM
NON INTERROGASTIS
SPERANTES AUXILIUM IN FORTI
TUDINE FARAO ET HABENTES
FIDUCIAM IN UMBRA AEGYPTI
ET ERIT UOBIS FORTITUDO FARA
ONIS IN CONFUSIONEM ET FIDU
CIA UMBRAE AEGYPTI
IN IGNOMINIAM
ERANT ENIM IN THANIS PRINCI
PES TUI ET NUNTII TUI USQUE
AD ANES PERUENERUNT
OMNES CONFUSI SUNT SUPER
POPULO QUI EIS PRODESSE
NON POTUIT
NON FUERUNT IN AUXILI UM
ET IN ALIQUAM UTILITATEM
SED IN CONFUSIONEM
ET OPPROBRIUM

LXXII ONUS IUMENTORUM AUSTRI
IN TERRA TRIBULATIONIS ET AN
GUSTIAE LEAENA ET LEO
EX EIS UIPERA ET REGULUS
UOLANS
PORTANTES SUPER HUMEROS
IUMENTORUM DIUITIAS SUAS
ET SUPER GYBBUM CAMELLO
RUM THESAUROS SUOS
AD POPULUM QUI EIS PRODESSE
NON POTERIT
AEGYPTUS ENIM FRUSTRA
ET UANAE AUXILIABITUR IDEO
CLAMAUI SUPER HOC
SUPERBIA TANTUM EST QUIESCE
NUNC INGRESSUS SCRIBE EIS
SUPER BUXUM ET IN LIBRO
DILIGENTER EXARA ILLUD
ET ERIT IN [die] NOUISSIMO IN TESTIMO
NIUM USQ. AD AETERNUM
POPULUS ENIM AD IRACUNDIAM
PROUOCANS EST ET FILII
MENDACES
FILII NOLENTES AUDIRE LEGEM DNI
QUI DICUNT UIDENTIB.
NOLITE UIDERE
ET ASPICIENTIBUS NOLITE ASPICE
RE NOBIS EA QUAE RECTA SUNT
LOQUIMINI NOBIS PLACENTIA
UIDETE NOBIS ERRORES
AUFERTE A ME UIAM DECLINATE
A ME SEMITAM
CESSET A FACIE NOSTRA SCS ISRL
PROPTEREA HAEC DICIT SCS ISRL
PRO EO QUOD REPROBASTIS
UERBUM HOC
ET SPERASTIS IN CALUMNIAM
ET TUMULTUM ET INNIXI
ESTIS SUPER EO
PROPTEREA ERIT UOBIS
INIQUITAS HAEC
SICUT INTERRUPTIO CADENS
ET REQUISITA IN MURO
EXCELSO
QUONIAM SUBITO DUM NON
SPERATUR UENIET CON
TRITIO EIUS
ET COMMINUITUR SICUT CON
TERITUR LAGOENA FIGULI
CONTRITIONE PERUALIDA
ET NON INUENIETUR DE FRAG
MENTIS EIUS TESTA
IN QUA PORTETUR IGNICULUS
DE INCENDIO
AUT HAURIATUR PARUM
AQUAE DE FOUEA
QUIA HAEC DICIT DNS DS SCS ISRL

LXXIII SI REUERTAMINI ET QUIESCATIS
SALUI ERITIS
IN SILENTIO ET IN SPE ERIT FORTI
TUDO UESTRA ET NOLUISTIS

ET DIXISTIS NEQUAQUAM SED AD
EQUOS FUGIEMUS IDEO FUGIETIS
ET SUPER UELOCES ASCENDEMUS
IDEO UELOCES ERUNT QUI PER
SEQUENTUR UOS
MILLE HOMINES A FACIE TERRO
RIS UNIUS ET A FACIE TERRORIS
QUINQUE FUGIENTIS
DONEC RELINQUAMINI QUASI MALUS
NAUIS IN UERTICE MONTIS ET
QUASI SIGNUM SUPER COLLEM
PROPTEREA EXPECTAT DNS
UT MISEREATUR UESTRI
ET IDEO EXALTABITUR
PARCENS UOBIS
LXXIIII QUIA DS IUDICII DNS BEATI OMNES
QUI EXPECTANT EUM
POPULUS ENIM SION HABITABIT
IN HIERUSALEM
PLORANS NEQUAQUAM PLORA
BIS MISERENS MISEREBITUR TUI
AD UOCEM CLAMORIS TUI
STATIM UT AUDIERIT
RESPONDEBIT TIBI
ET DABIT DNS PANEM UOBIS
ARTUM ET AQUAM BREUEM
ET NON FACIET AUOLARE A TE
ULTRA DOCTOREM TUUM
ET ERUNT OCULI TUI UIDENTES
PRAECEPTOREM TUUM
ET AURES TUAE AUDIENT
UERBUM POST TERGUM MONENTIS
HAEC UIA AMBULATE IN EA NEQUE
AD DEXTRAM NEQUE
AD SINISTRAM
ET CONTAMINABIS LAMMINAS
SCULPTILIUM ARGENTI TUI
ET UESTIMENTUM CON
FLATILIS AURI TUI
ET DISPARGIS EA SICUT INMUNDI
TIAM MENSTRUATAE · Egredere dicesque ·
LXXV ET DABITUR PLUUIA SEMINI TUO
UBICUMQ· SEMINAUERIS
IN TERRA

ET PANIS FRUGUM TERRAE ERIT
UBERRIMUS ET PINGUIS
PASCETUR IN POSSESSIONE TUA
IN DIE ILLO AGNUS SPATIOSE
ET TAURI TUI ET PULLI ASINORUM
QUI OPERANTUR TERRAM
COMMIXTUM MIGMA COME
DENT SIGNARE AUT UENTI
LATUM EST
ET ERUNT SUPER OMNEM
MONTEM EXCELSUM
ET SUPER OMNEM COLLEM ELEUA
TUM RIUI CURRENTIUM AQUARŪ
IN DIE INTERFECTIONIS MULTORUM
CUM CECIDERINT TURRES
ET ERIT LUX LUNAE SICUT LUX SOLIS
ET LUX SOLIS ERIT SEPTEMPLICITER
SICUT LUX SEPTEM DIERUM
IN DIE QUA ALLIGAUERIT DNS
UULNUS POPULI SUI
ET PERCUSSURAM PLAGAE
EIUS SANAUERIT
LXXVI ECCE NOMEN DNI UENIT
DE LONGINQUO
ARDENS FUROR EIUS ET GRAUIS
AD PORTANDUM
LABIA EIUS REPLETA SUNT
INDIGNATIONE
ET LINGUA EIUS QUASI IGNIS
DEUORANS
SPS EIUS UELUT TORRENS INUN
DANS USQ· AD MEDIUM COLLI
AD PERDENDAS GENTES IN NIHILUM
ET FRENUM ERRORIS QUOD ERAT
IN MAXILLIS POPULORUM
CANTICUM ERIT UOBIS SICUT UOX
SCIFICATAE SOLLEMNITATIS
ET LAETITIA CORDIS SICUT QUI
PERGIT CUM TIBIA
UT INTRET IN MONTEM DNI
AD FORTEM ISRAHEL
ET AUDITAM FACIET DNS
GLORIAM UOCIS SUAE
ET TERROREM BRACHII SUI OSTENDET

IN COMMINATIONE FURORIS ET FLAM
MA IGNIS DEUORANTIS
ALLIDET IN TURBINE ET IN LAPIDE
GRANDINIS
A UOCE ENIM DNI PAUEBIT ASSUR uirga per
ET ERIT TRANSITUS UIRGAE FUNDATUS passus
QUAM REQUIESCERE FACIET
DNS SUPER EUM
IN TYMPANIS ET IN CITHARIS ET IN
BELLIS PRAECIPUIS EXPUGNA
BIT EOS
PRAEPARATA EST ENIM AB HERI
TOFETH · A REGE PRAEPARATA
PROFUNDA ET DILATATA
NUTRIMENTA EIUS IGNIS
ET LIGNA MULTA
FLATUS DNI SICUT TORRENS SUL
PHURIS SUCCENDENS EAM
LXXVII XXXI UAE QUI DESCENDUNT IN AEGYPTU
AD AUXILIUM IN EQUIS SPERANTES
ET HABENTES FIDUCIAM SUPER
QUADRIGIS QUIA MULTAE SUNT
ET SUPER EQUITIB · QUIA
PRAEUALIDI NIMIS
ET NON SUNT CONFISI SUPER
SCM ISRAHEL
ET DNM NON REQUISIERUNT
IPSE AUTEM SAPIENS ADDUXIT
MALUM ET UERBA SUA
NON ABSTULIT
ET CONSURGET CONTRA
DOMUM PESSIMORUM
ET CONTRA AUXILIUM OPERAN
TIUM INIQUITATEM
AEGYPTUS HOMO ET NON DEUS
ET EQUI EORUM CARO
ET NON SPS
ET DNS INCLINABIT MANUM SUAM
ET CONRUET AUXILIATOR ET CADET
CUI PRAESTATUR AUXILIUM
SIMULQ · OMNES CONSUMENTUR
LXXVIII QUIA HAEC DICIT DNS AD ME
QUOMODO SI RUGIAT LEO ET CATULUS
LEONIS SUPER PRAEDAM SUAM
CUM OCCURRERIT EI MULTI
TUDO PASTORUM
A UOCE EORUM NON FORMIDABIT
ET A MULTITUDINE EORUM
NON PAUEBIT
SIC DESCENDET DNS EXERCITUUM
UT PROELIETUR SUPER MONTE
SION ET SUPER COLLEM EIUS
SICUT AUES UOLANTES SIC
PROTEGET DNS EXERCITUUM
HIERUSALEM
PROTEGENS ET LIBERANS
TRANSIENS ET SALUANS
CONUERTIMINI SICUT IN PRO
FUNDUM RECESSERATIS
FILII ISRAHEL
IN DIE ENIM ILLA ABICIET UIR
IDOLA ARGENTI SUI ET IDOLA
AURI SUI
QUAE FECERUNT UOBIS MANUS
UESTRAE IN PECCATUM
ET CADET ASSUR IN GLADIO NON UIRI
ET GLADIUS NON HOMINIS
UORABIT EUM
ET FUGIET NON A FACIE GLADII
ET IUUENES EIUS UECTI
GALES ERUNT
ET FORTITUDO EIUS A TERRORE
TRANSIBIT
ET PAUEBUNT FUGIENTES
PRINCIPES EIUS
DIXIT DNS CUIUS IGNIS EST IN SION
ET CAMINUS EIUS IN HIERUSALE
XXXII ECCE IN IUSTITIA REGNABIT REX
ET PRINCIPES IN IUDICIO
PRAEERUNT
ET ERIT UIR SICUT QUI ABSCONDITUR
A UENTO ET CELAT SE
A TEMPESTATE
SICUT RIUI AQUARUM IN SITI
ET UMBRA PETRAE PROMI
NENTIS IN TERRA DESERTI
NON CALIGABUNT OCULI UIDENTIU
ET AURES AUDIENTIUM

DILIGENTER AUSCULTABUNT
ET COR STULTORUM INTELLEGET
SCIENTIAM
ET LINGUA BALBORUM UELOCITER
LOQUETUR ET PLANE
NON UOCABITUR ULTRA IS QUI
INSIPIENS EST PRINCEPS
NEQ· FRAUDULENTUS APPELLA
BITUR MAIOR
STULTUS ENIM FATUA LOQUETUR
ET COR EIUS FACIET INIQUITATEM
UT PERFICIAT SIMULATIONEM
ET LOQUATUR AD DNM
FRAUDULENTER
ET UACUE FACIAT ANIMAM
ESURIENTEM ET POTUM
SITIENTI AUFERAT
FRAUDULENTI UASA PESSIMA SUNT
IPSE ENIM COGITATIONES CON
CINNABIT AD PERDENDOS
MITES IN SERMONE MENDACII
CUM LOQUERETUR PAUPER
IUDICIUM
PRINCEPS UERO EA QUAE
DIGNA SUNT PRINCIPE
COGITAUIT
ET IPSE SUPER DUCES STABIT
LXXVI MULIERES OPULENTAE SURGITE
ET AUDITE UOCEM MEAM
FILIAE CONFIDENTES PERCIPITE
AURIB· ELOQUIUM MEUM
POST DIEM ET ANNUM ET UOS
CONTURBAMINI CONFIDENTES
CONSUMMATA EST ENIM UINDEMIA
COLLECTIO ULTRA NON UENIET
OBSTUPESCITE OPULENTAE CON
TURBAMINI CONFIDENTES
EXUITE UOS ET CONFUNDIMINI
ACCINGITE LUMBOS UESTROS
SUPER UBERA PLANGITE SUPER
REGIONE DESIDERABILI
SUPER UINEA FERTILI
SUPER HUMUM POPULI MEI
SPINA ET UEPRES ASCENDENT
QUANTO MAGIS SUPER OMNES
DOMOS GAUDII CIUITATIS
EXULTANTIS
DOMUS ENIM DIMISSA EST MUL
TITUDO URBIS RELICTA EST
TENEBRAE ET PALPATIO FACTAE
SUNT SUPER SPELUNCAS
USQ· IN AETERNUM
GAUDIUM ONAGRORUM
PASCUA GREGUM
DONEC EFFUNDATUR SUPER
NOS SPS DE EXCELSO
ET ERIT DESERTUM IN CHERMEL
ET CHERMEL IN SALTUM
REPUTABITUR
ET HABITABIT IN SOLITUDINE
IUDICIUM
ET IUSTITIA IN CHERMEL SEDEBIT
ET ERIT OPUS IUSTITIAE PAX
ET CULTUS IUSTITIAE SILENTIU͞
ET SECURITAS USQ· IN SEMPITERNU͞
ET SEDEBIT POPULUS MEUS
IN PULCHRITUDINE PACIS
ET IN TABERNACULIS FIDUCIAE
ET IN REQUIE OPULENTA
GRANDO AUTEM IN DESCEN
SIONE SALTUS
ET HUMILITATE HUMILIABITUR
CIUITAS
LXXVII BEATI QUI SEMINATIS SUPER
OMNES AQUAS INMITTENTES
PEDEM BOUIS ET ASINI
UAE QUI PRAEDARIS NONNE
ET IPSE PRAEDABERIS
ET QUI SPERNIS NONNE ET IPSE
SPERNERIS
CUM CONSUMMAUERIS DEPRAE
DATIONEM DEPRAEDAUERIS
CUM FATIGATUS DESIERIS
CONTEMNERE CONTEMNERIS
DNE MISERERE NOSTRI
TE EXPECTAUIMUS
ESTO BRACCHIUM EORUM
IN MANE

ET SALUS NOSTRA IN TEMPORE
TRIBULATIONIS
A UOCE ANGELI FUGERUNT POPULI
AB EXALTATIONE TUA DISPERSAE
SUNT GENTES
ET CONGREGABUNTUR SPOLIA UESTRA
SICUT COLLIGITUR BRUCUS
UELUT CUM FOSSAE PLENAE
FUERINT DE EO
LXXXII MAGNIFICATUS EST DNS QUONIAM
HABITABIT IN EXCELSO
INPLEBIT SION IUDICIO ET IUSTITIA
ET ERIT FIDES IN TEMPORIB. TUIS
DIUITIAE SALUTIS SAPIENTIA
ET SCIENTIA
TIMOR DNI IPSE THESAURUS EIUS
ECCE UIDENTES CLAMABUNT FORIS
ANGELI PACIS AMARE FLEBUNT
DISSIPATAE SUNT UIAE CESSAUIT
TRANSIENS PER SEMITAM
IRRITUM FACTUM EST PACTUM
PROIECIT CIUITATES NON
REPUTAUIT HOMINES
LUXIT ET ELANGUIT TERRA CON
FUSUS EST LIBANUS ET OBSURDUIT
ET FACTUS EST SARON
SICUT DESERTUM
ET CONCUSSA EST BASAN
ET CARMELUS
NUNC CONSURGAM DICIT DNS
NUNC EXALTABOR NUNC
SUBLEUABOR
CONCIPIETIS ARDOREM PARIETIS
STIPULAM
SPS UESTER UT IGNIS UORABIT UOS
ET ERUNT POPULI QUASI
DE INCENDIO CINIS
SPINAE CONGREGATAE IGNI
CONBURENTUR
AUDITE QUI LONGE ESTIS
QUAE FECERIM
ET COGNOSCITE UICINI FORTI
TUDINEM MEAM
CONTERRITI SUNT IN SION
PECCATORES
POSSEDIT TREMOR HYPOCRITAS
QUIS POTERIT HABITARE DE UOBIS
CUM IGNE DEUORANTE
QUIS HABITABIT EX UOBIS CUM
ARDORIB. SEMPITERNIS
QUI AMBULAT IN IUSTITIIS ET
LOQUITUR UERITATEM
QUI PROICIT AUARITIAM
EX CALUMNIA
ET EXCUTIT MANUS SUAS
AB OMNI MUNERE
QUI OBTURAT AURES SUAS
NE AUDIAT SANGUINEM
ET CLAUDIT OCULOS NE UIDEAT MALU
ISTE IN EXCELSIS HABITABIT
MUNIMENTA SAXORUM
SUBLIMITAS EIUS
PANIS EI DATUS EST AQUAE EIUS
FIDELES SUNT
REGEM IN DECORE SUO
UIDEBUNT OCULI EIUS
CERNENT TERRAM DE LONGE
COR TUUM MEDITABITUR
TIMOREM
LXXXIII UBI EST LITTERATUS UBI LEGIS
UERBA PONDERANS
UBI DOCTOR PARUULORUM
POPULUM INPUDENTEM
NON UIDEBIS
POPULUM ALTI SERMONIS
ITA UT NON POSSIS INTELLEGERE
DISERTITUDINEM LINGUAE EIUS
IN QUO NULLA EST SAPIENTIA
LXXXIIII RESPICE SION CIUITATEM SOLLEM
NITATIS NOSTRAE
OCULI TUI UIDEBUNT HIERUSALEM
ET HABITATIONEM OPULENTAM
TABERNACULUM QUOD NEQUAQUAM
TRANSFERRI POTERIT
NEC AUFERENTUR CLAUI EIUS
IN SEMPITERNUM
ET OMNES FUNICULI EIUS
NON RUMPENTUR

quia sol ummodo ibi magnificus
dns noster
locus fluviorum rivi latissimi
et patentes
non transibit per eum
navis remigum
neq· trieris magna trans
gredietur eam
dns enim iudex noster
dns legifer noster
dns rex noster ipse salvabit nos
laxati sunt funiculi tui sed
non praevalebunt
sic erit malus tuus ut dilatare
signum non queas
tunc dividentur spolia prae
darum multarum
LXXXVIII Claudi diripient rapinam
nec dicet vicinus elangui
populus qui habitat in ea
auferetur ab eo iniquitas
[illegible] accedite gentes et audite
et populi et adtendite
audiat terra et plenitudo eius
orbis et omne germen eius
quia indignatio dni super
omnes gentes
et furor super omnem
militiam eorum
interfecit eos et dedit eos
in occisionem
interfecti eorum proicientur
et de cadaveribus eorum
ascendet faetor
tabescent montes
sanguine eorum
et tabescet omnis militia eorum
et conplicabuntur sicut
liber caeli
et omnis militia eorum defluet
sicut defluit folium
de vinea et de ficu
quoniam inebriatus est
in caelo gladius meus

ecce super idumaeam descendet
et super populum interfectio
nis meae ad iudicium
gladius dni repletus est sanguine
incrassatus est adipe de sangui
ne agnorum et hircorum
de sanguine medullatorum
arietum
victima enim dni in bosra
et interfectio magna
in terra edom
et descendent unicornes cum
eis et tauri cum potentib·
inebriabitur terra eorum
sanguine
et humus eorum adipe
pinguium
quia dies ultionis dni annus
retributionum iudicii sion
et convertentur torrentes
eius in picem et humus
eius in sulphur
et erit terra eius in picem
ardentem
nocte et die non extinguetur
in sempiternum ascendet fumus
eius a generatione in generatione
desolabitur in saeculum sae
culorum non erit transiens
per eam
et possidebunt illam
onocrotalus et ericius
et ibis et corvus habitabunt in ea
et extendetur super eam
mensura ut redigatur
ad nihilum et perpendiculum
in desolationem
nobiles eius non erunt ibi regem
potius invocabunt
et omnes principes eius
erunt in nihilum
et orientur in domib· eius
spinae et urticae et paliurus
in munitionibus eius

ET ERIT CUBILE DRACONUM ET
PASCUAE STRUTHIONUM
ET OCCURRENT DAEMONIA
ONOCENTAURIS
ET PILOSUS CLAMABIT ALTER
AD ALTERUM
IBI CUBAUIT LAMIA ET INUENIT
SIBI REQUIEM
IBI HABUIT FOUEAM ERICIUS
ET ENUTRIUIT CATULOS
ET CIRCUMFODIT ET FOUIT
IN UMBRA EIUS
ILLUC CONGREGATI SUNT MILUI
ALTER AD ALTERUM
REQUIRITE DILIGENTER IN LIBRO
DÑI ET LEGITE
UNUM EX EIS NON DEFUIT
ALTER AD ALTERUM NON QUAESIUIT
QUIA QUOD EX ORE MEO PROCEDIT
ILLE MANDAUIT
ET SP̄S EIUS IPSE CONGREGAUIT EA
IPSE MISIT EIS SORTEM ET
MANUS EIUS DIUISIT EAM
ILLIS IN MENSURAM
USQ· IN AETERNUM POSSIDEBUNT EA
IN GENERATIONE ET GENERATIONE
HABITABUNT IN EA
lxxxv XXXV LAETABITUR DESERTA ET INUIA
ET EXULTABIT SOLITUDO ET
FLOREBIT QUASI LILIUM
GERMINANS GERMINAUIT ET EXUL
TAUIT LAETABUNDA ET LAUDANS
GLORIA LIBANI DATA EST EI DECOR
CARMELI ET SARON
IPSI UIDEBUNT GLORIAM DÑI
ET DECOREM DĪ NOSTRI
CONFORTATE MANUS DISSOLUTAS
ET GENUA DEBILIA ROBORATE
DICITE PUSILLANIMIS CONFOR
TAMINI NOLITE TIMERE
ECCE D̄S UESTER ULTIONEM
ADDUCET RETRIBUTIONIS D̄S
IPSE UENIET ET SALUABIT UOS
TUNC APERIENTUR OCULI CAECORU̅
ET AURES SURDORUM PATEBUNT
TUNC SALIET SICUT CERUUS
CLAUDUS ET APERTA ERIT
LINGUA MUTORUM
QUIA SCISSAE SUNT IN DESERTO
AQUAE ET TORRENTES IN SOLITUDINE
ET QUAE ERANT ARIDA IN STAGNUM
ET SITIENS IN FONTES AQUARUM
IN CUBILIB· IN QUIB· PRIUS DRACONES
HABITABANT ORIETUR UIROR
CALAMI ET IUNCI
ET ERIT IBI SEMITA ET UIA SCA̅
UOCABITUR
NON TRANSIBIT PER EAM POLLUTUS
ET HAEC ERIT NOBIS
DIRECTA UIA ITA UT STULTI
NON ERRENT PER EAM
NON ERIT IBI LEO ET MALA BESTIA
NON ASCENDET PER EAM
NEC INUENIETUR IBI
ET AMBULABUNT QUI LIBERATI
FUERINT ET REDEMPTI A DÑO
CONUERTENTUR ET UENIENT
IN SION CUM LAUDE
ET LAETITIA SEMPITERNA
SUPER CAPUT EORUM
GAUDIUM ET LAETITIAM
OBTINEBUNT ET FUGIET
DOLOR ET GEMITUS
lxxxvi XXXVI ET FACTUM EST IN QUARTO DECIMO
ANNO REGIS EZECHIAE
ASCENDIT SENNACHERIB REX
ASSYRIORUM SUPER OMNES
CIUITATES IUDA MUNITAS
ET CEPIT EAS
ET MISIT REX ASSYRIORUM
RAPSACEN DE LACHIS IN HIERU
SALEM AD REGEM EZECHIAM
IN MANU GRAUI
ET STETIT IUXTA QUAEDUCTUM PISCINAE
SUPERIORIS IN UIA AGRI FULLONIS
ET EGRESSUS EST AD EUM
ELIACHIM FILIUS ELCHIAE
QUI ERAT SUPER DOMUM

ET SOMNA SCRIBA ET IOAE FILIUS
ASAPH A COMMENTARIIS
ET DIXIT AD EOS RAPSACES
DICITE EZECHIAE
HAEC DICIT REX MAGNUS
REX ASSYRIORUM
QUAE EST ISTA FIDUCIA QUA CONFIDES
AUT QUO CONSILIO UEL FORTITU
DINE REBELLARE DISPONIS
SUPER QUEM HABES FIDUCIAM
QUIA RECESSISTI A ME
ECCE CONFIDES SUPER BACULUM
HARUNDINEUM CONFRACTUM
ISTUM SUPER AEGYPTUM
CUI SI INNISUS FUERIT HOMO
INTRABIT IN MANU EIUS
ET PERFORABIT EAM
SIC FARAO REX AEGYPTI OMNIB·
QUI CONFIDUNT IN EO
QUOD SI RESPONDERIS MIHI IN
DNO DO NOSTRO CONFIDIMUS
NONNE IPSE EST CUIUS ABSTULIT
EZECHIAS EXCELSA ET ALTARIA
ET DIXIT IUDAE ET HIERUSALEM
CORAM ALTARI ISTO ADORABITIS
ET NUNC TRADE TE DNO MEO
REGI ASSYRIORUM
ET DABO TIBI DUO MILIA EQUORŪ
NEC POTERIS EX TE PRAEBERE
ASCENSORES EORUM
ET QUOMODO SUSTINEBIS FACIĒ
IUDICIS UNIUS LOCI EX SERUIS
DNI MEI MINORIBUS
QUOD SI CONFIDES IN AEGYPTO
IN QUADRIGA ET IN EQUITIBUS
ET NUNC NUMQUID SINE DNO
ASCENDI AD TERRAM ISTAM
UT DISPERDEREM EAM
DNS DIXIT AD ME ASCENDE
SUPER TERRAM ISTAM
ET DISPERDE EAM
ET DIXIT ELIACHIM ET SOBNA
ET IOAE AD RAPSACEN
LOQUERE AD SERUOS TUOS
SYRA LINGUA INTELLEGIMUS ENIM
NE LOQUARIS AD NOS IUDAICE IN
AURIB· POPULI QUI EST
SUPER MURUM
ET DIXIT AD EOS RAPSACES
NUMQUID AD DOMINUM TUUM
ET AD TE MISIT ME DOMINUS
MEUS UT LOQUERER
OMNIA UERBA ISTA
ET NON POTIUS AD UIROS
QUI SEDENT IN MURO
UT COMEDANT STERCORA SUA
UT BIBANT URINAM SUAM UOBISCŪ
ET STETIT RAPSACES ET CLAMA
UIT UOCE MAGNA IUDAICE ET DIXIT
AUDITE UERBUM REGIS MAGNI
REGIS ASSYRIORUM
HAEC DICIT REX
NON SEDUCAT UOS EZECHIAS QUIA
NON POTERIT ERUERE UOS
ET NON UOBIS TRIBUAT FIDUCIAM
EZECHIAS SUPER DNO DICENS
ERUENS LIBERAUIT NOS DNS
NON DABITUR CIUITAS ISTA
IN MANU REGIS ASSYRIORUM
NOLITE AUDIRE EZECHIAM
HAEC ENIM DICIT REX ASSYRIORŪ
FACITE MECUM BENEDICTIONĒ
ET EGREDIMINI AD ME
ET COMEDITE UNUSQUISQUE UINEĀ
SUAM ET UNUSQUISQ· FICUM SUĀ
ET BIBITE UNUSQUISQUE
AQUAM CISTERNAE SUAE
DONEC UENIAM ET TOLLAM UOS
AD TERRAM QUAE EST
UT TERRA UESTRA
TERRAM FRUMENTI ET UINI
TERRAM PANUM ET UINEARUM
NE CONTURBET UOS EZECHIAS
DICENS DNS LIBERAUIT NOS
NUMQUID LIBERAUERUNT DII GENTIŪ
UNUSQUISQ· TERRAM SUAM
DE MANU REGIS ASSYRIORUM
UBI EST DS EMATH ET ARFAT

UBI EST DS SEFFARUAIM
NUMQUID LIBERAUERUNT SAMA
RIAM DE MANU MEA
QUIS EST EX OMNIB· DIS TERRARŪ
ISTARUM
QUI ERUERIT TERRAM SUAM
DE MANU MEA
UT ERUAT DNS HIERUSALEM
DE MANU MEA
ET SILUERUNT ET NON RESPON
DERUNT EI UERBUM
MANDAUERAT ENIM REX DICENS
NE RESPONDEATIS EI
ET INGRESSUS EST ELIACHIM FILIUS
ELCHIAE QUI ERAT SUPER DOMUM
ET SOBNAS SCRIBA ET IOAE FILIUS
ASAPH A COMMENTARIIS AD
EZECHIAM SCISSIS UESTIBUS
ET NUNTIAUERUNT EI UERBA RAPSACIS
XXXVII ET FACTUM EST CUM AUDISSET REX
EZECHIAS SCIDIT UESTIMENTA SUA
ET OBLUTUS EST SACCO ET IN
TRAUIT IN DOMUM DNI
ET MISIT ELIACHIM QUI ERAT
SUPER DOMUM
ET SOBNAM SCRIBAM ET SENIORES
DE SACERDOTIB· OPERTOS SACCIS
AD ISAIAM FILIUM AMOS
PROFETAM
ET DIXERUNT AD EUM
HAEC DICIT EZECHIAS
DIES TRIBULATIONIS ET CORREP
TIONIS ET BLASPHEMIAE
DIES HAEC
QUIA UENERUNT FILII USQ· AD PARTŪ
ET UIRTUS NON EST PARIENTI
SI QUOMODO AUDIAT DNS DS TUUS
UERBA RAPSACES
QUEM MISIT REX ASSYRIORUM
DOMINUS SUUS
AD BLASPHEMANDUM DM UIUENTĒ
ET OBPROBRANDUM SERMONIB·
QUOS AUDIUIT DNS DS TUUS
LEUA ERGO ORATIONEM PRO
RELIQUIIS QUAE REPERTAE SUNT
ET UENERUNT SERUI REGIS
EZECHIAE AD ISAIAM
ET DIXIT AD EOS ISAIAS
HAEC DICETIS DNO UESTRO
HAEC DICIT DNS
NE TIMEAS A FACIE UERBORUM
QUAE AUDISTIS
QUIB· BLASPHEMAUERUNT PUERI
REGIS ASSYRIORUM ME
ECCE EGO DABO EIS SPM ET AUDI
ENT NUNTIUM ET REUER
TENTUR AD TERRAM SUAM
ET CONRUERE EUM FACIAM
GLADIO IN TERRA SUA
REUERSUS EST AUTEM RAPSACES
ET INUENIT REGEM ASSYRIORŪ
PROELIANTEM ADUERSUS LOMNA
AUDIERAT ENIM QUIA PROFECTUS
ESSET DE LACHIS
ET AUDIUIT DE THARACA REGE
AETHIOPIAE DICENTIS
EGRESSUS EST UT PUGNET CONTRA TE
QUOD CUM AUDISSET MISIT NUNTIOS
AD EZECHIAM DICENS
HAEC DICETIS EZECHIAE REGI
IUDAE LOQUENTES
NON TE DECIPIAT DS TUUS IN
QUO TU CONFIDES DICENS
NON DABITUR HIERUSALEM IN
MANU REGIS ASSYRIORUM
ECCE TU AUDISTI OMNIA QUAE
FECERUNT REGES ASSYRIORUM
OMNIB· TERRIS QUAS SUBUERTERUNT
ET TU POTERIS LIBERARI
NUMQUID ERUERUNT EOS
DII GENTIUM QUOS SUBUER
TERUNT PATRES MEI
GOZAN ET ARAN ET RESEPH ET
FILIOS EDEN QUI ERANT
IN THALASSAR
UBI EST REX EMATH ET REX ARFAD
ET REX URBIS SEFFARUAIM
ANAHE ET AUA

ET TULIT EZECHIAS LIBROS DE MANU
NUNTIORUM ET LEGIT EOS
ET ASCENDIT IN DOMUM DNI ET EXPAN
DIT EOS EZECHIAS CORAM DNO
LXXXVII ET ORAVIT EZECHIAS AD DNM DICENS
DNE EXERCITUUM DS ISRL QUI
SEDIS SUPER CHERUBIN
TU ES DS SOLUS OMNIUM
REGNORUM TERRAE
TU FECISTI CAELUM ET TERRAM
INCLINA DNE AUREM TUAM ET AUDI
APERI OCULOS TUOS ET UIDE
ET AUDI OMNIA UERBA SENNACHERIM
QUAE MISIT AD BLASPHEMAN
DUM DM UIUENTEM
UERE ENIM DESERTAS DNE FECE
RUNT REGES ASSYRIORUM
TERRAS ET REGIONES EARUM
ET DEDERUNT DEOS EARUM IGNI
NON ENIM ERANT DI SED OPERA
MANUUM HOMINUM
LIGNUM ET LAPIDES ET COM
MINUERUNT EOS
ET NUNC DNE DS NOSTER SALUA
NOS DE MANU EIUS
ET COGNOSCANT OMNIA REGNA
TERRAE QUIA TU ES DNS SOLUS
LXXXVIII ET MISIT ISAIAS FILIUS AMOS
AD EZECHIAM DICENS
HAEC DICIT DNS DS ISRAHEL
PRO QUIB· ROGASTI ME DE SENNA
CHERIM REGE ASSYRIORUM
HOC EST UERBUM QUOD LOCUTUS
EST DNS SUPER EUM
DESPEXIT TE SUBSANNAUIT TE
UIRGO FILIA SION
POST TE CAPUT MOUIT
FILIA HIERUSALEM
CUI EXPROBRASTI ET QUEM
BLASPHEMASTI
SUPER QUEM EXALTASTI UOCEM
ET LEUASTI ALTITUDINEM
OCULORUM TUORUM
AD SCM ISRAHEL

IN MANU SERUORUM TUORUM
EXPROBRASTI DNO ET DIXISTI
IN MULTITUDINE QUADRIGARUM MEARU
EGO ASCENDI ALTITUDINEM
MONTIUM IUGA LIBANI
ET SUCCIDAM EXCELSA CHEDRORUM
EIUS ET ELECTAS ABIETES ILLIUS
ET INTROIBO ALTITUDINEM SUMMI
TATIS EIUS SALTUM CARMELI EIUS
EGO FODI ET BIBI AQUAM
ET EXSICCAUI UESTIGIO PEDIS MEI
OMNES RIUOS AGGERUM
NUMQUID NON AUDISTI QUAE
OLIM FECERIM EI
EX DIEB· ANTIQUIS EGO PLASMAUI ILLUD
ET NUNC ADDUXI ET FACTUM EST
IN ERADICATIONEM COLLIUM
CONTRA PUGNANTIUM ET CIUI
TATUM MUNITARUM
HABITATORES EARUM BREUIATA
MANU CONTREMUERUNT
ET CONFUSI SUNT
FACTI SUNT SICUT FAENUM AGRI
ET GRAMEN PASCUAE
ET HERBA TECTORUM QUAE ARUIT
ANTEQUAM MATURESCERET
HABITATIONEM TUAM ET EGRES
SUM TUUM ET INTROITUM
TUUM COGNOUI
ET INSANIAM TUAM CONTRA ME
CUM FURERES ADUERSUM ME
SUPERBIA TUA ASCENDIT
IN AURES MEAS
PONAM ERGO CIRCULUM IN
NA RIBUS TUIS
ET FRENUM IN LABIIS TUIS
ET REDUCAM TE PER UIAM
PER QUAM UENISTI
TIBI AUTEM HOC ERIT SIGNUM
COMEDE HOC ANNO QUAE
SPONTE NASCUNTUR
ET IN ANNO SECUNDO POMIS UESCERE
IN ANNO AUTEM TERTIO SEMINATE
ET METITE

ET PLANTATE UINEAS ET COMEDITE
FRUCTUM EARUM
ET MITTET ID QUOD SALUATUM FUE
RIT DE DOMO IUDA ET QUOD RELI
QUUM EST MITTET RADICEM
DEORSUM
ET FACIET FRUCTUM SURSUM
QUIA DE HIERUSALEM EXIBUNT
RELIQUIAE ET SALUATIO
DE MONTE SION
ZELUS DÑI EXERCITUUM FACIET ISTUT
PROPTEREA HAEC DICIT DÑS
DE REGE ASSYRIORUM
NON INTROIBIT CIUITATEM HANC
ET NON IACIET IBI SAGITTAM ET NON
OCCUPAUIT EAM CLYPEUS
ET NON MITTET IN CIRCUITU
EIUS AGGEREM
IN UIA QUA UENIT PER EAM REUERTETUR
ET CIUITATEM HANC NON IN
GREDIETUR DICIT DÑS
ET PROTEGAM CIUITATEM
ISTAM UT SALUEM EAM
PROPTER ME ET PROPTER
DAUID SERUUM MEUM
EGRESSUS EST AUTEM ANGELUS
DÑI ET PERCUSSIT IN CASTRIS
ASSYRIORUM CENTUM OCTO
GINTA QUINQUE MILIA
ET SURREXERUNT MANE ET ECCE
OMNES CADAUERA MORTUORUM
ET EGRESSUS EST ET ABIIT ET RE
UERSUS EST SENNACHERIB
REX ASSYRIORUM ET HABI
TAUIT IN NINEUE
ET FACTUM EST CUM ADORARET
IN TEMPLO NESRACH DEUM SUUM
ADRAMELECH ET SARASAR FILII EIUS
PERCUSSERUNT EUM GLADIO
FUGERUNTQ· IN TERRAM ARARAD
ET REGNAUIT ASOR ADDON
FILIUS EIUS PRO EO
LXXX VIII IN DIEB· ILLIS AEGROTAUIT EZECHI
XXXVIII. AS USQUE AD MORTEM

ET INTROIIT AD EUM ISAIAS FILIUS
AMOS PROFETA ET DIXIT EI
HAEC DICIT DÑS
DISPONE DOMUI TUAE QUIA MORI
ERIS TU ET NON UIUES
ET CONUERTIT EZECHIAS FACIEM
SUAM AD PARIETEM ET ORAUIT
AD DÑM ET DIXIT
OBSECRO DÑE MEMENTO QUAESO
QUOMODO AMBULAUERIM
CORAM TE IN UERITATE
ET IN CORDE PERFECTO
ET QUOD BONUM EST IN OCULIS
TUIS FECERIM
ET FLEUIT EZECHIAS FLETU MAGNO
ET FACTUM EST UERBUM DÑI
AD ISAIAM DICENS
UADE ET DIC EZECHIAE
HAEC DICIT DÑS DS DAUID PATRIS TUI
AUDIUI ORATIONEM TUAM UIDI
LACRIMAM TUAM
ECCE EGO ADICIAM SUPER DIES TUOS
QUINDECIM ANNOS
ET DE MANU REGIS ASSYRIORUM
ERUAM TE ET CIUITATEM ISTAM
ET PROTEGAM EAM
HOC AUTEM TIBI ERIT SIGNUM
A DÑO QUIA FACIET DÑS UERBUM
HOC QUOD LOCUTUS EST
ECCE EGO REUERTI FACIAM
UMBRAM LINEARUM PER QUAS
DESCENDERAT IN HOROLOGIO
ACHAZ IN SOLE
RETRORSUM DECEM LINEIS
ET REUERSUS EST SOL DECEM
LINEIS PER GRADUS QUOS
DESCENDERAT
SCRIPTURA EZECHIAE REGIS IUDAE
CUM AEGROTASSET ET CON
UALUISSET DE INFIRMITATE SUA
EGO DIXI IN DIMIDIO DIERUM MEORŪ
UADAM AD PORTAS INFERI
QUAESIUI RESIDUUM ANNORUM
MEORUM

DIXI NON UIDEBO DNM DNM
IN TERRA UIUENTIUM
NON ASPICIAM HOMINEM ULTRA
ET HABITATOREM
QUIEUIT GENERATIO MEA ABLATA EST
ET CONUOLUTA EST A ME QUASI
TABERNACULUM PASTORUM
PRAECISA EST UELUT A TEXENTE
UITA MEA DUM ADHUC ORDIRER
SUCCIDIT ME
DE MANE USQUE AD UESPERAM
FINIES ME
AD UESPERAM USQUE AD MANE
QUASI LEO SIC CONTRIUIT
OMNIA OSSA MEA
DE MANE USQ· AD UESPERAM
FINIES ME
SICUT PULLUS HERUNDINIS SIC CLA
MABO MEDITABOR UT COLUMBA
ATTENUATI SUNT OCULI MEI
SUSPICIENTES IN EXCELSUM
DNE UIM PATIOR RESPONDE PRO ME
QUID DICAM AUT QUID RESPONDE
BIT MIHI CUM IPSE FECERIT
RECOGITABO OMNES ANNOS MEOS
IN AMARITUDINE ANIMAE MEAE
DNE SIC UIUITUR ET IN TALIB·
UITA SPS MEI
CORRIPIES ME ET UIUIFICABIS ME
ECCE IN PACE AMARITUDO MEA
AMARISSIMA
TU AUTEM ERUISTI ANIMAM MEAM
UT NON PERIRET
PROIECISTI POST TERGUM TUUM
OMNIA PECCATA MEA
QUIA NON INFERNUS CONFITEBITUR
TIBI NEQ· MORS LAUDABIT TE
NON EXPECTABUNT QUI DESCEN
DUNT IN LACUM UERITATEM TUAM
UIUENS UIUENS IPSE CONFITEBITUR
TIBI SICUT ET EGO HODIE
PATER FILIIS NOTAM FACIET
UERITATEM TUAM
DNE SALUUM ME FAC ET PSALMOS
NOSTROS CANTABIMUS CUNCTIS
DIEB· UITAE NOSTRAE IN DOMO DNI
ET IUSSIT ISAIAS UT TOLLERENT
MASSAM DE FICIS ET CATAPLASMA
RENT SUPER UULNUS ET SANARETUR
ET DIXIT EZECHIAS QUOD ERIT
SIGNUM QUIA ASCENDAM
IN DOMO DNI
XXXIX IN TEMPORE ILLO MISIT MARODACH
BALADAM FILIUS BALADAN REX
BABYLONIS LIBROS ET MUNERA
AD EZECHIAM
AUDIERAT ENIM QUOD AEGROTASSET
ET CONUALUISSET
LAETATUS EST AUTEM SUPER EIS
EZECHIAS ET OSTENDIT EIS
CELLAM AROMATUM
ET ARGENTI ET AURI ET ODORAMEN
TORUM ET UNGENTI OPTIMI
ET OMNES APOTHECAS SUPER
LECTILIS SUAE
ET UNIUERSA QUAE INUENTA SUNT
IN THESAURIS EIUS
NON FUIT UERBUM QUOD NON
OSTENDERET EIS EZECHIAS
IN DOMO SUA ET IN OMNI POTESTATE SUA
INTROIIT AUTEM ISAIAS PROPHETA
AD REGEM EZECHIAM ET DIXIT EI
QUID DIXERUNT UIRI ISTI ET UNDE
UENERUNT AD TE
ET DIXIT EZECHIAS
DE TERRA LONGINQUA UENERUNT
AD ME DE BABYLONE
ET DIXIT QUID UIDERUNT IN DOMO TUA
ET DIXIT EZECHIAS
OMNIA QUAE IN DOMO MEA
SUNT UIDERUNT
NON FUIT RES QUAM NON OSTEN
DERIM EIS IN THESAURIS MEIS
ET DIXIT ISAIAS AD EZECHIAM
AUDI UERBUM DNI EXERCITUUM
ECCE DIES UENIENT ET AUFEREN
TUR OMNIA QUAE IN DOMO
TUA SUNT

ET QUAE THESAURIZAUERUNT PATRES
TUI USQ· AD DIEM HANC IN BABY
LONEM NON RELINQUETUR
QUICQUAM DICIT DNS
ET DE FILIIS TUIS QUI EXIBUNT DE TE
QUOS GENUERIS TOLLENT
ET ERUNT EUNUCHI IN PALATIO
REGIS BABYLONIS
ET DIXIT EZECHIAS AD ISAIAM
BONUM UERBUM DNI QUOD
LOCUTUS EST
ET DIXIT TANTUM FIAT PAX ET
UERITAS IN DIEB· MEIS
XC /XL CONSOLAMINI CONSOLAMINI
POPULUS MEUS DICIT DNS UESTER
LOQUIMINI AD COR HIERUSALEM
ET AUOCATE EAM
QUONIAM CONPLETA EST MALITIA
EIUS DIMISSA EST INIQUITAS ILLAS
SUSCEPIT DE MANU DNI DUPLICIA
PRO OMNIB· PECCATIS SUIS
UOX CLAMANTIS IN DESERTO
PARATE UIAM DNI
RECTAS FACITE IN SOLITUDINE
SEMITAS DI NOSTRI
OMNIS UALLIS EXALTABITUR ET
OMNIS MONS ET COLLIS
HUMILIABITUR
ET ERUNT PRAUA IN DIRECTA
ET ASPERA IN UIAS PLANAS
ET REUELABITUR GLORIA DNI ET UIDE
BIT OMNIS CARO PARITER QUOD
OS DNI LOCUTUM EST
XCI UOX DICENTIS CLAMA
ET DIXI QUID CLAMABO
OMNIS CARO FAENUM ET OMNIS
GLORIA EIUS QUASI FLOS AGRI
EXSICCATUM EST FAENUM
ET CECIDIT FLOS
QUIA SPS DNI SUFFLAUIT IN EO
UERE FENUM EST POPULUS
EXSICCATUM EST FAENUM
CECIDIT FLOS
UERBUM AUTEM DNI NOSTRI
STABIT IN AETERNUM
XCII SUPER MONTEM EXCELSUM
ASCENDE TU QUAE EUANGELIZAS SION
EXALTA IN FORTITUDINE UOCEM TUA̅
QUAE EUANGELIZAS HIERUSALEM
EXALTA NOLI TIMERE DIC CIUITATIB·
IUDAE ECCE DS UESTER
ECCE DNS DS IN FORTITUDINE UENIET
ET BRACCHIUM EIUS DOMINABITUR
ECCE MERCES EIUS CUM EO
ET OPUS ILLIUS CORAM EO
SICUT PASTOR GREGEM SUUM PASCET
IN BRACHIO SUO CONGREGAUIT
AGNOS ET IN SINU SUO LEUABIT
FETAS IPSE PORTABIT
XCIII QUIS MENSUS EST PUGILLO AQUAS
ET CAELOS PALMO PONDERABIT
QUIS APPENDIT TRIB· DIGITIS MOLE̅
TERRAE ET LIBRAUIT IN PONDERE
MONTES ET COLLES IN STATERA
QUIS ADIUUIT SPM DNI AUT QUIS
CONSILIARIUS EIUS FUIT
ET OSTENDIT ILLI
CUM QUO INIIT CONSILIUM
ET INSTRUXIT EUM
ET DOCUIT EUM SEMITAM IUSTITIAE
ET ERUDIUIT EUM SCIENTIAM
ET UIAM PRUDENTIAE OSTENDIT ILLI
ECCE GENTES QUASI STILLA SITULAE
ET QUASI MOMENTUM STATERAE
REPUTATAE SUNT
ECCE INSULAE QUASI PULUIS EXIGUUS
ET LIBANUS NON SUFFICIET AD SUC
CENDENDUM ET ANIMALIA EIUS
NON SUFFICIENT AD HOLOCAUSTU̅
OMNES GENTES QUASI NON SINT
SIC SUNT CORAM EO
ET QUASI NIHILUM ET INANE
REPUTATAE SUNT
XCIIII CUI ERGO SIMILEM FECISTIS DM
AUT QUAM IMAGINEM PONETIS EI
NUMQUID SCULPTILE CONFLAUIT
FABER AUT AURIFEX AURO
FIGURAUIT ILLUD ET LAMMINIS

ARGENTEIS ARGENTARIUS
FORTE LIGNUM ET INPUTRIBILE
ELEGIT ARTIFEX SAPIENS
QUAERET QUOMODO STATUAT
SIMULACHRUM QUOD NON
MOUEATUR
NUMQUID NON SCIETIS NUMQUID
NON AUDIETIS NUMQUID NON AD
NUNTIATUM EST AB INITIO UOBIS
NUMQUID NON INTELLEXISTIS
FUNDAMENTA TERRAE
QUI SEDET SUPER GYRUM TERRAE
ET HABITATORES EIUS SUNT
QUASI LUCUSTAE
QUI EXTENDIT UELUT NIHILUM
CAELOS ET EXPANDIT EOS
SICUT TABERNACULUM AD
INHABITANDUM
QUI DAT SECRETORUM SCRUTATO
RES QUASI NON SINT IUDICES
TERRAE UELUT INANE FECIT
ET QUIDEM PLANTATOS NEQUE ·
NEQ· SATOS NEQ· RADICATOS
IN TERRA TRUNCOS EORUM
REPENTE FLAUIT IN EOS
ET ARUERUNT ET TURBO
QUASI STIPULAM AUFERET EOS
ET CUI ADSIMILASTIS ME ET AD
AEQUASTIS DICIT DNS
LEUATE IN EXCELSUM OCULOS
UESTROS ET UIDETE QUIS
CREAUIT HAEC
QUI EDUCIT IN NUMERO MILITIAM
EORUM ET OMNES EX
NOMINE UOCAT
PRAE MULTITUDINE Q̄ FORTITU
DINIS EIUS ET ROBORIS UIRTUTIS
Q· EIUS NEQ· UNUM RELIQUUM
FUIT
XCV QUARE DICIS IACOB ET LOQ·RIS ISRL
ABSCONDITA EST UIA MEA A DNO
ET A DŌ MEO IUDICIUM MEUM
TRANSIBIT
NUMQUID NESCIS AUT NON AUDISTI
DS SEMPITERNUS DNS QUI CREAUIT
TERMINOS TERRAE
NON DEFICIET NEQ· LABORAUIT
NEC EST INUESTIGATIO
SAPIENTIAE EIUS
QUI DAT LASSO UIRTUTEM ET HIS
QUI NON SUNT FORTITUDINEM
ET ROBUR MULTIPLICAT
DEFICIENT PUERI ET LABORABUNT
ET IUUENES IN INFIRMITATE
CADENT
QUI AUTEM SPERANT IN DNO
MUTABUNT FORTITUDINEM
ADSUMENT PINNAS SICUT AQUILAE
CURRENT ET NON LABORABUNT
AMBULABUNT ET NON DEFICIENT
XCVI XLI TACEANT AD ME INSULAE ET GEN
TES MUTENT FORTITUDINEM
ACCEDANT ET TUNC LOQUANTUR
SIMUL AD IUDICIUM PROPINQUEMUS
QUIS SUSCITAUIT AB ORIENTE
IUSTUM UOCAUIT EUM
UT SEQUERETUR SE
DABIT IN CONSPECTU EIUS GENTES
ET REGES OPTINEBIT
DABIT QUASI PULUEREM GLADIO
EIUS SICUT STIPULAM
UENTO RAPTAM ARCUI EIUS
PERSEQUETUR EOS TRANSIBIT
IN PACE SEMITAM IN PEDIB·
EIUS NON APPAREBIT
QUIS OPERATUS EST HAEC
ET FECIT
UOCANS GENERATIONES
AB EXORDIO
EGO DNS PRIMUS ET NOUISSIMUS
EGO SUM
UIDERUNT INSULAE ET TIMUERUNT
EXTREMA TERRAE OBSTIPUERUNT
ADPROPINQUAUERUNT
ET ADCESSERUNT
UNUSQUISQ· PROXIMO SUO
AUXILIABITUR
ET FRATRI SUO DICIT CONFORTARE

CONFORTABIT FABER AERARIUS
PERCUTIENS MALLEO EUM
QUI CUDEBAT TUNC TEMPORIS
DICENS GLUTINO BONUM EST
ET CONFORTAUIT EUM IN CLAUIS
UT NON MOUEATUR
ET TU ISRAHEL SERUE MEUS
IACOB QUEM ELEGI SEMEN
ABRAHAM AMICI MEI
IN QUO ADPREHENDI TE AB EXTRE
MIS TERRAE ET A LONGINQUIS EIUS
UOCAUI TE
ET DIXI TIBI SERUUS MEUS ES TU
ELEGI TE ET NON ABIECI TE
NE TIMEAS QUIA EGO SUM TECUM
NE DECLINES QUIA EGO DS TUUS
CONFORTAUI TE ET AUXILIATUS SUM
TUI ET SUSCEPIT TE DEXTERA
IUSTI MEI
ECCE CONFUNDENTUR ET ERU
BESCENT OMNES QUI PUG
NANT ADUERSUM TE
ERUNT QUASI NON SINT ET PERI
BUNT UIRI QUI CONTRADICUNT
TIBI
QUAERES EOS ET NON INUENIES
UIROS REBELLES TUOS
ERUNT QUASI NON SINT ET UELUT
CONSUMPTIO HOMINIS
BELLANTIS ADUERSUM TE
QUIA EGO DNS DS TUUS ADPRE
HENDENS MANUM TUAM
DICENSQ· TIBI NE TIMEAS
EGO ADIUUI TE
NOLI TIMERE UERMIS IACOB QUI
MORTUI ESTIS EX ISRL
EGO AUXILIATUS SUM TUI DICIT
DNS ET REDEMPTOR TUUS SCS ISRL
EGO POSUI TE QUASI PLAUSTRUM
TRITURANS NOUUM HABENS
ROSTRA SERRANTIA
TRITURABIS MONTES ET COM
MINUES ET COLLES QUASI
PULUEREM PONES

UENTILABIS EOS ET UENTUS TOLLET
ET TURBO DISPERGET DISPERGET EOS
ET TU EXULTABIS IN DNO IN SCO
ISRAHEL LAETABERIS
XCVII EGENI ET PAUPERES QUAERUNT
AQUAS ET NON SUNT
LINGUA EORUM SITI ARUIT
EGO DNS EXAUDIAM EOS DS ISRL
NON DERELINQUAM EOS
APERIAM IN SUPINIS COLLIBUS
FLUMINA ET IN MEDIO
CAMPORUM FONTES
PONAM DESERTUM IN STAGNA
AQUARUM ET TERRAM INUIAM
IN RIUOS AQUARUM
DABO IN SOLITUDINEM CEDRUM
ET SPINAM ET MYRTUM
ET LIGNUM OLIUAE
PONAM IN DESERTUM ABIETEM
ULMUM ET BUXUM SIMUL
UT UIDEANT ET SCIANT ET RE
COGITENT ET INTELLEGANT
PARITER
QUIA MANUS DNI FECIT HOC
ET SCS ISRL CREAUIT ILLUT
PROPE FACITE IUDICIUM
UESTRUM DICIT DNS
XCVIII ADFERTE SIQUID FORTE
HABETIS DIXIT REX IACOB
ACCEDANT ADNUNTIENT
UOBIS QUAECUMQUE
UENTURA SUNT
PRIORA QUAE FUERINT NUNTIATE
ET PONIMUS COR NOSTRUM
ET SCIEMUS
NOUISSIMA EORUM ET QUAE
UENTURA SUNT INDICATE NOBIS
ADNUNTIATE QUAE UENTURA
SUNT IN FUTURUM ET SCIE
MUS QUIA DI ESTIS UOS
BENE QUOQ· AUT MALE SI POTESTIS
FACITE ET LOQUAMUR ET
UIDEAMUS SIMUL
ECCE UOS ESTIS EX NIHILO

ET OPUS UESTRUM EX EO
QUOD NON EST
ABOMINATIO EST QUI ELEGIT UOS
SUSCITAUI AB AQUILONE ET
UENIET AB ORTU SOLIS
UOCABIT NOMEN MEUM ET ADDU
CET MAGISTRATUS QUASI LUTUM
ET UELUT PLASTES CONCULCANS
HUMUM
QUIS ADNUNTIAUIT AB EXORDIO
UT SCIAMUS ET A PRINCIPIO
UT DICAMUS IUSTUS ES
NON EST NEQ· ADNUNTIANS NEQUE
PRAEDICANS NEQ· AUDIENS
SERMONES UESTROS
PRIMUS AD SION DICET ECCE ADSUM
ET HIERUSALEM EUANGELISTAM
DABO
ET UIDI ET NON ERAT NEQ· EX ISTIS
QUISQUAM QUI INIRET CONSILIUM
ET INTERROGATUS RESPONDE
RET UERBUM
ECCE OMNES INIUSTI ET UANA
OPERA EORUM
UENTUS ET INANE SIMULACHRUM
EORUM
XCVIII ECCE SERUUS MEUS SUSCIPIAM
EUM ELECTUS MEUS CONPLA
CUIT SIBI IN ILLO ANIMA MEA
DEDI SPM MEUM SUPER EUM
IUDICIUM GENTIB· PROFERET
NON CLAMABIT NEQ· ACCIPIET
PERSONAM NEC AUDIETUR
FORIS UOX EIUS
CALAMUM QUASSATUM NON CON
TERET ET LINUM FUMIGANS
NON EXTINGUET
IN UERITATE EDUCET IUDICIUM
NON ERIT TRISTRIS NEQUE
TURBULENTUS
DONEC PONAM IN TERRA
IUDICIUM ET LEGEM EIUS
INSULAE EXSPECTABUNT
HAEC DICIT DNS DS CREANS
CAELOS ET EXTENDENS EOS
FIRMANS TERRAM ET QUAE GERMI
NANT EX EA
DANS FLATUM POPULO QUI EST
SUPER EAM ET SPM CALCANTIBUS EA
EGO DNS UOCAUI TE IN IUSTITIAM
ET ADPRAEHENDI MANUM TUAM
ET SERUAUI ET DEDI TE IN FOEDUS
POPULI IN LUCEM GENTIUM
UT APERIRES OCULOS CAECORUM
ET EDUCERES DE CONCLUSIONE
UINCTUM DE DOMO CARCERIS
SEDENTES IN TENEBRIS
EGO DNS HOC EST NOMEN MEUM
GLORIAM MEAM ALTERI NON DABO
ET LAUDEM MEAM SCULPTILIB·
QUAE PRIMA FUERANT ECCE UENERUNT NOUA
QUAE QUE EGO ADNUNTIO ANTEQUAM
ORIANTUR AUDITA UOBIS FACIAM
CANTATE DNO CANTICUM NOUUM
LAUS EIUS AB EXTREMIS TERRE
QUI DESCENDETIS IN MARE
ET PLENITUDO EIUS
INSULAE ET HABITATORES EARUM
SUBLEUETUR DESERTUM
ET CIUITATES EIUS
IN DOMIB· HABITAUIT CEDAR
LAUDATE HABITATORES PETRAE
DE UERTICE MONTIUM CLAMABUNT
PONENT DNO GLORIAM ET LAUDEM
EIUS IN INSULIS NUNTIABUNT
DNS SICUT FORTIS EGREDIETUR
SICUT UIR PROELIATOR
SUSCITAUIT ZELUM
UOCIFERABITUR ET CLAMAUIT
SUPER INIMICOS SUOS
CONFORTABITUR
TACUI SEMPER SILUI PATIENS FUI
SICUT PARTURIENS LOQUAR DISSI
PABO ET ABSORBEBO SIMUL
DESERTOS FACIAM MONTES
ET COLLES
ET OMNE GRAMEN EORUM
EXSICCABO

ET PONAM FLUMINA IN INSULAS
ET STAGNA AQUARUM ARE FACIAM
ET DUCAM CAECOS IN UIA QUAM
NESCIUNT
IN SEMITIS QUAS IGNORAUERUNT
AMBULARE EOS FACIAM
PONAM TENEBRAS CORAM EIS
IN LUCEM ET PRAUA IN DIRECTA
HAEC UERBA FECI EIS ET NON
DERELIQUI EOS
CONUERSI SUNT RETRORSUM
CONFUNDANTUR CONFUSIONE
QUI CONFIDUNT IN SCULPTILI
QUI DICUNT CONFLATILI UOS
DII NOSTRI
SURDI AUDITE ET CAECI INTUE
MINI AD UIDENDUM
QUIS CAECUS NISI SERUUS MEUS
ET SURDUS NISI AD QUEM
NUNTIOS MEOS MISI
QUIS CAECUS NISI QUI UENUN
DATUS EST
QUIS CAECUS NISI SERUUS DNI
QUI UIDES MULTA NNE CUSTODIES
QUI APERTAS HABES AURES
NONNE AUDIES
ET DNS UOLUIT UT SCIFICARET
EUM ET MAGNIFICARET
LEGEM ET EXTOLLERET
IPSE AUTEM POPULUS DIREPTUS
ET UASTATUS
LAQUEUS IUUENUM OMNES
ET IN DOMIB· CARCERUM
ABSCONDITI SUNT
FACTI SUNT IN RAPINAM
NEC EST QUI ERUAT
IN DIREPTIONEM ET NON EST
QUI DICAT REDDE
QUIS EST IN UOBIS QUI AUDIAT HOC
ADTENDAT ET AUSCULTET
FUTURA
QUIS DEDIT IN DIREPTIONEM
IACOB ET ISRAHEL UASTANTIB·
NONNE DNS
IPSE CUI PECCAUIMUS
ET NOLUERUNT IN UIIS EIUS AMBULARE
ET NON AUDIERUNT LEGEM EIUS
ET EFFUDIT SUPER EUM INDIGNA
TIONEM FURORIS SUI
ET FORTE BELLUM
ET COMBUSSIT EUM IN CIRCUITU
ET NON COGNOUIT
ET SUCCENDIT EUM ET NON
INTELLEXIT
ET NUNC HAEC DICIT DNS CREANS TE
IACOB ET FORMANS TE ISRAHEL
NOLI TIMERE QUIA REDEMI TE
ET UOCAUI NOMINE TUO MEUS ES TU
CUM TRANSIERIS PER AQUAS
TECUM ERO ET FLUMINA
NON OPERIENT TE
CUM AMBULAUERIS IN IGNE
NON COMBURERIS ET FLAMMA
NON ARDEBIT IN TE
QUIA EGO DNS DS TUUS SCS ISRL
SALUATOR TUUS
DEDI PROPITIATIONEM TUAM
AEGYPTUM
AETHIOPIAM ET SABA PRO TE
EX QUO HONORABILIS FACTUS ES
IN OCULIS MEIS ET GLORIOSUS
EGO DILEXI TE
ET DABO HOMINES PRO TE
ET POPULOS PRO ANIMA TUA
NOLI TIMERE QUONIAM EGO
TECUM SUM
AB ORIENTE ADDUCAM SEMEN
TUUM ET AB OCCIDENTE
CONGREGABO TE
DICAM AQUILONI DA ET AUSTRO
NOLI PROHIBERE
ADFER FILIOS MEOS DE LONGIN
QUO ET FILIAS MEAS AB EX
TREMIS TERRAE
ET OMNEM QUI INUOCAT
NOMEN MEUM
IN GLORIAM MEAM CREAUI EUM
ET FORMAUI EUM ET FECI EUM

EDUC FORAS POPULUM CAECUM
ET OCULOS HABENTEM
SURDUM ET AURES EI SUNT
OMNES GENTES CONGREGATAE
SUNT SIMUL
ET COLLECTAE SUNT TRIBUS
QUIS IN UOBIS ADNUNTIET ISTUT
ET QUAE PRIMA SUNT AUDIRE
NOS FACIAT
DENT TESTES EORUM ET
IUSTIFICENTUR
ET AUDIANT ET DICANT UERE
UOS TESTES MEI DICIT DN̄S ET SER
UUS MEUS QUEM ELEGI
UT SCIATIS ET CREDATIS MIHI ET IN
TELLEGATIS QUIA EGO IPSE SUM
III ANTE ME NON EST FORMATUS D̄S
ET POST ME NON ERIT
EGO SUM EGO SUM DN̄S ET NON EST
ABSQ· ME SALUATOR
EGO ADNUNTIAUI ET SALUAUI
AUDITUM FECI ET NON FUIT
IN UOBIS ALIENUS
UOS TESTES MEI DICIT DN̄S
ET EGO D̄S UESTER
ET AB INITIO EGO IPSE ET NON EST
QUI DE MANU MEA ERUAT
OPERABOR ET QUIS AUERTET ILLUT
HAEC DICIT DN̄S REDEMTOR
UESTER SC̄S ISRAHEL
PROPTER UOS EMISI BABYLONEM
ET DETRAXI UECTES UNIUERSOS
ET CHALDAEOS IN NAUIB· SUIS
GLORIANTES
EGO DN̄S SC̄S UESTER CREANS ISR̄L
REX UESTER
HAEC DICIT DN̄S QUI DEDIT IN MARI
UIAM ET AQUIS TORRENTIB·
SEMITAM
QUI EDUXIT QUADRIGAM ET EQUUM
AGMEN ET ROBUSTUM
SIMUL OBDORMIERUNT
NEC RESURGENT
CONTRITI SUNT QUASI LINUM
ET EXTINCTI SUNT
NE MEMINERITIS PRIORUM ET
ANTIQUA NE INTUAMINI
ECCE EGO FACIO NOUA ET NUNC ORI
ENTUR UTIQ· COGNOSCETIS EA
PONAM IN DESERTO UIAM ET IN
INUIO FLUMINA
GLORIFICAUIT ME BESTIA AGRI
DRACONES ET STRUTHIONES
QUIA DEDI IN DESERTO AQUAS
FLUMINIS IN INUIO
UT DAREM POTUM POPULO MEO
ET ELECTO MEO
POPULUM ISTUM FORMAUI MIHI
LAUDEM MEAM NARRAUIT
LIIII NON ME INUOCASTI IACOB NEC
LABORASTI IN ME ISR̄L
NON OPTULISTI MIHI ARIETEM
HOLOCAUSTI TUI
ET UICTIMIS TUIS NON
GLORIFICASTI ME
NON TE SERUIRE FECI IN OBLATIONE
NEC LABOREM TIBI PRAEBUI IN TURE
NON EMISTI MIHI ARGENTO CALAMŪ
ET ADIPE UICTIMARUM TUARUM
NON INEBRIASTI ME
UERUM TAMEN SERUIRE ME
FECISTI IN PECCATIS TUIS
PRAEBUISTI MIHI LABOREM
IN INIQUITATIB· TUIS
EGO SUM EGO SUM IPSE QUI DELEO
INIQUITATES TUAS PROPTER ME
ET PECCATORUM TUORUM
NON RECORDABOR
REDUC ME IN MEMORIAM
UT IUDICEMUR SIMUL
NARRA SI QUID HABES
UT IUSTIFICERIS
PATER TUUS PRIMUS PECCAUIT
ET INTERPRAETES TUI PRAE
UARICATI SUNT IN ME
ET CONTAMINAUI PRINCIPES SC̄OS
DEDI AD INTERNECIONEM IACOB
ET ISRAHEL IN BLASPHEMIAM

CV ET NUNC AUDI IACOB SERUE MEUS
ET ISRL QUEM ELEGI
HAEC DICIT DNS FACIENS ET FORMANS
TE A UTERO AUXILIATOR TUUS
NOLI TIMERE SERUE MEUS IACOB
ET RECTISSIME QUEM ELEGI
EFFUNDAM ENIM AQUAS SUPER
SITIENTEM ET FLUENTA
SUPER ARIDAM
EFFUNDAM SPM MEUM SUPER
SEMEN TUUM
ET BENEDICTIONEM MEAM
SUPER STIRPEM TUAM
ET GERMINABUNT INTER HERBAS
QUASI SALICES IUXTA PRAETER
FLUENTES AQUAS
ISTE DICIT DNI EGO SUM
ET ILLE UOCAUIT IN NOMINE IACOB
ET HIC SCRIBET MANU SUA DNO
ET IN NOMINE ISRAHEL
ADSIMILABITUR
CVI HAEC DICIT DNS REX ISRL ET RE
DEMPTOR EIUS DNS EXERCITUUM
EGO PRIMUS ET EGO NOUISSIMUS
ET ABSQUE ME NON EST DS
QUIS SIMILIS MEI UOCET ET AD
NUNTIET ORDINEM
EXPONAT MIHI EX QUO CONSTITUI
POPULUM ANTIQUUM
UENTURA ET QUAE FUTURA SUNT
ADNUNTIENT EIS
NOLITE TIMERE NEQUE CONTURBEMINI
EX TUNC AUDIRE TE FECI ET ADNUN
TIAUI UOS ESTIS TESTES MEI
NUMQUID EST DS ABSQUE ME ET FOR
MATOR QUEM EGO NON NOUERIM
PLASTE IDOLI OMNES NIHIL SUNT
ET AMANTISSIMA EORUM
NON PRODERUNT EIS
IPSI SUNT TESTES EORUM
QUIA NON UIDENT
NEQUE INTELLEGUNT UT CONFUNDANTUR
QUIS FORMAUIT DM ET SCULPTILE
CONFLAUIT AD NIHIL UTILE
ECCE OMNES PARTICIPES EIUS
CONFUNDENTUR
FABRI ENIM SUNT EX HOMINIBUS
CONUENIENT OMNES STABUNT
ET PAUEBUNT ET CONFUNDENTUR
SIMUL
FABER FERRARIUS LIMA OPERATUS EST
IN PRUNIS ET IN MALLEIS
FORMABIT ILLUT
ET OPERATUS EST IN BRACCHIO
FORTITUDINIS SUAE
ESURIET ET DEFICIET ET NON
BIBET AQUAM
ARTIFEX LIGNARIUS EXTENDIT NORMAM
FORMABIT ILLUT IN RUNCINA FECIT
ILLUT IN ANGULARIBUS ET IN
CIRCINO TORNAUIT ILLUT
ET FECIT IMAGINEM UIRI QUASI
SPECIOSUM HOMINEM
HABITANTEM IN DOMO
SUCCIDIT CEDROS TULIT ILICEM
ET QUERCUM
QUAE STETERAT INTER LIGNA SALTUS
PLANTAUIT PINUM QUAM
PLUUIA NUTRIUIT
ET FACTA EST HOMINIBUS IN FOCUM
SUMSIT EX EIS ET CALEFACTUS EST
ET SUCCENDIT ET COXIT PANES
DE RELIQUO AUTEM OPERATUS
EST DM ET ADORAUIT
FECIT SCULPTILE ET CURUATUS
EST ANTE ILLUT
MEDIUM EIUS COMBUSSIT IGNI
ET DE MEDIO EIUS CARNES COMEDIT
COXIT PULMENTUM ET SATURA
TUS EST
ET CALEFACTUS EST ET DIXIT UA
CALEFACTUS SUM UIDI FOCUM
RELIQUUM AUTEM EIUS DEUM
FECIT SCULPTILE SIBI
CURUATUR ANTE ILLUT ET ADORAT ILLUT
ET OBSECRAT DICENS LIBERA ME
QUIA DEUS ES TU
NESCIERUNT NEQUE INTELLEXERUNT

OBLITI ENIM SUNT NE UIDEANT OCULI EORŪ
ET NE INTELLEGANT CORDE SUO
NON RECOGITANT IN MENTE SUA NEQ·
COGNOSCUNT NEQ· SENTIUNT
UT DICANT
MEDIETATEM EIUS COMBUSSI IGNE
ET COXI SUPER CARBONES EIUS PANES
COXI CARNES ET COMEDI
ET DE RELIQUO EIUS IDOLUM FACIAM
ANTE TRUNCUM LIGNI PROCIDAM
PARS EIUS CINIS EST COR INSIPIENS
ADORAUIT ILLUT
ET NON LIBERAUIT ANIMAM SUAM
NEQ· DICET FORTE MENDACIUM EST
IN DEXTERA MEA
MEMENTO HORUM IACOB ET ISRL
QM SERUUS MEUS ES TU
FORMAUI TE SERUUS MEUS ES TU ISRL
NON OBLIUISCERIS MEI
DELEUI UT NUBEM INIQUITATES TUAS
ET QUASI NEBULAM PECCATA TUA
REUERTERE AD ME QM REDEMI TE
LAUDATE CAELI QUONIAM FECIT DNS
IUBILATE EXTREMA TERRAE RESONATE
MONTES LAUDATIONEM
SALTUS ET OMNE LIGNUM EIUS
QUONIAM REDEMIT DNS IACOB
ET ISRAHEL GLORIABITUR
CVII HAEC DICIT DNS REDEMPTOR TUUS
ET FORMATOR TUUS EX UTERO
EGO SUM DNS FACIENS OMNIA
EXTENDENS CAELOS SOLUS STABILI
ENS TERRAM ET NULLUS MECUM
IRRITA FACIENS SIGNA DIUINORUM
ET HARIOLOS IN FUROREM UERTENS
CONUERTENS SAPIENTES RETRORSU
ET SCIENTIAM EORUM STULTAM
FACIENS
SUSCITANS UERBUM SERUI SUI
ET CONSILIUM NUNTIORUM
SUORUM CONPLENS
QUI DICO HIERUSALEM HABITABERIS
ET CIUITATIB· IUDA AEDIFICABIMINI
ET DESERTA EIUS SUSCITABO

QUI DICO PROFUNDO DESOLARE
ET FLUMINA TUA AREFACIAM
QUI DICO CYRO PASTOR MEUS
ET OMNEM UOLUNTATEM MEAM
COMPLEBIS
QUI DICO HIERUSALEM AEDIFICABE
RIS ET TEMPLO FUNDAUERIS
XLV HAEC DICIT DNS XPO MEO CYRO
CUIUS ADPREHENDI DEXTERAM
UT SUBICIAM ANTE FACIEM EIUS GENTES
ET DORSA REGUM UERTAM
ET APERIAM CORAM EO IANUAS
ET PORTAE NON CLUDENTUR
EGO ANTE TE IBO ET GLORIOSAS
TERRAE HUMILIABO
PORTAS AEREAS CONTERAM ET UECTES
FERREOS CONFRINGAM
ET DABO TIBI THESAUROS ABSCONDI
TOS ET ARCHANA SECRETORUM
UT SCIAS QUIA EGO DNS QUI UOCO
NOMEN TUUM DS ISRAHEL
PROPTER SERUUM MEUM IACOB
ET ISRL ELECTUM MEUM
ET UOCAUI TE IN NOMINE TUO ADSIMI
LAUI TE ET NON COGNOUISTI ME
EGO DNS ET NON EST AMPLIUS
EXTRA ME NON EST DS
ACCINXI TE ET NON COGNOUISTI ME
UT SCIANT HI QUI AB ORTU SOLIS
ET QUI AB OCCIDENTE
QUONIAM ABSQ· ME NON EST
EGO DNS ET NON EST ALTER
FORMANS LUCEM ET CREANS
TENEBRAS
FACIENS PACEM ET CREANS MALUM
EGO DNS FACIENS OMNIA HAEC
CVIII RORATE CAELI DESUPER ET NUBES
PLUANT IUSTUM
APERIATUR TERRA ET GERMINET
SALUATOREM
ET IUSTITIA ORIATUR SIMUL
EGO DNS CREAUI EUM
UAE QUI CONTRADICIT FICTORI SUO
TESTA DE SAMIIS TERRAE

NUMQUID DICIT LUTUM FIGULO SUO
QUID FACIS ET OPUS TUUM
ABSQ· MANIBUS EST
UAE QUI DICIT PATRI QUID GENERAS
ET MULIERI QUID PARTURIS
HAEC DICIT DNS SCS ISRL PLASTES EIUS
UENTURA INTERROGATE ME
SUPER FILIOS MEOS ET SUPER
OPUS MANUUM MEARUM
MANDASTIS MIHI
EGO FECI TERRAM ET HOMINEM
SUPER EAM CREAUI
EGO MANUS MEAE TETENDERUNT
CAELOS
ET OMNI MILITIAE EORUM MANDAUI
EGO SUSCITAUI EUM AD IUSTITIAM
ET OMNES UIAS EIUS DIRIGAM
IPSE AEDIFICAUIT CIUITATEM MEAM
ET CAPTIUITATEM MEAM
DIMITTET
NON IN PRETIO NEQ· IN MUNERIB·
DICIT DNS DS EXERCITUUM
CVIII HAEC DICIT DNS LABOR AEGYPTI
ET NEGOTIATIO AETHIOPIAE
ET SABAIM UIRI SUBLIMES AD TE
TRANSIBUNT ET TUI ERUNT
POST TE AMBULABUNT UINCTI
MANICIS PERGENT
ET TE ADORABUNT TEQUE
DEPRECABUNTUR
TANTUM IN TE EST DS ET NON EST
ABSQ· TE DS
UERE TU ES DS ABSCONDITUS
DS ISRAHEL SALUATOR
CONFUSI SUNT ET ERUBUERUNT
OMNES SIMUL
ABIERUNT IN CONFUSIONEM
FABRICATORES ERRORUM
ISRAHEL SALUATUS EST IN DNO
SALUTE AETERNA
NON CONFUNDIMINI ET NON ERU
BESCETIS USQ· IN SAECULUM SLI
QUIA HAEC DICIT DNS CREANS
CAELOS IPSE DS
FORMANS TERRAM ET FACIENS EAM
IPSE PLASTES EIUS
NON IN UANUM CREAUIT EAM UT
HABITETUR FORMAUIT EAM
EGO DNS ET NON EST ALIUS
NON IN ABSCONDITO LOCUTUS SUM
IN LOCO TERRAE TENEBROSO
NON DIXI SEMINI IACOB FRUSTRA
QUAERITE ME
EGO DNS LOQUENS IUSTITIAM
ADNUNTIANS RECTA
CX CONGREGAMINI ET UENITE ET
ACCEDITE SIMUL QUI SALUATI
ESTIS EX GENTIBUS
NESCIERUNT QUI LEUANT SIGNUM
SCALPTURAE SUAE ET ROGANT
DM SALUANTEM NON
ADNUNTIATE ET UENITE ET CON
SILIAMINI SIMUL
QUIS AUDITUM FECIT HOC AB INITIO
EXTUNC PRAEDIXIT ILLUT
NUMQUID NON EGO DNS ET NON
EST ULTRA DS ABSQ· ME
DS IUSTUS ET SALUANS NON EST
PRAETER ME
CONUERTIMINI AD ME ET SALUI
ERITIS OMNES FINES TERRAE
QUIA EGO DS ET NON EST ALIUS
IN MEMET IPSO IURAUI
EGREDIETUR DE ORE MEO IUSTITIAE
UERBUM ET NON REUERTETUR
QUIA MIHI CURUABUNT OMNIA GENU
ET IURAUIT OMNIS LINGUA
ERGO IN DNO DICET MEAE SUNT
IUSTITIAE ET IMPERIUM
AD EUM UENIENT ET CONFUNDENTUR
OMNES QUI REPUGNANT EI
IN DNO IUSTIFICABITUR ET LAUDA
BITUR OMNE SEMEN ISRL
XLVI CONFLATUS EST BEL CONTRITUS
EST NABOTH
FACTA SUNT SIMULACRA EORUM
BESTIIS ET IUMENTIS
ONERA UESTRA GRAUI PONDERE

USQ· AD LASSITUDINEM
CONTABUERUNT ET CONTRITA SUNT
SIMUL ET NON POTUERUNT SALVARE
PORTANTEM ET ANIMA EORUM
IN CAPTIVITATEM IBIT
AUDITE ME DOMUS IACOB ET OMNE
RESIDUUM DOMUS ISRL
QUI PORTAMINI MEO UTERO
QUI GESTAMINI MEA VULVA
USQ· AD SENECTAM EGO IPSE ET USQ·
AD CANOS EGO PORTABO
EGO FECI ET EGO FERAM ET EGO
PORTABO ET SALVABO
CUI ADSIMILASTIS ME ET ADAEQUASTIS
ET CONPARASTIS ME ET FECISTIS
SIMILEM
QUI CONFERTIS AURUM DE SACCULO
ET ARGENTUM STATERA
PONDERATIS
CONDUCENTES AURIFICEM UT FACIAT
DEUM ET PROCEDUNT ET ADORANT
PORTANT ILLUT IN HUMERIS GESTAN
TES ET PONENTES IN LOCO SUO
ET STABIT ET DE LOCO SUO
NON MOVEBITUR
SED ET CUM CLAMAVERINT AD EUM
NON AUDIET DE TRIBULATIONE
NON SALVABIT EOS
MEMENTOTE ISTUT ET FUNDAMINI
REDITE PRAEVARICATORES AD COR
RECORDAMINI PRIORIS SAECULI
QUONIAM EGO SUM DS
ET NON EST ULTRA DS
NEC EST SIMILIS MEI
ADNUNTIANS AB EXORDIO NOVISSI
MUM ET AB INITIO QUAE NEC
DUM FACTA SUNT
DICENS CONSILIUM MEUM STABIT
ET OMNIS VOLUNTAS MEA FIET
VOCANS AB ORIENTE AVEM ET DE
TERRA LONGINQUA VIRUM
VOLUNTATIS MEAE
ET LOCUTUS SUM ET ADDUCAM
ILLUT CREAVI ET FACIAM ILLUD

AUDITE ME DURO CORDE QUI
LONGE ESTIS A IUSTITIA
PROPE FECI IUSTITIAM MEAM
NON ELONGABITUR
ET SALUS MEA NON MORABITUR
DABO IN SION SALUTEM ET ISRL
IN GLORIAM MEAM
xlvii cxi DESCENDE SEDE IN PULVERE
VIRGO FILIA BABYLON
SEDE IN TERRA NON EST SOLIUM
FILIAE CHALDAEORUM
QUIA ULTRA NON VOCABERIS
MOLLIS ET TENERA
TOLLE MOLAM ET MOLE FARINAM
DENUDA TURPITUDINEM TUAM
DISCOPERI UMERUM
REVELA CRURA TRANSI FLUMINA
REVELABITUR IGNOMINIA TUA ET
VIDEBITUR OBPROBRIUM TUUM
ULTIONEM CAPIAM ET NON
RESISTET MIHI HOMO
cxii REDEMPTOR NOSTER DNS EXERCI
TUUM NOMEN ILLIUS SCS ISRL
SEDE TACE ET INTRA IN TENEBRAS
FILIA CHALDAEORUM
QUIA NON VOCABERIS ULTRA
DOMINA REGNORUM
IRATUS SUM SUPER POPULUM MEU̅
CONTAMINAVI HEREDITATEM MEA̅
ET DEDI EOS IN MANU TUA
NON POSUISTI EIS MISERICORDIAS
SUPER SENEM ADGRAVASTI
IUGUM TUUM VALDE
ET DIXISTI IN SEMPITERNUM
ERO DOMINA
NON POSUISTI HAEC SUPER COR TUU̅
NEQ· RECORDATA ES NOVISSIMI TUI
ET NUNC AUDI HAEC DELICATA
ET HABITANS CONFIDENTER
QUAE DICIS IN CORDE TUO
EGO SUM ET NON EST PRAE
TER ME AMPLIUS
NON SEDEBO VIDUA ET IGNORABO
STERILITATEM

VENIENT TIBI DUO HAEC SUBITO IN DIE
UNA STERILITAS ET VIDUITAS
UNIVERSA VENERUNT SUPER TE
PROPTER MULTITUDINEM
MALEFICIORUM TUORUM
ET PROPTER DURITIAM INCANTATO
RUM TUORUM VEHEMENTEM
ET FIDUCIAM HABUISTI IN MALITIA
TUA ET DIXISTI NON EST
QUI VIDEAT ME
SAPIENTIA TUA ET SCIENTIA TUA
HAEC DECEPIT TE
ET DIXISTI IN CORDE TUO EGO SUM
ET PRAETER ME NON EST ALTERA
VENIET SUPER TE MALUM ET
NESCIES ORTUM EIUS
ET INRUET SUPER TE CALAMITAS
QUAM NON POTERIS EXPIARE
VENIET SUPER TE REPENTE
MISERIA QUAM NESCIES
STA CUM INCANTATORIB· TUIS
ET CUM MULTITUDINE MALE
FICIORUM TUORUM
IN QUIB· LABORASTI AB ADULES
CENTIA TUA
SI FORTE QUID PROSIT TIBI AUT
SI POSSIS FIERI FORTIOR
DEFECISTI IN MULTITUDINE
CONSILIORUM TUORUM
STENT ET SALVENT TE
AUGURES CAELI
QUI CONTEMPLABANTUR SIDERA
ET SUPPUTABANT MENSES
UT EX EIS ADNUNTIARENT
VENTURA TIBI
ECCE FACTI SUNT QUASI STIPULA
IGNIS CONBUSSIT EOS
NON LIBERABUNT ANIMAM SUAM
DE MANU FLAMMAE
NON SUNT PRUNAE QUIB· CALEFIANT
NEC FOCUS UT SEDEANT AD EUM
SIC FACTA SUNT TIBI IN QUIBUS
CUMQUE LABORAVERAS
NEGOTIATORES TUI AB ADULESCENTIA TUA

UNUSQUISQ· IN VIA SUA ERRAVERUNT
NON EST QUI SALVET TE
XLVIII AUDITE HOC DOMUS IACOB
QUI VOCAMINI NOMINE ISRAHEL
ET DE AQUIS IUDA EXISTIS
QUI IURATIS IN NOMINE DNI
ET DI ISRL RECORDAMINI NON IN
VERITATE NEQ· IN IUSTITIA
DE CIVITATE ENIM SCA VOCATI SUNT
ET SUPER DM ISRL CONSTABILITI SUNT
DNS EXERCITUUM NOMEN EIUS
PRIORA EX TUNC ADNUNTIAVI
ET EX ORE MEO EXIERUNT
ET AUDITA FECI EA
REPENTE OPERATUS SUM ET VENERUNT
CXIII SCIVI ENIM QUIA DURUS ES TU
ET NERVUS FERREUS CERVIX TUA
ET FRONS TUA AEREA
PRAEDIXI TIBI EX TUNC ANTEQUAM
VENIRENT INDICAVI TIBI
NE FORTE DICERES IDOLA MEA
FECERUNT HAEC
ET SCULPTILIA MEA ET CONFLATILIA
MANDAVERUNT ISTA
QUAE AUDISTI VIDE OMNIA VOS
AUTEM NON ADNUNTIASTIS
AUDITA FECI TIBI NOVA EX TUNC
ET CONSERVATA QUAE NESCIS
NUNC CREATA SUNT ET NON
EX TUNC ET ANTE DIEM ET NON
AUDISTI EA
NE FORTE DICAS ECCE EGO NOVI EA
NEQUE AUDISTI NEQUE COGNOVISTI
NEQ· EX TUNC APERTA EST
AURIS TUA
SCIO ENIM QUIA PRAEVARICANS
PRAEVARICABIS
ET TRANSGRESSOREM EX VENTRE
VOCAVI TE
PROPTER NOMEN MEUM LONGE
FACIAM FUROREM MEUM
ET LAUDE MEA INFRENABO TE
NE INTEREAS
ECCE EXCOXI TE SED NON QUASI

ARGENTUM ELEGI TE IN CAMINO
PAUPERTATIS
PROPTER ME PROPTER ME
FACIAM UT NON BLASPHEMER
ET GLORIAM MEAM ALTERI
NON DABO
AUDI ME IACOB ET ISRAHEL
QUEM EGO UOCO
EGO IPSE EGO PRIMUS
ET EGO NOUISSIMUS
MANUS QUOQ· MEA FUNDAUIT
TERRAM ET DEXTERA MEA
MENSA EST CAELOS
EGO UOCABO EOS ET STABUNT
SIMUL
CONGREGAMINI OMNES UOS ET AUDITE
QUIS DE EIS ADNUNTIAUIT HAEC
DNS DILEXIT EUM FACIET UOLUN
TATEM SUAM IN BABYLONEM
ET BRACHIUM SUUM IN CHALDAEIS
EGO EGO LOCUTUS SUM
ET UOCAUI EUM
IIII ADDUXI EUM ET DIRECTA EST
UIA EIUS
ACCEDITE AD ME ET AUDITE HOC
NON A PRINCIPIO IN ABSCONDITO
LOCUTUS SUM
EX TEMPORE ANTEQUAM
FIERENT IBI ERAM
ET NUNC DNS DS MISIT ME
ET SPS EIUS
HAEC DICIT DNS REDEMPTOR
TUUS SCS ISRL
EGO DNS DS TUUS DOCENS TE
UTILIA GUBERNANS TE
IN UIA QUA AMBULAS
UTINAM ADTENDISSES
MANDATA MEA
FACTA FUISSET SICUT
FLUMEN PAX TUA
ET IUSTITIA TUA SICUT GUR
GITES MARIS
ET FUISSET QUASI HARENA
SEMEN TUUM

ET STIRPS UTERI TUI UT LAPILLI EIUS
NON INTERISSET ET NON FUISSET
ATTRITUM NOMEN EIUS
A FACIE MEA
EGREDIMINI DE BABYLONE
FUGITE A CHALDAEIS
IN UOCE EXULTATIONIS ADNUNTIATE
AUDITUM FACITE HOC
ET FERTE ILLUD USQ· AD EXTRE
MUM TERRAE
DICITE REDEMIT DNS SERUUM
SUUM IACOB
NON SITIERUNT IN DESERTO
CUM EDUCERET EOS
AQUAM DE PETRA PRODUXIT EIS
ET SCIDIT PETRAM ET FLUX
ERUNT AQUAE
NON EST PAX IMPIIS DICIT DNS
XLIX AUDITE INSULAE ET ADTENDITE
POPULI DE LONGE
DNS AB UTERO UOCAUIT ME
DE UENTRE MATRIS MEAE RECOR
DATUS EST NOMINIS MEI
ET POSUIT OS MEUM QUASI
GLADIUM ACUTUM
IN UMBRA MANUS SUAE
PROTEXIT ME
ET POSUIT ME SICUT SAGITTAM
ELECTAM IN FARETRA SUA
ABSCONDIT ME
ET DIXIT MIHI SERUUS MEUS ES TU
ISRAHEL QUIA IN TE GLORIABOR
ET EGO DIXI IN UACUUM LABORAUI
SINE CAUSA ET UANAE FORTITU
DINEM MEAM CONSUMPSI
ERGO IUDICIUM MEUM CUM DNO
ET OPUS MEUM CUM DO MEO
ET NUNC DICIT DNS
FORMANS ME EX UTERO
SERUUM SIBI
UT REDUCAM IACOB AD EUM
ET ISRL NON CONGREGABITUR
ET GLORIFICATUS SUM
IN OCULIS DNI

ET DS MEUS FACTUS EST FORTITUDO MEA
ET DIXIT PARUM EST UT SIS MIHI
SERUUS AD SUSCITANDAS TRIBUS
IACOB ET FAECES ISRAHEL
CONUERTENDAS
DEDI TE IN LUCEM GENTIUM
UT SIS SALUS MEA USQUE
AD EXTREMUM TERRAE
HAEC DICIT DNS REDEMTOR ISRL
SCS EIUS
AD CONTEMTIBILEM ANIMAM
AD ABOMINATAM GENTEM AD
SERUUM DOMINORUM
REGES UIDEBUNT ET CONSURGENT
PRINCIPES ET ADORABUNT
PROPTER DNM QUIA FIDELIS EST
ET SCM ISRL QUI ELEGIT TE
CCVI HAEC DICIT DNS
IN TEMPORE PLACITO EXAUDIUI TE
ET IN DIE SALUTIS AUXILIATUS SUM TUI
ET SERUAUI TE ET DEDI TE IN
FOEDUS POPULI
UT SUSCITARES TERRAM ET POSSI
DERES HEREDITATES DISSIPATAS
UT DICERES HIS QUI UINCTI SUNT
EXITE ET HIS QUI IN TENEBRIS
REUELAMINI
SUPER UIAS PASCENTUR ET IN OM
NIB· PLANIS PASCUA EORUM
NON ESURIENT NEQ· SITIENT ET NON
PERCUTIET EOS AESTUS ET SOL
QUIA MISERATOR EORUM REGET
EOS ET AD FONTEM AQUARUM
PORTABIT EOS
ET PONAM OMNES MONTES MEOS
IN UIAM ET SEMITAE MEAE
EXALTABUNTUR
ECCE ISTI DE LONGE UENIENT
ET ECCE ILLI AB AQUILONE ET A MARI
ET ISTI DE TERRA AUSTRALI
LAUDATE CAELI ET EXULTA TERRA
IUBILATE MONTES LAUDEM
QUIA CONSOLATUS EST DNS
POPULUM SUUM ET PAUPERUM

SUORUM MISEREBITUR
ET DIXIT SION DERELIQUIT ME DNS
ET DNS OBLITUS EST MEI
NUMQUID OBLIUISCI POTEST
MULIER INFANTEM SUUM
UT NON MISEREATUR FILIO
UTERI SUI
ET SI ILLA OBLITA FUERIT
EGO TAMEN NON OBLIUISCAR TUI
ECCE IN MANIB· MEIS DESCRIBSI TE
MURI TUI CORAM OCULIS
MEIS SEMPER
UENERUNT STRUCTORES TUI
DESTRUENTES TE ET DISSI
PANTES A TE EXIBUNT
LEUA IN CIRCUITU OCULOS
TUOS ET UIDE
OMNES ISTI CONGREGATI SUNT
UENERUNT TIBI
UIUO EGO DICIT DNS QUIA OMNIB·
HIS UELUT ORNAMENTO
UESTIERIS
ET CIRCUMDABIS TIBI EOS 61
QUASI SPONSA
QUIA DESERTA TUA ET SOLITUDINES
TUAE ET TERRA RUINAE TUAE
NUNC ANGUSTAE ERUNT PRAE
HABITATORIB· ET LONGE FUGA
BUNTUR QUI ABSORBEBANT TE
ADHUC DICENT IN AURIB· TUIS
FILII STERILITATIS TUAE
ANGUSTUS MIHI EST LOCUS FAC
SPATIUM MIHI UT HABITEM
ET DICES IN CORDE TUO QUIS
GENUIT MIHI ISTOS
EGO STERILIS ET NON PARIENS
TRANSMIGRATA ET CAPTIUA
ET ISTOS QUIS ENUTRIUIT
EGO DESTITUTA ET SOLA
ET ISTI UBI ERANT
CCVII HAEC DICIT DNS DS
ECCE LEUO AD GENTES MANUM
MEAM ET AD POPULOS
EXALTABO SIGNUM MEUM

ET ADFERENT FILIOS TUOS IN ULNIS
ET FILIAS TUAS SUPER UMEROS
PORTABUNT
ET ERUNT REGES NUTRICII TUI
ET REGINAE NUTRICES TUAE
UULTU IN TERRA DIMISSO
ADORABUNT TE
ET PULUEREM PEDUM TUORUM
LINGENT
ET SCIES QUIA EGO DN̄S
SUPER QUO NON CONFUNDENTUR
QUI EXPECTANT EUM
NUMQUID TOLLETUR A FORTE PRAEDA
AUT QUOD CAPTUM FUERIT A RO
BUSTO SALUUM ESSE POTERIT
QUIA HAEC DICIT DN̄S
ET QUIDEM ET CAPTIUITAS
A FORTI TOLLETUR
ET QUOD ABLATUM FUERIT
A ROBUSTO SALUABITUR
EOS UERO QUI TE IUDICAUERUNT TE
EGO IUDICABO ET FILIOS TUOS
EGO SALUABO
ET CIBABO HOSTES TUOS
CARNIB· SUIS
ET QUASI MUSTO SANGUINE SUO
INEBRIABUNTUR
ET SCIET OMNIS CARO QUIA EGO DN̄S
SALUANS TE ET REDEMTOR TUUS
FORTIS IACOB
L cxvii HAEC DICIT DN̄S
QUIS EST HIC LIBER REPUDII
MATRIS UESTRAE QUO DIMISI EĀ
AUT QUIS EST CREDITOR MEUS
CUI UENDIDI UOS
ECCE IN INIQUITATIB· UESTRIS
UENDITI ESTIS
ET IN SCELERIB· UESTRIS DIMISI
MATREM UESTRAM
QUIA UENI ET NON ERAT UIR UOCAUI
ET NON ERAT QUI AUDIRET
cxviii NUM QUID ADBREUIATA ET PAR
UULA FACTA EST MANUS MEA
UT NON POSSIM REDIMERE
AUT NON EST IN ME UIRTUS
AD LIBERANDUM
ECCE IN CREPATIONE MEA DESERTŪ
FACIAM MARE
PONAM FLUMINA IN SICCUM
CONPUTRESCENT PISCES SINE
AQUA ET MORIENTUR IN SITI
INDUAM CAELOS TENEBRIS
ET SACCUM PONAM OPERI
MENTUM EORUM
DN̄S DEDIT MIHI LINGUAM ERUDITAM
UT SCIAM SUSTENTARE EUM
QUI LAPSUS EST UERBO
ERIGIT MIHI MANE MANE
ERIGIT MIHI AUREM UT AUDIAM
QUASI MAGISTRUM
DN̄S D̄S APERUIT MIHI AUREM
EGO AUTEM NON CONTRADICO
RETRORSUM NON ABII
CORPUS MEUM DEDI PERCUTI
ENTIB· ET GENAS MEAS UELLENTIB·
FACIEM MEAM NON AUERTI
AB INCREPANTIB· ET CON
SPUENTIBUS
DN̄S D̄S AUXILIATOR MEUS IDEO
NON SUM CONFUSUS
IDEO POSUI FACIEM MEAM UT
PETRAM DURISSIMAM ET SCIO
QUONIAM NON CONFUNDAR
IUXTA EST QUI IUSTIFICAT ME QUIS
CONTRADICIT MIHI STEMUS
SIMUL
QUIS EST ADUERSARIUS MEUS
ACCEDAT AD ME
ECCE DN̄S D̄S AUXILIATOR MEUS
QUIS EST QUI CONDEMNET ME
ECCE OMNES QUASI UESTIMEN
TUM CONTERENTUR TINEA
COMEDIT EOS
QUIS EX UOBIS TIMENS DN̄M
AUDIENS UOCEM SERUI SUI
QUIS AMBULAUIT IN TENEBRIS
ET NON EST LUMEN EI
SPERET IN NOMINE DN̄I ET

INNITATUR SUPER DM̄ SUUM
ECCE OMNES UOS ACCENDENTES
IGNEM ACCINCTI FLAMMIS
AMBULATE IN LUMINE IGNIS
UESTRI ET IN FLAMMIS
QUAS SUCCENDISTIS
DE MANU MEA FACTUM EST HOC
UOBIS IN DOLORIBUS DORMIETIS
CXVIIII LI AUDITE ME QUI SEQUIMINI
QUOD IUSTUM EST ET QUAE
RITIS DNM̄
ADTENDITE AD PETRAM UNDE
EXCISI ESTIS ET AD CABERNAM
LACI DE QUA PRAECISI
ESTIS
ADTENDITE AD ABRAHAM PATREM
UESTRUM ET AD SARRAM
QUAE PEPERIT UOS
QUIA UNUM UOCAUI EUM ET BENE
DIXI EI ET MULTIPLICABI EUM
CONSOLABITUR ERGO DN̄S ET SION
CONSOLABITUR OMNES
RUINAS EIUS
ET PONET DESERTUM EIUS
QUASI DELICIAS
ET SOLITUDINEM EIUS QUASI
HORTUM DN̄I
GAUDIUM ET LAETITIA
INUENIETUR IN EA
GRATIARUM ACTIO ET UOX LAUDIS
ADTENDITE AD ME POPULUS MEUS
ET TRIB· MEA AUDITE ME
QUIA LEX A ME EXIET ET IUDICIUM
MEUM IN LUCEM POPULORUM
REQUIESCET
PROPE EST IUSTUS MEUS EGRES
SUS EST SALUATOR MEUS
ET BRACHIA MEA POPULOS IUDICAB(UN)T
ME INSULAE EXPECTABUNT
ET BRACHIUM MEUM SUSTINEBUNT
LEUATE IN CAELUM OCULOS UESTROS
ET UIDETE SUB TERRA DEORSUM
QUIA CAELI SICUT FUMUS
LIQUESCENT

ET TERRA SICUT UESTIMENTUM
ADTERETUR
ET HABITATORES EIUS SICUT
HAEC INTERIBUNT
SALUS AUTEM MEA IN SEMPI
TERNUM ERIT
ET IUSTITIA MEA NON DEFICIET
CXX AUDITE ME QUI SCITIS IUSTUM
POPULUS LEX MEA IN CORDE
EORUM
NOLITE TIMERE OBPROBRIUM
HOMINUM
ET BLASPHEMIAS EORUM
NE METUATIS
SICUT ENIM UESTIMENTUM SIC
COMEDET EOS UERMIS
ET SICUT LANA SIC DEUORABIT EOS
TINEA
SALUS AUTEM MEA IN SEMPI
TERNUM ERIT
ET IUSTITIA MEA IN GENERATIONES
GENERATIONUM
CXXI CONSURGE CONSURGE INDUERE
FORTITUDINEM BRACCHIUM DN̄I
CONSURGE SICUT DIEB· ANTIQUIS
IN GENERATIONIB· SAECULORUM
NUMQUID TU NON PERCUSSISTI
SUPERBUM UULNERASTI
DRACONEM
NUMQUID NON TU SICCASTI MARE
AQUAM ABYSSI UEHEMENTIS
QUI POSUISTI PROFUNDUM MARIS
UIAM UT TRANSIRENT LIBERATI
ET NUNC QUI REDEMPTI SUNT A DN̄O
REUERTENTUR ET UENIENT
IN SION LAUDANTES
ET LAETITIA SEMPITERNA
SUPER CAPITA EORUM
GAUDIUM ET LAETITIAM TENEBUNT
FUGIET DOLOR ET GEMITUS
EGO EGO IPSE CONSOLABOR UOS
QUIS TU UT TIMERES AB HOMINE
MORTALI ET A FILIO HOMINIS
QUI QUASI FAENUM CITO ARESCET

et oblitus es dni factoris tui
qui tetendit caelos et fundavit
terram
et formidasti iugiter tota die
a facie furoris eius qui te tribu
labat et paraverat ad per
dendum
ubi nunc est furor tribulantis
cito veniet gradiens
ad aperiendum
et non interficiet usque ad in
ternicionem nec deficiet
panis eius
ego autem sum dns ds tuus
qui conturbo mare et intu
mescunt fluctus eius
dns exercituum nomen meum
posui verba mea in ore tuo
et in umbra manus meae
protexi te
ut plantes caelos et fundes
terram
et dicas ad sion populus
meus es tu
cxvii Elevare elevare consurge
hierusalem
quae bibisti de manu dni
calicem irae eius
usque ad fundum calicis soporis
bibisti et potasti usque ad faeces
non est qui sustentet eam ex
omnib. filiis quos genuit
et non est qui adprehendat
manum eius ex omnib. filiis
quos enutrivit
duo sunt quae occurrerunt tibi
quis contristabitur super te
vastitas et contritio et fames et
gladius quis consolabitur te
filii tui proiecti sunt dormierunt
in capite omnium viarum sicut
bestia inlaqueata
pleni indignatione dni
increpatione di tui

propterea audi hoc paupercula et
ebria non a vino
haec dicit dominator tuus dns
et ds tuus qui pugnavit
pro populo suo
ecce tuli de manu tua
calicem soporis
fundum calicis indignationis meae
non adicies ut bibas illud ultra
et ponam illud in manu eorum
qui te humiliaverunt
et dixerunt animae tuae incur
vare ut transeamus
et posuisti ut terram corpus
tuum et quasi viam
transeuntibus
cxviii Consurge consurge induere
fortitudine tua sion
induere vestimentis gloriae
tuae hierusalem civitas sci
quia non adiciet ultra ut
pertranseat per te incircum
cisus et inmundus
excutere de pulvere con
surge sede hierusalem
solve vincula colli tui
captiva filia sion
quia haec dicit dns gratis venun
dati estis et sine argento
redimemini quia haec dicit
dns ds
in aegyptum descendit popu
lus meus in principio ut
colonus esset ibi et assyr absq. ulla causa
et nunc quid mihi est calumniatus est eum
haec dicit dns
quoniam ablatus est populus
meus gratis
dominatores eius inique agunt
dicit dns
et iugiter tota die nomen meum
blasphematur
propter hoc sciet populus meus
nomen meum in die illa

QUIA EGO IPSE QUI LOQUEBAR
ECCE ADSUM
CXXIIII QUAM PULCHRI SUPER MONTES
PEDES ADNUNTIANTIS ET
PRAEDICANTIS PACEM
ADNUNTIANTES BONUM PRAEDI
CANTES SALUTEM
DICENTES SION REGNAVIT DS TUUS
VOX SPECULATORUM TUORUM
LEVAVERUNT VOCEM SIMUL
LAUDABUNT
QUIA OCULO AD OCULUM VIDEBUNT
CUM CONVERTERIT DNS SION
GAUDETE ET LAUDATE SIMUL
DESERTA HIERUSALEM
QUIA CONSOLATUS EST DNS POPULUM
SUUM REDEMIT HIERUSALEM
PARAVIT DNS BRACCHIUM SCM
SUUM IN OCULIS OMNIUM
GENTIUM
ET VIDEBUNT OMNES FINES TERRAE
SALUTARE DI NOSTRI
CXXV RECEDITE RECEDITE EXITE INDE
POLLUTUM NOLITE TANGERE
EXITE DE MEDIO EIUS MUNDAMINI
QUI FERTIS VASA DNI
QUONIAM NON IN TUMULTU EXIBITIS
NEC IN FUGA PROPERABITIS
PRAECEDET ENIM VOS DNS ET CON
GREGAVIT VOS DS ISRL
ECCE INTELLEGET SERVUS MEUS
EXALTABITUR ET ELEVABITUR
ET SUBLIMIS ERIT VALDE
SICUT OBSTIPUERUNT SUPER TE
MULTI SIC INGLORIUS ERIT INTER
VIROS ASPECTUS EIUS
ET FORMA EIUS INTER FILIOS
HOMINUM
ISTE ASPERGET GENTES MULTAS
SUPER IPSUM CONTINEBUNT
REGES OS SUUM
QUIA QUIB· NON EST NARRATUM
DE EO VIDERUNT
ET QUI NON AUDIERANT CON
TEMPLATI SUNT
CXXVI
LIII QUIS CREDIDIT AUDITUI NOSTRO
ET BRACCHIUM DNI CUI
REVELATUM EST
ET ASCENDET SICUT VIRGULTUM
CORAM EO
ET SICUT RADIX DE TERRA SITIENTI
NON EST SPECIES EI NEQ· DECOR
ET VIDIMUS EUM
ET NON ERAT ASPECTUS ET DESIDE
RAVIMUS EUM
DESPECTUM ET NOVISSIMUM
VIRORUM
VIRUM DOLORUM ET SCIENTEM
INFIRMITATEM
ET QUASI ABSCONDITUS VULTUS
EIUS ET DESPECTUS
UNDE NEC REPUTAVIMUS EUM
VERE LANGUORES NOSTROS
IPSE TULIT ET DOLORES
NOSTROS PORTABIT
ET NOS PUTAVIMUS EUM QUASI
LEPROSUM ET PERCUSSUM
A DO ET HUMILIATUM
IPSE AUTEM VULNERATUS EST
PROPTER INIQUITATES NOSTRAS
ATTRITUS EST PROPTER
SCELERA NOSTRA
DISCIPLINA PACIS NOSTRAE
SUPER EUM ET LIVORE EIUS
SANATI SUMUS
OMNES NOS QUASI OVES ERRAVI
MUS UNUSQUISQ· IN VIAM
SUAM DECLINAVIT
ET DNS POSUIT IN EO INIQUITATEM
OMNIUM NOSTRUM
OBLATUS EST QUIA IPSE VOLUIT
ET NON APERUIT OS SUUM
SICUT OVIS AD OCCISIONEM
DUCETUR
ET QUASI AGNUS CORAM TONDENTE
OBMUTESCET ET NON APERUIT
OS SUUM
DE ANGUSTIA ET DE IUDICIO SUBLATUS
EST

GENERATIONEM EIUS QUIS
ENARRAUIT
QUIA ABSCISUS EST DE TERRA
UIUENTIUM
PROPTER SCELUS POPULI MEI
PERCUSSI EUM
ET DABIT IMPIOS PRO SEPULTURA
ET DIUITEM PRO MORTE EIUS
EO QUOD INIQUITATEM NON FECE
RIT NEQ. DOLUS FUERIT
IN ORE EIUS
ET DNS UOLUIT CONTERERE EUM
IN INFIRMITATE
SI POSUERIT PRO PECCATO
ANIMAM SUAM UIDEBIT
SEMEN LONGAEUUM
ET UOLUNTAS DNI IN MANU EIUS
DIRIGETUR
PRO EO QUOD LABORAUIT ANIMA
EIUS UIDEBIT ET SATURABITUR
IN SCIENTIA SUA IUSTIFICAUIT IPSE
IUSTUS SERUOS MEOS MULTOS
ET INIQUITATES EORUM
IPSE PORTABIT
IDEO DISPERTIAM EI PLURIMOS
ET FORTIUM DIUIDET SPOLIA
PRO EO QUOD TRADIDIT IN MOR
TEM ANIMAM SUAM
ET CUM SCELERATIS REPU
TATUS EST
ET IPSE PECCATUM MULTORUM
TULIT ET PRO TRANSGRES
SORIB. ROGAUIT
CXXVII LAUDA STERILIS QUAE NON PARIS
LIIII DECANTA LAUDEM ET HINNI
QUAE NON PARIEBAS
QUONIAM MULTI FILII DESERTAE
MAGIS QUAM EIUS QUAE
HABEBAT UIRUM DICIT DNS
DILATA LOCUM TENTORII TUI ET
PELLES TABERNACULORUM
TUORUM EXTENDE NE PARCAS
LONGOS FAC FUNICULOS TUOS ET
CLAUOS TUOS CONSOLIDA
AD DEXTRAM ENIM ET AD LAEUAM
PENETRABIS
ET SEMEN TUUM GENTES
HEREDITABIT
ET CIUITATES DESERTAS
INHABITABIT
NOLI TIMERE QUIA NON CONFUNDERIS
NEQ. ERUBESCAS NON ENIM
TE PUDEBIT
QUIA CONFUSIONIS ADULESCENTIAE
TUAE OBLIUISCERIS
ET OBPROBRII UIDUITATIS TUAE
NON RECORDABERIS AMPLIUS
QUIA DOMINABITUR TUI QUI FECIT TE
DNS EXERCITUUM NOMEN EIUS
ET REDEMTOR TUUS SCS ISRL. DS
OMNIS TERRAE UOCABITUR
QUIA UT MULIEREM DERELICTAM
ET MAERENTEM SPU
UOCAUIT TE DNS
ET UXOREM AB ADULESCENTIA
ABIECTAM
DIXIT DS TUUS AD PUNCTUM
IN MODICO DERELIQUI TE
ET IN MISERATIONIBUS MAGNIS
CONGREGABO TE
IN MOMENTO INDIGNATIONIS
ABSCONDI FACIEM MEAM
PARUM PER A TE
ET IN MISERICORDIA SEMPITERNA
MISERTUS SUM TUI DIXIT
REDEMTOR TUUS DNS
SICUT IN DIEB. NOE ISTUT MIHI EST
CUI IURAUI NE INDUCEREM AQUAS
NOE ULTRA SUPER TERRAM
SIC IURAUI UT NON IRASCAR TIBI
ET NON INCREPEM TE
MONTES ENIM COMMOUE
BUNTUR ET COLLES CON
TREMESCENT
MISERICORDIA AUTEM MEA
NON RECEDET
ET FOEDUS PACIS MEAE
NON MOUEBITUR

DIXIT MISERATOR TUUS DNS
PAUPERCULA TEMPESTATE CON
UULSA ABSQ· ULLA CONSOLATIONE
ECCE EGO STERNAM PER ORDINEM
LAPIDES TUOS
ET FUNDABO TE IN SAPPHYRIS
ET PONAM IASPIDEM PRO
PUGNACULA TUA
ET PORTAS TUAS IN LAPIDES
SCALPTOS
ET OMNES TERMINOS TUOS
IN LAPIDES DESIDERABILES
UNIUERSOS FILIOS TUOS DOCTOS A DNO
ET MULTITUDINEM PACIS FILIIS
TUIS ET IN IUSTITIA FUNDAUERIS
CXXVIII RECEDE PROCUL A CALUMNIA
QUIA NON TIMEBIS
ET A PAUORE QUIA NON AD
PROPINQUABIT TIBI
ECCE ACCOLA UENIET QUI NON
ERAT MECUM
ADUENA QUONDAM TUUS
ADIUNGETUR TIBI
CXXVIIII ECCE EGO CREAUI FABRUM SUF
FLANTEM IN IGNE PRUNAS
ET PROFERENTEM UAS
IN OPUS SUUM
ET EGO CREAUI INTERFECTORES
AD DISPERDENDUM
OMNE UAS QUOD FICTUM EST
CONTRA TE NON DIRIGETUR
ET OMNEM LINGUAM RESISTEN
TEM TIBI IN IUDICIO IUDICABIS
CXXX HAEC HEREDITAS SERUORUM DNI
ET IUSTITIA EORUM APUT ME
DICIT DNS

LV O OMNES SITIENTES UENITE AD AQUAS
ET QUI NON HABETIS ARGENTUM
PROPERATE EMITE ET COMEDITE
UENITE EMITE ABSQ· ARGENTO
ET ABSQ· ULLA COMMUTATIONE
UINUM ET LAC
QUARE APPENDITIS ARGENTUM
NON IN PANIB· ET LABOREM
UESTRUM NON IN SATURITATEM
AUDITE AUDIENTES ME ET COMEDITE
BONUM ET DELECTABITUR IN
CRASSITUDINE ANIMA UESTRA
INCLINATE AUREM UESTRAM
ET UENITE AD ME AUDITE
ET UIUET ANIMA UESTRA
ET FERIAM UOBIS PACTUM
SEMPITERNUM
MISERICORDIAS DAUID FIDELIS
ECCE TESTEM POPULIS DEDI EUM
DUCEM AC PRAECEPTOREM
GENTIBUS
ECCE GENTES QUAS NESCIEBAS
UOCABIS
ET GENTES QUAE NON COGNOUE
RUNT TE AD TE CURRENT
PROPTER DNM DM TUUM ET SCM
ISRL QUIA GLORIFICAUIT TE
CXXXI QUAERITE DNM DUM INUENIRI
POTEST
INUOCATE EUM DUM PROPE EST
DERELINQUAT IMPIUS UIAM SUAM
ET UIR INIQUUS COGITATIO
NES SUAS
ET REUERTATUR AD DNM ET
MISEBITUR EIUS
ET AD DM NOSTRUM QUIA
MULTUS EST AD IGNOSCENDU
NON ENIM COGITATIONIS MEAE
COGITATIONIS UESTRAE
NEQ· UIAE UESTRAE UIAE MEAE
DICIT DNS
QUIA SICUT EXALTANTUR
CAELI A TERRA
SIC EXALTATAE SUNT UIAE MEAE
A UIIS UESTRIS
ET COGITATIONES MEAE
A COGITATIONIB· UESTRIS
ET QUOMODO DISCENDIT IMBER
ET NIX DE CAELO ET ILLUC
ULTRA NON REUERTETUR
SED INEBRIAT TERRAM ET INFUNDIT EA
ET GERMINARE EAM FACIT

et dat semen serenti et panem
comedenti
sic erit uerbum meum quod
egredietur de ore meo
non reuertetur ad me uacuum
sed faciet quaecumq· uolui
et prosperabitur in his
ad quae misi illud
quia in laetitia egrediemini
et in pace deducemini
montes et colles cantabunt
coram uobis laudem
et omnia ligna regionis
plaudent manu
pro saliunca ascendet abies et
pro urtica crescet myrtus
et erit dns nominatus in signum
aeternum quod non auferetur
LVI haec dicit dns custodite iudicium
et facite iustitiam
quia iuxta est salus mea ut ueniat
et iustitia mea ut reueletur
beatus uir qui facit hoc
et filius hominis qui ad
prehendit istud
custodiens sabbatum
ne polluat illud
custodiens manus suas
ne faciat omne malum
et non dicat filius aduenae qui
adhaeret dno dicens
separatione diuidet me dns
a populo suo
et non dicat eunuchus ecce
ego lignum aridum
cxxxviii Quia haec dicit dns eunuchis
qui custodierint sabbata mea
et elegerint quae uolui
et tenuerint foedus meum
dabo eis in domo mea et in muris
meis locum et nomen
melius a filiis et filiabus
nomen sempiternum dabo eis
quod non peribit

et filios aduenae qui adhaerent
dno ut colant eum
et diligant nomen eius
ut sint ei in seruos
omnem custodientem sabbatum
ne polluat illud et tenentem
foedus meum
adducam eos in montem scm meum
et laetificabo eos in domo
orationis meae
holocausta eorum et uictimae
eorum placebunt mihi
super altario meo
quia domus mea domus
orationis uocabitur
cunctis populis
ait dns ds qui congregat
dispersos israhel
adhuc congregabo ad eum
congregatos eius
omnes bestiae agri uenite
ad deuorandum uniuersae
bestiae saltus
speculatores eius caeci
omnes nescierunt
uniuersi canes muti non
ualentes latrare
uidentes uana dormientes
et amantes somnia
et canes inpudentissimi
nescierunt saturitatem
ipsi pastores ignorauerunt
intellegentiam
omnes in uiam suam
declinauerunt
unus quisq· ad auaritiam suam
a summo usq· ad nouissimum
uenite sumamus uinum et im
pleamur ebrietate
et erit sicut hodie sic et cras
et multo amplius
cxxxviiii LVII Iustus perit et nemo est qui
recogitet in corde suo
et uiri misericordiae colliguntur

ET NON EST QUI INTELLEGAT
A FACIE ENIM MALITIAE COLLECTUS
EST IUSTUS
VENIAT PAX REQUIESCAT IN CUBILI SUO
QUI AMBULAVIT IN DIRECTIONE SUA
CXXXV VOS AUTEM ACCEDITE HUC
FILII AUGURATRICIS
SEMEN ADULTERI ET FORNICARIAE
SUPER QUEM LUSISTIS SUPER
QUEM DILATASTIS OS ET IECISTIS
LINGUAM
NUMQUID NON VOS FILII
SCELESTI SEMEN MENDAX
QUI CONSOLAMINI IN DIIS SUPER
OMNE LIGNUM FRONDOSUM
IMMOLANTES PARVULOS IN TOR
RENTIB· SUBTER INMINENTES
PETRAS
IN PARTIB· TORRENTIS PARS TUA
HAEC EST SORS TUA
ET IPSIS EFFUDISTIS LIBAMEN
OBTULISTIS SACRIFICIUM
NUMQUID SUPER HIS NON
INDIGNABOR
SUPER MONTEM EXCELSUM
ET SUBLIMEM POSUISTI
CUBILE TUUM
ET ILLUC ASCENDISTI UT IMMO
LARES HOSTIAS
ET POST OSTIUM ET RETRO
POSTEM POSUISTI
MEMORIALE TUUM
QUIA IUXTA ME DISCOPERUISTI
ET SUSCEPISTI ADULTERUM
DILATASTI CUBILE TUUM
ET PEPIGISTI CUM EIS
DILEXISTI STRATUM EORUM
MANU APERTA
ET ORNASTI TE REGI UNGUENTO
ET MULTIPLICASTI PIGMENTA TUA
MISISTI LEGATOS TUOS PROCUL
ET HUMILIATA ES USQ· AD INFEROS
IN MULTITUDINE VIAE TUAE LABO
RASTI NON DIXISTI QUIESCAM
VITAM MANUS TUAE INVENISTI
PROPTEREA NON ROGASTI
PRO QUO SOLLICITA TIMUISTI
QUIA MENTITA ES
ET MEI NON ES RECORDATA NEQ·
COGITASTI IN CORDE TUO
QUIA EGO TACENS ET QUASI NON
VIDENS ET MEI OBLITA ES
EGO ADNUNTIABO IUSTITIAM TUAM
ET OPERA TUA NON PRODERUNT TIBI
CUM CLAMAVERIS LIBERENT TE
CONGREGATI TUI
ET OMNES EOS AUFERET
VENTUS TOLLET AURA
QUI AUTEM FIDUCIAM HABET MEI
HEREDITABIT TERRAM ET POS
SIDEBIT MONTEM SCM̄ MEUM
ET DICAM VIAM FACITE PRAEBETE
ITER DECLINATE DE SEMITA
AUFERTE OFFENDICULA
DE VIA POPULI MEI
CXXXVI QUIA HAEC DICIT EXCELSUS ET SUB
LIMIS HABITANS AETERNITATEM
ET SCM̄ NOMEN EIUS IN EXCELSO
ET IN SCŌ HABITANS
CUM CONTRITO ET HUMILI SPŪ
UT VIVIFICET SPM̄ HUMILIUM
ET VIVIFICET COR CONTRITORUM
NON ENIM IN SEMPITERNUM
LITIGABO NEQ· USQ· AD FINEM
IRASCAR
QUIA SPS̄ A FACIE MEA EGREDIETUR
ET FLATUS EGO FACIAM
PROPTER INIQUITATEM AVARITIAE
EIUS IRATUS SUM ET PERCUSSI
EUM ABSCONDI A TE ET IN
DIGNATUS SUM
ET ABIIT VAGUS IN VIA CORDIS SUI
VIAS EIUS VIDI ET DIMISI EUM
ET REDUXI EUM ET REDDIDI
CONSOLATIONES IPSI
ET LUGENTIB· EIUS
CREAVI FRUCTUM
LABIORUM

PACEM PACEM EI QUI LONGE EST
ET QUI PROPE DIXIT DNS
ET SANAVI EUM
IMPII AUTEM QUASI MARE
FERVENS QUOD QUIESCERE
NON POTEST
ET REDUNDANT FLUCTUS EIUS
IN CONCULCATIONEM ET LUTUM
NON EST PAX DIXIT DS MEUS IMPIIS
CXXXVII CLAMA NE CESSES QUASI TUBA
LVIII EXALTA VOCEM TUAM
ET ADNUNTIA POPULO MEO
SCELERA EORUM
ET DOMUI IACOB PECCATA EORUM
ME ETENIM DE DIE IN DIEM
QUAERUNT ET SCIRE
VIAS MEAS VOLUNT
QUASI GENS QUAE IUSTITIAM
FECERIT ET QUAE IUDICIUM
DI SUI NON RELIQUERIT
ROGANT ME IUDICIA IUSTITIAE
ADPROPINQUARE DO VOLUNT
QUARE IEIUNAVIMUS ET NON
ASPEXISTI
HUMILIAVIMUS ANIMAM NOSTRAM
ET NESCISTI
ECCE IN DIE IEIUNII VESTRI
INVENITUR VOLUNTAS
ET OMNES DEBITORES
VESTROS REPETITIS
ECCE AD LITES ET CONTEN
TIONES IEIUNATIS
ET PERCUTITIS PUGNO IMPIE
NOLITE IEIUNARE SICUT USQ·
AD HANC DIEM
UT AUDIATUR IN EXCELSO
CLAMOR VESTER
NUMQUID TALE EST IEIUNIUM
QUOD ELEGI
PER DIEM ADFLIGERE HOMINEM
ANIMAM SUAM
NUMQUID CONTORQUERE QUASI
CIRCULUM CAPUT SUUM
ET SACCUM ET CINEREM STERNERE

NUMQUID ISTUT VOCABIS
IEIUNIUM ET DIEM
ACCEPTABILEM DNO
NONNE HOC EST MAGIS IEIUNIUM
QUOD ELEGI
DISSOLVE COLLIGATIONES IMPIETATIS
SOLVE FASCICULOS DEPRIMENTIS
DIMITTE EOS QUI CONFRACTI SUNT
LIBEROS ET OMNE ONUS DISRUMPE
FRANGE ESURIENTI PANEM
TUUM ET EGENOS VAGOSQ·
INDUC IN DOMUM TUAM
CUM VIDERIS NUDUM OPERI EUM
ET CARNEM TUAM NE DESPEXERIS
TUNC ERUMPET QUASI MANE
LUMEN TUUM ET SANITAS TUA
CITIUS ORIETUR
ET ANTEIBIT FACIEM TUAM IUSTITIA
TUA ET GLORIA DNI COLLIGET TE
TUNC INVOCABIS ET DNS EXAUDIET
CLAMABIS ET DICET ECCE ADSUM
SI ABSTULERIS DE MEDIO TUI
CATENAM
ET DESIERIS DIGITUM EXTENDERE
ET LOQUI QUOD NON PRODEST
CUM EFFUDERIS ESURIENTI
ANIMAM TUAM ET ANIMAM
ADFLICTAM REPLEVERIS
ORIETUR IN TENEBRIS LUX TUA
ET TENEBRAE TUAE ERUNT
SICUT MERIDIES
ET REQUIEM TIBI DNS DABIT
SEMPER
ET IMPLEBIT SPLENDORIB· ANIMAM
TUAM ET OSSA TUA LIBERABIT
ET ERIS QUASI HORTUS INRIGUUS
ET SICUT FONS AQUARUM CUIUS
NON DEFICIENT AQUAE
ET AEDIFICABUNTUR IN TE
DESERTA SAECULORUM
FUNDAMENTA GENERATIONIS
ET GENERATIONIS SUSCITABIS
ET VOCABERIS AEDIFICATOR SEPIUM
AVERTENS SEMITAS IN QUIETEM

SI AUERTERIS A SABBATO PEDEM TUU̅
FACERE UOLUNTATEM TUAM
IN DIE SCO MEO
ET UOCABERIS SABBATUM DELICATU̅
ET SCM DN̄I GLORIOSUM
ET GLORIFICABERIS EUM DUM
NON FACIS UIAS TUAS
ET NON INUENITUR UOLUNTAS TUA
UT LOQUARIS SERMONEM
TUNC DELECTABERIS SUPER
DN̄O ET SUSTOLLAM TE
SUPER ALTITUDINES TERRAE
ET CIBABO TE HEREDITATE IACOB
PATRIS TUI OS ENIM DN̄I
LOCUTUM EST
CXXXVIII ECCE NON EST ADBREUIATA MANUS
LIX DN̄I UT SALUARE NEQUEAT
NEQ· ADGRAUATA EST AURIS EIUS
UT NON EXAUDIAT
SED INIQUITATES UESTRAE DIUISE
RUNT INTER UOS ET DM̄ UESTRU̅
ET PECCATA UESTRA ABSCONDE
RUNT FACIEM EIUS A UOBIS
NE EXAUDIRET
MANUS ENIM UESTRAE POLLUTAE
SUNT SANGUINE ET DIGITI
UESTRI INIQUITATE
LABIA UESTRA LOCUTA SUNT
MENDACIUM
ET LINGUA UESTRA INIQUITATEM
FATUR
NON EST QUI INUOCET IUSTITIAM
NEQ· EST QUI IUDICET UERE
SED CONFIDUNT IN NIHILO ET
LOQUUNTUR UANITATES
CONCEPERUNT LABOREM ET
PEPERERUNT INIQUITATEM
CXXXVIIII OUA ASPIDUM RUPERUNT
ET TELAS ARANEAE TEXERUNT
QUI COMEDERIT DE OUIS EORUM
MORIETUR
ET QUOD CONFOTUM EST
ERUMPET IN REGULUM
TELAE EORUM NON ERUNT
IN UESTIMENTUM NEQ· OPERIEN
TUR OPERIB· SUIS
OPERA EORUM OPERA INUTILIA
ET OPUS INIQUITATIS IN MANIB·
EORUM
PEDES EORUM AD MALUM CURRUNT
ET FESTINANT UT EFFUNDANT
SANGUINEM INNOCENTEM
COGITATIONES EORUM COGITATIO
NES INUTILES UASTITAS ET CON
TRITIO IN UIIS EORUM
UIAM PACIS NESCIERUNT ET NON EST
IUDICIUM IN GRESSIB· EORUM
SEMITAE EORUM INCURUATAE
SUNT EIS
OMNIS QUI CALCAT IN EA
IGNORAT PACEM
PROPTER HOC ELONGATUM EST
IUDICIUM A UOBIS
ET NON ADPREHENDET
UOS IUSTITIA
CXL EXPECTAUIMUS LUCEM
ET ECCE TENEBRAE
SPLENDOREM ET IN TENEBRIS
AMBULAUIMUS
PALPAUIMUS SICUT CAECI
PARIETEM
ET QUASI ABSQUE OCULIS
ADTRECTAUIMUS
INPEGIMUS MERIDIE QUASI
IN TENEBRIS IN CALIGOSIS
QUASI MORTUI
RUGIEMUS QUASI URSI OMNES
ET QUASI COLUMBAE MEDI
TANTES GEMEMUS
EXPECTAUIMUS IUDICIUM
ET NON EST SALUTEM ET
ELONGATA EST A NOBIS
MULTIPLICATAE SUNT ENIM
INIQUITATES NOSTRAE
CORAM TE
ET PECCATA NOSTRA RESPON
DERUNT NOBIS
QUIA SCELERA NOSTRA NOBIS

CUM ET INIQUITATES NOSTRAS
COGNOUIMUS
PECCARE ET MENTIRI
CONTRA DNM
ET AVERSI SUMUS NE IREMUS
POST TERGUM DI NOSTRI
UT LOQUEREMUR CALUMNIAM
ET TRANSGRESSIONEM
CONCEPIMUS ET LOCUTI SUMUS
DE CORDE VERBA MENDACII
ET CONVERSUM EST RETRORSUM
IUDICIUM ET IUSTITIA
LONGE STETIT
QUIA CORRUIT IN PLATEA VERITAS
ET AEQUITAS NON POTUIT
INGREDI
ET FACTA EST VERITAS
IN OBLIVIONE
ET QUI RECESSIT A MALO
PRAEDAE PATUIT
cxli ET VIDIT DNS ET MALUM
APPARUIT IN OCULIS EIUS
QUIA NON EST IUDICIUM
ET VIDIT QUIA NON EST VIR
ET APORIATUS EST QUIA
NON EST QUI OCCURRAT
ET SALVABIT SIBI BRACHIUM
SUUM ET IUSTITIA EIUS
IPSA CONFIRMAVIT EUM
INDUTUS EST IUSTITIA UT LORICA
ET GALEA SALUTIS IN CAPITE EIUS
INDUTUS EST VESTIMENTUM
ULTIONIS ET OPERTUS EST
QUASI PALLIO ZELI
SICUT AD VINDICTAM QUASI
AD RETRIBUTIONEM IN
DIGNATIONIS HOSTIB· SUIS
ET VICISSITUDINEM INIMICIS
SUIS
INSULIS VICEM REDDET
ET TIMEBUNT QUI AB OCCIDENTE
NOMEN DNI
ET QUI AB ORTU SOLIS
GLORIAM EIUS

CUM VENERIT QUASI FLUVIUS
VIOLENTUS QUEM SPS
DNI COGIT
ET VENERIT SION REDEMTOR ET EIS
QUI REDEUNT AB INIQUITATE
ET IACOB DICIT DNS
HOC FOEDUS MEUM CUM EIS
DICIT DNS
SPS MEUS QUI EST IN TE ET VERBA
MEA QUAE POSUI IN ORE TUO
NON RECEDET DE ORE TUO ET DE ORE
SEMINIS TUI DIXIT DNS
AMODO ET USQ· IN SEMPITERNUM
cxlii LX SURGE · INLUMINARE QUIA VENIT
LUMEN TUUM ET GLORIA DNI
SUPER TE ORTA EST
QUIA ECCE TENEBRAE OPERIENT
TERRAM ET CALIGO POPULOS
SUPER TE AUTEM ORIETUR DNS
ET GLORIA EIUS IN TE VIDEBITUR
ET AMBULABUNT GENTES
IN LUMINE TUO
ET REGES IN SPLENDORE ORTUS TUI
LEVA IN CIRCUITU OCULOS TUOS
ET VIDE
OMNES ISTI CONGREGATI SUNT
VENERUNT TIBI
FILII TUI DE LONGE VENIENT ET FILIAE
TUAE IN LATERE SURGUNT
TUNC VIDEBIS ET AFFLUES
ET MIRABITUR ET DILATABI
TUR COR TUUM
QUANDO CONVERSA FUERIT AD TE
MULTITUDO MARIS FORTITUDO
GENTIUM VENERIT TIBI
INUNDATIO CAMELLORUM
OPERIET TE DROMEDARIAE
MADIAM ET EPHAM
OMNES DE SABA VENIENT AURUM
ET THUS DEFERENTES ET LAU
DEM DNO ADNUNTIANTES
OMNE PECUS CAEDAR CON
GREGABITUR TIBI
ARIETES NABAIOTH

MINISTRABUNT TIBI
OFFERENTUR SUPER PLACABILI
ALTARI MEO
ET DOMUM MAIESTATIS MEAE
GLORIFICABO
QUI SUNT ISTI QUI UT NUBES
UOLANT ET QUASI COLUMBAE
AD FENESTRAS SUAS
ME ENIM INSULAE EXPECTANT
ET NAUES MARIS IN PRINCIPIO
UT ADDUCAM FILIOS TUOS DE LONGE
ARGENTUM EORUM ET AURUM
EORUM CUM EIS
NOMINI DN̄I D̄I TUI ET SC̄I ISRL
QUIA GLORIFICAUIT TE
ET AEDIFICABUNT FILII PEREGRINO
RUM MUROS TUOS
ET REGES EORUM MINISTRABUNT TIBI
IN INDIGNATIONE ENIM MEA
PERCUSSI TE ET IN RECONCILIATIO
NE MEA MISERTUS SUM TUI
ET APERIENTUR PORTAE TUAE
IUGITER DIE ET NOCTE
ET NON CLAUDENTUR
UT ADFERATUR AD TE FORTITUDO
GENTIUM ET REGES EORUM
ADDUCANTUR
GENS ENIM ET REGNUM QUOD
NON SERUIERIT TIBI PERIBIT
ET GENS SOLITUDINE UASTABITUR
GLORIA LIBANI AD TE UENIET ABIES
ET BUXUS ET PINUS SIMUL
ADORNANDUM LOCUM
SC̄IFICATIONIS MEAE
ET LOCUM PEDUM MEORUM
GLORIFICABO
ET UENIENT AD TE CURUI FILII
EORUM QUI HUMILIAUERUNT TE
ET ADORABUNT UESTIGIA
PEDUM TUORUM
ET OMNES QUI DETRAHEBANT TIBI
ET UOCABUNT TE CIUITATEM
DN̄I SION SC̄I ISRAHEL
PRO EO QUOD FUISTI DERELICTA

ET ODIO HABITA ET NON ERAT
QUI PER TE TRANSIRET
PONAM TE IN SUPERBIAM SAECULO
RUM GAUDIUM IN GENERATIONEM
ET GENERATIOONEM
ET SUGES LAC GENTIUM ET MAMILLA
REGUM LACTAUERIS
ET SCIES QUIA EGO DN̄S SALUANS TE
ET REDEMPTOR TUUS FORTIS IACOB
PRO AERE ADFERAM AURUM ET PRO
FERRO ADFERAM ARGENTUM
ET PRO LIGNIS AES, ET PRO LAPIDIB-
FERRUM
ET PONAM UISITATIONEM TUAM PACE̅
ET PRAEPOSITOS TUOS IUSTITIAM
NON AUDIETUR ULTRA INIQUITAS
IN TERRA TUA UASTITAS ET CON
TRITIO IN TERMINIS TUIS
ET OCCUPABIT SALUS MUROS TUOS
ET PORTAS TUAS LAUDATIO
NON ERIT TIBI AMPLIUS SOL AD LU
CENDUM PER DIEM NEC SPLEN
DOR LUNAE INLUMINABIT TE
SED ERIT TIBI DN̄S IN LUCEM
SEMPITERNAM ET D̄S TUUS
IN GLORIA TUAM
NON OCCIDET ULTRA SOL TUUS
ET LUNA TUA NON MINUETUR
QUIA DN̄S ERIT IN LUCEM SEMPITER
NAM ET CONPLEBUNTUR DIES
LUCTUS TUI
POPULUS AUTEM TUUS OMNES
IUSTI IN PERPETUUM HERE
DITABUNT TERRAM
GERMEN PLANTATIONIS MEAE
OPUS MANUS MEAE
AD GLORIFICANDUM
MINIMUS ERIT IN MILLE ET PAR
UULUS IN GENTEM FORTIS
SIMAM
EGO DN̄S IN TEMPORE EIUS
SUBITO FACIAM ISTUD
SP̄S DN̄I SUPER ME
LXI EO QUOD UNXERIT DN̄S ME

ADADNUNTIANDUM MANSUETIS
MISIT ME
UT MEDERER CONTRITIS CORDE
ET PRAEDICAREM CAPTIUIS
INDULGENTIAM ET CLAUSIS
APERTIONEM
UT PRAEDICAREM ANNUM PLACA
BILEM DNI ET DIEM ULTIONIS
DO NOSTRO UT CONSOLARER
OMNES GENTES
UT PONEREM LUGENTIB· SION
ET DAREM EIS CORONAM
PRO CINERE
OLEUM GAUDII PRO LUCTU PALLIUM
LAUDIS PRO SPU MERORIS
ET UOCABUNTUR IN EA FORTES
IUSTITIAE PLANTATIO DNI
AD GLORIFICANDUM
ET AEDIFICABUNT DESERTA A SAECULO
ET RUINAS ANTIQUAS ERIGENT
ET INSTAURABUNT CIUITATES
DESERTAS DISSIPATAS IN GENERA
TIONEM ET GENERATIONEM
ET STABUNT ALIENI ET PASCENT
PECORA UESTRA
ET FILII PEREGRINORUM
AGRICOLAE ET UINITORES
UESTRI ERUNT
UOS AUTEM SACERDOTES DNI
UOCABIMINI MINISTRI DI
NOSTRI DICETUR UOBIS
FORTITUDINEM GENTIUM
COMEDETIS ET IN GLORIA
EARUM SUPERBIETIS
PRO CONFUSIONE UESTRA
DUPLICI ET RUBORE LAUDABUNT
PARTEM EORUM
PROPTER HOC IN TERRA SUA
DUPLICIA POSSIDEBUNT
cxlii LAETITIA SEMPITERNA ERIT EIS
QUIA EGO DNS DILIGENS IUDICIUM
ET ODIO HABENS RAPINAM
IN HOLOCAUSTUM
ET DABO OPUS EORUM
IN UERITATE ET FOEDUS PERPETUU
FERIAM EIS
ET SCIETUR IN GENTIB· SEMEN
EORUM ET GERMEN EORUM
IN MEDIO POPULORUM
OMNES QUI UIDERINT EOS
COGNOSCENT EOS
QUIA ISTI SUNT SEMEN
CUI BENEDIXIT DNS
cxliii GAUDENS GAUDEBO IN DNO ET EX
ULTAUIT ANIMA MEA IN DO MEO
QUIA INDUIT ME UESTIMENTIS
SALUTIS ET INDUMENTO IUSTITIAE
CIRCUMDEDIT ME
QUASI SPONSUM DECORATUM
CORONA
ET QUASI SPONSAM ORNATAM
MONILIB· SUIS
SICUT ENIM TERRA PROFERT
GERMEN SUUM ET SICUT HORTUS
SEMEN SUUM GERMINAT
SIC DNS DS GERMINABIT IUSTITIAM
ET LAUDEM CORAM UNIUERSIS
GENTIBUS
LXII PROPTER SION NON TACEBO
ET PROPTER HIERUSALEM
NON QUIESCAM
DONEC EGREDIATUR UT SPLENDOR
IUSTUS EIUS ET SALUATOR EIUS
UT LAMPAS ACCENDATUR
ET UIDEBUNT GENTES IUSTUM
TUUM ET CUNCTI REGES
INCLYTUM TUUM
ET UOCABITUR TIBI NOMEN
NOUUM QUOD OS DNI
NOMINAUIT
ET ERIS CORONA GLORIAE IN MANU
DNI ET DIADEMA REGNI
IN MANU DI TUI
NON UOCABERIS ULTRA DERELICTA
ET TERRA TUA NON UOCABITUR
AMPLIUS DESOLATA
SED UOCABITUR UOLUNTAS MEA IN EA
ET TERRA TUA INHABITABITUR

QUIA CONPLACUIT DNO IN TE ET
TERRA TUA INHABITABITUR
HABITABIT ENIM IUUENIS CUM
UIRGINE ET HABITABUNT
IN TE FILII TUI
ET GAUDEBIT SPONSUS SUPER SPON
SAM GAUDEBIT SUPER TE DS TUUS
SUPER MUROS TUOS HIERUSALEM
CONSTITUI CUSTODES
TOTA DIE ET TOTA NOCTE PERPETUO
NON TACEBUNT
QUI REMINISCIMINI DNI NE TACEATIS
ET NE DETIS SILENTIUM EI
DONEC STABILIAT ET PONAT
HIERUSALEM LAUDEM
IN TERRA
CXLVI IURAUIT DNS IN DEXTERA SUA ET IN
BRACHIO FORTITUDINIS SUAE
SI DEDERO TRITICUM TUUM ULTRA
CIBUM INIMICIS TUIS
ET SI BIBERINT FILII ALIENI UINUM
TUUM IN QUO LABORASTI
QUIA QUI CONGREGABUNT ILLUD
COMEDENT ET LAUDABUNT DNM
ET QUI CONPORTANT ILLUT BIBENT
IN ATRIIS SCIS MEIS
TRANSITE TRANSITE PER PORTAS
PRAEPARATE UIAM POPULO
PLANUM FACITE ITER ELEGITE
LAPIDES ET ELEUATE SIGNUM
AD POPULUM
ECCE DNS AUDITUM FECIT
IN EXTREMIS TERRAE
DICITE FILIAE SION ECCE SALUATOR
TUUS UENIT
ECCE MERCES EIUS CUM EO
ET OPUS EIUS CORAM ILLO
ET UOCABUNT EOS POPULUS SCS
REDEMPTI A DNO
TU AUTEM UOCABERIS QUAESITA
CIUITAS ET NON DERELICTA
LXIII QUIS EST ISTE QUI UENIT DE EDOM
TINCTIS UESTIB DE BOSRA
ISTE FORMOSUS IN STOLA SUA
GRADIENS IN MULTITUDINE
FORTITUDINIS SUAE
EGO QUI LOQUOR IUSTITIAM
ET PROPUGNATOR SUM
AD SALUANDUM
QUARE ERGO RUBRUM EST
INDUMENTUM TUUM ET UESTI
MENTA TUA SICUT CALCANTIUM
IN TORCULARI
TORCULAR CALCAUI SOLUS ET DE GENTIB
NON EST UIR MECUM
CALCAUI EOS IN FURORE MEO ET CON
CULCAUI EOS IN IRA MEA
ET ASPERSUS EST SANGUIS EORUM
SUPER UESTIMENTA MEA
ET OMNIA INDUMENTA MEA
INQUINAUI
DIES ENIM ULTIONIS IN CORDE MEO
ANNUS REDEMPTIONIS MEAE UENIT
CIRCUMSPEXI ET NON ERAT
AUXILIATOR QUAESIUI ET NON
FUIT QUI ADIUUARET
ET SALUABIT MIHI BRACHIUM MEUM
ET INDIGNATIO MEA IPSA
AUXILIATA EST MIHI
ET CONCULCAUI POPULOS IN FURORE
MEO ET INEBRIAUI EOS
IN INDIGNATIONE MEA
ET DETRAXI IN TERRA UIRTUTEM
EORUM
CXLVII MISERATIONUM DNI RECORDABOR
LAUDEM DNI SUPER OMNIB
QUAE REDDIDIT NOBIS DNS
ET SUPER MULTITUDINEM
BONORUM DOMUI ISRL
QUAE LARGITUS EST EIS
SECUNDUM INDULGENTIAM SUAM
ET SECUNDUM MULTITUDINEM
MISERICORDIARUM SUARUM
ET DIXIT UERUMTAMEN POPULUS
MEUS EST FILII NON NEGANTES
ET FACTUS EST EIS SALUATOR
IN OMNI TRIBULATIONE EORUM
NON EST TRIBULATUS

ET ANGELUS FACIEI EIUS SALUAUIT EOS
IN DILECTIONE SUA ET IN INDULGENTIA
SUA IPSE REDEMIT EOS
ET PORTAUIT EOS ET LEUAUIT EOS
CUNCTIS DIEBUS SAECULI
IPSI AUTEM AD IRACUNDIAM
PROUOCAUERUNT
ET AD FLIXERUNT SPM SCM EIUS
ET CONUERSUS EST EIS IN INIMICUM
ET IPSE DEBELLAUIT EOS
ET RECORDATUS EST DIERUM
SAECULI MOYSI POPULI SUI
UBI EST QUI EDUXIT EOS DE MARI
CUM PASTORIB· GREGIS SUI
UBI EST QUI POSUIT IN MEDIO
EIUS SPM SCI SUI
QUI EDUXIT AD DEXTERAM MOYSEN
BRACHIO MAIESTATIS SUAE
QUI SCIDIT AQUAS ANTE EOS UT
FACERET SIBI NOMEN
SEMPITERNUM
QUI DUXIT EOS PER ABYSSOS QUASI
EQUUM IN DESERTO NON
INPINGENTEM
QUASI ANIMAL IN CAMPO DESCEN
DENS SPS DNI DUCTOR EIUS FUIT
SIC ADDUXISTI POPULUM TUUM
UT FACERES TIBI NOMEN GLORIAE
CXLVIII ADTENDE DE CAELO ET UIDE
DE HABITACULO SCO TUO
ET GLORIAE TUAE
UBI EST ZELUS TUUS ET FORTI
TUDO TUA
MULTITUDO UISCERUM TUORUM
ET MISERATIONUM TUARUM
SUPER ME CONTINUERUNT SE
TU ENIM PATER NOSTER ET ABRAHĀ
NESCIUIT NOS ET ISRAHEL
IGNORAUIT NOS
TU DNE PATER NOSTER REDEMPTOR
A SAECULO NOMEN TUUM
QUARE ERRARE NOS FECISTI
DNE DE UIIS TUIS
INDURASTI COR NOSTRUM
NE TIMEREMUS TE
REUERTERE PROPTER SERUOS TUOS
TRIBUS HEREDITATIS TUAE
QUASI NIHILUM POSSIDERUNT
POPULUM SCM TUUM
HOSTES NOSTRI
CONCULCAUERUNT SCIFICATIONEM
TUAM
FACTI SUMUS SICUT IN PRINCIPIO
CUM NON DOMINARERIS NOSTRI
NEQUE INUOCARETUR NOMEN
TUUM SUPER NOS
LXIIII UTINAM DISRUMPERES CAELOS
ET DESCENDERES
A FACIE TUA MONTES DEFLUERENT
SICUT EXUSTIO IGNIS TABESCERENT
AQUAE ARDERENT IGNI
UT NOTUM FIERET NOMEN TUUM
INIMICIS TUIS A FACIE TUA GENTES
TURBARENTUR
CUM FECERIS MIRABILIA
NON SUSTINEBIMUS
DESCENDISTI ET A FACIE TUA
MONTES DEFLUXERUNT
A SAECULO NON AUDIERUNT
NEQ· AURIB· PERCEPERUNT
OCULUS NON UIDIT DS ABSQ· TE QUAE
PRAEPARASTI EXPECTANTIB· TE
OCCURRISTI LAETANTI ET FACIENTI
IUSTITIAM
IN UIIS TUIS RECORDABUNTUR TUI
CXLVIIII ECCE TU IRATUS ES ET PECCAUIMUS
IN IPSIS FUIMUS SEMPER
ET SALUABIMUR
ET FACTI SUMUS UT INMUNDUS
OMNES NOS
QUASI PANNUS MENSTRUATAE
UNIUERSAE IUSTITIAE NOSTRAE
ET CECIDIMUS QUASI FOLIUM
UNIUERSI ET INIQUITATES
NOSTRAE QUASI UENTUS
ABSTULERUNT NOS
NON EST QUI INUOCET NOMEN TUŪ
QUI CONSURGAT ET TENEAT TE

ABSCONDISTI FACIEM TUAM A NOBIS
ET ADLISISTI NOS IN MANU INIQUITATIS
NOSTRAE
ET NUNC DNE PATER NOSTER ES TU
NOS UERO LUTUM
ET FICTOR NOSTER ET OPERA MANUUM
TUARUM OMNES NOS
NE IRASCARIS DNE SATIS ET NE ULTRA
MEMINERIS INIQUITATIS
ECCE RESPICE POPULUS TUUS OMNES NOS
CIUITAS SCI TUI FACTA EST DESERTA SION
DESERTA FACTA EST HIERUSALEM
DESOLATA DOMUS SCIFICATIO
NIS NOSTRAE ET GLORIAE
NOSTRAE
UBI LAUDAUERUNT TE PATRES NOSTRI
FACTA EST IN EXUSTIONE IGNIS
ET OMNIA DESIDERABILIA NOSTRA
UERSA SUNT IN RUINAS
NUMQUID SUPER HIS CONTINEBIS TE DNE
TACEBIS ET ADFLIGES NOS UEHEMENTER
LXV QUAESIERUNT ME QUI ANTE NON INTER
ROGABANT · INUENERUNT QUI NON
QUAESIERUNT ME
CL DIXI ECCE EGO ECCE EGO AD GENTEM
QUAE NON UOCABAT NOMEN MEUM
EXPANDI MANUS MEAS TOTA DIE
AD POPULUM INCREDULUM
QUI GRADITUR UIA NON BONA POST COGITA
TIONES SUAS · POPULUS QUI AD IRACUNDIAM
PROUOCAT ME ANTE FACIEM MEAM SEMPER
QUI IMMOLANT IN HORTIS ET SACRIFICANT
SUPER LATERES · QUI HABITANT IN SEPUL
CHRIS ET IN DELUBRIS IDOLORUM DORMIUNT
QUI COMEDENT CARNEM SUILLAM
ET IUS PROFANUM IN UASIS EORUM
QUI DICUNT RECEDE A ME NON ADPROPIN
QUES MIHI QUIA MUNDUS ES
ISTI FUMUS ERUNT IN FURORE MEO
IGNIS ARDEBIT TOTA DIE
ECCE SCRIPTUM CORAM ME
NON TACEBO SED REDDAM ET RETRI
BUAM IN SINU EORUM
INIQUITATES UESTRAS ET INIQUITATES

PATRUM UESTRORUM SIMUL DICIT DNS
QUI SACRIFICAUERUNT SUPER MONTES
ET IN COLLES EXPROBRAUERUNT MIHI
ET REMETIAR OPUS EORUM PRIMUM
IN SINU EORUM
CLI HAEC DICIT DNS
QUOMODO SI INUENIATUR
GRANUM IN BOTRO
ET DICATUR NE DISSIPES ILLUT QUONIAM BENE
DICTIO EST · SIC FACIAM PROPTER SERUOS
MEOS UT NON DISPERDAM TOTUM
ET EDUCAM DE IACOB SEMEN ET DE IUDA
POSSIDENTEM MONTES MEOS
ET HEREDITABUNT EAM ELECTI MEI ET
SERUI MEI HABITABUNT IBI
ET ERUNT CAMPESTRIA IN CAULAS GREGUM
ET UALLIS ACHOR IN CUBILE ARMENTORUM
POPULO MEO QUI REQUISIERUNT ME
ET UOS QUI DERELIQUISTIS DNM QUI OBLITI
ESTIS MONTEM SCM MEUM
QUI PONITIS FORTUNAE MENSAM ET LIBATIS
SUPER EAM · NUMERABO UOS IN GLADIO
ET OMNES IN CAEDE CORRUETIS
PRO EO QUOD UOCAUI ET NON RESPONDIS
TIS LOCUTUS SUM ET NON AUDISTIS
ET FACIEBATIS MALUM IN OCULIS MEIS
ET QUAE NOLUI ELEGISTIS
CLII PROPTER HOC HAEC DICIT DNS DS
ECCE SERUI MEI COMEDENT ET UOS ESU
RIETIS · ECCE SERUI MEI BIBENT ET UOS
SITIETIS · ECCE SERUI MEI LAETABUN
TUR ET UOS CONFUNDEMINI
ECCE SERUI MEI LAUDABUNT PRAE
EXULTATIONE CORDIS
ET UOS CLAMABITIS PRAE DOLORE CORDIS
ET PRAE CONTRITIONE SPS ULULABITIS
ET DIMITTETIS NOMEN UESTRUM IURA
MENTUM ELECTIS MEIS ET INTER
FICIET TE DNS DS · ET SERUOS SUOS
UOCABIT NOMINE ALIO
IN QUO QUI BENEDICTUS EST SUPER TERRAM
BENEDICETUR IN DO AMEN
ET QUI IURAT IN TERRA IURABIT IN DO AMEN
QUIA OBLIUIONI TRADITAE SUNT ANGUSTIAE PRI
ORIS

ET QUIA ABSCONDITAE SUNT AB OCULIS NOSTRIS
ECCE ENIM EGO CREO CAELOS NOVOS
ET TERRAM NOVAM
ET NON ERUNT IN MEMORIA PRIORA ET NON
ASCENDENT SUPER COR
SED GAUDEBITIS ET EXULTABITIS USQUE IN SEM
PITERNUM IN HIS QUAE EGO CREO
CLIII QUIA ECCE EGO CREO HIERUSALEM EXULTA
TIONEM ET POPULUM EIUS GAUDIUM
ET EXULTABO IN HIERUSALEM ET GAUDEBO
IN POPULO MEO · ET NON AUDIETUR IN EO
ULTRA VOX FLETUS ET VOX CLAMORIS
NON ERIT IBI AMPLIUS INFANS DIERUM
ET SENEX QUI NON IMPLEAT DIES SUOS
QUONIAM PUER CENTUM ANNORUM MORI
ETUR ET PECCATOR CENTUM ANNORUM
MALEDICTUS ERIT
ET AEDIFICABUNT DOMOS ET HABITABUNT
ET PLANTABUNT VINEAS ET COMEDENT
FRUCTUM EARUM
NON AEDIFICABUNT ET ALIUS HABITABIT
NON PLANTABUNT ET ALIUS COMEDET
SECUNDUM DIES ENIM LIGNI ERUNT DIES
POPULI MEI · ET OPERA MANUUM
EORUM INVETERABUNT ELECTI MEI
NON LABORABUNT FRUSTRA NEQUE GENE
RABUNT IN CONTURBATIONE
QUIA SEMEN BENEDICTORUM DOMINI EST
ET NEPOTES EORUM CUM EIS
ERITQUE ANTEQUAM CLAMENT EGO EXAUDIAM
ADHUC ILLIS LOQUENTIBUS EGO EXAUDIAM
LUPUS ET AGNUS PASCENTUR SIMUL
ET LEO ET BOS COMEDENT PALEAS
ET SERPENTI PULVIS PANIS EIUS
NON NOCEBUNT NEQUE OCCIDENT IN OMNI
MONTE SANCTO MEO DICIT DOMINUS
CLIIII HAEC DICIT DOMINUS
LXVI CAELUM SEDIS MEA ET TERRA SCABILLUM
PEDUM MEORUM
QUAE ISTA DOMUS QUAM AEDIFICABITIS MIHI
ET QUIS ISTE LOCUS QUIETIS MEAE
OMNIA HAEC MANUS MEA FECIT ET FACTA
SUNT UNIVERSA ISTA DICIT DOMINUS
AD QUEM AUTEM RESPICIAM NISI AD
PAUPEREM ET CONTRITUM SPIRITU ET
TREMENTEM SERMONES MEOS
CLV QUI IMMOLAT BOVEM QUASI QUI INTER
FICIAT VIRUM · QUI MACTAT PECUS
QUASI QUI EXCEREBRET CANEM
QUI OFFERT OBLATIONEM QUASI
QUI SANGUINEM SUILLUM OFFERAT
QUI RECORDATUR TURIS QUASI
QUI BENEDICAT IDOLO
HAEC OMNIA ELEGERUNT IN VIIS SUIS
ET IN ABOMINATIONIBUS SUIS ANIMA
EORUM DELECTATA EST
UNDE ET EGO ELIGAM INLUSIONES EORUM
ET QUAE TIMEBANT ADDUCAM EIS
QUIA VOCAVI ET NON ERAT QUI RESPONDE
RET LOCUTUS SUM ET NON AUDIERUNT
FECERUNTQUE MALUM IN OCULIS MEIS
ET QUAE NOLUI ELEGERUNT
AUDITE VERBUM DOMINI QUI TREMETIS
AD VERBUM EIUS
DIXERUNT FRATRES VESTRI ODIENTES VOS
ET ABICIENTES PROPTER NOMEN MEUM
GLORIFICETUR DOMINUS ET VIDEBIMUS IN LAETITIA
VESTRA IPSI AUTEM CONFUNDENTUR
CLVI VOX POPULI DE CIVITATE VOX DE TEMPLO
VOX DOMINI REDDENTIS RETRIBUTIONEM
INIMICIS SUIS · ANTEQUAM PARTURIRET
PEPERIT ANTEQUAM VENIRET PARTUS
EIUS PEPERIT MASCULUM
QUIS AUDIVIT UMQUAM TALE ET QUIS VIDIT
HUIC SIMILE · NUMQUID PARTURIET TERRA
IN DIE UNA AUT PARIETUR GENS SIMUL
QUIA PARTURIVIT ET PEPERIT SION FILIOS
SUOS NUMQUID EGO QUI ALIOS PARERE
FACIO IPSE NON PARIAM DICIT DOMINUS
SI EGO QUI GENERATIONEM CETERIS TRIBUI
STERILIS ERO AIT DOMINUS DEUS TUUS
LAETAMINI CUM HIERUSALEM
ET EXULTATE IN EA OMNES
QUI DILIGITIS EAM
GAUDETE CUM EA GAUDIO UNIVERSI
QUI LUGETIS SUPER EAM
UT SUGATIS ET REPLEAMINI AB UBERE
CONSOLATIONIS EIUS

UT MULGEATIS ET DELICIIS AFFLUATIS
AB OMNIMODA GLORIA EIUS
QUIA HAEC DICIT DNS
ECCE EGO DECLINABO SUPER EAM
QUASI FLUUIUM PACIS
ET QUASI TORRENTEM INUNDANTEM
GLORIAM GENTIUM QUAM SUGETIS
AD UBERA PORTAMINI ET SUPER
GENUA BLANDIENTUR UOBIS
QUOMODO SI CUI MATER BLANDIATUR
ITA EGO CONSOLABOR UOS
IN HIERUSALEM CONSOLAMINI
UIDEBITIS ET GAUDEBIT COR UESTRUM
ET OSSA UESTRA QUASI HERBA
GERMINABUNT
ET COGNOSCETUR MANUS DNI SUPER
SERUIS EIUS ET INDIGNABITUR
INIMICIS SUIS
CLVII QUIA ECCE DNS IN IGNE UENIET QUASI
TURBO QUADRIGAE EIUS
REDDERE IN INDIGNATIONE FUROREM
SUUM ET INCREPATIONEM SUAM
IN FLAMMA IGNIS
QUIA IN IGNE DNS DIIUDICATUR ET IN GLADIO
SUO AD OMNEM CARNEM
ET MULTIPLICABUNTUR INTERFECTI A DNO
QUI SCIFICABANTUR ET MUNDOS SE
PUTABANT IN HORTIS POST
UNAM INTRINSECUS
QUI COMEDEBANT CARNEM
SUILLAM ET ABOMINATIONEM
ET MUREM
SIMUL CONSUMENTUR
DICIT DNS
CLVIII EGO AUTEM OPERA EORUM ET COGI
TATIONES EORUM UENIO UT
CONGREGEM CUM OMNIB·
GENTIB· ET LINGUIS
ET UENIENT ET UIDEBUNT
GLORIAM MEAM
ET PONAM IN EIS SIGNUM
ET MITTAM EX EIS QUI SALUATI
FUERINT AD GENTEM
IN MARI IN AFRICA IN LYDIA
TENENTES SAGITTAM IN ITALIAM
ET GRAECIAM
AD INSULAS LONGE AD EOS QUI NON
AUDIERUNT DE ME ET NON
UIDERUNT GLORIAM MEAM
ET ADNUNTIABUNT GLORIAM
MEAM GENTIB·
ET ADDUCENT OMNES FRATRES
UESTROS DE CUNCTIS GENTIB·
DONUM DNO
IN EQUIS ET IN QUADRIGIS
ET IN LECTICIS ET IN MULIS
ET IN CARRUCIS
AD MONTEM SCM MEUM
HIERUSALEM DICIT DNS
QUOMODO SI INFERANT FILII
ISRAHEL MUNUS IN UASE
MUNDO IN DOMUM DNI
ET ADSUMAM EX EIS IN SACER
DOTES ET IN LEUITAS
DICIT DNS
QUIA SICUT CAELI NOUI ET TERRA
NOUA QUAE EGO STARE FACIO
CORAM ME DICIT DNS
SIC STABIT SEMEN UESTRUM
ET NOMEN UESTRUM
ET ERIT MENSIS EX MENSE
ET SABBATUM EX SABBATO
UENIET OMNIS CARO UT ADORET
CORAM FACIE MEA DICIT DNS
ET EGREDIENTUR ET UIDEBUNT
CADAUERA UIRORUM QUI PRAE
UARICATI SUNT IN ME
UERMES EORUM NON MORIENTUR
ET IGNIS EORUM NON
EXTINGUETUR
ET ERUNT USQ· AD SATIETATEM
UISIONIS OMNI CARNI AMEN

EXPLICIT LIBER
ESAIAE PROPHETAE

Hieremias propheta cui hic pro
logus scribitur sermone quidem
apud hebreos isaiae et osee et qui
busdam aliis prophetis uidetur
esse rusticior sed sensibus par est
quippe qui eodem spu prophetauerit
porro simplicitas eloquii de loco ei
in quo natus est accidit fuit enim
anathothites qui est usq· hodie
uiculus trib· ab hierusolymis distans
milibus sacerdos ex sacerdotibus
et in matris utero scificatus uirgini
tate sua euangelicum uirum xpi
ecclesiae dedicans· hic uaticinari
exorsus est puer et captiuitatem
urbis atq· iudaeae non solum spu
sed et oculis carnis intuitus est
iam decem tribus israhel assyrii
in medos transtulerant iam terras
earum coloniae gentium posside
bant unde in iudaea tantum et beniamin
prophetauit et ciuitatis suae ruinas
quadruplici planxit alfabeto
quod nos mensurae metri uersibus
que reddidimus praeterea ordinem
uisionum qui apud graecos et la
tinos omnino confusus est ad pri
stinam fidem correximus librum
autem baruch notarii eius qui apud
hebraeos nec legitur nec habetur
praetermisimus, probis omnibus
maledicta ab aemulis praestolantes
quib· me necesse est per singula
opuscula respondere et hoc patior
quia uos cogitis ceterum ad com
pendium maliRectius fuerat modu
furori eorum silentio meo ponere
quam cotidie noui aliquid scripti
tantem inuidorum insaniam
prouocare· :~

EXPLICIT PROLOGUS

INCIP· TITULI HIEREMIAE PROPH

I In utero matris scificatum
hieremiam ad prophetandum
II De baculo nucino
III De olla succensa secundum iram dni
super hierusalem pro idolis
IIII Pro idolis ad tosi iudaeos in depraedatione
V De pseudo sacerdotib· et pseudo prophetis.
VI De falso baptismo
VII Non prodesse baptisma hereticorum
extra ecclesiam
VIII De idololatria iudaeorum
VIIII Increpat dns iudaeos pro idolis et sangui
ne pauperum et innocentium
X De uxore adultera non recipienda
XI Propter idola et adulteria
repudiat dns iudaeam
XII Inuitat ds homines ad paenitentiam
ut a peccatis liberentur et uiuant
XIII Unum de ciuitate et duo de patria
promittit dns constituere sacer
dotes super populum suum
XIIII De paenitentia agenda et uocatione
XV Quod reuertentem peccatorem
suscipiat ds et renouet
XVI Irascitur dns perdere terram iuda
pro peccatis nisi paenitentiam
egerint
XVII De spu seductionis
XVIII Uox prophetae dolentis interitum
iudaeae gentis
XVIIII Sermo dni super iudaeam et hieru
salem quas pro peccatis tradidit
inimicis
XX Non esse inuentum qui quaereret fidem
et faceret iudicium
XXI De inpaenitentib· et non reuertentibus
XXII Ulciscitur dns iudaeos pro incredulita
te eorum
XXIII Pro peccatis idololatriae traditos iudaeos
inimicis et hierusalem desolatam
XXIIII De pupillo et pauperibus oppressis
XXV De synagogae congregatione et iniqui
tate populi et sacerdotum
et contemptu eorum

xxvi Gentes audisse dnm et non iudaeos et repro
batinc ensum et sacrificia eorum
xxvii Tradi populum in direptionem pro peccatis
xxviii Argentum reprobum dictos iudaeos
pro peccatis suis
xxviiii De iudicio in terra uirum et uirum pupillo
et uiduae non calumniari et de frau
dantib et adulterantibus
xxx Domum di non esse speluncam latronu
xxxi Non prodesse precem sacerdotis
populo peccanti
xxxii De colligentib ligna ad idolorum
coquenda libamina
xxxiii Reprobat dns holocausta et sacrificia
iudaeorum pro peccatis
xxxiiii Sermo dni super iudaeos pro inoboedi
entia et idololatria quando aedifi
cauerunt aram tofeth
ad immolandum filios suos
xxxv De inpaenitentib iudaeis qui nec auibus
adaequantur et falsis prophetis
et sacerdotibus
xxxvi Vox paenitentiae
xxxvii Pro idolis irascitur dns
xxxviii Vox dni xpi quem iudaei non receperun
xxxviiii De malitia fratris et fallacia amici
et de malis hominibus
xl De lingua dolosa et de desolatione
hierusalem
xli Pro idolis traditos iudaeos
in dispersione gentium
xlii Non gloriari sapientem aut fortem
aut diuitem nisi in dno et de incir
cumcisione cordis iudaeorum
xliii De idolis gentium quae sibi faciunt
homines non in eis sperandum
sed in dno qui omnia constituit
xliiii De idolis quae homines faciunt
pro quib et reprobati sunt iudaei
xlv De pellib tabernaculi et de sacerdotib
xlvi Verba testamenti dni ad populum
xlvii Propter quod secuti sunt idola iudaei
irascitur dns et prohibet propheta
orare pro populo :-

xlviii De passione dni xpi
xlviiii De uia impiorum quod prosperentur
et sci ficari eos in die interitus sui
l De repudiantibus synagogam et ipsos
a dno reprobari
li De conuersis ad dnm et nolentib reuerti
lii De cinctorio lineo
liii Quomodo impletur uinum ita impletos
iudaeos ebrietate irae dni
liiii De pseudo sacerdotibus qui sunt montes
tenebrosi
lv De uarietate aethiopis et pardis
id est inpaenitentibus
lvi De inopia pluuiae
lvii Vox paenitentium quod dns recorden
tur et de luxoriosis
lviii De ieiuniis iudaeorum et sacrificiis
ubi iubetur propheta
non pro eis orare
lviiii De pseudo prophetis
lx Vox paenitentium
lxi Non prodesse populo peccanti
praeces mose et samuhel
lxii Sermo dni in quattuor plagis
lxiii De passione dni xpi et de aqua mendacii
lxiiii Ubi reprobat dns iudaeos pro idolis
et tradidit in mortem
lxv De perditione iudaeorum pro idolis
lxvi De populo xpiano ex gentibus uenturo
et de idolis quod dii non sint
lxvii Maledictus qui sperat in homine
et discendit cor eius a dno
lxviii Benedictus homo qui confidit in dno
lxviiii De perdice id est pseudo sacerdotib
congregantib dolum
lxx De his qui derelinquunt dnm
lxxi De obseruatione sabbati et uiolantib eu
lxxii De figulo faciente uasa
lxxiii Si paenituerit gens saluabitur
si non paenituerit peribit
lxxiiii Sermo indignationis dni super populu
pro idolis
lxxv Ubi iudaei cogitauerunt occidere
hieremiam et maledixit eis

cum filiis et uxoribus eorum
lxxvi De lagunculo fictili est sermo dni
super iudaeos pro idolis et percussit
eos in thopeth
lxxvii Ubi hieremias datus est in custodia
et locutus est verbum dni super iudaeã
lxxviii Vox prophetae dolentis contra populũ
de passione dni
lxxviiii Ubi tradidit dns sedechiam regem iudae
et pueros eius et populum iudaicũ
et hierusalem chaldaeis in captivitate
lxxx De iusto iudicio et liberandum eum
qui iniuriam patitur et pupillum
et viduam erigendos
lxxxi Sermo dni super regem iuda pro idolis
lxxxii Sermo dni super sellum filium iosiae
pro peccatis
lxxxiii Vae eo qui aedificat domum sine iustitia
et non iudicat iuste humili et pauperi
lxxxiiii Reprobat dns iechoniam regem iudae
ut traderet eum morti et omne
semen eius
lxxxv De pastorib. neglegentibus plebem dni
lxxxvi De adventu dni xpi
lxxxvii De prophetis et sacerdotib. prophe
tantibus bahal non audiendis
lxxxviii Pro peccatis invocari mala a dno
lxxxviiii Nihil absconditum esse do
xc De somniis ṡpseudo prophetarum
falsis
xci De duob. calathis ficorum quae sunt
figura paenitentis populi et ubi
tradidit dns sedechiam in mortem
et gladium pro idolis
xcii Pro idolis tradita m hierusalem
regi babylloniae annis septuaginta
xciii De calice vini quo potantur gentes
xciiii Quod ds suscitet gentes ad debellan
dam terram quae dno peccaverit
xcv Iubet dns ululare pastores super
populum peccantem
xcvi Si populus aversus fuerit a peccatis
avertit dns iram ab eis
xcvii Ubi iudaei voluerunt occidere hieremiã

prophetantem eis super hierusalẽ
xcviii Ubi accepit propheta catenam in collo
suo ostendens tradi populum di
in captivitatem regi babylloniae
xcviiii Non audiendos pseudo prophetas
c Ubi confudit hieremias ananiam pseudo
prophetam et tulit catenam
de collo hieremiae prophetae
ci Rursum de catenis ferreis et de morte
ananiae pseudo prophetae et pace
data populo in captivitate
cii Non audiendos pseudo prophetas
et divinos
ciii Quod completis septuaginta annis
captivitatis daretur pax iudaeis
ciiii Maledictum super sedechiam regem
et achab quos tradidit dns regi
babyloniae pro peccatis eorum
cv De libro quem adtulit sophonias
sacerdos ad hieremiam prophetam
cvi Ubi occidit dns semiam pseudo prophetã
et omne semen eius
cvii Ubi promittit dns reformari iudaeam
post captivitatem
cviii De dno xpo et de populo novo et de
baptismo in gentib. futuro
cviiii De interfectione filiorum rachel
et planctu
cx Dare dnm veniam peccatorum
paenitentiam agentibus
cxi De dno xpo et resurrectione eius
et sacrament corporis et sangui
nis sui domui iudae annuntians
cxii De uva acerba in dentib. filiorum
cxiii Promissio populi xpiani
cxiiii Dicit dns non abiciam genus israhel
usq. in finem et ubi iteram hieremias
fuit clausus in carcere
cxv Ubi hieremias in aula carceris
constitutus emit agrum a filio
fratris patris sui septem siclis
et decem argenteis
cxvi Oratio hieremiae prophetae
pro populo ad dnm

cxvii UIDET DNS OMNES UIAS HOMINUM
ET REDDET UNICUIQ· SECUNDUM FACTA SUA
cxviii UBI TRADIDIT DNS HIERUSALEM IN PERDITIONE
REGI BABYLONIAE ET CHALDAEIS
PRO IDOLOLATRIA
cxviiii SECUNDUM PIETATEM SUAM PROMITTIT
DNS DARE UENIAM PECCATORUM
ET PACEM POPULO SUO
cxx DICIT ADHUC TRANSIRE OUES PER MANUS
NUMERANTIS ET BENEDICETUR
SEMEN ABRAHAM ET IUDA
cxxi SERMO DNI SUPER SEDECHIAM REGEM
IUDA ET HIERUSALEM EO QUOD TRADE
RENTUR CHALDAEIS IN PERDITIONEM
cxxii UBI IUBET DNS IUDAEIS DIMITTERE
SERUOS SUOS LIBEROS ET NOLUERUNT
ET TRADIDIT EOS DNS AD UINDICTAM
cxxiii DE FILIIS IONADAB QUI UINUM NON BIBERUNT
ET BENEDIXIT EOS DNS QUIBUS NON FUIT
DOMUS NEC UINEA AUT AGER ET SEMEN
TERRAE NESCIERUNT
cxxiiii UBI MISIT HIEREMIAS BARUCH FILIUM
NERIAE CUM LIBRO UT EUM POPULO
LEGERET
cxxv UBI BARUCH LEGIT LIBRUM IN GAZOPHILACIO
QUEM CONBUSSET REX IOACHIM
PRO QUO IRATUS DNS SUPER EOS
cxxvi SERMO DNI SECUNDO AD IOACHIM
ET HIERUSALEM CUM UOLUMINE ALIO
cxxvii UBI SEDECHIAS MISIT AD HIEREMIAM
UT ORARET PRO EO DNM ET EXCITAUIT
DNS CHALDAEOS EXPUGNARE HIERUSALE~
ET CONBURERE EAM IGNI
cxxviii UBI MISSUS EST PROPHETA IN CARCEREM
EO QUOD PROPHETA SUPER HIERUSALE~
INTERITUM ET EDUXIT EUM INDE
SEDECHIAS REX
cxxviiii UBI MISSUS EST PROPHETA IN LACUM
CAENOSUM ET EXTRAXIT EUM INDE
ABDEMELECH AETHIOPS
cxxx UBI CONSILIUM DEDIT PROPHETA SEDECHIAE
REGI UT EUADERE POSSIT QUI CONTEM
NENS EUM TRADITUS EST IN MANUS REGIS
BABYLONIS ET SUBUERTIT HIERUSALE~

USQ AD CINERES ET REGEM EIUS CAEPIT
cxxxi SERMO DNI SUPER ABDEMELECH LIBERANDU~
QUOD ET IPSE LIBERAUIT PROPHETAM DNI
HIEREMIAM
cxxxii UBI ARCHIMAGIRUS DIMISIT HIEREMIAM
PROPHETAM DE UINCULIS DATIS MUNERIB·
ROGAT EUM ABIRE AD GODOLIAN
cxxxiii UBI CONGREGATI SUNT AD GODOLIAN IUDAEI
POST CAPTIUITATEM IN MASFATH
cxxxiiii UBI OCCISUS EST GODOLIAS IN MASFATH
cxxxv UBI EXERCITUS IUDAEORUM ROGANT
PROPHETAM UT PRO EIS DNM ORARET
ET QUOD NON AUDIRENT PRAECEPTA DNI
ADHUC IN CAPTIUITATEM DARENTUR
cxxxvi UBI UENERUNT IUDAEI IN AEGYPTUM ET TRA
DIDIT EOS DNS NABUCHODONOSOR REGI
IN CAPTIUITATEM ET CONBUSSIT IDOLA
AEGYPTI CUM TEMPLIS EORUM
cxxxvii INDIGNATIO DNI SUPER ISRAHEL QUI RELICTO
DO IDOLIS SACRIFICAUERUNT IN AEGYPTO
ET TRADIDIT EOS DNS ET MULIERES EORU~
IN GLADIO FAME ET MORTE
cxxxviii INCREPAT DNS BARUCH PROPERANTEM
cxxxviiii SERMO DNI SUPER POPULUM IN GALAAD
ADDUCENS EOS AD ULTIONEM
cxl SERMO DNI SUPER MAGDOLUM ET MEMPHIS
AEGYPTI TRADITAS PRO IDOLIS IN CAPTIUITATE
cxli PROMITTIT DNS IACOB ET ISRL LIBERARE EOS
DE MANU INIMICORUM
cxlii SERMO DNI SUPER PHILISTIM ET TYRUM
ET SIDONEM ET GAZAM ET ASCALONAM
cxliii SERMO DNI SUPER NABO ET CARIATHIM
ET CETERAS CIUITATES
cxliiii MALEDICTUS QUI FACIT OPUS DNI NEGLEGENTER
cxlv PRO INIURIA POPULI DI ET IDOLOLATRIA
PERISSE CIUITATES MOAB
cxlvi SERMO DNI SUPER FILIOS AMMON PRO IDOLIS
cxlvii SERMO DNI SUPER IDUMAEAM
cxlviii IRASCI DNM SUPER BOSRA PRO PUPILLO
ET UIDUA
cxlviiii SERMO DNI SUPER DAMASCUM
ET CETERAS CIUITATES
cl SERMO DNI SUPER CHEDAR
cli SERMO DNI SUPER AELAM

clii SERMO DNI SUPER BABYLONIAM ET CHALDAEOS
PRO INIURIAM FILIORUM ISRAHEL.
cliii SERMO DNI SUPER REGEM BABYLONIS ET TERRA
EIUS QUAM TRADIDIT DS INIMICIS
PRO LAESIONE POPULI DI
cliiii QUOD DS CONDIDERIT UNIUERSA
clv QUOD SIMULACRA AB HOMINIB FACTA DII
NON SUNT IN PERPETUUM
clvi SERMO DNI SUPER BABYLONIAM ET CHALDAEOS
PRO MOLIS TRADIDIT EOS DS INIMICIS
IN PERPETUUM
clvii DE EXTERMINATORIB HIERUSALEM QUOD
ULCISCATUR IN EOS DNS
clviii SERMO DNI DE INTERITU BABYLONIAE
ET CUIUITATIB EIUS PROPTER IDOLOLATRIA
clviiii PRAECEPTUM HIEREMIAE AD SARAIAM
ET FINIS UERBORUM HIEREMIAE
clx UBI NABUCHODONOSOR REX BABYLONIAE
COEPIT HIERUSALEM ET SEDECHIAM
REGEM ET OCCIDIT FILIOS EIUS ET OMNES
PRINCIPES SIMUL ET MISIT EUM
IN CARCEREM
clxi UBI NABUZARDAN UENIT HIERUSALEM
ET SUCCENSA DOMO DNI ABSTULIT
OMNIA ORNAMENTA TEMPLI DNI
IN BABYLONIAM
clxii UBI IOACHIM EDUCTUS EST DE CARCERE
A REGE BABYLONIAE
clxiii LAMENTATIO HIEREMIAE IN QUADRUPLICI
ALFABETO

EXPLICIUNT CAPITULA
HIEREMIAE PROPHETAE

INCIPIT LIBER
EIUS DEXA

✠ UERBA HIEREMIAE FILII HELCIAE
DE SACERDOTIBUS QUI FUERUNT
IN ANATHOTH IN TERRA BENIAMIN
QUOD FACTUM EST UERBUM DNI
AD EUM IN DIEBUS IOSIAE FILII
AMON REGIS IUDA
IN TERTIO DECIMO ANNO REGNI EIUS
ET FACTUM EST IN DIEBUS IOACIM
FILII IOSIAE REGIS IUDA
USQUE AD CONSUMMATIONEM
UNDECIMI ANNI SEDECHIAE
FILII IOSIAE REGIS IUDA
USQUE AD TRANSMIGRATIONEM
HIERUSALEM IN MENSE QUINTO
ii ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
PRIUSQUAM TE FORMAREM
IN UTERO NOUI TE
ET ANTEQUAM EXIRES DE UULUA
SCIFICAUI TE ET
PROPHETAM IN GENTIB DEDI TE
ET DIXI A A A DNE DS ECCE NESCIO
LOQUI QUIA PUER EGO SUM
ET DIXIT DNS AD ME NOLI DICERE
PUER SUM
QUONIAM AD OMNIA QUAE MITTAM
TE IBIS
ET UNIUERSA QUAECUMQ MANDA
UERO TIBI LOQUERIS
NE TIMEAS A FACIE EORUM
QUIA TECUM EGO SUM UT ERUAM
TE DICIT DNS
ET MISIT DNS MANUM SUAM
ET TETIGIT OS MEUM
ET DIXIT DNS AD ME ECCE DEDI
UERBA MEA IN ORE TUO
ECCE CONSTITUI TE HODIE SUPER
GENTES ET SUPER REGNA
UT EUELLAS ET DESTRUAS
ET DISPERDAS ET DISSIPES
ET AEDIFICES ET PLANTES
iii ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
QUID TU UIDES HIEREM[IA]

ET DIXI UIRGAM UIGILANTEM EGO UIDEO
ET DIXIT DNS AD ME BENE UIDISTI
QUIA UIGILABO EGO SUPER UERBO
MEO UT FACIAM ILLUD
III ET FACTUM EST UERBUM DNI
SECUNDO AD ME DICENS
QUID TU UIDES
ET DIXI OLLAM SUCCENSAM EGO UIDEO
ET FACIEM EIUS A FACIE AQUILONIS
ET DIXIT DNS AD ME
AB AQUILONE PANDETUR MALUM
SUPER OMNES HABITATORES TERRAE
QUIA ECCE EGO CONUOCABO OMNES
COGNATIONES REGNORUM
AQUILONIS AIT DNS
ET UENIENT ET PONENT UNUSQUISQUE
SOLIUM SUUM IN INTROITU
PORTARUM HIERUSALEM
ET SUPER OMNES MUROS EIUS
IN CIRCUITU
ET SUPER UNIUERSAS URBES IUDA
MANITAS
ET LOQUAR IUDICIA MEA CUM EIS
SUPER OMNEM MALITIAM EORUM
QUI DERELIQUERUNT ME
ET LIBAUERUNT DIIS ALIENIS
ET ADORAUERUNT OPUS
MANUUM SUARUM
TU ERGO ACCINGE LUMBOS TUOS
ET SURGE ET LOQUERE AD EOS
OMNIA QUAE EGO PRAECIPIO TIBI
NE FORMIDES A FACIE EORUM
NEC ENIM TIMERE TE FACIAM
UULTUM EORUM
EGO QUIPPE DEDI TE HODIE IN CIUI
TATEM MUNITAM ET IN COLUM
NAM FERREAM
ET IN MURUM AEREUM
SUPER OMNEM TERRAM
REGIBUS IUDA PRINCIPIBUS EIUS
ET SACERDOTIBUS ET POPULO
TERRAE
ET BELLABUNT ADUERSUM TE
ET NON PRAEUALEBUNT

QUIA EGO TECUM SUM AIT DNS
UT LIBEREM TE
II ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
UADE ET CLAMA IN AURIB HIERUSALEM
DICENS HAEC DICIT DNS
RECORDATUS SUM TUI MISERANS
ADULESCENTIAM TUAM ET CARI
TATEM TUAM ET CARITATEM
DISPONSATIONIS TUAE
QUANDO SECUTA ME ES IN DESERTO
IN TERRA QUAE NON SEMINATUR
SCS ISRAHEL DNO PRIMITIAE
FRUGUM EIUS
OMNES QUI DEUORANT EUM
DELINQUUNT MALA UENIENT
SUPER EOS DICIT DNS
III AUDITE UERBUM DNI DOMUS
IACOB ET OMNES COGNATIONES
DOMUS ISRL
HAEC DICIT DNS
QUID INUENERUNT IN ME
PATRES UESTRI INIQUITATIS
QUIA ELONGAUERUNT A ME
ET AMBULAUERUNT
POST UANITATEM ET UANI FACTI SUNT
ET NON DIXERUNT UBI EST DNS
QUI ASCENDERE NOS FECIT
DE TERRA AEGYPTI
QUI TRANSDUXIT NOS PER DESERTUM
PER TERRAM INHABITABILEM
ET INUIAM
PER TERRAM SITIS ET IMAGINEM
MORTIS
PER TERRAM IN QUA NON AMBULA
UIT UIR NEQ HABITABIT HOMO
ET INDUXI UOS IN TERRAM CARMELI
UT COMEDERETIS FRUCTUM EIUS
ET OPTIMA ILLIUS
ET INGRESSI CONTAMINASTIS
TERRAM MEAM
ET HEREDITATEM MEAM POSUISTIS
IN ABOMINATIONEM
V SACERDOTES NON DIXERUNT

UBI EST DNS
ET TENENTES LEGEM NESCIERUNT ME
ET PASTORES PRAEUARICATI SUNT
IN ME
ET PROPHETAE PROPHETAUERUNT
IN BAAL ET IDOLA SECUTI SUNT
PROPTEREA ADHUC IUDICIO CON
TENDAM UOBISCUM AIT DNS
ET CUM FILIIS UESTRIS DISCEPTABO
TRANSITE AD INSULAS CETTHIIM
ET UIDETE
ET IN CEDAR MITTITE ET CONSIDE
RATE UEHEMENTER
ET UIDETE SI FACTUM EST
HUIUSCEMODI
SI MUTAUIT GENS DEOS ET CERTE
IPSI NON SUNT DII
VII POPULUS UERO MEUS MUTAUIT
GLORIAM SUAM IN IDOLUM
OBSTUPESCITE CAELI SUPER HOC
ET PORTAE EIUS DESOLAMINI
UEHEMENTER DICIT DNS
DUO ENIM MALA FECIT POPULUS MEUS
ME DERELIQUERUNT FONTEM
AQUAE UIUAE ET FODERUNT
SIBI CISTERNAS
CISTERNAS DISSIPATAS QUAE CON
TINERE NON UALENT AQUAS
NUMQUID SERUUS EST ISRL
AUT UERNACULUS
QUARE ERGO FACTUS EST IN PRAEDAM
SUPER EUM RUGIERUNT LEONES
ET DEDERUNT UOCEM SUAM
POSUERUNT TERRAM EIUS
IN SOLITUDINEM
CIUITATES EIUS EXUSTAE SUNT
ET NON EST QUI HABITET IN EIS
FILII QUOQ. MEMFEOS ET TAFNEOS
CONSTUPRAUERUNT TE
USQ. AD UERTICEM
NUMQUID NON ISTUD
FACTUM EST TIBI
QUIA DERELIQUISTI DNM DM TUUM
EO TEMPORE QUO DUCEBAT
TE PER UIAM
ET NUNC QUID TIBI UIS IN UIA AEGYPTI
UT BIBAS AQUAM TURBIDAM
ET QUID TIBI CUM UIA ASSYRIORUM
UT BIBAS AQUAM FLUMINIS
ARGUET TE MALITIA TUA ET AUERSIO
TUA INCREPAUIT TE
SCITO ET UIDE QUIA MALUM
ET AMARUM EST
RELIQUISSE TE DNM DM TUUM
ET NON ESSE TIMOREM MEI APUD
TE DICIT DNS DS EXERCITUUM
A SAECULO CONFREGISTI IUGUM MEUM
RUPISTI UINCULA MEA
ET DIXISTI NON SERUIAM
IN OMNI ENIM COLLE SUBLIMI
ET SUB OMNI LIGNO FRONDOSO
TU PROSTERNEBARIS MERETRIX
VIII EGO AUTEM PLANTAUI TE UINEAM
ELECTAM OMNE SEMEN UERUM
QUOMODO ERGO CONUERSA ES
IN PRAUUM UINEA ALIENA
SI LAUERIS TE NITRO ET MULTIPLICA
UERIS TIBI HERBAM BORITH
MACULATA ES IN INIQUITATE TUA
CORAM ME DICIT DNS DS
VIIII QUOMODO DICIS NON SUM POLLUTA
POST BAALIM NON AMBULAUI
UIDE UIAS TUAS IN CONUALLE
SCITO QUID FECERIS
CURSOR LEUIS EXPLICANS UIAS TUAS
ONAGER ADSUETUS IN SOLITUDINE
IN DESIDERIO ANIMAE SUAE
ADTRAXIT UENTUM AMORIS SUI
NULLUS AUERTET EAM
OMNES QUI QUAERUNT EAM
NON DEFICIENT
IN MENSTRUIS EIUS INUENIENT EAM
PROHIBE PEDEM TUUM A NUDITATE
ET GUTTUR TUUM A SITI
ET DIXISTI DESPERAUI NEQUAQUAM
FACIAM
ADAMAUI QUIPPE ALIENOS
ET POST EOS AMBULABO

QUOMODO CONFUNDITUR FUR
QUANDO DEPREHENDITUR
SIC CONFUSI SUNT DOMUS ISRL
IPSI ET REGES EORUM PRINCIPES
ET SACERDOTES ET PROPHETAE EORU
DICENTES LIGNO PATER MEUS
ES TU ET LAPIDI TU ME GENUISTI
VERTERUNT AD ME TERGUM
ET NON FACIEM
ET IN TEMPORE ADFLICTIONIS SUAE
DICENT SURGE ET LIBERA NOS
UBI SUNT DII TUI QUOS FECISTI TIBI
SURGANT ET LIBERENT TE
IN TEMPORE ADFLICTIONIS TUAE
SECUNDUM NUMERUM QUIPPE
CIVITATUM TUARUM ERANT
DII TUI IUDA
QUID VULTIS MECUM IUDICIO CON
TENDERE OMNES DERELIQUISTIS
ME DICIT DNS
FRUSTRA PERCUSSI FILIOS VESTROS
DISCIPLINAM NON RECEPERUNT
DEVORAVIT GLADIUS VESTER
PROPHETAS VESTROS
QUASI LEO VASTATOR GENERATIO VESTRA
VIDETE VERBUM DNI
XIIII NAM QUID SOLITUDO FACTUS SUM
ISRAHELI AUT TERRA SEROTINA
QUARE ERGO DIXIT POPULUS MEUS
RECESSIMUS NON VENIEMUS ULTRA
AD TE
NUMQUID OBLIVISCITUR
VIRGO ORNAMENTI SUI
SPONSA FASCIAE PECTORALIS SUAE
POPULUS VERO MEUS OBLITUS EST
MEI DIEB INNUMERIS
QUID NITERIS BONAM OSTENDERE
VIAM TUAM AD QUAERENDAM
DILECTIONEM
QUAE INSUPER ET MALITIAS TUAS
DOCUISTI VIAS TUAS
ET IN ALIS TUIS INVENTUS EST
SANGUIS ANIMARUM PAUPERUM
ET INNOCENTIUM

NON IN FOSSIS INVENI EOS SED
IN OMNIB QUAE SUPRA MEMORAVI
ET DIXISTI ABSQUE PECCATO
INNOCENS EGO SUM
PROPTEREA AVERTATUR
FUROR TUUS A ME
ECCE EGO IUDICIO CONTENDAM
TECUM EO QUOD DIXERIS
NON PECCAVI
QUAM VILIS ES FACTA NIMIS
ITERANS VIAS TUAS
ET AB AEGYPTO CONFUNDERIS
SICUT CONFUSA ES AB ASSUR
NAM ET AB ISTA EGREDIERIS ET MANUS
TUAE ERUNT SUPER CAPUT TUUM
QUONIAM OBTRIVIT DNS CONFIDENTIA
TUAM ET NIHIL HABEBIS PROSPERU
III VULGO DICITUR
X SI DIMISERIT VIR UXOREM SUAM
ET RECEDENS AB EO DUXERIT
VIRUM ALTERUM
NUMQUID REVERTETUR
AD EAM ULTRA
NUMQUID NON POLLUTA ET CONTA
MINATA ERIT MULIER ILLA
TU AUTEM FORNICATA ES
CUM AMATORIB MULTIS
TAMEN REVERTERE AD ME
DICIT DNS
LEVA OCULOS TUOS IN DIRECTUM
ET VIDE UBI NON PROSTRATA SIS
IN VIIS SEDEBAS EXPECTANS EOS
QUASI LATRO IN SOLITUDINE
ET POLLUISTI TERRAM IN FORNICA
TIONIBUS TUIS ET IN MALITIIS TUIS
QUAMOBREM PROHIBITAE SUNT
STILLAE PLUVIARUM ET SEROTI
NUS IMBER NON FUIT
FRONS MULIERIS MERETRICIS
FACTA EST TIBI NOLUISTI
ERUBESCERE
ERGO SALTEM AMODO VOCA ME
PATER MEUS DUX VIRGINITATIS
MEAE TU ES

NUMQUID IRASCERIS IN PERPETUUM
AUT PERSEUERABIS IN FINEM
ECCE LOCUTA ES ET FECISTI MALA
ET POTUISTI
XI ET DIXIT DNS AD ME IN DIEBUS
IOSIAE REGIS
NUMQUID UIDISTI QUAE FECERIT
AUERSATRIX ISRL
ABIIT SIBIMET SUPER OMNEM
MONTEM EXCELSUM ET SUB
OMNE LIGNUM FRONDOSUM
ET FORNICATA EST IBI
ET DIXI CUM FECISSET HAEC OMNIA
AD ME CONUERTERE ET NON EST
REUERSA
ET UIDIT PRAEUARICATRIX
SOROR EIUS IUDA
QUIA PRO EO QUOD MOECHATA ESSET
AUERSATRIX ISRL DIMISISSEM EAM
ET DEDISSEM EI LIBELLUM REPUDII
ET NON TIMUIT PRAEUARICATRIX
IUDA SOROR EIUS
SED ABIIT ET FORNICATA EST
ETIAM IPSA
ET FACILITATE FORNICATIONIS SUAE
CONTAMINAUIT TERRAM
ET MOECHATA EST CUM LAPIDE
ET CUM LIGNO
ET IN OMNIB· HIS NON EST REUERSA
AD ME PRAEUARICATRIX SOROR
EIUS IUDA IN TOTO CORDE SUO SED IN MENDA
CIO AIT DNS·
XII ET DIXIT DNS AD ME
IUSTIFICAUIT ANIMAM SUAM
AUERSATRIX ISRL CONPARATIONE
PRAEUARICATRICIS IUDA
UADE ET CLAMA SERMONES ISTOS
CONTRA AQUILONEM ET DICES
REUERTERE AUERSATRIX ISRL
AIT DNS ÷FACIEM·
ET NON AUERTAM MEAM A UOBIS
QUIA SCS EGO SUM DICIT DNS
ET NON IRASCAR IN PERPETUUM
TAMEN SCITO INIQUITATEM TUAM
QUIA IN DNM DM TUUM

PRAEUARICATA ES
ET DISPERSISTI UIAS TUAS ALIENIS
SUB OMNI LIGNO FRONDOSO
ET UOCEM MEAM NON AUDISTI AIT DNS
XIII CONUERTIMINI FILII REUERTENTES
DICIT DNS
QUIA EGO UIR UESTER
ET ADSUMAM UOS UNUM DE CIUITATE
ET DUOS DE COGNATIONE
ET INTRODUCAM UOS IN SION
ET DABO UOBIS PASTOREM
IUXTA COR MEUM
ET PASCENT UOS SCIENTIA ET DOCTRINA
CUMQ· MULTIPLICATI FUERITIS
ET CREUERITIS IN TERRA
IN DIEB· ILLIS AIT DNS NON DICENT
ULTRA ARCA TESTAMENTI DNI
NEQ· ASCENDET SUPER COR
NEQ· RECORDABUNTUR ILLIUS
NEC UISITABITUR NEC FIET ULTRA
IN TEMPORE ILLO UOCABUNT
HIERUSALEM SOLIUM DNI
ET CONGREGABUNTUR AD EAM
OMNES GENTES IN NOMINE DNI
IN HIERUSALEM
ET NON AMBULABUNT IN PRAUITATE
CORDIS SUI PESSIMI
IN DIEB· ILLIS IBIT DOMUS IUDA
AD DOMUM ISRL
ET UENIENT SIMUL DE TERRA
AQUILONIS AD TERRAM QUAM
DEDI PATRIBUS UESTRIS
EGO AUTEM DIXI QUOMODO
PONAM TE IN FILIIS
ET TRIBUAM TIBI TERRAM DESIDERABILEM
HEREDITATEM PRAECLARAM
EXERCITUUM GENTIUM
ET DIXI PATREM UOCABIS ME
ET POST ME INGREDI NON CESSABIS
SED QUOMODO SI CONTEMNAT
MULIER AMATOREM SUUM
SIC CONTEMSIT ME DOMUS ISRL
DICIT DNS
UOX IN UIIS AUDITA EST PLORATUS

ET ULULATUS FILIORUM ISRL
QUONIAM INIQUAM FECERUNT
UIAM SUAM OBLITI SUNT DNI DI SUI
xiiii CONUERTIMINI FILII REUERTENTES
ET SANABO AUERSIONES UESTRAS
ECCE NOS UENIMUS AD TE
TU ENIM ES DNS DS NOSTER
UERE MENDACES ERANT COLLES
MULTITUDO MONTIUM
UERE IN DNO DO NOSTRO SALUS ISRL
CONFUSIO COMEDIT LABOREM
PATRUM NOSTRORUM
AB ADULESCENTIA NOSTRA
GREGES EORUM ET ARMENTA EORU̅
FILIOS EORUM ET FILIAS EARUM
DORMIEMUS IN CONFUSIONE NOSTRA
ET OPERIET NOS IGNOMINIA NOSTRA
QUONIAM DNO DO NOSTRO PECCAUIMUS
NOS ET PATRES NOSTRI AB ADULE
SCENTIA NOSTRA USQ· AD HUNC DIE̅
ET NON AUDIUIMUS UOCEM DNI
DI NOSTRI
iiii xu SI CONUERTERIS ISRL AIT DNS
AD ME CONUERTERE
SI ABSTULERIS OFFENDICULA
A FACIE MEA NON COMMOUERIS
ET IURAUIS UIUIT DNS IN UERITATE
ET IN IUDICIO ET IUSTITIA
ET BENEDICENT EUM GENTES
IPSUMQ· LAUDABUNT
HAEC ENIM DICIT DNS UIRO IUDA
ET HIERUSALEM
NOUATE UOBIS NOUALE ET NOLITE
SERERE SUPER SPINAS
CIRCUMCIDIMINI DNO ET AUFERTE
PRAEPUTIA CORDIUM UESTRORU̅
UIRI IUDA ET HABITATORES HIERUSALE̅
NE FORTE EGREDIATUR UT IGNIS
INDIGNATIO MEA
ET SUCCENDATUR ET NON SIT
QUI EXTINGUAT
PROPTER MALITIAM COGITATIO
NUM UESTRARUM
xui ADNUNTIATE IN IUDA ET IN HIERUSALE̅
AUDITUM FACITE
LOQUIMINI ET CANITE TUBA IN TERRA
CLAMATE FORTITER DICITE CON
GREGAMINI INGREDIAMUR
CIUITATES MUNITAS
LEUATE SIGNUM IN SION
CONFORTAMINI NOLITE STARE
QUIA MALUM EGO ADDUCO
AB AQUILONE ET CONTRITIONEM
MAGNAM
ASCENDIT LEO DE CUBILI SUO
ET PRAEDO GENTIUM SE LEUAUIT
EGRESSUS EST DE LOCO SUO
UT PONAT TERRAM TUAM
IN DESOLATIONEM
CIUITATES TUAE UASTABUNTUR
REMANENTES ABSQ· HABITATORE
SUPER HOC ACCINGITE UOS CILICIIS
PLANGITE ET ULULATE
QUIA NON EST AUERSA IRA
FURORIS DNI A UOBIS
ET ERIT IN DIE ILLA DICIT DNS
PERIBIT COR REGIS ET COR PRINCIPU̅
ET OBSTUPESCENT SACERDOTES
ET PROPHETAE CONSTERNABUNTUR
ET DIXI HEU HEU HEU DNE DS
ERGO NE DECEPISTI POPULUM ISTU̅
ET HIERUSALEM DICENS
PAX ERIT UOBIS
ET ECCE PERUENIT GLADIUS
USQ· AD ANIMAM
xuii IN TEMPORE ILLO DICETUR
POPULO HUIC ET HIERUSALEM
UENTUS URENS IN UIIS QUAE SUNT
IN DESERTO
UIAE FILIAE POPULI MEI NON AD
UENTILANDUM ET AD PURGANDU̅
SPS PLENUS EX HIS UENIET MIHI
ET NUNC EGO SED LOQUAR
IUDICIA MEA CUM EIS
ECCE QUASI NUBES ASCENDET
ET QUASI TEMPESTAS CURRUS EIUS
UELOCIORES AQUILIS EQUI ILLIUS
UAE NOBIS QUONIAM UASTATI SUMUS

lava a malitia cor tuum
hierusalem ut salva fias
usquequo morabuntur in te
cogitationes noxiae
vox enim adnuntiantis a Dan
et notum facientis idolum
de monte Ephraim
cogitate gentes
ecce auditum est in hierusalem
custodes venire de terra
longinqua et dare super
civitates iuda vocem suam
quasi custodes agrorum
facti sunt super eam in gyro
quia me ad iracundiam
provocavit ait dns
viae tuae et cogitationes tuae
fecerunt haec tibi
ista malitia tua quia amara
quia tetigit cor tuum
XVIII Ventrem meum ventrem
meum doleo
sensus cordis mei conturba
ti sunt in me
non tacebo quoniam vocem
bucinae audivit anima mea
clamorem proelii
contritio super contritionem
vocata est
et vastata est omnis terra
repente vastata sunt
tabernacula mea subito
pellis mea
usq. quo videbo fugientem
audiam vocem bucinae
quia stultus populus meus
me non cognovit
filii insipientes sunt
et vaecordes
sapientes sunt ut faciant
mala bene autem facere
nescierunt
XVIIII Aspexi terram et ecce vacua
erat et nihil

et caelos et non erat lux in eis
vidi montes et ecce movebantur
et omnes colles conturbati sunt
intuitus sum et non erat homo
et omne volatile caeli recessit
aspexi et ecce carmelus desertus
et omnes urbes eius destructae
sunt
a facie dni et a facie irae furoris eius
haec enim dicit dns
deserta erit omnis terra
sed tamen consummationem
non faciam
lugebit terra et maerebunt
caeli desuper
eo quod locutus sum cogitavi
et non paenituit me
nec aversus sum ab eo
a voce equitis et mittentis
sagittam fugit omnis civitas
ingressi sunt ardua
et ascenderunt rupes
universae urbes derelictae
sunt et non habitat in eis homo
tu autem vastata quid facies
cum vestieris te coccino
cum ornata fueris monili aureo
et pinxeris stibio oculos tuos
frustra conponeris
contempserunt te amatores
tui animam tuam quaerunt
vocem enim quasi parturientis
audivi
angustias ut puerperae
vox filiae Sion intermorientes
expandentesque manus suas
XX Vae mihi quia defecit anima mea
propter interfectos
V Circumite vias hierusalem
et aspicite
et considerate et quaerite
in plateis eius
an inveniatis virum facientem
iudicium et quaerentem

FIDEM ET PROPITIUS ERO EIS
XXI QUOD SI ETIAM UIUIT DNS DIXERINT
ET HOC FALSO IURABUNT
DNE OCULI TUI RESPICIUNT FIDEM
PERCUSSISTI EOS ET NON DOLUERUNT
ATTRIUISTI EOS ET RENNUERUNT
ACCIPERE DISCIPLINAM
INDURAUERUNT FACIES SUAS
SUPER PETRAM NOLUERUNT
REUERTI
EGO AUTEM DIXI FORSITAM
PAUPERES SUNT ET STULTI
IGNORANTES UIAM DNI
ET IUDICIUM DI SUI
IBO IGITUR AD OPTIMATES
ET LOQUAR EIS
IPSI ENIM COGNOUERUNT UIAM DNI
ET IUDICIUM DI SUI
ET ECCE MAGIS HI SIMUL
CONFREGERUNT IUGUM
RUPERUNT UINCULA
IDCIRCO PERCUSSIT EOS LEO
DE SILUA
LUPUS AD UESPERAM UASTAUIT EOS
PARDUS UIGILANS SUPER CIUITATES
EORUM
OMNIS QUI EGRESSUS FUERIT
EX EIS CAPIETUR
QUIA MULTIPLICATAE SUNT
PRAEUARICATIONES EORUM
CONFORTATAE SUNT AUERSIONES EORU͞
SUPER QUO PROPITIUS TIBI ESSE
POTERO
FILII TUI DERELIQUERUNT ME
ET IURANT IN HIS QUI NON SUNT DII
SATURAUI EOS ET MOECHATI SUNT
ET IN DOMO MERETRICES
LUXURIABANTUR
EQUI AMATORES ET ADMISSARII
FACTI SUNT
UNUSQUISQ: AD UXOREM
PROXIMI SUI HINNIEBAT
XXII NUM QUID SUPER HIS
NON UISITABO DICIT DNS

ET IN GENTE TALI NON ULCISCETUR
ANIMA MEA
ASCENDITE MUROS EIUS ET DISSIPATE
CONSUMMATIONEM AUTEM
NOLITE FACERE
AUFERTE PROPAGINES EIUS
QUIA NON SUNT DNI
PRAEUARICATIONE ENIM
PRAEUARICATA EST IN ME
DOMUS ISRL ET DOMUS IUDA AIT DNS
NEGAUERUNT DNM ET DIXERUNT
NON EST IPSE NEQ: UENIET
SUPER NOS MALUM
GLADIUM ET FAMEM NON UIDEBIMUS
PROPHETAE FUERUNT IN UENTU͞
ET RESPONSUM NON FUIT IN EIS
HAEC ERGO UENIENT ILLIS
HAEC DICIT DNS DS EXERCITUUM
QUIA LOCUTI ESTIS UERBUM ISTUD
ECCE EGO DO UERBA MEA
IN ORE TUO IGNEM
ET POPULUM ISTUM LIGNA
ET UORABIT EOS
XXIII ECCE EGO ADDUCAM SUPER UOS
GENTEM DE LONGINQUO
DOMUS ISRL AIT DNS
GENTEM ROBUSTAM
GENTEM ANTIQUAM
GENTEM CUIUS IGNORABIS LINGUA͞
NEC INTELLEGES QUID LOQUATUR
PHARETRA EIUS QUASI SEPULCHRU͞
PATENS UNIUERSI FORTES
ET COMEDET SEGETES TUAS
ET PANEM TUUM DEUORABIT
FILIOS TUOS ET FILIAS TUAS
COMEDET GREGEM TUUM
ET ARMENTA TUA
COMEDET UINEAM TUAM
ET FICUM TUAM
ET CONTERET URBES MUNITAS
TUAS IN QUIB: TU HABES
FIDUCIAM GLADIO
UERUM TAMEN IN DIEBUS ILLIS
AIT DNS NON INTERFICIAM UOS

INCONSUMMATIONEM
QUODSIDIXERITIS QUAREFECIT
DNSDSNOSTER HAECOMNIA
NOBIS DICES ADEOS
SICUT DERELIQUISTISME ETSERUI
STISDEO ALIENOINTERRAUESTRA
SICSERUIETIS ALIENISINTERRA
NONUESTRA
ADNUNTIATE HOCDOMUIIACOB
ETAUDITUM FACITEINIUDA
DICENTES
AUDIPOPULESSTULTEQUINON
HABES COR
QUIHABENTES OCULOSNONUIDEBITIS
ETAURES ETNONAUDITIS
MEERGO NONTIMEBITISAITDNS
ETAFACIEMEANONDOLEBITIS
QUIPOSUI HARENAMTERMINUM
MARI
PRAECEPTUM SEMPITERNUM
QUODNONPRAETERIBIT
ETCOMMOUEBUNTUR
ETNONPOTERUNT
ETINTUMESCENTFLUCTUSEIUS
ETNONTRANSIBUNT ILLUD
POPULOAUTEMHUICFACTUM
EST CORINCREDULUM
ETEXASPERANS
RECESSERUNTETABIERUNT
ETNON DIXERUNTINCORDESUO
METUAMUS DNM DMNOSTRU
QUIDATNOBIS PLUUIAMTEMPORA
NEAMETSEROTINAM
INTEMPORESUO
PLENITUDINEMANNUAEMESSIS
CUSTODIENTEMNOBIS
INIQUITATES NOSTRAE
DECLINAUERUNTHAEC
ETPECCATANOSTRAPROHIBUERUNT
BONUM ANOBIS
QUIAINUENTISUNTINPOPULO
MEOIMPII
INSIDIANTES QUASIAUCUPES
LAQUEOSPONENTESETPEDICAS
ADCAPIENDOSUIROS
SICUTDECIPULAPLENAAUIBUS
SICDOMUS EORUMPLENAEDOLO
XXIIII IDEO MAGNIFICATISUNTETDITATI
INCRASSATISUNT ETINPINGUATI
ETPRAETERIERUNT SERMONES
MEOSPESSIME
CAUSAM uiduae NONIUDICAUERUNT
CAUSAM PUPILLINONDIREXERUNT
ETIUDICIUMPAUPERUM
NONIUDICAUERUNT
NUMQUID SUPERHISNONUISITABO
DICITDNS
AUTSUPERGENTEMHUIUSCEMODI
NONULCISCETURANIMAMEA
STUPORETMIRABILIAFACTASUNT
INTERRA
PROPHETAEPROPHETABANT
MENDACIUM
ETSACERDOTESADPLAUDEBANT
MANIBUSSUIS
ETPOPULUSMEUSDILEXITTALIA
QUIDIGITUR FIETINNOUISSIMOEIUS
VI. CONFORTAMINIFILIIBENIAMIN
INMEDIOHIERUSALEM
ETINTHECUA CLANGITEBUCINA
ETSUPERBETHACHARIM
LEUATEUEXILLUM
QUIAMALUMUISUMESTABAQUI
LONE ETCONTRITIOMAGNA
SPECIOSAEETDELICATAE
ADSIMILAUIFILIAMSION
ADEAM UENIENT PASTORES
ETGREGES EORUM
FIXERUNTINEATENTORIA
INCIRCUITU
PASCETUNUSQUISQUE EOS
QUISUBMANUSUASUNT
SANCTIFICATE SUPEREAMBELLUM
CONSURGITE ETASCENDAMUS
INMERIDIE
UAENOBIS QUIADECLINAUITDIES
QUIALONGIORESFACTAESUNT
UMBRAE UESPERI

SURGITE ETASCENDAMUS INNOCTE
ETDISSIPEMUS DOMOS EIUS
QUIA HAECDICIT DNS EXERCITUUM
CAEDITE LIGNUM EIUS ETFUNDITE
CIRCA HIERUSALEM AGGEREM
HAECEST CIUITAS UISITATIONIS
OMNIS CALUMNIA INMEDIO EIUS
SICUT FRIGIDAM FACITCISTERNA
AQUAM SUAM SICFRIGIDAM
FECITMALITIAM SUAM
INIQUITAS ETUASTITAS AUDIETUR
INEA CORAMME SEMPER
INFIRMITAS ETPLAGA
ERUDIRE HIERUSALEM NEFORTE
RECEDAT ANIMAMEA ATE
NEFORTE PONAMTE DESERTAM
TERRAM INHABITABILEM
HAECDICITDNS EXERCITUUM
USQ·ADRACEMUM COLLIGENT
QUASIINUINEAMRELIQUIASISRL
CONUERTEMANUMTUAM QUASI
UINDEMIATOR ADCARTALLUM
CUILOQUAR ETQUEMCONTESTA
BOR UTAUDIAT
ECCEINCIRCUMCISAEAURES
EORUM ETAUDIRENONPOSSUNT
ECCEUERBUM DNIFACTUMEST
EIS INOBPROBRIUM ETNON
SUSCIPIENT ILLUD
IDCIRCO FURORE DNI PLENUS SUM
LABORAUI SUSTINENS
XXXII EFFUNDE SUPER PARUULUM FORIS
ETSUPERCONCILIUM
IUUENUM SIMUL
UIRENIM CUMMULIERECAPIETUR
SENEXCUMPLENODIERUM
ETTRANSIBUNT DOMOS EORUM
ADALTEROS AGRIETUXORES
PARITER
QUIAEXTENDAM MANUMMEAM
SUPERHABITANTES TERRAM
DICITDNS
AMINORE QUIPPE USQ·ADMAIORE
OMNES AUARITIAE STUDENT

ETAPROPHETA USQ·ADSACERDOTES
CUNCTIFACIUNTDOLUM
ETCURABANT CONTRITIONEM
FILIAE POPULIMEI CUM
IGNOMINIAM DICENTES
PAX PAX ETNONERATPAX
CONFUSISUNT QUIAABOMINATIONE
FECERUNT
QUINPOTIUS CONFUSIONE
NONSUNT CONFUSI
ETERUBESCERE NESCIERUNT
QUAMOBREM CADENTINTER
RUENTES
INTEMPORE UISITATIONIS SUAE
CORRUENT DICITDNS
HAECDICIT DNS STATE SUPER
UIAS ETUIDETE
ETINTERROGATE DESEMITIS
ANTIQUIS QUAESITUIABONA
ETAMBULATEINEA
ETINUENIETIS REFRIGERIUM
ANIMABUESTRIS
ETDIXERUNTNONAMBULABIMUS
ETCONSTITUI SUPERUOS
SPECULATORES
AUDITE UOCEM TUBAE
ETDIXERUNT NONAUDIEMUS
IDEO AUDITE GENTES
ETCOGNOSCE CONGREGATIO
QUANTA EGOFACIAMEIS
AUDITERRA
ECCE EGOADDUCAMMALA
SUPER POPULUM ISTUM
FRUCTUM COGITATIONUM EIUS
QUIAUERBAMEA NONAUDIERUNT
ETLEGEMMEAMPROIECERUNT
UTQUIDMIHITHUS DESABAADFERTIS
ETCALAMUM SUAUEOLENTEM
DETERRA LONGINQUA
HOLOCAUSTOMATA UESTRA
NONSUNTACCEPTAETUICTIMAE
UESTRAE NONPLACUERUNT
MIHI
PROPTEREA HAECDICITDNS

ECCE EGO DABO IN POPULUM ISTUM
RUINAS ET RUENT IN EIS
PATRES ET FILII SIMUL VICINUS
ET PROXIMUS ET PERIBUNT
XXVIII HAEC DICIT DNS
ECCE POPULUS VENIT DE TERRA
AQUILONIS ET GENS MAGNA
CONSURGET A FINIB. TERRAE
SAGITTAM ET SCUTUM ARRIPIET
CRUDELIS EST ET NON MISERE
BITUR
VOX EIUS QUASI MARE SONAVIT
ET SUPER EQUOS ASCENDET
PRAEPARATI QUASI VIR AD PROELIU(M)
ADVERSUM TE FILIA SION
AUDIVIMUS FAMAM EIUS DISSOLU
TAE SUNT MANUS NOSTRAE
TRIBULATIO ADPR EHENDIT NOS
DOLORES UT PARTURIENTEM
NOLITE EXIRE AD AGROS ET IN VIA
NE AMBULETIS
QUONIAM GLADIUS INIMICI
PAVOR IN CIRCUITU
FILIA POPULI MEI ACCINGERE CILICIO
ET CONSPERGERE CINERE
LUCTUM UNIGENITI FAC TIBI
PLANCTUM AMARUM
QUIA REPENTE VENIET VASTATOR
SUPER NOS
XXVIIII PROBATOREM DEDI TE IN POPULO
MEO ROBUSTUM
ET SCIES ET PROBABIS VIAM EORU(M)
OMNES ISTI PRINCIPES DECLINANT
AMBULANTES FRAUDULENTER
AES ET FERRUM UNIVERSI
CORRUPTI SUNT
DEFECIT SUFFLATORIUM IN IGNE
CONSUMPTUM EST PLUMBU(M)
FRUSTRA CONFLAVIT CONFLATOR
MALITIAE ENIM EORUM
NON SUNT CONSUMPTAE
ARGENTUM REPROBUM VOCATE
EOS QUIA DNS PROIECIT ILLOS
VII VERBUM QUOD FACTUM EST
AD HIEREMIAM A DNO DICENS
STA IN PORTA DOMUS DNI ET PRAEDICA
IBI VERBUM ISTUM ET DIC
AUDITE VERBUM DNI OMNIS IUDA
QUI INGREDIMINI PER PORTAS HAS
UT ADORETIS DNM
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM DS ISRL
BONAS FACITE VIAS VESTRAS
ET STUDIA VESTRA
ET HABITABO VOBISCUM IN LOCO ISTO
XXVIIII NOLITE CONFIDERE IN VERBIS
MENDACII DICENTES
TEMPLUM DNI TEMPLUM DNI EST
QUONIAM SI BENE DIREXERITIS
VIAS VESTRAS ET STUDIA VESTRA
SI FECERITIS IUDICIUM INTER VIRU(M)
ET PROXIMUM SUUM
ADVENAE ET PUPILLO ET VIDUAE
NON FECERITIS CALUMNIAM
ET SANGUINEM INNOCENTEM
NON EFFUDERITIS IN LOCO HOC
ET POST DEOS ALIENOS NON AMBULA
VERITIS IN MALUM VOBIS METIPSIS
HABITABO VOBISCUM IN LOCO ISTO
IN TERRA QUAM DEDI
PATRIB. VESTRIS
A SAECULO USQ. IN SAECULUM
ECCE VOS CONFIDITIS VOBIS
IN SERMONIB. MENDACII
QUI NON PRODERUNT VOBIS
FURARI OCCIDERE ADULTERARE
IURARE MENDACITER
LIBARE BAHALI ET IRE POST DEOS
ALIENOS QUOS IGNORATIS
ET VENISTIS ET STETISTIS CORAM
ME IN DOMO HAC IN QUA INVOCATU(M)
EST NOMEN MEUM
ET DIXISTIS IN OCULIS VESTRIS
LIBERATI SUMUS EO QUOD FECERIMUS
OMNES ABOMINATIONES ISTAS
XXX ERGO SPELUNCA LATRONUM
FACTA EST DOMUS ISTA IN QUA
INVOCATUM EST NOMEN MEUM
EGO EGO SUM EGO VIDI DICIT DNS

ite ad locum meum in silo
ubi habitabit nomen meum
a principio
et uidete quae fecerim ei
propter malitiam populi
mei israhel
et nunc quia fecistis omnia
opera haec dicit dns
et locutus sum ad uos mane
consurgens et loquens
et non audistis
et uocaui uos et non respondistis
faciam domui huic in qua inuoca
tum est nomen meum
et in qua uos habetis fiduciam
et loco quem dedi uobis et patrib·
uestris sicut feci silo
et proiciam uos a facie mea
sicut proieci omnes fratres
uestros uniuersum
semen ephraim
XXXI Tu ergo noli orare pro popu
lo hoc
nec adsumas pro eis laudem
et orationem
et non obsistas mihi
quia non exaudiam te
nonne uides quid isti faciant
in ciuitatib· iuda et in plateis
hierusalem
XXXII Filii colligunt ligna et patres
succendunt ignem et muli
eres conspergunt adipem
ut faciant placentas reginae
caeli et libent diis alienis
et me ad iracundiam prouocent
numquid me ad iracundiam
prouocant dicit dns
nonne semet ipsos
in confusionem uultus sui
ideo haec dicit dns ds
ecce furor meus et indignatio
mea conflatur super
locum istum
super uiros et super iumenta
et super lignum regionis
et super fruges terrae
et succendetur et non
extinguetur
XXXIII Haec dicit dns exercituum
ds israhel
holocaustomata uestra
addite uictimis uestris
et comedite carnes
quia non sum locutus cum patrib·
uestris et non praecepi eis
in die qua eduxi eos de terra
aegypti de uerbo holocausto
matum et uictimarum
sed hoc uerbum praecepi eis
dicens
audite uocem meam et ero
uobis ds et uos eritis
mihi populus
et ambulate in omni uia
quam mandaui uobis
ut bene sit uobis
et non audierunt nec
inclinauerunt aurem suam
sed abierunt in uoluntatibus
suis et prauitate cordis
sui mali
factiq· sunt retrorsum
et non in ante
a die qua egressi sunt patres
eorum de terra aegypti
usq· ad diem hanc
et misi ad uos omnes seruos
meos prophetas per diem
consurgens diluculo
et mittens
et non audierunt me nec in
clinauerunt aurem suam
sed indurauerunt ceruicem
peius operati sunt
quam patres eorum
et loqueris ad eos omnia uerba
haec et non audient te

ET UOCABIS EOS ET NON RESPONDE
BUNT TIBI
XXXII ET DICES AD EOS HAEC EST GENS
QUAE NON AUDIUIT UOCEM DNI DI
SUI NEC RECEPIT DISCIPLINAM
PERIIT FIDES ET ABLATA EST
DE ORE EORUM
TONDE CAPILLUM TUUM ET PRO
ICE ET SUME IN DIRECTUM PLANCTU
QUIA PROIECIT DNS ET RELIQUIT
GENERATIONEM FURORIS SUI
QUIA FECERUNT FILII IUDA MALUM
IN OCULIS MEIS DICIT DNS
POSUERUNT OFFENDICULA SUA
IN DOMO IN QUA INUOCATUM EST
NOMEN MEUM UT POLLUERENT EA
ET AEDIFICAUERUNT EXCELSA
TOPHETH QUAE EST IN UALLE
FILII ENNOM
UT INCENDERENT FILIOS SUOS
ET FILIAS SUAS IGNI
QUAE NON PRAECEPI NEC COGITAUI
IN CORDE MEO
IDEO ECCE DIES UENIUNT DICIT DNS
ET NON DICETUR AMPLIUS TOPHETH
ET UALLIS FILII ENNOM SED UALLIS
INTERFECTIONIS ET SEPELIENT
IN TOPHETH EO QUOD NON SIT LOCUS
ET ERIT MORTICINUM POPULI HUIUS
IN CIBUM UOLUCRIB CAELI
ET BESTIIS TERRAE
ET NON ERIT QUI ABIGAT
ET QUIESCERE FACIAM DE URBIBUS
IUDA ET DE PLATEIS HIERUSALE
UOCEM GAUDII ET UOCEM LAETITIAE
UOCEM SPONSI ET UOCEM SPONSAE
IN DESOLATIONEM ENIM ERIT TERRA
VIII IN TEMPORE ILLO AIT DNS EICIENT
OSSA REGIS IUDA ET OSSA
PRINCIPUM EIUS
ET OSSA SACERDOTUM
ET OSSA PROPHETARUM
ET OSSA HABITANTIUM HIERUSALE
DE SEPULCHRIS SUIS

ET PANDENT EA AD SOLEM ET LUNA
ET OMNEM MILITIAM CAELI
QUAE DILEXERUNT ET QUIBUS
SERUIERUNT
ET POST QUAE AMBULAUERUNT
ET QUAE QUAESIERUNT
ET ADORAUERUNT
NON COLLIGENTUR ET NON SEPELIENTUR
IN STERQUILINIUM SUPER
FACIEM TERRAE ERUNT
ET ELIGENT MAGIS MORTEM
QUAM UITAM
OMNES QUI RESIDUI FUERINT
DE COGNATIONE HAC PESSIMA
IN UNIUERSIS LOCIS QUAE DERE
LICTA SUNT AD QUAE EIECI EOS
DICIT DNS EXERCITUUM
XXXIII ET DICES AD EOS HAEC DICIT DNS
NUMQUID QUI CADIT NON RESURGET
ET QUI AUERSUS EST
NON REUERTETUR
QUARE ERGO AUERSUS EST
POPULUS ISTE IN HIERUSALE
AUERSIONE CONTENTIOSA
ADPREHENDERUNT MENDACIUM
ET NOLUERUNT REUERTI
ADTENDI ET AUSCULTAUI
NEMO QUOD BONUM EST LOQUITUR
NULLUS EST QUI AGAT PAENITENTIA
SUPER PECCATO SUO DICENS
QUID FECI
OMNES CONUERSI SUNT AD CURSU
SUUM QUASI EQUUS IN IMPETU
UADENS IN PROELIO
MILUUS IN CAELO COGNOUIT
TEMPUS SUUM
TURTUR ET HIRUNDO ET CICONIA
CUSTODIERUNT TEMPUS
ADUENTUS SUI
POPULUS AUTEM MEUS
NON COGNOUIT IUDICIUM DNI
QUOMODO DICITIS SAPIENTES
NOS SUMUS ET LEX DNI
NOBISCUM EST

uerum mendacium operatus est
stilus mendax scribarum
confusi sunt sapientes
perterriti et capti sunt
uerbum enim dn̄i proiecerunt
et sapientia nulla est in eis
propter ea dabo mulieres eorū
exteris agros eorum heredib;
quia a minimo usq; ad maximum
omnes auaritiam sequuntur
a propheta usq; ad sacerdotem
cuncti faciunt mendacium
et sanabant contritionem filiae
populi mei ad ignominiam
dicentes pax pax cum non esset pax
confusi sunt quia abominatione
fecerunt
quin immo confusione non sunt
confusi et erubescere
nescierunt
idcirco cadent inter ruentes
in tempore uisitationis suae
corruent dicit dn̄s
congregans congregabo eos
ait dn̄s
xxxii Non est uua in uitibus
et non sunt ficus in ficulnea
folium defluxit et dedi eis
quae praetergressa sunt
quare sedemus conuenite
et ingrediamur ciuitatem
munitam
et sileamus ibi quia dn̄s
noster silere nos fecit
et potum dedit nobis aquam
fellis peccauimus enim dn̄o
expectauimus pacem
et non erat bonum
tempus medellae
et ecce formido
a dan auditus est fremitus
equorum eius
a uoce hinnituum pugnatorū
eius commota est omnis ter
ra

et uenerunt et deuorauerunt
terram et plenitudinem eius
urbem et habitatores eius
quia ecce ego mittam uobis
serpentes regulos quibus
non est incantatio
et mordebunt uos ait dn̄s
dolor meus super dolorem
in me cor meum maerens
xxxiii Et ecce uox clamoris filiae
populi mei de terra longinqua
numquid dn̄s non est in sion
aut rex eius non est in ea
quare ergo me ad iracundiam
concitauerunt in sculptilib;
suis et in uanitatib; alienis
transiit messis finita est aestas
et nos salati non sumus
super contritione filiae populi
mei contritus sum et con
tristatus stupor obtinuit me
numquid resina non est in galaad
aut medicus non est ibi
quare igitur non est obducta
cicatrix filiae populi mei
xxxiiii IX Quis dabit capiti meo aquam
et oculis meis fontem
lacrimarum
et plorabo die et nocte inter
fectos filiae populi mei
quis dabit me in solitudine
diuersorium uiatorum
et derelinquam populum
meum et recedam ab eis
quia omnes adulteri sunt
coetus praeuaricatorum
et extenderunt linguam suā
quasi arcum mendacii
et non ueritatis
confortati sunt in terra
quia de malo ad malum
egressi sunt
et me non cognouerunt
dicit dn̄s

XXXVIIII UNUS QUISQ· SE A PROXIMO SUO
CUSTODIAT ET IN OMNI FRATRE
SUO NON HABEAT FIDUCIAM
QUIA OMNIS FRATER SUPPLANTANS
SUPPLANTAUIT
ET OMNIS AMICUS FRAUDULEN
TER INCEDET
ET UIR FRATREM SUUM DERIDEBIT
ET UERITATEM NON LOQUENTUR
DOCUERUNT ENIM LINGUAM SUAM
LOQUI MENDACIUM UT INIQUE
AGERENT LABORAUERUNT
HABITATIO TUA IN MEDIO DOLI
IN DOLO RENNUERUNT SCIRE
ME DICIT DNS
XL PROPTEREA HAEC DICIT DNS
EXERCITUUM
ECCE EGO CONFLABO ET PROBABO EOS
QUID ENIM ALIUD FACIAM
A FACIE FILIAE POPULI MEI
SAGITTA UULNERANS LINGUA EORUM
DOLUM LOCUTA EST
IN ORE SUO PACEM CUM AMICO SUO
LOQUITUR ET OCCULTE
PONIT EI INSIDIAS
NUMQUID SUPER HIS
NON UISITABO DICIT DNS
AUT IN GENTEM HUIUSCEMODI
NON ULCISCETUR ANIMA MEA
SUPER MONTES ADSUMAM
FLETUM AC LAMENTUM
ET SUPER SPECIOSA DESERTI
PLANCTUM
QUONIAM INCENSI SUNT EO QUOD
NON SIT UIR PERTRANSIENS
ET NON AUDIERUNT UOCEM
POSSIDENTIS
A UOLUCRE CAELI USQ· AD PECORA
TRANS MIGRAUERUNT
ET RECESSERUNT
ET DABO HIERUSALEM IN ACERUOS
HARENAE ET CUBILIA DRACONU
ET CIUITATES IUDA DABO IN DESOLA
TIONEM EO QUOD NON SIT HABITA
TOR

QUIS EST UIR SAPIENS
QUI INTELLEGAT HOC
ET AD QUEM UERBUM ORIS DNI
FIAT UT ADNUNTIET ISTUD
QUARE PERIERIT TERRA EXUSTA SIT
QUASI DESERTUM EO QUOD NON
SIT QUI PERTRANSEAT
XLI ET DIXIT DNS QUIA DERELIQUERUNT
LEGEM MEAM QUAM DEDI EIS
ET NON AUDIERUNT UOCEM MEAM
ET NON AMBULAUERUNT IN EA
ET ABIERUNT POST PRAUITATEM
CORDIS SUI
ET POST BAALIM QUOS DIDICERUNT
A PATRIB· SUIS
IDCIRCO HAEC DICIT DNS
EXERCITUUM DS ISRL
ECCE EGO CIBABO EOS POPULUM
ISTUM ABSINTHIO
ET POTUM DABO EIS AQUAM FELLIS
ET DISPARGAM EOS IN GENTIBUS
QUAS NON NOUERUNT IPSI
ET PATRES EORUM
ET MITTAM POST EOS GLADIUM
DONEC CONSUMANTUR
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
CONTEMPLAMINI ET UOCATE
LAMENTATRICES ET UENIANT
ET AD EAS QUAE SAPIENTES SUNT
MITTITE ET PROPERENT
FESTINENT ET ADSUMANT
SUPER NOS LAMENTUM
DEDUCANT OCULI NOSTRI LACRIMAS
ET PALPHEBRAE NOSTRAE
DEFLUANT AQUIS
QUIA UOX LAMENTATIONIS
AUDITA EST DE SION
QUOMODO UASTATI SUMUS
ET CONFUSI UEHEMENTER
QUIA DERELIQUIMUS TERRAM
QUONIAM DEIECTA SUNT
TABERNACULA NOSTRA
AUDITE ERGO MULIERES
UERBUM DNI

ET ADSUMAT AURIS UESTRA
SERMONEM ORIS EIUS
ET DOCETE FILIAS UESTRAS
LAMENTUM ET UNAQUAEQUE
PROXIMAM SUAM PLANCTU̅
QUIA ASCENDIT MORS PER FENESTRAS
NOSTRAS INGRESSA EST
DOMOS NOSTRAS
DISPERDERE PARUULOS DE FORIS
IUUENIS DE PLATEIS
LOQUERE HAEC DICIT DNS
ET CADET MORTICINUM HOMINIS
QUASI STERCUS SUPER
FACIEM REGIONIS
ET QUASI FAENUM POST TERGUM
METENTIS ET NON EST
QUI COLLIGAT
xlii HAEC DICIT DNS
NON GLORIETUR SAPIENS
IN SAPIENTIA SUA
ET NON GLORIETUR FORTIS
IN FORTITUDINE SUA
ET NON GLORIETUR DIUES
IN DIUITIIS SUIS
SED IN HOC GLORIETUR
QUI GLORIATUR
SCIRE ET NOSSE ME
QUIA EGO SUM DNS
QUI FACIO MISERICORDIAM
ET IUDICIUM ET IUSTITIAM
IN TERRAM
HAEC ENIM PLACENT MIHI AIT DNS
ECCE DIES UENIUNT DICIT DNS
ET UISITABO SUPER OMNEM
QUI IN CIRCUMCISUM
HABENT PRAEPUTIUM
SUPER AEGYPTUM ET SUPER
IUDAM ET SUPER EDOM
ET SUPER FILIOS AMMON
ET SUPER MOAB
ET SUPER OMNES QUI ATTONSI
SUNT IN COMAM HABITANTES
IN DESERTO
QUIA OMNES GENTES HABENT PRAE
PUTIU̅

OMNIS AUTEM DOMUS ISRAHEL
INCIRCUMCISI SUNT CORDE
xliii x AUDITE UERBUM QUOD LOCUTUS
EST DNS SUPER UOS DOMUS ISRL
HAEC DICIT DNS IUXTA UIAS
GENTIUM NOLITE DISCERE
ET A SIGNIS CAELI NOLITE METUERE
QUAE TIMENT GENTES
QUIA LEGES POPULORUM UANAE SUNT
QUIA LIGNUM DE SALTU PRAECIDIT
OPUS MANUUM ARTIFICIS IN ASCIA
ARGENTO ET AURO DECORAUIT ILLUD
CLAUIS ET MALLEIS CONPEGIT
UT NON DISSOLUATUR
IN SIMILITUDINEM PALMAE
FABRICATA SUNT ET NON LOQUENTUR
PORTATA TOLLENTUR
QUIA INCEDERE NON UALENT
NOLITE ERGO TIMERE EA
QUIA NEC MALE POSSUNT
FACERE NEC BENE
NON EST SIMILIS TUI DNE MAGNUS
TU ET MAGNUM NOMEN TUU̅
IN FORTITUDINE
QUIS NON TIMEBIT TE O REX GENTIU̅
TUUM ENIM EST DECUS
INTER CUNCTOS SAPIENTES
GENTIUM ET IN UNIUERSIS
REGNIS EORUM NULLUS EST
SIMILIS TUI
PARITER INSIPIENTES
INTER CUNCTOS SAPIENTES
ET FATUI PROBABUNTUR
DOCTRINA UANITATIS EORUM
LIGNUM EST
ARGENTUM INUOLUTUM
DE THARSIS ADFERTUR
ET AURUM DE OPHAZ OPUS
ARTIFICIS ET MANUS AERARII
HYACINTHUS ET PURPURA
INDUMENTUM EORUM
OPUS ARTIFICUM
UNIUERSA HAEC
DNS AUTEM DS UERUS ET IPSE DS

uiuens et rex sempiternus
ab indignatione eius commo
uebitur terra et non sustine
bunt gentes comminatio
nem eius
sic ergo dicetis eis
dii qui caelos et terram non
fecerunt pereant de terra
et de his quae sub caelis sunt
Qui facit terram
in fortitudine sua
praeparat orbem in sapientia sua
et prudentia sua extendit caelos
ad uocem suam dat multitudi
nem aquarum in caelo
et eleuat nebulas ab extre
mitatib. terrae
fulgura in pluuiam facit
et educit uentum
de thesauris suis
xliii Stultus factus est omnis homo
ab scientia sua
confusus est omnis
aurifex in sculptili
quoniam falsum est
quod conflauit et non
est sps in eis
uana sunt et opus risu dignu͞
in tempore uisitationis suae
peribunt
non est his similis pars iacob
qui enim formauit omnia
ipse est
et israhel uirga heredita
tis eius
dns exercituum nomen illi
congrega de terra
confusionem tuam
quae habitas in obsidione
quia haec dicit dns
ecce ego longe proiciam habita
tores terrae in hac uice
et tribulabo eos ita
ut non inueniantur.

uae mihi super contritione
mea pessima plaga mea
ego autem dixi plane
haec infirmitas mea est
et portabo illam
tabernaculum meum
uastatum est omnes
funiculi mei disrupti sunt
xli Filii mei exierunt a me
et non subsistunt
non est qui extendat ultra
tentorium meum
et erigat pelles meas
quia stulte egerunt pastores
et dnm non quaesierunt
propterea non intellexeru͞t
et omnis grex eorum
dispersus est
uox auditionis ecce uenit
et commotio magna
de terra aquilonis
ut ponat ciuitates iuda
solitudinem et habitaculu͞
draconum
scio dne quia non est hominis
uia eius
nec uiri est ut ambulet
et dirigat gressus suos
corripe me dne
uerumtamen in iudicio
et non in furore tuo
ne forte ad nihilum redigas me
effunde indignationem tua͞
super gentes quae non
cognouerunt te
et super prouincias
quae nomen tuum
non inuocauerunt
quia comederunt iacob
et deuorauerunt eum
et consumpserunt illum
et decus eius dissipauerunt
xlii Uerbum quod factum est
ad hieremiam a dno dicens

audite verba pacti huius
et loquimini ad viros Iuda
et habitatores Hierusalem
et dices ad eos
haec dicit dns ds Israhel
maledictus vir qui non
audierit verba pacti huius
quod praecepi patribus
vestris in die qua eduxi
eos de terra Aegypti
de fornace ferrea dicens
audite vocem meam
et facite omnia
quae praecipio vobis
et eritis mihi in populum
et ego ero vobis in dm
et suscitem iuramentum
quod iuravi patrib vestris
daturum me eis terram
fluentem lac et melle
sicut est dies haec
et respondi et dixi amen dne
et dixit dns ad me
vociferare omnia verba
haec in civitatib Iuda
et foris Hierusalem dicens
audite verba pacti huius
et facite illa
quia contestans contesta
tus sum patres vestros
in die qua eduxi eos de terra
Aegypti usq ad diem hanc
mane surgens contestatus sum
et dixi audite vocem meam
et non audierunt nec inclina
verunt aurem suam
sed abierunt unusquisque
in pravitate cordis sui mali
et induxi super eos
omnia verba pacti huius
quod praecepi ut facerent
et non fecerunt
et dixit dns ad me
inventa est in viris Iuda
coniuratio et in habitatori
bus Hierusalem
reversi sunt ad iniquitates
patrum suorum priores
qui noluerunt audire
verba mea
et hi ergo abierunt post
deos alienos ut servirent eis
irritum fecerunt domus
isrl et domus Iuda
pactum meum quod pepigi
cum patrib eorum
xliii Quam ob rem haec dicit dns
ecce ego inducam super eos
mala de quib exire
non poterunt
et clamabunt ad me et non
exaudiam eos in tempore
adflictionis eorum
et ibunt civitates Iuda
et habitatores Hierusalem
et clamabunt ad deos
quibus libant
et non salvabunt in tempore
adflictionis eorum
secundum numerum enim
civitatum tuarum erant
dii tui Iuda
et secundum numerum
viarum Hierusalem
posuistis aras confusionis
aras ad libandum Bahali
xliiii Tu ergo noli orare
pro populo hoc
et ne adsumas pro eis laudem
et orationem
quia non exaudiam in tempore
clamoris eorum ad me
in tempore adflictionis eorum
quid est quod dilectus meus
in domo mea fecit scelera
multa
numquid carnes sanctae
auferent a te malitias tuas

in quib· gloriata es
oliuam uberem pulchram
fructiferam speciosam
uocauit dns nomen tuum
ad uocem loquellae grandis
exarsit ignis in ea
et combusta sunt fructecta eius
et dns exercituum qui plantauit
te locutus est super te
malum
pro malis domus israhel
et domus iuda
quae fecerunt sibi
ad irritandum me libantes
bahali
Tu autem demonstrasti
mihi dne et cognoui
tunc ostendisti mihi
studia eorum
et ego quasi agnus mansuetus
qui portatur ad uictimam
et ego non cognoui quia super
me cogitauerunt consilia
mittamus lignum in panem
eius et eradamus eum
de terra uiuentium
et nomen eius non memore
tur amplius
Tu autem dne sabaoth
qui iudicas iuste et probas
renes et cor
uideam ultionem tuam ex eis
tibi enim reuelaui causam meā
propter ea haec dicit dns
ad uiros anathoth
qui quaerunt animam tuam
et dicunt
non prophetabis in nomine dni
et non morieris in manibus
nostris
propterea haec dicit dns
exercituum
ecce ego uisitabo super eos
iuuenes morientur in gladio

filii eorum et filiae eorum
morientur in fame
et reliquiae non erunt ex eis
inducam enim malum
super uiros anathoth
annum uisitationis eorum
xlviii Iustus quidem tu es dne
si disputem tecum
uerumtamen iusta
loquar ad te
quare uia impiorum
prosperatur
bene est omnib· qui praeuari
cantur et inique agunt
plantasti eos et radicem
miserunt
proficiunt et faciunt fructū
prope es tu ori eorum
et longe a renib· eorum
Et tu dne nosti me et uidisti
et probasti cor meum tecū
congrega eos quasi gregem
ad uictimam
et sanctifica eos in die occisionis
usquequo lugebit terra
et herba omnis regionis
siccabitur
propter malitiam
habitantium in ea
consumptum est animal
et uolucre
quoniam dixerunt non uide
bit nouissima nostra
si cum peditib· currens
laborasti
quomodo contendere
poteris cum equis
cum autem in terra pacis
secura fueris quid facies
in superbia iordanis
nam et fratres tui
et domus patris tui
etiam ipsi pugnauerunt
aduersum te

L ET CLAMAUERUNT POST TE
PLENA UOCE
NE CREDAS EIS CUM LOCUTI
FUERINT TIBI BONA
RELIQUI DOMUM MEAM
DIMISI HEREDITATEM MEA
DEDI DILECTAM ANIMAM MEA
IN MANU INIMICORUM EIUS
FACTA EST MIHI HEREDITAS MEA
QUASI LEO IN SILUA
DEDIT CONTRA ME UOCEM
IDEO ODIUI EAM
NUMQUID AUIS DISCOLOR
HEREDITAS MEA MIHI
NUMQUID AUIS TINCTA PER TOTU
UENITE CONGREGAMINI OMNES
BESTIAE TERRAE PROPERATE
AD DEUORANDUM
PASTORES MULTI DEMOLITI
SUNT UINEAM MEAM
CONCULCAUERUNT PARTEM MEA
DEDERUNT PORTIONEM MEAM
IN DESIDERABILEM
IN DESERTUM SOLITUDINIS
POSUERUNT EAM IN DISSIPATIO
NEM LUXITQ· SUPER ME
DESOLATIONE DESOLATA EST
OMNIS TERRA QUIA NULLUS
EST QUI RECOGITET CORDE
SUPER OMNES UIAS DESERTI
UENERUNT UASTATORES
QUIA GLADIUS DNI DEUORAUIT
AB EXTREMIS TERRAE
USQ· AD EXTREMUM EIUS
NON EST PAX UNIUERSAE CARNI
SEMINAUERUNT TRITICUM
ET SPINAS MESSUERUNT
HEREDITATEM ACCEPERUNT
ET NON EIS PRODERIT
CONFUNDEMINI A FRUCTIBUS UESTRIS
PROPTER IRAM FURORIS DNI
HAEC DICIT DNS ADUERSUM
OMNES UICINOS MEOS
PESSIMOS
QUI TANGUNT HEREDITATEM
QUAM DISTRIBUI
POPULO MEO ISRAHEL
LI ECCE EGO EUELLAM EOS
DE TERRA EORUM
ET DOMUM IUDA EUELLAM
DE MEDIO EORUM
ET CUM EUELLERO EOS CONUER
TAR ET MISEREBOR EORUM
ET REDUCAM EOS UIRUM
AD HEREDITATEM SUAM
ET UIRUM IN TERRAM SUAM
ET ERIT SI ERUDITI DIDICERINT
UIAS POPULI MEI
UT IURENT IN NOMINE MEO
UIUIT DNS
SICUT DOCUERUNT POPULUM
MEUM IURARE IN BAHAL
AEDIFICABUNTUR IN MEDIO
POPULI MEI
QUOD SI NON AUDIERINT EUELLAM
GENTEM ILLAM EUULSIONE
ET PERDITIONE AIT DNS
LII XIII HAEC DICIT DNS AD ME
UADE ET POSSIDE TIBI LUMBARE
LINEUM
ET PONES ILLUD SUPER
LUMBOS TUOS
ET IN AQUAM NON INFERES ILLUD
ET POSSEDI LUMBARE
IUXTA UERBUM DNI
ET POSUI CIRCA LUMBOS MEOS
ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME SECUNDO DICENS
TOLLE LUMBARE QUOD POSSE
DISTI QUOD EST CIRCA
LUMBOS TUOS
ET SURGENS UADE AD EUFRATEN
ET ABSCONDE ILLUD IBI
IN FORAMINE PETRAE
ET ABII ET ABSCONDI ILLUD
IN EUPHRATEN SICUT
PRAECEPERAT MIHI DNS
ET FACTUM EST POST DIES

plurimos dixit dns ad me
surge uade ad eufraten
et tolle inde lumbare
quod praecipi tibi
ut absconderes illud ibi
et abii ad eufraten et fodi
et tuli lumbare de loco
ubi absconderam illud
et ecce conputruerat
lumbare ita ut nulli usui
aptum esset
et factum est uerbum dni
ad me dicens
haec dicit dns
sic putrescere faciam
superbiam iuda
et superbiam hierusalem
multam
populum istum pessimum
qui nolunt audire
uerba mea
et ambulant in prauitate
cordis sui
abieruntque post deos
alienos ut seruirent eis
et adorarent eos
et erunt sicut lumbare istud
quod nulli usui aptum est
sicut enim adheret lumbare
ad lumbos uiri
sic adglutinaui mihi
omnem domum isrl
et omnem domum iuda
dicit dns
ut esset mihi in populum
et in nomen
et in laudem et in gloriam
et non audierunt

LIII Dices ergo ad eos
sermonem istum
haec dicit dns ds israhel
omnis laguncula
implebitur uino
et dicent ad te numquid
ignoramus quia omnis
laguncula implebitur uino
et dices ad eos haec dicit dns
ecce ego implebo omnes
habitatores terrae huius
et reges qui sedent de stirpe
dauid super thronum eius
et sacerdotes et prophetas
et omnes habitatores
hierusalem ebrietate
et disperdam eos uirum
a fratre suo
et patres et filios pariter
ait dns
non parcam et non concedam
nec miserebor
ut non disperdam eos

LIIII Audite et auribus percipite
nolite eleuari quia dns
locutus est
date dno do uestro gloriam
antequam contenebrescat
et antequam offendant
pedes uestri
ad montes caligosos
expectabitis lucem
et ponet eam in umbram
mortis et in caliginem
quod si hoc non audieritis
in abscondito plorabit
anima mea a facie superbiae
plorans plorabit et deducet
oculus meus lacrimam
quia captus est grex dni
dic regi et dominatrici
humiliamini sedete
quoniam descendit de capite
uestro corona gloriae
uestrae
ciuitates austri clausae sunt
et non est qui aperiat
translata est omnis iudaea
transmigratione perfecta
leuate oculos uestros

ET UIDETE QUI UENITIS
AB AQUILONE
UBI EST GREX QUI DATUS EST
TIBI PECUS INCLYTUM TUUM
QUID DICES CUM UISITAUERIT TE
TU ENIM DOCUISTI EOS ADUERSU(M)
TE ET ERUDISTI IN CAPUT TUU(M)
NUMQUID NON DOLORES
ADPRAEHENDERUNT TE
QUASI MULIEREM PARTURIENTE(M)
QUOD SI DIXERIS IN CORDE TUO
QUARE UENERUNT MIHI HAEC
PROPTER MULTITUDINEM
INIQUITATIS TUAE REUELATA
SUNT UERECUNDIORA TUA
POLLUTAE SUNT PLANTAE TUAE
SI MUTARE POTEST AETHIOPS
PELLEM SUAM
AUT PARDUS UARIETATES SUAS
ET UOS POTERITIS BENE FACERE
CUM DIDICERITIS MALUM
ET DISSEMINABO EOS
QUASI STIPULAM QUAE UENTO
RAPTATUR IN DESERTO
HAEC SORS TUA PARSQUE
MENSURAE TUAE A ME DICIT D(OMI)N(U)S
QUIA OBLITA ES MEI ET CON
FISA ES IN MENDACIO
UNDE ET EGO NUDAUI FEMORA TUA
CONTRA FACIEM TUAM
ET APPARUIT IGNOMINIA TUA
ADULTERIA TUA ET HINNITUS
TUUS SCELUS FORNICA
TIONIS TUAE
SUPER COLLES IN AGRO UIDI
ABOMINATIONES TUAS
UAE TIBI HIERUSALEM
NON MUNDABERIS POST ME
USQUEQUO ADHUC
QUOD FACTUM EST UERBUM
D(OMI)NI AD HIEREMIAM DE SER
MONIB(US) SICCITATIS
LUXIT IUDAEA ET PORTAE EIUS
CORRUERUNT ET OBSCURATAE

SUNT IN TERRA
ET CLAMOR HIERUSALEM
ASCENDIT
MAIORES MISERUNT
MINORES SUOS AD AQUAM
UENERUNT AD HAURIENDUM
NON INUENERUNT AQUAM
REPORTAUERUNT UASA SUA UACUA
CONFUSI SUNT ET ADFLICTI
ET OPERUERUNT CAPITA SUA
PROPTER TERRAE UASTITATEM
QUIA NON UENIT PLUUIA
IN TERRA
CONFUSI SUNT AGRICOLAE
OPERUERUNT CAPITA SUA
NAM ET CERUA IN AGRO PEPERIT
ET RELIQUIT QUIA NON ERAT
HERBA
ET ONAGRI STETERUNT IN RUPIB(US)
TRAXERUNT UENTUM
QUASI DRACONES
DEFECERUNT OCULI EORUM
QUIA NON ERAT HERBA
SI INIQUITATES NOSTRAE
RESPONDERUNT NOBIS D(OMI)NE
FAC PROPTER NOMEN TUU(M)
QUONIAM MULTAE SUNT
AUERSIONES NOSTRAE
TIBI PECCAUIMUS
EXPECTATIO ISRAHEL
SALUATOR EIUS IN TEMPORE
TRIBULATIONIS
QUARE QUASI COLONUS
FUTURUS ES IN TERRA
ET QUASI UIATOR DECLINANS
AD MANENDUM
QUARE FUTURUS ES UELUT UIR
UAGUS UT FORTIS QUI NON
POTEST SALUARE
TU AUTEM IN NOBIS D(OMI)NE
ET NOMEN TUUM SUPER NOS
INUOCATUM EST
NE DERELINQUAS NOS
HAEC DICIT D(OMI)N(U)S POPULO HUIC

quidilexit mouere pedes suos
et non quieuit·
et dno non placuit
nunc recordabitur iniquita
tum eorum· et uisitabit
peccata eorum
lviii Et dixit dns ad me noli orare
pro populo isto in bonum·
cum ieiunauerint non ex
audiam preces eorum
et si optulerint holocausto
mata et uictimas·
non suscipiam ea
quoniam gladio et fame·
et peste ego consumam eos
et dixi·ha ha ha dne ds·
prophetae dicunt eis
non uidebitis gladium
et fames non erit in uobis·
sed pacem ueram dabit
uobis in loco isto
lviiii Et dixit dns ad me
falso prophetae
uaticinantur in nomine meo
non misi eos et non praece
pi eis neq· locutus sum
ad eos
uisionem mendacem
et diuinationem fraudu
lentiam et seductionē
cordis sui prophetant uobis
Ideo haec dicit dns de pro
phetis qui prophetant
in nomine meo quos ego
non misi
dicentes gladius et fames
non erit in terra hac
In gladio et fame consu
mentur prophetae illi
et populi quib· prophetant
erunt proiecti in uiis
hierusalem
prae fame et gladio
et non erit qui sepeliat eos
Ipsi et uxores eorum
et filii et filiae eorum
et effundam super eos
malum suum
et dices ad eos uerbum istud
deducant oculi mei lacrimas
per noctem et diem
et non taceant
quoniam contritione magna
contrita est uirgo filia
populi mei plaga pessima
uehementer
si egressus fuero ad agros
ecce occisi gladio
et si introiero in ciuitatem
ecce adtenuati fame
propheta quoq· et sacerdos
abierunt in terram
quam ignorabant
lx Numquid proiciens abiecisti
iudam aut sion abominata
est anima tua
quare ergo per cussisti
nos ita ut nulla sit sanitas
expectauimus pacem
et non est bonum
et tempus curationis
et ecce turbatio
cognouimus dne impietates
nostras
Iniquitatem patrum nostrorū
quia peccauimus tibi
ne nos des in obprobrium
propter nomen tuum
neq· facias nobis contumeliā
solii gloriae tuae recordare
ne irritum facias foedus
tuum nobiscum
numquid sunt in sculptilibus
gentium qui pluant
aut caeli possunt dare
imbres
nonne tu es dne ds noster
quem expectauimus

tu enim fecisti omnia haec
lxi ET dixit dns ad me
xv si steterit moses coram me
et samuhel non est
anima mea ad populum istu
eice illos a facie mea
egrediantur
quod si dixerint ad te
quo egrediemur
lxii DICES ad eos haec dicit dns
qui ad mortem ad morte
et qui ad gladium ad gladiu
et qui ad famem ad famem
et qui ad captiuitatem
ad captiuitatem
et uisitabo super eos
quattuor species dicit dns
gladium ad occisionem
et canes ad lacerandum
et uolatilia caeli et bestias
terrae ad deuorandum
et dissipandum
et da bo eos in fer
uorem uniuersis regnis
terrae
propter manassem filium
ezechiae regis iuda
super omnib· quae fecit
in hierusalem
quis enim miserebitur tui
hierusalem aut quis
contristabitur pro te
aut quis ibit ad rogandum
pro pace tua
tu reliquisti me dicit dns
retrorsum abisti
et extendam manum meam
super te et interficiam te
laboraui rogans
et dispergam eos uentilabro
in portis terrae
interfeci et perdidi populu
meum et tamen a uiis suis
non sunt reuersi
multiplicatae sunt mihi
uiduae eius supra harenā maris
induxi eis super matrem
adulescentis uastatorem
meridie
misi super ciuitates
repente terrorem
infirmata est quae peperit
septem defecit anima eius
occidit ei sol cum adhuc esset
dies confusa est et erubuit
et residuos eius in gladium
dabo in conspectu inimicoru
eorum ait dns
lxiii UAE mihi mater mea
quare genuisti me uirum
rixae uirum discordiae
in uniuersa terra
non faeneraui nec faenerauit
mihi quisquam omnes
maledicunt mihi
dicit dns si non reliquiae tuae
in bonum
si non occurri tibi in tempore
adflictionis et in tempore
tribulationis aduersum
inimicum
numquid foederabitur
ferrum ferro ab aquilone
et aes
diuitias tuas et thesauros
tuos in direptionem
dabo gratis
in omnib· peccatis tuis
et in omnib· terminis tuis
et adducam inimicos tuos
de terra quam nescis
quia ignis succensus est
in furore meo super uos
ardebit
tu scis dne recordare mei
et uisita me et tuere me
ab his qui persecuntur me
noli in patientia tua suscipere
me

SCITO QUONIAM SUSTENUI
PRO TE OBPROBRIUM
INUENTI SUNT SERMONES TUI
ET COMEDI EOS
ET FACTUM EST MIHI UERBUM
TUUM IN GAUDIUM ET IN LAETI
TIAM CORDIS MEI
QUONIAM INUOCATUM EST
NOMEN TUUM SUPER ME
DNE DS EXERCITUUM
ET NON SEDI IN CONCILIO
LUDENTIUM ET GLORIATUS SUM
A FACIE MANUS TUAE SOLUS SEDEBAM
QUONIAM COMMINATIONE
REPLESTI ME
QUARE FACTUS EST DOLOR MEUS
PERPETUUS ET PLAGA MEA
DESPERABILIS RENNUIT CURARI
FACTA EST MIHI QUASI MENDACIUM
AQUARUM INFIDELIUM
PROPTER HOC HAEC DICIT DNS
SI CONUERTERIS CONUERTAM
TE ET ANTE FACIEM MEAM STABIS
ET SI SEPARAUERIS PRETIOSUM
A UILI QUASI OS MEUM ERIS
CONUERTENTUR IPSI AD TE
ET TU NON CONUERTERIS AD EOS
ET DABO TE POPULO HUIC
IN MURUM AEREUM FORTEM
ET BELLABUNT ADUERSUM TE
ET NON PRAEUALEBUNT
QUIA EGO TECUM SUM UT SALUEM
TE ET ERUAM DICIT DNS
ET LIBERABO TE DE MANU
PESSIMORUM ET REDIMAM
TE DE MANU FORTIUM
LXIII PCVI ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
NON ACCIPIES UXOREM
ET NON ERUNT TIBI FILII
ET FILIAE IN LOCO ISTO
QUIA HAEC DICIT DNS SUPER FILIOS
ET FILIAS QUI GENERANTUR
IN LOCO ISTO

ET SUPER MATRES EORUM
QUAE GENUERUNT EOS
ET SUPER PATRES EORUM
DE QUORUM STIRPE SUNT
NATI IN TERRA HAC
MORTIB AEGROTATIONUM
MORIENTUR
NON PLANGENTUR NON SEPELIEN
TUR IN STERQUILINIUM
SUPER FACIEM TERRAE ERUNT
ET GLADIO ET FAME CONSUMENTUR
ET ERIT CADAUER EORUM
IN ESCAM UOLATILIB CAELI
ET BESTIIS TERRAE
HAEC ENIM DICIT DNS
NE INGREDIARIS DOMUM
CONUIUII NEQ UADAS AD PLAN
GENDUM NEQ CONSOLERIS EOS
QUIA ABSTULI PACEM MEAM
A POPULO ISTO DICIT DNS
MISERICORDIAM ET MISERATIONES
ET MORIENTUR GRANDES
ET PARUI IN TERRA ISTA
NON SEPELIENTUR NEQ PLANGENTUR
ET NON SE INCIDENT NEQ CALUITIUM
FIET PRO EIS
ET NON FRANGENT INTER EOS
LUGENTI PANEM AD CONSOLAN
DUM SUPER MORTUO
ET NON DABUNT EIS POTUM
CALICIS AD CONSOLANDUM
SUPER PATRE SUO ET MATRE
ET DOMUM CONUIUII NON IN
GREDIERIS UT SEDEAS CUM EIS
ET COMEDAS ET BIBAS
QUIA HAEC DICIT DNS
EXERCITUUM DS ISRL
ECCE EGO AUFERAM DE LOCO ISTO
IN OCULIS UESTRIS ET IN DIEBUS
UESTRIS
UOCEM GAUDII ET UOCEM
LAETITIAE
UOCEM SPONSI ET UOCEM
SPONSAE

et cum adnuntiaveris populo
huic omnia verba haec
et dixerint tibi quare locutus
est dns super nos
omne malum grande istud
quae iniquitas nostra
et quod peccatum nostrum
quod peccavimus
dno do nostro
dices ad eos
quia dereliquerunt me
patres vestri ait dns
et abierunt post deos alienos
et servierunt eis
et adoraverunt eos
et me dereliquerunt
et legem meam
non custodierunt
sed et vos peius operati
estis quam patres vestri
ecce enim ambulat unus
quisque post pravitatem
cordis sui mali ut me
non audiat
eiciam vos de terra hac
in terram quam ignoratis
vos et patres vestri
et servietis ibi diis alienis
die ac nocte non dabunt
vobis requiem
propterea ecce dies veniunt
dicit dns
et non dicetur ultra vivit dns
qui eduxit filios israhel
de terra aegypti
sed vivit dns qui eduxit filios
isrl de terra aquilonis
et de universis terris
ad quas eieci eos
et reducam eos in terram suam
quam dedi patribus eorum
lxii ecce ego mittam piscatores
multos dicit dns
et piscabuntur eos

et post haec mittam eis
multos venatores
et venabuntur eos de omni
monte et de omni colle
et de cavernis petrarum
quia oculi mei super omnes
vias eorum
non sunt abscondita a facie mea
et non fuit occultata iniquitas
eorum ab oculis meis
et reddam primum duplices
iniquitates et peccata eorum
quia contaminaverunt terram
meam in morticinis
idolorum suorum
et abominationibus suis
impleverunt hereditatem
meam
lxiii Dne fortitudo mea
et robur meum
et refugium meum
in die tribulationis
ad te gentes venient ab extre
mis terrae et dicent
vere mendacium possederunt
patres nostri
vanitatem quae eis non profuit
numquid faciet sibi homo
deos et ipsi non sunt dii
idcirco ecce ego ostendam eis
per vicem hanc
ostendam eis manum meam
et virtutem meam
et scient quia nomen mihi dns
xiiii Peccatum iuda scriptum est
stilo ferreo in ungue
adamantino
exaratum super latitudinem
cordis eorum
et in cornibus ararum eorum
cum recordati fuerint
filii eorum ararum suarum
et lucorum lignorumque
frondentium in montibus

excelsis sacrificantes in agro
fortitudinem tuam et omnes
thesauros tuos in direptio
nem dabo
excelsa tua propter peccata
in universis finibus tuis
et relinqueris sola ab heredi
tate tua quam dedi tibi
et servire te faciam inimicis
tuis in terra quam ignoras
quoniam ignem succendisti
in furore meo usque
in aeternum ardebit
lxxii Haec dicit dns maledictus
homo qui confidit in homine
et ponit carnem brachium suu(m)
et a dno recedit cor eius
erit enim quasi myrice in deserto
et non videbit cum venerit
bonum
sed habitabit in deserto
in siccitate
in terra salsuginis
et inhabitabili
lxxiii Benedictus vir qui confidit
in dno
et erit dns fiducia eius
et erit quasi lignum
quod transplantatur
super aquas
quod ad umorem mittit
radices suas
et non timebit cum venerit
aestus
et erit folium eius viride
et in tempore siccitatis
non erit sollicitum
nec aliquando desinet
facere fructum
pravum est cor omnium
et inscrutabile
quis cognoscet illud
ego dns scrutans cor
et probans renes

qui do unicuique iuxta viam
et iuxta fructum
adinventionum suarum
lxxiiii Perdix fovit quae non peperit
fecit divitias et non in iudicio
in dimidio dierum suorum
derelinquet eas et in novis
simo suo erit insipiens
solium gloriae altitudinis
a principio
locus sanctificationis nostrae
lxx Expectatio isrl dne
omnes qui te derelinquunt
confundentur
recedentes in terra scribentur
quoniam dereliquerunt
venam aquarum
viventium dnm
Sana me dne et sanabor
salvum me fac et salvus ero
quoniam laus mea tu es
ecce ipsi dicunt ad me
ubi est verbum dni veniat
et ego non sum turbatus
te pastorem sequens
et diem hominis non
desideravi tu scis
quod egressum est de labiis
meis rectum in con
spectu tuo fuit
non sis mihi tu formidini
spes mea tu in die adflictionis
confundantur qui per se
cuntur me
et non confundar ego
paveant illi et non
paveam ego
induc super eos diem
adflictionis et duplici
contritione contere eos
Haec dicit dns ad me
vade et sta in porta filiorum
populi
per quam ingrediuntur

REGES IUDA ET EGREDIUNTUR
ET IN CUNCTIS PORTIS
HIERUSALEM
ET DICES AD EOS
AUDITE UERBUM DNI REGES
IUDA ET OMNIS IUDA EX
CUNCTIQ· HABITATORES
HIERUSALEM QUI INGREDI
MINI PER PORTAS ISTAS
lxxi HAEC DICIT DNS
CUSTODITE ANIMAS UESTRAS
ET NOLITE PORTARE PONDERA
IN DIE SABBATI NEC INFERATIS
PER PORTAS HIERUSALEM
ET NOLITE EICERE ONERA
DE DOMIB· UESTRIS
IN DIE SABBATI ET OMNE
OPUS NON FACIETIS
SCIFICATE DIE SABBATI SICUTI
PRAECEPI PATRIB· UESTRIS
ET NON AUDIERUNT NEC INCLI
NAUERUNT AUREM SUAM
SED INDURAUERUNT
CERUICEM SUAM
NE AUDIRENT ME ET NE ACCI
PERENT DISCIPLINAM
ET ERIT SI AUDIERITIS ME
DICIT DNS
UT NON INFERATIS ONERA
PER PORTAS CIUITATIS
HUIUS IN DIE SABBATI
ET SI SCIFICAUERITIS DIEM
SABBATI NE FACIATIS
IN EA OMNE OPUS
INGREDIENTUR PER PORTAS
CIUITATIS HUIUS REGES
ET PRINCIPES SEDENTES
SUPER SOLIUM DAUID
ET ASCENDENTES IN CURRIBUS
ET EQUIS IPSI ET PRINCIPES
EORUM
UIRI IUDA ET HABITATOR HIERUSALE~
ET HABITABITUR CIUITAS
HAEC IN SEMPITERNUM

ET UENIENT DE CIUITATE IUDA
ET DE CIRCUITU HIERUSALEM
ET DE TERRA BENIAMIN
ET DE CAMPESTRIBUS
ET DE MONTUOSIS
ET AB AUSTRO
PORTANTES HOLOCAUSTUM
ET UICTIMAM ET SACRI
FICIUM ET TUS
ET INFERENT OBLATIONEM
IN DOMUM DNI
SI AUTEM NON AUDIERITIS ME
UT SCIFICETIS DIEM SABBATI
ET NE PORTETIS ONUS ET NE IN
FERATIS PER PORTAS
HIERUSALEM IN DIE SABBATI
SUCCENDAM IGNEM
IN PORTIS EIUS
ET DEUORABIT DOMOS HIERUSALE~
ET NON EXTINGUETUR
lxxii xviii UERBUM QUOD FACTUM EST
AD HIEREMIAM A DNO DICENS
SURGE ET DESCENDE IN DOMUM
FIGULI ET IBI AUDIES
UERBA MEA
ET DESCENDI IN DOMUM FIGULI
ET ECCE IPSE FACIEBAT
OPUS SUPER ROTAM
ET DISSIPATUM EST UAS
QUOD IPSE FACIEBAT E LUTO
MANIBUS SUIS
CONUERSUSQ· FECIT UAS ALTERU~
SICUT PLACUERAT IN OCULIS EIUS
UT FACERET
ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
NUM QUID SICUT FIGULUS ISTE
NON POTERO UOBIS FACERE
DOMUS ISRL AIT DNS
ECCE SICUT LUTUM IN MANU FIGULI
SIC UOS IN MANU MEA DOMUS
ISRAHEL
REPENTE LOQUAR ADUERSUM
GENTEM ET ADUERSUM REGNU~

UT ERADICEM ET DESTRUAM
ET DISPERDAM ILLUD
LXXIII SI PAENITENTIAM EGERIT
GENS ILLA A MALO SUO
QUOD LOCUTUS SUM ADUERSŪ EĀ
AGAM ET EGO PAENITENTIAM
SUPER MALO QUOD COGITAUI
UT FACEREM EI
ET SUBITO LOQUAR DE GENTE
ET REGNO
UT AEDIFICEM ET UT PLANTEM
ILLUD
ET SI FECERIT MALUM
IN OCULIS MEIS UT NON AUDIAT
UOCEM MEAM
PAENITENTIAM AGAM
SUPER BONO QUOD LOCUTUS
SUM UT FACEREM EI
LXXIIII NUNC ERGO DIC UIRO IUDAE
ET HABITATORI HIERUSALEM
DICENS
HAEC DICIT DNS
ECCE EGO FINGO CONTRA UOS MALŪ
ET COGITO CONTRA UOS COGITATIONĒ
REUERTATUR UNUS QUISQUE
A UIA SUA MALA
ET DIRIGITE UIAS UESTRAS
ET STUDIA UESTRA
QUI DIXERUNT DESPERAUIMUS
POST COGITATIONES ENIM
NOSTRAS IBIMUS
ET UNUSQUISQ· PRAUITATEM
CORDIS SUI MALI FACIEMUS
IDEO HAEC DICIT DNS
INTERROGATE GENTES
QUIS AUDIUIT TALIA HORRIBILIA
QUAE FECIT NIMIS UIRGO ISRL
NUMQUID DEFICIET DE PETRA
AGRI NIX LIBANI
AUT EUELLI POSSUNT AQUAE
ERUMPENTES FRIGIDAE
ET DEFLUENTES
QUIA OBLITUS EST MEI
POPULUS MEUS
FRUSTRA LIBANTES ET IN
PINGENTES IN UIIS SUIS
IN SEMITIS SAECULI
UT AMBULARENT PER EAS
IN ITINERE NON TRITO
UT FIERET TERRA EORUM
IN DESOLATIONEM ET IN SIBI
LUM SEMPITERNUM
OMNIS QUI PRAETERIT PER EAM
OBSTUPESCET ET MOUEBIT
CAPUT SUUM
SICUT UENTUS URENS DISPER
GAM EOS CORAM INIMICO
DORSUM ET NON FACIEM
OSTENDAM EIS IN DIE
PERDITIONIS EORUM
LXXV ET DIXERUNT UENITE
ET COGITEMUS CONTRA
HIEREMIAM COGITATIONES
NON ENIM PERIBIT LEX
A SACERDOTE NEQ· CONSILIŪ
A SAPIENTE NEC SERMO
A PROPHETA
UENITE ET PERCUTIAMUS
EUM LINGUA
ET NON ATTENDAMUS AD UNI
UERSOS SERMONES EIUS
ATTENDE DNE AD ME
ET AUDI UOCEM ADUERSA
RIORUM MEORUM
NUMQUID REDDITUR
PRO BONO MALUM
QUIA FODERUNT FOUEAM
ANIMAE MEAE
RECORDARE QUOD STETERIM
IN CONSPECTU TUO
UT LOQUERER PRO EIS BONŪ
ET AUERTEREM INDIGNATIONEM
TUAM AB EIS
PROPTEREA DA FILIOS EORUM
IN FAMEM
ET DEDUC EOS IN MANUS GLADII
FIANT UXORES EORUM
ABSQ· LIBERIS ET UIDUAE

ET UIRI EARUM INTERFICIANTUR
MORTE
ET IUUENES EORUM CONFODIANTUR
GLADIO IN PROELIO
AUDIATUR CLAMOR DE DOMIBUS
EORUM
ADDUCENS ENIM SUPER EOS
LATRONEM REPENTE
QUIA FODERUNT FOUEAM
UT CAPERENT ME
ET LAQUEOS ABSCONDERUNT
PEDIB· MEIS
TU AUTEM DNE SCIS OMNE
CONSILIUM EORUM
ADUERSUM ME IN MORTEM
NE PROPITIERIS INIQUITATI EORŪ
ET PECCATUM EORUM
A FACIE TUA NON DELEATUR
FIANT CONRUENTES IN CONSPECTŪ
TUO IN TEMPORE FURORIS
ABUTERE EIS

LXXVI XIX HAEC DICIT DNS
UADE ET ACCIPE LAGUNCULAM
FIGULI TESTEAM
A SENIORIBUS POPULI
ET A SENIORIB· SACERDOTUM
ET EGREDERE AD UALLEM
FILII ENNOM
QUAE EST IUXTA INTROITUM
PORTAE FICTILIS
ET PRAEDICABIS IBI UERBA
QUAE EGO LOQUAR AD TE
ET DICES
AUDITE UERBUM DNI REGES IUDA
ET HABITATORES HIERUSALĒ
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
ECCE EGO INDUCAM ADFLICTIONĒ
SUPER LOCUM ISTUM
ITA UT OMNIS QUI AUDIERIT
ILLAM TINNIANT AURES EIUS
EO QUOD DERELIQUERINT ME
ET ALIENUM FECERINT
LOCUM ISTUM
ET LIBAUERINT IN EO DIIS ALIENIS
QUOS NESCIERUNT IPSI ET PATRES
EORUM ET REGES IUDA
ET REPLEUERUNT LOCUM ISTŪ
SANGUINE INNOCENTIUM
ET AEDIFICAUERUNT EXCELSA BAHALI
AD COMBURENDOS FILIOS SUOS IGNI IN HOLO- CAUSTUM BAHALI
QUAE NON PRAECEPI NEC LOCU
TUS SUM NEC ASCENDERUNT
IN COR MEUM
PROPTEREA ECCE DIES UENIUNT
DICIT DNS
ET NON UOCABITUR LOCUS ISTE
AMPLIUS THOFETH
ET UALLIS FILII ENNOM
SED UALLIS OCCISIONIS
ET DISSIPABO CONSILIUM IUDAE
ET HIERUSALEM IN LOCO ISTO
ET SUBUERTAM EOS GLADIO
IN CONSPECTU INIMICORUM
SUORUM
ET IN MANU QUAERENTIUM
ANIMAS EORUM
ET DABO CADAUERA EORUM
ESCAM UOLATILIB· CAELI
ET BESTIIS TERRAE
ET PONAM CIUITATEM HANC
IN STUPOREM ET SIBILUM
OMNIS QUI PRAETERIERIT PER EAM
OBSTUPESCET ET SIBILABIT
SUPER UNIUERSA PLAGA EIUS
ET CIBABO EOS CARNIB· FILIORUM
SUORUM ET CARNIB· FILIARUM
SUORUM
ET UNUSQUISQ· CARNES AMICI SUI
COMEDET IN OBSIDIONE
ET IN ANGUSTIA
IN QUA CONCLUDENT EOS INIMICI
EORUM ET QUI QUAERUNT
ANIMAS EORUM
ET CONTERES LAGUNCULAM
IN OCULIS UIRORUM
QUI IBUNT TECUM
ET DICES AD EOS HAEC DICIT DNS

exercituum
sic conteram populum istum
et civitatem istam
sicut conteritur vas figuli
quod non potest ultra
instaurari
et in thopheth sepelientur
eo quod non sit alius locus
ad sepeliendum
sic faciam loco huic ait dns
et habitatoribus eius
ut ponam civitatem istam
sicut thopheth
et erunt domus hierusalem
et domus regum iuda
sicut locus thopheth
inmundae omnes domus
in quarum domatibus
sacrificaverunt
omni militiae caeli
et libaverunt libamina
diis alienis
venit autem hieremias
de thopheth quo miserat eū
dns ad prophetandum
et stetit in atrio domus dni
et dixit ad omnem populū
haec dicit dns exercituum
ds israhel
ecce ego inducam super
civitatem hanc
et super omnes urbes eius
universa mala quae locutus
sum adversum eam
quoniam induraverunt
cervicem suam ut non
audirent sermones meos
lxxiii Et audivit phassur
xx filius emmer sacerdos
qui constitutus erat
princeps in domo dni
hieremiam prophetantem
sermones istos
Et percussit phassur
hieremiam prophetantē
et misit eum in nervum
quod erat in porta beniamin
superiori in domo dni
cumque inluxisset in crastinū
eduxit phassur hieremiā
de nervo
et dixit ad eum hieremias
non phassur vocavit dns
nomen tuum
sed pavorem undique
quia haec dicit dns
ecce ego dabo te in pavorem
te et omnes amicos tuos
et corruent gladio
inimicorum suorum
et oculi tui videbunt
et omnem iudam dabo
in manu regis babylonis
et traducet eos in babylonem
et percutiet eos gladio
et dabo universam substantiā
civitatis huius
et omnem laborem eius
omnemque pretium
et cunctos thesauros regum
iuda dabo in manum
inimicorum eorum
et diripient eos et tollent
et ducent in babylonem
tu autem phassur et omnes
habitatores domus tuae
ibitis in captivitatem
et in babylone venies
et ibi morieris ibique sepelieris
tu et omnes amici tui quibus
prophetasti mendacium
lxxiiii Seduxisti me dne
et seductus sum
fortior me fuisti et invaluisti
factus sum in derisum tota die
omnes subsannabant me
quia iam olim loquor
vociferans

INIQUITATEM ET UASTITATEM
CLAMITO
ET FACTUS EST MIHI SERMO DNI
IN OBPROBRIUM ET IN DERISUM
TOTA DIE
ET DIXI NON RECORDABOR EIUS
NEQ· LOQUAR ULTRA
IN NOMINE ILLIUS
ET FACTUS EST IN CORDE MEO
QUASI IGNIS EXAESTUANS
CLAUSUSQ· IN OSSIB· MEIS
ET DEFECI FERRE NON SUSTINENS
AUDIUI ENIM CONTUMELIAS
MULTORUM ET TERROREM
IN CIRCUITU
PERSEQUIMINI ET PERSEQUA
MUR EUM
AB OMNIB· UIRIS QUI ERANT
PACIFICI MEI ET CUSTO
DIENTES LATUS MEUM
SI QUOMODO DECIPIATUR
ET PRAEUALEAMUS
ADUERSUS EUM
ET CONSEQUAMUR ULTIONEM
EX EO
DNS AUTEM MECUM EST
QUASI BELLATOR FORTIS
IDCIRCO QUI PERSECUNTUR ME
CADENT ET INFIRMI ERUNT
CONFUNDENTUR UEHEMENTER
QUIA NON INTELLEXERUNT
OBPROBRIUM SEMPITERNU͞
QUOD NUMQUAM DELEBITUR
ET TU DNE EXERCITUUM
PROBATOR IUSTI QUI UIDES
RENES ET COR
UIDEAM QUAESO ULTIONEM
TUAM EX EIS
TIBI ENIM REUELAUI CAUSAM MEA͞
CANTATE DNO LAUDATE DNM
QUIA LIBERAUIT ANIMAM PAUPE
RIS DE MANU MALORUM
MALEDICTA DIES IN QUA NATUS SU͞
DIES IN QUA PEPERIT ME
MATER MEA NON SIT BENEDICTA
MALEDICTUS UIR QUI ADNUNTIAUIT
PATRI MEO DICENS NATUS EST
TIBI PUER MASCULUS
ET QUASI GAUDIO LAETIFICAUIT EU͞
SIT HOMO ILLE UT SUNT CIUITATES
QUAS SUBUERTIT DNS
ET NON PAENITUIT EUM
AUDIAT CLAMOREM MANE
ET ULULATUM IN TEMPORE
MERIDIANO
QUI NON ME INTERFECIT A UULUA
UT FIERET MIHI MATER MEA
SEPULCHRUM
ET UULUA EIUS CONCEPTUS
AETERNUS
QUARE DE UULUA EGRESSUS SU͞
UT UIDEREM LABOREM
ET DOLOREM
ET CONSUMERENTUR
IN CONFUSIONEM DIES MEI
LXXVIII XXI· UERBUM QUOD FACTUM EST
AD HIEREMIAM A DNO
QUANDO MISIT AD EUM
REX SEDECIAS
PHASSUR FILIUM MELCHIAE
ET SOPHONIAM FILIUM
MAASIAE SACERDOTEM
DICENS
INTERROGA PRO NOBIS DNM
QUIA NABUCHODONOSOR REX
BABYLONIS PROELIATUR
ADUERSUM NOS
SI FORTE FACIAT DNS NOBISCUM
SECUNDUM OMNIA MIRABILIA
SUA ET RECEDAT A NOBIS
ET DIXIT HIEREMIAS AD EOS
SIC DICETIS SEDECIAE
HAEC DICIT DNS DS ISRL
ECCE EGO CONUERTO UASA BELLI
QUAE IN MANIB· UESTRIS SUNT
ET QUIB· UOS PUGNATIS ADUERSU͞
REGEM BABYLONIS
ET CHALDAEOS QUI OBSIDENT

uos in circuitu murorum
et congregabo ea in medio
ciuitatis huius
et debellabo ego uos in manu
extenta et brachio forti
et in furore et in indignatione
et in ira grandi
et percutiam habitatores
ciuitatis huius
homines et bestiae
pestilentia magna
morientur
et post haec ait dns
dabo sedechiam regem
iuda et seruos eius
et populum eius et qui
derelicti sunt in ciui
tate hac
a peste et gladio et fame
in manu nabuchodonosor
regis babylonis
et in manu inimicorum eorū
et in manu quaerentium
animam eorum
et percutiet eos in ore gladii
et non mouebitur neque
parcet nec miserebitur
et ad populum hunc dices
haec dicit dns
ecce ego do coram uobis
uiam uitae et uiam mortis
qui habitauerit in urbe hac
morietur gladio
et fame et peste
qui autem egressus fuerit
et transfugerit
ad chaldaeos
qui obsident uos
uiuet et erit ei anima sua
quasi spolium
posui enim faciem meam
super ciuitatem hanc
in malum et non in bonū
ait dns

in manu regis babylonis
dabitur et exuret eam igni
Lxxx Et domus regis iuda
audite uerbum dni
domus dauid haec dicit dns
iudicate mane iudicium
et eruite ui oppressum
de manu calumniantis
ne forte egrediatur
ut ignis indignatio mea
et succendatur et non sit
qui extinguat
propter malitiam
studiorum uestrorum
ecce ego ad te habitatricē
uallis solidae atque
campestris ait dns
qui dicitis quis percutiet nos
et ingredietur domos
nostras
et uisitabo super uos
iuxta fructum studiorū
uestrorum dicit dns
et succendam ignem in saltu eius
et deuorabit omnia
in circuitu eius
xxii haec dicit dns
descende in domum regis iuda
et loqueris ibi uerbum
hoc et dices
audi uerbum dni rex iuda qui
sedes super solium dauid
tu et serui tui et populus tuus
qui ingredimini per portas
istas
haec dicit dns
facite iudicium et iustitiam
et liberate ui oppressum
de manu calumniatoris
et aduenam et pupillum
et uiduam nolite
contristare
neq· opprimatis inique
et sanguinem innocentem

NEC EFFUNDATIS IN LOCO ISTO
SI ENIM FACIENTES FECERITIS
VERBUM ISTUD
INGREDIENTUR PER PORTAS
DOMUS HUIUS REGES
SEDENTES DE GENERE DAVID
SUPER THRONUM EIUS
ET ASCENDENTES CURRUS
ET EQUOS IPSI ET SERVI
ET POPULUS EORUM
QUOD SI NON AUDIERITIS
VERBA HAEC
IN MEMET IPSO IURAVI
DICIT DNS
QUIA IN SOLITUDINE ERIT
DOMUS HAEC
LXXXI QUIA HAEC DICIT DNS
SUPER DOMUM REGIS IUDA
GALAAD TU MIHI CAPUT LIBANI
SI NON POSUERO TE SOLITUDINE
URBES INHABITABILES
ET SCIFICABO SUPER TE
INTERFICIENTEM
VIRUM ET ARMA EIUS
ET SUCCIDENT ELECTAM
CAEDRUM TUAM ET PRAE
CIPITABUNT IN IGNEM
ET PERTRANSIBUNT GENTES
MULTAE PER CIVITATEM HANC
ET DICET UNUSQUISQUE
PROXIMO SUO
QUARE FECIT DNS SIC CIVITATI
HUIC GRANDI
ET RESPONDEBUNT EO QUOD
DERELIQUERINT PACTUM
DNI DI SUI
ET ADORAVERINT DEOS ALIENOS
ET SERVIERINT EIS
LXXXII NOLITE FLERE MORTUUM
NEQ· LUGEATIS SUPER EUM
FLETU PLANGITE EUM
QUI EGREDITUR
QUIA NON REVERTETUR ULTRA
NEC VIDEBIT TERRAM

NATIVITATIS SUAE
QUIA HAEC DICIT DNS AD SELLUM
FILIUM IOSIAE REGEM IUDA
QUI REGNAVIT PRO IOSIA
PATRE SUO
QUI EGRESSUS EST DE LOCO ISTO
NON REVERTETUR HUC
AMPLIUS
SED IN LOCO AD QUEM TRANS
TULI EUM IBI MORIETUR
ET TERRAM ISTAM
NON VIDEBIT AMPLIUS
LXXXIII VAE QUI AEDIFICAT DOMUM
SUAM IN INIUSTITIAM
ET CAENACULA SUA
NON IN IUDICIO
AMICUM SUUM OPPRIMET
FRUSTRA
ET MERCEDEM EIUS
NON REDDET EI
QUI DICIT AEDIFICABO MIHI
DOMUM LATAM
ET CAENACULA SPATIOSA
QUI APERIT SIBI FENESTRAS
ET FACIT LAQUEARIA CAEDRINA
PINGIT QUE SINOPIDE
NUMQUID REGNABIS
QUONIAM CONFERS TE
CAEDRO
PATER TUUS NUMQUID
NON COMEDIT ET BIBIT
ET FECIT IUDICIUM ET IUSTITIAM
TUNC CUM BENE ERAT EI
IUDICAVIT CAUSAM PAUPERIS
ET EGENI IN BONUM SUUM
NUMQUID NON IDEO QUIA
COGNOVIT ME DICIT DNS
TUI VERO OCULI ET COR
AD AVARITIAM
ET SANGUINEM INNOCENTEM
FUNDENDUM
ET AD CALUMNIAM ET AD CURSUM
MALI OPERIS
PROPTEREA HAEC DICIT DNS

AD IOACHIM FILIUM IOSIAE
REGEM IUDA
NON PLANGENT EUM UAE FRATER
ET UAE FRATER NON CONCRE
PABUNT EI
UAE DÑE ET UAE INCLYTE
SEPULTURA ASINI SEPELIETUR
PUTREFACTUS ET PROIECTUS
EXTRA PORTAS HIERUSALEM
ASCENDE LIBANUM ET CLAMA
ET IN BASAN DA UOCEM TUAM
ET CLAMA AD TRANSEUNTES
QUIA CONTRITI SUNT OMNES
AMATORES TUI
LOCUTUS SUM AD TE
IN ABUNDANTIA TUA DIXISTI
NON AUDIAM
HAEC EST UIA TUA AB ADULESCEN
TIA TUA
QUIA NON AUDISTI UOCEM MEAM
OMNES PASTORES TUOS
PASCET UENTUS
ET AMATORES TUI IN CAPTIUI
TATEM IBUNT
ET TUNC CONFUNDERIS
ET ERUBESCES AB OMNI
MALITIA TUA
QUAE SEDIS IN LIBANO
ET NIDIFICAS IN CAEDRIS
QUOMODO CONGEMUISTI
CUM UENISSENT TIBI
DOLORES PARTURIENTIS
LXX IIII UIUO EGO DICIT DÑS
QUIA SI FUERIT IECHONIAS
FILIUS IOACHIM REGIS IUDA
ANULUS IN MANU DEXTERA
MEA INDE EUELLAM EUM
ET DABO TE IN MANU QUAEREN
TIUM ANIMAM TUAM
ET IN MANU QUORUM TU
FORMIDAS FACIEM
ET IN MANU NABUCHODONOSOR
REGIS BABYLONIS
ET IN MANU CHALDAEORUM

ET MITTAM TE ET MATREM TUAM
QUAE GENUIT TE
IN TERRAM ALIENAM IN QUA NATI
NON ESTIS IBIQ· MORIEMINI
ET IN TERRAM AD QUAM IPSI
LEUANT ANIMAM SUAM
UT REUERTANTUR ILLUC
NON REUERTENTUR
NUMQUID UAS FICTILE ATQUE
CONTRITUM UIR ISTE IECONIAS
NUMQUID UAS ABSQ· OMNI
UOLUPTATE
QUARE ABIECTI SUNT IPSE
ET SEMEN EIUS
ET PROIECTI IN TERRA M
QUAM IGNORAUERUNT
TERRA TERRA AUDI SERMONEM DÑI
HAEC DICIT DÑS
SCRIBE UIRUM ISTUM STERILE
UIRUM QUI IN DIEB· SUIS
NON PROSPERABITUR
NEC ENIM ERIT DE SEMINE EIUS
UIR QUI SEDEAT SUPER
SOLIUM DAUID
ET POTESTATEM HABEAT
ULTRA IN IUDA
LXXV XXIII UAE PASTORIB· QUI DISPERDUNT
ET DILACERANT GREGEM
PASCUAE MEAE DICIT DÑS
IDEO HAEC DICIT DÑS DS ISRL
AD PASTORES QUI PASCUNT sibi
sñ POPULUM MEUM
UOS DISPERSISTIS GREGEM MEU
ET EIECISTIS EOS ET NON UISITA
STIS EOS
ECCE EGO UISITABO SUPER UOS
MALITIAM STUDIORUM
UESTRORUM AIT DÑS
ET EGO CONGREGABO RELIQUIAS
GREGIS MEI DE OMNIBUS
TERRIS AD QUAS EIECERO
EOS ILLUC
ET CONUERTAM EOS AD RURA SUA
ET CRESCENT ET MULTIPLICA
BUNTUR

ETSUSCITABO SUPER EOS
PASTORES ET PASCENT EOS
NON FORMIDABUNT ULTRA
ET NON PAUEBUNT
ET NULLUS QUAERETUR
EX NUMERO DICIT DNS
LXXXII ECCE DIES UENIUNT DICIT DNS
ET SUSCITABO DAUID
GERMEN IUSTUM
ET REGNABIT REX ET SAPIENS ERIT
ET FACIET IUDICIUM ET IUSTITIAM
IN TERRA
IN DIEBUS ILLIUS SALUABITUR IUDA
ET ISRL HABITABIT CONFIDENTER
ET HOC EST NOMEN
QUOD UOCABUNT EUM
DNS IUSTUS NOSTER
PROPTER HOC ECCE DIES UENIUNT
DICIT DNS
ET NON DICENT ULTRA UIUIT DNS
QUI EDUXIT FILIOS ISRAHEL
DE TERRA AEGYPTI
SED UIUIT DNS QUI EDUXIT
ET ADDUXIT SEMEN
DOMUS ISRAHEL DE TERRA
AQUILONIS
ET DE CUNCTIS TERRIS AD QUAS
EIECERAM EOS ILLUC
ET HABITABUNT IN TERRA SUA
AD PROPHETAS
LXXXIII CONTRITUM EST COR MEUM
IN MEDIO MEI
CONTREMUERUNT OMNIA
OSSA MEA FACTUS SUM
QUASI UIR EBRIUS
ET QUASI HOMO MADIDUS A UINO
A FACIE DNI ET A FACIE UERBORŪ
SANCTORUM EIUS
QUIA ADULTERIIS REPLETA EST
TERRA QUIA A FACIE MALEDIC
TIONIS LUXIT TERRA
AREFACTA SUNT ARUA DESERTI
FACTUS EST CURSUS EORUM
MALUS ET FORTITUDO EORŪ
DISSIMILIS
PROPHETA NAMQUE
ET SACERDOS POLLUTI SUNT
ET IN DOMO MEA INUENI
MALUM EORUM AIT DNS
IDCIRCO UIA EORUM ERIT
QUASI LUBRICUM IN TENEBRIS
INPELLENTUR ENIM
ET CORRUENT IN EA
ADFERAM ENIM SUPER EOS
MALA ANNUM UISITATIONUM
EORUM AIT DNS
ET IN PROPHETIS SAMARIAE
UIDI FATUITATEM
PROPHETABANT IN BAHAL
ET DECIPIEBANT POPULUM
MEUM ISRL
ET IN PROPHETIS HIERUSALEM
UIDI SIMILITUDINEM
ADULTERIUM ET ITER MENDACII
ET CONFORTAUERUNT MANUS
PESSIMORUM
UT NON CONUERTERETUR UNUS
QUISQ A MALITIA SUA
FACTI SUNT MIHI OMNES SODOMA
ET HABITATORES EIUS
QUASI GOMORRA
PROPTEREA HAEC DICIT DNS
EXERCITUUM AD PROPHETAS
ECCE EGO CIBABO EOS ABSINTHIO
ET POTABO EOS FELLE
A PROPHETIS ENIM HIERUSALEM
EST EGRESSA POLLUTIO
SUPER OMNEM TERRAM
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
NOLITE AUDIRE UERBA PROPHETA
RUM QUI PROPHETANT UOBIS
ET DECIPIUNT UOS
UISIONEM CORDIS SUI LOCUNTUR
NON DE ORE DNI
DICUNT HIS QUI BLASPHEMANT
AD ME LOCUTUS EST DNS
PAX ERIT UOBIS
ET OMNI QUI AMBULAT IN PRAUITATE

CORDIS SUI DIXERUNT NON UENIET
SUPER UOS MALUM
QUIS ENIM ADFUIT IN CONSILIO DNI
ET UIDIT ET AUDIUIT
SERMONEM EIUS
QUIS CONSIDERAUIT UERBUM
ILLIUS ET AUDIUIT
lxxx ECCE TURBO DOMINICAE
INDIGNATIONIS EGREDIETUR
ET TEMPESTAS ERUMPENS
SUPER CAPUT IMPIORUM
UENIET
NON REUERTETUR FUROR DNI
USQ. DUM FACIAT
ET USQ. DUM CONPLEAT
COGITATIONES CORDIS SUI
IN NOUISSIMIS DIEB. INTELLEGETIS
CONSILIUM EIUS
NON MITTEBAM PROPHETAS
ET IPSI CURREBANT
NON LOQUEBAR AD EOS
ET IPSI PROPHETABANT
SI STETISSENT IN CONSILIO MEO
ET NOTA FECISSENT
UERBA MEA POPULO MEO
AUERTISSEM UTIQ. EOS A UIA SUA
MALA ET PESSIMIS
COGITATIONIB. SUIS
lxxx PUTAS NE DS E UICINO EGO SUM
DICIT DNS ET NON DS DE LONGE
SI OCCULTABITUR UIR IN ABSCON
DITIS ET EGO NON UIDEBO EUM
DICIT DNS
NUMQUID NON CAELUM ET TERRAM
EGO IMPLEO AIT DNS
xc AUDIUI QUAE DIXERUNT
PROPHETAE
PROPHETANTES IN NOMINE MEO
MENDACIUM ATQ. DICENTES
SOMNIAUI SOMNIAUI
USQ. QUO EST ISTUD IN CORDE
PROPHETARUM UATICINANTIUM
MENDACIUM
ET PROPHETANTIUM SEDUCTIONES
CORDIS SUI
QUI UOLUNT FACERE UT OBLIUISCA
TUR POPULUS MEUS NOMINIS MEI
PROPTER SOMNIA EORUM
QUAE NARRAT UNUSQUISQUE
AD PROXIMUM SUUM
SICUT OBLITI SUNT PATRES EORUM
NOMINIS MEI PROPTER BAHAL
PROPHETA QUI HABET SOMNIUM
NARRET SOMNIUM
ET QUI HABET SERMONEM MEUM
LOQUATUR SERMONEM
MEUM UERE
QUID PALEIS AD TRITICUM
DICIT DNS
NUMQUID NON UERBA MEA SUNT
QUASI IGNIS AIT DNS
ET QUASI MALLEUS CONTERENS
PETRAS
PROPTEREA ECCE EGO
AD PROPHETAS AIT DNS
QUI FURANTUR UERBA MEA
UNUSQUISQUE A PROXIMO SUO
ECCE EGO AD PROPHETAS AIT DNS
QUI ADSUMUNT LINGUAS SUAS
ET AIUNT DICIT DNS
ECCE EGO AD PROPHETAS
SOMNIANTES MENDACIUM
AIT DNS
QUI NARRAUERUNT EA ET SEDUX
ERUNT POPULUM MEUM
IN MENDACIO SUO
ET IN MIRACULIS SUIS
CUM EGO NON MISISSEM EOS
NEC MANDASSEM EIS
QUI NIHIL PROFUERUNT
POPULO HUIC DICIT DNS
SI IGITUR INTERROGAUERIT
TE POPULUS ISTE UEL PROPHE
TA AUT SACERDOS DICENS
QUOD EST ONUS DNI DICES AD EOS
UT QUID UOBIS ONUS
PROICIAM QUIPPE UOS DICIT DNS
ET PROPHETES ET SACERDOS

et populus qui dicit onus dni
visitabo super virum illum
et super domum eius
haec dicetis unusquisque
ad proximum
et ad fratrem suum
quid respondit dns
et quid locutus est dns
et ultra onus dni
non memorabitur
quia onus erit unicuique
sermo suus
et pervertitis verba di
viventis dni exercituum
di nostri
haec dices ad prophetam
quid respondit tibi dns
et quid locutus est dns
si autem onus dni dixeritis
propter hoc haec dicit dns
quia dixistis sermonem istum
onus dni
et misi ad vos dicens
nolite dicere onus dni
propterea ecce ego
tollam vos portans
et derelinquam vos et civita
tem quam dedi vobis
et patrib· vestris
a facie mea
et dabo vos in obprobrium
sempiternum
et in ignominiam aeternam
quae numquam
oblivione delebitur
XCI Ostendit mihi dns
XXIIII et ecce duo chalathi pleni fi
cis positi ante templum dni
postquam transtulit
nabuchodonosor rex
babylonis iechoniam filiu̅
ioiachim regem iuda
et principes eius et fab·ru̅
et inclusorem de hierusa
lem

et adduxit eos in babylonem
chalathus unus ficus
bonas habebat nimis
ut solent ficus esse
primi temporis
et chalathus unus ficus
habebat malas nimis
quae comedi non poterant
eo quod essent malae
et dixit dns ad me
quid tu vides hieremia
et dixi ficus ficus
bonas valde
et malas malas valde
quae comedi non possunt
eo quod sint malae
Et factum est verbum dni
ad me dicens
haec dicit dns ds isrl
sicut ficus hae bonae
sic cognoscam trans
migrationem iuda
quam emisi de loco isto
in terram chaldaeorum
in bonum
et ponam oculos meos
super eos ad placandum
et reducam eos
in terram hanc
et aedificabo eos et non
destruam et plantabo
eos et non evellam
et dabo eis cor ut sciant me
quia ego sum dns
et erunt mihi in populum
et ego ero eis in dm
quia revertentur ad me
in toto corde suo
et sicut ficus ficus
pessimae quae comedi
non possunt
eo quod sint malae
haec dicit dns
sic dabo sedeciam regem

iuda et principes eius
et reliquos de hierusalem
qui remanserunt in urbe hac
et qui habitant in terra aegypti
et dabo eos in uexationem
adflictionemq· omnibus
regnis terrae
in obprobrium et in parabolam
et in prouerbium
et in maledictionem
in uniuersis locis
ad quos eieci eos
et mittam in eis gladium
et pestem et famem
donec consumantur
de terra quam dedi eis
et patrib· eorum
XXV Uerbum quod factum est
ad hieremiam de omni
populo iudae
in anno quarto ioachim
filii iosiae regis iuda
ipse est annus primus
nabuchodonosor
regis babylonis
quae locutus est hieremias
propheta ad omnem
populum iuda et ad uniuer
sos habitatores
hierusalem dicens
a tertio decimo anno iosiae
filii amon regis iuda
usq· ad diem hanc
iste est tertius
et uicensimus annus
factum est uerbum dni
ad me et locutus sum
ad uos de nocte consurgens
et loquens et non audistis
et misit dns ad uos omnes
seruos suos prophetas
et consurgens de luculo
mittensq· et non audistis
neq· inclinastis aures uestras
ut audiretis
cum diceret reuertimini
unusquisq· a uia sua mala
et a pessimis cogitationibus
uestris
et habitabitis in terram
quam dedit dns uobis
et patrib· uestris
a saeculo et usq· in saeclum
et nolite ire post deos alienos
ut seruiatis eis adoretisq· eos
neq· me ad iracundiam
prouocetis in operibus
manuum uestrarum
et non adfligam uos
et non audistis me dicit dns
ut me ad iracundiam prouoca
retis in operib· manuum
uestrarum in malum uestrum
XCII Propter ea haec dicit dns
exercituum
pro eo quod non audistis
uerba mea
ecce ego mittam et adsumam
uniuersas cognationes
aquilonis ait dns
et ad nabuchodonosor
regem babylonis
seruum meum
et adducam eos super terram
istam et super habita
tores eius
et super omnes nationes
quae in circuitu illius sunt
et interficiam eos
et ponam eos in stuporem
et in sibilum et in solitudines
sempiternas
perdamq· ex eis uocem
gaudii et uocem laetitiae
uocem sponsae et uocem
sponsi
uocem molae
et uocem lucernae

ET ERIT UNIUERSA TERRA EIUS
IN SOLITUDINEM ET IN STUPOREM
ET SERUIENT OMNES GENTES
ISTAE REGI BABYLONIS
SEPTUAGINTA ANNIS
CUMQ· IMPLETI FUERINT
ANNI SEPTUAGINTA
UISITABO SUPER REGEM
BABYLONIS
ET SUPER GENTEM ILLAM
DICIT DNS INIQUITATEM EORUM
ET SUPER TERRAM CHALDAEORUM
ET PONAM ILLAM IN SOLITUDI
NES SEMPITERNAS
ET ADDUCAM SUPER TERRAM
ILLAM OMNIA UERBA MEA
QUAE LOCUTUS SUM
CONTRA EAM
OMNE QUOD SCRIPTUM EST
IN LIBRO ISTO
QUAECUMQ· PROPHETAUIT
HIEREMIAS ADUERSUM
OMNES GENTES
QUIA SERUIERUNT EIS CUM ES
SENT GENTES MULTAE
ET REGES MAGNI
ET REDDAM EIS SECUNDUM
OPERA EORUM ET SECUNDUM
FACTA MANUUM SUARUM
XCIII QUIA SIC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
SUME CALICEM UINI FURORIS
HUIUS DE MANU MEA
ET PROPINABIS DE ILLO
CUNCTIS GENTIBUS
AD QUAS EGO MITTAM TE
ET BIBENT ET TURBABUNTUR
ET INSANIENT
A FACIE GLADII QUEM EGO
MITTAM INTER EOS
ET ACCEPI CALICEM
DE MANU DNI
ET PROPINAUI CUNCTIS GENTIB·
AD QUAS MISIT ME DNS

HIERUSALEM ET CIUITATIB· IUDAE
ET REGIB· EIUS ET PRINCIPIB· EIUS
UT DAREM EOS IN SOLITUDINEM
ET IN STUPOREM
IN SIBILUM ET IN MALEDICTIONEM
SICUT DIES ISTA
PHARAONI REGI AEGYPTI
ET SERUIS EIUS
ET PRINCIPIB· EIUS ET OMNI
POPULO EIUS
ET UNIUERSIS GENERALITER
CUNCTIS REGIB· TERRAE
AUSITIDIS
ET CUNCTIS REGIB· TERRAE
PHILISTHIIM
ET ASCALONI ET GAZAE
ET ACCARON ET RELIQUIIS AZOTI
IDUMAEAE ET MOAB
ET FILIIS AMMON
ET CUNCTIS REGIB· TYRI
ET CUNCTIS REGIB· SIDONIS
ET REGIB· TERRAE INSULARUM
QUI SUNT TRANS MARE
ET DEDAN ET THEMAN ET BUZ
ET UNIUERSIS QUI ATTONSI
SUNT IN COMAM
ET CUNTIS REGIB· ARABIAE
ET CUNCTIS REGIB· OCCIDENTIS
QUI HABITANT IN DESERTO
ET CUNCTIS REGIB· ZABRI
ET CUNCTIS REGIB· AELAM
ET CUNCTIS REGIB· MEDORUM
ET CUNCTIS REGIB· AQUILONIS
DE PROPE ET DE LONGE
UNICUIQ· CONTRA FRATREM SUUM
ET OMNIB· REGNIS TERRAE
QUAE SUPER FACIEM EIUS SUNT
ET REX SESACH BIBET POST EOS
ET DICES AD EOS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
BIBITE ET INEBRIAMINI
ET UOMITE ET CADITE
NEQUE SURGATIS A FACIE GLADII

QUEM EGO MITTAM
INTER UOS
CUMQ· NOLUERINT ACCIPERE
CALICEM DE MANU TUA UT BIBANT
DICES AD EOS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
BIBENTES BIBETIS
QUIA ECCE IN CIUITATE
IN QUA INUOCATUM EST
NOMEN MEUM
EGO INCIPIO ADFLIGERE
ET UOS QUASI INNOCENTES
INMUNES ERITIS
NON ERITIS INMUNES
GLADIUM ENIM EGO UOCO
SUPER OMNES HABITATORES
TERRAE DICIT DNS EXERCITUU͞
ET TU PROPHETABIS AD EOS
OMNIA UERBA HAEC
ET DICES AD ILLOS
xciiii DNS DE EXCELSO RUGIET
ET DE HABITACULO SCO SUO
DABIT UOCEM SUAM
RUGIENS RUGIET
SUPER DECOREM SUUM
CELEUMA QUASI CALCANTIU͞
CONCINETUR ADUERSUS
OMNES HABITATORES TERRAE
PERUENIT SONITUS
USQ· AD EXTREMA TERRAE
QUIA IUDICIUM DNO CUM GENTIB·
IUDICATUR IPSE CUM OMNI CARNE
IMPIOS TRADIDIT GLADIO
DICIT DNS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
ECCE ADFLICTIO EGREDIETUR
DE GENTE IN GENTEM
ET TURBO MAGNUS EGREDIETUR
A SUMMITATIB· TERRAE
ET ERUNT INTERFECTI DNI
IN DIE ILLA
A SUMMO TERRAE USQUE
AD SUMMUM EIUS
NON PLANGENTUR
ET NON COLLIGENTUR
NEQUE SEPELIENTUR
IN STERQUILINIUM SUPER FACIE͞
TERRAE IACEBUNT
xcv ULULATE PASTORES ET CLAMATE
ET ASPERGITE UOS CINERE
OPTIMATES GREGIS
QUIA CONPLETI SUNT DIES
UESTRI UT INTERFICIAMINI
ET DISSIPATIONES UESTRAE
ET CADETIS QUASI UASA PRAETIOSA
ET PERIBIT FUGA A PASTORIBUS
ET SALUATIO AB OPTIMATIBUS
GREGIS
UOX CLAMORIS PASTORUM
ET ULULATUS OPTIMATIUM
GREGIS
QUIA UASTAUIT DNS PASCUA EORU͞
ET CONTICUERUNT ARUA PACIS
A FACIE IRAE FURORIS DNI
DERELIQUIT QUASI LEO
UMBRACULUM SUUM
FACTA EST TERRA EORUM
IN DESOLATIONEM
A FACIE IRAE COLUMBAE
ET A FACIE IRAE FURORIS DNI
xcvi xxvi IN PRINCIPIO REGNI IOACHIM
FILII IOSIAE REGIS IUDA
FACTUM EST UER BUM ISTUD
A DNO DICENS
HAEC DICIT DNS
STA IN ATRIO DOMUS DNI
ET LOQUERIS AD OMNES
CIUITATES IUDA
DE QUIB· UENIUNT UT ADORENT
IN DOMO DNI
UNIUERSOS SERMONES
QUOS EGO MANDAUI TIBI
UT LOQUARIS AD EOS
NOLI SUBTRAHERE UERBUM
SI FORTE AUDIANT ET CONUER
TANTUR UNUSQUISQUE
A UIA SUA MALA
ET PAENITEAT ME MALI

quod cogito facere eis
propter malitias studiorū
eorum
et dices ad eos haec dicit dns
si non audieritis me
ut ambuletis in legem meam
quam dedi uobis
ut audiatis sermones
seruorum meorum
prophetarum
quos ego misi ad uos de nocte
consurgens et dirigens
et non audistis
dabo domum istam sicut selo
et urbem hanc dabo
in maledictionem
cunctis gentib· terrae
et audierunt sacerdotes
et prophetae et omnis
populus hieremiam
loquentem uerba haec
in domo dni

XXVIII Cumque conplesset
hieremias loquens omnia
quae praeceperat ei dns
ut loqueretur ad uniuer
sum populum
adpr e henderunt eū
sacerdo tes et prophetae
et omnis populus dicens
morte morietur
quare prophetauit
in nomine dni dicens
sicut selo erit domus haec
et urbs ista desolabitur
eo quod non sit habitator
et congregatus est omnis
populus aduersum
hieremiam in domum dni
et audierunt principes
iuda uerba haec
et ascenderunt de domo
regis in domo dni
et sederunt in introitu
portae dni nouae
et locuti sunt sacerdotes
et prophetae ad principes
et ad omnem populum
dicentes
iudicium mortis est uiro huic
quia prophetauit aduersum
ciuitatem istam
sicut audistis aurib· uestris
et ait hieremias ad omnes
principes
et ad uniuersum populum
dicens
dns misit me ut prophetarē
ad domum istam
et ad ciuitatem hanc omnia
uerba quae audistis
nunc ergo bonas facite
uias uestras et studia uestra
et audite uocem dni di uestri
et paenitebit dnm mali
quod locutus est
aduersum uos
ego autem ecce in manibus
uestris sum
facite mihi ut bonum et rectū
est in oculis uestris
uerumtamen scitote
et cognoscite
quod si occideritis me
sanguinem innocentem
traditis contra uos
met ipsos
et contra ciuitatem istam
et habitatores eius
in ueritate enim misit me
dns ad uos
ut loquerer in aurib· uestris
omnia uerba haec
Et dixerunt principes
et omnis populus ad
sacerdotes et prophetas
non est uiro huic iudicium
mortis

QUIINNOMINEDNI DINOSTRI
LOCUTUSESTADNOS
SURREXERUNTERGOUIRI
DESENIORIB·TERRAE
ETDIXERUNTADOMNEMCOETU
POPULILOQUENTES
MICHAS DEMORASTHIMFUIT
PROPHETAINDIEB·EZECHIAE
REGISIUDAE
ETAITADOMNEM POPULUM
IUDAEDICENS
HAECDICITDNSEXERCITUUM
SIONQUASIAGERARABITUR
ETHIERUSALEMINACERUUM
LAPIDUMERIT
ETOMNIS DOMUSINEXCELSA
SILUARUM
NUMQUIDMORTE CONDEMNA
UITEUM EZECHIAS
REX IUDAETOMNISIUDA
NUMQUIDNONTIMUERUNTDNM
ETDEPRAECATISUNTFACIEMDNI
ETPAENITUIT DNM MALI
QUODLOCUTUSERAT
ADUERSUSEOS
ITAQ· NOS FACIMUS MALUM
GRANDECONTRAANIMAS
NOSTRAS
FUITQUOQ·UIRPROPHETANS
INNOMINEDNI
URIAS FILIUSSEMEI
DECARIATHIARIM
ETPROPHETAUITADUERSU
CIUITATEMISTAM
ETADUERSUM TERRAMHANC
IUXTAUNIUERSAUERBA
HIEREMIAE
ETAUDIUITREXIOIACHIM
ETOMNES POTENTES
ETPRINCIPESEIUS
UERBAHAEC
ETQUAESIUITREX
INTERFICEREEUM
ETAUDIUIT URIAS ETTIMUIT

FUGITQ· ETINGRESSUSEST
AEGYPTUM
ETMISITREXIOIACHIM
UIROSINAEGYPTUM
ELNATHAM FILIUMACHOBOR
ETUIROS CUM EOINAEGYPTUM
ETEDUXERUNT URIAM
DEAEGYPTO
ETADDUXERUNTEUM
ADREGEMIOIACHIM
ETPERCUSSITEUMGLADIO
ETPROIECITCADAUEREIUS
INSEPULCHRISUULGIIGNOBILIS
IGITUR MANUSAHICAM FILIISAFAN
FUITCUM HIEREMIA
UTNONTRADERETURINMANU
POPULI ETINTERFECERENT
EUM
XCUIII XCVII IN PRINCIPIOREGNIIOIACHI M
FILIIIOSIAEREGISIUDA
FACTUMESTUERBUMISTUD
ADHIEREMIAMADNODICENS
HAECDICITDNSADME
FACTIBIUINCULA ETCATENAS
ETPONESEASINCOLLOTUO
ETMITTESEASADREGEMEDOM
ETADREGEMMOAB
ETADREGEMFILIORUMAMMON
ETADREGEMTYRI
ETADREGEM SIDONIS
INMANUNUNTIORUM
QUIUENERUNT HIERUSALEM
ADSEDECHIAMREGEMIUDA
ETPRAECIPIES EIS UTADDOMI
NOSSUOS LOQUANTUR
HAECDICIT DNSEXERCITUUM
DSISRAHEL
HAECDICETIS ADDOMINOS
UESTROS
EGOFECITERRAM ETHOMINE
ETIUMENTA QUAESUNT
SUPERFACIEMTERRAE
INFORTITUDINEMEAMAGNA
ETINBRACHIOMEO EXTENTO

ET DEDI EAM EI QUI PLACUIT
IN OCULIS MEIS
ET NUNC ITAQ· EGO DEDI
OMNES TERRAS ISTAS
IN MANU NABUCHODONOSOR
REGIS BABYLONIS SERUI MEI
INSUPER ET BESTIAS AGRI
DEDI EI UT SERUIANT ILLI
ET SERUIANT EI OMNES GENTES
ET FILIO EIUS ET FILIO FILII EIUS
DONEC UENIAT TEMPUS
TERRAE EIUS ET IPSIUS
ET SERUIANT EI GENTES
MULTAE ET REGES MAGNI
GENS AUTEM ET REGNUM
QUOD NON SERUIERIT
NABUCHODONOSOR
REGI BABYLONIS
ET QUICUMQ· NON CURUAUERIT
COLLUM SUUM SUB IUGO
REGIS BABYLONIS
IN GLADIO ET IN FAME ET IN PESTE
UISITABO SUPER GENTEM
ILLAM AIT DNS
DONEC CONSUMAM EOS
IN MANU EIUS
UOS ERGO NOLITE AUDIRE
PROPHETAS UESTROS
ET DIUINOS
ET SOMNIATORES ET AUGURES
ET MALEFICOS
QUI DICUNT UOBIS NON SERUI
ETIS REGI BABYLONIS
QUIA MENDACIUM
PROPHETANT UOBIS
UT LONGE FACIAM UOS
DE TERRA UESTRA ET EICIAM
UOS ET PEREATIS
PORRO GENS QUAE SUBIECERIT
CERUICEM SUAM
SUB IUGO REGIS BABYLONIS
ET SERUIERIT EI
DIMITTAM EAM IN TERRA
SUA DICIT DNS

ET COLET EAM ET HABITABIT IN EA
ET AD SEDECIAM REGEM IUDA
LOCUTUS SUM
SECUNDUM OMNIA UERBA
HAEC DICENS
SUBICITE COLLA UESTRA
SUB IUGO REGIS BABYLONIS
ET SERUITE EI ET POPULO EIUS
ET UIUETIS
QUARE MORIEMINI TU ET POPU
LUS TUUS GLADIO FAME
ET PESTE
SICUT LOCUTUS EST DNS
AD GENTEM QUAE SERUIRE
NOLUERIT REGI BABYLONIS
XXXIIII NOLITE AUDIRE UERBA
PROPHETARUM DICENTIUM
UOBIS
NON SERUIETIS REGI BABYLONIS
QUIA MENDACIUM IPSI
LOQUENTUR UOBIS
QUIA NON MISI EOS AIT DNS
ET IPSI PROPHETANT IN NOMINE
MEO MENDACITER
UT EICIANT UOS ET PEREATIS
TAM UOS QUAM PROPHETAE
QUI UATICINANTUR UOBIS
ET AD SACERDOTES
ET AD POPULUM ISTUM
LOCUTUS SUM DICENS
HAEC DICIT DNS NOLITE
AUDIRE UERBA PROPHE
TARUM UESTRORUM
QUI PROPHETANT UOBIS DICENTES
ECCE UASA DNI REUERTENTUR
DE BABYLONE NUNC CITO
MENDACIUM ENIM
PROPHETANT UOBIS
NOLITE ERGO AUDIRE EOS
SED SERUITE REGI
BABYLONIS UT UIUATIS
QUARE DATUR HAEC CIUITAS
IN SOLITUDINE
ET SI PROPHETAE SUNT

ET EST UERBUM DNI IN EIS
OCCURRANT DNO EXERCITUUM
UT NON UENIANT UASA
QUAE DERELICTA FUERANT
IN DOMUM DNI
ET IN DOMUM REGIS IUDA
ET IN HIERUSALEM
IN BABYLONEM
QUIA HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
AD COLUMNAS ET AD MARE
ET AD BASES
ET AD RELIQUA UASORUM
QUAE REMANSERUNT
IN CIUITATE HAC
QUAE NON TULIT NABUCHODO
NOSOR REX BABYLONIS
CUM TRANSFERRET IECHONIAM
FILIUM IOIACHIM REGEM IUDA
DE HIERUSALEM IN BABYLONEM
ET OMNES OPTIMATES IUDA
ET HIERUSALEM
QUIA HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
AD UASA QUAE DERELICTA SUNT
IN DOMU DNI ET IN DOMU
REGIS IUDA ET HIERUSALEM
IN BABYLONEM TRANSFERENTUR
ET IBI ERUNT USQUE AD DIEM
UISITATIONIS SUAE DICIT DNS
ET AD FERRI FACIAM EA
ET RESTITUI IN LOCO ISTO
C XXVIII ET FACTUM EST IN ANNO ILLO
IN PRINCIPIO REGNI SEDECHIAE
REGIS IUDA
IN ANNO QUARTO IN MENSE
QUINTO
DIXIT AD ME ANANIAS FILIUS AZOR
PROPHETA DE GABAON
IN DOMO DNI
CORAM SACERDOTIBUS
ET OMNI POPULO DICENS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
CONTRIUI IUGUM REGIS BABYLO
NIS
AD HUC DUO ANNI DIERUM
ET EGO REFERRI FACIAM
AD LOCUM ISTUM
OMNIA UASA DNI
QUAE TULIT NABUCHODONOSOR
REX BABYLONIS DE LOCO ISTO
ET TRANSTULIT EA IN BABYLONEM
ET IECHONIAM FILIUM IOIACHIM
REGEM IUDAE ET OMNEM
TRANSMIGRATIONEM IUDAE
QUI INGRESSI SUNT IN BABYLONEM
EGO CONUERTAM AD LOCUM
ISTUM AIT DNS
CONTERAM ENIM IUGUM
BABYLONIS REGIS
ET DIXIT HIEREMIAS PROPHETA
AD ANANIAM PROPHETAM
IN OCULIS SACERDOTUM
ET IN OCULIS OMNIS POPULI
QUI STABANT IN DOMO DNI
ET AIT HIEREMIAS PROPHETA
AMEN SIC FACIAT DNS
SUSCITET DNS UERBA TUA
QUAE PROPHETASTI
UT REFERANTUR UASA
IN DOMUM DNI
ET OMNIS TRANSMIGRATIO
DE BABYLONE AD LOCUM ISTUM
UERUMTAMEN AUDI UERBUM
HOC QUOD EGO LOQUOR
IN AURIB· TUIS
ET IN AURIB· UNIUERSI POPULI
PROPHETAE QUI FUERUNT
ANTE ME ET ANTE TE AB INITIO
ET PROPHETAUERUNT
SUPER TERRAS MULTAS
ET SUPER REGNA MULTA
DE PROELIO ET DE ADFLICTIONE
ET DE FAME
PROPHETA QUI UATICINATUS
EST PACEM
CUM UENERIT UERBUM EIUS
SCIETUR PROPHETA
QUEM MISIT DNS IN UERITATE

ET TULIT ANANIAS PROPHETA
CATENAM DE COLLO HIEREMIAE
PROPHETAE ET CONFREGIT EA
ET AIT ANANIAS IN CONSPECTU
OMNIS POPULI DICENS
HAEC DICIT DNS
SIC CONFRINGAM IUGUM
NABUCHODONOSOR REGIS
BABYLONIS POST DUOS
ANNOS DIERUM
DE COLLO OMNIUM GENTIUM
ET ABIIT HIEREMIAS
PROPHETES IN UIAM SUAM
CCI ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD HIEREMIAM
POSTQUAM CONFREGIT ANANIAS
PROPHETA CATENAM
DE COLLO HIEREMIAE
PROPHETAE DICENS
UADE ET DICES ANANIAE
HAEC DICIT DNS
CATENAS LIGNEAS CONTRIUISTI
ET FACIES PRO EIS CATENAS
FERREAS
QUIA HAEC DICIT DNS
EXERCITUUM DS ISRL
IUGUM FERREUM POSUI
SUPER COLLUM CUNCTARU
GENTIUM ISTARUM
UT SERUIANT NABUCHODONO
SOR REGI BABYLONIS
ET DESERUIANT EI INSUPER
ET BESTIAS TERRAE DEDI EI
ET DIXIT HIEREMIAS PROPHETA
AD ANANIAM PROPHETAM
AUDI ANANIA NON MISIT TE DNS
ET TU CONFIDERE FECISTI
POPULUM ISTUM
IN MENDACIO
IDCIRCO HAEC DICIT DNS
ECCE EMITTAM TE
A FACIE TERRAE
HOC ANNO MORIERIS
ADUERSUS DNM ENIM
LOCUTUS ES
ET MORTUUS EST ANANIAS
PROPHETA IN ANNO ILLO
MENSE SEPTIMO
XXIX ET HAEC SUNT UERBA LIBRI
QUEM MISIT HIEREMIAS
PROPHETA DE HIERUSALE
AD RELIQUIAS SENIORUM
TRANSMIGRATIONIS
ET AD SACERDOTES
ET AD PROPHETAS
ET AD OMNEM POPULUM
QUEM TRANSDUXERAT
NABUCHODONOSOR
DE HIERUSALEM
IN BABYLONEM
POSTQUAM EGRESSUS EST
IECHONIAS REX ET DOMINA
ET EUNUCHI ET PRINCIPES
IUDAE ET HIERUSALEM
ET FABER ET INCLUSOR
DE HIERUSALEM
IN MANU ELLASA FILII SAFAN
ET GAMALIAE FILII HELCHIAE
QUOS MISIT SEDECHIAS REX
IUDA AD NABUCHODONOSOR
REGEM BABYLONIS
IN BABYLONEM DICENS
HAEC DICIT DNS EXERCITUU
DS ISRL
OMNI TRANSMIGRATIONI
QUAM TRANSTULIT
DE HIERUSALEM IN BABYLONE
AEDIFICATE DOMOS
ET HABITATE
ET PLANTATE HORTOS
ET COMEDITE FRUCTUM EORU
ACCIPITE UXORES ET GENERA
TE FILIOS ET FILIAS
ET DATE FILIIS UESTRIS
UXORES ET FILIAS
UESTRAS DATE UIRIS
ET PARIANT FILIOS ET FILIAS
ET MULTIPLICAMINI IBI

et nolite esse pauci numero
et quaerite pacem ciuitatis
ad quam trans migrare
uos feci
et orate pro ea ad dnm
quia in pace illius erit
pax uobis
cii Haec enim dicit dns
exercituum ds isrl
non uos inducant prophetae
uestri qui sunt in medio
uestrum et diuini uestri
et ne adtendatis ad somnia
uestra quae uos somniatis
quia falso ipsi prophetant
uobis in nomine meo et non
misi eos dicit dns
ciii Quia haec dicit dns
cum coeperint inpleri
in babylone septuaginta
anni
uisitabo uos et suscitabo
super uos uerbum
meum bonum
et reducam uos ad locum
istum
ego enim scio cogitationes
quas cogito super uos
ait dns
cogitationes pacis
et non adflictionis
ut dem uobis finem
et patientiam
et inuocabitis me et ibitis
et orabitis me
et exaudiam uos
quaeritis me et inuenietis
cum quaesieritis me
in toto corde uestro
et inueniar a uobis ait dns
et reducam captiuitatem
uestram
et congregabo uos
de uniuersis gentibus

et de cunctis locis ad quae
expuli uos dicit dns
et reuerti uos faciam
de loco ad quem trans
migrare uos feci
quia dixistis suscitauit nobis
dns prophetas in babylone
quia haec dicit dns ad regem
qui sedet super solium
dauid
et ad omnem populum
habitatorem urbis huius
ad fratres uestros qui non
sunt egressi uobiscum
in transmigrationem
ciiii haec dicit dns exercituum
ecce mittam in eis gladium
et famem et pestem
et ponam eos quasi ficus
malas
quae comedi non possunt
eo quod pessimae sint
et persequar eos in gladio
in fame et in pestilentia
et dabo eos in uexationem
uniuersis regnis terrae
et in maledictionem
et in stuporem
et in sibilum et in obprobrium
cunctis gentibus
ad quas ego eieci eos
eo quod non audierint
uerba mea dicit dns
quae misi ad eos
per seruos meos prophetas
de nocte consurgens
et mittens et non audistis
dicit dns
uos ergo audite uerbum dni
omnis transmigratio
quam emisi de hierusalem
in babylonem
haec dicit dns exercituum
ds israhel

ADAHAB FILIUM CULIA
ET AD SEDECHIAM FILIUM
MAASIAE
QUI PROPHETANT UOBIS
IN NOMINE MEO MENDACITER
ECCE EGO TRADAM EOS
IN MANU NABUCHODONOSOR
REGIS BABYLONIS
ET PERCUTIET EOS
IN OCULIS UESTRIS
ET ADSUMETUR EX EIS
MALEDICTIO OMNI TRANS
MIGRATIONI IUDA QUAE EST
IN BABYLONE DICENTIUM
PONET TE DNS SICUT
SEDECHIAM ET SICUT AHAB
QUOS FRIXIT REX BABYLONIS
IN IGNE
PRO EO QUOD FECERINT
STULTITIAM IN ISRL
ET MOECHATI SUNT IN UXORES
AMICORUM SUORUM
ET LOCUTI SUNT UERBUM
IN NOMINE MEO MENDACITER
QUOD NON MANDAUI EIS
CCV EGO SUM IUDEX ET TESTIS
DICIT DNS
ET AD SEMEIAM NEELLAMI
TEM DICES
HAEC DICIT DNS EXERCITUU
DS ISRAHEL
PRO EO QUOD MISISTI
IN NOMINE TUO LIBROS
AD OMNEM POPULUM
QUI EST IN HIERUSALEM
ET AD SOPHONIAM FILIUM
MAASIAE SACERDOTEM
ET AD UNIUERSOS SACER
DOTES DICENS
DNS DEDIT TE SACERDOTEM
PRO IOIADAE SACERDOTE
UT SIS DUX IN DOMO DNI
SUPER OMNEM UIRUM
ARREPTICIUM ET PROPHE
TANTEM

UT MITTAS EUM IN NERUUM
ET IN CARCEREM
ET NUNC QUARE NON INCRE
PASTI HIEREMIAM ANATHOTHI
TEN QUI PROPHETAT UOBIS
QUIA SUPER HOC MISIT AD NOS
IN BABYLONEM DICENS
LONGUM EST
AEDIFICATE DOMOS ET HABITATE
ET PLANTATE HORTOS
ET COMEDITE FRUCTUM EORUM
LEGIT ERGO SOPHONIAS
SACERDOS LIBRUM ISTUM
IN AURIB. HIEREMIAE
PROPHETAE
CCVI ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD HIEREMIAM DICENS
MITTE AD OMNEM TRANS
MIGRATIONEM DICENS
HAEC DICIT DNS
AD SEMEIAM NEELAMITEM
PRO EO QUOD PROPHETAUIT
UOBIS SEMEIAS
ET EGO NON MISI EUM
ET FECIT UOS IN MENDACIO
CONFIDERE
IDCIRCO HAEC DICIT DNS
ECCE EGO UISITABO SUPER
SEMEIAM NEELAMITEN
ET SUPER SEMEN EIUS
NON ERIT EI UIR SEDENS
IN MEDIO POPULI HUIUS
ET NON UIDEBIT BONUM
QUOD EGO FACIAM
POPULO MEO AIT DNS
QUIA PRAEUARICATIONEM
LOCUTUS EST ADUERSUM DNM
XXX HOC UERBUM QUOD FACTUM
EST AD HIEREMIAM
A DNO DICENS
HAEC DICIT DNS DS ISRL DICENS
SCRIBE TIBI OMNIA UERBA
QUAE LOCUTUS SUM AD TE
IN LIBRO

ECCE DIES UENIUNT DICIT DNS
ET CONUERTAM CONUERSIO
NEM POPULI MEI ISRL
ET IUDA AIT DNS
ET CONUERTAM EOS AD TERRA̅
QUAM DEDI PATRIB· EORUM
ET POSSIDEBUNT EAM
ET HAEC UERBA QUAE LOCUTUS
EST DNS AD ISRL ET AD IUDAM
QUONIAM HAEC DICIT DNS
UOCEM TERRORIS AUDIUIMUS
FORMIDO ET NON EST PAX
INTERROGATE ET UIDETE
SI GENERAT MASCULUS
QUARE ERGO UIDI OMNIS UIRI
MANUM SUPER LUMBUM
SUUM QUASI PARIENTIS
ET CONUERSAE SUNT UNIUERSAE
FACIES IN AURUGINEM
UAE QUIA MAGNA DIES ILLA
NEC EST SIMILIS EIUS TEMPUS
QUE TRIBULATIONIS EST
IACOB ET EX IPSO SALUABITUR
ET ERIT IN DIE ILLA AIT DNS
EXERCITUUM
CONTERAM IUGUM EIUS
DE COLLO TUO
ET UINCULA ILLIUS DISRUMPAM
ET NON DOMINABUNTUR EI
AMPLIUS ALIENI
SED SERUIENT DNO DO SUO
ET DAUID REGI SUO
QUEM SUSCITABO EIS
cum TU ERGO NE TIMEAS SERUE
MEUS IACOB AIT DNS
NEQ· PAUEAS ISRL
QUIA ECCE EGO SALUO TE
DE TERRA LONGINQUA
ET SEMEN TUUM DE TERRA
CAPTIUITATIS EORUM
ET REUERTETUR IACOB
ET QUIESCET
ET CUNCTIS AFFLUET BONIS
ET NON ERIT QUEM FORMIDET

QUONIAM EGO SUM TECUM
AIT DNS UT SALUEM TE
FACIAM ENIM CONSUMMATIO
NEM IN CUNCTIS GENTIBUS
IN QUIB· DISPERSI TE
TE AUTEM NON FACIAM
IN CONSUMMATIONEM
SED CASTIGABO TE IN IUDICIO
UT NON TIBI UIDEARIS
INNOXIUS
QUIA HAEC DICIT DNS
INSANABILIS FRACTURA TUA
PESSIMA PLAGA TUA
NON EST QUI IUDICET IUDICIUM
TUUM AD ALLIGANDUM
CURATIONUM UTILITAS
NON EST TIBI
OMNES AMATORES TUI
OBLITI SUNT TUI
TE NON QUAERUNT
PLAGA ENIM INIMICI PERCUSSI
TE CASTIGATIONE CRUDELI
PROPTER MULTITUDINEM
INIQUITATIS TUAE DURA FACTA
SUNT PECCATA TUA
QUID CLAMAS SUPER CONTRI
TIONE TUA
INSANABILIS EST DOLOR TUUS
PROPTER MULTITUDINEM
INIQUITATIS TUAE ET DURA
PECCATA TUA FECI HAEC TIBI
PROPTER EA OMNES
QUI COMEDENT TE
DEUORABUNTUR
ET UNIUERSI HOSTES TUI IN CAPTIUI
TATEM DUCENTUR
ET QUI TE UASTANT UASTABUNTUR
CUNCTOSQUE PRAEDATORES TUOS
DABO IN PRAEDAM
OBDUCAM ENIM CICATRICEM TIBI
ET UULNERIBUS TUIS SANABO TE
DICIT DNS
QUIA EIECTAM UOCAUERUNT
TE SION

haec est quae non habebat
requirentem
haec dicit dns
ecce ego convertam
conversationem
tabernaculorum iacob
et tectis eius miserebor
et aedificabitur civitas
in excelso suo
et templum iuxta ordinem
suum fundabitur
et egredietur de eis laus
voxq. ludentium
et multiplicabo eos
et non minuentur
et glorificabo eos
et non attenuabuntur
et erunt filii eius
sicut a principio
et coetus eius coram me
permanebit
et visitabo adversum
omnes qui tribulant eum
et erit dux eius ex eo
et princeps de medio eius
producetur
et applicabo eum
et accedet ad me
quis enim iste est qui appli
cet cor suum ad pro
pinquet mihi ait dns
et eritis mihi in populum
et ego ero vobis in dm
ecce turbo dni furor
egrediens procella ruens
in capite impiorum
conquiescet
non avertet iram
indignationis dns
donec faciat et conpleat
cogitationem cordis sui
in novissimo dierum
intellegetis ea
XXXI in tempore illo dicit dns
ero ds universis
cognationib. isrl
et ipsi erunt mihi in populu
haec dicit dns
invenit gratiam in deserto
populus qui remanserat
gladio
vadet ad requiem suam
israhel
longe dns apparuit mihi
et in caritate perpetua
dilexi te
ideo adtraxi te miserans
rursumq. aedificabo te
et aedificaveris
virgo isrl
adhuc ornaveris thympanis
tuis et egredieris
in choro ludentium
adhuc plantabis vineas
in montib. samariae
plantabunt plantantes
et donec tempus veniat
non vindemiabunt
quia erit dies in qua clama
bunt custodes
in monte ephraim
cant Surgite et ascendamus
in sion ad dnm dm nostru
quia haec dicit dns
exultate in laetitia iacob
et hinnite contra
caput gentium
personate canite et dicite
salva dne populum tuum
reliquias isrl
Ecce ego inducam eos
de terra aquilonis
et congregabo eos
ab extremis terrae
inter quos erunt caecus
et claudus et praegnans
et pariens simul
coetus magnus

REUERTENTUR HUC
IN FLETU UENIENT ET IN PRECIB·
DEDUCAM EOS
ET ADDUCAM EOS PER TOR
RENTES AQUARUM
IN UIA RECTA ET NON
INPINGENT IN EA
QUIA FACTUS SUM ISRAHELI
PATER
ET EFRAIM PRIMOGENITUS
MEUS EST
AUDITE UERBUM DNI GENTES
ET ADNUNTIATE IN INSULIS
QUAE PROCUL SUNT ET DICITE
QUI DISPERSIT ISRAHEL
CONGREGABIT EUM
ET CUSTODIET EUM SICUT
PASTOR GREGEM SUUM
REDIMIT ENIM DNS IACOB
ET LIBERABIT EUM DE MANU
POTENTIORIS
ET UENIENT ET LAUDABUNT
IN MONTE SION
ET CONFLUENT AD BONA DNI
SUPER FRUMENTO
ET UINO ET OLEO
ET FETU PECORUM
ET ARMENTORUM
ERITQ· ANIMA EORUM
QUASI HORTUS INRIGUUS
ET ULTRA NON ESURIENT
TUNC LAETABITUR UIRGO
IN CHORO
ET IUUENES ET SENES SIMUL
ET CONUERTAM LUCTUM EORUM
IN GAUDIUM
ET CONSOLABOR EOS ET LAETI
FICABO A DOLORE SUO
ET INEBRIABO ANIMAM SACER
DOTUM PINGUIDINE
ET POPULUS MEUS BONIS MEIS
ADIMPLEBITUR AIT DNS
cxiiii HAEC DICIT DNS
UOX IN EXCELSO AUDITA EST
LAMENTATIONIS FLETUS
ET LUCTUS
RACHEL PLORANTIS FILIOS SUOS
ET NOLENTIS CONSOLARI
SUPER EOS QUIA NON SUNT
HAEC DICIT DNS
QUIESCAT UOX TUA A PLORATU
ET OCULI TUI A LACRIMIS
QUIA EST MERCES OPERI TUO
AIT DNS
ET REUERTENTUR DE TERRA
INIMICI
ET EST SPES NOUISSIMIS TUIS
AIT DNS
ET REUERTENTUR FILII
AD TERMINOS SUOS
cx AUDIENS AUDIUI EFRAIM
TRANSMIGRANTEM
CASTIGASTI ME ET ERUDITUS
SUM QUASI IUUENCULUS
INDOMITUS
CONUERTE ME ET REUERTAR
AD TE QUIA TU DNE DS MEUS
POSTQUAM ENIM CONUER
TISTI ME EGI PAENITENTIAM
ET POSTQUAM OSTENDISTI
MIHI PERCUSSI FEMUR MEUM
CONFUSUS SUM ET ERUBUI
QUONIAM SUSTINUI OBPROBRIUM
ADULESCENTIAE MEAE
SI FILIUS HONORABILIS MIHI
EFRAIM SI PUER DELICATUS
QUIA EX QUO LOCUTUS SUM
DE EO ADHUC RECORDA
BOR EIUS
IDCIRCO CONTURBATA SUNT
UISCERA MEA SUPER EUM
MISERANS MISERABOR EIUS
AIT DNS
STATUE TIBI SPECULA
PONE TIBI AMARITUDINES
DIRIGE COR TUUM IN UIAM
DIRECTAM IN QUA AMBULASTI
REUERTERE UIRGO ISRAHEL

reuertere ad ciuitates
tuas istas
usquequo deliciis
dissolueris filia uaga
CXI Quia creauit dns nouum
super terram
femina circumdabit uirum
haec dicit dns exercituum
ds israhel
adhuc dicent uerbum
istud in terra iuda
et in urbib. eius
cum conuertero
captiuitatem eorum
Benedicat tibi dns
pulchritudo iustitiae
mons scs
et habitabunt in eo iudas
et omnes ciuitates
eius simul
agricolae et minantes
greges
quia inebriaui animam lassā
et omnem animam esuri
entem saturaui
ideo quasi de somno
suscitatus sum et uidi
et somnus meus dulcis mihi
Ecce dies ueniunt dicit dns
et seminabo domum iuda
semine hominum
et semine iumentorum
et sicut uigilaui super eos
ut euellerem et demolirer
et dissiparem et disperde
rem et adfligerem
sic uigilabo super eos
ut aedificem et plantē
ait dns
CXII In diebus illis non dicent
ultra
patres comederunt
uuam acerbam et dentes
filiorum obstupuerunt

sed unusquisque
in iniquitate sua morietur
omnis homo qui comederit
uuam acerbam obstu
pescent dentes eius
CXIII Ecce dies ueniunt dicit dns
et feriam domui israhel
et domui iuda foedus nouū
non secundum pactum
quod pepigi cum patrib.
uestris
in die qua adprehendi
manum eorum
ut educerem eos
de terra aegypti
pactum quod irritum
fecerunt
et ego dominatus sum
eorum dicit dns
sed hoc erit pactum
quod feriam cum domo
israhel
post dies illos dicit dns
dabo legem meam
in uisceribus eorum
et in corda eorum
scribam eam
et ero eis in dm
et ipsi erunt mihi in populū
et non docebunt ultra uir
proximum suum
et uir fratrem suum
dicens cognosce dnm
omnes enim cognoscent
me a minimo eorum
usq. ad maximum ait dns
quia propitiabor iniquitati
eorum et peccati eorum
non ero memor amplius
CXIIII Haec dicit dns
qui dat solem in lumine diei
ordinem lunae et stellarū
in lumine noctis
qui turbat mare et sonant

FLUCTUS EIUS
DNS EXERCITUUM NOMEN ILLI
SI DEFECERINT LEGES ISTAE
CORAM ME DICIT DNS
TUNC ET SEMEN ISRL DEFICIET
UT NON SIT GENS CORAM ME
CUNCTIS DIEBUS
HAEC DICIT DNS
SI MENSURARI POTUERINT
CAELI SURSUM
ET INUESTIGARI FUNDAMENTA
TERRAE DEORSUM
ET EGO ABICIAM UNIUERSUM
SEMEN ISRAHEL
PROPTER OMNIA QUAE
FECERUNT DICIT DNS
ECCE DIES UENIUNT DICIT DNS
ET AEDIFICABITUR CIUITAS DNO
A TURRE ANANEHEL
USQ· AD PORTAM ANGULI
ET EXIUIT ULTRA NORMA
MENSURAE IN CONSPECTU
EIUS
SUPER COLLEM GAREB
ET CIRCUIBIT GOATHAM
ET OMNEM UALLEM
CADAUERUM ET CINERIS
ET UNIUERSAM REGIONEM
MORTIS
USQ· AD TORRENTEM CAEDRO
RUM ET USQUE AD ANGULUM
PORTAE EQUORUM
ORIENTALIS
SCM DNI NON EUELLETUR
ET NON DESTRUETUR ULTRA
IN PERPETUUM
xxxii UERBUM QUOD FACTUM EST
AD HIEREMIAM A DNO
IN ANNO DECIMO SEDECHIAE
REGIS IUDA
IPSE EST ANNUS OCTAUUS
DECIMUS NABUCHODONOSOR
TUNC EXERCITUS REGIS
BABYLONIS OBSIDEBAT
HIERUSALEM
ET HIEREMIAS PROPHETA
ERAT CLAUSUS IN ATRIO
CARCERIS
QUI ERAT IN DOMO REGIS IUDA
CLAUSERAT ENIM EUM
SEDECIAS REX IUDAE DICENS
QUARE UATICINARIS DICENS
HAEC DICIT DNS
ECCE EGO DO CIUITATEM ISTA͞
IN MANU REGIS BABYLONIS
ET CAPIET EAM
ET SEDECIAS REX IUDA
NON EFFUGIET DE MANU
CHALDAEORUM
SED TRADETUR IN MANU
REGIS BABYLONIS
ET LOQUETUR OS EIUS
CUM ORE ILLIUS
ET OCULI EIUS OCULOS ILLIUS
UIDEBUNT
ET IN BABYLONEM DUCET
SEDECHIAM
ET IBI ERIT DONEC UISITEM EU͞
AIT DNS
SI AUTEM DIMICAUERITIS
ADUERSUM CHALDAEOS
NIHIL PROSPERUM HABEBITIS
cxu ET DIXIT HIEREMIAS
FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
ECCE ANANEHEL FILIUS SELLU͞
PATRUELIS TUI UENIET AD TE
DICENS
EME TIBI AGRUM MEUM
QUI EST IN ANATHOTH
TIBI ENIM CONPETIT
EX PROPINQUITATE UT EMAS
ET UENIT AD ME ANANEHEL
FILIUS PATRUI MEI
SECUNDUM UERBUM DNI
AD UESTIBULUM CARCERIS
ET AIT AD ME
POSSIDE AGRUM MEUM

QUI EST IN ANATHOTH
IN TERRA BENIAMIN
QUIA TIBI CONPETIT HEREDITAS
ET TU PROPINQUUS
UT POSSIDEAS
INTELLEXI AUTEM QUOD
UERBUM DNI ESSET
ET EMI AGRUM AB ANANEHEL
FILIO PATRUI MEI
QUI EST IN ANATHOTH
ET APPENDI EI ARGENTUM
SEPTEM STATERES
ET DECEM ARGENTEOS
ET SCRIPSI IN LIBRO ET SIGNAUI
ET ADHIBUI TESTES
ET APPENDI ARGENTUM
IN STATERA
ET ACCEPI LIBRUM POSSES
SIONIS SIGNATUM
STIPULATIONES ET RATA
ET SIGNA FORINSECUS
ET DEDI LIBRUM POSSESSIO
NIS BARUCH FILIO NERI
FILII MAASIAE
IN OCULIS ANANEHEL
PATRUELIS MEI ET IN OCULIS
TESTIUM QUI SCRIPTI ERANT
IN LIBRO EMPTIONIS
IN OCULIS OMNIUM IUDAEORUM
QUI SEDEBANT IN ATRIO
CARCERIS
ET PRAECEPI BARUCH
CORAM EIS DICENS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
SUME LIBROS ISTOS
LIBRUM EMPTIONIS
HUNC SIGNATUM
ET LIBRUM HUNC
QUI APERTUS EST
ET PONES ILLOS IN UASE
FICTILI
UT PERMANERE POSSINT
DIEB· MULTIS

HAEC ENIM DICIT DNS
EXERCITUUM DS ISRL
ADHUC POSSIDEBUNTUR
DOMUS ET AGRI ET UINEAE
IN TERRA ISTA
CXVII ET ORAUI AD DNM POSTQUAM
TRADIDI LIBRUM POSSESSIO
NIS BARUCH FILIO NERI DICENS
HEU HEU HEU DNE DS
ECCE TU FECISTI CAELUM
ET TERRAM IN FORTITUDI
NE TUA MAGNA
ET IN BRACHIO TUO EXTENTO
NON ERIT TIBI DIFFICILE
OMNE UERBUM
QUI FACIS MISERICORDIAM
IN MILIBUS
ET REDDES INIQUITATEM
PATRUM IN SINU FILIORUM
EORUM POST EOS
CXVIII FORTISSIME MAGNE POTENS
DNS EXERCITUUM
NOMEN TIBI
MAGNUS CONSILIO ET INCON
PREHENSIBILIS COGITATU
CUIUS OCULI APERTI SUNT
SUPER OMNES UIAS
FILIORUM ADAM
UT REDDAS UNICUIQUE
SECUNDUM UIAS SUAS
ET SECUNDUM FRUCTUM
ADINUENTIONUM EIUS
QUI POSUISTI SIGNA ET POR
TENTA IN TERRA AEGYPTI
USQ· AD DIEM HANC
ET IN ISRL ET IN HOMINIBUS
ET FECISTI TIBI NOMEN
SICUT EST DIES HAEC
ET EDUXISTI POPULUM TUUM
ISRL DE TERRA AEGYPTI
IN SIGNIS ET IN PORTENTIS
ET IN MANU ROBUSTA
ET IN BRACHIO EXTENTO
ET IN TERRORE MAGNO

ET DEDISTI EIS TERRAM HANC
QUAM IURASTI PATRIB· EORŪ
UT DARES EIS
TERRAM FLUENTEM
LACTE ET MELLE
ET INGRESSI SUNT
ET POSSIDERUNT EAM
ET NON OBOEDIERUNT UOCI
TUAE ET IN LEGE TUA
NON AMBULAUERUNT
OMNIA QUAE MANDASTI EIS
UT FACERENT ET NON
FECERUNT
ET EUENERUNT EIS
OMNIA MALA HAEC
CXXVIII ECCE MUNITIONES EXTRUCTAE
SUNT ADUERSUM CIUITATĒ
UT CAPIATUR
ET URBS DATA EST
· IN MANU CHALDAEORUM
QUI PROELIANTUR
· ADUERSUM EAM
A FACIE GLADII ET FAMIS
ET PESTILENTIAE
ET QUAECUMQ· LOCUTUS ES
ACCIDERUNT UT IPSE
· TU CERNIS
· ET TU MIHI DICES DNE DS
EME AGRUM ARGENTO
ET ADHIBE TESTES
CUM URBS DATA SIT
· IN MANU CHALDAEORUM
ET FACTUM EST UERBUM
DNI AD HIEREMIAM DICENS
ECCE EGO DNS DS
UNIUERSAE CARNIS
NUMQUID MIHI DIFFICILE
ERIT OMNE UERBUM
PROPTEREA HAEC DICIT DNS
ECCE EGO TRADAM CIUITATĒ
ISTAM IN MANU CHALDAEORŪ
ET IN MANU REGIS BABYLONIS
ET CAPIET EAM
ET UENIENT CHALDAEI

PROELIANTES ADUERSUM
URBEM HANC
ET SUCCENDENT EAM IGNI
ET COMBURENT EAM
ET DOMUS IN QUARUM
DOMATIBUS SACRIFICABANT
BAHAL
ET LIBABANT DIIS ALIENIS
LIBAMINA AD IRRITANDUM ME
ERANT ENIM FILII ISRAHEL
ET FILII IUDA IUGITER FACIENTES
MALUM IN OCULIS MEIS
AB ADULESCENTIA SUA
FILII ISRL QUI USQ· NUNC
EXACERBANT ME IN OPERE
MANUUM SUARUM DICIT DNS
QUIA IN FURORE ET IN INDIGNA
TIONE MEA FACTA EST MIHI
CIUITAS HAEC
A DIE QUA AEDIFICAUERUNT EĀ
USQ· AD DIEM ISTAM QUA
AUFERTUR DE CONSPECTU MEO
PROPTER MALITIAM FILIORŪ
ISRL ET FILIORUM IUDA
QUAM FECERUNT AD IRACUNDIĀ
ME PROUOCANTES
IPSI ET REGES EORUM
PRINCIPES EORUM ET SACER
DOTES ET PROPHETAE EORŪ
UIRI IUDA ET HABITATORES
HIERUSALEM
ET UERTERUNT AD ME TERGA
ET NON FACIES
CUM DOCEREM EOS DE LUCULO
ET ERUDIREM
ET NOLLENT AUDIRE UT ACCI
PERENT DISCIPLINAM
ET POSUERUNT IDOLA SUA
IN DOMO IN QUA INUOCATUM
EST NOMEN MEUM
UT POLLUERENT EAM
ET AEDIFICAUERUNT EXCELSA
BAHAL QUAE SUNT IN UALLE
FILII ENNOM

UT INITIARENT FILIOS SUOS
ET FILIAS SUAS MOLOCH
QUOD NON MANDAVI EIS
NEC ASCENDIT IN COR MEUM
UT FACERENT ABOMINATIONE(M)
HANC ET IN PECCATUM
DEDUCERENT IUDAM
ET NUNC PROPTER ISTA
HAEC DICIT DNS DS ISRL
AD CIVITATEM HANC DE QUA VOS
DICITIS QUOD TRADETUR
IN MANU REGIS BABYLONIS
IN GLADIO ET FAME ET PESTE
ECCE EGO CONGREGABO EOS
DE UNIVERSIS TERRIS
AD QUAS EIECI EOS
IN FURORE MEO ET IN IRA MEA
ET IN INDIGNATIONE GRANDI
ET REDUCAM EOS IN LOCUM ISTUM
ET HABITARE EOS FACIAM
CONFIDENTER
ET ERUNT MIHI IN POPULUM
ET EGO ERO EIS IN DM
ET DABO EIS COR UNUM
ET VIAM UNAM
UT TIMEANT ME UNIVERSIS DIEB(US)
ET BENE SIT EIS ET FILIIS EORUM
POST EOS
ET FERIAM EIS PACTUM
SEMPITERNUM
ET NON DESINAM EIS BENEFACERE
ET TIMOREM MEUM DABO
IN CORDE EORUM UT NON
RECEDANT A ME
ET LAETABOR SUPER EOS
CUM BENE EIS FECERO
ET PLANTABO EOS IN TERRA ISTA
IN VERITATE
IN TOTO CORDE MEO
ET IN TOTA ANIMA MEA
QUIA HAEC DICIT DNS
SICUT ADDUXI SUPER POPULU(M)
ISTUM OMNE MALUM HOC
GRANDE
SIC ADDUCAM SUPER EOS
OMNE BONUM QUOD EGO
LOQUAR AD EOS
ET POSSIDEBUNTUR AGRI
IN TERRA ISTA
DE QUA VOS DICITIS
QUOD DESERTA SIT
EO QUOD NON REMANSERIT
HOMO ET IUMENTUM
ET DATA SIT IN MANU CHALDAEORU(M)
AGRI PECUNIA EMENTUR
ET SCRIBENTUR IN LIBRO
ET INPRIMITUR SIGNUM
ET TESTES ADHIBENTUR
IN TERRA BENIAMIN
ET IN CIRCUITU HIERUSALEM
IN CIVITATIB(US) IUDA ET IN CIVITA
TIBUS MONTANIS
ET IN CIVITATIB(US) CAMPESTRIBUS
ET IN CIVITATIBUS
QUAE AD AUSTRUM SUNT
QUIA CONVERTAM CAPTIVITA
TEM EORUM AIT DNS
XXXIII ET FACTUM EST VERBUM DNI
AD HIEREMIAM SECUNDO
CUM ADHUC CLAUSUS ESSET
IN ATRIO CARCERIS DICENS
HAEC DICIT DNS QUI FACTURUS
EST ET FORMATURUS ILLUD
ET PARATURUS
DNS NOMEN EIUS
CLAMA AD ME ET EXAUDIAM TE
ET ADNUNTIABO TIBI GRANDIA
ET FIRMA QUAE NESCIS
QUIA HAEC DICIT DNS DS ISRL
AD DOMOS URBIS HUIUS
ET AD DOMOS REGIS IUDA
QUAE DESTRUCTAE SUNT
ET AD MUNITIONES
ET AD GLADIUM
VENIENTIUM UT DIMICENT
CUM CHALDAEIS
ET IMPLEANT EAS CADAVERI
BUS HOMINUM

quas percussi in furore meo
et in indignatione mea
abscondens faciem meam
a civitate hac
propter omnem
malitiam eorum
cxxiiii Ecce ego obducam ei
cicatricem et sanitatem
et curabo eos
et revelabo illis depreca
tionem pacis et veritatis
et convertam conver
sionem iuda et conver
sionem hierusalem
et aedificabo eos
sicut a principio
et emundabo illos
ab omni iniquitate sua
in qua peccaverunt mihi
et propitius ero cunctis
iniquitatib· eorum
in quib· deliquerunt mihi
et spreverunt me
et erit mihi in nomen
et in gaudium et in laudē
et in exultatione cunctis
gentib· terrae
quae audierunt omnia
bona quae ego facturus
sum eis
et pavebunt et turbabuntur
in universis bonis
et in omni pace
quam ego faciam ei
cxx Haec dicit dns
adhuc audietur in loco isto
quem vos dicitis
esse desertum
eo quod non sit homo
et iumentum
in civitatib· iuda
et fores hierusalem
quae desolatae sunt
absque homine

et absque habitatore
et absque pecore
vox gaudii et vox laetitiae
vox sponsi et vox sponsae
vox dicentium
confitemini dno exercituū
quoniam bonus dns
quoniam in aeternum
misericordia eius
et portantium vota
in domum dni
reducam enim conversio
nem terrae sicut
a principio dicit dns
haec dicit dns exercituū
adhuc erit in loco isto
deserto et absq· homine
et absq· iumento
et in cunctis civitatib· eius
habitaculum pastorum
accubantium gregum
in civitatib· montuosis
et in civitatib· campestrib·
et in civitatibus
quae ad austrum sunt
et in terra beniamin
et in circuitu hierusalē
et in civitatib· iuda
adhuc transibunt greges
ad manum numerantis
ait dns
Ecce dies veniunt dicit dns
et suscitabo verbum bonū
quod locutus sum ad domū
isrl et ad domum iuda
in dieb· illis
et in tempore illo
germinare faciam david
germen iustitiae
et faciet iudicium
et iustitiam in terra
in diebus illis salvabitur
iudaea et hierusalem
habitabit confidenter

et hoc est quod uocabunt eam
dns iustus noster
quia haec dicit dns
non interibit de dauid uir
qui sedeat super thronu
domus isrl
et de sacerdotib· et leuitis
non interibit uir
a facie mea
qui offerat holocausta
et incendat sacrificiu
et caedat uictimas
cunctis diebus
Et factum est uerbu
dni ad hieremiam dicens
haec dicit dns
si irritum fieri potest
pactum meum cum die
et pactum meum
cum nocte
ut non sit dies et nox
in tempore suo
et pactum meum irritu
esse poterit cum dauid
seruo meo
ut non sit ex eo filius
qui regnet in throno eius
et leuites et sacerdotes
ministri mei
sicut numerari non possunt
stellae caeli et metiri
harena maris
sic multiplicabo semen
dauid serui mei
et leuitas ministros meos
Et factum est uerbum dni
ad hieremiam dicens hr
duae cognationes
quas elegerat dns
abiectae sunt
et populum meum
despexerunt
eo quod non sit ultra
gens coram eis

haec dicit dns
si pactum meum inter diem
et noctem et leges caelo
et terrae non posui
equidem et semen iacob
et dauid serui mei proiciam
ut non adsumam de semine
eius principes
seminis abraham
et isaac et iacob
reducam enim conuersio
nem eorum et miserebor eis
cxxi cxxiii Uerbum quod factum est
ad hieremiam a dno
quando nabuchodonosor
rex babylonis
et omnis exercitus eius
uniuersaq· regna terrae
quae erant sub potestate
manus eius
et omnes populi bellabant
contra hierusalem
et contra omnes urbes
eius dicens
haec dicit dns ds isrl
uade et loquere ad sedechia
regem iuda et dices ad eu
haec dicit dns
ecce ego tradam ciuitatem
hanc in manu regis
babylonis
et succendet eam igni
et tu non effugies
de manu eius
sed conprehensione
capieris et in manu eius
traderis
et oculi tui oculos regis
babylonis uidebunt
et os eius cum ore tuo
loquetur
et babylonem introibis
attamen audi uerbum dni

hr Numquid non uidisti quid populus hic locutus sit dicens ·

SEDECHIA REX IUDA
HAEC DICIT DNS AD TE
NON MORIERIS IN GLADIO
SED IN PACE MORIERIS
ET SECUNDUM COMBUSTIONES
PATRUM TUORUM REGUM
PRIORUM QUI FUERUNT ANTE TE
SIC COMBURENT TE
ET UAE DOMINE PLANGENT TE
QUIA UERBUM EGO LOCUTUS SUM
DICIT DNS
ET LOCUTUS EST HIEREMIAS
PROPHETA AD SEDECHIAM
REGEM IUDA
UNIUERSA UERBA HAEC
IN HIERUSALEM
ET EXERCITUS REGIS BABYLO
NIS PUGNABAT CONTRA
HIERUSALEM
ET CONTRA OMNES CIUITATES
IUDA QUAE RELIQUAE ERANT
CONTRA LACHIS
ET CONTRA AZECA
HAEC ENIM SUPERERANT
DE CIUITATIB· IUDA
URBES MUNITAE
CXXXII UERBUM QUOD FACTUM EST
AD HIEREMIAM A DNO
POSTQUAM PERCUSSIT REX
SEDECHIAS FOEDUS
CUM OMNI POPULO
IN HIERUSALEM
PRAEDICANS UT DIMITTERET
UNUSQUISQ· SERUUM SUUM
ET UNUSQUISQ· ANCILLAM SUAM
HEBRAEUM ET HEBRAEAM
LIBEROS
ET NEQUAQUAM DOMINA
RENTUR EIS
ID EST IN IUDAEO
ET IN FRATRE SUO
AUDIERUNT ERGO OMNES
PRINCIPES ET UNIUERSUS
POPULUS QUI INIERAT PACTUM
UT DIMITTERET UNUSQUISQUE
SERUUM SUUM ET UNUSQUISQ·
ANCILLAM SUAM LIBEROS
UT ULTRA NON DOMINARENTUR
IN EIS
AUDIERUNT IGITUR ET DIMISERUNT
ET CONUERSI SUNT DEINCEPS
ET RETRAXERUNT SERUOS
ET ANCILLAS SUAS QUOS
DIMISERANT LIBEROS
ET SUBIUGAUERUNT IN FAMULOS
ET FAMULAS
ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD HIEREMIAM DICENS
HAEC DICIT DNS DS ISRL
EGO PERCUSSI FOEDUS
CUM PATRIB· UESTRIS
IN DIE QUA EDUXI EOS DE TERRA
AEGYPTI DE DOMO SERUITUTIS
DICENS
CUM CONPLETI FUERINT
SEPTEM ANNI
DIMITTAT UNUSQUISQUE
FRATREM SUUM HAEBRAEUM
QUI UENDITUS EST EI
UT SERUIAT TIBI SEX ANNIS
ET DIMITTIS EUM A TE LIBERUM
ET NON AUDIERUNT PATRES
UESTRI ME NEC INCLINAUERUNT
AUREM SUAM
ET CONUERSI ESTIS UOS HODIE
ET FECISTIS QUOD RECTUM
EST IN OCULIS MEIS
UT PRAEDICARETIS LIBERTATEM
UNUSQUISQUE
AD AMICUM SUUM
ET INISTIS PACTUM IN CON
SPECTU MEO IN DOMO
IN QUA INUOCATUM EST
NOMEN MEUM SUPER EAM
ET REUERSI ESTIS ET CON
MACULASTIS NOMEN MEUM
ET REDUXISTIS UNUSQUISQUE
SERUUM SUUM ET UNUSQUISQ·

ANCILLAM SUAM
QUOS DIMISERATIS UT ESSENT
LIBERI ET SUAE POTESTATIS
ET SUBIUGASTIS EOS UT SINT
VOBIS SERVI ET ANCILLAE
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
VOS NON AUDISTIS ME
UT PRAEDICARETIS LIBERTATEm
UNUSQUISQ· FRATRI SUO
ET UNUSQUISQ· AMICO SUO
ECCE EGO PRAEDICO LIBERTATEm
AIT DNS
AD GLADIUM ET PESTEM
ET FAMEM
ET DABO VOS IN COMMOTIONEM
CUNCTIS REGNIS TERRAE
ET DABO VIROS QUI PRAEVARICATI
SUNT FOEDUS MEUM ET NON
OBSERVAVERUNT VERBA
FOEDERIS QUIBUS ADSENSI
SUNT IN CONSPECTU MEO
VITULUM CECIDERUNT (quem)
IN DUAS PARTES
ET TRANSIERUNT INTER
DIVISIONES EIUS
PRINCIPES IUDA ET PRINCIPES
HIERUSALEM
EUNUCHI ET SACERDOTES ET
OMNIS POPULUS TERRAE
QUI TRANSIERUNT INTER (I) DIVISIONES
VITULI
ET DABO EOS IN MANU
INIMICORUM SUORUM
ET IN MANU QUAERENTIUM
ANIMAM EORUM
ET ERIT MORTICINUM EORUM
IN ESCAM VOLUCRIBUS CAELI
ET BESTIIS TERRAE
ET SEDECHIAM REGEM IUDA
ET PRINCIPES EIUS
DABO IN MANU INIMICORUM SUORUm
ET IN MANU QUAERENTIUM
ANIMAM EORUM
ET IN MANU EXERCITUUM

REGIS BABYLONIS
QUI RECESSERUNT A VOBIS
ECCE EGO PRAECIPIO DICIT DNS
ET REDUCAM EOS
IN CIVITATEM HANC
ET PROELIABUNTUR ADVERSUS
EAM ET CAPIENT EAM
ET INCENDENT IGNI
ET CIVITATES IUDA DABO
IN SOLITUDINEM EO QUOD
NON SIT HABITATOR
CXXXIII XXXV VERBUM QUOD FACTUM EST
AD HIEREMIAM A DNO
IN DIEB· IOACHIM FILII IOSIAE
REGIS IUDA DICENS
VADE AD DOMUM RECHABITARUm
ET LOQUERE EIS
ET INTRODUCE EOS IN DOMUM DNI
IN UNAM EXEDRAM
THESAURORUM
ET DABIS EIS BIBERE VINUM
ET ADSUMPSI HIEZONIAM FILIUM
HIEREMIAE FILII ABSANIAE
ET FRATRES EIUS
ET OMNES FILIOS EIUS
ET UNIVERSAM DOMUM
RECHABITARUM
ET INTRODUXI EOS IN DOMUM DNI
AD GAZOFYLACIUM
FILIORUM ANAN
FILII HIEGEDELIAE HOMINIS DI
QUOD ERAT IUXTA GAZOFYLACIUm
PRINCIPUM
SUPER THESAURUM MAASIAE
FILII SELLUM QUI EST CUSTOS
VESTIBOLI
ET POSUI CORAM FILIIS DOMUS
RECHABITARUM SCYFOS
PLENOS VINO ET CALICES
ET DIXI AD EOS BIBITE VINUM
QUI RESPONDERUNT
NON BIBEMUS VINUM
QUIA IONADAB FILIUS RECHABITARUM PATER NOSTER

PRAECEPIT NOBIS DICENS
NON BIBETIS UINUM UOS ET FILII
UESTRI USQ· IN SEMPITERNUM
ET DOMUM NON AEDIFICABITIS
ET SEMENTEM NON SERETIS
ET UINEAS NON PLANTABITIS
NEC HABEBITIS
SED IN TABERNACULIS HABITABITIS
CUNCTIS DIEB· UESTRIS
UT UIUATIS DIEB· MULTIS
SUPER FACIEM TERRAE
IN QUA UOS PEREGRINAMINI
OBOEDIUIMUS ERGO UOCI
IONADAB FILII RECHAB PATRIS NOSTRI
PATRIS NOSTRI IN OMNIBUS
QUIB· PRAECEPIT NOBIS
ITA UT NON BIBEREMUS UINUM
CUNCTIS DIEB· NOSTRIS
NOS ET MULIERES NOSTRAE
FILII ET FILIAE NOSTRAE
ET NON AEDIFICAREMUS
DOMOS AD HABITANDUM
ET UINEAM ET AGRUM ET SE
MENTEM NON HABUIMUS
SED HABITAUIMUS
IN TABERNACULIS
ET OBOEDIENTES FECIMUS
IUXTA OMNIA QUAE PRAECE
PIT NOBIS IONADAB
PATER NOSTER
CUM AUTEM ASCENDISSET
NABUCHODONOSOR REX
BABYLONIS AD TERRAM NOSTRA͞
DIXIMUS UENITE ET INGRE
DIAMUR HIERUSALEM
A FACIE EXERCITUS CHALDAEORU͞
ET A FACIE EXERCITUS SYRIAE
ET MANSIMUS IN HIERUSALEM
ET FACTUM EST UERBUM D͞NI
AD HIEREMIAM DICENS
HAEC DICIT D͞NS EXERCITUU͞
D͞S ISR͞L
UADE ET DIC UIRIS IUDA
ET HABITATORIB· HIERUSALE͞
NUMQUID NON RECIPIETIS
DISCIPLINAM UT OBOEDIATIS
UERBIS MEIS DICIT D͞NS
PRAEUALUERUNT SERMONES
IONADAB FILII RECHAB PATRU͞
QUOS PRAECEPIT FILIIS SUIS
UT NON BIBERENT UINUM
ET NON BIBERUNT
USQ· AD DIEM HANC
QUIA OBOEDIERUNT
PRAECEPTO PATRIS SUI
EGO AUTEM LOCUTUS SUM
AD UOS DE MANE CONSURGENS
ET LOQUENS
ET NON OBOEDISTIS MIHI
MISIQ· AD UOS OMNES SERUOS
MEOS PROPHETAS
CONSURGENS DE LUCULO
MITTENSQ· ET DICENS
CONUERTIMINI UNUSQUISQUE
A UIA SUA PESSIMA
ET BONA FACITE STUDIA UESTRA
ET NOLITE SEQUI DEOS ALIENOS
NEQ· COLATIS EOS
ET HABITABITIS IN TERRA
QUAM DEDI UOBIS
ET PATRIB· UESTRIS
ET NON INCLINASTIS AUREM UESTRA͞
NEQ· AUDISTIS ME
FIRMAUERUNT IGITUR FILII
IONADAB FILII RECHAB PATRUM
PRAECEPTUM PATRIS SUI
QUOD PRAECEPERAT EIS
POPULUS AUTEM ISTE
NON OBOEDIUIT MIHI
IDCIRCO HAEC DICIT D͞NS
EXERCITUUM D͞S ISR͞L
ECCE EGO ADDUCAM SUPER
IUDAM ET SUPER OMNES
HABITATORES HIERUSALE͞
UNIUERSAM ADFLICTIONEM
QUAM LOCUTUS SUM
ADUERSUM EOS
EO QUOD LOCUTUS SUM

AD ILLOS ET NON AUDIERUNT
UOCAUI ILLOS ET NON RESPON
DERUNT MIHI
DOMUI AUTEM RECHABITARU
DIXIT HIEREMIAS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
PRO EO QUOD OBOEDISTIS
PRAECEPTO IONADAB
PATRIS UESTRI
ET CUSTODISTIS OMNIA
MANDATA EIUS
ET FECISTIS UNIUERSA
QUAE PRAECEPIT UOBIS
PROPTEREA HAEC DICIT DNS
EXERCITUUM DS ISRL
NON DEFICIET UIR DE STIRPE
IONADAB FILII RECHAB
STANS IN CONSPECTU MEO
CUNCTIS DIEBUS
CXXIII ET FACTUM EST IN ANNO
QUARTO IOACHIM
XXXVI FILII IOSIAE REGIS IUDA
FACTUM EST UERBUM HOC
AD HIEREMIAM A DNO DICENS
TOLLE UOLUMEN LIBRI
ET SCRIBE IN EO OMNIA UERBA
QUAE LOCUTUS TIBI SUM
ADUERSUM ISRL ET IUDAM
ET ADUERSUM OMNES GENTES
A DIE QUA LOCUTUS SUM AD TE
EX DIEB IOSIAE USQUE
AD DIEM HANC
SI FORTE AUDIENTE DOMO IUDA
UNIUERSA MALA QUAE EGO
COGITO FACERE EIS
REUERTATUR UNUSQUISQUE
A UIA SUA PESSIMA
ET PROPITIUS ERO INIQUITATI
ET PECCATO EORUM
UOCAUIT ERGO HIEREMIAS
BARUCH FILIUM NERIAE
ET SCRIPSIT BARUCH
EX ORE HIEREMIAE

OMNES SERMONES DNI
QUOS LOCUTUS EST AD EUM
IN UOLUMINE LIBRI
ET PRAECEPIT HIEREMIAS
BARUCH DICENS
EGO CLAUSUS SUM NEC UALEO
INGREDI DOMUM DNI
INGREDERE ERGO TU ET LEGE
DE UOLUMINE
IN QUO SCRIPSISTI EX ORE
MEO UERBA DNI
AUDIENTE POPULO IN DOMO
DNI IN DIE IEIUNII
INSUPER ET AUDIENTE UNIUERSI
IUDA EI QUI UENIUNT
DE CIUITATIB SUIS LEGES EIS
SI FORTE CADAT ORATIO EORUM
IN CONSPECTU DNI
ET REUERTATUR UNUSQUISQ
A UIA SUA PESSIMA
QUIA MAGNUS FUROR
ET INDIGNATIO QUAM LOCUTUS
EST DNS ADUERSUM
POPULUM HUNC
ET FECIT BARUCH FILIUS NERIAE
IUXTA OMNIA QUAE PRAE
CEPIT EI HIEREMIAS
PROPHETA
LEGENS EX UOLUMINE SERMO
NES DNI IN DOMO DNI
CXXV FACTUM EST AUTEM IN ANNO
QUINTO IOACHIM FILII IOSIAE
REGIS IUDA IN MENSE NONO
PRAEDICAUERUNT IEIUNIUM
IN CONSPECTU DNI
OMNI POPULO IN HIERUSALEM
ET UNIUERSAE MULTITUDINI
QUAE CONFLUXERAT
DE CIUITATIBUS IUDA
IN HIERUSALEM
LEGITQUE BARUCH EX UOLU
MINE SERMONES HIEREMIAE
IN DOMO DNI
IN GAZOFYLACIO GAMARIAE

FILII SAPHAN SCRIBAE
IN UESTIBULO SUPERIORI
IN INTROITU PORTAE NOUAE
DOMUS DNI
AUDIENTE OMNI POPULO
CUMQ· AUDISSET MICHEAS
FILIUS GAMARIAE FILII SAPHAN
OMNES SERMONES DNI EX LIBRO
DESCENDIT IN DOMUM REGIS
AD GAZOFYLACIUM SCRIBAE
ET ECCE IBI OMNES PRINCIPES
SEDEBANT
ELISAMA SCRIBA
ET DALAIAS FILIUS SEMEIAE
ET ELNATHAN FILIUS ACHOBOR
ET GAMARIAS FILIUS SAFAN
ET SEDECHIAS FILIUS ANANIAE
ET UNIUERSI PRINCIPES
ET NUNTIAUIT EIS MICHEAS
OMNIA UERBA
QUAE AUDIUIT LEGENTE
BARUCH EX UOLUMINE
IN AURIB· POPULI
MISERUNT ITAQUE OMNES
PRINCIPES AD BARUCH
IUDI FILIUM NATHANIAE
FILII SELEMIAE
FILII CHUSI DICENTES
UOLUMEN EX QUO LEGISTI
AUDIENTE POPULO SUME
IN MANU TUA ET UENI
TULIT ERGO BARUCH FILIUS
NERIAE UOLUMEN IN MANU
SUA ET UENIT AD EOS
ET DIXERUNT AD EUM SEDE
ET LEGE HAEC IN AURIBUS
NOSTRIS
ET LEGIT BARUCH
IN AURIB· EORUM
IGITUR CUM AUDISSENT
OMNIA UERBA
OBSTIPUERUNT UNUSQUISQUE
AD PROXIMUM SUUM
ET DIXERUNT AD BARUCH
NUNTIARE DEBEMUS REGI
OMNES SERMONES ISTOS
ET INTERROGAUERUNT EUM
DICENTES
INDICA NOBIS QUOMODO SCRIPSISTI
OMNES SERMONES ISTOS
EX ORE EIUS
DIXIT AUTEM EIS BARUCH
EX ORE SUO LOQUEBATUR
QUASI LEGENS AD ME OMNES
SERMONES ISTOS
ET EGO SCRIBEBAM IN UOLUMI
NE ATRAMENTO
ET DIXERUNT PRINCIPES
AD BARUCH
UADE ABSCONDERE TU
ET HIEREMIAS
ET NEMO SCIAT UBI SITIS
ET INGRESSI SUNT AD REGEM
IN ATRIUM
PORRO UOLUMEN COMMEN
DAUERUNT IN GAZOFYLACIO
ELISAMAE SCRIBAE
ET NUNTIAUERUNT AUDIENTE
REGE OMNES SERMONES
MISITQUE REX IUDI
UT SUMERET UOLUMEN
QUI TOLLENS ILLUD DE GAZOFY
LACIO ELISAMAE SCRIBAE
LEGIT AUDIENTE REGE
ET UNIUERSIS PRINCIPIBUS
QUI STABANT CIRCA REGEM
REX AUTEM SEDEBAT
IN DOMO HIEMALI
IN MENSE NONO
ET POSITA ERAT ARULA
CORAM EO PLENA PRUNIS
CUMQ· LEGISSET IUDI TRES
PAGELLAS UEL QUATTUOR
SCIDIT ILLUT SCALPELLO SCRIBAE
ET PROIECIT IN IGNE
QUAE ERAT IN ARULA DONEC
CONSUMERETUR OMNE UOLUMEN
IGNI QUI ERAT IN ARULA

C

ETNONTIMUERUNT NEQ SCIDERUNT
UESTIMENTA SUA
REX ET OMNES SERUI EIUS
QUI AUDIERUNT UNIUERSOS
SERMONES ISTOS
UERUMTAMEN ELNATHAN
ET DALAIAS ET GAMARIAS
CONTRADIXERUNT REGI
NE COMBURERET LIBRUM
ET NON AUDIUIT EOS
ET PRAECEPIT REX HIEREMA
EL FILIO AMMELECH
ET SARAIAE FILIO EZRIHEL
ET SELEMIAE FILIO AMMELECH
UT CONPREHENDERENT BARUCH
SCRIBAM ET HIEREMIAM
PROPHETAM
ABSCONDIT AUTEM EOS DNS
CXXIII ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD HIEREMIAM
POSTQUAM COMBUSSERAT
REX UOLUMEN
ET SERMONES QUOS
SCRIPSERAT BARUCH
EX ORE HIEREMIAE DICENS
RURSUM TOLLE UOLUMEN
ALIUD
ET SCRIBE IN EO OMNES
SERMONES PRIORES
QUI ERANT IN UOLUMINE
PRIORI
QUOD COMBUSSIT IOACHIM
REX IUDA
ET AD IOACHIM REGEM IUDA
DICES HAEC DICIT DNS
TU COMBUSSISTI UOLUMEN
ILLUD DICENS
QUARE SCRIPSISTI IN EO
ADNUNTIANS
FESTINUS UENIET REX BABYLO
NIAE ET UASTABIT
TERRAM HANC
ET CESSARE FACIET EX ILLA
HOMINEM ET IUMENTUM

PROPTEREA HAEC DICIT DNS
CONTRA IOACHIM REGEM
IUDA
NON ERIT EX EO QUI SEDEAT
SUPER SOLIUM DAUID
ET CADAUER EIUS PROICIETUR
AD AESTUM PER DIEM
ET AD GELU PER NOCTEM
ET UISITABO CONTRA EUM
ET CONTRA SEMEN EIUS
ET CONTRA SERUOS EIUS
INIQUITATES SUAS
ET ADDUCAM SUPER EOS
ET SUPER HABITATORES
HIERUSALEM ET SUPER
UIROS IUDA
OMNE MALUM QUOD LOCUTUS
SUM AD EOS ET NON AUDIERUNT
HIEREMIAS AUTEM TULIT
UOLUMEN ALIUD
ET DEDIT ILLUD BARUCH
FILIO NERIAE SCRIBAE
QUI SCRIPSIT IN EO
EX ORE HIEREMIAE
OMNES SERMONES LIBRI
QUEM COMBUSSERAT
IOIACHIM REX IUDA IGNI
ET SUPER ADDITI SUNT
SERMONES MULTO PLURES
QUAM ANTE FUERANT
XXXVII ET REGNAUIT REX SEDECHIAS
FILIUS IOSIAE PRO IECHONIA
FILIO IOIACHIM
QUEM CONSTITUIT REGEM
NABUCHODONOSOR REX
BABYLONIS IN TERRA IUDA
ET NON OBOEDIUIT IPSE ET SERUI
EIUS ET POPULUS TERRAE
UERBIS DNI QUAE LOCUTUS EST
IN MANU HIEREMIAE
PROPHETAE
CXXIIII ET MISIT REX SEDECHIAS
IUCHAL FILIUM SELEMIAE
ET SOPHONIAM FILIUM MAASIAE

SACERDOTEM AD HIEREMIAM
PROPHETAM DICENS
ORA PRO NOBIS DNM DM NOSTRU̅
HIEREMIAS AUTEM AMBULABAT
LIBERE IN MEDIO POPULI
NON ENIM MISERANT EUM
IN CUSTODIA CARCERIS
IGITUR EXERCITUS PHARAO
EGRESSUS EST DE AEGYPTO
ET AUDIENTES CHALDAEI
QUI OBSIDEBANT HIERUSALE̅
HUIUSCEMODI NUNTIUM
ET RECESSERUNT AB HIERUSALE̅
ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD HIEREMIAM PROPHETAM
DICENS
HAEC DICIT DNS DS ISRL
SIC DICETIS REGI IUDA QUI MISIT
UOS AD ME AD INTERROGANDU̅
ECCE EXERCITUS PHARAO
QUI EGRESSUS EST UOBIS
IN AUXILIUM
REUERTETUR IN TERRAM SUA̅
IN AEGYPTUM
ET REDIENT CHALDAEI ET BELLA
BUNT CONTRA CIUITATEM
HANC
ET CAPIENT EAM ET INCENDENT
IGNI
HAEC DICIT DNS
NOLITE DECIPERE ANIMAS
UESTRAS DICENTES
EUNTES ABIBUNT ET RECEDENT
A NOBIS CHALDAEI
QUIA NON ABIBUNT
SED ET SI PERCUSSERITIS
OMNEM EXERCITUM
CHALDAEORUM QUI PROELI
ANTUR ADUERSUM UOS
ET DERELICTI FUERINT EX EIS
ALIQUI UULNERATI
SINGULI DE TENTORIO SUO
CONSURGENT
ET INCENDENT CIUITATEM

HANC IGNI
ccxxiiii ERGO CUM RECESSISSET
EXERCITUS CHALDAEORUM
AB HIERUSALEM PROPTER
EXERCITUM PHARAONIS
EGRESSUS EST HIEREMIAS
DE HIERUSALEM
UT IRET IN TERRAM BENIAMIN
ET DIUIDERET IBI POSSESSIONE̅
IN CONSPECTU CIUIUM
CUMQ. PERUENISSET
AD PORTAM BENIAMIN ERAT
IBI CUSTOS PORTAE PER UICES
NOMINE HIERIAS FILIUS SELEMIAE
FILII ANANIAE
ET ADPREHENDIT HIEREMIAM
PROPHETAM DICENS
AD CHALDAEOS PROFUGIS
ET RESPONDIT HIEREMIAS
FALSUM EST NON FUGIO
AD CHALDAEOS
ET NON AUDIUIT EUM
SED CONPREHENDIT
HIERIAS HIEREMIAM
ET ADDUXIT EUM AD PRINCIPES
QUAM OBREM IRATI PRINCIPES
CONTRIBULABANT HIEREMIA̅
CAESUM EUM MISERUNT
IN CARCEREM
QUI ERAT IN DOMO IONATHAN
SCRIBAE
IPSE ENIM PRAEPOSITUS ERAT
SUPER CARCEREM
ITAQUE INGRESSUS EST
HIEREMIAS IN DOMUM LACI
ET IN ERGASTULO
ET SEDIT IBI HIEREMIAS
DIEB. MULTIS
MITTENS AUTEM REX
SEDECHIAS TULIT EUM
ET INTERROGAUIT IN DOMO
SUA ABSCONDITE ET DIXIT
PUTAS NE EST SERMO A DNO
ET DIXIT HIEREMIAS EST

ET AIT IN MANU REGIS
BABYLONIS TRADERIS
ET DIXIT HIEREMIAS
AD REGEM SEDECHIAM
QUID PECCAVI TIBI ET SERVIS
TUIS ET POPULO TUO
QUIA MISISTI ME IN DOMUM
CARCERIS
UBI SUNT PROPHETAE VESTRI
QUI PROPHETABANT VOBIS
ET DICEBANT VOBIS
NON VENIET REX BABYLONIS
SUPER VOS ET SUPER
TERRAM HANC
ET NUNC ERGO AUDI OBSECRO
DOMINE MI REX
VALEAT DEPRAECATIO MEA
IN CONSPECTU TUO
ET NE REMITTAS ME IN DOMO
IONATHAN SCRIBAE
NE MORIAR IBI
PRAECEPIT ERGO REX
SEDECHIAS
UT TRADERETUR HIEREMIAS
IN VESTIBULO CARCERIS
ET DARETUR EI TORTA PANIS
COTIDIE EXCEPTO PULMENTŌ
DONEC CONSUMERENTUR
OMNES PANES DE CIVITATE ·
ET MANSIT HIEREMIAS
IN VESTIBULO CARCERIS
xxxviii. AUDIVIT AUTEM SAPHATIAS
FILIUS MATTHAN
ET HIECEDELIAS FILIUS PHASSUR
ET IUCHAL FILIUS SELEMIAE
ET PHASSUR FILIUS MELCHIAE
SERMONES QUOS HIEREMIAS
LOQUEBATUR AD OMNEM
POPULUM DICENS
HAEC DICIT DNS
QUICUMQ· MANSERIT
IN CIVITATE HAC MORIETUR
GLADIO ET FAME ET PESTE
QUI AUTEM PROFUGERIT

AD CHALDAEOS VIVET
ET ERIT ANIMA EI US
SOSPES ET VIVENS
HAEC DICIT DNS
TRADENDO TRADETUR
CIVITAS HAEC
IN MANU EXERCITUS REGIS
BABYLONIS ET CAPIET EAM
ET DIXERUNT PRINCIPES REGI
ROGAMUS UT OCCIDATUR
HOMO ISTE
DE INDUSTRIA ENIM DISSOLVIT
MANUS VIRORUM BELLANTIŪ
QUI REMANSERUNT
IN CIVITATE HAC
ET IN MANUS UNIVERSI POPULI
LOQUENS AD EOS
IUXTA VERBA HAEC
SIQUIDEM HOMO HIC NON
QUAERIT PACEM POPULO
HUIC SED MALUM
CXXXIIII ET DIXIT REX SEDECHIAS
ECCE IPSE IN MANIB· VESTRIS EST
NEC ENIM FAS EST REGEM
VOBIS QUICQUAM NEGARE
TULERUNT ERGO HIEREMIAM
ET PROIECERUNT EUM
IN LACUM HELCIAE
FILII AMMELECH
QUI ERAT IN VESTIBULO CARCERIS
ET SUMMISERUNT HIEREMIĀ
FUNIBUS
ET IN LACU NON ERAT AQUA
SED LUTUM
DESCENDIT ITAQUE HIEREMIAS
IN CAENUM
AUDIVIT AUTEM ABDEMELECH
AETHIOPS VIR EUNUCHUS
QUI ERAT IN DOMO REGIS
QUOD MISISSENT HIEREMIAM
IN LACUM
PORRO REX SEDEBAT
IN PORTA BENIAMIN
ET EGRESSUS EST ABDEMELECH

de domo regis
et locutus est ad regem
dicens domine mi rex
male fecerunt viri isti
omnia quaecumque
perpetraverunt contra
hieremiam prophetam
mittentes eum in lacum
ut moriatur ibi fame
non sunt enim ultra panes
in civitate
praecepit itaque rex
abdemelech aethiopi
dicens
tolle tecum hinc
triginta viros
et leva te hieremiam de lacu
antequam moriatur
adsumptis ergo abdemelech
secum viris
ingressus est domum regis
quae erat sub cellario
et tulit inde veteres pannos
et antiqua quae con
putruerant
et submisit ea ad hieremiam
in lacum per funiculos
dixitque abdemelech
aethyops ad hieremiam
pone veteres pannos
et haec scissa et putrida
sub cubito manuum tuarum
et subter funes
fecit ergo hieremias sic
et extraxerunt hieremiam
funibus et eduxerunt
eum de lacu
cxxx Mansit autem hieremias
in vestibulo carceris
et misit rex sedechias
et tulit ad se hieremiam
prophetam
ad ostium tertium
quod erat in domo dni

et dixit rex ad hieremiam
interrogo ergo te sermonem
ne abscondas a me aliquid
dixit autem hieremias
ad sedechiam
si adnuntiavero tibi
numquid non interficies me
et si consilium tibi dedero
non me audies
iuravit ergo rex sedechias
hieremiae clam dicens
vivit dns qui fecit nobis
animam hanc
si occidero te et si tradidero
te in manus virorum istorum
qui quaerunt animam tuam
et dixit hieremias ad sedechiam
haec dicit dns exercituum
ds israhel
si profectus exieris
ad principes regis babylonis
vivet anima tua et civitas
haec non succendetur igni
et salvus eris tu
et domus tua
si autem non exieris
ad principes regis babylonis
tradetur civitas haec
in manus chaldaeorum
et succendent eam igni
et tu non effugies
de manu eorum
et dixit sedechias
ad hieremiam
sollicitus sum propter
iudaeos qui transfuge
runt ad chaldaeos
ne forte tradar in manus
eorum et inludant mihi
respondit autem hieremias
non te tradent
audi quaeso vocem dni
quam ego loquar ad te
et bene tibi erit

ET UIUET ANIMA TUA
QUOD SI NOLUERIS EGREDI
ISTE EST SERMO QUEM
OSTENDIT MIHI DOMINUS
ECCE OMNES MULIERES
QUAE REMANSERUNT
IN DOMO REGIS IUDAE
DUCENTUR AD PRINCIPES
REGIS BABYLONIS
ET IPSAE DICENT SEDUXERUNT
TE ET PRAEUALUERUNT
ADUERSUM TE
UIRI PACIFICI TUI DEMERSERUNT
IN CAENO ET IN LUBRICO
PEDES TUOS ET RECES
SERUNT A TE
ET OMNES UXORES TUAE
ET FILII TUI EDUCENTUR
AD CHALDAEOS
ET NON EFFUGIES MANUS EORUM
SED IN MANU REGIS
BABYLONIS CAPIERIS
ET CIUITATEM HANC
CONBURET ENI
DIXIT ERGO SEDE CHIAS
AD HIEREMIAM
NULLUS SCIAT UERBA HAEC
ET NON MORIERIS
SI AUTEM AUDIERINT PRINCIPES
QUIA LOCUTUS SUM TECUM
ET UENERINT AD TE
ET DIXERINT TIBI
INDICA NOBIS QUID LOCUTUS
SIS CUM REGE
NE CELES NOS ET NON TE
INTERFICIEMUS
ET QUID LOCUTUS EST TECUM REX
DICES AD EOS
PROSTRAUI EGO PRAECES
MEAS CORAM REGE
NE ME REDUCI IUBERET
IN DOMUM IONATHAM
ET IBI MORERER
UENERUNT ERGO OMNES
PRINCIPES AD HIEREMIAM
ET INTERROGAUERUNT EUM
ET LOCUTUS EST EIS IUXTA
OMNIA UERBA QUAE PRAE
CEPERAT EI REX
ET CESSAUERUNT AB EO NIHIL
ENIM FUERAT AUDITUM
MANSIT UERO HIEREMIAS
IN UESTIBULO CARCERIS
USQ· AD DIEM QUO CAPTA
EST HIERUSALEM
ET FACTUM EST UT CAPERETUR
HIERUSALEM
cxix ANNO NONO SEDECHIAE REGIS
IUDA MENSE DECIMO
UENIT NABUCHODONOSOR
REX BABYLONIS
ET OMNIS EXERCITUS EIUS
AD HIERUSALEM
ET OBSIDEBANT EAM
UNDECIMO AUTEM ANNO
SEDECHIAE MENSE QUARTO
QUINTA MENSIS APERTA
EST CIUITAS
ET INGRESSI SUNT OMNES
PRINCIPES REGIS BABYLONIS
ET SEDERUNT IN PORTA MEDIA
NEREGEL · SERESER · SEMEGAR·
NABUSARSACHIM · RABSARES·
NEREGEL · SERESER REBMAG·
ET OMNES RELIQUI PRINCIPES
REGIS BABYLONIS
CUMQ· UIDISSET EOS
SEDECHIAS REX IUDA
ET OMNES UIRI BELLATORES
FUGERUNT ET EGRESSI SUNT
NOCTE DE CIUITATE
PER UIAM HORTI REGIS
ET PER PORTAM QUAE ERAT
INTER DUOS MUROS
ET EGRESSI SUNT AD UIAM
DESERTI
PERSECUTUS EST AUTEM EOS
EXERCITUS CHALDAEORUM

ET CONPREHENDERUNT
SEDECHIAM IN CAMPO
SOLITUDINIS HIERICUNTINAE
ET CAPTUM ADDUXERUNT
AD NABUCHODONOSOR
REGEM BABYLONIS
IN REBLATHA QUAE EST
IN TERRA EMATH
ET LOCUTUS EST AD EUM IUDICIA
ET OCCIDIT REX BABYLONIS
FILIOS SEDECHIAE IN REBLA
THA IN OCULIS EIUS
ET OMNES NOBILES IUDA
OCCIDIT REX BABYLONIS
OCULOS QUOQ· SEDECHIAE
ERUIT ET UINXIT EUM
CONPEDIBUS UT ADDUCERE
TUR IN BABYLONEM
DOMUM QUOQUE REGIS
ET DOMUM UULGI SUCCEN
DERUNT CHALDAEI IGNI
ET MUROS HIERUSALEM
SUBUERTERUNT
ET RELIQUIAS POPULI QUAE
REMANSERANT IN CIUITATE
ET PERFUGAS QUI TRANS
FUGERANT AD EUM
ET SUPERFLUOS UULGI
QUI REMANSERANT
TRANSTULIT NABUZARADAN
MAGISTER MILITUM
IN BABYLONE
ET DE PLEBE PAUPERUM
QUI NIHIL PAENI TUS
HABEBANT
DIMISIT NABUZARADAN
MAGISTER MILITUM
IN TERRA IUDA
ET DEDIT EIS UINEAS
ET CISTERNAS IN DIE ILLA
PRAECEPERAT AUTEM
NABUCHODONOSOR
REX BABYLONIS
DE HIEREMIA NABUZARADAN
MAGISTRO MILITIAE DICENS
TOLLE ILLUM ET PONE SUPER EUM
OCULOS TUOS
NIHIL QUE EI MALI FACIAS
SED UT UOLUERIT SIC FACIES EI
MISIT ERGO NABUZARADAN
PRINCEPS MILITIAE
ET NABU. ET SESBAN. ET RABSARES.
ET NEREGEL. ET SERESER
ET REBMAG
ET OMNES OPTIMATES REGIS
BABYLONIS
MISERUNT ET TULERUNT
HIEREMIAM DE UESTIBULO
CARCERIS
ET TRADIDERUNT EUM GODOLIAE
FILIO AHICHAM FILII SAPHAN
UT INTRARET IN DOMUM
ET HABITARET IN POPULO
CXXXI AD HIEREMIAM AUTEM
FACTUS FUERAT SERMO DNI
CUM CLAUSUS FUISSET IN UESTI
BULO CARCERIS DICENS
UADE ET DIC ABDEMELECH
AETHYOPI DICENS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
ECCE EGO INDUCAM SERMONES
MEOS SUPER CIUITATEM HANC
IN MALUM ET NON IN BONUM
ET ERUNT IN CONSPECTU TUO
IN DIE ILLA
ET LIBERABO TE IN DIE ILLA
DICIT DNS
ET NON TRADERIS IN MANUS
UIRORUM QUOS TU FORMIDAS
SED ERUENS LIBERABO TE
ET GLADIO NON CADES
SED ERIT TIBI ANIMA TUA IN SALUTE
QUIA IN ME HABUISTI
FIDUCIAM AIT DNS
CXXXII SERMO QUI FACTUS EST
XL AD HIEREMIAM A DNO
POST QUAM DIMISSUS EST

ANABUZARADAN MAGISTRO
MILITIAE DE RAMA
QUANDO TULIT EUM UINCTUM
DE CATENIS IN MEDIO OMNIU̅
QUI MIGRABANT DE HIERUSA
LEM ET IUDA
ET DUCEBANTUR IN BABYLONE̅
TOLLENS ERGO PRINCEPS
MILITIAE HIEREMIAM
DIXIT AD EUM
DNS DS TUUS LOCUTUS EST
MALUM HOC SUPER LOCUM
ISTUM
ET ADDUXIT ET FECIT DNS
SICUT LOCUTUS EST
QUIA PECCASTIS DNO
ET NON AUDISTIS UOCEM EIUS
ET FACTUS EST UOBIS SERMO HIC
NUNC ERGO ECCE SOLUI TE
HODIE DE CATENIS QUAE SUNT
IN MANIBUS TUIS
SI PLACET TIBI UT UENIAS
MECUM IN BABYLONEM
UENI ET PONAM OCULOS MEOS
SUPER TE
SI AUTEM DISPLICET TIBI
UENIRE MECUM IN BABY
LONEM RESIDE
ECCE OMNIS TERRA
IN CONSPECTU TUO EST
QUOD ELEGERIS ET QUO
PLACUERIT TIBI UT UADAS
ILLUC PERGE
ET MECUM NOLI UENIRE
SED HABITA APUD GODOLIA̅
FILIUM HAICHAM FILII SAPHAN
QUEM PRAEPOSUIT REX BABY
LONIS CIUITATIB· IUDAEAE
HABITA ERGO CUM EO
IN MEDIO POPULI
UEL QUOCUMQ· PLACUERIT
TIBI UT UADAS UADE
DEDIT QUOQ· EI MAGISTER
MILITIAE CIBARIA ET MUNUS
CULA

ET DIMISIT EUM
CXXXIII UENIT AUTEM HIEREMIAS
AD GODOLIAM FILIUM HAICHAM
IN MASPHAT
ET HABITAUIT CUM EO IN MEDIO
POPULI QUI RELICTUS
FUERAT IN TERRA
CUM ERGO AUDISSENT OMNES
PRINCIPES EXERCITUS
QUI DISPERSI FUERANT
PER REGIONES
IPSI ET SOCII EORUM
QUOD PRAEFECISSET REX
BABYLONIS GODOLIAM
FILIUM HAICHAM TERRAE
ET QUOD COMMENDASSET EI
UIROS ET MULIERES
ET PARUULOS
ET DE PAUPERIB· TERRAE
QUI NON FUERANT TRANSLATI
IN BABYLONEM
UENERUNT AD GODOLIAM
IN MASPHAT
ET ISMAHEL FILIUS NATHANIAE
ET IOHANAN ET IONATHAN
FILII CAREE
ET SAREAS FILIUS THENOEMETH
ET FILII OPHI QUI ERANT
DE NETHOFATHI
ET HIEZONIAS FILIUS MAACHATHI
IPSI ET UIRI EORUM
ET IURAUIT EIS GODOLIAS FILIUS
HAICHAM FILII SAPHAN
ET COMITIBUS EORUM DICENS
NOLITE TIMERE SERUIRE
CHALDAEIS
HABITATE IN TERRA ET SERUITE
REGI BABYLONIS
ET BENE ERIT UOBIS
ECCE EGO HABITO IN MASPHAT
UT RESPONDEAM PRAECEPTO
CHALDAEORUM QUI MIT
TUNTUR AD NOS
UOS AUTEM COLLIGITE UINDEMIA̅

ET MESSEM ET OLEUM
ET CONDITE IN VASIS VESTRIS
ET MANETE IN URBIBUS VESTRIS
QUAS TENETIS
SED ET OMNES IUDAEI QUI ERANT
IN MOAB ET IN FILIIS AMMON
ET IN IDUMAEA ET IN UNIVERSIS
REGIONIBUS
AUDITO QUOD DEDISSET REX
BABYLONIS RELIQUIAS
IN IUDAEAM
ET QUOD PRAEPOSUISSET
SUPER EOS GODOLIAM FILIUM
AHICAM FILII SAPHAN
REVERSI SUNT INQUAM
OMNES IUDAEI DE UNIVERSIS
LOCIS AD QUAE PROFUGERANT
ET VENERUNT IN TERRAM IUDA
AD GODOLIAM IN MASPHAT
ET COLLEGERUNT VINUM
ET MESSEM MULTAM NIMIS
CXXXIII IOHANAN AUTEM FILIUS CAREE
ET OMNES PRINCIPES
EXERCITUS QUI DISPERSI
ERANT IN REGIONIBUS
VENERUNT AD GODOLIAM
IN MASPHAT ET DIXERUNT EI
SCITO QUIA BAALIS REX
FILIORUM AMMON
MISIT ISMAHEL FILIUM
NATHANIAE PERCUTERE
ANIMAM TUAM
ET NON CREDIDIT EIS GODOLIAS
FILIUS AHICAM
IOHANAN VERO FILIUS CAREE
DIXIT AD GODOLIAM SEORSŪ
IN MASPHA LOQUENS
IBO ET PERCUTIAM ISMAHEL
FILIUM NATHANIAE
NULLO SCIENTE
NE INTERFICIAT ANIMAM TUAM
ET DISSIPENTUR OMNES IUDAEI
QUI CONGREGATI SUNT AD TE
ET PERIBUNT RELIQUIAE IUDA
ET AIT GODOLIAS FILIUS AHICAM
AD IOHANAN FILIUM CAREE
NOLI FACERE VERBUM HOC
FALSUM ENIM TU LOQUERIS
DE ISMAHEL
XLI ET FACTUM EST IN MENSE
SEPTIMO
VENIT ISMAHEL FILIUS NATHANIAE
FILII AELISAMA DE SEMINE
REGALI
ET OPTIMATES REGIS
ET DECEM VIRI CUM EO
AD GODOLIAM FILIUM AHICAM
IN MASPHAT
ET COMEDERUNT IBI PANES
SIMUL IN MASPHAT
SURREXIT AUTEM ISMAHEL
FILIUS NATHANIAE ET DECEM
VIRI QUI ERANT CUM EO
ET PERCUSSERUNT GODOLIAM
FILIUM AHICAM
FILII SAPHAN GLADIO
ET INTERFECERUNT EUM
QUEM PRAEFECERAT REX
BABYLONIS TERRAE
OMNES QUOQ· IUDAEOS QUI ERANT
CUM GODOLIAM IN MASPHAT
ET CHALDAEOS QUI REPERTI
SUNT IBI
ET VIROS BELLATORES
PERCUSSIT ISMAHEL
SECUNDO AUTEM DIE POSTQUAM
OCCIDERAT GODOLIAM
NULLO ADHUC SCIENTE
VENERUNT VIRI DE SYCHEM
ET DE SELO ET DE SAMARIA
OCTOGINTA VIRI RASI BARBAM
ET SCISSIS VESTIBUS
ET SQUALENTES
MUNERA ET THUS HABEBANT
IN MANU UT OFFERRENT
IN DOMO DNI
EGRESSUS ERGO ISMAHEL
FILIUS NATHANIAE IN OCCURSŪ

EORUM DE MASPHAT
INCEDENS ET PLORANS IBAT
CUM AUTEM OCCURRISSET
DIXIT AD EOS
UENITE AD GODOLIAM
FILIUM AHICHAM
QUI CUM UENISSENT AD MEDIŪ
CIUITATIS
INTERFECIT EOS ISMAHEL
FILIUS NATHANIAE
CIRCA MEDIUM LACI
IPSE ET UIRI QUI ERANT CUM EO
DECEM AUTEM UIRI REPERTI
SUNT INTER EOS QUI DIXERUNT
AD ISMAHEL
NOLI OCCIDERE NOS QUIA HABE
MUS THESAUROS IN AGRO
FRUMENTI ET HORDEI ET OLEI
ET MELLIS
ET CESSAUIT ET NON INTERFECIT
EOS CUM FRATRIB· SUIS
LACUS AUTEM IN QUEM
PROIECERAT ISMAHEL
OMNIA CADAUERA UIRORUM
QUOS PERCUSSIT PROPTER
GODOLIAM
IPSE EST QUEM FECIT REX ASA
PROPTER BAASA REGEM ISRL
IPSUM REPLEBIT ISMAHEL
FILIUS NATHANIAE OCCISIS
ET CAPTIUAS DUXIT ISMAHEL
OMNES RELIQUIAS POPULI
QUI ERANT IN MASPHAT
FILIAS REGIS ET UNIUERSUM
POPULUM QUI REMANSERAT
IN MASPHAT
QUOS COMMENDARAT NABUZA
RADAN PRINCEPS MILITIAE
GODOLIAE FILIO AHICHAM
ET CEPIT EOS ISMAHEL
FILIUS NATHANIAE
ET ABIIT UT TRANSIRET
AD FILIOS AMMON
AUDIUIT AUTEM IOHANAN

FILIUS CAREE
ET OMNES PRINCIPES BELLATORŪ
QUI ERANT CUM EO
OMNE MALUM QUOD FECERAT
ISMAHEL FILIUS NATHANIAE
ET ADSUMPTIS UNIUERSIS
UIRIS PROFECTI SUNT
UT BELLARENT ADUERSUM
ISMAHEL FILIUM NATHANIAE
ET INUENERUNT EUM AD AQUAS
MULTAS QUAE SUNT IN GABAO
CUMQ· UIDISSET OMNIS POPULUS
QUI ERAT CUM ISMAHEL
IOHANAN FILIUM CAREE
ET UNIUERSOS PRINCIPES
BELLATORUM QUI ERANT
CUM EO LAETATI SUNT
ET REUERSUS EST OMNIS POPU
LUS QUEM CEPERAT
ISMAHEL IN MASPHAT
REUERSUSQ· ABIIT AD IOHANAN
FILIUM CAREE
ISMAHEL AUTEM FILIUS NATHA
NIAE FUGIT CUM OCTO UIRIS
A FACIE IOHANAN ET ABIIT
AD FILIOS AMMON
TULIT ERGO IOHANAN FILIUS CAREE
ET OMNES PRINCIPES BELLATO
RUM QUI ERANT CUM EO
UNIUERSAS RELIQUIAS UULGI
QUAS REDUXERAT AB ISMAHELE
FILIO NATHANIAE DE MASPHAT
POSTQUAM PERCUSSIT GODOLIĀ
FILIUM AHICHAM
FORTES UIROS AD PROELIUM
ET MULIERES ET PUEROS
ET EUNUCHOS QUOS
REDUXERAT DE GABAON
ET ABIERUNT ET SEDERUNT
PEREGRINANTES IN CHAMAA
QUAE EST IUXTA BETHEL
UT PERGERENT ET INTROIRENT
AEGYPTUM A FACIE
CHALDAEORUM

TIMEBANT ENIM EOS QUIA PERCUSSERAT ISMAHEL FILIUS
NATHANIAE GODOLIAM
FILIUM AHICHAM
QUEM PRAEPOSUERAT REX
BABYLONIS IN TERRA IUDA

CLXXX XLII ET ACCESSERUNT OMNES
PRINCIPES BELLATORUM
ET IOHANAN FILIUS CAREE
ET IECHONIAS FILIUS OSAIAE
ET RELIQUUM UULGUS
A PARUO USQ· AD MAGNUM
DIXERUNTQ· AD HIEREMIAM
PROPHETAM
CADAT ORATIO NOSTRA
IN CONSPECTU TUO
ET ORA PRO NOBIS AD DNM
DM TUUM PRO UNIUERSIS
RELIQUIIS ISTIS
QUIA DERELICTI SUMUS
PAUCI DE PLURIBUS
SICUT OCULI TUI NOS INTUENTUR
ET ADNUNTIET NOBIS DNS DS TUUS
UIAM PER QUAM PERGAMUS
ET UERBUM QUOD FACIAMUS
DIXIT AUTEM AD EOS HIEREMIAS
PROPHETA AUDIUI
ECCE EGO ORO AD DNM DM
UESTRUM SECUNDUM
UERBA UESTRA
ET OMNE UERBUM QUODCUMQ·
RESPONDERIT MIHI
INDICABO UOBIS
NEC CELABO UOS QUICQUAM
ET ILLI DIXERUNT AD HIEREMIAM
SIT DNS INTER NOS TESTIS
UERITATIS ET FIDEI
SI NON IUXTA OMNE UERBUM
IN QUO MISERIT TE DNS
DS TUUS AD NOS SIC FACIEMUS
SIUE BONUM SIUE MALUM EST
UOCI DNI DI NOSTRI AD QUEM
MITTIMUS TE OBOEDIEMUS
UT BENE SIT NOBIS CUM
AUDIERIMUS UOCEM
DNI DI NOSTRI decem dies
CUM AUTEM COMPLETI ESSENT
FACTUM EST UERBUM DNI
AD HIEREMIAM
UOCAUITQ· IOHANAN FILIUM CAREE
ET OMNES PRINCIPES BELLATORUM
QUI ERANT CUM EO
ET UNIUERSUM POPULUM
A MINIMO USQ· AD MAGNUM
ET DIXIT AD EOS HAEC DICIT DNS
DS ISRAHEL
AD QUEM MISISTIS ME
UT PROSTERNEREM PRECES
UESTRAS IN CONSPECTU EIUS
SI QUIESCENTES MANSERITIS
IN TERRA HAC
AEDIFICABO UOS ET NON DESTRUAM
PLANTABO ET NON EUELLAM
IAM ENIM PLACATUS SUM
SUPER MALO QUOD FECI UOBIS
NOLITE TIMERE A FACIE
REGIS BABYLONIS
QUEM UOS PAUIDI FORMIDATIS
NOLITE EUM METUERE
DICIT DNS
QUIA UOBISCUM SUM EGO
UT SALUOS FACIAM UOS
ET ERUAM DE MANU EIUS
ET DABO UOBIS MISERICORDIAM
ET MISERABOR UESTRI
ET HABITARE UOS FACIAM
IN TERRAM UESTRAM
SI AUTEM DIXERITIS UOS
NON HABITABIMUS
IN TERRA ISTA
NEC AUDIEMUS UOCEM DNI DI
NOSTRI DICENTES
NEQUAQUAM SED AD TERRAM
AEGYPTI PERGEMUS
UBI NON UIDEBIMUS BELLUM
ET CLANGOREM TUBAE
NON AUDIEMUS
ET FAMEM NON SUSTINEBIMUS

ET IBI HABITABIMUS
PROPTER HOC NUNC AUDITE
VERBUM DNI RELIQUIAE IUDA
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
SI POSUERITIS FACIEM VESTRAM
UT INGREDIAMINI AEGYPTUM
ET INTRAVERITIS UT IBI HABITETIS
GLADIUM QUEM VOS FORMI
DATIS IBI CONPREHENDET VOS
IN TERRA AEGYPTI
ET FAMES PRO QUA ESTIS
SOLLICITI ADHEREBIT VOBIS
IN AEGYPTO
ET IBI MORIEMINI
OMNESQUE VIRI QUI POSUERINT
FACIEM SUAM
UT INGREDIANTUR IN AEGYPTUM
ET HABITENT IBI
MORIENTUR GLADIO ET FAME
ET PESTE
NULLUS DE EIS REMANEBIT
NEC EFFUGIET A FACIE MALI
QUOD EGO ADFERAM SUPER EOS
QUIA HAEC DICIT DNS EXERCI
TUUM DS ISRAHEL
SICUT CONFLATUS EST FUROR
MEUS ET INDIGNATIO MEA
SUPER HABITATORES
HIERUSALEM
SIC CONFLABITUR INDIGNATIO
MEA SUPER VOS CUM IN
GRESSI FUERITIS AEGYPTUM
ET ERITIS IN IUSIURANDUM
ET IN STUPOREM
ET IN MALEDICTIONEM
ET IN OPPROBRIUM
ET NEQUAQUAM ULTRA
VIDEBITIS LOCUM ISTUM
VERBUM DNI SUPER VOS
RELIQUIAE IUDA
NOLITE INTRARE IN AEGYPTUM
SCIENTES SCIETIS QUIA OB
TESTATUS SUM HODIE

QUIA DECEPISTIS ANIMAS VESTRAS
VOS ENIM MISISTIS ME AD DNM
DM NOSTRUM DICENTES
ORA PRO NOBIS AD DNM
DM NOSTRUM
ET IUXTA OMNIA QUAECUMQUE
DIXERIT TIBI DNS DS NOSTER
SIC ADNUNTIA NOBIS ET FACIEMUS
ET ADNUNTIAVI VOBIS HODIE
ET NON AUDISTIS VOCEM DNI
DI VESTRI
SUPER UNIVERSIS PRO QUIBUS
MISIT ME AD VOS
NUNC ERGO SCIENTES SCIETIS
QUIA GLADIO ET PESTE
ET FAME MORIEMINI
IN LOCO AD QUEM VOLUISTIS
INTRARE UT HABITARETIS IBI
CXXXIII XLIII FACTUM EST AUTEM CUM
CONPLESSET HIEREMIAS
LOQUI AD POPULUM
UNIVERSOS SERMONES
DNI DI EORUM
PRO QUIB. MISERAT EUM
DNS DS EORUM AD ILLOS
OMNIA VERBA HAEC
ET DIXIT AZARIAS FILIUS OSAIAE
ET IOHANAN FILIUS CAREE
ET OMNES VIRI SUPERBI
DICENTES AD HIEREMIAM
MENDACIUM TU LOQUERIS
NON MISIT TE DNS DS NOSTER
DICENS
NE INGREDIAMINI IN AEGYPTUM
UT HABITETIS ILLUC
SED BARUCH FILIUS NERIAE
INCITAT TE ADVERSUM NOS
UT TRADAT NOS IN MANIBUS
CHALDAEORUM
ET UT INTERFICIAT NOS ET TRANS
DUCI FACIAT IN BABYLONEM
ET NON AUDIVIT IOHANAN
FILIUS CAREE
ET OMNES PRINCIPES BELLATO
RUM

ET UNIUERSUS POPULUS
UOCEM DNI
UT MANERET IN TERRA IUDA
SED TOLLENS IOHANAN
FILIUS CAREE
ET UNIUERSI PRINCIPES
BELLATORUM UNIUERSOS
RELIQUIARUM IUDA
QUI REUERSI FUERANT
DE CUNCTIS GENTIB· AD QUAS
FUERANT ANTE DISPERSI
UT HABITARENT IN TERRA IUDA
UIROS ET MULIERES
PARUULOS ET FILIAS REGIS
ET OMNEM ANIMAM QUAM
RELIQUERAT NABUZARADAN
PRINCEPS MILITIAE
CUM GODOLIA FILIO AHICHA(M)
FILII SAPHAN
ET HIEREMIAM PROPHETAM
ET BARUCH FILIUM NERIAE
ET INGRESSI SUNT IN TERRAM
AEGYPTI
QUIA NON OBOEDIERUNT
UOCI DNI
ET UENERUNT USQ· AD TAFNAS
ET FACTUS EST SERMO DNI
AD HIEREMIAM IN TAFNAS
DICENS
SUME IN MANU TUA
LAPIDES GRANDES
ET ABSCONDE EOS IN CRYPTA
QUAE EST SUB MURO LATERICIO
IN PORTA DOMUS PHARAONIS
IN TAFNIS
CERNENTIB· UIRIS IUDAEIS
ET DICES AD EOS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
ECCE EGO MITTAM ET ADSUMA(M)
NABUCHODONOSOR REGEM
BABYLONIS SERUUM MEUM
ET PONET THRONUM SUUM
SUPER LAPIDES ISTOS
QUOS ABSCONDI
ET STATUET SOLIUM SUUM
SUPER EOS
UENIENSQUE PERCUTIET
TERRAM AEGYPTI
QUOS IN MORTE IN MORTE
ET QUOS IN CAPTIUITATE
IN CAPTIUITATE
ET QUOS IN GLADIO IN GLADIO
ET SUCCENDET IGNEM IN DELUBRIS
DEORUM AEGYPTI
ET CONBURET EA ET CAPTI
UOS DUCET ILLOS
ET AMICIETUR TERRA
AEGYPTI SICUT AMICITUR
PASTOR PALLIO SUO
ET EGREDIETUR INDE IN PACE
ET CONTERET STATUAS DOMUS
SOLIS QUAE SUNT IN TERRA
AEGYPTI
ET DELUBRA DEORUM AEGYPTI
CONBURET IGNI
[x]xxiii UERBUM QUOD FACTUM EST
XLIIII AD HIEREMIAM
AD OMNES IUDAEOS QUI HABITA
BANT IN TERRA AEGYPTI
HABITANTES IN MAGDOLO
ET IN TAFNIS ET IN MEMFIS
ET IN TERRA PHATURES DICENS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
UOS UIDISTIS OMNE MALUM
ISTUD QUOD ADDUXI SUPER
HIERUSALEM ET SUPER
OMNES URBES IUDA
ET ECCE SUNT DESERTAE
HODIE ET NON EST IN EIS HABITATOR
PROPTER MALITIAM QUAM
FECERUNT UT ME AD IRACUN
DIAM PROUOCARENT
ET IRENT ET SACRIFICARENT
ET COLERENT DEOS ALIENOS
QUOS NESCIEBANT ET ILLI
ET UOS ET PATRES UESTRI

ET MISI AD UOS OMNES SERUOS
MEOS PROPHETAS
DE NOCTE EXSURGENS
MITTENSQ· ET DICENS
NOLITE FACERE UERBUM
ABOMINATIONIS HUIUS QUAM ODI
ET NON AUDIERUNT NEC INCLI
NAUERUNT AUREM SUAM
UT CONUERTERENTUR A MALIS
SUIS ET NON SACRIFICARENT
DIIS ALIENIS
ET CONFLATA EST INDIGNATIO
MEA ET FUROR MEUS
ET SUCCENSA EST IN CIUITA
TIB· IUDA ET IN PLATEIS
HIERUSALEM
ET UERSAE SUNT IN SOLITUDINE[M]
ET UASTITATEM SECUNDUM
DIEM HANC
ET NUNC HAEC DICIT DNS
EXERCITUUM DS ISRL
QUARE UOS FACITIS MALUM
GRANDE CONTRA ANIMAS
UESTRAS
UT INTEREAT EX UOBIS
UIR ET MULIER
PARUULUS ET LACTANS
DE MEDIO IUDAE
NEC RELINQUATUR UOBIS
QUICQUAM RESIDUUM
PROUOCANTES ME IN OPERIBUS
MANUUM UESTRARUM
SACRIFICANDO DIIS ALIENIS
IN TERRA AEGYPTI
IN QUAM INGRESSI ESTIS
UT HABITETIS IBI
ET DISPEREATIS ET SITIS
IN MALEDICTIONEM ET IN OP
PROBRIUM CUNCTIS
GENTIB· TERRAE
NUMQUID OBLITI ESTIS MALA
PATRUM UESTRORUM
ET MALA REGUM IUDA
ET MALA UXORUM EIUS

ET MALA UXORUM UESTRARUM
QUAE FECERUNT IN TERRA IUDA
ET IN REGIONIB· HIERUSALEM
NON SUNT MUNDATI USQUE
AD DIEM HANC
ET NON TIMUERUNT
ET NON AMBULAUERUNT
IN LEGE ET IN PRAECEPTIS MEIS
QUAE DEDI CORAM UOBIS
ET CORAM PATRIB· UESTRIS
IDEO HAEC DICIT DNS EXERCITUU[M]
DS ISRAHEL
ECCE EGO PONO FACIEM MEAM
IN UOBIS IN MALUM
ET DISPERDAM OMNEM IUDAM
ET ADSUMAM RELIQUIAS IUDAE
QUI POSUERUNT FACIES SUAS
UT INGREDERENTUR TERRA[M]
AEGYPTI ET HABITARENT IBI
ET CONSUMENTUR OMNES
IN TERRA AEGYPTI ET CADENT
IN GLADIO ET IN FAME
CONSUMENTUR
A MINIMO USQ· AD MAXIMUM
IN GLADIO ET IN FAME
MORIENTUR
ET ERUNT IN IUSIURANDUM
IN MIRACULUM ET IN MALE
DICTIONEM ET IN OPPROBRIU[M]
ET UISITABO HABITATORES
TERRAE AEGYPTI SICUT UISI
TAUI SUPER HIERUSALEM
IN GLADIO ET IN FAME ET IN PESTE
ET NON ERIT QUI EFFUGIAT
ET SIT RESIDUUS DE RELIQUIS
IUDAEORUM
QUI UADUNT UT PEREGRINEN
TUR IN TERRA AEGYPTI
ET REUERTANTUR IN TERRA[M] IUDA
AD QUAM IPSI ELEUANT
ANIMAS SUAS UT REUER
TANTUR ET HABITENT IBI
NON REUERTENTUR
NISI QUI FUGERINT

RESPONDERUNT AUTEM HIERE
MIAE OMNES UIRI
SCIENTES QUOD SACRIFICARENT
UXORES EORUM DIIS ALIENIS
ET UNIUERSAE MULIERES
QUARUM STABAT
MULTITUDO GRANDIS
ET OMNIS POPULUS HABITANTIŪ
IN TERRA AEGYPTI
IN PHATURES DICENS
SERMONEM QUEM LOCUTUS
ES AD NOS IN NOMINE DNI
NON AUDIEMUS EX TE
SED FACIENTES FACIEMUS
OMNE UERBUM
QUOD EGREDIETUR DE ORE
NOSTRO
UT SACRIFICEMUS REGINAE
CAELI ET LIBEMUS EI
LIBAMINA
SICUT FECIMUS NOS
ET PATRES NOSTRI
REGES NOSTRI ET PRINCIPES
NOSTRI IN URBIBUS IUDA
ET IN PLATEIS HIERUSALEM
ET SATURATI SUMUS PANIBUS·
ET BENE NOBIS ERAT
MALUMQ· NON UIDIMUS
EX EO AUTEM QUO CESSABIMUS
SACRIFICARE REGINAE CAELI
ET LIBARE EI LIBAMINA
INDIGEMUS OMNIBUS
GLADIO ET FAME CONSUMPTI SUMUS
QUOD SI NOS SACRIFICAMUS
REGINAE CAELI ET LIBAMUS
EI LIBAMINA
NUMQUID SINE UIRIS NOSTRIS
FACIMUS EI PLACENTAS
AD COLENDAM EAM
ET LIBA LIBANDI
ET DIXIT HIEREMIAS
AD OMNEM POPULUM
AD UERSUM UIROS ET ADUERSŪ
MULIERES ET ADUERSUM
UNIUERSAM PLEBEM
QUI RESPONDERANT EI
UERBUM DICENS
NUMQUID NON SACRIFICIUM
QUOD SACRIFICATIS
IN CIUITATIBUS IUDA
ET IN PLATEIS HIERUSALEM
UOS ET PATRES UESTRI
REGES UESTRI ET PRINCIPES
UESTRI ET POPULUS TERRAE
HORUM RECORDATUS EST DNS
ET ASCENDIT SUPER COR EIUS
ET NON POTERAT DS ULTRA
PORTARE MALITIAM
STUDIORUM UESTRORUM
ET PROPTER ABOMINATIONES
QUAS FECISTIS
ET FACTA EST TERRA UESTRA
IN DESOLATIONEM ET IN STU
POREM ET IN MALEDICTUM
EO QUOD NON SIT HABITATOR
SICUT DIES HAEC
PROPTER EA QUOD SACRIFICA
RETIS IDOLIS ET PECCA
UERITIS DNO
ET NON AUDIERITIS UOCEM DNI
ET IN LEGE ET IN PRAECEPTIS
ET IN TESTIMONIIS EIUS
NON AMBULAUERITIS
IDCIRCO EUENERUNT UOBIS
MALA HAEC SICUT ET DIE HAC
DIXIT AUTEM HIEREMIAS
AD OMNEM POPULUM
ET AD UNIUERSAS MULIERES
AUDITE UERBUM DNI OMNIS
IUDA QUI ESTIS IN TERRA
AEGYPTI
HAEC INQUIT DNS EXERCITUŪ
DS ISRAHEL DICENS
UOS ET UXORES UESTRAE
LOCUTI ESTIS ORE UESTRO
ET MANIB· INPLESTIS DICENTES
FACIAMUS UOTA NOSTRA
QUAE UOUIMUS

UT SACRIFICEMUS REGINAE CAELI
ET LIBEMUS LIBAMINA
IMPLESTIS UOTA UESTRA
ET OPERE PERPETRASTIS EA
IDEO AUDITE UERBUM DNI
OMNIS IUDA QUI HABITATIS
IN TERRA AEGYPTI
ECCE EGO IURAUI DICIT DNS
IN NOMINE MEO MAGNO AIT DNS
QUIA NEQUAQUAM ULTRA
NOMEN MEUM —
— UOCABITUR EX ORE OMNIS UIRI
IUDAEI DICENTIS
UIUIT DNS DS IN OMNI TERRA
AEGYPTI
ECCE EGO UIGILABO SUPER EOS
IN MALUM ET NON IN BONUM
ET CONSUMENTUR OMNES UIRI
IUDA QUI SUNT IN TERRA AEGYPTI
GLADIO ET FAME DONEC
PENITUS CONSUMANTUR
ET QUI FUGERINT GLADIUM
REUERTENTUR DE TERRA
AEGYPTI IN TERRAM
IUDA UIRI PAUCI
ET SCIENT OMNES RELIQUIAE
IUDAE INGREDIENTIUM
TERRA AEGYPTI
UT HABITENT IBI
CUIUS SERMO CONPLEATUR
MEUS AN ILLORUM
ET HOC UOBIS SIGNUM AIT DNS
QUOD UISITEM EGO SUPER UOS
IN LOCO ISTO
UT SCIATIS QUIA UERE
CONPLEBUNTUR SERMONES
MEI CONTRA UOS IN MALUM
HAEC DICIT DNS
ECCE EGO TRADAM PHARAONEM
EFREE REGEM AEGYPTI
IN MANU INIMICORUM EIUS
ET IN MANU QUAERENTIUM
ANIMAM ILLIUS
SICUT TRADIDI SEDECHIAM
REGEM IUDA
IN MANU NABUCHODONOSOR
REGIS BABYLONIS INIMICI SUI
ET QUAERENTIS ANIMAM EIUS
CXXX IIII XLV UERBUM QUOD LOCUTUS EST
HIEREMIAS PROPHETA
AD BARUCH FILIUM NERI
CUM SCRIPSISSET UERBA HAEC
IN LIBRO DE ORE HIEREMIAE
ANNO QUARTO IOACHIM
FILII IOSIAE REGIS IUDA DICENS
HAEC DICIT DNS DS ISRL
AD TE BARUCH
DIXISTI UAE MISERO MIHI
QUONIAM ADDIDIT DNS
DOLOREM DOLORI MEO
LABORAUI IN GEMITU MEO
ET REQUIEM NON INUENI
HAEC DICES AD EUM
SIC DICIT DNS
ECCE QUOS AEDIFICAUI
EGO DESTRUAM
ET QUOS PLANTAUI EGO EUELLO
ET UNIUERSAM TERRAM
HANC
ET TU QUAERES TIBI GRANDIA
NOLI QUAERERE
QUIA ECCE EGO ADDUCAM
MALUM SUPER OMNEM
CARNEM AIT DNS
ET DABO TIBI ANIMAM TUAM
IN SALUTEM
IN OMNIB· LOCIS AD QUAE
CUMQ· PERREXERIS
CXXX IIII XLVI QUOD FACTUM EST UERBUM
DNI AD HIEREMIAM
PROPHETAM CONTRA
GENTES AD AEGYPTUM
ADUERSUS EXERCITUM
PHARAONIS NECHAO
REGIS AEGYPTI
QUI ERAT IUXTA FLUUIUM
EUFRATEN IN CHARCHAMIS
QUEM PERCUSSIT NABUCHO

DONOSOR REX BABYLONIS
IN QUARTO ANNO IOACHIM
FILII IOSIAE REGIS IUDA
PRAEPARATE SCUTUM
ET CLYPEUM ET PROCEDITE
AD BELLUM
IUNGITE EQUOS ET ASCENDITE
EQUITES
STATE IN GALEIS POLITE
LANCEAS INDUITE UOS
LORICIS
QUID IGITUR UIDI
IPSOS PAUIDOS ET TERGA
UERTENTES
FORTES EORUM CAESOS
FUGERUNT CONCITI
NEC RESPEXERUNT
TERROR UNDIQUE AIT DNS
NON FUGIAT UELOX NEC
SALUARI SE PUTET FORTIS
AD AQUILONEM IUXTA
FLUMEN EUPHRATEN
UICTI SUNT ET RUERUNT
QUIS EST ISTE QUI QUASI
FLUMEN ASCENDIT
ET UELUTI FLUUIORUM
INTUMESCUNT GURGITES
EIUS
AEGYPTUS FLUMINIS
INSTAR ASCENDET
ET UELUT FLUMINA MOUEN
TUR FLUCTUS EIUS
ET DICET ASCENDENS
OPERIAM TERRAM
PERDAM CIUITATEM
ET HABITATORES EIUS
ASCENDITE EQUOS ET EX
ULTATE IN CURRIBUS
ET PROCEDANT FORTES
AETHYOPIA ET LYBIES
TENENTES SCUTUM
ET LYDII ARRIPIENTES
ET IACIENTES SAGITTAS
DIES AUTEM ILLE DNI DI
EXERCITUUM DIES ULTIONIS
UT SUMAT UINDICTAM
DE INIMICIS SUIS
DEUORAUIT GLADIUS
ET SATURABITUR ET INEBRI
ABITUR SANGUINE EORUM
UICTIMA ENIM DNI EXERCITUU
IN TERRA AQUILONIS
IUXTA FLUMEN
EUFRATEN
ASCENDE IN GALAAD
ET TOLLE RESINAM
UIRGO FILIA AEGYPTI
FRUSTRA MULTIPLICAS
MEDICAMINA SANITAS
NON ERIT TIBI
AUDIERUNT GENTES
IGNOMINIAM TUAM
ET ULULATUS TUUS
REPLEBIT TERRAM
QUIA FORTIS IMPEGIT
IN FORTEM
AMBO PARITER CONCIDERUNT
CXL VERBUM QUOD LOCUTUS
EST DNS AD HIEREMIAM
PROPHETAM
SUPER EO QUOD UENTURUS
ESSET NABUCHODONOSOR
REX BABYLONIS
ET PERCUSSURUS TERRAM
AEGYPTI
ADNUNTIATE AEGYPTO
ET AUDITUM FACITE
MAGDOLO
UT RESONET IN MEMPHIS
ET IN TAFNIS DICITE
STA ET PRAEPARATE
QUIA DEUORAUIT GLADIUS
EA QUAE PER CIRCUITUM TUUM
SUNT
QUARE CONPUTRUIT
FORTIS TUUS
NON STETIT QUONIAM DNS
SUBUERTIT EUM

MULTIPLICATI SUNT RUENTES
CECIDITQUE VIR AD PROXIMUM SUUM
ET DICET SURGE ET REVERTAMUR AD POPULUM NOSTRUM
ET AD TERRAM NATIVITATIS NOSTRAE A FACIE GLADII COLUMBAE
VOCATE NOMEN PHARAO REGIS AEGYPTI
TUMULTUM ADDUXIT TEMPUS
VIVO EGO INQUIT REX
DNS EXERCITUUM NOMEN EIUS
QUONIAM SICUT THABOR IN MONTIBUS
ET SICUT CARMELUS IN MARI VENIET
VASA TRANSMIGRATIONIS FAC TIBI HABITATRIX
FILIA AEGYPTI
QUIA MEMPHIS IN SOLITUDINĒ ERIT ET DESERETUR
INHABITABILIS
VITULA ELEGANS ATQUE FORMONSA AEGYPTUS
STIMULATOR AB AQUILONE VENIET EI
MERCENNARII QUOQ· EIUS QUI VERSABANTUR IN MEDIO EIUS
QUASI VITULI SAGINATI
VERSI SUNT ET FUGERUNT SIMUL NEC STARE POTUERUNT
QUIA DIES INTERFECTIONIS EORŪ VENIT SUPER EOS
TEMPUS VISITATIONIS EORUM
VOX EIUS QUASI AERIS SONAVIT
QUONIAM CUM EXERCITU PROPERABUNT
ET CUM SECURIB· VENIENT EI
QUASI LIGNA CAEDENTES
SUCCIDERUNT SALTUM EIUS
AIT DNS QUI SUPPUTARI NON POTEST
MULTIPLICATI SUNT SUPER LUCUSTAS ET NON EST EIS NUMERUS
CONFUSA EST FILIA AEGYPTI
ET TRADITA IN MANU POPULI AQUILONIS
CXLI DIXIT DNS EXERCITUUM DS ISRAHEL
ECCE EGO VISITABO SUPER TUMULTUM ALEXANDRIAE
ET SUPER PHARAO
ET SUPER AEGYPTUM
ET SUPER DEOS EIUS
ET SUPER REGES EIUS
ET SUPER PHARAO ET SUPER EOS QUI CONFIDUNT IN EO
ET DABO EOS IN MANU QUAERENTIŪ ANIMAM EORUM
ET IN MANU NABUCHODONOSOR REGIS BABYLONIS
ET IN MANU SERVORUM EIUS
ET POST HAEC HABITABITUR SICUT DIEBUS PRISTINIS
AIT DNS
ET TU NE TIMEAS SERVE MEUS IACOB ET NE PAVEAS ISRL
QUIA ECCE EGO SALVUM TE FACIAM DE LONGINQUO
ET SEMEN TUUM DE TERRA CAPTIVITATIS SUAE
ET REVERTETUR IACOB ET REQUIESCET
ET PROSPERABITUR ET NON ERIT QUI EXTERREAT EUM
ET TU NOLI TIMERE SERVE MEUS IACOB AIT DNS QUIA EGO TECUM SUM
QUIA CONSUMMAM EGO CUNCTAS GENTES AD QUAS EIECI TE
TE VERO NON CONSUMMAM
SED CASTIGABO TE IN IUDICIO
NEC QUASI INNOCENTI PARCAM TIBI
CXLII XLVII QUOD FACTUM EST VERBUM DNI AD HIEREMIAM PROPHETĀ

†

CONTRA PALESTINOS ANTEQUAM
PERCUTERET PHARAO GAZAM
HAEC DICIT DNS
ECCE AQUAE ASCENDUNT
AB AQUILONE
ET ERUNT QUASI TORRENS
INUNDANS
ET OPERIENT TERRAM
ET PLENITUDINEM EIUS
URBEM ET HABITATORES EIUS
CLAMABUNT HOMINES
ET ULULABUNT OMNES
HABITATORES TERRAE
A STREPITU POMPAE ARMORUM
ET BELLATORUM EIUS
A COMMOTIONE
QUADRIGARUM EIUS
ET MULTITUDINE ROTARUM ILLIUS
NON RESPEXERUNT PATRES
FILIOS MANIB· DISSOLUTIS
PRO ADUENTU DIEI
IN QUO UASTABUNTUR OMNES
PHILISTHIIM
ET DISSIPABITUR TYRUS ET SIDON
CUM OMNIBUS RELIQUIS
AUXILIIS SUIS
DEPOPULATUS EST ENIM DNS
PALESTINOS
RELIQUIAS INSULAE
CAPPADOCIAE
UENIT CALUITIUM SUPER GAZAM
CONTICUIT ASCALON
ET RELIQUIAE UALLIS EARUM
USQUE QUO CONCIDERIS
O MUCRO DNI USQ· QUO
NON QUIESCIS
INGREDERE IN UAGINAM TUAM
REFRIGERARE ET SILE
QUOMODO QUIESCET
CUM DNS PRAECEPERIT EI
ADUERSUS ASCALONEM
ET ADUERSUS MARITIMAS EIUS
REGIONES IBIQUE
CONDIXERIT ILLI

cxliii AD MOAB HAEC DICIT DNS
xlviii EXERCITUUM DS ISRL
UAE SUPER NABO QUONIAM
UASTATA EST ET CONFUSA
CAPTA EST CARIATHIARIM
CONFUSA EST FORTIS
ET TREMUIT
NON EST ULTRA EXULTATIO
IN MOAB
CONTRA ESEBON COGITA
UERUNT MALUM
UENITE ET DISPERDAMUS
EAM DE GENTE
ERGO SILENS CONTICESCES
SEQUETURQ· TE GLADIUS
UOX CLAMORIS DE ORONAIM
UASTITAS ET CONTRITIO MAGNA
CONTRITA EST MOAB
ADNUNTIATE CLAMOREM
PARUULIS EIUS
PER ASCENSUM ENIM LUITH
PLORANS ASCENDET
ASCENDET IN FLETU
QUONIAM IN DESCENSU
ORONAIM HOSTES ULULATUM
CONTRITIONIS AUDIERUNT
FUGITE SALUATE ANIMAS
UESTRAS
ET ERITIS QUASI MYRICAE
IN DESERTO
PRO EO ENIM QUOD HABUISTI
FIDUCIAM IN MUNITIONIBUS
TUIS ET IN THESAURIS TUIS
TU QUOQ· CAPIERIS
ET IBIT CHAMOS IN TRANS
MIGRATIONEM
SACERDOTES EIUS ET PRINCI
PES EIUS SIMUL
ET UENIET PRAEDO
AD OMNEM URBEM
ET URBS NULLA SALUABITUR
ET PERIBIT UALLIS ET DISSI
PABUNTUR CAMPESTRIA
QUONIAM DIXIT DNS

date florem moab quia
florens egredietur
et civitates eius desertae
erunt et inhabitabiles
cclxiiii Maledictus qui facit opus
dni fraudulenter
et maledictus qui prohibet
gladium suum a sanguine
fertilis fuit moab
ab adulescentia sua
et requievit in faecib· suis
nec transfusus est
de vase in vas
et in transmigrationem
non abiit
idcirco permansit
gustus eius in eo
et odor eius non est inmutatus
Propterea ecce dies veniunt
dicit dns
et mittam ei ordinatores
et stratores laguncularum
et sternent eum
et vasa eius exhaurient
et lagoenas eorum conlident
et confundetur moab
a chamos
sicut confusa est domus
isrl a bethel in qua
habebat fiduciam
quomodo dicitis fortes sumus
et viri robusti ad proeliandu
vastata est moab et civitates
illius ascenderunt
et electi iuvenes eius descen
derunt in occisionem
ait rex dns exercituum
nomen ei
cclxv Prope est interitus moab
ut veniat
et malum eius velociter
adcurret nimis
consolamini eum omnes
qui estis in circuitu eius
et universi qui scitis
nomen eius
Dicite quomodo confracta
est virga fortis
baculus gloriosus
descende de gloria et sede
in siti habitatio filiae dibon
quoniam vastator moab
ascendet ad te dissipavit
munitiones tuas
in via sta et prospice
habitatio aroer
interroga fugientem et eum
qui evasit dic quid accidit
confusus est moab
quoniam victus est
ululate et clamate
adnuntiate in arnon
quoniam vastata est moab
et iudicium venit ad terram
campestrem
super elon et super iasa
et super mephat
et super dibon et super nabo
et super domum
deblathaim
et super cariathaim
et super bethgamul
et super bethmaon
et super carioth
et super bosra
et super omnes civitates
terrae moab
quae longe et quae prope sunt
abscisum est cornu moab
et brachium eius
contritum est ait dns
inebriate eum quoniam
contra dnm erectus est
et allidet manum moab
in vomitu suo
et erit in derisum etiam ipse
fuit enim in derisum tibi
israhel

quasi inter fures repperis
ses eum
propter verba ergo tua
quae adversum illum
locutus es captivus duceris
relinquite civitates
et habitate in petra
habitatores moab
estote quasi columba
nidificans in summo ore
foraminis
audivimus superbiam moab
superbus est valde
sublimitatem eius
et adrogantiam
et superbiam et altitudine̅
cordis illius
ego scio ait dn̄s iactantiam eius
et quod non sit iuxta eam
virtus eius
nec iuxta quod poterat
conata sit facere
ideo super moab heiulabo
et ad moab universam
clamabo ad viros muri
fictilis lamentantes
de planctu iazer plorabo
tibi vinea sobema
propagines tuae
transierunt mare
usque ad mare iazer
pervenerunt
super messem tuam
et vindemiam tuam
praedo inruit
ablata est laetitia et exul
tatio de carmelo
et de terra moab
et vinum de torcularibus
sustuli
nequaquam calcator uvae
solitum celeuma cantabit
de clamore esebon
usque eleale
et iesa dederunt vocem suam
a segor usque ad oronaim
vitula conternante
aquae quoq· nemrim
pessimae erunt
et auferam de moab ait dn̄s
offerentem in excelsis
et sacrificantem diis eius
propterea cor meum
ad moab quasi tibiae resonabit
et cor meum ad viros muri
fictilis dabit sonitum
tibiarum
quia plus fecit quam potuit
idcirco perierunt
omne enim caput calvitium
et omnis barba rasa erit
in cunctis manib· conligatio
et super omne dorsum
cilicium
super omnia tecta moab
et in plateis eius
omnis planctus
quia contrivi moab sicut
vas inutile ait dn̄s
quomodo victa est
et ululaverunt
quomodo deiecit
cervicem moab et confusus est
eritq· moab in derisu
et in exemplum omnibus
in circuitu suo
haec dicit dn̄s
ecce quasi aquila volavit
et extendet alas suas ad moab
capta est carioth
et munitiones conpre
hensae sunt
et erit cor fortium moab
in die illa sicut cor mulieris
parturientis
et cessabit moab esse populus
quoniam contra dnm̄
gloriatus est

pavor et fovea et laqueus
super te
o habitator Moab ait dns
qui fugiet a facie pavoris
cadet in foveam
et qui conscenderit de fovea
capietur laqueo
adducam enim super Moab
annum visitationis eorum
dicit dns
in umbra Esebon steterunt
de laqueo fugientes
quia ignis egressus est
de Esebon et flamma
de medio Seon
et devoravit partem Moab
et verticem filiorum
tumultus
vae tibi Moab peristi popule
Chamos
quia conprehensi sunt
filii tui et filiae tuae
in captivitate
et convertam captivitatē
Moab in novissimis diebus
ait dns
hucusque iudicium Moab
cxlvi
ad filios Ammon
XLIX
haec dicit dns
numquid filii non sunt isrl
aut heres non est ei
cur igitur hereditatem
possedit Melchom Gad
et populus eius in urbibus
eius habitabit
ideo ecce dies veniunt
dicit dns
et auditum faciam super
Rabbath filiorum Ammon
fremitum proelii
et erit in tumultum dissipata
filiaeq· eius igni succendentur
et possidebit isrl possesso
res suos dicit dns

ululate Esebon quoniam
vastata est Ahi
clamate filiae Rabbath
accingite vos ciliciis
plangite et circuite
per saepes
quia Melchom in trans
migrationem ducetur
sacerdotes eius et princi
pes eius simul
quid gloriaris in vallibus
defluxit vallis tua
filia delicata
quae confidebas in thesauris
tuis et dicebas
quis veniet ad me
ecce ego inducam super te
terrorem ait dns ds
exercituum ab omnibus
qui sunt in circuitu tuo
et dispergimini singuli
a conspectu vestro
nec erit qui congreget
fugientem
et post haec reverti faciā
captivos filiorum
Ammon ait dns
cxlvii
ad Idumaeam
haec dicit dns exercituum
numquid non est ultra
sapientia in Theman
periit consilium a filiis
inutilis facta est
sapientia eorum
fugite et terga vertite
descendite in voragine
habitatores Dedan
quoniam perditionem
Esau adduxi super eos
tempus visitationis eius
si vindemiatores venissent
super te non reliquis
sent racemum
si fures in nocte rapuissent

QUOD SUFFICERET SIBI
EGO UERO DISCOPERUI ESAU
REUELAUI ABSCONDITA EIUS
ET CELARI NON POTERIT
UASTATUM EST SEMEN EIUS
ET FRATRES EIUS ET UICINI
EIUS ET NON ERIT
CXLIIII RELINQUE PUPILLOS TUOS
ET EGO EOS FACIAM UIUERE
ET UIDUAE TUAE IN ME
SPERABUNT
QUIA HAEC DICIT DNS
ECCE QUIBUS NON ERAT IUDICIU̅
UT BIBERENT CALICEM
BIBENTES BIBENT
ET TU QUASI INNOCENS
RELINQUERIS
NON ERIS INNOCENS
SED BIBENS BIBES
QUIA PER MEMET IPSUM
IURAUI DICIT DNS
QUOD IN SOLITUDINE ET IN
OPPROBRIUM ET IN DESERTU̅
ET IN MALEDICTIONEM
ERIT BOSRA
ET OMNES CIUITATES EIUS
ERUNT IN SOLITUDINES
SEMPITERNAS
AUDITUM AUDIUI A DNO
ET LEGATUS AD GENTES
MISSUS EST
CONGREGAMINI ET UENITE
CONTRA EAM ET CON
SURGAMUS IN PROELIUM
ECCE ENIM PARUULUM
DEDI TE IN GENTIBUS
CONTEMPTIBILEM INTER
HOMINES
ADROGANTIA DECEPIT TE
ET SUPERBIA CORDIS TUI
QUI HABITAS IN CAUERNIS PETRAE
ET ADPREHENDERE NITERIS
ALTITUDINEM COLLIS
CUM EXALTAUERIS QUASI
AQUILA NIDUM TUUM INDE
DETRAHAM TE DICIT DNS
ET ERIT IDUMAEA DESERTA
OMNIS QUI TRANSIBIT PER EAM
STUPEBIT
ET SIBILABIT SUPER OMNES
PLAGAS EIUS
SICUT SUBUERSA EST SODOMA
ET GOMORRA ET UICINAE
EIUS AIT DNS
NON HABITABIT IBI UIR ET NON
INCOLET EAM FILIUS HOMINIS
ECCE QUASI LEO ASCENDET
DE SUPERBIA IORDANIS
AD PULCHRITUDINEM ROBUSTA̅
QUIA SUBITO CURRERE EUM
FACIAM AD ILLAM
ET QUIS ERIT ELECTUS
QUEM PRAEPONAM EI
QUIS ENIM SIMILIS MEI
ET QUIS SUSTINEBIT ME
ET QUIS EST ISTE PASTOR
QUI RESISTAT UULTUI MEO
PROPTEREA AUDITE CONSILIU̅
DNI QUOD INIIT DE EDOM
ET COGITATIONES EIUS
QUAS COGITAUIT DE HABITA
TORIBUS THEMAN
SI NON DEIECERINT EOS
PARUULI GREGIS
NISI DISSIPAUERINT CUM EIS
HABITACULUM EORUM
A UOCE RUINAE EORUM
COMMOTA EST TERRA
CLAMOR IN MARI RUBRO
AUDITUS EST UOCIS EIUS
ECCE QUASI AQUILA ASCENDET
ET EUOLABIT
ET EXPANDET ALAS SUAS
SUPER BOSRAM
ET ERIT COR FORTIUM
IDUMAEAE IN DIE ILLA
QUASI COR MULIERIS
PARTURIENTIS

CXLVIIII AD DAMASCHUM
CONFUSA EST EMATH
ET ARFAD QUIA AUDITUM
PESSIMUM AUDIERUNT
TURBATI SUNT IN MARI
SOLLICITUDINE QUIESCERE
NON POTUIT
DISSOLUTA EST DAMASCHUS
UERSA IN FUGAM TREMOR
ADPREHENDIT EAM
ANGUSTIA ET DOLORES
TENUERUNT EAM
QUASI PARTURIENTEM
QUOMODO DERELIQUERUNT
CIUITATEM LAUDABILEM
URBEM LAETITIAE
IDEO CADENT IUUENES EIUS
IN PLATEIS EIUS
ET OMNES UIRI PROELII
CONTICESCENT IN DIE ILLA
AIT DNS EXERCITUUM
ET SUCCENDAM IGNEM
IN MURO DAMASCI ET DEUO
RABIT MOENIA BENADAB
CL AD CEDAR ET AD REGNA ASOR
QUAE PERCUSSIT NABUCHO
DONOSOR REX BABYLONIS
HAEC DICIT DNS
SURGITE ET ASCENDITE
AD CEDAR ET UASTATE
FILIOS ORIENTIS
TABERNACULA EORUM
ET GREGES EORUM CAPIENT
PELLES EORUM ET OMNIA
UASA EORUM
ET CAMELLOS EORUM
TOLLENT SIBI
ET UOCABUNT SUPER EOS
FORMIDINEM IN CIRCUITU
FUGITE ABITE UEHEMENTER
IN UORAGINIBUS SEDETE
QUI HABITATIS ASOR AIT DNS
INIIT ENIM CONTRA UOS
NABUCHODONOSOR REX
BABYLONIS CONSILIUM
ET COGITAUIT ADUERSUM UOS
COGITATIONES
CONSURGITE ET ASCENDITE
AD GENTEM QUIETAM
ET HABITANTEM CONFIDEN
TER AIT DNS
NON OSTIA NON UECTES EI
SOLI HABITANT
ET ERUNT CAMELLI EORUM
IN DIREPTIONEM
ET MULTITUDO IUMENTORUM
IN PRAEDAM
ET DISPARGAM EOS IN OMNEM
UENTUM QUI SUNT
ADTONSI IN COMAM
ET EX OMNI CONFINIO EORUM
ADDUCAM INTERITUM
SUPER EOS AIT DNS
ET ERIT ASOR IN HABITACULUM
DRACONUM DESERTA
USQ· IN AETERNUM
NON MANEBIT IBI UIR NEC INCO
LET EAM FILIUS HOMINIS
CLI QUOD FACTUM EST UERBUM
DNI AD HIEREMIAM PROPHE
TAM ADUERSUS AELAM
IN PRINCIPIO REGNI SEDECHIAE
REGIS IUDA DICENS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
ECCE EGO CONFRINGAM
ARCUM AELAM SUMMAM
FORTITUDINEM EORUM
ET INDUCAM SUPER AELAM
QUATTUOR UENTOS
A QUATTUOR PLAGIS CAELI
ET UENTILABO EOS IN OMNES
UENTOS ISTOS
ET NON ERIT GENS AD QUAM
NON PERUENIANT
PROFUGI AELAM
ET PAUERE FACIAM AELAM
CORAM INIMICIS SUIS
ET IN CONSPECTU QUAERENTIUM

ANIMAM EORUM
ET ADDUCAM SUPER EOS
MALUM IRAM FURORIS MEI
DICIT DNS
ET EMITTAM POST EOS GLADIU
DONEC CONSUMAM EOS
ET PONAM SOLIUM MEUM
IN AELAM
ET PERDAM INDE REGES
ET PRINCIPES AIT DNS
IN NOVISSIMIS AUTEM DIEBUS
REVERTI FACIAM CAPTIVOS
AELAM DICIT DNS
eLII VERBUM QUOD LOCUTUS EST
L DNS DE BABYLONE ET DE
TERRA CHALDAEORUM
IN MANU HIEREMIAE PROPHETE
ADNUNTIATE IN GENTIBUS
ET AUDITUM FACITE
LEVATE SIGNUM PRAEDICATE
ET NOLITE CELARE
DICITE CAPTA EST BABYLON
CONFUSUS EST BEL
VICTUS EST MARODACH
CONFUSA SUNT SCULPTILIA
EIUS SUPERATA SUNT
IDOLA EORUM
QUONIAM ASCENDIT CONTRA EA
GENS AB AQUILONE
QUAE PONET TERRAM EIUS
IN SOLITUDINEM
ET NON ERIT QUI HABITET IN EA
AB HOMINE USQ· AD PECUS
ET MOTI SUNT ET ABIERUNT
IN DIEB· ILLIS ET IN TEMPORE
ILLO AIT DNS
VENIENT FILII ISRAHEL
IPSI ET FILII IUDA SIMUL
AMBULANTES ET FLENTES
PROPERABUNT
ET DNM DM SUUM QUAERENT
IN SION INTERROGABUNT VIAM
HUC FACIES EORUM VENIENT
ET ADPONENTUR AD DNM

FOEDERE SEMPITERNO
QUOD NULLA OBLIVIONE
DELEBITUR
GREX PERDITUS FACTUS EST
POPULUS MEUS
PASTORES EORUM SEDUXE
RUNT EOS FECERUNTQUE
VAGARI IN MONTIBUS
DE MONTE IN COLLE TRANSIERUNT
OBLITI SUNT CUBILIS SUI
OMNIS QUI INVENERUNT
COMEDERUNT EOS
ET HOSTES EORUM DIXERUNT
NON PECCAVIMUS
PRO EO QUOD PECCAVERUNT
DNO DECORI IUSTITIAE
ET EXPECTATIONI PATRUM
EORUM DNO
RECEDITE DE MEDIO BABYLONIS
ET DE TERRA CHALDAEORUM
EGREDIMINI
ET ESTOTE QUASI HAEDI ANTE
GREGES
QUONIAM ECCE EGO SUSCITO
ET ADDUCO IN BABYLONEM
CONGREGATIONEM GENTIUM
MAGNARUM DE TERRA
AQUILONIS
ET PRAEPARABUNTUR
ADVERSUM EUM ET INDE
CAPIETUR
SAGITTA EIUS QUASI VIRI FORTIS
INTERFECTORIS
NON REVERTETUR VACUA
ET ERIT CHALDAEA IN PRAEDA
OMNES VASTANTES EAM
REPLEBUNTUR AIT DNS
QUONIAM EXULTASTIS
ET MAGNA LOQUIMINI
DIRIPIENTES HEREDITATEM
MEAM
QUONIAM EFFUSI ESTIS SICUT
VITULI SUPER HERBAM
ET MUGISTIS SICUT TAURI CONFUSA

EST MATER UESTRA NIMIS
ET ADAEQUATA PULUERI
QUAE GENUIT UOS
ECCE NOUISSIMA ERIT IN GENTIB
DESERTA INUIA ET ARENS
AB IRA DNI NON HABITABITUR
SED REDIGETUR TOTA
IN SOLITUDINEM
OMNIS QUI TRANSIT PER
BABYLONEM STUPEBIT
ET SIBILABIT SUPER UNIUER
SIS PLAGIS EIUS
PRAEPARAMINI CONTRA BABY
LONEM PER CIRCUITUM
OMNES QUI INTENDITIS ARCUM
DEBELLATE EAM
NON PARCATIS IACULIS
QUIA DNO PECCAUIT
CLAMATE ADUERSUM EAM
UBIQUE
DEDIT MANUM CECIDERUNT
FUNDAMENTA EIUS
DESTRUCTI SUNT MURI EIUS
QUONIAM ULTIO DNI EST
ULTIONEM ACCIPITE DE EA
SICUT FECIT FACITE EI
DISPERDITE SATOREM
DE BABYLONE
ET TENENTEM FALCEM
IN TEMPORE MESSIS
A FACIE GLADII COLUMBAE
UNUSQUISQ AD POPULUM
SUUM CONUERTETUR
ET SINGULI AD TERRAM SUAM
FUGIENT
GREX DISPERSUS ISRAHEL
LEONES EIECERUNT EUM
PRIMUS COMEDIT EUM REX
ASSUR ISTE NOUISSIMUS
EXOSSAUIT EUM NABUCHO
DONOSOR REX BABYLONIS
clm PROPTEREA HAEC DICIT DNS
EXERCITUUM DS ISRL
ECCE EGO UISITABO REGEM
BABYLONIS ET TERRAM EIUS
SICUT UISITAUI REGEM ASSUR
ET REDUCAM ISRL
AD HABITACULUM SUUM
ET PASCETUR CARMELUS
ET BASAN
ET IN MONTE EPHRAIM
ET GALAAD SATURABITUR
ANIMA EIUS
IN DIEBUS ILLIS ET IN TEMPO
RE ILLO AIT DNS QUAERETUR
INIQUITAS ISRL ET NON ERIT
ET PECCATUM IUDA
ET NON INUENIETUR
QUONIAM PROPITIUS ERO EIS
QUOS RELIQUERO
SUPER TERRAM DOMINATIO
NUM ASCENDE ET SUPER
HABITATORES EIUS UISITABO
DISSIPA ET INTERFICE QUAE
POST EOS SUNT AIT DNS
ET FAC IUXTA OMNIA
QUAE PRAECEPI TIBI
UOX BELLI IN TERRA ET CON
TRITIO MAGNA
QUOMODO CONFRACTUS EST
CONTRITUS EST MALLEUS
UNIUERSAE TERRAE
QUOMODO UERSA EST
IN DESERTUM BABYLON
IN GENTIBUS
INLAQUEAUI TE ET CAPTA ES
BABYLON ET NESCIEBAS
INUENTA ES ET ADPREHENSA
QUONIAM DNM PROUOCASTI
APERUIT DNS THESAURUM SUUM
ET PROTULIT UASA IRAE SUAE
QUONIAM OPUS EST DNO DO
EXERCITUUM IN TERRA
CHALDAEORUM
UENITE AD EAM AB EXTRE
MIS FINIBUS
APERITE UT EXEANT
QUI CONCULCENT EAM

TOLLITE DE EA LAPIDES
ET REDIGITE IN ACERUOS
ET INTERFICITE EAM NEC SIT
QUICQUAM RELIQUUM
DISSIPATE UNIUERSOS
FORTES EIUS
DISCENDANT IN OCCISIONEM
UAE EIS QUIA UENIT DIES EORU̅
TEMPUS UISITATIONIS EORU̅
UOX FUGIENTIUM ET EORUM
QUI EUASERUNT DE TERRA
BABYLONIS
UT ADNUNTIENT IN SION
ULTIONEM DNI DI NOSTRI
ULTIONEM TEMPLI EIUS
ADNUNTIATE IN BABYLONEM
PLURIMIS
OMNIB. QUI TENDUNT ARCUM
CONSISTITE ADUERSUM EAM
PER GYRUM ET NULLUS
EUADAT
REDDITE EI SECUNDUM
OPUS SUUM
IUXTA OMNIA QUAE FECIT
FACITE ILLI
QUIA CONTRA DNM ERECTA EST
ADUERSUM SCM ISRL
IDCIRCO CADENT IUUENES EIUS
IN PLATEIS EIUS
ET OMNES UIRI BELLATORES
EIUS CONTICESCENT
IN DIE ILLA AIT DNS
ECCE EGO AD TE SUPERBE
DICIT DNS DS EXERCITUUM
QUIA UENIT DIES TUUS TEMPUS
UISITATIONIS TUAE
ET CADET SUPERBUS
ET CORRUET ET NON ERIT
QUI SUSCITET EUM
ET SUCCENDAM IGNEM
IN URBIB. EIUS
ET DEUORABIT OMNIA
IN CIRCUITU EIUS
HAEC DICIT DNS EXERCITUU̅
CALUMNIAM SUSTINENT FILII ISRL
ET FILII IUDA SIMUL
OMNES CEPERUNT EOS TENENT
NOLUNT DIMITTERE EOS
REDEMPTOR EORUM FORTIS
DNS EXERCITUUM NOMEN EIUS
IUDICIO DEFENDET
CAUSAM EORUM
UT EXTERREAT TERRAM
ET COMMOUEAT HABITA
TORES BABYLONIS
GLADIUS AD CHALDAEOS AIT DNS
ET AD HABITATORES BABYLONIS
ET AD PRINCIPES ET AD
SAPIENTES EIUS
GLADIUS AD DIUINOS EIUS
QUI STULTI ERUNT
GLADIUS AD FORTES ILLIUS
QUI TIMEBUNT
GLADIUS AD EQUOS EIUS
ET AD CURRUS EIUS
ET AD OMNE UULGUS QUOD EST
IN MEDIO EIUS ET ERUNT
QUASI MULIERES
GLADIUS AD THESAUROS EIUS
QUI DIRIPIENTUR
SICCITAS SUPER AQUAS EIUS
ERIT ET ARESCENT
QUIA TERRA SCULPTILIUM EST
ET IN PORTENTIS GLORIANTUR
PROPTEREA HABITABUNT
DRACONES CUM FATUIS FICARIIS
ET HABITABUNT IN EA
STRUTHIONES
ET NON HABITABITUR ULTRA
USQ. IN SEMPITERNUM
NEC EXTRUETUR USQUE
AD GENERATIONEM
ET GENERATIONEM
SICUT SUBUERTIT DS SODOMA̅
ET GOMORRAM ET UICINAS
EIUS AIT DNS
NON HABITABIT IBI UIR
NEC INCOLET EAM FILIUS HOMI
NIS

ECCE POPULUS UENIT
AB AQUILONE ET GENS MAGNA
ET REGES MULTI CONSURGENT
A FINIB· TERRAE
ARCUM ET SCUTUM
ADPREHENDENT
CRUDELES SUNT ET IN
MISERICORDES
UOX EORUM QUASI MARE
SONAUIT
ET SUPER EQUOS ASCENDENT
SICUT UIR PARATUS AD PROELIU
CONTRA TE FILIA BABYLONIS
AUDIUIT REX BABYLONIS
FAMAM EORUM ET DISSO
LUTAE SUNT MANUS EI US
ANGUSTIA ADPREHENDIT EU
DOLOR QUASI PARTURIENTE
ECCE QUASI LEO ASCENDET
DE SUPERBIA IORDANIS
AD PULCHRITUDINEM
ROBUSTAM
QUIA SUBITO CURRERE EUM
FACIAM AD ILLAM
ET QUIS ERIT ELECTUS
QUEM PRAEPONAM EI
QUIS ENIM SIMILIS MEI
ET QUIS SUSTINEBIT ME
ET QUIS EST ISTE PAUPER
QUI RESISTAT UULTUI MEO
PROPTEREA AUDITE
CONSILIUM DNI QUOD
MENTE CONCEPIT
ADUERSUM BABYLONEM
COGITATIONES EIUS
QUAS COGITAUIT SUPER
TERRAM CHALDAEORUM
NISI DETRAXERINT EOS
PARUULI GREGUM
NISI DISSIPATUM FUERIT
CUM IPSIS HABITACULUM
EORUM
A UOCE CAPTIUITATIS BABYLO
NIS CONMOTA EST TERRA

ET CLAMOR INTER GENTES
AUDITUS EST
LI HAEC DICIT DNS
ECCE EGO SUSCITABO
SUPER BABYLON ET SUPER
HABITATORES EIUS
QUI COR SUUM LEUAUERUNT
CONTRA ME QUASI UENTU
PESTILENTEM
ET MITTAM IN BABYLONEM
UENTILATORES
ET UENTILABUNT EAM
ET DEMOLIENTUR TERRAM EIUS
QUONIAM UENERUNT
SUPER EAM UNDIQUE
IN DIE ADFLICTIONIS EIUS
NON TENDAT QUI TENDIT
ARCUM SUUM
ET NON ASCENDAT LURICATUS
NOLITE PARCERE
IUUENIB· EIUS
INTERFICITE OMNEM
MILITIAM EIUS
ET CADENT INTERFECTI
IN TERRA CHALDAEORUM
ET UULNERATI IN REGI
ONIB· EIUS
QUONIAM NON FUIT UIDUATUS
ISRL ET IUDA
A DO SUO DNO EXERCITUUM
TERRA AUTEM EORUM
REPLETA EST DELICTO
A SCO ISRL
FUGITE DE MEDIO BABYLONIS
ET SALUET UNUSQUISQUE
ANIMAM SUAM
NOLITE TACERE SUPER
INIQUITATEM EIUS
QUONIAM TEMPUS
ULTIONIS EST DNO
UICISSITUDINEM IPSE
RETRIBUET EI
CALIX AUREUS BABYLON
IN MANU DNI

INEBRIANS OMNEMTERRAM
DEUINO EIUS BIBENT
OMNES GENTES
ETIDEO CÕMMOTAESUNT
SUBITO CECIDIT BABYLON
ETCONTRITAEST
ULULATE SUPEREAMTOLLITE
RESINAM ADDOLOREMEIUS
SIFORTESANETUR
CURAUIMUS BABYLONEM
ETNONESTSANATA
DERELINQUAMUS EAM
ETEAMUS UNUSQUISQUE
INTERRAM SUAM
QUONIAM PERUENITUSQUE
ADCAELOS IUDICIUM EIUS
ETELEUATUMESTUSQUE
ADNUBES
PROTULITDNS IUSTITIAS
NOSTRAS
UENITE NARREMUS INSION
OPUSDNI DI NOSTRI
ACUITE SAGITTAS IMPLETE
PHARETRAS
SUSCITAUITDNS SPM REGUM
MAEDORUM
ETCONTRA BABYLONEM
MENS EIUS UTPERDATEAM
QUONIAM ULTIODNI EST
ULTIOTEMPLI SUI
SUPERMUROS BABYLONIS
LEUATE SIGNUM
AUGETE CUSTODIAM
LEUATE CUSTODES
PRAEPARATE INSIDIAS
QUIA COGITAUITDNS ETFECIT
QUAECUMQ· LOCUTUS EST
CONTRA HABITATORES
BABYLONIS
QUAE HABITAS SUPER
AQUAS MULTAS LOCUPLES
INTHESAURIS EIUS
UENIT FINIS TUUS PEDALIS
PRAECISIONIS TUAE

IURAUITDNS EXERCITUUM
PERANIMAM SUAM
QUONIAM REPLEBOTE
HOMINIB· QUASIBRUCHO
ETSUPERTECELEUMA
CANTABITUR
clIIII QUI FECIT TERRAM
INFORTITUDINESUA
PRAEPARAUITORBEM
INSAPIENTIASUA
ETPRUDENTIA SUA
EXTENDIT CAELOS
DANTEEO UOCEMMULTIPLI
CANTURAQUAE INCAELO
QUILEUAT NUBES ABEX
TREMOTERRAE
FULGURA INPLUUIAM FECIT
ETPRODUXITUENTUM
DETHESAURISSUIS
clu STULTUS FACTUS EST OMNIS
HOMO ABSCIENTIA
CONFUSUS EST OMNIS
CONFLATOR INSCULPTILI
QUIAMENDAX CONFLATIOEIUS
NECESTSPIRITUS INEIS
UANASUNTOPERAETRISUDIGNA
INTEMPOREUISITATIONISSUAE
PERIBUNT
NONSICUT HAECPARS IACOB
QUIAQUI FECIT OMNIAIPSEEST
ETISRL SCEPTRUM
HEREDITATIS EIUS
DNSEXERCITUUM NOMENEIUS
clui CONLIDISTUMIHIUASABELLI
ETEGO CONLIDAMINTEGENTES
ETDISPERDAM INTEREGNA
ETCONLIDAMIN TEEQUUM
ETEQUITEM EIUS
ETCONLIDAM INTECURRUM
ETASCENSOREM EIUS
ETCONLIDAM INTEUIRUM
ETMULIEREM
ETCONLIDAM INTESENEM
ETPUERUM

ET COLLIDAM IN TE IUUENES
ET UIRGINES
ET COLLIDAM IN TE PASTOREM
ET GREGEM EIUS
ET COLLIDAM IN TE AGRICOLAM
ET IUGALES EIUS
ET COLLIDAM IN TE DUCES
ET MAGISTRATUS
ET REDDAM BABYLONI
ET CUNCTIS HABITATORIBUS
CHALDAEAE
OMNE MALUM SUUM
QUOD FECERUNT IN SION
IN OCULIS UESTRIS AIT DNS
ECCE EGO AD TE MONS
PESTIFER AIT DNS
QUI CORRUMPIS UNIUERSAM
TERRAM
EXTENDAM MANUM MEAM
SUPER TE
ET EUOLUAM TE DE PETRIS
ET DABO TE IN MONTEM
COMBUSTIONIS
ET NON TOLLENT DE TE LAPIDEM
IN ANGULUM
ET LAPIDEM IN FUNDAMENTA
SED PERDITUS IN AETERNUM
ERIS AIT DNS
clam LEUATE SIGNUM IN TERRA
CLANGITE BUCINIS IN GENTIBUS
SCIFICATE SUPER EAM GENTES
ET NUNTIATE CONTRA ILLAM
REGIBUS
ARARAT MENNI ET ASCHANEZ
NUMERATE CONTRA EAM
TAPSAR
ADDUCITE EQUUM QUASI
BRUCHUM ACULEATUM
SCIFICATE CONTRA EAM GENTES
REGES MEDIAE
DUCES EIUS ET UNIUERSOS
MAGISTRATUS EIUS
CUNCTAMQ TERRAM
POTESTATIS EIUS

ET COMMOUEBITUR TERRA
ET TURBABITUR
QUIA EUIGILAUIT CONTRA
BABYLONEM COGITATIO DNI
UT PONAT TERRAM BABYLONIS
DESERTAM ET INHABITABILEM
CESSAUERUNT FORTES
BABYLONIS A PROELIO
HABITAUERUNT IN PRAESIDIIS
DEUORATUM EST ROBUR EORUM
ET FACTI SUNT QUASI MULIERES
INCENSA SUNT TABERNACULA
EIUS CONTRITI SUNT UECTES EIUS
CURRENS OBUIAM CURRENTI
UENIET
ET NUNTIUS OBUIUS NUNTIANTI
UT ADNUNTIET REGI BABYLONIS
QUIA CAPTA EST CIUITAS EIUS
A SUMMO USQ AD SUMMUM
ET UADA PRAEOCCUPATA SUNT
ET PALUDES INCENSAE SUNT
IGNI
ET UIRI BELLATORES
CONTURBATI SUNT
QUIA HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
DS ISRAHEL
FILIA BABYLONIS QUASI AREA
TEMPUS TRITURAE EIUS
ADHUC MODICUM ET UENIET
TEMPUS MESSIONIS EIUS
COMEDIT ME DEUORAUIT ME
NABUCHODONOSOR REX
BABYLONIS
REDDIDIT ME QUASI UAS INANE
ABSORBUIT ME SICUT DRACO
REPLEUIT UENTREM SUUM
TENERITUDINE MEA
ET EIECIT ME
INIQUITAS ADUERSUM ME
ET CARO MEA SUPER BABYLO
NEM DICIT HABITATIO SION
ET SANGUIS MEUS SUPER
HABITATORES CHALDAEAE
DICIT HIERUSALEM

PROPTEREA HAEC DICIT DNS
ECCE EGO IUDICABO CAUSAM TUAM
ET ULCISCAR ULTIONEM TUAM
ET DESERTUM FACIAM MARE EIUS
ET SICCABO UENAM EIUS
ET ERIT BABYLON IN TUMULOS
HABITATIO DRACONUM
STUPOR ET SIBILUS EO QUOD
NON SIT HABITATOR
SIMUL UT LEONES RUGIENT
EXCUTIENTES COMAS
UELUT CATULI LEONUM
IN CALORE EORUM PONAM
POTUS EORUM
ET INEBRIABO EOS UT SOPIANTUR
ET DORMIANT SOMNUM
SEMPITERNUM
ET NON CONSURGANT DICIT DNS
DEDUCAM EOS QUASI AGNOS
AD UICTIMAM
QUASI ARIETEM CUM HAEDIS
cliiii QUOMODO CAPTA EST SESACH
ET CONPREHENSA EST
INCLYTA UNIUERSAE TERRAE
QUOMODO FACTA EST IN STUPO
RE BABYLON INTER GENTES
ASCENDIT SUPER BABYLON MARE
MULTITUDINE FLUCTUUM
EIUS OPERTA EST
FACTAE SUNT CIUITATES EIUS
IN STUPOREM
TERRA INHABITABILIS ET DESERTA
TERRA IN QUA NULLUS HABITET
NEC TRANSEAT PER EAM
FILIUS HOMINIS
ET UISITABO SUPER BEL
IN BABYLONEM
ET EICIAM QUOD ABSORBUERAT
DE ORE EIUS
ET NON CONFLUENT AD EUM
ULTRA GENTES
SIQUIDEM ET MURUS
IN BABYLONE CORRUIT
EGREDIMINI DE MEDIO EIUS
POPULUS MEUS
UT SALUET UNUSQUISQUE
ANIMAM SUAM
AB IRA FURORIS DNI
ET NE FORTE MOLLESCAT
COR UESTRUM
ET TIMEATIS AUDITUM
QUI AUDIETUR IN TERRA
ET UENIET IN ANNO AUDITIO
ET POST HUNC ANNUM AUDITIO
INIQUITAS IN TERRA ET DOMINA
TOR SUPER DOMINATOREM
PROPTEREA ECCE DIES UENIUNT
ET UISITABO SUPER SCULPTILIA
BABYLONIS
ET OMNIS TERRA EIUS
CONFUNDETUR
ET UNIUERSI INTERFECTI EIUS
CADENT IN MEDIO EIUS
ET LAUDABUNT SUPER
BABYLONE CAELI ET TERRA
ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT
QUIA AB AQUILONE UENIENT
EI PRAEDONES AIT DNS
ET QUOMODO FECIT BABYLON
UT CADERENT OCCISI IN ISRL
SIC DE BABYLONE CADENT OCCISI
PER UNIUERSAM TERRAM
QUI FUGITIS GLADIUM
UENITE NOLITE STARE
RECORDAMINI PROCUL DNI
ET HIERUSALEM ASCENDAT
SUPER COR UESTRUM
CONFUSI SUMUS QUONIAM
AUDIUIMUS OBPROBRIA
OPERUIT IGNOMINIA
FACIES NOSTRAS
QUIA UENERUNT ALIENI SUPER
SANCTIFICATIONEM
DOMUS DNI
PROPTEREA ECCE DIES
UENIUNT AIT DNS
ET UISITABO SUPER
SCULPTILIA EIUS

ET IN OMNI TERRA EIUS
MORIETUR UULNERATUS EIUS
SI ASCENDERIT BABYLON IN CAELUM
ET FIRMAUERIT IN EXCELSO
ROBUR SUUM
A ME UENIENT UASTATORES
EIUS AIT DNS
UOX CLAMORIS DE BABYLONE
ET CONTRITIO MAGNA
DE TERRA CHALDAEORUM
QUONIAM UASTAUIT DNS
BABYLONEM
ET PERDIDIT EX EA UOCEM
MAGNAM
ET SONABUNT FLUCTUS EORU
QUASI AQUAE MULTAE
DEDIT SONITUM UOX EORUM
QUIA UENIT SUPER EAM
ID EST SUPER BABYLONEM
PRAEDO
ET ADPREHENSI SUNT
FORTES EIUS
ET EMARCUIT ARCUS EORUM
QUIA FORTIS ULTOR DNS
REDDENS RETRIBUIT
ET INEBRIABO PRINCIPES EIUS
ET SAPIENTES EIUS
DUCES EIUS ET MAGISTRATUS
EIUS ET FORTES EIUS
ET DORMIENT SOMNO
SEMPITERNO ET NON
EXPERGISCENTUR
AIT REX DNS EXERCITUUM
NOMEN EIUS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
MURUS BABYLONIS ILLE
LATISSIMUS
SUFFOSSIONE SUFFODIETUR
ET PORTAE EIUS EXCELSAE
IGNI COMBURENTUR
ET LABORES POPULORUM
AD NIHILUM
ET GENTIUM IN IGNE ERUNT
ET DISPERIBUNT

sclxiiii UERBUM QUOD PRAECEPIT
HIEREMIAS PROPHETES
SARAIAE FILIO NERIAE
FILII MAASIAE
CUM PERGERET CUM SEDECHIA
REGE IN BABYLONEM
IN ANNO QUARTO REGNI EIUS
SARAIAS AUTEM ERAT PRINCEPS
PROPHETIAE
ET SCRIPSIT HIEREMIAS
OMNE MALUM QUOD UENTURU
ERAT SUPER BABYLONEM
IN LIBRO UNO
OMNIA UERBA HAEC
QUAE SCRIPTA SUNT
CONTRA BABYLONEM
ET DIXIT HIEREMIAS AD SARAIAM
CUM UENERIS BABYLONEM
ET UIDERIS
ET LEGERIS OMNIA UERBA
HAEC DICES
DNE TU LOCUTUS ES CONTRA
LOCUM ISTUM UT DISPER
DERES EUM
NE SIT QUI IN EO HABITET
AB HOMINE USQ. AD PECUS
UT SIT PERPETUA SOLITUDO
CUMQUE COMPLEUERIS
LEGERE LIBRUM ISTUM
LIGABIS AD EUM LAPIDEM
ET PROICIES ILLUM IN MEDIO
EUPHRATEN ET DICES
SIC SUBMERGETUR BABYLON
ET NON CONSURGET
A FACIE ADFLICTIONIS
QUAM EGO ADDUCO SUPER
EAM ET DISSOLUETUR
huc usq. uerba hieremiae
LII FILIUS UIGINTI ET UNIUS ANNI
SEDECHIAS CUM REGNARE
COEPISSET
ET UNDECIM ANNIS REGNAUIT
IN HIERUSALEM
ET NOMEN MATRIS EIUS AMI
TAL

filia hieremiae de lobna
et fecit malum in oculis dni
iuxta omnia quae fecerat
ioiachim
quoniam furor dni erat
in hierusalem et in iuda
usquequo proiceret eos
a facie sua
et recessit sedechias
a rege babylonis
clx Factum est autem in anno
nono regni eius
in mense decimo
decima mensis
uenit nabuchodonosor
rex babylonis
ipse et omnis exercitus eius
aduersus hierusalem
et obsiderunt eam
et aedificauerunt
contra eam munitiones
in circuitu
et fuit ciuitas obsessa
usq· ad undecimum annum
regni sedechiae
mense autem quarto
nona mensis optinuit
fames in ciuitate
et non erant alimenta
populo terrae
et dirupta est ciuitas
et omnes uiri bellatores
fugerunt
et exierunt de ciuitate
nocte per uiam portae
quae est inter duos muros
et ducit ad hortum regis
chaldaeis obsidentibus
urbem in gyro
et abierunt per uiam
quae ducit ad heremum
Persecutus est autem
exercitus chaldaeorum
regem
et adprehenderunt
sedechiam in deserto
quod est iuxta hiericho
et omnis comitatus eius
diffugit ab eo
cumq· conprehendissent
regem
adduxerunt eum
ad regem babylonis
in reblatha quae est
in terra emath
et locutus est ad eum iudicia
et iugulauit rex babylonis
filios sedechiae
in oculis eius
sed et omnes principes
iudae occidit in reblatha
et oculos sedechiae eruit
et uinxit eum conpedibus
et adduxit eum rex babylonis
in babylonem
et posuit eum in domum
carceris usq· ad diem
mortis eius
clxi In mense autem quinto
decima mensis
ipse est annus nonus
decimus nabuchodonosor
regis babylonis
uenit nabuzardan
princeps militiae
qui stabat coram rege
babylonis in hierusalem
et incendit domum dni
et domum regis
et omnes domos hierusalem
et omnem domum magnam
igne combussit
et totum murum hierusalem
per circuitum
destruxit cunctus
exercitus chaldaeorum
qui erat cum magistro
militiae

DE PAUPERIB· AUTEM POPULI
ET DE RELIQUO UULGO QUOD
REMANSERAT IN CIUITATE
ET DE PERFUGIS QUI TRANS
FUGERANT AD REGEM
BABYLONIS
ET CETEROS DE MULTITUDINE
TRANSTULIT
NABUZARADAN PRINCEPS
MILITIAE
DE PAUPERIB· UERO TERRAE
RELIQUIT NABUZARADAN
PRINCEPS MILITIAE
UINITORES ET AGRICOLAS
COLUMNAS QUOQ· AEREAS
QUAE ERANT IN DOMO DNI
ET BASES
ET MARE AEREUM QUOD ERAT
IN DOMO DNI CONFREGERUNT
CHALDAEI
ET TULERUNT OMNE AES
EORUM IN BABYLONEM
ET LEBETAS ET TRULLAS
ET PSALTERIA
ET FIALAS ET MORTARIOLA
ET OMNIA UASA AEREA
QUAE IN MINISTERIO
FUERANT TULERUNT
ET HYDRIAS ET TYMIAMASTERIA
ET URCEOS
ET PELBES ET CANDELABRA
ET MORTARIOLA ET CYATHOS
QUOD QUOD AUREA AUREA
ET QUOD QUOD ARGENTEA
ARGENTEA TULIT MAGISTER
MILITIAE
COLUMNAS DUAS ET MARE UNUM
UITULOS DUODECIM AEREOS
QUI ERANT SUB BASIBUS
QUAS FECERAT REX
SALOMON IN DOMO DNI
NON ERAT PONDUS AERIS
OMNIUM UASORUM HORUM
DE COLUMNIS AUTEM DECEM
ET OCTO CUBITI ALTITUDINIS
ERAT IN COLUMNA UNA
ET FUNICULUS DUODECIM
CUBITORUM CIRCUIBAT EAM
PORRO GROSSITUDO EIUS
QUATTUOR DIGITORUM
ET INTRINSECUS ERAT CAUA
ET CAPITELLA SUPER
UTRAMQ· AEREA
ALTITUDO CAPITELLI UNIUS
QUINQ· CUBITORUM
÷ ET RETIACULA ET MALA GRANATA:
÷ CENTUM RETIACULIS:
÷ CIRCUM DABANTUR:
ET RETIACULA ET MALA GRANATA
NONAGINTA SEX DEPENDENTIA
ET OMNIA MALA GRANATA
CENTUM RETIACULIS
CIRCUMDABANTUR
ET TULIT MAGISTER MILITIAE
SARAIAM SACERDOTEM
PRIMUM
ET SOPHONIAM SACERDOTEM
SECUNDUM
ET TRES CUSTODES UESTIBULI
ET TULIT DE CIUITATE
EUNUCHUM UNUM
QUI ERAT PRAEPOSITUS
SUPER UIROS BELLATORES
ET SEPTEM UIROS QUI UIDEBANT
FACIEM REGIS QUI INUENTI
SUNT IN CIUITATE
ET SCRIBAM PRINCIPEM MILITIAE
QUI PROBABAT TIRONES
ET SEXAGINTA UIROS
DE POPULO TERRAE
QUI INUENTI SUNT
IN MEDIO CIUITATIS
TULIT AUTEM EOS NABUZARA
DAN MAGISTER MILITIAE
ET DUXIT EOS AD REGEM
BABYLONIS ET INTERFECIT
EOS IN REBLATHA
ET PERCUSSIT EOS REX BABYLO
NIS

ET INTERFECIT EOS IN REBLA
THA IN TERRA EMATH
ET TRANSLATUS EST IUDA
DE TERRA SUA
ISTE EST POPULUS QUEM TRANS
TULIT NABUCHODONOSOR
IN ANNO SEPTIMO IUDAEOS
TRIA MILIA ET UIGINTI TRES
IN ANNO OCTABO DECIMO
NABUCHODONOSOR
DE HIERUSALEM ANIMAS
OCTINGENTAS TRIGINTA DUAS
IN ANNO UICESIMO TERTIO
NABUCHODONOSOR TRANS
TULIT NABUZARADAN
MAGISTER MILITIAE
IUDAEORUM ANIMAS
SEPTINGENTAS QUADRAGINTA
QUINQUE
OMNES ERGO ANIMAE QUATTUOR
MILIA SESCENTAE
CCLXII ET FACTUM EST IN TRICENSIMO
SEPTIMO ANNO TRANSMIGRA
TIONIS IOIACHIM REGIS IUDAE
DUODECIMO MENSE UICESIMA
QUINTA MENSIS
ELEUAUIT HEUIL MERODACH
REX BABYLONIS IPSO ANNO
REGNI SUI
CAPUT IOIACHIM REGIS IUDAE
ET EDUXIT EUM DE DOMO
CARCERIS
ET LOCUTUS EST CUM EO BONA
ET POSUIT THRONUM EIUS
SUPER THRONOS REGUM
QUI ERANT POST SE IN BABYLONE
ET MUTAUIT UESTIMENTA
CARCERIS EIUS
ET COMEDEBAT PANEM
CORAM EO SEMPER
CUNCTIS DIEB· UITAE SUAE
ET CIBARIA EIUS CIBARIA
PERPETUA DABANTUR EI
A REGE BABYLONIS
STATUTA PER SINGULOS DIES
USQUE AD DIEM MORTIS SUAE
CUNCTIS DIEB· UITAE EIUS

CCLIII Aleph QUOMODO SEDIT SOLA CIUITAS
PLENA POPULO
FACTA EST QUASI UIDUA
DOMINA GENTIUM
PRINCEPS PROUINCIARUM
FACTA EST SUB TRIBUTO
Beth PLORANS PLORAUIT IN NOCTE
ET LACRIMAE EIUS
IN MAXILLIS EIUS
NON EST QUI CONSOLETUR EAM
EX OMNIB· CARIS EIUS
OMNES AMICI EIUS SPREUERUNT
EAM ET FACTI SUNT EI INIMICI
Gimel MIGRAUIT IUDA PROPTER
ADFLICTIONEM ET MULTI
TUDINEM SERUITUTIS
HABITABIT INTER GENTES
NEC INUENIT REQUIEM
OMNES PERSECUTORES EIUS
ADPREHENDERUNT EAM
INTER ANGUSTIAS
Deleth UIAE SION LUGENT EO QUOD
NON SINT QUI UENIANT
AD SOLLEMNITATEM
OMNES PORTAE EIUS DESTRUCTAE
SACERDOTES EIUS GEMENTES
UIRGINES EIUS SQUALIDAE
ET IPSA OPPRESSA AMARITUDINE
He FACTI SUNT HOSTES EIUS
IN CAPITE INIMICI ILLIUS
LOCUPLETATI SUNT
QUIA DOMINUS LOCUTUS EST
SUPER EAM PROPTER
MULTITUDINEM INIQUITATIS EIUS
PARUULI EIUS DUCTI SUNT
CAPTIUI ANTE FACIEM
TRIBULANTIS
Uau ET EGRESSUS EST A FILIA SION
OMNIS DECOR EIUS
FACTI SUNT PRINCIPES EIUS
UELUT ARIETES NON INUENIENTES

pascuam
et abierunt absque fortitudini
ante faciem subsequentis
zai recordata est hierusalem
dierum adflictionis suae
et praeuaricationis
omnium desiderabilium
suorum quae habuerat
a dieb· antiquis cum caderet
populus eius in manu hostili
et non esset auxiliator
uiderunt eam hostes et deri
serunt sabbata eius
heth peccatum peccauit hierusalem
propterea instabilis
facta est
omnes qui glorificabant eam
spreuerunt illam quia uide
runt ignominiam eius
ipsa autem gemens
et conuersa retrorsum
teth sordes eius in pedib· eius
nec recordata est finis sui
deposita est uehementer
non habens consolatorem
uide dne adflictionem meam
quoniam erectus est inimicus
ioth manum suam misit hostis
ad omnia desiderabilia eius
quia uidit gentes ingressas
scuarium suum
de quib· praeceperas ne intra
rent in ecclesiam tuam
caph omnis populus eius gemens
et quaerens panem
dederunt praetiosa
quaeq· pro cibo ad refo
cilandam animam
uide dne considera
quoniam facta sum uilis
lamed o uos omnes qui transitis
per uiam
adtendite et uidete si est
dolor sicut dolor meus

quoniam uindemiauit me
ut locutus est dns
in die irae furoris sui
mem de excelso misit ignem
in ossib· meis et erudiuit me
expandit rete pedib· meis
conuertit me retrorsum
posuit me desolatam tota
die maerore confectam
nun uigilauit iugum iniquitatu
mearum in manu eius
conuolutae sunt et in
positae collo meo
infirmata est uirtus mea
dedit me dns in manu
de qua non potero surgere
samech abstulit omnes magnificos
meos dns de medio mei
uocauit aduersum me
tempus ut contereret
electos meos
torcular calcauit dns
uirgini filiae iuda
ain idcirco ego plorans et oculus
meus deducens aquam
quia longe factus est a me
consolator conuertens
animam meam
facti sunt filii mei perditi
quoniam inualuit inimicus
phe expandit sion manus suas
non est qui consoletur eam
mandauit dns aduersum
iacob in circuitu eius
hostes eius
facta est hierusalem
quasi polluta menstruis
inter eos
sade iustus est dns quia os eius
ad iracundiam prouocaui
audite obsecro uniuersi
populi et uidete
dolorem meum
uirgines meae et iuuenes mei

ABIERUNT IN CAPTIUITATEM
coph UOCAUI AMICOS MEOS
ET IPSI DECEPERUNT ME
SACERDOTES MEI ET SENES MEI
IN URBE CONSUMPTI SUNT
QUIA QUAESIERUNT CIBUM SIBI
UT REFOCILARENT ANIMAM SUAM
res UIDE DNE QUONIAM TRIBULOR
UENTER MEUS CONTURBATUS
EST
SUBUERSUM EST COR MEUM
IN MEMET IPSA QUONIAM
PLENA SUM AMARITUDINE
FORIS INTERFECIT GLADIUS
ET DOMI MORS SIMILIS EST
sen AUDIERUNT QUIA INGEMESCO
EGO ET NON EST QUI CONSOLETUR
OMNES INIMICI MEI AUDIERUNT
MALUM MEUM LAETATI SUNT
QUONIAM TU FECISTI
ADDUXISTI DIEM CONSOLATIONIS
ET FIENT SIMILES MEI
thau INGREDIATUR OMNE MALUM
EORUM CORAM TE
ET DEUINDEMIA EOS SICUT
UINDEMIASTI ME PROPTER
INIQUITATES MEAS
MULTI ENIM GEMITUS MEI
ET COR MEUM MERENS
aleph II QUOMODO OBTEXIT CALIGINE
IN FURORE SUO DNS FILIAM SION
PROIECIT DE CAELO IN TERRAM
INCLYTAM ISRAHEL
ET NON RECORDATUS EST SCABILLI
PEDUM SUORUM IN DIE FURORIS SUI
beth PRAECIPITAUIT DNS NEC PEPER
CIT OMNIA SPECIOSA IACOB
DESTRUXIT IN FURORE SUO
MUNITIONES UIRGINIS IUDA
DEIECIT IN TERRA POLLUIT
REGNUM ET PRINCIPES EIUS
gimel CONFREGIT IN IRA FURORIS
OMNE CORNU ISRAHEL
AUERTIT RETRORSUM DEXTERA

SUAM A FACIE INIMICI
ET SUCCENDIT IN IACOB QUASI IGNE
FLAMMAE DEUORANTIS IN GYRO
deleth TETENDIT ARCUM SUUM
QUASI INIMICUS
FIRMAUIT DEXTERAM SUAM
QUASI HOSTIS ET OCCIDIT OMNE
QUOD PULCHRUM ERAT UISU
IN TABERNACULO FILIAE SION
EFFUDIT QUASI IGNEM
INDIGNATIONEM SUAM
he FACTUS EST DNS UELUT INIMICUS
PRAECIPITAUIT ISRL
PRAECIPITAUIT OMNIA MOENIA
EIUS DISSIPAUIT MUNITIONES EIUS
ET REPLEUIT IN FILIA IUDA
HUMILIATUM ET HUMILIATAM
uau ET DISSIPAUIT QUASI HORTUM
TENTORIUM SUUM DEMOLITUS
EST TABERNACULUM SUUM
OBLIUIONI TRADIDIT DNS IN SION
FESTIUITATEM ET SABBATUM
ET OBPROBRIO IN INDIGNATIONE
FURORIS SUI REGEM ET SACERDOTE
zai REPPULIT DNS ALTARE SUUM
MALEDIXIT SCIFICATIONI SUAE
TRADIDIT IN MANU INIMICI
MUROS TURRIUM EIUS
UOCEM DEDERUNT IN DOMO
DNI SICUT IN DIE SOLLEMNI
heth COGITAUIT DNS DISSIPARE
MURUM FILIAE SION
TETENDIT FUNICULUM SUUM
ET NON AUERTIT MANUM SUA
A PERDITIONE
LUXITQ ANTEMURALE
ET MURUS PARITER DISSIPATUS
EST DEFIXAE SUNT IN TERRA
theth PORTAE EIUS
PERDIDIT ET CONTRIUIT UECTES EIUS
REGEM EIUS ET PRINCIPES EIUS
IN GENTIBUS
NON EST LEX ET PROPHETAE EIUS
NON INUENERUNT UISIONEM A DNO

ioth SEDERUNT IN TERRA CONTICU
ERUNT SENES FILIAE SION
CONSPERSERUNT CINERE
CAPITA SUA ACCINCTI SUNT
CILICIIS
ABIECERUNT IN TERRA CAPITA SUA
VIRGINES HIERUSALEM
caph DEFECERUNT PRAE LACRIMIS
OCULI MEI CONTURBATA
SUNT VISCERA MEA
EFFUSUM EST IN TERRA IECUR
MEUM SUPER CONTRITIONE
FILIAE POPULI MEI
CUM DEFICERET PARVULUS
ET LACTANS IN PLATEIS OPPIDI
lamed MATRIB· SUIS DIXERUNT
UBI EST TRITICUM ET VINU
CUM DEFICERENT QUASI
VULNERATI IN PLATEIS
CIVITATIS
CUM EXHALARENT ANIMAS
SUAS IN SINU MATRUM
SUARUM
mem CUI CONPARABO TE VEL CUI
ADSIMILABO TE FILIA HIERUSALE
CUI EXAEQUABO TE ET CON
SOLABOR TE VIRGO FILIA SION
MAGNA ENIM VELUT MARE
CONTRITIO TUA QUIS
MEDEBITUR TUI
NUN PROPHETAE TUI VIDERUNT
TIBI FALSA ET STULTA
NEC APERIEBANT INIQUITATE
TUAM UT TE AD PAENITENTIA
PROVOCARENT
VIDERUNT AUTEM TIBI
ADSUMPTIONES FALSAS
ET EIECTIONES
samech PLAUSERUNT SUPER TE
MANIB· OMNES TRANS
EUNTES PER VIAM
SIBILAVERUNT ET MOVERUNT
CAPUT SUUM SUPER FILIA
HIERUSALEM

HAECINE EST URBS DICENTES
PERFECTI DECORIS GAUDIU
UNIVERSAE TERRAE
pe APERUERUNT SUPER TE OS SUU
OMNES INIMICI TUI
SIBILAVERUNT ET FREMU
ERUNT DENTIBUS
ET DIXERUNT DEVORAVIMUS
EN ISTA EST DIES QUAM EXPEC
TABAMUS INVENIMUS VIDIMUS
AIN FECIT DNS QUAE COGITAVIT
CONPLEVIT SERMONEM SUUM
QUEM PRAECEPERAT A DIEB·
ANTIQUIS DESTRUXIT
ET NON PEPERCIT
ET LAETIFICAVIT SUPER TE
INIMICUM ET EXALTAVIT
CORNU HOSTIUM TUORUM
sade CLAMAVIT COR EORUM AD DNM
SUPER MUROS FILIAE SION
DEDUC QUASI TORRENTEM
LACRIMAS PER DIEM
ET PER NOCTEM
NON DES REQUIEM TIBI
NEQ· TACEAT PUPILLA OCULI TUI
coph CONSURGE LAUDA IN NOCTE
IN PRINCIPIO VIGILIARUM
EFFUNDE SICUT AQUA COR TUU
ANTE CONSPECTUM DNI
LEVA AD EUM MANUS TUAS
PRO ANIMAS PARVULORUM
TUORUM QUI DEFECERUNT
IN FAME IN CAPITE OMNIUM
CONPITORUM
res VIDE DNE CONSIDERA QUEM
VINDEMIAVERIS ITA
ERGONE COMEDENT MULIERES
FRUCTUM SUUM PARVULOS
AD MENSURAM PALMAE
SI OCCIDETUR IN SCUARIO DNI
SACERDOS ET PROPHETA
sen IACUERUNT IN TERRA FORIS
PUER ET SENES
VIRGINES MEAE ET IUVENES

MEI CECIDERUNT IN GLADIO
INTERFECISTI IN DIE FURORIS TUI
PERCUSSISTI NEC MISERTUS ES
thau VOCASTI QUASI AD DIEM SOLLEM
NEM QUI TERRERENT ME
DE CIRCUITU
ET NON FUIT IN DIE FURORIS DNI
QUI EFFUGERET ET RE
LINQUERETUR
QUOS EDUCAVI ET NUTRIVI
INIMICUS MEUS CON
SUMPSIT EOS
aleph EGO VIR VIDENS PAUPERTATE
III MEAM IN VIRGA INDIGNA
TIONIS EIUS
aleph ME MINAVIT ET ADDUXIT IN TE
NEBRIS ET NON IN LUCEM
aleph TANTUM IN ME VERTIT
ET CONVERTIT MANUM SUA
TOTA DIE
beth VETUSTAM FECIT PELLEM
MEAM ET CARNEM MEAM
CONTRIVIT OSSA MEA
beth AEDIFICAVIT IN GYRO MEO
ET CIRCUMDEDIT ME
FELLE ET LABORE
beth IN TENEBROSIS CONLOCAVIT ME
QUASI MORTUOS SEMPITERNOS
gimel CIRCUM AEDIFICAVIT ADVERSU
ME UT NON EGREDIAR ADGRA
VAVIT CONPEDEM MEAM
gimel SED ET CUM CLAMAVERO
ET ROGAVERO EXCLUSIT
ORATIONEM MEAM
gimel CONCLUSIT VIAS MEAS
LAPIDIBUS QUADRIS SEMITAS
MEAS SUBVERTIT
deleth URSUS INSIDIANS FACTUS EST
MIHI LEO IN ABSCONDITIS
deleth SEMITAS MEAS SUBVERTIT
ET CONFREGIT ME
POSUIT ME DESOLATAM
deleth TETENDIT ARCUM SUUM
ET POSUIT ME QUASI SIGNU

AD SAGITTAM
he MISIT IN RENIBUS MEIS
FILIAS PHARETRAE SUAE
he FACTUS SUM IN DERISUM
OMNI POPULO MEO
CANTICUM EORUM TOTA DIE
he REPLEVIT ME AMARITUDINIBUS
INEBRIAVIT ABSINTHIO
uau ET FREGIT AD NUMERUM DENTES
MEOS CIBAVIT ME CINERE
uau ET REPULSA EST ANIMA MEA
OBLITUS SUM BONORUM
uau ET DIXI PERIIT FINIS MEUS
ET SPES MEA A DNO
zai RECORDARE PAUPERTATIS
ET TRANSGRESSIONIS MEAE
ABSINTHII ET FELLIS
zai MEMORIA MEMOR ERO ET TA
BESCET IN ME ANIMA MEA
zai HOC RECOLENS IN CORDE MEO
IDEO SPERABO
heth MISERICORDIAE DNI QUIA NON
SUMUS CONSUMPTI QUIA NON
DEFECERUNT MISERATIONES EIUS
heth NOVE DILUCULO MULTA EST
FIDES TUA
heth PARS MEA DNS DIXIT ANIMA MEA
PROPTEREA EXPECTABO EUM
theth BONUS EST DNS SPERANTIB IN EU
ANIMAE QUAERENTI ILLU
theth BONUM EST PRAESTOLARI
CUM SILENTIO SALUTARE DNI
theth BONUM EST VIRO CUM PORTAVERIT
IUGUM AB ADULESCENTIA SUA
ioth SEDEBIT SOLITARIUS ET TACEBIT
QUIA LEVAVIT SUPER SE
ioth PONET IN PULVERE OS SUUM
SI FORTE SIT SPES
ioth DABIT PERCUTIENTI SE MAXILLA
SATURABITUR OBPRO BRIIS
caph QUIA NON REPELLET
IN SEMPITERNUM DNS
caph QUIA SI ABIECIT ET MISEREBITUR
SECUNDUM MULTITUDINEM

I

MISERICORDIARUM SUARUM
caph NONENIM HUMILIAUIT EXCORDE
SUO ETABIECIT FILIOS HOMINIS
lamed UTCONTERERET SUBPEDIB· SUIS
OMNES UINCTOS TERRAE
lamed UTDECLINARET IUDICIUM UIRI
INCONSPECTU UULTUS ALTISSIMI
lamed UTPERUERTERET HOMINEM
INIUDICIO SUO DNS IGNORAUIT
mem QUIS EST ISTE QUIDIXIT UTFIE
RET DNO NONIUBENTE
mem EXORE ALTISSIMI NONEGREDIEN
TUR NEC BONA NECMALA
mem QUID MURMURAUIT HOMO UIUENS
UIR PROPECCATIS SUIS
nun SCRUTEMUR UIAS NOSTRAS
ETQUAERAMUS ETREUER
TAMUR AD DNM
nun LEUEMUS CORDA NOSTRA
CUMMANIB· AD DNM INCAELOS
nun NOSINIQUE EGIMUS ETADIRA
CUNDIAM PROUOCAUIMUS
IDCIRCO TU INEXORABILIS ES
samech OPERUISTI INFURORE ETPERCUS
SISTI NOS OCCIDISTI NEC
PEPERCISTI
samech OPPOSUISTI NUBEM TIBI
NETRANSEAT ORATIO
samech ERADICATIONEM ETABIECTIONE
POSUISTI ME INMEDIO
POPULORUM
pe APERUERUNT SUPERNOS
OSSUUM OMNES INIMICI
pe FORMIDO ET LAQUEUS FACTA EST
NOBIS UATICINATIO ETCONTRITIO
pe DIUISIONES AQUARUM DEDUXIT
OCULUS MEUS INCONTRITIONE
FILIAE POPULI MEI
ain OCULUS MEUS ADFLICTUS EST
NECTACUIT EOQUOD
NONESSET REQUIES
ain DONEC RESPICERET
ETUIDERET DECAELIS
ain OCULUS MEUS DEPRAEDATUS

EST ANIMAM MEAM INCUNCTIS
FILIAB· URBIS MEAE
sade UENATIONE CEPERUNT ME
QUASI AUEM INIMICI MEI GRATIS
sade LAPSA EST INLACU UITA MEA
ETPOSUERUNT LAPIDEM
SUPER ME
sade INUNDAUERUNT AQUAE SUPER
CAPUT MEUM DIXI PERII
coph INUOCAUI NOMEN TUUM DNE
DELACU NOUISSIMO
coph UOCEM MEAM AUDISTI
NEAUERTAS AUREM TUAM
ASINGULTU MEO ETCLAMORIB·
coph ADPROPINQUASTI INDIE
QUANDO INUOCAUI TE
DIXISTI NETIMEAS
res IUDICASTI DNE CAUSAM ANIMAE
MEAE REDEMPTOR UITAE MEAE
res UIDISTI DNE INIQUITATEM
ADUERSUM ME IUDICA
IUDICIUM MEUM
res UIDISTI OMNEM FURORE
UNIUERSAS COGITATIONES
EORUM ADUERSUM ME
sen AUDISTI OBPROBRIA EORUM
DNE OMNES COGITATIONES
EORUM ADUERSUM ME
sen LABIA INSURGENTIUM MIHI
ETMEDITATIONES EORUM
ADUERSUM ME TOTA DIE
sen SESSIONEM EORUM ETRESUR
RECTIONEM EORUM UIDE EGO
SUM PSALMUS EORUM
thau REDDES EIS UICEM DNE
IUXTA OPERA MANUUM SUARU
thau DABIS EIS SCUTUM CORDIS
LABOREM TUUM
thau PERSEQUERIS INFURORE
ETCONTERES EOS
SUBCAELIS DNE
aleph IIII QUOMODO OBSCURATUM EST
AURUM MUTATUS EST
COLOR OPTIMUS

DISPERSI SUNT LAPIDES SCUARII
INCAPITE OMNIUM PLATEARŪ
BETH FILII SION INCLYTI ET AMICTI
AURO PRIMO
QUOMODO REPUTATI SUNT
INUASA TESTEA OPUS
MANUUM FIGULI
GIMEL SED ET LAMIAE NUDAUERUNT
MAMMAM LACTAUERUNT
CATULOS SUOS
FILIA POPULI MEI CRUDELIS
QUASI STRUTHIO IN DESERTO
DELETH ADHESIT LINGUA LACTANTIS
AD PALATUM EIUS IN SITI
PARUULI PETIERUNT PANEM
ET NON ERAT QUI FRANGERET EIS
HE QUI UESCEBANTUR UOLUPTU
OSAE INTERIERUNT IN UIIS
QUI NUTRIEBANTUR IN CROCEIS
AMPLEXATI SUNT STERCORA
UAU ET MAIOR EFFECTA EST INIQUITAS
FILIAE POPULI MEI
PECCATO SODOMORUM
QUAE SUBUERSA EST
IN MOMENTO ET NON
RECEPERUNT IN EA MANUS
ZAI CANDIDIORES NAZAREI EIUS
NIUE NITEDIORES LACTE
RUBICUNDIORES. EBORE
ANTIQUO. SAPPHYRO
PULCHRIORES
HETH DENIGRATA EST SUPER CARBONES
FACIES EORUM ET NON SUNT
COGNITI IN PLATEIS
ADHESIT CUTIS EORUM
OSSIB· EORUM ARUIT
ET FACTA EST QUASI LIGNUM
TETH MELIUS FUIT OCCISIS GLADIO
QUAM INTERFECTIS FAME
QUONIAM ISTI EXTABUERUNT
CONSUMPTI A STERELITATE
TERRAE
IOTH MANUS MULIERUM MISERI
CORDIUM COXERUNT
FILIOS SUOS
FACTI SUNT CIBUS EARUM
IN CONTRITIONE FILIAE
POPULI MEI
CAPH CONPLEBIT DNS FUROREM SUŪ
EFFUDIT IRAM INDIGNATIONIS
SUAE
ET SUCCENDIT IGNEM IN SION
ET UORAUIT FUNDAMENTA EIUS
LAMED NON CREDIDERUNT REGES TERRAE
ET UNIUERSI HABITATORES ORBIS
QUONIAM INGREDERETUR
HOSTIS ET INIMICUS
PER PORTAS HIERUSALEM
MEM PROPTER PECCATA PROPHETA
RUM EIUS INIQUITATES
SACERDOTUM EIUS
QUI EFFUNDERUNT IN MEDIO EIUS
SANGUINEM IUSTORUM
NUN ERRAUERUNT CAECI IN PLATEIS
POLLUTI SUNT SANGUINE
CUMQ· NON POSSENT
TENUERUNT LACINIAS SUAS
SAMECH RECEDITE POLLUTI CLAMAUERUNT
EIS RECEDITE ABITE NOLITE
TANGERE
IURGATI QUIPPE SUNT ET COM
MOTI DIXERUNT INTER GENTES
NON ADDET ULTRA UT HABITET
IN EIS
FE FACIES DNI DIUISIT EOS NON ADDET
UT RESPICIAT EOS
FACIES SACERDOTUM NON
ERUBUERUNT NEQUE SENUM
MISERTI SUNT
AIN CUM ADHUC SUBSISTEREMUS
DEFECERUNT OCULI NOSTRI
AD AUXILIUM NOSTRUM UANŪ
CUM RESPICEREMUS ADTENTI
AD GENTEM QUAE SALUARE
NON POTERAT
SADE LUBRICAUERUNT UESTIGIA
NOSTRA IN ITINERE PLATEARŪ
NOSTRARUM

ADPROPINQUAUIT FINIS NOSTER
CONPLETI SUNT DIES NOSTRI
QUIA UENIT FINIS NOSTER
coph UELOCIORES FUERUNT PERSE
CUTORES NOSTRI AQUILIS CAELI
SUPER MONTES PERSECUTI SUNT
NOS IN DESERTO INSIDIATI
SUNT NOBIS
res SPS ORIS NOSTRI XPS DNS CAPTUS
EST IN PECCATIS NOSTRIS
CUI DIXIMUS IN UMBRA TUA
UIUEMUS IN GENTIBUS
sen GAUDE ET LAETARE FILIA EDOM
QUAE HABITAS IN TERRA HUS
AD TE QUOQ. PERUENIET CALIX
INEBRIABERIS ATQ. NUDABERIS
thau CONPLETA EST INIQUITAS TUA
FILIA SION NON ADDET ULTRA
UT TRANSMIGRET TE
UISITABIT INIQUITATEM TUAM
FILIA EDOM DISCOPERUIT
PECCATA TUA
V A RECORDARE DNE QUID ACCIDERIT
NOBIS INTUERE ET RESPICE
OPPROBRIUM NOSTRUM
B HEREDITAS NOSTRA UERSA EST
AD ALIENOS DOMUS NOSTRA
AD EXTRANEOS
Γ PUPILLI FACTI SUMUS ABSQUE
PATRE MATRES NOSTRAE
QUASI UIDUAE
Δ AQUAM NOSTRAM PECUNIA
BIBIMUS LIGNA NOSTRA PRETIO
CONPARAUIMUS
E CERUICIB. MINABAMUR LASSIS
NON DABATUR REQUIES
Ϛ AEGYPTO DEDIMUS MANUM
ET ASSYRIIS UT SATURAREMUR
PANEM
Z PATRES NOSTRI PECCAUERUNT
ET NON SUNT ET NOS INIQUI
TATES EORUM PORTAUIMUS
H SERUI DOMINATI SUNT NOSTRI
NON FUIT QUI REDIMERET

DE MANU EORUM
Θ IN ANIMAB. NOSTRIS ADFEREBAMUS
PANEM NOBIS A FACIE GLADII
IN DESERTO
I PELLIS NOSTRA QUASI CLIBANUS
EXUSTA EST A FACIE TEMPE
STATUM FAMIS
IA MULIERES IN SION HUMILIAUE
RUNT UIRGINES IN CIUITATI
BUS IUDA
IB PRINCIPES MANU SUSPENSI
SUNT FACIES SENUM
NON ERUBUERUNT
IΓ ADULESCENTIBUS INPUDICE
ABUSI SUNT ET PUERI
IN LIGNO CORRUERUNT
IΔ SENES DE PORTIS DEFECERUNT
IUUENES DE CHORO PSALLENTIU
IE DEFECIT GAUDIUM CORDIS
NOSTRI UERSUS EST IN LUCTU
CHORUS NOSTER
IϚ CECIDIT CORONA CAPITIS
NOSTRI UAE NOBIS
QUIA PECCAUIMUS
IZ PROPTEREA MAESTUM
FACTUM EST COR NOSTRU
IDEO TENEBRATI SUNT
OCULI NOSTRI
IH PROPTER MONTEM SION
QUIA DISPERIIT UULPES
AMBULAUERUNT IN EO
IΘ TU AUTEM DNE IN AETERNUM
PERMANEBIS SOLIUM TUUM
IN GENERATIONE
ET GENERATIONE
K QUARE IN PERPETUUM
OBLIUISCERIS NOSTRI
DERELINQUES NOS IN LONGI
TUDINEM DIERUM
KA CONUERTE NOS DNE AD TE
ET CONUERTEMUR
INNOUA DIES NOSTROS
SICUT A PRINCIPIO
KB SED PROICIENS REPPULISTI

NOS IRATUS ES CONTRA NOS
UEHEMENTER

EXPLICIT LIBER HIEREMIAE PROPHETAE

INCIP PROLOGUS HIEZECHI PROP

Hiezechihel propheta cum ioachim rege
iudae captiuus ductus est in babylone
ibiq· his qui cum eo captiui fuerant
prophetauit paenitentib· quod ad hieremiae
uaticinium se ultro aduersariis tradidissent
et uiderent adhuc urbem hierosolymam
stare quam ille casuram esse praedixerat.
Tricensimo autem aetatis suae anno et cap
tiuitatis quinto exorsus est ad concaptiuos
loqui et eodem tempore licet posterior
hic in chaldaea hieremias in iudaea prophe
tauerunt. Sermo eius nec satis disertus
nec admodum rusticus est sed ex utroque
medie temperatus sacerdos et ipse sicut
et hieremias principia uoluminis et finem
magnis habens obscuritatib· inuoluta
sed et uulgata eius editio non multum
distat ab hebraico unde satis miror quid
causae extiterit ut si eosdem in uniuersis
libris habemus interpretes in aliis eadem
in aliis diuersa transtulerint. Legite ergo
et hunc iuxta translationem nostram
quia per cola scriptus et commata
manifestiorem sensum legentibus
tribuit. Si autem amici mei
et hunc subsannauerint dicite eis
quod nemo eos compellat ut scripta
mea legant. Sed uereor ne illud eis
eueniat quod graece significantius
dicitur ut uocentur φατοαγλοροι
hoc est manducantes senecias

EXPLIC PROL HIEZECHIHELIS PROPH

INCIPIUNT TITULI

I Uisio quattuor animalium et rotarum
II Uisio throni di et imaginis eius super thronum
III Dñs mittit prophetam ad populum
ut reuertantur ab erroribus suis
IIII Ubi cibatur propheta uolumine libri a dño
et mittitur ad filios israhel
sedentes in captiuitate
V Quod propheta siue sacerdos omni
facinoroso peccanti adnuntiare
oporteat ut desinat et uiuat
ne sanguinem eius dñs ab eo requirat
quod si non audierit periet in suo
facinore similiter et de iusto
si peccauerit
VI Ubi in campo uisus est dñs prophetae
et mittit eum ad populum
cum praeceptis
VII De latere super quem propheta iussus
depinxit hierusalem in signum
et portauit iniquitatem populi
cccxc diebus
VIII Ubi propheta iubetur panem in pondere
manducare fimo boum cocto in signum
populi penuriae et aquam in mensuram
bibere
VIIII Ubi propheta accepit macheram acutam ut ra
deret caput suum et barbam et spargeret
uento in interitu populi signum
X Pro idolis percussum populum fame
et gladio et dispersione
XI Pro idolis traditos iudaeos in diuersis
malis et destruxit dñs delubra
eorum ante eos
XII Hic dicit qui emit non gaudeat
et uenditor non defleat de tribus
plagis et in captiuitate iudaeorum ex lamentatione
XIII Argentum eorum et aurum eorum
non liberauit eos
XIIII Sermo dñi super prophetam
et super sacerdotes et seniores
et regem et principes
XV Uisio similis claritatis di et sermo
prophetae ad populum pro idolis
XVI De lxx seniorib· operantib· facinora

xvii De mulierib· plangentib· idola
xviii De uiginti quinq· uiris domus iudae
adorantib· solem et uasa interfecti
onis tenentibus
xviiii Ubi misit dns angelos uastare hierusa
lem et uastatis eius inciperent
xx Orat propheta pro uastatione
populi et non auditur
xxi De uiro qui accipit carbones de medio
rotarum et cherubin et similitu
dine claritatis di et quattuor rotis
xxii Sermo dni super principes israhel
quod essent ipsi carnes et hieru
salem olla et de morte feltie
xxiii Ubi iterum uidit propheta claritatẽ
dni et factus est ad eum sermo eius
xxiiii Praecepit dns prophetae ut uasa
captiuitatis acciperet et fosso
pariete nocte exiret de ciuitate
quod populus exiturus esset
in captiuitate
xxv Edet panem propheta et aquam
bibet in tribulatione ut sic populus
in captiuitate potaretur
xxvi Irascitur ds populo dicenti
elongabunt dies et periet uisio
xxvii Sermo dni super pseudo prophetas
quos non misit dns
xxviii Sermo dni super feminas falsa
prophetantes et de iusto
et iniusto uiro
xxviiii Sermo dni super uiros isrl pro ab
ominationib· suis admonet eos dns
conuerti a peccatis quia ipse
nouit corda hominum
xxx De propheta errante
xxxi Si fuerint noe danihel et iob non
posse per eos liberari peccatores
sed ipsos tantum saluari
a bestiis fame et gladio
xxxii Sermo dni super uitem hierusalẽ
infructuosam
xxxiii Increpat dns hierusalem
pro idolis adulteria
xxxiiii Hic dicit mater uestra cetthea
et pater uester amorreus et soror
uestra samaria et sodoma quae
sunt iustificatae quam isrl
xxxv De parabola aquilae id est ecclesiae
xxxvi Quod hierusalem traderetur regi
babyloniae et reliqui gladio caderent
et in dispersionem mitterentur
xxxvii De promissione populi noui
et ex gentibus
xxxviii Hic dicit humiliari excelsum
et humilem exaltari
xxxviiii De uua acerua et de patre iusto
et filio impio currit per quattuor
generationes iusti et iniusti
xl Si peccator auersus a peccatis fecerit
iustitiam uiuet et iustus si peccauerit
morietur
xli Hortatur dns peccatores reuerti
ad se ut uiuant quia ds mortem
non fecit
xlii Parabola leaenae cum catulis suis
ubi increpat dns hierusalem
et regnum eius quod daretur
in manu regis babyloniae
xliii Sermo dni super seniores israhel
cum uenirent interrogare
prophetam in dno
xliiii Sermo dni super seniores israhel
eo quod sabbatum uiolarent
et idolis gentium sacrificauerint
ipsi et filii eorum
xlv Ubi immolauerunt filii israhel
filios suos diis alienis sub omne
lignum frondosum
xlvi Ubi promittit dns filiis israhel
introducere eos in terram
quam iurauit patrib· eorum
xlvii Sermo dni super saltum meridiano
in igne
xlviii Sermo dni in gladio super hierusalẽ
et terram isrl pro idolis
xlviiii Sermo dni super filios ammon in gladio
l Sermo dni super hierusalem

effundentem sanguinem
li De inhonoratione parentum et de advena
oppresso et adulteriis et stupris ita
ut quis nurum suam et sororem suam
violaret
lii De populo commixto velut aeramentum
ferrum stagnum et plumbum
in camino
liii De pseudo prophetis et sacerdotibus
liiii De Samaria quae dicta est Oolla et Hierusalem
Ooliba quae fornicatae sunt
in idolis gentium
lv Ubi accepit Hierusalem bibendum
calicem extermini pro idolis
et effusionem sanguinis
lvi Sermo dni super Hierusalem et Samariam
in ultione gladii
lvii Parabola ollae cum carnib. succensa
quae est Samaria civitas
sanguinum pro idolis
lviii De dno xpo praecipiens prophetae
non lugere in exemplum populi
lviiii Sermo dni super filios Ammon
qui dominati sunt terrae isrl.
et plauserunt manu et pede
lx Sermo dni super Moab et Seir
et Idumaea et allophylis et Palestinis
lxi Sermo dni super Sor id est Tyrum
in ultionem pro Hierusalem
lxii De genere negotiationum Tyri
et fletus eorum super eam
lxiii De principe Tyri ingrato
et de lapidibus praetiosis
lxiiii Sermo dni super Sidonem qui iniuria
adfecit populum isrl
lxv Promissio dni quod congregaret
filios isrl ex dispersione:
lxvi Sermo dni super Pharaonem
et Aegyptum quod deserta esset
xl annis et postea restitueretur
lxvii Ubi tradidit dns Aegyptum pro isrl.
regi Nabuchodonosor in praedam
lxviii De civitatib. Aegypti exterminandis
lxviiii Ubi tradidit dns Pharaonem
in manu Nabuchodonosor regis
Babyloniae occidendum
lxx Sermo dni super Pharaonem
et super Aegyptum in ultionem
lxxi De gigantib. mortuis
lxxii De speculatore dicit et nolle dm
mortem peccatoris sed ut revertatur
et vivat
lxxiii De iusto praevaricante
et peccatore converso
lxxiiii Sermo dni super populum pro idolis
et adulteriis et ceteris peccatis
lxxv Sermo dni super populum non credentem
verbis prophetae sed in canticum
se convertentem
lxxvi De pastorib. neglegentib. oves dni
et arietes et hircos
lxxvii De dno xpo pastore novo et testamento pacis et populo novo
lxxviii Sermo dni super montem Seir
et perditione eius propter
populi adflictionem
lxxviiii Sermo dni super montes isrl. eo quod
vindicati sint ab inimicis et restitueritt dns isrl. in terram suam
et multiplicaret eos
lxxx Quod pro peccato idololatriae
vindicatum sit in isrl.
lxxxi De baptismi gratia et abundantia frugum
lxxxii Ubi dns promittit restitutionem
populo isrl. in terra sua
lxxxiii De resurrectione mortuorum
lxxxiiii De dno xpo quod congregaturus sit
populum isrl. in novissimis diebus
et sanctificari in eis
lxxxv De Gog et Magog et interitu eorum
in novissimis diebus et arma
eorum igni conburenda
lxxxvi Convocat dns volatilia caeli
et bestias campi ut edant carnes
et bibant sanguinem exercitus
Gog et arma eorum succendentur in ultione populi di
lxxxvii De ostensione templi dni

hiezechielo propheta
lxxxviii De sacerdotibus et leuitis filiis sadoch
custodientib· templum dni et altare
lxxxviiii De mensuris templi dni
xc De loco sco quo non ingrediuntur
nisi sacerdotes offerre oblatio
nes scorum et sacrificia pro pec
catis ignorantiae et de ueste
sacerdotali
xci Ubi uidit propheta claritatem dni
in domo di sibi reuelatam
xcii Ubi dns arguit iudaeos pro peccatis
idolorum
xciii Dispositio domus dni et altaris
et holocausto macta offerenda
xciiii De porta dni clausa per quam dns
ingressus est
xcv Praecepit dns ne quis introeat
de populo in sca scorum
praeter leuitas quia cum erra
ret populus a dno ipsi ministra
bant sacrificia eorum
xcvi Reprobat dns populum pro idolis
quib· deseruierunt
xcvii De sacerdotib· et leuitis scificantis
et stolis eorum et actu eorum
et uita et si super mortuum
introierint
xcviii De possessione sacerdotum
et leuitarum quod primitiae
sint et tutmorticinum et captu
a bestia ne non comedant
xcviiii De diuisione terrae in qua sunt
sca scorum et locus habitatio
nis leuitarum segregatus
c De pondere iusto et mensura
et ratione eorum ponderum
et mensurarum et sacrificiu
sabbati et kalendae
ci De uitulo propitiationis
cii De pascha dni mense nouorum
celebrandum
ciii De sacramento sabbati et neomeniae
cv Quomodo debeat ingredi populus
in templum adorare dnm
cvi De uoluntario holocausto sacerdotu
cvii Ut sacerdotes ex sua hereditate
debeant filiis suis relinquere
et non de populo
cviii De loco ubi sacerdotes
sacrificia coquent
cviiii Locus coquorum coquentium
populo
cviiii De aquis multis sibi ostensis
quae procedunt de aede dni
et descendunt in galilaeam
et arabiam et usque ad mare
quae baptismum significant
cx De distributione terrae
quam hereditate
accepit
israhel.

EXPLICIUNT TITULI

HIEZECHIHELIS PROPHETAE

INCIPIT LIBER

EIUS DEM

I ET FACTUM EST IN TRICENSIMO
ANNO IN QUARTO MENSE
IN QUINTA MENSIS
CUM ESSEM IN MEDIO CAPTIUO
RUM IUXTA FLUUIUM CHOBAR
APERTI SUNT CAELI ET UIDI
UISIONEM DĪ
IN QUINTA MENSIS IPSE EST
ANNUS QUINTUS TRANSMIGRA
TIONIS REGIS IOACHIM
FACTUM EST UERBUM DNĪ
AD HIEZECHIEL FILIUM BUZI
SACERDOTEM
IN TERRA CHALDAEORUM
SECUS FLUMEN CHOBAR
ET FACTA EST SUPER EUM
IBI MANUS DNĪ
ET UIDI ET ECCE UENTUS TUR
BINIS UENIEBAT AB AQUILONE
ET NUBES MAGNA
ET IGNIS INUOLUENS ET SPLEN
DOR IN CIRCUITU EIUS
ET DE MEDIO EIUS QUASI SPECIES
ELECTRI ID EST DE MEDIO IGNIS
ET EX MEDIO EORUM SIMILITU
DO QUATTUOR ANIMALIUM
ET HIC ASPECTUS EORUM
SIMILITUDO HOMINIS IN EIS
ET QUATTUOR FACIES UNI ET
QUATTUOR PINNAE UNI
ET PEDES EORUM PEDES RECTI
ET PLANTA PEDIS EORUM
QUASI PLANTA PEDIS UITULI
ET SCINTILLAE QUASI ASPECTUS
AERIS CANDENTIS
ET MANUS HOMINIS SUB PINNIS
EORUM IN QUATTUOR PARTIB·
ET FACIES ET PINNAS PER QUAT
TUOR PARTES HABEBANT
IUNCTAEQ· ERANT PINNAE EORŪ
ALTERIUS AD ALTERUM
NON REUERTEBANTUR
CUM INCEDERENT
SED UNUMQUODQUE ANTE FACIĒ
SUA
GRADIEBATUR
SIMILITUDO AUTEM UULTUS EORŪ
FACIES HOMINIS ET FACIES LEONIS
A DEXTRIS IPSORUM QUATTUOR
FACIES AUTEM BOUIS A SINISTRIS
IPSORUM QUATTUOR
ET FACIES AQUILAE DESUPER
IPSORUM QUATTUOR
ET FACIES EORUM ET PINNAE EORŪ
EXTENTAE DESUPER
DUAE PINNAE SINGULORUM
IUNGEBANTUR
ET DUAE TEGEBANT CORPORA EORŪ
ET UNUMQUODQ· CORAM FACIE SUA
AMBULABAT
UBI ERAT IMPETUS SPS
ILLUC GRADIEBANTUR
NEC REUERTEBANTUR
CUM AMBULARENT
ET SIMILITUDO ANIMALIUM
ASPECTUS EORUM QUASI
CARBONUM IGNIS ARDENTIŪ
ET QUASI ASPECTUS LAMPADARŪ
HAEC ERAT UISIO DISCURRENS
IN MEDIO ANIMALIUM
SPLENDOR IGNIS ET DE IGNE
FULGOR EGREDIENS
ET ANIMALIA IBANT ET REUER
TEBANTUR
IN SIMILITUDINEM FULGURIS
CORUSCANTIS
CUMQ· ASPICEREM ANIMALIA
APPARUIT ROTA UNA SUPER TERRĀ
IUXTA ANIMALIA HABENS
QUATTUOR FACIES
II ET ASPECTUS ROTARUM
ET OPUS EARUM QUASI UISIO
MARIS
ET UNA SIMILITUDO IPSARUM
QUATTUOR
ET ASPECTUS EARUM ET OPERA
QUASI SIT ROTA IN MEDIO ROTAE
PER QUATTUOR PARTES EARŪ
EUNTES IBANT

ET NON REUERTEBANTUR
CUM AMBULARENT
STATURA QUOQ· ERAT ROTIS ET ALTI
TUDO ET HORRIBILIS ASPECTUS
ET TOTUM CORPUS PLENUM
OCULIS IN CIRCUITU IPSARUM
QUATTUOR
CUMQUE AMBULARENT ANIMALIA
AMBULABANT PARITER
ET ROTAE IUXTA EA
ET CUM ELEUARENTUR ANIMALIA
DE TERRA ELEUABANTUR
SIMUL ET ROTAE
QUOCUMQ· IBAT SPS ILLUC
EUNTE SPU ET ROTAE PARITER
LEUABANTUR SEQUENTES EUM
SPS ENIM UITAE ERAT IN ROTIS
CUM EUNTIBUS IBANT
ET CUM STANTIB· STABANT
ET CUM ELEUATIS A TERRA PARITER
ELEUABANTUR ET ROTAE
SEQUENTES EAS
QUIA SPS UITAE ERAT IN ROTIS
ET SIMILITUDO SUPER CAPUT
ANIMALIUM FIRMAMENTI
QUASI ASPECTUS CRISTALLI
HORRIBILIS ET EXTENSI
SUPER CAPITA EORUM DESUPER
SUB FIRMAMENTO AUTEM
PINNAE EORUM RECTAE
ALTERIUS AD ALTERUM
UNUM QUOQ· DUABUS ALIS
UELABAT CORPUS SUUM
ET ALTERUM SIMILITER UELABATUR
ET AUDIEBAM SONUM ALARUM
QUASI SONUM AQUARUM
MULTARUM
QUASI SONUM SUBLIMIS DI
CUM AMBULARENT QUASI SONUS
ERAT MULTITUDINIS
UT SONUS CASTRORUM
CUMQ· STARENT DIMITTEBAN
TUR PINNAE EORUM
NAM CUM FIERET UOX SUPRA

FIRMAMENTUM
QUOD ERAT SUPER CAPUT EORUM
STABANT ET SUMMITTEBANT
ALAS SUAS
II ET SUPER FIRMAMENTUM
QUOD ERAT IMMINENS
CAPITI EORUM
QUASI ASPECTUS LAPIDIS
SAPPIRI SIMILITUDO THRONI
ET SUPER SIMILITUDINEM
THRONI SIMILITUDO QUASI
ASPECTUS HOMINIS DESUPER
ET UIDI QUASI SPECIEM ELECTRI
UELUT ASPECTUM IGNIS
INTRINSECUS EIUS PER CIRCUITUM
A LUMBIS EIUS ET DESUPER
ET A LUMBIS EIUS USQ· DEORSUM
UIDI QUASI SPECIEM IGNIS
SPLENDENTIS IN CIRCUITU
UELUT ASPECTUM ARCUS
CUM FUERIT IN NUBE IN DIE PLUUIAE
HIC ERAT ASPECTUS SPLENDORIS
PER GYRUM
II HAEC UISIO SIMILITUDINIS
GLORIAE DNI
ET UIDI ET CECIDI IN FACIEM MEAM
ET AUDIUI UOCEM LOQUENTIS
ET DIXIT AD ME
III FILI HOMINIS STA SUPRA PEDES
TUOS ET LOQUAR TECUM
ET INGRESSUS EST IN ME SPS
POSTQUAM LOCUTUS EST MIHI
ET STATUIT ME SUPRA PEDES
MEOS ET AUDIUI LOQUENTEM
AD ME ET DICENTEM
FILI HOMINIS MITTO EGO TE
AD FILIOS ISRL
AD GENTES APOSTATRICES
QUAE RECESSERUNT A ME
PATRES EORUM PRAEUARICATI
SUNT PACTUM MEUM
USQ· AD DIEM HANC
ET FILII DURA CERUICE
ET INDOMABILI CORDE SUNT

AD QUOS EGO TE MITTO
ET DICES AD EOS HAEC DICIT DNS DS
SI FORTE UEL IPSI AUDIANT
ET SI FORTE QUIESCANT
QUONIAM DOMUS EXASPERANS EST
ET SCIENT QUIA PROPHETA FUERIT
IN MEDIO EORUM
TU ERGO FILI HOMINIS NE TIMEAS EOS
NEQ· SERMONES EORUM METUAS
QUONIAM INCREDULI ET SUB
UERSORES SUNT TECUM
ET CUM SCORPIONIB· HABITAS
UERBA EORUM NE METUAS
ET UULTUS EORUM NE FORMIDES
QUIA DOMUS EXASPERANS EST
LOQUERIS ERGO UERBA MEA AD EOS
SI FORTE AUDIANT ET QUIESCANT
QUONIAM INRITATORES SUNT
ſmi TU AUTEM FILI HOMINIS AUDI
QUAECUMQ· LOQUOR AD TE
ET NOLI ESSE EXASPERANS SICUT
DOMUS EXASPERATRIX EST
APERI OS TUUM ET COMEDE
QUAECUMQ· EGO DO TIBI
ET UIDI ET ECCE MANUS MISSA AD ME
IN QUA ERAT INUOLUTUS LIBER
ET EXPANDIT ILLUM CORAM ME
QUI ERAT SCRIPTUS INTUS ET FORIS
ET SCRIPTAE ERANT IN EO LAMEN
TATIONES ET CARMEN ET UAE
III ET DIXIT AD ME FILI HOMINIS
QUODCUMQ· INUENERIS COMEDE
COMEDE UOLUMEN ISTUD
ET UADENS LOQUERE
AD FILIOS ISRAHEL
ET APERUI OS MEUM ET CIBAUIT
ME UOLUMINE ILLO
ET DIXIT AD ME FILI HOMINIS
UENTER TUUS COMEDET
ET UISCERA TUA COMPLEBUNTUR
UOLUMINE ISTO QUOD EGO DO TIBI
ET COMEDI ILLUD ET FACTUM EST
IN ORE MEO SICUT MEL DULCE
ET DIXIT AD ME FILI HOMINIS
UADE AD DOMUM ISRL ET LOQUE
RIS UERBA MEA AD EOS
NON ENIM AD POPULUM
PROFUNDI SERMONIS
ET IGNOTAE LINGUAE TU MITTERIS
AD DOMUM ISRL
NEQUE AD POPULOS MULTOS
PROFUNDI SERMONIS
ET IGNOTAE LINGUAE
QUORUM NON POSSIS
AUDIRE SERMONES
ET SI AD ILLOS MITTERIS
IPSI AUDIRENT TE
DOMUS AUTEM ISRL NOLUNT
AUDIRE TE QUIA NOLUNT
AUDIRE ME
OMNIS QUIPPE DOMUS ISRL
ATTRITA FRONTE EST
ET CORDE DURO
ECCE DEDI FACIEM TUAM
UALENTIOREM FACIEB· EORUM
ET FRONTEM TUAM DURIOREM
FRONTIB· EORUM
UT ADAMANTEM ET UT SILICEM
DEDI FACIEM TUAM
NE TIMEAS EOS NEQ· METUAS
A FACIE EORUM QUIA DOMUS
EXASPERANS EST
ET DIXIT AD ME FILI HOMINIS
OMNES SERMONES MEOS
QUOS LOQUOR AD TE
ADSUME IN CORDE TUO
ET AURIB· TUIS AUDI
ET UADE INGREDERE AD TRANS
MIGRATIONEM AD FILIOS
POPULI TUI
ET LOQUERIS AD EOS ET DICES EIS
HAEC DICIT DNS DS SI FORTE
AUDIANT ET QUIESCANT
ET ADSUMSIT ME SPS ET AUDIUI
POST ME UOCEM COMMO
TIONIS MAGNAE
BENEDICTA GLORIA DNI E LOCO SUO
ET UOCEM ALARUM ANIMALIUM

PERCUTIENTIUM ALTERAD ALTERŪ
ET UOCEM ROTARUM SEQUENTIŪ
ANIMALIA ET UOCEM COMMO
TIONIS MAGNAE
SPS QUOQ; LEUAUIT ME
ET ADSUMSIT ME
ET ABII AMARUS IN INDIGNATIONE
SPS MEI
MANUS ENIM DNI ERAT MECUM
CONFORTANS ME
ET UENI AD TRANSMIGRATIONĒ
IN ACERUUM NOUARUM FRUGŪ
AD EOS QUI HABITABANT
IUXTA FLUMEN CHOBAR
ET SEDI UBI ILLI SEDEBANT
ET MANSI IBI SEPTEM DIEBUS
MERENS IN MEDIO EORUM
V CUM AUTEM PERTRANSISSENT
SEPTEM DIES
FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS SPECULATOREM
DEDI TE DOMUI ISRL
ET AUDIES DE ORE MEO UERBŪ
ET ADNUNTIABIS EIS EX ME
SI DICENTE ME AD IMPIUM
MORTE MORIERIS
NON ADNUNTIAUERIS EI
NEQ; LOCUTUS FUERIS UT AUER
TATUR A UIA SUA IMPIA ET UIUAT
IPSE IMPIUS INIQUITATE SUA
MORIETUR
SANGUINEM AUTEM EIUS
DE MANU TUA REQUIRAM
SI AUTEM TU ANNUNTIAUERIS
IMPIO
ET ILLE NON FUERIT CONUERSUS
AB IMPIETATE SUA ET UIA
SUA IMPIA
IPSE QUIDEM INIQUITATE SUA
MORIETUR
TU AUTEM ANIMAM TUAM
LIBERASTI
SED ET SI CONUERSUS IUSTUS

A IUSTITIA SUA FECERIT INIQUITATĒ
PONAM OFFENDICULUM CORAM EO
IPSE MORIETUR QUIA NON ADNUN
TIASTI EI IN PECCATO SUO MORIETUR
ET NON ERUNT IN MEMORIA IUSTITIAE
EIUS QUAS FECIT
SANGUINEM UERO EIUS
DE MANU TUA REQUIRAM
SI AUTEM TU ANNUNTIAUERIS IUSTO
UT NON PECCET IUSTUS
ET ILLE NON PECCAUERIT
UIUENS UIUET QUIA ADNUNTIASTI EI
ET TU ANIMAM TUAM LIBERASTI
VI ET FACTA EST SUPER ME MANUS
DNI ET DIXIT AD ME
SURGENS EGREDERE IN CAMPUŪ
ET IBI LOQUAR TECUM
ET SURGENS EGRESSUS SUM
IN CAMPUM DT IIII
ET ECCE IBI GLORIA DNI STABAT
QUASI GLORIA QUAM UIDI
IUXTA FLUUIUM CHOBAR
ET CECIDI IN FACIEM MEAM
ET INGRESSUS EST IN ME SPS
ET STATUIT ME SUPER
PEDES MEOS
ET LOCUTUS EST MIHI
ET DIXIT AD ME
INGREDERE ET INCLUDERE
IN MEDIO DOMUS TUAE
ET TU FILI HOMINIS ECCE DATA
SUNT SUPER TE UINCULA
ET LIGABUNT TE IN EIS ET NON
EGREDIERIS IN MEDIO EORUM
ET LINGUAM TUAM ADHERESCERE
FACIAM PALATO TUO
ET ERIS MUTUS NEC QUASI
UIR OBIURGANS
QUIA DOMUS EXASPERANS EST
CUM AUTEM LOCUTUS FUERO TIBI
APERIAM OS TUUM ET DICES AD EOS
HAEC DICIT DNS DS
QUI AUDIT AUDIAT ET QUI
QUIESCIT QUIESCAT

QUIA DOMUS EXASPERANS EST
III ET TU FILI HOMINIS SUME TIBI
IIII. LATEREM ET PONES EUM
CORAM TE
ET DESCRIBES IN EO CIUITATEM
HIERUSALEM
ET ORDINABIS ADUERSUS EAM
OBSIDIONEM
ET AEDIFICABIS MUNITIONES
ET CONPORTABIS AGGEREM
ET DABIS CONTRA EAM CASTRA
ET PONES ARIETES IN GYRO
ET TU SUME TIBI SARTAGINEM
FERREAM
ET PONES EAM MURUM FERREŪ
INTER TE ET INTER CIUITATEM
ET OBFIRMABIS FACIEM TUAM
AD EAM ET ERIT IN OBSIDIONE
ET CIRCUMDABIS EAM
SIGNUM EST DOMUI ISRL
ET TU DORMIES SUPER LATUS
TUUM SINISTRUM
ET PONES INIQUITATES
DOMUS ISRL SUPER EO
NUMERO DIERUM QUIBUS
DORMIES SUPER ILLUD
ET ADSUMES INIQUITATEM EORŪ
EGO AUTEM DEDI TIBI ANNOS
INIQUITATIS EORUM
NUMERO DIERUM
TRECENTOS ET NO NAGINTA DIES
ET PORTABIS INIQUI TATEM
DOMUS ISRL
ET CUM CONPLEUERIS HAEC
DORMIES SUPER LATUS TUŪ
DEXTRUM SECUNDO
ET ADSUMES INIQUITATEM
DOMUS IUDA QUADRAGINTA DIEB·
DIEM PRO ANNO DIEM INQUAM
PRO ANNO DEDI TIBI
ET AD OBSIDIONEM HIERUSALĒ
CONUERTES FACIEM TUAM
ET BRACHIUM TUUM ERIT
EXERTUM ET PROPHETABIS
ADUERSUS EAM
ECCE CIRCUMDEDI TE UINCULIS
ET NON TE CONUERTES A LATERE
TUO IN LATUS ALIUD
DONEC CONPLEAS DIES
OBSIDIONIS TUAE
IIII ET TU SUME TIBI FRUMENTUM
ET HORDEUM ET FABAM
ET LENTEM ET MILIUM ET UICIAM
ET MITTES EA IN UAS UNUM
ET FACIES TIBI PANES NUMERO
DIERUM QUIBUS DORMIES
SUPER LATUS TUUM
TRECENTIS ET NONAGINTA DIEBUS
COMEDES ILLUD
CIBUS AUTEM TUUS QUO UESCERIS
ERIT IN PONDERE UIGINTI
STATERES IN DIE
A TEMPORE USQ· AD TEMPUS
COMEDES ILLUD
ET AQUAM IN MENSURA BIBES
SEXTAM PARTEM HIN
A TEMPORE USQ· AD TEMPUS
BIBES ILLUD
ET QUASI SUBCINERICIUM
HORDEACIUM COMEDES ILLUD
ET STERCORE QUOD EGREDIETUR
DE HOMINE OPERIES ILLUD
IN OCULIS EORUM
ET DIXIT DNS SIC COMEDENT
FILII ISRL PANEM SUUM
POLLUTUM INTER GENTES
AD QUAS EICIAM EOS
ET DIXI HA HA HA· DNE DS
ECCE ANIMA MEA NON EST POLLU
TA ET MORTICINUM
ET LACERATUM A BESTIIS
NON COMEDI AB INFANTIA MEA
USQ· NUNC
ET NON EST INGRESSA IN OS MEŪ
OMNIS CARO INMUNDA
ET DIXIT AD ME ECCE DEDI TIBI
FIMUM BOUM PRO STERCORIB·
HUMANIS

ET FACIES PANEM TUUM IN EO
ET DIXIT AD ME FILI HOMINIS
ECCE EGO CONTERAM BACULŪ
PANIS IN HIERUSALEM
ET COMEDENT PANEM IN PONDERE
ET IN SOLLICITUDINEM
ET AQUAM IN MENSURAM
ET IN ANGUSTIA BIBENT
UT DEFICIENTIB· PANE ET AQUA
CORRUAT UNUSQUISQUE
AD FRATREM SUUM
ET CONTABESCANT IN INIQUITATI
BUS SUIS
CIIII V ET TU FILI HOMINIS SUME TIBI
GLADIUM ACUTUM
RADENTEM PILOS
ET ADSUMES EUM ET DUCES
PER CAPUT TUUM
ET PER BARBAM TUAM
ET ADSUMES TIBI STATEREM
PONDERIS ET DIUIDES EOS
TERTIAM PARTEM IGNI CON
BURES IN MEDIO CIUITATIS
IUXTA CONPLETIONEM DIERUM
OBSIDIONIS
ET ADSUMENS TERTIAM PARTĒ
CONCIDES GLADIO IN CIRCUI
TU EIUS
TERTIAM UERO ALIAM
DISPERGES IN UENTUM
ET GLADIUM NUDABO POST EOS
ET SUMES INDE PARUUM NUMERŪ
ET LIGABIS EOS IN SUMMITATE
PALLII TUI
ET EX EIS RURSUM TOLLES
ET PROICIES IN MEDIO IGNIS
ET CONBURES EOS IGNI
EX EO EGREDIETUR IGNIS
IN OMNEM DOMUM ISRL̄
HAEC DICIT DN̄S D̄S
ISTA EST HIERUSALEM
IN MEDIO GENTIUM POSUI EAM
ET IN CIRCUITU EIUS TERRAS
ET CONTEMSIT IUDICIA MEA

UT PLUS ESSET IMPIA
QUAM GENTES
ET PRAECEPTA MEA ULTRA
QUAM TERRAE QUAE IN CIRCUI
TU EIUS SUNT
IUDICIA ENIM MEA PROIECERUNT
ET IN PRAECEPTIS MEIS
NON AMBULAUERUNT
IDCIRCO HAEC DICIT DN̄S D̄S
QUIA SUPERASTIS GENTES
QUAE IN CIRCUITU UESTRO SUNT
IN PRAECEPTIS MEIS NON AMBU
LASTIS ET IUDICIA MEA
NON FECISTIS
ET IUXTA IUDICIA GENTIUM
QUAE IN CIRCUITU UESTRO SUNT
NON ESTIS OPERATI
X IDEO HAEC DICIT DN̄S D̄S
ECCE EGO AD TE
ET IPSE EGO FACIAM IN MEDIO
TUI IUDICIA IN OCULIS GENTIUM
ET FACIAM IN TE QUAE NON FECI
ET QUIB· SIMILIA ULTRA NON FACIĀ
PROPTER OMNES ABOMINA
TIONES TUAS
IDEO PATRES COMEDENT
FILIOS IN MEDIO TUI
ET FILII COMEDENT PATRES SUOS
ET FACIAM IN TE IUDICIA
ET UENTILABO UNIUERSAS
RELIQUIAS TUAS
IN OMNEM UENTUM
IDCIRCO UIUO EGO DICIT DN̄S D̄S
NISI PRO EO QUOD SC̄M MEUM
UIOLASTI IN OMNIBUS
OFFENSIONIBUS TUIS
ET IN OMNIB· ABOMINATIONIB· TUIS
EGO QUOQUE CONFRINGAM
ET NON PARCET OCULUS MEUS
ET NON MISEREBOR
TERTIA TUI PARS PESTE MORIETUR
ET FAME CONSUMETUR
IN MEDIO TUI
ET TERTIA TUI PARS GLADIO

CADET IN CIRCUITU TUO
TERTIAM UERO PARTEM TUAM
IN OMNEM UENTUM DISPERGAM
ET GLADIUM EUAGINABO POST EOS
ET CONPLEAM FUROREM MEUM
ET REQUIESCERE FACIAM
INDIGNATIONEM MEAM IN EIS
ET CONSOLABOR ET SCIENT
QUIA EGO DNS LOCUTUS SUM
IN ZELO MEO
CUM IMPLEUERO INDIGNATIO
NEM MEAM IN EIS
ET DABO TE IN DESERTUM
ET IN OBPROBRIUM GENTIBUS
QUAE IN CIRCUITU TUO SUNT
IN CONSPECTU OMNIS
PRAETEREUNTIS
ET ERIS OBPROBRIUM ET BLAS
PHEMIA EXEMPLUM
ET STUPOR IN GENTIBUS
QUAE IN CIRCUITU TUO SUNT
CUM FECERO IN TE IUDICIA
IN FURORE ET IN INDIGNATIONE
ET IN INCREPATIONIBUS IRAE
EGO DNS LOCUTUS SUM
QUANDO MISERO SAGITTAS
FAMIS PESSIMAS IN EOS
QUAE ERUNT MORTIFERAE
ET QUAS MITTAM
UT DISPERDAM UOS
ET FAMEM CONGREGABO
SUPER UOS ET CONTERAM
UOBIS BACULUM PANIS
ET INMITTAM IN UOS FAMEM
ET BESTIAS PESSIMAS
USQ· AD INTERNICIONEM
ET PESTILENTIA ET SANGUIS
TRANSIBUNT PER TE
ET GLADIUM INDUCAM SUPER
TE EGO DNS LOCUTUS SUM
XI ET FACTUS EST SERMO DNI
VI AD ME DICENS
FILI HOMINIS PONE FACIEM TUAM
AD MONTES ISRAHEL

ET PROPHETABIS AD EOS ET DICES
MONTES ISRL AUDITE UERBUM DNI
HAEC DICIT DNS DS MONTIBUS
ET COLLIB· RUPIB· ET UALLIBUS
ECCE EGO INDUCAM SUPER UOS
GLADIUM ET DISPERDAM
EXCELSA UESTRA
ET DEMOLIAR ARAS UESTRAS
ET CONFRINGENTUR
SIMULACRA UESTRA
ET DEICIAM INTERFECTOS UESTROS
ANTE IDOLA UESTRA
ET DABO CADAUERA FILIORUM ISRL
ANTE FACIEM SIMULACRORUM
UESTRORUM
ET DISPERGAM OSSA UESTRA
CIRCUM ARAS UESTRAS
IN OMNIB· HABITATIONIBUS UESTRIS
URBES DESERTAE ERUNT
ET EXCELSA DEMOLIENTUR
ET DISSIPABUNTUR
ET INTERIBUNT ARAE UESTRAE
ET CONFRINGENTUR
ET CESSABUNT IDOLA UESTRA
ET CONTERENTUR DELUBRA
UESTRA ET DELEBUNTUR
OPERA UESTRA
ET CADET INTERFECTUS IN MEDIO
UESTRI ET SCIETIS
QUONIAM EGO DNS
ET RELINQUAM IN UOBIS EOS
QUI FUGERINT GLADIUM
IN GENTIBUS
CUM DISPERSERO UOS IN TERRIS
ET RECORDABUNTUR MEI
LIBERATI UESTRI IN GENTIBUS
AD QUAS CAPTIUI DUCTI SUNT
QUIA CONTRIUI COR EORUM
FORNICANS ET RECEDENS A ME
ET OCULOS EORUM FORNICANTES
POST IDOLA SUA
ET DISPLICEBUNT SIBIMET
SUPER MALIS QUAE FECERUNT
IN UNIUERSIS ABOMINATIONIB· SUIS

ETSCIENTQUIAEGODNSNONFRUSTRA
LOCUTUSSUMUTFACEREMEIS
MALUMHOC
HAECDICITDNSDS
PERCUTEMANUTUAETALLIDE
PEDEMTUUM
ETDICEHEUADOMNESABOMINA
TIONESMALORUMDOMUSISRL
QUIGLADIOFAMEPESTE
RUITURISUNT
QUILONGEESTPESTEMORIETUR
QUIAUTEMPROPEGLADIO
CORRUET
ETQUIRELICTUSFUERIT
ETOBSESSUSFAMEMORIETUR
ETCOMPLEAMINDIGNATIONEM
MEAMINEIS
ETSCIETISQUIAEGODNS
CUMFUERINTINTERFECTIUESTRI
INMEDIOIDOLORUMUESTRORU
INCIRCUITUARARUMUESTRARU
INOMNICOLLEEXCELSOINCUNCTIS
SUMMITATIB·MONTIUM
ETSUBTUSOMNELIGNUM
NEMOROSUM ETSUBTUS
UNIUERSAM QUERCUM
FRONDOSAM
LOCUM UBIACCENDERUNT
TURA·REDOLENTIA
UNIUERSIS IDOLISSUIS
ETEXTENDAMMANUMMEAM
SUPER EOS
ETFACIAMTERRAMDESOLATA
ETDESTITUTAM
ADESERTODEBLATHANOMNIBUS
HABITATIONIB·EORUM
ETSCIENTQUIAEGODNS

VII ETFACTUSESTSERMODNI
ADMEDICENS
ETTUFILIHOMINIS
HAECDICITDNSDSTERRAEISRL
FINISUENITFINISSUPERQUAT
TUORPLAGASTERRAE
NUNCFINISSUPERTE

ETEMITTAMFUROREMMEUM
INTE ETIUDICABOTE
IUXTAUIASTUAS
ETPONAMCONTRATE OMNES
ABOMINATIONESTUAS
ETNONPARCETOCULUSMEUS
SUPERTEETNONMISEREBITUR
SEDUIASTUAS PONAMSUPERTE
ETABOMINATIONESTUAE
INMEDIOTUIERUNT
ETSCIETISQUIAEGODNS
HAECDICITDNSDS
AFFLICTIOUNAAFFLICTIO
ECCEUENIT
FINISUENIT UENITFINIS
EUIGILABITADUERSUMTE
ECCEUENIT
UENITCONTRACTIOSUPERTE
QUIHABITASINTERRA
UENITTEMPUSPROPEEST
DIESOCCISIONIS ETNON
GLORIAEMONTIUM
NUNCDEPROPINQUOEFFUNDA
IRAMMEAMSUPERTE
ETCOMPLEAMFUROREMMEU
INTE
ETIUDICABOTE IUXTAUIASTUAS
ETIMPONAMTIBIOMNIA
SCELERATUA
ETNONPARCETOCULUSMEUS
NEQ·MISEREBOR
SEDUIASTUAS IMPONAMTIBI
ETABOMINATIONESTUAE
INMEDIOTUIERUNT
ETSCIETISQUIAEGOSUMDNS
PERCUTIENS
ECCEDIES ECCEUENIT
EGRESSAESTCONTRACTIO
FLORUITUIRGA GERMINAUIT
SUPERBIA
INIQUITASSURREXIT IX
INUIRGAIMPIETATIS
NONEXEIS ETNONEXPOPULO
NEQ·EXSONITUEORUM

ET NON ERIT REQUIES IN EIS
xii UENIT TEMPUS ADPROPINQUAUIT
DIES
QUI EMIT NON LAETETUR ET QUI
UENDIT NON LUGEAT
QUIA IRA SUPER OMNEM
POPULUM EIUS
QUIA QUI UENDIT AD ID QUOD UENDIDIT
NON REUERTETUR
ET ADHUC IN UIUENTIB; UITA EORUM
UISIO ENIM AD OMNEM MULTITU
DINEM EIUS NON REGREDIETUR
ET UIR IN INIQUITATE UITAE SUAE
NON CONFORTABITUR
CANITE TUBA PRAEPARENTUR
OMNES
ET NON EST QUI UADAT AD PROELIŪ
IRA ENIM MEA SUPER UNIUERSŪ
POPULUM EIUS
GLADIUS FORIS PESTIS ET FAMES
INTRINSECUS
QUI IN AGRO EST GLADIO MORIETUR
ET QUI IN CIUITATE
PESTILENTIA ET FAME
DEUORABUNTUR
ET SALUABUNTUR
QUI FUGERINT EX EIS
ET ERUNT IN MONTIB; QUASI
COLUMBAE CONUALLIUM
OMNES TREPIDI UNUSQUISQUE
IN INIQUITATE SUA
OMNES MANUS DISSOLUENTUR
ET OMNIA GENUA FLUENT AQUIS
ET ACCINGENT SE CILICIIS
ET OPERIET EOS FORMIDO
ET IN OMNI FACIE CONFUSIO
ET IN UNIUERSIS CAPITIB; EORŪ
CALUITIUM
xiii ARGENTUM EORUM FORIS
PROICIETUR ET AURUM EORŪ
IN STERQUILINIUM ERIT
ARGENTUM EORUM ET AURUM
EORUM NON UALEBIT LIBERARE
EOS IN DIE FURORIS DNI
ANIMAM SUAM NON SATURABUNT
ET UENTRES EORUM
NON IMPLEBUNTUR
QUIA SCANDALUM INIQUITATIS EORŪ
FACTUM EST
ET ORNAMENTUM MONILIUM
SUORUM IN SUPERBIAM
POSUERUNT
ET IMAGINES ABOMINATIONUM
SUARUM ET SIMULACRORUM
FECERUNT EX EO
PROPTER HOC DEDI EIS ILLUD
IN INMUNDITIAM
ET DABO ILLUD IN MANUS ALIENORŪ
AD DIRIPIENDUM
ET INPIIS TERRAE IN PRAEDAM
ET CONTAMINABUNT ILLUD
ET AUERTAM FACIEM MEAM AB EIS
ET UIOLABUNT ARCANUM MEUM
ET INTROIBUNT IN ILLUD EMISSARII
ET CONTAMINABUNT ILLUD
xiiii FAC CONCLUSIONEM QUONIAM
TERRA PLENA EST
IUDICIO SANGUINUM
ET CIUITAS PLENA INIQUITATE
ET ADDUCAM PESSIMOS DE GENTIB;
ET POSSIDEBUNT DOMOS EORŪ
ET QUIESCERE FACIAM
SUPERBIAM POTENTIUM
ET POSSIDEBUNT SCUARIA EORŪ
ANGUSTIA SUPERUENIENTE
REQUIRENT PACEM ET NON ERIT
CONTURBATIO SUPER CONTUR
BATIONEM UENIET
ET AUDITUS SUPER AUDITUM
ET QUAERENT UISIONEM
DE PROPHETA ET LEX PERIBIT
A SACERDOTE ET CONSILIUM
A SENIORIBUS
REX LUGEBIT ET PRINCEPS
INDUETUR MAERORE
ET MANUS POPULI TERRAE
CONTURBABUNTUR
SECUNDUM UIAM EORUM

faciam eis et secundum
iudicia eorum iudicabo eos
et scient quia ego dns
XXI Et factum est in anno sexto
in mense quinto in quinta
mensis
ego sedebam in domo mea
et senes iuda sedebant
coram me
et cecidit super me ibi manus
dni di
et uidi et ecce similitudo
quasi aspectus ignis
ab aspectu lumborum eius
et deorsum ignis
et a lumbis eius et sursum
quasi aspectus splendoris
ut uisio eletri
et emissa similitudo manus
adprehendit me
in cincinno capitis mei
et eleuauit me sps
inter terram et caelum
et adduxit in hierusalem
in uisione di
iuxta ostium interius quod
respiciebat aquilonem
ubi erat statutum idolum
zeli ad prouocandam
aemulationem
et ecce ibi gloria di israhel
secundum uisionem
quam uideram in campo
et dixit ad me fili hominis
leua oculos tuos ad uiam
aquilonis
et leuaui oculos meos
ad uiam aquilonis
et ecce ab aquilone portae
altaris idolum zeli in ipso
introitu et dixit ad me
fili hominis putasne uides tu
quid isti faciant abomina
tiones magnas

quas domus isrl facit hic
ut procul recedam
a scuario meo
et adhuc conuersus uidebis
abominationes maiores
XXII Et introduxit me ad ostium
atrii et uidi et ecce foramen
unum in pariete
et dixit ad me fili hominis
fode parietem
et cum perfodissem pariete
apparuit ostium unum
et dixit ad me ingredere
et uide abominationes
pessimas quas isti faci
unt hic
et ingressus uidi et ecce
omnis similitudo reptiliu
et animalium abominatio
et uniuersa idola domus isrl
depicta erant in pariete
in circuitu per totum
et septuaginta uiri
de senioribus domus isrl
et hiezonias filius saphan
stabat in medio eorum
stantium ante picturas
et unusquisq habebat
turabulum in manu sua
et uapor nebulae de ture
consurgebat
et dixit ad me certe uidisti
fili hominis quae seniores
domus isrl faciunt
in tenebris
unusquisque in abscondito
cubiculi sui
dicunt enim non uidet dns
nos dereliquit dns terram
XXIII Et dixit ad me adhuc conuer
sus uidebis abominationes
maiores quas isti faciunt
et introduxit me per ostiu
portae domus dni

QUOD RESPICIEBAT AD AQUILONĒ
ET ECCE IBI MULIERES SEDEBANT
PLANGENTES ADONEM
XVII ET DIXIT AD ME CERTE VIDISTI
FILI HOMINIS
ET ADHUC CONVERSUS VIDEBIS
ABOMINATIONES MAIORES HIS
ET INTRODUXIT ME IN ATRIUM
DOMUS DNI INTERIUS
ET ECCE IN OSTIO TEMPLI DNI
INTER VESTIBULUM ET ALTARE
QUASI VIGINTI QUINQUE VIRI
DORSA HABENTES CONTRA
TEMPLUM DNI
ET FACIES AD ORIENTEM ET AD
ORABANT AD ORTUM SOLIS
ET DIXIT AD ME CERTE VIDISTI
FILI HOMINIS
NUM QUID LEVE EST HOC DOMUI
IUDA UT FACERENT ABOMINA
TIONES ISTAS QUAS FECERUNT HIC
QUIA REPLENTES TERRAM
INIQUITATEM CONVERSI SUNT
AD INRITANDUM ME
ET ECCE APPLICANT RAMUM
AD NARES SUAS
ERGO ET EGO FACIAM IN FURORE
NON PARCET OCULUS MEUS
NEC MISEREBOR
ET CUM CLAMAVERINT
AD AURES MEAS VOCE
MAGNA NON EXAUDIAM EOS
XVIII ET CLAMAVIT IN AURIB· MEIS
VOCE MAGNA DICENS
ADPROPINQUAVERUNT
VISITATIONES URBIS
ET UNUSQUISQUE VAS
INTERFECTIONIS HABET
IN MANU SUA
XVIIII ET ECCE SEX VIRI VENIEBANT
DE VIA PORTAE SUPERIORIS
QUAE RESPICIT AD AQUILONĒ
ET UNIUS CUIUSQ· VAS INTERITUS
IN MANU EIUS

VIR QUOQUE UNUS IN MEDIO EORUM
VESTITUS LINEIS
ET ATRAMENTARIUM SCRIPTORIS
AD RENES EIUS
ET INGRESSI SUNT ET STETERUNT
IUXTA ALTARE AEREUM
ET GLORIA DNI ISRL ADSUMTA EST
DE CHERUB QUAE ERAT SUPER
EUM AD LIMEN DOMUS
ET VOCAVIT VIRUM QUI INDUTUS
ERAT LINEIS
ET ATRAMENTARIUM SCRIPTORIS
HABEBAT IN LUMBIS SUIS
ET DIXIT DNS AD EUM
TRANSI PER MEDIAM CIVITATEM
IN MEDIO HIERUSALEM
ET SIGNA THAU SUPER FRONTEM
VIRORUM GEMENTIUM
ET DOLENTIUM
SUPER CUNCTIS ABOMINATIONIB·
QUAE FIUNT IN MEDIO EIUS
ET ILLIS DIXIT AUDIENTE ME
TRANSITE PER CIVITATEM
SEQUENTES EUM
ET PERCUTITE NON PARCAT
OCULUS VESTER NEQ· MISEREAMINI
SENEM ADULESCENTULUM
ET VIRGINEM PARVULUM
ET MULIERES INTERFICITE
USQ· AD INTERNICIONEM
OMNEM AUTEM SUPER QUEM
VIDERITIS THAU NE OCCIDATIS
ET A SCĒUARIO MEO INCIPITE
COEPERUNT ERGO A VIRIS SENIO
RIB· QUI ERANT ANTE FACIEM
DOMUS
ET DIXIT AD EOS CONTAMINATE
DOMUM
ET IMPLETE ATRIA INTERFECTIS
EGREDIMINI ET EGRESSI SUNT
ET PERCUTIEBANT EOS
QUI ERANT IN CIVITATE
XX ET CAEDE COMPLETA REMANSI
EGO RUIQUE SUPER FACIEM MEĀ

ET CLAMANS AIO HEU HEU HEU
DÑE DS
ERGO NE DS PERDES OMNES
RELIQUIAS ISRL
EFFUNDENS FUROREM TUUM
SUPER HIERUSALEM
ET DIXIT AD ME INIQUITAS DOMUS
ISRL ET IUDA MAGNA EST
NIMIS UALDE
ET REPLETA EST TERRA SANGUINIB·
ET CIUITAS REPLETA EST
AUERSIONE .
DIXERUNT ENIM DERELIQUIT DÑS
TERRAM ET DÑS NON UIDET
IGITUR ET MEUS NON PARCET
OCULUS NEQ· MISEREBOR
UIAM EORUM SUPER CAPUT EORŪ
REDDAM
ET ECCE UIR QUI INDUTUS ERAT
LINEIS QUI HABEBAT ATRAMEN
TARIUM IN DORSO SUO
RESPONDIT UERBUM DICENS
FECI SICUT PRAECEPISTI MIHI
XXI X ET UIDI ET ECCE IN FIRMAMEN
TO QUOD ERAT SUPER CAPUT
CHERUBIN QUASI LAPIS SAPPIRUS
QUASI SPECIES SIMILITUDINIS
SOLII APPARUIT SUPER EA
ET DIXIT AD UIRUM QUI INDUTUS
ERAT LINEIS ET AIT
INGREDERE IN MEDIO ROTARUM
QUAE SUNT SUBTUS CHERUBIN
ET IMPLE MANUM TUAM PRUNIS
IGNEIS QUAE SUNT INTER
CHERUBIN ET EFFUNDE
SUPER CIUITATEM
INGRESSUS Q· EST IN CONSPEC
TU MEO
CHERUBIN AUTEM STABANT
A DEXTRIS DOMUS CUM
INGREDERETUR UIR
ET NUBES IMPLEUIT ATRIUM
INTERIUS
ET ELEUATA EST GLORIA DNI

DE SUPER CHERUBIN
AD LIMEN DOMUS
ET REPLETA EST DOMUS NUBE
ET ATRIUM REPLETUM EST
SPLENDORE GLORIAE DÑI
ET SONITUS ALARUM CHERUBIN
AUDIEBATUR USQ· AD ATRIUM
EXTERIUS
QUASI UOX DĪ OMNIPOTENTIS
LOQUENTIS
CUMQ· PRAECEPISSET UIRO
QUI INDUTUS ERAT LINEIS DICENS
SUME IGNEM DE MEDIO ROTARŪ
QUAE SUNT INTER CHERUBIN
INGRESSUS ILLE STETIT
IUXTA ROTAM
ET EXTENDIT CHERUBIN MANUM
DE MEDIO CHERUBIN
AD IGNEM QUI ERAT INTER CHERUBIN
ET SUMSIT ET DEDIT IN MANUS EIUS
QUI INDUTUS ERAT LINEIS
QUI ACCIPIENS EGRESSUS EST
ET APPARUIT IN CHERUBIN
SIMILITUDO MANUS HOMINIS
SUBTUS PINNAS EORUM
ET UIDI ET ECCE QUATTUOR ROTAE
IUXTA CHERUBIN
ROTA UNA IUXTA CHERUB UNUM
ET ROTA ALIA IUXTA CHERUB UNŪ
SPECIES AUTEM ERAT ROTARUM
QUASI UISIO LAPIDIS CRYSOLITI
ET ASPECTUS EARUM SIMILITU
DO UNA QUATTUOR
QUASI SIT ROTA IN MEDIO ROTAE
CUMQ· AMBULARENT IN QUAT
TUOR PARTES GRADIEBANTUR
NON REUERTEBANTUR
AMBULANTES
SED AD LOCUM AD QUEM IRE
DECLINABAT QUAE PRIMA ERAT
SEQUEBANTUR ET CETERAE
NEC CONUERTEBANTUR
ET OMNE CORPUS EARUM
ET COLLA ET MANUS ET PINNAE

ET CIRCULI
PLENAE ERANT OCULIS IN CIRCUITU
QUATTUOR ROTARUM
ET ROTAS ISTAS UOCAUIT
UOLUBILES AUDIENTE ME
QUATTUOR AUTEM FACIES
HABEBAT UNUM
FACIES UNA FACIES CHERUB
ET FACIES SECUNDA FACIES HOMINIS
ET IN TERTIO FACIES LEONIS
ET IN QUARTO FACIES AQUILAE
ET LEUATA SUNT CHERUBIN
IPSUM EST ANIMAL QUOD UIDE
RAM IUXTA FLUMEN CHOBAR
CUMQ AMBULARENT CHERUBIN
IBANT PARITER ET ROTAE
IUXTA EA
ET CUM LEUARENT CHERUBIN
ALAS SUAS UT EXALTARENTUR
DE TERRA
NON RESIDEBANT ROTAE SED ET
IPSAE IUXTA ERANT
STANTIB ILLIS STABANT ET CUM
ELEUATIS ELEUABANTUR
SPS ENIM UITAE ERAT IN EIS
ET EGRESSA EST GLORIA DNI
AD LIMEN TEMPLI ET STETIT
SUPER CHERUBIM
ET LEUANTIA CHERUBIM ALAS SUAS
EXALTATA SUNT A TERRA CORAM ME
ET ILLIS EGREDIENTIBUS ROTAE
QUOQ SUBSECUTAE SUNT
ET STETIT IN INTROITU PORTAE
DOMUS DNI ORIENTALIS
ET GLORIA DI ISRL ERAT SUPER EA
IPSUM EST ANIMAL QUOD UIDI
SUBTER DM ISRL IUXTA
FLUUIUM CHOBAR
ET INTELLEXI QUIA CHERUBIN
ESSENT
QUATTUOR PER QUATTUOR
UULTUS UNI
ET QUATTUOR ALAE UNI
ET SIMILITUDO MANUS HOMINIS
SUB ALIS EORUM
ET SIMILITUDO UULTUUM EORUM
IPSI UULTUS QUOS UIDERAM
IUXTA FLUUIUM CHOBAR
ET INTUITUS EORUM ET IMPETUS
SINGULORUM ANTE FACIEM
SUAM INGREDI
XVIII · XI · ET LEUAUIT ME SPS ET INTRO
DUXIT ME AD PORTAM DOMUS
DNI ORIENTALEM
QUAE RESPICIT SOLIS ORTUM
ET ECCE IN INTROITU PORTAE
UIGINTI QUINQUE UIRI
ET UIDI IN MEDIO EORUM IEZONIAM
FILIUM AZUR ET PHELTIAM
FILIUM BANAIAE PRINCIPES POPULI
DIXITQUE AD ME FILI HOMINIS
HI UIRI QUI COGITANT INIQUITATEM
ET TRACTANT CONSILIUM PESSIMUM
IN URBE ISTA DICENTES
NONNE DUDUM AEDIFICATAE
SUNT DOMUS
HAEC EST LEBES NOS AUTEM
CARNES
IDCIRCO UATICINARE DE EIS
UATICINARE FILI HOMINIS
ET INRUIT IN ME SPS DNI
ET DIXIT AD ME
LOQUERE HAEC DICIT DNS DS
SIC LOCUTI ESTIS DOMUS ISRL
ET COGITATIONES CORDIS UESTRI
EGO NOUI
PLURIMOS OCCIDISTIS IN URBE HAC
ET IMPLESTIS UIAS EIUS INTERFECTIS
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
INTERFECTI UESTRI QUOS POSU
ISTIS IN MEDIO EIUS HI SUNT
CARNES ET HAEC EST LEBES
ET EDUCAM UOS DE MEDIO EIUS
GLADIUM METUISTIS ET GLADIUM
INDUCAM SUPER UOS AIT DNS DS
ET EICIAM UOS DE MEDIO EIUS
DABOQUE UOS IN MANU HOSTIUM
ET FACIAM IN UOBIS IUDICIA

GLADIO CADETIS IN FINIBUS ISRL
IUDICABO UOS
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
HAEC NON ERIT UOBIS IN LEBETEM
ET UOS NON ERITIS IN MEDIO EIUS
IN CARNES
IN FINIB. ISRL IUDICABO UOS
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
QUI IN PRAECEPTIS MEIS
NON AMBULASTIS
ET IUDICIA MEA NON FECISTIS
SED IUXTA IUDICIA GENTIUM
QUAE IN CIRCUITU UESTRO SUNT
ESTIS OPERATI
ET FACTUM EST CUM PROPHETAREM
PHALTIAS FILIUS BANAIAE
MORTUUS EST
ET CECIDI IN FACIEM MEAM CLA
MANS UOCE MAGNA ET DIXI
HEU HEU HEU DNE DS CONSUMMA
TIONEM TU FACIS RELIQUIARUM
ISRAHEL
ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS FRATRES TUI UIRI
PROPINQUI TUI
ET OMNIS DOMUS ISRL UNIUERSI
QUIB. DIXERUNT HABITATORES
HIERUSALEM
LONGE RECEDITE A DNO NOBIS
DATA EST TERRA IN POSSESSIONEM
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
QUIA LONGE FECI EOS IN GENTIBUS
ET QUIA DISPERSI EOS IN TERRIS
ERO EIS IN SCIFICATIONEM MODICAM
IN TERRIS AD QUAS UENERUNT
PROPTEREA LOQUERE
HAEC DICIT DNS DS
CONGREGABO UOS DE POPULIS
ET ADUNABO DE TERRIS
IN QUIB. DISPERSI ESTIS
DABOQ. UOBIS HUMUM ISRL
ET INGREDIENTUR ILLUC
ET AUFERENT OMNES

OFFENSIONES CUNCTASQUE
ABOMINATIONES EIUS DE ILLA
ET DABO EIS COR UNUM ET SPM NOUUM
TRIBUAM IN UISCERIB. EORUM
ET AUFERAM COR LAPIDEUM
DE CARNE EORUM ET DABO EIS
COR CARNEUM
UT IN PRAECEPTIS MEIS AMBULENT
ET IUDICIA MEA CUSTODIANT
FACIANTQ. EA ET SINT MIHI IN POPU
LUM ET EGO SIM EIS IN DM
QUORUM COR POST OFFENDICULA
ET ABOMINATIONES SUAS AMBULAT
HORUM UIAM IN CAPITE SUO
PONAM DICIT DNS DS
xxxiii ET ELEUAUERUNT CHERUBIN
ALAS SUAS ET ROTAE CUM EIS
ET GLORIA DI ISRL ERAT SUPER EA
ET ASCENDIT GLORIA DNI
DE MEDIO CIUITATIS
STETITQUE SUPER MONTEM
QUI EST AD ORIENTEM URBIS
ET SPS LEUAUIT ME ADDUXITQUE
IN CHALDAEAM AD TRANSMIGRA
TIONEM IN UISIONE IN SPU DI
ET SUBLATA EST A ME UISIO
QUAM UIDERAM
ET LOCUTUS SUM AD TRANS
MIGRATIONEM OMNIA UERBA
DNI QUAE OSTENDERAT MIHI
ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS IN MEDIO DOMUS
EXASPERANTIS TU HABITAS
QUI OCULOS HABENT AD UIDENDUM
ET NON UIDENT
ET AURES AD AUDIENDUM
ET NON AUDIUNT
QUIA DOMUS EXASPERANS EST
xxxiiii TU ERGO FILI HOMINIS FAC TIBI
UASA TRANSMIGRATIONIS
ET TRANSMIGRABIS
PER DIEM CORAM EIS
TRANSMIGRABIS AUTEM DE LOCO
TUO

IN LOCUM ALTERUM
INCONSPECTU EORUM
SI FORTE ASPICIANT QUIA DOMUS
EXASPERANS EST
ET EFFERES FORAS UASA TUA
QUASI UASA TRANSMIGRANTIS
PER DIEM INCONSPECTU EORUM
TU AUTEM EGREDIERIS UESPERE
CORAM EIS SICUT EGREDITUR
MIGRANS
ANTE OCULOS EORUM PERFODI
TIBI PARIETEM ET EGREDIERIS
PER EUM
IN CONSPECTU EORUM IN UMERIS
PORTABERIS IN CALIGINE EFFERE ris
FACIEM TUAM UELABIS
ET NON UIDEBIS TERRAM
QUIA PORTENTUM DEDI TE
DOMUI ISRL
FECI ERGO SICUT PRAECEPE
RAT MIHI
UASA MEA PROTULI QUASI UASA
TRANSMIGRANTIS PER DIEM
ET UESPERE PERFODI MIHI
PARIETEM MANU
IN CALIGINE EGRESSUS SUM
ET IN UMERIS PORTATUS
IN CONSPECTU EORUM
ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME MANE DICENS
FILI HOMINIS NUMQUID NON DIXE
RUNT AD TE DOMUS ISRL
DOMUS EXASPERANS QUID TU FACIS
DIC AD EOS HAEC DICIT DNS DS
SUPER DUCEM ONUS ISTUD
QUI EST IN HIERUSALEM
ET SUPER OMNEM DOMUM ISRL
QUAE EST IN MEDIO EORUM
DIC EGO PORTENTUM UESTRUM
QUOMODO FECI SIC FIET ILLIS
IN TRANSMIGRATIONEM
ET CAPTIUITATEM IBUNT
ET DUX QUI EST IN MEDIO EORU
IN UMERIS PORTABITUR

IN CALIGINE EGREDIETUR
PARIETEM PERFODIENT
UT EDUCANT EUM
FACIES EIUS OPERIETUR UT NON
UIDEAT OCULO TERRAM
ET EXTENDAM RETE MEUM
SUPER ILLUM
ET CAPIETUR IN SAGENA MEA
ET ADDUCAM EUM IN BABYLONE
IN TERRAM CHALDAEORUM
ET IPSAM NON UIDEBIT
IBIQUE MORIETUR
ET OMNES QUI CIRCA EUM SUNT
PRAESIDIUM EIUS ET AGMINA
EIUS DISPERGAM IN OMNEM
UENTUM
ET GLADIUM EUAGINABO POST EOS
ET SCIENT QUIA EGO DNS QUANDO
DISPERSERO EOS IN GENTIBUS
ET DISSEMINAUERO EOS IN TERRIS
ET RELINQUAM EX EIS UIROS PAUCOS
A GLADIO ET FAME ET PESTILENTIA
UT ENARRENT OMNIA SCELERA
EORUM IN GENTIBUS
AD QUAS INGREDIENTUR
ET SCIANT QUIA EGO DNS
xxu ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PANEM TUUM
IN CONTURBATIONE COMEDE
SED ET AQUAM TUAM IN FESTINA
TIONE ET MERORE BIBE
ET DICES AD POPULUM TERRAE
HAEC DICIT DNS DS AD EOS
QUI HABITANT IN HIERUSALEM
IN TERRA ISRL
PANEM SUUM IN SOLLICITUDINE
COMEDENT
ET AQUAM SUAM IN DESOLATIONE
BIBENT
UT DESOLETUR TERRA
A MULTITUDINE SUA
PROPTER INIQUITATEM OMNIU
QUI HABITANT IN EA

ET CIUITATES QUAE NUNC
HABITANTUR DESOLATAE ERUNT
TERRAQUE DESERTA
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
XXXIII ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS QUOD EST PROUER
BIUM ISTUD UOBIS IN TERRA
ISRAHEL DICENTIUM
IN LONGUM DIFFERENTUR DIES
ET PERIBIT OMNIS UISIO
IDEO DIC AD EOS
HAEC DICIT DNS DS
QUIESCERE FACIAM PROUERBIUM
ISTUD
NEQ· UULGO DICETUR IN ISRL
ET LOQUERE AD EOS QUOD AD
PROPINQUAUERINT DIES
ET SERMO OMNIS UISIONIS
NON ENIM ERIT ULTRA
OMNIS UISIO CASSA
NEQ· DIUINATIO AMBIGUA
IN MEDIO FILIORUM ISRL
QUIA EGO DNS LOQUAR QUODCUM
Q· LOCUTUS FUERO UERBUM
ET FIET
NON PROLONGABITUR AMPLIUS
SED IN DIEB· UESTRIS
DOMUS EXASPERANS
LOQUAR UERBUM ET FACIAM
ILLUD DICIT DNS DS
ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS ECCE DOMUS ISRL
DICENTIUM
UISIO QUAM HIC UIDET
IN DIES MULTOS
ET IN TEMPORA LONGA
PROPHETAT ISTE
PROPTEREA DIC AD EOS
HAEC DICIT DNS DS
NON PROLONGABITUR ULTRA
OMNIS SERMO MEUS
UERBUM QUOD LOCUTUS FUERO
COMPLEBITUR DICIT DNS DS
XXXIIII ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS UATICINARE AD PRO
PHETAS ISRL QUI PROPHETANT
ET DICES PROPHETANTIBUS
DE CORDE SUO AUDITE UER
BUM DNI
HAEC DICIT DNS DS
UAE PROPHETIS INSIPIENTIBUS
QUI SEQUUNTUR SPM SUUM
ET NIHIL UIDENT
QUASI UULPES IN DESERTIS
PROPHETAE TUI ISRL ERANT
NON ASCENDISTIS EX ADUERSO
NEQUE OPPOSUISTIS MURUM
PRO DOMO ISRL
UT STARETIS IN PROELIO IN DIE DNI
UIDENT UANA ET DIUINANT
MENDACIUM
DICENTES AIT DNS CUM DNS
NON MISERIT EOS
ET PERSEUERAUERUNT
CONFIRMARE SERMONEM
NUMQUID NON UISIONEM
CASSAM UIDISTIS ET DIUINA
TIONEM MENDACEM
LOCUTI ESTIS ET DICITIS
DICIT DNS CUM EGO NON SIM
LOCUTUS
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
QUI LOCUTI ESTIS UANA
ET UIDISTIS MENDACIUM
IDEO ECCE EGO AD UOS
DICIT DNS DS
ET ERIT MANUS MEA
SUPER PROPHETAS
QUI UIDENT UANA ET DIUINANT
MENDACIUM
IN CONCILIO POPULI MEI
NON ERUNT
ET IN SCRIPTURA DOMUS ISRL
NON SCRIBENTUR
NEC IN TERRA ISRL INGREDIENTUR

ET SCIETIS QUIA EGO DNS DS
EO QUOD DECEPERINT POPU
LUM MEUM
DICENTES PAX ET NON EST PAX
ET IPSA AEDIFICABAT PARIETEM
IPSI AUTEM LINIEBANT EUM
LUTO ABSQUE PALEIS
DIC AD EOS QUI LINIUNT ABSQUE
TEMPERATURA QUOD
CASSURUS SIT
ERIT ENIM IMBER INUNDANS
ET DABO LAPIDES PRAEGRANDES
DESUPER IRRUENTES
ET UENTUM PROCELLAE
DISSIPANTEM
SIQUIDEM ECCE CECIDIT PARIES
NUMQUID NON DICETUR UOBIS
UBI EST LITURA QUAM LEUISTIS
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
ET ERUMPERE FACIAM SPM
TEMPESTATUM IN INDIGNA-
TIONE MEA
ET IMBER INUNDANS
IN FURORE MEO ERIT
ET LAPIDES GRANDES IN IRA
IN CONSUMTIONEM
ET DESTRUAM PARIETEM
QUAM LEUISTIS ABSQUE
TEMPERAMENTO
ET ADAEQUABO EUM TERRAE
ET REUELABITUR
FUNDAMENTUM EIUS
ET CADET ET CONSUMETUR
IN MEDIO EIUS
ET SCIETIS QUIA SUM DNS EGO
ET COMPLEBO INDIGNATIONEM
MEAM IN PARIETEM
ET IN HIS QUI LINIUNT EUM
ABSQ· TEMPERAMENTO
DICAMQ· UOBIS NON EST PARIES
ET NON SUNT QUI LINIANT EUM
PROPHETAE ISRL QUI PROPHE
TANT AD HIERUSALEM
ET UIDENT EI UISIONEM PACIS
ET NON EST PAX AIT DNS DS
XXXIII ET TU FILI HOMINIS PONE FACIEM
TUAM CONTRA FILIAS POPULI TUI
QUAE PROPHETANT DE CORDIB· SUIS
ET UATICINARE SUPER EAS ET DIC
HAEC AIT DNS DS
UAE QUAE CONSUUNT PULUILLOS
SUB OMNI CUBITO MANUS
ET FACIUNT CERUICALIA SUB CAPITE
UNIUERSAE AETATIS
AD CAPIENDAS ANIMAS
CUM CAPERENT ANIMAS POPULI
MEI UIUIFICABANT ANIMAS EORUM
ET UIOLABANT ME AD POPULUM
MEUM PROPTER PUGILLUM
HORDEI ET FRAGMEN PANIS
UT INTERFICERENT ANIMAS
QUAE NON MORIUNTUR ET UIUIFI
CARENT ANIMAS QUAE NON UIUUNT
MENTIENTES POPULO MEO
CREDENTI IN MENDACIIS
PROPTER HOC HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO AD PULUILLOS UESTROS
QUIB· UOS CAPITIS ANIMAS UOLANTES
ET DIRRUMPAM EOS
DE BRACHIIS UESTRIS
ET DIMITTAM ANIMAS QUAS UOS
CAPITIS ANIMAS AD UOLANDUM
ET DIRRUMPAM CERUICALIA
UESTRA ET LIBERABO POPULUM
MEUM DE MANU UESTRA
NEQ· ERUNT ULTRA IN MANIBUS
UESTRIS AD PRAEDANDUM
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
PRO EO QUOD MAERERE FECISTIS
COR IUSTI MENDACITER
QUEM EGO NON CONTRISTAUI
ET CONFORTASTIS MANUS IMPII
UT NON REUERTERETUR
A UIA SUA MALA ET UIUERET
PROPTEREA UANA NON UIDEBITIS
ET DIUINATIONEM NON DIUINA
BITIS AMPLIUS
ET ERUAM POPULUM MEUM

de manu uestra
et scietis quoniam ego dns
XXIIII XIIII Et uenerunt ad me uiri seniorum
isrl et sederunt coram me
et factus est sermo dni
ad me dicens
fili hominis uiri isti posuerunt
inmunditias suas in cordibus suis
et scandalum iniquitatis suae
statuerunt contra faciem suam
numquid interrogatus
respondebo eis
propter hoc loquere eis
et dices ad eos haec dicit dns ds
homo homo de domo isrl qui posuerit
inmunditias suas in corde suo
et scandalum iniquitatis suae
statuerit contra faciem suam
et uenerit ad prophetam
interrogans me per eum
ego dns respondebo ei
in multitudine inmundi
tiarum suarum
ut capiatur domus isrl
in corde suo
quo recesserunt a me
in cunctis idolis suis
propterea dic ad domum isrl
haec dicit dns ds
conuertimini et redite
ab idolis uestris
et ab uniuersis contaminatio
nibus uestris auertite
facies uestras
quia homo homo de domo isrl
et de proselytis quicumque
aduena fuerit in isrl
si alienatus fuerit a me
et posuerit idola sua
in corde suo
et scandalum iniquitatis suae
statuerit contra faciem suam
et uenerit ad prophetam
ut interroget per eum me
ego dns respondebo ei per me
et ponam faciem meam
super hominem illum
et faciam eum in exemplum
et in prouerbium
et disperdam eum
de medio populi mei
et scietis quia ego dns
XXV Et propheta cum errauerit
et locutus fuerit uerbum
ego dns decepi prophetam illum
et extendam manum meam
super eum
et delebo eum de medio
populi mei isrl
et portabunt iniquitatem suam
iuxta iniquitatem interrogantis
sic iniquitas prophetae erit
et non erret ultra domus
isrl a me
neque polluatur in uniuersis
praeuaricationibus suis
sed sit mihi in populum et ego
sim eis in deum ait dns exercituum
XXVI Et factus est sermo dni
ad me dicens
fili hominis terra cum pecca
uerit mihi ut praeuaricetur
praeuaricans
extendam manum meam
super eam et conteram
uirgam panis eius
et inmittam in eam famem
et interficiam de ea
hominem et iumenta
et si fuerint tres uiri isti
in medio eius noe danihel
et iob
ipsi iustitia sua liberabunt
animas suas ait dns exercituum
quod si et bestias pessimas
induxero super terram
ut uastem eam
et fuerint inuia eo quod

NONSIT PERTRANSIENS
PROPTER BESTIAS
TRESUIRI ISTI QUI FUERINT IN EA
UIUO EGO DICIT DNS DS QUIA NEC
FILIOS NEC FILIAS LIBERABUNT
SED IPSI SOLI LIBERABUNTUR
TERRA AUTEM DESOLABITUR
UEL SI GLADIUM INDUXERO
SUPER TERRAM ILLAM
ET DIXERO GLADIO TRANSI PER TERRAM
ET INTERFECERO DE EA
HOMINEM ET IUMENTUM
ET TRES UIRI ISTI FUERINT
IN MEDIO EIUS
UIUO EGO DICIT DNS DS QUIA NON
LIBERABUNT FILIOS NEQ· FILIAS
SED IPSI SOLI LIBERABUNTUR
SI AUTEM ET PESTILENTIAM
INMISERO SUPER TERRAM ILLAM
ET EFFUNDERO INDIGNATIONEM
MEAM SUPER EAM IN SANGUINE
UT AUFERAM EX EA HOMINEM
ET IUMENTUM
ET NOE ET DANIHEL ET IOB
FUERINT IN MEDIO EIUS
UIUO EGO DICIT DNS DS
QUIA FILIUM ET FILIAM NON
LIBERABUNT
SED IPSI IUSTITIA SUA LIBERABUNT
ANIMAS SUAS
QUONIAM HAEC DICIT DNS DS
QUOD ET SI QUATTUOR IUDICIA
MEA PESSIMA
ET GLADIUM ET FAMEM
ET BESTIAS MALAS ET PESTI
LENTIAM MISERO
IN HIERUSALEM
UT INTERFICIAM DE EA HOMINEM
ET PECUS TAMEN RELINQUE
TUR IN EA SALUATIO EDUCEN
TIUM FILIOS ET FILIAS
ECCE IPSI EGREDIENTUR AD UOS
ET UIDEBITIS UIAM EORUM
ET ADINUENTIONES EORUM
ET CONSOLABIMINI SUPER MALO
QUOD INDUXI IN HIERUSALEM
IN OMNIB· QUAE INPORTAUI
SUPER EAM
ET CONSOLABUNTUR UOS
CUM UIDERITIS UIAM EORUM
ET ADUENTIONES EORUM
ET COGNOSCETIS QUOD NON
FRUSTRA FECERIM OMNIA
QUAE FECI IN EA AIT DNS DS
XV ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS QUID FIET LIGNO UITIS
EX OMNIB· LIGNIS NEMORUM
QUAE SUNT INTER LIGNA SILUARUM
NUMQUID TOLLETUR DE EA
LIGNUM UT FIAT OPUS
AUT FABRICABITUR DE EA PAXILLUS
UT DEPENDEAT IN EO
QUODCUMQUE UAS
ECCE IGNI DATUM EST IN ESCAM
UTRAMQ· PARTEM EIUS
CONSUMSIT IGNIS
ET MEDIETAS EIUS REDACTA EST
IN FAUILLAM
NUMQUID UTILE ERIT AD OPUS
ETIAM CUM ESSET INTEGRUM
NON ERAT APTUM AD OPUS
QUANTO MAGIS CUM IGNIS ILLUD
DEUORAUERIT ET CONBUSERIT
NIHIL EX EO FIET OPERIS
XVIII PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
QUOMODO LIGNUM UITIS
INTER LIGNA SILUARUM QUOD
DEDI IGNI AD DEUORANDUM
SIC TRADIDI HABITATORES HIERUSALEM
ET PONAM FACIEM MEAM IN EOS
DE IGNE EGREDIENTUR
ET IGNIS CONSUMET EOS
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
CUM POSUERO FACIEM MEAM
IN EOS
ET DEDERO TERRAM INUIAM
ET DESOLATAM

EO QUOD PRAEUARICATORES
EXTITERINT DICIT DÑS DS̄
XCVII ET FACTUS EST SERMO DÑI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS NOTAS FAC HIERUSA
LEM ABOMINATIONES SUAS
ET DICES HAEC DICIT DÑS DS̄
HIERUSALEM
RADIX TUA ET GENERATIO TUA
DE TERRA CHANANAEA
PATER TUUS AMORRAEUS
ET MATER TUA CETTHEA
ET QUANDO NATA ES IN DIE ORTUS
TUI NON EST PRAECISUS
UMBILICUS TUUS
ET IN AQUA NON ES LOTA IN SALUTĒ
NEC SALE SALITA NEC INUOLUTA
PANNIS
NON PEPERCIT SUPER TE OCULUS
UT FACEREM TIBI UNUM
DE HIS MISERATUS TUI
SED PROIECTA ES SUPER FACIĒ
TERRAE IN ABIECTIONE ANIMAE
TUAE IN DIE QUA NATA ES
TRANSIENS AUTEM PER TE
UIDI TE CONCULCARI
IN SANGUINE TUO
ET DIXI TIBI CUM ESSES
IN SANGUINE TUO UIUE
DIXI INQUAM TIBI IN SANGUINE
TUO UIUE
MULTIPLICATAM QUASI
GERMEN AGRI DEDI TE
ET MULTIPLICATA ES
ET GRANDIS EFFECTA
ET INGRESSA ES ET PERUENISTI
AD MUNDUM MULIEBREM
UBERA TUA INTUMUERUNT
ET PILUS TUUS GERMINABIT
ET ERAS NUDA ET CONFUSIONIS
PLENA
ET TRANSIUI PER TE ET UIDI TE
ET ECCE TEMPUS TUUM
TEMPUS AMANTIUM

ET EXPANDI AMICTUM MEUM
SUPER TE ET OPERUI IGNO
MINIAM TUAM
ET IURAUI TIBI ET INGRESSUS SUM
PACTUM TECUM AIT DÑS DS̄
ET FACTA ES MIHI
ET LAUI TE AQUA
ET EMUNDAUI SANGUINEM
TUUM EX TE
ET UNXI TE OLEO
ET UESTIUI TE DISCOLORIBUS
ET CALCIAUI TE IACYNTHINO
ET CINXI TE BYSSO INDUI TE
SUBTILIBUS
ET ORNAUI TE ORNAMENTO
ET DEDI ARMILLAS IN MANIBUS TUIS
ET TORQUEM CIRCA COLLUM TUŪ
ET DEDI INAUREM SUPER OS TUŪ
ET CIRCULOS AURIBUS TUIS
ET CORONAM DECORIS
IN CAPITE TUO
ET ORNATA ES AURO ET ARGENTO
ET UESTITA ES BYSSO ET POLY
MITO ET MULTIS COLORIBUS
SEMIDALIN· ET MEL ET OLEUM
COMEDISTI
ET DECORA FACTA ES
UEHEMENTER NIMIS
ET PROFECISTI IN REGNUM
ET EGRESSUM EST NOMEN
TUUM IN GENTES PROPTER
SPECIEM TUAM
QUIA PERFECTA ERAS IN DECORE
MEO QUEM POSUERAM
SUPER TE DICIT DÑS DS̄
ET HABENS FIDUCIAM
IN PULCHRITUDINE TUA
FORNICATA ES IN NOMINE TUO
ET EXPOSUISTI FORNICATIONĒ
TUAM OMNI TRANSEUNTI
UT EIUS FIERES
ET SUMENS DE UESTIMENTIS
MEIS FECISTI TIBI EXCELSA
HINC INDE CONSUTA

ET FORNICATA ES SUPER EIS
SICUT NON EST FACTUM
NEQUE FUTURUM EST
ET TULISTI UASA DECORIS TUI
ET DE AURO MEO ET ARGENTO
MEO QUAE DEDI TIBI
ET FECISTI TIBI IMAGINES
MASCULINAS ET FORNICATA ES
IN EIS
ET SUMSISTI UESTIMENTA TUA
MULTICOLORIA ET UESTITA
ES EIS
ET OLEUM MEUM ET THYMIA
MA MEUM POSUISTI
CORAM EIS
ET PANEM MEUM QUEM
DEDI TIBI
SIMILAM ET OLEUM ET MEL
QUIB· ENUTRIUI TE
POSUISTI IN CONSPECTU EORŪ
IN ODOREM SUAUITATIS
ET FACTUM EST AIT DNS DS
ET TULISTI FILIOS TUOS
ET FILIAS TUAS QUAS
GENERASTI MIHI
ET IMMOLASTI EIS AD DEUORANDŪ
NUMQUID PARUA EST FORNICATIO
TUA IMMOLANTIS FILIOS MEOS
ET DEDISTI ILLOS CONSECRANS EIS
ET POST OMNES ABOMINATIO
NES TUAS ET FORNICATIONES
NON ES RECORDATA DIERUM
ADULESCENTIAE TUAE
QUANDO ERAS NUDA ET CON
FUSIONE PLENA CONCULCATA
IN SANGUINE TUO
ET ACCIDIT POST OMNEM
MALITIAM TUAM UAE UAE
TIBI AIT DNS DS
ET AEDIFICASTI TIBI LUPANAR
ET FECISTI TIBI PROSTIBULUM
IN CUNCTIS PLATEIS
AD OMNE CAPUT UIAE AEDIFI
CASTI SIGNUM PROSTITU
TIONIS TUAE
ET ABOMINABILEM FECISTI
DECOREM TUUM
ET DIUISISTI PEDES TUOS
OMNI TRANSEUNTI ET MULTI
PLICASTI FORNICATIONES TUAS
ET FORNICATA ES CUM FILIIS
AEGYPTI UICINIS TUIS
MAGNARUM CARNIUM
ET MULTIPLICASTI FORNICATIO
NEM TUAM AD INRITANDUM ME
ECCE EGO EXTENDAM MANUM
MEAM SUPER TE ET AUFERAM
IUS TUUM
ET DABO TE IN ANIMA ODIENTIŪ
TE FILIARUM PALESTINARUM
QUAE ERUBESCUNT IN UIA TUA
SCELERATA
ET FORNICATA ES IN FILIIS
ASSYRIORUM
EO QUOD NECDUM FUERIS
EXPLETA
ET POSTQUAM FORNICATA ES
NEC SIC ES SATIATA
ET MULTIPLICASTI FORNICATIO
NEM TUAM IN TERRA CHANAAN
CUM CHALDAEIS
ET NEC SIC SATIATA ES
IN QUO MUNDABO COR TUUM
AIT DNS DS
CUM FACIAS OMNIA HAEC
OPERA MULIERIS MERETRICIS
ET PROCACIS
QUIA FABRICASTI LUPANAR TUŪ
IN CAPITE OMNIS UIAE
ET EXCELSUM TUUM FECISTI
IN OMNI PLATEA
NEC FACTA ES QUASI MERETRIX
FASTIDIO AUGENS PRETIUM
SED QUASI MULIER ADULTERA
QUAE SUPER UIRUM SUUM
INDUCIT ALIENOS
OMNIB· MERETRICIBUS
DANTUR MERCEDES

TU AUTEM DEDISTI MERCEDES
CUNCTIS AMATORIBUS TUIS
ET DONABAS EIS UT INTRARENT
AD TE UNDIQUE AD FORNICANDUM
TECUM
FACTUM QUE IN TE EST CONTRA
CONSUETUDINEM MULIERŪ
IN FORNICATIONIBUS TUIS
ET POST TE NON ERIT FORNICATIO
IN EO ENIM QUOD DEDISTI
MERCEDES ET MERCEDES
NON ACCEPISTI
FACTUM EST IN TE CONTRARIŪ
PROPTEREA MERETRIX
AUDI UERBUM DNI
HAEC DICIT DNS DS
QUIA EFFUSUM EST AES TUUM
ET REUELATA EST IGNOMINIA
TUA IN FORNICATIONIB TUIS
SUPER AMATORES TUOS
ET SUPER IDOLA ABOMINA
TIONUM TUARUM
IN SANGUINEM FILIORUM TUORŪ
QUOS DEDISTI EIS
ECCE EGO CONGREGABO OMNES
AMATORES TUOS QUIBUS
COMMIXTA ES
ET OMNES QUOS DILEXISTI
CUM UNIUERSIS QUOS ODERAS
ET CONGREGABO EOS
SUPER TE UNDIQUE
ET NUDABO IGNOMINIAM TUAM
CORAM EIS
ET UIDEBUNT OMNEM
TURPITUDINEM TUAM
ET IUDICABO TE IUDICIIS
ADULTERARUM ET EFFUN
DENTIUM SANGUINEM
ET DABO TE IN SANGUINEM
FURORIS ET ZELI
ET DABO TE IN MANUS EORUM
ET DESTRUENT LUPANARIUŪ
ET DEMOLIENTUR PROSTIBU
LUM TUUM

ET DENUDABUNT TE UESTIMEN
TIS TUIS ET AUFERENTUR
UASA DECORIS TUI
ET DERELINQUENT TE NUDAM
PLENAMQ IGNOMINIA
ET ADDUCENT SUPER TE
MULTITUDINEM
ET LAPIDABUNT TE LAPIDIBUS
ET TRUCIDABUNT TE GLADIIS SUIS
ET COMBURENT DOMOS TUAS IGNI
ET FACIENT IN TE IUDICIA IN OCULIS
MULIERUM PLURIMARUM
ET DESINES FORNICARI ET MERCE
DES ULTRA NON DABIS
ET REQUIESCET INDIGNATIO MEA
IN TE
ET AUFERETUR ZELUS MEUS A TE
ET QUIESCAM NEC IRASCAR
AMPLIUS
EO QUOD NON FUERIS RECORDATA
DIERUM ADULESCENTIAE TUAE
ET PROUOCASTI ME IN OMNIB HIS
XXXIII QUA PROPTER ET EGO UIAS TU
AS IN CAPITE TUO DEDI AIT DNS DS
ET NON FECI IUXTA SCELERA TUA
IN OMNIB ABOMINATIONIB TUIS
ECCE OMNIS QUI DICIT UULGO
PROUERBIUM IN TE
ADSUMET ILLUD DICENS
SICUT MATER ITA ET FILIA EIUS
FILIA MATRIS TUAE ES TU
QUAE PROIECIT UIRUM SUUM
ET FILIOS SUOS
ET SOROR SORORUM TUARUM
QUAE PROIECERUNT UIROS SUOS
ET FILIOS SUOS
MATER UESTRA CHETTHEA
ET PATER UESTER AMORRAEUS
ET SOROR TUA MAIOR SAMARIA
IPSA ET FILIAE EIUS QUAE HABI
TANT AD SINISTRAM TUAM
SOROR AUTEM TUA MINOR TE
QUAE HABITAT A DEXTRIS TUIS
SODOMA ET FILIAE EIUS

SED NEC IN UIIS EARUM AMBULASTI
NEQ· SECUNDUM SCELERA EORŪ
FECISTI
PAULLUM MINUS PAENE SCELE
RATIORA FECISTI ILLIS IN OMNIBUS
UIIS TUIS
UIUO EGO DICIT DNS DS
QUIA NON FECIT SODOMA SOROR
TUA IPSA ET FILIAE EIUS
SICUT FECISTI TU ET FILIAE TUAE
ECCE HAEC FUIT INIQUITAS
SODOMAE SORORIS TUAE
SUPERBIA SATURITAS PANIS
ET ABUNDANTIA
ET OTIUM IPSIUS ET FILIARUM EIUS
ET MANUM EGENO ET PAUPERI
NON PORRIGEBANT
ET ELEUATAE SUNT ET FECERUNT
ABOMINATIONES CORAM ME
ET ABSTULI EAS SICUT UIDISTI
ET SAMARIA DIMIDIUM PECCATO
RUM TUORUM NON PECCAUIT
SED UICISTI EAS SCELERIB· TUIS
ET IUSTIFICASTI SORORES TUAS
IN OMNIB· ABOMINATIONIB· TUIS
QUAS OPERATA ES
ERGO ET TU PORTA CONFUSIO
NEM TUAM
QUAE UICISTI SORORES TUAS
PECCATIS TUIS SCELERATIUS
AGENS AB EIS
IUSTIFICATAE SUNT ENIM A TE
ERGO ET TU CONFUNDERE ET POR
TA IGNOMINIAM TUAM
QUAE IUSTIFICASTI SORORES TUAS
ET CONUERTAM RESTITUENS EAS
CONUERSIONE SODOMORUM
CUM FILIABUS SUIS
ET CONUERSIONE SAMARIAE
ET FILIARUM EIUS
ET CONUERTAM REUERSIONEM
TUAM IN MEDIO EORUM
UT PORTES IGNOMINIAM TUAM
ET CONFUNDARIS IN OMNIBUS
QUAE FECISTI CONSOLANS EAS
ET SOROR TUA SODOMA ET FILIAE
EIUS REUERTENTUR
AD ANTIQUITATEM SUAM
ET SAMARIA ET FILIAE EIUS
REUERTENTUR AD ANTIQUI
TATEM SUAM
ET TU ET FILIAE TUAE REUERTI
MINI AD ANTIQUITATEM UESTRĀ
NON FUIT AUTEM SODOMA SOROR
TUA AUDITA IN ORE TUO
IN DIE SUPERBIAE TUAE
ANTEQUAM REUELARETUR
MALITIA TUA SICUT IN HOC
TEMPORE IN OBPROBRIUM
FILIARUM SYRIAE
ET CUNCTARUM IN CIRCUITU
FILIARUM PALESTINARUM
QUAE AMBIUNT TE PER GYRUM
SCELUS TUUM ET IGNOMINIAM
TUAM TU PORTASTI AIT DNS DS
QUIA HAEC DICIT DNS DS
ET FACIAM TIBI SICUT DESPEXI
STI IURAMENTUM
UT IRRITUM FACERES
PACTUM MEUM
ET RECORDABOR EGO PACTI MEI
TECUM IN DIEBUS ADULE
SCENTIAE TUAE
ET SUSCITABO TIBI PACTUM
SEMPITERNUM
ET RECORDABERIS UIARUM TUARŪ
ET CONFUNDERIS
CUM RECEPERIS SORORES TUAS
TE MAIORES CUM MINORIB· TUIS
ET DABO EAS TIBI IN FILIAS
SED NON EX PACTO TUO
ET SUSCITABO EGO PACTUM
MEUM TECUM
ET SCIES QUIA EGO DNS
UT RECORDERIS ET CONFUNDARIS
ET NON SIT TIBI ULTRA APERIRE
OS PRAE CONFUSIONE TUA
CUM PLACATUS FUERO TIBI

IN OMNIB· QUAE FECISTI AIT DNS DS
xvii xxxv ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PROPONE ENIGMA
ET NARRA PARABOLAM
AD DOMUM ISRL DICENS
HAEC DICIT DNS DS
AQUILA GRANDIS MAGNARUM
ALARUM LONGO MEMBRORUM
DUCTU PLENA PLUMIS
ET UARIETATE
UENIT AD LIBANUM ET TULIT
MEDULLAM CAEDRI
SUMMITATEM FRONDIUM EIUS
EUELLIT
ET TRANSPORTAUIT EAM
IN TERRAM CHANAAN
IN URBEM NEGOTIATORUM
POSUIT ILLAM
ET TULIT DE SEMENTE TERRAE
ET POSUIT ILLAD IN TERRA
PRO SEMINE
UT FIRMARET RADICEM SUPER
AQUAS MULTAS IN SUPERFICIE
POSUIT ILLAD
CUMQ· GERMINASSET CREUIT
IN UINEAM LATIOREM
HUMILIS STATURA RESPICIENTIB·
RAMIS EIUS AD EAM
ET RADICES EIUS SUB ILLA ERANT
FACTA EST ERGO UINEA ET FRUC
TIFICAUIT IN PALMITES
ET EMISIT PROPAGINES
ET FACTA EST AQUILA ALTERA
GRANDIS MAGNIS ALIS
MULTISQUE PLUMIS
ET ECCE UINEA ISTA QUASI MIT
TENS RADICES SUAS AD EAM
PALMITES SUOS EXTENDIT
AD ILLAM UT INRIGARET EAM
DE AREOLIS GERMINIS SUI
IN TERRA BONA SUPER AQUAS
MULTAS PLANTATA EST
UT FACIAT FRONDES ET PORTET
FRUCTUM
ET SIT IN UINEAM GRANDEM
DIC HAEC DICIT DNS DS ERGO NE
NE PROSPERABITUR
NONNE RADICES EIUS EUELLET
ET FRUCTUM EIUS DISTRINGET
ET SICCABIT OMNES PALMITES
GERMINIS EIUS ET ARESCET
ET NON IN BRACHIO GRANDI NEQUE
IN POPULO MULTO UT EUELLE
RET EAM RADICITUS
ECCE PLANTATA EST ERGO NE
NE PROSPERABITUR
NONNE CUM TETIGERIT EAM
UENTUS URENS SICCABITUR
ET IN AREIS GERMINIS SUI ARESCET
ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
xxxvi DIC AD DOMUM EXASPERANTEM
NEC SCITIS QUID ISTA SIGNIFICENT
DIC ECCE UENIT REX BABYLONIS
HIERUSALEM
ET ADSUMET REGEM
ET PRINCIPES EIUS
ET ADDUCET EOS AD SEMETIPSUM
IN BABYLONEM ET TOLLET
DE SEMINE REGNI
FERIETQ· CUM EO FOEDUS
ET ACCIPIET AB EO IUSIURANDUM
SED ET FORTES TERRAE TOLLET
UT SIT REGNUM HUMILE
ET NON ELEUETUR
SED CUSTODIAT PACTUM EIUS
ET SERUET ILLUD
QUI RECEDENS AB EO MISIT NUN
TIOS AD AEGYPTUM UT DARET
SIBI EQUOS ET POPULUM MULTUM
NUMQUID PROSPERABITUR
UEL CONSEQUETUR SALUTEM
QUI FECIT HAEC
ET QUI DISSOLUIT PACTUM
NUMQUID EFFUGIET
UIUO EGO DICIT DNS DS
QUONIAM IN LOCO REGIS

QUI CONSTITUIT EUM REGEM
CUIUS FECIT INRITUM IURAMENTU
ET SOLUIT PACTUM
QUOD HABEBAT CUM EO
IN MEDIO BABYLONIS MORIETUR
ET NON IN EXERCITU GRANDI
NEQ· IN POPULO MULTO
FACIET CONTRA EUM
PHARAO PROELIUM
IN IACTU AGGERIS ET IN EXTRUC
TIONE UALLORUM UT INTER
FICIAT ANIMAS MULTAS
SPREUERAT ENIM IURAMENTU
UT SOLUERET FOEDUS
ET ECCE DEDIT MANUM SUAM
ET CUM OMNIA HAEC FECERIT
NON EFFUGIET
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
UIUO EGO QUONIAM IURAMENTU
QUOD SPREUIT
ET FOEDUS QUOD PRAEUARICATUS
EST PONAM IN CAPUT EIUS
ET EXTENDAM SUPER EUM
RETEM EUM
ET CONPREHENDETUR SAGENA
MEA ET ADDUCAM EUM
IN BABYLONEM ET IUDICABO
EUM IBI
IN PRAEUARICATIONE
QUA DESPEXIT ME
ET OMNES PROFUGI EIUS CUM
UNIUERSO AGMINE GLADIO CADENT
RESIDUI AUTEM IN OMNEM UEN
TUM DISPERGENTUR
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
LOCUTUS SUM
XXXVII HAEC DICIT DNS DS
ADSUMAM EGO DE MEDULLA
CAEDRI SUBLIMIS
ET PONAM DE UERTICE
RAMORUM EIUS
TENERUM DESTRINGAM ET PLAN
TABO SUPER MONTEM EXCEL
SUM ET EMINENTEM
IN MONTE SUBLIMI ISRAHEL
PLANTABO ILLUD
ET ERUMPET IN GERMEN
ET FACIET FRUCTUM ET ERIT
IN CAEDRUM MAGNAM
ET HABITABUNT SUB EO
OMNES UOLUCRES
UNIUERSUM UOLATILE SUB UMBRA
FRONDIUM EIUS NIDIFICABIT
ET SCIENT OMNIA LIGNA REGIONIS
QUIA EGO DNS
XXXVIII HUMILIAUI LIGNUM SUBLIME
ET EXALTAUI LIGNUM HUMILE
ET SICCAUI LIGNUM UIRIDE ET FRON
DERE FECI LIGNUM ARIDUM
EGO DNS LOCUTUS SUM ET FECI
XXXIX XVIII ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
QUID EST QUOD INTER UOS
PARABOLAM UERTITIS
IN PROUERBIUM ISTUD
IN TERRA ISRL DICENTES
PATRES COMEDERUNT UUAM
ACERUAM ET DENTES FILIORU
OBSTIPUERUNT
UIUO EGO DICIT DNS DS
SI ERIT UOBIS ULTRA PARABOLA
HAEC IN PROUERBIUM IN ISRL
ET ECCE OMNES ANIMAE MEAE SUNT
UT ANIMA PATRIS ITA
ET ANIMA FILII MEA EST
ANIMA QUAE PECCAUERIT
IPSA MORIETUR
ET UIR SI FUERIT IUSTUS
ET FECERIT IUDICIUM ET IUSTITIA
IN MONTIB· NON COMEDERIT
ET OCULOS SUOS NON LEUAUERIT
AD IDOLA DOMUS ISRL
ET UXOREM PROXIMI SUI
NON UIOLAUERIT
ET AD MULIEREM MENSTRUATA
NON ACCESSERIT
ET HOMINEM NON CONTRISTA
UERIT

PIGNUS DEBITORI REDDIDERIT
PER UIM NIHIL RAPUERIT
PANEM SUUM ESURIENTI
DEDERIT
ET NUDUM UESTIMENTO
OPERUERIT
AD USURAM NON COMMODAUERIT
ET AMPLIUS NON ACCEPERIT
AB INIQUITATE MANUM SUAM
AUERTERIT
IUDICIUM UERUM INTER UIRUM
FECERIT ET UIRUM
IN PRAECEPTIS MEIS AMBULA
UERIT ET IUDICIA MEA CUSTO
DIERIT UT FACIAT UERITATE
HIC IUSTUS EST UITA UIUET
AIT DNS DS
QUOD SI GENUERIT FILIUM
LATRONEM EFFUNDENTE
SANGUINEM
ET FECERIT UNUM DE ISTIS
ET HAEC QUIDEM OMNIA
NON FACIENTEM
SED IN MONTIB; COMEDENTE
ET UXOREM PROXIMI SUI
POLLUENTEM
EGENUM ET PAUPEREM
CONTRISTANTEM
RAPIENTEM RAPINAS
PIGNUS NON REDDENTEM
ET AD IDOLA LEUANTEM
OCULOS SUOS
ABOMINATIONEM FACIENTEM
AD USURAM DANTEM
ET AMPLIUS ACCIPIENTEM
NUMQUID UIUET NON UIUET
CUM UNIUERSA DETESTANDA
HAEC FECERIT MORTE
MORIETUR
SANGUIS EIUS IN IPSO ERIT
QUOD SI GENUERIT FILIUM
QUI UIDENS OMNIA PECCATA
PATRIS SUI QUAE FECIT
TIMUERIT ET NON FECERIT
SIMILE EIS
SUPER MONTES NON COMEDERIT
ET OCULOS SUOS NON LEUAUERIT
AD IDOLA DOMUS ISRL
ET UXOREM PROXIMI SUI
NON UIOLAUERIT
ET UIRUM NON CONTRISTAUERIT
PIGNUS NON RETINUERIT
ET RAPINAM NON RAPUERIT
PANEM SUUM ESURIENTI
DEDERIT
ET NUDUM UESTIMENTO
OPERUERIT
A PAUPERIS INIURIA MANUM
SUAM AUERTERIT
USURAM ET SUPERABUNDANTIA
NON ACCEPERIT
IUDICIA MEA FECERIT
IN PRAECEPTIS MEIS AMBULAUERIT
HIC NON MORIETUR IN INIQUITATE
PATRIS SUI SED UITA UIUET
PATER EIUS QUIA CALUMNIATUS
EST ET UIM FECIT FRATRI
ET MALUM OPERATUS EST
IN MEDIO POPULI SUI
ECCE MORTUUS EST
IN INIQUITATE SUA
ET DICITIS QUARE NON PORTAUIT
FILIUS INIQUITATEM PATRIS
UIDELICET QUIA FILIUS IUDICIU
ET IUSTITIAM OPERATUS EST
OMNIA PRAECEPTA MEA
CUSTODIUIT ET FECIT ILLA
UITA UIUET
ANIMA QUAE PECCAUERIT
IPSA MORIETUR
FILIUS NON PORTABIT
INIQUITATEM PATRIS
ET PATER NON PORTABIT
INIQUITATEM FILII
IUSTITIA IUSTI SUPER EUM ERIT
ET IMPIETAS IMPII SUPER
EUM ERIT
xl SI AUTEM IMPIUS EGERIT PAENI
TENTIA

ABOMNIB· PECCATIS SUIS
QUAE OPERATUS EST
ET CUSTODIERIT UNIUERSA
PRAECEPTA MEA
ET FECERIT IUDICIUM ET IUSTITIĀ
UITA UIUET NON MORIETUR
OMNIUM INIQUITATUM EIUS
QUAS OPERATUS EST
NON RECORDABOR
IN IUSTITIA SUA QUAM OPERATUS
EST UIUET
NUMQUID UOLUNTATIS MEAE
EST MORS IMPII DICIT DNS DS
ET NON UT CONUERTATUR
A UIIS SUIS ET UIUAT
SI AUTEM AUERTERIT SE IUSTUS
A IUSTITIA SUA
ET FECERIT INIQUITATEM
SECUNDUM OMNES ABOMINA
TIONES QUAS OPERARI
SOLET IMPIUS
NUMQUID UIUET
OMNES IUSTITIAE EIUS QUAS
FECERAT NON RECORDABUNTUR
IN PRAEUARICATIONE QUA PRAE
UARICATUS EST ET IN PECCATO
SUO QUOD PECCAUIT
IN IPSIS MORIETUR
ET DIXISTIS NON EST AEQUA UIA DNI
AUDITE DOMUS ISRL
NUMQUID UIA MEA NON EST AEQUA
ET NON MAGIS UIAE UESTRAE
PRAUAE SUNT
CUM ENIM AUERTERIT SE IUSTUS
A IUSTITIA SUA
ET FECERIT INIQUITATEM
MORIETUR IN EIS
IN INIUSTITIA QUAM OPERATUS
EST MORIETUR
ET CUM AUERTERIT SE IMPIUS
AB IMPIETATE SUA
QUAM OPERATUS EST
ET FECERIT IUDICIUM ET IUSTITIĀ
IPSE ANIMAM SUAM UIUIFICABIT
CONSIDERANS ENIM ET AUER
TENS SE AB OMNIB· INIQUITATIB·
QUAS OPERATUS EST
UITA UIUET ET NON MORIETUR
ET DICUNT FILII ISRL NON EST
AEQUA UIA DNI
NUMQUID UIAE MEAE NON SUNT
AEQUAE DOMUS ISRL
ET NON MAGIS UIAE UESTRAE
PRAUAE
IDCIRCO UNUMQUEMQ· IUXTA
UIAS SUAS IUDICABO DOMUS ISRL
AIT DNS DS
XLI CONUERTIMINI ET AGITE
PAENITENTIAM AB OMNIBUS
INIQUITATIB· UESTRIS
ET NON ERIT UOBIS IN RUINAM
INIQUITATIS
PROICITE A UOBIS OMNES
PRAEUARICATIONES UESTRAS
IN QUIB· PRAEUARICATI ESTIS
ET FACITE UOBIS COR NOUUM
ET SPM NOUUM ET QUARE
MORIMINI DOMUS ISRL
QUIA NOLO MORTEM MORIENTIS
DICIT DNS DS
REUERTIMINI ET UIUITE
XLII XIX ET TU ASSUME PLANCTUM
SUPER PRINCIPES ISRL ET DICES
QUARE MATER TUA LEAENA
INTER LEONES CUBAUIT
IN MEDIO LEUNCULORUM
ENUTRIUIT CATULOS SUOS
ET EDUXIT UNUM DE LEUN
CULIS SUIS
LEO FACTUS EST ET DIDICIT
CAPERE PRAEDAM HOMINES
QUE COMEDERE
ET AUDIERUNT DE EO GENTES
ET NON ABSQUE UULNERIBUS
SUIS CEPERUNT EUM
ET ADDUXERUNT EUM IN CATENIS
IN TERRAM AEGYPTI
QUAE CUM UIDISSET QUONIAM

INFIRMATA EST ET PERIIT
EXPECTATIO EIUS
TULIT UNUM DE LEUNCULIS SUIS
LEONEM CONSTITUIT EUM
QUI INCEDEBAT INTER LEONES
ET FACTUS EST LEO DIDICIT
PRAEDAM CAPERE
ET HOMINES DEUORARE
DIDICIT UIDUAS FACERE
ET CIUITATES EORUM IN DESER
TUM ADDUCERE
ET DESOLATA EST TERRA
ET PLENITUDO EIUS
A UOCE RUGITUS ILLIUS
ET CONUENERUNT ADUERSUM
EUM GENTES UNDIQUE
DE PROUINCIIS
ET EXPANDERUNT SUPER EUM
RETE SUUM
IN UULNERIB· EARUM CAPTUS EST
ET MISERUNT EUM IN CAUEAM
IN CATENIS
ADDUXERUNT EUM AD REGEM
BABYLONIS
MISERUNTQ· EUM IN CARCERE
NE AUDIRETUR UOX EIUS ULTRA
SUPER MONTES ISRL
MATER TUA QUASI UINEA IN SAN
GUINE TUO SUPER AQUAM
PLANTATA
FRUCTUS EIUS ET FRONDES EIUS
CREUERUNT EX AQUIS MULTIS
ET FACTAE SUNT EI UIRGAE
SOLIDAE IN SCEPTRA DOMINANTIU
ET EXALTATA EST STATURA EIUS
INTER FRONDES
ET UIDIT ALTITUDINEM SUAM
IN MULTITUDINE PALMITUM
SUORUM
ET EUULSA EST IN IRA IN TERRA
QUE PROIECTA
ET UENTUS URENS SICCAUIT
FRUCTUM EIUS
MARCUERUNT ET ARE FACTAE
SUNT UIRGAE ROBORIS EIUS
IGNIS COMEDIT EAM
ET NUNC TRANSPLANTATA EST
IN DESERTUM
IN TERRA INUIA ET SITIENTI
ET EGRESSUS EST IGNIS DE UIRGA
RAMORUM EIUS QUI FRUCTUM
EIUS COMEDIT
ET NON FUIT IN EA UIRGA FORTIS
SCEPTRUM DOMINANTIUM
PLANCTUS EST ET ERIT IN PLANCTU
XLIII 57 ET FACTUM EST IN ANNO SEPTIMO
IN QUINTO MENSE IN DECIMA
MENSIS
UENERUNT UIRI DE SENIORIB· ISRL
UT INTERROGARENT DNM
ET SEDERUNT CORAM ME
ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS LOQUERE SENIORIBUS
ISRL ET DICES AD EOS
HAEC DICIT DNS DS
NUM AD INTERROGANDUM ME
UOS UENISTIS
UIUO EGO QUIA NON RESPONDEBO
UOBIS AIT DNS DS
SI IUDICAS EOS SI IUDICAS FILI HOMINIS
ABOMINATIONES PATRUM EORU
OSTENDE EIS
ET DICES AD EOS HAEC DICIT DNS DS
IN DIE QUA ELEGI ISRL ET LEUAUI
MANUM MEAM PRO STIRPE
DOMUS IACOB
ET APPARUI EIS IN TERRA AEGYPTI
ET LEUAUI MANUM MEAM PRO EIS
DICENS EGO DNS DS UESTER
XLIIII IN DIE ILLA LEUAUI MANUM MEAM
PRO EIS UT EDUCEREM EOS
DE TERRA AEGYPTI
IN TERRAM QUAM PROUIDERAM
EIS FLUENTEM LACTE ET MELLE
QUAE EST EGREGIA
INTER OMNES TERRAS
ET DIXI AD EOS UNUSQUISQUE

OFFENSIONES OCULORUM
SUORUM ABICIAT
ET IN IDOLIS AEGYPTI NOLITE POLLUI
EGO DNS DS UESTER
ET IRRITAUERUNT ME
NOLUERUNTQUE AUDIRE
UNUSQUISQ· ABOMINATIONES
OCULORUM SUORUM
NON PROIECIT
NEC IDOLA AEGYPTI RELIQUERUNT
ET DIXI UT EFFUNDEREM INDIGNA
TIONEM MEAM SUPER EOS
ET INPLEREM IRAM MEAM IN EIS
IN MEDIO TERRAE AEGYPTI
ET FECI PROPTER NOMEN MEUM
UT NON UIOLARETUR CORAM GEN
TIB· IN QUARUM MEDIO ERANT
ET INTER QUAS APPARUI EIS
UT EDUCEREM EOS
DE TERRA AEGYPTI
EIECI ERGO EOS DE TERRA AEGYPTI
ET EDUXI IN DESERTUM
ET DEDI EIS PRAECEPTA MEA
ET IUDICIA MEA OSTENDI EIS
QUAE FACIAT HOMO ET UIUAT IN EIS
INSUPER ET SABBATA MEA DEDI EIS
UT ESSET SIGNUM INTER ME ET EOS
ET SCIRENT QUIA EGO DNS
SCIFICANS EOS
ET IRRITAUERUNT ME DOMUS ISRL
IN DESERTO
IN PRAECEPTIS MEIS
NON AMBULAUERUNT
ET IUDICIA MEA PROIECERUNT
QUAE FACIENS HOMO UIUET IN EIS
ET SABBATA MEA UIOLAUERUNT
UEHEMENTER
DIXI ERGO UT EFFUNDEREM
FUROREM MEUM SUPER EOS
IN DESERTO ET CONSUMEREM
EOS
ET FECI PROPTER NOMEN MEU̅
NE UIOLARETUR CORAM GENTIB·
DE QUIB· EIECI EOS IN CONSPECTU
EARUM

EGO IGITUR LEUAUI MANUM MEA̅
SUPER EOS IN DESERTO
NE INDUCEREM EOS IN TERRAM
QUAM DEDI EIS FLUENTEM
LACTE ET MELLE
PRAECIPUAM TERRARUM OMNIU̅
QUIA IUDICIA MEA PROIECERUNT
ET IN PRAECEPTIS MEIS
NON AMBULAUERUNT
ET SABBATA MEA UIOLAUERUNT
POST IDOLA ENIM COR EORU̅
GRADIEBATUR
ET PEPERCIT OCULUS MEUS
SUPER EOS UT NON INTERFICE
REM EOS
NEC CONSUMSI EOS IN DESERTO
DIXI AUTEM AD FILIOS EORUM
IN SOLITUDINE
IN PRAECEPTIS PATRUM UESTRORU̅
NOLITE INCEDERE
NEC IUDICIA EORUM CUSTODIATIS
NEC IN IDOLIS EORUM POLLUAMINI
EGO DNS DS UESTER
IN PRAECEPTIS MEIS AMBULATE
ET IUDICIA MEA CUSTODITE
ET FACITE EA
ET SABBATA MEA SCIFICATE
UT SIT SIGNUM INTER ME ET UOS
ET SCIATUR QUIA EGO DNS DS UESTER
ET EXACERBAUERUNT ME FILII ISRL
IN PRAECEPTIS MEIS
NON AMBULAUERUNT
ET IUDICIA MEA NON CUSTODIERUNT
UT FACERENT EA
QUAE CUM FECERIT HOMO
UIUET IN EIS
ET SABBATA MEA UIOLAUERUNT
ET COMMINATUS SUM UT EFFUN
DEREM FUROREM MEUM
SUPER EOS
ET INPLEREM IRAM MEAM
IN EIS IN DESERTO
AUERTI AUTEM MANUM MEAM
ET FECI PROPTER NOMEN MEU̅

UT NON UIOLARETUR CORAM GENTIBUS
DE QUIB· EIECI EOS IN OCULIS EARUM
ITERUM LEUAUI MANUM MEAM
IN EOS IN SOLITUDINE
UT DISPERGEREM ILLOS IN NATIO
NES ET UENTILAREM IN TERRIS
EO QUOD IUDICIA MEA NON FECISSENT
ET PRAECEPTA MEA REPROBASSENT
ET SABBATA MEA UIOLASSENT
ET POST IDOLA PATRUM SUORUM
FUISSENT OCULI EORUM
Sxla ERGO ET EGO DEDI EIS PRAECEPTA
NON BONA
ET IUDICIA IN QUIB· NON UIUENT
ET POLLUI EOS IN MUNERIB· SUIS
CUM OFFERRENT OMNE QUOD
APERIT UULUAM PROPTER
DELICTA SUA
ET SCIENT QUIA EGO DNS
QUAM OBREM LOQUERE AD DOMUM
ISRL FILI HOMINIS ET DICES AD EOS
HAEC DICIT DNS DS
ADHUC ET IN HOC BLASPHEMAUE
RUNT ME PATRES UESTRI
CUM SPREUISSENT ME
CONTEMNENTES
ET INDUXISSEM EOS IN TERRAM
SUPER QUAM LEUAUI MANUM
MEAM UT DAREM EIS
UIDERUNT OMNEM COLLEM
EXCELSUM ET OMNE
LIGNUM NEMOROSUM
ET IMMOLAUERUNT IBI
UICTIMAS SUAS
ET DEDERUNT IBI INRITATIONEM
OBLECTATIONIS SUAE
ET POSUERUNT IBI ODOREM
SUAUITATIS SUAE
ET LIBAUERUNT LIBATIONES SUAS
ET DIXI AD EOS QUID EST EXCELSUM
AD QUOD UOS INGREDIMINI
ET UOCATUM EST NOMEN EIUS
EXCELSUM USQ· AD HUNC DIEM
PROPTEREA DIC AD DOMUM ISRL
HAEC DICIT DNS DS
CERTE IN UIA PATRUM UESTRORUM
UOS POLLUIMINI
ET POST OFFENDICULA EORUM
UOS FORNICAMINI
ET IN OBLATIONE DONORUM
UESTRORUM CUM TRANSDUCI
TIS FILIOS UESTROS PER IGNEM
UOS POLLUIMINI
IN OMNIB· IDOLIS UESTRIS USQ· HODIE
ET EGO RESPONDEBO UOBIS
DOMUS ISRL
UIUO EGO DICIT DNS DS QUIA EGO
NON RESPONDEBO UOBIS
NEQ· COGITATIO MENTIS UESTRAE
FIET DICENTIUM
ERIMUS SICUT GENTES ET SICUT
COGNATIONES TERRAE UT COLA
MUS LIGNA ET LAPIDES
UIUO EGO DICIT DNS DS
QUONIAM IN MANU FORTI ET BRA
CHIO EXTENTO ET IN FURORE
EFFUSO REGNABO SUPER UOS
ET EDUCAM UOS DE POPULIS
ET CONGREGABO UOS DE TERRIS
IN QUIB· DISPERSI ESTIS
IN MANU UALIDA ET BRACHIO
EXTENTO ET IN FURORE EFFUSO
REGNABO SUPER UOS
ET ADDUCAM UOS IN DESERTUM
POPULORUM
ET IUDICABOR UOBISCUM IBI
FACIE AD FACIEM
SICUT IUDICIO CONTENDI ADUERSUM
PATRES UESTROS IN DESERTO
TERRAE AEGYPTI
SIC IUDICABO UOS DICIT DNS
ET SUBICIAM UOS SCEPTRO MEO
ET INDUCAM UOS IN UINCULIS
FOEDERIS
ET ELIGAM DE UOBIS TRANS
GRESSORES ET IMPIOS
ET DE TERRA INCOLATUS EORUM
EDUCAM EOS

ETTERRAM ISRL NON INGREDIENTUR
ETSCIETIS QUIA EGO DNS
xlvii ET UOS DOMUS ISRAHEL
HAEC DICIT DNS DS
SINGULI POST IDOLA UESTRA
AMBULATE ET SERUITE EIS
QUOD SI ET IN HOC NON AUDIERITIS ME
ET NOMEN MEUM SCM POLLUE
RITIS ULTRA IN MUNERIB UESTRIS
ET IN IDOLIS UESTRIS
IN MONTE SCO MEO IN MONTE
EXCELSO ISRL AIT DNS DS
IBI SERUIET MIHI OMNIS DOMUS ISRL
OMNES IN QUAM IN TERRA
IN QUA PLACEBUNT MIHI
ET IBI QUAERAM PRIMITIAS UESTRAS
ET INITIUM DECIMARUM UESTRA
RUM IN OMNIBUS SCIFICATIO
NIBUS UESTRIS
IN ODOREM SUAUITATIS
SUSCIPIAM UOS
CUM EDUXERO UOS DE POPULIS
ET CONGREGAUERO UOS DE TERRIS
IN QUAS DISPERSI ESTIS
ET SCIFICABOR IN UOBIS
IN OCULIS NATIONUM
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
CUM INDUXERO UOS AD TERRAM ISRL
IN TERRAM PRO QUA LEUAUI
MANUM MEAM UT DAREM EAM
PATRIB UESTRIS
ET RECORDABIMINI IBI
UIARUM UESTRARUM
ET OMNIUM SCELERUM UESTRO
RUM QUIB POLLUTI ESTIS IN EIS
ET DISPLICEBITIS UOBIS IN CON
SPECTU UESTRO IN OMNIBUS
MALITIIS UESTRIS QUAS FECISTIS
ET SCIETIS QUIA EGO DNS CUM
BENE FECERO UOBIS
PROPTER NOMEN MEUM
NON SECUNDUM UIAS UESTRAS
MALAS
NEQ SECUNDUM SCELERA UESTRA

PESSIMA DOMUS ISRL AIT DNS DS
xlviii ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PONE FACIEM TUAM
CONTRA UIAM AUSTRI
ET STILLA AD AFRICUM
ET PROPHETA AD SALTUM AGRI
MERIDIANI ET DICES SALTUI MERIDIANO
AUDI UERBUM DNI HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO SUCCENDAM IN TE IGNEM
ET COMBURAM IN TE OMNE LIGNUM
UIRIDE ET OMNE LIGNUM ARIDUM
NON EXTINGUETUR FLAMMA
SUCCENSIONIS
ET COMBURETUR IN EA OMNIS FACIES
AB AUSTRO USQ AD AQUILONEM
ET UIDEBIT UNIUERSA CARO
QUIA EGO DNS SUCCENDI EAM
NEC EXTINGUETUR
ET DIXI A A A DNS DS
IPSI DICUNT DE ME NUMQUID NON
PER PARABOLAS LOQUITUR ISTE
xlviiii XXI ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PONE FACIEM TUAM
AD HIERUSALEM
ET STILLA AD SCUARIA ET PROPHETA
CONTRA HUMUM ISRL
ET DICES TERRAE ISRL
HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO AD TE
ET EICIAM GLADIUM MEUM
DE UAGINA SUA
ET OCCIDAM IN TE IUSTUM ET IMPIUM
PRO EO AUTEM QUOD OCCIDI
IN TE IUSTUM ET IMPIUM
IDCIRCO EGREDIETUR GLADIUS
MEUS DE UAGINA SUA AD OMNEM
CARNEM AB AUSTRO AD AQUILONEM
UT SCIAT OMNIS CARO QUIA EGO DNS
EDUXI GLADIUM MEUM
DE UAGINA SUA INREUOCABILEM
ET TU FILI HOMINIS INGEME SCE
IN CONTRITIONE LUMBORUM

ET IN AMARITUDINIBUS
INGEMESCE CORAM EIS
CUMQ· DIXERINT AD TE
QUARE TU GEMIS
DICES PRO AUDITU QUIA UENIT
ET TABESCET OMNE COR ET DISSOL
UENTUR UNIUERSAE MANUS
ET INFIRMABITUR OMNIS SPS
ET PER CUNCTA GENUA
FLUENT AQUAE
ET ECCE UENIT ET FIET AIT DNS DS
ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PROPHETA ET DICES
HAEC DICIT DNS DS LOQUERE
GLADIUS GLADIUS EXACUTUS EST
ET LIMATUS
UT CAEDAT UICTIMAS EXACUTUS EST
UT SPLENDEAT LIMATUS EST
QUI MOUES SCEPTRUM FILII MEI
SUCCIDISTI OMNE LIGNUM
ET DEDI EUM AD LEUIGANDUM
UT TENEATUR MANU
ISTE EXACUTUS EST GLADIUS
ET ISTE LIMATUS
UT SIT IN MANU INTERFICIENTIS
CLAMA ET ULULA FILI HOMINIS
QUIA HIC FACTUS EST IN POPULO
MEO HIC IN CUNCTIS DUCIB· ISRL
QUI FUGERANT GLADIO TRADITI SUNT
CUM POPULO MEO
IDCIRCO PLAUDE SUPER FEMUR
QUIA PROBATUS EST ET HOC CUM
SCEPTRUM SUBUERTERIT
ET NON ERIT DICIT DNS DS
TU ERGO FILI HOMINIS PROPHETA
ET PERCUTE MANU AD MANUM
ET DUPLICETUR GLADIUS
AC TRIPLICETUR GLADIUS
INTERFECTORUM
HIC EST GLADIUS OCCISIONIS
MAGNAE
QUI OBSTUPESCERE EOS FACIT
ET CORDE TABESCERE

ET MULTIPLICAT RUINAS
IN OMNIB· PORTIS EORUM
DEDI CONTURBATIONEM
GLADII ACUTI ET LIMATI AD FUL
GENDUM AMICTI AD CAEDEM
EXACUERE UADE AD DEXTRAM
SIUE AD SINISTRAM
QUOCUMQUE FACIES TUAE
EST APPETITUS
QUIN ET EGO PLAUDAM MANU
AD MANUM
ET INPLEBO INDIGNATIONEM MEA̅
EGO DNS LOCUTUS SUM
ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
ET TU FILI HOMINIS PONE TIBI
DUAS UIAS
UT UENIAT GLADIUS REGIS BABYLONIS
DE TERRA UNA EGREDIENTUR AMBO
ET MANU CAPIET CONIECTURAM
IN CAPITE UIAE CIUITATIS CONICIET
UIAM PONES UT UENIAT GLADIUS
AD RABBATH FILIORUM AMMON
ET AD IUDAM HIERUSALEM
MUNITISSIMAM
STETIT ENIM REX BABYLONIS
IN UIUIO
IN CAPITE DUARUM UIARUM
DIUINATIONEM QUAERENS
COMMISCENS SAGITTAS
INTERROGAUIT IDOLA
EXTA CONSULUIT
AD DEXTRAM EIUS FACTA EST
DIUINATIO SUPER HIERUSALE̅
UT PONAT ARIETES UT APERIAT
OS IN CAEDE
UT ELEUET UOCEM IN ULULATU
UT PONAT ARIETES CONTRA
PORTAS UT CONPORTET AGGERE̅
UT AEDIFICET MUNITIONES
ERITQ· QUASI CONSULENS
FRUSTRA ORACULUM
IN OCULIS EORUM
ET SABBATORUM OTIUM IMITANS

IPSE AUTEM RECORDABITUR
INIQUITATIS AD CAPIENDUM
IDCIRCO HAEC DICIT DNS DS
PRO EO QUOD RECORDATI ESTIS
INIQUITATIS UESTRAE
ET REUELASTIS PRAEUARICATIO
NES UESTRAS
ET APPARUERUNT PECCATA UESTRA
IN OMNIB· COGITATIONIB· UESTRIS
PRO EO IN QUAM QUOD RECORDATI
ESTIS MANU CAPIEMINI
TU AUTEM PROFANE IMPIE DUX ISRL
CUIUS UENIT DIES IN TEMPORE
INIQUITATIS PRAEFINITA
HAEC DICIT DNS DS AUFER
CIDARIM TOLLE CORONAM
NONNE HAEC EST QUAE HUMILE
SUBLEUAUIT ET SUBLIMEM
HUMILIAUIT
INIQUITATEM INIQUITATEM
INIQUITATEM PONAM EAM
ET HOC NUNC FACTUM EST
DONEC UENIRET CUIUS EST
IUDICIUM ET TRADAM EI
XLVIII ET TU FILI HOMINIS PROPHETA
ET DIC
HAEC DICIT DNS DS AD FILIOS AMMON
ET AD OBPROBRIUM EORUM
ET DICES MUCRO MUCRO EUAGINA
TE AD OCCIDENDUM LIMA
TE UT INTERFICIAS ET FULGEAS
CUM TIBI UIDERENTUR UANA
ET DIUINARENTUR MENDACIA
NON EST DAEMONUM DIUINATIO
SED DI
IUDICIUM QUI PERFECTAE
MALITIAE DEDIT FINEM
UT DARERIS SUPER COLLA
UULNERATORUM IMPIORUM
QUORUM UENIT DIES IN TEMPORE
INIQUITATIS PRAEFINITA
REUERTERE AD UAGINAM TUAM
IN LOCO IN QUO CREATUS ES
IN TERRA NATIUITATIS TUAE
IUDICABO TE
ET EFFUNDAM SUPER TE
INDIGNATIONEM MEAM
IN IGNE FURORIS MEI SUFFLABO IN TE
DABOQ· TE IN MANUS HOMINUM
INSIPIENTIUM ET FABRICANTIU
INTERITUM
IGNI ERIS CIBUS SANGUIS TUUS
ERIT IN MEDIO TERRAE
OBLIUIONI TRADERIS QUIA EGO DNS
LOCUTUS SUM
[illegible] ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
ET TU FILI HOMINIS NUM IUDICAS
NUM IUDICAS CIUITATEM
SANGUINUM
ET OSTENDES EI OMNES
ABOMINATIONES SUAS
ET DICES HAEC DICIT DNS DS
CIUITAS EFFUNDENS SANGUINEM
IN MEDIO SUI UT UENIAT
TEMPUS EIUS
ET QUAE FECIT IDOLA CONTRA
SEMETIPSAM UT POLLUERETUR
IN SANGUINE TUO QUI A TE EFFUSUS
EST DELIQUISTI
ET IN IDOLIS TUIS QUAE FECISTI
POLLUTA ES
ET ADPROPINQUARE FECISTI
DIES TUOS ET ADDUXISTI TEMPUS
ANNORUM TUORUM
PROPTEREA DEDI TE OBPROBRIU
GENTIB· ET IN RISIONEM
UNIUERSIS TERRIS
QUAE IUXTA SUNT ET QUAE PROCUL
A TE TRIUMPHABUNT DE TE
SORDIDA NOBILIS GRANDIS INTERITU
LI ECCE PRINCIPES ISRL SINGULI
IN BRACHIO SUO FUERUNT IN TE
AD EFFUNDENDUM SANGUINEM
PATREM ET MATREM CONTUME
LIIS AFFECERUNT IN TE
ADUENAM CALUMNIATI SUNT
IN MEDIO TUI

pupillum et uiduam contri
staverunt apud te
scuaria mea sprevistis
et sabbata mea polluistis
uiri detractores fuerunt in te
ad effundendum sanguinē
et super montes comede
runt in te
scelus operati sunt in medio tui
uerecundiora patris
discoperuerunt in te
inmunditiam menstruatae
humiliauerunt in te
et unusquisq: in uxorem proxi
mi sui operatus est
abominationem
et socer nurum suam
polluit nefarie
frater sororem suam filiam
patris sui oppressit in te
munera acceperunt apud te
ad effundendum sanguinem
usuram et superabundantiā
accepisti
et auare proximos tuos
calumniabaris
meiq: oblita es ait dñs ds
ecce conplosi manus meas
super auaritiā tuā quam fecisti
et super sanguinem qui effu
sus est in medio tui
numquid sustinebit cor tuum
aut praeualebunt manus
tuae in dieb: quos ego faciam tibi
ego dñs locutus sum et faciam
et dispergam te in nationes
et uentilabo te in terras
et deficere faciam
inmunditiam tuam a te
et possidebo te in conspectu
gentium et scies quia ego dñs
ſlm Et factum est uerbum dñi
ad me dicens
fili hominis uersa est mihi

domus isrl̄ in scoriam
omnes isti aes et stagnum
et ferrum et plumbum
in medio fornacis in scoria
argenti facti sunt
propterea haec dicit dñs ds
eo quod uersi estis
omnes in scoriam
propterea ecce ego congrega
bo uos in medium hierusalē
congregatione argenti et aeris
et ferri et stagni et plumbi
in medium fornacis
ut succendam in eam ignem
ad conflandum
sic congregabo uos in furore meo
et in ira mea et requiescam
et conflabo uos et congre
gabo uos et succendam
in igne furoris mei
et conflabimini in medio eius
ut conflatur argentum
in medio fornacis sic
eritis in medio eius
et scietis quia ego dñs effunde
rim indignationem meam
super uos
ſlm Et factum est uerbum dñi
ad me dicens
fili hominis dic ei tu es terra
inmunda et non conpluta
in die furoris coniuratio
prophetarum in medio eius
sicut leo rugiens capiens
que praedam
animam deuorauerunt
inopis et pretium acceperunt
uiduas eius multiplicauerunt
in medio illius
sacerdotes eius contempse
runt legem meam
et polluerunt
scuaria mea
inter scm et profanum

INTER SCM ET PROFANUM
NON HABUERE DISTANTIAM
ET INTER POLLUTUM ET MUNDU
NON INTELLEXERUNT ET SABBATIS
MEIS AVERTERUNT OCULOS SUOS
ET COINQUINABAR IN MEDIO EORU
PRINCIPES EIUS IN MEDIO ILLIUS
QUASI LUPI RAPIENTES PRAEDA
AD EFFUNDENDUM SANGUINEM
ET AD PERDENDAS ANIMAS
ET AVARE SECTANDA LUCRA
PROPHETAE AUTEM EIUS
LINIEBANT EOS ABSQUE
TEMPERAMENTO
VIDENTES VANA ET DIVINANTES
EIS MENDACIUM
DICENTES HAEC DICIT DNS DS
CUM DNS NON SIT LOCUTUS
POPULI TERRAE CALUMNIABANTUR
CALUMNIAM ET RAPIEBANT
VIOLENTER
EGENUM ET PAUPEREM
ADFLIGEBANT
ET ADVENAM OPPRIMEBANT
CALUMNIA ABSQ· IUDICIO
ET QUAESIVI DE EIS VIRUM QUI INTER
PONERET SAEPEM ET STARET
OPPOSITUS CONTRA ME
PROPTER TERRAM NE DISSIPARE
EAM ET NON INVENI
ET EFFUDI SUPER EOS
INDIGNATIONEM MEAM
IN IGNE IRAE MEAE CONSUMPSI EOS
VIAM EORUM IN CAPUT EORUM
REDDIDI AIT DNS DS
LIII xxiii ET FACTUM EST VERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS DUAE MULIERES
MATRIS UNIUS FILIAE FUERUNT
ET FORNICATAE SUNT IN AEGYPTO
IN ADULESCENTIA SUA
FORNICATAE SUNT
IBI SUBACTA SUNT UBERA EARUM
ET FRACTAE SUNT MAMMAE
PUBERTATIS EARUM
NOMINA AUTEM EARUM OOLA
MAIOR ET OOLIBA SOROR EIUS
ET HABUI EAS ET PEPERERUNT
FILIOS ET FILIAS
PORRO EARUM NOMINA SAMARIA
OOLA ET HIERUSALEM OOLIBA
FORNICATA EST IGITUR OOLA
SUPER ME
ET INSANIVIT IN AMATORES SUOS
IN ASSYRIOS PROPINQUANTES
VESTITOS IACYNTHO PRINCIPES
ET MAGISTRATUS IUVENES
CUPIDINIS
UNIVERSOS EQUITES
ASCENSORES EQUORUM
ET DEDIT FORNICATIONES SUAS
SUPER EOS
ELECTOS FILIOS ASSYRIORUM
UNIVERSOS
ET IN OMNIB· IN QUOS INSANIVIT
IN INMUNDITIIS EORUM
POLLUTA EST
INSUPER ET FORNICATIONES SUAS
QUAS HABUERAT IN AEGYPTO
NON RELINQUIT
NAM ET ILLI DORMIERANT CUM EA
IN ADULESCENTIA EIUS
ET ILLI CONFREGERANT UBERA
PUBERTATIS EIUS
ET EFFUDERANT FORNICATIONE
SUAM SUPER EAM
PROPTEREA TRADIDI EAM IN MANUS
AMATORUM SUORUM
IN MANUS FILIORUM ASSUR
SUPER QUORUM INSANIVIT
LIBIDINEM
IPSI DISCOPERUERUNT
IGNOMINIAM EIUS
FILIOS ET FILIAS EIUS TULERUNT
ET IPSAM OCCIDERUNT GLADIO
ET FACTAE SUNT MULIERES
FAMOSAE
ET IUDICIA PERPETRARUNT IN EA

QUOD CUM UIDISSET SOROR EIUS
OOLIBA PLUS QUAM ILLA
INSANIUIT LIBIDINE
ET FORNICATIONEM SUAM SUPER
FORNICATIONEM SORORIS SUAE
AD FILIOS ASSYRIORUM PRAEBUIT
IMPUDENTER
DUCIB· ET MAGISTRATIBUS AD SE
UENIENTIB· INDUTIS UESTE UARIA
EQUITIB· QUI UECTEBANTUR EQUIS
ET ADULESCENTIB· FORMA
CUNCTIS EGREGIA
ET UIDI QUOD POLLUTA ESSET
UIA UNA AMBARUM
ET AUXIT FORNICATIONES SUAS
CUMQ· UIDISSET UIROS
DEPICTOS IN PARIETE
IMAGINES CHALDAEORUM
EXPRESSAS COLORIBUS
ET ACCINCTOS BALTEIS RENES
ET THIARAS TINCTAS IN CAPITI
BUS EORUM
FORMAM DUCUM OMNIUM
SIMILITUDINEM FILIORUM
BABYLONIS
TERRAEQ· CHALDAEORUM
IN QUA ORTI SUNT
ET INSANIUIT SUPER EOS CONCUPI
SCENTIA OCULORUM SUORUM
ET MISIT NUNTIOS AD EOS
IN CHALDAEAM
CUMQ· UENISSENT AD EAM
FILII BABYLONIS AD CUBILE
MAMMARUM
POLLUERUNT EAM STUPRIS SUIS
ET POLLUTA EST AB EIS ET SATU
RATA EST ANIMA EIUS AB ILLIS
DENUDAUIT QUOQ· FORNICATIO
NES SUAS
ET DISCOPERUIT IGNOMINIAM SUA̅
ET RECESSIT ANIMA MEA AB EA
SICUT RECESSERAT ANIMA MEA
A SORORE EIUS
MULTIPLICAUIT ENIM FORNICATIONES
SUAS
RECORDANS DIES ADULESCEN
TIAE SUAE
QUIB· FORNICATA EST
IN TERRA AEGYPTI
ET INSANIUIT LIBIDINE SUPER
CONCUBITU EORUM
QUORUM CARNES SUNT
UT CARNES ASINORUM
ET SICUT FLUXUS EQUORUM
FLUXUS EORUM
ET UISITASTI SCELUS
ADULESCENTIAE TUAE
QUANDO SUBACTA SUNT
IN AEGYPTO UBERA TUA
ET CONFRACTAE MAMMAE
PUBERTATIS TUAE
LV PROPTEREA OOLIBA
HAEC DICIT DN̅S D̅S
ECCE EGO SUSCITABO OMNES
AMATORES TUOS CONTRA TE
DE QUIB· SATIATA EST ANIMA TUA
ET CONGREGABO EOS ADUERSUM
TE IN CIRCUITU
FILIOS BABYLONIS ET UNIUERSOS
CHALDAEOS NOBILES TYRAN
NOSQ· ET PRINCIPES
OMNES FILIOS ASSYRIORUM
IUUENES FORMA EGREGIA
DUCES ET MAGISTRATUS UNIUERSOS
PRINCIPES PRINCIPUM ET NO
MINATOS ASCENSORES EQUORU̅
ET UENIENT SUPER TE INSTRUCTI
CURRU ET ROTA MULTITUDO
POPULORUM
LORICA ET CLYPEO ET GALEA
ARMABUNTUR CONTRA TE
UNDIQUE
ET DABO CORAM EIS IUDICIUM
ET IUDICABUNT TE IUDICIIS SUIS
ET PONAM ZELUM MEUM IN TE
QUEM EXERCENT TECUM
IN FURORE
NASUM TUUM ET AURES TUAS
PRAECIDENT

et quae remanserint
gladio concident
ipsi filios et filias tuas capient
et nouissimum tuum
deuorabitur igni
et denudabunt te uestimentis
tuis et tollent uasa gloriae tuae
et requiescere faciam
scelus tuum de te
et fornicationem tuam
de terra aegypti
nec leuabis oculos tuos ad eos
et aegypti non recordaberis
amplius
quia haec dicit dns ds ecce ego
tradam te in manus eorum
quos odisti
in manus de quibus satiata
est anima tua
et agent tecum in odio
et tollent omnes
labores tuos
et dimittent te nudam
et ignominia plenam
reuelabitur ignominia
fornicationum tuarum
scelus tuum et fornicatio
nes tuae fecerunt haec tibi
quia fornicata es post gentes
inter quas polluta es
in idolis eorum
in uia sororis tuae ambulasti
et dabo calicem eius
in manu tua
haec dicit dns ds
calicem sororis tuae bibes
profundum et latum
eris in derisum et subsan
nationem quae est
capacissima
ebrietate et dolore
repleberis
calice meroris et tristitiae
calice sororis tuae samariae

et bibes illum et epotabis
usque ad feces
et fragmenta eius deuorabis
et ubera tua lacerabis quia ego
locutus sum ait dns ds
propterea haec dicit dns ds
quia oblita es mei et proiecisti
me post corpus tuum
tu quoque portabis scelus tuu
et fornicationes tuas
et ait dns ad me dicens
fili hominis numquid iudicas
oolam et oolibam
et adnuntias eis scelera earu
quia adulterae sunt et sanguis
in manib; earum
et cum idolis suis fornicatae
sunt
insuper et filios suos quos
genuerunt mihi obtulerunt
eis ad deuorandum
sed et hoc fecerunt mihi
polluerunt scuarium meum
in die illa
et sabbata mea profanauerunt
cumq; immolarent
filios suos idolis suis
et ingrederentur scuarium
meum in die illa
ut pollerent illud
etiam haec fecerunt
in medio domus meae
miserunt ad uiros uenientes
de longe ad quos nuntios
miserant
itaq; ecce uenerunt
quib; te lauisti
et circum leuisti stibio oculos
tuos et ornata es
mundo muliebri
sedisti in lecto pulcherrimo
et mensa ordinata est ante te
thymiama meum et ungen
tum meum posuisti super
eam

et uox multitudinis exultan
tis erat in ea
et in uiris quidem multitudine
hominum adducebantur
et ueniebant de deserto
posuerunt armillas
in manib· earum
et coronas specio.sas
in capitib· earum
et dixi ei quae attrita est
in adulteriis
nunc fornicabitur in fornica
tione sua etiam haec
et ingressi sunt ad eam quasi
ad mulierem meretricem
sic ingrediebantur ad oolam
et ad oolibam mulieres
nefarias
uiri ergo iusti sunt hi iudicabūt
eas iudicio adulterarum
et iudicio effundentium
sanguinem
quia adulterae sunt et sanguis
in manib· earum
Slm Haec enim dicit dns ds
adduc ad eas multitudinem
et trade eas in tumultum
et in rapinas
et lapidentur lapidib· populorū
et confodiantur gladiis eorū
filios et filias earum
interficient
et domos earum igne succendent
et auferam scelus de terra
et discent omnes mulieres
ne faciant secundum
scelus earum
et dabunt scelus uestrum
super uos
et peccata idolorum uestrorū
portabitis
et scietis quia ego dns ds
Slm Et factum est uerbum dni
XXIIII ad me

in anno nono in mense decimo
decima mensis dicens
fili hominis scribe tibi
no·men diei huius
in qua confirmatus est rex
babylonis
aduersum hierusalem hodie
et dices per prouerbium
ad domum irritatricem
parabolam
et loqueris ad eos haec
dicit dns ds
pone ollam pone inquam
et mitte in ea aquam
congere frusta eius in ea
omnem partem bonam femur
et armum electa ossib· plena
pin guissimum pecus adsume
conpone quoq· struices
ossuum sub ea
efferbuit coctio eius et discoc
ta sunt ossa illius in medio eius
propter ea haec dicit dns ds
uae ciuitati sanguinum ollae
cuius robigo in ea est
et robigo eius non exiuit de ea
per partes et per partes suas
eice eam
non cecidit super eam sors
sanguis enim eius
in medio eius est
super limpidissimam petram
fudit illam
non effudit illam super terrā
ut possit operiri puluere
inducerē ut super indignationem
et uindicta ulciscerer
dedi sanguinem eius super
petram limpidissimam
ne operiretur
propterea haec dicit dns ds
uae ciuitati sanguinum
cuius ego grandem
faciam pyram

CONGERE OSSA QUAE IN IGNE
SUCCENDAM
CONSUMENTUR CARNES
ET CONCOQUETUR UNIUERSA
CONPOSITIO ET OSSA TABESCENT
PONE QUOQ· EAM SUPER PRUNAS
UACUAM UT INCALESCAT
ET LIQUEFIAT AES EIUS
ET CONFLETUR IN MEDIO EIUS
INQUINAMENTUM EIUS
ET CONSUMATUR ROBIGO EIUS
MULTO LABORE SUDATUM EST
ET NON EXIBIT DE EA NIMIA
ROBIGO EIUS NEQ· PER IGNEM
INMUNDITIA TUA EXECRABILIS
QUIA MUNDARE TE UOLUI
ET NON ES MUNDATA
A SORDIBUS TUIS
SED NEC MUNDAUERIS PRIUS
DONEC QUIESCERE FACIAM
INDIGNATIONEM MEAM IN TE
IIII EGO DNS LOCUTUS SUM UENI
ET FACIAM
NON TRANSEAM NEC PARCAM
NEC PLACABOR
IUXTA UIAS TUAS ET IUXTA
ADINUENTIONES TUAS
IUDICABO TE DICIT DNS
ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS ECCE EGO TOLLO
A TE DESIDERABILE OCULORŪ
TUORUM IN PLAGA
ET NON PLANGES NEQ· PLORABIS
ET NON FLUENT LACRIMAE TUAE
INGEMESCE TACENS MORTUORŪ
LUCTUM NON FACIES
CORONA TUA CIRCUMLIGATA SIT
TIBI ET CALCIAMENTA TUA
ERUNT IN PEDIB· TUIS
NEC AMICTU ORA UELABIS
NEC CIBOS LUGENTIUM COMEDES
LOCUTUS SUM ERGO AD POPULŪ
MANE ET MORTUA EST

UXOR MEA UESPERE
FECIQ· MANE SICUT PRAECE
PERAT MIHI
ET DIXIT AD ME POPULUS QUARE
NON INDICAS NOBIS QUID ISTA
SIGNIFICENT QUAE TU FACIS
ET DIXI AD EOS SERMO DNI
FACTUS EST AD ME DICENS IIII
LOQUERE DOMUI ISRL
HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO POLLUAM SCŪ MEŪ
SUPERBIAM IMPERII UESTRI
ET DESIDERABILE OCULORUM
UESTRORUM
ET SUPER QUO PAUET ANIMA
UESTRA
ET FILII UESTRI ET FILIAE QUAS
RELIQUISTIS GLADIO CADENT
ET FACIETIS SICUT FECI
ORA AMICTU NON UELABITIS
ET CIBOS LUGENTIUM
NON COMEDETIS
CORONAS HABEBITIS IN CAPITIBUS
UESTRIS
ET CALCIAMENTA IN PEDIBUS
NON PLANGEBITIS NEQ· FLEBITIS
SED TABESCETIS IN INIQUITA
TIB· UESTRIS
ET UNUSQUISQUE GEMET
AD FRATREM SUUM
ERITQ· HIEZECHIEL UOBIS
IN PORTENTUM
IUXTA OMNIA QUAE FECIT
FACIETIS CUM UENERIT ISTUD
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
ET TU FILI HOMINIS ECCE IN DIE
QUO TOLLAM AB EIS
FORTITUDINEM EORUM
ET GAUDIUM DIGNITATIS ET DESI
DERIUM OCULORUM MEORŪ
SUPER QUO REQUIESCUNT
ANIMAE EORUM
FILIOS ET FILIAS EORUM
IN DIE ILLA CUM UENERIT FUGIENS

AD TE UT ADNUNTIET TIBI
IN DIE IN QUAM ILLA APERIETUR
OS TUUM CUM EO QUI FUGIT
ET LOQUERIS ET NON SILEBIS
ULTRA
ERISQ· EIS IN PORTENTUM
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PONE FACIEM TUA(M)
CONTRA FILIOS AMMON
ET PROPHETABIS DE EIS
ET DICES FILIIS AMMON
AUDITE UERBUM DNI DI
HAEC DICIT DNS DS
PRO EO QUOD DIXISTI EUGE EUGE
SUPER SCUARIUM MEUM
QUIA POLLUTUM EST
ET SUPER TERRAM ISRL
QUONIAM POLLUTA EST
ET SUPER DOMUM IUDA
QUONIAM DUCTI SUNT
IN CAPTIUITATEM
IDCIRCO EGO TRADAM TE FILIIS
ORIENTALIB· IN HEREDITATE(M)
ET CONLOCABUNT CAULAS
SUAS IN TE
ET PONENT IN TE TENTORIA SUA
IPSI COMEDENT FRUGES TUAS
ET IPSI BIBENT LAC TUUM
DABOQ· RABBATH IN HABITA
CULUM CAMELORUM
ET FILIOS AMMON IN CUBILE
PORCORUM
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
QUIA HAEC DICIT DNS DS
PRO EO QUOD PLAUSISTI MANU
ET PERCUSSISTI PEDE
ET GAUISA ES EX TOTO AFFECTU
SUPER TERRAM ISRL
IDCIRCO ECCE EGO EXTENDAM
MANUM MEAM SUPER TE
ET TRADAM TE IN DIREPTIONE(M)
GENTIUM

ET INTERFICIAM TE DE POPULIS
ET PERDAM DE TERRIS
ET CONTERAM
ET SCIETIS QUIA EGO DNS DS
LX HAEC DICIT DNS DS
PRO EO QUOD DIXERUNT
MOAB ET SEIR
ECCE SICUT OMNES GENTES
DOMUS IUDA
IDCIRCO EGO APERIAM UMERU(M)
MOAB DE CIUITATIBUS
DE CIUITATIBUS INQUAM EIUS
ET DE FINIB· EIUS
INCLYTAS TERRAE BETHSIMOTH
ET BEELMEON ET CARIATHAIM
FILIOS ORIENTIS CUM FILIIS
AMMON
ET DABO EAM IN HEREDITATEM
UT NON SIT MEMORIA ULTRA
FILIORUM AMMON IN GENTIB·
ET IN MOAB FACIAM IUDICIA
ET SCIENT QUIA EGO DNS
HAEC DICIT DNS DS
PRO EO QUOD FECIT IDUMAEA
ULTIONEM
UT SE UINDICARET DE FILIIS IUDA
PECCAUITQ· DELINQUENS
ET UINDICTAM EXPETIUIT DE EIS
IDCIRCO HAEC DICIT DNS DS
EXTENDAM MANUM MEAM
SUPER IDUMAEAM
ET AUFERAM DE EA
HOMINEM ET IUMENTUM
ET FACIAM EAM DESERTUM
AB AUSTRO
ET QUI SUNT IN DAEDAN
GLADIO CADENT
ET DABO ULTIONEM MEAM
SUPER IDUMAEAM
PER MANU(M) POPULI MEI ISRL
ET FACIENT IN EDOM IUXTA
IRAM MEAM ET FURORE(M) MEU(M)
ET SCIENT UINDICTAM MEAM
DICIT DNS DS

HAEC DICIT DNS DS
PRO EO QUOD FECERUNT
PALESTINI UINDICTAM
ET ULTI SE SUNT TOTO ANIMO
INTERFICIENTES ET IMPLENTES
INIMICITIAS UETERES
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO EXTENDAM MANUM
MEAM SUPER PALESTINOS
ET INTERFICIAM INTERFECTORES
ET PERDAM RELIQUIAS
MARITIMAE REGIONIS
FACIAMQ· IN EIS ULTIONES MAGNAS
ARGUENS IN FURORE
ET SCIENT QUIA EGO DNS CUM
DEDERO UINDICTAM MEAM
SUPER EOS
bi ET FACTUM EST IN UNDECIMO
ANNO PRIMA MENSIS
FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PRO EO QUOD DIXIT
TYRUS DE HIERUSALEM EUGE
CONFRACTAE SUNT PORTAE
POPULORUM
CONUERSA EST AD ME IMPLEBOR
DESERTA EST
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO SUPER TE TYRE
ET ASCENDERE FACIAM
AD TE GENTES MULTAS
SICUT ASCENDIT MARE FLUCTUANS
ET DISSIPABUNT MUROS TYRI
ET DESTRUENT TURRES EIUS
ET RADAM PULUEREM EIUS DE EA
ET DABO EAM IN LIMPIDISSIMAM
PETRAM
SICCATIO SAGENARUM ERIT
IN MEDIO MARIS
QUIA EGO LOCUTUS SUM AIT DNS DS
ET ERIT IN DIREPTIONEM GENTIB·
FILIAE QUOQ· EIUS QUAE SUNT
IN AGRO GLADIO INTERFICIENTUR
ET SCIENT QUIA EGO DNS

QUIA HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO ADDUCAM AD TYRUM
NABUCHODONOSOR REGEM
BABYLONIS AB AQUILONE
REGEM REGUM CUM EQUIS
ET CURRIB· ET EQUITIBUS
ET COETU POPULOQ· MAGNO
FILIAS TUAS QUAE SUNT IN AGRO
GLADIO INTERFICIET
ET CIRCUMDABIT TE MUNITIONIB·
ET CONPORTABIT AGGEREM
IN GYRO ET LEUABIT
CONTRA TE CLYPEUM
ET UINEAS ET ARIETES
TEMPERABIT IN MUROS TUOS
ET TURRES TUAS DESTRUET
IN ARMATURA SUA
INUNDATIONE EQUORUM EIUS
OPERIET TE PULUIS EORUM
A SONITU EQUORUM ET ROTARŪ
ET CURRUUM MOUEBUNTUR
MURI TUI
DUM INGRESSUS FUERIT PER
PORTAS TUAS QUASI PER INTROI
TUS URBIS DISSIPATAE
UNGULIS EQUORUM SUORUM
CONCULCABIT OMNES
PLATEAS TUAS
POPULUM TUUM GLADIO CAEDET
ET STATUAE TUAE NOBILES
IN TERRAM CORRUENT
UASTABUNT OPES TUAS DIRIPIENT
NEGOTIATIONES TUAS
ET DESTRUENT MUROS TUOS
ET DOMOS TUAS PRAECLARAS
SUBUERTENT
ET LAPIDES TUOS ET LIGNA TUA
ET PULUEREM TUUM
IN MEDIO AQUARUM PONENT
ET QUIESCERE FACIAM MULTITU
DINEM CANTICORUM TUORUM
ET SONITUS CITHARARUM TUARŪ
NON AUDIETUR AMPLIUS
ET DABO TE IN LIMPIDISSIMAM

PETRAM SICCATIO
SAGENARUM ERIS
NEC AEDIFICABERIS ULTRA
QUIA EGO LOCUTUS SUM
DICIT DNS DS
HAEC DICIT DNS DS TYRO
NUMQUID NON A SONITU
RUINAE TUAE
ET GEMITU INTERFECTORUM
TUORUM
CUM OCCISI FUERINT IN MEDIO
TUI COMMOUEBUNTUR INSULAE
ET DESCENDENT DE SEDIB. SUIS
OMNES PRINCIPES MARIS
ET AUFERENT EXUBIAS SUAS
ET UESTIMENTA SUA UARIA
ABICIENT ET INDUENTUR STUPORE
IN TERRA SEDEBUNT ET ATTONITI
SUPER REPENTINO CASU TUO
ADMIRABUNTUR
ET ADSUMENTES SUPER TE
LAMENTUM DICENT TIBI
QUOMODO PERISTI QUAE HABITAS
IN MARI URBS INCLYTA
QUAE FUISTI FORTIS IN MARI
CUM HABITATORIB. TUIS
QUOS FORMIDABANT UNIUERSI
NUNC STUPEBUNT NAUES
IN DIE PAUORIS TUI
ET TURBABUNTUR INSULAE
IN MARI EO QUOD NULLUS
EGREDIATUR EX TE
QUIA HAEC DICIT DNS DS
CUM DEDERO TE URBEM DESOLATA
SICUT CIUITATES QUAE
NON HABITANTUR
ET ADDUXERO SUPER TE ABYSSU
ET OPERUERINT TE AQUAE
MULTAE
ET DETRAXERO TE CUM HIS
QUI DESCENDUNT IN LACUM
AD POPULUM SEMPITERNU
ET COLLOCAUERO TE IN TERRA
NOUISSIMA

SICUT SOLITUDINES UETERES
CUM HIS QUI DEDUCUNTUR
IN LACUM UT NON HABITERIS
PORRO DEDERO GLORIAM
IN TERRA UIUENTIUM
IN NIHILUM REDIGAM TE ET NON ERIS
ET REQUISITA NON INUENIERIS
ULTRA ULTRA IN SEMPITERNU
DICIT DNS DS
CLXII ET FACTUM EST UERBUM DNI
XXVII AD ME DICENS
TU ERGO FILI HOMINIS ADSUME
SUPER TYRUM LAMENTUM
ET DICES TYRO QUAE HABITAT
IN INTROITU MARIS
NEGOTIA POPULORUM
AD INSULAS MULTAS
HAEC DICIT DNS DS
O TYRE ET TU DIXISTI PERFECTI
DECORIS EGO SUM
ET IN CORDE MARIS SITA
FINITIMI TUI QUI TE AEDIFICAUERAT
IMPLEUERUNT DECOREM TUU
ABIETIB. DE SANIR EXTRUXERANT
TE CUM OMNIB. TABULATIS MARIS
CAEDRUM DE LIBANO TULERUNT
UT FACERENT TIBI MALUM
QUERCUS DE BASAN DOLAUERUNT
IN REMOS TUOS
TRANSTRA TUA FECERUNT TIBI
EX EBORE INDICO
ET PRAETORIOLA DE INSULIS
ITALIAE
BYSSUS UARIA DE AEGYPTO
TEXTA EST TIBI IN UELUM
UT PONERETUR IN MALO
IACYNTUS ET PURPURA DE INSULIS
ELISA FACTA SUNT OPERIMEN
TUM TUUM
HABITATORES SIDONIS ET ARADII
FUERUNT REMIGES TUI
SAPIENTES TUI TYRE FACTI SUNT
GUBERNATORES TUI
SENES BIBLI ET PRUDENTES EIUS

HABUERUNT NAUTAS AD MINISTERIU
UARIAE SUPPELLECTILES TUAE
OMNES NAUES MARIS ET NAUTAE
EARUM FUERUNT IN POPULO
NEGOTIATIONIS TUAE
PERSAE ET LYDI ET LYBIES ERANT
IN EXERCITU TUO
UIRI BELLATORES TUI CLYPEUM
ET GALEAM SUSPENDERUNT
IN TE PRO ORNATU TUO
FILII ARADII CUM EXERCITU TUO
ERANT SUPER MUROS TUOS
IN CIRCUITU
SED ET PIGMEI QUI ERANT IN TURRIB·
TUIS PHARETRAS SUAS SUSPEN
DERUNT IN MURIS TUIS PER GYRU
IPSI COMPLEUERUNT
PULCHRITUDINEM TUAM
CARTHAGINIENSES NEGOTIATORES
TUI A MULTITUDINE CUNCTARUM
DIUITIARUM
ARGENTO FERRO STAGNO PLUMBOQ·
REPLEUERUNT NUNDINAS TUAS
GRAECIA THUBAL ET MOSOCH
INSTITUTORES TUI
MANCIPIA ET UASA AEREA
ADDUXERUNT POPULO TUO
DE DOMO THORGOMA EQUOS
ET EQUITES ET MULOS
ADDUXERUNT
AD FORUM TUUM FILII DADAN
NEGOTIATORES TUI INSULAE
MULTAE NEGOTIATIO MANUS TUAE
DENTES EBURNEOS ET HEBENINOS
CONMUTAUERUNT IN PRETIO TUO
SYRUS NEGOTIATOR TUUS
PROPTER MULTITUDINEM
OPERUM TUORUM
GEMMAM PURPUREAM ET SCU
TULA ET BYSSUM ET SERICUM
ET CHODCHOD PROPOSUERUN
IN MERCATU TUO
IUDA ET TERRA ISRL IPSI INSTITU
TORES TUI IN FRUMENTO PRIMO

BALSAMUM ET MEL ET OLEUM
ET RESINAM PROPOSUERUNT
IN NUNDINIS TUIS
DAMASCENUS NEGOTIATOR TUUS
IN MULTITUDINE OPERUM TUORU
IN MULTITUDINE DIUERSARUM
OPUM IN UINO PINGUI IN LANIS
COLORIS OPTIMI
DAN ET GRAECIA ET MOZEL
IN NUNDINIS TUIS
PROPOSUERUNT FERRUM
FABRAE FACTUM
STACTEN ET CALAMUS
IN NEGOTIATIONE TUA
DADAN INSTITUTORES TUI
IN TAPETIB· AD SEDENDUM
ARABIA ET UNIUERSI PRINCIPES
CEDAR
IPSI NEGOTIATORES MANUS TUAE
CUM AGNIS ET ARIETIB· ET HAEDIS
UENERUNT AD TE NEGOTIATORES
TUI
UENDITORES SABA ET REEMA
IPSI NEGOTIATORES TUI
CUM UNIUERSIS PRIMIS AROMATIB·
ET LAPIDE PRETIOSO ET AURO
QUOD PROPOSUERUNT
IN MERCATU TUO
ARAN ET CHENE ET EDEN
NEGOTIATORES TUI
SABA ASSUR CHELMA
UENDITORES TUI
IPSI NEGOTIATORES TUI MULTIFARIA
IN UOLUCRIS IACYNTHI ET POLY
MITORUM GAZARUMQUE
PRETIOSARUM
QUAE OBUOLUTAE ET ADSTRICTAE
ERANT FUNIBUS
CAEDROS QUOQ· HABEBANT
IN NEGOTIATIONIB· TUIS
NAUES MARIS PRINCIPES TUAE
IN NEGOTIATIONE TUA
ET REPLETA ES ET GLORIFICATA
NIMIS IN CORDE MARIS

IN AQUIS MULTIS ADDUXERUNT
TE REMIGES TUI
VENTUS AUSTER CONTRIVIT TE
IN CORDE MARIS
DIVITIAE TUAE ET THESAURI TUI
ET MULTIPLEX INSTRUMEN-
TUM TUUM
NAUTAE TUI ET GUBERNATORES TUI
QUI TENEBANT SUPERLECTILĒ
TUAM ET POPULO TUO
PRAEERANT
VIRI QUOQ· BELLATORES TUI
QUI ERANT IN TE
CUM UNIVERSA MULTITUDINE TUA
QUAE EST IN MEDIO TUI
CADENT IN CORDE MARIS
IN DIE RUINAE TUAE
A SONITU CLAMORIS GUBERNA-
TORUM TUORUM CONTURBA-
BUNTUR CLASSES
ET DESCENDENT DE NAVIB· SUIS
OMNES QUI TENEBANT REMŪ
NAUTAE ET UNIVERSI GUBERNATO-
RES MARIS IN TERRA STABUNT
ET HEIULABUNT SUPER TE VOCE
MAGNA ET CLAMABUNT AMARE
ET SUPER IACIENT PULVEREM
CAPITIB· SUIS
ET CINERE CONSPERGENTUR
ET RADENT SUPER TE CALVITIŪ
ET ACCINGENTUR CILICIIS
ET PLORABUNT TE IN AMARITUDI-
NE ANIMAE PLORATU
AMARISSIMO
ET ASSUMENT SUPER TE CARMEN
LUGUBRE ET PLANGENT TE
QUAE EST UT TYRUS QUAE OB-
MUTUIT IN MEDIO MARIS
QUAE IN EXITU NEGOTIATIONUM
TUARUM DE MARI IMPLESTI
POPULOS MULTOS
IN MULTITUDINE DIVITIARUM
TUARUM ET POPULORUM
TUORUM DITASTI REGES TERRAE

NUNC CONTRITA ES A MARI
IN PROFUNDIS AQUARUM
OPES TUAE ET OMNIS MULTITU-
DO TUA QUAE ERAT IN MEDIO
TUI CECIDERUNT
UNIVERSI HABITATORES INSULA-
RUM OBSTIPUERUNT SUPER TE
ET REGES EARUM OMNES
TEMPESTATE PERCULSI
MUTAVERUNT VULTUS
NEGOTIATORES POPULORUM
SIBILAVERUNT SUPER TE
AD NIHILUM DEDUCTA ES ET NON
ERIS USQ· IN PERPETUUM
XXVIII ET FACTUS EST SERMO DÑI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS DIC PRINCIPI TYRI
HAEC DICIT DÑS DS̄
EO QUOD ELEVATUM EST
COR TUUM ET DIXISTI
DS̄ EGO SUM ET IN CATHEDRA DĪ
SEDEO IN CORDE MARIS
CUM SIS HOMO ET NON DS̄
ET DEDISTI COR TUUM QUASI COR DĪ
ECCE SAPIENTIOR ES TU DANIHELE
OMNE SECRETUM NON
EST ABSCONDITUM A TE
IN SAPIENTIA ET PRUDENTIA TUA
FECISTI TIBI FORTITUDINEM
ET ADQUISISTI AURUM ET ARGENTŪ
IN THESAURIS TUIS
IN MULTITUDINE SAPIENTIAE TUAE
ET IN NEGOTIATIONE TUA
MULTIPLICASTI TIBI FORTITUDINĒ
ET ELEVATUM EST COR TUUM
IN ROBORE TUO
PROPTEREA HAEC DICIT DÑS DS̄
EO QUOD ELEVATUM EST COR TUŪ
QUASI COR DĪ
IDCIRCO ECCE EGO ADDUCAM
SUPER TE ALIENOS ROBUSTIS-
SIMOS GENTIUM
ET NUDABUNT GLADIOS SUOS
SUPER PULCHRITUDINEM

SAPIENTIAE TUAE
ET POLLUENT DECOREM TUUM
INTERFICIENT ET DETRAHENT TE
ET MORIERIS INTERITU OCCISORŪ
IN CORDE MARIS
NUMQUID DICENS LOQUERIS
D̄S EGO SUM CORAM INTER
FICIENTIB· TE
CUM SIS HOMO ET NON D̄S
IN MANU OCCIDENTIUM TE
MORTE INCIRCUMCISORUM
MORIERIS IN MANU ALIENORUM
QUIA EGO LOCUTUS SUM AIT D̄N̄S D̄S
ET FACTUS EST SERMO D̄N̄I
AD ME DICENS
FILI HOMINIS LEUA PLANCTUM
SUPER REGEM TYRI
ET DICES EI HAEC DICIT D̄N̄S D̄S
TU SIGNACULUM SIMILITUDINIS
PLENUS SAPIENTIA ET PER
FECTUS DECORE
IN DELICIIS PARADISI D̄I FUISTI
OMNIS LAPIS PRETIOSUS
OPERIMENTUM TUUM
SARDIUS. TOPHADIUS ET IASPIS
CHRYSOLYTUS ET ONYX
ET BERYLLIUS
SAPPHIRUS ET CARBUNCULUS
ET SMARAGDUS
AURUM OPUS DECORIS TUI
ET FORAMINA TUA IN DIE
QUA CONDITUS ES PRAEPARATA SŪT
TU CHERUB EXTENTUS ET PRO
TEGENS
ET POSUI TE IN MONTE SC̄O D̄I
IN MEDIO LAPIDUM IGNITORUM
AMBULASTI PERFECTUS
IN UIIS TUIS A DIE CONDITIONIS TUAE
DONEC INUENTA EST INIQUITAS IN TĒ
IN MULTITUDINE NEGOTIATIONIS
TUAE REPLETA SUNT
INTERIO ATUA INIQUITATE
ET PECCASTI ET EIECI TE
DE MONTE D̄I

ET PERDIDI TE O CHERUB PROCEDENS
DE MEDIO LAPIDUM IGNITORUM
ELEUATUM EST COR TUUM
IN DECORE TUO
TUO ·
PER DIDISTI SAPIENTIAM TUAM
IN DECORE TUO
IN TERRAM PROIECI TE ANTE FACIĒ
REGUM DEDI TE UT CERNERENT TE
IN MULTITUDINE INIQUITATUM
TUARUM
ET INIQUITATE NEGOTIATIONIS TUAE
POLLUISTI SC̄IFICATIONEM TUĀ
PRODUCAM ERGO IGNEM
DE MEDIO TUI QUI COMEDAT TE
ET DABO TE IN CINEREM SUPER
TERRAM IN CONSPECTU OMNIŪ
UIDENTIUM TE
OMNES QUI UIDERINT TE IN GENTIB·
OBSTUPESCENT SUPER TE
NIHIL FACTUS ES ET NON ERIS
IN PERPETUUM
LXIII ET FACTUS EST SERMO D̄N̄I
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PONE FACIEM TUAM
CONTRA SIDONEM
ET PROPHETABIS DE EA ET DICES
HAEC DICIT D̄N̄S D̄S
ECCE EGO AD TE SIDON
ET GLORIFICABOR IN MEDIO TUI
ET SCIENT QUIA EGO D̄N̄S
CUM FECERO IN EA IUDICIA
ET SC̄IFICATUS FUERO IN EA
ET INMITTAM EI PESTILENTIAM
ET SANGUINEM IN PLATEIS EIUS
ET CORRUENT INTERFECTI
IN MEDIO EIUS GLADIO PER CIRCUITŪ
ET SCIENT QUIA EGO D̄N̄S
ET NON ERIT ULTRA DOMUI ISR̄L
OFFENDICULUM AMARITUDINIS
ET SPINA DOLOREM INFERENS
UNDIQ· PER CIRCUITUM EORUM
QUI ADUERSANTUR EIS
ET SCIENT QUIA EGO D̄N̄S D̄S

lxxi HAEC DICIT DNS DS
QUANDO CONGREGAUERO DOMUM
ISRL DE POPULIS IN QUIB·
DISPERSI SUNT
SCIFICABOR IN EIS CORAM
GENTIBUS
ET HABITABUNT IN TERRA SUA
QUAM DEDI SERUO MEO IACOB
ET HABITABUNT IN EA SECURI
ET AEDIFICABUNT DOMOS
PLANTABUNTQUE UINEAS
ET HABITABUNT CONFIDENTER
CUM FECERO IUDICIA IN OMNIBUS
QUI ADUERSANTUR EIS PER CIRCUITU
ET SCIENT QUIA EGO DNS DS EORU
lxxii XXIX IN ANNO DECIMO IN DECIMO
MENSE UNDECIMA MENSIS
FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PONE FACIEM TUAM
CONTRA PHARAONEM
REGEM AEGYPTI
ET PROPHETABIS DE EO
ET DE AEGYPTO UNIUERSA
LOQUERE ET DICES HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO AD TE PHARAO REX AEGYPTI
DRACO MAGNE QUI CUBAS
IN MEDIO FLUMINUM TUORUM
ET DICIS MEUS EST FLUUIUS
ET EGO FECI MEMET IPSUM
ET PONAM FRENUM IN MAXILLIS TUIS
ET ADGLUTINABO PISCES FLUMI
NUM TUORUM SQUAMIS TUIS
ET EXTRAHAM TE DE MEDIO
FLUMINUM TUORUM
ET UNIUERSI PISCES TUI
SQUAMIS TUIS ADHEREBUNT
ET PROICIAM TE IN DESERTUM
ET OMNES PISCES FLUMINIS TUI
SUPER FACIEM TERRAE CADENS
NON COLLIGERIS NEQUE
CONGREGABERIS
BESTIIS TERRAE ET UOLATILIBUS
CAELI DEDI TE AD DEUORANDU

ET SCIENT OMNES HABITATORES
AEGYPTI QUIA EGO DNS
PRO EO QUOD FUISTI BACULUS
HARUNDINEUS DOMUS ISRL
QUANDO ADPREHENDERUNT TE
MANU ET CONFRACTUS ES
ET LACERASTI OMNEM UMERUM
EORUM
ET INNITENTIB· EIS SUPER TE
COMMINUTUS ES
ET DISSOLUISTI OMNES RENES EORU
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO ADDUCAM SUPER TE
GLADIUM
ET INTERFICIAM DE TE HOMINEM
ET IUMENTUM
ET ERIT TERRA AEGYPTI IN DESERTU
ET SOLITUDINE ET SCIENT
QUIA EGO DNS
EO QUOD DIXERIT FLUUIUS MEUS EST
ET EGO FECI
IDCIRCO ECCE EGO AD TE
ET AD FLUMINA TUA
DABOQ· TERRAM AEGYPTI IN SOLITU
DINES GLADIO DISSIPATAM
A TURRE SYENES USQUE
AD TERMINOS AETHIOPIAE
NON PERTRANSIBIT EAM PES
HOMINIS NEQ· PES IUMENTI
GRADIETUR IN EA ET NON HABI
TABITUR QUADRAGINTA ANNIS
DABOQ· TERRAM AEGYPTI
DESERTAM IN MEDIO TERRARU
DESERTARUM
ET CIUITATES EIUS IN MEDIO URBIU
SUBUERSARUM
ET ERUNT DESOLATAE
QUADRAGINTA ANNIS
ET DISPERGAM AEGYPTIOS
IN NATIONES ET UENTILABO
EOS IN TERRAS
QUIA HAEC DICIT DNS DS
POST FINEM QUADRAGINTA
ANNORUM CONGREGABO

AEGYPTUM DE POPULIS
IN QUIB· DISPERSI FUERANT
ET CONLOCABO EOS IN TERRA FATURES
IN TERRA NATIUITATIS SUAE
ET ERUNT IBI IN REGNUM HUMILE
IN TER REGNA CETERA ERIT
HUMILLIMA
ET NON ELEUABITUR ULTRA
SUPER NATIONES
ET IMMINUAM EOS NE IMPERENT
GENTIBUS
NEQ· ERUNT ULTRA DOMUI ISRL
IN CONFIDENTIA
DOCENTES INIQUITATEM UT FUGI
ANT ET SEQUANTUR EOS
ET SCIENT QUIA EGO DNS DS
lxxiii ET FACTUM EST IN UICENSIMO
ET SEPTIMO ANNO IN PRIMO
IN UNA MENSIS
FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS NABUCHODONOSOR
REX BABYLONIS
SERUIRE FECIT EXERCITUM SUU̅
SERUITUTE MAGNA
ADUERSUS TYRUM
OMNE CAPUT DECALUATUM
ET OMNIS UMERUS DEPILATUS EST
ET MERCES NON EST REDDITA EI
NEQ· EXERCITUI EIUS DE TYRO
PRO SERUITUTE QUA SERUIUIT
MIHI ADUERSUM EAM
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO DABO NABUCHODONOSOR
REGEM BABYLONIS IN TERRA
AEGYPTI
ET ACCIPIET MULTITUDINEM
EIUS ET DEPRAEDABITUR
MANUBIAS EIUS
ET DIRIPIET SPOLIA EIUS
ET ERIT MERCES EXERCITUI ILLIUS
ET OPERI PRO QUO SERUIUIT
ADUERSUM EUM
DEDI EI TERRAM AEGYPTI
PRO EO QUOD LABORAUERINT
MIHI AIT DNS DS
IN DIE ILLO PULLULAUIT CORNU
DOMUS ISRL
ET TIBI DABO APERTUM OS
IN MEDIO EORUM
ET SCIENT QUONIAM EGO DNS
lxxiiii XXX. ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PROPHETA ET DIC
HAEC DICIT DNS DS
ULULATE UAE UAE DIEI QUIA IUXTA
EST DIES ET ADPROPINQUAUIT
DIES DNI
DIES NUBIS TEMPUS GENTIUM ERIT
ET UENIET GLADIUS IN AEGYPTUM
ET ERIT PAUOR IN AETHIOPIA
CUM CECIDERINT UULNERATI
IN AEGYPTO
ET ABLATA FUERIT MULTITUDO ILLIUS
ET REDUCAM CAPTIUITATEM
AEGYPTI
ET DESTRUCTA FUNDAMENTA EIUS
AETHIOPIA ET LYBIA ET LYDII
ET OMNE RELIQUUM UULGUS
ET CHUB ET FILII TERRAE FOEDERIS
CUM EIS GLADIO CADENT
HAEC DICIT DNS DS
ET CORRUENT FULCIENTES AEGYPTU̅
ET DESTRUETUR SUPERBIA
IMPERII EIUS
A TURRE SYENES GLADIO CADENT
IN EA AIT DNS EXERCITUUM
ET DISSIPABUNTUR IN MEDIO
TERRARUM DESOLATARUM
ET URBES EIUS IN MEDIO CIUITATU̅
DESOLATARUM ERUNT
ET SCIENT QUONIAM EGO DNS
CUM DEDERO IGNEM IN AEGYPTU̅
ET ATTRITI FUERINT OMNES
AUXILIATORES EIUS IN DIE ILLA
EGREDIENTUR NUNTII
A FACIE MEA IN TRIERIBUS
AD CONTERENDAM AETHIOPIAE

CONFIDENTIAM ET ERIT PAUOR
IN EIS IN DIE AEGYPTI QUIA
ABSQ· DUBIO UENIET
HAEC DICIT DNS DS
ET CESSARE FACIAM MULTITU
DINEM AEGYPTI IN MANU
NABUCHODONOSOR REGIS
BABYLONIS
IPSE ET POPULUS EIUS CUM EO
FORTISSIMI GENTIUM ADDUCENTUR
AD DISPERDENDAM TERRAM
ET EUAGINABUNT GLADIOS SUOS
SUPER AEGYPTUM
ET IMPLEBUNT TERRAM INTERFECTIS
ET FACIAM ALUEOS FLUMINUM ARIDOS
ET TRADAM TERRAM
IN MANU PESSIMORUM
ET DISSIPABO TERRAM ET PLENITU
DINEM EIUS IN MANU ALIENORUM
EGO DNS LOCUTUS SUM
HAEC DICIT DNS DS
ET DISPERDAM SIMULACRA
ET CESSARE FACIAM IDOLA
DE MEMPHIS
ET DUX TERRAE AEGYPTI
NON ERIT AMPLIUS
ET DABO TERROREM IN TERRA
AEGYPTI
ET DISPERDAM TERRAM PHATURES
ET DABO IGNEM IN TAPHNIS
ET FACIAM IUDICIA IN ALEXANDRIA
ET EFFUNDAM INDIGNATIONEM MEAM
SUPER PELUSIUM ROBUR AEGYPTI
ET INTERFICIAM MULTITUDINEM
ALEXANDRIAE
ET DABO IGNEM IN AEGYPTUM
QUASI PARTURIENS DOLEBIT
PELUSIUM ET ALEXANDRIA
ERIT DISSIPATA
ET IN MEMPHIS ANGUSTIAE
COTIDIANAE
IUUENES ELIUPULEOS ET BUBASTI
GLADIO CADENT
ET IPSAE CAPTIUAE DUCENTUR
ET IN TAPHNIS NIGRESCET DIES
CUM CONTRIUERO IBI
SCEPTRA AEGYPTI
ET DEFECERIT IN EA SUPERBIA
POTENTIAE EIUS
IPSAM NUBES OPERIET FILIAE AUTEM
EIUS IN CAPTIUITATE DUCENTUR
ET FACIAM IUDICIA IN AEGYPTO
ET SCIENT QUIA EGO DNS
LXXIIII ET FACTUM EST IN UNDECIMO
ANNO IN PRIMO IN SEPTIMA
MENSIS
FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILII HOMINIS BRACHIUM PHARAO
REGIS AEGYPTI CONFREGI
ET ECCE NON EST OBUOLUTUM
UT RESTITUERETUR EI SANITAS
ET LIGARETUR PANNIS
ET FARCIRETUR LINTEOLIS
ET RECEPTO ROBORE POSSET
TENERE GLADIUM
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO AD PHARAO
REGEM AEGYPTI
ET COMMINUAM BRACHIUM EIUS
FORTE SED CONFRACTUM
ET DEICIAM GLADIUM DE MANU EIUS
ET DISPERGAM AEGYPTUM
IN GENTIB· ET UENTILABO EOS
IN TERRIS
ET CONFORTABO BRACHIA
REGIS BABYLONIS
DABOQ· GLADIUM MEUM
IN MANU EIUS
ET CONFRINGAM BRACHIA PHARAONIS
ET GEMENT GEMITIBUS
INTERFECTI CORAM FACIE EIUS
ET CONFORTABO BRACHIA
REGIS BABYLONIS
ET BRACHIA PHARAONIS CONCIDENT
ET SCIENT QUIA EGO DNS
CUM DEDERO GLADIUM MEUM
IN MANU REGIS BABYLONIS

ET EXTENDERIT EUM SUPER
TERRAM AEGYPTI
ET DISPERGAM AEGYPTUM
IN NATIONES
ET UENTILABO EOS IN TERRIS
ET SCIENT QUIA EGO DNS
LXXI ET FACTUM EST IN UNDECIMO
ANNO MENSE TERTIO UNA MENSIS
FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS DIC PHARAONI REGI
AEGYPTI ET POPULO EIUS
CUI SIMILIS FACTUS ES
IN MAGNITUDINE TUA
ECCE ASSUR QUASI CEDRUS IN LIBANO
PULCHER RAMIS ET FRONDIBUS
NEMOROSUS EXCELSUSQUE
ALTITUDINE
ET INTER CONDENSAS FRONDES
ELEUATUM EST CACUMEN EIUS
AQUAE NUTRIERUNT ILLUM
ABYSSUS EXALTAUIT EUM
FLUMINA EIUS MANABANT
IN CIRCUITU RADICUM EIUS
ET RIUOS SUOS EMISIT AD UNIUER
SA LIGNA REGIONIS hp
ET MULTIPLICATA SUNT ARBUSTA EIUS
ET ELEUATI SUNT RAMI EIUS
PRAE AQUIS MULTIS
CUMQUE EXTENDISSET UMBRAM
SUAM IN RAMIS EIUS FECERUNT
NIDOS OMNIA UOLATILIA CAELI
ET SUB FRONDIBUS EIUS GENUERUNT
OMNES BESTIAE SALTUUM
ET SUB UMBRACULO ILLIUS
HABITABAT COETUS GENTIUM
PLURIMARUM
ET ERAT PULCHERRIMUS
IN MAGNITUDINE SUA
ET IN DILATATIONE ARBUSTORUM
SUORUM
ERAT ENIM RADIX ILLIUS
IUXTA AQUAS MULTAS
CAEDRI NON FUERUNT ALTIORES

ILLO IN PARADISO DI
ABIETES NON ADAEQUAUERUNT
SUMMITATEM EIUS
ET PLATANI NON FUERUNT
AEQUAE FRONDIBUS ILLIUS
OMNE LIGNUM PARADISI DI
NON EST ADSIMILATUM ILLI
ET PULCHRITUDINI EIUS
QUONIAM SPECIOSUM FECI EUM
ET MULTIS CONDENSISQUE
FRONDIBUS
ET AEMULATA SUNT EUM OMNIA
LIGNA UOLUPTATIS QUAE ERANT
IN PARADISO DI
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
PRO EO QUOD SUBLIMATUS EST
IN ALTITUDINE
ET DEDIT SUMMITATEM SUAM
UIRENTEM ATQUE CONDENSAM
ET ELEUATUM EST COR EIUS
IN ALTITUDINE SUA
TRADIDI EUM IN MANU FORTISSIMI
GENTIUM FACIENS FACIET EI
IUXTA IMPIETATEM EIUS EIECI EUM
ET SUCCIDENT EUM ALIENI
ET CRUDELISSIMI NATIONUM
ET PROICIENT EUM SUPER MONTES
ET IN CUNCTIS CONUALLIBUS
CORRUENT RAMI EIUS
ET CONFRINGENTUR ARBUSTA EIUS
IN UNIUERSIS RUPIBUS TERRAE
ET RECEDENT DE UMBRACULO
EIUS OMNES POPULI TERRAE
ET RELINQUENT EUM
IN RUINA EIUS HABITAUERUNT
OMNIA UOLATILIA CAELI
ET IN RAMIS EIUS FUERUNT
UNIUERSAE BESTIAE REGIONIS
QUAMOBREM NON ELEUABUNTUR
IN ALTITUDINE SUA OMNIA
LIGNA AQUARUM
NEQUE PONENT SUBLIMITATEM SUAM
INTER NEMOROSA ATQUE FRONDOSA
NEC STABUNT IN SUBLIMITATE EORUM

hs· propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis.

OMNIA QUAE INRIGANTUR AQUIS
QUIA OMNES TRADITI SUNT
IN MORTEM AD TERRAM ULTIMAM
IN MEDIO FILIORUM HOMINUM
AD EOS QUI DESCENDUNT IN LACUM
HAEC DICIT DNS DS IN DIE QUANDO
DISCENDIT AD INFEROS INDUXI
LUCTUM
OPERUI EUM ABYSSO ET PRO
HIBUI FLUMINA EIUS ET COER
CUI AQUAS MULTAS
CONTRISTATUS EST SUPER EUM
LIBANUS ET OMNIA LIGNA
AGRI CONCUSSA SUNT
A SONITU RUINAE EIUS
COMMOUI GENTES
CUM DEDUCEREM EUM AD INFER
NUM CUM HIS QUI DESCEN
DUNT IN LACUM
ET CONSOLATA SUNT IN TERRA
INFIRMA OMNIA LIGNA
UOLUPTATIS
EGREGIA ATQ PRAECLARA
IN LIBANO UNIUERSA QUAE
INRIGABANTUR AQUIS
NAM ET IPSI CUM EA DESCEN
DENT AD INFERNUM
AD INTERFECTOS GLADIO
ET BRACHIUM UNIUS CUIUSQUE
SEDEBIT SUB UMBRACULO EIUS
IN MEDIO NATIONUM
CUI ASSIMILATUS ES O INCLYTE
ATQUE SUBLIMIS INTER LIGNA
UOLUPTATIS ECCE DEDUCTUS
ES CUM LIGNIS UOLUPTATIS
AD TERRAM ULTIMAM
IN MEDIO INCIRCUMCISORUM
DORMIES CUM HIS QUI INTER
FECTI SUNT GLADIO
IPSE EST PHARAO ET OMNIS
MULTITUDO EIUS DICIT DNS DS
XXXII ET FACTUM EST DUODECIMO
ANNO IN MENSE DUODECIMO
IN UNA MENSIS

FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS ADSUME LAMENTU
SUPER PHARAO REGEM
AEGYPTI ET DICES AD EUM
LEONI GENTIUM ADSIMILATUS
ES ET DRACONI QUI EST IN MARI
ET UENTILABAS CORNU IN FLU
MINIB TUIS ET CONTURBABAS
AQUAS PEDIBUS TUIS
ET CONCULCABAS FLUMINA EORU
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
EXPANDAM SUPER TE RETE
MEUM IN MULTITUDINE
POPULORUM MULTORUM
ET EXTRAHENT TE IN SAGENA MEA
ET PROICIAM TE IN TERRAM
SUPER FACIEM AGRI ABICIAM TE
ET HABITARE FACIAM SUPER TE
OMNIA UOLATILIA CAELI
ET SATURABO DE TE BESTIAS
UNIUERSAE TERRAE
ET DABO CARNES TUAS
SUPER MONTES
ET IMPLEBO COLLES TUOS
SANIE TUA
ET INRIGABO TERRAM PEDORE
SANGUINIS TUI SUPER MONTES
ET UALLES IMPLEBUNTUR EX TE
ET OPERIAM CUM EXTINCTUS
FUERIS CAELOS
ET NIGRESCERE FACIAM
STELLAS EIUS
SOLEM NUBE TEGAM ET LUNA
NON DABIT LUMEN SUUM
OMNIA LUMINARIA CAELI
MAERERE FACIAM SUPER TE
ET DABO TENEBRAS SUPER TER
RAM TUAM DICIT DNS DS
ET INRITABO COR POPULORUM
MULTORUM
CUM INDUXERO CONTRITIONEM
TUAM IN GENTIB SUPER
TERRAS QUAS NESCIS

ET STUPESCERE FACIAM SUPER TE
POPULOS MULTOS
ET REGES EORUM HORRORE NIMIO
FORMIDABUNT SUPER TE
CUM UOLARE COEPERIT GLADIUS
MEUS SUPER FACIES EORUM
ET OBSTUPESCENT REPENTE
SINGULI PRO ANIMA SUA
IN DIE RUINAE SUAE
QUIA HAEC DICIT DNS DS
GLADIUS REGIS BABYLONIS
UENIET TIBI
IN GLADIIS FORTIUM DEICIAM
MULTITUDINEM TUAM
INEXPUGNABILES GENTES
OMNES HAE
ET UASTABUNT SUPERBIAM
AEGYPTI ET DISSIPABITUR
MULTITUDO EIUS
ET PERDAM OMNIA IUMENTA EIUS
QUAE ERANT SUPER AQUAS
PLURIMAS
ET NON CONTURBABIT EAS
PES HOMINIS ULTRA
NEQ· UNGULA IUMENTORUM
TURBABIT EAS
TUNC PURISSIMAS REDDAM
AQUAS EORUM
ET FLUMINA EORUM QUASI OLEUM
ADDUCAM AIT DNS DS
CUM DEDERO TERRAM AEGYPTI
DESOLATAM
DESERETUR AUTEM TERRA
A PLENITUDINE SUA
QUANDO PERCUSSERO OMNES
HABITATORES EIUS
ET SCIENT QUIA EGO DNS
PLANCTUS EST ET PLANGENT EUM
FILIAE GENTIUM PLANGENT EUM
SUPER AEGYPTO ET SUPER
MULTITUDINE EIUS
PLANGENT EUM AIT DNS DS
A LXXI ET FACTUM EST IN DUODECIMO
IN QUINTA DECIMA MENSIS

FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS CANE LUGUBRE
SUPER MULTITUDINEM
AEGYPTI ET DETRAHE EAM
IPSAM ET FILIAS GENTIUM
ROBUSTARUM AD TERRAM ULTI
MAM CUM HIS QUI DESCEN
DUNT IN LACUM
QUO PULCHRIOR ES DESCENDE
ET DORMI CUM INCIRCUMCISIS
IN MEDIO INTERFECTORUM
GLADIO CADENT
GLADIUS DATUS EST ATTRAXERUNT EAM
ET OMNES POPULOS EIUS
LOQUENTUR EI POTENTISSIMI
ROBUSTORUM DE MEDIO INFERNI
QUI CUM AUXILIATORIB· EIUS
DESCENDERUNT ET DORMIERUNT
INCIRCUMCISI INTERFECTI GLADIO
IBI ASSUR ET OMNIS MULTITUDO EIUS
IN CIRCUITU ILLIUS SEPULCHRA EIUS
OMNES INTERFECTI ET QUI
CECIDERUNT GLADIO
QUORUM DATA SUNT SEPULCHRA
IN NOUISSIMIS LACI
ET FACTA EST MULTITUDO EIUS
PER GYRUM SEPULCHRI EIUS
UNIUERSI INTERFECTI
CADENTESQUE GLADIO
QUI DEDERUNT QUONDAM FOR
MIDINEM IN TERRA UIUENTIUM
IBI AELAM ET OMNIS MULTITUDO
EIUS PER GYRUM SEPULCHRI SUI
OMNES HI INTERFECTI
RUENTESQUE GLADIO
QUI DESCENDERUNT INCIRCUM
CISI AD TERRAM ULTIMAM
QUI POSUERANT TERROREM SUUM
IN TERRA UIUENTIUM
ET PORTAUERUNT IGNOMINIAM
SUAM CUM HIS QUI DESCEN
DUNT IN LACUM
IN MEDIO INTERFECTORUM

POSUERUNT CUBILE EIUS
IN UNIUERSIS POPULIS EIUS
IN CIRCUITU EIUS SEPULCHRUM
ILLIUS
OMNES HI INCIRCUMCISI INTER
FECTIQ· ET CADENTES GLADIO
DEDERANT ENIM TERROREM
IN TERRA UIUENTIUM
ET PORTAUERUNT IGNOMINIAM
SUAM CUM HIS QUI DESCEN
DUNT IN LACUM
IN MEDIO INTERFECTORUM
POSITI SUNT
IBI MASOCH ET TUBAL
ET OMNIS MULTITUDO EIUS
IN CIRCUITU EIUS SEPULCHRA ILLIUS
OMNES HI INCIRCUMCISI INTER
FECTIQ· ET CADENTES GLADIO
QUIA DEDERUNT FORMIDINEM
SUAM IN TERRA UIUENTIUM
ET NON DORMIENT CUM FORTIB(US)
CADENTIB(US)Q· ET INCIRCUMCISIS
QUI DESCENDERUNT AD INFERNŪ
CUM ARMIS SUIS
ET POSUERUNT GLADIOS SUOS
SUB CAPITIB(US) SUIS
ET FUERUNT INIQUITATES EORUM
IN OSSIB(US) EORUM
QUIA TERROR FORTIUM FACTI SUNT
IN TERRA UIUENTIUM
ET TU ERGO IN MEDIO INCIRCUMCISORŪ
CONTERERIS
ET DORMIES CUM INTERFECTIS
GLADIO
IBI IDUMAEA ET REGES EIUS
OMNES DUCES EIUS QUI DATI SUNT
CUM EXERCITU SUO
CUM INTERFECTIS GLADIO
ET QUI CUM INCIRCUMCISIS
DORMIERUNT ET CUM HIS
QUI DESCENDERUNT IN LACUM
IBI PRINCIPES AQUILONIS OMNES
ET UNIUERSI UENATORES
QUI DEDUCTI SUNT CUM INTER
FECTIS PAUENTES ET IN SUA
FORTITUDINE CONFUSI
QUI DORMIERUNT INCIRCUMCISI
CUM INTERFECTIS GLADIO
ET PORTAUERUNT CONFUSIONĒ
SUAM CUM HIS QUI DESCEN
DUNT IN LACUM
UIDIT EOS PHARAO ET CONSOLA
TUS EST
SUPER UNIUERSA MULTITUDINE
SUA QUAE INTERFECTA EST GLADIO
PHARAO ET OMNIS EXERCITUS
EIUS AIT DN̄S D̄S
QUIA DEDI TERROREM MEUM
IN TERRA UIUENTIUM
ET DORMIUIT IN MEDIO INCIRCUM
CISORUM CUM INTERFECTIS
GLADIO
PHARAO ET OMNIS MULTITUDO
EIUS AIT DN̄S D̄S
lxxii ET FACTUM EST UERBUM DN̄I
xxxiii AD ME DICENS
FILI HOMINIS LOQUERE AD FILIOS
POPULI TUI ET DICES AD EOS
TERRA CUM INDUXERO
SUPER EAM GLADIUM
ET TULERIT POPULUS TERRAE
UIRUM UNUM DE NOUISSIMIS
SUIS
ET CONSTITUERIT EUM
SUPER SE SPECULATOREM
ET ILLE UIDERIT GLADIUM
UENIENTEM SUPER TERRAM
ET CECINERIT BUCINA
ET ADNUNTIAUERIT POPULO
AUDIENS AUTEM QUISQUIS ILLE
EST SONUM BUCINAE
NON SE OBSERUAUERIT
UENERITQ· GLADIUS
ET TULERIT EUM
SANGUIS IPSI(US) SUPER
CAPUT EIUS ERIT
SONUM BUCINAE AUDIUIT
ET NON SE OBSERUAUIT

SANGUIS EIUS IN IPSO ERIT
SI AUTEM CUSTODIERIT ANIMAM
SUAM SALVAVIT
QUOD SI SPECULATOR VIDERIT
GLADIUM VENIENTEM
ET NON INSONUERIT BUCINA
ET POPULUS NON SE CUSTODIERIT
VENERITQ· GLADIUS ET TULERIT
DE EIS ANIMAM
ILLE QUIDEM IN INIQUITATE SUA
CAPTUS EST
SANGUINEM AUTEM EIUS
DE MANU REQUIRAM
ET TU FILI HOMINIS SPECULATOREM
DEDI TE DOMUI ISRL
AUDIENS ERGO EX ORE MEO SERMO
NEM ADNUNTIABIS EIS EX ME
SI ME DICENTE AD IMPIUM
IMPIE MORTE MORIERIS
NON FUERIS LOCUTUS UT SE CUSTO
DIAT IMPIUS A VIA SUA
IPSE IMPIUS IN INIQUITATE SUA
MORIETUR
SANGUINEM AUTEM EIUS
DE MANU TUA REQUIRAM
SI AUTEM ADNUNTIANTE TE AD
IMPIUM UT A VIIS SUIS
CONVERTATUR
NON FUERIT CONVERSUS A VIA SUA
IPSE IN INIQUITATE SUA MORIETUR
PORRO TU ANIMAM TUAM LIBERASTI
TU ERGO FILI HOMINIS
DIC AD DOMUM ISRL
SIC LOCUTI ESTIS DICENTES
INIQUITATES NOSTRAE ET PECCA
TA NOSTRA SUPER NOS SUNT
ET IN IPSIS NOS TABESCIMUS
QUOMODO ERGO VIVERE POTERIMUS
DIC AD EOS VIVO EGO DICIT DNS DS
NOLO MORTEM IMPII SED UT
REVERTATUR IMPIUS
A VIA SUA ET VIVAT
CONVERTIMINI A VIIS VESTRIS
PESSIMIS
ET QUARE MORIEMINI DOMUS ISRL
LXXIII TU ITAQ· FILI HOMINIS DIC
AD FILIOS POPULI TUI
IUSTITIA IUSTI NON LIBERABIT EUM
IN QUACUMQ· DIE PECCAVERIT
ET IMPIETAS IMPII NON NOCEBIT
EI IN QUACUMQ· DIE CONVERSUS
FUERIT AB IMPIETATE SUA
ET IUSTUS NON POTERIT VIVERE
IN IUSTITIA SUA IN QUACUMQUE
DIE PECCAVERIT
ETIAM SI DIXERO IUSTO
QUOD VITA VIVAT
ET CONFISUS IN IUSTITIA SUA FECERIT
INIQUITATEM OMNES IUSTITIAE
EIUS OBLIVIONI TRADENTUR
ET IN INIQUITATE SUA QUAM
OPERATUS EST IN IPSA MORIETUR
SI AUTEM DIXERO IMPIO
MORTE MORIERIS
ET EGERIT PAENITENTIAM
A PECCATO SUO
FECERITQ· IUDICIUM ET IUSTITIAM
PIGNUS RESTITUERIT ILLE IMPIUS
RAPINAMQ· REDDIDERIT
IN MANDATIS VITAE AMBULAVERIT
NEC FECERIT QUICQUAM INIUSTUM
VITA VIVET NON MORIETUR
OMNIA PECCATA EIUS QUAE PECCA
VIT NON IMPUTABUNTUR EI
IUDICIUM ET IUSTITIAM FECIT
VITA VIVET
ET DIXERUNT FILII POPULI TUI
NON EST AEQUI PONDERIS VIA DNI
ET IPSORUM VIA INIUSTA EST
CUM ENIM RECESSERIT IUSTUS
A IUSTITIA SUA FECERITQUE
INIQUITATEM MORIETUR IN EIS
ET CUM RECESSERIT IMPIUS
AB IMPIETATE SUA
FECERITQUE IUDICIUM ET IUSTI
TIAM VIVET IN EIS
ET DICITIS NON RECTA EST
VIA DNI

speculatoris

UNUM QUEMQ· IUXTA UIAS SUAS
IUDICABO DE UOBIS DOMUS ISRL
lxxviii ET FACTUM EST IN DUODECIMO
ANNO IN DUODECIMO MENSE
IN QUINTA MENSIS TRANSMIGRA
TIONIS NOSTRAE
UENIT AD ME QUI FUGERAT
DE HIERUSALEM DICENS
UASTATA EST CIUITAS
MANUS AUTEM DNI FACTA
FUERAT AD ME UESPERE
ANTEQUAM UENIRET QUI FUGERAT
APERUITQ· OS MEUM DONEC
UENIRET AD ME MANE
ET APERTO ORE MEO
NON SILUI AMPLIUS
ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILII HOMINIS QUI HABITANT
IN RUINOSIS HIS SUPER HUMUM
ISRL LOQUENTES AIUNT
UNUS ERAT ABRAHAM ET HERE
DITATE POSSEDIT TERRAM
NOS AUTEM MULTI NOBIS DATA
EST TERRA IN POSSESSIONEM
IDCIRCO DICES AD EOS
HAEC DICIT DNS DS
QUI IN SANGUINE COMEDITIS
ET OCULOS UESTROS LEUATIS
AD INMUNDITIAS UESTRAS
ET SANGUINEM FUNDITIS
NUMQUID TERRAM HEREDI
TATEM POSSIDEBITIS
STETISTIS IN GLADIIS UESTRIS
FECISTIS ABOMINATIONES
ET UNUSQUISQ· UXOREM
PROXIMI SUI POLLUIT
ET TERRAM HEREDITATE
POSSIDEBITIS
HAEC DICES AD EOS
SIC DICIT DNS DS
UIUO EGO QUIA QUI IN RUINOSIS
HABITANT GLADIO CADENT
ET QUI IN AGRO EST BESTIIS
TRADETUR AD DEUORANDUM
QUI AUTEM IN PRAESIDIIS
ET IN SPELUNCIS SUNT
PESTE MORIENTUR
ET DABO TERRAM IN SOLITUDINEM
ET DESERTUM
ET DEFICIET SUPERBA
FORTITUDO EIUS
ET DESOLABUNTUR MONTES ISRL
EO QUOD NULLUS SIT
QUI PER EOS TRANSEAT
ET SCIENT QUIA EGO DNS
CUM DEDERO TERRAM
DESOLATAM ET DESERTAM
PROPTER UNIUERSAS ABOMINA
TIONES SUAS QUAS OPERATI
SUNT
lxxxi ET TU FILI HOMINIS FILII POPULI
TUI QUI LOCUNTUR DE TE IUXTA
MUROS ET IN OSTIIS DOMORUM
ET DICUNT UNUS AD ALTERUM
UIR AD PROXIMUM SUUM
LOQUENTES
UENITE ET AUDIAMUS QUIS SIT
SERMO EGREDIENS A DNO
ET UENIUNT AD TE QUASI SI
INGREDIATUR POPULUS ET SE
DENT CORAM TE POPULUS MEUS
ET AUDIUNT SERMONES TUOS
ET NON FACIUNT EOS
QUIA IN CANTICUM ORIS SUI
UERTUNT ILLOS
ET AUARITIAM SUAM
SEQUITUR COR EORUM
ET ES EIS QUASI CARMEN MUSICUM
QUOD SUAUI DULCIQ· SONO CANITUR
ET AUDIENT UERBA TUA
ET NON FACIENT EA
ET CUM UENERIT QUOD PRAE
DICTUM EST ECCE ENIM UENIT
TUNC SCIENT QUOD PROPHETES
FUERIT INTER EOS
lxxxii xxxiiii ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS

FILI HOMINIS PROPHETA
DE PASTORIB· ISRL
PROPHETA ET DICES PASTORIB·
HAEC DICIT DNS DS
UAE PASTORIB· ISRL QUI
PASCEBANT SEMET IPSOS
NONNE GREGES PASCUNTUR
A PASTORIBUS
LAC COMEDEBATIS ET LANIS
OPERIEBAMINI
ET QUOD CRASSUM ERAT OCCIDEBATIS
GREGEM AUTEM MEUM
NON PASCEBATIS
QUOD INFIRMUM FUIT NON CON
SOLIDASTIS ET QUOD AEGROTU(M)
NON SANASTIS
QUOD FRACTUM EST NON ALLI
GASTIS ET QUOD ABIECTUM EST
NON REDDUXISTIS
QUOD PERIERAT NON QUAESISTIS
SED CUM AUSTERITATE
IMPERABATIS EIS ET CUM
POTENTIA
ET DISPERSAE SUNT OUES MEAE
EO QUOD NON ESSET PASTOR
ET FACTAE SUNT IN DEUORATIONE(M)
OMNIUM BESTIARUM AGRI
ET DISPERSAE SUNT
ERRAUERUNT GREGES MEI
IN CUNCTIS MONTIB· ET IN UNI
UERSO COLLE EXCELSO
ET SUPER OMNEM FACIEM TER
RAE DISPERSI SUNT GREGES MEI
ET NON ERAT QUI REQUIRERET
NON ERAT IN QUAM
QUI REQUIRERET
PROPTEREA PASTORES
AUDITE UERBUM DNI
UIUO EGO DICIT DNS DS
PRO EO QUOD FACTI SUNT
GREGES MEI IN RAPINAM
ET OUES MEAE IN DEUORATIONE(M)
OMNIUM BESTIARUM AGRI
EO QUOD NON ESSET PASTOR

NEQUE ENIM QUAESIERUNT
PASTORES GREGEM MEUM
SED PASCEBANT PASTORES
SEMET IPSOS
ET GREGES MEOS NON PASCEBANT
PROPTER EA PASTORES
AUDITE UERBUM DNI
HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO IPSE SUPER PASTORES
REQUIRAM GREGEM MEUM
DE MANU EORUM
ET CESSARE EOS FACIAM UT ULTRA
NON PASCANT GREGEM
NEC PASCANT AMPLIUS PASTORES
SEMET IPSOS
ET LIBERABO GREGEM MEUM
DE ORE EORUM
ET NON ERIT ULTRA EIS IN ESCAM
QUIA HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO IPSE REQUIRAM OUES
MEAS ET UISITABO EAS
SICUT UISITAT PASTOR GREGEM
SUUM IN DIE QUANDO FUERIT
IN MEDIO OUIUM SUARUM
DISSIPATARUM
SIC UISITABO OUES MEAS ET LIBE
RABO EAS DE OMNIB· LOCIS
IN QUO DISPERSAE FUERANT
IN DIE NUBIS ET CALIGINIS
ET EDUCAM EAS DE POPULIS
ET CONGREGABO EAS DE TERRIS
ET INDUCAM EAS IN TERRAM SUA(M)
ET PASCAM EAS IN MONTIB· ISRL
IN RIUIS ET IN CUNCTIS SEDIB· TERRAE
IN PASCUIS UBERRIMIS PASCAM EAS
ET IN MONTIB· EXCELSIS ISRL
ERUNT PASCUAE EORUM
IBI REQUIESCENT IN HERBIS
UIRENTIBUS
ET IN PASCUIS PINGUIB· PASCEN
TUR SUPER MONTES ISRL
EGO PASCAM OUES MEAS
ET EGO EAS ACCUBARE FACIA(M)
DICIT DNS DS

QUOD PERIERAT REQUIRAM
ET QUOD ABIECTUM ERAT
REDUCAM
ET QUOD CONFRACTUM FUERAT
ALLIGABO ET QUOD INFIRMUM
ERAT CONSOLIDABO
ET QUOD PINGUE ET FORTE CUSTODIAM
ET PASCAM ILLAS IN IUDICIO
UOS AUTEM GREGES MEI
HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO IUDICO INTER PECUS
ET PECUS ARIETUM ET HIRCORUM
NONNE SATIS UOBIS ERAT PASCUA
BONAM PASCI
INSUPER ET RELIQUIAS PASCUARUM
UESTRARUM CONCULCASTIS
PEDIB· UESTRIS
ET CUM PURISSIMAM AQUAM
BIBERETIS
RELIQUAM PEDIB· UESTRIS
TURBABATIS
ET OUES MEAE HIS QUAE CON
CULCATA PEDIB· UESTRIS
FUERANT PASCEBANTUR
ET QUAE PEDES UESTRI TURBA
UERANT HAEC BIBEBANT
lxxiiii PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
AD EOS
ECCE EGO IPSE IUDICO
INTER PECUS PINGUE ET MACILENTUM
PRO EO QUOD LATERIB· ET UMERIS
INPINGEBANTIS OMNIA
INFIRMA PECORA
ET CORNIB· UESTRIS UENTILABA
TIS OMNIA INFIRMA PECORA
DONEC DISPERGERENTUR FORAS
SALUABO GREGEM MEUM
ET NON ERIT ULTRA IN RAPINAM
ET IUDICABO INTER PECUS
ET PECUS
ET SUSCITABO SUPER EA PASTOREM
UNUM QUI PASCAT EA
SERUUM MEUM DAUID
IPSE PASCET EA ET IPSE ERIT EIS
IN PASTOREM
EGO AUTEM DNS ERO EIS IN DM
ET SERUUS MEUS DAUID
PRINCEPS IN MEDIO EORUM
EGO DNS LOCUTUS SUM ET FACIAM
CUM EIS PACTUM PACIS
ET CESSARE FACIAM BESTIAS
PESSIMAS DE TERRA
ET QUI HABITANT IN DESERTO
SECURI DORMIENT IN SALTIBUS
ET PONAM EOS IN CIRCUITU
COLLIS MEI BENEDICTIONEM
ET DEDUCAM IMBREM
IN TEMPORE SUO
PLUUIAE BENEDICTIONIS ERUNT
ET DABIT LIGNUM AGRI
FRUCTUM SUUM
ET TERRA DABIT GERMEN SUUM
ET ERUNT IN TERRA SUA
ABSQUE TIMORE
ET SCIENT QUIA EGO DNS
CUM CONTRIUERO CATENAS
IUGI EORUM
ET ERUERO EOS DE MANU
IMPERANTIUM SIBI
ET NON ERUNT ULTRA IN RAPINAM
GENTIBUS
NEQ· BESTIAE TERRAE
DEUORABUNT EOS
SED HABITABUNT CONFIDENTER
ABSQUE ULLO TERRORE
ET SUSCITABO EIS GERMEN
NOMINATUM
ET NON ERUNT ULTRA IMMINUTI
FAME IN TERRA
NEQ· PORTABUNT AMPLIUS
OBPROBRIA GENTIUM
ET SCIENT QUIA EGO DNS DS EORUM
CUM EIS
ET IPSI POPULUS MEUS
DOMUS ISRL AIT DNS DS
UOS AUTEM GREGES MEI
GREGES PASCUAE MEAE
HOMINES ESTIS

ET EGO DNS DS UESTER
DICIT DNS DS

LXXXIII XXXV ET FACTUS EST SERMO DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS PONE FACIEM TUA͞
ADUERSUM MONTEM SEIR
ET PROPHETABIS DE EO DICENS ILLI
HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO AD TE MONS SEIR
ET EXTENDAM MANUM MEAM
SUPER TE
ET DABO TE DESOLATUM
ATQUE DESERTUM
URBES TUAS DEMOLIAR
ET TU DESERTUS ERIS
ET SCIES QUIA EGO DNS
EO QUOD FUERIS INIMICUS
SEMPITERNUS
ET CONCLUSERIS FILIOS ISRL
IN MANU GLADII
IN TEMPORE AFFLICTIONIS EORU͞
IN TEMPORE INIQUITATIS EXTREMAE
PROPTEREA UIUO EGO DICIT DNS DS
QUONIAM SANGUINI TRADAM TE
ET SANGUIS TE PERSEQUETUR
ET CUM SANGUINEM ODERIS
SANGUIS PERSEQUETUR TE
ET DABO MONTEM SEIR DESOLA-
TUM ET DESERTUM
ET AUFERAM DE EO EUNTEM
ET REDEUNTEM
ET IMPLEBO MONTES EIUS
OCCISORUM SUORUM
IN COLLIB· TUIS ET IN UALLIB· TUIS
ATQ· IN TORRENTIBUS
INTERFECTI GLADIO CADENT
IN SOLITUDINES SEMPITERNAS
TRADAM TE
ET CIUITATES TUAE NON
INHABITABUNTUR
ET SCIETIS QUONIAM EGO DNS
EO QUOD DIXERIS DUAE GENTES
ET DUAE TERRAE MEAE ERUNT
ET HEREDITATE POSSIDEBO
EAS CUM DNS ESSET IBI
PROPTEREA UIUO EGO DICIT DNS DS
QUIA FACIAM IUXTA IRAM TUAM
ET SECUNDUM ZELUM TUUM
QUEM FECISTI ODIO HABENS EOS
ET NOTUS EFFICIAR PER EOS
CUM TE IUDICAUERO
ET SCIES QUIA EGO DNS AUDIUI
UNIUERSA OBPROBRIA TUA
QUAE LOCUTUS ES DE MONTIBUS
ISRL DICENS
DESERTI NOBIS DATI SUNT
AD DEUORANDUM
ET INSURREXISTIS SUPER ME
ORE UESTRO ET ROGASTIS
ADUERSUM ME
UERBA UESTRA EGO AUDIUI
HAEC DICIT DNS DS
LAETANTE UNIUERSA TERRA
IN SOLITUDINE TE REDIGAM
SICUTI GAUISUS ES SUPER HERE-
DITATEM DOMUS ISRL
EO QUOD FUERIT DISSIPATA
SIC FACIAM TIBI DISSIPATUS ERIS
MONS SEIR ET IDUMAEA OMNIS
ET SCIENT QUIA EGO DNS

LXXXIIII XXXVI TU AUTEM FILI HOMINIS PROPHE-
TA SUPER MONTES ISRL ET DICES
MONTES ISRL AUDITE UERBUM DNI
HAEC DICIT DNS DS
EO QUOD DIXERIT INIMICUS
DE UOBIS EUGE
ALTITUDINES SEMPITERNAE
IN HEREDITATEM DATAE
SUNT NOBIS
PROPTEREA UATICINARE ET DIC
HAEC DICIT DNS DS
PRO EO QUOD DESOLATI ESTIS
ET CONCULCATI PER CIRCUITU͞
ET FACTI IN HEREDITATEM
RELIQUIS GENTIBUS
ET ASCENDISTIS SUPER LABIU͞
LINGUAE ET OBPROBRIUM
POPULI

PROPTEREA MONTES ISRL
AUDITE UERBUM DNI DI
HAEC DICIT DNS DS
MONTIBUS ET COLLIBUS
TORRENTIB· UALLIBUSQUE
ET DESERTIS PARIETINIS
ET URBIBUS DERELICTIS
QUAE DEPOPULATAE SUNT
ET SUBSANNATAE A RELIQUIS
GENTIB· PER CIRCUITUM
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
QUONIAM IN IGNE ZELI MEI
LOCUTUS SUM DE RELIQUIS
GENTIB· ET DE IDUMAEA
UNIUERSA
QUI DEDERUNT TERRAM MEA͞
SIBI IN HEREDITATEM
CUM GLADIO ET TOTO CORDE
EX ANIMO
ET EIECERUNT EAM UT UASTARENT
IDCIRCO UATICINARE
SUPER HUMUM ISRL
ET DICES MONTIB· ET COLLIBUS
IUGIS ET UALLIBUS
HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO IN ZELO MEO
ET IN FURORE MEO LOCUTUS SU͞
EO QUOD CONFUSIONEM GENTIU͞
SUSTINUERITIS
IDCIRCO HAEC DICIT DNS DS
EGO LEUAUI MANUM MEAM
UT GENTES QUAE IN CIRCUITU
UESTRO SUNT
IPSAE CONFUSIONEM SUAM
PORTENT
UOS AUTEM MONTES ISRL RAMOS
UESTROS GERMINETIS
ET FRUCTUM UESTRUM AFFERA
TIS POPULO MEO ISRL
PROPE EST ENIM UT UENIAT
QUIA ECCE EGO AD UOS
ET CONUERTAR AD UOS ET ARABI
MINI ET ACCIPIETIS SEMENTEM
ET MULTIPLICABO IN UOBIS
HOMINES OMNEMQUE
DOMUM ISRL
ET HABITABUNTUR CIUITATES
ET RUINOSA INSTAURABUNTUR
ET REPLEBO UOS HOMINIBUS
ET IUMENTIS
ET MULTIPLICABUNTUR ET CRESCEN͞T
ET HABITARI UOS FACIAM
SICUT A PRINCIPIO
BONISQ· DONABO MAIORIBUS
QUAM HABUISTIS AB INITIO
ET SCIETIS QUIA EGO DNS DS
ET ADDUCAM SUPER UOS HOMI
NES POPULUM MEUM ISRL
ET HEREDITATE POSSIDEBUNT TE
ET ERIS EIS IN HEREDITATEM
ET NON ADDES ULTRA
UT ABSQUE EIS SIS
HAEC DICIT DNS DS
PRO EO QUOD DICUNT DE UOBIS
DEUORATRIX HOMINUM ES
ET SUFFOCANS GENTEM TUAM
PROPTEREA HOMINES
NON COMEDES AMPLIUS
ET GENTEM TUAM NON NECABIS
ULTRA AIT DNS DS
NEC AUDITAM FACIAM IN TE AMPLIUS
CONFUSIONEM GENTIUM
ET OBPROBRIUM POPULORUM
NEQUAQUAM PORTABIS
ET GENTEM TUAM NON AMITTES
AMPLIUS AIT DNS DS
LXXX ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD ME DICENS
FILI HOMINIS DOMUS ISRL
HABITAUERUNT IN HUMO SUA
ET POLLUERUNT EAM IN UIIS SUIS
ET IN STUDIIS SUIS
IUXTA INMUNDITIAM MENSTRU
ATAE FACTA EST UIA EORUM
CORAM ME
ET EFFUDI INDIGNATIONEM MEA͞
SUPER EOS
PRO SANGUINE QUEM FUDERUN͞T

SUPER TERRAM ET IN IDOLIS SUIS
POLLUERUNT EAM
ET DISPERSI EOS IN GENTES ET UEN
TILATI SUNT IN TERRIS
IUXTA UIAS EORUM ET ADINUEN
TIONES IUDICAUI EOS
ET INGRESSI SUNT AD GENTES
AD QUAS INTROIERUNT
ET POLLUERUNT NOMEN SCM
MEUM
CUM DICERETUR DE EIS
POPULUS DNI ISTE EST
ET DE TERRA EIUS EGRESSI SUNT
ET PEPERCI NOMINI MEO SCO
QUOD POLLUERAT DOMUS ISRL
IN GENTIB. AD QUAS INGRESSI
SUNT
LXXXI ID CIRCO DICES DOMUI ISRL
HAEC DICIT DNS DS
NON PROPTER UOS EGO FACIAM
DOMUS ISRL
SED PROPTER NOMEN SCM
MEUM QUOD POLLUISTIS
IN GENTIB. AD QUAS INTRASTIS
ET SCIFICABO NOMEN MEUM
MAGNUM QUOD POLLUTUM
EST INTER GENTES
QUOD POLLUISTIS IN MEDIO EARU
UT SCIANT GENTES QUIA EGO DNS
AIT DNS EXERCITUUM
CUM SCIFICATUS FUERO
IN UOBIS CORAM EIS
TOLLAM QUIPPE UOS DE GENTIB.
ET CONGREGABO DE UNI
UERSIS TERRIS
ET ADDUCAM UOS IN TERRAM
UESTRAM
ET EFFUNDAM SUPER UOS
AQUAM MUNDAM
ET MUNDABIMINI AB OMNIBUS
INQUINAMENTIS UESTRIS
ET AB UNIUERSIS IDOLIS UESTRIS
MUNDABO UOS
ET DABO UOBIS COR NOUUM
ET SPM NOUUM PONAM
IN MEDIO UESTRI
ET AUFERAM COR LAPIDEUM
DE CARNE UESTRA
ET DABO UOBIS COR CARNEUM
ET SPM MEUM PONAM
IN MEDIO UESTRI
ET FACIAM UT IN PRAECEPTIS
MEIS AMBULETIS
ET IUDICIA MEA CUSTODIATIS
ET OPEREMINI
ET HABITETIS IN TERRA QUAM
DEDI PATRIB. UESTRIS
ET ERITIS MIHI IN POPULUM
ET EGO ERO UOBIS IN DM
ET SALUABO UOS EX UNIUERSIS
INQUINAMENTIS UESTRIS
ET UOCABO FRUMENTUM
ET MULTIPLICABO ILLUD
ET NON INPONAM IN UOBIS FAME
ET MULTIPLICABO FRUCTUM
LIGNI ET GENIMINA AGRI
UT NON PORTETIS ULTRA
OBPROBRIUM FAMIS IN GENTIB.
ET RECORDABIMINI UIARUM
UESTRARUM PESSIMARUM
STUDIORUMQ. NON BONORUM
ET DISPLICEBUNT UOBIS INIQUITA
TIS UESTRAE ET SCELERA
UESTRA
LXXXII NON PROPTER UOS EGO FACIAM
AIT DNS DS NOTUM SIT UOBIS
CONFUNDIMINI ET ERUBESCITE
SUPER UIIS UESTRIS DOMUS ISRL
HAEC DICIT DNS DS
IN DIE QUA MUNDAUERO UOS
EX OMNIB. INIQUITATIB. UESTRIS
ET HABITARI FECERO URBES
ET INSTAURAUERO RUINOSA
ET TERRA DESERTA FUERIT
EXCULTA
QUAE QUONDAM ERAT DESOLATA
IN OCULIS OMNIS UIATORIS
DICENT TERRA ILLA INCULTA FACTA

EST UT HORTUS UOLUPTATIS
ET CIUITATES DESERTAE
ET DESTITUTAE ATQ· SUFFOSAE
MUNITAE SEDERUNT
ET SCIENT GENTES QUAECUM
QUE DERELICTAE FUERINT
IN CIRCUITU UESTRO
QUIA EGO DNS AEDIFICAUI DISSIPATA
PLANTAUIQ· INCULTA
EGO DNS LOCUTUS SUM ET FECERIM
HAEC DICIT DNS DS
ADHUC IN HOC INUENIET ME
DOMUS ISRL UT FACIAM EIS
MULTIPLICABO EOS SICUT
GREGEM HOMINUM
UT GREGEM SCM UT GREGEM
HIERUSALEM IN SOLLEMNITA
TIBUS EIUS
SIC ERUNT CIUITATES DESERTAE
PLENAE GREGIB· HOMINUM
ET SCIENT QUIA EGO DNS
LXXXIII XXXVII FACTA EST SUPER ME MANUS DNI
ET EDUXIT ME IN SPU DNI
ET DIMISIT ME IN MEDIO CAMPI
QUI ERAT PLENUS OSSIBUS
ET CIRCUMDUXIT ME PER EA
IN GYRO
ERANT AUTEM MULTA UALDE
SUPER FACIEM CAMPI
SICCAQ· UEHEMENTER
ET DIXIT AD ME FILI HOMINIS
PUTAS NE UIUENT OSSA ISTA
ET DIXI DNE DS TU NOSTI
ET DIXIT AD ME UATICINARE
DE OSSIB· ISTIS ET DICES EIS
OSSA ARIDA AUDITE UERBUM DNI
HAEC DICIT DNS DS OSSIB· HIS
ECCE EGO INTROMITTAM
IN UOS SPM ET UIUETIS
ET DABO SUPER UOS NERUOS
ET SUCCRESCERE FACIAM
SUPER UOS CARNES
ET SUPEREXTENDAM IN UOBIS
CUTEM
ET DABO UOBIS SPM ET UIUETIS
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
ET PROPHETAUI SICUT PRAECE
PERAT MIHI
FACTUS EST AUTEM SONITUS
PROPHETANTE ME
ET ECCE COMMOTIO ET ACCES
SERUNT OSSA AD OSSA UNUM
QUODQ· AD IUNCTURAM SUAM
ET UIDI ET ECCE SUP EA NERUI
ET CARNES ASCENDERUNT
ET EXTENTA EST IN EIS CUTIS
DESUPER ET SPM NON HABEBANT
ET DIXIT AD ME UATICINARE AD SPM
UATICINARE FILI HOMINIS
ET DICES AD SPM
HAEC DICIT DNS DS
A QUATTUOR UENTIS UENI SPS
ET INSUFFLA SUPER INTERFECTOS
ISTOS ET REUIUESCANT
ET PROPHETAUI SICUT PRAE
CEPERAT MIHI DNS
ET INGRESSUS EST IN EA SPS
ET UIXERUNT
STETERUNTQ· SUPER PEDES
SUOS EXERCITUS GRANDIS
NIMIS UALDE
ET DIXIT AD ME FILI HOMINIS
OSSA HAEC UNIUERSA
DOMUS ISRL EST
IPSI DICUNT ARUERUNT OSSA NOSTRA
ET PERIIT SPES NOSTRA
ET ABSCISI SUMUS
PROPTEREA UATICINARE
ET DICES AD EOS
HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO APERIAM TUMULOS
UESTROS
ET EDUCAM UOS DE SEPULCHRIS
UESTRIS POPULUS MEUS
ET INDUCAM UOS IN TERRAM ISRL
ET SCIETIS QUIA EGO DNS
CUM APERUERO SEPULCHRA
UESTRA ET EDUXERO UOS

DE TUMULIS UESTRIS POPULUS
MEUS
ET DEDERO SP̄M MEUM IN UOBIS
ET UIXERITIS
ET REQUIESCERE UOS FACIAM
SUPER HUMUM UESTRAM
ET SCIETIS QUIA EGO DN̄S LOCUTUS
SUM ET FECIT DN̄S D̄S
LXXXIIII ET FACTUS EST SERMO DN̄I
AD ME DICENS
ET TU FILI HOMINIS SUME TIBI
LIGNUM UNUM
ET SCRIBAE SUPER ILLUD IUDAE
ET FILIORUM ISRL̄ ET SOCIIS EIUS
ET TOLLE LIGNUM ALTERUM
ET SCRIBAE SUPER EUM IOSEPH
LIGNUM EPHRAIM ET CUNCTAE
DOMUS ISRL̄ SOCIORUMQ· EIUS
ET ADIUNGE ILLA UNUM AD ALTERŪ
TIBI IN LIGNUM UNUM
ET ERUNT IN UNIONE IN MANU TUA
CUM AUTEM DIXERINT AD TE FILII
POPULI TUI LOQUENTES
NONNE INDICAS NOBIS
QUID IN HIS TIBI UELIS
LOQUERIS AD EOS HAEC DICIT DN̄S D̄S
ECCE EGO ADSUMAM LIGNUM
IOSEPH QUOD EST IN MANU
EPHRAIM
ET TRIB· ISRL̄ QUAE IUNCTAE SUNT EI
ET DABO EAS PARITER CUM
LIGNO IUDA
ET FACIAM EAS IN LIGNUM UNUM
ET ERUNT UNUM IN MANU EIUS
ERUNT AUTEM LIGNA SUPER QUAE
SCRIPSERIS IN MANU TUA
IN OCULIS EORUM
ET DICES AD EOS HAEC DICIT DN̄S D̄S
ECCE EGO ADSUMAM FILIOS ISRL̄
DE MEDIO NATIONUM
AD QUAS ABIERUNT
ET CONGREGABO EOS UNDIQUE
ET ADDUCAM EOS AD HUMUM SUĀ
ET FACIAM EOS GENTEM UNAM
IN TERRA IN MONTIB· ISRL̄
ET REX UNUS ERIT OMNIB· IMPERANS
ET NON ERUNT ULTRA DUAE GENTES
NEC DIUIDENTUR AMPLIUS
IN DUO REGNA
NEQ· POLLUENTUR ULTRA IN IDOLIS
SUIS ET ABOMINATIONIB· SUIS
ET IN CUNCTIS INIQUITATIB· SUIS
ET SALUOS EOS FACIAM DE UNIUER
SIS SEDIB· SUIS IN QUIB· PECCAUERUNT
ET MUNDABO EOS ET ERUNT MIHI
IN POPULUM ET EGO ERO EIS IN D̄M
ET SERUUS MEUS DAUID
REX SUPER EOS
ET PASTOR UNUS ERIT OMNIUM EORŪ
IN IUDICIIS MEIS AMBULABUNT
ET MANDATA MEA CUSTODIENT
ET FACIENT EA
ET HABITABUNT SUPER TERRAM
QUAM DEDI SERUO MEO IACOB
IN QUA HABITAUERUNT PATRES EORŪ
ET HABITABUNT SUPER EAM
IPSI ET FILII EORUM
ET FILII FILIORUM EORUM
USQ· IN SEMPITERNUM
ET DAUID SERUUS MEUS PRINCEPS
EORUM IN PERPETUUM
ET PERCUTIAM ILLIS FOEDUS PACIS
PACTUM SEMPITERNUM ERIT EIS
ET FUNDABO EOS ET MULTIPLICABO
ET DABO SC̄IFICATIONEM MEAM
IN MEDIO EORUM IN PERPETUŪ
ET ERIT TABERNACULUM MEUM
IN EIS
ET ERO EIS D̄S ET IPSI ERUNT
MIHI POPULUS
ET SCIENT GENTES QUIA EGO DN̄S
SC̄IFICATOR ISRL̄
CUM FUERIT SC̄IFICATIO MEA
IN MEDIO EORUM IN PERPETUŪ
LXXXV ET FACTUS EST SERMO DN̄I
XXXVIII AD ME DICENS
FILI HOMINIS PONE FACIEM TUĀ
CONTRA GOG TERRAM MAGOG·

PRINCIPEM CAPITIS MOSOCH
ET THUBAL
ET VATICINARE DE EO ET DICES
AD EUM HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO AD TE GOG PRINCIPEM
CAPITIS MOSOCH ET THUBAL
ET CIRCUMAGAM TE ET PONA̅
FRENUM IN MAXILLIS TUIS
ET EDUCAM TE ET OMNEM
EXERCITUM TUUM
EQUOS ET EQUITES VESTITOS
LORICIS UNIVERSOS
MULTITUDINEM MAGNAM HASTA̅
ET CLYPEUM ARRIPIENTIUM
ET GLADIUM
PERSAE AETHIOPES ET LYBIES
CUM EIS
OMNES SCUTATI ET GALEATI
GOMER ET UNIVERSA AGMINA EIUS
DOMUS THOGORMA LATERA
AQUILONIS
ET TOTUM ROBUR EIUS POPULI
QUE MULTI TECUM
PRAEPARA ET INSTRUE TE
ET OMNEM MULTITUDINEM
TUAM QUAE COACERVATA EST
AD TE ET ESTO EIS IN PRAECEPTU̅
POST DIES MULTOS VISITABERIS
IN NOVISSIMO ANNORUM VENIES
AD TERRAM QUAE REVERSA
EST A GLADIO
CONGREGATA EST DE POPULIS
MULTIS AD MONTES ISRL
QUI FUERUNT DESERTI IUGITER
HAEC DE POPULIS EDUCTA EST
ET HABITAVERUNT IN EA
CONFIDENTER UNIVERSI
ASCENDENS AUTEM QUASI
TEMPESTAS VENIES
ET QUASI NUBES UT OPERIAS TERRA̅
TU ET OMNIA AGMINA TUA
ET POPULI MULTI TECUM
HAEC DICIT DNS DS
IN DIE ILLA ASCENDENT SERMO

NES SUPER COR TUUM
ET COGITABIS COGITATIONEM
PESSIMAM ET DICES
ASCENDAM AD TERRAM ABSQ· MURO
VENIAM AD QUIESCENTES
HABITANTESQUE SECURE
OMNES HABITANT SINE MURO VECTES
ET PORTAE NON SUNT EIS
UT DIRIPIAS SPOLIA ET INVADAS
PRAEDAM
UT INFERAS MANUM TUAM SUPER
EOS QUI DESERTI FUERANT
ET POSTEA RESTITUTI
ET SUPER POPULUM QUI EST
CONGREGATUS EX GENTIBUS
QUI POSSIDERE COEPIT ET ESSE
HABITATOR UMBILICI TERRAE
SABA ET DEDAN ET NEGOTIATORES
THARSIS
ET OMNES LEONES EIUS DICENT TIBI
NUMQUID AD SUMENDA
SPOLIA TU VENIS
ECCE AD DIRIPIENDAM PRAEDAM
CONGREGASTI MULTITUDINE̅ TUA̅
UT TOLLAS ARGENTUM ET AURU̅
AUFERAS SUPELLECTILEM
ATQ· SUBSTANTIAM ET DIRIPIAS
MANUBIAS INFINITAS
PROPTEREA VATICINARE
FILI HOMINIS
ET DICES AD GOG HAEC AIT DNS DS
NUMQUID NON IN DIE ILLO
CUM HABITAVERIT POPULUS
MEUS ISRL CONFIDENTER
SCIES ET VENIES DE LOCO TUO
A LATERIB· AQUILONIS
TU ET POPULI MULTI TECUM
ASCENSORES EQUORUM UNIVERSI
COETUS MAGNUS ET EXERCITUS
VEHEMENS
ET ASCENDES SUPER POPULUM
MEUM ISRL QUASI NUBES
UT OPERIAS TERRAM
IN NOVISSIMIS DIEBUS ERIS

ET ADDUCAM TE SUPER TERRAM
MEAM
UT SCIANT GENTES MEAE
CUM SCIFICATUS FUERO IN TE
IN OCULIS EORUM O GOG
HAEC DICIT DNS DS
TU ERGO ILLE ES DE QUO LOCUTUS
SUM IN DIEB· ANTIQUIS
IN MANU SERUORUM MEORUM
PROPHETARUM ISRL
QUI PROPHETAUERUNT IN DIEB·
ILLORUM TEMPORUM UT AD
DUCEREM TE SUPER EOS
ET ERIT IN DIE ILLA IN DIE ADUENTUS
GOG SUPER TERRAM ISRL
AIT DNS DS
ASCENDET INDIGNATIO MEA
IN FURORE MEO ET IN ZELO MEO
IN IGNE IRAE MEAE LOCUTUS SU̅
QUIA IN DIE ILLA ERIT COMMOTIO
MAGNA SUPER TERRAM ISRL
ET COMMOUEBUNTUR
A FACIE MEA PISCES MARIS
ET UOLUCRES CAELI
ET BESTIAE AGRI ET OMNE
REPTILE QUOD MOUETUR
SUPER TERRAM
CUNCTIQ· HOMINES QUI SUNT
SUPER FACIEM TERRAE
ET SUBUERTENTUR MONTES
ET CADENT SAEPES ET OMNIS
MURUS IN TERRA CONRUET
ET CONUOCABO ADUERSUS EUM
IN CUNCTIS MONTIBUS MEIS
GLADIUM AIT DNS DS
GLADIUS UNIUS CUIUSQ· IN FRATRE̅
SUUM DIRIGETUR
ET IUDICABO EUM PESTE
ET SANGUINE ET IMBRE UEHE
MENTI CUM LAPIDIB· INMENSIS
IGNEM ET SULPHUR PLUAM
SUPER EUM ET SUPER
EXERCITUM EIUS
ET SUPER POPULOS MULTOS
QUI SUNT CUM EO
ET MAGNIFICABOR ET SCIFICABOR
ET NOTUS ERO IN OCULIS GENTIU̅
MULTARUM
ET SCIENT QUIA EGO DNS
XXXIX TU AUTEM FILI HOMINIS UATICINARE
ADUERSUM GOG ET DICES
HAEC DICIT DNS DS
ECCE EGO SUPER TE GOG PRINCIPE̅
CAPITIS MOSOCH ET TUBAL
ET CIRCUMAGAM TE ET SEDUCA̅
TE ET ASCENDERE FACIAM
DE LATERIB· AQUILONIS
ET ADDUCAM TE SUPER MONTES
ISRAHEL
ET PERCUTIAM ARCUM TUUM
IN MANU SINISTRA TUA
ET SAGITTAS TUAS DE MANU
DEXTERA TUA DEICIAM
SUPER MONTES ISRL CADES TU
ET OMNIA AGMINA TUA
ET POPULI QUI SUNT TECUM
FERIS AUIB· OMNIQ· UOLATILI
ET BESTIIS TERRAE
DEDI TE DEUORANDUM
SUPER FACIEM AGRI CADES
QUIA EGO LOCUTUS SUM
AIT DNS DS
ET EMITTAM IGNEM IN MAGOG
ET IN HIS QUI HABITANT
IN INSULIS CONFIDENTER
ET SCIENT QUIA EGO DNS
ET NOMEN SCM MEUM
NOTUM FACIAM IN MEDIO
POPULI MEI ISRL ET NON POLLU
AM NOMEN SCM MEUM
AMPLIUS
ET SCIENT GENTES QUIA EGO DNS
SCS ISRAHEL
ECCE UENIT ET FACTUM EST
AIT DNS DS
HAEC EST DIES DE QUA LOCU
TUS SUM
ET EGREDIENTUR HABITATORES

DE CIVITATIB· ISRAHEL
ET SUCCENDENT ET COMBURENT
ARMA
CLYPEUM ET HASTAS
ARCUM ET SAGITTAS
ET BACULOS MANUS ET CONTOS
ET SUCCENDENT EA IGNE
SEPTEM ANNIS
ET NON PORTABUNT LIGNA
DE REGIONIB· NEQ· SUCCIDENT
DE SALTIBUS
QUONIAM ARMA SUCCENDENT
IGNE
ET DEPRAEDABUNTUR EOS
QUIB· PRAEDAE FUERANT
ET DIRIPIENT VASTATORES SUOS
AIT DNS DS
ET ERIT IN DIE ILLA DABO GOG LOCU
NOMINATUM SEPULCHRUM
IN ISRAHEL
VALLEM VIATORUM AD ORIENTE
MARIS QUAE OBSTUPESCERE
FACIT PRAETEREUNTES
ET SEPELIENT IBI GOG
ET OMNEM MULTITUDINE EIUS
ET VOCABITUR VALLIS
MULTITUDINIS GOG
ET SEPELIENT EOS DOMUS ISRL
UT MUNDENT TERRAM
SEPTEM MENSIBUS
SEPELIET AUTEM OMNIS
POPULUS TERRAE
ET ERIT EIS NOMINATA DIES
IN QUA GLORIFICATUS SUM
AIT DNS DS
ET VIROS IUGITER CONSTITUENT
LUSTRANTES TERRAM
QUI SEPELIANT ET REQUIRANT EOS
QUI REMANSERANT SUPER
FACIEM TERRAE UT EMUN
DENT EAM
POST MENSES AUTEM SEPTE
QUAERERE INCIPIENT
ET CIRCUMIBUNT PERAGRANTES
TERRAM
CUMQUE VIDERINT OS HOMINIS
STATUENT IUXTA ILLUD TITULU
DONEC SEPELIANT ILLUD
POLLINCTORES
IN VALLEM MULTITUDINIS GOG
NOMEN AUTEM CIVITATIS AMONA
ET MUNDABUNT TERRAM
LXXX TU ERGO FILI HOMINIS HAEC DICIT
DNS DS
DIC OMNI VOLUCRI ET UNIVERSIS
AVIB· CUNCTISQ· BESTIIS AGRI
CONVENITE PROPERATE
CONCURRITE UNDIQUE
AD VICTIMAM MEAM
QUAM EGO IMMOLO VOBIS
VICTIMAM GRANDEM
SUPER MONTEM ISRL
UT COMEDATIS CARNES
ET BIBATIS SANGUINEM
CARNES FORTIUM COMEDETIS
ET SANGUINEM PRINCIPUM
TERRAE BIBETIS
ARIETUM AGNORUM ET HIRCORU
TAURORUMQ· ALTILIUM
ET PINGUIUM OMNIUM
ET COMEDETIS ADIPEM IN SATU
RITATE ET BIBETIS SANGUINE
IN EBRIETATEM
DE VICTIMA QUAM EGO
IMMOLABO VOBIS
ET SATURABIMINI SUPER
MENSAM MEAM
DE EQUO ET DE EQUITE FORTI
ET DE UNIVERSIS VIRIS BELLATO
RIBUS AIT DNS DS
ET PONAM GLORIAM MEAM
IN GENTIBUS
ET VIDEBUNT OMNES GENTES
IUDICIUM MEUM QUOD FECERI
ET MANUM MEAM QUAM
POSUERIM SUPER EOS
ET SCIENT DOMUS ISRL QUIA EGO
DNS DS EORUM A DIE ILLA
ET DEINCEPS

ET SCIENT GENTES QUONIAM
INIQUITATE SUA CAPTA SIT
DOMUS ISRL
EO QUOD RELIQUERINT ME
ET ABSCONDERIM FACIEM
MEAM AB EIS
ET TRADIDERIM EOS IN MANU
HOSTIUM ET CECIDERINT
IN GLADIO UNIUERSI
IUXTA INMUNDITIAM EORUM
ET SCELUS FECI EIS
ET ABSCONDI FACIEM MEAM AB ILLIS
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS
NUNC REDUCAM CAPTIUITATEM
IACOB ET MISEREBOR OMNIS
DOMUS ISRL
ET ADSUMAM ZELUM
PRO NOMINE SCO MEO
ET PORTABUNT CONFUSIONEM
SUAM ET OMNEM PRAEUARI
CATIONEM QUAM PRAE
UARICATI SUNT IN ME
CUM HABITAUERINT IN TERRA SUA
CONFIDENTER NEMINEM
FORMIDANTES
ET REDUXERO EOS DE POPULIS
ET CONGREGAUERO DE TERRIS
INIMICORUM SUORUM
ET SCIFICATUS FUERO IN EIS
IN OCULIS GENTIUM PLURI
MARUM
ET SCIENT QUIA EGO DNS DS EORU
EO QUOD TRANSTULERIM EOS
IN NATIONES ET CONGREGA
UERO EOS SUPER TERRAM
SUAM
ET NON DERELIQUERIM
QUEMQUAM EX EIS IBI
ET NON ABSCONDAM ULTRA
FACIEM MEAM AB EIS
EO QUOD EFFUDERIM SPM
MEUM SUPER OMNEM
DOMUM ISRL AIT DNS DS

LXXXIII XL.
IN UICENSIMO ET QUINTO ANNO
TRANSMIGRATIONIS NOSTRAE
IN EXORDIO ANNI DECIMA MENSIS
QUARTO DECIMO ANNO POST
QUAM PERCUSSA EST CIUITAS
IN IPSA HAC DIE
FACTA EST SUPER ME MANUS
DNI ET ADDUXIT ME ILLUC
IN UISIONIB DI ADDUXIT ME
IN TERRAM ISRL
ET DIMISIT ME SUPER MONTEM
EXCELSUM NIMIS
SUPER QUEM ERAT QUASI
AEDIFICIUM CIUITATIS
UERGENTIS AD AUSTRUM
ET INTRODUXIT ME ILLUC
ET ECCE UIR CUIUS ERAT SPECIES
QUASI SPECIES AERIS
ET FUNICULUS LINEUS IN MANU
EIUS ET CALAMUS MENSURAE
IN MANU EIUS
STABAT AUTEM IN PORTA
ET LOCUTUS EST AD ME IDEM UIR
FILI HOMINIS UIDE OCULIS TUIS
ET AURIB TUIS AUDI
ET PONE COR TUUM IN OMNIA
QUAE EGO OSTENDAM TIBI
QUIA UT OSTENDANTUR TIBI
ADDUCTUS ES HUC
ADNUNTIA OMNIA QUAE TU UIDES
DOMUI ISRL
ET ECCE MURUS FORINSECUS
IN CIRCUITU DOMUS UNDIQUE
ET IN MANU UIRI CALAMUS
MENSURAE SEX CUBITORUM
ET PALMO
ET MENSUS EST LATITUDINEM
AEDIFICII CALAMO UNO ALTITU
DINEM QUOQ CALAMO UNO
ET UENIT AD PORTAM QUAE
RESPICIT UIAM ORIENTALEM
ET ASCENDIT PER GRADUS EIUS
ET MENSUS EST LIMEN PORTAE

CALAMO UNO LATITUDINEM
ID EST LIMEN UNUM CALAMO UNO
IN LATITUDINE
ET THALAMUM UNO CALAMO
IN LONGUM ET UNO CALAMO
IN LATUM
ET INTER THALAMOS QUINQUE
CUBITOS
ET LIMEN PORTAE IUXTA UESTI
BULUM PORTAE INTRINSECUS
CALAMO UNO
ET MENSUS EST UESTIBULUM
PORTAE OCTO CUBITORUM
ET FRONTEM EIUS DUOB· CUBITIS
UESTIBULUM AUTEM PORTĘ
ERAT INTRINSECUS
PORRO THALAMI PORTAE
AD UIAM ORIENTALEM
TRES HINC ET TRES INDE
MENSURA UNA TRIUM
ET MENSURA UNA FRONTIUM
EX UTRAQ· PARTE
ET MENSUS EST LATITUDINEM
LIMINIS PORTAE DECEM
CUBITORUM ET LONGITUDINĒ
PORTAE TREDECIM CUBITORŪ
ET MARGINEM ANTE THALAMOS
CUBITI UNIUS
ET CUBITUS UNUS FINIS UTRIMQ·
THALAMI AUTEM SEX CUBITORŪ
ERANT HINC ET INDE
ET MENSUS EST PORTAM
A TECTO THALAMI USQUE
AD TECTUM EIUS
LATITUDINEM UIGINTI ET QUINQ·
CUBITORUM ET OSTIUM
CONTRA OSTIUM
ET FECIT FRONTES
PER SEXAGINTA CUBITOS
ET AD FRONTEM ATRIUM PORTAE
UNDIQ· PER CIRCUITUM
ET ANTE FACIEM PORTAE
QUAE PERTINGEBAT USQUE
AD FACIEM UESTIBULI PORTAE
INTERIORIS QUINQUAGINTA
CUBITOS
ET FENESTRAS OBLIQUAS
IN THALAMIS
ET IN FRONTIB· EORUM QUAE ERANT
INTRA PORTAM UNDIQUE
PER CIRCUITUM
SIMILITER AUTEM ERANT
ET IN UESTIBULIS FENESTRAE
PER GYRUM INTRINSECUS
ET ANTE FRONTES PICTURAS
PALMARUM
ET EDUXIT ME AD ATRIUM EXTERIŲ
ET ECCE GAZOPHILACIA ET PAUI
MENTUM STRATUM LAPIDE
IN ATRIO PER CIRCUITUM
TRIGINTA GAZOPHILACIA
IN CIRCUITU PAUIMENTI
ET PAUIMENTUM IN FRONTE
PORTARUM
SECUNDUM LONGITUDINEM
PORTARUM ERAT INFERIUS
ET MENSUS EST LATITUDINEM
A FACIE PORTAE INFERIORIS
USQ· AD FRONTEM ATRII
INTERIORIS EXTRINSECUS
CENTUM CUBITOS AD ORIENTEM
ET AD AQUILONEM
PORTAM QUOQ· QUAE RESPICIE
BAT UIAM AQUILONIS ATRII
EXTERIORIS MENSUS EST
TAM IN LONGITUDINE
QUAM IN LATITUDINE
ET THALAMOS EIUS
TRES HINC ET TRES INDE
ET FRONTEM EIUS ET UESTIBU
LUM EIUS SECUNDUM
MENSURAM PORTAE PRIORIS
QUINQUAGINTA CUBITORUM
LONGITUDINEM EIUS
ET LATITUDINEM UIGINTI
QUINQ· CUBITORUM

FENESTRAE AUTEM EIUS
ET UESTIBULUM ET SCALPTURAE
SECUNDUM MENSURAM PORTAE
QUAE RESPICIEBAT AD ORIENTEM
ET SEPTEM GRADUUM ERAT
ASCENSUS EIUS ET UESTIBULUM
ANTE EAM
ET PORTA ATRII INTERIORIS
CONTRA PORTAM AQUILONIS
ET ORIENTALEM
ET MENSUS EST A PORTA USQUE
AD PORTAM CENTUM CUBITOS
ET EDUXIT ME AD UIAM AUSTRA
LEM ET ECCE PORTA QUAE
RESPICIEBAT AD AUSTRUM
ET MENSUS EST FRONTEM EIUS
ET UESTIBULUM EIUS IUXTA
MENSURAS SUPERIORES
ET FENESTRAS EIUS ET UESTIBU
LA IN CIRCUITU SICUT FENESTRAS
CETERAS
QUINQUAGINTA CUBITORUM
LONGITUDINE ET LATITUDINE
UIGINTI QUINQ· CUBITORUM
ET IN GRADIB· SEPTEM ASCENDE
BATUR AD EAM ET UESTIBULUM
ANTE FORES EIUS
ET CAELATAE PALMAE ERANT UNA
HINC ET ALTERA INDE IN FRONTE EIUS
ET PORTA ATRII INTERIORIS
IN UIA AUSTRALI
ET MENSUS EST A PORTA USQUE
AD PORTAM IN UIA AUSTRALI
CENTUM CUBITOS
ET INTRODUXIT ME IN ATRIUM
INTERIUS AD PORTAM AUSTRALEM
ET MENSUS EST PORTAM IUXTA
MENSURAS SUPERIORES
THALAMUM EIUS ET FRONTEM
EIUS ET UESTIBULUM EIUS
HISDEM MENSURIS
ET FENESTRAS EIUS ET UESTI
BULORUM EIUS IN CIRCUITU
QUINQUAGINTA CUBITOS LONGITU
DINIS ET LATITUDINIS UIGINTI
QUINQ· CUBITOS
ET UESTIBULUM PER GYRUM
LONGITUDINE UIGINTI QUINQUE
CUBITORUM ET LATITUDINE
QUINQUE CUBITORUM
ET UESTIBULUM EIUS AD ATRIUM
EXTERIUS
ET PALMAS EIUS IN FRONTE
ET OCTO GRADUS ERANT QUIBUS
ASCENDEBATUR PER EAM
ET INTRODUXIT ME IN ATRIUM
INTERIUS PER UIAM ORIENTALEM
ET MENSUS EST PORTAM SECUNDUM
MENSURAS SUPERIORES
THALAMUM EIUS ET FRONTEM EIUS
ET UESTIBULA EIUS SICUT SUPRA
ET FENESTRAS EIUS ET UESTIBULI
EIUS IN CIRCUITU
LONGITUDINE QUINQUAGINTA
CUBITORUM ET LATITUDINEM
UIGINTI QUINQUE CUBITORUM
ET UESTIBULUM EIUS ID EST
ATRII EXTERIORIS
ET PALMAE CAELATAE IN FRONTE
EIUS HINC ET INDE
ET IN OCTO GRADIB· ASCENSUS EIUS
ET INTRODUXIT ME AD PORTAM
QUAE RESPICIEBAT AD AQUILONEM
ET MENSUS EST SECUNDUM
MENSURAS SUPERIORES
THALAMUM EIUS FRONTEM EIUS
UESTIBULUM EIUS ET FENE
STRAS EIUS PER CIRCUITUM
LONGITUDINE QUINQUAGINTA
CUBITORUM ET LATITUDINE
UIGINTI QUINQ· CUBITORUM
UESTIBULUM EIUS IN ATRIUM
EXTERIUS
ET CAELATURA PALMARUM
IN FRONTE ILLIUS HINC ET INDE
ET IN OCTO GRADIB· ASCENSUS EIUS

ET PER SINGULA GAZOPHILACIA
OSTIUM IN FRONTIB· PORTARU͞
IBI LAUABUNT HOLOCAUSTUM
ET IN UESTIBULO PORTAE DUAE
MENSAE HINC ET DUAE
MENSAE INDE
UT IMMOLETUR SUPER EAS
HOLOCAUSTUM ET PRO PECCATO ET PRO DELICTO
ET AD LATUS EXTERIUS QUOD
ASCENDIT AD OSTIUM PORTAE
QUAE PERGIT AD AQUILONEM
DUAE MENSAE
ET AD LATUS ALTERUM ANTE UESTIBULUM PORTAE DUAE MENSAE
QUATTUOR MENSAE HINC
ET QUATTUOR MENSAE INDE
PER LATERA PORTAE OCTO MENSAE
ERANT SUPER QUAS IMMOLABU͞T
QUATTUOR AUTEM MENSAE
AD HOLOCAUSTUM DE LAPIDIB·
QUADRIS EXTRUCTAE
LONGITUDINEM CUBITI UNIUS
ET DIMIDII
ET LATITUDINEM CUBITI UNIUS
ET DIMIDII
ET ALTITUDINEM CUBITI UNIUS
SUPER QUAS PONANT UASA
IN QUIB· IMMOLATUR HOLOCAUSTUM ET UICTIMA
ET LABIA EARUM PALMI UNIUS
REFLEXA INTRINSECUS PER CIRCUITU͞
Lxxxiii SUPER MENSAS AUTEM CARNES
OBLATIONIS
ET EXTRA PORTAM INTERIOREM
GAZOPHYLACIA CANTORUM
IN ATRIO INTERIORI QUOD ERAT
IN LATERE PORTAE RESPICIENTIS AD AQUILONEM
ET FACIES EORUM CONTRA
UIAM AUSTRALEM UNA
EX LATERE PORTAE ORIENTALIS
QUAE RESPICIEBAT AD UIAM
AQUILONIS
ET DIXIT AD ME HOC EST
GAZOPHILACIUM QUOD RESPICIT UIAM MERIDIANAM
SACERDOTUM QUI EXCUBANT
IN CUSTODIIS TEMPLI
PORRO GAZOPHILACIUM QUOD
RESPICIT AD UIAM AQUILONIS
SACERDOTUM ERIT QUI EXCUBANT
AD MINISTERIUM ALTARIS
ISTI SUNT FILII SADOCH QUI ACCEDENT DE FILIIS LEUI AD DN͞M
UT MINISTRENT EI
Lxxxiiii ET MENSUS EST ATRIUM LONGITUDINEM CENTUM CUBITORU͞
ET LATITUDINE͞ CENTUM CUBITORU͞
PER QUADRUM
ET ALTARE ANTE FACIEM TEMPLI
ET INTRODUXIT ME IN UESTIBULUM TEMPLI
ET MENSUS EST UESTIBULUM
QUINQ· CUBITIS HINC
ET QUINQUE INDE
ET LATITUDINEM PORTAE
TRIUM CUBITORUM HINC
ET TRIUM CUBITORUM INDE
LONGITUDINEM AUTEM UESTIBULI
UIGINTI CUBITORUM
ET LATITUDINEM UNDECIM
CUBITORUM
ET OCTO GRADIB· ASCENDEBATUR
AD EAM
ET COLUMNAE ERANT IN FRONTIB·
UNA HINC ET ALTERA INDE
xli ET INTRODUXIT ME IN TEMPLU͞
ET MENSUS EST FRONTES
SEX CUBITOS LATITUDINIS HINC
ET SEX CUBITOS ALTITUDINIS
INDE LATITUDINEM TABERNACULI
ET LATITUDO PORTAE DECEM
CUBITORUM ERAT
ET LATERA PORTAE QUINQ· CUBITIS
HINC ET QUINQUE CUBITIS INDE

et mensus est longitudinem
eius quadraginta cubitorum
et latitudinem uiginti cubitorū
et intro gressus intrinsecus
mensus est in fronte
portae duos cubitos
et portam decem cubitorū
et latitudinem portae
septem cubitorum
et mensus est longitudinem
eius uiginti cubitorum
et latitudinem uiginti cubitorū
ante faciem templi
et dixit ad me hoc est
sc̄m sc̄orum
et mensus est parietem
domus sex cubitorum
et latitudinem lateris
quattuor cubitorum undiq·
per circuitum domus
latera autem latus ad latus
bis triginta tria
et erant eminentia quae
ingrederentur per parietē
domus in lateribus per cir
cuitum ut continerent
et non attingerent parietem
templi
et platea erat in rotundum
ascendens sursum per
cocleam et in cenaculum
templi per gyrum
deferebat
ideirco latius erat templū
in superiorib· et sic de infe
riorib· ascendebatur
ad superiora in medium
et uidi in domo altitudinem
per circuitum
fundata latera ad mensurā
calami sex cubitorum
spatio
et latitudinem per parietē
lateris forinsecus quinque
cubitorum
et interior domus in lateribus
domus
et inter gazophilacia latitu
dinem uiginti cubitorum
in circuitu domus undique
et ostium lateris ad orationē
ostium unum ad uiam aquilonis
et ostium unum ad uiam
australem
et latitudinem loci ad oratio
nem quinq· cubitorum
in circuitu
et aedificium quod erat
separatum uersumque
ad uiam respicientem
ad mare
latitudinis septuaginta cubitorū
paries autem aedificii
quinque cubitorum
latitudinis per circuitum
et longitudo eius nonaginta
cubitorum
et mensus est domus
longitudinem cubitorum cēntū
et quod separatum erat
aedificium
et parietes eius longitudinis
centum cubitorum
latitudo autem ante faciem
domus et eius quod erat
separatum contra orientē
centum cubitorum
et mensus est latitudinem
aedificii contra faciem
eius quod erat separatum
ad dorsum
ecthetas ex utraq· parte
centum cubitorum
et templum interius
et uestibula atrii
limina et fenestras obliquas

et ecthetas in circuitu per
tres partes contra unius
cuiusq; limen
stratum que ligno per gyrum
in circuitu
terra autem usq; ad fenestras
et fenestrae clausae
super ostia et usque
ad domum interiorem
et forinsecus per omnem
parietem in circuitu
intrinsecus et forinsecus
ad mensuram
et fabrae facta cherubim
et palmae
et palma inter cherub
et cherub
duasq; facies habebat cherub
faciem hominis iuxta palmam
ex hac parte
et faciem leonis iuxta palmam
ex alia parte
expressam per omnem domū
in circuitu
de terra usq; ad superiora
portae cherubim
et palmae caelatae erant
in pariete templi
limen quadrangulum et facies
sc̄uarii aspectus contra
aspectum altaris ligneí
trium cubitorum altitudo
et longitudo eius duo
cubitorum
et anguli eius et longitudo eius
et parietes eius lignei
et locutus est ad me haec est
mensa coram dn̄o
et duo ostia erant in templo
et in scuario
et in duob; ostiis ex utraque
parte bina erant ostiola
quae in se inuicem plicabantur

bina enim ostia erant ex utra
que parte ostiorum
et caelata erant in ipsis ostiis
templi cherubim
et scalptura palmarum
sicut in parietib; quoque
expressa erat
quam ob rem erant et grossi
ora ligna in uestibuli
fronte forinsecus
super que fenestrae obliquae
et similitudo palmarum
hin c et inde
in camerulis uestibuli secundū
latera domus latitudinem
que parietum
lxiii et eduxit me in atrium exterius
per uiam ducentem
ad aquilonem
et eduxit me in gazophilacium
quod erat contra separatū
aedificium
et contra aedem uergentē
ad aquilonem
in facie longitudinis centum
cubitos ostii aquilonis
et latitudinis quinqua
ginta cubitos
contra uiginti cubitos
atrii interioris
et contra pauimentum
stratum lapide atrii
exterioris
ubi erat porticus iuncta
porticui triplici
et ante gazophilacia deambu
latio decem cubitorum
latitudinis
ad interiora respiciens uiae
cubiti unius
et ostia earum ad aquilonem
ubi erant gazophilacia
in superiorib; humiliora

QUIA SUPPORTABANT PORTICUS
QUAE EX ILLIS EMINEB ANT ...
DE INFERIORIB. ET DE MEDIIS
AEDIFICII
TRISTEGA ENIM ERANT ET NON
HABEBANT COLUMNAS SICUT
ERANT COLUMNAE ATRIORUM
PROPTEREA EMINEBANT DE INFERI
ORIB. ET DE MEDIIS A TERRA
ET PERIBOLUS EXTERIOR
SECUNDUM GA ZOPHILACIA
QUAE ERANT IN UIA ATRII EXTERI
ORIS ANTE GAZOPHILACIA
LONGITUDO EIUS QUINQUAGINTA
CUBITORUM
QUIA LONGITUDO ERAT GAZOPHILA
CIORUM ATRII EXTERIORIS
QUINQUAGINTA CUBITORUM
ET LONGITUDO ANTE FACIEM
TEMPLI CENTUM CUBITORUM
ET ERAT SUPER GAZOPHILACIA
HAEC INTROITUS AB ORIENTE
INGREDIENTIUM IN EA
DE ATRIO EXTERIORI
IN LATITUDINE PERIBOLI ATRII
QUOD ERAT CONTRA UIAM
ORIENTALEM IN FACIE
AEDIFICII SEPARATI
ET ERANT ANTE AEDIFICIUM
GAZOPHILACIA
ET UIA ANTE FACIEM EORUM
IUXTA SIMILITUDINEM
GAZOPHILACIORUM QUAE
ERANT IN UIA AQUILONIS
SECUNDUM LONGITUDINEM EORŪ
SIC ET LATITUDO EORUM
ET OMNIS INTROITUS EORUM
ET SIMILITUDINIS ET OSTIA EORŪ
SECUNDUM OSTIA GAZOPHILACI
ORUM QUAE ERANT IN UIA
RESPICIENTE AD NOTUM
OSTIUM IN CAPITE UIAE QUAE UIA
ERAT ANTE UESTIBULUM
SEPARATUM PER UIAM ORIENTA
LEM INGREDIENTIBUS
XC ET DIXIT AD ME GAZOPHILACIA
AQUILONIS ET GAZOPHYLACIA
AUSTRI QUAE SUNT ANTE
AEDIFICIUM SEPARATUM
HAEC SUNT GAZOPHILACIA SCA
IN QUIB. UESCUNTUR SACERDOTES
QUI ADPROPINQUANT AD DNM
IN SCA SCORUM
IBI PONENT SCA SCORUM ET OBLATIO
NES PRO PECCATO ET PRO DELICTO
LOCUS ENIM SCS EST
CUM AUTEM INGRESSI FUERINT
SACERDOTES NON EGREDIENTUR
DE SCIS IN ATRIUM EXTERIUS
ET IBI REPONENT UESTIMENTA SUA
IN QUIB. MINISTRANT QUIA SCA SUNT
UESTIENTURQ. UESTIMENTIS ALIIS
ET SIC PROCEDENT AD POPULŪ
CUMQ. CONPLESSET MENSURAS
DOMUS INTERIORIS
EDUXIT ME PER UIAM PORTAE
QUAE RESPICIEBAT AD UIAM
ORIENTALEM
ET MENSUS EST EAM UNDIQUE
PER CIRCUITUM
MENSUS AUTEM EST CONTRA
UENTUM ORIENTALEM
CALAMO MENSURAE
QUINGENTOS CALAMOS IN CALAMO
MENSURAE PER CIRCUITUM
ET MENSUS EST CONTRA UENTUM
AQUILONEM QUINGENTOS
CALAMOS IN CALAMO MENSURAE
PER GYRUM
ET AD UENTUM AUSTRALEM
MENSUS EST QUINGENTOS CALAMOS
IN CALAMO MENSURAE PER CIRCUITŪ
ET AD UENTUM OCCIDENTALEM
MENSUS EST QUINGENTOS
CALAMOS IN CALAMO MENSURAE
PER QUATTUOR UENTOS MENSUS EST
ILLUD

MURUM EIUS UNDIQ PER CIRCUITU
LONGITUDINEM QUINGENTORUM
CUBITORUM ET LATITUDINE
QUINGENTORUM CUBITORUM
DIUIDENTEM INTER SCUARIUM
ET UULGI LOCUM
C XLIII XXI ET DUXIT ME AD PORTAM QUAE
RESPICIEBAT AD UIAM ORIENTALEM
ET ECCE GLORIA DI ISRL INGREDIEBA
TUR PER UIAM ORIENTALEM
ET UOX ERAT EI QUASI AQUARUM
MULTARUM
ET TERRA SPLENDEBAT
A MAIESTATE EIUS
ET UIDI UISIONEM SECUNDUM
SPECIEM QUAM UIDERAM
QUANDO UENIT UT DISPERDE
RET CIUITATEM
ET SPECIES SECUNDUM ASPECTUM
QUEM UIDERAM IUXTA FLUUI
UM CHOBAR
ET CECIDI SUPER FACIEM MEAM
ET MAIESTAS DNI INGRESSA EST
TEMPLUM PER UIAM PORTAE
QUAE RESPICIEBAT AD ORIENTEM
ET LEUAUIT ME SPS ET INTRO
DUXIT ME IN ATRIUM INTERIUS
ET ECCE REPLETA ERAT GLORIA
DNI DOMUS
XXII ET AUDIUI LOQUENTEM AD ME
DE DOMO
ET UIR QUI STABAT IUXTA ME
DIXIT AD ME
FILI HOMINIS LOCUS SOLII MEI
ET LOCUS UESTIGIORUM
PEDUM MEORUM
UBI HABITO IN MEDIO FILIORUM
ISRL IN AETERNUM
ET NON POLLUENT ULTRA DOMUS
ISRL NOMEN SCM MEUM
IPSI ET REGES EORUM IN FORNI
CATIONIBUS SUIS
ET IN RUINIS REGUM SUORUM
ET IN EXCELSIS
QUI FABRICATI SUNT LIMEN SUUM
IUXTA LIMEN MEUM ET POSTES
SUOS IUXTA POSTES MEOS
ET MURUS ERAT INTER ME ET EOS
ET POLLUERUNT NOMEN SCM
MEUM IN ABOMINATIONIBUS
QUAS FECERUNT
PROPTEREA QUOD CONSUMSI
EOS IN IRA MEA
NUNC ERGO RE PELLANT PROCUL
FORNICATIONEM SUAM ET RUINAS
REGUM SUORUM A ME
ET HABITABO IN MEDIO EORUM
SEMPER
XXIII TU AUTEM FILI HOMINIS OSTENDE
DOMUI ISRL TEMPLUM
ET CONFUNDANTUR AB INIQUITATIBUS
SUIS ET METIANTUR FABRICAM
ET ERUBESCANT EX OMNIBUS
QUAE FECERUNT
FIGURAM DOMUS ET FABRICAE EIUS
EXITUS ET INTROITUS ET OMNEM
DESCRIPTIONEM EIUS
ET UNIUERSA PRAECEPTA EIUS
CUNCTUMQ ORDINEM EIUS
ET OMNES LEGES EIUS
OSTENDE EIS
ET SCRIBES IN OCULIS EORUM
ET CUSTODIANT OMNES
DESCRIPTIONES EIUS ET PRAE
CEPTA ILLIUS ET FACIANT EA
ISTA EST LEX DOMUS IN SUMMI
TATE MONTIS
OMNES FINES EIUS IN CIRCUITU
SCM SCORUM EST
HAEC ERGO EST LEX DOMUS
ISTAE AUTEM MENSURAE ALTARIS
IN CUBITU UERISSIMO QUI
HABEBAT CUBITUM ET PALMUM
IN SINU EIUS ERAT CUBITUS
ET CUBITUS IN LATITUDINE
ET DEFINITIO USQ AD LABIUM EIUS

INCIRCUITU PALMUS UNUS
HAEC QUOQUE ERAT FOSSA ALTARIS
ET DE SINU TERRAE USQUE AD CRE
PIDINEM NOUISSIMAM DUO CUBITI
ET LATITUDO CUBITI UNIUS
ET A CREPIDINE MAIORI USQ· AD
CREPIDINEM MINOREM
QUATTUOR CUBITI ET LATITUDO
UNIUS CUBITI
IPSE AUTEM ARIEL QUATTUOR
CUBITORUM ET AB ARIEL USQUE
SURSUM CORNUA QUATTUOR
ET ARIEL DUODECIM CUBITORUM
IN LONGITUDINEM PER DUODECIM
CUBITOS LATITUDINIS
QUADRANGULATUM AEQUIS LATERIB·
ET CREPIDO QUATTUORDECIM
CUBITORUM LONGITUDINIS
PER QUATTUORDECIM LATITUDINIS
IN QUATTUOR ANGULIS EIUS
ET CORONA IN CIRCUITU EIUS
DIMIDII CUBITUS
ET SINUS EIUS UNIUS CUBITI
PER CIRCUITUM
GRADUS AUTEM EIUS UERSI
AD ORIENTEM
ET DIXIT AD ME FILI HOMINIS
HAEC DICIT DNS DS
HI SUNT RITUS ALTARIS IN QUACUMQ·
DIE FUERIT FABRICATUM
UT OFFERATUR SUPER ILLUD
HOLOCAUSTUM ET EFFUNDA
TUR SANGUIS
ET DABIS SACERDOTIB· LEUITIS
QUI SUNT DE SEMINE SADOC
QUI ACCEDUNT AD ME AIT DNS DS
UT OFFERANT MIHI UITULUM
DE ARMENTO PRO PECCATO
ET ADSUMENS DE SANGUINE EIUS
PONE SUPER QUATTUOR
CORNUA EIUS
ET SUPER QUATTUOR ANGULOS
CREPIDINIS ET SUPER CORONAM
IN CIRCUITU
ET MUNDABIS ILLUD ET EXPIABIS
ET TOLLES UITULUM QUI OBLATUS
FUERIT PRO PECCATO
ET COMBURES ILLUM IN SEPARATO
LOCO DOMUS EXTRA SCUARIUM
ET IN DIE SECUNDA OFFERES HIRCUM
CAPRARUM IMMACULATUM
PRO PECCATO
ET EXPIABUNT ALTARE SICUT
EXPIAUERUNT IN UITULO
CUMQ· CONPLEUERIS EXPIANS ILLUD
OFFERENS UITULUM DE ARMENTO
IMMACULATUM
ET ARIETEM DE GREGE IMMACULATUM
ET OFFERES EOS IN CONSPECTU DNI
ET MITTENT SACERDOTES
SUPER EOS SAL
ET OFFERENT EOS HOLOCAUSTUM DNO
SEPTEM DIEB· FACIES HIRCUM
PRO PECCATO COTIDIE
ET UITULUM DE ARMENTO
ET ARIETEM DE PECORIBUS
IMMACULATOS OFFERENT
SEPTEM DIEB· EXPIABUNT ALTARE
ET MUNDABUNT ILLUD ET IMPLE
BUNT MANUM EIUS
EXPLETIS AUTEM DIEBUS
IN DIE OCTAUA ET ULTRA
FACIENT AUTEM SACERDOTES
SUPER ALTARE HOLOCAUSTA
UESTRA ET QUAE PRO PECCATO
OFFERUNT
ET PLACATUS ERO UOBIS AIT DNS DS
XCIIII ET CONUERTIT ME AD UIAM PORTAE
XLIIII SCUARII EXTERIORIS QUAE
RESPICIEBAT AD ORIENTEM
ET ERAT CLAUSA
ET DIXIT DNS AD ME
PORTA HAEC CLAUSA ERIT NON
APERIETUR ET UIR NON TRAN
SIET PER EAM
QUONIAM DNS DS ISRL INGRESSUS EST

PER EAM ERITQUE CLAUSA
PRINCIPI
PRINCEPS IPSE SEDEBIT IN EA
UT COMEDAT PANEM CORAM DNO
PER UIAM UESTIBULI PORTAE
INGREDIETUR ET PER UIAM
EIUS EGREDIETUR
ET ADDUXIT ME PER UIAM PORTAE
AQUILONIS IN CONSPECTU DOMUS
ET UIDI ET ECCE IMPLEUIT GLORIA
DNI DOMUM DNI
ET CECIDI IN FACIEM MEAM
xcii ET DIXIT AD ME DNS
FILI HOMINIS PONE COR TUUM
ET UIDE OCULIS TUIS
ET AURIB. TUIS AUDI
OMNIA QUAE EGO LOQUOR AD TE
DE UNIUERSIS CAERIMONIIS
DOMUS DNI ET DE CUNCTIS
LEGIBUS EIUS
ET PONES COR TUUM IN UIIS
TEMPLI PER OMNES EXITUS
SCUARII
ET DICES AD EXASPERANTEM
ME DOMUM ISRL
HAEC DICIT DNS DS
SUFFICIANT UOBIS OMNIA SCELERA
UESTRA DOMUS ISRL
EO QUOD INDUCITIS FILIOS ALIENOS
INCIRCUMCISOS CORDE
ET INCIRCUMCISOS CARNE
UT SINT IN SCUARIO MEO
UT POLLUANT DOMUM MEAM
ET OFFERTIS PANES MEOS
ADIPEM ET SANGUINEM
ET DISSOLUITIS PACTUM MEUM
IN OMNIB. SCELERIB. UESTRIS
ET NON SERUASTIS PRAECEPTA
SCUARII MEI
ET POSUISTIS CUSTODES OBSER
UATIONUM MEARUM IN SCUARIO
MEO UOBIS METIPSIS
HAEC DICIT DNS DS

OMNIS ALIENIGENA INCIRCUM
CISUS CORDE ET INCIRCUM
CISUS CARNE NON INGREDIE
TUR SCUARIUM MEUM
OMNIS FILIUS ALIENUS QUI EST
IN MEDIO FILIORUM ISRL
SED LEUITAE QUI LONGE RECESSE
RANT A ME IN ERRORE
FILIORUM ISRL
ET ERRAUERUNT A ME POST IDOLA
SUA ET PORTAUERUNT
INIQUITATEM SUAM
ERUNT IN SCUARIO MEO AEDITUI
ET IANITORES PORTARUM DOMUS
ET MINISTRI DOMUS IPSI MACTA
BUNT HOLOCAUSTOSIN
ET UICTIMAS POPULI
ET IPSI STABUNT IN CONSPECTU
EORUM UT MINISTRENT EIS
PRO EO QUOD MINISTRAUERUNT
ILLIS IN CONSPECTU
IDOLORUM SUORUM
xciii ET FACTI SUNT DOMUI ISRL
IN OFFENDICULUM INIQUITATIS
IDCIRCO LEUAUI MANUM MEAM
SUPER EOS DICIT DNS DS
ET PORTAUERUNT INIQUITATE SUA
ET NON ADPROPINQUABUNT
AD ME UT SACERDOTIO FUNGAN
TUR MIHI
NEQ. ACCEDENT AD OMNE SCM SCU
ARIUM MEUM IUXTA SCA SCORU
SED PORTABUNT CONFUSIONEM
SUAM ET SCELERA SUA
QUAE FECERUNT
ET DABO EOS IANITORES DOMUS
IN OMNI MINISTERIO EIUS
ET UNIUERSIS QUAE FIUNT IN EA
xciiii SACERDOTES AUTEM LEUITAE
FILII SADOC QUI CUSTODIERUNT
CAERIMONIAS SCUARII MEI
CUM ERRARENT FILII ISRL A ME
IPSI ACCEDENT AD ME UT MINISTREN
MIHI

ET STABUNT IN CONSPECTU MEO
UT OFFERANT MIHI ADIPEM
ET SANGUINEM AIT DNS DS
IPSI INGREDIENTUR SCUARIUM
MEUM
ET IPSI ACCEDENT AD MENSAM
MEAM UT MINISTRENT MIHI
ET CUSTODIANT CAERIMONIAS MEAS
CUMQ. EGREDIENTUR PORTAS
ATRII INTERIORIS UESTIBUS
LINEIS INDUENTUR
NEC ASCENDET SUPER EOS
QUICQUAM LANEUM QUANDO
MINISTRANT IN PORTIS ATRII
INTERIORIS ET INTRINSECUS
UITTAE LINEAE ERUNT
IN CAPITIBUS EORUM
ET FEMINALIA LINEA ERUNT
IN LUMBIS EORUM
ET NON ACCINGENTUR IN SUDORE
CUMQ. EGREDIENTUR ATRIUM
EXTERIUS AD POPULUM
EXUENT SE UESTIMENTA SUA
IN QUIB. MINISTRAUERUNT
ET REPONENT EA IN GAZOPHY
LACIO SCUARII
ET UESTIENT SE UESTIMEN
TIS ALIIS
ET NON SCIFICABUNT POPULUM †
IN UESTIB. SUIS
CAPUT AUTEM SUUM NON RADENT
NEQ. COMAM NUTRIENT
SED TONDENTES ADTONDENT
CAPITA SUA
ET UINUM NON BIBET OMNIS
SACERDOS QUANDO INGRES
SURUS EST ATRIUM INTERIUS
ET UIDUAM ET REPUDIATAM
NON ACCIPIENT UXORES
SED UIRGINES DE SEMINE
DOMUS ISRL
SED ET UIDUAM QUAE FUERIT
UIDUA A SACERDOTE ACCIPIENT

ET POPULUM MEUM DOCEBUNT
QUID SIT INTER SCM ET POLLUTU
ET INTER MUNDUM ET INMUNDU
OSTENDENT EIS
ET CUM FUERIT CONTROUERSIA
STABUNT IN IUDICIIS MEIS
ET IUDICABUNT
LEGES MEAS ET PRAECEPTA MEA
IN OMNIB. SOLLEMNITATIBUS
MEIS CUSTODIENT
ET SABBATA MEA SCIFICABUNT
ET AD MORTUUM HOMINEM
NON INGREDIENTUR
NE POLLUANTUR
NISI AD PATREM ET MATREM
ET FILIUM ET FILIAM
ET FRATREM ET SOROREM
QUAE ALTERUM UIRUM
NON HABUIT IN QUIBUS
CONTAMINABUNTUR
ET POSTQUAM FUERIT
EMUNDATUS SEPTEM DIES
NUMERABUNTUR EI
ET IN DIE INTROITUS SUI IN SCUARIU
AD ATRIUM INTERIUS
UT MINISTRENT MIHI IN SCUARIO
OFFERET PRO PECCATO SUO
AIT DNS DS
† xecam ERIT AUTEM EIS HEREDITAS
EGO HEREDITAS EORUM
ET POSSESSIONEM NON DABITIS
EIS IN ISRL EGO ENIM
POSSESSIO EORUM
UICTIMAM ET PRO PECCATO
ET PRO DELICTO IPSI COME
DENT ET OMNE UOTUM IN ISRL
IPSORUM ERIT
ET PRIMITIUA OMNIUM PRIMO
GENITORUM ET OMNIA LIBA
MENTA EX OMNIB. QUAE OFFE
RUNTUR SACERDOTUM ERUNT
ET PRIMITIUA CIBORUM UESTRO
RUM DABITIS SACERDOTI

ut reponat benedictionem
domui suae
omne morticinum et captum
a bestia de avibus et de pecoribus non comedent sacerdotes
Cum que coeperitis terram
dividere de sortito
separate primitias dño
scificatum de terra longitudine viginti quinque
milia et latitudinem
decem milia
scificatum erit in omni termino eius per circuitum
et erit ex omni parte scificatum quingentos per quingentos quadrifariam
per circuitum
et quinquaginta cubitis
in suburbana eius per gyrum
et a mensura ista mensurabis longitudinem viginti
quinque milium et latitudinem decem milium
et in ipso erit templum
scm que scorum
scificatum de terra erit
sacerdotib· ministris
scuarii qui accedunt
ad ministerium dñi
et erit eis locus in domos
et in scuarium scitatis
viginti quinq· autem milia
longitudinis et decem
milia latitudinis erunt
Levitis
qui ministrant domui ipsi
possidebunt viginti
gazophylacia
et possessionem civitatis
dabitis
quinque milia latitudinis
et longitudinis viginti
quinque milia
secundum separationem
scuarii omni domui isrl
principi quoque hinc et inde
in separationem scuarii
et in possessionem civitatis
contra faciem separationis
scuarii et contra faciem
possessionis urbis
a latere maris usq· ad mare
et a latere orientis
usq· ad orientem
longitudinem autem iuxta
unam quamq· partium
a termino occidentali usque
ad terminum orientalem
de terra erit eis possessio
in isrl
et non depopulabuntur
ultra principes
populum meum
sed terram dabunt domui isrl
secundum tribum eorum
Haec dicit dñs ds
sufficiat vobis principes isrl
iniquitatem et rapinas
intermittite
et iudicium et iustitiam
facite
separate confinia vestra
a populo meo ait dñs ds
statera iusta et oephi iustum
et batus iustus erit vobis
oephi et batus aequalia
et unius mensurae erunt
ut capiat decimam partem
chori batus et decimam
partem chori oephi
iuxta mensuram chori erit
aequilibratio eorum
siclus autem viginti obolos
habeat
porro viginti sicli et viginti

quinque sicli et quindecim
sicli minam facient
et haec sunt primitiae
quas tolletis
sextam partem oephi
de coro frumenti
et sextam partem oephi
de coro hordei
mensura quoque olei batus
olei decima pars cori est
et decem batis corum faciunt
quia decem bati implent
corum
et arietem unum de grege
ducentorum
de his quae nutriunt isrl
in sacrificium et in holo
caustum et in pacifica
ad expiandum pro eis
ait dns ds
omnis populus terrae tene
bitur primitiis his
principi in isrl
et super principem erunt
holocausta et sacrificiu
et libamina
in sollemnitatib. et in kalen
dis et in sabbatis
in universis sollemnitatibus
domus isrl
ipse faciat pro peccato sacri
ficium et holocaustum
et pacifica ad expiandum
pro domo isrl
Haec dicit dns ds
in primo mense una mensis
sumes vitulum de armento
inmaculatum
et expiabis scuarium
et tollet sacerdos de sangui
ne quod erit pro peccato
et ponet in postibus domus
et in quattuor angulos
crepidinis altaris
et in postib. portae atrii
interioris
et sic facies in septima mensis
pro uno quoque qui ignoravit
et errore deceptus est
et expiabitis pro domo
In primo mense quartadecima
die mensis erit vobis
paschae sollemnitas
septem dieb. azyma comedentur
et faciet princeps in die illa
pro se et pro universo
populo terrae vitulum
pro peccato
et in septem dierum sollem
nitate faciet holocau
stum dno
septem vitulos et septem
arietes inmaculatas
cotidie septem diebus
et pro peccato hircum
caprarum cotidie
et sacrificium oephi per vitu
lum et oephi per arietem
faciet et olei hin
per singula oephi
septimo mense quinta
decima die mensis
in sollemnitate
faciet sicut supra dicta sunt
per septem dies
tam pro peccato quam pro
holocausto et in sacrificio
et in oleo
Haec dicit dns dns ds porta
atrii interioris quae
respicit ad orientem
erit clausa sex diebus
in quibus opus fit
die autem sabbati aperietur
sed et in die kalendarum
aperietur

ET INTRABIT PRINCEPS PER UIAM
UESTIBULI PORTAE DEFORIS
ET STABIT IN LIMINE PORTAE
ET FACIENT SACERDOTES HOLO
CAUSTUM EIUS ET PACIFICA EIUS
ET ADORABIT SUPER LIMEN
PORTAE ET EGREDIETUR
PORTA AUTEM NON CLAUDETUR
USQUE AD UESPERAM
ciiii ET ADORABIT POPULUS TERRAE
AD OSTIUM PORTAE ILLIUS
IN SABBATIS ET IN KALENDIS
CORAM DNO
HOLOCAUSTUM AUTEM HOC
OFFERET PRINCEPS DNO
IN DIE SABBATI
SEX AGNOS IMMACULATOS
ET ARIETEM IMMACULATUM
ET SACRIFICIUM OEPHI PER ARIETE̅
AGNIS AUTEM SACRIFICIUM QUOD
DEDERIT MANUS EIUS
ET OLEI HIN PER SINGULA OEPHI
IN DIE AUTEM KALENDARUM
UITULUM DE ARMENTO
IMMACULATUM
ET SEX AGNI ET ARIETES
IMMACULATI ERUNT
ET OEPHI PER UITULUM OEPHI
QUOQ; PER ARIETEM
FACIET SACRIFICIUM
AGNIS AUTEM SICUT INUENERIT
MANUS EIUS
ET OLEI HIN PER SINGULA OEPHI
CUMQ; INGRESSURUS EST
PRINCEPS PER UIAM UESTI
BULI PORTAE INGREDIATUR
ET PER EANDEM UIAM EXEAT
ET CUM INTRABIT POPULUS
TERRAE IN CONSPECTU DNI
IN SOLLEMNITATIBUS
QUI INGREDITUR PER PORTAM
AQUILONIS UT ADORET EGRE
DIATUR PER UIAM PORTAE
MERIDIANAE
PORRO QUI INGREDITUR PER UIA̅
PORTAE MERIDIANAE
EGREDIATUR PER UIAM PORTAE
AQUILONIS
NON REUERTETUR PER UIAM
PORTAE PER QUAM INGRES
SUS EST
SED E REGIONE ILLIUS EGREDIE
TUR PRINCEPS AUTEM
IN MEDIO EORUM
CUM INGREDIENTIBUS
INGREDIETUR
ET CUM EGREDIENTIBUS
EGREDIETUR ET IN NUNDINIS
ET IN SOLLEMNITATIBUS
ERIT SACRIFICIUM OEPHI
PER UITULUM ET OEPHI
PER ARIETEM
AGNIS AUTEM ERIT SACRIFICIU̅
SICUT INUENERIT MANUS EIUS
ET OLEI HIN PER SINGULA OEPHI
cv CUM AUTEM FECERIT PRINCEPS
SPONTANEUM HOLOCAUSTU̅
AUT PACIFICUM UOLUN
TARIA DNO
APERIETUR EI PORTA QUAE
RESPICIT AD ORIENTEM
ET FACIET HOLOCAUSTUM SUU̅
ET PACIFICA SUA
SICUT FIERI SOLET IN DIE SABBATI
ET EGREDIETUR CLAUDETURQ;
PORTA POSTQUAM EXIERIT
ET AGNUM EIUSDEM ANNI
IMMACULATUM FACIET
HOLOCAUSTUM COTIDIE DNO
SEMPER MANE FACIET ILLUD
ET SACRIFICIUM FACIET SUPER
EO MANE SEXTAM
PARTEM OEPHI
ET DE OLEO TERTIAM PARTEM
HIN UT MISCEATUR SIMILAE
SACRIFICIUM DNO LEGITIMU̅

IUGE ATQ· PERPETUUM
FACIET AGNUM ET SACRIFICIU̅
ET OLEUM EX EA MANE
HOLOCAUSTUM SEMPITERNU̅
HAEC DICIT DN̅S DS̅
SI DEDERIT PRINCEPS DONUM
ALICUI DE FILIIS SUIS
HEREDITAS EIUS FILIORUM
SUORUM ERIT
POSSIDEBUNT EA HEREDITARIE
SI AUTEM DEDERIT LEGATUM
DE HEREDITATE SUA UNI
SERUORUM SUORUM
ERIT ILLIUS USQ· AD ANNUM
REMISSIONIS ET REUERTE
TUR AD PRINCIPEM
HEREDITAS AUTEM EIUS
FILIIS EIUS ERIT
ET NON ACCIPIET PRINCEPS
DE HEREDITATE POPULI
PER UIOLENTIAM ET DE POS
SESSIONE EORUM
SED DE POSSESSIONE SUA HEREDI
TATEM DABIT FILIIS SUIS
UT NON DISPERGATUR POPULUS
MEUS UNUSQUISQUE
A POSSESSIONE SUA
ET INTRODUXIT ME PER INGRES
SUM QUI ERAT EX LATERE
PORTAE
IN GAZOPHYLACIA SC̅UARII
AD SACERDOTES QUAE RESPI
CIEBANT AD AQUILONEM
ET ERAT IBI LOCUS UERGENS
AD OCCIDENTEM
ET DIXIT AD ME ISTE EST LOCUS
UBI COQUENT SACERDOTES
PRO DELICTO ET PRO PECCATO
UBI COQUENT SACRIFICIUM
UT NON EFFERANT IN ATRIO
EXTERIORI ET SC̅IFICETUR
POPULUS
ET EDUXIT ME IN ATRIUM EXTERIUS
ET CIRCUMDUXIT ME
PER QUATTUOR ANGULOS ATRII
ET ECCE ATRIOLUM ERAT
IN ANGULO ATRII
ATRIOLA SINGULA PER ANGULOS ATRII
IN QUATTUOR ANGULOS ATRII
ATRIOLA DISPOSITA
QUADRAGINTA CUBITORUM
PER LONGUM ET TRIGINTA
PER LATUM
MENSURAE UNIUS QUATTUOR ERANT
ET PARIES PER CIRCUITUM AMBIENS
QUATTUOR ATRIOLA
ET CUNICULAE FABRICATAE ERANT
SUBTER PORTICUS PER GYRU̅
ET DIXIT AD ME HAEC EST DOMUS
CULINARUM IN QUA COQUENT
MINISTRI DOMUS DN̅I
UICTIMAS POPULI
XLVII ET CONUERTIT ME AD PORTAM
DOMUS
ET ECCE AQUAE EGREDIEBANTUR
SUBTER LIMEN DOMUS
AD ORIENTEM
FACIES ENIM DOMUS RESPICI
EBAT AD ORIENTEM
AQUAE AUTEM DESCENDEBANT
IN LATUS TEMPLI DEXTRUM
AD MERIDIEM ALTARIS
ET EDUXIT ME PER UIAM
PORTAE AQUILONIS
ET CONUERTIT ME AD UIAM
FORAS PORTAM EXTERIORE̅
UIAM QUAE RESPICIEBAT
AD ORIENTEM
ET ECCE AQUAE REDUNDANTES
A LATERE DEXTRO
CUM EGREDERETUR UIR
AD ORIENTEM QUI HABEBAT
FUNICULUM IN MANU SUA
ET MENSUS EST MILLE CUBITOS
ET TRANSDUXIT ME PER AQUA̅
USQ· AD TALOS

RURSUMQ· MENSUS EST MILLE
ET TRANSDUXIT ME PER AQUAM
USQ· AD GENUA
ET MENSUS EST MILLE ET TRANS
DUXIT ME PER AQUAM
USQ· AD RENES
ET MENSUS EST MILLE TORRENTE
QUEM NON POTUI PERTRANSIRE
QUONIAM INTUMUERANT AQUAE
PROFUNDAE TORRENTIS
QUI NON POTEST TRANSUADARI
ET DIXIT AD ME CERTE UIDISTI †
FILI HOMINIS
ET DUXIT ME ET CONUERTIT
AD RIPAM TORRENTIS
CUMQ· ME CONUERTISSEM
ECCE IN RIPA TORRENTIS LIGNA
MULTA NIMIS EX UTRAQ· PARTE
ET AIT AD ME
AQUAE ISTAE QUAE EGREDIUNTUR
AD TUMULOS SABOLI ORIENTA
LIS ET DESCENDUNT
AD PLANA DESERTI
INTRABUNT MARE ET EXIBUNT
ET SANABUNTUR AQUAE
ET OMNIS ANIMA UIUENS
QUAE SERPIT QUOCUMQUE
UENERIT TORRENS UIUET
ET ERUNT PISCES MULTI SATIS
POSTQUAM UENERINT ILLUC
AQUAE ISTAE ET SANABUNTUR
ET UIUENT OMNIA AD QUAE
UENERIT TORRENS
UIUENT ET STABUNT SUPER ILLA
PISCATORES AB ENGADDIN
USQ· AD ENGALLIM
SICCATIO SAGENARUM ERUNT
PLURIMAE SPECIES ERUNT
PISCIUM EIUS SICUT PISCES
MARIS MAGNI MULTITUDI
NIS NIMIAE
IN LITORIB· AUTEM EIUS ET IN PA
LUSTRIB· NON SANABUNTUR

QUIA IN SALINAS DABUNTUR
ET SUPER TORRENTEM ORIETUR
IN RIPIS EIUS EX UTRAQ· PARTE
OMNE LIGNUM POMIFERUM
NON DEFLUET FOLIUM EX EO
ET NON DEFICIET FRUCTUS EIUS
PER SINGULOS MENSES AFFERET
PRIMITIUA QUIA AQUAE EIUS
DE SCUARIO EGREDIENTUR
ET ERUNT FRUCTUS EIUS IN CIBU
ET FOLIA EIUS AD MEDICINAM
sex HAEC DICIT DNS DS
HIC EST TERMINUS IN QUO
POSSIDEBITIS TERRAM
IN DUODECIM TRIBUBUS ISRL
QUIA IOSEPH DUPLICEM
FUNICULUM HABET
POSSIDEBITIS AUTEM EAM
SINGULI AEQUE UT FRATER SUUS
QUAM LEUAUI MANUM MEAM
UT DAREM PATRIB· UESTRIS
ET CADET TERRA HAEC UOBIS
IN POSSESSIONEM
HIC EST AUTEM TERMINUS
TERRAE AD PLAGAM
SEPTENTRIONALEM
A MARI MAGNO UIA BETHALON
UENIENTIB· SADADA
EMATH BEROTHA SABARIM
QUAE EST INTER MINUM
DAMASCI ET CONFINIUM EMATH
DOMUS ATTICON QUAE EST IUXTA
TERMINOS AURAN
ET ERIT TERMINUS A MARI USQUE
AD ATRIUM ENON TERMINUS
DAMASCI
ET AB AQUILONE AD AQUILONEM
ET TERMINUS EMATH PLAGA
AUTEM SEPTENTRIONALIS
PORRO PLAGA ORIENTALIS
DE MEDIO AURAN ET DE MEDIO
DAMASCI
ET DE MEDIO GALAAD

ET DE MEDIO TERRAE ISRL
IORDANES DISTERMINANS
AD MARE ORIENTALEM
METIEMINI ETIAM PLAGAM
ORIENTALEM
PLAGA AUTEM AUSTRALIS MERI
DIANA A THAMAR USQ· AD AQUAS
CONTRADICTIONIS CADES
ET TORRENS USQ· AD MARE MAGNU
ET PLAGA AD MERIDIEM
AUSTRALIS
ET PLAGA MARIS MARE MAGNU
A CONFINIO PER DIRECTUM
DONEC UENIAS EMATH
HAEC EST PLAGA MARIS
ET DIUIDETIS TERRAM ISTAM
UOBIS PER TRIB· ISRL
ET MITTETIS EAM IN HEREDITATE
UOBIS ET ADUENIS QUI ACCESSE
RINT AD UOS QUI GENUERINT
FILIOS IN MEDIO UESTRUM
ET ERUNT UOBIS SICUT INDIGENAE
INTER FILIOS ISRL
UOBISCUM DIUIDENT POSSES
SIONEM IN MEDIO TRIBUUM ISRL
IN TRIBU AUTEM QUACUMQUE
FUERIT ADUENA
IBI DABITIS POSSESSIONEM
ILLI AIT DNS DS
XLVIII ET HAEC NOMINA TRIBUUM A FINIB·
AQUILONIS IUXTA UIAM AETHLON
PERGENTIB· EMATH
ATRIUM AENON TERMINUS
DAMASCI AD AQUILONEM
IUXTA EMATH
ET ERIT EI PLAGA ORIENTALIS
MARE DAN UNA
ET A TERMINUM DAN A PLAGA
ORIENTALI USQ· AD PLAGAM
MARIS ASER UNA
ET SUPER TERMINUM ASER
A PLAGA ORIENTALI USQUE
AD PLAGAM MARIS NEPTHALI
UNA
ET SUPER TERMINUM NEPTHALI
A PLAGA ORIENTALI USQUE
AD PLAGAM MARIS MANASSE UNA
ET SUPER TERMINUM MANASSE
A PLAGA ORIENTALI USQUE
AD PLAGAM MARIS EPHRAIM UNA
ET SUPER TERMINUM EPHRAIM
A PLAGA ORIENTALI USQUE
AD PLAGAM MARIS RUBEN UNA
ET SUPER TERMINUM RUBEN
A PLAGA ORIENTALI USQUE
AD PLAGAM MARIS IUDA UNA
ET SUPER TERMINUM IUDA
A PLAGA ORIENTALI USQUE
AD PLAGAM MARIS
ERUNT PRIMITIAE QUAS SEPARA
BITIS UIGINTI QUINQUE MILIBUS
LATITUDINIS ET LONGITUDINIS
SICUTI SINGULAE PARTES
A PLAGA ORIENTALI USQUE
AD PLAGAM MARIS
ET ERIT SCUARIUM IN MEDIO EIUS
PRIMITIAE QUAS SEPARASTIS DNO
LONGITUDO UIGINTI QUINQ· MILIB·
ET LATITUDO DECEM MILIBUS
HAE AUTEM ERUNT PRIMITIAE
SCUARII SACERDOTUM
AD AQUILONEM UIGINTI QUINQ·
MILIA ET AD MARE LATITUDI
NIS DECEM MILIA
SED ET AD ORIENTEM LATITUDINIS
DECEM MILIA ET AD MERIDIE
LONGITUDINIS UIGINTI
QUINQUE MILIA
ET ERIT SCUARIUM DNI
IN MEDIO EIUS
SACERDOTIB· SCUARIUM ERIT
DE FILIIS SADOC
QUI CUSTODIERUNT
CAERIMONIAS MEAS
ET NON ERRAUERUNT CUM
ERRARENT FILI ISRL

SICUT ERRAUERUNT ET LEUITAE
ET ERUNT EIS PRIMITIAE
DE PRIMITIIS TERRAE
SCM SCORUM IUXTA TERMINUM
LEUITARUM
SED ET LEUITIS SIMILITER IUXTA
FINES SACERDOTUM
UIGINTI QUINQUE MILIA LONGITU
DINIS ET LATITUDINIS DECEM MILIA
OMNIS LONGITUDO UIGINTI ET QUIN
QUE MILIUM ET LATITUDO
DECEM MILIUM
ET NON UENUNDABUNT EX EO
NEQ· MUTABUNT
NEC TRANSFERENTUR PRIMITIAE
TERRAE QUIA SCIFICATAE SUNT DNO
QUINQ· MILIA AUTEM QUAE SUPER
SUNT IN LATITUDINE PER UIGIN
TI QUINQUE MILIA
PROFANA ERUNT URBIS IN HABITA
CULUM ET IN SUBURBANA
ET ERIT CIUITAS IN MEDIO EIUS
ET HAE MENSURAE EIUS
AD PLAGAM SEPTENTRIONALE
QUINGENTI ET QUATTUOR MILIA
ET AD PLAGAM MERIDIANAM
QUINGENTI ET QUATTUOR MILIA
ET AD PLAGAM ORIENTALEM
QUINGENTI ET QUATTOR MILIA
ET AD PLAGAM OCCIDENTALEM
QUINGENTI ET QUATTUOR MILIA
ERUNT AUTEM SUBURBANA
CIUITATIS AD AQUILONEM
DUCENTI QUINQUAGINTA
ET IN MERIDIE DUCENTI
QUINQUAGINTA
ET AD ORIENTEM DUCENTI
QUINQUAGINTA
ET AD MARE DUCENTI QUINQUAGINTA
QUOD AUTEM RELIQUUM FUERIT
IN LONGITUDINEM SECUNDUM
PRIMITIAS SCUARII
DECEM MILIA IN ORIENTEM

ET DECEM MILIA AD OCCIDENTE
ERUNT SICUT PRIMITIAE SCUARII
ET ERUNT FRUGES EIUS IN PANES
HIS QUI SERUIUNT CIUITATI
SERUIENTES AUTEM CIUITATI
OPERABUNTUR EX OMNIBUS
TRIBUB· ISRL
OMNES PRIMITIAE UIGINTI
QUINQ· MILIUM PER UIGINTI
QUINQ· MILIA IN QUADRUM
SEPARABUNTUR
IN PRIMITIAS SCUARII ET POSSES
SIONEM CIUITATIS
QUOD AUTEM RELIQUUM FUERIT
PRINCIPIS ERIT
EX OMNI PARTE PRIMITIARUM
SCUARII ET POSSESSIONIS
CIUITATIS
E REGIONE UIGINTI QUINQ· MILIU
PRIMITIARUM USQ· AD TERMI
NUM ORIENTALEM
SED ET AD MARE E REGIONE UIGINTI
QUINQ· MILIUM USQUE
AD TERMINUM MARIS
SIMILITER IN PARTIBUS
PRINCIPIS ERIT
ET ERUNT PRIMITIAE SCUARII
ET SCUARIUM TEMPLI
IN MEDIO EIUS
DE POSSESSIONE AUTEM LEUI
TARUM ET DE POSSESSIONE
CIUITATIS IN MEDIO PARTIUM
PRINCIPIS
ET ERIT INTER TERMINUM IUDA
ET INTER TERMINUM BENIAMIN
ET AD PRINCIPEM PERTINEBIT
ET RELIQUIS TRIBUB· A PLAGA
ORIENTALI USQ· AD PLAGAM
OCCIDENTALEM BENIAMIN UNA
ET CONTRA TERMINUM BENIAMIN
A PLAGA ORIENTALI USQUE
AD PLAGAM OCCIDENTALEM
SYMEON UNA

ET SUPER TERMINUM SYMEONIS
A PLAGA ORIENTALI USQUE AD PLAGAM
OCCIDENTIS ISSACHAR UNA
ET SUPER TERMINUM ISSACHAR
A PLAGA ORIENTALI USQUE
AD PLAGAM OCCIDENTALEM
ZABULON UNA
ET SUPER TERMINUM ZABULON
A PLAGA ORIENTALI USQUE AD PLAGAM
MARIS GAD UNA
ET SUPER TERMINUM GAD
AD PLAGAM AUSTRI IN MERIDIEM
ET ERIT FINIS DE THAMAR USQUE
AD AQUAS CONTRADICTIONIS
CADES HEREDITAS CONTRA
MARE MAGNUM
HAEC EST TERRA QUAM MITTETIS
IN SORTEM TRIBUBUS ISRL
ET HAE PARTITIONES EARUM
AIT DNS DS
ET HI EGRESSUS CIUITATIS
A PLAGA SEPTENTRIONALI
QUINGENTOS ET QUATTUOR
MILIA MENSURABIS
ET PORTAE CIUITATIS IN NOMINIBUS
TRIBUUM ISRL
PORTAE TRES A SEPTENTRIONE
PORTA RUBEN UNA. PORTA IUDA
UNA. PORTA LEUI UNA
ET AD PLAGAM ORIENTALEM
QUINGENTOS ET QUATTUOR
MILIA
ET PORTAE TRES PORTA IOSEPH
UNA. PORTA BENIAMIN UNA
PORTA DAN UNA
ET AD PLAGAM MERIDIANAM
QUINGENTOS ET QUATTUOR
MILIA METIERIS
PORTAM SYMEONIS UNAM
PORTAM ISSACHAR UNAM
PORTAM ZABULON UNAM
ET AD PLAGAM OCCIDENTALEM
QUINGENTI ET QUATTUOR MILIA
PORTAE EORUM TRES PORTA GAD
UNA. PORTA ASER UNA
PORTA NEPTHALIM UNA
PER CIRCUITUM DECEM
ET OCTO MILIA
ET NOMEN CIUITATIS EX ILLA DIE
DNS IBIDEM · AMEN

EXPLICIT LIBER HIEZECHIHEL PROP

INCIP LIB DANIHELIS PROP

PRAEFATIO BEATI HIERONIMI

DANIHELEM prophetam iuxta LXX interpretes dni saluatoris ecclesiae non legunt utentes Theodotionis editione et hoc cur acciderit nescio. siue enim quia sermo chaldaeicus est et quibusdam proprietatibus a nostro eloquio discrepat. noluerunt LXX interpretes easdem lineas in translatione seruare, siue sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis chaldaeicam linguam sciente editus liber est. siue aliud quid causae extiterit ignorans hoc unum adfirmare possum quod multum a ueritate discordet et recto iudicio repudiatus sit. sciendum quippe Danihelem. et Ezram hebraicis quidem litteris sed chaldaeico sermone conscriptos et unam Hieremiae pericopen. Iob quoque cum arabica lingua habere plurimam societatem denique et ego adulescentulus post Quintiliani et Tulli lectionem ac flores rethoricos cum me in linguae huius pistrinum reclusissem et multo sudore multoque tempore uix coepissem anhelantia stridentiaque uerba resonare et quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicere inpegi nouissime in Danihelem et tanto taedio affectus sum

et desperatione subita omnem ueterem
laborem uoluerim contemnere. uerum
adhortante me hebraeo et illud mihi sua
lingua crebrius ingerente labor omnia uicit
improbus qui mihi uidebar sciolus inter eos.
coepi rursum discipulus esse chaldaicus.
et ut uere fatear usque ad praesentem diem
magis possum sermonem chaldaicum
legere et intellegere quam sonare. haec id
circo ut difficultatem uobis danihelis
ostenderem. qui apud hebraeos nec susan
nae habet historiam nec hymnum trium
puerorum nec belis draconisque fabulas
quas nos quia in toto orbe dispersae sunt
ueru ante posito easque iugulante sub
iecimus ne uideremur apud imperitos
magnam partem uoluminis detruncasse.
audiui ego quendam de praeceptoribus
iudaeorum cum susannae derideret
historiam et a graeco nescio quo diceret
esse confictam. illud opponere quod
origini quoque africanus opposuit etymo
logias has. ΑΠΟ ΤΟΥ CΧΙΝΟΥ CΧΙCΕ ΚΑΙ ΑΠΟ
ΤΟΥ ΠΡΙΝΟΥ ΠΡΙCΕ. de greco sermone
descendere. cuius rei nos intellegen
tiam nostris hanc possumus dare ut uerbi
gratia dicamus ab arbore ilice dixisse
eum ilico pereas et a lentisco in lentem te
comminuat angelus uel non lente per
eas aut lentus id est flexibilis ducaris
ad mortem siue aliud quid ad arboris
nomen conueniens deinde tantum fuis
se otii tribus pueris cauillabatur
ut in camino aestuantis incendii metro
luderent et per ordinem ad laudem dei
elementa omnia prouocarent. aut quod
miraculum diuinaeque adspirationis indi
cium uel draconem interfectum offa
picis uel sacerdotum belis machinas
deprehensas quae magis prudentia
sollertis uiri quam prophetali essent
spiritu perpetrata. cum uero ad abbacuc
uenerat et de iudaea ad chaldaeam

raptum discoforum lectitabat quaerebat
exemplum ubi legissemus in toto uete
ri testamento quemquam sanctorum
graui uolasse corpore et in puncto horae
tanta terrarum spatia transisse
cui cum quidam e nostris satis prom
tulus ad loquendum hiezechiel
adduxisset in medium et diceret eum
de chaldaea in iudaeam fuisse trans
latum derisit hominem et ex ipso
uolumine demonstrauit hiezechie
lem in spiritu se uidisse transpositum
denique et apostolum nostrum uideli
cet ut eruditum uirum et qui legem
ab hebraeis didicisset non fuisse
ausum affirmare raptum in corpore
sed dixisse siue in corpore siue extra cor
pus nescio deus scit. his et talibus argumen
tis apocryfas in libro ecclesiae fabulas
arguebat. super quare lectoris arbitrio
iudicium derelinquens illud ammoneo
non haberi danihelem apud hebraeos
inter prophetas sed inter eos qui agio
grafa conscripserunt. in tres siquidem
partes omnis ab eis scriptura diuiditur
in legem in prophetas in agiografa. id est
in quinque et octo et undecim libros
de quo non est huius temporis dissere
re. quae autem ex hoc propheta immo
contra hunc librum porphyrius obiciat
testes sunt methodius eusebius
apollinaris qui multis uersuum milibus
eius uesaniae respondentes nescio
an curioso lectori satis fecerint. unde
obsecro uos o paula et eustochium
fundatis pro me ad dominum preces ut
quamdiu in hoc corpusculo sum scribam
aliquid gratum uobis utile ecclesiae
dignum posteris praesentium quip
pe iudiciis non satis moueor quae in
utramque partem aut amore labun
tur aut odio.

De filiis captivitatis Iudae quos elegit
Nabuchodonosor rex ut litteras disceret
ii Ubi intro ducuntur idem pueri ad regem
et miratur sapientiam eorum
iii De somnio Nabuchodonosor qui latuit
pro quo iussit divinos interfici
iiii Ubi Danihel cum tribus pueris rogavit Dnm
ut sibi visionem regis manifestaret
et ostendit ei quod regnum eius
everteretur
u De statua aurea et lapide exciso
a monte qui est Xps Dns
vi De statua quam statuit Nabuchodonosor
et iussit eam ab omnib. populis adorari
uii Ubi tris pueri missi sunt in camino ignis
ardentis
uiii Oratio Azariae in fornacem
et laus trium puerorum
uiiii Ubi diabolus per Nabuchodonosor
confessus est Xpm filium Di
x Aliud somnium interpretatus est
Danihel regi Nabuchodonosor
xi Vox Dni de caelo ad regem facta quod
regnum ab eo auferret et per paenitentiam restitutus est regno suo
xii De Balthazar quod dum biberet in vasis Di
et laudaret deos suos statim ablatum
est ab eo regnum
xiii Ubi Danihel legit scripturam regi
et praedixit ei tolli ab eo regnum
et Dari Medis et Persis
xiiii Ubi satrape accusant Danihelem regi
et missus est in lacum leonum
xu Ubi Danihel vidit quattuor bestias
in figura quattuor regum
xui Visio similitudinis Dni et gloriae sedis eius
xuii Visio Dni Xpi
xuiii Visio Antichristi
xuiiii De ariete et hirco
xx De dieb. duo milia trecentis
xxi De interpretatione arietis et hirci
xxii Ubi angelus loquitur ad Danihelem
de LXX ebdomadis
xxiii De Xpo Dno
xxiiii Ubi ieiunavit Danihel tris ebdomadas
et vidit angelum Dni
xxu De regib. Persarum praedixit
angelus Danihelo Dni
xxui De rege qui se extollet contra Dm
cum Antichristo
xxuii De resurrectione iustorum et iniustoru
et dies mille trecentos triginta quinque
xxuiii De duob. praesbiteris qui concupierunt
Susannam violare
xxuiiii Ubi excitavit Ds spm scm in Danihelem
et liberavit Susannam a morte
xxx Ubi Danihel evertit Bel et templum eius
destruxit
xxxi Ubi Danihel occidit draconem et missus
est in lacum leonum et attulit ei
prandium Ambacu propheta

EXPLICIUNT CAPITULA

DANIHELIS PROPHETAE

INCIPIT IPSE LIBER

DO GRATIAS

I ANNO TERTIO REGNI IOACHIM REGIS
IUDA UENIT NABUCHODONOSOR
REX BABYLONIS HIERUSALEM
ET OBSEDIT EAM
ET TRADIDIT DNS IN MANU EIUS
IOACHIM REGEM IUDAE
ET PARTEM UASORUM DOMUS DI
ET ASPORTAUIT EA IN TERRAM
SENNAAR IN DOMUM DI SUI
ET UASA INTULIT IN DOMUM
THESAURI DI SUI
II ET AIT REX ARFANAZ PRAEPOSITO
EUNUCHORUM SUORUM
UT INTRODUCERET DE FILIIS ISRL
ET DE SEMINE REGIO ET TYRANNORU
PUEROS IN QUIB· NULLA ESSET
MACULA
DECOROS FORMA ET ERUDITOS
OMNI SAPIENTIA
CAUTOS SCIENTIA ET DOCTOS
DISCIPLINA
ET QUI POSSENT STARE IN PALA
TIO REGIS
UT DOCERET EOS LITTERAS
ET LINGUAM CHALDAEORUM
ET CONSTITUIT EIS REX ANNONA
PER SINGULOS DIES
DE CIBIS SUIS ET DE UINO
UNDE BIBEBAT IPSE
UT ENUTRITI TRIB· ANNIS
POSTEA STARENT
IN CONSPECTU REGIS
FUERUNT ERGO INTER EOS
DE FILIIS IUDA DANIHEL
ANNANIAS MISAHEL ET AZARIAS
ET INPOSUIT EIS PRAEPOSITUS
EUNUCHORUM NOMINA
DANIHELI BALTHASAR ET ANNANIAE
SEDRAC MISAHELI MI SAC
ET AZARIAE ABDENAGO
PROPOSUIT AUTEM DANIHEL
IN CORDE SUO
NE POLLUERETUR DE MENSA REGIS
NEQ· DE UINO POTUS EIUS
ET ROGAUIT EUNUCHORUM PRAE
POSITUM NE CONTAMINARETUR
DEDIT AUTEM DS DANIHELI GRATIA
ET MISERICORDIAM IN CONSPEC
TU PRINCIPIS EUNUCHORUM
ET AIT PRINCEPS EUNUCHORUM
AD DANIHEL
TIMEO EGO DOMINUM MEUM
REGEM QUI CONSTITUIT UOBIS
CIBUM ET POTUM
QUI SI UIDERIT UULTUS UESTROS
MACILENTIORES PRAE CETERIS
ADULESCENTIB· COAEUIS UESTRIS
CONDEMNABITIS CAPUT MEUM REGI
ET DIXIT DANIHEL AD MALASAR
QUEM CONSTITUERAT
PRINCEPS EUNUCHORUM
SUPER DANIHEL ANNANIAM
MISAHEL ET AZARIAM
TEMTA NOS OBSECRO SERUOS
TUOS DIEB· DECEM
ET DENTUR NOBIS LEGUMINA
AD UESCENDUM ET AQUA
AD BIBENDUM
ET CONTEMPLARE UULTUS
NOSTROS ET UULTUS PUERORU
QUI UESCUNTUR DE CIBO REGIO
ET SICUT UIDERIS FACIES
CUM SERUIS TUIS
QUI AUDITO SERMONE
HUIUSCEMODI
TEMPTAUIT EOS DIEB· DECEM
POST DIES AUTEM DECEM
APPARUERUNT UULTUS EORU
MELIORES ET CORPULENTIORES
PRAE OMNIB· PUERIS QUI UESCE
BANTUR CIBO REGIO
PORRO MALASSAR TOLLEBAT
CIBARIA ET UINUM POTUS
EORUM DABATQ· EIS LEGUMINA
PUERIS AUTEM HIS DEDIT DS
SCIENTIAM ET DISCIPLINAM

IN OMNI UERBO ET SAPIENTIAM
DANIHEL AUTEM INTELLEGENTIA
OMNIUM UISIONUM ET SOMNIORUM
π COMPLETIS ITAQUE DIEBUS POST
QUOS DIXERAT REX UT INTRO
DUCERENTUR
INTRODUXIT EOS PRAEPOSITUS
EUNUCHORUM IN CONSPECTU
NABUCHODONOSOR
CUMQUE LOCUTUS EIS FUISSET REX
NON SUNT INUENTI DE UNIUER
SIS TALES
UT DANIHEL ANNANIAS MISAEL
ET AZARIAS ET STETERUNT
IN CONSPECTU REGIS
ET OMNE UERBUM SAPI
ENTIAE ET INTELLECTUS
QUOD SCISCITATUS EST AB EIS REX
INUENIT IN EIS DECUPLUM SUPER
CUNCTOS HARIOLOS ET MAGOS
QUI ERANT IN UNIUERSO REGNO EIUS
FUIT AUTEM DANIHEL USQUE AD ANNUM
PRIMUM CYRI REGIS
II IN ANNO SECUNDO REGNI
NABUCHODONOSOR UIDIT
NABUCHODONOSOR SOMNIUM
ET CONTERRITUS EST SPIRITUS EIUS
ET SOMNIUM EIUS FUGIT AB EO
PRAECEPIT ERGO REX UT CONUOCA
RENTUR HARIOLI ET MAGI
ET MALEFICI ET CHALDAEI
ET INDICARENT REGI SOMNIA SUA
QUI CUM UENISSENT STETERUNT
CORAM REGE ET DIXIT AD EOS REX
UIDI SOMNIUM ET MENTE CONFUSUS
IGNORO QUID UIDERIM
RESPONDERUNTQUE CHALDAEI
REGI SYRIACE REX IN SEMPI
TERNUM UIUE
DIC SOMNIUM SERUIS TUIS ET INTER
PRETATIONEM EIUS INDICABIMUS
ET RESPONDENS REX AIT CHALDAEIS
SERMO RECESSIT A ME
NISI INDICAUERITIS MIHI SOMNIUM
ET CONIECTURAM EIUS
PERIBITIS UOS ET DOMUS UESTRAE
PUBLICABUNTUR
SI AUTEM SOMNIUM ET CONIEC
TURAM EIUS NARRAUERITIS
PRAEMIA ET DONA ET HONOREM
MULTUM ACCIPIETIS A ME
SOMNIUM IGITUR ET INTERPRETA
TIONEM EIUS INDICATE MIHI
RESPONDERUNT SECUNDO
ATQUE DIXERUNT
REX SOMNIUM DICAT SERUIS SUIS
ET INTERPRETATIONEM ILLIUS
INDICABIMUS
RESPONDIT REX ET AIT
CERTO NOUI QUIA TEMPUS REDIMITIS
SCIENTES QUOD RECESSERIT
A ME SERMO
SI ERGO SOMNIUM NON INDICAUERI
TIS MIHI UNA EST DE UOBIS
SENTENTIA
QUOD INTERPRETATIONEM QUOQUE
FALLACEM ET DECEPTIONE π
PLENAM CONPOSUERITIS
UT LOQUAMINI MIHI DONEC
TEMPUS PERTRANSEAT
SOMNIUM ITAQUE DICITE MIHI UT SCIAM
QUOD INTERPRETATIONEM QUOQUE EIUS
UERAM LOQUAMINI
RESPONDENTES ERGO CHALDAEI
CORAM REGE DIXERUNT
NON EST HOMO SUPER TERRAM
QUI SERMONEM TUUM
REX POSSIT IMPLERE
SED NEQUE REGUM QUISQUAM
MAGNUS ET POTENS UERBUM
HUIUSCEMODI
SCISCITATUR AB OMNI HARIOLO
ET MAGO ET CHALDAEO
SERMO ENIM QUEM TU REX
QUAERIS GRAUIS EST
NEC REPPERIETUR QUISQUAM

QUI NON DICET ILLUM
INCONSPECTU REGIS
EXCEPTIS DIIS QUORUM NON EST
CUM HOMINIB· CONUERSATIO
QUO AUDITO REX IN FURORE
ET IRA MAGNA
PRAECEPIT UT PERIRENT OMNES
SAPIENTES BABYLONIS
ET EGRESSA SENTENTIA SAPIENTES
INTERFICIEBANTUR
QUAEREBANTURQUE DANIHEL
ET SOCII EIUS UT PERIRENT
TUNC DANIHEL REQUISIUIT
DE LEGE ATQ· SENTENTIA
AB ARIOCH PRINCIPEM
MILITIAE REGIS
QUI EGRESSUS FUERAT AD INTER
FICIENDOS SAPIENTES BABYLONIS
ET INTERROGAUIT EUM QUI A REGE
ACCEPERAT POTESTATEM
QUAM OB CAUSAM TAM CRUDELIS
SENTENTIA A FACIE ESSET
REGIS EGRESSA
IIII CUM ERGO REM INDICASSET
ARIOCH DANIHELI
DANIHEL INGRESSUS ROGAUIT
REGEM
UT TEMPUS DARET SIBI AD SOLU
TIONEM INDICANDAM REGI
ET INGRESSUS EST DOMUM SUAM
ANNANIAEQ· MISAELI ET AZARIAE
SOCIIS SUIS INDICAUIT NEGOTIUM
UT QUAERERENT MISERICORDIAM
A FACIE DI CAELI SUPER
SACRAMENTO ISTO
ET NON PERIRENT DANIHEL
ET SOCII EIUS CUM CETERIS
SAPIENTIB· BABYLONIS
TUNC DANIHELI PER UISIONEM
NOCTE MYSTERIUM
REUELATUM EST
ET DANIHEL BENEDIXIT DO CAELI
ET LOCUTUS AIT

SIT NOMEN DNI BENEDICTUM
A SAECULO ET USQ· IN SAECULUM
QUIA SAPIENTIA ET FORTI
TUDO EIUS SUNT
ET IPSE MUTAT TEMPORA
ET AETATES
TRANSFERT REGNA ATQ· CONSTITUIT
DAT SAPIENTIAM SAPIENTIBUS
ET SCIENTIAM INTELLEGENTIB·
DISCIPLINAM
IPSE REUELAT PROFUNDA
ET ABSCONDITA
ET NOUIT IN TENEBRIS CONSTI
TUTA ET LUX CUM EO EST
TIBI DS PATRUM MEORUM
CONFITEOR TEQ· LAUDO
QUIA SAPIENTIAM ET FORTI
TUDINEM DEDISTI MIHI
ET NUNC OSTENDISTI MIHI
QUAE ROGAUIMUS TE
QUIA SERMONEM REGIS
APERUISTI NOBIS
POST HAEC DANIHEL INGRESSUS
EST AD ARIOCH
QUEM CONSTITUERAT REX
UT PERDERET SAPIENTES BABYLONIS
ET SIC EI LOCUTUS EST
SAPIENTES BABYLONIS NE PERDAS
INTRODUC ME IN CONSPECTU REGIS
ET SOLUTIONEM REGI ENARRABO
TUNC ARIOCH FESTINUS INTRODUXIT
DANIHELEM AD REGEM ET DIXIT EI
INUENI HOMINEM DE FILIIS
TRANSMIGRATIONIS IUDAE
QUI SOLUTIONEM REGI ADNUNTIET
RESPONDIT REX ET DIXIT DANIHELI
CUIUS NOMEN ERAT BALTHASAR
PUTAS NE UERE POTES INDICARE
MIHI SOMNIUM QUOD UIDI
ET INTERPRETATIONEM EIUS
ET RESPONDENS DANIHEL
CORAM REGE AIT
MYSTERIUM QUOD REX INTERRO
GAT

SAPI ENTES MAGI ET HARIOLI
ET HARUSPICES NON QUEUNT
INDICARE REGI
SED EST DS IN CAELO REUELANS
MYSTERIA
QUI INDICAUIT TIBI REX
NABUCHODONOSOR
QUAE UENTURA SUNT NOUISSI
MIS TEMPORIBUS
SOMNIUM TUUM ET UISIONES
CAPITIS TUI IN CUBILI TUO
HUIUS CEMODI SUNT
TU REX COGITARE COEPISTI
IN STRATU TUO QUID ESSET
FUTURUM POST HAEC
ET QUI REUELAT MYSTERIA
OSTENDIT TIBI QUAE UEN
TURA SUNT
MIHI QUOQ· NON IN SAPIENTIA
QUAE EST IN ME
PLUS QUAM IN CUNCTIS UIUENTIB·
SACRAMENTUM HOC
REUELATUM EST
SED UT INTERPRETATIO REGI
MANIFESTA FIERET
ET COGITATIONES MENTIS
TUAE SCIRES
TU REX UIDEBAS ET ECCE QUASI
STATUA UNA GRANDIS
STATUA ILLA MAGNA ET STATU
RA SUBLIMIS STABAT CONTRA TE
ET INTUITUS EIUS ERAT TERRIBILIS
HUIUS STATUAE CAPUT EX AURO
OPTIMO ERAT
PECTUS AUTEM ET BRACHIA
DE ARGENTO
PORRO UENTER ET FEMORA
EX AERE TIBIAE AUTEM FERREAE
PEDUM QUAEDAM PARS ERAT
FERREA QUAEDAM FICTILIS
UIDEBAS ITA DONEC ABSCISUS EST
LAPIS DE MONTE SINE MANIBUS
ET PERCUSSIT STATUAM IN PEDIB·
EIUS FERREIS ET FICTILIBUS
ET COMMINUIT EOS
TUNC CONTRITA SUNT PARITER FERRUM
TESTA AES ARGENTUM ET AURUM
ET REDACTA QUASI IN FAUILLAM
AESTIBAE AREAE QUAE
RAPTA SUNT UENTO
NULLUSQ· LOCUS INUENTUS EST EIS
LAPIS AUTEM QUI PERCUSSERAT
STATUAM FACTUS EST MONS
MAGNUS ET IMPLEUIT
UNIUERSAM TERRAM
HOC EST SOMNIUM
INTERPRETATIONEM QUOQ· EIUS
DICEMUS CORAM TE REX
TU REX REGUM ES
ET DS CAELI REGNUM ET FORTITU
DINEM ET IMPERIUM
ET GLORIAM DEDIT TIBI
ET OMNIA IN QUIB· HABITANT
FILII HOMINUM
ET BESTIAS AGRI UOLUCRESQUE
CAELI DEDIT IN MANU TUA
ET SUB DICIONE TUA UNIUERSA
CONSTITUIT TU ES ERGO
CAPUT AUREUM
ET POST TE CONSURGET REGNUM
ALIUD MINUS TE
ET REGNUM TERTIUM ALIUD
AENEUM QUOD IMPERABIT
UNIUERSAE TERRAE
ET REGNUM QUARTUM ERIT
UELUT FERRUM
QUOMODO FERRUM COMMINUET
ET DOMAT OMNIA
SIC COMMINUET OMNIA HAEC
ET CONTERET
PORRO QUIA UIDISTI PEDUM
ET DIGITORUM PARTEM TESTAE
FIGULI ET PARTEM FERREAM
REGNUM DIUISUM ERIT
QUOD TAMEN DE PLANTARIO
FERRI ORIETUR

SECUNDUM QUOD UIDISTI FERRUM
MIXTUM TESTAE EX LUTO
ET DIGITOS PEDUM EX PARTE FERRE
OS ET EX PARTE FICTILES
ET EX PARTE REGNUM ERIT SOLIDUM
ET EX PARTE CONTRITUM
QUIA AUTEM UIDISTI FERRUM
MIXTUM TESTAE EX LUTO
COMMISCEBUNTUR QUIDEM
HUMANO SEMINE SED NON
ADHEREBUNT SIBI
SICUT FERRUM MISCERI
NON POTEST TESTAE
IN DIEB AUTEM REGNORUM ILLORUM
SUSCITABIT DS CAELI REGNUM
QUOD IN AETERNUM NON DISSIPABITUR
ET REGNUM EIUS POPULO
ALTERI NON TRADETUR
COMMINUET ET CONSUMET
UNIUERSA REGNA HAEC
ET IPSUM STABIT IN AETERNUM
SECUNDUM QUOD UIDISTI
QUOD DE MONTE ABSCISUS EST
LAPIS SINE MANIBUS
ET COMMINUIT TESTAM ET FERRUM
ET AES ET ARGENTUM ET AURUM
DS MAGNUS OSTENDIT REGI
QUAE FUTURA SINT POSTEA
ET UERUM EST SOMNIUM
ET FIDELIS INTERPRETATIO EIUS
TUNC REX NABUCHODONOSOR
CECIDIT IN FACIEM SUAM
ET DANIHELUM ADORAUIT
ET HOSTIAS ET INCENSUM
PRAECEPIT UT SACRIFICARENT EI
LOQUENS ERGO REX AIT DANIHELI
UERE DS UESTER DS DEORUM
EST ET DNS REGUM ET REUE
LANS MYSTERIA
QUONIAM POTUISTI APERIRE
SACRAMENTUM HOC
TUNC REX DANIHELUM
IN SUBLIME EXTULIT

ET MUNERA MULTA ET MAGNA
DEDIT EI
ET CONSTITUIT EUM PRINCIPEM
SUPER OMNES PROUINCIAS
BABYLONIS
ET PRAEFECTUM MAGISTRATUUM
SUPER CUNCTOS SAPIENTES
BABYLONIS
DANIHEL AUTEM POSTULAUIT A REGE
ET CONSTITUIT SUPER OPERA
PROUINCIAE BABYLONIS
SEDRAC MISAC ET ABDENAGO
IPSE AUTEM DANIHEL ERAT
IN FORIBUS REGIS
NABUCHODONOSOR REX FECIT
STATUAM AUREAM
ALTITUDINEM CUBITORUM SEXA
GINTA LATITUDINEM CUBITO
RUM SEX
ET STATUIT EAM IN CAMPO DURAM
PROUINCIAE BABYLONIS
ITAQ NABUCHODONOSOR REX MISIT
AD CONGREGANDOS SATRAPAS
MAGISTRATUS ET IUDICES
DUCES ET TYRANNOS ET PRAEFECTOS
OMNES PRINCIPES REGIONUM
UT CONUENIRENT AD DEDICA
TIONEM STATUAE
QUAM EREXERAT NABUCHODO
NOSOR REX
TUNC CONGREGATI SUNT SATRAPAE
MAGISTRATUS ET IUDICES
DUCES ET TYRANNI ET OPTIMATES
QUI ERANT IN POTESTATIBUS
CONSTITUTI
ET UNIUERSI PRINCIPES REGIONUM
UT CONUENIRENT AD DEDICATIO
NEM STATUAE
QUAM EREXERAT NABUCHO
DONOSOR REX
STABANT AUTEM IN CONSPECTU
STATUAE QUAM POSUERAT
NABUCHODONOSOR

ET PRAECO CLAMABAT UALENTER
UOBIS DICITUR POPULIS TRIBU
BUS ET LINGUIS
IN HORA QUA AUDIERITIS SONITUM
TUBAE ET FISTULAE ET CITHARAE
SAMBUCAE
ET PSALTERII ET SYMPHONIAE
ET UNIUERSI GENERIS MUSICHORUM
CADENTES ADORATE STATUAM
AUREAM QUAM CONSTITUIT
NABUCHODONOSOR REX
SI QUIS AUTEM NON PROSTRATUS
ADORAUERIT
EADEM HORA MITTETUR IN FORNA
CE IGNIS ARDENTIS
POST HAEC IGITUR STATIM
UT AUDIERUNT OMNES POPULI
SONITUM TUBAE FISTULAE
ET CITHARAE SAMBUCAE
ET PSALTERII ET SYMPHONIAE
ET OMNIS GENERIS MUSICORUM
CADENTES OMNES POPULI ET TRI
BUS ET LINGUAE ADORAUERUNT
STATUAM AUREAM
QUAM CONSTITUERAT NABU
CHODONOSOR REX
STATIMQ· IN IPSO TEMPORE
ACCEDENTES UIRI CHALDAEI
ACCUSAUERUNT IUDAEOS
DIXERUNTQ· NABUCHODONO
SOR REGI
REX IN AETERNUM UIUE
TU REX PROPOSUISTI DECRETUM
UT OMNIS HOMO QUI AUDIERIT
SONITUM TUBAE FISTULAE
ET CITHARAE SAMBUCAE
ET PSALTERII ET SYMPHONIAE
ET UNIUERSI GENERIS MUSICORUM
PROSTERNAT SE ET ADORET
STATUAM AUREAM
SI QUIS AUTEM NON PROCIDENS
ADORAUERIT MITTATUR
IN FORNACEM IGNIS ARDENTEM

SUNT ERGO UIRI IUDAEI QUOS CON
STITUISTI SUPER OPERA
REGIONIS BABYLONIAE
SEDRAC MISAC ET ABDENAGO
UIRI ISTI CONTEMSERUNT REX
DECRETUM TUUM
DEOS TUOS NON COLUNT ET STATUAM
AUREAM QUAM EREXISTI
NON ADORANT
TUNC NABUCHODONOSOR IN FURORE
ET IN IRA PRAECEPIT UT ADDUCE
RENTUR SEDRAC MISAC ET ABDENAGO
QUI CONFESTIM ADDUCTI SUNT
IN CONSPECTU REGIS
PRONUNTIANSQ· NABUCHODONO
SOR REX AIT EIS
UERE NE SEDRAC MISAC ET ABDENAGO
DEOS MEOS NON COLITIS ET STATUAM
AUREAM QUAM CONSTITUI
NON ADORATIS
NUNC ERGO SI ESTIS PARATI QUACUMQ·
HORA AUDIERITIS SONITUM TUBAE
FISTULAE ET CITHARAE
SAMBUCAE PSALTERII ET SYMPHO
NIAE OMNISQ· GENERIS MUSICORUM
PROSTERNITE UOS ET ADORATE
STATUAM QUAM FECI AUREAM
QUOD SI NON ADORAUERITIS EADEM
HORA MITTEMINI IN FORNACEM IGNIS
ARDENTEM ET QUIS EST DS
QUI ERIPIAT UOS DE MANU MEA
RESPONDENTES SEDRAC MISAC
ET ABDENAGO DIXERUNT REGI
NABUCHODONOSOR
NON OPORTET NOS DE HAC RE
RESPONDERE TIBI
ECCE ENIM DS NOSTER QUEM COLI
MUS POTEST ERIPERE NOS
DE CAMINO IGNIS ARDENTIS
ET DE MANIB· TUIS REX LIBERARE
QUOD SI NOLUERIT NOTUM TIBI SIT
REX QUIA DEOS TUOS NON COLIMUS
ET STATUAM AUREAM QUAM

ERCXISTI NON ADORAMUS
TUNC NABUCHODONOSOR REX
REPLETUS EST FURORE ET ASPEC
TUS FACIEI EIUS INMUTATUS EST
SUPER SEDRAC MISAC ET ABDENAGO
ET PRAECEPIT UT SUCCENDERETUR
FORNAX SEPTUPLUM QUAM
SUCCENDI CONSUERAT
ET VIRIS FORTISSIMIS DE EXERCITU
SUO IUSSIT UT LIGATIS PEDIBUS
SEDRAC MISAC ET ABDENAGO
MITTERENT EOS IN FORNACEM IGNIS
ARDENTEM
ET CONFESTIM VIRI ILLI VINCTI
CUM BRACIS SUIS ET TYARIS
ET CALCIAMENTIS ET VESTIBUS
MISSI SUNT IN MEDIUM FORNACIS
IGNIS ARDENTIS
NAM IUSSIO REGIS URGUEBAT
FORNAX AUTEM SUCCENSA ERAT NIMIS
PORRO VIROS ILLOS QUI MISERANT
SEDRAC MISAC ET ABDENAGO
INTERFECIT FLAMMA IGNIS
VIRI AUTEM HI TRES
SEDRAC MISAC ET ABDENAGO
CECIDERUNT IN MEDIO CAMINI
IGNIS ARDENTIS CONLIGATI
QUAE SEQUUNTUR IN HEBRAEIS VOLUMINIBUS
NON REPPERIMUS [illegible]
ET AMBULABANT IN MEDIO FLAM
MAE LAUDANTES DM
ET BENEDICENTES DNO
STANS AUTEM AZARIAS ORAVIT SIC
APERIENSQ OS SUUM
IN MEDIO IGNIS AIT
† [illegible] BENEDICTUS ES DNE DS PATRUM
NOSTRORUM ET LAUDABILIS
ET GLORIOSUM NOMEN TUUM
IN SAECULA
QUIA IUSTUS ES IN OMNIBUS
QUAE FECISTI NOBIS
ET UNIVERSA OPERA TUA VERA
ET VIAE TUAE RECTAE ET OMNIA
IUDICIA TUA VERA
IUDICIA ENIM VERA FECISTI IUXTA
OMNIA QUAE INDUXISTI SUPER
NOS ET SUPER CIVITATEM SCAM
PATRUM NOSTRORUM HIERUSALEM
QUIA IN VERITATE ET IN IUDICIO
INDUXISTI OMNIA HAEC
PROPTER PECCATA NOSTRA
PECCAVIMUS ENIM ET INIQ EGIMUS
RECEDENTES A TE ET DELIQUIMUS
IN OMNIBUS
ET PRAECEPTA TUA NON AUDIVIMUS
NEC OBSERVAVIMUS NEC FECI
MUS SICUT PRAECEPERAS
NOBIS UT BENE NOBIS ESSET
OMNIA ERGO QUAE INDUXISTI
SUPER NOS
ET UNIVERSA QUAE FECISTI NOBIS
VERO IUDICIO FECISTI
ET TRADIDISTI NOS IN MANIBUS
INIMICORUM INIQUORUM
ET PESSIMORUM PRAEVARICATO
RUM QUE
ET REGI INIUSTO ET PESSIMO
ULTRA OMNEM TERRAM
ET NUNC NON POSSUMUS APERIRE OS
CONFUSIO ET OBPROBRIUM FACTI
SUMUS SERVIS TUIS ET HIS
QUI COLUNT TE
NE QUAESUMUS TRADAS NOS
IN PERPETUUM PROPTER
NOMEN TUUM ET NE DISSIPES
TESTAMENTUM TUUM
NEQ AUFERAS MISERICORDIAM
TUAM A NOBIS PROPTER ABRAHAM
DILECTUM TUUM ET ISAAC
SERVUM TUUM ET ISRL SCM TUUM
QUIB LOCUTUS ES POLLICENS
QUOD MULTIPLICARES SEMEN
EORUM SICUT STELLAS CAELI
ET SICUT HARENAM QUAE EST
IN LITORE MARIS
QUIA DNE IMMINUTI SUMUS

plus quam omnes gentes
sumusq· humiles in universa terra
hodie propter peccata nostra
et non est in tempore hoc
princeps et propheta et dux
neq· holocaustum neq· sacrificium
neq· oblatio neq· incensum
neq· locus primitiarum coram te
ut possimus invenire misericordiam
sed in anima contrita
et spu humilitatis
suscipiamur sicut in holocau
stum arietum et taurorum
et sicut in milib· agnorum
pinguium
sic fiat sacrificium nostru
in conspectu tuo hodie
ut placeat tibi
quoniam non est confusio
confidentib· in te
et nunc sequimur in toto
corde et timemus te
et quaerimus faciem tuam
ne confundas nos
sed fac nobiscum iuxta
mansuetudinem tuam
et secundum multitudinem
misericordiae tuae
et erue nos in mirabilib· tuis
et da gloriam nomini tuo dne
et confundantur omnes
qui ostendunt servis tuis
mala
confundantur in omni potentia
et robur eorum conteratur
sciant quia tu dne ds solus
et gloriosus super
orbem terrarum
et non cessabant qui inmiseran
eos ministri regis
succendere fornacem napta
et stuppa et pice et malleolis
et effundebatur flamma
super fornacem cubitis
quadraginta novem
et erupit et incendit quos rep
perit iuxta fornacem de chaldaeis
angelus autem descendit
cum azaria et sociis eius
in fornacem
et excussit flammam ignis
de fornace
et fecit medium fornacis
quasi ventum roris flante
et non tetigit eos omnino ignis
neq· contristavit nec quicqua
molestiae intulit
Tunc hi tres quasi ex uno ore
laudabant et glorificabant
et benedicebant do
in fornace dicentes
Benedictus es dne ds patrum
nostrorum et laudabilis
et superexaltatus in scla
et benedictum nomen gloriae
tuae scm et laudabile
et superexaltatum
in omnib· saeculis
Benedictus es in templo sco
gloriae tuae et superlauda
bilis et superexaltatus in scla
Benedictus es in throno regni
tui et laudabilis et super
exaltatus in saecula
Benedictus es qui intueris
abyssos et sedes super
cherubin et laudabilis
et superexaltatus in scla
Benedictus es in firmamento
caeli et laudabilis
et gloriosus in saecula
Benedicite omnia opera dni dno
laudate et superexaltate
eum in saecula
Benedicite angeli dni dno
laudate et superexaltate

EUM IN SAECULA
BENEDICITE CAELI DNO LAUDATE
ET SUPEREXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE AQUAE OMNES
QUAE SUPER CAELOS SUNT DNM
LAUDATE ET SUPEREXALTATE
EUM IN SAECULA
BENEDICITE OMNES UIRTUTES
DNI DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE SOL ET LUNA DNO
LAUDATE ET SUPEREXALTATE
EUM IN SAECULA
BENEDICITE STELLAE CAELI DNO
LAUDATE ET SUPEREXALTATE
EUM IN SAECULA
BENEDICITE OMNIS IMBER ET ROS
DNO LAUDATE ET SUPEREXAL
TATE EUM IN SCLA
BENEDICITE OMNIS SPS DNO
LAUDATE ET SUPEREXALTATE
EUM IN SAECULA
BENEDICITE IGNIS ET AESTUS DNO
LAUDATE ET SUPEREXALTATE
EUM IN SAECULA
BENEDICITE FRIGUS ET AESTAS
DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE RORES ET PRUINAE
DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE GELU ET FRIGUS
DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE GLACIES ET NIUES
DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE NOCTES ET DIES DNO
LAUDATE ET SUPEREXALTATE
EUM IN SAECULA
BENEDICITE LUX ET TENEBRAE
DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA

BENEDICITE FULGURA ET NUBES
DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICAT TERRA DNO LAUDET
ET SUPEREXALTET EUM IN SCLA
BENEDICITE MONTES ET COLLES
DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE UNIUERSA GERMI
NANTIA IN TERRA DNO LAUDATE
ET SUPEREXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE FONTES DNO LAUDATE
ET SUPEREXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE MARIA ET FLUMINA
DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE CAETI ET OMNIA
QUAE MOUENTUR IN AQUIS DNO
LAUDATE ET SUPEREXALTATE
EUM IN SAECULA
BENEDICITE OMNES UOLUCRES
CAELI DNO LAUDATE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE OMNES BESTIAE
ET PECORA DNO LAUDATE
ET SUPEREXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE FILII HOMINUM DNM
LAUDATE ET SUPEREXALTA
TE EUM IN SAECULA
BENEDIC ISRL DNO LAUDATE
ET SUPEREXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE SACERDOTES DNI DNO
HYMNUM DICITE ET SUPER
EXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE SERUI DNI DNO
LAUDATE ET SUPEREXALTATE
EUM IN SAECULA
BENEDICITE SPS ET ANIMAE
IUSTORUM DNO LAUDATE
ET SUPEREXALTATE EUM IN SCLA
BENEDICITE SCI ET HUMILES CORDE
DNO LAUDATE ET SUPEREXAL
TATE EUM IN SAECULA

BENEDICITE ANNANIAS AZARIAS
ET MISAHEL DNO LAUDATE
ET SUPEREXALTATE EUM IN SCLA
QUIA ERUIT NOS AB INFERNO
ET SALUOS FECIT DE MANU MORTIS
ET LIBERAUIT DE MEDIO ARDENTIS
FLAMMAE ET DE MEDIO
IGNIS ERUIT NOS
CONFITEMINI DNO QUONIAM BONUS
QUONIAM IN SAECULUM
MISERICORDIA EIUS
BENEDICITE OMNES RELIGIOSI
DNO DO DEORUM LAUDATE
ET CONFITEMINI QUIA IN OMNIA
SAECULA MISERICORDIA EIUS
HUCUSQ. NON HABETUR IN HEBRAEO ET QUAE
POSUIMUS DE THEODOTIONIS EDITIONE
TRANSLATA SUNT

IIII TU NC NABUCHODONOSOR REX
OBSTIPUIT ET SURREXIT PRO
PERE ET AIT OPTIMATIB. SUIS
NONNE TRES UIROS MISIMUS
IN MEDIO IGNIS CONPEDITOS
QUI RESPONDENTES DIXERUNT
REGI UERE REX
RESPONDIT ET AIT
ECCE EGO UIDEO UIROS QUATTUOR
SOLUTOS ET AMBULANTES
IN MEDIO IGNIS ET NIHIL COR
RUPTIONIS IN EIS EST
ET SPECIES QUARTI SIMILIS FILIO DI
TUNC ACCESSIT NABUCHODONOSOR
AD OSTIUM FORNACIS IGNIS
ARDENTIS ET AIT
SEDRAC MISAC ET ABDENAGO
SERUI DI EXCELSI EGREDIMINI
ET UENITE
STATIMQ. EGRESSI SUNT SEDRAC
MISAC ET ABDENAGO
DE MEDIO IGNIS
ET CONGREGATI SATRAPAE
MAGISTRATUS ET IUDICES
ET POTENTES REGIS
CONTEMPLABANTUR UIROS ILLOS
QUONIAM NIHIL POTESTATIS
HABUISSET IGNIS IN CORPORIB. EORUM
ET CAPILLUS CAPITIS EORUM
NON ESSET ADUSTUS
ET SARABARA EORUM NON FUIS
SENT INMUTATAE
ET ODOR IGNIS NON TRANSISSET
PER EOS
ET ERUMPENS NABUCHODO
NOSOR AIT
BENEDICTUS DS EORUM SEDRAC
UIDELICET MISAC ET ABDENAGO
QUI MISIT ANGELUM SUUM
ET ERUIT SERUOS SUOS
QUIA CREDIDERUNT IN EUM
ET UERBUM REGIS INMUTAUERUNT
ET TRADIDERUNT CORPORA SUA
NE SERUIRENT
ET NE ADORARENT OMNEM DM
EXCEPTO DO SUO
A ME ERGO PROPOSITUM EST
HOC DECRETUM
UT OMNIS POPULUS ET TRIBUS
ET LINGUA QUAECUMQUE
LOCUTA FUERIT BLASPHEMIAM
CONTRA DM SEDRAC MISAC
ET ABDENAGO
DISPEREAT ET DOMUS EIUS UASTETUR
NEQ. ENIM EST DS ALIUS
QUI POSSIT ITA SALUARE
TUNC REX PROMOUIT SEDRAC MISAC
ET ABDENAGO IN PROUINCIA
BABYLONIS
NABUCHODONOSOR REX OMNIBUS
POPULIS GENTIB. ET LINGUIS
QUAE HABITANT IN UNIUERSA TERRA
PAX UOBIS MULTIPLICETUR
SIGNA ET MIRABILIA FECIT APUD
ME DS EXCELSUS
PLACUIT ERGO MIHI PRAEDICARE
SIGNA EIUS QUIA MAGNA SUNT
ET MIRABILIA EIUS QUIA FORTIA

ETREGNUM EIUS REGNUM
SEMPITERNUM
ETPOTESTAS EIUS INGENERATI
ONEM ETGENERATIONEM
XLIIII EGO NABUCHODONOSOR QUIETUS
ERAM INDOMO MEA
ETFLORENS INPALATIO MEO
SOMNIUM UIDI QUOD PER
TERRUIT ME
ETCOGITATIONES MEAE IN STRA
TU MEO
ETUISIONES CAPITIS MEI
CONTURBAUERUNT ME
ETPER ME PROPOSITUM EST
DECRETUM
UTINTRODUCERENTUR INCON
SPECTU MEO CUNCTI
SAPIENTES BABYLONIS
ETUT SOLUTIONEM SOMNII
INDICARENT MIHI
TUNC INGREDIEBANTUR ARIOLI
MAGI CHALDAEI · ET ARUSPICES
ET SOMNIUM NARRAUI
INCONSPECTU EORUM
ETSOLUTIONEM EIUS
NON INDICAUERUNT MIHI
DONEC COLLEGA INGRESSUS EST
INCONSPECTU MEO DANIHEL
CUIUS NOMEN BAL THASAR
SECUNDUM NOMEN DI MEI
QUI HABET SPM DEORUM SCORU
IN SEMET IPSO
ETSOMNIUM CORAM EO
LOCUTUS SUM
BALTHASAR PRINCEPS HARIOLORU
QUEM EGO SCIO QUOD SPM
DEORUM SCORUM HABEAS IN TE
ETOMNE SACRAMENTUM NON EST
INPOSSIBILE TIBI
UISIONES SOMNIORUM MEORU
QUAS UIDI ET SOLUTIONEM
EORUM NARRA MIHI
UISIO CAPITIS MEI IN CUBILI MEO
UIDEBAM ET ECCE ARBOR IN MEDIO
TERRAE ET ALTITUDO EIUS NIMIA
MAGNA ARBOR ET FORTIS ET PRO
CERITAS EIUS CONTINGENS CAELU
ASPECTUS ILLIUS ERAT USQUE
AD TERMINOS UNIUERSAE TERRAE
FOLIA EIUS PULCHERRIMA
ETFRUCTUS EIUS NIMIUS
ETESCA UNIUERSORUM IN EA
SUBTER EAM HABITABANT
ANIMALIA ET BESTIAE
ETINRAMIS EIUS CONUERSABAN
TUR UOLUCRES CAELI
ETEXEA UESCEBATUR OMNIS CARO
UIDEBAM IN UISIONE CAPITIS MEI
SUPER STRATUM MEUM
ETECCE UIGIL ET SCS DE CAELO
DESCENDIT
CLAMAUIT FORTITER ET SIC AIT
SUCCIDITE ARBOREM ET PRAE
CIDITE RAMOS EIUS
EXCUTITE FOLIA EIUS ET DISPER
GITE FRUCTUM EIUS
FUGIANT BESTIAE QUAE SUBTER
EA SUNT ET UOLUCRES
DE RAMIS EIUS
UERUMTAMEN GERMEN RADICU
EIUS IN TERRAM SINITE
ETALLIGETUR UINCULO FERREO
ETAEREO IN HERBIS
QUAE FORIS SUNT
ETRORE CAELI TINGATUR
ETCUM FERIS PARS EIUS
IN HERBA TERRAE
COR EIUS AB HUMANA COMMU
TETUR ET COR FERAE DETUR EI
ETSEPTEM TEMPORA
MUTENTUR SUPER EUM
INSENTENTIA UIGILUM DECRETU EST
ETSERMO SCORUM ET PETITIO
EIUS DONEC COGNOSCANT
UIUENTES
QUONIAM DOMINATUR EXCELSUS

IN REGNO HOMINUM
ET CUICUMQUE UOLUERIT
DABIT ILLUD
ET HUMILLIMUM HOMINEM
CONSTITUIT SUPER EO
HOC SOMNIUM UIDI EGO REX
NABUCHODONOSOR
TU ERGO BALTHASAR INTERPRETA
TIONEM NARRA FESTINUS
QUIA OMNES SAPIENTES REGNI MEI
NON QUEUNT SOLUTIONEM
EDICERE MIHI
TU AUTEM POTES QUIA SP(IRITU)S DEORUM
S(AN)C(T)ORUM IN TE EST
TUNC DANIHEL CUIUS NOMEN
BALTHASAR COEPIT INTRA SEMET
IPSUM TACITUS COGITARE
QUASI UNA HORA
ET COGITATIONES CORDIS EIUS
CONTURBABANT EUM
RESPONDENS AUTEM REX AIT
BALTHASAR SOMNIUM ET INTER
PRETATIO EIUS NON CONTUR
BENT TE
RESPONDIT BALTHASAR ET DIXIT
DOMINE MI SOMNIUM HIS
QUI TE ODERUNT
ET INTERPRETATIO EIUS HOSTIB(US) TUIS SIT
ARBOREM QUAM UIDISTI SUBLI
MEM ATQ(UE) ROBUSTAM
CUIUS ALTITUDO PERTINGIT
AD CAELUM ET ASPECTUS ILLIUS
IN OMNEM TERRAM
ET RAMI EIUS PULCHERRIMI
ET FRUCTUS EIUS NIMIUS
ET ESCA OMNIUM IN EA SUBTER EA(M)
HABITANTES BESTIAE AGRI
ET IN RAMIS EIUS COMMO
RANTES AUES
TU ES REX QUI MAGNIFICATUS ES
ET INUALUISTI
ET MAGNITUDO TUA CREUIT
ET PERUENIT USQ(UE) AD CAELU(M)
ET POTESTAS TUA IN TER(M)INOS
UNIUERSAE TERRAE
QUOD AUTEM UIDIT REX UIGILEM
ET S(AN)C(TU)M DESCENDERE
DE CAELO ET DICERE
SUCCIDITE ARBOREM ET DISSIPATE ILLA(M)
ATTAMEN GERMEN RADICUM EIUS
IN TERRA DIMITTITE
ET UINCIATUR FERRO ET HERE
IN HERBIS FORIS
ET RORE CAELI CONSPERGATUR
ET CUM FERIS SIT PABULUM EIUS
DONEC SEPTEM TEMPORA
COMMUTENTUR SUPER EAM
HAEC EST INTERPRETATIO
SENTENTIAE ALTISSIMI
QUAE PERUENIT SUPER DOMINU(M)
MEUM REGEM
EICIENT TE AB HOMINIB(US) ET CUM
BESTIIS FERISQ(UE) ERIT HABITATIO TUA
ET FAENUM UT BOS COMEDES
ET RORE CAELI INFUNDERIS
SEPTEM QUOQ(UE) TEMPORA
MUTABUNTUR SUPER TE
DONEC SCIAS QUOD DOMINETUR
EXCELSUS SUPER REGNUM
HOMINUM ET CUICUMQUE
UOLUERIT DET ILLUD
QUOD AUTEM PRAECEPIT UT RE
LINQUERETUR GERMEN
RADICUM EIUS ID EST ARBORIS
REGNUM TUUM TIBI MANEBIT
POSTQUAM COGNOUERIS
POTESTATEM ESSE CAELESTE(M)
QUAM OB REM REX CONSILIUM
MEUM PLACEAT TIBI
ET PECCATA TUA ELEMOSYNIS
REDIME
ET INIQUITATES TUAS MISERI
CORDIIS PAUPERUM
FORSITAN IGNOSCAT D(OMI)N(U)S DELICTIS TUIS
OMNIA UENERUNT SUPER
NABUCHODONOSOR REGEM
POST FINEM MENSUUM
DUODECIM IN AULA BABYLONIS

DEAMBULABAT
RESPONDITQ· REX ET AIT
NONNE HAEC EST BABYLON MAGNA
QUAM EGO AEDIFICAUI
IN DOMUM REGNI
IN ROBORE FORTITUDINIS MEAE
ET IN GLORIA DECORIS MEI
CUM ADHUC SERMO ESSET
IN ORE REGIS UOX DE CAELO RUIT
TIBI DICITUR NABUCHODONOSOR
REGNUM TUUM TRANSIIT A TE
ET AB HOMINIB· TE EICIENT
ET CUM BESTIIS FERIS ERIT
HABITATIO TUA FAENUM
QUASI BOS COMEDES
ET SEPTEM TEMPORA
MUTABUNTUR SUPER TE
DONEC SCIAS QUOD DOMINETUR
EXCELSUS IN REGNO HOMINUM
ET CUICUMQUE UOLUERIT DET ILLUD
EADEM HORA SERMO CONPLETUS
EST SUPER NABUCHODONOSOR
ET EX HOMINIB· ABIECTUS EST
ET FAENUM UT BOS COMEDIT
ET RORE CAELI CORPUS EIUS
INFECTUM EST
DONEC CAPILLI EIUS IN SIMILITUDINĒ
AQUILARUM CRESCERENT
ET UNGUES EIUS QUASI AUIUM
IGITUR POST FINEM DIERUM
EGO NABUCHODONOSOR
OCULOS MEOS AD CAELUM
LEUAUI ET SENSUS MEUS
REDDITUS EST MIHI
ET ALTISSIMO BENEDIXI
ET UIUENTEM IN SEMPITERNŪ
LAUDAUI ET GLORIFICAUI
QUIA POTESTAS EIUS POTESTAS
SEMPITERNA
ET REGNUM EIUS IN GENERATIO
NEM ET GENERATIONEM
ET OMNES HABITATORES TERRAE
APUD EUM IN NIHILUM
REPUTATI SUNT
IUXTA UOLUNTATEM ENIM SUAM
FACIT
TAM IN UIRTUTIB· CAELI QUAM
IN HABITATORIB· TERRAE
ET NON EST QUI RESISTAT MANUI EIUS
ET DICAT EI QUARE FECISTI
IN IPSO TEMPORE SENSUS MEUS
REUERSUS EST AD ME
ET AD HONOREM REGNI MEI
DECOREMQ· PERUENI
ET FIGURA MEA REUERSA EST AD ME
ET OPTIMATES MEI ET MAGISTRA
TUS MEI REQUISIERUNT ME
ET IN REGNO MEO CONSTITUTUS SŪ
ET MAGNIFICENTIA AMPLIOR
ADDITA EST MIHI
NUNC IGITUR NABUCHODONOSOR
LAUDO ET MAGNIFICO ET GLORI
FICO REGEM CAELI
QUIA OMNIA OPERA EIUS UERA
ET UIAE EIUS IUDICIA
ET GRADIENTES IN SUPERBIA
POTEST HUMILARE
V TUNC BALTHASAR REX FECIT
GRANDE CONUIUIUM
OPTIMATIB· SUIS MILLE
ET UNUSQUISQ· SECUNDUM SUAM
BIBEBAT AETATEM
PRAECEPIT ERGO IAM TEMULEN
TUS UT AFFERENTUR UASA
AUREA ET ARGENTEA
QUAE ASPORTAUERAT NABUCHO
DONOSOR PATER EIUS
DE TEMPLO QUOD FUIT IN HIERUSALĒ
UT BIBERENT IN EIS REX
ET OPTIMATES
UXORESQ· EIUS ET CONCUBINAE
TUNC ALLATA SUNT UASA AUREA
QUAE ASPORTAUERAT DE TEM
PLO QUOD FUERAT IN HIERUSALĒ
ET BIBERUNT IN EIS REX
ET OPTIMATES EIUS
UXORES ET CONCUBINAE ILLIUS
BIBEBANT UINUM

ET LAUDABANT DEOS SUOS AUREOS
ET ARGENTEOS ET AEREOS ET FER
REOS LIGNEOSQ. ET LAPIDEOS
IN EADEM HORA APPARUERUNT
DIGITI QUASI MANUS HOMINIS
SCRIBENTIS CONTRA CANDELABRU͞
IN SUPERFICIE PARIETIS
AULAE REGIAE
ET REX ASPICIEBAT ARTICULOS
MANUS SCRIBENTIS
TUNC REGIS FACIES COMMUTATA
EST ET COGITATIONES CORDIS
EIUS CONTURBABANT EUM
ET CONPAGES RENUM EIUS
SOLUEBANTUR
ET GENUA EIUS AD SE CONLIDEBANTUR
ET EXCLAMAUIT REX FORTITER
UT INTRO DUCERENT MAGOS
CHALDAEOS ET ARUSPICES
ET PROLOQUENS REX SAPIENTIB.
BABYLONIS AIT
QUICUMQ. LEGERIT SCRIPTURAM
HANC ET INTERPRETATIONEM
EIUS MANIFESTAM MIHI FECERIT
PURPURA UESTIETUR ET TOR
QUEM AUREAM HABEBIT
IN COLLO
ET TERTIUS IN REGNO MEO ERIT
TUNC INGRESSI OMNES
SAPIENTES REGIS
NON POTUERUNT NEC SCRIPTURA͞
LEGERE NEC INTERPRETA
TIONEM INDICARE REGI
UNDE REX BALTHASAR SATIS
CONTURBATUS EST
ET UULTUS ILLIUS INMUTATUS EST
SED ET OPTIMATES EIUS
CONTURBABANTUR
REGINA AUTEM PRO RE QUAE
ACCIDERAT REGI ET OPTI
MATIBUS EIUS
DOMUM CONUIUII INGRESSA EST
ET PROLOQUENS AIT
REX IN AETERNUM UIUE

NON TE CONTURBENT COGITATIONES
TUAE NEQ. FACIES TUA INMUTETUR
EST UIR IN REGNO TUO QUI SP͞M
DEORUM SC͞ORUM HABET IN SE
ET IN DIEB. PATRIS TUI SCIENTIA
ET SAPIENTIA INUENTA SUNT IN EO
NAM ET REX NABUCHODONOSOR
PATER TUUS
PRINCIPEM MAGORUM INCANTA
TORUM CHALDAEORUM
ET ARUSPICUM CONSTITUIT EUM
PATER INQUAM TUUS, O REX QUIA SP͞S
AMPLIOR ET PRUDENTIA
INTELLEGENTIAQUE
INTERPRETATIO SOMNIORUM
ET OSTENSIO SECRETORUM
AC SOLUTIO LIGATORUM INUENTAE
SUNT IN EO
HOC EST IN DANIHELO CUI REX POSUIT
NOMEN BALTHASAR
NUNC ITAQ. DANIHEL UOCETUR
ET INTERPRETATIONEM NARRABIT
XIII IGITUR INTRODUCTUS EST
DANIHEL CORAM REGE
AD QUEM PRAEFATUS REX AIT
TU ES DANIHEL DE FILIIS
CAPTIUITATIS IUDAE
QUAM ADDUXERAT REX
PATER MEUS DE IUDAEA
AUDIUI DE TE QUONIAM SP͞M
DEORUM HABEAS
ET SCIENTIA INTELLEGENTIAQUE
AC SAPIENTIA AMPLIORES
INUENTAE SINT IN TE
ET NUNC INTROGRESSI SUNT
IN CONSPECTU MEO SAPIENTES MAGI
UT SCRIPTURAM HANC LEGERENT
ET INTERPRETATIONEM EIUS
INDICARENT MIHI
ET NEQUIUERUNT SENSUM
SERMONIS HUIUS EDICERE
PORRO EGO AUDIUI DE TE
QUOD POSSIS OBSCURA INTER
PRETARI ET LIGATA DISSOLUERE

SI ERGO UALES SCRIPTURAM LEGERE
ET INTERPRETATIONEM EIUS
INDICARE MIHI
PURPURA UESTIERIS ET TORQUEM
AUREAM CIRCA COLLUM TUUM
HABEBIS
ET TERTIUS IN REGNO MEO
PRINCEPS ERIS
AD QUAE RESPONDENS DANIHEL
AIT CORAM REGE
MUNERA TUA SINT TIBI ET DONA
DOMUS TUAE ALTERI DA
SCRIPTURAM AUTEM LEGAM TIBI REX
ET INTERPRETATIONEM EIUS
OSTENDAM TIBI
O REX DS ALTISSIMUS REGNUM
ET MAGNIFICENTIAM
GLORIAM ET HONOREM
DEDIT NABUCHODONOSOR PATRI
TUO ET PROPTER MAGNIFICEN
TIAM QUAM DEDERAT EI
UNIUERSI POPULI TRIBUS ET LIN
GUAE TREMEBANT ET METU
EBANT EUM
QUOS UOLEBAT INTERFICIEBAT
ET QUOS UOLEBAT PERCUTIEBAT
QUOS UOLEBAT EXALTABAT
ET QUOS UOLEBAT HUMILIABAT
QUANDO AUTEM ELEUATUM
EST COR EIUS ET SPS ILLIUS
OBFIRMATUS EST AD SUPERBIAM
DEPOSITUS EST DE SOLIO
REGNI SUI ET GLORIA EIUS
ABLATA EST
ET A FILIIS HOMINUM EIECTUS EST
SED ET COR EIUS CUM BESTIIS
POSITUM EST
ET CUM ONAGRIS ERAT HABITATIO EIUS
FAENUM QUOQ· UT BOS COMEDEBAT
ET RORE CAELI CORPUS EIUS
INFECTUM EST
DONEC COGNOSCERET QUOD
POTESTATEM HABEAT ALTISSI
MUS IN REGNO HOMINUM

ET QUEMCUMQ· UOLUERIT
SUSCITAUIT SUPER ILLUD
TU QUOQ· FILIUS EIUS BALTHASAR
NON HUMILIASTI COR TUUM
UT SCIRES HAEC OMNIA
SED ADUERSUM DOMINATOREM
CAELI ELEUATUS ES
ET UASA DOMUS EIUS ADLATA SUNT
CORAM TE
ET TU ET OPTIMATES TUI UXORES
TUAE ET CONCUBINAE TUAE
UINUM BIBISTIS IN EIS
DEOS QUOQ· ARGENTEOS ET AUREOS
ET AEREOS FERREOS LIGNEOS
QUOQ· ET LAPIDEOS
QUI NON UIDENT NEQ· AUDIUNT
NEQ· SENTIUNT LAUDASTI
PORRO DM QUI HABET FLATUM
TUUM IN MANU SUA ET OMNES
UIAS TUAS NON GLORIFICASTI
IDCIRCO AB EO MISSUS EST
ARTICULUS MANUS QUAE SCRIP
SIT HOC QUOD EXARATUM EST
HAEC EST AUTEM SCRIPTURA
QUAE DIGESTA EST
MANE THECEL FARES
ET HAEC INTERPRETATIO SERMONIS
MANE NUMERABIT DS REGNUM TUUM
ET CONPLEUIT ILLUD
THECEL ADPENSUS ES IN STATERA
ET INUENTUS ES MINUS HABENS
FARES DIUISUM EST REGNUM TUUM
ET DATUM EST MEDIS ET PERSIS
TUNC IUBENTE REGE INDUTUS EST
DANIHEL PURPURA ET CIRCUM
DATA EST TORQUES AUREA
COLLO EIUS
ET PRAEDICATUM EST DE EO
QUOD HABERET POTESTATEM
TERTIUS IN REGNO
EADEM NOCTE INTERFECTUS
EST BALTHASAR REX CHALDAEUS
ET DARIUS MEDUS SUCCESSIT
IN REGNUM ANNOS NATUS

SEXAGINTA ET DUO
VI PLACUIT DARIO ET CONSTITUIT
SUPER REGNUM SATRAPAS CENTUM
VIGINTI UT ESSENT IN TOTO
REGNO SUO
ET SUPER EOS PRINCIPES TRES
EX QUIB· DANIHEL UNUS ERAT
UT SATRAPAE ILLIS REDDERENT
RATIONEM ET REX NON SUSTI
NERET MOLESTIAM
XIIII IGITUR DANIHEL SUPERABAT
OMNES PRINCIPES ET SATRAPAS
QUIA SPS DI AMPLIOR ERAT IN EO
PORRO REX COGITABAT CONSTITU
ERE EUM SUPER OMNE
REGNUM SUUM
UNDE PRINCIPES ET SATRAPAE
QUAEREBANT OCCASIONEM
UT INUENIRENT DANIHELI EX LATERE
REGNI NULLAMQ· CAUSAM
ET OCCASIONEM INUENIRE
POTUERUNT
EO QUOD FIDELIS ESSET ET OMNIS
CULPA ET SUSPICIO NON INUE
NIRETUR IN EO
DIXERUNT ERGO UIRI ILLI
NON INUENIEMUS DANIHELI HUIC
ALIQUAM OCCASIONEM
NISI FORTE IN LEGE DI SUI
TUNC PRINCIPES ET SATRAPAE
SUBRIPUERUNT REGI
ET SIC LOCUTI SUNT EI
DARIE REX IN AETERNUM UIUE
CONSILIUM INIERUNT CUNCTI
PRINCIPES REGNI
MAGISTRATUS ET SATRAPAE
SENATORES ET IUDICES
UT DECRETUM IMPERATORIUM
EXEAT ET EDICTUM
ET OMNIS QUI PETIERIT ALIQUAM
PETITIONEM A QUOCUMQUE
DO ET HOMINE
USQ· AD DIES TRIGINTA NISI A TE REX
MITTATUR IN LACUM LEONUM

NUNC ITAQ· REX CONFIRMA SENTEN
TIAM ET SCRIBE DECRETUM
UT NON IMMUTETUR QUOD STATUTUM
EST A MEDIS ATQ· PERSIS
NEC PRAEUARICARI CUIQUAM LICEAT
PORRO REX DARIUS PROPOSUIT
EDICTUM ET STATUIT
QUOD CUM DANIHEL CONPERISSET
ID EST CONSTITUTAM LEGEM
INGRESSUS EST IN DOMUM SUAM
ET FENESTRIS APERTIS IN CENACULO
SUO CONTRA HIERUSALEM
TRIB· TEMPORIB· IN DIE FLECTEBAT
GENUA SUA
ET ADORABAT CONFITEBATURQUE
CORAM DO SUO SICUT ET ANTE
FACERE CONSUEUERAT
UIRI IGITUR ILLI CURIOSIUS INQUIREN
TES INUENERUNT DANIHEL ORANTEM
ET OBSECRANTEM DM SUUM
ET ACCEDENTES LOCUTI SUNT
REGI SUPER EDICTO
REX NUMQUID NON CONSTITUISTI
UT OMNIS HOMO QUI ROGARET
QUEMQUAM DE DIIS ET HOMINIB·
USQ· AD DIES TRIGINTA NISI A TE REX
MITTERETUR IN LACUM LEONUM
AD QUOS RESPONDENS REX AIT
UERUS SERMO IUXTA DECRETUM
MEDORUM ATQ· PERSARUM
CARI QUOD PRAEUARI NON LICET
TUNC RESPONDENTES DIXERUNT
CORAM REGE
DANIHEL DE FILIIS CAPTIUITATIS IUDAE
NON CURAUIT DE LEGE TUA ET DE
EDICTO QUOD CONSTITUISTI
SED TRIBUS TEMPORIBUS PER DIEM
ORAT OBSECRATIONE SUA
QUOD UERBUM CUM AUDISSET
REX SATIS CONTRISTATUS EST
ET PRO DANIHEL POSUIT COR
UT LIBERARET EUM
ET USQ· AD OCCASUM SOLIS LABORA
BAT UT ERUERET ILLUM

UIRI AUTEM ILLI INTELLEGENTES
REGEM DIXERUNT EI
SCITO REX QUIA LEX MEDORUM
EST ATQ(UE) PERSARUM
UT OMNE DECRETUM QUOD CON
STITUIT REX NON LICEAT INMUTARI
TUNC REX PRAECEPIT ET ADDUX
ERUNT DANIHELEM
ET MISERUNT EUM IN LACUM LEONUM
DIXITQ(UE) REX DANIHELI
D(EU)S TUUS QUEM COLIS SEMPER
IPSE LIBERABIT TE
ADLATUSQ(UE) EST LAPIS UNUS
ET POSITUS EST SUPER OS LACI
QUEM OBSIGNAUIT REX ANULO SUO
ET ANULO OPTIMATUM SUORUM
NE QUID FIERET CONTRA DANIHELEM
ET ABIIT REX IN DOMUM SUAM
ET DORMIUIT INCENATUS CIBIQ(UE)
NON SUNT INLATI CORAM EO
INSUPER ET SOMNUS RECESSIT AB EO
TUNC REX PRIMO DILUCULO
CONSURGENS
FESTINUS AD LACUM LEONUM
PERREXIT
ADPROPINQUANSQ(UE) LACUI DANIHELEM
UOCE LACRIMABILI UOCAUIT
ET AFFATUS EST EUM
DANIHEL SERUE D(E)I UIUENTIS
D(EU)S TUUS CUI TU SERUIS SEMPER
PUTAS NE UALUIT LIBERARE
TE A LEONIBUS
ET DANIHEL REGI RESPONDENS AIT
REX IN AETERNUM UIUE
D(EU)S MEUS MISIT ANGELUM SUUM
ET CONCLUSIT ORA LEONUM
ET NON NOCUERUNT MIHI
QUIA CORAM EO IUSTITIA
INUENTA EST IN ME
SED ET CORAM TE REX DELICTUM
NON FECI
TUNC REX UEHEMENTER
GAUISUS EST SUPER EO
ET DANIHELEM PRAECEPIT EDUCI

DE LACU EDUCTUSQ(UE) EST
DANIHEL DE LACU
ET NULLA LAESIO INUENTA EST IN EO
QUIA CREDIDIT D(E)O SUO
IUBENTE AUTEM REGE ADDUCTI SUNT
UIRI ILLI QUI ACCUSAUERANT
DANIHELEM
ET IN LACUM LEONUM MISSI SUNT
IPSI ET FILII ET UXORES EORUM
ET NON PERUENERUNT USQUE
AD PAUIMENTUM LACI
DONEC ARRIPERENT EOS LEONES
ET OMNIA OSSA EORUM
COMMINUERENT
TUNC DARIUS REX SCRIPSIT
UNIUERSIS POPULIS TRIBUS
ET LINGUIS
HABITANTIB(US) IN UNIUERSA TERRA
PAX UOBIS MULTIPLICETUR
A ME CONSTITUTUM EST DECRETUM
UT IN UNIUERSO IMPERIO
ET REGNO MEO
TREMESCANT ET PAUEANT
D(EU)M DANIHELIS
IPSE EST ENIM D(EU)S UIUENS
ET AETERNUS IN SAECULA
ET REGNUM EIUS NON DISSIPABITUR
ET POTESTAS EIUS USQ(UE) IN AETERNUM
IPSE LIBERATOR ATQ(UE) SALUATOR
FACIENS SIGNA ET MIRABILIA
IN CAELO ET IN TERRA
QUI LIBERAUIT DANIHELEM
DE MANU LEONUM
PORRO DANIHEL PERSEUERAUIT
USQ(UE) AD REGNUM DARII
REGNUMQ(UE) CYRI PERSAE
+ [illegible] VII ANNO PRIMO BALTHASAR REGIS
BABYLONIS DANIHEL
SOMNIUM UIDIT
UISIO AUTEM CAPITIS EIUS
IN CUBILI SUO
ET SOMNIUM SCRIBENS BREUI
SERMONE CONPREHENDIT
SUMMATIMQ(UE) PERSTRINGENS AIT

uidebam in uisione mea nocte
et ecce quattuor uenti caeli
pugnabant in mari magno
et quattuor bestiae grandes
ascendebant de mari
diuersae inter se
prima quasi leena et alas
habebat aquilae
aspiciebam donec euulsae
sunt alae eius et sublata
est de terra
et super pedes quasi homo stetit
et cor eius datum est ei
et ecce bestia alia similis urso
in parte stetit
et tres ordines erant in ore eius
et in dentib; et sic dicebat ei eius
surge comede carnes plurimas
post hoc aspiciebam
et ecce alia quasi pardus
et alas habebat auis
quattuor super se
et quattuor capita erant
in bestia
et potestas data est ei
post hoc aspiciebam
in uisione noctis
et ecce bestia quarta terribilis
atq; mirabilis et fortis nimis
dentes ferreos habebat magnos
comedens atq; comminuens
et reliqua pedib; suis conculcans
dissimilis autem erat ceteris
bestiis quas uideram ante eam
et habebat cornua decem
considerabam cornua
et ecce cornu aliud paruulum
ortum est de medio eorum
et tria de cornib; primis
euulsa sunt a facie eius
et ecce oculi quasi oculi homi
nis erant in cornu isto
et os loquens ingentia
XII As piciebam donec throni positi sunt

et antiquus dierum sedit
uestimentum eius quasi nix
candidum
et capilli capitis eius
quasi lana munda
thronus eius flammae ignis
rotae eius ignis accensus
fluuius igneus rapidusque
egrediebatur a facie eius
milia milium ministrabant ei
et decies milies centena milia
adsistebant ei
iudicium sedit et libri aperti sunt
et aspiciebam propter uocem
sermonum grandium
quos cornu illud loquebatur
et uidi quoniam interfecta est
bestia et perisset corpus eius
et traditum esset
ad conburendum igni
aliarum quoque bestiarum
ablata esset potestas
et tempora uitae constituta
essent eis usq; ad tempus
et tempus
XIII As piciebam ergo in uisione noctis
et ecce cum nubib; caeli quasi
filius hominis ueniebat
et usq; ad antiquum dierum
peruenit
et in conspectu eius optule
runt eum
et dedit ei potestatem
et honorem et regnum
et omnes populi tribus
ac linguae illi seruient
potestas eius potestas aeterna
quae non auferetur
et regnum eius quod non
corrumpetur
horruit sps meus ego danihel
territus sum in his
et uisiones capitis mei
conturbauerunt me

ACCESSI AD UNUM DE ASSISTENTIBUS
ET UERITATEM QUAEREBAM
AB EO DE OMNIB HIS
QUI DIXIT MIHI INTERPRETATIONEM
SERMONUM ET EDOCUIT ME
HAE BESTIAE MAGNAE QUATTUOR
QUATTUOR REGNA CONSURGENT
DE TERRA
SUSCIPIENT AUTEM REGNUM
SCI DI ALTISSIMI
ET OPTINEBUNT REGNUM USQUE
IN SAECULUM ET SAECULUM
SAECULORUM

XXIIII POST HOC UOLUI DILIGENTER DISCERE
DE BESTIA QUARTA
QUAE ERAT DISSIMILIS UALDE
AB OMNIB ET TERRIBILIS NIMIS
DENTES ET UNGUES EIUS FERREI
COMEDEBAT ET COMMINUEBAT
ET RELIQUIAS PEDIB SUIS
CONCULCABAT
ET DE CORNIB DECEM QUAE
HABEBAT IN CAPITE
ET DE ALIO QUOD ORTUM FUERAT
ANTE QUOD CECIDERANT TRIA CORNUA
DE CORNU ILLO QUOD HABEBAT OCULOS
ET OS LOQUENS GRANDIA
ET MAIUS ERAT CETERIS
ASPICIEBAM ET ECCE CORNU ILLUD
FACIEBAT BELLUM ADUERSUS
SCOS ET PRAEUALEBAT EIS
DONEC UENIT ANTIQUUS DIERUM
ET IUDICIUM DEDIT SCIS EXCELSI
ET TEMPUS ADUENIT ET REGNUM
OPTINUERUNT SCI
ET SIC AIT BESTIA QUARTA REGNUM
QUARTUM ERIT IN TERRA
QUOD MAIUS ERIT OMNIB REGNIS
ET DEUORABIT UNIUERSAM TERRAM
ET CONCULCABIT ET COMMINUET EAM
PORRO CORNUA DECEM IPSIUS
REGNI DECEM REGES ERUNT
ET ALIUS CONSURGET POST EOS
ET IPSE POTENTIOR ERIT PRIORIB
ET TRES REGES HUMILIABIT
ET SERMONES CONTRA EXCELSUM
LOQUETUR
ET SCOS ALTISSIMI CONTERET
ET PUTABIT QUOD POSSIT
MUTARE TEMPORA ET LEGES
ET TRADENTUR IN MANU EIUS
USQ AD TEMPUS ET TEMPORA
ET DIMIDIUM TEMPORIS
ET IUDICIUM SEDEBIT UT AUFE
RATUR POTENTIA
ET CONTERATUR ET DISPEREAT
USQ IN FINEM
REGNUM AUTEM ET POTESTAS
ET MAGNITUDO REGNI QUAE
EST SUPER OMNEM CAELUM
DETUR POPULO SCORUM ALTISSIMI
CUIUS REGNUM REGNUM
SEMPITERNUM EST
ET OMNES REGES SERUIENT EI
ET OBOEDIENT EI HUCUSQUE
FINIS UERBI
EGO DANIHEL MULTUM COGITA
TIONIB MEIS CONTURBABAR
ET FACIES MEA MUTATA EST
IN ME
UERBUM AUTEM IN CORDE MEO
CONSERUAUI

XXIIII VIII ANNO TERTIO REGNI BALTHASAR
REGIS UISIO APPARUIT MIHI
EGO DANIHEL POST ID QUOD UIDERAM
IN PRINCIPIO
UIDI IN UISIONE MEA CUM ESSEM
IN SUSIS CASTRORUM QUOD EST
IN AELAM CIUITATE
UIDI AUTEM IN UISIONE ESSE ME
SUPER PORTAM ULAI ET LEUAUI
OCULOS MEOS ET UIDI
ET ECCE ARIES UNUS STABAT
ANTE PALUDEM HABENS
CORNUA EXCELSA
ET UNUM EXCELSIUS ALTERO
ATQ SUCCRESCENS
POSTEA UIDI ARIETEM CORNIBUS

UENTILANTEM
CONTRA OCCIDENTEM ET CONTRA
AQUILONEM ET CONTRA MERIDIE
ET OMNES BESTIAE NON POTERANT
RESISTERE EI
NEQ· LIBERARI DE MANU EIUS
FECITQ· SECUNDUM UOLUNTATEM
SUAM ET MAGNIFICATUS EST
ET EGO INTELLEGEBAM
ECCE AUTEM HIRCUS CAPRARUM
UENIEBAT AB OCCIDENTE
SUPER FACIEM TOTIUS TERRAE
ET NON TANGEBAT TERRAM
PORRO HIRCUS HABEBAT CORNU
INSIGNE INTER OCULOS SUOS
ET UENIT USQ· AD ARIETEM
ILLUM CORNUTUM
QUEM UIDERAM STANTEM
ANTE PORTAM
ET CUCURRIT AD EUM IN IMPETU
FORTITUDINIS SUAE
CUMQ· ADPROPINQUASSET
PROPE ARIETEM
EFFERATUS EST IN EUM
ET PERCUSSIT ARIETEM
ET COMMINUIT DUO CORNUA EIUS
ET NON POTERAT ARIES
RESISTERE EI
CUMQ· EUM MISISSET IN TERRAM
CONCULCAUIT ET NEMO QUIEBAT
LIBERARE ARIETEM DE MANU EIUS
HIRCUS AUTEM CAPRARUM
MAGNUS FACTUS EST NIMIS
CUMQUE CREUISSET FRACTUM
EST CORNU MAGNUM ET ORTA
SUNT CORNUA QUATTUOR
SUBTER ILLUD PER QUATTUOR
UENTOS CAELI
DE UNO AUTEM EX EIS EGRESSUM
EST CORNU UNUM MODICUM
ET FACTUM EST GRANDE
CONTRA MERIDIEM ET CONTRA
ORIENTEM ET CONTRA
FORTITUDINEM

ET MAGNIFICATUM EST USQUE
AD FORTITUDINEM CAELI
ET DEIECIT DE FORTITUDINE
ET DE STELLIS ET CONCULCAUIT
EAS ET USQ· AD FORTITUDINEM
PRINCIPIS MAGNIFICATUS EST
ET AB EO TULIT IUGE SACRIFICIUM
ET DEIECIT LOCUM SCIFICATIONIS EIUS
XX ROBUR AUTEM DATUM EST
CONTRA IUGE SACRIFICIUM
PROPTER PECCATA
ET PROSTERNETUR UERITAS IN TERRA
ET FACIET ET PROSPERABITUR
ET AUDIUI UNUM DE SCIS LOQUENTE
ET DIXIT UNUS SCS ALTERI NESCIO
CUI LOQUENTI USQ· QUO UISIO
ET IUGE SACRIFICIUM
ET PECCATUM DESOLATIONIS
QUAE FACTA EST ET SCUARIUM
ET FORTITUDO CONCULCABITUR
K ET DIXIT EI USQ· AD UESPERAM
ET MANE DUO MILIA TRECENTI
ET MUNDABITUR SCUARIUM
FACTUM EST AUTEM CUM UIDERE
EGO DANIHEL UISIONEM ET QUAE
REREM INTELLEGENTIAM
ECCE STETIT IN CONSPECTU MEO
QUASI SPECIES UIRI
ET AUDIUI UOCEM UIRI INTER ULAI
ET CLAMAUIT ET AIT
GABRIHEL FAC INTELLEGERE
ISTUM UISIONEM
ET UENIT ET STETIT IUXTA
UBI EGO STABAM
XXI CUMQUE UENISSET PAUENS
CORRUI IN FACIEM MEAM
ET AIT AD ME INTELLEGE FILI HOMINIS
QUONIAM IN TEMPORE FINIS
COMPLEBITUR UISIO
CUMQ· LOQUERETUR AD ME
CONLAPSUS SUM PRONUS IN TERRA
ET TETIGIT ME ET STATUIT ME
IN GRADU MEO DIXITQ· MIHI
EGO OSTENDAM TIBI QUAE FUTURA

SINT INNOUISSIMO MALEDICTIONIS
QUONIAM HABET TEMPUS FINE SUU
ARIES QUEM UIDISTI HABERE CORNUA
REX MEDORUM EST ATQ PERSARUM
PORRO HIRCUS CAPRARUM
REX GRAECORUM EST ET CORNU
GRANDE QUOD ERAT INTER OCULOS
EIUS IPSE EST REX PRIMUS
QUOD AUTEM FRACTO ILLO
SURREXERUNT QUATTUOR PRO EO
QUATTUOR REGES DE GENTE EIUS
CONSURGENT SED NON IN FORTI
TUDINE EIUS
ET POST REGNUM EORUM
CUM CREUERINT INIQUITATES
CONSURGET REX INPUDENS FACIE
ET INTELLEGENS PROPOSITIONES
ET ROBORABITUR FORTITUDO EIUS
SED NON IN UIRIB SUIS
ET SUPRA QUAM CREDI POTEST
UNIUERSA UASTABIT ET PRO
SPERABITUR ET FACIET
ET INTERFICIET ROBUSTOS
ET POPULUM SCORUM SECUN
DUM UOLUNTATEM SUAM
ET DIRIGETUR DOLUS IN MANU EIUS
ET COR SUUM MAGNIFICABIT
ET IN COPIA RERUM OMNIUM
OCCIDET PLURIMOS
ET CONTRA PRINCIPEM PRINCIPU
CONSURGET ET SINE MANU
CONTERETUR
ET UISIO UESPERE ET MANE
QUAE DICTA EST UERA EST
TU ERGO SIGNA UISIONEM
QUIA POST DIES MULTOS ERIT
ET EGO DANIHEL LANGUI
ET AEGROTAUI PER DIES
CUMQ SURREXISSEM FACIEBAM
OPERA REGIS
ET STUPEBAM AD UISIONEM
ET NON ERAT QUI INTERPRETARETUR
IX IN ANNO PRIMO DARII FILII ASUERI
DE SEMINE MEDORUM
QUI IMPERAUIT SUPER REGNUM
CHALDAEORUM
ANNO NONO REGNI EIUS
EGO DANIHEL INTELLEXI IN LIBRIS
NUMERUM ANNORUM
DE QUO FACTUS EST SERMO DNI
AD HIEREMIAM PROPHETAM
UT COMPLERENTUR DESOLA
TIONES HIERUSALEM
ET SEPTUAGINTA ANNI
ET POSUI FACIEM MEAM
AD DNM DM MEUM
ROGARE ET DEPRECARI IN IEIUNIIS
SACCO ET CINERE
ET ORAUI DNM DM MEUM
ET CONFESSUS SUM ET DIXI
OBSECRO DNE DS MAGNE
ET TERRIBILIS
CUSTODIENS PACTUM ET MISERI
CORDIAM DILIGENTIBUS TE
ET CUSTODIENTIB MANDATA TUA
PECCAUIMUS INIQUE FECIMUS
IMPIE EGIMUS ET RECESSIMUS
ET DECLINAUIMUS A MANDATIS
TUIS AC IUDICIIS
NON OBOEDIUIMUS SERUIS TUIS
PROPHETIS QUI LOCUTI SUNT
IN NOMINE TUO
REGIB NOSTRIS PRINCIPIB NOSTRIS
PATRIB NOSTRIS OMNIQUE
POPULO TERRAE
TIBI DNE IUSTITIA NOBIS AUTEM
CONFUSIO FACIEI SICUT EST HODIE
UIRO IUDA ET HABITATORIBUS
HIERUSALEM ET OMNI ISRL
HIS QUI PROPE SUNT ET HIS QUI PROCUL
IN UNIUERSIS TERRIS AD QUAS
EIECISTI EOS
PROPTER INIQUITATES EORUM
QUIB PECCAUERUNT IN TE DNE
NOBIS CONFUSIO FACIEI
REGIB NOSTRIS PRINCIPIB NOSTRIS
ET PATRIB NOSTRIS QUI PECCAUERUNT
TIBI AUTEM DNO DO NOSTRO

MISERICORDIA ET PROPITIATIO
QUIA RECESSIMUS A TE
ET NON AUDIUIMUS UOCEM DNI DI NOSTRI
UT AMBULAREMUS IN LEGE EIUS
QUAM POSUIT NOBIS PER SERUOS
SUOS PROPHETAS
ET OMNIS ISRL PRAEUARICATI SUNT
LEGEM TUAM
ET DECLINAUERUNT NE AUDIRENT
UOCEM TUAM
ET STILLAUIT SUPER NOS MALE
DICTIO ET DETESTATIO QUAE
SCRIPTA E SUNT IN LIBRO MOSI
SERUI DI QUIA PECCAUIMUS
ET STATUIT SERMONES SUOS
QUOS LOCUTUS EST SUPER NOS
ET SUPER PRINCIPES NOSTROS
QUI IUDICAUERUNT NOS
UT SUPERDUCERENT IN NOS MALUM
MAGNUM
QUALE NUMQUAM FUIT
SUB OMNI CAELO
SECUNDUM QUOD FACTUM EST
IN HIERUSALEM
SICUT SCRIPTUM EST IN LEGE MOSI
OMNE HOC MALUM UENIT SUPER NOS
ET NON ROGAUIMUS FACIEM TUAM
DNE DS NOSTER UT REUERTERE
MUR AB INIQUITATIB; NOSTRIS
ET COGITAREMUS UERITATEM TUAM
ET UIGILAUIT DNS ET ADDUXIT EAM
SUPER NOS
IUSTUS DNS DS NOSTER IN OMNIBUS
OPERIB; SUIS QUAE FACIT
NON ENIM AUDIUIMUS UOCEM EIUS
ET NUNC DNE DS NOSTER QUI EDUXI
STI POPULUM TUUM DE TERRA
AEGYPTI IN MANU FORTI
ET FECISTI TIBI NOMEN
SECUNDUM DIEM HANC
PECCAUIMUS INIQUITATEM FECIMUS
DNE IN OMNEM IUSTITIAM TUAM
AUERTATUR OBSECRO IRA TUA
ET FUROR TUUS

A CIUITATE TUA HIERUSALEM
ET MONTE SCO TUO PROPTER
PECCATA ENIM NOSTRA INIQUITATES
PATRUM NOSTRORUM
HIERUSALEM ET POPULUS TUUS
IN OBPROBRIUM SUNT
OMNIB; PER CIRCUITUM NOSTRUM
NUNC ERGO EXAUDI DNE DS NOSTER
ORATIONEM SERUI TUI ET PRECES EIUS
ET OSTENDE FACIEM TUAM SUPER
SCUARIUM TUUM QUOD
DESTRUCTUM EST
PROPTER TEMET IPSUM INCLINA DS
MEUS AUREM TUAM ET AUDI
APERI OCULOS TUOS ET UIDE DESOLA
TIONEM NOSTRAM ET CIUITATEM
SUPER QUAM INUOCATUM EST
NOMEN TUUM
NEQ; ENIM IN IUSTIFICATIONIBUS
NOSTRIS PROSTERNIMUS
PRECES ANTE FACIEM TUAM
SED IN MISERATIONIBUS TUIS MULTIS
EXAUDI DNE PLACARE DNE
ADTENDE ET FAC
NE MORERIS PROPTER TEMET IPSUM
DS MEUS
QUIA NOMEN TUUM INUOCATUM
EST SUPER CIUITATEM
ET SUPER POPULUM TUUM
XXII CUM Q; ADHUC LOQUERER ET ORAREM
ET CONFITERER PECCATA MEA
ET PECCATA POPULI MEI ISRL
UT PROSTERNEREM PRECES MEAS
IN CONSPECTU DI MEI
PRO MONTE SCO DI MEI
ADHUC ME LOQUENTE IN ORATIONE
ECCE UIR GABRIHEL QUEM UIDERAM
IN UISIONE PRINCIPIO
CITO UOLANS TETIGIT ME IN TEMPORE
SACRIFICII UESPERTINI
ET DOCUIT ME ET LOCUTUS EST
MIHI DIXIT DANIHEL QUE
NUNC EGRESSUS SUM UT DOCEREM
TE ET INTELLEGERES

ab exordio precum tuarum
egressus est sermo
ego autem veni ut indicarem tibi
quia vir desideriorum es
tu ergo animadverte sermonē
et intellege visionem
septuaginta ebdomades
adbreviatae sunt super
populum tuum et super
urbem sc̄am tuam
ut consummetur praevaricatio
et finem accipiat peccatum
et deleatur iniquitas et addu
catur iustitia sempiterna
et impleatur visio et prophetia
et ungatur sc̄s sc̄orum
scito ergo et planta aurem
et animadverte
ab exitu sermonis ut iterum
aedificetur hierusalem
usq. ad xp̄m ducem
ebdomades septem et ebdo
mades sexaginta duae erunt
et rursum aedificabitur
pla teae et muri in angustia
temporum
xxxiii Et post ebdomades sexaginta
duas occidetur xp̄s et non
erit eius populus qui eum
negaturus est
et civitatem et sc̄uarium
dissipabit populus cum duce
venturo
et finis eius vastitas et post
finem belli statuta desolatio
confirmavit autem pactum
multis ebdomas una
et in dimidio ebdomadis deficiet
hostia et sacrificium
et in templo erit abominatio
desolationis
et usq. ad consummationem
et finem perseverabit
desolatio

xxxiiii Anno tertio cyri regis persarum
verbum revelatum est danibeli
cog nomen tq baltbasar
et verum verbum et fortitu
do magna
intellexitq. sermonem
intellegentia est enim
opus in visione
in dieb. illis ego danihel lugebam
trium ebdomadarum diebus
panem desiderabilem
non comedi
et caro et vinum non introierunt
in os meum sed neq. unguento
unctus sum
donec complerentur trium
ebdomadarum dies
die autem vicensima
et quarta mensis primi
eram iuxta fluvium magnum
qui est tigris
et levavi oculos meos et vidi
et ecce vir unus vestitus lineis
et renes eius accincti
auro obrizo
et corpus eius quasi crysolitus
et facies eius velut species
fulgoris
et oculi eius ut lampas ardens
et brachia eius et quae deorsū
usq. ad pedes quasi species
aeris candentis
et vox sermonum eius
ut vox multitudinis
vidi autem ego danihel
solus visionem
porro viri qui erant mecum
non viderunt
sed terror nimius inruit
super eos et fugerunt
in absconditum
ego autem relictus solus
vidi visionem grandem hanc
et non remansit in me fortitudo

sed et species mea inmutata est in me
et emarcui nec habui
quicquam uirium
et audiui uocem sermonum eius
et audiens iacebam consternatus
super faciem meam
uultusq. meus herebat terrae
et ecce manus tetigit me
et erexit me super genua mea
et super articulos
manuum mearum
xxu Et dixit ad me danihel
uir desideriorum
intellege uerba quae ego loquor
ad te et sta in gradu tuo
nunc autem sum missus ad te
cumq. dixisset mihi sermonem
istum steti tremens
et ait ad me noli metuere danihel
quia ex die primo quo posuisti
cor tuum ad intellegendum
ut te adfligeres in conspectu dī
exaudita sunt uerba tua
et ego ueni propter
sermones tuos
Princeps autem regni persarū
restitit mihi uiginti et uno dieb.
et ecce michael unus
de principib. primis
uenit in adiutorium meum
et ego remansi ibi iuxta regē
persarum. ueni autem
ut docerem te quae uentura
sunt populo tuo
in nouissimis diebus
quoniam adhuc uisio in dies
cumq. loqueretur mihi
huiuscemodi uerbis
deieci uultum meum
ad terram et tacui
et ecce quasi similitudo
filii hominis tetigit labia mea
et aperiens os meum locutus sū
et dixi ad eum qui stabat contra me

dñe mi in uisione tua dissolutae
sunt compages meae et nihil
in me remansit uirium
et quomodo poterit seruus
dñi mei loqui cum dño meo
nihil enim in me remansit uirium
sed et halitus meus intercluditur.
rursum ergo tetigit me
quasi uisio hominis
et confortauit me et dixit
noli timere uir desideriorum
pax tibi
confortare et esto robustus
cumq. loqueretur mecum
conualui et dixi
loquere dñe mi quia confortasti me.
et ait numquid scis
quare uenerim ad te
et nunc reuertar ut proelier
aduersum principem terrarū
cum enim egrederer apparuit
princeps graecorum ueniens
uerumtamen adnuntiabo tibi
quod expressum est
in scriptura ueritatis
et nemo est adiutor meus
in omnib. his nisi michael
princeps uester
xi Ego autem ab anno primo darii
me di stabam
ut confortaretur et roboraretur
et nunc ueritatem adnuntiabo tibi
ecce adhuc tres reges
stabunt in perside
et quartus ditabitur opib. nimiis
super omnes et cum inualu
erit diuitiis suis
concitabit omnes aduersum
regnum graeciae
surget uero rex fortis et domi
nabitur potestate multa
et faciet quod placuerit ei
et cum steterit conteretur
regnum eius
et diuidetur in quattuor uentos
caeli

SED NON IN POSTEROS EIUS NEQ· SECUN
DUM POTENTIAM ILLIUS QUA
DOMINATUS EST
LACERABITUR ENIM REGNUM EIUS
ETIAM IN EXTERNOS EXCEPTIS HIS
ET CONFORTABITUR REX AUSTRI
ET DE PRINCIPIB· EIUS PRAE
UALEBIT SUPER EUM
ET DOMINABITUR DICIONE
MULTA ENIM DOMINATIO EIUS
ET POST FINEM ANNORUM FOEDERABUNTUR
FILIAQ· REGIS AUSTRI UENIET AD REGĒ
AQUILONIS FACERE AMICITIAM
ET NON OBTINEBIT FORTITUDINE BRACHII
NEC STABIT SEMEN EIUS
ET TRADETUR IPSA ET QUI
ADDUXERUNT EAM
ADULESCENTES EIUS ET QUI CON
FORTABANT EAM IN TEMPORIBUS
ET STABIT DE GERMINE RADICUM EIUS
PLANTATIO ET UENIET CUM EXERCITU
ET INGREDIETUR PROUINCIAM
REGIS AQUILONIS
ET ABUTETUR EIS ET OBTINEBIT
INSUPER ET DEOS EORUM ET SCULPTILIA
UASA QUOQ· PRETIOSA ARGENTI
ET AURI CAPTIUA DUCET IN AEGYPTŪ
IPSE PRAEUALEBIT ADUERSUM
REGEM AQUILONIS
ET INTRABIT IN REGNUM REX AUSTRI
ET REUERTETUR AD TERRAM SUĀ
FILII AUTEM EIUS PROUOCABUNTUR
ET CONGREGABUNT MULTITUDINĒ
EXERCITUUM PLURIMORUM
ET UENIET PROPERANS ET INUNDANS
ET REUERTETUR ET CONCITABITUR
ET CONGREDIETUR CUM ROBORE EIUS
ET PROUOCATUS REX AUSTRI EGREDIETUR
ET PUGNABIT ADUERSUM REGEM
AQUILONIS
ET PRAEPARABIT MULTITUDINEM
NIMIAM
ET DABITUR MULTITUDO IN MANU EIUS
ET CAPIET MULTITUDINEM

ET EXALTABITUR COR EIUS
ET DEICIET MULTA MILIA SED NON
PRAEUALEBIT CONUERTETUR ENIM
REX AQUILONIS
ET PRAEPARABIT MULTITUDINEM
MULTO MAIOREM QUAM PRIUS
ET IN FINE TEMPORUM ANNORUMQ·
UENIET PROPERANS CUM EXERCI
TU MAGNO ET OPIB· NIMIIS
ET IN TEMPORIB· ILLIS MULTI CONSUR
GENT ADUERSUM REGEM AUSTRI
FILII QUOQ· PRAEUARICATORUM
POPULI TUI
EXTOLLENTUR UT IMPLEANT UISIONĒ
ET CORRUENT
ET UENIET REX AQUILONIS
ET CONPORTABIT AGGEREM
ET CAPIET URBES MUNITISSIMAS
ET BRACHIA AUSTRI NON SUSTINEBUNT
ET CONSURGENT ELECTI EIUS
AD RESISTENDUM ET NON ERIT
FORTITUDO
ET FACIET UENIENS SUPER EUM
IUXTA PLACITUM SUUM ET NON
ERIT QUI STET CONTRA FACIEM EIUS
ET STABIT IN TERRA INCLYTA
ET CONSUMETUR IN MANU EIUS
ET PONET FACIEM SUAM UT UENIAT
AD TENENDUM UNIUERSUM
REGNUM EIUS
ET RECTA FACIET CUM EO
ET FILIAM FEMINARUM DABIT EI
UT EUERTAT ILLAD
ET NON STABIT NEC ILLIUS ERIT
ET CONUERTET FACIEM SUAM
AD INSULAS ET CAPIET MULTAS
ET CESSARE FACIET PRINCIPEM
OBPROBRII SUI
ET OBPROBRIUM EIUS
CONUERTETUR IN EUM
ET CONUERTET FACIEM SUAM
AD IMPERIUM TERRAE SUAE
ET INPINGET ET CONRUET
ET NON INUENIETUR

ET STABIT IN LOCO EIUS UILISSIMUS
ET INDIGNUS DECORE REGIO
ET IN PAUCIS DIEB· CONTERETUR
NON IN FURORE NEC IN PROELIO
ET STABIT IN LOCO EIUS DESPECTUS
ET NON TRIBUETUR EI HONOR REGIUS
ET UENIET CLAM ET OBTINEBIT
REGNUM IN FRAUDULENTIA
ET BRACHIA PUGNANTIS EXPUGNABUN
TUR A FACIE EIUS ET CONTERENTUR
INSUPER ET DUX FOEDERIS
ET POST AMICITIAS CUM EO FACIET DOLŪ
ET ASCENDET ET SUPERABIT
IN MODICO POPULO
ABUNDANTES ET UBERES URBES
INGREDIETUR
ET FACIET QUAE NON FECERUNT
PATRES EIUS ET PATRES PATRUM EIUS
RAPINAS ET PREDAM ET DIUITIAS EORŪ
DISSIPAUIT
ET CONTRA FIRMISSIMAS COGI
TATIONES INIET
HOC USQ· AD TEMPUS
ET CONCITABITUR FORTITUDO EIUS
ET COR EIUS ADUERSUM REGEM
AUSTRI IN EXERCITU MAGNO
ET REX AUSTRI PROUOCABITUR AD BEL
LUM MULTIS AUXILIIS ET FORTIB· NIMIS
ET NON STABUNT QUIA INIBUNT
ADUERSUM EUM CONSILIA
ET COMEDENTES PANEM CUM EO
CONTERENT ILLUM
EXERCITUS Q· EIUS OPPRIMETUR
ET CADENT INTERFECTI PLURIMI
DUORUM QUOQ· REGUM COR ERIT
UT MALEFACIANT
ET AD MENSAM UNAM MEN
DACIA LOQUENTUR
ET NON PROFICIENT QUIA ADHUC
FINIS IN ALIUD TEMPUS
ET REUERTETUR IN TERRAM SUAM
CUM OPIB· MULTIS
ET COR EIUS ADUERSUS TESTAMENTŪ SC̄M
ET FACIET ET REUERTETUR IN TERRĀ
SUAM

STATUTO TEMPORE REUERTETUR
ET UENIET AD AUSTRUM ET NON ERIT
PRIORI SIMILE NOUISSIMUM
ET UENIENT SUPER EUM TRIERES
ET ROMANI ET PERCUTIETUR
ET REUERTETUR ET INDIGNABITUR
CONTRA TESTAMENTUM SC̄UARII
ET FACIET REUERTETURQ· ET COGI
TABIT ADUERSUM EOS QUI DERE
LIQUERUNT TESTAMENTUM SC̄UARII
ET BRACHIA EX EO STABUNT ET POL
LUENT SC̄UARIUM FORTITUDINIS
ET AUFERENT IUGE SACRIFICIUM
ET DABUNT ABOMINATIONEM
IN DESOLATIONEM
ET IMPII IN TESTAMENTUM SIMULA
BUNT FRAUDULENTER
POPULUS AUTEM SCIENS D̄M SUUM
OBTINEBIT ET FACIET
ET DOCTI IN POPULO DOCEBUNT
PLURIMOS
ET RUENT IN GLADIO ET IN FLAMMA
IN CAPTIUITATE ET RAPINA DIERŪ
CUM Q· CORRUERINT SUBLEUABUNTUR
AUXILIO PARUULO ET ADPLICA
BUNTUR EIS PLURIMI FRAUDULENTER
ET DE ERUDITIS RUENT
UT CONFLENTUR ET ELIGANTUR
ET DEALBENTUR USQ· AD TEMPUS
PRAEFINITUM
QUIA ADHUC ALIUD TEMPUS ERIT
† XXXII ET FACIET IUXTA UOLUNTATEM
SUAM REX
ET ELEUABITUR ET MAGNIFICABITUR
ADUERSUS OMNEM DEUM
ET ADUERSUM D̄M DEORUM
LOQUETUR MAGNIFICA
ET DIRIGET DONEC CONPLEATUR
IRACUNDIA
PERPETRATA EST QUIPPE DEFINITIO
ET D̄M PATRUM SUORUM
NON REPUTABIT
ET ERIT IN CONCUPISCENTIIS FEMINARŪ
NEC QUEMQUAM DEORUM CURABIT

QUIA ADUERSUM UNIUERSA CONSURGET
DEUM AUTEM MAOZIM IN LOCO SUO
UENERABITUR
ET DEUM QUEM IGNORAUERUNT
PATRES EIUS COLET
AURO ET ARGENTO ET LAPIDE PRETIO
SO REBUSQUE PRETIOSIS
ET FACIET UT MUNIAT MAOZIM
CUM DEO ALIENO QUEM COGNOUIT
ET MULTIPLICABIT GLORIAM
ET DABIT EIS POTESTATEM IN MULTIS
ET TERRAM DIUIDET GRATUITO
ET IN TEMPORE PRAEFINITO PROELIA
BITUR ADUERSUS EUM REX AUSTRI
ET QUASI TEMPESTAS UENIET
CONTRA ILLUM REX AQUILONIS
IN CURRIBUS ET IN EQUITIBUS
ET IN CLASSE MAGNA
ET INGREDIETUR TERRAS ET CON
TERET ET PERTRANSIET
ET INTROIBIT IN TERRA GLORIOSA
ET MULTAE CONRUENT
HAEC AUTEM SOLAE SALUABUNTUR
DE MANU EIUS
EDOM ET MOAB ET PRINCIPIUM
FILIORUM AMMON
ET MITTET MANUM SUAM IN TERRAS
ET TERRA AEGYPTI NON EFFUGIET
ET DOMINABITUR THESAURORUM
AURI ET ARGENTI ET IN OMNIBUS
PRETIOSIS AEGYPTI
PER LYBIAS QUOQUE ET AETHIOPIAS
TRANSIBIT
ET FAMA TURBABIT EUM AB ORIENTE
ET AQUILONE
ET UENIET IN MULTITUDINE MAGNA
UT CONTERAT ET INTERFICIAT
PLURIMOS
ET FIGET TABERNACULUM SUUM
APEDNO INTER MARIA
SUPER MONTEM INCLYTUM ET SANCTUM
ET UENIET USQUE AD SUMMITATEM
EIUS ET NEMO AUXILIABITUR EI
XIII XXXIII IN TEMPORE AUTEM ILLO CONSURGET
MICHAEL
PRINCEPS MAGNUS QUI STAT
PRO FILIIS POPULI TUI
ET UENIET TEMPUS QUALE NON FUIT
AB EO QUO GENTES ESSE COEPERUNT
USQUE AD TEMPUS ILLUD
ET IN TEMPORE ILLO SALUABITUR
POPULUS TUUS
OMNIS QUI INUENTUS FUERIT
SCRIPTUS IN LIBRO
ET MULTI DE HIS QUI DORMIUNT
IN TERRAE PULUERE EUIGILABUNT
ALII IN UITAM AETERNAM ET ALII IN OB
PROBRIUM UT UIDEANT SEMPER
QUI AUTEM DOCTI FUERINT FULGEBUNT
QUASI SPLENDOR FIRMAMENTI
ET QUI AD IUSTITIAM ERUDIUNT
MULTOS QUASI STELLAE
IN PERPETUAS AETERNITATES
TU AUTEM DANIHEL CLAUDE
SERMONES ET SIGNA LIBRUM
USQUE AD TEMPUS STATUTUM
PERTRANSIBUNT PLURIMI
ET MULTIPLEX ERIT SCIENTIA
ET UIDI EGO DANIHEL ET ECCE
QUASI DUO ALII STABANT
UNUS HINC SUPER RIPAM FLUMINIS
ET ALIUS INDE EX ALIA RIPA FLUMINIS
ET DIXI UIRO QUI INDUTUS ERAT LINEIS
QUI STABAT SUPER AQUAS FLUMINIS
USQUE QUO FINIS HORUM MIRABILIUM
ET AUDIUI UIRUM QUI INDUTUS ERAT
LINEIS QUI STABAT SUPER
AQUAS FLUMINIS
CUM LEUASSET DEXTERAM
ET SINISTRAM SUAM IN CAELUM
ET IURASSET PER UIUENTEM
IN AETERNUM
QUIA IN TEMPUS TEMPORUM
ET DIMIDIUM TEMPORIS
ET CUM CONPLETA FUERIT
DISPERSIO MANUS POPULI SANCTI
CONPLEBUNTUR UNIUERSA HAEC
ET EGO AUDIUI ET NON INTELLEXI
ET DIXI DOMINE MI QUID ERIT POST HAEC

et tu uade Danihel quia clausi
sunt signatiq· sermones
usq· ad tempus praefinitum
eligentur et dealbabuntur
et quasi ignis probabuntur multi
et impie agent impii neq· intelle
gent omnes impii porro
docti intellegent
et a tempore cum ablatum
fuerit iuge sacrificium
et posita fuerit abominatio
in desolatione
dies mille ducenti nonaginta
beatus qui expectat et per
uenit ad dies mille trecentos
triginta quinque
tu autem uade ad praefinitum
et requiesce
et stabis in sorte tua
in fine dierum

Hucusque Danihel in hebreo uolumine
legimus cetera quae sequuntur
usque ad finem libri de Theodotionis
editione translata sunt

XIII

XXIIII Erat uir habitans in Babylone
cui nomen erat Ioacim
et accepit uxorem nomine Susan
nam filiam Chelciae
pulchram nimis et timentem dñm
parentes enim illius cum essent iusti
erudierunt filiam suam
secundum legem Mosi
erat autem Ioachim diues ualde
et erat ei pomarium uicinum
domus suae
et ad ipsum confluebant Iudaei
eo quod esset honorabilior omniū
et constituti sunt duo senes
iudices in anno illo
de quib· locutus est dñs
quia egressa est iniquitas
de Babylone
a senib· iudicib· qui uidebantur
regere populum
isti frequentabant domum Ioachī
et ueniebant ad eos omnes
qui habebant iudicia
cum autem populus
reuertisset meridie
ingrediebatur Susanna et deambu
labat in pomerio uiri sui
et uidebant eam senes cotidie
ingredientem et deambulantē
et exarserunt in concupiscentiā eius
et auerterunt sensum suum
et declinauerunt oculos suos
ut non uiderent caelum
neq· recordarentur iudiciorum
iustorum
erant ergo ambo uulnerati
amore eius
nec indicauerunt sibi uicissim
dolorem suum
erubescebant enim indicare sibi
concupiscentiam suam
uolentes concumbere cum ea
et obseruabant cotidie
sollicitius uidere eam
dixitq· alter ad alterum
eamus domum quia prandii hora est
et egressi recesserunt a se
cumq· reuertissent
uenerunt in unum
et sciscitantes ab inuicem causā
confessi sunt concupiscentiam suā
et tunc statuerunt in com
mune tempus
quando eam possent inuenire solā
factum est autem cum obser
uarent diem aptum
ingressa est aliquando sicut heri
et nudius tertius
cum duab· solis puellis
uoluitq· lauari in pomerio
aestus quippe erat et non erat
ibi quisquam praeter duos
senes absconditos

ET CONTEMPLANTES EAM
DIXIT ERGO PUELLIS ADFERTE MIHI
OLEUM ET SMIGMATA
ET OSTIA POMERII CLAUDITE UT LAVĒ
ET FECERUNT SICUT PRAECEPERAT
CLAUSERUNTQUE OSTIA POMERII
ET EGRESSAE SUNT PER POSTI
CIUM UT ADFERRENT EA
QUAE IUSSERAT
NESCIEBANTQUE SENES INTUS
ESSE ABSCONDITOS
CUM AUTEM EGRESSAE ESSENT
PUELLAE
SURREXERUNT DUO SENES ET
ADCUCURRERUNT AD EAM
ET DIXERUNT
ECCE OSTIA POMERII
CLAUSA SUNT
ET NEMO NOS UIDET ET IN CONCU
PISCENTIA TUI SUMUS
QUAM OBREM ADSENTIRE NOBIS
ET COMMISCERE NOBISCUM
QUOD SI NOLUERIS DICEMUS
TESTIMONIUM CONTRA TE
QUOD FUERIT TECUM IUUENIS
ET OB HANC CAUSAM EMISERIS
PUELLAS A TE
INGEMUIT SUSANNA ET AIT ANGUS
TIAE MIHI UNDIQUE
SI ENIM HOC EGERO MORS
MIHI EST
SI AUTEM NON EGERO NON EFFU
GIAM MANUS UESTRAS
SED MELIUS MIHI EST ABSQUE
OPERE INCIDERE IN MANUS
UESTRAS
QUAM PECCARE IN CONSPECTU DĪ
ET EXCLAMAUIT UOCE MAGNA
SUSANNA
EXCLAMAUERUNT AUTEM
ET SENES ADUERSUS EAM
ET CUCURRIT UNUS ET APERUIT
OSTIUM POMERII
CUM AUTEM AUDISSENT CLAMORĒ

IN POMERIO FAMULI DOMUS
INRUERUNT PER POSTICAM
UT UIDERENT QUIDNAM ESSET
POSTQUAM AUTEM SENES
LOCUTI SUNT
ERUBUERUNT SERUI UEHEMENTER
QUIA NUMQUAM DICTUS FUERAT
SERMO HUIUSCEMODI
DE SUSANNA
ET FACTA EST DIES CRASTINA
CUMQUE UENISSET POPULUS
AD UIRUM EIUS IOACHIM
UENERUNT ET DUO PRESBTERI
PLENI INIQUA COGITATIONE
ADUERSUM SUSANNAM
UT INTERFICERENT EAM
ET DIXERUNT CORAM POPULO
MITTITE AD SUSANNAM
FILIAM CELCHIAE
UXOREM IOACHIM ET STATIM
MISERUNT ET UENIT
CUM PARENTIBUS ET FILIIS ET
UNIUERSIS COGNATIS SUIS
PORRO SUSANNA ERAT DELICATA
NIMIS ET PULCHRA SPECIE
AT INIQUI ILLI IUSSERANT
UT DISCOPERIRETUR
ERAT ENIM COOPERTA
UT UEL SIC SATIARENTUR
DECORE EIUS
FLEBANT IGITUR SUI ET OMNES
QUI NOUERANT EAM
CONSURGENTES AUTEM ILLI DUO
PRESBTERI IN MEDIO POPULI
POSUERUNT MANUS SUAS
SUPER CAPUT EIUS
QUAE FLENS SUSPEXIT AD CAELUM
ERAT AUTEM COR EIUS FIDUCIAM
HABENS IN DÑO
ET DIXERUNT PRESBTERI
CUM DEAMBULAREMUS
IN POMERIO SOLI
INGRESSA EST HAEC CUM
DUABUS PUELLIS

ET CLAUSIT OSTIA POMERII
ET DIMISIT PUELLAS ASE
UENITQUE AD EAM ADULESCENS
QUI ERAT ABSCONDITUS ET CON
CUBUIT CUM EA
PORRO NOS CUM ESSEMUS
IN ANGULO POMERII
UIDENTES INIQUITATEM
CUCURRIMUS AD EOS
ET UIDIMUS EOS PARITER
COMMISCERI
ET ILLUM QUIDEM NON QUIUIMUS
CONPREHENDERE
QUIA FORTIOR NOBIS ERAT
ET APERTIS OSTIIS EXILUIT
HANC AUTEM CUM ADPRE
HENDISSEMUS
INTERROGAUIMUS QUISNAM
ESSET ADULESCENS
ET NOLUIT INDICARE NOBIS
HUIUS REI TESTES SUMUS
ET CREDIDIT EIS MULTITUDO
QUASI SENIBUS POPULI
ET IUDICIBUS
ET CONDEMNAUERUNT EAM
AD MORTEM
EXCLAMAUIT AUTEM UOCE
MAGNA SUSANNA ET DIXIT
DS AETERNE QUI ABSCONDITORUM
ES COGNITOR QUI NOSTI OMNIA
ANTEQUAM FIANT
TU SCIS QUONIAM FALSUM CONTRA
ME TULERUNT TESTIMONIUM
ET ECCE MORIOR CUM NIHIL
HORUM FECERIM
QUAE ISTI MALITIOSE
COMPOSUERUNT ADUERSUM ME
EXAUDIUIT AUTEM DNS
UOCEM EIUS
XC IIII CUMQUE DUCERETUR
AD MORTEM
SUSCITAUIT DNS SPM SCM
PUERI IUNIORIS CUIUS
NOMEN DANIHEL
ET EXCLAMAUIT UOCE MAGNA
MUNDUS EGO SUM A SANGUINE
HUIUS
ET CONUERSUS OMNIS POPULUS
AD EUM DIXIT
QUIS EST SERMO ISTE QUEM TU
LOCUTUS ES
QUI CUM STARET IN MEDIO EORUM AIT
SIC FATUI FILII ISRAHEL
NON IUDICANTES
NEQUE QUOD UERUM EST
COGNOSCENTES
CONDEMNASTIS FILIAM ISRAHEL
REUERTIMINI IN IUDICIUM QUIA
FALSUM TESTIMONIUM
LOCUTI SUNT ADUERSUS EAM
REUERSUS EST ERGO POPULUS
CUM FESTINATIONE
ET DIXERUNT EI SENES UENI ET
SEDE IN MEDIO NOSTRUM
ET INDICA NOBIS QUIA TIBI DEDIT
DS HONOREM SENECTUTIS
ET DIXIT AD EOS DANIHEL
SEPARATE EOS AB INUICEM PRO
CUL ET DIIUDICABO EOS
CUM ERGO DIUISI ESSENT
ALTER AB ALTERO
UOCAUIT UNUM DE EIS
ET DIXIT AD EUM
INUETERATE DIERUM MALORUM
NUNC ADUENERUNT PECCATA TUA
QUAE OPERABARIS PRIUS IUDI
CANS IUDICIA INIUSTA
INNOCENTES OPPRIMENS ET
DIMITTENS NOXIOS
DICENTE DNO INNOCENTEM
ET IUSTUM NON INTERFICIES
NUNC ERGO SI UIDISTI EAM DIC
SUB QUA ARBORE UIDERIS
EOS LOQUENTES SIBI
QUI AIT SUB SCHINO
DIXIT AD EUM DANIHEL RECTE
MENTITUS ES IN CAPUT TUUM
ECCE ENIM ANGELUS DI ACCEPTA

sententiam ab eo scindet te mediū
et amoto eo iussit uenire alium
et dixit ei semen Chanaan
et non Iuda
species te decepit et concupiscen
tia subuertit cor tuum
sic faciebatis filiab· isrl̄
et illae timentes loqueban
tur uobis
sed non filia Iuda sustinuit
iniquitatem uestram
nunc ergo dic mihi sub qua arbore
conprehenderis eos loquentes
sibi qui ait sub prino
dixit autem ei Danihel recte
mentitus es et tu in caput tuum
manet enim angelus dī gladium
habens ut secet te medium
et interficiat uos
exclamauit itaq· omnis coetus
uoce magna et benedixerunt dō
qui saluat sperantes in se
et consurrexerunt aduersum
duos presbyteros
conuicerat enim eos Danihel
ex ore suo falsum dixisse
testimonium
feceruntq· eis sicuti male egerant
aduersum proximum ut face
rent secundum legem Mosi
et interfecerunt eos
et saluatus est sanguis innoxius
in die illa
Celchias autem et uxor eius
laudauerunt dm̄ pro filia sua
Susanna cum Ioachim marito eius
suo et cognatis omnibus
quia non esset inuenta in ea
res turpis
Danihel autem factus est
magnus in conspectu populi
a die illa et deinceps
XXX Et rex Astyages adpositus est
ad patres suos

et suscepit Cyrus Perses
regnum eius
XIIII Erat autem Danihel conuiua regis
et honoratus super omnes
amicos eius
erat quoq· idolum nomine Bel
apud Babylonios
et inpendebantur in eo per dies
singulos similae artabae duodecī
et oues quadraginta
uiniquoq· amphorae sex
rex quoq· colebat eum et ibat
per singulos dies adorare eum
porro Danihel adorabat dm̄ suum
dixitq· ei rex quare non adoras Bel
qui respondens ait ei
quia non colo idola manufacta
sed uiuentem dm̄ qui creauit
caelum et terram
et habet potestatem omnis
carnis et dixit ad eum rex
non tibi uidetur Bel esse ds̄ uiuens
an non uides quanta comedat
et bibat cotidie
et ait Danihel inridens ne erres rex
iste enim intrinsecus luteus est
et forinsecus aereus
neq· comedit aliquando
et iratus rex uocauit sacerdotes
eius et ait eis
nisi dixeritis mihi quis est qui come
dat inpensas has moriemini
si autem ostenderitis
quoniam Bel comedat
haec morietur Danihel quoniam
blasphemauit in Bel
et dixit Danihel regi fiat
secundum uerbum tuum
erant autem sacerdotes Bel
septuaginta exceptis uxoribus
et paruulis et filiis
et uenit rex cum Danihele
in templo Belis
et dixerunt sacerdotes Belis

ecce nos egredimur foras
et tu rex appone cibos et uinum
misce et claude ostium
et signa anulo tuo
et cum ingressus fueris mane
nisi inueneris omnia comesta
a bel, moriemur uel danihel
qui mentitus est aduersum nos
confidebant autem quia fecerant
sub mensam absconditum
introitum et per illum ingredi
ebantur semper et deuorabant ea
factum est autem postquam
egressi sunt illi et rex
posuit cibos ante bel
praecepit danihel pueris suis
et attulerunt cinerem
et cribrauit per totum
templum coram rege
et egressi clauserunt ostium
et signantes anulo regis abierunt
sacerdotes autem ingressi sunt
nocte iuxta consuetudinem suā
et uxores et filii ipsorum
et comederunt omnia
et biberunt
surrexit autem rex primo
diluculo et danihel cum eo
et ait rex
salua ne sunt signa danihel
qui respondit salua rex
statimq· cum aperuisset ostiū
intuitus rex mensam
exclamauit uoce magna
magnus es bel et non est apud
te dolus quisquam
et risit danihel et tenuit regē
ne ingrederetur intro
et dixit ecce pauimentum
animaduerte cuius uestigia
haec sunt
et dixit rex uideo uestigia uirorū
et mulierum et infantium
iratus rex tunc adprehendit
sacerdotes et uxores et filios eorū
et ostenderunt ei abscondita
ostiola per quae ingrediebantur
et consumebant quae erant
super mensam
occidit ergo illos rex et tradidit
bel in potestate daniheli
qui subuertit eum et templum eius
xxxi Et erat draco magnus in loco illo
et colebant illum babylonii
et dixit rex daniheli ecce nunc
non potes dicere quia non sit
iste ds̄ uiuens adora ergo eum
dixitq· danihel dñm dm̄ meum
adoro quia ipse est ds̄ uiuens
tu autem rex da mihi potestatē
et interficiam draconem
absq· gladio et fuste
et ait rex do tibi
tulit ergo danihel picem
et pilos et adipem
et coxit pariter fecitq· offas
et dedit in os draconis et dirrup
tus est draco et dixit
ecce quem colebatis
quod cum audissent babylonii
indignati sunt uehementer
et congregati aduersum regē
dixerunt
iudaeus factus est rex
bel destruxit draconem inter
fecit et sacerdotes occidit
et dixerunt cum uenissent ad regē
trade nobis danihelum alio
quin interficiemus te
et domum tuam
uidit ergo rex quod inruerent
in eum uehementer
et necessitate conpulsus tradidit
eis danihelum
qui miserunt eum in lacum leonū
et erat ibi dieb· sex
porro in lacum erant septem leones
et dabantur eis cotidie duo corpora

et duae oves
et tunc non datae sunt eis
ut devorarent danihelum
erat autem Abbacuc propheta
in iudaea
et ipse coxerat pulmentum
et intriverat panes in alueolo
et ibat in campum ut ferret
messoribus
dixitq. angelus dñi ad Abbacuc
fer prandium quod habes
in Babylonem Danihéli
qui est in lacum leonum
et dixit Abbacuc dñe Babylonem
non vidi et lacum nescio
et adprehendit eum angelus dñi
in vertice eius et portavit eum
capillo capitis sui
posuitq. eum in Babylone supra
lacum in impetu sps sui
et clamavit Abbacuc dicens
Danihel tolle prandium
quod misit tibi dns
et ait Danihel recordatus es enim
mei ds et non dereliquisti
diligentes te
surgensq. Danihel comedit
porro angelus dñi restituit
Abbacuc confestim in loco suo
venit ergo rex die septima
ut lugeret Danihelum
et venit ad lacum
et introspexit
et ecce Danihel sedens et excla
mavit rex voce magna dicens
magnus est dns ds Danihelis
et extraxit eum
porro illos qui perditionis eius
causa fuerant intromisit
et devorati sunt in momento
coram eo amen :· ——:·

EXP̄ DANIHEL PROPHETA
INCIPIT PROLOGUS DUODECIM PROPHETARUM

Non idem ordo est duodecim
prophetarum apud hebraeos qui et apud nos
unde secundum id quod ibi legitur hic quoque
dispositi sunt osee commaticus est et quasi
per sententias loquens iohel planus in principiis
in fine obscurior et usq. ad malachiam habent singu
li proprietates suas quem esdram scribam legisq.
doctorem hebraei autumant et quia longum est
nunc de omnib. dicere hoc tantum vos o paula
et eustochium admonitas volumus librum
esse duodecim prophetarum et osee
synchronon esaiae malachiam vero aggei
et zachariae fuisse temporibus in quibus
autem temporibus non profertur in titulo
sub illis eos regibus prophetasse sub quibus
et hi qui ante eos habent titulos prophetaverunt

EXPLICIT PROLOGUS
INCIPIUNT TITULI DUODECIM PROP̄

I De uxore fornicaria quam a dño propheta
iubetur accipere et de populo peccaturo
et a dño castigando
II Admonetur populus isrl a malis recedere
ne diversas quas interminatur dns
suscipiat ultiones
III De idolorum destructione perpetua
et de xpi ecclesia construenda
IIII Iubetur adhuc propheta populos monere ne peccent
quorum aliqui quidem redituri tantum
promissione dicuntur ad dñm
V Sacerdotib. et domui isrl pro peccatis cladem
venire pronuntiat et misericordiam dī
paenitentib. pollicetur
VI Diversa mala reperiuntur isrl quos nimiam
famem passuros et post haec dicit
assyriis esse tradendos
VII Adhuc peccata reperiuntur isrl et ultiones
per iram dñi processura narratur
VIII Per paenitentiam et damnationem malorum acceptam
isrl reverti monetur ad dñm.
EXPL̄ TITULI OSEE PROF̄. INC̄ TITULI IOHEL PROPHETAE

I (D)e fame et bellis et uastatione quam passurus
erat isrl uerbis propheticis admonetur
II De his quae uentura sunt in nouissimis temporibus
super infideles dicit et de futuro iudicio
III De congregatione futura populi fidelis
et diaboli destructione sco̅rumque
aeterna beatitudine prophetatur
IIII De sco̅ spu̅ quem erant apostoli percepturi
et de prodigiis nouissimi temporis
et salute fidelium
V De uniuersis gentibus infidelibus populus dn̅i
promittitur uindicandus et beatitudine
atq. perpetua amoenitate laetari

EXPLICIUNT TITULI IOHEL PROPHETAE
INCIPIUNT TITULI AMOS PROPHETAE

I (D)e temporibus prophetae amos et de indignatio
ne dicit dn̅i quae sit infidelibus adfutura
II Gentibus quae numerantur et isrl delinquenti
dicit tertio miserendum ulterius uero
nec conuersionem concidendam eis
fore necueniam
III De increpatione populi isrl et idolatriae gentilium
IIII Pro idolorum cultura dn̅s infidelibus
minatur interitum
V Dn̅i indignatione praemissa peccatores hortatur
ad paenitentiam et idolorum damnare culturam
VI Delicta referuntur eorum qui spernentes
mandata dn̅i idolorum culturae deseruiunt
quibus quanta sint superuentura mala
prophetantur
VII Propter scelera populi dn̅m propheta depraeca
tur cui dn̅s respondit et idola destruenda
et templi subuertenda sacraria
VIII De indignatione dn̅i quae multimodis super impios
nouissimo tempore sit futura
VIIII Relinquentes dn̅m et idolorum culturae
seruientes commemorat qualia sint
mala passuri
X De futura dicit congregatione fidelium
et de conferenda eis afluentia praemiorum
EXP TITULI AMOS PRO PHETAE
INCIP TITULI ABDIAE PROPHETAE

I Ar guuntur illi qui populum dn̅i persequentes
eum uirtute dicebant propria subiugatum
simulq. et persequentium poena et populi dn̅i
praemia referuntur
EXP TITULI ABDIAE PROPHETAE
INCIPIUNT TITULI IONAE PROPHETAE

I (D)e iona misso nineue orta nauigiis tempestate
II De nineuetarum paenitentia et dn̅i misericor
dia subsecuta
EXPL TITULI IONAE PROPHETAE
INCIP TITULI IN MICHEAM PROPHETAM

I (P)ropter idolatriam samariae et praeuarica
tionem populi isrl captiuitatem et interitu̅
eis uenturum propheta pronuntiat
II Super prophetas sacerdotes et principes
qui ad similitudinem legis idolorum
culturae seruiebant indignatio dn̅i
uentura praedicetur
III De noua hierusalem dicit et de populo qui sub
iugatis gentibus in ea sunt regnaturi cum dn̅o
IIII De regno dn̅i xp̅i futuro et de uindicta gentilium
et fidelium purificatione populorum
V Enumeratione beneficiorum dn̅s peccantem
increpat isrl respuens eius sacrificia
et mandata uirtutum potius monens
esse seruanda
VI De lamentatione micheae prophetae
pro interitu populi delinquentis et de paeni
tentia eorum et misericordia dn̅i secutura
et de infidelium destructione perpetua
VII Nouissimis temporibus fidelibus congregatis
ad praemia gentes adnihilandas esse pronuntiat
scis in beata aeternitate mansuris
EXPL TITULI IN MICHEAM PROPHETAM
INCIP TITULI IN NAUM PROPHETAM

I Nineuitae per naum prohibentur peccare
quatenus per paenitentiam liberentur
nineue uero ab assyriis subuertendam
praedicetur
EXP TITULI IN NAUM PROPHETAM
INCIP TITULI IN ABBACUM PROPHETAM

I De iniquitate isrl et mei populi a dno propheta clamante chaldeorum gens in eorum uindicta dicitur excitanda

II Propter populi peccata quae repperit indignatione dni excitatis gentib· ciuitatem et populum dicit esse periturum

III Oratio Ambacum prophetae cum cantico

EXPL TITULI AMBACUC PROPHETAE

INCIP TITULI SOFONIAE PROPHETAE

I Diuersa pericula quae post mortem iosiae erant populo delinquenti uentura propheta praedicit sub cuius tamen imperio securitas mansura promittitur

EXPL SOFONIAE PROPHETAE

INCIP TITULI AGGEI PROPHETAE

I De reuersione populi post captiuitatem chaldeorum et templi aedificatione et renouatione ciuitatis et obseruantia sacerdotum et gentium destructione prophetatur

EXPL TITULI AGGEI PROPHETAE

INCIP TITULI ZACHARIAE PROPHETAE

I Iam monetur populus isrl ne peccata quae commemorantur paterna sectetur sed dni potius mandata custodiat

II De uindicta in gentib· facienda quae populum isrl in captiuitatem redegerat et de misericordia dni super populum israhel et restauratione hierusalem

III De quattuor regnis quae populum isrl disperserant extinguendis et de restauratione hierusalem et congregatione fidelium et de hostium prophetatur interitu

IIII Post captiuitatem hierusalem laetitiam illi dicit esse uenturam commemorans diabolum destruendum qui a dextris ihu magni sacerdotis adstabat et de purificatione populi fidelis

V De aduentu xpi et lapide ante faciem eius dato et de interpraetatione uisionum quae sunt prophetae demonstratae per angelum

VI Uisio duarum mulierum et quattuor currum procedentium de medio duorum montium quae interpraetatur ab angelo

VII De aduentu dni xpi eius potentia et de ecclesia construenda prophetatur

VIII Non tantum de ieiuniis sed potius obseruationem iustitiae ceterarumq· uirtutum dno placeri commemorat

VIIII In captiuitate deficiente populo qui peccauerat eorum filios qui reuersi sunt dni consecuturos dicit esse misericordia quos tamen ammonet ut praeceptis debeant oboedire diuinis

X De ieiuniis dicit quarti quinti septimi et decimi mensis

XI Post captiuitatem reuerso populo isrl gentes quas enumerat asserit subiugandas

XII De dno salutore et quod super pullum asinae esset uenturus in hierusalem propheta praedicit

XIII De seductorib· populi futuro dni iudicio conburendis et de idolorum cultura funditus amputandam commemorat

XIIII Uindictam de gentib· facere dnm creatorem omnium pollicetur de gog et magog et de beatitudine futura fidelium et damnatione simulacra colentium

XV De futuro regni caelestis hierusalem textus lectionis euidenter eloquitur

EXPLICIUNT TITULI ZACHARIAE PROPHETAE

INCIP TITULI MALACHIAE PROPHETAE

I Increpantur populi isrl cur sacerdotes haberent corpore uitiosos et deos colerent alienos

II De angelo id est helia qui in scli fine uenturus est et de dni futuro iudicio

III Reperiuntur qualia sint in die iudicii impiorum futura supplicia et praemia perpetua beatorum

EXPLICIUNT CAPITULA DUODECIM PROPHETARUM

INCIP PROLOGUS OSEE PROPHETAE

Duplex est apud hebraeos de his quattuor versibus quicapite praenotati sunt sententia. plerique enim dicunt quod ab esdra scriba in omnibus prophetis sic fuerit intitulatum ut praescriptio uniuscuiusque nomine prophetia cuius sit sequens noscatur ipse autem est esdras qui ultimus prophetarum scribitur malachiae nomine. alii vero dicunt quod ab ipsis prophetis per spm scm ut cetera sunt conscripta

EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT OSEE PROPHETA

I Verbum dñi quod factum est
ad osee filium beeri in dieb· oziae
ioatham achaz hiezechiae
regum iuda
et in dieb· hieroboam fili ioasi
regis isrl
principium loquendi dño in osee
et dixit dns ad osee
vade sume tibi uxorem fornicatio
nis et filios fornicationum
quia fornicans fornicabitur
terra a dño
et abiit et accepit gomer
filiam debelaim
et concepit et peperit filium
et dixit dns ad eum voca nomen
eius iezrahel
quoniam adhuc modicum et visita
bo sanguinem iezrahel
super domum ieu
et quiescere faciam regnum
domus isrl
et in illa die conteram arcum isrl
in valle iezrahel
et concepit adhuc et peperit filiā
et dixit ei voca nomen eius
absq· misericordia
quia non addam ultra misereri
domui isrl
sed oblivione obliviscar eorum
et domui iuda miserebor
et salvabo eos in dño dō suo
et non salvabo eos in arcu et gladio
et in bello et in equis et in equitibus
et ablactavit eam quae erat
absq· misericordia
et concepit et peperit filium
et dixit voca nomen eius
non populus meus
quia vos non populus meus
et ego non ero vester
II Et erit numerus filiorum isrl
quasi harena maris quae sine
mensura est et non numerabitur
et erit in loco ubi dicetur eis
non populus meus vos
dicetur eis filii dī viventis
et congregabuntur filii iuda
et filii isrl pariter et ponent
sibimet caput unum
et ascendent de terra
quia magnus dies iezrahel
III dicite fratribus vestris
populus meus
et sorori vestrae misericordiā
consecuta
iudicate matrem vestram
iudicate quoniam ipsa non uxor
mea et ego non vir eius
auferat fornicationes suas
a facie sua et adulteria sua
de medio uberum suorum
ne forte expoliem eam nudam
et statuam eam secundum diem
nativitatis suae
et ponam eam quasi solitudinē
et statuam eam velut terram
inviam
et interficiam eam in siti
et filiorum illius non miserebor
quoniam filii fornicationum sunt
quoniam fornicata est mater eorū
confusa est quae concepit eos
quia dixit vadam post amatores

MEOS QUI DANT PANES MIHI
ET AQUAS MEAS ET LANAM MEAM
ET LINUM MEUM ET OLEUM MEU~
ET POTUM MEUM
PROPTER HOC ECCE EGO SAEPIAM
UIAM TUAM IN SPINIS
ET SAEPIAM EAM MACHERIA
ET SEMITAS SUAS NON INUENIET
ET SEQUETUR AMATORES SUOS
ET NON ADPREHENDET EOS
ET QUAERET EOS ET NON INUENIET
ET DICET UADAM ET REUERTAR
AD UIRUM MEUM PRIOREM
QUIA BENE MIHI ERAT TUNC MAGIS
QUAM NUNC
ET HAEC NESCIUIT QUIA EGO DEDI EI
FRUMENTUM ET UINUM ET OLEU~
ET ARGENTUM MULTIPLICAUI EI
ET AURUM QUAE FECERUNT BAAL
IDCIRCO CONUERTAR ET SUMAM
FRUMENTUM MEUM IN TEMPORE SUO
ET UINUM MEUM IN TEMPORE SUO
ET LIBERABO LANAM MEAM
ET LINUM MEUM QUAE OPERIE
BANT IGNOMINIAM EIUS
ET NUNC REUELABO STULTITIAM EIUS
IN OCULIS AMATORUM EIUS
ET UIR NON ERUET EAM DE MANU MEA
ET CESSARE FACIAM OMNE GAUDIU~
EIUS SOLLEMNITATEM EIUS
NEOMENIAM EIUS SABBATUM
EIUS ET OMNIA FESTA TEMPORA EIUS
ET CORRUMPAM UINEAM EIUS
ET FICUM EIUS
DE QUIBUS DIXIT MERCEDES
HAE MEAE SUNT QUAS DEDERUNT
MIHI AMATORES MEI
ET PONAM EAM IN SALTU
ET COMEDET ILLAM BESTIA AGRI
ET UISITABO SUPER ILLAM DIES
BAALIM QUIBUS ACCENDEBAT
INCENSUM ET ORNABATUR
IN AURE SUA ET MONILI SUO
ET IBAT POST AMATORES SUOS
ET MEI OBLIUISCEBATUR DICIT DNS
PROPTER HOC ECCE EGO LACTABO EA~
ET DUCAM EAM IN SOLITUDINEM
ET LOQUAR AD COR EIUS
ET DABO EI UINITORES EIUS
EX EODEM LOCO
ET UALLEM ACHOR AD APERIEN
DAM SPEM
ET CANET IBI IUXTA DIES
IUUENTUTIS SUAE
ET IUXTA DIES ASCENSIONIS SUAE
DE TERRA AEGYPTI
III ET ERIT IN DIE ILLO AIT DNS
UOCABIT ME UIR MEUS ET NON
UOCABIT ULTRA BAALIM
ET AUFERAM NOMINA BAALIM
DE ORE EIUS
ET NON RECORDABITUR ULTRA
NOMINIS EORUM
ET PERCUTIAM EIS FOEDUS IN DIE
ILLA CUM BESTIA AGRI ET CUM
uolu[cre] [UOLU]CRE CAELI ET CUM
REPTILI TERRAE
ET ARCUM ET GLADIUM ET BELLU~
CONTERAM DE TERRA
ET DORMIRE EOS FACIAM FIDUCIALITER
ET SPONSABO TE MIHI IN SEMPITERNU~
ET SPONSABO TE MIHI IN IUSTITIA
ET IUDICIO ET MISERICORDIA
ET MISERATIONIBUS
ET SPONSABO TE MIHI IN FIDE
ET SCIES QUIA EGO DNS
ET ERIT IN ILLA DIE EXAUDIAM
DICIT DNS
EXAUDIAM CAELOS
ET ILLI EXAUDIENT TERRAM
ET TERRA EXAUDIET TRITTICUM
ET UINUM ET OLEUM
ET HAEC EXAUDIENT IEZRAHEL
ET SEMINABO EAM MIHI IN TERRAM
ET MISEREBOR EIUS QUAE FUIT
ABSQUE MISERICORDIA
ET DICAM NON POPULO MEO
POPULUS MEUS ES TU

et ipse dicet dns meus es tu
IIII III Et dixit dns ad me adhuc uade
dilige mulierem dilectam
amico et adulteram sicut
diligit dns filios isrl.
et ipsi respectant ad deos alienos
et diligunt uinacia uuarum
et fodi eam mihi quindecim
argenteis
et choro hordei et dimidio
choro ordei
et dixi ad eam dies multos
expectabis me
non fornicaberis et non eris uiro
sed et ego expectabo te
quia dies multos sedebunt filii
isrl. sine rege et sine principe
et sine sacrificio et sine altari
et sine efoth et sine therafim
et post haec reuertentur
filii isrl. et quaerent dnm dm
suum et dauid regem suum
et pauebunt ad dnm et ad bonum
eius in nouissimo dierum
III Audite uerbum dni filii isrl.
quoniam iudicium dni cum
habitatorib. terrae
non est enim ueritas
et non est misericordia
et non est scientia dī in terra
maledictum et mendacium
et homicidium et furtum
et adulterium inundauerunt
et sanguis sanguinem tetigit
propter ea lugebit terra
et infirmabitur omnis
qui habitat in ea in bestia agri
et in uolucre caeli
sed et pisces maris congregabuntur
uerum tamen unusquisque
non iudicet et non arguatur uir
populus enim tuus sicut hii
qui contradicunt sacerdoti
et corrues hodie et corruet etiā

propheta tecum
nocte tacere feci matrem tuam
conticuit populus meus eo quod
non habuerit scientiam
quia tu scientiam reppulisti
repellam te ne sacerdotio
fungaris mihi
et oblita es legis dī tui
obliuiscar filiorum tuorum et ego
secundum multitudinem eorū
sic peccauerunt mihi
gloriam eorum in ignominiam
conmutabo
peccata populi mei comedent
et ad iniquitatem eorum sub
leuabunt animas eorum
et erit sicut populus sic sacerdos
et uisitabo super eum uias eius
et cogitationes eius reddam ei
et comedent et non saturabuntur
fornicati sunt et non cessauerunt
quoniam dnm reliquerunt
in non custodiendo
fornicatio et uinum et ebrietas
aufert cor
populus meus in ligno suo
interrogauit
et baculus eius adnuntiauit ei
sps enim fornicationum decepit eos
et fornicati sunt a dō suo
super capita montium
sacrificabant
et super colles accendebant
tymiama
subtus quercum et populum
et terebyntum quoniam
bona erat umbra eius
ideo fornicabuntur filiae uestrae
et sponsae uestrae adulterae erunt
non uisitabo super filias uestras
cum fuerint fornicatae
et super sponsas uestras
cum adulterauerint
quoniam ipsi cum meretricibus

UERSABANTUR
ET CUM EFFEMINATIS SACRIFICABANT
ET POPULUS NON INTELLEGENS
UAPULABIT
SI FORNICARIS TU ISRL NON DELIN
QUAT SALTEM IUDA
ET NOLITE INGREDI IN GALGALA
ET NE ASCENDERITIS IN BETHABEN
NEQ; IURAUERITIS UIUIT DNS
QUONIAM SICUT UACCA LASCIUIENS
DECLINAUIT ISRL
NUNC PASCET EOS DNS QUASI AGNU~
IN LATITUDINEM
PARTICEPS IDOLORUM EFRAIM
DIMITTE EUM
SEPARATUM EST CONUIUIUM EORU~
FORNICATIONE FORNICATI SUNT
DILEXERUNT ADFERRE IGNOMINIAM
PROTECTORES EIUS
LIGAUIT SPS EAM IN ALIS SUIS
ET CONFUNDENTUR A SACRIFICIIS SUIS
† V AUDITE HOC SACERDOTES ET AD
TENDITE DOMUS ISRL ET DOMUS
REGIS AUSCULTATE
QUIA UOBIS IUDICIUM EST
QUONIAM LAQUEUS FACTI ESTIS
SPECULATIONI
ET RETE EXPANSUM SUPER THABOR
ET UICTIMAS DECLINASTIS IN PROFUNDU~
ET EGO ERUDITOR OMNIUM EORU~
EGO SCIO EFRAIM
ET ISRL NON EST ABSCONDITUS A ME
QUIA NUNC FORNICATUS EST EFRAI~
CONTAMINATUS EST ISRL
NON DABUNT COGITATIONES SUAS
UT REUERTANTUR AD DNM SUUM
QUIA SPS FORNICATIONIS
IN MEDIO EORUM
ET DNM NON COGNOUERUNT
ET RESPONDEBIT ADROGANTIA ISRL
IN FACIE EIUS ET ISRL ET EFRAIM
RUENT IN INIQUITATE SUA
RUET ETIAM IUDAS CUM EIS
IN GREGIB; SUIS ET IN ARMENTIS SUIS
UADENT AD QUAERENDUM DM
ET NON INUENIENT ABLATUS EST AB EIS
IN DNO PRAEUARICATI SUNT
QUIA FILIOS ALIENOS GENUERUNT
NUNC DEUORABIT EOS MENSIS
CUM PARTICIPIB; SUIS
CLANGITE BUCINA IN GABAA TUBA
IN RAMA ULULATE IN BETHABEN
POST TERGUM TUUM BENIAMIN
EFRAIM IN DESOLATIONE ERIT
IN DIE CORRUPTIONIS
IN TRIBUB; ISRL OSTENDI FIDEM
FACTI SUNT PRINCIPES IUDA
QUASI ADSUMENTES TERMINUM
SUPER EOS EFFUNDAM QUASI
AQUAM IRAM MEAM
CALUMNIAM PATIENS EFRAIM
FRACTUS IUDICIO
QUONIAM COEPIT ABIRE
POST SORDEM
ET EGO QUASI TINEA EFRAIM
ET QUASI PUTREDO DOMUI IUDA
ET UIDIT EFRAIM LANGUOREM SUU~
ET IUDAS UINCULUM SUUM
ET ABIIT EFRAIM AD ASSYR
ET MISIT AD REGEM ULTOREM
ET IPSE NON POTERIT SANARE UOS
NEC SOLUERE POTERIT A UOBIS
UINCULUM
QUONIAM EGO QUASI LEENA EFRAI~
ET QUASI CATULUS LEONIS
DOMUI IUDA
EGO EGO CAPIAM ET UADAM
TOLLAM ET NON EST QUI ERUAT
UADENS REUERTAR AD LOCUM MEU~
DONEC DEFICIATIS ET QUAERATIS
FACIEM MEAM
VI IN TRIBULATIONE SUA MANE
CONSURGENT AD ME
UENITE ET REUERTAMUR AD DNM
QUIA IPSE COEPIT ET SANABIT NOS
PERCUTIET ET CURABIT NOS
UIUIFICABIT NOS POST DUOS DIES
IN DIE TERTIA SUSCITABIT NOS

ET UIUEMUS IN CONSPECTU EIUS
SCIEMUS SEQUEMURQUE
UT COGNOSCAMUS DÑM
QUASI DILUCULUM PRAEPARATUS
EST EGRESSUS EIUS
ET UENIET QUASI IMBER NOBIS
TEMPORANEUS ET SEROTINUS
TERRAE
QUID FACIAM TIBI EFRAIM
QUID FACIAM TIBI IUDA
MISERICORDIA UESTRA
QUASI NUBES MATUTINA
ET QUASI ROS MANE PERTRANSIENS
PROPTER HOC DOLAUI IN PROPHETIS
OCCIDI EOS IN UERBIS ORIS MEI
ET IUDICIA TUA QUASI LUX EGREDIENTUR
QUIA MISERICORDIAM UOLUI
ET NON SACRIFICIUM
ET SCIENTIAM DI PLUS QUAM
HOLOCAUSTA
IPSI AUTEM SICUT ADAM TRANS
GRESSI SUNT PACTUM
IBI PRAEUARICATI SUNT IN ME
GALAAD CIUITAS OPERANTIUM
IDOLUM
SUB PLANTATA SANGUINE ET QUASI
FAUCES UIRORUM LATRONUM
PARTICEPS SACERDOTUM IN UIA
INTERFICIENTIUM PERGENTES
DE SYCHEM
QUIA SCELUS OPERATI SUNT
IN DOMO ISRL UIDI HORRENDUM
IBI FORNICATIONES EFRAIM
CONTAMINATUS EST ISRL
SED ET IUDA PONE MESSEM TIBI
CUM CONUERTERO CAPTIUITATE̅
POPULI MEI
CAP. VII CUM SANARE UELLEM ISRL
REUELATA EST INIQUITAS EFRAI̅
ET MALITIA SAMARIAE
QUIA OPERATI SUNT MENDACIUM
ET FUR INGRESSUS EST SPOLIANS
LATRUNCULUS FORIS
ET NE FORTE DICANT IN CORDIB; SUIS
OMNEM MALITIAM EORUM
ME RECORDATUM
NUNC CIRCUMDEDERUNT EOS
ADINUENTIONES SUAE CORAM
FACIEM MEAM FACTAE SUNT
IN MALITIA SUA LAETIFICAUERUNT REGE̅
ET IN MENDACIIS SUIS PRINCIPES
OMNES ADULTERANTES QUASI
CLIBANUS SUCCENSUS A COQUENTE
QUIEUIT PAULULUM CIUITAS
CONMIXTIONE FERMENTI
DONEC FERMENTARETUR TOTUM
DIES REGIS NOSTRI
COEPERUNT PRINCIPES
FURERE A UINO
EXTENDIT MANUM SUAM
CUM INLUSORIBUS
QUIA ADPLICUERUNT QUASI CLIBANU̅
COR SUUM CUM INSIDIARETUR EIS
TOTA NOCTE DORMIUIT COQUENS EOS
MANE IPSE SUCCENSUS
QUASI IGNIS FLAMMAE
OMNES CALEFACTI SUNT QUASI CLIBANUS
ET DEUORAUERUNT IUDICES SUOS
OMNES REGES EORUM CECIDERUNT
NON EST QUI CLAMET IN EIS AD ME
EFRAIM IN POPULIS IPSE
CONMISCEBATUR
EFRAIM FACTUS EST SUBCINERICIUS
QUI NON REUERSATUR
COMEDERUNT ALIENI ROBUR EIUS
ET IPSE NESCIUIT
SED ET CANI EFFUSI SUNT IN EO
ET IPSE IGNORABIT
ET HUMILIABITUR SUPERBIA ISRL
IN FACIE EIUS
NEC REUERSI SUNT AD DÑM DM̄ SUU̅
ET NON QUAESIERUNT EUM
IN OMNIB; HIS
ET FACTUS EST EFRAIM QUASI
COLUMBA SEDUCTA NON HABENS COR
AEGYPTUM INUOCABANT
AD ASSYRIOS ABIERUNT
ET CUM PROFECTI FUERINT EXPANDA̅

SUPER EOS RETE MEUM
QUASI UOLUCREM CAELI DETRAHAM EOS
CAEDAM EOS SECUNDUM AUDITIONEM
COETUS EORUM
UAE EIS QUONIAM RECESSERUNT A ME
UASTABUNTUR QUIA PRAEUARICATI
SUNT IN ME
ET EGO REDEMI EOS ET IPSI LOCUTI
SUNT CONTRA ME MENDACIUM
ET NON CLAMAUERUNT AD ME
IN CORDE SUO
SED ULULABANT IN CUBILIB(US) SUIS
SUPER TRITTICUM ET UINUM
RUMINABANT RECESSERUNT A ME
ET EGO ERUDIUI ET CONFORTAUI
BRACHIA EORUM
ET IN ME COGITAUERUNT MALITIAM
REUERSI SUNT UT ESSENT
ABSQUE IUGO
FACTI SUNT QUASI ARCUS DOLOSUS
CADENT IN GLADIO PRINCIPES EORUM
A FURORE LINGUAE SUAE
ISTA SUBSANNATIO EORUM
IN TERRA AEGYPTI
VIII IN GUTTURE TUO SIT TUBA QUASI
AQUILA SUPER DOMUM DNI
PRO EO QUOD TRANSGRESSI SUNT
FOEDUS MEUM
ET LEGEM MEAM PRAEUARICATI SUNT
ME INUOCABUNT DS MEUS
COGNOUIMUS TE ISRL
PROIECIT ISRL BONUM INIMICUS
PERSEQUETUR EUM
IPSI REGNAUERUNT ET NON EX ME
PRINCIPES EXTITERUNT
ET NON COGNOUI
ARGENTUM SUUM ET AURUM SUUM
FECERUNT SIBI IDOLA UT INTERIRENT
PROIECTUS EST UITULUS TUUS
SAMARIA
IRATUS EST FUROR MEUS IN EIS
USQUEQUO NON POTERUNT
EMUNDARI
QUIA EX ISRL ET IPSE EST

ARTIFEX FECIT ILLUM ET NON EST DS
QUONIAM IN ARANEARUM TELAS
ERIT UITULUS SAMARIAE
QUIA UENTUM SEMINABUNT
ET TURBINEM METENT
CULMUS STANS NON EST IN EIS
GERMEN NON FACIET FARINAM
QUOD SI ET FECERIT ALIENI
COMEDENT EAM
DEUORATUS EST ISRL
NUNC FACTUS EST IN NATIONIBUS
QUASI UAS INMUNDUM
QUIA IPSI ASCENDERUNT AD ASSUR
ONAGER SOLITARIUS SIBI EFRAIM
MUNERA DEDERUNT AMATORIBUS
SED ET CUM MERCEDE
CONDUXERINT NATIONES
NUNC CONGREGABO EOS
ET QUIESCENT PAULISPER AB ONERE
REGIS ET PRINCIPUM
QUIA MULTIPLICAUIT EFRAIM
ALTARIA AD PECCANDUM
FACTAE SUNT EI ARAE IN DELICTUM
SCRIBAM EI MULTIPLICES LEGES MEAS
QUAE UELUT ALIENAE CONPUTATAE SUNT
HOSTIAS AFFERT IMMOLABUNT
CARNES ET COMEDENT
DNS NON SUSCIPIET EAS
NUNC RECORDABITUR
INIQUITATES EORUM
ET UISITABIT PECCATA EORUM
IPSI IN AEGYPTUM CONUERTENTUR
ET OBLITUS EST ISRL FACTORIS SUI
ET AEDIFICAUIT DELUBRA
ET IUDAS MULTIPLICAUIT
CIUITATES MUNITAS
ET MITTAM IGNEM IN CIUITATES EIUS
ET DEUORABIT AEDES ILLIUS
IX NOLI LAETARE ISRL
NOLI EXULTARE SICUT POPULI
QUIA FORNICATUS ES A DO TUO
DILEXISTI MERCEDEM SUPER
OMNES AREAS TRITICI
AREA ET TORCULAR NON PASCET EAS

ET VINUM MENTIETUR EIS
NON HABITABUNT IN TERRA DNI
REVERSUS EST EFRAIM IN AEGYPTU
ET IN ASSYRIIS POLLUTUM COMEDIT
NON LIBABUNT DNO VINUM
ET NON PLACEBUNT EI
SACRIFICIA EORUM QUASI
PANIS LUGENTIUM
OMNES QUI COMEDUNT EUM
CONTAMINABUNTUR
QUIA PANIS EORUM ANIMAE IPSORU
NON INTRABUNT IN DOMUM DNI
QUID FACIETIS IN DIE SOLLEMNI
IN DIE FESTIVITATIS DNI
ECCE ENIM PROFECTI SUNT
A VASTITATE
AEGYPTUS CONGREGAVIT EOS
MEMPHIS SEPELIET EOS
DESIDERABILE ARGENTI EORUM
URTICA HEREDITAVIT
LAPPA IN TABERNACULIS EORUM
VENERUNT DIES VISITATIONIS
VENERUNT DIES RETRIBUTIONIS
SCITOTE ISRL STULTUM PROPHETA
INSANU VIRUM SPIRITALEM
PROPTER MULTITUDINEM
INIQUITATIS TUAE ET MULTITUDO
AMENTIAE
SPECULATOR EFRAIM CUM DO MEO
PROPHETA LAQUEUS FACTUS EST
RUINAE SUPER OMNES VIAS EIUS
INSANIA IN DOMO DI EIUS
PROFUNDE PECCAVERUNT
SICUT IN DIEB· GABAA
RECORDABITUR INIQUITATIS EORUM
ET VISITABIT PECCATA EORUM
QUASI UVAS IN DESERTO INVENI ISRL
QUASI PRIMA POMA FICULNEAE
IN CACUMINE EIUS VIDI PATRES EORU
IPSI AUTEM INTRAVERUNT
AD BEELPHEGOR
ET ABALIENATI SUNT IN CONFUSIONE
ET FACTI SUNT ABOMINABILES
SICUT EA QUAE DILEXERUNT

EFRAIM QUASI AVIS AVOLAVIT
GLORIA EORUM A PARTU ET
AB UTERO ET A CONCEPTU
QUOD SI ET ENUTRIERINT FILIOS SUOS
ABSQ· LIBERIS EOS FACIAM
IN HOMINIBUS
SED ET VAE EIS CUM RECESSERO
AB EIS
EFRAIM UT VIDI TYRUS ERAT
FUNDATA IN PULCHRITUDINE
ET EFRAIM DEDUCIT AD INTER
FECTOREM FILIOS SUOS
DA EIS DNE QUID DABIS EIS
DA EIS VULVAM SINE LIBERIS
ET UBERA ARENTIA
OMNES NEQUITIAE EORUM IN GALGAL
QUIA IBI EXHORRUI EOS
PROPTER MALITIAM ADINVENTIONU
EORUM DE DOMO MEA EICIAM EOS
NON ADDAM UT DILIGAM EOS
OMNES PRINCIPES EORUM
RECEDENTES
PERCUSSUS EST EFRAIM
RADIX EORUM EXSICCATA EST
FRUCTUM NEQUAQUAM FACIENT
QUOD SI ET GENUERINT INTERFICIAM
AMANTISSIMA UTERI EORUM
ABICIET EOS DS MEUS QUIA NON
AUDIERUNT EUM
ET ERUNT VAGI IN NATIONIBUS
X VITIS FRONDOSA ISRL
FRUCTUS ADAEQUATUS EST EI
SECUNDUM MULTITUDINEM FRUCTUS
SUI MULTIPLICAVIT ALTARIA
IUXTA UBERTATEM TERRAE SUAE
EXUBERAVIT SIMULACRIS
DIVISUM EST COR EORUM
NUNC INTERIBUNT
IPSE CONFRINGET SIMULACRA EORU
DEPOPULABITUR ARAS EORUM
QUIA NUNC DICENT NON EST REX NOBIS
NON ENIM TIMEMUS DNM
ET REX QUID FACIET NOBIS
LOQUIMINI VERBA VISIONIS INUTILES

ET FERIETIS FOEDUS ET GERMINA
BIT QUASI AMARITUDO
IUDICIUM SUPER SULCOS AGRI
UACCAS BETHAUEN COLUERUNT
HABITATORES SAMARIAE
QUIA LUXIT SUPER EUM POPULUS EIUS
ET AEDITUI EIUS SUPER EUM
EXULTAUERUNT IN GLORIA EIUS
QUIA MIGRAUIT AB EO
SIQUIDEM ET IPSE IN ASSUR
DELATUS EST MUNUS REGI ULTORI
CONFUSIO EFRAIM CAPIET
ET CONFUNDETUR ISRL
IN UOLUNTATE SUA
TRANSIRE FECIT SAMARIA REGEM SUUM
QUASI SPUMAM SUPER FACIEM
AQUAE
ET DISPERDENTUR EXCELSA
IDOLI PECCATUM ISRL
LAPPA ET TRIBOLUS ASCENDENT
SUPER ARAS EORUM
ET DICENT MONTIB· OPERITE NOS
ET COLLIB· CADITE SUPER NOS
EX DIEB· GABAA PECCAUIT ISRL
IBI STETERUNT NON CONPREHEN
DET EOS IN GABAA PROELIUM
SUPER FILIOS INIQUITATIS
IUXTA DESIDERIUM MEUM
CORRIPIAM EOS
CONGREGABUNTUR SUPER EOS POPULI
CUM CORRIPIENTUR PROPTER DUAS
INIQUITATES SUAS
EFRAIM UITULA DOCTA DILIGERE
TRITURAM
ET EGO TRANSII SUPER PULCHRITU
DINEM COLLI EIUS
ASCENDAM SUPER EFRAIM
ARAUIT IUDAS
CONFRINGET SIBI SULCOS IACOB
SEMINATE UOBIS IN IUSTITIAM
METITE IN ORE MISERICORDIAE
INNOUATE UOBIS NOUALE
TEMPUS AUTEM REQUIRENDI DOM
CUM UENERIT QUI DOCEBIT UOS
IUSTITIAM
ARASTIS IMPIETATEM INIQUITATEM
MESSUISTIS COMEDISTIS
FRUGEM MENDACII
QUIA CONFISUS ES IN UIIS TUIS
IN MULTITUDINE FORTIUM TUORU
CONSURGET TUMULTUS IN POPULO TUO
ET OMNES MUNITIONES TUAE
UASTABUNTUR
SICUT UASTATUS EST SALMAN
A DOMO EIUS QUI IUDICAUIT BAHAL
IN DIE PROELII MATREM
SUPER FILIOS ALLISAM
SIC UOBIS FECIT BETHEL A FACIE
MALITIAE NEQUITIARUM UESTRARU
XI SICUTI MANE TRANSIIT
PERTRANSIIT REX ISRL
QUIA PUER ISRL ET DIL EXI EUM
ET EX AEGYPTO UOCAUI FILIUM MEU
UOCAUERUNT EOS SIC ABIERUNT
A FACIE EORUM
BAHAL IMMOLABANT ET SIMULACRIS
SACRIFICABANT
ET EGO QUASI NUTRICIUS EFRAIM
PORTABAM EOS IN BRACHIIS MEIS
ET NESCIERUNT QUOD CURAREM EOS
IN FUNICULIS ADAM TRAHAM EOS
IN UINCULIS CARITATIS
ET ERO EIS QUASI EXALTANS IUGUM
SUPER MAXILLAS EORUM
ET DECLINAUI AD EUM UT UESCERETUR
NON REUERTENTUR IN TERRAM AEGYPTI
ET ASSYR IPSE REX EIUS
QUONIAM NOLUERUNT CONUERTI
COEPIT GLADIUS IN CIUITATIB· EIUS
ET CONSUMET ELECTOS EIUS
ET COMEDET CAPITA EORUM
ET POPULUS MEUS PENDEBIT
AD REDITUM MEUM
IUGUM AUTEM IMPONETUR EI
SIMUL QUOD NON AUFERETUR
QUOMODO DABO TE EFRAIM
PROTEGAM TE ISRL
QUOMODO DABO TE SICUT ADAMA

PONAM TE SICUT SEBOIM
CONUERSUM EST IN ME
CORMEUM PARITER
CONTURBATA EST PAENITUDO MEA
NON FACIAM FUROREM IRAE MEAE
NON CONUERTAR UT DISPERDAM
EFRAIM
QUONIAM DS EGO ET NON HOMO
IN MEDIO TUI SCS ET NON
INGREDIAR CIUITATEM
POST DNM AMBULABUNT
QUASI LEO RUGIET
QUIA IPSE RUGIET ET FORMIDABUNT
FILII MARIS
ET AUOLABUNT QUASI AUIS
EX AEGYPTO
ET QUASI COLUMBA DE TERRA
ASSYRIORUM
ET CONLOCABO EOS IN DOMIB· SUIS
DICIT DNS
CIII CIRCUM DEDIT ME IN NEGATIONE
EFRAIM ET IN DOLO DOMUS ISRL
IUDAS AUTEM TESTIS DISCENDIT
CUM DO
ET CUM SCIS FIDELIS
XII EFRAIM PASCIT UENTUM
ET SEQUITUR AESTUM
TOTA DIE MENDACIUM ET UASTI
TATEM MULTIPLICAT
ET FOEDUS CUM ASSYRIIS INIIT
ET OLEUM IN AEGYPTUM FEREBAT
IUDICIUM ERGO DNI CUM IUDA
ET UISITATIO SUPER IACOB
IUXTA UIAS EIUS ET IUXTA ADINUEN
TIONES EIUS REDDET EI
IN UTERO SUPPLANTAUIT FRATREM SUUM
ET IN FORTITUDINE SUA DIRECTUS
EST CUM ANGELO
ET INUALUIT AD ANGELUM
ET CONFORTATUS EST
FLEUIT ET ROGAUIT EUM
ET IN BETHEL INUENIT EUM
ET IBI LOCUTUS EST NOBISCUM
ET DNS DS EXERCITUUM
DNS MEMORIALE EIUS
ET TU AD DM TUUM CONUERTERIS
MISERICORDIAM ET IUDICIUM
CUSTODI
ET SPERA IN DO TUO SEMPER
CHANAAN IN MANU EIUS STATERA
DOLOSA CALUMNIAM DILEXIT
ET DIXIT EFRAIM UERUMTAMEN
DIUES EFFECTUS SUM INUENI
IDOLUM MIHI
ET OMNES LABORES MEI NON INUENI
ENT MIHI INIQUITATEM
QUAM PECCAUI
ET EGO DNS DS TUUS EX TERRA AEGYPTI
ADHUC SEDERE TE FACIAM IN TABER
NACULIS SICUT IN DIEBUS FESTIUITATIS
ET LOCUTUS SUM SUPER PROPHETAS
ET EGO UISIONEM MULTIPLICAUI
ET IN MANU PROPHETARUM
ADSIMILATUS SUM
SI GALGAL IDOLUM TAMEN FRUSTRA
ERANT IN GALGAL BUB· IMMOLANTES
NAM ET ALTARIA EORUM QUASI ACERUI
SUPER SULCOS AGRI
FUGIT IACOB IN REGIONEM SYRIAE
ET SERUIUIT ISRL IN UXOREM
ET IN UXORE SERUIUIT IN PROPHETA
AUTEM EDUXIT DNS ISRL DE AEGYPTO
ET IN PROPHETAS SERUATUS EST
AD IRACUNDIAM ME PROUOCAUIT
EFRAIM IN AMARITUDINIB· SUIS
ET SANGUIS EIUS SUPER EUM UENIET
ET OBPROBRIUM EIUS RESTITUET
EI DNS SUUS
XIII LOQUENTE EFRAIM HORROR INUASIT ISRL
ET DELINQUIT IN BAHAL ET MORTUUS EST
ET NUNC ADDIDERUNT AD PECCANDUM
FECERUNTQ· SIBI CONFLATILE
DE ARGENTO SUO QUASI SIMILITU
DINEM IDOLORUM
FACTURA ARTIFICUM TOTUM EST
HIIS IPSI DICUNT IMMOLATE
HOMINES UITULOS ADORANTES
IDCIRCO ERUNT QUASI NUBES MATUTINA

ET SICUT ROS MATUTINUS PRAETERIENS
SICUT PULVIS TURBINE RAPTUS EX AREA
ET SICUT FUMUS DE FUMARIO
EGO AUTEM DNS DS TUUS EX TERRA AEGYPTI
ET DM ABSQ ME NESCIES
ET SALVATOR NON EST PRAETER ME
EGO COGNOVI TE IN DESERTO IN TERRA
SOLITUDINIS IUXTA PASCUA SUA
ET ADIMPLETI SUNT ET SATURATI
ET LEVAVERUNT COR SUUM
ET OBLITI SUNT MEI
ET ERO EIS QUASI LEAENA ET SICUT
PARDUS IN VIA ASSYRIORUM
OCCURRAM EIS QUASI URSA
RAPTIS CATULIS
ET DISRUMPAM INTERIORA
IECORIS EORUM
ET CONSUMAM EOS IBI QUASI LEO
BESTIA AGRI SCINDENS EOS
PERDITIO TUA ISRL TANTUMMODO
IN ME AUXILIUM TUUM
UBI EST REX TUUS MAXIME NUNC
SALVET TE IN OMNIB URBIB TUIS
ET IUDICES TUI DE QUIB DIXISTI
DA MIHI REGEM ET PRINCIPES
DABO TIBI REGEM IN FURORE MEO
ET AUFERAM IN INDIGNATIONE MEA
CONLIGATA EST INIQUITAS EFRAIM
ABSCONDITUM PECCATUM EIUS
DOLORES PARTURIENTIS VENIENT EI
IPSE FILIUS NON SAPIENS NUNC ENIM
NON STABIT IN CONTRITIONE FILIORU
DE MANU MORTIS LIBERABO EOS
DE MORTE REDIMAM EOS
ERO MORS TUA O MORS
ERO MORSUS TUUS INFERNE
CONSOLATIO ABSCONDITA EST
AB OCULIS MEIS
QUIA IPSE INTER FRATRES DIVIDIT
ADDUCET URENTEM VENTUM
DNS DE DESERTO ASCENDENTE
ET SICCABIT VENAS EIUS
ET DESOLABIT FONTEM EIUS
ET IPSE DIRIPIET THESAURUM
OMNIS VASIS DESIDERABILIS
XIIII PEREAT SAMARIA QUONIAM AD AMARI
TUDINEM CONCITAVIT DM SUUM
IN GLADIO PEREAT
PARVULI EORUM ELIDANTUR
ET FETAE EIUS DISCIDANTUR
VIII CONVERTERE ISRL AD DNM DM TUU
QUONIAM CONRUISTI IN INIQUITATE TUA
TOLLITE VOBISCUM VERBA
ET CONVERTIMINI AD DNM
DICITE EI OMNEM AUFER INIQUITATE
ET ACCIPE BONUM
ET REDDEMUS VITULOS LABIORU
NOSTRORUM
ASSYR NON SALVABIT NOS
SUPER EQUUM NON ASCENDEMUS
NEC DICEMUS ULTRA DII NOSTRI
OPERA MANUUM NOSTRARUM
QUIA EIUS QUI IN TE EST
MISERERIS POPULI
SANABO CONTRITIONES EORUM
DILIGAM EOS SPONTANEAE
QUIA AVERSUS EST FUROR MEUS AB EO
ERO QUASI ROS ISRL GERMINABIT
QUASI LILIUM ET ERUMPET
RADIX EIUS UT LIBANI
IBUNT RAMI EIUS ET ERIT QUASI OLIVA
GLORIA EIUS ET ODOR EIUS UT LIBANI
CONVERTENTUR SEDENTES
IN UMBRA EIUS
BIBENT TRITICO ET GERMINABUNT
QUASI VINEA
MEMORIALE EIUS SICUT VINUM
LIBANI
EFRAIM QUID MIHI ULTRA IDOLA
EGO EXAUDIAM ET DIRIGAM EUM
EGO UT ABIETEM VIRENTEM
EX ME FRUCTUS TUUS INVENTUS EST
QUIS SAPIENS ET INTELLEGIT ISTA
INTELLEGENS ET SCIET HAEC
QUIA RECTAE VIAE DNI ET IUSTI
AMBULABUNT IN EIS
PRAEVARICATORES VERO CONRUENT
IN EIS .·. EXP OSEE PROPHETA

INC PROLOGUS

Iohel filius Fatuhel describit terram duodecim
tribuum eruca bruco lucusta robigine vastan
te consumptam post eversionem prioris populi
effusurum spm scm super servos di et ancillas
id est super CXX credentium nomina et effusum
in cenaculo Sion qui a CXX ab uno usque ad XV paula
tim et per incrementa surgentes XV graduum
numerum efficiunt qui in psalterio mystice
continentur. Ex trib generib rhetorum
sumuntur principia et tres sunt argumen
torum partes ex quib incipere solet orator
aut enim dociles aut benivolos aut attentos
auditores debet efficere. Hic ergo propheta
recte a magnitudine cladis sumens principium
eosque qui audituri erant volens ad paeniten
tiam provocare reddidit intentos ad mirans
futurum malum et considerantes venturam
cladis asperitatem ocius adriperent paeni
tentiam. In hoc propheta idcirco nec reges
nec tempora sunt praenotata quia isdem
temporib ac regib quib Osee propheta
verat et ipse prophetavit. Iohel inter
praetatur incipiens aut dni di Fatuhel
vero aut latitudo aut ostium di.
sensus tropologiae hic est quod qui
ostium di scientiae dni habuerit
apertum recte incipiet
prophetare.

EXP PROLOGUS IOHEL PROP

INCIPIT IPSE LIBER

DO GRATIAS SEMPER

I Verbum dni quod factum est
ad Iohel filium Fatuhel.
Audite hoc senes et auribus percipite
omnes habitatores terrae.
Si factum est istud in dieb vestris
aut in dieb patrum vestrorum.
Super hoc filiis vestris narrate
et filii vestri filiis suis
et filii eorum generationi alterae.
Residuum erucae comedet lucusta
et residuum lucustae
comedit bruchus
et residuum bruchi comedit rubigo.
Expergiscimini ebrii et flete
et ululate omnes qui bibitis vinum
in dulcedine quoniam periit
ex ore vestro.
Gens enim ascendit super terram
meam fortis et innumerabilis
dentes eius ut dentes leonis
et molares eius ut catuli leonis.
Posuit vineam meam in desertum
et ficum meam decorticavit
nudans spoliavit eam et proiecit
albi facti sunt rami eius.
Plange quasi virgo accincta saccum
super virum pubertatis suae.
Periit sacrificium et libatio
de domo dni.
Luxerunt sacerdotes ministri dni
depopulata est regio luxit humus
quoniam devastatum est triticum
confusum est vinum
et languit oleum.
Confusi sunt agricolae
ululaverunt vinitores super
frumento et hordio
quia periit messis agri.
Vinea confusa est et ficus elanguit
malogranatum et palma
et malum et omnia ligna
agri aruerunt
quia confusum est gaudium
a filiis hominum.

ACCINGITE UOS ET PLANGITE SACERDOTES
ULULATE MINISTRI ALTARIS
INGREDIMINI CUBATE IN SACCO
MINISTRI DI MEI
QUONIAM INTERIIT DE DOMO DI
UESTRI SACRIFICIUM ET LIBATIO
SCIFICATE IEIUNIUM UOCATE COETUM
CONGREGATE SENES OMNES HABITA
TORES TERRAE IN DOMUM DI UESTRI
ET CLAMATE AD DNM. A A A. DIEI
QUIA PROPE EST DIES DNI
ET QUASI UASTITAS A POTENTE UENIET
NUMQUID NON CORAM OCULIS
UESTRIS ALIMENTA PERIERUNT
DE DOMO DI NOSTRI LAETITIA
ET EXULTATIO
CONPUTRUERUNT IUMENTA
IN STERCORE SUO
DEMOLITA SUNT HORREA
DISSIPATAE SUNT APOTHECAE
QUONIAM CONFUSUM EST TRITICUM
QUID INGEMUIT ANIMAL
MUGIERUNT GREGES ARMENTI
QUIA NON EST PASCUA EIS
SED ET GREGES PECORUM
DISPERIERUNT
AD TE DNE CLAMABO QUIA IGNIS
COMEDIT SPECIOSA DESERTI
ET FLAMMA SUCCENDIT
OMNIA LIGNA REGIONIS
SED ET BESTIAE AGRI QUASI AREA
SITIENS IMBREM
SUSPEXERUNT AD TE
QUONIAM EXSICCATI SUNT
FONTES AQUARUM
ET IGNIS DEUORAUIT SPECIOSA
DESERTI
II CANITE TUBA IN SION
ULULATE IN MONTE SCO MEO
CONTURBENTUR OMNES HABITA
TORES TERRAE QUIA UENIT DIES DNI
QUIA PROPE EST DIES TENEBRARUM
ET CALIGINIS
DIES NUBIS ET TURBINIS
QUASI MANE EXPANSUS SUPER
MONTES
POPULUS MULTUS ET FORTIS
SIMILIS EI NON FUIT A PRINCIPIO
ET POST EUM NON ERIT USQUE
IN ANNOS GENERATIONIS
ET GENERATIONIS
ANTE FACIEM EIUS IGNIS UORANS
ET POST EUM EXURENS FLAMMA
QUASI HORTUS UOLUPTATIS
TERRA CORAM EO
ET POST EUM SOLITUDO DESERTI
NEQ· EST QUI EFFUGIAT EUM
QUASI ASPECTUS EQUORUM
ASPECTUS EORUM
ET QUASI EQUITES SIC CURRENT
SICUT SONITUS QUADRIGARUM
SUPER CAPITA MONTIUM EXILIENT
SICUT SONITUS FLAMMAE IGNIS
DEUORANTIS STIPULAM
UELUT POPULUS FORTIS
PRAEPARATUS AD PROELIUM
A FACIE EIUS CRUCIABUNTUR POPULI
OMNES UULTUS REDIGENTUR IN OLLAM
SICUT FORTES CURRENT QUASI UIRI
BELLATORES ASCENDENT MURUM
UIRI IN UIIS SUIS GRADIE NTUR
ET NON DECLINABUNT A SEMITIS SUIS
UNUSQUISQ· FRATREM SUUM
NON COARTABIT
SINGULI IN CALLE SUO AMBULABUNT
SED ET PER FENESTRAS CADENT
ET NON DEMOLIENTUR
URBEM INGREDIENTUR IN MURO
CURRENT DOMOS CONSCENDENT
PER FENESTRAS INTRABUNT QUASI FUR
A FACIE EIUS CONTREMUIT TERRA
MOTI SUNT CAELI
SOL ET LUNA OBTENEBRATI SUNT
ET STELLAE TRAXERUNT
SPLENDOREM SUUM
ET DNS DEDIT UOCEM SUAM
ANTE FACIEM EXERCITUS SUI
QUIA MULTA SUNT NIMIS CASTRA EIUS

QUIA FORTIA ET FACIENTIA UERBA EIUS
MAGNUS ENIM DIES DNI ET TERRIBI
LIS UALDE ET QUIS SUSTINEBIT EUM
NUNC ERGO DICIT DNS CONUERTIMINI
AD ME IN TOTO CORDE UESTRO
IN IEIUNIO ET IN FLETU ET IN PLANCTU
ET SCINDITE CORDA UESTRA
ET NON UESTIMENTA UESTRA
ET CONUERTIMINI AD DNM DM UESTRU
QUIA BENIGNUS ET MISERICORS EST
PATIENS ET MULTAE MISERICORDIAE
ET PRAESTABILIS SUPER MALITIAM
QUIS SCIT SI CONUERTATUR ET IGNOSCAT
ET RELINQUAT POST SE BENEDICTIONE
SACRIFICIUM ET LIBAMEN DNO
DO NOSTRO
III CANITE TUBA IN SION
SCIFICATE IEIUNIUM UOCATE COETU
CONGREGATE POPULUM
SCIFICATE ECCLESIAM UOCATE SENES
CONGREGATE PARUULOS
ET SUGENTES UBERA
EGREDIATUR SPONSUS DE CUBICULO SUO
ET SPONSA DE THALAMO SUO
INTER UESTIBULUM ET ALTARE
PLORABUNT SACERDOTES
MINISTRI DNI ET DICENT
PARCE DNE POPULO TUO ET NE DES
HEREDITATEM TUAM IN OBPRO
BRIUM UT DOMINENTUR
EIS NATIONES
QUARE DICUNT IN POPULIS
UBI EST DS EORUM
ZELATUS EST DNS TERRAM SUAM
ET PEPERCIT POPULO SUO
ET RESPONDIT DNS ET DIXIT
POPULO SUO
ECCE EGO MITTAM UOBIS FRUMENTU
ET UINUM ET OLEUM ET REPLEMINI EO
ET NON DABO UOS ULTRA OBPROBRIU
IN GENTIBUS
ET EUM QUI AB AQUILONE EST PROCUL
FACIAM A UOBIS ET EXPELLAM EU
IN TERRAM INUIAM ET DESERTAM
FACIEM EIUS CONTRA MARE ORIENTALE
EXTREMUM EIUS AD MARE NOUISSIMU
ET ASCENDET FOETOR EIUS
ET ASCENDET PUTREDO EIUS
QUIA SUPERBE EGIT
NOLI TIMERE TERRA EXULTA ET LAETARE
QUONIAM MAGNIFICAUIT DNS
UT FACERET
NOLITE TIMERE ANIMALIA REGIONIS
QUIA GERMINAUERUNT SPECIOSA
DESERTI
QUIA LIGNUM ATTULIT FRUCTUM SUU
FICUS ET UINEA DEDERUNT
UIRTUTEM SUAM
ET FILII SION EXULTATE ET LAETAMI
NI IN DNO DO UESTRO
QUIA DEDIT UOBIS PASTOREM
IUSTITIAE
ET DESCENDERE FACIET AD UOS
IMBREM MATUTINUM
ET SEROTINUM IN PRINCIPIO
ET IMPLEBUNTUR AREAE FRUMENTO
ET REDUNDABUNT TORCULARIA
UINO ET OLEO
ET REDDAM UOBIS ANNOS QUOS COME
DIT LUCUSTA BRUCHUS
ET ROBIGO ET ERUCA
FORTITUDO MEA MAGNA
QUAM MISI IN UOS
ET COMEDETIS UESCENTES
ET SATURABIMINI
ET LAUDABITIS NOMEN DNI DI UESTRI
QUI FECIT UOBISCUM MIRABILIA
ET NON CONFUNDETUR POPULUS
MEUS IN SEMPITERNUM
ET SCIETIS QUIA IN MEDIO ISRL
EGO SUM
ET EGO DNS DS UESTER
ET NON EST AMPLIUS
ET NON CONFUNDETUR POPULUS
MEUS IN AETERNUM
IIII ET ERIT POST HAEC EFFUNDAM
SPM MEUM SUPER OMNEM
CARNEM

et prophetabunt filii uestri
et filiae uestrae
et senes uestri somnia
somniabunt
et iuuenes uestri uisiones uidebunt
sed et super seruos et ancillas
in dieb. illis effundam de spũ meo
et dabo prodigia in caelo et in terra
sanguinem et ignem
et uaporem fumi
sol uertetur in tenebras et luna
in sanguinem antequam ueniat
dies dñi magnus et horribilis
et erit omnis qui inuocauerit
nomen dñi saluus erit
quia in monte sion et in hierusalē
erit saluatio sicut dixit dñs
et in residuis quos dñs uocauerit
III quia ecce in dieb. illis
et in tempore illo
cum conuertero captiuitatem
iudae et hierusalem
congregabo omnes gentes
et ducam eos in uallem iosaphat
et disceptabo cum eis ibi super
populo meo et heredita
tem mea isrl̄
quos disperserunt in nationibus
et terram meam diuiserunt
et super populum meum
miserunt sortem
et posuerunt puerum
in prostibulum
et puellam uendiderunt
pro uino ut biberent
uerum quid mihi et uobis tyrus
et sidon et omnis terminus
palestinorum
numquid ultionem uos
redditis mihi
et si ulciscimini uos contra me
cito uelociter reddam uicissi
tudinem uobis super
caput uestrum

argentum enim meum
et aurum tulistis
et desiderabilia mea et pulcher
rima intulistis in delubra uẽstra
et filios iuda et filios hierusalē
uendidistis filiis graecorum
ut longe faceretis eos de finib. suis
ecce ego suscitabo eos de loco
in quo uendidistis eos
et conuertam retributionem
uestram in caput uestrum
et uendam filios uestros
et filias uestras
in manib. filiorum iuda
et uenundabunt eos sabaeis
genti longinquae
quia dñs locutus est
clamate hoc in gentibus scīficate
bellum suscitate robustos
accedant ascendant omnes
uiri bellatores
concidite aratra uestra in gladios
et ligones uestros in lanceas
infirmus dicat quia fortis ego sū
erumpite et uenite omnes gentes
de circuitu et congregamini
ibi obcumbere faciet dñs
omnes robustos tuos
consurgant et ascendant gentes
in uallem iosaphat
quia ibi sedebo ut iudicem
omnes gentes in circuitu
mittite falces quoniam
maturauit messis
uenite et descendite
quia plenum est torcular
exuberant torcularia quia multi
plicata est malitia eorum
populi populi in ualle concisionis
quia iuxta est dies dñi
in ualle concisionis
sol et luna intenebricati sunt
et stellae traxerunt
splendorem suum

ET DNS DE SION RUGIET ET DE HIERU
SALEM DABIT UOCEM SUAM
ET MOUEBUNTUR CAELI ET TERRA
ET DNS SPES POPULI SUI
ET FORTITUDO FILIORUM ISRL
ET SCIETIS QUIA EGO SUM DNS
DS UESTER
HABITANS IN SION IN MONTE SCO MEO
ET ERIT HIERUSALEM SCA ET ALIENI
NON TRANSIBUNT PER EAM AMPLIUS
ET ERIT IN DIE ILLA STILLABUNT
MONTES DULCEDINEM
ET COLLES FLUENT LACTE
ET PER OMNES TRIBUS IUDA
IBUNT AQUAE
ET FONS DE DOMO DNI EGREDIETUR
ET INRIGABIT TORRENTEM SPINARUM
AEGYPTUS IN DESOLATIONE ERIT
ET IDUMAEA IN DESERTUM
PERDITIONIS
PRO EO QUOD INIQUE EGERINT IN
FILIOS IUDA
ET EFFUDERINT SANGUINEM
INNOCENTEM IN TERRA SUA
ET IUDAEA IN AETERNUM HABITABITUR
ET HIERUSALEM IN GENERATIONE
ET GENERATIONE
ET MUNDABO SANGUINEM EORUM
QUEM NON MUNDAUERAM
ET DNS COMMORABITUR IN SION

EXPLICIT IOHEL PROPHETA

INCIP PROLOG AMOS PROP

AMOS PASTOR ET RUSTICUS ET ROBO
RUM MORA DISTRINGENS PAUCIS UER
BIS EXPLICARI NON POTEST QUIS ENIM
DIGNE EXPRIMAT TRIA ET QUATTUOR
SCELERA DAMASCI GAZAE TYRI IDUMAE
AE FILIORUM AMMON ET MOAB ET IN
SEPTIMO OCTAUOQUE GRADU IUDAEAE
ET ISRAHEL HIC LOQUITUR AD UACCAS
PINGUES QUAE SUNT IN MONTE SAMA
RIAE ET RUITURAM DOMUM MAIOREM
MINOREMQUE TESTATUR IPSE CERNIT
FICTOREM LUCUSTAE ET STANTEM
DNM SUPER MURUM LITUM
UEL ADAMANTINUM ET UNCINUM
POMORUM ADTRAHENTEM
SUPPLICIA PECCATORIBUS ET FAMEM
IN TERRAM NON FAMEM PANIS
NEQUE SITIM AQUAE SED AUDIEN
DI UERBUM DNI NON DIXIT UERBUM
SED UERBA AMOS UERO INTER
PRETATUR ONUSTUS HIC AMOS
SPIRITALIS GRATIAE PLENUS
PROPHETAUIT INTER CETEROS
PROPHETAS NON ENIM IPSE SOLUS
ERAT PROPHETES SED ETIAM ALII
ESSE QUIPPE NON POTERAT PROPHETES
NISI ANTE PASTOR FUISSET QUI ETIAM
TUBA SUA CLANGIT PER SINGULOS DIES
ERUDIENS ET DOCENS IN ECCLESIA
IN UERITATE ENIM UOX OMNIUM
PROPHETARUM TAMQUAM TUBA
SPIRITALIS EST PRAEDICANS IN ECCLE
SIA SECUNDUM QUOD SCRIPTUM
EST ASCENDE IN MONTEM EXCELSUM
TU QUI EUANGELIZAS SION EXALTA
UOCEM TUAM QUI PRAEDICAS
HIERUSALEM :.

EXP PROLOG AMOS PROP

INCIPIT IPSE LIBER ·

✝ I VERBA AMOS QUI FUIT IN PASTORALIBUS
DE THECUE QUAE VIDIT SUPER
ISRL IN DIEB OZIAE REGIS IUDA
ET IN DIEB IEROBOAM FILII IOAS
REGIS ISRAHEL
ANTE DUOS ANNOS TERRAEMOTUS
ET DIXIT
DNS DE SION RUGIET ET DE HIERU
SALEM DABIT UOCEM SUAM
ET LUXERUNT SPECIOSA PASTORU
ET EXSICCATUS EST UERTEX CARMELI
✝ ſ II HAEC DICIT DNS SUPER TRIBUS
SCELERIB DAMASCI ET SUPER
QUATTUOR NON CONUERTAM EU
EO QUOD TRITURAUERINT IN PLAUSTRIS
FERREIS GALAAD
ET MITTAM IGNEM IN DOMUM AZAEL
ET DEUORABIT DOMOS BENADAD
ET CONTERAM UECTEM DAMASCI
ET DISPERDAM HABITATOREM
DE CAMPO IDOLI
ET TENENTEM SCEPTRUM
DE DOMO UOLUPTATIS
ET TRANSFERETUR POPULUS
SYRIAE CYRENEN DICIT DNS
HAEC DICIT DNS SUPER TRIBUS
SCELERIB GAZAE
ET SUPER QUATTUOR
NON CONUERTAM EUM
EO QUOD TRANSTULERIT
CAPTIUITATEM PERFECTAM
UT CONCLUDERET EAM IN IDUMAEA
ET MITTAM IGNEM IN MURUM GAZAE
ET DEUORABIT AEDES EIUS
ET DISPERDAM HABITATOREM
DE AZOTO
ET TENENTEM SCEPTRUM
DE ASCALONE
ET CONUERTAM MANUM MEAM
SUPER ACCARON
ET PERIBUNT RELIQUI PHILISTI
NORUM DICIT DNS DS
HAEC DICIT DNS SUPER TRIBUS
SCELERIB TYRI

ET SUPER QUATTUOR
NON CONUERTAM EUM
EO QUOD CONCLUSERINT CAPTIUITATE
PERFECTAM IN IDUMAEAM
ET NON SINT RECORDATI FOEDERIS
FRATRUM
ET EMITTAM IGNEM IN MURUM TYRI
ET DEUORABIT AEDES EIUS
HAEC DICIT DNS SUPER TRIBUS
SCELERIBUS EDOM
ET SUPER QUATTUOR
NON CONUERTAM EUM
EO QUOD PERSECUTUS SIT IN GLADIO
FRATREM SUUM
ET UIOLAUERIT MISERICORDIAM EIUS
ET TENUERIT ULTRA FUROREM SUUM
ET INDIGNATIONEM SUAM SERUA
UERIT USQ IN FINEM
MITTAM IGNEM IN THEMAN
ET DEUORABIT AEDES BOSRAE
HAEC DICIT DNS SUPER TRIBUS
SCELERIB FILIORUM AMMON
ET SUPER QUATTUOR
NON CONUERTAM EUM
EO QUOD DISSECUERIT PREGNANTES
GALAAD AD DILATANDUM
TERMINUM SUUM
ET SUCCENDAM IGNEM IN MURO
RABBAE
ET DEUORABIT AEDES EIUS
IN ULULATU IN DIE BELLI ET IN TUR
BINE IN DIE COMMOTIONIS
ET IBIT MELCHOM IN CAPTIUITATE
IPSE ET PRINCIPES EIUS SIMUL
DICIT DNS
ſ II HAEC DICIT DNS SUPER TRIBUS
SCELERIBUS MOAB
ET SUPER QUATTUOR
NON CONUERTAM EUM
EO QUOD INCENDERIT OSSA REGIS
IDUMAEAE USQ AD CINEREM
ET MITTAM IGNEM IN MOAB
ET DEUORABIT AEDES CARIOTH
ET MORIETUR IN SONITU MOAB

IN CLANGORE TUBAE
ET DISPERDAM IUDICEM IN MEDIO EIUS
ET OMNES PRINCIPES EIUS INTER
FICIAM CUM EO DICIT DNS
HAEC DICIT DNS SUPER TRIBUS
SCELERIB· IUDA
ET SUPER QUATTUOR
NON CONUERTAM EUM
EO QUOD ABIECERINT LEGEM DNI
ET MANDATA EIUS NON CUSTODIERINT
DECEPERUNT ENIM EOS IDOLA SUA
POST QUAE ABIERANT PATRES EORU̅
ET MITTAM IGNEM IN IUDA
ET DEUORABIT AEDES HIERUSALEM
HAEC DICIT DNS SUPER TRIBUS
SCELERIB· ISRL
ET SUPER QUATTUOR
NON CONUERTAM EUM
PRO EO QUOD UENDIDERIT
ARGENTO IUSTUM
ET PAUPEREM PRO CALCIAMENTIS
QUI CONTERUNT SUPER PULUEREM
TERRAE CAPITA PAUPERUM
ET UIAM HUMILIUM DECLINANT
ET FILIUS AC PATER EIUS IERUNT
AD PUELLAM UT UIOLARENT
NOMEN SCM MEUM
ET SUPER UESTIMENTIS PIGNERATIS
ACCUBUERUNT IUXTA OMNE ALTARE
ET UINUM DAMNATORUM BIBEBANT
IN DOMO DI SUI
EGO AUTEM EXTERMINAUI AMORRAEU̅
A FACIE EORUM
CUIUS ALTITUDO CEDRORUM
ALTITUDO EIUS
ET FORTIS IPSE QUASI QUAERCUS
ET CONTRIUI FRUCTUM EIUS DESUPER
ET RADICES EIUS SUBTER
EGO SUM QUI ASCENDERE UOS FECI
DE TERRA AEGYPTI ET EDUXI UOS
IN DESERTO QUADRAGINTA ANNIS
UT POSSIDERETIS TERRAM AMORREI
ET SUSCITAUI DE FILIIS UESTRIS
IN PROPHETAS
ET DE IUUENIB· UESTRIS NAZARENOS
NUMQUID NON ITA EST FILII ISRL
DICIT DNS
ET PROPINABATIS NAZARENIS UINUM
ET PROPHETIS MANDABATIS DICENTES
NE PROPHETETIS
ECCE EGO STRIDEBO SUPER UOS
SICUT STRIDET PLAUSTRUM
ONUSTUM FAENO
ET PERIBIT FUGA A UELOCE ET FORTIS
NON OBTINEBIT UIRTUTEM SUAM
ET ROBUSTUS NON SALUABIT
ANIMAM SUAM
ET TENENS ARCUM NON STABIT
ET UELOX PEDIB· SUIS NON SALUABITUR
ET ASCENSOR EQUI NON SALUABIT
ANIMAM SUAM
ET ROBUSTUS CORDE INTER FORTES
NUDUS FUGIET IN DIE ILLA DICIT DNS
† §III. AUDITE UERBUM QUOD LOCUTUS
EST DNS SUPER UOS FILII ISRL
SUPER OMNI COGNATIONE QUAM
EDUXI DE TERRA AEGYPTI DICENS
TANTUMMODO UOS COGNOUI
EX OMNIB· COGNATIONIB· TERRAE
IDCIRCO UISITABO SUPER UOS
OMNES INIQUITATES UESTRAS
NUMQUID AMBULABUNT DUO PARITER
NISI CONUENERIT EIS
NUMQUID RUGIET LEO IN SALTU
NISI HABUERIT PRAEDAM
NUMQUID DABIT CATULUS LEONIS
UOCEM DE CUBILI SUO NISI ALIQUID
ADPREHENDERIT
NUMQUID CADET AUIS IN LAQUEUM
TERRAE ABSQ· AUCUPE
NUMQUID AUFERETUR LAQUEUS
DE TERRA ANTEQUAM QUID CEPERIT
SI CLANGET TUBA IN CIUITATE
ET POPULUS NON EXPAUESCET
SI ERIT MALUM IN CIUITATE
QUOD DNS NON FECIT
QUIA NON FACIET DNS DS UERBUM
NISI REUELAUERIT SECRETUM SUU̅

ADSERUOSSUOS PROPHETAS
LEORUGIET QUISNONTIMEBIT
DNSDS LOCUTUSEST QUISNON
PROPHETABIT
AUDITUMFACITE INAEDIB·AZOTI
ET INAEDIB·TERRAEAEGYPTI ET DICITE
CONGREGAMINI SUPERMONTES
SAMARIAE
ETUIDETE INSANIAS MULTAS
INMEDIO EIUS
ETCALUMNIAM PATIENTES
INPENETRABILIB·EIUS
ETNESCIERUNT FACERERECTUM
DICITDNS
THESAURIZANTES INIQUITATEM
ETRAPINAS INAEDIB·SUIS
PROPTEREA HAECDICITDNSDS
TRIBULABITUR ETCIRCUMIETUR
TERRA
ETDETRAHETUREXTEFORTITUDOTUA
ETDIRIPIENTURAEDESTUAE
HAECDICITDNS· QUOMODOSIERUAT
PASTOR EXORE LEONISDUOCRURA
AUTEXTREMUM AURICULAE
SICERUENTUR FILIIISRL QUIHABITANT
INSAMARIA INPLAGA LECTULI
ETINDAMASCO GRAUATI
AUDITEETCONTESTAMINIINDOMO
IACOB DICITDNSDS EXERCITUUM
QUIA INDIE CUMUISITARE COEPERO
PRAEUARICATIONES ISRL SUPEREU
UISITABO ETSUPERALTARIA BETHEL
ET AMPUTABUNTUR CORNUAALTARIS
ETCADENT INTERRAM
ETPERCUTIAM DOMUMHIEMALE
CUM DOMOAESTIUA
·ETPERIBUNT DOMUS EBURNEAE
ETDISSIPABUNTUR AEDESMULTAE
DICIT DNS
† IIII· AUDITE UERBUM HOCUACCAE
PINGUES QUAEESTIS
INMONTESAMARIAE
QUICALUMNIAM FACITIS EGENIS
ETCONFRINGITIS PAUPERES

QUIDICITIS DOMINISUESTRIS
AFFERTE ETBIBEMUS
IURAUIT DNSDS INSCO SUO
QUIAECCE DIESUENIUNT SUPERUOS
ETLEUABUNT UOS INCONTIS
ETRELIQUIASUESTRAS
INOLLIS FERUENTIBUS
ETPERAPERTURAS EXIBITIS
ALTERA CONTRAALTERAM
ETPROICIMINIINARMON DICITDNS
UENITE ADBETHEL ETIMPIE
AGITE ADGALGALA
ETMULTIPLICATE PRAEUARICATIONE
ETOFFERTE MANE UICTIMAS
UESTRAS
TRIB·DIEB· DECIMASUESTRAS
ETSACRIFICATE DEFERMENTATO
LAUDEM
ETUOCATEUOLUNTARIAS
OBLATIONES ETADNUNTIATE
SICENIM UOLUISTIS FILIIISRL
DICITDNSDS
UNDEETEGO DEDIUOBISSTUPORE
DENTIUM INCUNCTIS
URBIBUS UESTRIS
ETINDIGENTIAM PANUM
INOMNIB·LOCIS UESTRIS
ETNONESTIS REUERSIADME DICITDNS
EGO QUOQ·PROHIBUI AUOBIS IMBRE
CUM ADHUCTRES MENSESSUPER
ESSENT USQ·ADMESSEM
ETPLUISUPER CIUITATEM UNAM
ETSUPERCIUITATEM ALTERAM
NONPLUI
PARS UNACONPLUTAEST
ETPARS SUPERQUAMNONPLUI ARUIT
ETUENERUNTDUAE ETTRESCIUITA
TES ADCIUITATEM UNAM
UTBIBERENT AQUAM ETNON
SUNT SATIATAE
ETNONREDISTIS ADME DICITDNS
PERCUSSIUOS INUENTOURENTE
ETINAURUGINE
MULTITUDINEM HORTORUM

VESTRORUM ET VINEARUM VESTRARUM
OLIVETA VESTRA ET FICETA VESTRA
COMEDIT ERUCA ET NON REDISTIS
AD ME DICIT DNS
MISI IN VOS MORTEM IN VIA AEGYPTI
PERCUSSI IN GLADIO IUVENES VESTROS
USQ. AD CAPTIVITATEM EQUORUM
VESTRORUM
ET ASCENDERE FECI PUTREDINEM
CASTRORUM VESTRORUM
IN NARES VESTRAS
ET NON REDISTIS AD ME DICIT DNS
SUBVERTI VOS SICUT SUBVERTIT DS
SODOMAM ET GOMORRAM
ET FACTI ESTIS QUASI TORRES
RAPTUS DE INCENDIO ET NON
REDISTIS AD ME DICIT DNS
QUAPROPTER HAEC FACIAM TIBI ISRL
POSTQUAM AUTEM HAEC FECERO TIBI
PRAEPARARE IN OCCURSUM DI TUI ISRL
QUONIAM ECCE FORMANS MONTES
ET CREANS VENTUM
ET ANNUNTIANS HOMINI ELOQUIUM SUUM
FACIENS MATUTINAM NEBULAM
ET GRADIENS SUPER EXCELSA TERRAE
DNS DS EXERCITUUM NOMEN EIUS
+ ue AUDITE VERBUM ISTUD QUOD EGO
LEVO SUPER VOS PLANCTUM
DOMUS ISRL
CECIDIT NON ADICIET UT RESURGAT
VIRGO ISRL PROIECTA EST IN TERRAM
SUAM NON EST QUI SUSCITET EAM
QUIA HAEC DICIT DNS DS
URBS DE QUA EGREDIEBANTUR MILLE
RELINQUENTUR IN EA CENTUM
ET DE QUA EGREDIEBANTUR CENTUM
RELINQUENTUR IN EA DECEM
IN DOMO ISRAHEL
QUIA HAEC DICIT DNS DOMUI ISRL
QUAERITE ME ET VIVETIS
ET NOLITE QUAERERE BETHEL
ET IN GALGALA NOLITE INTRARE
ET IN BERSABEE NON TRANSIBITIS
QUIA GALGALA CAPTIVA DUCETUR

ET BETHEL ERIT INUTILIS
QUAERITE DNM ET VIVITE NE FORTE
CONBURATUR UT IGNIS DOMUS IOSEPH
ET DEVORABIT ET NON ERIT
QUI EXTINGUAT BETHEL
QUI CONVERTITIS IN ABSINTIUM IUDICIUM
ET IUSTITIAM IN TERRA RELINQUITIS
FACIENTEM ARCTURUM ET ORIONEM
ET CONVERTENTEM IN MANE TENEBRAS
ET DIEM NOCTE MUTANTEM
QUI VOCAT AQUAS MARIS ET EFFUN
DET EAS SUPER FACIEM TERRAE
DNS NOMEN EIUS
QUI SUBRIDET VASTITATEM
SUPER ROBUSTUM
ET DEPOPULATIONEM SUPER
POTENTEM ADFERT
ODIO HABUERUNT IN PORTA
CORRIPIENTEM
ET LOQUENTEM PERFECTE
ABOMINATI SUNT
IDCIRCO PRO EO QUOD DIRIPIEBATIS
PAUPEREM
ET PRAEDAM ELECTAM
TOLLEBATIS AB EO
DOMOS QUADRO LAPIDE AEDIFICABITIS
ET NON HABITABITIS IN EIS
VINEAS AMANTISSIMAS PLANTABITIS
ET NON BIBETIS VINUM EARUM
QUIA COGNOVI MULTA SCELERA
VESTRA ET FORTIA PECCATA VESTRA
HOSTES IUSTI ACCIPIENTES MUNUS
ET PAUPERES IN PORTA DEPRIMENTES
IDEO PRUDENS IN TEMPORE ILLO
TACEBIT QUIA TEMPUS MALUM EST
QUAERITE BONUM ET NON MALUM
UT VIVATIS
ET ERIT DNS DS EXERCITUUM
VOBISCUM SICUT DIXISTIS
ODITE MALUM ET DILIGITE BONUM
ET CONSTITUITE IN PORTA IUDICIUM
SI FORTE MISEREATUR DNS DS
EXERCITUUM RELIQUIIS IOSEPH
PROPTEREA HAEC DICIT DNS DS

EXERCITUUM DOMINATOR
IN OMNIB· PLATEIS PLANCTUS
ET IN CUNCTIS QUAE FORIS SUNT
DICETUR UAE UAE
ET UOCABANT AGRICOLAM AD LUCTŪ
ET AD PLANCTUM EOS
QUI SCIUNT PLANGERE
ET IN OMNIB· UINEIS ERIT PLANCTUS
QUIA PERTRANSIBO IN MEDIO TUI
DICIT DNS
VII UAE DESIDERANTIB· DIEM DNI
AD QUID EAM UOBIS
DIES DNI ISTA TENEBRAE ET NON LUX
QUOMODO SI FUGIAT UIR A FACIE
LEONIS ET OCCURRAT EI URSUS
ET INGREDIATUR DOMUM ET INNITA
TUR MANU SUA SUPER PARIETEM
ET MORDEAT EUM COLUBER
NUMQUID NON TENEBRAE
DIES DNI ET NON LUX
ET CALIGO ET NON SPLENDOR IN EA
ODI ET PROIECI FESTIUITATES
UESTRAS
ET NON CAPIAM ODOREM COETUŪ
UESTRORUM
QUOD SI ADTULERITIS MIHI HOLOCAU
STOMATA ET MUNERA UESTRA
NON SUSCIPIAM
ET UOTA PINGUIUM UESTRORUM
NON RESPICIAM
AUFER A ME TUMULTUM CARMINŪ
TUORUM
ET CANTICA LYRAE TUAE NON AUDIĀ
ET REUELABITUR QUASI AQUA IUDICIŪ
ET IUSTITIA QUASI TORRENS FORTIS
NUMQUID HOSTIAS ET SACRIFICIŪ
OBTULISTIS MIHI IN DESERTO
QUADRAGINTA ANNIS DOMUS ISRL
ET PORTASTIS TABERNACULUM
MOLOCH UESTRO
ET IMAGINEM IDOLORUM UESTRORŪ
SIDUS DI UESTRI QUAE FECISTIS UOBIS
ET MIGRARE UOS FACIAM TRANS
DAMASCUM DIXIT DNS DS

EXERCITUUM NOMEN EIUS
VI UAE QUI OPULENTI ESTIS IN SION
ET CONFIDITIS IN MONTEM SAMARIAE
OPTIMATES CAPITA POPULORUM
INGREDIENTES POMPATICE
DOMUS ISRL
TRANSITE IN CHALANNE ET UIDETE
ET ITE INDE IN EMATH MAGNAM
ET DESCENDITE IN GETH PALESTINORŪ
ET AD OPTIMA QUAEQ· REGNA EORUM
SI LATIOR TERMINUS EORUM
TERMINO UESTRO EST
QUI SEPARATI ESTIS IN DIEM MALUM
ET ADPROPINQUATIS SOLIO INIQUITATIS
QUI DORMITIS IN LECTIS EBURNEIS
ET LASCIUITIS IN STRATIS UESTRIS
QUI COMEDITIS AGNUM DE GREGE
ET UITULOS DE MEDIO ARMENTI
QUI CANITIS AD UOCEM PSALTERII
SICUT DAUID
PUTAUERUNT SE HABERE UASA CANTICI
BIBENTES IN FIALIS UINUM
ET OPTIMO UNGENTO DILIBUTI
ET NIHIL PATIEBANTUR SUPER
CONTRITIONE IOSEPH
QUAPROPTER NUNC MIGRABUNT
IN CAPITE TRANSMIGRANTIUM
ET AUFERETUR FACTIO LASCIUIENTIŪ
IURAUIT DNS DS IN ANIMA SUA DICIT
DNS DS EXERCITUUM
DETESTOR EGO SUPERBIAM IACOB
ET DOMOS EIUS ODI
ET TRADAM CIUITATEM
CUM HABITATORIB· SUIS
QUOD SI RELIQUI FUERINT DECEM
UIRI IN DOMO UNA ET IPSI MORIENTUR
ET TOLLET EUM PROPINQUUS
SUUS ET CONBURET EUM
UT EFFERAT OSSA DE DOMO
ET DICET EI QUI IN PENETRABILIBUS
DOMUS EST
NUMQUID ADHUC EST APUD TE
ET RESPONDEBIT FINIS EST
ET DICET EI TACE ET NON RECORDERIS

NOMINIS DNI QUIA ECCE DNS MANDABIT
ET PERCUTIET DOMUM MAIOREM
RUINIS
ET DOMUM MINOREM SCISSIONIBUS
NUMQUID CURRERE QUEUNT
IN PETRIS EQUI
AUT ARARI POTEST IN BUBALIS
QUIA CONUERTISTIS IN AMARITUDINE
IUDICIUM
ET FRUCTUM IUSTITIAE IN ABSINTIU
QUI LAETAMINI IN NIHILO
QUI DICITIS NUMQUID NON IN FORTI + ſ cIII
TUDINE NOSTRA ADSUMIMUS
NOBIS CORNUA
ECCE ENIM SUSCITABO SUPER UOS
DOMUS ISRL DICIT DNS DS
EXERCITUUM GENTEM
ET CONTERENT UOS AB INTROITU
EMATH USQ AD TORRENTEM DESERTI
VI HAEC OSTENDIT MIHI DNS DS
ET ECCE FICTOR LUCUSTAE
IN PRINCIPIO GERMINANTIUM
SEROTINI IMBRIS
ET ECCE SEROTINUS POST
TONSOREM GREGIS
ET FACTUM EST CUM CONSUMMAS
SET COMEDERE HERBAM TERRAE
ET DIXI DNE DS PROPITIUS ESTO
OBSECRO
QUIS SUSCITAUIT IACOB
QUIA PARUULUS EST
MISERTUS EST DNS SUPER HOC
NON ERIT DIXIT DNS
+ ſ cII HAEC OSTENDIT MIHI DNS DS
ET ECCE UOCABAT IUDICIUM
AD IGNEM DNS DS
ET DEUORABIT ABYSSUM MULTAM
ET COMEDIT SIMUL PARTEM
ET DIXI DNE DS QUIESCE OBSECRO
QUIS SUSCITABIT IACOB
QUIA PARUULUS EST
MISERTUS EST DNS SUPER HOC
SED ET ISTUD NON ERIT DIXIT DNS DS
HAEC OSTENDIT MIHI DNS

ECCE DNS STANS SUPER MURUM LITUM
ET IN MANU EIUS TRULLA CEMENTARII
ET DIXIT DNS AD ME QUID TU UIDES AMOS
ET DIXI TRULLA CEMENTARII
ET DIXIT DNS ECCE EGO PONAM TRULLA
IN MEDIO POPULI MEI ISRL
NON ADICIAM ULTRA SUPERINDUCERE EU
ET DEMOLIENTUR EXCELSA IDOLI
ET SCIFICATIONES ISRL DESOLABUNTUR
ET CONSURGAM SUPER DOMUM
HIEROBOAM IN GLADIO
ET MISIT AMASIAS SACERDOS
BETHEL AD HIEROBOAM
REGEM ISRL DICENS
REBELLAUIT CONTRA TE AMOS
IN MEDIO DOMUS ISRL
NON POTERIT TERRA SUSTINERE
UNIUERSOS SERMONES EIUS
HAEC ENIM DICIT AMOS
IN GLADIO MORIETUR HIEROBOAM
ET ISRL CAPTIUUS MIGRABIT
DE TERRA SUA
ET DIXIT AMASIAS AD AMOS QUI UIDES
GRADE FUGE IN TERRAM IUDA
ET COMEDE IBI PANEM ET IBI
PROPHETABIS ET IN BETHEL
NON ADICIES ULTRA UT PROPHETES
QUIA SCIFICATIO REGIS EST
ET DOMUS REGNI EST
ET RESPONDIT AMOS ET DIXIT
AD AMASIAM
NON SUM PROPHETA ET NON SUM
FILIUS PROPHETAE SED ARMEN
TARIUS EGO SUM BELLICANS
SYCOMORUS
ET TULIT ME DNS CUM SEQUERER
GREGEM
ET DIXIT AD ME DNS
UADE PROPHETA AD POPULUM
MEUM ISRL
ET NUNC AUDI UERBUM DNI
TU DICIS NON PROPHETAUIS SUPER ISRL
ET NON STILLABIS SUPER DOMUM
IDOLI

propter hoc haec dicit dns
uxor tua in ciuitate fornicabitur
et filii tui et filiae tuae
in gladio cadent
et humus tua funiculo metietur
et tu in terra polluta morieris
et isrl captiuus migrabit
de terra sua
ſ· VIII haec ostendit mihi dns ds
et ecce uncinus pomorum
et dixit quid tu uides amos
et dixi uncinum pomorum
et dixit dns ad me
uenit finis super populum
meum isrl
non adiciam ultra ut pertran
seam eum
et stridebunt cardines templi
in die illa dicit dns ds
multi morientur in omni loco
proicietur silentium
audite hoc qui conteritis pauperē
et deficere facitis egenos terrae
dicentes quando transibit messis
et uenundabimus merces et sabbatū
et aperiemus frumentum
ut inminuamus mensuram
et augeamus siclum
et subponamus stateras dolosas
ut possideamus in argento egenos
et pauperes pro calciamentis
et quisquilias frumenti uendamus
iurauit dns in superbia iacob
si oblitus fuero usq; ad finem
omnia opera eorum
numquid super isto non com
mouebitur terra
et lugebit omnis habitator eius
et ascendet quasi fluuius
uniuersus
et eicietur et defluet
quasi riuus aegypti
et erit in die illa dicit dns
occidet sol meridie et tenebre
scere faciam terram in die luminis
et conuertam festiuitates
uestras in luctum
et omnia cantica uestra in planctū
et inducam super omne dorsū
uestrum saccum
et super omne caput caluitium
et ponam eam quasi luctum
unigeniti
et nouissima eius quasi diem amarū
+ ſ uiiii Ecce dies ueniunt dicit dns
et mittam famem in terram
non famem panis neq; sitim aquae
sed audiendi uerbum dni
et commouebuntur a mari
usque ad mare
et ab aquilone usq; ad orientem
circuibunt quaerentes uerbū
dni et non inuenient
in die illa deficient uirgines
pulchrae et adulescentes in siti
qui iurant in delicto samariae
et dicunt uiuit dns ds tuus dan
et uiuit uia bersabee
et cadent et non resurgent ultra
ſ· IX uidi dnm stantem super altare
et dixit percute cardinem
et commoueantur superliminaria
auaritia enim in capite omnium
et nouissimum eorum in gladio
interficiam· non erit fuga eis
fugiet et non saluabitur
ex eis qui fugerit
si descenderint usq; ad infernū
inde manus mea educet eos
et si ascenderint usq; ad caelū
inde detraham eos
et si absconditi fuerint in uertice
carmeli inde scrutans
auferam eos
et si celauerint se ab oculis meis
in fundo maris ibi mandabo
serpenti et mordebit eos
et si abierint in captiuitatem

coram inimicis suis ibi mandabo
gladio et occidet eos
et ponam oculos meos super eos
in malum et non in bonum
et dns ds exercituum qui tangit
terram et tabescet
et lugebunt omnes habitantes in ea
et ascendet sicut rivus omnis
et defluet sicut fluvius aegypti
qui aedificat in caelo
ascensionem suam
et fasciculum suum super terrā
fundavit
qui vocat aquas maris et effun
det eas super faciem terrae
dns nomen eius
numquid non ut filii aethiopum
vos estis mihi filii isrl ait dns
numquid non isrl ascendere
feci de terra aegypti
et palestinos de cappadocia
et syros de cyrene
ecce oculi dni di super
regnum peccans
et conteram illud a facie terrae
verumtamen conterens
non conteram domum
iacob dicit dns
ecce enim ego mandabo et con
cutiam in omnib; gentibus
domum isrl
sicut concutitur in cribro
et non cadet lapillus
super terram
in gladio morientur omnes
peccatores populi mei
qui dicunt non adpropinquabit
et non veniet super nos malū
in die illa suscitabo tabernacu
lum david quod cecidit
et reaedificabo pertusuras
murorum eius
et ea quae corruerunt instaurabo
et reaedificabo eum sicut
dieb; antiquis
ut possideant reliquias idumeae
et omnes nationes
eo quod invocatum sit nomen meū
super eos dicit dns faciens haec
ecce dies veniunt dicit dns
et conprehendet arator messorē
et calcator uvae mittentem semen
et stillabunt montes dulcedinē
et omnes colles culti erunt
et convertam captivitatem
populi mei isrl
et aedificabunt civitates
desertas et habitabunt
et plantabunt vineas
et bibent vinum earum
et facient hortos
et comedent fructus eorum
et plantabo eos super humum suā
et non evellam eos ultra
de terrā sua quam dedi eis
dicit dns ds tuus

EXPLICIT AMOS PROPHETA

INCIPIT ABDIAS PROPHETA

Abdias qui interpretatur servus dni
personat contra edom et sanguinarium
terrenumq; fratris quoque
iacob semper aemulum hasta
percutit spiritali.

EXPL PROLOG ABDIAE PROP

INCIPIT IPSE LIBER

VISIO ABDIAE
HAEC DICIT DNS DS AD EDOM
AUDITUM AUDIUIMUS A DNO
ET LEGATUM AD GENTES MISIT
SURGITE ET CONSURGAMUS
ADUERSUM EUM IN PROELIUM
ECCE PARUULUM TE DEDI IN GENTIBUS
CONTEMPTIBILIS TU ES UALDE
SUPERBIA CORDIS TUI EXTULIT TE
HABITANTEM IN SCISSURIS PETRAE
EXALTANTEM SOLIUM SUUM
QUI DICIT IN CORDE SUO QUIS
DETRAHET ME IN TERRAM
SI EXALTATUS FUERIS UT AQUILA
ET SI INTER SIDERA POSUERIS
NIDUM TUUM
INDE DETRAHAM TE DICIT DNS
SI FURES INTROISSENT AD TE
SI LATRONES PER NOCTEM
QUOMODO CONTICUISSES
NONNE FURATI ESSENT
SUFFICIENTIA SIBI
SI UINDEMIATORES INTROISSENT AD TE
NUMQUID SALTEM RACEMOS
RELIQUISSENT TIBI
QUOMODO SCRUTATI SUNT ESAU
INUESTIGAUERUNT ABSCONDITA EIUS
USQ· AD TERMINUM EMISERUNT TE
OMNES UIRI FOEDERIS TUI
INLUSERUNT TIBI
INUALUERUNT ADUERSUM TE
UIRI PACIS TUAE
QUI COMEDUNT TE CUM PONENT
INSIDIAS SUBTER TE
NON EST PRUDENTIA IN EO
NUMQUID NON IN DIE ILLA DICIT DNS
PERDAM SAPIENTES DE IDUMAEA
ET PRUDENTIAM DE MONTE ESAU
ET TIMEBUNT FORTES TUI A MERIDIE
UT INTEREAT UIR DE MONTE ESAU
PROPTER INTERFECTIONEM
ET PROPTER INIQUITATEM
IN FRATREM TUUM IACOB
OPERIET TE CONFUSIO ET PERIBIS
IN AETERNUM
IN DIE CUM STARES ADUERSUS QUANDO
CAPIEBANT ALIENI EXERCITUM EIUS
ET EXTRANEI INGREDIEBANTUR
PORTAS EIUS
ET SUPER HIERUSALEM
MITTEBANT SORTEM
TU QUOQ· ERAS QUASI UNUS EX EIS
ET NON DESPICIES IN DIE FRATRIS TUI
IN DIE PEREGRINATIONIS EIUS
ET NON LAETABERIS SUPER FILIOS
IUDA IN DIE PERDITIONIS EORUM
ET NON MAGNIFICABIS OS TUUM
IN DIE ANGUSTIAE
NEQ· INGREDIERIS PORTAM POPULI
MEI IN DIE RUINAE EORUM
NEQ· DESPICIES ET TU IN MALIS EIUS
IN DIE UASTITATIS ILLIUS
ET NON EMITTERIS ADUERSUM EXER
CITUM EIUS IN DIE UASTITATIS ILLIUS
NEQ· STABIS IN EXITIB· UT INTERFICIAS
EOS QUI FUGERINT ET NON CLUDES
RELIQUOS EIUS IN DIE TRIBULATIONIS
QUONIAM IUXTA EST DIES DNI
SUPER OMNES GENTES
SICUT FECISTI FIET TIBI RETRIBUTIO
NEM TUAM CONUERTET
IN CAPUT TUUM
QUOMODO ENIM BIBISTI SUPER
MONTEM SCM MEUM
BIBENT OMNES GENTES IUGITER
ET BIBENT ET ABSORBENT
ET ERUNT QUASI NON SINT
ET IN MONTE SION ERIT SALUATIO
ET ERIT SCS
ET POSSIDEBIT DOMUS IACOB EOS
QUI SE POSSEDERANT
ET ERIT DOMUS IACOB IGNIS
ET DOMUS IOSEPH FLAMMA
ET DOMUS ESAU STIPULA
ET SUCCENDENTUR IN EIS
ET DEUORABUNT EOS
ET NON ERUNT RELIQUIAE DOMUS
ESAU QUIA DNS LOCUTUS EST

ET HEREDITABUNT HII QUI AD AUSTRU͞
MONTEM ESAU
ET QUI IN CAMPESTRIB· PHILISTIM
ET POSSIDEBUNT REGIONEM EFRAI͞
ET REGIONEM SAMARIAE
ET BENIAMIN POSSIDEBIT GALAAD
ET TRANSMIGRATIO EXERCITUS
HUIUS FILIORUM ISRL OMNIA
CHANANAEORUM USQ· AD SAREPTA
ET TRANSMIGRATIO HIERUSALEM
QUAE IN BOSFORO EST
POSSIDEBIT CIUITATES AUSTRI
ET ASCENDENT SALUATORES
IN MONTEM SION IUDICARE
MONTEM ESAU ET ERIT DNO REGNU͞

EXP ABDIAS PROPHETA

INCIP PROLOG IONAE PROP

IONAS. INTERPRETATUR COLUMBA NAUFRAGIO SUO PASSIONEM DNI PRAEFIGURANS
MUNDUM AD PAENITENTIAM REUOCAT
ET SUB NOMINE NINEUAE SALUTEM
GENTIBUS NUNTIAT

EXPLICIT PROLOG IONAE PROP
INC IPSE LIBER

1 ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD IONAM FILIUM AMATHI DICENS
SURGE ET UADE IN NINEUEN CIUITATE͞
GRANDEM ET PRAEDICA IN EA
QUIA ASCENDIT MALITIA
EIUS AD ME
ET SURREXIT IONAS UT FUGERET
IN THARSIS A FACIE DNI
ET DESCENDIT IOPPE ET INUENIT
NAUEM EUNTEM IN THARSIS
ET DEDIT NAULUM EIUS
ET DESCENDIT IN EAM
UT IRET CUM EIS IN THARSIS A FACIE DNI
DNS AUTEM MISIT UENTUM
MAGNUM IN MARI
ET FACTA EST TEMPESTAS
MAGNA IN MARI
ET NAUIS PERICLITABATUR CONTERI
ITA UT COMMINUERETUR
ET TIMUERUNT NAUTAE
ET CLAMAUERUNT UIRI AD DM SUU͞
ET MISERUNT UASA QUAE ERANT
IN NAUI IN MARE UT ADLEUA
RETUR AB EIS
ET IONAS DISCENDIT AD INTERI
ORA NAUIS
ET DORMIEBAT SOPORE GRAUI
ET ACCESSIT AD EUM GUBERNATOR
ET DIXIT EI
QUID TU SOPORE DEPRIMERIS
SURGE ET INUOCA DM TUUM SI FORTE
COGITET DS DE NOBIS ET NON
PEREAMUS
ET DIXIT UIR AD COLLEGAM SUUM
UENITE ET MITTAMUS SORTES
ET SCIAMUS QUARE HOC
MALUM SIT NOBIS
ET MISERUNT SORTES
ET CECIDIT SORS SUPER IONAN
ET DIXERUNT AD EUM INDICA NOBIS
CUIUS CAUSA MALUM ISTUD
SIT NOBIS
QUOD EST OPUS TUUM
QUAE TERRA TUA
ET DE QUO UEL EX QUO POPULO ES TU
ET DIXIT AD EOS
HEBREUS EGO SUM ET DNM DM
CAELI EGO TIMEO QUI FECIT
MARE ET ARIDAM
ET TIMUERUNT UIRI TIMORE MAGNO
ET DIXERUNT AD EUM QUID HOC FECISTI
COGNOUERANT ENIM UIRI QUOD
A FACIE DNI FUGERET
QUIA INDICAUERAT EIS
ET DIXERUNT AD EUM QUID FACIEMUS
TIBI ET CESSABIT MARE A NOBIS
QUIA MARE IBAT ET INTUMESCEBAT
ET DIXIT AD EOS
TOLLITE ME ET MITTITE IN MARE

ET CESSABIT MARE A UOBIS
SCIO ENIM EGO QUONIAM PROPTER
ME TEMPESTAS GRANDIS
HAEC SUPER UOS
ET REMIGABANT UIRI UT REUERTE
RENTUR AD ARIDAM ET NON UALEBANT
QUIA MARE IBAT ET INTUMESCEBAT
SUPER EOS
ET CLAMAUERUNT AD DNM ET DIXERUNT
QUAESUMUS DNE NE PEREAMUS
IN ANIMA UIRI ISTIUS ET NE DES
SUPER NOS SANGUINEM INNOCENTEM
QUIA TU DNE SICUT UOLUISTI FECISTI
ET TULERUNT IONAM ET MISERUNT
IN MARE
ET STETIT MARE A FERUORE SUO
ET TIMUERUNT UIRI
TIMORE MAGNO DNM
ET IMMOLAUERUNT HOSTIAS DNO
ET UOUERUNT UOTA
II ET PRAEPARAUIT DNS PISCEM
GRANDEM UT DEGLUTTIRET IONAM
ET ERAT IONA IN UENTRE CETI
TRIB· DIEB· ET TRIB· NOCTIBUS
ET ORAUIT IONA AD DNM DM SUUM
DE UTERO PISCIS ET DIXIT

CANTICUM

CLAMAUI DE TRIBULATIONE MEA
AD DNM ET EXAUDIUIT ME
DE UENTRE INFERNI CLAMAUI
ET EXAUDISTI UOCEM MEAM
ET PROIECISTI ME IN PRO
FUNDUM IN CORDE MARIS
ET FLUMEN CIRCUMDEDIT ME
OMNES GURGITES TUI ET FLUCTUS
TUI SUPER ME TRANSIERUNT
ET EGO DIXI ABIECTUS SUM
A CONSPECTU OCULORUM TUORUM
UERUMTAMEN RURSUS UIDEBO
TEMPLUM SCM TUUM
CIRCUMDEDERUNT ME AQUAE
USQ· AD ANIMAM
ABYSSUS UALLAUIT ME
PELAGUS OPERUIT CAPUT MEUM
ET AD EXTREMA MONTIUM DESCENDI
TERRAE UECTES CONCLUSERUNT
ME IN AETERNUM
ET SUBLEUABIS DE CORRUPTIONE
UITAM MEAM DNE DS MEUS
CUM ANGUSTIARETUR IN ME ANIMA
MEA DNI RECORDATUS SUM
UT UENIAT AD TE ORATIO MEA
AD TEMPLUM SCM TUUM
QUI CUSTODIUNT UANITATES FRUSTRA
MISERICORDIAM SUAM DERELINQUENT
EGO AUTEM IN UOCE LAUDIS
IMMOLABO TIBI
QUAECUMQ· UOUI REDDAM
PRO SALUTE DNO
ET DIXIT DNS PISCI ET EUOMUIT
IONAM IN ARIDAM
III ET FACTUM EST UERBUM DNI
AD IONAM SECUNDO DICENS
SURGE UADE AD NINEUEN
CIUITATEM MAGNAM
ET PRAEDICA IN EA PRAEDICATIONEM
QUAM EGO LOQUOR AD TE
ET SURREXIT IONAS ET ABIIT
IN NINEUEN IUXTA UERBUM DNI
ET NINEUE ERAT CIUITAS MAGNA DI
ITINERE DIERUM TRIUM
ET COEPIT IONAS INTROIRE
IN CIUITATEM ITINERE DIEI
UNIUS ET CLAMAUIT ET DIXIT
ADHUC QUADRAGINTA DIES
ET NINEUE SUBUERTETUR
ET CREDIDERUNT UIRI
NINEUITAE IN DO
ET PRAEDICAUERUNT IEIUNIUM
ET UESTITI SUNT SACCIS
A MAIORE USQ· AD MINOREM
ET PERUENIT UERBUM
AD REGEM NINEUE
ET SURREXIT DE TRIBUNALI SUO
ET ABIECIT UESTIMENTUM
SUUM A SE
ET INDUTUS EST SACCO
ET SEDIT IN CINERE

ET CLAMAUIT ET DIXIT IN NINEUE
EX ORE REGIS ET PRINCIPUM
EIUS DICENS
HOMINES ET IUMENTA ET BOUES
ET PECORA NON GUSTENT
QUICQUAM
NE PASCANTUR ET AQUAM NON BIBANT
ET OPERIANTUR SACCIS
HOMINES ET IUMENTA
ET CLAMENT AD DNM IN FORTITUDINE
ET CONUERTATUR UIR A UIA SUA MALA
ET AB INIQUITATE QUAE EST
IN MANIB. EORUM
QUIS SCIT SI CONUERTATUR
ET IGNOSCAT DS
ET REUERTATUR A FURORE IRAE SUAE
ET NON PERIBIMUS
ET UIDIT DNS OPERA EORUM QUIA CON
UERSI SUNT A UIA SUA MALA
PAENITUIT ET MISERTUS EST DNS
SUPER MALITIAM QUAM LOCUTUS
FUERAT UT FACERET EIS
ET NON FECIT
IIII ET ADFLICTUS EST IONA ADFLICTIO
NE MAGNA ET IRATUS EST
ET ORAUIT AD DNM ET DIXIT
OBSECRO DNE NUMQUID NON EST
HOC UERBUM MEUM
CUM ADHUC ESSEM IN TERRA MEA
PROPTER HOC PRAEOCCUPAUI
UT FUGEREM IN THARSIS
SCIO ENIM QUIA TU DS CLEMENS
ET MISERICORS ES PATIENS
ET MULTAE MISERATIONIS
ET IGNOSCENS SUPER MALITIA
ET NUNC DNE TOLLE QUAESO ANIMAM
MEAM A ME QUIA MELIOR EST
MIHI MORS QUAM UITA
ET DIXIT DNS PUTAS NE BENE
IRASCERIS TU
ET EGRESSUS EST IONAS DE CIUITATE
ET SEDIT CONTRA ORIENTEM CIUITATIS
ET FECIT SIBIMET IBI UMBRACULUM
ET SEDEBAT SUBTER EUM IN UMBRA
DONEC UIDERET QUID ACCIDERET
CIUITATI
ET PRAEPARAUIT DNS DS HEDERAM
ET ASCENDIT SUPER CAPUT IONAE
UT ESSET UMBRA SUPER CAPUT EIUS
ET PROTEGERET EUM
LABORAUERAT ENIM
ET LAETATUS EST IONA SUPER
HEDERA LAETITIA MAGNA
ET PARAUIT DS UERMEM ASCENSU
DILUCULO IN CRASTINUM
ET PERCUSSIT HEDERAM ET EXARUIT
ET CUM ORTUS FUISSET SOL PRAECE
PIT DNS UENTO CALIDO ET URENTI
ET PERCUSSIT SOL SUPER CAPUT
IONAE ET AESTUABAT
ET PETIUIT ANIMAE SUAE
UT MORERETUR ET DIXIT
MELIUS EST MIHI MORI QUAM UIUERE
ET DIXIT DNS AD IONAM
PUTAS BENE IRASCERIS TU
SUPER HEDERAM
ET DIXIT BENE IRASCOR EGO
USQUE AD MORTEM
ET DIXIT DNS TU DOLES SUPER HEDERA
IN QUA NON LABORASTI
NEQ. FECISTI UT CRESCERET
QUAE SUB UNA NOCTE NATA EST
ET UNA NOCTE PERIIT
ET EGO NON PARCAM NINEUE CIUITATI
MAGNAE IN QUA SUNT PLUS QUAM
CENTUM UIGINTI MILIA HOMINU
QUI NESCIUNT QUID SIT INTER
DEXTRAM ET SINISTRAM SUAM
ET IUMENTA MULTA

EXPLICIT IONAS PROPHETA
INCIPIT MICHA PROPHETA

MICHA DE MORASTHI COHERES XPI [illegible]
ADNUNTIAT FILIAE LATRONIS ET OBSIDIONEM
PONIT CONTRA EAM QUIA MAXILLAM PERCUS
SERIT IUDICIS ISRAHEL

† VERBUM DNI QUOD FACTUM EST
AD MICHA MORASTITEN IN DIEBUS
IOATHAM ACHAZ HIEZECHIAE
REGUM IUDA
QUOD UIDIT SUPER SAMARIAM
ET HIERUSALEM
AUDITE POPULI OMNES ET ADTEN
DAT TERRA ET PLENITUDO EIUS
ET SIT UOBIS DNS DS IN TESTEM
DNS DE TEMPLO SCO SUO
QUIA ECCE DNS EGREDITUR
DE LOCO SUO
ET DESCENDET ET CALCABIT
SUPER EXCELSA TERRAE
ET CONSUMENTUR MONTES
SUBTUS EUM
ET UALLES SCINDENTUR
SICUT CERA A FACIE IGNIS
SICUT AQUAE QUAE DECURRUNT
IN PRAECEPS
IN SCELERE IACOB OMNE ISTUD
ET IN PECCATIS DOMUS ISRL
QUOD SCELUS IACOB NONNE SAMARIA
ET QUAE EXCELSA IUDAE
NONNE HIERUSALEM
ET PONAM SAMARIAM QUASI ACER
UUM LAPIDUM IN AGRO
CUM PLANTATUR UINEA
ET DETRAHAM IN UALLEM
LAPIDES EIUS
ET FUNDAMENTA EIUS REUELABO
ET OMNIA SCULPTILIA EIUS
CONCIDENTUR
ET OMNES MERCEDES EIUS
CONBURENTUR IGNI
ET OMNIA IDOLA EIUS
PONAM IN PERDITIONEM
QUIA DE MERCEDIBUS MERETRICIS
CONGREGATA SUNT
ET USQ· AD MERCEDEM MERE
TRICIS REUERTENTUR
SUPER HOC PLANGAM ET ULULABO
UADAM EXPOLIATUS ET NUDUS
FACIAM PLANCTUM SICUT DRACHO
NUM

ET LUCTUM QUASI STRUTIONUM
QUIA DESPERATA EST PLAGA EIUS
QUIA UENIT USQ· AD IUDAM TETIGIT
PORTAM POPULI MEI
USQUE AD HIERUSALEM
IN GETH NOLITE ADNUNTIARE
LACRIMIS NE PLORETIS
IN DOMO PULUERIS PULUERE
UOS CONSPERGITE
ET TRANSITE UOBIS HABITATIO
PULCHRA CONFUSIONE NOMINIA
NON EST EGRESSA QUAE HABITAT
IN EXITU
PLANCTUM DOMUS UICINAE
ACCIPIET EX UOBIS
QUAE STETIT SIBIMET
QUIA INFIRMATA EST IN BONUM
QUAE HABITAT IN AMARITUDINIBUS
QUIA DESCENDIT MALUM A DNO
IN PORTAM HIERUSALEM
TUMULTUS QUADRIGAE STUPORIS
HABITANT IN LACHIS
PRINCIPIUM PECCATI EST
FILIAE SION
QUIA IN TE INUENTA SUNT SCELERA ISRL
PROPTEREA DABIT EMISSARIOS
SUPER HEREDITATEM GETH
DOMOS MENDACII IN DECEPTIONEM
REGIBUS ISRL
ADHUC HEREDEM ADDUCAM TIBI
QUAE HABITAS IN MARESA
USQUE ADOLLAM UENIET GLORIA
ISRAHEL
DECALUARE ET TONDERE SUPER
FILIOS DELICIARUM TUARUM
DILATA CALUITIUM TUUM SICUT AQUILA
QUONIAM CAPTIUI DUCTI SUNT EX TE
II UAE QUI COGITATIS INUTILE
ET OPERAMINI MALUM
IN CUBILIB· UESTRIS
IN LUCE MATUTINA FACIUNT ILLUD
QUONIAM CONTRA DM EST
MANUS EORUM
ET CONCUPIERUNT AGROS

et uiolenter tulerunt
et domos rapuerunt
et calumniabantur uirum
et domum eius uirum
et hereditatem eius
Idcirco haec dicit dn̄s
ecce ego cogito super familiam
istam malum unde non
auferetis colla uestra
et non ambulabitis superbi
quoniam tempus pessimum est
In die illa sumetur super uos
parabola
et cantabitur canticum
cum suauitate dicentium
depopulatione uastati sumus
pars populi mei commutata est
quomodo recedet a me
cum reuertatur qui regiones
uestras diuidat
propter hoc non erit tibi
mittens funiculum sortis
in conspectu dn̄i
ne loquamini loquentes
non stillabit super istos
non conprehendet confusio
dicit domus Iacob
numquid adbreuiatus est sp̄s dn̄i
aut tales sunt cogitationes eius
nonne uerba mea bona sunt
cum eo qui recte graditur
et e contrario populus meus
in aduersarium consurrexit
desuper tunica pallium
sustulistis
eos qui transiebant simplici
ter conuertistis in bellum
mulieres populi mei eiecistis
de domo deliciarum suarū
a paruulis earum tulistis
laudem meam in perpetuum
surgite et ite quia non
habebitis hic requiem
propter iniustitiam eius
corrumpetur putredine
pessima
utinam non essem uir habens sp̄m
et mendacium potius loquerer
stillabo tibi in uino et in ebrietate
et erit super quem stillatur
populus iste
congregatione congregabo
Iacob totum te
in unum conducam reliquias
isrl̄ pariter
ponam illum quasi gregem
in ouili
quasi pecus in medio caularum
tumultuabuntur a multitudine
hominum
ascendet enim pandens
iter ante eos
diuident et transibunt portā
et egredientur per eam
et transibit rex eorum coram eis
et dn̄s in capite eorum
III et dixi audite principes Iacob
et duces domus isrl̄
num quid non uestrum est
scire iudicium
qui odio habetis bonum
et diligitis malum
qui uiolenter tollitis pelles
eorum desuper eis et carnē
eorum desuper ossib· eorum
qui comederunt carnem
populi mei
et pellem eorum desuper
expoliauerunt
et ossa eorum confregerunt
et conciderunt sicut in lebete
et quasi carnem in medio ollae
tunc clamabunt ad dn̄m
et non exaudiet eos
et abscondet faciem suam
ab eis in tempore illo
sicut nequiter egerunt
in adinuentionib· suis

II haec dicit dns super prophetas
qui seducunt populum meum
qui mordent dentibus suis
et praedicant pacem
et si quis non dederit in ore eorum
quippiam scificant
super eum proelium
propter ea nox uobis
pro uisione erit
et tenebrae uobis pro diuinatione
et occumbet sol super prophetas
et obtenebrabitur super eos dies
et confundentur
qui uident uisiones
et confundentur diuini
et operient uultus suos omnes
quia non est responsum di
Verumtamen ego repletus sum
fortitudine sps dni
iudicio et uirtute
ut adnuntiem iacob scelus suum
et isrl peccatum suum
audite haec principes domus
iacob et iudices domus isrl
qui abominamini iudicium
et omnia recta peruertitis
qui aedificatis sion in sanguinibus
et hierusalem in iniquitate
principes eius in muneribus
iudicabant
et sacerdotes eius in mercede
docebant
et prophetae eius
in pecunia diuinabant
et super dnm requiescebant
dicentes
numquid non dns in medio nostrum
non uenient super nos mala
propter hoc causa uestri
sion quasi ager arabitur
et hierusalem quasi aceruus
lapidum erit
et mons templi in excelsa
siluarum

IIII Et in nouissimo dierum erit
mons domus dni praeparatus
in uertice montium
et sublimis super colles
et fluent ad eum populi
et properabunt gentes
multae et dicent
uenite ascendamus ad montem
dni et ad domum di iacob
et docebit nos de uiis suis
et ibimus in semitis eius
quia de sion egredietur lex
et uerbum dni de hierusalem
et iudicabit inter populos
multos
et corripiet gentes fortes
usq; in longinquum
et concident gladios suos
in uomeres
et hastas suas in ligones
non sumet gens aduersus
gentem gladium
et non discent ultra belligerare
et sedebit uir subtus uineam
suam et subtus ficum
et non erit qui deterreat
quoniam os dni exercituum
locutum est
quia omnes populi ambulabunt
unus quisq; in nomine di sui
nos autem ambulabimus
in nomine dni di nostri
in aeternum et ultra
In die illa dicit dns congregabo
claudicantem et eam quam
eieceram colligam
et quam adflixeram
et ponam claudicantem
in reliquias
et eam quae laborauerat
in gentem robustam
et regnabit dns super eos
in monte sion
ex hoc nunc et usq; in aeternum

ETTUTURRISGREGISNEBULOSA
FILIAESIONUSQ·ADTEUENIENT
ETUENIETPOTESTASPRIMAREGNŪ
FILIAEHIERUSALEM
NUNCQUAREMERORECONTRAHERIS
NUMQUIDREX NONESTTIBI
AUTCONSILIARIUSTUUS PERIIT
QUIACONPREHENDITTEDOLOR
SICUT PARTURIENTEM
DOLE ETSATAGE FILIASION
QUASIPARTURIENS
QUIANUNCEGREDIERIS DECIUITATE
ET HABITABISINREGIONE
ETUENIESUSQ·ADBABYLONEM
IBILIBERABERIS IBIREDIMETTEDÑS
DEMANU INIMICORUMTUORUM
ETNUNC CONGREGATAESUNT
SUPERTEGENTESMULTAE
QUAEDICUNT LAPIDETURETASPICIAT
INSIONOCULUSNOSTER
IPSIAUTEM NONCOGNOUERUNT
COGITATIONESDÑI
ETNONINTELLEXERUNT
CONSILIUMEIUS
QUIACONGREGAUIT EOS
QUASI FAENUMAREAE
SURGEETTRITURA FILIASION
QUIACORNUTUUMPONAM FERREŪ
ETUNGULASTUAS PONAMAEREAS
ETCONMINUES POPULOSMULTOS
ETINTERFICIAM DÑORAPINASEORŪ
ET FORTITUDINEM EORUM DÑO
UNIUERSAE TERRAE

IV NUNCUASTABERIS FILIALATRONIS
OBSIDIONEM POSUERUNT
SUPERNOS INUIRGAM PERCUTI
ENT MAXILLAM IUDICISISRL̄

IIII ET TUBETHLEM EUPHRATA
PARUULUSES INMILIB·IUDA
EXTEMIHIEGREDIETURQUISIT
DOMINATORINISRL̄ETEGRESSUS
EIUSABINITIOADIEB·AETERNITATIS
PROPTERHOCDABIT EOSUSQ·AD
TEMPUSINQUOPARTURIENSPARIET

ETRELIQUIAE FRATRUMEIUS
CONUERTENTURADFILIOSISRL̄
ETSTABIT ETPASCETINFORTI
TUDINEDÑI
INSUBLIMITATENOMINISDÑIDĪSUI
ETCONUERTENTURQUIANUNC
MAGNIFICABITURUSQUE
ADTERMINOSTERRAE
ETERITISTE PAXASSYRIUSCUM
UENERIT INTERRAM NOSTRAM
ETQUANDO CALCAUERIT
INDOMIB· NOSTRIS
ETSUSCITABIMUS SUPEREUM
SEPTEMPASTORES ETOCTO
PRIMATES HOMINES
ETPASCENT TERRAMASSYRINGLADIO
ETTERRAM NEMRODINLANCEISEIUS
ETLIBERABIT ABASSYRCUM
UENERIT INTERRAMNOSTRAM
ETCUMCALCAUERITINMONTENOSTRO
ETERUNT RELIQUIAE IACOB
INMEDIO POPULORUMMULTORŪ
QUASIROS ADÑO ETQUASISTILLAE
SUPERHERBAM QUAENON
EXPECTATUIRUM ETNON
PRAESTOLATUR FILIOSHOMINUM
ETERUNT RELIQUIAEIACOBINGENTIB·
INMEDIOPOPULORUM MULTORŪ
QUASILEO INIUMENTISSILUARUM
ETQUASICATULUSLEONIS
INGREGIB·PECORUM
QUICUM TRANSIERIT ETCONCULCA
UERIT ETCEPERITNONESTQUIERUAT
EXALTABITURMANUSTUA
SUPER HOSTESTUOS
ETOMNES INIMICITUIINTERIBUNT
ETERITINDIEILLADICITDÑS
AUFERAM EQUOSTUOSDEMEDIOTUI
ETDISPERDAM QUADRIGASTUAS
ETPERDAMCIUITATES TERRAETUAE
ETDESTRUAMOMNES
MUNITIONESTUAS
ETAUFERAM MALEFICIADEMANUTUA
ETDIUINATIONES NONERUNTINTE

ET PERIRE FACIAM SCULPTILIA TUA
ET STATUAS TUAS DE MEDIO TUI
ET NON ADORABIS ULTRA
OPERA MANUUM TUARUM
ET EUELLAM LUCOS TUOS DE MEDIO TUI
ET CONTERAM CIUITATES TUAS
ET FACIAM IN FURORE ET IN INDIGNA
TIONE ULTIONEM IN OMNIBUS
GENTIB· QUAE NON AUDIERUNT
VI AUDITE QUAE DNS LOQUITUR
SURGE CONTENDE IUDICIO
ADUERSUS MONTES
ET AUDIANT COLLES UOCEM TUAM
AUDIANT MONTES IUDICIUM DNI
ET FORTIA FUNDAMENTA TERRAE
QUIA IUDICIUM DNI CUM POPULO SUO
ET CUM ISRL DIIUDICABITUR
POPULUS MEUS QUID FECI TIBI
AUT QUID MOLESTUS FUI TIBI
RESPONDE MIHI
QUIA EDUXI TE DE TERRA AEGYPTI
ET DE DOMO SERUITUTIS LIBERAUI TE
ET MISI ANTE FACIEM TUAM
MOSEN ET AARON ET MARIAM
POPULUS MEUS MEMENTO QUAESO
QUID COGITAUERIT BALAC
REX MOAB
ET QUID RESPONDERIT EI BALAAM
FILIUS BEOR DE SETTHIM
US Q· AD GALGALAM
UT COGNOSCERET IUSTITIAS DNI
QUID DIGNUM OFFERAM DNO
CURUEM GENU DNO EXCELSO
NUMQUID OFFERAM EI HOLOCAU
STOMATA ET UITULOS ANNICULOS
NUMQUID PLACARI POTEST DNS
IN MILIB· ARIETUM AUT IN MULTIS
MILIB· HIRCORUM PINGUIUM
NUMQUID DABO PRIMOGENITUM
MEUM PRO SCELERE MEO
FRUCTUM UENTRIS MEI
PRO PECCATO ANIMAE MEAE
INDICABO TIBI O HOMO QUID SIT BONU
ET QUID DNS QUAERAT A TE utique
FACERE IUDICIUM ET DILIGERE
MISERICORDIAM
ET SOLLICITUM AMBULARE CUM DO TUO
UOX DNI AD CIUITATEM CLAMAT
ET SALUS ERIT TIMENTIB· NOMEN TUU
AUDITE TRIB· ET QUIS ADPROBABIT ILLUD
ADHUC IGNIS IN DOMO IMPII
THESAURI INIQUITATIS ET MENSU
RA MINOR IRAE PLENA
NUMQUID IUSTIFICABO STATERAM
IMPIAM ET SACELLI PONDERA DOLOSA
IN QUIB· DIUITES EIUS REPLETI
SUNT INIQUITATE
ET HABITANTES IN EA LOQUEBANTUR
MENDACIUM
ET LINGUA EORUM FRAUDULENTA
IN ORE EORUM
ET EGO ERGO COEPI PERCUTERE
TE PERDITIONE SUPER PECCATIS TUIS
TU COMEDES ET NON SATURABERIS
ET HUMILIATIO TUA IN MEDIO TUI
ET ADPREHENDES ET NON SALUABIS
ET QUOS SALUAUERIS IN GLADIUM DABO
TU SEMINABIS ET NON METES
TU CALCABIS OLIUAM ET NON
UNGERIS OLEO
ET MUSTUM ET NON BIBES UINUM
ET CUSTODISTI PRAECEPTA AMBRI
ET OMNE OPUS DOMUS ACHAB
ET AMBULASTI IN UOLUNTATIB· EORU
UT DARENT TE IN PERDITIONEM
ET HABITANTES IN EA IN SIBILUM
ET OBPROBRIUM POPULI MEI
PORTABITIS
VII UAE MIHI QUIA FACTUS SUM
SICUT QUI COLLIGIT IN AUTUMNO
RACEMOS UINDEMIAE
NON EST BOTRUS AD COMEDENDU
PRAECOQUAS FICUS DESIDERAUIT
ANIMA MEA
PERIIT SANCTUS DE TERRA
ET RECTUS IN HOMINIB· NON EST
OMNES IN SANGUINE INSIDIANTUR
UIR FRATREM SUUM UENATUR AD MOR
TEM

MALUM MANUUM SUARUM
DICUNT BONUM
PRINCEPS POSTULAT ET IUDEX
IN REDDENDO EST
ET MAGNUS LOCUTUS EST DESIDERIU̅
ANIMAE SUAE ET CONTURBA
UERUNT EUM
QUI OPTIMUS IN EIS EST QUASI PALIURUS
ET QUI RECTUS QUASI SPINA DE SAEPE
DIES SPECULATIONIS TUAE
UISITATIO TUA UENIT
NUNC ERIT UASTITAS EORUM
NOLITE CREDERE AMICO
ET NOLITE CONFIDERE IN DUCE
AB EA QUAE DORMIT IN SINU TUO
CUSTODI CLAUSTRA ORIS TUI
QUIA FILIUS CONTUMELIAM FACIT PATRI
FILIA CONSURGIT ADUERSUS
MATREM SUAM
NURUS CONTRA SOCRUM SUAM
INIMICI HOMINIS DOMESTICI EIUS
EGO AUTEM AD DNM ASPICIAM
EXPECTABO DM SALUATOREM MEU̅
AUDIET ME DS MEUS
NE LAETERIS INIMICA MEA
SUPER ME
QUIA CECIDI CONSURGAM
CUM SEDERO IN TENEBRIS
DNS LUX MEA EST
IRAM DNI PORTABO
QUONIAM PECCAUI EI
DONEC IUDICET CAUSAM MEAM
ET FACIAT IUDICIUM MEUM
EDUCET ME IN LUCEM
UIDEBO IUSTITIAM EIUS
ET ASPICIET INIMICA MEA
ET OPERIETUR CONFUSIONE
QUAE DICIT AD ME UBI EST DNS DS TUUS
OCULI MEI UIDEBUNT IN EAM
NUNC ERIT IN CONCULCATIONEM
UT LUTUM PLATEARUM
DIES UT AEDIFICENTUR
MACERIAE TUAE
IN DIE ILLA LONGE FIET LEX

IN DIE ILLA ET USQ. AD TE UENIET ASSYR
ET USQ. AD CIUITATES MUNITAS
ET A CIUITATIB. MUNITIS USQUE
AD FLUMEN
ET AD MARE DE MARI
ET AD MONTEM DE MONTE
ET ERIT TERRA IN DESOLATIONEM
PROPTER HABITATORES SUOS
ET PROPTER FRUCTUM
COGITATIONUM EORUM
CIII PASCE POPULUM TUUM IN UIRGA
TUA GREGEM HEREDITATIS TUAE
HABITANTES SOLOS IN SALTU
IN MEDIO CARMELI
PASCENTUR BASAN ET GALAAD
IUXTA DIES ANTIQUOS SECUNDU̅
DIES EGRESSIONIS TUAE
DE TERRA AEGYPTI
OSTENDAM EI MIRABILIA
UIDEBUNT GENTES ET CONFUN
DENTUR SUPER OMNI
FORTITUDINE SUA
PONENT MANUS SUPER OS
AURES EORUM SURDAE ERUNT
LINGENT PULUEREM SICUT SERPENS
UELUT REPTILIA TERRAE PROTUR
BABUNTUR DE AEDIB. SUIS
DNM DM NOSTRUM DESIDERABUNT
ET TIMEBUNT TE
QUIS DS SIMILIS TUI QUI AUFERS
INIQUITATEM
ET TRANSIS PECCATUM RELIQUIARU̅
HEREDITATIS TUAE
NON INMITTET ULTRA FUROREM SUU̅
QUONIAM UOLENS MISERICORDIAM EST
REUERTETUR ET MISEREBITUR NOSTRI
DEPONET INIQUITATES NOSTRAS
ET PROICIET IN PROFUNDUM MARIS
OMNIA PECCATA NOSTRA
DABIS UERITATEM IACOB
MISERICORDIAM ABRAHAM
QUAE IURASTI PATRIB. NOSTRIS
A DIEB. ANTIQUIS
EXP MICHA PROF. INC NAUM PROPHETA

Naum consolator orbis interpretatur.
increpat civitatem sanguinum et post
eversionem illius loquitur ecce super mon-
tes pedes evangelizantis et annunti-
antis pacem

EXP PROLOG NAUM PROPHETAE
INCIPIT IPSE LIBER.

I ONUS NINEVE
Liber visionis Naum Helcesei
Deus aemulator et ulciscens dns
ulciscens dns et habens furorem
ulciscens dns in hostes suos
et irascens ipse inimicis suis
dns patiens et magnus fortitudine
et mundans non faciet innocentem
dns in tempestate et tur-
bine viae eius
et nebulae pulvis pedum eius
increpans mare et exsiccans illud
et omnia flumina ad desertum
deducens
infirmatus est Basan et Carmelus
et flos Libani elanguit
montes commoti sunt ab eo
et colles adsolati sunt
et contremuit terra a facie eius
et orbis et omnes habitantes in eo
ante faciem indignationis eius
quis stabit
et quis resistet in ira furoris eius
indignatio eius effusa est ut ignis
et petrae dissolutae sunt ab eo
bonus dns et confortans
in die tribulationis
et sciens sperantes in se
et in diluvio praetereunte
consummationem faciet
loci eius
et inimicos eius persequentur
tenebrae
quid cogitatis contra dnm
consummationem ipse faciet
non consurget duplex tribulatio
quia sicut spinae se invicem
conplectuntur sic convivium
eorum pariter potantium
consumentur quasi stipula
ariditate plena
ex te exivit cogitans contra dnm
malitiam
mente pertractans
praevaricationem
haec dicit dns
si perfecti fuerint et ita plures
sic quoque adtondentur
et pertransibit
adflixi te et non adfligam
te ultra
et nunc conteram virgam eius
de dorso tuo et vincula
tua disrumpam
et praecipiet super te dns
non seminabitur ex nomine
tuo amplius
de domo dei tui interficiam
sculptile et conflatile
ponam sepulchrum tuum
quia inhonoratus es
ecce super montes pedes
evangelizantis
et adnuntiantis pacem
celebra Iuda festivitates tuas
et redde vota tua quia non ad-
iciet ultra ut pertranse-
at in te
Belial universus interiit
II ascendit qui dispergat
coram te qui custodit obsidionem
contemplare viam conforta
lumbos robora virtutem
valde
quia reddidit dns superbiam
Iacob sicut superbiam Isrl
quia vastatores dissipave-
runt eos
et propagines eorum
corruperunt

clypeus fortium eius ignitus
uiri exercitus in coccineis
igneae habenae
currus in die praeparationis eius
et agitatores consopiti sunt
in itinerib· conturbati sunt
quadrigae conlisae sunt in plateis
aspectus eorum quasi lampades
quasi fulgura discurrentia
recordabitur fortium suorum
ruent in itinerib· suis
uelociter ascendent muros eius
et praeparabitur umbraculum
portae fluuiorum apertae sunt
et templum ad solum diruptū
et miles captiuus abductus est
et ancillae eius minabantur
gementes
ut columbae murmurantes
in cordibus suis
et Nineue quasi piscina aquarū
aquae eius ipsi uero fugerunt
state state et non est
qui reuertatur
diripite argentum diripite aurū
et non est finis diuitiarum
ex omnib· uasis desiderabilibus
dissipata et excissa et dilacerata
et cor tabescens et dissolutio
geniculorum et defectio
in cunctis renib· et facies
omnium sicut nigredo ollae
ubi est habitaculum leonum
et pascua catulorum leonū
ad quam iuit leo ut ingredere
tur illuc catulus leonis
et non est qui exterreat
leo cepit sufficienter catulis
suis et necauit leaenis suis
et impleuit praeda speluncas suas
et cubilia sua rapina
ecce ego ad te dicit dn̄s exercituū
et succendam usque ad fumū
quadrigas eius

et leunculos tuos comedet
gladius
et exterminabo de terra
praedam tuam
et non audietur ultra uox
nuntiorum tuorum
III Uae ciuitas sanguinum
uniuersa mendacii
dilaceratione plena
non recedet a te rapina
uox flagelli et uox impetus
rotae
et equi frementis
et quadrigae feruentis
equitis ascendentis
et micantis gladii
et fulgurantis hastae
et multitudinis interfectae
et grauis ruinae nec est finis
cadauerum
et conruent in corporib· suis
propter multitudinem
fornicationum meretricis
speciosae et gratae
et habentis maleficia
quae uendidit gentes
in fornicationib· suis
et familias in maleficiis suis
ecce ego ad te dicit dn̄s
exercituum
et reuelabo pudenda tua
in facie tua
et ostendam gentibus
nuditatem tuam
et regnis ignominiam tuam
et proiciam super te
abominationes
et contumeliis te adficiam
et ponam te in exemplum
et erit omnis qui uiderit
te resiliet a te
et dicet uastata est Nineue
quis commouebit super te caput
unde quaeram consolatorem
tibi

numquid melior es ab alexandria
populorum quae habitat
in fluminibus
aqua in circuitu eius
cuius divitiae mare aquae muri eius
aethiopia fortitudo et aegyptus
et non est finis
africa et lybies fuerunt
in auxilio tuo
sed et ipsa in transmigrationē
ducta est in captivitatem
parvuli eius elisi sunt
in capite omnium viarum
et super inclytos eius
miserunt sortem
et omnes optimates eius
confixi sunt in conpedibus
et tu ergo inebriaveris
eris despecta
et tu quaeris auxilium ab inimico
omnes munitiones tuae
sicut ficus cum grossis suis
si concussae fuerint cadent
in os comedentis
ecce populus tuus mulieres
in medio tui
inimicis tuis adapertione
pandentur portae terrae tuae
devorabit ignis vectes tuos
aquam propter obsidionem
hauri tibi
extrue munitiones tuas
intra in lutum et calca
subigens tene laterem
ibi comedet te ignis
peribis gladio
devorabit te bruchus
congregare ut bruchus
multiplicare ut lucusta
plures fecisti negotiatio
nes tuas quam sunt
stellae caeli
bruchus expansus est
et avolavit

custodes tui quasi lucustae
et parvuli tui quasi lucustae
lucustarum
quae considunt in sepibus
in die frigoris
sol ortus est et avolaverunt
et non est cognitus locus earū
ubi fuerint
dormitaverunt pastores tui
rex assyr sepelientur
principes tui
latitavit populus tuus in mon
tib· et non est qui congreget
non est obscura contritio tua
pessima est plaga tua
omnes qui audierunt auditionē
tuam conplauserunt
manum super te
quia super quem non transivit
malitia tua semper

EXP̄ NAUM PROPHETA

INCIP̄ HABACUC PROPHETA

Habacuc luctator fortis et rigidus
stat super custodiam suam
et figit gradum super munitionē
ut xp̄m in cruce contempletur
et dicat operuit caelos gloria
eius et laudis eius plena est
terra splendor eius ut lux erit
cornua in manibus eius ibi abscon
dita est fortitudo eius.

EXP PROLOḠ HABACUC PROP̄

INCIPIT IPSE LIBER

ONUS QUOD UIDIT HABACUC PROPHETA
USQUE QUO DNE CLAMABO
ET NON EXAUDIES
UOCIFERABOR AD TE UIM PATIENS
ET NON SALUABIS DUM NOCEOR
QUARE OSTENDISTI MIHI INIQUI
TATEM ET LABOREM UIDERE
UIDERE PRAEDA ET INIUSTITIA
CONTRA ME
ET FACTUM EST IUDICIUM
ET CONTRADICTIO POTENTIOR
PROPTER HOC LACERATA EST LEX
ET NON PERUENIT USQ· AD FINEM
IUDICIUM
QUIA IMPIUS PRAEUALET
ADUERSUS IUSTUM
PROPTEREA EGREDITUR
IUDICIUM PERUERSUM
ASPICITE IN GENTIB· ET UIDETE
UIDETE CONTEMTORES ET INSPICI
TE ET ADMIRAMINI MIRABILIA
ET DEPERITE
ET ADMIRAMINI ET OBSTUPESCITE
QUIA OPUS FACTUM EST IN DIEB· UESTRIS
QUOD NEMO CREDET CUM NARRABITUR
QUIA ECCE EGO SUSCITABO CHALDAEOS
GENTEM AMARAM ET UELOCEM
AMBULANTEM SUPER LATITUDINEM
TERRAE
UT POSSIDEAT TABERNACULA NON SUA
HORRIBILIS ET TERRIBILIS EST
EX SEMET IPSA IUDICIUM
ET ONUS EIUS EGREDIETUR
LEUIORES PARDIS EQUI EIUS
ET UELOCIORES LUPIS UESPERTINIS
ET DIFFUNDENTUR EQUITES EIUS
EQUITES NAMQ· EIUS
DE LONGE UENIENT
UOLABUNT QUASI AQUILA FESTINANS
AD COMEDENDUM
OMNES AD PRAEDAM UENIENT
FACIES EORUM UENTUS URENS
ET CONGREGAUIT QUASI HARENAM
CAPTIUITATEM
ET IPSE DE REGIB· TRIUMPHABIT
ET TYRANNI RIDICULI EIUS ERUNT
IPSE SUPER OMNEM MUNITIONEM
RIDEBIT
ET CONPORTABIT AGGEREM
ET CAPIET EAM
TUNC MUTABITUR SPS ET PER
TRANSIBIT ET CONRUET
HAEC EST FORTITUDO EIUS DI SUI
NUM QUID NON TU A PRINCIPIO DNE DS
MEUS SCE MEUS ET NON MORIEMUR
DNE IN IUDICIUM POSUISTI EUM
ET FORTEM UT CORRIPERES
FUNDASTI EUM
MUNDI SUNT OCULI TUI NE UIDEAS MALUM
ET RESPICERE AD INIQUITATEM
NON POTERIS
QUARE NON RESPICIS SUPER
INIQUE AGENTES
ET TACES DEUORANTE IMPIO
IUSTIOREM SE
ET FACIES HOMINES QUASI
PISCES MARIS
ET QUASI REPTILE NON HABENS
PRINCIPEM
TOTUM IN HAMO SUBLEUABIT
TRAXIT ILLUD IN SAGENA SUA
ET CONGREGAUIT IN RETE SUO
SUPER HOC LAETABITUR ET EXULTABIT
PROPTEREA HOC IMMOLAUIT
SAGENAE SUAE
ET SACRIFICAUIT RETI SUO
QUIA IN IPSIS INCRASSATA EST PARS EIUS
ET CIBUS EIUS ELECTUS
PROPTER HOC ERGO EXPANDIT
SAGENAM SUAM
ET SEMPER INTERFICERE
GENTES NON PARCET
II SUPER CUSTODIAM MEAM STABO
ET FIGAM GRADUM SUPER
MUNITIONEM
ET CONTEMPLABOR UT UIDEAM
QUID DICATUR MIHI
ET QUID RESPONDEAM AD ARGUENTEM
ME

ET RESPONDIT MIHI DNS ET DIXIT
SCRIBE VISUM ET EXPLANA EUM
SUPER TABULAS UT PERCURRAT qui legerit
QUIA ADHUC VISUS PROCUL ET APPARE eum
BIT IN FINE ET NON MENTIETUR
SI MORAM FECERIT EXPECTA ILLUM
QUIA VENIENS VENIET
ET NON TARDABIT
ECCE QUI INCREDULUS EST NON ERIT
RECTA ANIMA EIUS IN SEMET IPSO
SI SUBDUXERIT SE NON BENE
SENTIET ANIMA MEA IN EUM
IUSTUS AUTEM IN FIDE SUA VIVET
ET QUOMODO VINUM POTANTEM
DECIPIT
SIC ERIT VIR SUPERBUS
ET NON DECORABITUR
QUI DILATAVIT QUASI INFERNUS
ANIMAM SUAM
ET IPSE QUASI MORS ET NON
ADIMPLETUR
ET CONGREGABIT AD SE OMNES
GENTES
ET COACERVABIT AD SE
OMNES POPULOS
NUMQUID NON OMNES ISTI
SUPER EUM PARABOLAM SUMENT
ET LOQUELLAM ENIGMATUM EIUS
ET DICETUR VAE EI QUI MULTI
PLICAT NON SUA
USQ. QUO ET ADGRAVAT CONTRA
SE DENSUM LUTUM
NUMQUID NON REPENTE CON
SURGENT QUI MORDEANT TE
ET SUSCITABUNTUR LACERANTES TE
ET EVIGILABUNT INSIDIATORES TUI
ET ERIS IN RAPINAM EIS
QUIA TU SPOLIASTI GENTES MULTAS
SPOLIABUNT TE OMNES QUI RELIQUI
FUERINT DE POPULIS
PROPTER SANGUINEM HOMINIS
ET INIQUITATEM TERRAE
CIVITATIS ET OMNIUM
HABITANTIUM IN EA

II VAE QUI CONGREGAT AVARITIAM
MALAM DOMUI SUAE
UT SIT IN EXCELSO NIDUS EIUS
ET LIBERARI SE PUTAT
DE MANU MALI
COGITASTI CONFUSIONEM
DOMUI TUAE
CONCIDISTI POPULOS MULTOS
ET PECCAVIT ANIMA TUA
QUIA LAPIS DE PARIETE CLAMABIT
ET LIGNUM QUOD INTER IUNCTURAS
AEDIFICIORUM EST RESPONDEBIT
VAE QUI AEDIFICAT CIVITATEM
IN SANGUINIBUS
ET PRAEPARAT URBEM IN INIQUITATE
NUMQUID NON HAEC A DNO SUNT
EXERCITUUM
LABORABUNT ENIM POPULI
IN MULTO IGNI ET GENTES IN VACUUM
ET DEFICIENT QUIA REPLEBITUR TERRA
UT COGNOSCAT GLORIAM DNI
QUASI AQUAE OPERIENTES MARE
VAE QUI POTUM DAT AMICO SUO
MITTENS FEL SUUM ET INEBRIANS
UT ASPICIAT NUDITATEM EIUS
REPLETUS EST IGNOMINIA
PRO GLORIA
BIBE TU QUOQ. ET CONSOPIRE
CIRCUMDABIT TE CALIX
DEXTERAE DNI
ET VOMITUS IGNOMINIAE
SUPER GLORIAM TUAM
QUIA INIQUITAS LIBANI OPERIET TE
ET VASTITAS ANIMALIUM
DETERREBIT EOS
DE SANGUINIB. HOMINUM ET INIQUI
TATE TERRAE ET CIVITATIS
ET OMNIUM INHABITANTIUM IN EA
QUID PRODEST SCULPTILE
QUIA SCULPSIT ILLUD FICTOR SUUS
CONFLATILE ET IMAGINEM FALSA
QUIA SPERAVIT IN FIGMENTO
FICTOR EIUS
UT FACERET SIMULACRA
MUTA

UAE QUI DICIT LIGNO EXPERGISCERE
SURGE LAPIDI TACENTI
NUMQUID IPSE DOCERE POTERIT
ECCE ISTE COOPERTUS EST AURO
ET ARGENTO ET OMNIS SPS
NON EST IN UISCERIB· EIUS
DÑS AUTEM IN TEMPLO SCO SUO
SILEAT A FACIE EIUS OMNIS TERRA
III ORATIO HABACUC PROPHETAE PRO IGNORATIONIBUS
CAP. III
DÑE AUDIUI AUDITIONEM TUAM
ET TIMUI
CONSIDERAUI OPERA TUA ET EXPAUI
DÑE OPUS TUUM IN MEDIO ANNORŪ
UIUIFICA ILLUD
IN MEDIO ANNORUM NOTUM FACIES
CUM IRATUS FUERIS MISERICOR
DIAE RECORDAUERIS
DS AB AUSTRO UENIET ET SCS
DE MONTE FARAN SEMPER
OPERUIT CAELOS GLORIA EIUS
ET LAUDIS EIUS PLENA EST TERRA
SPLENDOR EIUS UT LUX ERIT
CORNUA IN MANIBUS EIUS
IBI ABSCONDITA EST FORTITUDO EIUS
ANTE FACIEM EIUS IBIT MORS
ET EGREDIETUR DIABOLUS
ANTE PEDES EIUS
STETIT ET MENSUS EST TERRAM
ASPEXIT ET DESOLUIT GENTES
ET CONTRITI SUNT MONTES
SAECULI
INCURUATI SUNT COLLES MUNDI
AB ITI NERIB· AETERNITATIS EIUS
PRO INIQUITATE UIDI TENTORIA
AETHIOPIAE
TURBABUNTUR PELLES TERRAE
MADIAN
NUMQUID IN FLUMINIBUS
IRATUS ES DÑE
AUT IN FLUMINIB· FUROR TUUS
UEL IN MARI INDIGNATIO TUA
QUI ASCENDES SUPER EQUOS TUOS
ET QUADRIGAE TUAE SALUATIO

SUSCITANS SUSCITABIS ARCUM TUUM
IURAMENTA TRIBUBUS
QUAE LOCUTUS ES SEMPER
FLUUIOS SCINDES TERRAE
UIDERUNT TE ET DOLUERUNT
MONTES
GURGES AQUARUM TRANSIIT
DEDIT ABYSSUS UOCEM SUAM
ALTITUDO MANUS SUAS LEUAUIT
SOL ET LUNA STETERUNT
IN HABITACULO SUO
IN LUCE SAGITTARUM TUARUM IBUNT
IN SPLENDORE FULGURANTIS
HASTAE TUAE
IN FREMITU CONCULCABIS TERRAM
IN FURORE OBSTUPEFACIES GENTES
EGRESSUS ES IN SALUTE POPULI TUI
IN SALUTE CUM XPO TUO
PERCUSSISTI CAPUT DE DOMO
IMPII
DENUDASTI FUNDAMENTUM
USQ· AD COLLUM SEMPER
MALEDIXISTI SCEPTRIS EIUS
CAPITI BELLATORUM EIUS
UENIENTIBUS UT TURBO
AD DISPERGENDUM ME
EXULTATIO EORUM SICUT EIUS
QUI DEUORAT PAUPEREM
IN ABSCONDITO
UIAM FECISTI IN MARI EQUIS TUIS
IN LUTO AQUARUM MULTARUM
AUDIUI ET CONTURBATUS EST
UENTER MEUS
A UOCE CONTREMUERUNT
LABIA MEA
INGREDIATUR PUTREDO
IN OSSIB· MEIS
ET SUBTER ME SCATEAT
UT REQUIESCAM IN DIE TRIBULATIONIS
UT ASCENDAM AD POPULUM
ACCINCTUM NOSTRUM
FICUS ENIM NON FLOREBIT
ET NON ERIT GERMEN IN UINEIS
MENTIETUR OPUS OLIUAE

ET ARBA NON AFFERENT CIBUM
ABSCIDETUR DE OUILI PECUS
ET NON ERIT ARMENTUM
IN PRAESEPIBUS
EGO AUTEM IN DNO GAUDEBO
EXULTABO IN DO IHU MEO
DNS DS FORTITUDO MEA
ET PONET PEDES MEOS
QUASI CERUORUM
ET SUPER EXCELSA MEA DEDUCET ME
UICTOR IN PSALMIS CANENTEM

EXPLICIT HABACUC PROPHETA · INCIPIT SOFONIAS PROP

SOFONIAS speculator et arcanorum dni cognitor audiuit clamorem a porta piscium et heiulatum a secunda et contritionem a collib · indicit quoq ululatum habitatorib · pilae quia conticuit omnis populus chanaan disperierunt uniuersi qui inuoluti erant argento ·

EXPLICIT PROLOG SOFONIAE PROPHETAE

INCIPIT IPSE LIBER

UERBUM DNI QUOD FACTUM EST
AD SOFONIAM FILIUM CUSI
FILIUM GODOLIAE FILII AMARIAE
FILII EZECHIAE
IN DIEB · IOSIAE FILII AMMON REGIS IUDA
CONGREGANS CONGREGABO
OMNIA A FACIE TERRAE DICIT DNS
CONGREGANS HOMINEM ET PECUS
CONGREGANS UOLATILE CAELI
ET PISCES MARIS
ET RUINAE IMPIORUM ERUNT
ET DISPERDAM HOMINES
A FACIE TERRAE DICIT DNS
ET EXTENDAM MANUM MEAM
SUPER IUDAM
ET SUPER OMNES HABITANTES
HIERUSALEM
ET DISPERDAM DE LOCO HOC
RELIQUIAS BAAL
ET NOMINA AEDITUORUM CUM SACER
DOTIB ·

ET EOS QUI ADORANT SUPER TECTA
MILITIAM CAELI ET ADORANT
ET IURANT IN DNO ET IURANT IN
PERREGEM SUUM MELCHOM
ET QUI AUERTUNTUR
DE POST TERGUM DNI
ET QUI NON QUAESIERUNT DNM
NEC INUESTIGAUERUNT EUM
SILETE A FACIE DNI DI
QUIA IUXTA EST DIES DNI
QUIA PRAEPARAUIT DNS HOSTIAM
SCIFICAUIT UOCATOS SUOS
ET ERIT IN DIE HOSTIAE DNI
UISITABO SUPER PRINCIPES
ET SUPER FILIOS REGIS
ET SUPER OMNES QUI INDUTI SUNT
UESTE PEREGRINA
ET UISITABO OMNEM QUI ADRO
GANTER INGREDITUR
SUPER LIMEN IN DIE ILLA
QUI CONPLENT DOMUM DNI DI
SUI INIQUITATE ET DOLO
ET ERIT IN DIE ILLA DICIT DNS
UOX CLAMORIS A PORTA PISCIUM
ET ULULATUS A SECUNDA
ET CONTRITIO MAGNA A COLLIBUS
ULULATE HABITATORES PILAE
CONTICUIT OMNIS POPULUS
CHANAAN
DISPERIERUNT OMNES
INUOLUTI ARGENTO
ET ERIT IN TEMPORE ILLO
SCRUTABOR HIERUSALEM
IN LUCERNIS
ET UISITABO SUPER UIROS DEFIXOS
IN FECIBUS SUIS
QUI DICUNT IN CORDIBUS SUIS
NON FACIAT BENE DNS
ET NON FACIAT MALE
ET ERIT FORTITUDO EORUM
IN DIREPTIONEM
ET DOMUS EORUM IN DESERTUM
ET AEDIFICABUNT DOMOS
ET NON HABITABUNT ET PLANTA

BUNT UINEAS ET NON BIBENT
UINUM EARUM
IUXTA EST DIES DÑI MAGNUS
IUXTA ET UELOX NIMIS
UOX DIEI DÑI AMARA
TRIBULABITUR IBI FORTIS
DIES IRAE DIES ILLA
DIES TRIBULATIONIS ET ANGUSTIAE
DIES CALAMITATIS ET MISERIAE
DIES TENEBRARUM ET CALIGINIS
DIES NEBULAE ET TURBINIS
DIES TUBAE ET CLANGORIS
SUPER CIUITATES MUNITAS
ET SUPER ANGULOS EXCELSOS
ET TRIBULABO HOMINES ET AMBULA
BUNT UT CAECI QUIA DÑO PECCAUERŨT
ET EFFUNDETUR SANGUIS EORUM
SICUT HUMUS
ET CORPUS EORUM SICUT STERCORA
SED ET ARGENTUM EORUM
ET AURUM EORUM NON
POTERIT LIBERARE EOS
IN DIE IRAE DÑI
IN IGNE ZELI EIUS DEUORABITUR
OMNIS TERRA
QUIA CONSUMMATIONEM
CUM FESTINATIONE FACIET
CUNCTIS HABITANTIB; TERRAM
CONUENITE CONGREGAMINI
GENS NON AMABILIS PRIUSQUAM
PARIAT IUSSIO QUASI PULUERẼ
TRANSEUNTEM DIEM ANTEQUÃ
UENIAT IRA FURORIS DÑI
ANTEQUAM UENIAT SUPER UOS
DIES FURORIS DÑI
QUAERITE DÑM OMNES
MANSUETI TERRAE
QUI IUDICIUM EIUS ESTIS OPERATI
QUAERITE IUSTUM
QUAERITE MANSUETUM
SI QUOMODO ABSCONDAMINI
IN DIE FURORIS DÑI
QUIA GAZA DESTRUCTA ERIT
ET ASCALON IN DESERTUM

AZOTUM IN MERIDIE EICIENT
ET ACCARON ERADICABITUR
UAE QUI HABITATIS FUNICULUM
MARIS GENS PERDITORUM
UERBUM DÑI SUPER UOS CHANAAN
TERRA PHILISTINORUM
ET DISPERDAM TE ITA
UT NON SIT INHABITATOR
ET ERIT FUNICULUS MARIS REQUIES
PASTORUM ET CAULAE PECORŨ
ET ERIT FUNICULUS EIUS QUI MAN
SERINT DE DOMO IUDA IBI
PASCENTUR
IN DOMIB; ASCALONIS AD UESPERAM
REQUIESCENT
QUIA UISITABIT EOS DÑS DS EORUM
ET AUERTET CAPTIUITATEM EORŨ
AUDIUI OBPROBRIUM MOAB
ET BLASPHEMIAS FILIORUM AMMON
QUAE EXPROBRAUERUNT POPULO MEO
ET MAGNIFICATI SUNT SUPER
TERMINOS EORUM
PROPTEREA UIUO EGO DICIT DÑS
EXERCITUUM DS ISRL
QUIA MOAB UT SODOMA ERIT
ET FILII AMMON QUASI GOMORRA
SICCITAS SPINARUM ET ACERUI SALIS
ET DESERTUM USQ; IN AETERNŨ
RELIQUIAE POPULI MEI
DIRIPIENT ILLOS
RESIDUI GENTIS MEAE POSSIDE
BUNT EOS · HOC EIS EUENIET
PRO SUPERBIA SUA QUIA BLAS
PHEMAUERUNT ET MAGNIFICA
TI SUNT SUPER POPULUM DÑI
EXERCITUUM
HORRIBILIS DÑS SUPER EOS
ET ADTENUABIT OMNES DEOS TERRAE
ET ADORABUNT EUM UIR DE LOCO
SUO OMNES INSULAE GENTIUM
SED ET UOS AETHIOPES INTER
FECTI GLADIO MEO ERITIS
ET EXTENDET MANUM SUAM
SUPER AQUILONEM ET PERDET
ASSUR

ET PONET SPECIOSA IN SOLITUDINE̅
ET IN INUIUM ET QUASI DESERTU̅
ET ACCUBABUNT IN MEDIO EIUS
GREGES OMNES BESTIAE GENTIU̅
ET ONOCROTALUS ET ERICIUS
IN LIMINIB· EIUS MORABUNTUR
UOX CANTANTIS IN FENESTRA
CORUUS INSUPER LIMINARI
QUONIAM ADTENUABO ROBUR EIUS
HAEC EST GLORIOSA CIUITAS
HABITANS IN CONFIDENTIA
QUAE DICEBAT IN CORDE SUO
EGO SUM ET EXTRA ME
NON EST ALIA AMPLIUS
QUOMODO FACTA EST IN DESERTUM
CUBILE BESTIAE
OMNIS QUI TRANSIT PER EAM
SIBILABIT ET MOUEBIT
MANUM SUAM
III UAE PROUOCATRIX ET REDEMTA
CIUITAS COLUMBA
NON AUDIUIT UOCEM ET NON
SUSCEPIT DISCIPLINAM
IN D̅N̅O NON EST CONFISA
AD D̅M̅ SUUM NON ADPROPIAUIT
PRINCIPES EIUS IN MEDIO EIUS
QUASI LEONES RUGIENTES
IUDICES EIUS LUPI UESPERAE
NON RELINQUEBANT IN MANE
PROPHETAE EIUS UESANI UIRI
INFIDELES
SACERDOTES EIUS POLLUERUNT S̅C̅M̅
INIUSTE EGERUNT CONTRA LEGEM
D̅N̅S̅ IUSTUS IN MEDIO EIUS
NON FACIET INIQUITATEM
MANE IUDICIUM SUUM DABIT
IN LUCE ET NON ABSCONDETUR
NESCIUIT AUTEM INIQUUS
CONFUSIONEM
DISPERDI GENTES ET DISSIPATI
SUNT ANGULI EORUM
DESERTAS FECI UIAS EORUM
DUM NON EST QUI TRANSEAT
DESOLATAE SUNT CIUITATES EORU̅
NON REMANENTE UIRO
NEC ULLO HABITATORE
DIXI TAMEN TIMEBIS ME
SUSCIPIES DISCIPLINAM
ET NON PERIBIT HABITACULUM EIUS
PROPTER OMNIA IN QUIB· UISITABI EA̅
UERUMTAMEN DILUCULO
SURGENTES
CORRUPERUNT OMNES
COGITATIONES SUAS
QUAPROPTER EXPECTA ME DICIT D̅N̅S̅
IN DIE RESURRECTIONIS MEAE
IN FUTURUM
QUIA IUDICIUM MEUM UT CON
GREGEM GENTES ET COL
LIGAM REGNA
UT EFFUNDAM SUPER EAS
INDIGNATIONEM MEAM
OMNEM IRAM FURORIS MEI
IN IGNE ENIM ZELI MEI DEUORABITUR
OMNIS TERRA
QUIA TUNC REDDAM POPULIS
LABIUM ELECTUM
UT UOCENT OMNES IN NOMINE D̅N̅I̅
ET SERUIANT EI UMERO UNO
ULTRA FLUMINA AETHIOPIAE
INDE SUPPLICES MEI FILII DISPERSO
RUM MEORUM DEFERENT
MUNUS MIHI
IN DIE ILLA NON CONFUNDERIS
SUPER CUNCTIS ADINUENTIONIB·
TUIS QUIB· PRAEUARICATA ES IN ME
QUIA TUNC AUFERAM DE MEDIO TUI
MAGNILOQUOS SUPERBIAE TUAE
ET NON ADICIES EXALTARI AMPLIUS
IN MONTE S̅C̅O̅ MEO
ET DERELINQUAM IN MEDIO TUI
POPULUM PAUPEREM ET EGENU̅
ET SPERABUNT IN NOMINE D̅N̅I̅
RELIQUIAE IS̅R̅L̅
NON FACIENT INIQUITATEM
NEC LOQUENTUR MENDACIUM
ET NON INUENIETUR IN ORE EORU̅
LINGUA DOLOSA

QUONIAM IPSI PASCENTUR ET ACCU
BABUNT ET NON ERIT QUI EXTERREAT
LAUDA FILIA SION IUBILATE ISRL
LAETARE ET EXULTA IN OMNI
CORDE FILIA HIERUSALEM
ABSTULIT DNS IUDICIUM TUUM
AVERTIT INIMICOS TUOS
REX ISRL DNS IN MEDIO TUI
NON TIMEBIS MALUM ULTRA
IN DIE ILLA DICETUR HIERUSALEM
NOLI TIMERE
SION NON DISSOLVANTUR
MANUS TUAE
DNS DS TUUS IN MEDIO TUI FORTIS
IPSE SALVABIT
GAUDEBIT SUPER TE IN LAETITIA
SILEBIT IN DILECTIONE TUA
EXULTABIT SUPER TE IN LAUDE
NUGAS QUI A LEGE RECESSERANT
CONGREGABO QUIA EX TE ERANT
UT NON ULTRA HABEAS SUPER EIS
OBPROBRIUM
ECCE EGO INTERFICIAM OMNES
QUI AFFLIXERUNT TE
IN TEMPORE ILLO
ET SALVABO CLAUDICANTEM
ET EAM QUAE EIECTA FUERAT
CONGREGABO
ET PONAM EOS IN LAUDEM
ET IN NOMEN IN OMNI TERRA
CONFUSIONIS EORUM
IN TEMPORE ILLO QUO
ADDUCAM VOS
ET IN TEMPORE QUO CONGREGABO VOS
DABO ENIM VOS IN NOMEN ET IN
LAUDEM OMNIBUS POPULIS TERRAE
CUM CONVERTERO CAPTIVITATEM
VESTRAM CORAM OCULIS
VESTRIS DICIT DNS.

EXP. SOFONIAS PROPHETA

INCIPIT AGGEUS PROPHETA

AGGEUS FESTINUS ET LAETUS QUI SEMINA
VIT IN LACRIMIS UT IN GAUDIO METERET
DESTRUCTUM TEMPLUM AEDIFICAT DOM PATREM
INDUCIT LOQUENTEM ADHUC UNUM MODICUM
ET EGO COMMOVEBO CAELUM ET TERRAM
ET MARE ET ARIDAM ET MOVEBO OMNES
GENTES ET VENIET DESIDERATUS
CUNCTIS GENTIBUS

EXP PROLOGUS AGGEUS PROPHETAE
INCIPIT IPSE LIBER.

IN ANNO SECUNDO DARII REGIS
IN MENSE SEXTO IN UNA DIE MENSIS
FACTUM EST VERBUM DNI IN MANU
AGGEI PROPHETAE AD ZOROBABEL
FILIUM SALATHIEL DUCEM IUDA
ET AD IESUM FILIUM IOSEDEC
SACERDOTEM MAGNUM DICENS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM DICENS
POPULUS ISTE DICIT NONDUM VENIT
TEMPUS DOMUS DNI AEDIFICANDAE
ET FACTUM EST VERBUM DNI
IN MANU AGGEI PROPHETAE DICENS
NUMQUID TEMPUS VOBIS EST
UT HABITETIS IN DOMIBUS LAQUEATIS
ET DOMUS ISTA DESERTA
ET NUNC HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
PONITE CORDA VESTRA
SUPER VIAS VESTRAS
SEMINASTIS MULTUM
ET INTULISTIS PARUM
COMEDISTIS ET NON ESTIS SATURATI
BIBISTIS ET NON ESTIS INEBRIATI
OPERUISTIS VOS ET NON ESTIS
CALEFACTI
ET QUI MERCEDES CONGREGAVIT
MISIT EAS IN SACCULUM PERTUSUM
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
PONITE CORDA VESTRA
SUPER VIAS VESTRAS
ASCENDITE IN MONTEM PORTATE
LIGNUM ET AEDIFICATE DOMUM
ET ACCEPTABILIS MIHI ERIT

ET GLORIFICABOR DICIT DNS
RESPEXISTIS AD AMPLIUS ET ECCE
FACTUM EST MINUS
ET INTULISTIS IN DOMUM
ET EXSUFLAVI ILLUD
QUAM OB CAUSAM DICIT DNS
EXERCITUUM
QUIA DOMUS MEA DESERTA EST
ET UOS FESTINASTIS UNUSQUISQUE
IN DOMUM SUAM
PROPTER HOC SUPER UOS PROHIBI
TI SUNT CAELI NE DARENT RORE(M)
ET TERRA PROHIBITA EST
NE DARET GERMEN SUUM
ET UOCAUI SICCITATEM SUPER TERRA(M)
ET SUPER MONTES ET SUPER TRITICU(M)
ET SUPER UINUM ET SUPER OLEUM
ET QUAECUMQ(UE) PROFERT HUMUS
ET SUPER HOMINES ET SUPER IUMENTA
ET SUPER OMNEM LABOREM MANUU(M)
ET AUDIUIT ZOROBABEL FILIUS
SALATHIEL ET IESUS FILIUS
IOSEDEC SACERDOS MAGNUS
ET OMNES RELIQUIAE POPULI
UOCEM DI SUI ET UERBA AGGEI
PROPHETAE SICUT MISIT EUM
DNS DS EORUM AD IPSOS
ET TIMUIT POPULUS A FACIE DNI
ET DIXIT AGGEUS NUNTIUS DNI
DE NUNTIIS DNI POPULO DICENS
EGO UOBISCUM DICIT DNS
ET SUSCITAUIT DNS SPM ZOROBABEL
FILII SALATHIEL DUCIS IUDA
ET SPM IESU FILII IOSEDEC
SACERDOTIS MAGNI
ET SPM RELIQUORUM
DE OMNI POPULO
ET INGRESSI SUNT ET FACIEBANT
OPUS IN DOMO DNI EXERCI
TUUM DI SUI
IN DIE UICENSIMA ET QUARTA MENSIS
IN SEXTO MENSE IN ANNO SECUNDO
DARII REGIS
IN SEPTIMO MENSE UICENSIMA

ET PRIMA MENSIS
FACTUM EST UERBUM DNI
IN MANU AGGEI PROPHETAE
DICENS
LOQUERE AD ZOROBABEL FILIUM
SALATIEL DUCEM IUDA
ET AD IESUM FILIUM IOSEDEC
SACERDOTEM MAGNUM
ET AD RELIQUOS POPULI DICENS
QUIS IN UOBIS EST DERELICTUS
QUI UIDIT DOMUM ISTAM
priorem IN GLORIA SUA ET QUID UOS
UIDETIS HANC NUNC
NUMQUID NON ITA EST QUASI
NON SIT IN OCULIS UESTRIS
ET NUNC CONFORTARE
ZOROBABEL DICIT DNS
ET CONFORTARE IESU FILI IOSEDEC
SACERDOS MAGNE
ET CONFORTARE OMNIS POPULE
TERRAE DICIT DNS EXERCITUU(M)
ET FACITE QUONIAM EGO UOBISCU(M)
SUM DICIT DNS EXERCITUUM
UERBUM QUOD PLACUI UOBISCU(M)
CUM EGREDEREMINI
DE TERRA AEGYPTI
ET SPS MEUS ERIT IN MEDIO UESTRU(M)
NOLITE TIMERE QUIA HAEC
DICIT DNS EXERCITUUM
ADHUC UNUM MODICUM EST
ET EGO COMMOUEBO
CAELUM ET TERRAM
ET MARE ET ARIDAM
ET MOUEBO OMNES GENTES
ET UENIET DESIDERATUS
CUNCTIS GENTIBUS
ET IMPLEBO DOMUM ISTAM
GLORIA DICIT DNS EXERCITUUM
MEUM EST AURUM ET MEUM EST
ARGENTUM DICIT DNS EXERCITUU(M)
MAGNA ERIT GLORIA DOMUS ISTIUS
NOUISSIMAE PLUS QUAM PRIMAE
DICIT DNS EXERCITUUM
ET IN LOCO ISTO DABO PACEM

DICIT DNS EXERCITUUM
IN UICENSIMA ET QUARTA NONI
MENSIS IN ANNO SECUNDO DARII
FACTUM EST UERBUM DNI IN MANU AGGEI
PROPHETAM DICENS
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
INTERROGA SACERDOTES LEGEM
DICENS
SI TULERIT HOMO CARNEM
SCIFICATAM IN ORA UESTIMENTI
SUI ET TETIGERIT DE SUMMI
TATE EIUS PANEM AUT PUL
MENTUM AUT UINUM AUT OLEU
AUT OMNEM CIBUM
NUMQUID SCIFICABITUR
RESPONDENTES AUTEM SACER
DOTES DIXERUNT NON
ET DIXIT AGGEUS
SI TETIGERIT POLLUTUS IN ANIMA
EX OMNIB. HIS NUMQUID
CONTAMINABITUR
ET RESPONDERUNT SACERDOTES
ET DIXERUNT CONTAMINABITUR
ET RESPONDIT AGGEUS ET DIXIT
SIC POPULUS ISTE ET SIC GENS
ISTA ANTE FACIEM MEAM
DICIT DNS
ET SIC OMNE OPUS MANUUM EORU
ET OMNIA QUAE OBTULERINT IBI
CONTAMINATA ERUNT
ET NUNC PONITE CORDA UESTRA
A DIE HAC ET SUPRA
ANTEQUAM PONERETUR LAPIS
SUPER LAPIDEM IN TEMPLO DNI
CUM ACCEDERETIS AD ACERUUM
UIGINTI MODIORUM ET FERENT
DECEM
INTRARETIS IN TORCULAR UT EXPRI
MERETIS QUINQUAGINTA
LAGOENAS ET FIEBANT UIGINTA
PERCUSSI UOS UENTO URENTE
ET AURIGINE ET GRANDINE
OMNIA OPERA MANUUM
UESTRARUM ET NON EST
IN UOBIS QUI REUERTATUR
AD ME DICIT DNS
PONITE CORDA UESTRA EX DIE ISTA
ET IN FUTURUM
A DIE UICENSIMA ET QUARTA
NONI MENSIS
A DIE QUA FUNDAMENTA IACTA
SUNT TEMPLI DNI
PONITE SUPER COR UESTRUM
NUMQUID IAM SEMEN
IN GERMINE EST
ET ADHUC UINEA ET FICUS
ET MALO GRANATUM ET LIGNU
OLIUAE NON FLORUIT
EX DIE ISTA BENEDICAM
ET FACTUM EST UERBUM DNI
SECUNDO AD AGGEUM
IN UICENSIMA QUARTA
MENSIS DICENS
LOQUERE AD ZOROBABEL
DUCEM IUDA DICENS
EGO MOUEBO CAELUM PARITER
ET TERRAM
ET SUBUERTAM SOLIUM REGNORU
ET CONTERAM FORTITUDINEM
REGNI GENTIUM
ET SUBUERTAM QUADRIGAM
ET ASCENSOREM EIUS
ET DESCENDENT EQUI
ET ASCENSORES EORUM
UIR IN GLADIO FRATRIS SUI
IN DIE ILLO DICIT DNS EXERCITUU
ADSUMAM TE ZOROBABEL FILII
SALATHIEL SERUE MEUS DICIT DNS
ET PONAM TE QUASI SIGNACULU
QUIA TE ELEGI DICIT DNS
EXERCITUUM

EXP AGGEUS PROPHETA

INCIPIT PROLOG ZACHARIAE PROP

ZACHARIAS memor dñi sui multiplex
in prophetia iesū vestib; sordidis et lapidem
oculorum septem candelabrumque quoq;
aureorum cum totidem lucernis quod' ocu
lis duas quoq; olivas a sinistris lampadis
cernit et vña a dextris · ut post equos
rufos varios et albos et dissipatas quadri
gas ex efraim et equum de hierusalem
pauperem regem vaticinetur et praedi
cet sedentem super pullum filium
asinae subiugalis.

EXP PROLOG ZACHARIAE PROP

INCIPIT IPSE LIBER

IN MENSE OCTAVO IN ANNO
SECUNDO DARII
FACTUM EST VERBUM DÑI
AD ZACHARIAM FILIUM BARACHIAE
FILIUM ADDO PROPHETAM DICENS
IRATUS EST DÑS SUPER PATRES
VESTROS IRACUNDIA
ET DICES AD EOS
HAEC DICIT DÑS EXERCITUUM
CONVERTIMINI AD ME DICIT DÑS
EXERCITUUM
ET CONVERTAR AD VOS AIT DÑS
EXERCITUUM
NE SITIS SICUT PATRES VESTRI
AD QUOS CLAMABANT PROPHETAE
PRIORES DICENTES
HAEC DICIT DÑS EXERCITUUM
CONVERTIMINI DE VIIS VESTRIS MALIS
ET COGITATIONIB; VESTRIS PESSIMIS
ET NON AUDIERUNT NEQUE ADTEN
DERUNT AD ME DICIT DÑS
PATRES VESTRI UBI SUNT
ET PROPHETAE
NUMQUID IN SEMPITERNUM VIVENT
VERUMTAMEN VERBA MEA
ET LEGITIMA MEA QUAE MANDA
VI SERVIS MEIS PROPHETIS
NUMQUID NON CONPREHENDERUNT
PATRES VESTROS
ET CONVERSI SUNT ET DIXERUNT
SICUT COGITAVIT DÑS EXERCITUUM
FACERE NOBIS
SECUNDUM VIAS NOSTRAS
ET SECUNDUM ADINVENTIONES
NOSTRAS FECIT NOBIS
VII IN DIE VICENSIMA ET QUARTA
UNDECIMO MENSE SABATH
IN ANNO SECUNDO DARII
FACTUM EST VERBUM DNI
AD ZACHARIAM FILIUM BARACHIAE
FILIUM ADDO PROPHETAM DICENS
VIDI PER NOCTEM ET ECCE VIR
ASCENDENS SUPER EQUUM RUFUM
ET IPSE STABAT INTER MYRTETA
QUAE ERANT IN PROFUNDO
ET POST EUM EQUI RUFI VARII
ET ALBI
ET DIXI QUID SUNT ISTI DÑE MI
ET DIXIT AD ME ANGELUS
QUI LOQUEBATUR IN ME
EGO OSTENDAM TIBI QUID SINT HAEC
ET RESPONDIT VIR QUI STABAT
INTER MYRTETA ET DIXIT
ISTI SUNT QUOS MISIT DÑS
UT PERAMBULENT TERRAM
ET RESPONDERUNT ANGELO DÑI
QUI STABAT INTER MYRTETA
ET DIXERUNT
PERAMBULAVIMUS TERRAM
ET ECCE OMNIS TERRA
HABITATUR ET QUIESCIT
ET RESPONDIT ANGELUS DÑI
ET DIXIT
DÑE EXERCITUUM USQUEQUO TU
NON MISERERERIS HIERUSALEM
ET URBIUM IUDA QUIB; IRATUS
ES ISTE SEPTUAGENSIMUS
ANNUS EST
ET RESPONDIT DÑS ANGELO
QUI LOQUEBATUR IN ME VERBA
BONA VERBA CONSOLATORIA
ET DIXIT AD ME ANGELUS

qui loquebatur in me
clama dicens
haec dicit dns exercituum
zelatus sum hierusalem
et sion zelo magno
et ira magna ego irascor
super gentes opulentas
quia ego iratus sum parum
ipsi vero adiuverunt in malum
propterea haec dicit dns
revertar ad hierusalem
in misericordiis
domus mea aedificabitur in ea
dicit dns exercituum
et perpendiculum extendetur
super hierusalem
adhuc clama dicens
haec dicit dns exercituum
adhuc adfluent civitates
meae bonis
et consolabitur dns sion adhuc
et eliget adhuc hierusalem
Et levavi oculos meos et vidi
et ecce quattuor cornua
et dixi ad angelum qui loque-
batur in me
quid sunt haec et dixit ad me
haec sunt cornua quae ventila-
verunt iudam et isrl et hierusalē
et ostendit mihi dns
quattuor fabros
et dixi quid isti veniunt facere
qui ait dicens
haec sunt cornua quae ventila-
verunt iudam per singulos
viros
et nemo eorum levavit caput suū
et venerunt isti deterrere ea
ut deiciant cornua gentium
quae levaverunt cornu
super terram iuda
ut dispergerent eam
Et levavi oculos meos et vidi
et ecce vir et in manu eius

funiculus mensorum
et dixi quo tu vadis
et dixit ad me ut metiar hierusalē
et videam quanta sit latitudo eius
et quanta longitudo eius
et ecce angelus qui loquebatur
in me egrediebatur
et angelus alius egrediebatur
in occursum eius
et dixit ad eum
curre loquere ad puerum
istum dicens
absq· muro habitabitur hierusalē
prae multitudine hominum
et iumentorum in medio eius
et ego ero ei ait dns murus
in circuitu
et in gloria ero in medio eius
o o fugite de terra aquilonis
ait dns
quoniam in quattuor ventis caeli
dispersi vos dicit dns
o sion fuge quae habitas
apud filiam babylonis
quia haec dicit dns exercituum
post gloriam misit me ad gentes
quae spoliaverunt vos
qui enim tetigerit vos tangit
pupillam oculi eius
quia ecce ego levo manum meā
super eos
et erunt praedae his qui
serviebant sibi
et cognoscetis quia dns
exercituum misit me
La uda et laetare filia sion
quia ecce ego venio et habitabo
in medio tui dicit dns
et adplicabuntur gentes multae
ad dnm in die illa
et erunt mihi in populum
et habitabo in medio tui
et scies quia dns exercituum
misit me ad te

et possidebit dñs iudam partē
suam in terra sc̄ificata
et eliget adhuc hierusalem
sileat omnis caro a facie dñi
quia consurrexit de habitaculo
scō suo
III et ostendit mihi iesum sacerdotē
magnum stantem coram
angelo dñi
et satan stabat a dextris eius
ut adversaretur ei
et dixit dñs ad satanan
increpet dñs in te satan
et increpet dñs in te
qui elegit hierusalem
num quid non iste torris est
erutus de igne
et iesus erat indutus
vestibus sordidis
et stabat ante faciem angeli
qui respondit et ait ad eos
qui stabant coram se dicens
auferte vestimenta sordida ab eo
et dixit ad eum
ecce abstuli a te iniquitatem tuam
et indui te mutatoriis
et dixit ponite cidarim mundam
super caput eius
et posuerunt cidarim mundam
super caput eius
et induerunt eum vestibus
et angelus dñi stabat
et contestabatur angelus dñi
iesum dicens
haec dicit dñs exercituum dš
si in viis meis ambulaveris
et custodiam meam custodieris
tu quoq· iudicabis domum meam
et custodies atria mea
et dabo tibi ambulantes de his
qui nunc hic adsistunt
Audi iesus sacerdos magne
tu et amici tui qui habitant coram
te quia viri portendentes sunt
ecce enim ego adducam servum meū
orientem
quia ecce lapis quem dedi coram
iesu super lapidem unum
septem oculi sunt
ecce ego caelabo sculpturam eius
dicit dñs exercituum
et auferam iniquitatem terrae
illius in die una
in die illa dicit dñs exercituum
vocabit vir amicum suum sub
ter vineam et subter ficum
IIII et reversus est angelus
qui loquebatur in me
et suscitavit me quasi virum
qui suscitatur de somno suo
et dixit ad me quid tu vides
et dixi vidi et ecce candelabrū
aureum totum
et lampas eius super caput ipsius
et septem lucernae eius
super illud
septem et septem infusoria
lucernis quae erant
super caput illius
et duae olivae super illud
una a dextris lampadis
et una a sinistris eius
et respondi et aio ad angelum
qui loquebatur in me dicens
quid sunt haec dñe mi
et respondit angelus
qui loquebatur in me
et dixit ad me
numquid nescis quid sunt haec
et dixi non dñe mi
et respondit et ait ad me dicens
hoc est verbum dñi
ad zorobabel dicens
non in exercitu nec in robore
sed in spū meo dicit dñs exercituū
quis tu mons magne coram
zorobabel in planum
et educet lapidem primarium

ET EXAEQUABIT GRATIAM GRATIAE EIUS
ET FACTUM EST VERBUM DOMINI
AD ME DICENS
MANUS ZOROBABEL FUNDAVERUNT
DOMUM ISTAM ET MANUS EIUS
PERFICIENT EAM
ET SCIETIS QUIA DOMINUS EXERCITUUM
MISIT ME AD VOS
QUIS ENIM DESPEXIT DIES PARVOS
ET LAETABUNTUR ET VIDEBUNT
LAPIDEM STAGNEUM
IN MANU ZOROBABEL
SEPTEM ISTI OCULI DOMINI SUNT
QUI DISCURRUNT IN UNIVERSA
TERRA
ET RESPONDI ET DIXI AD EUM
QUID SUNT DUAE OLIVAE ISTAE
AD DEXTERAM CANDELABRI
ET AD SINISTRAM EIUS
ET RESPONDI SECUNDO
ET DIXI AD EUM
QUID SUNT DUAE OLIVAE SPICAE
OLIVARUM
QUAE SUNT IUXTA DUO ROSTRA
AUREA
IN QUIBUS SUNT SUFFUSORIA EX AURO
ET AIT AD ME DICENS
NUMQUID NESCIS QUID SUNT HAEC
ET DIXI NON DOMINE
ET DIXIT ISTI DUO FILII OLEI
SPLENDORIS
QUI ADSISTUNT DOMINATORI
UNIVERSAE TERRAE
V ET CONVERSUS SUM ET LEVAVI
OCULOS MEOS ET VIDI
ET ECCE VOLUMEN VOLANS
ET DIXIT AD ME QUID TU VIDES
ET DIXI EGO VIDEO VOLUMEN VOLANS
LONGITUDO EIUS VIGINTI CUBITORUM
ET LATITUDO EIUS DECEM CUBITORUM
ET DIXIT AD ME HAEC EST
MALEDICTIO QUAE EGREDITUR
SUPER FACIEM OMNIS TERRAE
QUIA OMNIS FUR SICUT IBI
SCRIPTUM EST IUDICABITUR
ET OMNIS IURANS EX HOC SIMILITER
IUDICABITUR
EDUCAM ILLUD DICIT DOMINUS EXERCITUUM
ET VENIET AD DOMUM FURIS
ET AD DOMUM IURANTIS IN NOMINE
MEO MENDACITER
ET COMMORABITUR IN MEDIO
DOMUS EIUS
ET CONSUMET EAM ET LIGNA EIUS
ET LAPIDES EIUS
ET EGRESSUS EST ANGELUS QUI LOQUE-
BATUR IN ME ET DIXIT AD ME
LEVA OCULOS TUOS ET VIDE QUID EST
HOC QUOD EGREDITUR
ET DIXI QUIDNAM EST ET AIT
HAEC EST AMPHORA EGREDIENS
ET DIXIT HIC EST OCULUS EORUM
IN UNIVERSA TERRA
ET ECCE TALENTUM PLUMBI
PORTABATUR
ET ECCE MULIER UNA SEDENS
IN MEDIO AMPHORAE
ET DIXIT HAEC EST IMPIETAS
ET PROIECIT EAM IN MEDIO AMPHORAE
ET MISIT MASSAM PLUMBEAM
IN OS EIUS
ET LEVAVI OCULOS MEOS ET VIDI
ET ECCE DUAE MULIERES EGREDIENTES
ET SPIRITUS IN ALIS EARUM
ET HABEBANT ALAS QUASI ALAS MILUI
ET LEVAVERUNT AMPHORAM INTER
TERRAM ET CAELUM
ET DIXI AD ANGELUM QUI LOQUE-
BATUR IN ME
QUO ISTAE DEFERUNT AMPHORAM
ET DIXIT AD ME UT AEDIFICETUR EI
DOMUS IN TERRA SENNAAR
ET STABILIATUR ET PONATUR IBI
SUPER BASEM SUAM
VI ET CONVERSUS SUM ET LEVAVI
OCULOS MEOS ET VIDI
ET ECCE QUATTUOR QUADRIGAE
EGREDIENTES DE MEDIO DUORUM

montium
et montes montes aerei
in quadriga prima equi rufi
et in quadriga secunda equi nigri
et in quadriga tertia equi albi
et in quadriga quarta equi
uarii fortes
et respondi et dixi ad angelum
qui loquebatur in me
quid sunt haec dñe mi
et respondit angelus
et ait ad me
isti sunt quattuor uenti caeli
qui egrediuntur ut stent coram
dominatore omnis terrae
in quo erant equi nigri egredi
ebantur in terram aquilonis
et albi egressi sunt post eos
et uarii egressi sunt
ad terram austri
qui autem erant robustissimi
exierunt et quaerebant ire
et discurrere per omnem
terram
et dixit ite perambulate terram
et perambulauerunt terram
et uocauit me et locutus est
ad me dicens
ecce qui egrediuntur in terram
aquilonis requiescere
fecerunt spm meum
in terra aquilonis
+ ſam Et factum est uerbum dñi
ad me dicens
sume a transmigratione
ab Oldai et a Tobia et ab Idaia
et uenies tu in die illa
et intrabis in domum Iosiae
filii Sofoniae qui uenerunt
de Babylone
et sumes argentum et aurum
et facies coronas et pones
in capite Iesu filii Iosedec
sacerdotis magni et loqueris
ad eum dicens
haec dicit dñs exercituum
dicens
ecce uir Oriens nomen eius
et subter eum orietur
et aedificabit templum dño
et ipse extruet templum dño
et ipse portabit gloriam
et sedebit et dominabitur
super solio suo
et erit sacerdos super solio suo
et consilium pacis erit
inter duos illos
et coronae erunt Elem
et Tobiae et Idaiae
et Hen filio Sofoniae
memoriale in templo dñi
et qui procul sunt uenient
et aedificabunt in templo dñi
et scietis quia dñs exercituum
misit me ad uos
erit autem hoc si auditu
audieritis uocem dñi di uestri
VII Et factum est in anno quarto
Darii regis
factum est uerbum dñi
ad Zachariam
in quarta mensis noni
qui est Casleu
et miserunt ad domum dī
Sarasar et Rogomelech
et uiri qui erant cum eo
ad deprecandam faciem dñi
ut dicerent sacerdotibus
domus dñi exercituum
et prophetis loquentes
numquid flendum mihi est
in mense quinto
uel sčificare me debeo
sicut feci iam multis annis
Et factum est uerbum dñi
exercituum ad me dicens
loquere ad omnem populum
terrae et ad sacerdotes dicens

cum ieiunaretis et plangeretis
in quinto et septimo per hos
septuaginta annos
numquid ieiunium ieiunastis mihi
et cum comedistis et bibistis
numquid non uobis comedistis
et uobis metipsis bibistis
numquid non sunt uerba quae lo
cutus est dñs in manu
prophetarum priorum
cum adhuc hierusalem habitaretur
et esset opulenta ipsa
et urbes in circuitu eius
et ad austrum et in cam
pestrib· habitaretur
Et factum est uerbum dñi
ad zachariam dicens
haec dicit dñs exercituum
iudicium uerum iudicate
et misericordiam et miseratio
nes facite unusquisque
cum fratre suo
et uiduam et pupillum et aduenā
et pauperem nolite calumniari
et malum uir fratris suo
non cogitet in corde suo
et noluerunt adtendere
et uerterunt scapulam
recedentem
et aures suas adgrauauerunt
ne audirent
et cor suum posuerunt adaman
tem ne audirent legem
et uerba quae misit dñs
exercituum in sp̄u suo per
manum prophetarum priorum
et facta est indignatio magna
a dño exercituum
et factum est sicut locutus est
et non audierunt
sic clamabunt et non exaudiam
dicit dñs exercituum
et dispersi eos per omnia
regna quae nesciunt

et terra desolata est ab eis eo quod
non esset transiens et reuertens
et posuerunt terram deside
rabilem in desertum
XIIII Et factum est uerbum dñi
exercituum dicens
haec dicit dñs exercituum
zelatus sum sion zelo magno
et indignatione magna
zelatus sum eam
haec dicit dñs exercituum
reuersus sum ad sion et habi
tabo in medio hierusalem
et uocabitur hierusalem
ciuitas ueritatis
et mons dñi exercituum
mons sc̄ificatus
haec dicit dñs exercituum
adhuc habitabunt senes et anus
in plateis hierusalem
et uir baculus in manu eius
prae multitudine dierum
et plateae ciuitatis conplebun
tur infantib· et puellis
ludentib· in plateis eius
haec dicit dñs exercituum
si difficile uidebitur in oculis
reliquiarum populi huius
in diebus illis
numquid in oculis meis difficile
erit dicit dñs exercituum
haec dicit dñs exercituum
ecce ego saluabo populum meū
de terra orientis et de ter
ra occasus solis
et adducam eos et habitabunt
in medio hierusalem
et erunt mihi in populum
et ego ero eis in dñm
in ueritate et iustitia
haec dicit dñs exercituum
confortentur manus uestrae
qui auditis in dieb· his sermo
nes istos per os prophetarū

IN DIE QUA FUNDATA EST
DOMUS DN̄I EXERCITUUM
UT TEMPLUM AEDIFICARETUR
SIQUIDEM ANTE DIES ILLOS
MERCES HOMINUM NON ERAT
NEC MERCES IUMENTORUM ERAT
NEQUE INTROEUNTI ET EXEUNTI
ERAT PAX PRAE TRIBULATIONE
ET DIMISI OMNES HOMINES UNUM
QUEMQUE CONTRA PROXIMUM SUU̅
NUNC AUTEM NON IUXTA DIES PRIORES
EGO FACIAM RELIQUIIS POPULI
HUIUS DICIT DN̄S EXERCITUUM
SED SEMEN PACIS ERIT
UINEA DABIT FRUCTUM SUUM
ET TERRA DABIT GERMEN SUUM
ET CAELI DABUNT RОREM SUUM
ET POSSIDERE FACIAM RELIQUIAS
POPULI HUIUS UNIUERSA
HAEC
ET ERIT SICUT ERATIS MALE
DICTIO IN GENTIB· DOMUS
IUDA ET DOMUS ISRL̄
SIC SALUABO UOS ET ERITIS
BENEDICTIO
NOLITE TIMERE CONFORTENTUR
MANUS UESTRAE
QUIA HAEC DICIT DN̄S EXERCITUUM
SICUT COGITAUI UT AFFLIGEREM UOS
CUM AD IRACUNDIAM PROUOCAS
SENT PATRES UESTRI ME
DICIT DN̄S ET NON SUM MISERTUS
SIC CONUERSUS COGITAUI
IN DIEBUS ISTIS
UT BENE FACIAM HIERUSALEM
ET DOMUI IUDA
NOLITE TIMERE
HAEC SUNT ERGO UERBA
QUAE FACIETIS
LOQUIMINI UERITATEM UNUSQUIS
QUE CUM PROXIMO SUO
UERITATEM ET IUDICIUM PACIS
IUDICATE IN PORTIS UESTRIS
ET UNUSQUISQ· MALUM CONTRA
AMICUM SUUM NE COGITETIS
IN CORDIB· UESTRIS
ET IURAMENTUM MENDAX
NE DILIGATIS
OMNIA ENIM HAEC SUNT
QUAE ODI DICIT DN̄S
X ET FACTUM EST UERBUM DN̄I
EXERCITUUM AD ME DICENS
HAEC DICIT DN̄S EXERCITUUM
IEIUNIUM QUARTI ET IEIUNIUM
QUINTI
ET IEIUNIUM SEPTIMI
ET IEIUNIUM DECIMI
ERIT DOMUI IUDAE IN GAUDIUM
ET IN LAETITIAM ET IN SOLLEM
NITATES PRAECLARAS
UERITATEM TANTUM ET PACEM
DILIGITE
HAEC DICIT DN̄S EXERCITUUM
USQUEQUO UENIANT POPULI
ET HABITENT IN CIUITA
TIBUS MULTIS
ET UADANT HABITATORES UNUS
AD ALTERUM DICENTES
EAMUS ET DEPRECEMUR
FACIEM DN̄I
ET QUAERAMUS DN̄M EXERCITUU̅
UADAM ETIAM EGO
ET UENIENT POPULI MULTI
ET GENTES ROBUSTAE
AD QUAERENDUM DN̄M EXERCI
TUUM IN HIERUSALEM
AD DEPRECANDAM FACIEM DN̄I
HAEC DICIT DN̄S EXERCITUUM
IN DIEB· ILLIS IN QUIB· ADPREHEN
DENT DECEM HOMINES
EX OMNIB· LINGUIS GENTIUM
ET ADPREHENDENT FIMBRIAM
UIRI IUDAEI DICENTES IBIMUS
UOBISCUM
AUDIUIMUS ENIM QUONIAM DS̄
UOBISCUM EST
XIX ONUS UERBI DN̄I IN TERRA ADRACH
ET DAMASCI REQUIEI EIUS

QUIA DNI EST OCULUS HOMINIS
ET OMNIUM TRIBUUM ISRL
AEMATH QUOQ· IN TERMINIS EIUS
ET TYRUS ET SIDON
ADSUMSERUNT QUIPPE SIBI
SAPIENTIAM UALDE
ET AEDIFICAUIT TYRUS
MUNITIONEM SUAM
ET COACERUAUIT ARGENTUM
QUASI HUMUM
ET AURUM UT LUTUM PLATEARUM
ECCE DNS POSSIDEBIT EAM
ET PERCUTIET IN MARI FORTI
TUDINEM EIUS
ET HAEC IGNI DEUORABITUR
UIDEBIT ASCALON ET TIMEBIT
ET GAZA ET DOLEBIT NIMIS
ET ACCARON QUONIAM CONFUSA
EST SPES EIUS
ET PERIBIT REX DE GAZA
ET ASCALON NON HABITABITUR
ET SEDEBIT SEPARATOR IN AZOTO
ET DISPERDAM SUPERBIAM
PHILISTINORUM
ET AUFERAM SANGUINEM EIUS
DE ORE EIUS
ET ABOMINATIONES EIUS
DE MEDIO DENTIUM EIUS
ET RELINQUETUR ETIAM IPSE
DO NOSTRO
ET ERIT QUASI DUX IN IUDA
ET ACCARON QUASI IEBUSAEUS
ET CIRCUMDABO DOMUM MEAM
EX HIS QUI MILITANT MIHI
EUNTES ET REUERTENTES
ET NON TRANSIBIT SUPER EOS
ULTRA EXACTOR
QUIA NUNC UIDI IN OCULIS MEIS
XII EXULTA SATIS FILIA SION
IUBILA FILIA HIERUSALEM
ECCE REX TUUS UENIET TIBI
IUSTUS ET SALUATOR IPSE
PAUPER ET ASCENDENS
SUPER ASINUM

ET SUPER PULLUM FILIUM ASINAE
ET DISPERDAM QUADRIGAM
EX EFRAIM
ET EQUUM DE HIERUSALEM
ET DISSIPABITUR ARCUS BELLI
ET LOQUETUR PACEM GENTIBUS
ET POTESTAS EIUS A MARI
USQUE AD MARE
ET A FLUMINIB· USQ· AD FINES TERRAE
TU QUOQ· IN SANGUINE TESTAMEN
TI TUI EMISISTI UINCTOS TUOS
DE LACU IN QUO NON EST AQUA
CONUERTIMINI AD MUNITIONEM
UINCTI SPEI
HODIE QUOQ· ADNUNTIANS
DUPLICIA REDDAM TIBI
QUONIAM EXTENDI MIHI IUDAM
QUASI ARCUM IMPLEUI EFRAIM
ET SUSCITABO FILIOS TUOS SION
SUPER FILIOS TUOS GRAECIA
ET PONAM TE QUASI GLADIUM
FORTIUM
ET DNS DS SUPER EOS UIDEBITUR
ET EXIBIT UT FULGUR IACULUM EIUS
ET DNS DS IN TUBA CANET
ET UADET IN TURBINE AUSTRI
DNS EXERCITUUM PROTEGET EOS
ET DEUORABUNT ET SUBICIENT
LAPIDIB· FUNDAE
ET BIBENTES INEBRIABUNTUR
QUASI A UINO
ET REPLEBUNTUR UT FIALAE
ET QUASI CORNUA ALTARIS
ET SALUABIT EOS DNS DS EORUM
IN DIE ILLA UT GREGEM POPULI SUI
QUIA LAPIDES SCI ELEUABUNTUR
SUPER TERRAM EIUS
QUID ENIM BONUM EIUS EST
ET QUID PULCHRUM EIUS
NISI FRUMENTUM ELECTORUM
ET UINUM GERMINANS UIRGINES
X· PETITE A DNO PLUUIAM IN TEM
PORE SEROTINO ET DNS
FACIET NIUES

et pluviam imbris dabit eis
singulis herbam in agro
quia simulacra locuta sunt
inutile
et divini viderunt mendacium
et somniatores frustra
locuti sunt
vane consolabantur
idcirco abducti sunt quasi grex
adfligentur quia non est eis
pastor
super pastores iratus est
furor meus
et super hircos visitabo
quia visitabit dns exercituum
gregem suum domum Iuda
et posuit eos quasi equum
gloriae suae in bello
ex ipso angulus et ex ipso paxillus
et ex ipso arcus proelii
ex ipso egredietur omnis
exactor simul
et erunt quasi fortes concul-
cantes lutum viarum in proelio
et bellabunt quia dns cum eis
et confundentur ascensores
equorum
et confortabo domum Iuda
et domum Ioseph salvabo
et convertam eos quia miserebor eorum
et erunt sicut fuerunt quando
non proieceram eos
ego enim dns ds eorum
et exaudiam eos
et erunt quasi fortes Ephraim
et laetabitur cor eorum
quasi a vino
et filii eorum videbunt
et laetabuntur
et exultabit cor eorum in dno
sibilabo eis et congregabo illos
quia redemi eos
et multiplicabo eos sicut ante
fuerant multiplicati
et seminabo eos in populis
et de longe recordabuntur mei
et vivent cum filiis suis
et revertentur
et reducam eos de terra Aegypti
et de Assyriis congregabo eos
et ad terram Galaad et Libani
adducam eos
et non invenietur eis locus
et transibit in maris freto
et percutiet in mari fluctus
et confundentur omnia
profunda fluminis
et humiliabitur superbia Assyr
et sceptrum Aegypti recedet
confortabo eos in dno et in nomi-
ne eius ambulabunt dicit dns
XI XIIII Aperi Libane portas tuas
et comedat ignis cedros tuas
ulula abies quia cecidit cedrus
quoniam magnifici vastati sunt
ululate quercus Basan
quoniam succisus est saltus
munitus
vox ululatus pastorum
quia vastata est magnificentia
eorum
vox rugitus leonum
quoniam vastata est
superbia Iordanis
haec dicit dns ds meus
pasce pecora occisionis
quae qui possederant occide-
bant et non dolebant
et vendebant ea dicentes
benedictus dns divites
facti sumus
et pastores eorum non
parcebant eis
et ego non parcam ultra
super habitantes terram
dicit dns
ecce ego tradam homines

unum quemq; in manu proxi
mi sui et in manu regis sui
et concident terram et non
eruam de manu eorum
et pascam pecus occisionis
propter hoc. o. pauperes gregis
et adsumsi mihi duas uirgas
unam uocaui decorem
et alteram uocaui funiculum
et paui gregem et succidi
tres pastores in mense uno
et contracta est anima mea in eis
siquidem anima eorum
uariauit in me
et dixi non pascam uos
quod moritur moriatur
et quod succiditur succidatur
et reliqui uorent unusquisq;
carnem proximi sui
et tuli uirgam meam quae uoca
batur decus et absicidi eam
ut inritum facerem foedus
meum quod percussi
cum omnib; populis
et inritum deductum est
in die illa
et cognouerunt sic pauperes
gregis qui custodiunt mihi
quia uerbum dni est
et dixi ad eos si bonum est
in oculis uestris adferte
mercedem meam
et si non quiescite
et adpenderunt mercedem
meam triginta argenteos
et dixit dns ad me proice illud
ad statuarium
decorum pretium quod
adpretiatus sum ab eis
et tuli triginta argenteos
et proieci illos in domo dni
ad statuarium
et praecidi uirgam meam
secundam quae appellaba
tur funiculus
ut dissoluerem germanitatem
inter iudam et inter isrl
et dixit dns ad me
adhuc sume tibi uasa
pastoris stulti
quia ecce ego suscitabo
pastorem in terram
qui derelicta non uisitabit
dispersum non requiret
et contritum non sanabit
et id quod stat non enutriet
et carnes pinguium comedet
et ungulas eorum dissoluet
o pastor et idolum
derelinquens gregem
gladius super brachium eius
et super oculum dextrum eius
brachium eius ariditate siccabitur
et oculus dexter eius tenebre
scens obscurabitur
XII XIIII O nus uerbi dni super isrl
dixit dns extendens caelum
et fundans terram et fingens
spm hominis in eo
ecce ego ponam hierusalem
super liminare crapulae
omnib; populis in circuitu
sed et iuda erit in obsidione
contra hierusalem
et erit in illa die ponam
hierusalem lapidem oneris
cunctis populis
omnes qui leuabunt eam
concisione lacerabuntur
et colligentur aduersum eam
omnia regna terrae
in die illa dicit dns
percutiam omnem equum
in stuporem
et ascensorem eius in amentia
et super domum iuda aperiam
oculos meos
et omnem equum populorum

percutiam in caecitate
et dicent duces iuda in corde suo
confortentur mihi habitatores
hierusalem in dño exercituum
dō eorum
in die illo ponam duces iuda
sicut caminum ignis in lignis
et sicut facem ignis in faeno
et devorabunt ad dextram
et ad sinistram
omnes populos in circuitu
et habitabitur hierusalem rursū
in loco suo in hierusalem
et salvabit dñs tabernacula
iuda sicut in principio
ut non magnifi ce glorietur
domus david dicit dñs
et gloria habitantium hierusa
lem contra iudam
in die illo proteget dñs habita
tores hierusalem
et erit qui offenderit ex eis
in die illa quasi david
et domus david quasi dī sicut
angelus dñi in conspectu eius
et erit in die illa
quaeram conterere omnes
gentes quae veniunt
contra hierusalem
et effundam super domum
david et super habitatores
hierusalem spm gratiae
et precum
et aspicient ad me quem
confixerunt
et plangent eum planctum
quasi super unigenitum
et dolebunt super eum
ut doleri solet in morte
primogeniti
in die illa magnus erit planctus
in hierusalem
sicut planctus adedremmon
in campo mageddon
et planget terra familiae et
familiae seorsum
familiae domus david seorsum
et mulieres eorum seorsum
familiae domus nathan seorsū
et mulieres eorum seorsum
familiae domus levi seorsum
et mulieres eorum seorsum
familiae semei seorsum
et mulieres eorum seorsum
omnes familiae reliquae
familiae et familiae seorsū
et mulieres eorum seorsum
XIII in die illa erit fons patens
domui david
et habitantibus hierusalem
in ablutione peccatoris
et menstruatae
et erit in die illa dicit dñs
exercituum
disperdam nomina idolorum
de terra et non nominabun
tur ultra
et prophetas et spm inmun
dum auferam de terra
et erit cum prophetaverit
quispiam ultra
dicent ei pater eius et mater
eius qui genuerunt eum
non vives quia mendacium
locutus es in nomine dñi
et configent eum pater eius
et mater eius genitores eius
cum prophetaverit
et erit in die illa confunden
tur prophetae
unusquisque ex visione sua
cum prophetaverit
nec operientur pallio saccino
ut mentiantur
sed dicet non sum propheta
homo agricola ego sum
quoniam adam exemplum
meum ab adulescentia mea

ET DICETUR EI QUID SUNT PLAGAE
ISTAE IN MEDIO MANUUM TUARŪ
ET DICET HIS PLAGATUS SUM
IN DOMO EORUM QUI DILI
GEBANT ME
FRAMEA SUSCITARE SUPER
PASTOREM MEUM
ET SUPER UIRUM COHERENTEM
MIHI DICIT DNS EXERCITUUM
PERCUTE PASTOREM ET DISPAR
GANTUR OUES GREGIS
ET CONUERTAM MANUM MEAM
AD PARUULOS EORUM
ET ERUNT IN OMNI TERRA DICIT DNS
PARTES DUAE IN EA DISPERDEN
TUR ET DEFICIENT
ET TERTIA PARS RELINQUETUR
IN EA
ET DUCAM TERTIAM PARTEM
PER IGNEM
ET URAM EOS SICUT URITUR ARGENTŪ
ET PROBABO EOS SICUT PROBATUR
AURUM
IPSE UOCABIT NOMEN MEUM
ET EGO EXAUDIAM EUM
DICAM POPULUS MEUS ES
ET IPSI DICENT DNS DS MEUS
ECCE DIES UENIUNT DNI
ET DIUIDENTUR SPOLIA TUA
IN MEDIO TUI
ET CONGREGABO OMNES GENTES
AD HIERUSALEM IN PROELIŪ
ET CAPIETUR CIUITAS ET UASTA
BUNTUR DOMUS ET MULIE
RES UIOLABUNTUR
ET EGREDIETUR MEDIA PARS
CIUITATIS IN CAPTIUITATEM
ET RELIQUUM POPULI NON
AUFERETUR EX URBE
ET EGREDIETUR DNS ET PROELIA
BITUR CONTRA GENTES ILLAS
SICUT PROELIATUS EST
IN DIE CERTAMINIS
ET STABUNT PEDES EIUS IN DIE

ILLA SUPER MONTEM OLIUARŪ
QUI EST CONTRA HIERUSALEM
AD ORIENTEM
ET SCINDETUR MONS OLIUARUM
EX MEDIA PARTE SUI AD ORIENTĒ
ET OCCIDENTEM PRAERUPTO
GRANDI UALLE
ET SEPARABITUR MEDIUM
MONTIS AD AQUILONEM
ET MEDIUM EIUS AD MERIDIEM
ET FUGIETIS AD UALLEM
MONTIUM EORUM
QUONIAM CONIUNGETUR UALLIS
MONTIUM USQ· AD PROXIMUM
ET FUGIETIS SICUT FUGISTIS
A FACIE TERRAE MOTUS
IN DIEB· OZIAE REGIS IUDA
ET UENIET DNS DS MEUS
OMNESQ· SCI CUM EO
ET ERIT IN DIE ILLA NON ERIT LUX
SED FRIGUS ET GELU
ET ERIT DIES UNA QUAE NOTA EST DNO
NON DIES NEQUE NOX
ET IN TEMPORE UESPERAE ERIT LUX
ET ERIT IN DIE ILLA EXIBUNT AQUAE
UIUAE DE HIERUSALEM
MEDIUM EARUM AD MARE
ORIENTALE
ET MEDIUM EARUM AD MARE
NOUISSIMUM
IN AESTATE ET IN HIEME ERUNT
ET ERIT DNS REX SUPER
OMNEM TERRAM
IN DIE ILLA ERIT DNS UNUS
ET ERIT NOMEN EIUS UNUM
ET REUERTETUR OMNIS TERRA
USQ· AD DESERTUM
DE COLLE REMMON AD AUSTRUM
HIERUSALEM
ET EXALTABITUR ET HABITABIT
IN LOCO SUO
A PORTA BENIAMIN USQ· AD LOCŪ
PORTAE PRIORIS USQUE
AD PORTAM ANGULORUM

ET A TURRE ANANEHEL USQUE
AD TORCULARIA REGIS
ET HABITABUNT IN EA ET ANATHE
MA NON ERIT AMPLIUS
SED SEDEBIT HIERUSALEM SECURA
ET HAEC ERIT PLAGA QUA PER
CUTIET DNS OMNES GENTES
QUAE PUGNAUERUNT ADUER
SUS HIERUSALEM
TABESCET CARO UNIUSCUIUSQUE
STANTIS SUPER PEDES SUOS
ET OCULI EORUM CONTABESCENT
IN FORAMINIB; SUIS
ET LINGUA EORUM CONTABESCET
IN ORE SUO
IN ILLO DIE ERIT TUMULTUS DNI
MAGNUS IN EIS
ET ADPREHENDET UIR MANUM
PROXIMI SUI
ET CONSERETUR MANUS EIUS
SUPER MANUM PROXIMI SUI
SED ET IUDAS PUGNABIT
ADUERSUS HIERUSALEM
ET CONGREGABUNTUR DIUITIAE
OMNIUM GENTIUM
IN CIRCUITU
AURUM ET ARGENTUM
ET UESTES MULTAE SATIS
ET SIC ERIT RUINA EQUI ET MULI ET
CAMELI ET ASINI ET OMNIUM
IUMENTORUM QUAE FUERINT
IN CASTRIS ILLIS SICUT RUINA HAEC
ET OMNES QUI RELIQUI FUERINT
DE UNIUERSIS GENTIBUS
QUAE UENERINT CONTRA
HIERUSALEM
ASCENDENT AB ANNO IN ANNUM
UT ADORENT REGEM DNM
EXERCITUUM
ET CELEBRENT FESTIUITATEM
TABERNACULORUM
ET ERIT QUI NON ASCENDERIT
DE FAMILIIS TERRAE AD HIERUSALEM
UT ADORET REGEM DNM EXERCITUUM
NON ERIT SUPER EOS IMBER
QUOD SI ET FAMILIA AEGYPTI
NON ASCENDERIT ET NON UENERIT
NEC SUPER EOS ERIT
SED ERIT RUINA QUA PERCUTIET DNS
OMNES GENTES QUAE NON
ASCENDERINT AD CELEBRANDAM
FESTIUITATEM TABERNACULORUM
HOC ERIT PECCATUM AEGYPTI
ET HOC PECCATUM OMNIUM
GENTIUM QUAE NON ASCENDE
RINT AD CELEBRANDAM FESTI
UITATEM TABERNACULORUM
IN DIE ILLO ERIT QUOD SUPER
FRENUM EQUI EST SCM DNO
ET ERUNT LEUETES IN DOMO DNI
QUASI FIALAE CORAM ALTARI
ET ERIT OMNIS LEUES IN HIERU
SALEM ET IN IUDA SCIFICATUS
DNO EXERCITUUM
ET UENIENT OMNES
IMMOLANTES
ET SUMENT EX EIS ET COQUENT
IN EIS
ET NON ERIT MERCATOR ULTRA
IN DOMO DNI EXERCITUUM
IN DIE ILLO

EXPLICIT ZACHARIAS PROPHETA
INCIP MALACHIAS PROPHETA

MALACHIAS APERTE ET IN FINE OMNIUM
PROPHETARUM DE ABIECTIONE ISRL ET UOCA
TIONE GENTIUM NON EST MIHI UOLUNTAS
IN UOBIS DICIT DNS EXERCITUUM ET MUNUS
NON SUSCIPIAM DE MANU UESTRA AB ORTU
ENIM SOLIS USQ; AD OCCASUM MAGNUM
EST NOMEN MEUM IN GENTIB; ET IN
OMNI LOCO SACRIFICATUR ET OFFERTUR
NOMINI MEO OBLATIO MUNDA

EXP PROLOGUS MAL PROF

INCIP LIBER HUS DIM

1 ONUS UERBI DNI AD ISRL
IN MANU MALACHI
DILEXI UOS DICIT DNS
ET DIXISTIS IN QUO DILEXISTI NOS
NONNE FRATER ERAT ESAU
IACOB DICIT DNS
ET DILEXI IACOB ESAU AUTEM
ODIO HABUI
ET POSUI MONTES EIUS
IN SOLITUDINEM
ET HEREDITATEM EIUS
IN DRACHONES DESERTI
QUOD SI DIXERIT IDUMAEA
DESTRUCTI SUMUS
SED REUERTENTES AEDIFICABIMUS
QUAE DESERTA SUNT
HAEC DICIT DNS EXERCITUUM
ISTI AEDIFICABUNT ET EGO DESTRUAM
ET UOCABUNTUR TERMINI IMPIETATIS
ET POPULUS CUI IRATUS EST DNS
USQ· IN AETERNUM
ET OCULI UESTRI UIDEBUNT
ET UOS DICETIS MAGNIFICETUR DNS
SUPER TERMINUM ISRL
FILIUS HONORAT PATREM
ET SERUUS DOMINUM SUUM
SI ERGO PATER EGO SUM UBI EST
HONOR MEUS
ET SI DNS EGO SUM UBI EST TIMOR
MEUS DICIT DNS EXERCITUUM
AD UOS O SACERDOTES QUI DE
SPICITIS NOMEN MEUM
ET DIXISTIS IN QUO DESPEXIMUS
NOMEN TUUM
OFFERTIS SUPER ALTARE MEUM
PANEM POLLUTUM
ET DICITIS IN QUO POLLUIMUS TE
IN EO QUOD DICITIS MENSA DNI
DESPECTA EST
SI OFFERATIS CAECUM AD IMMO
LANDUM NONNE MALUM EST
ET SI OFFERATIS CLAUDUM ET LAN
GUIDUM NONNE MALUM EST
OFFERS ILLUD DUCI TUO SI PLACUERIT
EI
AUT SI SUSCEPERIT FACIEM TUAM
DICIT DNS EXERCITUUM
ET NUNC DEPRECAMINI UULTUM DI
UT MISEREATUR UESTRI
DE MANU ENIM UESTRA
FACTUM EST HOC
SI QUOMODO SUSCIPIAT FACIES
UESTRAS DICIT DNS EXERCITUUM
QUIS EST IN UOBIS QUI CLAUDAT OSTIA
ET INCENDAT ALTARE MEUM
GRATUITO
NON EST MIHI UOLUNTAS IN UOBIS
DICIT DNS EXERCITUUM
ET MUNUS NON SUSCIPIAM
DE MANU UESTRA
AB ORTU ENIM SOLIS USQ· AD OCCA
SUM MAGNUM EST NOMEN
MEUM IN GENTIBUS
ET IN OMNI LOCO SACRIFICATUR
ET OFFERTUR NOMINI MEO
OBLATIO MUNDA
QUIA MAGNUM EST NOMEN MEUM
IN GENTIB· DICIT DNS EXERCITUUM
ET UOS POLLUISTIS ILLUD IN EO
QUOD DICITIS MENSA DNI
CONTAMINATA EST
ET QUOD SUPERPONITUR
CONTEMTIBILE EST CUM IGNI
QUI ILLUD DEUORAT
ET DIXISTIS ECCE DE LABORE
ET EXSUFLASTIS ILLUD
DICIT DNS EXERCITUUM
ET INTULISTIS DE RAPINIS CLAUDUM
ET LANGUIDUM ET INTULISTIS
MUNUS
NUMQUID SUSCIPIAM ILLUD
DE MANU UESTRA DICIT DNS
MALEDICTUS DOLOSUS QUI HABET
IN GREGE SUO MASCULUM
ET UOTUM FACIENS IMMO
LAT DEBILE DNO
QUIA REX MAGNUS EGO DICIT DNS
EXERCITUUM
ET NOMEN MEUM HONORABILE

INGENTIBUS
ET NUNC AD UOS MANDATUM HOC
O SACERDOTES
SI NOLUERITIS AUDIRE
ET SI NOLUERITIS PONERE SUPER COR
UT DETIS GLORIAM NOMINI MEO
DICIT DNS EXERCITUUM
MITTAM IN UOS EGESTATEM
ET MALEDICAM BENEDICTIONI
BUS UESTRIS
ET MALEDICAM ILLIS QUONIAM
NON POSUISTIS SUPER COR
ECCE EGO PROICIAM UOBIS BRACHIU
ET DISPERGAM SUPER UULTUM
UESTRUM STERCUS SOLLEM
NITATUM UESTRARUM
ET ADSUMET UOS SECUM
ET SCIETIS QUIA MISI AD UOS
MANDATUM ISTUD
UT ESSET PACTUM MEUM
CUM LEUI DICIT DNS EXERCITUU
PACTUM MEUM FUIT CUM EO
UITAE ET PACIS
ET DEDI EI TIMOREM ET TIMUIT ME
ET A FACIE NOMINIS MEI PAUEBAT
LEX UERITATIS FUIT IN ORE EIUS
ET INIQUITAS NON EST INUENTA
IN LABIIS EIUS
IN PACE ET IN AEQUITATE
AMBULAUIT MECUM
ET MULTOS AUERTIT AB INIQUITATE
LABIA ENIM SACERDOTIS CUSTO
DIENT SCIENTIAM
ET LEGEM EXQUIRENT EX ORE EIUS
QUIA ANGELUS DNI EXERCITUUM EST
UOS AUTEM RECESSISTIS DE UIA
ET SCANDALIZASTIS PLURIMOS
IN LEGE
INRITUM FECISTIS PACTUM LEUI
DICIT DNS EXERCITUUM
PROPTER QUOD ET EGO DEDI UOS
CONTEMTIBILES ET HUMILES
OMNIB· POPULIS
SICUT NON SERUASTIS UIAS MEAS

ET ACCEPISTIS PERSONAS IN LEGE
NUMQUID NON PATER UNUS
OMNIUM NOSTRUM
NUMQUID NON DS UNUS CREAUIT NOS
QUARE ERGO DESPICIT UNUSQUISQ
NOSTRUM FRATREM SUUM
UIOLANS PACTUM PATRUM NOSTRORU
TRANSGRESSUS EST IUDA ET ABOMI
NATIO FACTA EST IN ISRL ET HIERUSALE
QUIA CONTAMINAUIT IUDAS SCIFICATIO
NEM DNI QUAM DILEXIT
ET HABUIT FILIAM DEI ALIENI
DISPERDAT DNS UIRUM
QUI FECERIT HOC
MAGISTRUM ET DISCIPULUM
DE TABERNACULIS IACOB
ET OFFERENTEM MUNUS DNO
EXERCITUUM
ET HOC RURSUM FECISTIS
OPERIEBATIS LACRIMIS ALTARE
DNI FLETU ET MUGITU
ITA UT ULTRA NON RESPICIAM
AD SACRIFICIUM
NEC ACCIPIAM PLACABILE
QUID DE MANU UESTRA
ET DIXISTIS QUAM OB CAUSAM
QUIA DNS TESTIFICATUS EST
INTER TE ET UXOREM PUBERTA
TIS TUAE QUAM TU DESPEXISTI
ET HAEC PARTICEPS TUA
ET UXOR FOEDERIS TUI
NONNE UNUS FECIT ET RESIDUUM
SPS EIUS EST
ET QUID UNUS QUAERIT NISI
SEMEN DI
CUSTODITE ERGO SPM UESTRUM
ET UXOREM ADULESCENTIAE TUAE
NOLI DESPICERE
CUM ODIO HABUERIS DIMITTE
DICIT DNS DS ISRL
OPERIET AUTEM INIQUITAS
UESTIMENTUM EIUS DICIT DNS
EXERCITUUM
CUSTODITE SPM UESTRUM

ET NOLITE DESPICERE
LABORARE FECISTIS DNM
INSERMONIB· UESTRIS
ET DIXISTIS IN QUO EUM FECIMUS
LABORARE
IN EO CUM DICERETIS OMNIS
QUI FACIT MALUM BONUS EST
IN CONSPECTU DNI
ET TALES EI PLACENT
AUT CERTE UBI EST DS IUDICII
III ECCE EGO MITTAM ANGELUM MEUM
ET PRAEPARABIT UIAM ANTE
FACIEM MEAM
ET STATIM UENIET AD TEMPLUM
SUUM DOMINATOR QUEM
UOS QUAERITIS
ET ANGELUS TESTAMENTI
QUEM UOS UULTIS
ECCE UENIT DICIT DNS EXERCITUUM
ET QUIS POTERIT COGITARE DIEM
ADUENTUS EIUS
ET QUIS STABIT AD UIDENDUM EUM
IPSE ENIM QUASI IGNIS CONFLANS
ET QUASI HERBA FULLONUM
ET SEDEBIT CONFLANS ET EMUN
DANS ARGENTUM
ET PURGABIT FILIOS LEUI ET CON
FLABIT EOS QUASI AURUM
ET QUASI ARGENTUM
ET ERUNT DNO OFFERENTES
SACRIFICIA IN IUSTITIA
ET PLACEBIT DNO SACRIFICIUM
IUDA ET HIERUSALEM
SICUT DIES SCLI ET SICUT ANNI ANTIQUI
ET ACCEDAM AD UOS IN IUDICIO
ET ERO TESTIS UELOX MALEFICIS
ET ADULTERIS ET PEIURIS
K ET QUI CALUMNIANTUR MERCEDEM
MERCENNARII UIDUAS ET PUPIL
LOS ET OPRIMUNT PEREGRINUM
NEC TIMUERUNT ME DICIT DNS
EXERCITUUM
EGO ENIM DNS ET NON MUTOR
ET UOS FILII IACOB NON ESTIS CONSUM
TI

A DIEB· ENIM PATRUM UESTRORUM
RECESSISTIS A LEGITIMIS MEIS
ET NON CUSTODISTIS
REUERTIMINI AD ME ET REUERTAR
AD UOS DICIT DNS EXERCITUUM
ET DIXISTIS IN QUO REUERTEMUR
SI AFFIGET HOMO DM QUIA UOS
CONFIGITIS ME
ET DIXISTIS IN QUO FRAUDAUIMUS
AUT CONFIXIMUS TE
IN DECIMIS ET IN PRIMITIIS
ET IN PENURIA UOS MALEDICTI ESTIS
ET ME UOS FRAUDATIS ET CON
FIGITIS GENS TOTA
INFERTE OMNEM DECIMAM
IN HORREUM
ET SIT CIBUS IN DOMO MEA
ET PROBATE ME SUPER HOC
DICIT DNS
SI NON APERUERO UOBIS
CATARACTAS CAELI
ET EFFUDERO UOBIS BENEDICTIONEM
USQ· AD ABUNDANTIAM
ET INCREPABO PRO UOBIS DEUORANTEM
ET NON CORRUMPET FRUCTUM
TERRAE UESTRAE
NEC ERIT STERILIS UINEA IN AGRO
DICIT DNS EXERCITUUM
ET BEATOS UOS DICENT OMNES
GENTES
ERITIS ENIM UOS TERRA DESIDERA
BILIS DICIT DNS EXERCITUUM
INUALUERUNT SUPER ME UERBA
UESTRA DICIT DNS
ET DIXISTIS QUID LOCUTI SUMUS
CONTRA TE
DIXISTIS UANUS EST QUI SERUIT DO
ET QUOD EMOLUMENTUM
QUIA CUSTODIUIMUS PRAE
CEPTA EIUS ET QUIA AMBULAUI
MUS TRISTES CORAM DNO
EXERCITUUM
ERGO NUNC BEATOS DICIMUS
ADROGANTES

siquidem aedificati sunt
facientes impietatem
et temptaverunt dm̄
et salvi facti sunt
tunc locuti sunt timentes dm̄
unusquisq(ue) cum proximo suo
et adtendit dn̄s et audivit
et scriptus est liber monumen
ti coram eo timentib(us) dn̄m
et cogitantib(us) nomen eius
et erunt mihi ait dn̄s exercituū
in die qua ego facio in peculium
et parcam eis sicut parcit uir
filio suo servienti sibi
et convertimini et videbitis
quid sit inter iustum et impiū
et inter servientem dō
et non servientem ei
IIII Ecce enim dies veniet succensa
quasi caminus
et erunt omnes superbi
et omnes facientes
iniquitatem stipula
et inflammabit eos dies veniens
dicit dn̄s exercituum quae non
relinquet eis radicem et germen
et orietur vobis timentibus
nomen meum sol iustitiae
et sanitas in pinnis eius
et egrediemini et salietis
sicut vituli de armento
et calcabitis impios cum fuerint
cinis sub planta pedum
vestrorum
in die qua ego facio dicit dn̄s
exercituum
mementote legis mosi
servi mei
quam mandavi ei in choreb
ad omnem isr̄l praecepta
et iudicia
Ecce ego mittam vobis
heliam prophetam
antequam veniat dies dn̄i
magnus et horribilis
et convertet cor patrum
ad filios
et cor filiorum ad patres
eorum
ne forte veniam et per
cutiam terram
anathemate

INCIPIT PROLOGUS HIERONIMI

Cogor per singulos scripturae
divinae libros adversariorum respondere
maledictis qui interpretationem meam re
prehensionem LXX interpretum criminant(u)r
quasi non et apud graecos aquila symmachus
et theodotion vel verbum e verbo vel sensū
de sensu vel ex utroq(ue) commixtum e medie
temperatum genus translationis expresse
rint et omnia veteris testamenti instru
menti volumina origenis obelis asteriscis
que distinxerit quos vel additos vel de theo
dotione sumptos translationi antiq(uae) inseru
it probans defuisse quod additum est discant
igitur obtrectatores mei recipere in toto
quod in partib(us) receperunt aut interpretatio
nem meam cum asteriscis suis radere neq(ue)
enim fieri potest ut quos plura intermisisse
se susceperunt non eosdem etiam in quib(us)
dam errasse fateantur praecipue in iob
cui si ea quae sub asteriscis addita sunt sub
traxeris pars maxima detruncabitur et hoc
dumtaxat apud graecos ceterum apud latinos
ante eam editionem quam sub asteriscis
et obelis nuper edidimus septingenti ferme
aut octingenti versus sunt ut decurtatus
et laceratus conrosusq(ue) liber foeditatem
sui publice legentib(us) praebeat haec autem
translatio nullum de veterib(us) sequitur interpre
tem

sed ex ipso ebraico arabicoq(ue) sermone et inter
dum syro nunc uerba nunc sensus nunc simul
simul utrumque resonauit obliquus enim
etiam apud aebreos totus liber fertur et lu
bricus et quod graece rethores uocant
eexan. antic. aenoc. dumq(ue) aliud loquitur
aliud agit ut si uelis anguillam aut murenulam
strictis tenere manib(us) quanto fortius
presseris tanto citius elabitur memini
me ob intellegentiam huius uoluminis lyd
deum quendam praeceptorem qui apud
aebreos primus haberi putabatur non
paruis redimisse nummis cuius doctrina
an aliquid profecerim nescio hoc unum scio
non potuisse me interpretari nisi quod
ante intellexeram a principio itaq(ue) uolumi
nis usq(ue) ad uerba iob apud aebreos prosa
oratio est porro a uerbis iob in quib(us) ait
pereat dies in qua natus sum et nox in qua
dictum est conceptus est homo usque
ad eum locum ubi ante finem uoluminis
scriptum est idcirco ipse me repreben
do et ago paenitentiam in fauilla et cinere
exametri uersus sunt dactylo spondeoque
currentes et propter linguae idioma
crebro recipientes et alios pedes non ea
rundem syllabarum sed eorundem tem
porum interdum quoq(ue) rythmus ipse dulcis
et tinnulus fertur numeris lege solutus
quod metrici magis quam simplex lector
intellegunt a supradicto autem uersu
usq(ue) ad finem libri paruum comma quod
remanet prosa oratione contexitur quod
si cui uidetur incredulum metra scilicet
esse apud hebraeos et in morem nostri
flacci graeciq(ue) pindari et alchei et sappho
uel psalterium uel lamentationes hiere
miae uel omnia ferme scripturarum
cantica conprehendi legat philonem
iosepphum origenem caesariensem
eusebium et eorum testimonio me
uerum dicere conprobauit audiant
quapropter canes mei idcirco me in hoc
uolumine laborasse non ut interpretatione(m)

antiquam reprehenderem sed ut ea quae
in illa aut obscura sunt aut omissa aut certe
scriptorum uitio deprauata manifesta
nostra interpretatione fierent et qui hebraeu(m)
sermonem ex parte didicimus et in latino
pene ab ipsis incunabulis inter grammaticos
et rethores et philosophos detriti sumus
quod si apud graecos post lxx editionem
iam xpi euangelio coruscante iudaeus aquila
et symmachus ac theodotion iudaizantes
heretici sunt recepti qui multa mysteria
saluatoris subdola interpretatione cela
uerunt et tamen in εξαπλοις habentur
apud ecclesias et explanantur ab ecclesi
asticis uiris quanto magis ego xpianus
de parentib(us) xpianis et uexillum crucis
in mea fronte portans cuius studium fuit
omissa repetere deprauata corrigere
et sacramenta ecclesiae puro et fideli
aperire sermone uel a fastidiosis uel
a malignis lectorib(us) non debeo reprobari
habeant qui uolunt ueteres libros uel
in membranis purpureis auro argentoq(ue)
descriptos uel uncialib(us) ut uulgo aiunt
litteris onera magis exarata quam codi
ces dum mihi meisq(ue) permittant pauperes
habere scidulas non tam pulchros codices
quam emendatos utraq(ue) editio et lxx
iuxta graecos et mea iuxta hebraeos
in latinum meo labore translata est
eligat unusquisq(ue) quod uult et studiosum
se magis quam maliuolum probet.

EXPLICIT PROLOGUS AMEN

INCIPIUNT CAPITULA IOB

I De origine iob et enumeratione filiorum
ac substantiae eius
II De satan ubi astans ante dñm petiit a deo
substantiam iob cui et data est
III De satan ubi perdidit omnem substan
tiam iob et filios eius
IIII Ubi iob audiens perditionem substantiae
suae ac filiorum interitum scidit uestẽ suã
V Ubi satan petit a dño temptationem iob cui et
iussit dñs dato interdicto animae eius
VI Ubi satan accipiens potestatem a dño
percussit iob ulcere pessimo
VII Ubi audientes tres amici iob uene
runt consolare eum
VIII Initium uerborum iob coram amicis suis
VIIII Responsio eliphaz themanites de eo quod
impii a dño flagella sustineant
X Ubi iob respondens sermonib· eius increpat eum
detraxisse sermonibus suis
XI Responsio baldad suites ubi ei dicit si depraca
ueris dm̃ uenient tibi innouissimo bona
XII Ubi iob respondens ei dicit ita esse et deprae
catur dm̃ factorem suum
XIII Responsio sophar naamathites ubi dicit
multa eum fuisse locutum
XIIII Ubi iob respondens et docuit quod sine nutu
dĩ nihil possit fieri in terra
XV Ubi eliphaz themanites respondens dixit
ad iob quid te eleuat cor tuum in blasphemia·
XVI Ubi iob respondens ad probat quod non ad con
solandum sed ad exprobandum uenerint ad eũ
XVII Ubi respondens baldad suites dixit
quod impiorum lux extinguatur
et memoria eorum pereat de terra
XVIII Ubi respondens iob de resurrectione corpo
rum quam maxime prophetauit
XVIIII Ubi respõdens sophar naamathites dixit
hoc se scire iniusti a deo puniantur
secundum opera sua
XX Ubi iob respondens petit se audiri et dicit
quod impii uiuunt uidentes bona in uita
consilium tamen eorum longe sit a me
XXI Responsio eliphaz themanites ubi dicit
quod non possit homo comparari dõ et si
reuersus fueris ad dñm rursum aedificaberis·
XXII Ubi iob respondens ei dicit quod in amaritu
dine sit et nesciat utrum uadat ad dñm
petitio eius
XXIII Ubi respondens baldad suites dicit quod
nullus hominum ex se mundus potest
esse in conspectu dĩ
XXIIII Ubi iob respondens dicit quod solamen homi
nis nullum sit cum dñs fecerit omnia
XXV Ubi iob addens dicit quod numquam loquatur
mala contra dm̃ et quod pars impii nulla sit
apud dm̃ cum dñs disponat uitam hominis
XXVI Ubi iob commemorat omnia uitae suae
et post haec uenerit super eum calami
tas et ignorat sic exaudit dñs uocem eius
XXVII Ubi finita sunt uerba iob et noluerunt
respondere ei tres amici eius
XXVIII Ubi helius audiens omnia uerba iob
et amicorum eius et post haec
etiam ipse locutus est
XXVIIII Ubi helius addens in uerbis suis dicit
iob esse iniustum et stulte locutum
XXX Ubi his ipse helius increpat iob quod
absq· scientia sit locutus
XXXI Ubi helius laudans scientiam suam docet
quod in potestate dĩ sit regnum hominũ
XXXII Ubi misertus dñs per nubem loquitur ad iob
XXXIII Ubi respondens iob dño dixit
quod non sit ausus loqui coram dõ
XXXIIII Ubi dñs loquens ad iob dixit confortare
et responde mihi quod non sit
similis mei in terra
XXXV Ubi iob respondens dño dicit ita esse
agens paenitentiam
XXXVI Ubi dñs loquitur ad eliphaz themanites
dicens quod iratus esset contra eos
eo quod non fuissent sic locuti quomo
do iob· et ubi uenerunt ad iob omnes
parentes eius et duplicata est omnis sub
stantia eius ac filii uidens bona
omnib· dieb· suis·

EXPLICIUNT CAPITULA IOB

INCIPIT IPSE LIBER FELICITER

ERAT UIR IN TERRA HUS NOMINE IOB
ET ERAT UIR ILLE SIMPLEX ET RECTUS
AC TIMENS DM ET RECEDENS
AB OMNI MALO
NATIQ· SUNT EI SEPTEM FILII
ET TRES FILIAE
ET FUIT POSSESSIO ILLIUS SEPTEM
MILIA OUIUM ET TRIA MILIA
CAMELORUM
QUINGENTA QUOQ· IUGA BOUM
ET QUINGENTAE ASINAE
AC FAMILIA MULTA NIMIS
ERATQ· UIR ILLE MAGNUS INTER
OMNES ORIENTALES
ET IBANT FILII EIUS ET FACIEBANT
CONUIUIUM PER DOMOS
UNUS QUISQ· IN DIE SUO
ET MITTENTES UOCABANT TRES
SORORES SUAS UT COMEDERENT
ET BIBERENT CUM EIS
CUMQ· IN ORBEM TRANSISSĒT
DIES CONUIUII
MITTEBAT AD EOS IOB ET SCĪFICA
BAT ILLOS
CONSURGENSQ· DILUCULO OFFERE
BAT HOLOCAUSTA PER SINGULOS
DICEBAT ENIM
NE FORTE PECCAUERINT FILII MEI
ET BENEDIXERINT DO IN CORDIB· SUIS
SIC FACIEBAT IOB CUNCTIS DIEBUS
II QUADAM AUTEM DIE CUM UENIS
SENT FILII DĪ UT ADSISTERENT CORĀ DNO
AFFUIT INTER EOS ETIAM SATAN
CUI DIXIT DNS UNDE UENIS
QUI RESPONDENS AIT
CIRCUIUI TERRAM ET PER
AMBULAUI EAM
DIXITQ· DNS AD EUM
NUMQUID CONSIDERASTI SERUUM
MEUM IOB QUOD NON SIT EI
SIMILIS IN TERRA
HOMO SIMPLEX ET RECTUS
ET TIMENS DM AC RECEDENS
A MALO

CUI RESPONDENS SATAN AIT
NUMQUID FRUSTRA TIMET IOB DM
NONNE TU UALLASTI EUM
AC DOMUM EIUS
UNIUERSAMQ· SUBSTANTIAM
PER CIRCUITUM OPERIB· MANUŪ
EIUS BENEDIXISTI
ET POSSESSIO ILLIUS CREUIT IN TERRA
SED EXTENDE PAULULUM MANUM
TUAM ET TANGE CUNCTA
QUAE POSSIDET
NISI IN FACIE TUA BENEDIXERIT TIBI
DIXIT ERGO DNS AD SATAN
ECCE UNIUERSA QUAE HABET
IN MANU TUA SUNT
TANTUM IN EUM NE EXTENDAS
MANUM TUAM
EGRESSUSQ· EST SATAN A FACIE DNI
III CUM AUTEM QUADAM DIE FILII
ET FILIAE EIUS COMEDERENT
ET BIBERENT UINUM IN DOMO
FRATRIS SUI PRIMOGENITI
NUNTIUS UENIT AD IOB QUI DICERET
BOUES ARABANT ET ASINAE
PASCEBANTUR IUXTA EOS
ET INRUERUNT SABAEI TULERUNT
QUE OMNIA
ET PUEROS PERCUSSERUNT GLADIO
ET EUASI EGO SOLUS UT NUNTIARĒ TIBI
CUMQ· ADHUC ILLE LOQUERETUR
UENIT ALTER ET DIXIT
IGNIS DĪ CECIDIT E CAELO ET TACTAS
OUES PUEROSQ· CONSUMPSIT
ET EFFUGI EGO SOLUS UT NUNTI
AREM TIBI
SED ET ILLO ADHUC LOQUENTE
UENIT ALIUS ET DIXIT
CHALDAEI FECERUNT TRES TURMAS
ET INUASERUNT CAMELOS
ET TULERUNT EOS
NEC NON ET PUEROS PERCUS
SERUNT GLADIO
ET EGO FUGI SOLUS UT NUNTIARĒ TIBI
LOQUEBATUR ILLE ET ECCE ALIUS

INTRAUIT ET DIXIT
FILIIS TUIS ET FILIAB· UESCENTIBUS ET BIBENTIB·
UINUM IN DOMO FRATRIS SUI
PRIMOGENITI
REPENTE UENTUS UEHEMENS INRUIT
A REGIONE DESERTI
ET CONCUSSIT QUATTUOR
ANGULOS DOMUS
QUAE CONRUENS OPPRESSIT
LIBEROS TUOS ET MORTUI SUNT
ET EFFUGI EGO SOLUS UT NUNTIARE TIBI
IIII TUNC SURREXIT IOB ET SCIDIT
TUNICAM SUAM ET TONSO CAPITE
CONRUENS IN TERRAM
ADORAUIT ET DIXIT
NUDUS EGRESSUS SUM DE UTERO
MATRIS MEAE
ET NUDUS REUERTAR ILLUC
DNS DEDIT DNS ABSTULIT SIT NOMEN
DNI BENEDICTUM
IN OMNIB· HIS NON PECCAUIT IOB LABIIS
NEQUE STULTUM QUID CONTRA DM
LOCUTUS EST
V FACTUM EST AUTEM CUM QUADAM
DIE UENISSENT FILII DI ET STA
RENT CORAM DNO
UENISSET QUOQ· ET SATAN INTER EOS
ET STARET IN CONSPECTU EIUS
UT DICERET DNS AD SATAN UNDE UENIS
QUI RESPONDENS AIT
CIRCUIUI TERRAM ET PERAMBULAUI EAM
ET DIXIT DNS AD SATAN
NUMQUID CONSIDERASTI SERUUM
MEUM IOB
QUOD NON SIT EI SIMILIS IN TERRA
UIR SIMPLEX ET RECTUS TIMENS
DM AC RECEDENS A MALO
ET ADHUC RETINENS INNOCENTIAM
TU AUTEM COMMOUISTI ME
ADUERSUS EUM UT AFFLIGE
REM EUM FRUSTRA
CUI RESPONDENS SATAN AIT
PELLEM PRO PELLE ET CUNCTA
QUAE HABET HOMO DABIT
PRO ANIMA SUA
ALIOQUIN MITTE MANUM TUAM
ET TANGE OS EIUS ET CARNEM
ET TUNC UIDEBIS QUOD IN FACIE
BENEDIXERIT TIBI
DIXIT ERGO DNS AD SATAN
ECCE IN MANU TUA EST
UERUMTAMEN ANIMAM ILLIUS SERUA
VI EGRESSUS IGITUR SATAN A FACIE
DNI PERCUSSIT IOB ULCERE
PESSIMO A PLANTA PEDIS
USQ· AD UERTICEM EIUS
QUI TESTA SANIEM RADEBAT
SEDENS IN STERQUILINIO
DIXIT AUTEM ILLI UXOR SUA
ADHUC TU PERMANES IN SIMPLI
CITATE TUA BENEDIC DO
ET MORERE
QUI AIT AD ILLAM TAMQUAM UNA
DE STULTIS LOCUTA ES· mulieribus
SI BONA SUSCEPIMUS DE MANU DNI
QUARE MALA NON SUSCIPIAMUS
IN OMNIB· HIS NON PECCAUIT IOB
LABIIS SUIS
VII IGITUR AUDIENTES TRES AMICI
IOB OMNE MALUM
QUOD ACCIDISSET EI
UENERUNT SINGULI DE LOCO SUO
ELIPHAZ THEMANITES
ET BALDAD SUITES
ET SOPHAR NAAMATITES
CONDIXERANT ENIM UT PARITER
UENIENTES UISITARENT EUM
ET CONSOLARENTUR
CUMQ· LEUARENT PROCUL OCU
LOS SUOS NON COGNOUERUNT EUM
ET EXCLAMANTES PLORAUERUNT
SCISSISQ· UESTIB· SPARSERUNT
PULUEREM SUPER CAPUT
SUUM IN CAELUM
ET SEDERUNT CUM EO IN TERRA
SEPTEM DIEB· ET SEPTEM NOCTIB·
ET NEMO LOQUEBATUR EI UERBUM
UIDEBANT ENIM DOLOREM ESSE

VEHEMENTEM
III POST HAEC APERUIT IOB OS SUUM
ET MALEDIXIT DIEI SUO ET DIXIT
cIIII PEREAT DIES IN QUA NATUS SUM
ET NOX IN QUA DICTUM EST
CONCEPTUS EST HOMO
DIES ILLE VERTATUR IN TENEBRAS
NON REQUIRAT EUM DS DESUPER
ET NON INLUSTRET LUMINE
OBSCURENT EUM TENEBRAE
ET UMBRA MORTIS
OCCUPET EUM CALIGO ET INVOLVA
TUR AMARITUDINE
NOCTEM ILLAM TENEBROSUS
TURBO POSSIDEAT
NON CONPUTETUR IN DIEB. ANNI
NEC NUMERETUR IN MENSIBUS
SIT NOX ILLA SOLITARIA NEC LAUDE
DIGNA
MALEDICANT EI QUI MALEDICUNT
DIEI QUI PARATI SUNT SUSCITARE
LEBIATHAN
OBTENEBRENTUR STILLAE
CALIGINAE EIUS
EXPECTET LUCEM ET NON VIDEAT
NEC ORTUM SURGENTIS AURORAE
QUIA NON CONCLUSIT HOSTIUM
VENTRIS QUI PORTAVIT ME
NEC ABSTULIT MALA AB OCULIS MEIS
QUARE NON IN VULVA MORTUUS SUM
EGRESSUS EX UTERO NON STATIM PERII
QUARE EXCEPTUS GENIBUS
CUR LACTATUS UBERIBUS
NUNC ENIM DORMIENS SILEREM
ET SOMNO MEO REQUIESCEREM
CUM REGIB. ET CONSULIBUS TERRAE
QUI AEDIFICANT SIBI SOLITUDINES
AUT CUM PRINCIPIB. QUI POSSIDENT
AURUM ET REPLENT DOMOS
SUAS ARGENTO
AUT SICUT ABORTIVUM ABSCONDITU
NON SUBSISTEREM VEL QUI CON
CEPTI NON VIDERUNT LUCEM
IBI IMPII CESSAVERUNT A TUMULTU
ET IBI REQUIEVERUNT FESSI ROBORE
ET QUONDAM VINCTI PARITER
SINE MOLESTIA
NON AUDIERUNT VOCEM EXACTORIS
PARVUS ET MAGNUS IBI SUNT et servus
ET LIBER A DNO SUO
QUARE DATA EST MISERO LUX ET VITA
HIS QUI IN AMARITUDINE ANIMAE SUNT
QUI EXPECTANT MORTEM ET NON VENIT
QUASI EFFODIENTES THESAURUM
GAUDENTQ. VEHEMENTER CUM IN
VENERINT SEPULCHRUM
VIRO CUIUS ABSCONDITA EST VIA ET CIRCU
DEDIT EUM DS TENEBRIS
ANTEQUAM COMEDAM SUSPIRO ET QUASI
INUNDANTES AQUAE SIC RUGITUS MEUS
QUIA TIMOR QUEM TIMEBAM EVENIT MIHI
ET QUOD VEREBAR ACCIDIT
NONNE DISSIMULAVI NONNE SILUI
NONNE QUIEVI ET VENIT SUPER ME
INDIGNATIO
cIIII IIII RESPONDENS AUTEM ELIPHAZ
THEMANITES DIXIT
SI COEPERIMUS LOQUI TIBI FORSITAN
MOLESTE ACCIPIES SED CONCEPTU
SERMONEM TENERE QUIS POSSIT
ECCE DOCUISTI MULTOS ET MANUS
LASSAS ROBORASTI
VACILLANTES CONFIRMAVERUNT
SERMONES TUI
ET GENUA TREMENTIA CONFORTASTI
NUNC AUTEM VENIT SUPER TE
PLAGA ET DEFECISTI
TETIGIT TE ET CONTURBATUS ES
TIMOR TUUS FORTITUDO TUA
PATIENTIA TUA ET PERFECTIO
VIARUM TUARUM
RECORDARE OBSECRO TE QUIS UM
QUAM INNOCENS PERIERIT
AUT QUANDO RECTI DELETI SUNT
QUIN POTIUS
VIDI EOS QUI OPERANTUR INIQUITATE
ET SEMINANT DOLORES ET METUNT EOS
FLANTE DO PERISSE ET SPU IRAE EIUS

ESSE CONSUMPTOS
RUGITUS LEONIS ET UOX LEAENAE
ET DENTES CATULORUM LEONUM
CONTRITI SUNT
TIGRIS PERIIT EO QUOD NON HABERET
PRAEDAM · ET CATULI LEONIS
DISSIPATI SUNT
PORRO AD ME DICTUM EST UERBUM
ABSCONDITUM
ET QUASI FURTIUE SUSCEPIT
AURIS MEA UENAS SUSURRII EIUS
IN HORRORE UISIONIS NOCTURNAE
QUANDO SOLET SOPOR OCCUPARE
HOMINES
PAUOR TENUIT ME ET TREMOR
ET OMNIA OSSA MEA PERTER
RITA SUNT
ET CUM SPS ME PRAESENTE TRANSIRET·
INHORRUERUNT PILI CARNIS MEAE
STETIT QUIDAM · CUIUS NON
AGNOSCEBAM UULTUM
IMAGO CORAM OCULIS MEIS ET UOCĒ
QUASI AURAE LENIS AUDIUI
NUMQUID HOMO DĪ IUSTIFICABITUR
CONPARATIONE · AUT FACTORE
SUO PURIOR ERIT UIR
ECCE QUI SERUIUNT EI NON SUNT
STABILES · ET IN ANGELIS SUIS
REPPERIT PRAUITATEM
QUANTO MAGIS HI QUI HABITANT
DOMOS LUTEAS
QUI TERRENUM HABENT FUNDAMENTŪ
CONSUMENTUR UELUT A TINEA
DE MANE USQ· AD UESPERAM
SUCCIDENTUR
ET QUIA NULLUS INTELLEGIT
IN AETERNUM PERIBUNT
QUI AUTEM RELIQUI FUERINT EX EIS
AUFERENTUR · MORIENTUR
ET NON IN SAPIENTIA
V. UOCA ERGO SI EST QUI TIBI RESPONDEAT
ET AD ALIQUEM SCŌRUM CONUERTERE
UERE STULTUM INTERFICIT IRACUNDIA
ET PARUULUM OCCIDIT INUIDIA

EGO UIDI STULTUM FIRMA RADICE
ET MALEDIXI PULCHRITUDINI
EIUS STATIM
LONGE FIENT FILII EIUS A SALUTE
ET CONTERENTUR IN PORTA ·
ET NON ERIT QUI ERUAT
CUIUS MESSEM FAMILICUS COMEDET
ET IPSUM RAPIET ARMATUS
ET EBIBENT SITIENTES DIUITIAS EIUS
NIHIL IN TERRA SINE CAUSA FIT ET DE
HUMO NON ORITUR DOLOR
HOMO AD LABOREM NASCITUR
ET AUIS AD UOLANDUM
QUAM OBREM EGO DE PRAECABOR
DNM ET AD DM̄ MEUM PONAM
ELOQUIUM MEUM
QUI FACIT MAGNA ET INSCRUTABILIA
ET MIRABILIA ABSQ· NUMERO
QUI DAT PLUUIAM S UPER FACIEM
TERRAE ET INRIGAT AQUIS
UNIUERSA
QUI PONET HUMILES IN SUBLIMI
ET MERENTES ERIGIT SOSPITATE
QUI DISSIPAT COGITATIONES MALIG
NORUM NE POS SINT INPLERE
MANUS EORUM QUOD COEPERANT
QUI ADPREHENDIT SAPIENTES
IN ASTUTIA EORUM · ET CONSILIŪ
PRAUORUM DISSIPAT
PER DIEM INCURRENT TENEBRAS
ET QUASI IN NOCTE SIC PALPABUNT
IN MERIDIE
PORRO SALUUM FACIET A GLADIO
ORIS EORUM · ET DE MANU
UIOLENTI PAUPEREM
ET ERIT EGENO SPES · INIQUITAS
AUTEM CONTERET OS SUUM
BEATUS HOMO QUI CORRIPITUR A DNO
INCREPATIONES ERGO DNI NE REPROBES
QUIA IPSE UULNERAT ET MEDETUR
PERCUTIT ET MANUS EIUS SANABUNT
IN SEX TRIBULATIONIB· LIBERAUIT TE
ET IN SEPTIMO NON TANGET
TE MALUM

IN FAME ERUET TE DE MORTE
ET IN BELLO DE ORE GLADII
A FLAGELLO LINGUAE ABSCONDERIS
ET NON TIMEBIS CALAMITATEM
CUM UENERIT
IN UASTITATE ET FAME RIDEBIS
ET BESTIAM TERRAE NON FOR
MIDABIS
SED CUM LAPIDIB· REGIONUM
PACTUM TUUM
ET BESTIAE TERRAE PACIFICAE
ERUNT TIBI
ET SCIES QUOD PACEM HABEAT
TABERNACULUM TUUM· ET UISI
TANS SPECIEM TUAM NON PECCABIS
SCIES QUOQ· QUONIAM MULTIPLEX
ERIT SEMEN TUUM
ET PROGENIES TUA QUASI HERBA TERRAE
INGREDIERIS IN ABUNDANTIA SEPUL
CHRUM SICUT INFERTUR ACER
UUS IN TEMPORE SUO
ECCE HOC UT INUESTIGAUIMUS ITA EST
QUOD AUDITUM MENTE PERTRACTA
XL RESPONDENS AUTEM IOB DIXIT
UTINAM APPENDERENTUR PECCA
TA MEA QUIB· IRAM MERUI
ET CALAMITAS QUAM PATIOR
IN STATERA
QUASI HARENA MARIS · HAEC GRAUIOR
APPARERET
UNDE ET UERBA MEA DOLORE
SUNT PLENA
QUIA SAGITTAE DÑI IN ME SUNT
QUARUM INDIGNATIO BIBIT
SPM MEUM
ET TERRORES DÑI MILITANT
CONTRA ME
NUMQUID RUGIT ONAGER
CUM HABUERIT HERBAM
AUT MUGIET BUS CUM ANTE PRAESE
PE PLENUM STETERIT
AUT POTERIT COMEDI INSULSUM
QUOD NON EST SALE CONDITUM
AUT POTEST ALIQUIS GUSTARE
QUOD GUSTATUM AFFERT MORTEM
QUAE PRIUS TANGERE NOLEBAT ANIMA MEA·
NUNC PRAE ANGUSTIA CIBI MEI SUNT
QUIS DET UT UENIAT PETITIO MEA
ET QUOD EXPECTO TRIBUAT MIHI DÑS
ET QUI COEPIT IPSE ME CONTERAT
SOLUAT MANUM SUAM ET SUC
CIDAT ME
ET HAEC MIHI SIT CONSOLATIO
UT ADFLIGENS ME DOLORE NON
PARCAT· NEC CONTRADICAM
SERMONIBUS SCI
QUAE EST ENIM FORTITUDO MEA
UT SUSTINEAM · AUT QUIS FINIS
MEUS UT PATIENTER AGAM
NEC FORTITUDO LAPIDUM FORTITU
DO MEA NEC CARO MEA AEREA EST
ECCE NON EST AUXILIUM MIHI IN ME·
ET NECESSARII QUOQUE MEI
RECESSERUNT A ME
AUERSA EST A ME MISERICORDIA
ET UISITATIO DÑI MEI ME DISPEXIT
QUI TOLLET AB AMICO SUO MISERICOR
DIAM TIMOREM DÑI DERELINQUIT
FRATRES MEI PRAETERIERUNT ME
SICUT TORRENS QUI RAPTIM
TRANSIT IN CONUALLIBUS
QUI TIMENT PRUINAM INRUET
SUPER EOS NIX
TEMPORE QUO FUERINT
DISSIPATI PERIBUNT
ET UT INCALUERINT SOLUENTUR
DE LOCO SUO
INUOLUTAE SUNT SEMITAE GRESSUU
EORUM· AMBULABUNT IN UACUUM
ET PERIBUNT
CONSIDERATE SEMITAS THEMAN
ITINERA SABA ET EXPECTATE
PAULISPER
CONFUSI SUNT QUIA SPERAUI
UENERUNT QUOQUE AD ME
ET PUDORE COOPERTI SUNT
NUNC UENISTIS ET MODO UIDENTES
PLAGAM MEAM TIMETIS

NUMQUID DIXI ADFERTE · ET DE SUB
STANTIA UESTRA DONATE MIHI
UEL LIBERATE ME DE MANU HOSTIS
ET DE MANU ROBUSTORUM ERUITE ME
DOCETE ME ET EGO TACEBO · ET SI QUID
FORTE IGNORAUI INSTRUITE ME
QUARE DETRAXISTIS SERMONIBUS
UERITATIS CUM E UOBIS NULLUS SIT
QUI POSSIT ARGUERE
AD INCREPANDUM TANTUM ELOQUIA
CONCINNATIS · ET IN UENTUM
UERBA PROFERTIS
SUPER PUPILLUM INRUITIS ET SUBUER
TERE NITEMINI AMICUM UESTRUM
UERUMTAMEN QUOD COEPISTIS
EXPLETE. PRAEBETE AUREM
ET UIDETE AN MENTIAR
RESPONDETE OBSECRO ABSQUE
CONTENTIONE ET LOQUENTES
ID QUOD IUSTUM EST IUDICATE
ET NON INUENIETIS IN LINGUA MEA
INIQUITATEM
NEC IN FAUCIB· MEIS STULTITIA
PERSONABIT
VII MILITIA EST UITA HOMINIS SUPER TERRĀ
ET SICUT DIES MERCENNARII DIES EIUS
SICUT SERUUS DESIDERAT UMBRAM
ET SICUT MERCENNARIUS PRAESTO
LATUR FINEM OPERIS SUI
SIC ET EGO HABUI MENSES UACUOS
ET NOCTES LABORIOSAS
ENUMERAUI MIHI
SI DORMIERO DICO QUANDO RESURGĀ
ET RURSUM EXPECTABO UESPERĀ
ET REPLEBOR DOLORIBUS
USQ· AD TENEBRAS
INDUTA EST CARO MEA PUTREDINE
ET SORDIB· PULUERIS
CUTIS MEA ARUIT ET CONTRACTA EST
DIES MEI UELOCIORES TRANSIERUNT
QUAM A TEXENTE TELA SUCCIDITUR
ET CONSUMPTI SUNT ABSQUE
ULLA SPE
MEMENTO QUIA UENTUS EST UITA MEA
ET NON REUERTETUR OCULUS MEUS
UT UIDEAT BONA
NEC ASPICIET ME UISUS HOMINIS
OCULI TUI IN ME ET NON SUBSISTAM
SICUT CONSUMETUR NUBIS ET PER
TRANSIT · SIC QUI DESCENDERIT
AD INFERNUM NON ASCENDIT
NEC REUERTITUR ULTRA IN DOMUM
SUAM NEQ· COGNOSCET EUM
AMPLIUS LOCUS EIUS
QUAPROPTER ET EGO NON PARCAM
ORI MEO · LOQUAR IN TRIBULATIO
NE SPS MEI
CONFABULABOR CUM AMARITUDINE
ANIMAE MEAE
NUMQUID MARE SUM EGO AUT CETUS
QUIA CIRCUMDEDISTI ME CARCERE
SI DIXERO CONSOLABITUR ME LECTU
LUS MEUS ET RELEBABOR
LOQUENS MECUM IN STRATO MEO
TERREBIS ME PER SOMNIA ET PER
UISIONES HORRORE CONCUTIES
QUAMOBREM ELIGIT SUSPENDIUM
ANIMA MEA · ET MORTEM
OSSA MEA
DESPERAUI NEQUAQUAM ULTRA
IAM UIUAM
PARCE MIHI NIHIL ENIM SUNT DIES MEI
QUID EST HOMO QUIA MAGNIFICAS
EUM AUT QUIA PONES ERGA EUM
COR TUUM
UISITAS EUM DILUCULO ET · SUBITO
PROBAS ILLUM
USQ· QUO NON PARCES MIHI NEC DE
MITTIS ME UT GLUTTIAM
SALIUAM MEAM
PECCAUI QUID FACIAM TIBI
O CUSTOS HOMINUM
QUARE POSUISTI ME CONTRARIŪ
TIBI ET FACTUS SUM MIHI
METIPSI GRAUIS
CUR NON TOLLIS PECCATUM MEUM ·
ET QUARE NON AUFERES
INIQUITATEM MEAM

ecce nunc in puluere dormiam
et si mane me quaesieris
non subsistam
XI VIII Respondens autem Baldad
Suites dixit
usquequo loqueris talia et sps
multiplex sermones oris tui
numquid ds subplantat iudicium
et omnipotens subuertit
quod iustum est
etiam si filii tui peccauerunt ei
et dimisit eos in manu
iniquitatis suae
tu tamen si diluculo
consurrexeris ad dm
et omnipotentem fueris
depraecatus
si mundus et rectus incesseris
statim euigilabit ad te
et pacatum reddet habitaculū
iustitiae tuae
in tantum ut priora tua
fuerint parua
et nouissima tua multiplicen
tur nimis
interroga enim generationem
pristinam
et diligenter inuestiga
patrum memoriam
hesterni quippe sumus et ignora
mus quoniam sicut umbra dies
nostri sunt super terram
et ipsi docebunt te et loquen
tur tibi et de corde suo
proferent eloquia
numquid uiuere potest scirpus
absque humore
aut crescet carectum sine aqua
cum adhuc sit in flore nec carpa
tur manu ante omnes herbas
arescit
sic uiae omnium qui obliuiscuntur
dm et spes hypocritae peribit
non ei placebit uecordia sua et sicut
tela aranearum fiducia eius
innitetur super domum suam
et non stabit
fulciet eam et non consurget
umectus uidetur antequam
ueniat sol et in horto suo
germen eius egredietur
super aceruum petrarum
radices eius densabuntur
et inter lapides commorabitur
si absorbuerit eum de loco suo
negabit eum et dicet non noui te
haec est enim laetitia uitae eius
ut rursum de terra alii germinentur
ds non proiciet simplicem nec
porriget manum malignis
donec impleatur risu os tuum
et labia tua iubilo
qui oderunt te induentur confusione
et tabernaculum impiorum
non subsistet
XII IX Respondens autem Iob dixit
uere scio quod ita sit et quod non
iustificetur homo compositus do
si uoluerit contendere cum eo
non poterit ei respondere
unum pro mille
sapiens corde est et fortis robo
re quis restitit ei et pacem habuit
qui transtulit montes et nesci
erunt hi quos subuertit
in furore suo
qui commouet terram de loco
suo et columnae eius
concutiuntur
qui praecipit soli et non oritur
et stellas claudit quasi sub
signaculo
qui extendit caelos solus et gra
ditur super fluctus maris
qui facit arcturum et oriona
et hyadas et interiora austri
qui facit magna et inconpreben
sibilia et mirabilia quorum

NON EST NUMERUS
SI UENERIT AD ME NON UIDEBO SI ABIE
RIT NON INTELLEGAM EUM
SI REPENTE INTERROGET QUIS RE
SPONDEBIT EI UEL QUIS DICERE
POTEST CUR SIC FACIS
DS̄ CUIUS RESISTERE IRAE NEMO
POTEST ET SUB QUO CURBANTUR
QUI PORTANT ORBEM
QUANTUS ERGO SUM EGO QUI RESPON
DEAM EI ET LOQUAR UERBIS MEIS
CUM EO
QUI ETIAM SI HABUERO QUIPPIAM
IUSTUM NON RESPONDEBO
SED MEUM IUDICEM DEPRAECABOR
ET CUM INUOCANTEM EXAUDIERIT
ME NON CREDO QUOD EXAUDI
ERIT UOCEM MEAM
IN TURBINE ENIM CONTERET ME
ET MULTIPLICABIT UULNERA MEA
ETIAM SINE CAUSA
NON CONCEDIT REQUIESCERE SP̄M
MEUM ET IMPLEBIT ME
AMARITUDINIBUS
SI FORTITUDO QUAERITUR
ROBUSTISSIMUS EST
SI AEQUITAS IUDICII NEMO PRO ME
AUDET TESTIMONIUM DICERE
SI IUSTIFICARE ME UOLUERO
OS MEUM CONDEMNABIT ME
SI INNOCENTEM OSTENDERE
PRAUUM ME COMPROBABIT
ETIAM SI SIMPLEX FUERO · HOC
IPSUM IGNORABIT ANIMA MEA ·
ET TAEDEBIT ME UITAE MEAE
UNUM EST QUOD LOCUTUS SUM
ET INNOCENTEM ET IMPIUM
IPSE CONSUMIT
SI FLAGELLAT · OCCIDAT SEMEL
ET NON DE POENIS INNOCENTU͞
RIDEAT
TERRA DATA EST IN MANU IMPII
UULTUM IUDICIUM EIUS OPERIT
QUOD SI NON ILLE EST QUIS ERGO EST
DIES MEI UELOCIORES FUERUNT
CURSORE FUGERUNT ET NON
UIDERUNT BONUM
PERTRANSIERUNT QUASI NAUES
POMA PORTANTES SICUT AQUILA
UOLANS AD ESCAM
CUM DIXERO NEQUAQUAM ITA
LOQUAR COMMUTO FACIEM MEA͞
ET DOLORE TORQUEOR
UEREBAR OMNIA OPERA MEA
SCIENS QUOD NON PARCERES
DELINQUENTI
SI AUTEM ET SIC IMPIUS SUM
QUARE FRUSTRA LABORABI
SI LOTUS FUERO QUASI AQUIS NIUIS
ET FULSERINT UELUT MUNDIS
SIMAE MANUS MEAE
TAMEN SORDIB· INTINGUES ME
ET ABOMINANTUR ME
UESTIMENTA MEA
NEQ· ENIM UIRO QUI SIMILIS MEI
EST RESPONDEBO ET QUI
MECUM IN IUDICIO EX AEQUO
POSSIT AUDIRI
NON EST QUI UTRUMQ· UALEAT
ARGUERE ET PONERE MANUM
SUAM IN AMBOBUS
AUFERAT A ME UIRGAM SUAM
ET PABOR EIUS NON ME TERREAT
LOQUAR ET NON TIMEBO EUM
NEQ· ENIM POSSUM METU
RESPONDERE EI
X TAEDET ANIM̄ ME̅ UITAE MEAE
DIMITTAM ADUERSUM ME
ELOQUIUM MEUM · LOQUAR
IN AMARITUDINE ANIMAE MEAE
DICAM DO̅ NOLI ME CONDEMNARE
INDICA MIHI CUR ME ITA IUDICES
NUMQUID BONUM TIBI UIDETUR
SI CALUMNIERIS · ET OPPRIMAS
ME OPUS MANUUM TUARUM ·
ET CONSILIUM IMPIORUM ADIUBES
NUMQUID OCULI CARNEI TIBI SUNT
AUT SICUT UIDET HOMO ET TU UI
DEBIS

NUMQUID SICUT DIES HOMINIS
DIES TUI · ET ANNI TUI SICUT
HUMANA SUNT TEMPORA
UT QUAERAS INIQUITATEM MEAM
ET PECCATUM MEUM SCRUTERIS
ET SCIAS QUIA NIHIL IMPIUM FECERĪ
CUM NEMO SIT QUI DE MANU TUA
POSSIT ERUERE
MANUS TUAE PLASMAUERUNT ME
ET FECERUNT ME TOTUM IN CIRCUI
TU · ET SIC REPENTE PRAECIPITAS ME ·
MEMENTO QUAESO · QUOD SICUT
LUTUM FECERIS ME ET IN PUL
UERĒ REDUCES ME
NONNE SICUT LAC MULSISTI ME
ET SICUT CASEUM ME COAGULASTI
PELLE ET CARNIB · UESTISTI ME
ET OSSIB · ET NERUIS CONPEGISTI ME ·
UITAM ET MISERICORDIAM
TRIBUISTI MIHI
ET UISITATIO TUA CUSTODIUIT
SPM̄ MEUM
LICET HAEC CELES IN CORDE TUO
TAMEN SCIO QUOD UNIUERSORŪ
MEMINERIS
SI PECCAUI ET AD HORAM PEPER
CISTI MIHI CUR AB INIQUITATE
MEA MUNDUM ME ESSE
NON PATERIS
ET SI IMPIUS FUERO UAE MIHI EST
ET SI IUSTUS NON LEUABO
CAPUT SATURATUS
AFFLICTIONE ET MISERIA
ET PROPTER SUPERBIAM QUASI
LEAENĀ CAPIES ME
REUERSUSQ · MIRABILITER ME CRUCIAS
INSTAURAS TESTES TUOS CONTRA ME ·
ET MULTIPLICAS IRAM TUAM
ADUERSUM ME · ET POENAE
MILITANT IN ME
QUARE DE UULUA EDUXISTI ME
QUI UTINAM CONSUMPTUS ESSĒ
NE OCULUS ME UIDERET
FUISSEM QUASI NON ESSEM
DE UTERO TRANSLATUS AD TUMULŪ
NUMQUID NON PAUCITAS DIERUM
MEORUM FINIETUR BREUI
DEMITTE ERGO ME UT PLANGAM
PAULULUM DOLOREM MEUM
ANTEQUAM UADAM ET NON REUERTAR
AD TERRAM TENEBROSAM ET OPER
TAM MORTIS CALIGINE
ET TERRAM MISERIAE ET TENE
BRARUM · UBI UMBRA MORTIS
ET NULLA SORDO · ET SEMPITER
NUS HORROR INHABITANS
+ XIIII XI RESPONDENS AUTEM SOPHAR
NAAMATITES DIXIT
NUMQUID QUI MULTA LOQUITUR
NON ET AUDIET
AUT UIR UERBOSUS IUSTIFICABITUR
TIBI SOLI TACEBUNT HOMINES
ET CUM CETEROS INRISERIS
A NULLO CONFUTAUERIS
DIXISTI ENIM PURUS EST SERMO MEUS
ET MUNDUS SUM IN CONSPECTU TUO
ATQ · UTINAM DS̄ LOQUERETUR TECŪ
ET APERIRET LABIA SUA TIBI
UT OSTENDERET TIBI SECRETA
SAPIENTIAE · ET QUOD MULTI
PLEX ESSET LEX EIUS
ET INTELLEGERES QUOD MULTO
MINORA EXIGARIS A DO QUAM
MERETUR INIQUITAS TUA
FORSITAN UESTIGIA DĪ CONPRE
HENDES ET USQ · AD PERFECTŪ
OMNIPOTENTEM REPPERIES
EXCELSIOR CAELO EST ET
QUID FACIES PROFUNDIOR INFER
NO ET UNDE COGNOSCES
LONGIOR TERRAE MENSURA EIUS
ET LATIOR MARI
SI SUBUERTERIT OMNIA UEL
IN UNUM COARTAUERIT
QUIS CONTRADICET EI
IPSE ENIM NOUIT HOMINUM
UANITATEM ET UIDENS INIQUITATĒ
NONNE CONSIDERAT

UIR UANUS IN SUPERBIAM ERIGITUR
ET TAMQUAM PULLUM HONAGRI
SE LIBERUM NATUM PUTAT
TU AUTEM FIRMASTI COR TUUM
ET EXPANDISTI AD EUM MANUS TUAS
SI INIQUITATEM QUAE EST IN MANU
TUA ABSTULERIS A TE ET NON
MANSERIT IN TABERNACULO TUO
INIUSTITIA
TUNC LEUARE POTERIS FACIEM
TUAM ABSQ· MACULA ET ERIS
STABILIS ET NON TIMEBIS
MISERIAE QUOQ· OBLIUISCERIS
ET QUASI AQUARUM QUAE PRAE
TERIERINT RECORDABERIS
ET QUASI MERIDIANUS FULGOR
CONSURGET TIBI AD UESPERAM
ET CUM TE CONSUMPTUM PUTA
UERIS ORIERIS UT LUCIFER
ET HABEBIS FIDUCIAM PRAEPOSITA
TIBI SPE· ET DEFESSUS
SECURUS DORMIES
REQUIESCES ET NON ERIT QUI TE
EXTERREAT ET DEPRAECABUN
TUR FACIEM TUAM PLURIMI
OCULI AUTEM IMPIORUM DEFICI
ENT ET EFFUGIUM PERIBIT AB EIS
ET SPES EORUM ABOMINATIO
ANIMAE
XIIII XII RESPONDENS AUTEM IOB DIXIT
ERGO UOS ESTIS SOLI HOMINES
ET UOBISCUM ORIETUR SAPIENTIA
ET MIHI EST COR SICUT ET UOBIS
NEC INFERIOR UESTRI SUM
QUIS ENIM HAEC QUAE NOSTIS
IGNORAT
QUI DERIDETUR AB AMICO SUO
SICUT EGO· INUOCAUIT DÑM
ET EXAUDIET EUM
DERIDETUR ENIM IUSTI SIMPLICITAS
LAMPAS CONTEMPTA APUD
COGITATIONES DIUITUM PARATA
AD TEMPUS STATUTUM
ABUNDANT TABERNACULA PRAEDONŪ
ET AUDACTER PROUOCANT DÑM
ET QUOD IPSE DEDERIT OMNIA
IN MANIB· EORUM
NIMIRUM INTERROGA IUMENTA
ET DOCEBUNT TE
ET UOLATILIA CAELI ET INDICABUNT
TIBI
LOQUERE TERRAE ET RESPONDEBIT
TIBI ET ENARRABUNT PISCES MARIS
QUIS IGNORAT QUOD OMNIA HAEC
MANUS DÑI FECERIT
IN CUIUS MANU ANIMA OMNIS UIUEN
TIS ET SPS UNIUERSAE CARNIS
HOMINIS
NONNE AURIS UERBA DIIUDICAT
ET FAUCES COMEDENTIS SAPORĒ
IN ANTIQUIS EST SAPIENTIA ET IN
MULTO TEMPORE PRUDENTIA
APUD IPSUM EST SAPIENTIA
ET FORTITUDO IPSE HABET
CONSILIUM ET INTELLEGENTIAM
SI DESTRUXERIT NEMO EST
QUI AEDIFICET· ET SI INCLUSERIT
HOMINEM NULLUS EST QUI APERIAT
SI CONTINUERIT AQUAS OMNIA
SICCABUNTUR· ET SI EMISERIT
EAS SUBUERTUNT TERRAM
APUD IPSUM EST FORTITUDO
ET SAPIENTIA· IPSE NOUIT ET DECI
PIENTEM ET EUM QUI DECIPITUR
ABDUCIT CONSILIARIOS IN STULTUM
FINEM ET IUDICES IN STUPORE
BALTEUM REGUM DISSOLUIT
ET PRAECINCET FUNE RENES EORŪ
DUCIT SACERDOTES INGLORIOS
ET OPTIMATES SUPPLANTAT
COMMUTANS LABIUM UERACIUM
ET DOCTRINAM SENUM AUFERENS
EFFUNDIT DESPECTIONEM
SUPER PRINCIPES· ET EOS QUI OP
PRESSI FUERANT RELEUANS
QUI REUELAT PROFUNDA DE TENEBRIS
ET PRODUCIT IN LUCEM
UMBRAM MORTIS

QUI MULTIPLICAT GENTES ET PERDET
EAS · ET SUBVERSAS IN INTEGRUM
RESTITUET
QUI INMUTAT COR PRINCIPUM POPULI
TERRAE ET DECIPIT EOS UT FRUSTRA
INCEDANT PER INVIUM
PALPABUNT QUASI IN TENEBRIS ET NON
IN LUCE · ET ERRARE EOS FACIET
QUASI EBRIOS
xiii ECCE OMNIA VIDIT OCULUS MEUS ·
ET AUDIVIT AURIS MEA
ET INTELLEXI SINGULA
SECUNDUM SCIENTIAM VESTRAM
ET EGO NOVI NEC INFERIOR
VESTRI SUM
SED TAMEN AD OMNIPOTENTEM
LOQUAR · ET DISPUTARE CUM DO CUPIO
PRIUS VOS OSTENDENS FABRICATORES
MENDACII
ET CULTORES PERVERSORUM DOGMATUM
ATQ. UTINAM TACERETIS UT PUTARE
MINI ESSE SAPIENTES
AUDITE ERGO CORREPTIONEM MEAM
ET IUDICIUM LABIORUM MEORUM
ADTENDITE
NUMQUID DS INDIGET VESTRO MEN
DACIO UT PRO ILLO LOQUAMINI DOLOS
NUMQUID FACIEM EIUS ACCIPITIS
ET PRO DO IUDICARE NITEMINI
AUT PLACEBIT EI QUEM CELARE
NIHIL POTEST AUT DECIPIETUR
UT HOMO VESTRIS FRAUDULENTIIS
IPSE VOS ARGUET QUONIAM IN ABSCON
DITO FACIEM EIUS ACCIPITIS
STATIM UT SE COMMOVERIT
TURBABIT VOS · ET TERROR EIUS
INRUET SUPER VOS
MEMORIA VESTRA COMPARABITUR
CINERI · ET REDIGENTUR IN LUTUM
CERVICES VESTRAE
TACETE PAULISPER UT LOQUAR
QUODCUMQ. MIHI MENS SUG
GESSERIT
QUARE LACERO CARNES MEAS
DENTIBUS MEIS
ET ANIMAM MEAM PORTO IN MANIB. MEIS
ETIAM SI OCCIDERIT ME IN IPSO SPERABO
VERUMTAMEN VI AS MEAS · IN CON
SPECTU EIUS ARGUAM · ET IPSE
ERIT SALVATOR MEUS
NON ENIM VENIET IN CONSPECTU
EIUS OMNIS HYPOCRITA
AUDITE SERMONEM MEUM ET AENIG
MATA PERCIPITE AURIB. VESTRIS
SI FUERO IUDICATUS · SCIO QUOD
IUSTUS INVENIAR
QUIS EST QUI IUDICETUR MECUM
VENIAT · QUARE TACENS CONSUMOR
DUO TANTUM NE FACIAS MIHI ET TUNC
A FACIE TUA NON ABSCONDAR
MANUM TUAM LONGE FAC A ME
ET FORMIDO TUA NON ME TERREAT
ET VOCA ME ET RESPONDEBO TIBI
AUT CERTE LOQUAR ET TU RESPONDE MIHI
QUANTAS HABEO INIQUITATES ET PEC
CATA SCELERA MEA ET DELICTA
MEA OSTENDE MIHI
CUR FACIEM TUAM ABSCONDIS ET AR
BITRARIS ME INIMICUM TUUM
CONTRA FOLIUM QUOD VENTO RAPITUR
OSTENDIS POTENTIAM TUAM
ET STIPULAM SICCAM PERSEQUERIS
SCRIBES ENIM CONTRA ME AMARITU
DINES ET CONSUMERE ME VIS
PECCATIS ADULESCENTIAE MEAE
POSUISTI IN NERVO PEDEM MEUM
ET OBSERVASTI OMNES SEMITAS
MEAS ET VESTIGIA PEDUM MEORUM
CONSIDERASTI
QUI QUASI PUTREDO CONSUMENDUS
SUM ET QUASI VESTIMENTUM
QUOD COMEDITUR A TINEA
xiiii HOMO NATUS DE MULIERE BREVI
VIVENS TEMPORE REPLETUS
MULTIS MISERIIS
QUASI FLOS EGREDITUR ET CONTERI
TUR · ET FUGIET VELUT UMBRA
ET NUMQUAM IN EODEM STATU

p

PERMANENS
ET DIGNUM DUCES SUPER HUIUS
CEMODI APERIRE OCULOS TUOS
ET ADDUCERE EUM TECUM
IN IUDICIO
QUIS POTEST FACERE MUNDUM
DE INMUNDO CONCEPTUM SEMI
NE NONNE TU QUI SOLUS ES
BREBES DIES HOMINIS SUNT NUMERUS
MENSUM EIUS APUD TE EST
CONSTITUISTI TERMINOS EIUS
QUI PRAETERIRE NON POTERUNT
RECEDE PAULULUM AB EO UT QUI
ESCAT DONEC OPTATA UENIAT
SICUT MERCENNARII DIES EIUS
LIGNUM HABET SPEM SI PRAECISUM
FUERIT RURSUM UIRESCIT
ET RAMI EIUS PULLULANT
SI SENUERIT IN TERRA RADIX EIUS
ET IN PULUERE MORTUUS FUERIT
TRUNCUS ILLIUS
AD ODOREM AQUAE GERMINAUIT
ET FACIET COMAM QUASI CUM
PRIMUM PLANTATUM EST
HOMO UERO CUM MORTUUS FUERIT
ET NUDATUS ATQ· CONSUMPTUS
UBI QUAESO EST
QUOMODO SI RECEDANT AQUAE
DE MARI ET FLUUIUS UACUAE
FACTUS ARESCAT
SIC HOMO CUM DORMIERIT
NON RESURGET DONEC ATTERATUR
CAELUM NON EUIGILAUIT
NEC CONSURGET DE SOMNO SUO
QUIS MIHI HOC TRIBUAT UT IN IN
FERNO PROTEGAS ME
UT ABSCONDAS ME DONEC PER
TRANSEAT FUROR TUUS
ET CONSTITUAS MIHI TEMPUS
IN QUO RECORDERIS MEI
PUTAS NE MORTUUS HOMO
RURSUM UIUET
CUNCTIS DIEB· QUIB· NUNC MILITO
SPECTO DONEC UENIAT
INMUTATIO MEA
UOCABIS ET EGO RESPONDEBO TIBI
OPERI MANUUM TUARUM
PORRIGES DEXTERAM
TU QUIDEM GRESSUS MEOS DINU
MERASTI SED PARCES
PECCATIS MEIS
SIGNASTI QUASI IN SACCULO DELICTA
MEA SED CURASTI INIQUITA
TEM MEAM
MONS CADENS DEFLUET ET SAXUM
TRANSFERTUR DE LOCO SUO
LAPIDES EXCABANT AQUAE ET AL
LUUIONE PAULATIM TERRA
CONSUMITUR
ET HOMINES ERGO SIMILITER
PERDES
ROBORASTI EUM PAULULUM UT IN
PERPETUUM TRANSIRET
INMUTABIS FACIEM EIUS
ET EMITTIS EUM
SIUE NOBILES FUERINT FILII EIUS
SIUE IGNOBILES NON INTELLEGET
AT TAMEN CARO EIUS DUM UIUET
DOLEUIT · ET ANIMA ILLIUS SUPER
SEMETIPSUM LUGEUIT
XV XV RESPONDENS AUTEM ELIPHAZ
THEMANITES DIXIT
NUMQUID SAPIENS RESPONDEUIT
QUASI IN UENTUM LOQUENS
ET IMPLEBIT ARDORE
STOMACHUM SUUM
ARGUES UERBIS EUM QUI NON EST
AEQUALIS TIBI ET LOQUERIS
QUOD TIBI NON EXPEDIT
QUANTUM IN TE EST EUACUASTI
TIMOREM ET TULISTI PRAECES
CORAM DO
DOCUIT ENIM INIQUITAS TUA OS TUUM
ET IMITARIS LINGUAM BLASPHE
MANTIUM
CONDEMNAUIT TE OS TUUM ET NON
EGO ET LABIA TUA RESPONDE
BUNT TIBI

NUMQUID PRIMUS HOMO TU NATUS
ES· ET ANTE COLLES FORMATUS
NUMQUID CONSILIUM DI AUDISTI
ET INFERIOR TE ERIT EIUS SAPIENTIA
QUID NOSTI QUOD IGNOREMUS
QUID INTELLEGIS QUOD NESCIAMUS
ET SENES ET ANTIQUI SUNT IN NOBIS
MULTO UETUSTIORES
QUAM PATRES TUI
NUMQUID GRANDE EST UT CONSOLE
TUR TE DS· SED UERBA TUA PRAUA
HOC PROHIBENT
QUID TE ELEUAT COR TUUM· ET QUASI
MAGNA COGITANS ADTONITOS
HABES OCULOS
QUID TUMET CONTRA DM SPS TUUS
UT PROFERAS DE ORE TUO
HUIUSCE MODI SERMONES
QUID EST HOMO UT INMACULATUS
SIT ET UT IUSTUS APPAREAT
NATUS DE MULIERE
ECCE INTER SCOS EIUS NEMO INMU
TABILIS· ET CAELI NON SUNT MUNDI
IN CONSPECTU EIUS
QUANTO MAGIS ABOMINABILIS ET IN
UTILIS HOMO· QUI BIBIT QUASI
AQUAS INIQUITATEM
OSTENDAM TIBI AUDI ME·
QUOD UIDI ENARRABO TIBI
SAPIENTES CONFITENTUR ET NON
ABSCONDUNT PATRES SUOS
QUIB· SOLIS DATA EST TERRA ET NON
TRANSIUIT ALIENUS PER EOS
CUNCTIS DIEB· SUIS IMPIUS SUPER
BIT ET NUMERUS ANNORUM
INCERTUS EST TYRANNIDIS EIUS
SONITUS TERRORIS· SEMPER IN
AURIB· ILLIUS· ET CUM PAX SIT
ILLE INSIDIAS SUSPICATUR
NON CREDIT QUOD REUERTI POSSIT
DE TENEBRIS· CIRCUMSPEC
TANS UNDIQ· GLADIUM
CUM SE MOUERIT AD QUAERENDU̅
PANEM· NOUIT QUOD PARATUS SIT
IN MANU EIUS TENEBRARUM DIES
TERREBIT EUM TRIBULATIO· ET ANGU
STIA UALLAUIT EUM SICUT REGEM
QUI PRAEPARATUR AD PROELIUM
TETENDIT ENIM ADUERSUS DM
MANUM SUAM· ET CONTRA OMNI
POTENTEM ROBORATUS EST
CUCURRIT ADUERSUS EUM ERECTO
COLLO ET PINGUI CERUICE
ARMATUS EST
OPERUIT FACIEM EIUS CRASSITUDO
ET DE LATERIB· EIUS ARBINA DEPENDET
HABITAUIT IN CIUITATIB· DESOLATIS
IN DOMIB· DESERTIS QUAE IN
TUMULOS SUNT REDACTAE
NON DITABITUR NEC PERSEUERAUIT
SUBSTANTIA EIUS
NEC MITTET IN TERRA RADICEM SUA̅
NON RECEDET DE TENEBRIS RAMOS
EIUS AREFACIET FLAMMA
ET AUFERETUR SPU ORIS EIUS
NON CREDAT FRUSTRA ERRORE
DECEPTUS QUOD ALIQUO PRETIO
REDIMENDUS SIT
ANTEQUAM DIES EIUS IMPLEANTUR
PERIBIT· ET MANUS EIUS ARESCET
LAEDETUR QUASI UINEA IN PRIMO
FLORE BOTRUS EIUS
ET QUASI OLIBA PROICIENS FLOREM SUU̅
CONGREGATIO ENIM HYPOCRITAE
STERELIS· ET IGNIS DEUORAUIT
TABERNACULA EORUM QUI MUNERA
LIBENTER ACCIPIUNT
CONCEPIT DOLOREM ET PEPERIT
INIQUITATEM ET UTERUS EIUS
PRAEPARAT DOLOS
XVI RESPONDENS AUTEM IOB DIXIT
AUDIUI FREQUENTER TALIA· CONSO
LATORES ONEROSI· OMNES UOS ESTIS
NUMQUID HABEBUNT FINEM UERBA
UENTOSA· AUT ALIQUID TIBI
MOLESTUM EST SI LOQUARIS
POTERAM ET EGO SIMILIA
UESTRI LOQUI

atque utinam esset anima vestra
pro anima mea
consolarer et ego vos sermonib·
et moverem caput meum
super vos
roborarem vos ore meo
et moverem labia mea
quasi parcens vobis
sed quid agam
si locutus fuero non quiescet
dolor meus
et si tacuero non recedet a me
nunc autem oppressit me
dolor meus et ad nihilum
redacti sunt omnes artus mei
rugae meae testimonium
dicunt contra me
et suscitatur falsiloquus
adversus faciem meam
contradicens mihi
collegit furorem suum in me
et comminans mihi infremuit
contra me dentib· suis
hostis meus terribilib· oculis
me intuitus est
aperuerunt in me ora sua
exprobrantes
percusserunt maxillam meam
satiati sunt poenis meis
conclusit me ds apud iniquum
et manib· impiorum me tradidit
ego ille quondam opulentus
repente contritus sum
tenuit cervicem meam con
fregit me et posuit sibi
quasi in signum
circumdedit me lanceis suis
convulneravit lumbos meos
non pepercit et effudit in terra
viscera mea
concidit me vulnere super
vulnus inruit in me quasi gigans
saccum consui super cutem meam
et operui cinere carnem meam

facies mea intumuit a fletu
et palpebrae meae caligaverunt
haec passus sum absque iniquitate
manus meae
cum haberem mundas ad dm
preces
terra ne operias sanguinem meum
neque inveniat locum in te
latendi clamor meus
ecce enim in caelo testis meus
et conscius meus in excelsis
verbosi mei amici mei ad dm
stillat oculus meus
atque utinam sic iudicaretur vir
cum dō quomodo iudicatur
filius hominis cum collega suo
ecce enim breves anni transeunt
et semitam per quam
non revertar ambulo
XVII sps meus adtenuabitur
dies mei breviabuntur
et solum mihi superest
sepulchrum
non peccavi et in amaritudinibus
moratur oculus meus
libera me et pone iuxta te
et cuiusvis manus pugnet
contra me
cor eorum longe fecisti
a disciplina et propter
ea non exaltabuntur
praedam pollicetur sociis
et oculi filiorum eius deficient
posuit me quasi in proverbium
vulgi et exemplum sum
coram eis
caligavit ab indignatione
oculus meus
et membra mea quasi in nihilum
redacta sunt
stupebunt iusti super hoc
et innocens contra hypocri
tam suscitabitur
et tenebit iustus viam suam

et mundis manib· addit
fortitudinem
igitur vos omnes convertimini
et venite et non inveniam
in vobis ullum sapientem
dies mei transierunt cogitatio
nes meae dissipatae sunt
torquentes cor meum
noctem verterunt in diem
et rursum post tenebras
spero lucem
si sustinuero infernus domus
mea est in tenebris stravi
lectulum meum
putredini dixi pater meus es
mater mea et soror mea vermib·
ubi est ergo nunc praestolatio
mea et patientiam meam
quis considerat
in profundissimum infernum
descendent omnia mea
putasne saltim ibi erit
requies mihi
XVIII XVIII. Respondens autem Balda d
suites dixit
usq· ad quam finem verba iacta
bis intellege prius et sic
loquamur
quare reputati sumus ut iu
menta et sorduimus
coram vobis
qui perdis animam tuam
in furore tuo
numquid propter te dereelin
quetur terra · et transfe
rentur rupes de loco suo
nonne lux impii extinguetur
nec splendebit flamma
ignis eius
lux obtenebrescit in taberna
culo eius · et lucerna quae
super eum est extinguetur
artabuntur gressus virtutis
eius et praecipi ‘eum consiliu‘ tab̄t·
suu’
inmisit enim in rete pedes suos
et in maculis eius ambulat
tenebitur planta illius laqueo
et exardescet contra eum sitis
abscondita est in terra pedica
eius et decipula illius
super semitam
undiq· terrebunt eum formidines
et involvent pedes eius
adtenuetur fame robur eius
et inedia invadat costas illius
devoret pulchritudinem cutis
eius consumat brachia illius
primogenita mors
avellatur de tabernaculo suo
fiducia eius et calcet super
eum quasi rex interitus
habitent in tabernaculo illius
socii eius qui non est · asperga
tur in tabernaculo eius sulphur
deorsum radices eius siccentur
sursum autem adteratur
messis eius
memoria illius pereat de terra
et non celebretur nomen eiu
in plateis · expellet eum
de luce in tenebras et orbe
transferet eum
non erit semen eius neq· pro
genies in populo suo nec ulla e
reliquiae in regionib· eius
in die eius stupebunt novissimi
et primos invadit horror
haec sunt ergo tabernacula
iniqui et iste locus eius
qui ignorant dm̄
XVIIII XIX. Respondens autem Iob dixit
usq· quo adfligitis animam meā
et atteritis me sermonib·
en decies confudistis me et non
erubuistis opprimentes me
nempe et si ignoravi mecum
erit ignorantia mea
tab̄t· at vos contra me erigimini

ET ARGUITIS ME OPPROBRIIS MEIS
SALTEM NUNC INTELLEGITE QUIA DNS
NON AEQUO IUDICIO AFFLIXERIT ME
ET FLAGELLIS SUIS ME CINXERIT
ECCE CLAMABO UIM PATIENS
ET NEMO AUDIET UOCIFERABO
ET NON EST QUI IUDICET
SEMITAM MEAM CIRCUMSEPSIT
ET TRANSIRE NON POSSUM · ET IN
CALLE MEO TENEBRAS POSUIT
SPOLIAUIT ME GLORIA MEA · ET AB
STULIT CORONAM DE CAPITE MEO
DESTRUXIT ME UNDIQ· ET PEREO
ET QUASI EUULSAE ARBORES
ABSTULIT SPEM MEAM
IRATUS EST CONTRA ME FUROR EIUS
ET SIC ME HABUIT QUASI HOSTEM SUUM
SIMUL UENERUNT LATRONES EIUS
ET FECERUNT SIBI UIAM PER ME
ET OBSEDERUNT IN GYRO
TABERNACULUM MEUM
FRATRES MEOS LONGE FECIT A ME
ET NOTI MEI QUASI ALIENI
RECESSERUNT A ME
DERELINQUERUNT ME PROPINQUI
MEI ET QUI ME NOUERANT
OBLITI SUNT MEI
INQUILINI DOMUS MEAE ET ANCILLAE
MEAE SICUT ALIENUM HABUERUNT
ME · ET QUASI PEREGRINUS FUI
IN OCULIS EORUM
SERUUM UOCAUI ET NON RESPONDIT
ORE PROPRIO DEPRAECABAR ILLUM
HALITUM MEUM EXHORRUIT UXOR
MEA ET ORABAM FILIOS UTERI MEI
STULTI QUOQ· DESPICIEBANT ME
ET CUM AB EIS RECESSISSEM
DETRAHEBANT ME
ABOMINATI SUNT ME QUONDAM
CONSILIARII MEI · ET QUEM MAXI
ME DILIGEBAM AUERSATUS EST ME ·
PELLI MEAE CONSUMPTIS CARNIB·
ADHESIT OS MEUM
ET DERELICTA SUNT TANTUMMODO
LABIA CIRCA DENTES MEOS
MISEREMINI MEI MISEREMINI
SALTIM UOS AMICI MEI
QUIA MANUS DNI TETIGIT ME
QUARE PERSEQUIMINI ME SICUT DS
ET CARNIB· MEIS SATURAMINI
QUIS MIHI TRIBUAT · UT SCRIBANTUR
SERMONES MEI
QUIS MIHI DET UT EXARENTUR IN LIBRO
STILO FERREO ET PLUMBI LAM
MINA UEL CERTE SCULPANTUR IN SILICE
SCIO ENIM QUOD REDEMPTOR MEUS
UIUAT ET IN NOUISSIMO DE TERRA
RESURRECTURUS SIM
ET RURSUM CIRCUMDABOR PELLE
MEA ET IN CARNE MEA UIDEBO DM
QUEM UISURUS SUM EGO IPSE
ET OCULI MEI CONSPECTURI SUNT
ET NON ALIUS
REPOSITA EST HAEC SPES MEA
IN SINU MEO
QUARE ERGO NUNC DICITIS PERSE
QUAMUR EUM · ET RADICEM
UERBI INUENIAMUS CONTRA EUM
FUGITE ERGO A FACIE GLADII QUONIAM
ULTOR INIQUITATUM GLADIUS EST
ET SCITOTE ESSE IUDICIUM
XXIIII RESPONDENS AUTEM SOPHAR NA
XX AMATITES DIXIT
IDCIRCO COGITATIONES MEAE UARIAE
SUCCEDUNT SIBI ET MENS
IN DIUERSA RAPITUR
DOCTRINAM QUA ME ARGUIS AUDIAM
ET SPS INTELLEGENTIAE MEAE
RESPONDEBIT MIHI
HOC SCIO A PRINCIPIO EX QUO POSI
TUS EST HOMO SUPER TERRAM
QUOD LAUS IMPIORUM BREBIS SIT
ET GAUDIUM HYPOCRITAE
AD INSTAR PUNCTI
SI ASCENDERIT USQ· AD CAELUM
SUPERBIA EIUS · ET CAPUT EIUS
NUBES TETIGERIT
QUASI STERQUILINIUM IN FINE

PERDETUR ET QUI EUM UIDERANT
DICENT UBI EST
UELUT SOMNIUM AUOLAUERIT
NON INUENIETUR · TRANSIET SICUT
UISIO NOCTURNA
OCULUS QUI EUM UIDERAT NON UIDEBIT
NEQUE ULTRA INTUEBITUR EUM LOCUS EIUS
FILII EIUS ATTERENTUR EGESTATE
ET MANUS ILLIUS REDDENT EI
DOLOREM SUUM
OSSA EIUS IMPLEBUNTUR UITIIS
ADULESCENTIAE EIUS. ET CUM EO
IN PULUERE DORMIENT
CUM ENIM DULCE FUERIT IN ORE EIUS
MALUM ABSCONDET ILLUD
SUB LINGUA SUA
PARCET ILLI ET NON DERELINQUET
ILLUD ET CELABIT IN GUTTURE SUO
PANIS EIUS IN UTERO ILLIUS UERTETUR
IN FEL ASPIDUM INTRINSECUS
DIUITIAS QUAS DEUORAUIT EUOMET
ET DE UENTRE ILLIUS EXTRAHET
EAS DNS
CAPUT ASPIDUM SUGET · OCCIDET
EUM LINGUA UIPERAE
NON UIDEAT · RIUULOS FLUMINIS
TORRENTES MELLIS ET BOTYRI
LUET QUAE FECIT OMNIA
NEC TAMEN CONSUMETUR
IUXTA MULTITUDINEM ADINUENTIONU
SUARUM SIC ET SUSTINEBIT
QUONIAM CONFRINGENS NUDAUIT
PAUPERIS DOMUM
RAPUIT ET NON AEDIFICAUIT EAM
NEC EST SATIATUS UENTER EIUS
ET CUM HABUERIT QUAE CUPIERAT
POSSIDERE NON POTERIT
NON REMANSIT DE CIBO EIUS ET PROP
TEREA NIHIL PERMANEBIT DE BONIS ILLIUS
CUM ENIM SATIATUS FUERIT ARTABITUR
AESTUABIT ET OMNIS DOLOR INRUET IN EU
UTINAM IMPLEATUR UENTER EIUS
UT EMITTAT IN EUM IRAM FURORIS
SUI ET PLUAT SUPER ILLUM BELLUM
SUU

FUGIET ARMA FERREA · ET INRUET
IN ARCUM AEREUM
EDUCTUS ET EGREDIENS DE UAGINA SUA
ET FULGURANS IN AMARITUDINE SUA
UADENT ET UENIENT SUPER EUM
HORRIBILES
OMNES TENEBRAE ABSCONDITAE
SUNT IN OCULIS EIUS
DEUORABIT EUM IGNIS QUI NON EX
TINGUETUR ADFLIGETUR RELICTUS
IN TABERNACULO SUO
REUELABUNT CAELI INIQUITATEM EIUS
ET TERRA CONSURGET ADUERSUS EU
APERTUM ERIT GERMEN DOMUS ILLIUS
DETRAHETUR IN DIE FURORIS DI
HIC EST PARS HOMINIS IMPII A DO
ET HEREDITAS UERBORUM EIUS A DNO
XX XXI RESPONDENS AUTEM IOB DIXIT
AUDITE QUAESO SERMONES MEOS
ET AGITE PAENITENTIAM
SUSTENETE ME UT EGO LOQUAR
ET POST MEA SI UIDETUR UERBA RIDETE
NUMQUID CONTRA HOMINEM DISPU
TATIO MEA EST UT MERITO
NON DEBEAM CONTRISTARI
ADTENDITE ME ET OBSTUPESCITE
ET SUPERPONITE DIGITUM
ORI UESTRO
ET EGO QUANDO RECORDATUS FUERO
PERTIMESCO ET CONCUTIT
CARNEM MEAM TREMOR
QUARE ERGO IMPII UIUUNT SUBLEUATI
SUNT CONFORTATIQ · DIUITIIS
SEMEN EORUM PERMANET CORAM EIS
PROPINQUORUM TURBA ET NEPOTU
IN CONSPECTU EORUM
DOMUS EORUM SECURAE SUNT
ET PACATAE ET NON EST UIRGA
DI SUPER ILLOS
BUS EORUM CONCEPIT ET NON ABORTIT
UACCA PEPERIT ET NON EST PRIUA
TA FETU SUO
EGREDIUNTUR QUASI GREGES PARUULI
EORUM ET INFANTES EORUM EXULTANT
LUSIB

tenent tympanum et citharam
et gaudent ad sonitum organi
ducunt in bonis dies suos et in puncto
ad inferna descendunt
qui dixerunt Deo recede a nobis et sci
entiam viarum tuarum nolumus
quis est Omnipotens ut serviamus
ei et quid nobis prodest
si oraverimus illum
verumtamen quia non sunt
in manu eorum bona sua con
silium impiorum longe sit a me
quotiens lucerna impiorum
extinguetur et superveniet
eis inundatio et dolores
dividet furoris sui
erunt sicut paleae ante faciem
venti et sicut favilla
quam turbo dispergit
Deus servavit filiis illius dolorem
patris et cum reddiderit
tunc sciet
videbunt oculi eius interfectio
nem suam · et de furore
Omnipotentis bibet
quid enim ad eum pertinet de domo
sua post se · et si numerum men
suum eius dimidietur
numquid Deum quispiam docebit
scientiam qui excelsos iudicat
iste morietur robustus et sanus
dives et felix
viscera eius plena sunt adipe
et medullis ossa illius inrigantur
alius vero moritur in amaritudine
animae absq. ullis opibus
et tamen simul in pulvere dor
mient et vermes operient eos
certe novi cogitationes vestras
et sententias contra me iniquas
dicitis enim ubi est domus prin
cipis et ubi tabernacula impiorum
interrogate quemlibet de viato
rib. et haec eadem eum intel

legere cognoscetis
quia in diem perditionis servabitur
malus et ad diem furoris ducetur
quis arguet coram eo vias eius
et quae fecit quis reddet illi
ipse ad sepulchra ducitur et in
congerie mortuorum vigilavit
dulcis fuit glareis Cocyti et post
se omnem hominem trahet
et ante se innumerabiles
quomodo igitur consolamini
me frustra
cum responsio vestra repug
nare ostensa sit veritati
Respondens autem Eliphaz
Themanites dixit
Numquid Deo conparari potest
homo etiam cum perfectae
fuerit scientiae
quid prodest Deo si iustus fueris
aut quid ei confers · si inmacu
lata fuerit via tua
numquid timens arguet te
et veniet tecum in iudicio
et non propter malitiam tuam
plurimam et infinitas
iniquitates tuas
abstulisti enim pignus fratrum
tuorum sine causa · et nudos
expoliasti vestibus
aquam lasso non dedisti et esuri
enti subtraxisti panem
in fortitudine brachii tui possi
debas terram · et potentis
simus optinebas eam
viduas dimisisti vacuas · et lacer
tos pupillorum comminuisti
propterea circumdatus es laqueis
et conturbat te formido subita
et putabas te tenebras non visurum
et impetu aquarum inundan
tium non oppressurum
an cogitas quod Deus excelsior
caelo sit et super stellarum

UERTICES SUBLIMETUR
ET DICES QUID ENIM NOUIT DS
ET QUASI PER CALIGINEM IUDICAT
NUBES LATIBULUM EIUS NEC NOSTRA
CONSIDERAT ET CIRCA CARDINES
CAELI PERAMBULAT
NUMQUID SEMITAM SAECULORŪ
CUSTODIRE CUPIS QUAM CALCA
UERUNT UIRI INIQUI
QUI SUBLATI SUNT ANTE TEMPUS SUŪ
ET FLUUIUS SUBUERTIT
FUNDAMENTA EORUM
QUI DICEBANT DŌ RECEDE A NOBIS
ET QUASI NIHIL POSSET FACERE
OMNIPOTENS AESTIMABANT EŪ
CUM ILLE IMPLESSET DOMOS EORŪ
BONIS QUORUM SENTENTIA
PROCUL SIT A ME
UIDEBUNT IUSTI ET LAETABUNTUR
ET INNOCENS SUBSANNAUIT EOS
NONNE SUCCISA EST ERECTIO EORŪ
ET RELIQUIAS EORUM DEUO
RAUIT IGNIS
ADQUIESCE IGITUR EI ET HABETO PACĒ
ET PER HAEC HABEBIS FRUC
TUS OPTIMOS
SUSCIPE EX ORE ILLIUS LEGEM
ET PONE SERMONES EIUS
IN CORDE TUO
SI ENIM REUERSUS FUERIS AD OMNI
POTENTEM AEDIFICABERIS·
ET LONGE FACIES INIQUITATEM
A TABERNACULO TUO
DABIT PRO TERRA SILICEM ET PRO
SILICE TORRENTES AUREOS
ERITQ· OMNIPOTENS CONTRA HOSTES
TUOS ET ARGENTUM COA CER
UABITUR TIBI
TUNC SUPER OMNIPOTENTEM
DELICIIS AFLUES ET LEUABIS
AD DM FACIEM TUAM
ROGABIS EUM ET EXAUDIET TE
ET UOTA TUA REDDES
DECERNIS REM ET UENIET TIBI
ET IN UIIS TUIS SPLENDEBIT LUMEN
QUI ENIM HUMILIATUS FUERIT ERIT
IN GLORIA ET QUI INCLINAUERIT
OCULOS SUOS IPSE SALUABITUR
SALUABITUR INNOCENS· SALUABITUR
AUTEM MUNDITIA MANUUM SUARŪ
XXII RESPONDENS AUTEM IOB DIXIT
NUNC QUOQ· IN AMARITUDINE EST
ANIMA MEA· ET MANUS PLAGAE
MEAE ADGRAUATA EST SUPER
GEMITUM MEUM
QUIS MIHI TRIBUAT UT COGNOSCAM
ET INUENIAM ILLUM· ET UENIAM
USQ· AD SOLIUM EIUS
PONAM CORAM EO IUDICIUM ET OS
MEUM REPLEBO INCREPATIONIBUS
UT SCIAM UERBA QUAE MIHI RESPON
DEAT ET INTELLEGAM QUID LOQUATUR MIHI
NOLO MULTA FORTITUDINE
CONTENDAT MECUM
NEC MAGNITUDINIS SUAE MOLE
ME PRAEMAT
PROPONAT AEQUITATEM CONTRA ME
ET PERUENIAT AD UICTORIAM
IUDICIUM MEUM
SI AD ORIENTEM IERO NON APPARET
SI AD OCCIDENTEM NON INTELLE
GAM EUM
SI AD SINISTRAM QUID AGAM
NON ADPREHENDAM EUM
SI ME UERTERO AD DEXTRAM
NON UIDEBO ILLUM
IPSE UERO SCIT UIAM MEAM ET PRO
BAUIT ME QUASI AURUM QUOD
PER IGNEM TRANSIT
UESTIGIA EIUS SECUTUS EST PES MEUS
UIAM EIUS CUSTODIUI· ET NON
DECLINAUI EX EA
A MANDATIS LABIORUM EIUS NON
RECESSI· ET IN SINU MEO ABSCONDI
UERBA ORIS EIUS
IPSE ENIM SOLUS EST ET NEMO
AUERTERE POTEST COGITATIO
NEM EIUS

ET ANIMA EIUS QUODCUMQUE UOLUERIT
HOC FACIT
CUM EXPLEUERIT IN ME UOLUNTATEM
SUAM ET ALIA MULTA SIMILIA
PRAESTO SUNT EI
ET IDCIRCO A FACIE EIUS TURBATUS
SUM ET CONSIDERANS EUM
TIMORE SOLLICITOR
DS MOLLIUIT COR MEUM ET OMNI
POTENS CONTURBAUIT ME
NON ENIM PERII PROPTER INMINEN
TES TENEBRAS · NEC FACIEM MEAM
OPERUIT CALIGO
XXIIII · AB OMNIPOTENTE NON SUNT ABSCON
DITA TEMPORA · QUI AUTEM NOUE
RUNT EUM IGNORANT DIES ILLIUS
ALII TERMINOS TRANSTULERUNT DI
RIPUERUNT GREGES ET PAUERUNT EOS
ASINUM PUPILLORUM ABIGERUNT
ET ABSTULERUNT PRO PIGNORE
BOUEM UIDUAE
SUBUERTERUNT PAUPERUM UIAM
ET OPPRESSERUNT PARITER
MANSUETOS TERRAE
ALII QUASI ONAGRI IN DESERTO EGRE
DIUNTUR AD OPUS SUUM UIGILAN
TESQ· AD PRAEDAM PRAEPARANT
PANEM LIBERIS
AGRUM NON SUUM DEMETUNT
ET UINEAM EIUS QUEM UI OP
PRESSERUNT UINDEMIANT
NUDOS DEMITTUNT HOMINES
INDUMENTA TOLLENTES QUIB·
NON EST OPERIMENTUM IN FRIGORE
QUOS IMBRES MONTIUM RIGANT
ET NON HABENTES UELAMEN
AMPLEXANTUR LAPIDES
UIM FECERUNT DEPREDANTES
PUPILLO ET UULGUM PAUPERE̅
EXPOLIAUERUNT
NUDIS ET INCEDENTIB· ABSQUE UESTITU
ET ESURIENTIB· TULERUNT SPICAS
INTER ACERUOS EORUM MERIDIATI
SUNT QUI CALCATIS TORCULARIB· SI
TIUNT

DE CIUITATIB· FECERUNT UIROS
GEMERE ET ANIMA UULNERATO
RUM CLAMAUIT ET DS INULTU̅
NON PATITUR
IPSI FUERUNT REBELLES LUMINIS
NESCIERUNT UIAS EIUS NEC RE
UERSI SUNT PER SEMITAS ILLIUS
MANE PRIMO CONSURGIT HOMICIDA
ET INTERFECIT EGENUM ET PAU
PEREM PER NOCTE UERO ERIT
QUASI FUR
OCULUS ADULTERI OBSERUAT CALI
GINEM DICENS NON ME UIDEBIT
OCULUS ET OPERIET UULTUM SUU̅
PERFODIT IN TENEBRIS DOMOS
SICUT IN DIE CONDIXERANT SIBI
ET IGNORAUERUNT LUCEM
SI SUBITO APPARUERIT AURORA
ARBITRANTUR UMBRAM MORTIS
ET SIC IN TENEBRIS QUASI IN LUCE
AMBULANT
LEUIS EST SUPER FACIEM AQUAE
MALEDICTA SIT PARS EIUS IN TERRA
NEC AMBULET PER UIAM UINEARU̅
AD NIMIUM CALOREM TRANSEAT
AB AQUIS NIUIUM · ET USQ· AD IN
FEROS PECCATUM ILLIUS
OBLIUISCATUR EIUS MISERICORDIA
DULCEDO ILLIUS UERMES
NON SIT IN RECORDATIONE SED CON
TERATUR QUASI LIGNUM INFRUCTUOSU̅
PAUIT ENIM STERILEM QUAE NON
PARIT ET UIDUAE BENE NON FECIT
DETRAXIT FORTES IN FORTITUDINE
SUA ET CUM STETERIT NON
CREDET UITAE SUAE
DEDIT EI DS LOCUM PAENITENTIAE
ET ILLE ABUTITUR EO IN SUPERBIA̅
OCULI AUTEM EIUS IN UIIS ILLIUS SUN̅
ELEUATUS EST AD MODICUM
ET NON SUBSISTET
ET HUMILIABITUR SICUT OMNIA
ET AUFERETUR
ET SICUT SUMMITATES SPICARUM

CONTERENTUR
QUODSI NON EST ITA QUIS ME POTEST
ARGUERE ESSE MENTITUM
ET PONERE ANTE DNM VERBA MEA
xxiii xxv RESPONDENS AUTEM BALDAD
SUITES DIXIT
POTESTAS ET TERROR APUD EUM EST
QUI FACIT CONCORDIAM IN SUB
LIMIBUS SUIS
NUMQUID EST NUMERUS MILITUM
EIUS ET SUPER QUEM NON SUR
GET LUMEN ILLIUS
NUMQUID IUSTIFICARI POTEST
HOMO CONPOSITUS DO AUT APPA
RERE MUNDUS NATUS DE MULIERE
ECCE ETIAM LUNA NON SPLENDET
ET STELLAE NON SUNT MUNDAE
IN CONSPECTU EIUS
QUANTO MAGIS HOMO PUTREDO
ET FILIUS HOMINIS VERMIS
xxiiii xxvi RESPONDENS AUTEM IOB DIXIT
CUIUS ADIUTOR ES NUMQUID INBECIL
LI ET SUSTENTAS BRACHIUM EIUS
QUI NON EST FORTIS
CUI DEDISTI CONSILIUM · FORSITAN
ILLI QUI NON HABET SAPIENTIAM
ET PRUDENTIAM TUAM
OSTENDISTI PLURIMAM
QUEM DOCERE VOLUISTI · NONNE EUM
QUI FECIT SPIRAMENTUM
ECCE GIGANTES GEMUNT SUB AQUIS
ET QUI HABITANT CUM EIS
NUDUS EST INFERNUS CORAM ILLO
ET NULLUM EST OPERIMENTUM
PERDITIONI
QUI EXTENDIT AQUILONEM SUPER
VACUUM ET APPENDIT TERRAM
SUPER NIHILI
QUI LIGAT AQUAS IN NUBIBUS SUIS
UT NON ERUMPANT PARITER
DEORSUM
QUI TENET VULTUM SOLII SUI
ET EXPANDET SUPER ILLUD
NEBULAM SUAM

TERMINUM CIRCUM DEDIT AQUIS USQ.
DUM FINIANTUR LUX ET TENEBRAE
COLUMNAE CAELI CONTREMESCUNT
ET PAVENT AD NUTUM EIUS
IN FORTITUDINE ILLIUS · REPENTE
MARIA CONGREGATA SUNT · ET PRU
DENTIA EIUS PERCUSSIT SUPERBUM
SPS EIUS ORNAVIT CAELOS · ET OBSTE
TRICANTE MANU EIUS EDUCTUS
EST COLUBER TORTUOSUS
ECCE HAEC EX PARTE DICTA SUNT
VIARUM EIUS
ET CUM VIX PARVAM STILLAM
SERMONUM EIUS AUDIERIMUS
QUIS POTERIT TONITRUUM MAGNI
TUDINIS ILLIUS INTUERI
xxv xxvii ADDIDIT QUOQ. IOB ASSUMENS
PARABOLAM SUAM ET DIXIT
VIVIT DS QUI ABSTULIT IUDICIUM MEUM
ET OMNIPOTENS QUI AD AMARITU
DINEM ADDUXIT ANIMAM MEAM
QUIA DONEC SUPEREST HALITUS IN ME
ET SPS DNI IN NARIB. MEIS
NON LOQUENTUR LABIA MEA INIQUI
TATEM NEC LINGUA MEA
MEDITABITUR MENDACIUM
ABSIT A ME UT IUSTOS VOS ESSE
IUDICEM DONEC DEFICIAM NON RE
CEDAM AB INNOCENTIA MEA
IUSTIFICATIONEM MEAM QUAM COE
PI TENERE · NON DESERAM
NEC ENIM REPREHENDET ME COR
MEUM IN OMNI VITA MEA
SIT UT IMPIUS INIMICUS MEUS ET AD
VERSARIUS MEUS QUASI INIQUUS
QUAE ENIM SPES EST HYPOCRITAE
SI AVARE RAPIAT · ET NON LIBERET
DS ANIMAM EIUS
NUMQUID CLAMOREM EIUS AUDIET
DS CUM VENERIT SUPER EUM
ANGUSTIA
AUT POTERIT IN OMNIPOTENTE
DELECTARI ET INVOCARE DM
IN OMNI TEMPORE

DOCEBO UOS PER MANUM DĪ QUAE
OMNIPOTENS HABEAT NEC AB
SCONDAM
ECCE UOS OMNES NOSTIS · ET QUID
SINE CAUSA UANA LOQUIMINI
HAEC EST PARS HOMINIS IMPII APUD
DM̄ ET HEREDITAS UIOLENTORUM
QUAM AB OMNIPOTENTE SUSCIPIENT
SI MULTIPLICATI FUERINT FILII EIUS
IN GLADIO ERUNT · ET NEPOTES EIUS
NON SATURABUNTUR PANE
QUI RELIQUI FUERINT EX EO SEPELI
ENTUR IN INTERITU ET UIDUAE
ILLIUS NON PLORABUNT
SI COMPORTAUERIT QUASI TERRĀ
ARGENTUM ET SICUT LUTUM
PRAEPARAUERIT UESTIMENTA
PRAEPARAUIT QUIDEM SED IUSTUS
UESTIETUR ILLIS · ET ARGENTŪ
INNOCENS DIUIDET
AEDIFICAUIT SICUT TINEA DOMŪ SUĀ
ET SICUT CUSTOS FECIT UMBRACULŪ
DIUES CUM DORMIERIT NIHIL SECŪ
AUFERET APERIT OCULOS SUOS
ET NIHIL INUENIET
APPREHENDIT EUM QUASI AQUA
INOPIA NOCTE OPPRIMET EUM
TEMPESTAS
TOLLET EUM UENTUS URENS
ET AUFERET ET UELUT TURBO
RAPIET EUM DE LOCO SUO
EMITTET SUPER EUM ET NON PAR
CET DE MANU EIUS FUGIENS FUGIET
STRINGET SUPER EUM MANUS SUAS
ET SIBILAUIT SUPER EUM
INTUENS LOCUM EIUS
XXVIII · HABET ARGENTUM UENARUM SU
ARUM PRINCIPIA · ET AURO LOCUS
EST IN QUO CONFLATUR
FERRUM DE TERRA TOLLITUR
ET LAPIS SOLUTUS CALORE
IN AES UERTITUR
TEMPUS POSUIT TENEBRIS ET UNI
UERSORUM FINEM IPSE CONSIDE
RAT
LAPIDEM QUOQ· CALIGINIS
ET UMBRAM MORTIS
DIUIDIT TORRENS A POPULO PEREGRI
NANTE EOS QUOS OBLITUS EST
PES EGENTIS HOMINUM ET INUIOS
TERRA DE QUA ORIEBATUR PANIS
IN LOCO SUO IGNE SUBUERSA EST
LOCUS SAPPHYRI LAPIDES EIUS
ET GLEBAE ILLIUS AURUM
SEMITAM IGNORAUIT AUIS NEC INTUI
TUS EST OCULUS UULTURIS
NON CALCAUERUNT EAM FILII INSTITU
TORUM NEC PERTRANSIBIT
PER EAM LEAENA
AD SILICEM EXTENDIT MANUM SUĀ
SUBUERTIT A RADICIB· MONTES
IN PETRIS RIUOS EXCIDIT · ET OMNE
PRETIOSUM UIDIT OCULUS EIUS
PROFUNDA QUOQ· FLUUIORUM
SCRUTATUS EST · ET ABSCONDITA
PRODUXIT IN LUCEM
SAPIENTIA UERO UBI INUENIETUR
ET QUIS EST LOCUS INTELLEGENTIAE
NESCIT HOMO PRAETIUM EIUS
NEC INUENITUR IN TERRA
SUAUITER UIUENTIUM
ABYSSUS DICIT NON EST IN ME
ET MARE LOQUETUR NON EST MECŪ
NON DABITUR AURUM OBRIZUM
PRO EA · NEC APPENDETUR ARGENTŪ
IN COMMUTATIONE EIUS
NON CONFERETUR TINCTIS INDIAE COLO
RIB· NEC LAPIDI SARDONYCHO
PRETIOSISSIMO UEL SAPPHYRO
NON ADAEQUABITUR EI AURUM
UEL UITRUM NEC COMMUTA
BUNTUR PRO EA UASA AURI
EXCELSA ET EMINENTIA NON ME
MORABUNTUR COMPARATIONE EIUS
TRAHITUR AUTEM SAPIENTIA
DE OCCULTIS
NON ADAEQUABITUR EI TOPADIUM
DE AETHIOPIA NEC TINCTURAE
MUNDISSIMAE COMPONENTUR

UNDEERGOSAPIENTIAUENIET
ETQUISESTLOCUSINTELLEGENTIAE
ABSCONDITAESTABOCULISOMNIŪ
UIUENTIUM·UOLUCRESQUOQ·
CAELI LATET
PERDITIO ETMORS DIXERUNTAURIB·
NOSTRISAUDIUIMUSFAMAMEIUS
D̄SINTELLEGITUIAMEIUS·ETIPSE
NOUITLOCUM ILLIUS
IPSEENIM FINESMUNDIINTUETUR
ETOMNIAQUAESUBCAELOSUNT
RESPICIT
QUIFECIT UENTISPONDUS
ETAQUAMAPPENDITMENSURA
QUANDOPONEBAT PLUUIISLEGEM
ETUIAMPROCELLISSONANTIBUS
TUNCUIDITILLAM ETENARRAUIT
ETPRAEPARAUITETINUESTIGAUIT
ETDIXITHOMINIECCETIMORDN̄I
IPSAESTSAPIENTIA·ETRECEDERE
AMALOINTELLEGENTIA
XXVI ADDIDITQUOQ·IOB ASSUMENS
XXIX PARABOLAMSUAMETDIXIT
QUISMIHITRIBUAT UTSIMIUXTA
MENSES PRISTINOS
SECUNDUMDIESQUIB· D̄S
CUSTODIEBATME
QUANDO SPLENDEBAT LUCERNAEIUS
SUPER CAPUTMEUM·ETADLU
MENEIUS AMBULABAMINTENEBRIS
SICUT FUIINDIEB·ADULESCENTIAE
MEAE QUANDO SECRETOD̄S
ERATINTABERNACULOMEO
QUANDO OMNIPOTENS ERATMECŪ
ETINCIRCUITU MEOPUERIMEI
QUANDO LAUABAM PEDESMEOS
BOTYRO·ETPETRAFUNDEBAT
MIHIRIUOSOLEI
QUANDO PROCEDEBAMADPORTĀ
CIUITATIS ETINPLATEAPARABANT
CATHEDRAMMIHI
UIDEBANT MEIUUENESETABSCONDE
BANTUR·ETSENESADSURGEN
TESSTABANT

PRINCIPES CESSABANTLOQUIETDIGITŪ
SUPERPONEBANT ORISUO
UOCEMSUAM COHIBEBANTDUCES
ETLINGUAEORUM GUTTURISUO
ADHEREBAT
AURISAUDIENS BEATIFICABATME
ETOCULUSUIDENSTESTIMONIŪ
REDDEBATMIHI
QUODLIBERASSEM PAUPEREM
UOCIFERANTEM ETPUPILLUM
CUINONESTADIUTOR
BENEDICTIOPERITURISUPERME
UENIEBAT ETCORUIDUAE
CONSOLATUSSUM
IUSTITIA INDUTUSSUMETUESTI
UIME SICUT UESTIMENTO
ETDIADEMATAE IUDICIOMEO
OCULUSFUICAECO ETPES CLAUDO
PATERERAM PAUPERUM·ETCAUSĀ
QUAMNESCIEBAM DILIGENTIS
SIME INUESTIGABAM
CONTEREBAMMOLAS INIQUI
ETDENTIB·ILLIUSAUFEREBAM
PRAEDAM
DICEBAMQ·INNIDULOMEO MORIAR
ETSICUT PALMA MULTIPLICABODIES
RADIXMEAAPERTAEST SECUSAQUAS
ETROS MORABITUR INMESSIONEMEA
GLORIAMEA SEMPERINNOUABITUR
ETARCUSMEUS INMANUMEA
INSTAURABITUR
QUIMEAUDIEBANT EXPECTABANT
SENTENTIAM
ETINTENTITACEBANT
ADCONSILIUMMEUM
UERBISMEISADDERENIHILAUDE
BANT ETSUPER ILLOSSTILLA
BAT ELOQUIUMMEUM
EXPECTABANT MESICUTPLUUIĀ
ETOSSUUMAPERIEBANT
QUASIADIMBREM SEROTINUM
SIQUANDO RIDEBAMADEOS
NONCREDEBANT·ETLUXUULTUS
MEINONCADEBAT INTERRAM

SI UOLUISSEM IRE AD EOS SEDEBAM
PRIMUS
CUMQ· SEDEREM QUASI REX CIRCUM
STANTE EXERCITU· ERAM TAMEN
MERENTIUM CONSOLATOR
XXX NUNC AUTEM DERIDENT ME
IUNIORES TEMPORE
QUORUM NON DIGNABAR PATRES
PONERE CUM CANIB· GREGIS MEI
QUORUM UIRTUS MANUUM ERAT
MIHI PRO NIHILO
ET UITA IPSA PUTABANTUR INDIGNI
EGESTATE ET FAME STERILES
QUI RODEBANT IN SOLITUDINE SQUA
LENTES CALAMITATE ET MISERIA
ET MANDEBANT HERBAS
ET ARBORUM CORTICES· ET RADIX
IUNIPERORUM ERAT CIBUS EORUM
QUI DE CONUALLIB· ISTA RAPIENTES
ET CUM SINGULA REPPERISSENT
AD EA CUM CLAMORE CURREBANT
IN DESERTIS HABITABANT TORRENTIŪ
ET IN CAUERNIS TERRAE
UEL SUPER GLAREM
QUI INTER HUIUSCEMODI LAETABAN
TUR ET ESSE SUB SENTIBUS
DELICIAS PUTABANT
FILII STULTORUM ET IGNOBILIUM
ET IN TERRA PAENITUS NON PARENTES
NUNC IN EORUM CANTICUM UERSUS
SUM ET FACTUS SUM EIS
PROUERBIUM
ABOMINANTUR ME ET LONGE FUGIUNT
A ME ET FACIEM MEAM CONSPU
ERE NON UERENTUR
PHARETRAM ENIM SUAM APERUIT
ET ADFLIXIT ME· ET FRENUM
POSUIT IN OS MEUM
AD DEXTERAM ORIENTIS CALAMI
TATES MEAE· ILICO SURREXERUNT
PEDES MEOS SUBUERTERUNT
ET OPPRESSERUNT QUASI
FLUCTIB· SEMITIS SUIS
DISSIPAUERUNT ITINERA MEA

INSIDIATI SUNT MIHI ET PRAEUALU
ERUNT ET NON FUIT QUI FERRET
AUXILIUM
QUASI RUPTO MURO ET APERTA IANUA
INRUERUNT SUPER ME· ET AD MEAS
MISERIAS DEUOLUTI SUNT
REDACTUS SUM IN NIHILI
ABSTULISTIS QUASI UENTUS DESIDE
RIUM MEUM· ET UELUT NUBIS
PERTRANSIBIT SALUS MEA
NUNC AUTEM IN MEMET IPSO
MARCESCIT ANIMA MEA· ET POSSI
DENT ME DIES ADFLICTIONIS
NOCTE OS MEUM PERFORATUR
DOLORIB· ET QUI ME COMEDUNT
NON DORMIUNT
IN MULTITUDINE EORUM CONSUMITUR
UESTIMENTUM MEUM· ET QUASI
CAPITIO TUNICAE SIC CINXERUNT ME
COMPARATUS SUM LUTO ET ADSIMI
LATUS FAUILLAE ET CINERI
CLAMO AD TE ET NON EXAUDIES ME
STO ET NON RESPICIES ME
MUTATUS ES MIHI IN CRUDELEM
ET IN DURITIA MANUS TUAE
ADUERSARIS MIHI
ELEUASTI ME ET QUASI SUPER UENTŪ
PONENS ELISISTI ME UALIDE
SCIO QUOD MORTI TRADAS ME
UBI CONSTITUTA DOMUS EST
OMNI UIUENTI
UERUMTAMEN NON AD CONSUMMA
TIONEM EORUM EMITTIS MANŪ
TUAM· ET SI CONRUERINT
IPSE SALUABIS
FLEBAM QUONDAM SUPER EUM
QUI AFFLICTUS ERAT· ET CONPATIE
BATUR ANIMA MEA PAUPERI
EXPECTABAM BONA· ET UENERUNT
MIHI MALA
PRAESTOLABAM LUCEM· ET ERU
PERUNT TENEBRAE
INTERIORA MEA EFFERBUERUNT
ABSQ· ULLA REQUIE· PRAEUENERUNT

MEDIES AFFLICTIONIS
MERENS INCEDEBAM SINE FURORE
ET CONSURGENS IN TURBA CLAMAUI
FRATER FUI DRACHONUM · ET SOCIUS
STRUTIONUM
CUTIS MEA DENIGRATA EST SUPER ME
ET OSSA MEA ARUERUNT PRAE CAUMATĒ
UERSA EST IN LUCTUM CITHARA MEA
ET ORGANA MEA IN UOCEM FLENTIŪ
XXXI PEPIGI FOEDUS CUM OCULIS MEIS
UT NE COGITAREM QUIDEM DE UIRGINE
QUAM ENIM PARTEM HABERET DS
IN ME DESUPER ET HEREDITATĒ
OMNIPOTENS DE EXCELSIS
NUMQUID NON PERDITIO EST INIQUO
ET ALIENATIO OPERANTIBUS
INIQUITATEM
NONNE IPSE CONSIDERAT UIAS MEAS
ET CUNCTOS GRESSUS MEOS
DINUMERAT
SI AMBULAUI IN UANITATE ET FESTI
NAUIT IN DOLO PES MEUS
APPENDAT ME IN STATERA IUSTA
ET SCIAT DS SIMPLICITATEM MEĀ
SI DECLINAUIT GRESSUS MEUS DE UIA
ET SI SECUTUM EST OCULOS MEOS
COR MEUM · ET IN MANIB· MEIS
ADHESIT MACULA
SERAM ET ALIUS COMEDAT · ET PRO
GENIES MEA ERADICETUR
SI DECEPTUM EST COR MEUM
SUPER MULIEREM ET SI AD OSTIUM
AMICI MEI INSIDIATUS SUM
SCORTUM SIT ALTERIUS UXOR MEA
ET SUPER ILLAM INCURBENTUR ALII
HOC ENIM NEFAS EST ET INIQUITAS
MAXIMA IGNIS EST USQ· AD PERDI
TIONEM DEUORANS · ET OMNIA
ERADICANS GENIMINA
SI CONTEMPSI SUBIRE IUDICIUM
CUM SERUO MEO ET ANCILLA MEA
CUM DISCEPTARENT ADUERSUM ME
QUID ENIM FACIAM CUM SURREXERIT
AD IUDICANDUM DS

ET CUM QUAESIERIT QUID
RESPONDEBO ILLI
NUMQUID NON IN UTERO FECIT ME
QUI ET ILLUM OPERATUS EST ·
ET FORMAUIT ME IN UULUA UNUS
SI NEGAUI QUOD UOLEBANT PAUPERIB·
ET OCULOS UIDUAE EXPECTARE FECI
SI COMEDI BUCILLAM MEAM SOLUS
ET NON COMEDIT PUPILLUS EX EA
QUIA AB INFANTIA MEA CREUIT
MECUM MISERATIO · ET DE UTERO
MATRIS MEAE EGRESSA EST MECŪ
SI DESPEXI PEREUNTEM · EO QUOD
NON HABUERIT UESTIMENTUM
ET ABSQ· OPERIMENTO PAUPERĒ
SI NON BENEDIXERUNT MIHI LATERA EIUS
ET DE UELLERIB· OUIUM MEARUM
CALEFACTUS EST
SI LEUAUI SUPER PUPILLUM MANUM
MEAM · ETIAM CUM UIDEREM
ME IN PORTIS SUPERIOREM
UMERUS MEUS A IUNCTURA SUA CADAT
ET BRACHIUM MEUM CUM SUIS
OSSIB· CONFRINGATUR
SEMPER ENIM QUASI TUMENTES
SUPER ME FLUCTUS TIMUI DM̄ ·
ET PONDUS EIUS FERRE NON POTUI
SI PUTAUI AURUM ROBUR MEUM
ET OBRIZAE DIXI FIDUCIA MEA
SI LAETATUS SUM SUPER MULTAS
DIUITIAS MEAS
ET QUIA PLURIMA REPPERIT MANUS MEA
SI UIDI SOLEM CUM FULGERET
ET LUNAM INCEDENTEM CLARE
ET LAETATUM EST IN ABSCONDITO
COR MEUM ET OSCULATUS SUM
MANUM MEAM ORE MEO
QUAE EST INIQUITAS MAXIMA ET NEGA
TIO CONTRA DM̄ ALTISSIMUM
SI GAUISUS SUM AD RUINAM EIUS
QUI ME ODERAT · ET EXULTAUI
QUOD INUENISSET EUM MALUM
NON ENIM DEDI AD PECCATUM GUTTUR
MEUM UT EXPETEREM MALEDICENS

ANIMAM EIUS
SI NON DIXERUNT UIRI TABERNACULI
MEI QUIS DET DE CARNIB· EIUS
UT SATUREMUR
FORIS NON MANSIT PEREGRINUS
OSTIUM MEUM UIATORI PATUIT
SI ABSCONDI QUASI HOMO PECCATU̅
MEUM · ET CELAUI IN SINU MEO
INIQUITATEM MEAM
SI EXPAUI AD MULTITUDINEM
NIMIAM · ET DESPECTIO PROPIN
QUORUM TERRUIT ME
ET NON MAGIS TACUI NEC EGRESSUS
SUM OSTIUM
QUIS MIHI TRIBUAT AUDITOREM
UT DESIDERIUM MEUM OMNIPO
TENS AUDIAT ET LIBRUM SCRIBAT
IPSE QUI IUDICAT
UT IN UMERO MEO PORTEM ILLUM
ET CIRCUMDEM ILLUM
QUASI CORONAM MIHI
PER SINGULOS GRADUS MEOS PRO
NUNTIABO ILLUM · ET QUASI PRIN
CIPI OFFERAM EUM
SI ADUERSUM ME TERRA MEA CLAMAT
ET CUM IPSA SULCI EIUS DEFLENT
SI FRUCTUS EIUS COMEDI ABSQUE
PECUNIA · ET ANIMAM AGRICO
LARUM EIUS AFFLIXI ħp

41 XXXIII FINITA SUNT UERBA IOB

XXXII OMISERUNT AUTEM ET TRES UIRI
ISTI RESPONDERE IOB EO QUOD
IUSTUS SIBI UIDERETUR
ET IRATUS INDIGNATUSQ· HELIU
FILIUS BARACHEL BUZITES
DE COGNATIONE RHAM ~~autem~~
IRATUS EST ADUERSUS IOB EO QUOD
IUSTUM SE ESSE DICERET CORAM DO̅
PORRO ADUERSUM AMICOS EIUS
INDIGNATUS EST · EO QUOD NON IN
UENISSENT RESPONSIONEM
RATIONABILEM · SED TANTUM
MODO CONDEMNASSENT IOB
IGITUR HELIU EXPECTAUIT IOB
LOQUENTEM EO QUOD SENIORES
SE ESSENT QUI LOQUEBANTUR
CUM AUTEM UIDISSET QUOD TRES
RESPONDERE NON POTUISSENT
IRATUS EST UEHEMENTER

XXXIIII RESPONDENSQ· HELIU FILIUS
BARACHEL BUZITES DIXIT
IUNIOR SUM TEMPORE UOS AUTEM
ANTIQUIORES · IDCIRCO DIMISSO
CAPITE UERITUS SUM INDICARE
UOBIS MEAM SENTENTIAM
SPERABAM ENIM QUOD AETAS
PROLIXIOR LOQUERETUR ET ANNORU̅
MULTITUDO DOCERET SAPIENTIAM
SED UT UIDEO SPS EST IN HOMINIBUS
ET INSPIRATIO OMNIPOTENTIS
DAT INTELLEGENTIAM
NON SUNT LONGEUI SAPIENTES
NEC SENES INTELLEGUNT IUDICIUM
IDEO DICAM · AUDITE ME OSTENDAM
UOBIS ETIAM EGO MEAM SCIENTIA̅
EXPECTAUI ENIM SERMONES
UESTROS · AUDIUI PRUDENTIAM
UESTRAM DONEC DISCEPTA
REMINI SERMONIBUS
ET DONEC PUTABAM UOS ALIQUID
DICERE CONSIDERABAM
SED UT UIDEO NON EST QUI ARGUERE
POSSIT IOB ET RESPONDERE
EX UOBIS SERMONIB· EIUS
NE FORTE DICATIS INUENIMUS SAPIEN
TIAM · DS PROIECIT EUM NON HOMO
NIHIL LOCUTUS EST MIHI ET EGO
NON SECUNDUM UESTROS SERMO
NES RESPONDEBO ILLI
EXTIMUERUNT NON RESPONDERUNT
ULTRA ABSTULERUNTQ· A SE ELOQUIU̅
QUONIAM IGITUR EXPECTAUI
ET NON SUNT LOCUTI · STETERUNT
NEC RESPONDERUNT ULTRA
RESPONDEBO ET EGO PARTEM MEA̅
ET OSTENDAM SCIENTIAM MEAM
PLENUS SUM ENIM SERMONIBUS
ET COARTAT ME SPS UTERI MEI ·

ħp PRO FRUMENTO ORIATUR MIHI TRIBULUS ET PRO HORDEO SPINA ·

EN UENTER MEUS QUASI MUSTUM
ABSQ· SPIRACULO QUOD LAGUNCULAS
NOUAS DISRUMPIT
LOQUAR ET RESPIRABO PAULULUM
APERIAM LABIA MEA ET RESPONDEBO
NON ACCIPIAM PERSONAM UIRI
ET D͞M HOMINI NON AEQUABO
NESCIO ENIM QUAMDIU SUBSISTAM
ET SI POST MODICUM TOLLAT ME
FACTOR MEUS
XXXIII AUDI IGITUR IOB ELOQUIA MEA ET OM
NES SERMONES MEOS AUSCULTA
ECCE APERUI OS MEUM LOQUATUR
LINGUA MEA IN FAUCIB· MEIS
SIMPLICI CORDE MEO SERMONES
MEI ET SENTENTIAM LABIA MEA
PURA LOQUENTUR
SPS DI FECIT ME ET SPIRACULUM
OMNIPOTENTIS UIUIFICAUIT ME
SI POTES RESPONDE MIHI ET AD
UERSUS FACIEM MEAM CONSISTE
ECCE ME SICUT ET TE FECIT DS
ET DE EODEM LUTO EGO QUOQ·
FORMATUS SUM
UERUMTAMEN MIRACULUM MEU͞
NON TE TERREAT· ET ELOQUEN
TIA MEA NON SIT TIBI GRAUIS
DIXISTI ERGO IN AURIB· MEIS· ET UOCE͞
UERBORUM TUORUM AUDIUI
MUNDUS SUM EGO ABSQ· DELICTO
INMACULATUS ET NON EST
INIQUITAS IN ME
QUIA QUAERELLAS IN ME REPPERIT
IDEO ARBITRATUS EST ME INIMICU͞ SIBI
POSUIT IN NERUO PEDES MEOS CUS
TODIUIT OMNES SEMITAS MEAS
HOC EST ERGO IN QUO NON ES
IUSTIFICATUS
RESPONDEBO TIBI QUIA MAIOR SIT
DS HOMINE
ADUERSUM EUM CONTENDIS
QUOD NON AD OMNIA UERBA
RESPONDERIT TIBI
SEMEL LOQUITUR DS ET SECUNDO
IPSUM NON REPETET
PER SOMNIUM IN UISIONE NOCTURNA
QUANDO INRUIT SOPOR SUPER
HOMINES ET DORMIUNT IN LECTULO
TUNC APERIT AURES UIRORUM
ET ERUDIENS EOS INSTRUIT DISCIPLINA͞
UT AUERTAT HOMINEM AB HIS QUAE FACIT
ET LIBERET EUM DE SUPERBIA
ERUDIENS ANIMAM EIUS A CORRUPTIO
NE ET UITAM ILLIUS UT NON
TRANSEAT IN GLADIUM
INCREPAT QUOQ· PER DOLOREM
IN LECTULO· ET OMNIA OSSA EIUS
MARCESCERE FACIT
ABOMINABILIS EI FIT IN UITA SUA PANIS
ET ANIMAE ILLIUS CIBUS ANTE DESIDERABILIS
TABESCET CARO EIUS ET OSSA QUAE
TECTA FUERANT NUDABUNTUR
ADPROPINQUAUIT CORRUPTIONI
ANIMA EIUS ET UITA ILLIUS MORTIFERIS
SI FUERIT PRO EO ANGELUS LOQUENS
UNUM DE MILIB· UT ANNUNTIET
HOMINIS AEQUITATEM
MISEREBITUR EIUS ET DICET LIBERA
EUM ET NON DESCENDAT IN CORRUP
TIONE INUENI IN QUO EI PROPITIER
CONSUMPTA EST CARO EIUS A SUPPLI
CIIS· REUERTATUR AD DIES
ADULESCENTIAE SUAE
DEPRAECABITUR D͞M ET PLACABILIS
EI ERIT· ET UIDEBIT FACIEM EIUS
IN IUBILO ET REDDET HOMINI
IUSTITIAM SUAM
RESPICIET HOMINES· ET DICET
PECCAUI ET UERE DELIQUI
ET UT ERAM DIGNUS NON RECIPI
LIBERAUIT ANIMAM SUAM NE PERGE
RET IN INTERITUM SED UIUENS
LUCEM UIDERET
ECCE HAEC OMNIA OPERATUR DS
TRIB· UICIB· PER SINGULOS
UT REUOCET ANIMAS EORUM A CORRUP
TIONE ET INLUMINET LUCE UIUENTIU͞
ADTENDE IOB ET AUDI ME ET TACE

dum ego loquar
si autem habes quod loquaris
responde mihi loquere
uolo enim te apparere iustum
quod si non habes audi me tace
et docebo te sapientiam
XXXIIII Pronuntians itaq· heliu etiam
haec locutus est
audite sapientes uerba mea
et eruditi auscultate me
auris enim uerba probat et gut
tur escas gustu diiudicat
iudicium eligamus nobis et inter
nos uideamus quid sit melius
quia dixit iob iustus sum et ds̄
subuertit iudicium meum
in iudicando enim me mendaciū
est uiolenta sagitta mea
absq· ullo peccato
quis est uir ut est iob qui bibit
subsannationem quasi aquam
qui graditur cum operantibus
iniquitatem et ambulat
cum uiris impiis
dixit enim non placebit uir dō
etiam si cucurrerit cum eo
ideo uiri cordati audite me
absit a dō impietas et ab omni
potente iniquitas
opus enim hominis reddet ei
et iuxta uias singulorum
restituet
uere enim ds̄ non condemnauit
frustra nec omnipotens
subuertet iudicium
quem constituit alium super
terram aut quem posuit
super orbem quem
fabricatus est
si direxerit ad eum cor suum spm̄
illius et flatum ad se trahet
deficiet omnis caro simul
et homo in cinerem reuertitur
si habes ergo intellectum

audi quod dicitur et ausculta
uocem eloquii mei
numquid qui non amat iudiciū
sanari potest et quomodo tu
eum qui iustus est in tantum
condemnas
qui dicit regi apostata qui
uocat duces impios
qui non accipit personas principū
nec cognouit tyrannum cum
disceptaret contra pauperē
opus enim manuum eius sunt
uniuersi subito morientur
et in media nocte
turbabuntur populi et per
transibunt et auferent
uiolentum absq· manu
oculi enim eius super uias hominū
et omnes gressus eorum
considerat
non sunt tenebrae et non est
umbra mortis ut abscondan
tur ibi qui operantur iniquitatē
neq· enim ultra in hominis
potestate est ut ueniat
ad dm̄ in iudicium
conteret multos innumera
biles et stare faciet
alios pro eis
nouit enim opera eorum
et idcirco inducit eos noctem
et conterentur
quasi impios percussit eos
in loco uidentium
qui quasi de industria recesse
runt ab eo et omnes uias eius
intellegere noluerunt
ut peruenire facerent ad eum
clamorem egeni et audiret
uocem pauperum
ipso enim concedente pacem
quis est qui condemnet
ex quo absconderit uultum
quis est qui contempletur eū

ET SUPER GENTEM ET SUPER
OMNES HOMINES
QUI REGNARE FACIT HOMINEM
HYPOCRITAM PROPTER
PECCATA POPULI
QUIA ERGO EGO LOCUTUS SUM AD DNM
TE QUOQ· NON PROHIBEBO
SI ERRAUI TU DOCE ME SI INIQUITATEM
LOCUTUS SUM ULTRA NON ADDAM
NUMQUID A TE DS EXPETIT EAM
QUIA DISPLICUIT TIBI
TU ENIM COEPISTI LOQUI ET NON EGO
QUOD SI QUID NOSTI MELIUS LOQUERE
UIRI INTELLEGENTES LOQUANTUR
MIHI· ET UIR SAPIENS AUDIAT ME
IOB AUTEM STULTAE LOCUTUS EST
ET UERBA ILLIUS NON SONANT
DISCIPLINAM
PATER MI PROBETUR IOB USQ· AD FINEM
NE DESINAS IN HOMINIB· INIQUITATIS
QUIA ADDIT SUPER PECCATA SUA
BLASPHEMIAM
INTER NOS INTERIM CONSTRINGATUR
ET TUNC AD IUDICIUM PROUOCET
SERMONIB· SUIS DM

\+ XXX / XXXV IGITUR HELIU HAEC RURSUS
LOCUTUS EST
NUMQUID AEQUA TIBI UIDETUR
TUA COGITATIO UT DICERES
IUSTIOR DO SUM
DIXISTI ENIM NON TIBI PLACET
QUOD RECTUM EST· UEL QUID
TIBI PRODERIT SI EGO PECCAUERO
ITAQ· EGO RESPONDEBO SERMONIB·
TUIS ET AMICIS TUIS TECUM
SUSPICE CAELUM ET INTUERE
ET CONTEMPLARE AETHERA
QUOD ALTIOR TE SIT
SI PECCAUERIS QUID EI NOCEBIS
ET SI MULTIPLICATAE FUERINT
INIQUITATES TUAE QUID FACIES
CONTRA EUM
PORRO SI IUSTE EGERIS QUID DONA
BIS EI AUT QUID DE MANU TUA ACCI
PIET
HOMINI QUI SIMILIS TUI EST
NOCEBIT IMPIETAS TUA ET FILIUM
HOMINIS ADIUUABIT IUSTITIA TUA
PROPTER MULTITUDINEM CALUM
NIATORUM CLAMABUNT
ET HEIULABUNT PROPTER UIM
BRACHII TYRANNORUM
ET NON DIXIT UBI EST DS QUI FECIT ME
QUI DEDIT CARMINA IN NOCTE
QUI DOCET NOS SUPER IUMENTA
TERRAE ET SUPER UOLUCRES
CAELI ERUDIET NOS
IBI CLAMABUNT ET NON EXAUDIET
PROPTER SUPERBIAM MALORUM
NON ERGO FRUSTRA AUDIET DS
ET OMNIPOTENS SINGULORUM
CAUSAS INTUEBITUR
ETIAM CUM DIXERIS NON CONSIDE
RAT IUDICARE CORAM EO
ET EXPECTA EUM
NUNC ENIM NON INFERT FUROREM SUUM
NEC ULCISCITUR SCELUS UALDE
ERGO IOB FRUSTRA APERUIT OS SUUM
ET ABSQ· SCIENTIA UERBA MULTIPLICAT

XXXI / XXXVI ADDENS QUOQ· HELIU HAEC
LOCUTUS EST
SUSTINE PAULULUM ET INDICABO
TIBI· ADHUC ENIM HABEO
QUOD PRO DO LOQUAR
REPETAM SCIENTIAM MEAM
A PRINCIPIO ET OPERATOREM
MEUM PROBABO IUSTUM
UERE ENIM ABSQUE MENDACIO
SERMONES MEI ET PERFECTA
SCIENTIA PROBABITUR TIBI
DS POTENTES NON ABICIT CUM IPSE
SIT POTENS
SED NON SALUAT IMPIOS ET IUDICIUM
PAUPERIB· TRIBUET
NON AUFERET A IUSTO OCULOS SUOS
ET REGES IN SOLIO CONLOCAT
IN PERPETUUM ET ILLI ERIGUNTUR
ET SI FUERINT IN CATENIS ET UINCIAN
TUR FUNIB· PAUPERTATIS

INDICABIT EIS OPERA EORUM ET SCE
LERA EORUM QUIA UIOLENTI FUERINT
REUELABIT QUOQ· AUREM EORUM
UT CORRIPIAT ET LOQUETUR
UT REUERTANTUR AB INIQUITATE
SI AUDIERINT ET OBSERBAUERINT
CONPLEBUNT DIES SUOS IN BONO
ET ANNOS SUOS IN GLORIA
SI AUTEM NON AUDIERINT TRANS
IBUNT PER GLADIUM ET CON
SUMENTUR IN STULTITIA
SIMULATORES ET CALLIDI PRO
UOCANT IRAM DĪ NEQ· CLAMA
BUNT CUM UINCTI FUERINT
MORIETUR IN TEMPESTATE ANI
MA EORUM INTER EFFEMINATOS
ERIPIET PAUPEREM DE ANGUSTIA
SUA ET REUELABIT IN TRIBULA
TIONE AUREM EIUS
IGITUR SALUABIT TE DE ORE ANGUSTO
LATISSIME ET NON HABENTIS
FUNDAMENTUM SUBTER SE
REQUIES AUTEM MENSAE TUAE
ERIT PLENA PINGUEDINE
CAUSA TUA QUASI IMPII IUDICATA EST
CAUSAM IUDICIUMQ· RECIPIES
NON TE ERGO SUPERET IRA UT ALIQUEM
OPPRIMAS NE MULTITUDO
DONORUM INCLINET TE
DEPONE MAGNITUDINEM TUAM
ABSQ· TRIBULATIONE ET OMNES
ROBUSTOS FORTITUDINE NE PRO
TRAHAS NOCTEM UT ASCENDANT
POPULI PRO EIS
CAUE NE DECLINES AD INIQUITATEM
HANC ENIM COEPISTI SEQUI
POST MISERIAM
ECCE DS̄ EXCELSUS IN FORTITUDINE
SUA ET NULLUS EI SIMILIS
IN LEGIS LATORIBUS
QUIS POTERIT SCRUTARI UIAS EIUS
AUT QUIS EI DICERE POTEST
OPERATUS ES INIQUITATEM
MEMENTO QUOD IGNORES OPUS EIUS

DE QUO CECINERUNT UIRI
OMNES HOMINES UIDENT EUM
UNUSQUISQ· INTUETUR PROCUL
ECCE DS̄ MAGNUS UINCENS SCIENTIAM
NOSTRAM NUMERUS ANNORUM
EIUS INAESTIMABILIS
QUI AUFERT STILLAS PLUUIAE
ET EFFUNDIT IMBRES AD INSTAR
GURGITUM
QUI DE NUBIB· FLUUNT QUAE PRAE
TEXUNT CUNCTA DESUPER
SI UOLUERIT EXTENDERE NUBES
QUASI TENTORIUM SUUM·
ET FULGURARE LUMINE SUO
DESUPER· CARDINES QUOQUE
MARIS OPERIET
PER HAEC ENIM IUDICAT POPULOS
ET DAT ESCAS MULTIS MORTALIBUS
IN MANIB· ABSCONDIT LUCEM ET PRAE
CEPIT EI UT RURSUS ADUENIAT
ANNUNTIAT DE EA AMICO SUO QUOD
POSSESSIO EIUS SIT ET AD EAM
POSSIT ASCENDERE
XXXVII SUPER HOC EXPAUIT COR MEUM
ET MOTUM EST DE LOCO SUO
AUDITE AUDITIONEM IN TERRO
RE UOCIS EIUS· ET SONŪ
DE ORE ILLIUS PROCEDENTEM
SUB OMNES CAELOS
IPSE CONSIDERAT ET LUMEN
ILLIUS SUPER TERMINOS TERRAE
POST EUM RUGIET SONITUS TONABIT
UOCE MAGNITUDINIS SUAE
ET NON INUESTIGABITUR CUM AUDI
TA FUERIT UOX EIUS
TONAUIT DS̄ IN UOCE SUA MIRABILITER
QUI FECIT MAGNA ET INSCRUTABILIA
QUI PRAECIPIT NUBI UT DESCENDAT
IN TERRAM IN HIEME PLUUIIS
ET IMBRI FORTITUDINIS SUAE
QUI IN MANU OMNIUM HOMINUM
SIGNAT UT NOUERINT SINGULI
OPERA SUA
INGREDIETUR BESTIA LATIBULUM

ETINANTROSUOMORABITUR
ABINTERIORIB·EGREDIETURTEMPE
STAS ETABARCTUROFRIGUS
FLANTEDO CONCRESCITGELU
ETRURSUM LATISSIMAE
FUNDUNTUR AQUAE
FRUMENTUM DESIDERATNUBES
ETNUBESSPARGUNTLUMENSUU
QUAELUSTRANT PERCIRCUITUM
QUOCUMQ·EASUOLUNTASGUBER
NANTIS DUXERIT
ADOMNE QUODPRAECEPERITILLIS
SUPERFACIEMORBISTERRARUM
SIUEINUNATRIBU SIUEINTERRASUA
SIUEINQUOCUMQ·LOCOMISERI
CORDIAESUAEEASIUSSERITEUENIRE
AUSCULTAHAEC IOB STA ETCON
SIDERA MIRACULADI
NUMQUIDSCIS QUANDOPRAECEPERIT
DS PLUUIIS UTOSTENDERENTLUCE
NUBIUM EIUS
NUMQUIDNOSTISEMITASNUBIUM
MAGNAS ETPERFECTASSCIENTIAS
NONNEUESTIMENTATUA
CALIDASUNT
CUM PERFLATAFUERITTERRA
AUSTRO
TUFORSITAN CUMEO FABRICATUS
ES CAELOS QUISOLIDISSIMI
QUASIAERE FUSISUNT
OSTENDENOBIS QUIDDICAMUSILLI
NOSQUIPPEINUOLUIMURTENEBRIS
QUISNARRAUITEI QUAELOQUOR
ETIAM SILOCUTUS FUERITHOMO
DEUORABITUR
ATNUNC NONUIDENTLUCEM SUBITO
AER COGITUR INNUBES·ETUENTUS
TRANSIENS FUGAUIT EAS
ABAQUILONEAURUM UENITETADDM
FORMIDOLOSA LAUDATIO
DIGNEEUM INUENIRENONPOSSUMUS
MAGNUS FORTITUDINEETIUDICIO
ETIUSTITIAETENARRARINONPOTEST
IDEOTIMEBUNT EUM UIRI ETNON
UIDEBUNT CONTEMPLARIOMNES
QUISIBIUIDENTURESSESAPIENTES
XXXII XXVIII RES PONDENSAUTEMDNS IOB
DETURBINEDIXIT
QUISEST ISTE INUOLUENSSENTEN
TIAS SERMONIBUS IMPERITIS
ACCINGE SICUTUIR LUMBOSTUOS
INTERROGABOTE ETRESPONDEMIHI
UBIERAS QUANDO PONEBAMFUNDA
MENTATERRAE INDICAMIHI
SIHABESINTELLEGENTIAM
QUISPOSUITMENSURAS EIUSSINOSTI
UELQUISTETENDITSUPEREAMLINEA
SUPERQUOBASESILLIUSSOLIDA
TAESUNT AUTQUISDIMISITLAPIDE
ANGULAREMEIUS
CUMME LAUDARENT SIMULASTRA
MATUTINA ETIUBILARENT
OMNES FILIIDI
QUISCONCLUSITOSTEISMAREQUANDO
ERUMPEBATQUASIDEUULUAPROCEDENS
CUMPONEREMNUBEM UESTIMEN
TUMEIUS· ETCALIGINEILLUD
QUASIPANNISINFANTIAE
OBUOLUEREM
CIRCUMDEDIILLUD TERMINISMEIS
ETPOSUIUECTEM ETOSTIA
ETDIXIUSQ·HUC UENIES ETNONPROCEDESAMPLIUS
TUMENTES FLUCTUSTUOS [ETHICCONFRINGES]
NUMQUID POST ORTUMTUUM
PRAECEPISTIDILUCULO ETOSTEN
DISTIAURORAE LOCUMSUUM
ETTENUISTI CONCUTIENSEXTREMA
TERRAE ETEXCUSSISTIIMPIOSEXEA
RESTITUETUR UTLUTUM SIGNACULUM
ETSTA BITSICUTUESTIMENTUM
AUFERETUR ABIMPIIS LUXSUA
ETBRACHIUM EXCELSUM
CONFRINGETUR
NUMQUIDINGRESSUSES PROFUNDA
MARIS ETINNOUISSIMIS
ABYSSI DEAMBULASTI
NUMQUIDAPERTAETIBISUNTPORTAE
MORTIS ETOSTIATENEBROSAUIDI
STI

NUMQUID CONSIDERASTI LATITUDI
NES TERRAE INDICA MIHI
SI NOSTI OMNIA
IN QUA UIA HABITET LUX ET TENE
BRARUM QUIS LOCUS SIT
UT DUCAS UNUMQUODQ· AD TERMINOS SUOS
ET INTELLEGAS SEMITAS DOMUS EIUS
SCIEBAS TUNC QUANDO NASCITURUS
ESSES · ET NUMERUM DIERUM
TUORUM NOUERAS
NUMQUID INGRESSUS ES THESAUROS
NIUIS AUT THESAUROS GRANDINIS
ASPEXISTI
QUAE PRAEPARAUI IN TEMPUS HOSTIS
IN DIE PUGNAE ET BELLI
PER QUAM UIAM SPARGITUR LUX
DIUIDITUR AESTUS SUPER TERRĀ
QUIS DEDIT UEHEMENTISSIMO
IMBRI CURSUM · ET UIAM SONAN
TIS TONITRUI UT PLUERET
SUPER TERRAM
ABSQ· HOMINEM IN DESERTO UBI
NULLUS MORTALIUM COMMORATUR
UT IMPLERET INUIAM ET DESOLATĀ
ET PRODUCERET HERBAS UIRENTES
QUIS EST PLUUIAE PATER UEL QUIS
GENUIT STILLAS RORIS
DE CUIUS UTERO EGRESSA EST GLACIES
ET GELU DE CAELO QUIS GENUIT
IN SIMILITUDINEM LAPIDIS AQUAE
DURANTUR ET SUPERFICIES
ABYSSI CONSTRINGITUR
NUMQUID CONIUNGERE UALEBIS
MICANTES STELLAS PLIADIS
AUT GYRUM ARCTURI POTERIS
DISSIPARE
NUMQUID PRODUCIS LUCIFERUM
IN TEMPORE SUO ET UESPERŪ
SUPER FILIOS TERRAE CONSUR
GERE FACIS
NUMQUID NOSTI ORDINEM CAELI
ET PONES RATIONEM EIUS IN TERRA
NUMQUID ELEUABIS IN NEBULA
UOCEM TUAM ET IMPETUS
AQUARUM OPERIET TE
NUMQUID MITTIS FULGURA ET IBUNT
ET REUERTENTIA DICENT TIBI
ADSUMUS
QUIS POSUIT IN UISCERIB· HOMINIS
SAPIENTIAM UEL QUIS DEDIT
GALLO INTELLEGENTIAM
QUIS ENARRAUIT CAELORUM RATIO
NEM ET CONCENTUM CAELI
QUIS DORMIRE FACIT
QUANDO FUNDEBATUR PULUIS IN TER
RAM ET GLEBAE CONPINGEBANTUR
NUMQUID CAPIES LEAENAE PRAEDĀ
ET ANIMAM CATULORUM EIUS
IMPLEBIS
QUANDO CUBANT IN ANTRIS
ET IN SPECUBUS INSIDIANTUR
QUIS PRAEPARAT CORUO ESCAM SUĀ
QUANDO PULLI EIUS AD DM̄ CLAMANT
UAGANTES EO QUOD NON HABE
ANT CIBOS
XXXIX NUMQUID NOSTI TEMPUS PARTUS
IBICUM IN PETRIS UEL PAR
TURIENTES CERBAS OBSERUASTI
DINUMERASTI MENSES CONCEP
TUS EARUM ET SCISTI TEMPUS
PARTUS EARUM
INCURUANTUR AD FETUM ET PARIUNT
ET RUGITUS EMITTUNT
SEPARANTUR FILII EARUM
ET PERGUNT AD PASTUM
EGREDIUNTUR ET NON REUER
TUNTUR AD EAS
QUIS DIMISIT ONAGRUM LIBERUM
ET UINCULA EIUS QUIS SOLUIT
CUI DEDI IN SOLITUDINE DOMUM
ET TABERNACULA EIUS
IN TERRA SALSUGINIS
CONTEMNIT MULTITUDINEM
CIUITATIS CLAMOREM EXACTORIS
NON AUDIT
CIRCUMINSPICIT MONTES PASCU
AE SUAE ET UIRENTIA QUAEQUE
PERQUIRIT

numquid volet rinoceros servire
tibi aut morabitur ad prae
sepe tuum
numquid alligabis rinocerota
ad arandum loro tuo aut con
fringet glebas uallium post te
numquid fiduciam habebis
in magna fortitudine eius
et derelinques ei labores tuos
numquid credis ei quoniam red
dat sementem tibi · et aream
tuam congreget
pinna strutionum similis est
pinnis erodii et accipitris
quando derelinquit in terra
ova sua tu forsitan in pulvere
calefacis ea
obliviscetur quod pes concul
cet ea aut bestiae agri conterant
duratur ad filios suos quasi
non sint sui · frustra labora
vit nullo timore cogente
privavit enim eam ds sapientia
nec dedit illi intellegentiam
cum tempus fuerit in altum
alas erigit deridet equitē
et ascensorem eius
numquid praebebis equo
fortitudinem aut circum
dabis collo eius hinnitum
numquid suscitabis eum quasi
lucustas gloria narium eius
terror
terrā ungula fodit · exultat
audacter in occursum
pergit armatis
contemnit pavorem nec
cedit gladio
super ipsum sonavit pharetra
vibratur hasta et clypeus
fervens et fremens
sorbet terram nec reputat
tubae sonare clangorem
ubi audierit bucina dicet va

procul odoratur bellum exhorta
tionem ducum et ululatum
exercitus
numquid per sapientiam tuam
plumescit accipiter expandens
alas suas ad austrum
aut ad praeceptum tuum eleva
bitur aquila et in arduis
ponet nidum suum
in petris manet et in praeruptis
silicib· commoratur atque
inaccesis rupibus
inde contemplatur escam et de
longe oculi eius respiciunt
pulli eius lambunt sanguinem
et ubicumq· cadaver fuerit
statim adest
et adiecit dns et locutus est
ad iob
numquid qui contendit cum dō
tam facile conquiescit
utiq· qui arguit dm debet
respondere ei
XXXIII Respondens autem iob dno dixit
qui leviter locutus sum respon
dere quid possum
ponam et manum meam super os meū
unum locutus sum quod utinam
non dixissem · et alterum
quib· ultra nihil addam
XXXIIII XXXX Respondens autem dns iob
de turbine dixit
accinge sicut vir lumbos tuos
interrogabo te et dic mihi
numquid irritum facis iudicium
meum et condemnabis me
ut tu iustificeris
et si habes brachium sicut ds
et si voce simili tonas
circumda tibi decorem et in
sublime erigere et esto
gloriosus et speciosis
induere vestibus
disperge superbos furore tuo

ET RESPICIENS OMNEM ARROGAN
TEM HUMILIA
RESPICE CUNCTOS SUPERBOS ET CON
FUNDE EOS ET CONTERE IMPIOS
IN LOCO SUO
ABSCONDE EOS IN PULUERE SIMUL
ET FACIES EORUM DEMERGE
IN FOUEAM
ET EGO CONFITEBOR QUOD SALUARE
TE POSSIT DEXTERA TUA
ECCE UEHEMOTH QUEM FECI TECU͞
FAENUM QUASI BOS COMEDET
FORTITUDO EIUS IN LUMBIS EIUS
ET UIRTUS ILLIUS IN UMBILICIS
UENTRIS EIUS
CONSTRINGIT CAUDAM SUAM
QUASI CEDRUM NERUI TESTICULO
RUM EIUS PERPLEXI SUNT
OSSA EIUS UELUT FISTULAE AERIS
CARTILLAGO ILLIUS QUASI
LAMMINAE FERREAE
IPSE PRINCIPIUM EST UIARUM D͞I
QUI FECIT EUM AD PLI CAUIT
GLADIUM EIUS
HUIC MONTES HERBAS FERUNT OM
NES BESTIAE AGRI LUDENT IBI
SUB UMBRA DORMIT IN SECRETO
CALAMI ET LOCIS UMENTIBUS
PROTEGUNT UMBRAE UMBRAM EIUS
CIRCUMDABUNT EUM SALICES
TORRENTIS
ECCE ABSORUEBIT FLUUIUM ET NON
MIRABITUR HABET FIDUCIAM
QUOD INFLUAT IORDANIS IN OS EIUS
IN OCULIS EIUS QUASI HAMO CAPIET EU͞
ET IN SUDIB· PERFORAUIT NARES EIUS
AN EXTRAHERE POTERIS LEUIATHAN
HAMO ET FUNE LIGABIS LINGUAM
EIUS
NUMQUID PONES CIRCULUM IN NARI
B· EIUS ET ARMILLA PERFORABIS
MAXILLAM EIUS
NUMQUID MULTIPLICABIT AD TE
PRAECES AUT LOQUETUR TIBI MOL
LIA

NUMQUID FERIET TECUM PACTU͞
ET ACCIPIES EUM SERUUM
SEMPITERNUM
NUMQUID INLUDIS EI QUASI AUI
AUT LIGABIS ILLUM ANCILLIS TUIS
CONCIDENT EUM AMICI DIUIDENT
ILLUM NEGOTIATORES
NUMQUID IMPLEBIS SAGINA͞S PEL
LE EIUS ET GURGUSTIUM
PISCIUM CAPITE ILLIUS
PONE SUPER EUM MANUM TUAM
MEMENTO BELLI NEC ULTRA
ADDAS LOQUI
ECCE SPES EIUS FRUSTRABITUR EU͞
ET UIDENTIB· CUNCTIS
PRAECIPITABITUR
XLI NON QUASI CRUDELIS SUSCITABO
EUM QUIS ENIM POTEST
RESISTERE UULTUI MEO
QUIS ANTE DEDIT MIHI UT REDDA͞
EI OMNIA QUAE SUB CAELO SUNT
MEA SUNT
NON PARCAM EI ET UERBIS POTEN
TIB· ET AD DEPRAECANDUM
COMPOSITIS
QUIS REUELABIT FACIEM INDU
MENTI EIUS ET IN MEDIUM
ORIS EIUS QUIS INTRABIT
PORTAS UULTUS EIUS QUIS APERIET
ET PER GYRUM DENTIUM EIUS
FORMIDO
CORPUS ILLIUS QUASI SCUTA
FUSILIA ET CONPACTUM SQUA
MIS SE PRAEMENTI BUS
UNA UNI CONIUNGITUR ET NE SPI
RACULUM QUIDEM INCIDIT
PER EAS
UNA ALTERI ADHAEREBUNT ET TE
NENTES SE NEQUAQUAM
SEPARA BUNTUR
STERNUTATIO EIUS SPLEN
DOR IGNIS ET OCULI EIUS
UT PALPHEBRAE DELUCULI
DE ORE EIUS LAMPADES PROCE
DUNT

SICUT TAEDAE IGNIS ACCENSAE
DE NARIB. EIUS PROCEDIT FUMUS
SICUT OLLAE SUCCENSAE
ATQ. FERUENTIS
HALITUS EIUS PRUNAS ARDERE FACIT
ET FLAMMA DE ORE EIUS EGREDITUR
IN COLLO EIUS MORABITUR FORTITU
DO ET FACIEM EIUS PRAECEDET
EGESTAS
MEMBRA CARNIUM EIUS COHEREN
TIA SIBI
MITTE CONTRA EUM FULMINA ET AD
LOCUM ALIUM NON FERENTUR
COR EIUS INDURABITUR QUASI LAPIS
ET STRINGITUR QUASI MALLEA
TORIS INCUS
CUM SUBLATUS FUERIT TIMEBUNT
ANGELI ET TERRITI PURGABUNTUR
CUM ADPREHENDERIT EUM GLADIUS
SUBSISTERE NON POTERIT
NEQ. HASTA NEQ. THORAX
REPUTABIT ENIM QUASI PALEAS
FERRUM ET QUASI LIGNUM
PUTRIDUM AES
NON FUGAUIT EUM UIR SAGITTARIUS
IN STIPULAM UERSI SUNT
ET LAPIDES FUNDAE
QUASI STIPULAM AESTIMAUIT MALLEUM
ET DERIDEBIT UIBRANTEM HASTAM
SUB IPSO ERUNT RADII SOLIS STERNIT
SIBI AURUM QUASI LUTUM
FERBESCERE FACIT QUASI OLLAM
PROFUNDUM MARE PONET
QUASI CUM UNGENTA BULLIUNT
POST EUM LUCEBIT SEMITA
AESTIMAUIT ABYSSUM
QUASI SENESCENTEM
NON EST SUPER TERRAM POTES
TAS QUAE CONPARETUR EI QUI
FACTUS EST UT NULLUM
TIMERET
OMNE SUBLIME UIDET
IPSE EST REX SUPER UNIUERSOS
FILIOS SUPERBIAE

XXXV / XLII RESPONDENS AUTEM IOB DNO DIXIT
SCIO QUIA OMNIA POTES ET NULLA TE
LATET COGITATIO
QUIS EST ISTE QUI CELAT CONSILIUM
ABSQ. SCIENTIA
IDEO INSIPIENTER LOCUTUS SUM
ET QUAE ULTRA MODUM EXCEDE
RENT SCIENTIAM MEAM
AUDI ET EGO LOQUAR INTERROGABO
ET OSTENDE MIHI
AUDITU AURIS AUDIUI TE NUNC AUTEM
OCULUS MEUS UIDET TE
IDCIRCO IPSE ME REPREHENDO
ET AGO PAENITENTIAM IN FAUILLA
ET CINERE
XXXVI POST QUAM AUTEM LOCUTUS EST
DNS UERBA HAEC AD IOB
DIXIT AD ELIPHAZ THEMANITEN
IRATUS EST FUROR MEUS IN TE ET IN
DUOS AMICOS TUOS QUONIAM
NON ESTIS LOCUTI CORAM ME
RECTUM SICUT SERUUS MEUS IOB
SUMITE IGITUR UOBIS SEPTEM
TAUROS ET SEPTEM ARIETES
ET ITE AD SERUUM MEUM IOB
ET OFFERT HOLOCAUSTUM
PRO UOBIS
IOB AUTEM SERUUS MEUS ORAUIT
PRO UOBIS
FACIEM EIUS SUSCIPIAM UT NON
UOBIS IMPUTETUR STULTITIA
NEQ. ENIM LOCUTI ESTIS AD ME RECTA
SICUT SERUUS MEUS IOB
ABIERUNT ERGO ELIPHAZ THEMANITES
ET BALDAD SUITES ET SOPHAR NA
AMATHITES
ET FECERUNT SICUT LOCUTUS FUERAT
AD EOS DNS ET SUSCEPIT DNS
FACIEM IOB
DNS QUOQ. CONUERSUS EST AD PAENI
TENTIAM IOB CUM ORARET ILLE
PRO AMICIS SUIS
ET ADDIDIT DNS OMNIA QUAECUMQ.
FUERANT IOB DUPLICIA

UENERUNT AUTEM AD EUM OMNES
FRATRES SUI
ET UNIUERSAE SORORES SUAE ET CUNC
TI QUI NOUERANT EUM PRIUS
ET COMEDERUNT CUM EO PANEM
IN DOMO EIUS
ET MOUERUNT SUPER EUM CAPUT
ET CONSOLATI SUNT EUM SUPER
OMNI MALO QUOD INTULERAT DÑS
SUPER EUM
ET DEDERUNT EI UNUSQUISQ. OUEM
UNAM ET INAUREM AUREAM UNAM
DÑS AUTEM BENEDIXIT NOUISSIMIS IOB
MAGIS QUAM PRINCIPIO EIUS
ET FACTA SUNT EI QUATTUORDECIM
MILIA OUIUM · ET SEX MILIA CAME
LORUM · ET MILLE IUGA BOUM
ET MILLE ASINAE
ET FUERUNT EI SEPTEM FILII ET FILIAE
TRES · ET UOCAUIT NOMEN UNIUS
DIEM · ET NOMEN SECUNDAE CASSIA
ET NOMEN TERTIAE CORNUSTIBII
NON SUNT AUTEM INUENTAE MULIE
RES SPECIOSAE SICUT FILIAE IOB
IN UNIUERSA TERRA
DEDITQ. EIS PATER SUUS HEREDITATE̅
INTER FRATRES EARUM
UIXIT AUTEM IOB POST HAEC CENTU̅
QUADRAGINTA ANNIS · ET OMNES
ANNI UITAE EIUS FUERUNT
DUCENTI QUADRAGINTA OCTO
ET UIDIT FILIOS SUOS ET FILIOS FILIO
RUM SUORUM USQ. AD QUARTAM
GENERATIONEM
ET MORTUUS EST SENEX ET PLENUS
DIERUM · AMEN ·

INCIPIT PRO
LOGUS THOBIAE

CHROMATIO et heliodoro episcopis hiero
nymus in dño salutem. mirari non desino exactio
nis uestrae instantiam. exigitis enim ut librum
caldaeo sermone conscriptum ad latinum
stilum trahan. librum utiq. thobiae quem
hebraei de catalogo diuinarum scripturarum
secantes. his quae agiographa memorant
manciparunt. fecisatis desiderio uestro
non tamen meo studio. arguunt enim nos
hebraeorum studia. et inputant nobis
contra suum canonem latinorum auribus
ista transferre. sed melius esse iudicans
pharisaeorum displicere iudicio et episco
porum iussionib. deseruire institi ut potui
et quia uicina est chaldaeorum lingua ser
moni hebraico. utriusq. linguae peritissi
mum loquacem repperiens unius diei
laborem arripui et quicquid ille mihi
hebraeicis uerbis expressit haec ego accito
notario sermonib. latinis exposui. orátio
nibus uestris mercedem huius compensa
bo cum gratum uobis didicero me
quod iubere estis dignati
complesse.

EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT IPSE LIBER

1 THOBIAS EX TRIBU ET CIUITATE
NEPTHALIM
QUAE EST IN SUPERIORIB· GALILAEAE
SUPRA NAASSON · POST UIAM
QUAE DUCIT AD OCCIDENTEM
IN SINISTRO HABENS CIUITATEM
SEPHET
CUM CAPTUS ESSET IN DIEBUS
SALMANASSAR REGIS ASSYRIORU(M)
IN CAPTIUITATE TAMEN POSITUS
UIAM UERITATIS NON DESERUIT
ITA UT OMNIA QUAE HABERE POTE
RAT COTTIDIE CUM CAPTIUIS
FRATRIB· QUI ERANT EX EIUS
GENERE INPERTIRET
CUMQ· ESSET IUNIOR OMNIBUS
IN TRIBU NEPTHALIM · NIHIL TAMEN
PUERILE GESSIT IN OPERE
DENIQ· CUM IRENT OMNES AD UITU
LOS AUREOS QUOS HIEROBOAM
FECERAT REX ISRL
HIC SOLUS FUGIEBAT CONSORTIA
OMNIUM ET PERGEBAT IN HIERU
SALEM AD TEMPLUM DNI
ET IBI ADORABAT DNM DM SUUM ISRL
OMNIA PRIMITIUA SUA ET DECIMAS
SUAS FIDELITER OFFERENS
ITA UT IN TERTIO ANNO PROSELYTIS
ET ADUENIS MINISTRARET
OMNEM DECIMATIONEM
HAEC ET HIS SIMILIA SECUNDUM
LEGEM DI PUERULUS OBSERUABAT
CUM UERO FACTUS ESSET UIR ACCE
PIT UXOREM ANNAM EX TRIBU SUA
GENUITQ· EX EA FILIUM NOMEN SUU(M)
INPONENS EI
QUEM AB INFANTIA TIMERE DM
DOCUIT ET ABSTINERE
AB OMNI PECCATO
IGITUR CUM PER CAPTIUITATEM
DEUENISSET CUM UXORE SUA
ET FILIUM IN CIUITATEM NINEUE
CUM OMNI TRIBU SUA
ET OMNES EDERENT EX CIBIS GENTILIU(M)
ISTE CUSTODIUIT ANIMAM SUAM
ET NUMQUAM CONTAMINATUS EST
IN ESCIS EORUM
ET QUONIAM MEMOR FUIT DNI
IN TOTO CORDE SUO
DEDIT ILLI DNS GRATIAM IN CONSPEC
TU SALMANASSAR REGIS
ET DEDIT EI POTESTATEM UT QUOCUM
Q· UELLET IRET HABENS LIBERTATE(M)
QUAECUMQ· FACERE UOLUISSET
PERGEBAT ERGO PER OMNES
QUI ERANT IN CAPTIUITATE
ET MONITA SALUTIS DABAT EIS
CUMQ· UENISSET IN RAGES CIUITATE(M)
MEDORUM
ET EX HIS QUIB· HONORATUS FUERAT
A REGE HABUISSET DECEM TALEN
TA ARGENTI
ET CUM IN MULTA GENERIS SUI TURBA
GABELUM EGENTEM UIDERET
QUI ERAT EX TRIBU EIUS
SUB CHIROGRAFO DEDIT ILLI MEMO
RATUM PONDUS ARGENTI
POST MULTUM UERO TEMPORIS
MORTUO SALMANASSAR REGE
CUM REGNARET FILIUS EIUS SENNA
CHERIM PRO EO
ET FILIOS ISRL EXOSOS HABERET
IN CONSPECTU SUO
THOBIAS PERGEBAT PER OMNEM
COGNATIONEM SUAM ET CON
SOLABATUR EOS
DIUIDEBATQ· UNICUIQUE PRO UT
POTERAT DE FACULTATIB· SUIS
ESURIENTES ALEBAT NUDIS
UESTIMENTA PRAEBEBAT
ET MORTUIS ATQ· OCCISIS SEPUL
TURAM SOLLICITUS EXHIBEBAT
DENIQ· CUM REUERSUS ESSET REX
SENNACHERIM FUGIENS A IUDAEA
PLAGAM QUAM CIRCA EUM DS FECE
RAT PROPTER BLASPHEMIAM SUAM
ET IRATUS MULTOS OCCIDERAT
EX FILIIS ISRL THOBIAS SEPELIEBAT

corpora eorum
at ubi nuntiatum est regi iussit eum
occidi et tolli omnem sub
stantiam eius
Thobias uero cum filio suo et cum
uxore fugiens nudus latuit
quia multi diligebant eum
post dies uero quadraginta
et quinque occiderunt regem
filii sui et reuersus est
Thobias ad domum suam
omnisque facultas eius restitu
ta est illi
post haec uero cum esset
dies festus dni
et factum esset prandium bonum
in domo Thobiae
dixit filio suo · uade et adduc
aliquos ex tribu nostra
timentes dm ut epulentur
simul nobiscum
cumque abisset reuersus nuntiat
unum ex filiis isrl iugulatum
iacere in platea
statimque exiliens de accubitu
suo relinquens prandium
ieiunus peruenit ad corpus
tollensque illud portauit ad do
mum suam occulte
ut dum sol occubuisset
caute sepeliret eum
cumque occultasset corpus
manducauit panem
cum luctu et tremore
memorans illum sermonem
quem dixit dns per Amos prophetam
dies festi uestri conuertentur
in luctum et in lamentationem
cum uero sol occubuisset abiit
et sepeliuit eum
arguebant autem illum omnes
proximi sui dicentes
iam huius rei causa interfici iussus
es et uix effugisti mortis imperium

et iterum sepelis mortuos
sed Thobias plus timens dm
quam regem
rapiebat corpora occisorum
et occultabat in domum suam
et mediis noctib· sepeliebat ea
contigit autem ut quadam die
fatigatus a sepultura
in domum suam ueniens iactasset
se iuxta parietem et obdormisset
ex nido hirundinum dormienti illi
calida stercora insiderent
super oculos eius fieretque caecus
hanc autem temptationem ideo
permisit dns euenire illi
ut posteris daretur exemplum
patientiae eius sicut et sci Iob
nam cum ab infantia sua dm timuerit
et mandata eius custodierit
non est contristatus aduersus
dm quod plaga caecitatis
euenerit ei
sed immobilis in di timore
permansit agens gratias
omnib· dieb· uitae suae
nam sicut beato Iob insultabant
reges ita isti parentes
et cognati eius
et inridebant uitam eius dicentes
ubi est spes tua pro qua elemo
sinas faciebas et sepulturas
Thobias autem increpabat eos
dicens
nolite ita loqui quia filii scorum
sumus et uitam illam expec
tamus quam ds daturus est
his qui fidem suam numquam
mutant ab eo
Anna uero uxor eius ibat ad textrinum
opus cottidie
et de labore manuum suarum
uictum quod consequi
poterat deferebat
unde factum est

ut haedum caprarum accipiens
detulisset domi
cuius cum vocem balantis vir eius
audisset dixit
videte ne forte furtivus sit
reddite eum dominis suis
quia non licet nobis aliquid ex fur
to edere aut contingere
ad haec uxor eius irata respondit
manifeste vana facta est spes
tua et elemosynae tuae
modo paruerunt
atq· his et aliis huius modi
verbis exprobrabat ei
III Tunc Thobias ingemuit et coepit
orare cum lacrimis dicens
Iustus es dñe et omnia iudicia
tua iusta sunt
et omnes viae tuae misericordia
et veritas et iudicium
et nunc dñe memor esto mei
et ne vindictam sumas
de peccatis meis
neq· reminiscaris delicta mea
vel parentum meorum
quoniam non oboedivimus
praeceptis tuis
et traditi sumus in direptione̅
et captivitate̅ et morte̅
et in fabulam et in obprobriu̅
omnib· nationib· in quibus
dispersisti nos
et nunc dñe magna iudicia tua
quia non egimus secundum
praecepta tua
et non ambulavimus since
riter coram te
et nunc dñe fac mecum se
cundum voluntatem tua̅
et praecipe in pace recipi
spm meum
expedit enim mihi mori
magis quam vivere
eadem itaq· die contigit

ut Sarra filia Raguhel in civi
tate medorum
et ipsa audiret inproperium
ab una ex ancillis patris sui
quoniam tradita fuerat VII viris
et daemonium nomine Asmodaeus
occiderat eos mox ut ingre
diebantur ad eam
ergo cum pro culpa sua increparet
puellam respondit ei dicens
amplius ex te non videamus
filium aut filiam
interfectrix virorum tuorum
numquid et me occidere vis
sicut iam septem occidisti
ad hanc vocem perrexit in superi
ori cubiculo domus suae
et trib· dieb· et trib· noctibus
non manducavit neq· bibit
sed in oratione persistens
lacrimis depraecabatur dñm
ut ab isto improperio liberaret ea̅
factum est autem tertio die
dum compleret orationem
benedicens dñm dixit
benedictum est nomen tuum
dñe ds patrum nostrorum
qui cum iratus fueris miseri
cordiam facies
et in tempore tribulationis peccata
dimittis his qui invocant te
ad te dñe converto faciem mea̅
ad te oculos meos converto
peto dñe ut de vinculo imprope
rii huius absolvas me
aut certe desuper terram eripi
as me· tu scis dñe quia num
quam concupivi virum
et mundam servavi animam mea̅
ab omni concupiscentia
numquam cum ludentib· miscui
me· neq· cum his qui in levita
te ambulant participem
me praebui

UIRUM AUTEM CUM TIMORE TUO
NON LIBIDINE MEA CONSENSI
SUSCIPERE
ET AUT EGO INDIGNA FUI ILLIS AUT ILLI
MIHI FORSITAN DIGNI NON FUERUNT
QUIA ALIO FORTASSIS UIRO CONSER
UASTI ME
NON EST ENIM IN HOMINIS POTESTA
TE CONSILIUM TUUM
HOC ENIM CERTUM HABET OMNIS
QUI TE COLIT
QUIA UITA EIUS SI IN EXPROBRATIONE
FUERIT CORONABITUR
SI AUTEM IN TRIBULATIONE FUERIT
LIBERABITUR
ET SI IN CORREPTIONE FUERIT AD MISE
RICORDIAM TUAM PERUENIRE LICEBIT
NON ENIM DELECTARIS IN PERDI
TIONIB. NOSTRIS
QUIA POST TEMPESTATEM TRAN
QUILLUM FACIS
ET POST LACRIMATIONEM ET FLETŪ
EXULTATIONEM INFUNDIS
SIT NOMEN TUUM D̄S ISR̄L
BENEDICTUM IN SAECULA
IN ILLO TEMPORE EXAUDITAE SUNT
PRAECES AMBORUM IN CONSPEC
TU GLORIAE SUMMI D̄I
ET MISSUS EST ANGELUS D̄NI S̄C̄S
RAFAHEL UT CURARET AMBOS
QUORUM UNO TEMPORE FUERAT
ORATIO IN CONSPECTU D̄NI RECITATA
IIII IGITUR CUM THOBIAS PUTARET
ORATIONEM SUAM EXAUDIRI
UT POTUISSET MORI
UOCAUIT AD SE THOBIAM FILIUM SUŪ
DIXITQ. EI
AUDI FILI MI UERBA ORIS MEI ET EA
IN CORDE TUO QUASI FUNDAMEN
TUM CONSTRUE
CUM ACCEPERIT D̄S ANIMAM MEAM
CORPUS MEUM SEPELI
ET HONOREM HABEBIS MATRI TUAE
OMNIB. DIEB. UITAE EIUS
MEMOR ENIM ESSE DEBES QUAE
ET QUANTA PERICULA PASSA SIT
PROPTER TE IN UTERO SUO
CUM AUTEM ET IPSA COMPLEBERIT
TEMPUS UITAE SUAE SEPELIS
EAM IUXTA ME
OMNIB. AUTEM DIEB. UITAE TUAE
HABE D̄M IN MENTE
ET CAUE NE ALIQUANDO PECCATO
CONSENTIAS ET PRAETERMIT
TAS PRAECEPTA D̄I NOSTRI
EX SUBSTANTIA TUA FAC ELEMOSYNĀ
ET NOLI AUERTERE FACIEM TUAM
AB ULLO PAUPERE
ITA ENIM FIET UT NEC A TE AUERTA
TUR FACIES D̄NI
QUOMODO POTUERIS ITA ESTO
MISERICORS
SI MULTUM TIBI FUERIT ABUN
DANTER TRIBUE
SI EXIGUUM FUERIT ETIAM EXIGUŪ
LIBENTER STUDE INPERTIRE
PRAEMIUM ENIM BONUM THESAURI
ZAS TIBI IN DIEM NECESSITATIS
QUONIAM ELEMOSYNA AB OMNI
PECCATO ET A MORTE LIBERAT
ET NON PATIETUR ANIMAM IRE
IN TENEBRAS
FIDUCIA MAGNA ERIT CORAM SUMMO
D̄O ELEMOSYNA OMNIBUS
QUI FACIUNT EAM
ATTENDE TIBI FILI MI AB OMNI
FORNICATIONE
ET PRAETER UXOREM TUAM NUMQUĀ
PATIARIS CRIMEN SCIRE
SUPERBIAM AUTEM NUMQUAM
IN SENSU TUO AUT IN UERBO TUO
DOMINARI PERMITTAS
IN IPSA ENIM INITIUM SUMPSIT
OMNIS PERDITIO
QUICUMQ. ALIQUID TIBI OPERATUS
FUERIT STATIM MERCEDEM
EI RESTITUE
ET MERCES MERCENNARII APUD TE

omnino non maneat
quod ab alio odis fieri tibi vide
ne alio tu aliquando facias
panem tuum cum esurientib·
et egenis comede
et de vestimentis tuis nudos tege
panem tuum et vinum super se
pulturam iusti constitue
et noli ex eo manducare et bibere
cum peccatoribus
consilium semper a sapiente
perquire
omni tempore benedic dm̄
et pete ab eo ut vias tuas dirigat
et omnia consilia tua in ipso
permaneant
Indico etiam tibi fili mi dedisse
me decem talenta argenti
dum adhuc infantulus essem
Gabelo in Rages civitatem medorū
et chirografum eius apud me habeo
et ideo perquire quomodo
ad eum pervenias
et recipias ab eo supra memoratū
pondus argenti · et restituas
ei chirografum suum
noli timere fili mi pauperem
quidem vitam gerimus
sed multa bona habebimus
si timuerimus dm̄ · et reces
serimus ab omni peccato
et fecerimus bene
V tunc Thobias dixit
omnia quaecumq; praecepisti
mihi faciam pater
quomodo autem hanc pecuniā
inquiram ignoro
ille me nescit neq; ego illum
quod signum dabo illi
sed neq; viam qua pergatur illuc
aliquando cognovi
tunc pater suus respondit illi
et dixit
chirografum eius penes me habeo
quod dum illi ostenderis
statim restituet
sed perge nunc et inquire tibi
aliquem fidelem virum
qui eat tecum salva mercede
sua ut dum adhuc vivo
recipias eam
tunc egressus Thobias invenit
iuvenem splendidum stan
tem praecinctum
et quasi paratum ad ambulandū
et ignorans quod angelus di esset
salutavit eum et dixit
unde te habemus bone iuvenis
at ille respondit ex filiis isrl̄
et Thobias dixit ei nosti inquit
viam quae ducit in regione
medorum
cui respondit novi et omnia itine
ra eius frequenter ambulavi
et mansi apud Gabelum
fratrem nostrum
qui moratur in Rages civitate
medorum quae posita est
in monte Ecbathanis
cui Thobias ait · sustine me
obsecro donec haec ipsa
nuntiem patri meo
tunc ingressus Thobias indicavit
universa haec patri suo
super quae eam miratus pater
rogat ut introiret ad eum
ingressus itaq; salutavit eum
et dixit
gaudium tibi sit semper
et Thobias ait
quale mihi gaudium erit qui in
tenebris sedeo · et lumen
caeli non video
cui ait iuvenis forti animo esto
in proximo est ut a dn̄o cureris
Thobias ei dixit · numquid pote
ris perducere filium meum
ad Gabelum

INRAGES CIUITATEM MEDORUM
ET CUM REDIERIS RESTITUAM TIBI
MERCEDEM TUAM
CUI DIXIT ANGELUS EGO EUM DUCAM
ET REDUCAM AD TE
THOBIAS RESPONDIT ROGO TE
INDICA MIHI DE QUA DOMO
AUT DE QUA TRIBU ES TU
CUI RAFAHEL ANGELUS DIXIT
GENUS REQUIRIS MERCENNARII
AN IPSUM MERCENNARIUM
QUI CUM FILIO TUO EAT
SED NE FORTE SOLLICITUM TE REDDAM
EGO SUM AZARIAS ANNANIAE
MAGNI FILIUS
ET THOBIAS RESPONDIT EX MAGNO
GENERE ES TU
SED PETO NE IRASCARIS QUOD UOLUE
RIM GENUS TUUM COGNOSCERE
DIXIT AUTEM ILLI ANGELUS
EGO SANUM DUCAM · ET SANUM TIBI
REDUCAM FILIUM TUUM
RESPONDIT THOBIAS BENE AMBULE
TIS · ET SIT DS IN ITINERE UESTRO
ET ANGELUS EIUS COMITETUR UOBISCU
TUNC PARATIS OMNIB; QUAE ERANT
IN UIA PORTANDA
FECIT THOBIAS UALE PATRI SUO ET MA
TRI ET AMBULAUERUNT AMBO SIMUL
CUMQ; PROFECTI ESSENT COEPIT FLERE
MATER EIUS ET DICERE
BACULUM SENECTUTIS NOSTRAE TULI
STI ET TRANSMISISTI A NOBIS
NUMQUAM ESSET IPSA PECUNIA
PRO QUA MISISTI EUM
SUFFICIEBAT ENIM NOBIS PAUPERTAS
NOSTRA
UT DIUITIAS CONPUTAREMUS HOC
QUOD UIDEBAMUS FILIUM NOSTRŪ
DIXITQ; EI THOBIAS NOLI FLERE
SALUUS PERUENIET FILIUS NOSTER
ET SALUUS REUERTETUR AD NOS
ET OCULI TUI UIDEBUNT EUM
CREDO ENIM QUONIAM ANGELUS DI
BONUS COMITATUR EI
ET BENE DISPONET OMNIA QUAE
CIRCA EUM GERUNTUR
ITA UT CUM GAUDIO REUERTATUR
AD NOS
AD HANC UOCEM CESSAUIT MATER
EIUS FLERE ET TACUIT
VI PROFECTUS EST ERGO THOBIAS
ET CANIS SECUTUS EST EUM
ET MANSIT PRIMA MANSIONE
IUXTA FLUUIUM TIGRIS
ET EXIUIT UT LAUARET PEDES SUOS ·
ET ECCE PISCIS INMANIS EXIUIT
AD DEUORANDUM EUM
QUEM EXPAUESCENS THOBIAS
CLAMAUIT UOCE MAGNA DICENS
DNE INUADIT ME · ET DIXIT EI ANGELUS
ADPREHENDE BRANCIAM EIUS
ET TRAHE EUM AD TE
QUOD CUM FECISSET PALPITARE
COEPIT IN SICCUM ANTE PEDES EIUS
TUNC DIXIT EI ANGELUS DNI
EXTENTERA HUNC PISCEM
ET COR EIUS ET FEL ET IECUR
REPONE TIBI
SUNT ENIM HAEC NECESSARIA AD
MEDICAMENTA UTILITER
QUOD CUM FECISSET ASSAUIT CARNES
EIUS ET SECUM TULERUNT IN UIA
CETERA SALIERUNT QUAE SUFFICE
RENT EIS
QUOUSQ; PERUENIRENT IN RAGES
CIUITATEM MEDORUM
TUNC INTERROGAUIT THOBIAS
ANGELUM DICENS EI
OBSECRO TE AZARIAS FRATER
UT DICAS MIHI QUOD REMEDIUM
HABEBUNT ISTA QUAE DE PISCE
REPONI IUSSISTI
RESPONDENSQ; ANGELUS DIXIT EI
CORDIS EIUS PARTICULA SI
SUPER CARBONES PONAS
FUMUS EIUS EXTRICAT OMNE
DAEMONIUM

sive a viro sive a muliere ita ut
ultra non accedat ad eos
et dixit ei ubi vis ut maneamus
angelus respondit
est hic raguhel nomine propin
quus vir de tribu tua
hic habet filiam nomine sarram
et neq· masculum neq· feminam
absq· ea ullum habet
tibi debetur omnis substantia eius
et oportet te eam accipere
coniugem
pete ergo eam a patre eius
et dabit tibi eam uxorem
tunc thobias respondit
audio quia tradita est viris
septem et mortui sunt
sed et hoc audivi quia daemonium
illos occidit
timeo ergo ne forte et mihi
haec veniant
et cum sim unicus parentib· meis
deponam senectutem illorū
cum tristitia ad inferos
tunc angelus rafahel dixit illi
audi me et ostendam tibi quibus
praevalere potest daemoniū
his itaq· qui coniugia ita suscipiunt
ut dm̄ a se sua mente excludant
ut suae libidini ita vacent sicut
equus et mulus quib· non est
intellectus habet potestatē
daemonium super eos
tu autem cum acceperis eam
ingressus cubiculum tuum
per tres dies continete ab ea
et nihil aliud nisi orationi
vacabis cum ea
ipsa autem nocte incenso iecore
piscis fugabitur daemonium
secunda vero nocte in copulatione
sc̄orum patriarcharum
admitteris
tertia autem nocte benedictionē
consequeris ut filii ex vobis
incolomes procreentur
transacta autem tertia nocte
accipies virginem cum
timore dn̄i
amore filiorum magis quam
libidine ductus
ut in semine abrahae benedictio
nem in filiis consequaris
VII ingressi sunt igitur ad raguhelē
qui eos suscepit cum gaudio
intuensq· thobian raguhel
dixit annae uxori suae
quam similis est iste iuvenis
consobrino meo
et cum haec dixisset ait unde
estis iuvenes fratres nostri
at illi dixerunt
ex tribu nepthalim sumus
ex captivitate nineven
dixitq· illis raguhel nostis
thobiam fratrem meum
qui dixerunt novimus
cumq· multa bona de eo diceret
loqueretur
dixit angelus ad raguhel
thobian de quo interrogas
pater huius est
et misit se raguhel et cum lacri
mis osculatus est eum
et plorans super collum eius
dixit
benedictio sit tibi fili quia boni
et optimi viri filius es tu
et anna uxor eius et sarra filia
ipsius lacrimabantur
postquam vero locuti sunt
praecepit raguhel occidi
arietem et parari convivium
quod cum fecisset et hortare
tur eos ad prandendum
thobias dixit
hic ego hodie non manducabo neq·
bibam nisi prius petitionem

MEAM CONFIRMES
ET PROMITTAS MIHI DARE SARRAM
FILIAM TUAM
QUO AUDITO UERBO RAGUHEL EXPAUIT
SCIENS QUID PRO UENISSET ILLIS
SEPTEM UIRIS
ET TIMERE COEPIT NE FORTE
ET IPSE MORERETUR
ET CUM NUTARET NEC DARET
PETENTI ULLUM RESPONSUM
DIXIT ILLI ANGELUS NOLI TIMERE
DARE EAM ISTI
QUONIAM HUIC TIMENTI DM̄
DEBETUR CONIUX FILIA TUA
IDEO ALIUS NON POTUIT HABERE ILLĀ
TUNC RAGUHEL DIXIT
NON DUBITO QUOD DS̄ PRAECES
MEAS ET LACRIMAS MEAS
IN CONSPECTU SUO ADMISERIT
ET CREDO QUIA IDEO UOS FECIT
AD ME UENIRE UT ISTA
CONIUNGERETUR COGNATIONI
SUAE SECUNDUM LEGEM MOSI
ET NUNC NOLI DUBIUM GERERE
QUOD TIBI EAM TRADAM
ET ADPREHENDENS DEXTERAM
FILIAE SUAE DEXTERAE THOBI
AE TRADIDIT DICENS
DS̄ ABRAHAM ET DS̄ ISAAC ET DS̄
IACOB SIT UOBISCUM
ET IPSE CONIUNGAT UOS
INPLEATQ· BENEDICTIONEM SUAM
IN UOBIS
ET ACCEPTA CHARTA FECERUNT
CONSCRIPTIONEM CONIUGII
ET POST HAEC EPULATI SUNT
BENEDICENTES DM̄
UOCAUITQ· AD SE RAGUHEL ANNAM
UXOREM SUAM · PRAECIPIENS
EI UT PRAEPARARET ALTERUM
CUBICULUM
ET INTRODUXIT IN EUM SARRAM
FILIAM SUAM ET LACRIMATA
EST

DIXITQ· EI FORTI ANIMO ESTO FILIA MI·
DN̄S CAELI DET TIBI GAUDIUM PRO
TAEDIO QUOD PERPESSA ES
VIII ET POSTQUAM CENAUERUNT INTRO
DUXERUNT IUUENEM AD EAM
RECORDATUS ITAQ· THOBIAS
SERMONEM ANGELI
PROTULIT DE CASSIDILE SUO PARTĒ
IECORIS ET POSUIT SUPER
CARBONES UIUOS
TUNC RAFAHEL ANGELUS ADPREHEN
DIT DAEMONEM ET LIGAUIT EUM
IN DESERTO SUPERIORIS AEGYPTI
HORTANS AUTEM UIRGINEM
THOBIAS DIXIT EI
SARRA EXSURGE ET OREMUS DM̄
HODIE CRAS ET POST CRAS
QUIA IN ISTIS TRIB· NOCTIB· DŌ
IUNGEMUR
TERTIA AUTEM TRANSACTA NOCTE
IN NOSTRO CONIUGIO ERIMUS
FILII QUIPPE SCŌRUM SUMUS
ET NON POSSUMUS SIC CONIUNGI
SICUT GENTES QUAE IGNORANT DM̄
SURGENTES ERGO PARITER
INSTANTER ORABANT AMBO SIMUL
UT EIS SANITAS DONARETUR
DIXITQUE THOBIAS
DN̄E DS̄ PATRUM NOSTRORUM
BENEDICANT TE CAELI ET TERRA
ET MARE ET FONTES ET FLUMINA
ET OMNIS CREATURA TUA
QUAE IN EIS SUNT
TU FECISTI ADAM DE LIMO TERRAE
DEDISTIQ· EI ADIUTORIUM EUAM
ET NUNC DN̄E TU SCIS QUIA NON CAUSA
LUXORIAE ACCIPIO SOROREM
MEAM UXOREM
SED SOLA POSTERITATIS DILECTIONE
IN QUA BENEDICATUR NOMEN TUŪ
IN SAECULA SAECULORUM
SARRA AUTEM DIXIT
MISERERE NOBIS DN̄E MISERERE
NOBIS ET CONSENESCAMUS

AMBO PARITER SANI
ET FACTUM EST CIRCA PULLORUM CANTU
ACCERSIRI IUSSIT RAGUHEL SERUOS SUOS
CUM QUIB· ABIIT ET FODIT SEPULCHRU͞
DICEBAT ENIM NE SIMILI MODO EUENE
RIT EI QUO ET CETERIS SEPTEM
QUI INGRESSI SUNT AD EAM
CUMQ· PARASSET FOSSAM REUERSUS
AD UXOREM SUAM RAGUHEL DIXIT
MITTE UNAM EX PUELLIS ET UIDEAT
SI MORTUUS EST UT SEPELIAMUS
ILLUM ANTEQUAM LUCESCAT
AT ILLA MITTENS UNAM EX ANCELLIS SUIS
QUAE INGRESSA CUBICULUM INUENIT
EOS SALUOS AMBOS PARITER
DORMIENTES
ET REUERSA NUNTIAUIT NUNTIUM BONU͞
ET BENEDIXIT DŌM RAGUHEL
CUM UXORE SUA DICENS
BENEDICIMUS TE D͞S ISR͞L QUIA NON CON
TIGIT NOBIS QUEMADMODUM
PUTABAMUS
FECISTI ENIM NOBISCUM MISE
RICORDIAM TUAM
ET EXCLUSISTI A NOBIS INIMICUM
PERSEQUENTEM NOS
MISERATUS AUTEM DUOB· UNICIS
FAC EOS DN͞E IN PLENIUS BENEDICERE TE
ET SACRIFICIUM TIBI LAUDIS TUAE
ET SUAE SANITATIS OFFERRE
ET COGNOSCAT UNIUERSITAS GENTIU͞
QUIA TU ES D͞S SOLUS IN UNI
UERSA TERRA
STATIMQ· PRAECEPIT SERUIS SUIS
RAGUHEL UT REPLERENT FOSSA͞
QUAM FECERANT PRIUSQUAM
LUCESCERET
UXORI AUTEM SUAE DIXIT UT PARARET
CONUIUIUM
DUASQ· UACCAS PINGUES ET QUAT
TUOR ARIETES FECIT OCCIDI
ET PARARI AEPULAS OMNIB· UICINIS
SUIS CUNCTISQ· AMICIS SUIS
ET ADIURAUIT RAGUHEL THOBIAN
UT DUAS EBDOMADAS MORARETUR
APUD EUM
DE OMNIB· AUTEM QUAE POSSIDEBAT
RAGUHEL DIMIDIAM PARTEM
DEDIT THOBIAE
ET FECIT SCRIPTURAM UT PARS
DIMIDIA QUAE SUPERARET
POST EORUM OBITUM IN ILLORUM
DOMINIUM DEUENIRET
VIIII TUNC UOCAUIT AD SE THOBIAS ANGELU͞
QUEM QUIDEM HOMINEM AESTIMABAT
DIXITQ· EI AZARIAS FRATER
PETO UT AUSCULTES UERBA MEA
SI ME IPSUM TRADAM TIBI SERUUM
NON ERO CONDIGNUS PROUIDENTIAE TUAE
TAMEN OBSECRO TE UT ASSUMAS
TIBI ANIMALIA SIUE SERUITIA
ET UADAS AD GABELUM IN RAGES MEDORU͞
REDDASQ· EI CHIROGRAPHUM SUUM
ET RECIPIAS AB EO PECUNIAM
ET ROGES EUM UENIRE AD NUPTIAS MEAS
SCIS ENIM IPSE QUONIAM NUMERAT
DIES PATER MEUS
ET SI TARDAUERO UNA DIE PLUS CON
TRISTATUR ANIMA EIUS
ET CERTE UIDES QUONIAM ADIURA
UERIT ME RAGUHEL CUIUS ADIU
RAMENTUM SPERNERE NON POSSU͞
TUNC RAFAHEL ASSUMENS QUATTUOR
EX SERUIS RAGUHELIS ET DUOS
CAMELOS IN RAGES MEDORUM
PERREXIT
ET INUENIENS GABELUM REDDIDIT
EI CHIROGRAPHUM SUUM
ET RECEPIT OMNEM PECUNIAM
INDICAUITQ· EI DE THOBIA FILIO
THOBIAE OMNIA QUAE GESTA
SUNT
FECITQ· EUM SECUM UENIRE
AD NUPTIAS
CUMQ· INGRESSUS ESSET DOMUM
RAGUHELIS INUENIT THOBIAN DIS
CUMBENTEM
ET EXILIENS OSCULATI SUNT SE INUICEM

ET FLENS GABELUS BENEDIXIT DÑM
DICENS
BENEDICAT TE DÑS DS ISRL
QUIA FILIUS UIRI OPTIMI ET IUSTI
ET TIMENTIS DM ES
ET ELEMOSYNAS FACIENTIS
ET DICATUR BENEDICTIO SUPER UXORĒ
TUAM ET SUPER PARENTES UESTROS
ET UIDEATIS FILIOS UESTROS ET FILIOS
FILIORUM UESTRORUM USQ. IN TER
TIAM ET QUARTAM GENERATIONĒ
ET SIT SEMEN UESTRUM BENEDICTŪ
A DO ISRL QUI REGNAT IN SCLA SCLORŪ
CUMQ. DIXISSENT AMEN ACCESSE
RUNT AD CONUIUIUM
SED ET CUM TIMORE DÑI NUPTIARUM
CONUIUIUM EXERCEBANT
X CUM UERO MORAS FACERET THOBIAS
NUPTIARUM CAUSA
SOLLICITUS ERAT THOBIAS PATER EIUS
DICENS
PUTAS QUARE MORATUR FILIUS MEUS
AUT QUARE DETENTUS EST IBI
PUTAS NE GABELUS MORTUUS EST
ET NEMO ILLI REDDET PECUNIAM
ET COEPIT CONTRISTARI NIMIS IPSE
ET ANNA UXOR EIUS CUM EO
FLENTES EO QUOD NON DIE CONSTI
TUTO REUERTERETUR FILIUS
EORUM AD EOS
DICEBAT IGITUR CUM MULTO
DOLORE MATER EIUS
HEU HEU ME FILI MI UT QUID TE
MISIMUS PEREGRINARI
LUMEN OCULORUM NOSTRORUM
BACULUM SENECTUTIS NOSTRAE
SOLACIUM UITAE NOSTRAE
SPES POSTERITATIS NOSTRAE
OMNIA SIMUL IN TE UNO HABENTES
NON TE DEBUIMUS DEMITTERE
IRE A NOBIS
CUI DICEBAT THOBIAS TACE ET NOLI
TURBARI SANUS EST FILIUS NOSTER
SATIS FIDELIS EST UIR ILLE CUM QUO
MISIMUS EUM
ILLA AUTEM NULLO MODO CONSOLA
RI POTERAT
SED EXILIENS COTIDIE CIRCUM
SPICIEBAT ET CIRCUMIBAT
UIAS PER QUAS SPES REMEANDI
UIDEBATUR
UT PROCUL UIDERE EUM POSSET
UENIENTEM
AT UERO RAGUHEL DICEBAT
AD GENERUM SUUM
MANE HIC ET EGO MITTAM NUNTIŪ
SALUTIS DE TE AD PATREM TUŪ
CUI THOBIAS DIXIT
EGO NOUI QUIA PATER MEUS ET MATER
MEA MODO DIES COMPUTANT
ET CRUCIATUR SPS EORUM IN IPSIS
CUMQ. UERBIS MULTIS ROGARET
RAGUHEL THOBIAN ET THOBIAS
NULLA RATIONE EUM UELLET AUDIRE
TRADIDIT EI SARRAM ET DIMIDIAM
PARTEM SUBSTANTIAE SUAE
IN PUERIS ET PUELLIS IN PECODIBUS
ET CAMELLIS IN UACCIS
ET PECUNIA MULTA
ET SALUUM ATQ. GAUDENTEM
DEMISIT EUM A SE DICENS
ANGELUS DÑI SCS SIT IN ITINERE
UESTRO
DUCATQ. UOS INCOLOMES ET IN
UENIATIS OMNIA RECTE CIRCA
PARENTES UESTROS
ET UIDEANT OCULI MEI FILIOS
UESTROS ANTEQUAM MORIAR
ET ADPREHENDENTES PARENTES
FILIAM SUAM OSCULATI SUNT EĀ
ET DIMISERUNT IRE MONENTES
EAM HONORARE SOCEROS
DILIGERE MARITUM REGERE FAMILIĀ
GUBERNARE DOMUM
ET SE IPSAM INREPREHENSIBILĒ
EXHIBERE
XI CUMQ. REUERTERENTUR
UENERUNT CHARRAN

quae est in medio itinere contra
Nineuen undecimo die
dixit autem angelus Thobias frater
scis quemadmodum reliquisti
patrem tuum
si placet itaq. tibi praecedamus
et lento gradu sequantur nos
familiae simul cum coniuge
tua et cum animalibus
cumq. hoc placuisset ut irent
dixit Rafahel ad Thobian
tolle tecum ex piscis felle erit
enim necessarium
tulit itaq. Thobias ex felle illo
et abierunt
Anna uero sedebat secus uiam
cottidie in supercilio montis
inspicere cupiens de longinquo
et dum praestolaretur aduentu
eius uidit de longe
et ilico cognouit uenientem filiu
suum et currens nuntiauit uiro
suo dicens
ecce uenit filius tuus
dixitq. Rafahel Thobiae
at ubi intraueris domum tuam
adora statim dnm dm tuum
et gratias ei agens accede ad patre
tuum et osculare eum
et statim super oculos eius
inlinies ex felle piscis
hoc quod portas tecum
sciens quia mox aperientur
oculi eius
et uidebit pater tuus lumen
caeli et in aspectu tuo gaudebit
tunc praecucurrit canis
qui simul fuerat in uia
et quasi nuntius adueniens blandi
mento suae caudae gaudebat
quapropter exsurgens caecus
pater eius
coepit offendens pedib. curre
re et data manu puero occurrit

Thobiam filio suo
et suscipiens osculatus est eum
cum uxore sua flentesq. prae gaudio
cumq. adorassent dm et gratias
egissent consederunt
tunc sumens Thobias de felle piscis
liniuit oculos patris sui
et sustinens fere dimidio
horae spatio
coepit ex oculis eius quasi mem
brana oui albugo egredi
K quod adprehendens Thobias
traxit ex oculis eius et uisum
recepit
et glorificabat dm cum uxore sua
et omnes noti eius
dixitq. Thobias benedico te dne ds
isrl quoniam tu castigasti me
et tu saluasti me et ecce uideo
Thobiam filium meum
ingressa est etiam post septem
dies Sarra uxor filii eius
et omnis familia sana
et pecora et cameli et pecunia
multa uxoris
sed et illa pecunia quam rece
perat a Gabelo
et narrauit parentib. suis
omnia beneficia di
quae circa eum fecit per homine
qui eum duxerat
ueneruntq. Achior et Nabath
consobrini Thobiae
gaudentes et congratulantes ei
de omnib. bonis quae illi fecit dns
et per septem dies aepulantes
omnes gaudio gauisi sunt magno
XII tunc uocauit ad se Thobias
filium suum dixitq. ei
quid possumus dare uiro isti sco
qui uenit tecum
respondit Thobias dixit patri
pater quam mercedem dabimus
illi aut quid dignum poterit

ESSE BENEFICII EIUS
ME DUXIT ET REDUXIT SANUM
PECUNIAM A GABELO IPSE SUSCEPIT
UXOREM HABERE IPSE ME FECIT
ET DAEMONIUM AB EA IPSE
CONPESCUIT
GAUDIUM PARENTIB· EIUS FECIT ET
ADE UORATIONE PISCIS ME ERIPUIT
TE QUOQ· IPSUM FECIT LUMEN CAELI
UIDERE ET BONIS OMNIB· PER EUM
REPLETI SUMUS
QUID ILLI AD HAEC DIGNUM POTERO DARE
SED PETO TE PATER MI UT ROGES EUM
SI FORTE DIGNETUR DE OMNIBUS
QUAE ALLATA SUNT MEDIETATEM
ASSUMERE SIBI
ET UOCANTES EUM PATER SCILICET
ET FILIUS TULERUNT EUM IN PARTEM
ET ROGARE COEPERUNT UT DIGNARE
TUR DIMIDIAM PARTEM OMNIUM
QUAE ATTULERANT ACCEPTAM HABERE
TUNC DIXIT EIS OCCULTE
BENEDICITE DÑM CAELI ET CORAM
OMNIB· UIUENTIB· CONFITEMINI EI
QUIA FECIT UOBISCUM MISERICORDIAM
ETENIM SACRAMENTUM REGIS
ABSCONDERE BONUM EST
OPERA AUTEM DI REUELARE ET CON
FITERI HONORIFICUM EST
BONA EST ORATIO CUM IEIUNIO
ET ELEMOSYNA MAGIS QUAM
THESAUROS AURI CONDERE
QUONIAM ELEMOSYNA A MORTE
LIBERAT ET IPSA EST QUAE PUR
GAT PECCATA
ET FACIT INUENIRE MISERICOR
DIAM ET UITAM AETERNAM
QUI AUTEM FACIUNT PECCATUM
ET INIQUITATEM HOSTES SUNT
ANIMAE SUAE
MANIFESTO AUTEM UOBIS UERITATEM
ET NON ABSCONDAM A UOBIS
SERMONEM OCCULTUM
QUANDO ORABAS CUM LACRIMIS
ET SEPELIEBAS MORTUOS ET DERE
LINQUEBAS PRANDIUM
ET MORTUOS ABSCONDEBAS PER DIEM
IN DOMO TUA ET NOCTE SEPELIEBAS
EGO OPTULI ORATIONEM TUAM DÑO
ET QUIA ACCEPTUS ERAS DÑO NECESSE
FUIT UT TEMPTATIO PROBARET TE
ET NUNC MISIT ME DÑS UT CURAREM
TE ET SARRAM UXOREM FILII TUI
A DAEMONIO LIBERAREM
EGO ENIM SUM RAFAHEL ANGELUS
UNUS EX SEPTEM QUI ADSTAMUS
ANTE DM
CUMQ· HAEC AUDISSENT TURBATI SUNT
ET TREMENTES CECIDERUNT
IN FACIES SUAS
DIXITQ· EIS ANGELUS PAX UOBIS
NOLITE TIMERE
ETENIM CUM ESSEM UOBISCUM
PER UOLUNTATEM DI ERAM
IPSUM BENEDICITE ET DECANTATE
ILLI UIDEBAR QUIDEM MANDUCA
RE UOBISCUM ET BIBERE
SED EGO CIBO ET POTU INUISIBILI
QUI AB HOMINIB· UIDERI NON POTEST
UTOR
TEMPUS ENIM EST UT REUERTAR
AD EUM QUI ME MISIT
UOS AUTEM BENEDICITE DM ET NAR
RATE OMNIA MIRABILIA EIUS
ET CUM HAEC DIXISSET AB ASPECTU
EORUM ABLATUS EST
ET ULTRA EUM UIDERE NON POTUERUNT
TUNC PROSTRATI IN FACIEM PER TRES
HORAS BENEDIXERUNT DM
ET EXSURGENTES NARRAUERUNT
OMNIA MIRABILIA EIUS
XIII APERIENS AUTEM THOBIAS SENIOR
OS SUUM BENEDIXIT DM DICENS
MAGNUS ES DÑE IN AETERNUM
ET IN OMNIA SAECULA REGNUM TUUM
QUONIAM TU FLAGELLAS ET SALUAS
DUCIS AD INFEROS ET REDUCIS
ET NON EST QUI EFFUGIAT MANUM
TUAM

CONFITEMINI DŌ FILII ISRL̄ ET IN CON
SPECTU GENTIUM LAUDATE EUM
QUONIAM IDEO DISPERSIT UOS INTER
GENTES QUAE IGNORANT EUM
UT UOS NARRETIS MIRABILIA EIUS
ET FACIATIS SCIRE EOS QUIA NON EST
ALIUS OMNIPOTENS D̄S PRAETER EUM̄
IPSE CASTIGAUIT NOS PROPTER
INIQUITATES NOSTRAS
ET IPSE SALUABIT NOS PROPTER
MISERICORDIAM SUAM
ASPICITE ERGO QUAE FECIT UOBISCŪ
ET CUM TIMORE ET TREMORE
CONFITEMINI ILLI
REGEMQ· SAECULORUM EXALTATE
IN OPERIB· UESTRIS
EGO AUTEM IN TERRA CAPTIUITATIS
MEAE CONFITEBOR ILLI
QUONIAM OSTENDIT MAIESTATEM
SUAM IN GENTEM PECCATRICEM
CONUERTIMINI ITAQUE PECCATORES
ET FACITE IUSTITIAM CORAM DŌ
CREDENTES QUOD FACIAT UOBISCŪ
MISERICORDIAM SUAM
EGO UERO ET ANIMA MEA IN EO
LAETABITUR
BENEDICITE DN̄M OMNES ELECTI EIUS
AGITE DIEM LAETITIAE ET CONFITE
MINI ILLI
HIERUSALEM CIUITAS D̄I CASTIGAUIT
TE D̄NS IN OPERIB· MANUUM TUARUM
CONFITERE DN̄O IN BONIS TUIS ET IN
BENEDIC DM̄ SCL̄ORUM
UT REAEDIFICET IN TE TABERNACULŪ
SUUM · ET REUOCET AD TE OMNES
CAPTIUOS ET GAUDEAS IN OMNIA
SAECULA SAECULORUM
LUCE SPLENDIDA FULGEBIS ET OMNES
FINES TERRAE ADORABUNT TE
NATIONES EX LONGINQUO AD TE UENIENT
UENIENT ET MUNERA AFFERENTES
ADORABUNT DM̄ IN TE
ET TERRAM TUAM IN SC̄IFICATIONE
HABEBUNT

NOMEN ENIM MAGNUM INUOCABUNT
IN TE · MALEDICTI ERUNT
QUI CONTEMSERINT TE
ET CONDEMNATI ERUNT OMNES
QUI BLASPHEMAUERINT TE
BENEDICTIQ· ERUNT QUI AEDIFICABUNT TE
TU AUTEM LAETAUERIS IN FILIIS TUIS
QUIA OMNES BENEDICENTUR ET CON
UERTENTUR AD DN̄M
BEATI OMNES QUI DILIGUNT TE ET QUI
GAUDENT SUPER PACEM TUAM
ANIMA MEA BENEDICET DN̄M QUONIAM̄
LIBERAUIT HIERUSALEM CIUITATE̅ SUĀ
BEATUS ERO SI FUERINT RELIQUIAE
SEMINIS MEI AD UIDENDAM CLARI
TATEM HIERUSALEM
PORTAE HIERUSALEM EX SAPPHYRO
ET ZMARAGDO AEDIFICABUNTUR
ET EX LAPIDE PRAETIOSO OMNIS CIRCUI
TUS MURORUM EIUS
EX LAPIDE PRAETIOSO ET MUNDO
OMNES PLATEAE EIUS STERNUNTUR
ET PER UICOS EIUS ALLELUIA CANTABITŪR
BENEDICTUS D̄NS QUI EXALTAUIT EAM
ET SIT REGNUM EIUS IN SAECULA
SAECULORUM SUPER EAM AMEN
XIIII. CONSUMMATI SUNT SERMONES
THOBIS QUI POSTQUAM IN LUMI
NATUS EST UIXIT ANNOS XL II·
ET UIDIT FILIOS NEPOTUM SUORUM
CONPLETIS ITAQ· ANNIS C XII·
SEPULTUS EST HONORIFICE IN NINEUEN
QUINQUAGINTA NAMQ· ET SEX ANNORŪ
OCULORUM LUMEN AMISIT
SEXAGENARIUS UERO RECEPIT · CETE
RIS TEMPORIB· UITAE SUAE IN GAUDIO
FUIT ET CUM BONO PROFECTU
TIMORIS D̄NI PERREXIT IN PACE
IN HORA AUTEM EXITUS SUI UOCAUIT
AD SE THOBIAN FILIUM SUUM ET
SEPTEM IUUENES FILIOS EIUS
NEPOTES SUOS
DIXITQ· EIS PROPE ERIT INTERITUS
NINEUE

NONENIM EXCIDIT UERBUM DÑI
ET FRATRES NOSTRI QUI DISPERSI SUNT
A TERRA ISRL REUERTENTUR AD EAM
OMNIS AUTEM TERRA EIUS DESERTA
REPLEBITUR
ET DOMUS DĪ QUAE IN EA INCENSA EST
ITERUM REAEDIFICABITUR
IBIQ· REUERTENTUR OMNES TIMEN
TES DM̄
ET RELINQUENT GENTES IDOLA SUA
ET UENIENT IN HIERUSALEM
ET INHABITABUNT IN EA
ET GAUDEBUNT IN EA OMNES
ADORANTES REGEM ISRL
AUDITE ERGO FILII ME PATREM UESTRŪ
SERUITE DÑO IN UERITATE ET INQUIRITE
UT FACIATIS QUOD ILLI PLACET
ET FILIIS UESTRIS MANDATE UT FACIANT
IUSTITIAM ET ELEMOSYNAS
UT SINT MEMORES DĪ ET BENEDICANT
DÑM IN OMNI TEMPORE
IN UERITATE ET IN TOTA UIRTUTE SUA
NUNC ERGO FILII AUDITE ME
ET NOLITE MANERE HIC
SED QUACUMQ· DIE SEPELIERITIS
MATREM UESTRAM CIRCA ME
IN UNO SEPULCHRO
EX EO DIRIGITE GRESSUS UESTROS
UT EXEATIS HINC
UIDEO ENIM QUIA INIQUITAS EIUS
FINEM DABIT EI
FACTUM EST AUTEM POST OBITUM
MATRIS SUAE THOBIAS ABSCESSIT
EX NINEUE
CUM UXORE SUA ET FILIIS ET FILIORUM
FILIOS
ET REUERSUS EST AD SOCEROS SUOS
ET INUENIT EOS IN SENECTUTE BONA
INCOLOMES ET CURAM EGIT EORŪ
ET IPSE CLAUSIT OCULOS EORUM
ET OMNEM HEREDITATEM
DOMUS RAGUHEL IPSE
PERCEPIT
UIDITQUE QUINTA GENERATIONE
FILIOS FILIORUM SUORUM
ET ANNIS NONAGINTA ET NOUEM
COMPLETIS IN TIMORE DÑI
CUM GAUDIO SEPELIERUNT EUM
OMNES COGNATI EIUS
ET OMNIS GENERATIO EIUS
IN BONA UITA ET SCA CON
UERSATIONE PERMANSIT
ITA UT ACCEPTI ESSENT
TAM DŌ QUAM CUNC
TIS HABITATORIBUS
TERRAE

EX PLI CIT : LIBER
THO BIAE

IN CIPIT PROLOGUS
IUDITH

INCIPIT PROLOGUS

Apud hebraeos liber iudith inter agio
grafa legitur cuius auctoritas
ad roboranda illa quae in contentione
ueniunt minus idonea iudicatur
chaldeo tamen sermone conscriptus
inter storias conputatur sed quia
hunc librum sinodus nicena in numero
scarum scripturarum legitur con
putasse adquieui postulationi ues
trae immo exactioni et sepositis
occupationib; quib; uehementer
artabar huic unam lucubratiunculā
dedi magis sensum e sensu quam
ex uerbo uerbum transferens
multorum codicum uarietatem
uitiosissimam amputaui sola ea
quae intellegentia integra in uer
bis chaldeis inuenire potui latinis
expressi accipite iudith uiduam
castitatis exemplum et trium
phali laude perpetuis eam prae
coniis declarate hanc enim non solū
feminis sed et uiris imitabilem dedit
qui castitatis eius remunerator
uirtutem talem tribuit ut inuictā
omnib; hominib; uinceret insupera
bilem superaret :~

EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIUNT CAPITULA

I De regno arfaxat et magnitudine
civitatis eius
II De regno nabuchodonosor
III De nabuchodonosor uolente
subiugare sibi omnem terram
per holofornem ducem
IIII Ubi optinuit damascum et omnē
orbem terrarum et uoluit deum
se ab hominib; nuncupari
V De filiis isrl̄ praeparantib; se ad pugnā
contra holofornem ad pugnam ieiuniis
et orationib; instructi cum sacerdotib;
VI Ubi cognoscit holofornis famam
populi israhel et mirabilia dī
per achior
VII Iratio holoforne tradidit achior
populo israheli
VIII De achior narrante filiis israhel
consilia holofornis
IX De obsidione populi israhel
in uetulia ciuitate
X De populo disperante et uolente
ciuitatem tradere in manib; holofornis
XI De consilio sacerdotum cum iudith
XII Oratio iudith
XIII De ornatu iudith cum quo perfecta
est ad holofornem
XIIII De simulatione iudith quod traderet
populum dī in manib; holofornis
XV De rogatione holofornis per eu
nuchum ut iudith in con
iugium acciperet
XVI Ubi iudith occidit holofornem
et auferens caput eius abiit
XVII De reuersione iudith ad ciuitatem
et narratione eius
de mirabilia dī
XVIII De capite holofornis suspenso
in porta et adhortatione
ciuium ad bellum
XIX De circumcisione achior
XX Ubi tradidit dn̄s assyrios in manu
isrl̄ et depraedati sunt eos
XXI De sacerdotib; benedicentib; iudith
et dantib; ei omnes diuitias
holofornis
XXII Canticum iudith
XXIII De populo uenienti hierusalem
et adoranti dnm̄ optulitq;
sacrificia et iudith uasa
et conopeum holofornis
optulit in templum dn̄i :~

EXPLICIUNT CAPITULA

INCIPIT IPSE LIBER

I ARFAXAT ITAQUE REX MAEDORUM
SUBIUGANS MULTAS GENTES
IMPERIO SUO
ET IPSE AEDIFICAUIT CIUITATEM
POTENTISSIMAM QUAM APPEL
LAUIT ECBATHANIS
EX LAPIDIBUS QUADRATIS
ET SECTIS FECIT MUROS EIUS
IN ALTITUDINE CUBITORUM
SEPTUAGINTA ET IN LATITUDINE
CUBITORUM TRICINTA
TURRES UERO EIUS POSUIT
IN ALTITUDINEM CUBITORUM
CENTUM
PER QUADRUM UERO EORUM
LATUS UTRUMQUE UICENORU̅
PEDUM SPATIO TENDEBATUR
POSUITQUE PORTAS EIUS
IN LATITUDINE TURRIUM
ET GLORIABATUR QUASI POTENS
IN POTENTIA EXERCITUS SUI
ET IN GLORIA QUADRIGARUM
SUARUM
ANNO IGITUR DUODECIMO
REGNI SUI
NABUCHODONOSOR REX
ASSYRIORUM
QUI REGNABAT IN NINEUEN
CIUITATEM MAGNAM
PUGNAUIT CONTRA ARFAXAT
ET OPTINUIT EUM IN CAMPO
MAGNO QUI APPELLATUR
RAGAU
CIRCA EUFRATEN ET TIGRIN
ET HYADAS IN CAMPO ERIHOC
REGIS ELICORUM
TUNC EXALTATUM EST REGNUM
NABUCHODONOSOR ET COR
EIUS ELATUM EST
ET MISIT AD OMNES QUI HABITA
BANT IN CILICIA ET DAMASCO
ET LIBANO
ET AD GENTES QUAE SUNT
IN CARMELO ET CEDAR
ET INHABITANTES GALILAEA
IN CAMPO MAGNO
HESDRAHELON
ET AD OMNES QUI ERANT IN SAMARIA
ET TRANS FLUMEN IORDANEN
US HIERUSALEM ET OMNEM
TERRAM IESSE
QUOUSQUE PERUENIATUR
AD OMNES TERMINOS
AETHIOPIAE
AD HOS OMNES MISIT NUNTIAS
NABUCHODONOSOR REX
ASSYRIORUM
QUI OMNES UNO ANIMO
CONTRADIXERUNT
ET REMISERUNT EOS UACUOS
AC SINE HONORE ABIERUNT
TUNC INDIGNATUS EST NABUCHO
DONOSOR REX AD OMNEM
TERRAM ILLAM
ET IURAUIT PER REGNUM
ET THRONUM SUUM
QUOD DEFENDERET SE DE OMNIB·
REGIONIBUS HIS
II ANNO TERTIO DECIMO
NABUCHODONOSOR REGIS
UICESIMA ET SECUNDA DIE
MENSIS PRIMI
FACTUM EST UERBUM IN DOMO
NABUCHODONOSOR REGIS
ASSYRIORUM UT DEFENDERET SE
UOCAUITQUE OMNES MAIORES
OMNESQUE DUCES ET BELLATORES
ET HABUIT CUM EIS MYSTERIUM
CONSILII SUI
DIXITQ· COGITATIONEM SUAM
IN EO ESSE
UT OMNEM TERRAM SUO
SUBIUGARET IMPERIO
QUOD DICTUM CUM PLACUISSET
OMNIBUS
UOCAUIT NABUCHODONOSOR
REX HOLOFORNEM PRINCI
PEM MILITIAE SUAE ET DIXIT

EGREDERE ADUERSUM OMNEM
REGNUM OCCIDENTIS
ET CONTRA EOS PRAECIPUE QUI
CONTEMSERUNT IMPERIUM MEUM
NON PARCET OCULUS TUUS ULLI
REGNO OMNEMQUE URBEM
MUNITAM SUBIUGABIS MIHI
TUNC HOLOFORNES UOCAUIT DUCES
ET MAGISTRATUS UIRTUTIS
ASSYRIORUM
ET DINUMERAUIT UIROS IN EXPEDI
TIONE SICUT PRAECEPIT REX
CENTUM UIGINTI MILIA PEDITUM
PUGNATORUM
ET EQUITES SAGITTARIOS
DUODECIM MILIA
OMNEMQ· EXPEDITIONEM SUAM
FECIT PRAEIRE MULTITUDINEM
INNUMERABILIUM CAMELORUM
CUM HIS QUAE EXERCITIBUS
SUFFICERENT COPIOSAE
BOUM QUOQUE ARMENTA
GREGES QUE OUIUM
QUORUM NON ERAT NUMERUS
FRUMENTUM EX OMNI SYRIA
TRANSITU SUO PARARI
CONSTITUIT
AURUM UERO ET ARGENTUM
DE DOMO REGIS ASSUMPSIT
MULTUM NIMIS
ET PROFECTUS EST IPSE
ET OMNIS EXERCITUS
CUM QUADRIGIS ET EQUITIBUS
ET SAGITTARIIS
QUI COOPERUERAT FACIEM
TERRAE SICUT LUCUSTAE
CUMQUE PERTRANSISSET
FINES ASSYRIORUM
UENIT AD MAGNOS MONTES
ANGAE QUI SUNT A SINISTRO
CILICIAE
ASCENDIT Q· OMNIA CASTELLA
EORUM
ET OPTINUIT OMNEM MUNITIONEM

EFFREGIT AUTEM CIUITATEM
OPINATISSIMAM MELUTH
PRAEDAUIT QUE OMNES FILIOS
THARSIS ET FILIOS ISRAHEL
QUI ERANT CONTRA FACIEM
DESERTI ET AD AUSTRUM
TERRAE TAELEON
ET TRANSIUIT EUFRATEN
ET UENIT AD MESOPOTAMIAM
ET FREGIT OMNES CIUITATES
EXCELSAS QUAE ERANT IBI
A TORRENTE MAMBRE USQUE
QUO UENIATUR AD MARE
ET OCCUPAUIT TERMINOS A CILICIA
USQUE AD FINES IAFETH
QUI SUNT AD AUSTRUM
ABDUXIT QUE OMNES FILIOS
MADIAN AC PRAEDAUIT
OMNEM LOCUPLETATIONEM
EORUM
OMNES QUE RESISTENTES SIBI
OCCIDIT IN ORE GLADII
ET POST HAEC DESCENDIT
IN CAMPOS DAMASCI
IN DIEBUS MESSIS
ET SUCCENDIT OMNIA SATA
OMNES QUE ARBORES
AC UINEAS FECIT INCIDI
ET CECIDIT TIMOR ILLIUS SUPER
OMNES INHABITANTES TERRAM
III TUNC MISERUNT LEGATOS SUOS
UNIUERSARUM URBIUM
ET PROUINCIARUM REGES
AC PRINCIPES
SYRIAE SCILICET MESOPOTAMIAE
ET SYRIAE SUBAL ET LYBIAE
ATQUE CILICIAE
QUI UENIENTES AD HOLOFORNEM
DIXERUNT
DESINAT INDIGNATIO TUA CIRCA NOS
MELIUS EST ENIM UT UIUENTES
SERUIAMUS NABUCHODONOSOR
REGI MAGNO
ET SUBDITI SIMUS TIBI QUAM

MORIENTES CUM INTERITU NOSTRO
IPSI SERUITUTIS NOSTRAE
DAMNA PATIAMINI
OMNIS CIUITAS NOSTRA OMNISQ·
POSSESSIO
OMNES MONTES ET COLLES
ET CAMPI
ARMENTA BOUM GREGES OUIUM
CAPRARUM EQUORUM
ET CAMELORUM
ET UNIUERSAE FACULTATES
NOSTRAE ATQUE FAMILIAE
IN CONSPECTU TUO SUNT
SINT OMNIA SUB LEGE TUA
NOS IAM ET FILII NOSTRI SERUI
TUI SUMUS UENI NOBIS
PACIFICUS DOMINUS
ET UTERE SERUITIO NOSTRO
SICUT PLACUERIT TIBI
TUNC DESCENDIT DE MONTIBUS
CUM EQUITIB· IN UIRTUTE MAGNA
ET OPTINUIT OMNEM CIUITATEM
ET OMNEM IN HABITANTEM
TERRAM
DE UNIUERSIS AUTEM URBIBUS
ADSUMSIT SIBI AUXILIARIOS
UIROS FORTES ET ELECTOS
AD BELLUM
TANTUSQUE METUS PROUINCIIS
ILLIS INCUBUIT
UT UNIUERSARUM URBIUM
HABITATORES
PRINCIPES ET HONORATI
SIMUL CUM POPULIS EXIRENT
IN OBUIAM UENIENTI
EXCIPIENTES EUM CUM CORONIS
ET LAMPADIBUS DUCENTES
CHOROS IN TIBIIS ET ORGANIS
NEC ISTA TAMEN FACIENTES
FERO CI TATEM EIUS PECTORIS
MITIGARE POTUERUNT
NAM ET CIUITATES EORUM
DESTRUXIT ET LUCOS
EORUM EXCIDIT

II · II PRAECEPERAT ENIM ILLI
NABUCHODONOSOR REX
UT OMNES DEOS TERRAE
EXTERMINARET
UIDELICET UT IPSE SOLUS
DICERETUR DEUS AB HIS NATIO
NIBUS QUAE POTUISSENT
HOLOFORNIS POTENTIA
SUBIUGARI
PERTRANSIENS AUTEM SYRIAM
SUBAL ET OMNEM APAMIAM
OMNEMQUE MESOPOTAMIAM
UENIT AD IDUMAEOS IN TERRAM GABAA
ACCEPITQUE CIUITATES EORUM
ET SEDIT IBI PER TRIGINTA DIES
IN QUIBUS DIEBUS ADUNARI
PRAECEPIT UNIUERSUM
EXERCITUM UIRTUTIS SUAE
IIII TUNC AUDIENTES HAEC FILII ISRL
QUI HABITABANT IN TERRA IUDAEAE
TIMUERUNT UALDE A FACIE EIUS
TREMOR ETIAM ET HORROR
INUASIT SENSUS EORUM
NE HOC FACERET HIERUSALEM
ET TEMPLO DNI
QUOD FECERAT CETERIS CIUITATIB·
ET TEMPLIS EARUM
ET MISERUNT IN OMNEM
SAMARIAM PER CIRCUITU
USQUE HIERICHO
ET PRAEOCCUPAUERUNT OMNES
UERTICES MONTIUM
ET MURIS CIRCUMDEDERUNT
UICOS SUOS ET CONGREGAUERUNT
FRUMENTA IN PRAEPARA
TIONE PUGNAE
SACERDOS ETIAM HELIACHIM
SCRIPSIT AD UNIUERSOS QUI
ERANT CONTRA HESDRAHELOM
QUAE EST CONTRA FACIEM CAMPI
MAGNI IUXTA DOTHAIN
ET UNIUERSIS PER QUOS TRANSITUS
ESSE POTERAT
UT OPTINERENT ASCENSUS MONTIUM

per quos via esse poterat
ad hierusalem
ut illic custodirent ubi angus
tum iter esse poterat
inter montes
V Et fecerunt filii israhel
secundum quod consti
tuerat eis sacerdos dni
heliachim
Et clamavit [illegible] omnis
populus ad dnm instantia
magna
Et humiliaverunt animas suas
in ieiuniis ipsi et mulieres
eorum
Et induerunt se sacerdotes
ciliciis
Et infantes prostraverunt
contra faciem templi dni
Et altare dni operuerunt
cilicio
Et clamaverunt ad dnm isrl
unanimiter ne darentur
in praedam infantes eorum
Et uxores eorum in divisione
Et civitates eorum in exter
minium et sca eorum
in pullutiones
Tunc heliachim sacerdos dni
magnus circumiuit
omnem isrl
Alloquutus que est
eos dicens
Scitote quoniam exaudiet
dns praeces vestras
Si manentes permanseritis
in ieiuniis et orationibus
in conspectu dni
Memores estote mosi
servi dni
qui amalech confidentem
in virtute sua et in poten
tia sua et in exercitu suo
et in clipeis suis et in curribus
suis et in equitibus suis
non ferro pugnando
sed praecibus scis orando
deiecit
Sic erunt universi hostes isrl
si perseveraveritis in hoc
opere quod coepistis
Ad hanc igitur exhortationem
eius depraecantes dnm
permanebant in conspectu dni
ita ut etiam hi qui holocausta
dno offerebant
praecincti ciliciis offerrent
sacrificia dno
Et erat cinis super capita eorum
Et ex toto corde suo orabant
dnm ut visitaret populum
suum israhel
V Nuntiatum que est holoforni
principi militiae assyriorum
quod filii israhel praeparassent
se ad resistendum
ac montium itinera
conclusissent
Et furore nimio exarsit
in iracundia magna
vocavit q omnes principes
moab et duces ammon
et dixit eis
VI Dicite mihi quis sit populus
iste qui montana obsidet
aut quae et quales et quantae
sint civitates eorum
quae etiam sit virtus eorum
aut quae sit multitudo eorum
vel quis rex militiae illorum
quare prae omnibus qui habi
tant in oriente isti contem
serunt me
Et non exierunt in obviam
nobis ut susciperent
nos cum pace
Tunc achior dux omnium
filiorum ammon respondit
et ait

SI DIGNERIS AUDIRE DOMINE
MEUS DICAM UERITATEM
IN CONSPECTU TUO
DE POPULO ISTO QUI IN MONTANIS
HABITAT
ET NON EGREDIETUR UERBUM
FALSUM EX ORE MEO
POPULUS ISTE EX PROGENIE
CALDAEORUM EST
HIC PRIMUM IN MESOPOTA
MIAM HABITAUIT
QUONIAM NOLUERUNT SEQUI
DEOS PATRUM SUORUM
QUI ERANT IN TERRA CALDAEORŪ
DESERENTES ITAQUE CAERIMO
NIAS PATRUM SUORUM
QUAE IN MULTITUDINE
DEORUM ERANT
UNUM D̄M CAELI COLUERUNT
QUI ET PRAECEPIT EIS
UT EXIRENT INDE ET HABITARENT
IN CARRAN
CUMQUE OPERUISSET OMNEM
TERRAM FAMES DESCENDE
RUNT IN AEGYPTUM
ILLICQUE PER QUADRINGENTOS
ANNOS SIC MULTIPLICATI SUNT
UT DINUMERARI EORUM
NON POSSIT EXERCITUS
CUMQUE GRAUARET EOS REX
AEGYPTI ATQ· IN AEDIFICATIONIB·
URBIUM SUARUM
IN LUTO ET LATERE SUBIUGASSET EOS
CLAMAUERUNT AD D̄M SUUM
ET PERCUSSIT TOTAM TERRAM
AEGYPTI PLAGIS UARIIS
CUMQUE EIECISSENT EOS A SE
AEGYPTII ET CESSASSET
PLAGA AB EIS
ET ITERUM EOS UELLENT CAPERE
ET AD SUUM SERUITIUM REUOCARE
FUGIENTIBUS HIS D̄S CAELI
MARE APERUIT
ITA UT HĪC INDE AQUAE QUASI
MURUS SOLIDARENTUR
ET ISTI PEDE SICCO FUNDUM
MARIS PERAMBULANDO
TRANSIRENT
IN QUO LOCO DUM INNUMERABILIS
EXERCITUS AEGYPTIO RUM
EOS PERSEQUERETUR
ITA AQUIS COOPERTUS EST
UT NON REMANERET UEL UNUS
QUI FACTUM POSTERIS
NUNTIARET
EGRESSUS ETIAM MARE RUBRUM
DESERTA SINAI MONTIS
OCCURRERUNT
IN QUIBUS NUMQUAM HOMO
HABITARE POTUIT UEL FILIUS
HOMINIS REQUIEUIT
ILLIC FONTES AMARI OBDULCATI
SUNT EIS AD BIBENDUM
ET PER ANNOS QUADRAGINTA
ANNONAM DE CAELO CONSE
QUUTI SUNT
UBICUMQUE INGRESSI SUNT
SINE ARCU ET SAGITTA
ET ABSQUE SCUTO ET GLADIO
D̄S EORUM PRO EIS PUGNAUIT
ET UICIT
ET NON FUIT QUI INSULTARET
POPULO ISTI
NISI QUANDO RECESSIT
A CULTU RA DN̄I D̄I SUI
QUOTIENS CUMQUE AUTEM
PRAETER IPSUM D̄M SUUM
ALTERUM COLUERUNT
DATI SUNT IN PRAEDAM ET IN GLADIŪ
ET IN OPPROBRIUM
QUOTIENS CUMQUE AUTEM
PAENITUERUNT SE RECESSISSE
A CULTURA D̄I SUI
DEDIT EIS D̄S CAELI UIRTUTEM
RESISTENDI
DENIQ· CANANEUM REGEM
ET IEBUSEUM ET FEREZEUM
ET HETTHEUM ET EUAEUM

ET OMNES POTENTES IN ESEBON
PROSTRAUERUNT
ET TERRAS EORUM ET CIUITATES
EORUM IPSI POSSIDERUNT
ET USQUEDUM NON PECCARENT
IN CONSPECTU DI SUI ERANT
CUM ILLIS BONA
DS ENIM ILLORUM ODIT INIQUITATE
NAM ET ANTE HOS ANNOS CUM
RECESSISSENT A UIA QUAM
DEDERAT ILLIS DS
UT AMBULARENT IN EA
EXTERMINATI SUNT PROELIIS
MULTIS NATIONIBUS
ET PLURIMI EORUM CAPTI ABDUCTI
SUNT IN TERRAM NON SUAM
NUPER AUTEM REUERSI AD DM
SUUM EX DISPERSIONE QUA
DISPERSI FUERANT ADUNA
TI SUNT
ET ASCENDERUNT MONTANA
HAEC OMNIA ET ITERUM
POSSIDENT HIERUSALEM
UBI SUNT SCA EORUM
NUNC ERGO MEUS DOMINE
PERQUIRE SI EST ALIQUA
INIQUITAS IN CONSPECTU
DI EORUM
ASCENDAMUS AD ILLOS QUONIAM
TRADENS TRADET ILLOS DS
EORUM TIBI
ET SUBIUGATI ERUNT SUB IUGO
POTENTIAE TUAE
SI AUTEM NON EST OFFENSIO
POPULI HUIUS CORAM DO SUO
NON POTERIMUS RESISTERE ILLIS
QUONIAM DS EORUM DEFEN
DET ILLOS
ET ERIMUS IN OPPROBRIUM
UNIUERSAE TERRAE
ET FACTUM EST CUM CESSASSET
LOQUI ACHIOR HAEC UERBA
IRATI SUNT OMNES MAGNATES
HOLOFORNIS

ET COGITABANT INTERFICERE EUM
DICENTES AD ALTERUTRUM
QUIS ISTE EST QUI FILIOS ISRAHEL
POSSE DICAT RESISTERE REGI
NABUCHODONOSOR
ET EXERCITIBUS EIUS
HOMINES INERMES ET SINE
UIRTUTE ET SINE PERITIA
ARTIS PUGNE
UT ERGO AGNOSCAT ACHIOR
QUIA NON FALLIT NOS
ASCENDAMUS MONTANA
ET CUM CAPTI FUERINT POTENTES
EORUM
TUNC CUM EISDEM GLADIO
TRANSUERBERABITUR
UT SCIAT OMNIS GENS QUONIAM
NABUCHODONOSOR
DEUS TERRAE EST
ET PRAETER IPSUM ALIUS NON EST
VII VI FACTUM EST AUTEM CUM
CESSASSENT LOQUI
INDIGNATUS EST HOLOFORNES
UEHEMENTER DIXIT AD ACHIOR
QUONIAM PROPHETASTI NOBIS
DICENS QUOD GENS ISRAHEL
DEFENDATUR A DO SUO
UT OSTENDAM TIBI QUIA NON EST
DS NISI NABUCHODONOSOR
CUM PERCUSSERIMUS EOS
OMNES SICUT HOMINEM UNUM
TUNC ET IPSE CUM ILLIS ASSYRIORU
GLADIO INTERIBIS
ET OMNIS ISRAHEL TECUM
PERDITIONE DISPERIET
ET PROBABIS QUIA NABUCHODO
NOSOR DOMINUS SIT UNI
UERSAE TERRAE
TUNC QUE GLADIUS MILITIAE
MEAE TRANSIET PER LATERA TUA
ET CONFIXUS CADES INTER
UULNERATOS ISRAHEL
ET NON RESPIRABIS ULTRA
DONEC EXTERMINERIS CUM ILLIS

PORRO AUTEM SI PROPHETIAM
TUAM UERAM EXISTIMAS
NON CONCIDAT UULTUS TUUS
ET PALLOR QUI FACIEM TUAM
OPTINUIT ABSCEDAT ATE
SI UERBA MEA HAEC PUTAS
INPLERI NON POSSE
UT AUTEM NOUERIS QUIA SIMUL
CUM ILLIS HAEC EXPERERIS
ECCE EX HAC HORA ILLORUM
POPULO SOCIABERIS
UT DUM DIGNAS MEI GLADII
POENAS EXCEPERINT
IPSE SIMUL ULTIONI SUBIACEAS
TUNC HOLOFORNES PRAECEPIT
SERUIS SUIS UT CONPRAEHEN
DERENT ACHIOR
ET PERDUCERENT EUM
IN BETULIAM
ET TRADERENT EUM IN MANU
FILIORUM ISRAHEL
ET ACCIPIENTES EUM SERUI
HOLOFORNIS PROFECTI SUNT
PER CAMPESTRIA
SED DUM ADPROPINQUASSENT
AD MONTANA
EXIERUNT CONTRA EOS
FUNDIBALARII
ILLI AUTEM DIUERTENTES
A LATERE MONTIS
LIGAUERUNT ACHIOR AD ARBOREM
MANIBUS ET PEDIBUS
ET SIC UINCTUM DE RESTIBUS
DIMISERUNT EUM
ET REUERSI SUNT AD DOMINUM SUUM
PORRO FILII ISRAHEL DESCENDEN
TES DE BETHULIA UENERUNT
AD EUM
QUEM SOLUENTES DUXERUNT
AD BETHULIAM ATQUE IN MEDIO
POPULI ILLUM STATUENTES
PERCONTATI SUNT QUID RERUM
ESSET QUOD ILLUM UINCTUM
ASSYRII RELIQUISSENT

IN DIEBUS ILLIS ERANT ILLIC
PRINCIPES OZIAS FILIUS
MICHA DE TRIBU SYMEON
ET CARMI QUI ET GOTHONIHEL
VIII IN MEDIO ITAQUE SENIORUM
ET IN CONSPECTU OMNIUM
ACHIOR DIXIT OMNIA
QUAE LOQUUTUS IPSE FUERAT
AB HOLOFORNE INTERROGATUS
ET QUALITER POPULUS HOLOFORNIS
UOLUISSET PROPTER HOC UERBUM
INTERFICERE EUM
ET QUEMAMMODUM IPSE
HOLOFORNES IRATUS IUSSERIT
EUM ISRAHELITIS HAC
CAUSA TRADI
UT DUM UICERIT FILIOS ISRAHEL
TUNC ETIAM IPSUM ACHIOR
DIUERSIS IUBEAT SUPPLICIIS
INTERIRE
PROPTER HOC QUOD DIXISSET
DS CAELI DEFENSOR EORUM EST
CUMQUE UNIUERSA ACHIOR
EXPOSUISSET OMNIS POPULUS
CECIDIT IN FACIEM ADORANS DNM
ET COMMUNI LAMENTATIONE
ET FLETU UNANIMES PRECES
SUAS DO EFFUDERUNT
DICENTES DNE DS CAELI ET TERRAE
INTUERE SUPERBIAM ILLORUM
ET RESPICE AD NOSTRAM
HUMILITATEM
ET FACIEM TUORUM SCORUM
ADTENDE
ET OSTENDE QUONIAM NON DERE
LINQUIS PRAESUMENTES DE TE
ET PRAESUMENTES DE SE
ET DE SUA UIRTUTE
GLORIANTES HUMILIAS
FINITO QUE FLETU ET PER TOTUM
DIEM POPULORUM ORATIONE
COMPLETA
CONSOLATI SUNT ACHIOR DICENTES
DS PATRUM NOSTRORUM

cuius tu uirtutem praedicasti
ipse tibi hanc dabit uicissitudinē
ut eorum magis tu interitum
uideas
Cum uero dns ds noster dederit
hanc libertatem seruis suis
sit et tecum ds in medio nostri
ut sicut placuerit tibi ita cum
tuis omnibus conuerseris
Tunc ozias finito consilio
suscepit eum in domum suam
et fecit eis cenam magnam
Et uocatis omnibus presbyteris
simul expleto ieiunio
refecerunt
Post ea uero conuocatus
omnis populus et per
totam noctem intra eccle
siam orauerunt
petentes auxilium ado isrl
VIIII VII Holofornes autem altera die
praecepit exercitibus suis
ut ascenderent contra
bethuliam
Erant autem pedites bellatores
centum uiginti milia
praeter praeparationes
uirorum illorum quos
occupauerat captiuitas
et abducti fuerant de prouin
ciis et urbibus uniuersae
iuuentutis
Omnes pariter parauerunt
se ad pugnam contra
filios israhel
et uenerunt per crepidinem
montis usque ad apicem
qui respicit super dothain
a loco qui dicitur belma
usque chelmon qui est
contra hesdraelon
Filii autem israhel ut uiderunt
multitudinem illorum
prostrauerunt se super terram
mittentes cinerem
super capita sua
unanimes orantes ut ds israhel
misericordiam suam osten
deret super populum suum
et assumentes arma sua bellica
sederunt per loca
quae angusti itineris tramitem
dirigunt inter montuosa
Et erant custodientes ea
tota die et nocte
porro holofornes dum circuit
per gyrum
repperit quod fons qui influebat
in aquae ductum illorum
a parte australi extra ciuitatē
dirigeret
incidi praecepit aquae
ductum eorum
Erant tamen non longe a muris
fontes ex quibus furtim
uidebantur haurire aquam
ad refocilandum potius
quam ad potandum
Sed filii ammon et moab
accesserunt ad holofornem
dicentes
Filii israhel non in lancea
nec in sagitta confidunt
sed montes defendent illos
et muniunt illos colles
in praecipitio constituti
Ut ergo sine congressione
pugnae possis superare eos
pone custodes fontium
ut nonauriant ex eis
et sine gladio interficies eos
uel certe fatigati tradent
ciuitatem suam quam putant
montibus superpositam
superari non posse
Et placuerunt uerba haec
coram holoforne et coram
omnibus satellitibus eius

ET CONSTITUIT PER GYRUM
CENTENARIOS PER SIN
GULOS FONTES
CUMQUE ISTA CUSTODIA PER DIES
UIGINTI FUISSET EXPLETA
DEFECERUNT CISTERNAE ET COL
LECTIONES AQUARUM OMNIB·
INHABITANTIB· BETULIAM
ITA UT NON ESSET INTRA CIUITATEM
UNDE SATIARENTUR UEL UNA DIE
QUONIAM AD MENSURAM DABATUR
POPULIS AQUA COTIDIE
X TUNC AD OZIAM CONGREGATI OMNES
UIRI ET FEMINAE IUUENES
ET PARUULI
SIMUL OMNES UNA UOCE DIXERUNT
IUDICET DS INTER NOS ET TE
QUONIAM FECISTI IN NOS MALA
NOLENTES LOQUI PACIFICE
CUM ASSYRIIS
ET PROPTER HOC TRADIDIT NOS DS
IN MANIBUS EORUM
ET IDEO NON EST QUI ADIUUET NOS
CUM PROSTERNAMUR ANTE
OCULOS EORUM IN SITI ET PER
DITIONE MAGNA
ET NUNC CONGREGATE UNIUERSOS
QUI IN CIUITATE SUNT
UT SPONTE NOSTRA DAMUS
OMNES POPULI HOLOFORNI
MELIUS EST ENIM UT CAPTIUI
BENEDICAMUS DM UIUENTES
QUAM MORIAMUR ET SIMUS
OPPROBRIUM OMNI CARNI
CUM UIDERIMUS UXORES NOSTRAS
ET INFANTES NOSTROS MORIAN
TE OCULOS NOSTROS
CONTESTAMUR HODIE CAELUM
ET TERRAM ET DM PATRUM
NOSTRORUM QUI ULCISCITUR NOS
SECUNDUM PECCATA NOSTRA
UT IAM TRADATIS CIUITATEM
IN MANU MILITIAE HOLOFORNIS
ET SIT FINIS NOSTER BREUIS
IN ORE GLADII
QUI LONGIOR EFFICITUR
IN ARIDITATE SITIS
ET CUM HAEC DIXISSENT
FACTUS EST FLETUS ET ULULATUS
MAGNUS IN ECCLESIA OMNIBUS
ET PER MULTAS HORAS UNA UOCE
CLAMAUERUNT AD DM DICENTES
PECCAUIMUS CUM PATRIBUS
NOSTRIS INIUSTE EGIMUS
INIQUITATEM FECIMUS
TU QUIA PIUS ES MISERERE
NOSTRI
AUT IN TUO FLAGELLO UINDICA
INIQUITATES NOSTRAS
ET NOLI TRADERE CONFITENTES
TE POPULO QUI IGNORANT TE
ET NON DICANT GENTES UBI EST
DS EORUM
ET CUM FATIGATI HIS CLAMORIBUS
ET HIS FLETIBUS LASSATI
SILUISSENT
EXSURGENS OZIAS INFUSUS
LACRIMIS DIXIT
AEQUO ANIMO ESTOTE FRATRES
ET HOS QUINQUE DIES EXPEC
TEMUS A DNO MISERICORDIAM
FORSITAN ENIM INDIGNATIONEM
SUAM ABSCIDET
ET DAT GLORIAM NOMINI SUO
SI AUTEM TRANSACTIS QUINQUE
DIEBUS NON UENERIT
ADIUTORIUM
FACIEMUS HAEC UERBA
QUAE LOCUTI ESTIS
VIII ET FACTUM EST CUM AUDISSET
HAEC IUDITH UIDUA
QUAE ERAT FILIA MERARI
FILII IDOX
FILII IOSEPH
FILII OZIAE
FILII HELAI
FILII AMNOR
FILII GEDEON

FILII RAFUIM
FILII ACITOB
FILII MELCHIAE
FILII ENAM
FILII NATHANAE
FILII SALATHIHEL
FILII SYMEON
FILII RUBEN
ET UIR EIUS FUIT MANASSES
QUI MORTUUS EST IN DIEBUS
MESSIS HORDEARIAE
INSTABAT ENIM SUPER ALLIGANTES
MANIPULOS IN CAMPO
ET UENIT AESTUS SUPER CAPUT EIUS
ET MORTUUS EST
IN BETHULIAM CIUITATEM SUAM
ET SEPULTUS EST ILLIC
CUM PATRIBUS SUIS
ET ERAT IUDITH RELICTA EIUS
UIDUA IAM ANNIS TRIBUS
ET MENSIBUS SEX
ET IN SUPERIBUS DOMUS SUAE
FECIT SIBI SECRETUM CUBICULUM
IN QUO CUM PUELLIS SUIS CLAUSA
MORABATUR
ET HABENS SUPER LUMBOS SUOS
CILICIUM
IEIUNABAT OMNIBUS DIEBUS
UITAE SUAE
PRAETER SABBATUM ET NEOMENIA
ET FESTA DOMUS ISRAHEL
ERAT ENIM ELEGANTI
ASPECTU NIMIS
CUI UIR SUUS DIMISERAT DIUITIAS
MULTAS ET FAMILIAM COPIOSAM
AC POSSESSIONES ARMENTIS BOUM
ET GREGIBUS OUIUM PLENAS
ET ERAT HAEC IN EO OMNIBUS
FAMOSISSIMA QUONIAM
TIMEBAT D̄M UALDE
NEC ERAT QUI LOQUERETUR
DE ILLA UERBUM MALUM
XI HAEC ITAQUE CUM AUDISSET
QUONIAM OZIAS PROMISISSET

QUOD TRANSACTO QUINTO DIE
TRADERET CIUITATEM
MISIT AD PRAESBYTEROS CHABRI
ET CHARMIN ET UENERUNT
AD ILLAM ET DIXIT ILLIS
QUOD EST HOC UERBUM IN QUO
CONSENSIT OZIAS UT TRADAT
CIUITATEM ASSYRIIS
SI INTRA QUINQUE DIES NON UENERIT
UOBIS ADIUTORIUM
ET QUI ESTIS UOS QUI TEMTATIS DN̄M
NON EST ISTE SERMO QUI MISE
RICORDIAM PROUOCET
SED POTIUS QUI IRAM EXCITET
ET FUROREM ACCENDAT
POSUISTIS UOS TEMPUS MISERA
TIONIS DN̄I ET AD ARBITRIUM
UESTRUM DIEM CONSTITUISTIS EI
SED QUIA PATIENS EST DN̄S
IN HOC IPSO PAENITEAMUR
ET INDULGENTIAM EIUS LACRIMIS
POSTULEMUS
NON ENIM QUASI HOMO D̄S
SIC COMMINATUR
NEQUE SIC UT FILIUS HOMINIS
AD IRACUNDIAM INFLAMMABITUR
ET IDEO HUMILIEMUS ILLI
ANIMAS NOSTRAS
ET SP̄U CONSTITUTI HUMILIATO
SERUIENTES ILLI
DICAMUS FLENTES DN̄O UT SECUN
DUM UOLUNTATEM SUAM
SIC FACIAT NOBISCUM MISERI
CORDIAM SUAM
ET SICUT CONTURBATUM EST
COR NOSTRUM IN SUPERBIA
ILLORUM
ITA ETIAM DE NOSTRA HUMILITATE
GLORIEMUR
QUONIAM NON SUMUS SEQUUTI
PECCATA PATRUM NOSTRORUM
QUI DERELIQUERUNT D̄M SUUM
ET ADORAUERUNT DEOS ALIENOS
PRO SCELERE QUOD DATI SUNT

IN GLADIUM ET IN RAPINAM
ET IN CONFUSIONEM INIMICIS SUIS
NOS AUTEM ALTERUM DM̄ NESCIMUS
PRAETER IPSUM
EXPECTEMUS HUMILES
CONSOLATIONEM EIUS
ET EXQUIRET SANGUINEM NOSTRUM
DE ADFLICTIONIBUS INIMICORUM
NOSTRORUM GENTES
ET HUMILIAT OMNES QUAECUMQ·
INSURGUNT CONTRA NOS
ET FACIET ILLOS SINE HONORE
DN̄S DS̄ NOSTER
ET NUNC FRATRES QUONIAM UOS
QUI ESTIS PRAESBYTERI
IN POPULO DĪ
ET EX UOBIS PENDET ANIMA ILLORUM
ALLOQUIO UESTRO CORDA EORUM
ERIGITE
UT MEMORES SINT QUIA TEMPTATI
SUNT PATRES NOSTRI UT PROBA
RENTUR
SI UERE COLERENT DM̄ SUUM
MEMORES ESSE DEBENT
QUOMODO PATER NOSTER
ABRAHAM TEMPTATUS EST
ET PER MULTAS TRIBULATIONES
PROBATUS DĪ AMICUS
EFFECTUS EST
SIC ISAAC SIC IACOB
SIC MOSES ET OMNES QUI PLACU
ERUNT DŌ
PER MULTAS TRIBULATIONES
TRANSIERUNT FIDELES
ILLI AUTEM QUI TEMPTATIONES
NON SUSCEPERUNT CUM
TIMORE DN̄I ET PATIENTIA SUA
ET INPROPERIUM MURMURATIONIS
SUAE CONTRA DN̄M PROTULERUNT
EXTERMINATI SUNT AB EXTERMI
NATORE ET A SERPENTIBUS
PERIERUNT
ET NOS ERGO NON ULCISCAMUR
NOS PRO HIS QUAE PATIMUR

SED REPUTANTES PECCATIS NOSTRIS
HAEC IPSA MINORA ESSE
SUPPLICIA
FLAGELLA DN̄I QUASI SERUI QUI
CORRIPIMUR AD EMENDATIONĒ
NON AD PERDITIONEM NOSTRAM
UENISSE CREDAMUS
ET DIXERUNT OZIAS ET PRAES
BYTERI OMNIA QUAE LOQUUTA
ES UERA SUNT
ET NON EST IN SERMONIBUS TUIS
ULLA REPRAEHENSIO
NUNC ERGO ORA PRO NOBIS
QUONIAM MULIER SC̄A ES
ET TIMENS DN̄M
ET DIXIT ILLIS IUDITH
SICUT QUOD LOQUI POTUI
DĪ ESSE COGNOSCITIS
ITA QUOD FACERE DISPOSUI
PROBATE SI EX DŌ EST
ET ORATE UT FIRMUM FACIAT
CONSILIUM MEUM
STABITIS UOS AD PORTAM NOCTE
ISTA ET EGO EXEAM
CUM ABRA MEA
ET ORATE UT SICUT DIXISTIS
IN DIEBUS QUINQUE
RESPICIAT DN̄S POPULUM
SUUM ISRAHEL
UOS AUTEM NOLO SCRUTEMINI
ACTUM MEUM
ET USQUE DUM RENUNTIEMUS
UOBIS NIHIL ALIUT FIAT
NISI ORATIO PRO ME AD DN̄M
DM̄ NOSTRUM
ET DIXIT AD EAM OZIAS
PRINCEPS IUDAE
UADE IN PACE ET DN̄S SIT TECUM
IN ULTIONE INIMICORUM
NOSTRORUM
ET REUERTENTES ABIERUNT
XII IX QUIB· ABSCEDENTIBUS IUDITH
INGRESSA EST ORATORIUM SUŪ
ET INDUENS SE CILICIO POSUIT

CINEREM SUPER CAPUT SUUM
ET PROSTERNENS SE DÑO
CLAMAUIT AD DÑM DICENS
DÑE DS PATRIS MEI SYMEON
QUI DEDISTI ILLI GLADIUM
IN DEFENSIONE ALIENIGENARUM
QUI UIOLATORES EXTITERANT
IN COINQUINATIONE SUA
ET DENUDAUERUNT FEMUR
UIRGINIS IN CONFUSIONEM
DEDISTI MULIERES EORUM
IN PRAEDAM ET FILIAS EORUM
IN CAPTIUITATEM
ET OMNEM PLEBEM IN DIUISIONĒ
SERUIS TUIS QUI ZELAUERUNT
ZELUM TUUM
SUBUENI QUAESO TE DÑE DS MEUS
MIHI UIDUAE
TU ENIM FECISTI PRIORA ILLA
ET ILLA POST ILLA COGITASTI
ET HOC FACTUM EST QUOD IPSE
UOLUISTI
OMNES ENIM UIAE TUAE
PARATAE SUNT
ET TUA IUDICIA IN PROUIDENTIA
TUA POSUISTI ·
RESPICE CASTRA ASSYRIORUM
NUNC
SICUT TUNC CASTRA AEGYPTIORŪ
DIGNATUS ES UIDERE
QUANDO POST SERUOS TUOS
ARMATI CURREBANT
CONFIDENTES IN QUADRIGIS
ET IN EQUITATU SUO
ET IN MULTITUDINE BELLATORŪ
SED ASPEXISTI SUPER CASTRA
EORUM ET TENEBRAE
FATIGAUERUNT EOS
TENUIT PEDES EORUM ABYSSUS
ET AQUAE OPERUERUNT EOS
SIC FIANT ET ISTI DÑE
QUI CONFIDUNT IN MULTITUDINE
SUA ET IN CURRIBUS SUIS
ET IN CONTIS ET IN SAGITTIS SUIS
ET IN LANCEIS GLORIANTUR
ET NESCIUNT QUIA TU IPSE ES
DS NOSTER QUI CONTERES
BELLA AB INITIO
ET DÑS NOMEN TIBI EST
ERIGE BRACHIUM TUUM SICUT
AB INITIO
ET ALLIDE UIRTUTEM ILLORUM
IN UIRTUTE TUA
CADAT UIRTUS EORUM IN IRACUNDIA TUA
QUI PROMITTUNT SE UIOLARE
SCA TUA
ET POLLUERE TABERNACULUM
HONORIS TUI
ET DEICERE GLADIO SUO CORNU
ALTARIS TUI
FAC DÑE UT GLADIO PROPRIO
EIUS SUPERBIA AMPUTETUR
CAPIATUR LAQUEO OCULORUM
SUORUM IN ME ET PERCUTE EUM
EX LABIIS CARITATIS MEAE
DA MIHI IN ANIMO CONSTANTIAM
UT CONTEMNAM ILLUM
ET IN UIRTUTE EUERTAM EUM
ERIT ENIM MEMORIALE
NOMINIS TUI
QUOD MANUS FEMINE ADEIECERIT EŪ
NON ENIM IN MULTITUDINE EST
UIRTUS TUA DÑE
NEQUE IN EQUORUM UIRIBUS
UOLUNTAS TUA
NEC SUPERBI AB INITIO
PLACUERUNT TIBI
SED HUMILIUM ET MANSUETORŪ
TIBI SEMPER PLACUIT DEPRECATIO
DS CAELORUM CREATOR AQUARŪ
ET DÑS TOTIUS CREATURAE
EXAUDI ME MISERAM
DEPRECANTEM
ET DE TUA MISERICORDIA
PRAESUMENTEM
MEMENTO DÑE TESTAMENTI TUI
ET DA UERBUM IN ORE MEO
ET IN CORDE MEO CONSILIUM

CORROBORA
UT DOMUS TUA IN TUA SCIFICATIONE
PERMANEAT
ET OMNES GENTES AGNOSCANT
QUONIAM TU ES DS ET NON EST
ALIUS PRETER TE
XIII FACTUM EST AUTEM CUM CESSAS
SET CLAMARE AD DNM
SURREXIT DE LOCO QUO IACUERAT
PROSTRATA DNO
UOCAUIT Q· ABRAM SUAM
ET DESCENDENS IN DOMUM SUAM
ABSTULIT A SE CILICIUM
ET EXUIT SE UESTIMENTIS
UIDUITATIS SUAE
ET LAUIT CORPUS SUUM ET UNXIT
SE MYRRO OPTIMO
ET DISCRIMINAUIT CRINEM CAPI
TIS SUI ET INPOSUIT MITRAM
SUPER CAPUT SUUM
ET INDUIT SE UESTIMENTIS
IUCUNDITATIS SUAE
INDUIT QUE SANDALIA PEDIBUS
SUIS ASSUMSIT QUE DEXTRA
LIOLA ET INAURES ET ANULOS
ET OMNIBUS ORNAMENTIS SUIS
ORNAUIT SE
CUI ETIAM DNS CONTULIT
SPLENDOREM
QUONIAM OMNIS ISTA CONPOSI
TIO NON EX LIBIDINE
SED EX UIRTUTE PENDEBAT
ET IDEO DNS HANC IN ILLAM
PULCHRITUDINEM AMPLIAUIT
UT INCONPARABILI DECORE
OMNIUM OCULIS APPARERET
IMPOSUIT ITAQUE ABRAE SUAE
ASCOPAM UINI ET UAS OLEI
ET POLENTUM
ET LAPATES ET PANES ET CASEU·
ET PROFECTA EST
CUMQUE UENISSET AD PORTAM
CIUITATIS
INUENERUNT EXPECTANTEM
OZIAM ET PRAESBITEROS
CIUITATIS
QUI CUM UIDISSENT EAM STU
PENTES MIRATI SUNT NIMIS
PULCRITUDINEM EIUS
NIHIL TAMEN INTERROGANTES EAM
DIMISERUNT TRANSIRE DICENTES
DS PATRUM NOSTRORUM
DET TIBI GRATIAM
ET OMNE CONSILIUM TUI CORDIS
SUA UIRTUTE CORROBORET
UT GLORIETUR SUPER TE HIERUSALE
ET SIT NOMEN TUUM IN NUMERO
SCORUM SUORUM
ET DIXERUNT HI QUI ILLIC ERANT
OMNES UNA UOCE FIAT FIAT
IUDITH UERO ORANS DNM
TRANSIIT PORTAS IPSA ET ABRA EIUS
FACTUM EST AUTEM CUM DESCEN
DERET MONTEM CIRCA
ORTUM DIEI
OCCURRERUNT EI EXPLORATORE·
ASSYRIORUM
ET TENUERUNT ILLAM DICENTES
UNDE UENIS AUT QUO UADIS
QUAE RESPONDIT FILIA SUM
HEBRAEORUM
IDEO EGO FUGI A FACIE EORUM
QUONIAM FUTURUM AGNOUI
QUOD DENTUR UOBIS
IN DEPRAEDATIONEM
PRO EO QUOD CONTEMNENTES
UOS NOLUERINT ULTRO
TRADERE SE IPSOS
UT INUENIRENT MISERICORDIAM
IN CONSPECTU UESTRO
HAC DE CAUSA COGITAUI MECUM
DICENS
UADAM AD FACIEM PRINCIPIS
HOLOFORNIS UT INDICEM ILLI
SCRETA ILLORUM
ET OSTENDAM ILLI QUO ADITU
POSSIT OPTINERE EOS
ITA UT NON CADAT UIR DE EXERCITU EIUS

ET CUM AUDISSENT UERBA EIUS
CONSIDERABANT FACIEM EIUS
ET ERAT IN OCULIS EORUM STUPOR
QUONIAM MIRABANTUR PULCHRI
TUDINEM EIUS NIMIS
ET DIXERUNT AD EAM
CONSERUASTI ANIMAM TUAM
EO QUOD TALE REPPERISTI CON-
SILIUM UT DESCENDERIS
AD DOMINUM NOSTRUM
HOC AUTEM SCIAS QUONIAM
CUM STETERIS IN CONSPECTU
EIUS BENE TIBI FACIET
ET ERIS GRATISSIMA IN CORDE EIUS
DUXERUNTQUE ILLAM AD TABER
NACULUM HOLOFORNIS
NUNTIANTES EAM
CUMQUE INTRASSET ANTE FACIEM
EIUS STATIM CAPTUS EST IN SUIS
OCULIS HOLOFORNIS
DIXERUNTQUE AD EUM
SATELLITES EIUS
QUIS CONTEMNAT POPULUM
HEBRAEORUM QUI TAM
DECORAS MULIERES HABENT
ET NON PRO HIS MERITO PUGNARI
DEBEAT CONTRA EOS
UIDENS ITAQUE IUDITH HOLOFOR
NEM SEDENTEM IN CONOPEO
QUOD ERAT EX PURPURA
ET AURO ET SMARAGDO
ET LAPIDIBUS PRAETIOSIS
INTEXTUM
ET CUM IN FACIEM EIUS INTEN
DISSET ADORAUIT EUM
PROSTERNENS SE SUPER TERRAM
ET LEUAUERUNT ILLAM SERUI
HOLOFORNIS IUBENTE
DOMINO SUO
XI TUNC HOLOFORNES DIXIT EI
AEQUO ANIMO ESTO ET NOLI
PAUERE IN CORDE TUO
QUONIAM EGO NUMQUAM
NOCUI UIRUM QUI UOLUIT
SERUIRE NABUCHODONOSOR REGI
POPULUS AUTEM TUUS SI NON
CONTEMSISSET ME
NON LEUASSEM LANCEAM MEAM
SUPER ILLUM
NUNC AUTEM DIC MIHI QUA
EX CAUSA RECESSISTI AB ILLIS
ET PLACUIT TIBI UT UENIRES AD NOS
XIII ET DIXIT ILLI IUDITH SUME
UERBA ANCILLAE TUAE
QUONIAM SI SECUTUS FUERIS
UERBA ANCILLAE TUAE
PERFECTAM REM FACIET DS TECUM
UIUIT ENIM NABUCHODONOSOR
REX TERRAE
ET UIUIT UIRTUS EIUS QUAE EST IN TE
AD CORREPTIONEM OMNIUM
ANIMARUM ERRANTIUM
QUONIAM NON SOLUM HOMINES
SERUIUNT ILLI PER TE
SED ET IPSAE BESTIAE AGRI
OBTEMPERANT ILLI
NUNTIATUR ENIM INDUSTRIA
ANIMI TUI UNIUERSIS GENTIBUS
ET INDICATUM EST OMNI SAECULO
QUONIAM TU SOLUS BONUS
ET POTENS ES IN OMNI REGNO EIUS
ET DISCIPLINATUA OMNIBUS
PROUINCIIS PRAEDICATUR
NEC HOC LATET QUOD LOCUTUS
EST ACHIOR
NEC ILLUD IGNORATUR QUOD EI
IUSSERIS EUENIRE
CONSTAT ENIM DM NOSTRUM
SIC PECCATIS OFFENSUM
UT MANDAUERIT PER PROPHE
TAS SUOS AD POPULUM
QUOD TRADAT EOS PRO PEC
CATIS SUIS
ET QUONIAM SCIUNT SE OFFEN
DISSE DM SUUM FILII ISRAHEL
TREMOR TUUS SUPER IPSOS EST
INSUPER ETIAM FAMES INUASIT
EOS ET AB ARIDITATE AQUAE

iam inter mortuos conputantur
Denique hoc ordinant ut inter
ficiant pecora sua
et sanguinem eorum bibant
et sca dni sui quae praecepit
ds̄ non contingi
in frumento uino et oleo
haec cogitauerunt inpendere
et uolunt consumere
quae nec manibus
deberent contingere
Ergo quoniam haec faciunt
certum est quod in perdi
tionē dabuntur
Quod ego ancilla tua cognoscens
fugi ab illis
Et misit me dn̄s haec ipsa
nuntiare tibi
Ego enim ancilla tua dm̄ colo
etiam nunc apud te
et exiet ancilla tua et orabo dm̄
et dicit mihi quando eis reddat
peccatum suum
et ueniens nuntiabo tibi
ita ut ego adducam te per mediam
hierusalem
et habebis omnem populum
israhel sicut quibus oues.
non est pastor
et non latrabit canis unus
contra te
quoniam haec mihi dicta sunt
per prouidentiam di̅
et quoniam iratus est illis ds̄
hoc ipsa missa sum nunti
are tibi
Placuerunt autem omnia
uerba haec coram holoforne
et coram pueris eius
et mirabantur ad sapientiam eius
et dicebant alter ad alterum
non est talis mulier
super terram
in aspectu et in pulchritudine
et in sensu uerborum
Et dixit ad illam holofornes
Bene fecit ds̄ qui misit te
ante populum ut des illum
tu in manibus nostris
et quoniam bona est
promissio tua
si fecerit mihi hoc ds̄ tuus
erit et meus ds̄
et tu in domo nabuchodonosor
magna eris
et nomen tuum nominabitur
in uniuersa terra
XII. Tunc iussit eam introire ubi
repositi erant thesauri eius
et iussit illic manere eam
et constituit quid daretur illi
de conuiuio suo
Cui respondens iudith dixit
Nunc non potero manducare
ex his quae mihi praecepisti
tribui
ne ueniat super me offensio
ex his autem quae mihi
detuli manducabo
Cui holofornes ait
Si defecerint tibi ista quae tecum
detulisti
quid faciemus tibi
Et dixit iudith
uiuit anima tua domine meus
quoniam non expendet omnia
haec ancilla tua
donec faciat ds̄ in manu mea
haec quae cogitaui
Et induxerunt illam serui eius
in tabernaculum quod
praeceperat
et petit dum introiret ut daretur illi fiducia nocte
et ante lucem egrediendi foras
ad orationem et deprecandi dm̄
et praecepit cubiculariis suis
ut sicut placeret illi exiret

ET INTROIRET AD ADORANDUM
DM̄ SUUM
ET PER TRIDUUM EXIEBAT
NOCTIBUS IN UALLEM BETHULIAE
ET BAPTIZABAT SE IN FONTEM
AQUAE
ET UT ASCENDEBAT ORABAT
AD DN̄M DM̄ ISRAHEL
UT DIRIGERET UIAM EIUS
AD LIBERATIONEM POPULI SUI
ET INTROIENS MUNDA MANEBAT
IN TABERNACULO
US QUEDUM ACCIPERET ESCAM
SUAM IN UESPERAM
ET FACTUM EST IN QUARTA DIE
HOLOFORNES FECIT CENAM
SERUIS SUIS
ET DIXIT AD BAGAO EUNUCHUM
XV UADE ET SUADE HEBREAM ILLAM
UT SPONTE CONSENTIAT
HABITARE NOBISCUM
FEDUM EST ENIM APUD ASSYRIOS
SI FEMINA INRIDEAT UIRUM
AGENDO UT IN MUNIS TRANSEAT AB EO
TUNC INTROIUIT BAGAO AD IUDITH
ET DIXIT
NON UERETUR BONA PUELLA
INTROIRE AD DOMINUM MEUM
UT HONORIFICETUR ANTE FACIEM
EIUS ET MANDUCET CUM EO
ET BIBAT UINUM CUM IUCUN
DITATEM
CUI IUDITH RESPONDIT
QUAE EGO SUM UT CONTRA
DICAM DOMINO MEO
OMNE QUOD ERIT ANTE OCULOS
EIUS BONUM ET OPTIMUM
FACIAM
QUID QUID AUTEM ILLI PLACUERIT
HOC MIHI ERIT OPTIMUM
OMNIBUS DIEB· UITAE MEAE
ET SURREXIT ET ORNAUIT SE
UESTIMENTO SUO
ET INGRESSA STETIT ANTE FACIEM EIUS

COR AUTEM HOLOFORNIS
CONCUSSUM EST
ERAT ENIM ARDENS IN CONCU
PISCENTIA EIUS
ET DIXIT AD EAM HOLOFOR̄NES
BIBE NUNC ET ACCUMBE
IN IOCUNDITATE QUONIAM
GRATIAM INUENISTI CORAM ME
ET DIXIT IUDITH
BIBAM DOMINE QUONIAM MAGNI
FICATA EST ANIMA MEA HODIE
PRAE OMNIBUS DIEBUS MEIS
ET ACCEPIT ET MANDUCAUIT
ET BIBIT CORAM IPSO
EA QUAE PARAUERAT ILLI
ANCILLA EIUS
ET IUCUNDUS FACTUS EST
HOLOFORNES AD ILLAM
BIBIT QUE UINUM MULTUM
QUANTUM NUMQUAM
BIBERAT IN UITA SUA
XIII UT AUTEM SERO FACTUM EST
FESTINAUERUNT SERUI ILLIUS
AD HOSPITIA SUA
ET CONCLUSIT BAGAO OSTIA
CUBICULI ET ABIIT
ERANT AUTEM OMNES FATIGATI
A UINO
ERAT QUE IUDITH SOLA IN CUBICULO
PORRO HOLOFORNES IACEBAT
IN LECTO NIMIA EBRIETATE
SOPITUS
DIXITQ· IUDITH PUELLAE SUAE
UT STARET FORAS ANTE CUBI
CULUM ET OBSERUARET
STETIT QUE IUDITH ANTE LECTULUM
ORANS CUM LACRIMIS
ET LABIORUM MOTU IN SILENTIO
DICENS
CONFIRMA ME DN̄E DS̄ ISRL̄
ET RESPICE IN HAC HORA
AD OPERA MANUUM MEARUM
UT SICUT PROMISISTI HIERUSALE̅
CIUITATEM TUAM ERIGAS

Et hoc quod credens per te
posse fieri cogitaui perficiã
XVI Et haec cum dixisset accessit
ad columnam quae erat
ad caput lectuli eius
et pugionem eius qui in ea liga
tus pendebat exsoluit
Cumque euaginasset illum
adprehendit comam
capitis eius
et ait conforta me dñe ds isrl
in hac hora
et percussit bis in ceruicem eius
et abscidit caput eius
Et abstulit conopeum eius
a columnis
et euoluit corpus truncum
et post pusillum exiit
et tradidit caput holofornis
ancillae suae
et iussit ut mitteret illud
in peram suam
Et exierunt secundum
consuetudinem suam
quasi ad orationem
et transierunt castra
et gyrantes uallem uenerunt
ad portam ciuitatis
et dixit iudith a longe
custodibus murorum
Aperite portas quoniam
nobiscum est ds
qui fecit uirtutem in isrl
Et factum est cum audissent
uiri uocem eius
uocauerunt praesbyteros
ciuitatis
et concurrerunt ad eam
omnes a minimo usque
ad maximum
quoniam sperauerunt eam
iam non esse uenturam
et accendentes luminaria
congyrauerunt circa eam uniuer
si

Illa autem ascendens in emen
tiori loco iussit fieri silentiũ
Cumque omnes tacuissent
XVII Dixit iudith
Laudate dñm dm nm qui non
deseruit sperantes in se
et in me ancillam suam
adimpleuit misericordiam
quam promisit domui isrl
et interfecit in manu mea
hostem populi sui
in hac nocte
et proferens de pera caput
holofornis ostendit illis
dicens
Ecce caput holofornis
principis militiae
assyriorum
et ecce conopeum illius in quo
recumbebat in ebrietate sua
ubi et per manum feminae
percussit illum dñs ds nr
Uiuit autem ipse dñs quoniam
custodiuit me angelus eius
et hinc euntem et ibi commo
rantem et inde huc re
uertentem
et non permisit me ancillam
suam dñs coinquinari
sed sine pollutione peccati
reuocauit me uobis gaudentem
in uictoria sua
in euasione mea et in libera
tione uestra
Confitemur illi omnes
quoniam bonus quoniam
in saecullum misericordia eius
Uniuersi autem adorantes
dñm dixerunt ad eam
Benedixit te dñs in uirtute sua
qui per te ad nihilum redegit
inimicos nostros
Porro ozias princeps populi
isrl dixit ad eam

BENEDICTA ES TU FILIA A DNO DO
EXCELSO PRAE OMNIBUS
MULIERIBUS SUPER TERRAM
BENEDICTUS DNS QUI CREAUIT
CAELUM ET TERRAM
QUI TE DIREXIT IN UULNERA CAPITIS
INIMICORUM NOSTRORUM
QUI HODIE NOMEN TUUM
ITA MAGNIFICAUIT
UT NON RECEDAT LAUS TUA
DE ORE HOMINIS
QUI MEMORES FUERINT UIRTUTES
DNI IN AETERNUM
PRO QUIBUS NON PEPERCISTI
ANIMAE TUAE PROPTER ANGUS
TIAS ET TRIBULATIONES
GENERIS TUI
SED SUBUENISTI RUINAE ANTE
CONSPECTUM DI NOSTRI
ET DIXIT OMNIS POPULUS
FIAT FIAT
PORRO ACHIOR UOCATUS
UENIT ET DIXIT EI
DS ISRAHEL CUI TU TESTIMONIUM
DEDISTI QUOD ULCISCATUR SE
DE INIMICIS SUIS
IPSE CAPUT OMNIUM INCREDU
LORUM INCIDIT IN HAC NOCTE
IN MANU MEA
ET UT PROBES QUIA ITA EST
ECCE CAPUT HOLOFORNIS QUI IN
CONTEMTU SUPERBIAE SUAE
DM ISRAHEL CONTEMSIT
ET TIBI INTERITUM MINABATUR
DICENS CUM CAPTUS FUERIT
POPULUS ISRAHEL
GLADIO PERFORARI PRAECIPIAM
LATERA TUA
UIDENS AUTEM ACHIOR CAPUT
HOLOFORNIS
ANGUSTIATUS PRAE PAUORE
CECIDIT IN FACIEM SUPER TERRAM
ET AESTUAUIT ANIMA EIUS
POSTEA UERO QUAM RESUMTO SPU
RECREATUS EST
PROCIDIT AD PEDES EIUS
ET ADORABIT EAM ET DIXIT
BENEDICTA TU A DO TUO IN OMNI
TABERNACULO IACOB
QUONIAM IN OMNI GENTE QUAE
AUDIERIT NOMEN TUUM
MAGNIFICAUIT DM ISRAHEL
SUPER TE
XIIII DIXIT AUTEM IUDITH AD OMNEM
POPULUM
XVIII AUDITE ME FRATRES
ET SUSPENDITE CAPUT HOC
SUPER MUROS NOSTROS
ET ERIT CUM EXIERIT SOL
ACCIPIAT UNUSQUISQUE ARMA SUA
ET EXITE CUM IMPETU
NON UT DESCENDATIS DEORSUM
SED QUASI IMPETUM FACIENTES
TUNC EXPLORATORES NECESSE
ERIT UT FUGIANT AD PRINCIPE
SUUM EXCITANDUM
AD PUGNAM
CUMQUE DUCES EORUM CUCUR
RERINT AD TABERNACULUM
HOLOFORNIS
ET INUENERINT EUM TRUNCUM
IN SUO SANGUINE UOLUTATUM
DECIDET SUPER EOS TIMOR
CUMQ. COGNOUERITIS
FUGERE ILLOS
ITE POST ILLOS SECURI
QUONIAM DNS CONTERET EOS
SUB PEDIBUS UESTRIS
XIX TUNC ACHIOR UIDENS UIRTUTEM
QUAM FECIT DS ISRAHEL
RELICTO GENTILITATIS RITU
CREDIDIT DO
ET CIRCUMCIDIT CARNEM
PRAEPUTII SUI
ET APPOSITUS EST AD DNM DM ISRL
ET OMNIS SUCCESSIO GENERIS
EIUS USQ. HODIERNUM DIEM
MOX AUTEM UT ORTUS EST DIES

SUS PENDERUNT SUPER MUROS
CAPUT HOLOFORNIS
ACCEPITQUE UNUSQUISQUE
UIR ARMA SUA
ET EGRESSI SUNT CUM GRANDI
STREPITU ET ULULATU
QUOD UIDENTES EXPLORATORES
AD TABERNACULUM CUCURRERUNT
PORRO HI QUI IN TABERNACULO
ERANT UENIENTES ET ANTE
INGRESSUM CUBICULI
PERSTREPENTES
EXCITANDI GRATIA INQUIETUDINEM
ARTE MOLIEBANTUR
UT NON AB EXCITANTIBUS
SED A SONANTIBUS HOLOFORNES
EUIGILARET
NULLUS ENIM AUDEBAT CUBICULUM
UIRTUTIS ASSYRIORUM INPULSAN
DO AUT INTRANDO APERIRE
SED CUM UENISSENT DUCES EIUS
ET TRIBUNI
ET UNIUERSI MAIORES EXERCI
TUS ASSYRIORUM
DIXERUNT CUBICULARIIS
INTRATE ET EXCITATE ILLUM
QUONIAM EGRESSI MURES
DE CAUERNIS SUIS
AUSI SUNT PROUOCARE
AD PROELIUM
TUNC INGRESSUS BAGAO CUBI
CULUM EIUS STETIT ANTE
CORTINAM ET PLAUSUM
FECIT MANIBUS SUIS
SUSPICABATUR ENIM ILLUM
CUM IUDITH DORMIRE
SED CUM NULLUM MOTUM
IACENTIS SENSU AURIUM
CAPERET
ACCESSIT PROXIMANS AD COR
TINAM ET ELEUANS EAM
UIDET IACENS CADAUER ABSQUE
CAPITE HOLOFORNIS
IN SUO SANGUINE TABE FACTUM
IACERE SUPER TERRAM
ET CLAMAUIT UOCE MAGNA CUM
FLETU ET EXCIDIT UESTIMENTA SUA
ET INGRESSUS TABERNACULUM
IUDITH NON INUENIT EAM
ET EXILUIT FORAS AD POPULUM
ET DIXIT
UNA MULIER HEBREA FECIT CON
FUSIONEM IN DOMO REGIS
NABUCHODONOSOR
ECCE ENIM HOLOFORNES IACET
IN TERRA ET CAPUT IPSIUS
NON EST IN ILLO
QUOD CUM AUDISSENT PRINCIPES
UIRTUTIS ASSYRIORUM
SCIDERUNT OMNES UESTIMENTA SUA
ET INTOLERABILIS TIMOR
ET TREMOR CECIDIT SUPER EOS
ET TURBATI SUNT ANIMI EORUM
UALDE
ET FACTUS EST CLAMOR INCON
PARABILIS IN MEDIA CASTRA
EORUM
XV. CUMQUE OMNIS EXERCITUS
DECOLLATUM HOLOFORNEM
AUDISSET
FUGIT MENS ET CONSILIUM AB EIS
ET SOLO TREMORE ET METU
AGITATI FUGAE PRAESIDIUM
SUMUNT
ITA UT NULLUS LOQUERETUR
CUM PROXIMO SUO
SED INCLINATO CAPITE RELICTIS
OMNIBUS
EUADERE HEBRAEOS QUOS ARMATOS
SUPER SE UENIRE AUDIEBANT
FUGIENTES PER UIAS CAMPORUM
ET SEMITAS COLLIUM
UIDENTES ITAQUE FILII ISRAHEL
FUGIENTES ILLOS
DESCENDERUNT CLANGENTES
TUBIS ET ULULANTES POST IPSOS
ET QUONIAM ASSYRII NON ADUNATI
IN FUGAM IBANT PRAECIPITES

FILII AUTEM ISRAHEL UNO AGMINE
PERSEQUENTES
DEBILITABANT OMNES QUOS
INUENIRE POTUISSENT
MISIT QUE OZIAS NUNTIOS PER
OMNES CIUITATES ET REGIO
NES ISRAHEL
OMNIS ITAQUE REGIO OMNISQ
URBIS ELECTAM IUUENTUTEM
MISIT ARMATAM POST EOS
ET PERSECUTI SUNT EOS
IN ORE GLADII
QUOUSQUE PERUENISSENT
AD EXTREMITATEM
FINIUM SUARUM
XX RELIQUI AUTEM QUI ERANT
IN BETHULIA
INGRESSI SUNT CASTRA ASSYRIORUM
ET PRAEDAM QUAM FUGIENTES
ASSYRII RELIQUERANT ABSTULERUNT
ET HONESTATI SUNT UALDE
HI UERO QUI UICTORES REUERSI
SUNT AD BETHULIAM
OMNIA QUAE ERANT ILLORUM
ABSTULERUNT SECUM
ITA UT NON ESSET NUMERUS
IN PECORIBUS ET IUMENTIS
ET UNIUERSIS MOBILIBUS EORUM
UT A MINIMO USQUE AD MAGNUM
OMNES DIUITES FIERENT
DE DEPRAEDATIONIBUS EORUM
XXI IOACHIM AUTEM SUMMUS
PONTIFEX DE HIERUSALEM
UENIT AD BETHULIAM
CUM UNIUERSIS PRAESBYTERIS SUIS
UT UIDERET IUDITH
QUAE CUM EXISSET AD ILLUM
BENEDIXERUNT ILLAM OMNES
UNA UOCE DICENTES
TU GLORIA HIERUSALEM
TU LAETITIA ISRAHEL
TU HONORIFICENTIA POPULI
NOSTRI
QUIA FECISTI UIRILITER

ET CONFORTATUM EST COR TUUM
EO QUOD CASTITATEM AMAUERIS
ET POST UIRUM TUUM ALTERUM
NON SCIERIS
ET IDEO MANUS DNI CONFOR
TAUIT TE
ET PROPTER HOC ERIS BENEDICTA
IN AETERNUM
ET DIXIT OMNIS POPULUS FIAT FIAT
PER DIES AUTEM TRIGINTA
UIX COLLECTA SUNT SPOLIA
ASSYRIORUM A POPULO ISRL
PORRO AUTEM UNIUERSA QUAE
HOLOFORNIS PECULIARIA
FUISSE PROBATA SUNT
DEDERUNT IUDITH
IN AURO ET ARGENTO ET UESTIBUS
ET GEMMIS ET OMNI SUPER
LECTILE
ET TRADITA SUNT ILLI
OMNIA A POPULO
ET OMNIS POPULUS GAUDEBAT
CUM MULIERIB ET UIRGINIB
ET IUUENIBUS IN ORGANIS
ET CITHARIS
XXII TUNC CANTAUIT CANTICUM
HOC DNO IUDITH DICENS
INCIPITE DNO IN TYMPANIS
CANTATE DNO IN CYMBALIS
MODOLAMINI ILLI PSALMUM
NOUUM
EXALTATE ET INUOCATE
NOMEN EIUS
DNS CONTERENS BELLA
DNS NOMEN EST ILLI
QUI POSUIT CASTRA SUA IN MEDIO
POPULI SUI
UT ERIPERET NOS DE MANU OMNIU
INIMICORUM NOSTRORUM
UENIT ASSUR EX MONTIBUS
AB AQUILONE IN MULTITUDINE
FORTITUDINIS SUAE
CUIUS MULTITUDO OBTURAUIT
TORRENTES

ET EQUI EORUM COOPERUERUNT
UALLES
DIXIT SE INCENSURUM FINES MEOS
ET IUUENES MEOS OCCISURUM
IN GLADIO
INFANTES MEOS DARE IN PRAEDAM
ET UIRGINES IN CAPTIUITATEM
DNS AUTEM OMNIPOTENS
NOCUIT EUM ET TRADIDIT
EUM IN MANUS FEMINAE
ET CONFUDIT EUM
NON ENIM CECIDIT POTENS
EORUM A IUUENIBUS
NEC FILII TITAN PERCUSSERUNT EUM
NEC EXCELSI GIGANTES INPOSUE
RUNT SE ILLI
SED IUDITH FILIA MERARI
IN SPECIE FACIEI SUAE DISSOLUIT EUM
EXUIT ENIM UESTIMENTIS
UIDUITATIS
ET INDUIT SE UESTE LAETITIAE
IN EXULTATIONEM FILIORUM
ISRAHEL
UNXIT FACIEM SUAM UNGENTO
CONLIGAUIT CINCINNOS SUOS
IN MITRA ACCEPIT STOLAM
NOUAM AD DECIPIENDUM ILLUM
SANDALIA EIUS RAPUERUNT
OCULOS EIUS
PULCHRITUDO EIUS CAPTIUAM
FECIT ANIMAM EIUS
AMPUTAUIT PUGIONEM
CERUICEM EIUS
HORRUERUNT PERSAE CONSTAN
TIAM EIUS ET MEDI AUDACIAM EIUS
TUNC ULULAUERUNT CASTRA
ASSYRIORUM
QUANDO APPARUERUNT HUMILES
MEI ARESCENTES IN SITI
FILII PUELLARUM CONPUNXERUNT
EOS ET SICUT PUEROS FUGIEN
TES OCCI·DERUNT EOS
PERIERUNT IN PROELIO
A FACIE DNI MEI

HYMNUM CANTEMUS DNO
HYMNUM NOUUM CANTEMUS
DO NOSTRO ADONAI
DNE MAGNUS ES TU ET PRAE
CLARUS IN UIRTUTE ET QUEM
SUPERARE NEMO POTEST
TIBI SERUIAT OMNIS CREATURA TUA
QUIA DIXISTI ET FACTA SUNT
MISISTI SPM TUUM ET CREATA
SUNT ET NON EST QUI RESISTAT
UOCI TUAE
MONTES A FUNDAMENTIS
MOUEBUNTUR CUM AQUIS
PETRAE SICUT CERA LIQUESCENT
ANTE FACIEM TUAM
QUI AUTEM TIMENT TE MAGNI
ERUNT APUT TE PER OMNIA
UAE GENTI INSURGENTI
SUPER GENUS MEUM
DNS ENIM OMNIPOTENS
UINDICABIT IN EIS
IN DIE IUDICII UISITAUIT IN UOS
DABIT ENIM IGNEM ET UERMES
IN CARNES EORUM
UT URANTUR ET SENTIANT
USQUE IN SEMPITERNUM
XXIII ET FACTUM EST POST HAEC
OMNIS POPULUS POST UICTO
RIAM UENIT IN HIERUSALEM
ADORARE DNM
ET MOX UT PURIFICATI SUNT
OPTULERUNT OMNES
HOLOCAUSTA
ET UOTA ET REPROMISSIONES SUAS
PORRO IUDITH UNIUERSA UASA
BELLICA HOLOFORNIS
QUAE DEDIT ILLI POPULUS
ET CONOPEUM QUOD IPSA
SUSTULERAT IN ANATHEMA
OBLIUIONIS
ERAT AUTEM POPULUS IUCUNDUS
SECUNDUM FACIEM SCORUM
ET PER TRES MENSES GAUDIUM
HUIUS UICTORIAE CELEBRATUM

est cum iudith
post dies autem illos
unusquisque redit in sua
et iudith magnificata est
in bethulia
et praeclarior erat universae
terrae israhel
erat etiam virtuti castitatis
adiuncta
ita ut non cognosceret virum
omnib dieb vitae suae
ex quo defunctus est
manasses vir eius
erat autem diebus festis
procedens cum gloria
magna
mansit autem in domo viri sui
annos centum quinque
et dimisit abram suam
liberam
et defuncta est ac sepulta
cum viro suo in bethulia
luxit que illam omnis
populus dieb septem
in omni autem spatio
vitae eius non fuit
qui perturbaret israhel
et post mortem eius
annis multis
dies autem victoriae
huius festivitatem
ab hebraeis
innumero dierum scorum
accepit
et colitur a iudaeis ex illo
tempore usque
in praesentem diem

EXP LIB IUDITH

IN CIPIT IPSE LIBER HESTER

DO GRATIAS

Librum hester variis
translatoribus constat esse
vitiatum quem ego de arcivis heb
raeorum elevans verbum e verbo
expressius transtuli Quem lib
rum editio vulgata laciniosis hinc
inde verborum funib trahit addens
ea quae ex tempore dici poterant
et audiri sicut solitum est scolaribus
disciplinis sumto themate
ex cogitare quibus verbis uti po
tuit qui iniuriam passus est vel
ille qui iniuriam fecit Vos autem
o paula et eustochium quoniam
et bibliothecas hebraeorum stu
duistis intrare et inter pretum
certamina conprobastis Tenen
tes hester hebraicum librum per
singula verba nostram transla
tionem aspicite ut possitis
agnoscere me nihil etiam aug
mentasse addendo sed fideli
testimonio simpliciter sicut
in hebraeo habetur historia
hebraica latinae linguae tradi
disse Nec affectamur laudes
hominum nec vituperationes
expavescimus do enim placere
curantes minas hominum
penitus non timemus
quoniam dissipat ds
ossa eorum qui homi
nibus placere de
siderant et secun
dum apostolum
qui huius modi
sunt servi
xpi esse
non pos
sunt

EXPLICIT PROLOGUS

IN CIPIT IPSE LIBER

1. In diebus Asueri qui regnauit
ab India usque Aethiopiam
super centum uiginti
septem prouincias
quando sedit in solio regni sui
Susa ciuitas regni eius
exordium fuit
Tertio igitur anno imperii sui
fecit grande conuiuium
cunctis principibus
et pueris suis fortissimis
Persarum et Maedorum
inclytis et praefectis pro
uinciarum coram se
ut ostenderet diuitias
gloriae regni sui
ac magnitudinem atque iac
tantiam potentiae suae
multo tempore
centum uidelicet et octo
ginta diebus
Cumque conplerentur dies
conuiuii
inuitauit omnem populum
qui inuentus est Susis
a maximo usque ad minimum
et septem dieb. iussit conui
uium praeparari in uesti
bulo horti et nemoris
quod regio cultu et manu
consitum erat
Et pendebant ex omni parte
tentoria aerii coloris
et carpasini et iacinthini
sustentata funibus byssinis
atque purpureis
qui eburneis circulis inserti
erant et columnis mar
moreis fulciebantur
Lectuli quoque aurei
et argentei super
pauimentum
zmaragdino et uario stratum
lapide depositi erant
quod mira uarietate pictura
decorabat
Bibebant autem qui inuitati
erant aureis poculis
et aliis atque aliis uasis cibi
inferebantur
Uinum quoq. ut magnificentia
regia dignum erat
abundans et praecipuum
ponebatur
Nec erat qui nolentes
cogeret ad bibendum
sed sic rex statuerat praepo
nens mensis singulos
de principibus suis
ut sumeret unusquisque
quod uellet
Uasti quoque regina fecit
conuiuium feminarum
in palatio ubi rex Assuerus
manere consuerat
Itaque die septimo cum rex
esset hilarior
et post nimiam potionem
incaluisset mero praecepit
Mauman et Bazatha et Arbona
et charcas. et Bagatha et Abgatha et Zarath
septem eunuchis qui in conspec
tu eius ministrabant
ut introducerent reginam
Uasthi coram rege
posito super caput eius diademate
et ostenderet cunctis populis
et principibus illius
pulchritudinem
Erat autem pulchra ualde
quae rennuit et ad regis
imperium quod per eunuchos
mandauerat uenire contempsit
Unde iratus rex et nimio
furore succensus
interrogauit sapientes
qui ex more regio
semper ei aderant

ET ILLORUM FACIEBAT CUNCTA
CONSILIO SCIENTIUM LEGES
AC IURA MAIORUM
ERANT AUTEM PRIMI ET PROXIMI
CHARSENA ET SETHAR ET ADMATHA
ET HARSIS ET MARES ET MARSANA
ET MAMUCHA
SEPTEM DUCES PERSARUM
ATQ· MAEDORUM QUI UIDEBANT
FACIEM REGIS
ET PRIMI POST EUM RESIDERE
SOLITI ERANT
CUI SENTENTENTIAE UASTHI REGINA
SUBIACERET
QUAE ASUERI REGIS IMPERIUM
QUOD PER EUNUCHAS MANDA
UERAT FACERE NOLUISSET
RESPONDIT MAMUCHAN
AUDIENTE REGE ATQUE
PRINCIPIBUS
NON SOLUM REGEM LAESIT
REGINA UASTHI SED OMNES
PRINCIPES ET POPULOS
QUI SUNT IN CUNCTIS PROUINCIIS
REGIS ASUERI
EGREDIETUR ENIM REGINAE
SERMO AD OMNES MULIERES
UT CONTEMNANT UIROS SUOS
ET DICANT
REX ASUERUS IUSSIT UT REGINA
UASTHI INTRARET AD EUM
ET ILLA NOLUIT
ATQ· HOC EXEMPLO PRINCIPUM
CONIUGES PERSARUM
ATQUE MEDORUM
PARUI PENDENT IMPERIA
MARITORUM
UNDE REGIS IUSTA EST INDIGNATIO
ET SI TIBI PLACET EGREDIATUR
EDICTUM A FACIE TUA
ET SCRIBATUR IUXTA LEGEM
PERSARUM ATQ· MAEDORUM
QUAM PRAETERIRI INLICITUM EST
UT NEQUAQUAM ULTRA UASTHI
INGREDIATUR AD REGEM
SED REGNUM ILLIUS ALTERA
QUAE MELIOR ILLA EST ACCIPIAT
ET HOC NOMINE QUOD LATISSIMUM EST
PROUINCIARUM TUARUM
DIUULGETUR IMPERIUM
ET CUNCTAE UXORES TAM MAIORUM
QUAM MINORUM DEFERANT
MARITIS SUIS
PLACUIT CONSILIUM EIUS REGI
ET PRINCIPIBUS
FECITQUE REX IUXTA CONSILIUM
MAMUCHAM
ET MISIT EPISTULAS AD UNIUERSAS
PROUINCIAS REGNI SUI
UT QUAEQUE GENS AUDIRE
ET LEGERE POTERAT
DIUERSIS LINGUIS ET LITTERIS
ESSE UIROS PRINCIPES AC MAIORES
IN DOMIBUS SUIS
ET HOC PER CUNCTOS POPULOS
DIUULGARI
II HIS ITA GESTIS POSTQUAM REGIS
ASUERI DEFERBUERAT INDIGNATIO
RECORDATUS EST UASTHI ET QUAE
FECISSET UEL PASSA ESSET
DIXERUNTQUE PUERI REGIS
AC MINISTRI EIUS
QUAERANTUR REGI PUELLAE
UIRGINES AC SPECIOSAE
ET MITTANTUR QUI CONSIDERENT
PER UNIUERSAS PROUINCIAS
PUELLAS SPECIOSAS ET UIRGINES
ET ADDUCANT EAS AD CIUITATEM SUSAN
ET TRADANT IN DOMUM FEMINARUM
SUB MANU AEGAEI EUNUCHI
QUI EST PRAEPOSITUS ET CUSTOS
MULIERUM REGIARUM
ET ACCIPIANT MUNDUM MULIEBREM
ET CETERA AD USUS NECESSARIA
ET QUAECUMQUE INTER OMNES
OCULIS REGIS PLACUERIT
IPSA REGNET PRO UASTHI
PLACUIT SERMO REGI ET ITA

ut successerant iussit fieri
Erat vir iudaeus in susis civi
tate vocabulo mardocheus
filius iahir filii semei
filii chis de stirpe iemini
qui translatus fuerat
de hierusalem
eo tempore quo iechoniam
regem iuda nabuchodonosor
rex babylonis transtulerat
qui fuit nutricius filiae fratris
sui aedessae
quae altero nomine hester
vocabatur
et utrumque parentem
amiserat
pulchra nimis et decora facie
mortuisque patre eius
ac matre mardocheus sibi
eam adoptabit in filiam
cumque percrebruisset
regis imperium
et iuxta mandata illius
multae virgines pulchrae
adducerentur susan
et aegaeo traderentur
eunucho
hester quoque inter ceteras
puellas ei tradita est
ut servaretur in numero
feminarum
quae placuit ei et invenit
gratiam in conspectu illius
et acceleraret mundum
muliebrem
et traderet ei partes suas
et septem puellas speciosis
simas de domo regis
et tam ipsam quam pedise
quas eius ornaret atq;
excoleret
quae noluit indicare ei
populum et patriam suam
mardocheus enim praeceperat
ut de hac re omnino
reticeret
qui deambulabat cotidie
ante vestibulum domus
in qua electae virgines
servabantur
curam agens salutis hester
et scire volens quid ei accideret
cum autem venisset tempus
singularum per ordinem
puellarum ut intrarent
ad regem
expletis omnibus quae ad
cultum muliebrem
pertinebant
mensis duodecimus vertebatur
ita dumtaxat ut sex menses
oleo ungerentur myrtino
et alios sex quibusdam
pigmentis
et aromatibus uterentur
ingredientesque ad regem
quidquid postulassent
ad ornatum pertinens
accipiebant
et ut eis placuerat composite
de triclinio feminarum
ad regis cubiculum
transiebant
et quae intraverat vespere
egrediebatur mane
atque inde in secundas aedes
deducebatur
quae sub manu sussagazi eunuchi
erant qui concubinis regis
praesidebat
nec habebat potestatem
ad regem ultra redeundi
nisi voluisset rex et eam
venire iussisset ex nomine
Evoluto autem tempore
per ordinem instabat dies
quo hester filia abihil
fratris mardochei

quam sibi optauerat in filiam
intrare deberet ad regem
quae non quaesiuit muliebrem
cultum
sed quae uoluit aegaeus
eunuchus custos uirginum
haec ei ad ornatum dedit
erat enim formonsa ualde
et incredibili pulchritudine
omnium oculis gratiosa
et amabilis uidebatur
Ducta est itaque ad cubiculum
regis asueri mense decimo
qui uocatur tebeth septimo
anno regni eius
et amauit eam rex plus quam
omnes mulieres
habuitque gratiam et miseri
cordiam coram eo super
omnes mulieres
et posuit diadema regni
super capite eius
fecitque eam regnare
in loco uasthi
et iussit conuiuium praeparari
permagnificum
cunctis principibus et seruis
suis pro coniunctione
et nuptiis hester
et dedit requiem in uniuersis
prouinciis
ac dona largitus est iuxta
magnificentiam principalē
cumque et secundo quaere
rentur uirgines et congre
garentur
mardocheus manebat
ad regis ianuas
necdum prodiderat hester
patriam et populum suum
iuxta mandatum eius
quidquid enim ille praecipie
bat obseruabat hester
et ita cuncta faciebat
ut eo tempore solita erat
quo eam paruolam nutriebat
igitur Eo tempore quo mardocheus
ad regis ianuam morabatur
ir[a]tisunt bagatham et thares
duo eunuchi regis
qui ianitores erant
et primo palatii limine
praesidebant
uolueruntque insurgere
in regem et occidere eum
quod mardocheum non latuit
statimque nuntiauit reginae
hester
et illa regi ex nomine mardochei
qui ad se rem detulerat
quaesitum est et inuentum
et appensus uterque eorum
in patibulo
mandatumque historiis
et annalibus traditum
coram rege
III Post haec rex asuerus
exaltauit aman filium
amadathi
qui erat de stirpe agag
et posuit solium eius
super omnes principes
quos habebat
cunctique serui regis qui in
foribus palatii uersabantur
flectebant genu et adorabant aman
sic enim eis praeceperat
imperator
solus mardocheus non flecte
bat genu neque adorabat eum
cui dixerunt regis pueri
qui ad fores palatii prae
sidebant
quur praeter ceteros
non obseruas mandata regis
cumque hoc crebrius dicerent
et ille nollet audire
nuntiauerunt aman scire

cupientes utrum perseue
raret in sententia
dixerat enim eis se esse
iudaeum
quod cum audisset aman
et experimento probasset
quod mardocheus non sibi
flecteret genu nec se adoraret
iratus est ualde et pro nihilo
dixit
in unum mardocheum
mittere manus suas
audierat enim quod esset
gentis iudaeae
magisque uoluit omnem iudae
orum qui erant in regno
asueri perdere nationem
mense primo cuius uocabulum
est nisan
Anno duodecimo regni asueri
missa est sors in urnam
quae hebraice dicitur phur
coram aman
quo die et quo mense gens
iudaeorum deberet interfici
et exiuit mensis duodecimus
qui uocatur adar
dixitque aman regi asuero
est populus per omnes pro
uincias regni tui dispersus
et a se mutuo separatus
nouis utens legibus
et caerimoniis
insuper et regis scita contemnens
et optime nosti quod non
expediat regno tuo ut in
solescat per licentiam
si tibi placet decerne ut pereat
et decem milia talentorum
appendam arcariis gazae tuae
tulit ergo rex anulum
quo utebatur de manu sua
et dedit eum aman filio
amadathi

de progenie agag hosti
iudaeorum
dixitq· ad eum argentum quod
polliceris tuum sit
de populo age quod tibi placet
uocati que sunt scribae regis
mense primo nisan
tertia decima die eius
et scriptum est ut iusserat aman
ad omnes satrapas regis
et iudices prouinciarum
diuersarumq· gentium
ut quaeq· gens legere poterat
et audire pro uarietate lingua
rum ex nomine regis asueri
et litterae ipsius signatae anulo
missae sunt per cursores
regis ad uniuersas prouincias
ut occiderent atq· delerent
omnes iudaeos a puero
usq· ad senem paruulos
et mulieres
uno die hoc est tertio decimo
mensis duodecimi qui
uocatur adar
et bona eorum diriperent
summa autem epistularum
hoc fuit
ut omnes prouinciae susci
perent et pararent se
ad praedictam diem
festinabant cursores qui missi
erant explere regis imperiū
statimque in susis pependit
edictum rege et aman
celebrante conuiuium
et cunctis qui in urbe erant
flentibus
IIII quae cum audisset mardocheus
scidit uestimenta sua
et indutus est sacco spargens
cinerem capiti
et in platea mediae ciuitatis
uoce magna clamabat

OSTENDENS AMARITUDINEM
ANIMI SUI
ET HOC HEIULATU USQUE AD FORES
PALATII GRADIENS
NON ENIM ERAT LICITUM INDUTUM
SACCO AULA REGIS INTRARE
IN OMNIBUS QUOQUE PROUINCIIS
OPPIDIS AC LOCIS AD QUAE CRU
DELE REGIS DOGMA PERUENERAT
PLANCTUS INGENS ERAT APUD
IUDAEOS IEIUNIUM ULULATUS ET FLETUS
SACCO ET CINERE MULTIS
PROSTRATO UTENTIBUS
INGRESSAE SUNT AUTEM PUELLAE
HESTER ET EUNUCHI NUNTIA
UERUNT QUE EI
QUOD AUDIENS CONSTERNATA EST
ET MISIT UESTEM UT ABLATO
SACCO INDUERENT EUM
QUAM ACCIPERE NOLUIT
ACCITOQUE ATHAC EUNUCHO
QUEM REX MINISTRUM
EI DEDERAT
PRAECEPIT UT IRET AD MARDOCHEUM
UT DISCERET AB EO CUR HOC
FACERET
EGRESSUSQUE ATHAC IBIT AD MARDO
CHEUM STANTEM IN PLATEA
CIUITATIS ANTE OSTIUM
PALATII
QUI INDICAUIT EI OMNIA QUAE
ACCIDERANT QUOMODO AMAN
PROMISISSET
UT IN THESAURO REGIS PRO IUDAE
ORUM NECE INFERRET ARGENTUM
EXEMPLARQUE EDICTI QUOD PEN
DEBAT IN SUSIS DEDIT EI
UT REGINE OSTENDERET ET MO
NERET EAM UT INTRARET
AD REGEM
ET DEPRAECARETUR EUM PRO
POPULO SUO
REGRESSUS ATHAC NUNTIAUIT
HESTER OMNIA QUAE MAR
DOCHEUS DIXERAT
QUAE RESPONDIT EI ET IUSSIT
UT DICERET MARDOCHEO
OMNES SERUI REGIS ET CUNCTAE
QUAE SUB DICIONE EIUS SUNT
NORUNT PROUINCIAE
QUOD SIUE UIR SIUE MULIER
INUOCATUS INTERIUS ATRIUM
REGIS INTRAUERIT
ABSQUE ULLA CUNCTATIONE
STATIM INTERFICIATUR
NISI FORTE REX AUREAM UIRGAM
AD EUM TETENDERIT PRO
SIGNO CLEMENTIAE
ATQUE ITA POSSIT UIUERE
EGO IGITUR QUOMODO AD REGEM
INTRARE POTERO
QUAE TRIGINTA IAM DIEBUS
NON SUM UOCATA AD EUM
QUOD CUM AUDISSET MARDOCHEUS
RURSUM MANDAUIT HESTER DICENS
NE PUTES QUOD ANIMAM TUAM
TANTUM LIBERES
QUOD IN DOMO REGIS ES
PRAE CUNCTIS IUDAEIS
SI ENIM NUNC SILUERIS PER ALIAM
OCCASIONEM LIBERABUNTUR
IUDAEI
ET TU ET DOMUS PATRIS TUI
PERIBITIS
ET QUIS NOUIT UTRUM IDCIRCO
AD REGNUM UENERIS UT IN TALI
TEMPORE PARARERIS
RURSUMQUE HESTER HAEC
MARDOCHEO UERBA MANDAUIT
UADE ET CONGREGA OMNES IUDAEOS
QUOS IN SUSIS REPPERERIS
ET ORATE PRO ME
NON COMEDATIS ET BIBATIS
TRIBUS DIEBUS AC NOCTIBUS
ET EGO CUM ANCILLIS MEIS
SIMILITER IEIUNABO
ET TUNC INGREDIAR AD REGEM
CONTRA LEGEM FACIENS NON
UOCATA

tradens que me morti et periculo
iuit itaque mardocheus
et fecit omnia quae ei hester
praeceperat
V die autem tertio induta est
hester regalibus uestimentis
et stetit in atrio domus regiae
quod erat interius contra
basilicam regis
at ille sedebat super solium
in consistorio palatii
contra ostium domus
Cumque uidisset hester
reginam stantem
placuit oculis eius
et extendit contra eam uirgam
auream quam tenebat manu
quae accedens osculata est
summitatem uirgae eius
dixitque ad eam rex
quid uis hester regina
quae est petitio tua
etiam si dimidiam regni mei
partem petieris dabitur tibi
at illa respondit
si regi placet obsecro ut uenias
ad me hodie et aman tecum
ad conuiuium quod paraui
statimque rex uocate inquit
cito aman ut hester oboe
diatur uoluntati
uenerunt itaque rex et aman
ad conuiuium quod eis regina
parauerat
dixitque ei rex postquam
uinum biberat abundanter
quid petis ut detur tibi
et pro qua re postulas
etiam si dimidiam partem
regni mei petieris impetrabis
cui respondit hester
petitio mea et praeces istae sunt
si inueni gratiam in conspectu
regis

et si regi placet ut det mihi
quod postulo
ut meam impleat petitionem
ueniat rex et aman ad conuiuium
quod paraui eis
et cras regi aperiam uolun
tatem meam
Egressus est itaque aman illo die
laetus et alacer
cumque uidisset mardocheum
sedentem ante fores palatii
et non solum non adsurrexisse sibi
sed nec motum quidem
de loco sessionis suae
indignatus est ualde
et dissimulata ira reuersus
in domum suam
conuocauit ad se amicos
et zares uxorem suam
et exposuit illis magnitudinem
diuitiarum suarum filiorum
que turbam
et quanta eum gloria super
omnes principes et seruos
suos rex eleuasset
Et post haec ait
regina quoque hester nullum
alium uocauit cum rege
ad conuiuium praeter me
apud quam etiam cras cum rege
pransurus sum
et cum haec omnia habeam
nihil habere me puto
quamdiu uidero mardocheum
iudaeum sedentem
ante fores regias
responderuntque ei zares
uxor eius et ceteri amici
iube parari excelsam trabem
habentem altitudinis
quinquaginta cubitos
et dic mane regi ut appendatur
super eam mardocheus
et sic ibis cum rege laetus

ad conuiuium
placuit ei consilium et iussit
excelsam parari crucem
VI Noctem illam rex duxit
insomnem
iussitque adferri sibi historias
et annales priorum tempor(um)
qui cum illo praesente lege
rentur uentum est ad eum
locum ubi scriptum erat
quomodo nuntiasset Mardo
cheus insidias Bagathan
et Thares eunuchorum
regem Asuerum iugulare
cupientium
quod cum rex audisset ait
quid pro hac fide honoris
ac premii Mardocheus
consequutus est
dixeruntque serui illius
ac ministri nihil omnino
mercedis accepit
statimque rex quis est
inquit in atrio
Aman quippe interius atrium
domus regiae intrauerat
ut suggereret regi ut iuberet
Mardocheum affigi
patibulo quod ei fuerat
praeparatum
responderunt Aman
stat in atrio
dixitque rex ingrediatur
cumque esset ingressus
ait illi
quid debet fieri uiro quem rex
honorare desiderat
cogitans Aman in corde suo
et reputans quod nullum
alium rex nisi se uellet
honorare respondit
homo quem rex honorare
cupit debet indui uestib(us)
regiis
et inponi super equum
qui de sella regis est
et accipere regium diadema
super caput suum
et primus de regis principibus
ac tyrannis teneat equum eius
et per plateam ciuitatis
incedens clamet ac dicat
sic honorabitur quemcumque
rex uoluerit honorare
dixitque ei rex festina
et sumpta stola et equo
fac ita ut locutus es Mardo
cheo Iudaeo qui sedet ante
fores palatii
caue nequicquam de his quae
locutus es praetermittas
tulit itaque Aman stolam
et equum indutumque
Mardocheum in platea
ciuitatis
et inpositum equo praecedebat
atque clamabat
hoc hono re condignus est
quemcumque rex uoluerit
honorare
reuersus est Mardocheus
ad ianuam palatii
et Aman festinauit ire in
domum suam lugens
et operto capite narrauit
que Zares uxori suae et amicis
omnia quae euenissent sibi
cui responderunt sapientes
quos habebat in consilio
et uxor eius
si de semine Iudaeorum est
Mardocheus ante quem
cadere coepisti
non poteris ei resistere
sed cades in conspectu eius
adhuc illis loquentibus
uenerunt eunuchi regis
et cito eum ad conuiuium

QUOD REGINA PARAUERAT
PERGERE CONPULERUNT
VII INTRAUIT ITAQUE REX ET AMAN
UT BIBERENT CUM REGINA
DIXIT QUE EI REX ETIAM IN SECUNDO
DIE POSTQUAM UINO ĪNCALUERAT
QUAE EST PETITIO TUA HESTER
UT DETUR TIBI
ET QUID UIS FIERI ETIAM SI DIMIDIĀ
REGNI MEI PARTEM PETIERIS
IMPETRABIS
AD QUEM ILLA RESPONDIT
SI INUENI GRATIAM IN OCULIS
TUIS O REX
ET SI TIBI PLACET DONA MIHI
ANIMAM MEAM PRO QUA ROGO
ET POPULUM MEUM PRO QUO
OBSECRO
TRADITI ENIM SUMUS EGO
ET POPULUS MEUS UT CON
TERAMUR IUGULEMUR
ET PEREAMUS
ATQUE UTINAM IN SERUOS
ET FAMULAS UENDEREMUR
ESSET TOLERABILE MALUM
ET GEMENS TACEREM
NUNC AUTEM HOSTIS NOSTER EST
CUIUS CRUDELITAS REDUNDAT
IN REGEM
RESPONDENSQ· REX ASUERUS AIT
QUIS EST ISTE ET CUIUS POTENTIAE
UT HAEC AUDEAT FACERE
DIXIT HESTER
HOSTIS ET INIMICUS NOSTER
PESSIMUS ISTE EST AMAN
QUOD ILLE AUDIENS ILICO OBSTIPUIT
UULTUM REGIS AC REGINAE
FERRE NON SUSTINENS
REX AUTEM SURREXIT IRATUS
ET DE LOCO CONUIUII INTRAUIT
IN HORTUM ARBORIBUS CONSITUM
AMAN QUOQUE SURREXIT
UT ROGARET HESTER REGINAM
PRO ANIMA SUA
INTELLEXIT ENIM A REGE SIBI
PARATUM MALUM
QUI CUM REUERSUS ESSET
DE HORTO NEMORIBUS CONSITO
ET INTRASSET CONUIUII LOCUM
REPPERIT AMAN SUPER LEC
TULUM CORRUISSE
IN QUO IACEBAT HESTER ET AIT
ETIAM REGINAM UULT OPPRIMERE
ME PRAESENTE IN DOMO MEA
NEC DUM UERBUM DE ORE REGIS
EXIERAT ET STATIM OPERUERUNT
FACIEM EIUS
DIXIT QUE ARBONA UNUS DE EUNUCHIS
QUI STABANT IN MINISTERIO REGIS
EN LIGNUM QUOD PARAUERAT
MARDOCHEO
QUI LOCUTUS EST PRO REGE STAT
IN DOMO AMAN HABENS ALTI
TUDINIS QUINQUAGINTA CUBITOS
CUI DIXIT REX APPENDITE EUM IN EO
SUSPENSUS EST ITAQUE AMAN
IN PATIBULO QUOD PARAUERAT
MARDOCHEO
ET REGIS IRA QUIEUIT
VIII DIE ILLA DEDIT REX ASUERUS
HESTER REGINAE DOMUM
AMAN ADUERSARII IUDAEORUM
ET MARDOCHEUS INGRESSUS EST
ANTE FACIEM REGIS
CONFESSA ENIM EST HESTER
QUOD ESSET PATRUUS SUUS
TULITQ· REX ANULUM QUEM AB
AMAN RECIPI IUSSERAT
ET TRADIDIT MARDOCHEO
HESTER AUTEM CONSTITUIT
MARDOCHEUM SUPER
DOMUM SUAM
NEC HIS CONTENTA PROCIDIT
AD PEDES REGIS
FLEUIT QUE ET LOCUTA AD EUM
ORAUIT UT MALITIA AMAN
AGAGITAE ET MACHINATIONES EIUS
PESSIMAS QUAS EXCOGITAUERAT

CONTRA IUDAEOS IUBERET
IRRITA FIERI
AT ILLE EX MORE SCEPTRUM
AUREUM PROTENDIT MANU
QUO SIGNUM CLEMENTIAE
MONSTRABATUR
ILLAQ(UE) CONSURGENS STETIT
ANTE EUM ET AIT
SI PLACET REGI ET INUENI GRATIAM
CORAM OCULIS EIUS
ET DEPRAECATIO MEA NON EI
UIDETUR ESSE CONTRARIA
OBSECRO UT NOUIS EPISTULIS
UETERES AMAN LITTERAE
INSIDIATORIS ET HOSTIS IUDAE
ORUM QUIBUS EIS IN CUNCTIS
REGIS PROUINCIIS PERIRE PRAE
CEPERAT CORRIGANTUR
QUOMODO ENIM POTERO
SUSTINERE NECEM ET INTER
FECTIONEM POPULI MEI
RESPONDITQUE REX ASUERUS
HESTER REGINAE ET MARDO
CHEO IUDAEO
DOMUM AMAN CONCESSI HESTER
ET IPSUM IUSSI AFFIGI CRUCI
QUI AUSUS EST MANUM IN IUDAEOS
MITTERE
SCRIBITE ERGO IUDAEIS SICUT
UOBIS PLACET EX REGIS NOMINE
SIGNANTES LITTERAS ANULO MEO
HAEC ENIM CONSUETUDO ERAT
UT EPISTULIS QUAE EX REGIS
NOMINE MITTEBANTUR
ET ILLIUS ANULO ERANT SIGNATAE
NEMO AUDERAT CONTRADICERE
ACCITISQUE SCRIBIS
ET LIBRARIIS REGIS
ERAT AUTEM TEMPUS TERTII
MENSIS QUI APPELLATUR SIBAN
UICENSIMA ET TERTIA ILLIUS DIE
SCRIPTAE SUNT EPISTULAE
UT MARDOCHEUS UOLUERAT
AD IUDAEOS ET AD PRINCIPES
PROCURATORESQUE ET IUDICES
QUI CENTUM UIGINTI SEPTEM
PROUINCIIS AB INDIA USQUE
AETHIOPIAM PRAESIDEBANT
PROUINCIAE ATQUE PROUINCIAE
POPULO ET POPULO IUXTA
LINGUAS ET LITTERAS SUAS
ET IUDAEIS UT LEGERE POTERANT
ET AUDIRE
IPSAEQUAE EPISTULAE QUAE
EX REGIS NOMINE MITTEBAN
TUR ANULO ILLIUS OBSIGNA
TAE SUNT
ET MISSAE PER UEREDARIOS
QUI PER OMNES PROUINCIAS
DISCURRENTES UETERES
LITTERAS NOUIS NUNTIIS
PRAEUENIRENT
QUIBUS IMPERAUIT REX UT CON
UENIRENT IUDAEOS PER SINGULAS
CIUITATES
ET IN UNUM PRAECIPERENT CON
GREGARI UT STARENT
PRO ANIMABUS SUIS
ET OMNES INIMICOS SUOS
CUM CONIUGIBUS AC LIBERIS
ET UNIUERSIS DOMIBUS
INTERFICERENT ATQ(UE) DELERENT
ET CONSTITUTA EST PER OMNES
PROUINCIAS UNA ULTIONIS DIES
ID EST TERTIA DECIMA MENSIS
DUODECIMI ADAR
SUMMAQUE EPISTULAE FUIT
UT IN OMNIBUS TERRIS AC POPU
LIS QUI REGIS ASUERI IMPERIO
SUBIACEBANT NOTUM FIERET
PARATOS ESSE IUDAEOS AD CAPI
ENDAM UINDICTAM DE HOSTIB(US) SUIS
EGRESSIQUE SUNT UEREDARII
CELERES NUNTIOS PERFERENTES
ET EDICTUM REGIS PEPENDIT IN SUSIS
MARDOCHEUS AUTEM DE PALATIO
ET DE CONSPECTU REGIS
EGREDIENS FULGEBAT UESTIB(US) REGIS

IACINTHINIS UIDELICET ET AERINIS
CORONAM AUREAM PORTANS
ET AMICTUS PALLIO SERICO
ATQUE PURPUREO
OMNISQUE CIUITAS EXULTAUIT
ATQUE LAETATA EST
IUDAEIS AUTEM NOUA LUX ORIRI
UISA EST GAUDIUM HONOR
ET TRIPUDIUM
APUD OMNES POPULOS URBES
ATQUE PROUINCIAS QUOCUMQ·
REGIS IUSSA UENIEBANT
MIRA EXSULTATIO AEPULAE
ATQ· CONUIUIA ET FESTUS DIES
IN TANTUM UT PLURES ALTERIUS
GENTIS ET SECTAE EORUM
RELIGIONI ET CAERIMONIIS
IUNGERENTUR
GRANDIS ENIM CUNCTOS IUDAICI
NOMINIS TERROR INUASERAT
IX IGITUR DUODECIMI MENSIS
QUEM ADAR UOCARI ANTE IAM
DIXIMUS
TERTIA DECIMA DIE QUANDO
CUNCTIS IUDAEIS INTERFECTIO
PARABATUR
ET HOSTES EORUM INHIABANT
SANGUINI
UERSA UICE IUDAEI SUPERIORES esse
COEPERUNT
ET SE DE ADUERSARIIS UINDICARE
CONGREGATIQUE SUNT PER SIN
GULAS CIUITATES OPPIDA LOCA
UT EXTENDERENT MANUM
CONTRA INIMICOS ET PER
SECUTORES SUOS
NULLUSQUE AUSUS EST RESISTERE
EO QUOD OMNES POPULOS
MAGNITUDINIS EORUM
FORMIDO PENETRARET
NAM ET PROUINCIARUM IUDICES
DUCES ET PROCURATORES
OMNISQUE DIGNITAS QUAE SINGULIS
LOCIS ET OPERIBUS PRAEERAT

EXTOLLEBANT IUDAEOS
TIMORE MARDOCHEI QUEM PRINCIPE(M)
PALATII ET PLURIMUM POSSE
COGNOUERANT
FAMA QUOQUE NOMINIS EIUS
CRESCEBAT COTIDIE
ET PER CUNCTORUM ORA
UOLITABAT
ITAQUE PERCUSSERUNT IUDAEI
INIMICOS SUOS PLAGA MAGNA
ET OCCIDERUNT EOS REDDENTES
EIS QUOD SIBI PARAUERANT
FACERE
IN TANTUM UT ETIAM IN SUSIS
QUINGENTOS UIROS INTERFICERENT
ET DECEM FILIOS AMAN AGAGITAE
HOSTIS IUDAEORUM QUORUM
ISTA SUNT NOMINA
PHARSAN DATHA ET DELPHON
ET ESPATHA ET PHORATA
ET ADALIA ET ARIDATHA
ET PHERMESTA ET ARISAI
ET BAIZATHA
QUOS CUM OCCIDISSENT PRAEDAS
DE SUBSTANTIIS EORUM AGERE
NOLUERUNT
STATIMQUE NUMERUS EORUM
QUI ERANT IN SUSIS AD REGEM
RELATUS EST
QUI DIXIT REGINAE IN URBE SUSIS
INTERFICERE IUDAEI
QUINGENTOS UIROS
ET ALIOS DECEM FILIOS AMAN
QUANTAM PUTAS EXERCERE
CAEDEM IN UNIUERSIS PROUINCIIS
QUID ULTRA POSTULAS ET QUID
UIS UT FIERI IUBEAM
CUI ILLA RESPONDIT
SI REGI PLACET DETUR POTESTAS
IUDAEIS UT SICUT HODIE
FECERUNT IN SUSIS
SIC ETERAS FACIANT ET DECEM
FILII AMAN IN PATIBULIS
SUSPENDANTUR

PRAECEPIT QUE REX UT ITA FIERET
STATIM QUE IN SUSIS PEPENDIT
EDICTUM
ET DECEM AMAN FILII SUSPENSI SUNT
CONGREGATIS IUDAEIS QUARTA
DECIMA DIE MENSIS ADAR
INTERFECTI SUNT IN SUSIS
TRECENTI UIRI
NEC EORUM AB ILLIS DIREPTA
SUBSTANTIA EST
SED ET PER OMNES PROUINCIAS
QUAE DICIONI REGIS SUBIACEBANT
PRO ANIMABUS SUIS STETERE
IUDAEI INTERFECTIS HOSTIBUS
AC PERSECUTORIBUS SUIS
IN TANTUM UT SEPTUAGINTA
QUINQUE MILIA OCCISORUM
IMPLERENTUR
ET NULLUS DE SUBSTANTIIS EORUM
QUICQUAM CONTINGERET
DIES AUTEM TERTIUS DECIMUS
MENSIS ADAR
UNUS APUD OMNES INTERFEC
TIONIS FUIT
ET QUARTO DECIMO DIE CAEDERE
DESIERUNT QUEM CONSTITU
ERUNT SOLLEMNEM ESSE
UT IN EO OMNIS DEINCEPS
TEMPORE UACARET
AEPULIS GAUDIO ATQ· CONUIUIIS
AT HI QUI IN URBE SUSIS CAEDEM
EXERCUERANT
TERTIO DECIMO ET QUARTO
DECIMO EIUSDEM MENSIS
DIE IN CAEDE UERSATI SUNT
QUINTO DECIMO AUTEM DIE
PERCUTERE DESIERUNT
ET IDCIRCO EANDEM DIEM
CONSTITUERE SOLLEMNEM
AEPULARUM ATQ· LAETITIAE
HI UERO IUDAEI QUI IN OPPIDIS
NON MURATIS AC UILLIS
MORABANTUR
QUARTUM DECIMUM DIEM
MENSIS ADAR CONUIUIORUM
ET GAUDII DECREUERUNT
ITA UT EXULTENT IN EO ET MITTANT
SIBI MUTUO PARTES AEPULARUM
ET CIBORUM
SCRIPSIT ITAQUE MARDOCHEUS
OMNIA HAEC ET LITTERIS CON
PREHENSA MISIT AD IUDAEOS
QUI IN OMNIBUS REGIS PROUINCIIS
MORABANTUR
TAM IN UICINO POSITIS
QUAM PROCUL
UT QUARTAM DECIMAM ET QUINTAM
DECIMAM DIEM MENSIS ADAR
PRO FESTIS SUSCIPERENT
ET REUERTENTE SEMPER ANNO
SOLLEMNI HONORE
CELEBRARENT
QUIA IN IPSIS SE ULTI SUNT IUDAEI
DE INIMICIS SUIS
ET LUCTUS ATQUE TRISTITIA
IN HILARITATEM GAUDIUM
QUE CONUERSA SINT
ESSET QUE ISTE DIES AEPULARUM
ATQ· LAETITIAE
ET MITTERENT SIBI INUICEM
CIBORUM PARTES ET PAUPERIB·
MUNUSCULA LARGIRENTUR
SUSCEPERUNT QUE IUDAEI
IN SOLLEMNEM RITUM
CUNCTA QUAE EO TEMPORE
FACERE COEPERUNT
ET QUAE MARDOCHEUS LITTERIS
FACIENDA MANDAUERAT
AMAN ENIM FILIUS AMADATHI
STIRPIS AGAG HOSTIS ET AD
UERSARIUS IUDAEORUM
COGITAUIT CONTRA EOS MALUM
UT OCCIDERET ILLOS ATQUE
DELERET
ET MISIT PHUR QUOD NOSTRA
LINGUA UERTITUR IN SORTEM
ET POSTEA INGRESSA EST
HESTER AD REGEM OBSECRANS

UT CONATUS EIUS LITTERIS REGIS
IRRITI FIERENT
ET MALUM QUOD CONTRA IUDAEOS
COGITAUERAT REUERTERETUR
IN CAPUT EIUS
DENIQUE ET IPSUM ET FILIOS EIUS
ADFIXERUNT CRUCI
ATQUE EX ILLO TEMPORE DIES ISTI
APPELLATI SUNT PHURIM
ID EST SORTIUM
EO QUOD PHUR ID EST SORS
IN URNAM MISSA FUERAT
ET CUNCTA QUAE GESTA SUNT
EPISTULAE ID EST LIBRI HUIUS
UOLUMINE CONTINENTUR
QUAEQ· SUSTINUERINT ET QUAE
DEINCEPS IMMUTATA SINT
SUSCEPERE IUDAEI SUPER SE
ET SEMEN SUUM
ET SUPER CUNCTOS QUI RELIGIONI
EORUM UOLUERINT COPULARI
UT NULLI LICEAT DUOS DIES HOS
ABSQUE SOLLEMNITATE
TRANSIGERE
QUAM SCRIPTURA TESTATUR
ET CERTA EXPETUNT TEMPORA
ANNIS SIBI IUGITER SUCCEDENTIB·
ISTI SUNT DIES QUOS NULLA
UMQUAM DELEUIT OBLIUIO
ET PER SINGULAS GENERATIONES
CUNCTAE IN TOTO ORBE PRO
UINCIAE CELEBRABUNT
NEC EST ULLA CIUITAS IN QUA DIES
PURIM ID EST SORTIUM
NON OBSERUENTUR A IUDAEIS
ET AB EORUM PROGENIE QUAE HIS
CAERIMONIIS OBLIGATA EST
SCRIPSERUNT HESTER REGINA
FILIA ABIAHIL ET MARDOCHEUS
IUDAEUS
ETIAM SECUNDAM EPISTULAM
UT OMNI STUDIO
DIES ISTA SOLLEMNIS SANCIRE
TUR IN POSTERUM

ET MISERUNT AD OMNES IUDAEOS
QUI IN CENTUM UIGINTI SEPTEM
REGIS ASUERI PROUINCIIS
UERSABANTUR.
UT HABERENT PACEM ET SUSCIPE
RENT UERITATEM
OBSERUANTES DIES SORTIUM
ET SUO TEMPORE GAUDIO
CELEBRARENT
SICUT CONSTITUERAT MARDO
CHEUS ET HESTER
ET ILLI OBSERUANDA SUSCEPERANT
A SE ET A SEMINE SUO
IEIUNIA ATQUE CLAMORES
ET SORTIUM DIES
ET OMNIA QUAE LIBRI HUIUS
QUI UOCATUR HESTER
HISTORIA CONTINENTUR
REX UERO ASUERUS OMNEM
TERRAM ET CUNCTAS MARIS
INSULAS FECIT TRIBUTARIAS
CUIUS FORTITUDO ET IMPERIUM
ET DIGNITAS ATQUE SUBLIMITAS
QUA EXALTAUIT MARDOCHEUM
SCRIPTA SUNT IN LIBRIS MEDO
RUM ATQ· PERSARUM
ET QUOMODO MARDOCHEUS
IUDAICI GENERIS SECUNDUS
A REGE ASUERO FUERIT
ET MAGNUS INTER IUDAEOS
ET ACCEPTABILIS PLEBI
FRATRUM SUORUM
QUAERENS BONA POPULO SUO
ET LOQUENS EA QUAE AD PACEM
SUI SEMINIS PERTINERENT
QUAE HABENTUR IN HAEBREO PLENA FIDE
EXPRAESSI HAEC AUTEM QUAE SEQUUN
TUR SCRIPTA REPPERI IN EDITIONE
VULGATA QUAE GRECORUM LINGUA
ET LITTERIS CONTINETUR ET INTERIM POST
FINEM LIBRI HOC CAPITULUM FEREBATUR
QUOD IUXTA CONSUETUDINEM NOSTRAM
OBELO ID EST VERV̄ PRAENOTAVIMVS/
DIXIT MARDOCHEUS A DO

FACTA SUNT ISTA
RECORDATUS SUM SOMNII QUOD
UIDERAM HAEC EADEM
SIGNIFICANTIS
NEC EORUM QUICQUAM IRRITUM FUIT
PARUUS FONS QUI CREUIT IN FLUUIUM
ET IN LUCEM SOLEMQUE CONUER
SUS EST. ET IN AQUAS PLURIMAS
REDUNDAUIT HESTER EST
QUAM REX ACCEPIT UXOREM
ET UOLUIT ESSE REGINAM
DUO AUTEM DRACONES EGO SUM
ET AMAN
GENTES QUAE CONUENERANT
HI SUNT QUI DELERE NOMEN
CONATI SUNT IUDAEORUM
GENS AUTEM MEA ISRL͞ EST
QUI CLAMAUIT AD DOMINUM ET SALUUM
FECIT DN͞S POPULUM SUUM
LIBERAUITQUE NOS DE OMNI
BUS MALIS
ET FECIT SIGNA MAGNA ATQUE
PORTENTA INTER GENTES
ET DUAS SORTES ESSE PRAECEPIT
UNAM POPULI DI ET ALTERAM
CUNCTARUM GENTIUM
UENITQUE UTRAQUE SORS
IN STATUTUM EX ILLO IAM
TEMPORE CORAM DO
UNIUERSIS GENTIBUS
ET RECORDATUS EST POPULI SUI
AC MISERTUS HEREDITATIS SUAE
ET OBSERUABUNTUR DIES ISTI
IN MENSE ADAR QUARTA DECIMA
ET QUINTA DECIMA DIE MENSIS
EIUS DEM
CUM OMNI STUDIO ET GAUDIO
IN UNUM COETUM POPULI
CONGREGATI
IN CUNCTAS DEINCEPS GENERA
TIONES POPULI ISRAHEL
XI ANNO QUARTO REGNANTIBUS
PTOLOMEO ET CLEOPATRA
ATTULERUNT DOSITHEUS
QUI SE SACERDOTEM ET LEUITICI
GENERIS FEREBAT
ET PTOLOMEUS FILIUS HANC EPIS eius
TULAM PHURIM
QUAM DIXERUNT INTERPRETATUM
ESSE LYSIMACUM PTOLOMEI
FILIUM IN HIERUSALEM
HOC QUOQUE PRINCIPIUM IN EDITIONE
UULGATA QUOD NEC IN HEBRAEO
NEC APUD ILLUM FERTUM INTERPRETUM
ANNO SECUNDO REGNANTE
ARTAXERSE MAXIMO
PRIMA DIE MENSIS NISAN
UIDIT SOMNIUM MARDOCHEUS
FILIUS IAHIRI FILII SEMEI
FILII CISI DE TRIBU BENIAMIN
HOMO IUDEUS QUI HABITABAT
SUSIS UIR MAGNUS ET INTER
PRIMOS AULAE REGIAE
ERAT AUTEM DE EO NUMERO
CAPTIUORUM
QUOS TRANSTULERAT NABUCHODO
NOSOR REX BABYLONIS DE HIERU
SALEM CUM IECHONIA REGE
IUDAEAE ET HOC EIUS SOMNIUM FUIT
APPARUERUNT UOCES ET TUMULTUS
ET TONITRUA ET TERRE MOTUS
ET CONTURBATIO SUPER TERRAM
ET ECCE DUO DRACONES MAGNI
PARATIQUE CONTRA SE IN
PROELIUM
AD QUORUM CLAMOREM CUNCTAE
CONCITATAE SUNT NATIONES
UT PUGNARENT CONTRA GENTEM
IUSTORUM
F[illegible]UITQUE DIES ILLA TENEBRARUM
ET DISCRIMINIS ET TRIBULA
TIONIS ET ANGUSTIAE ET INGENS
FORMIDO SUPER TERRAM
CONTURBATAQUE EST GENS
IUSTORUM TIMENTIUM MALA
SUA ET PRAEPARATA AD MORTEM
CLAMAUERUNTQUE AD DOMINUM
ET ILLIS UOCIFERANTIBUS

FONS PARUUS CREUIT IN FLUUIUM
MAXIMUM ET IN AQUAS MULTAS
REDUNDAUIT
LUX ET SOL ORTUS EST ET HUMILES
EXALTATI SUNT ET DEUORAUE
RUNT INCLYTOS
QUOD CUM UIDISSET MARDOCHEUS
ET SURREXISSET DE STRATO
COGITABAT QUID DS FACERE UELLET
ET FIXUM HABEBAT IN ANIMO
SCIRE CUPIENS QUID SIGNIFICARET
SOMNIUM
XII MORABATUR AUTEM EO TEMPORE
IN AULA REGIS CUM BAGATHA
ET THARA EUNUCHIS REGIS
QUI IANITORES PALATII ERANT
CUMQ· INTELLEXISSET COGITATIO
NES EORUM ET CURAS DILI
GENTIUS PERUIDISSET
DIDICIT QUOD CONARENTUR
IN REGEM ARTAXERSEN
MANUS MITTERE
ET NUNTIAUIT SUPER EO REGI
QUI DE UTRAQUE HABITA QUAES
TIONE CONFESSOS DUCI
IUSSIT AD MORTEM
REX AUTEM QUOD GESTUM ERAT
SCRIPSIT IN COMMENTARIIS
SED ET MARDOCHEUS REI MEMO
RIAM LITTERIS TRADIDIT
PRAECEPITQUE EI REX UT IN AULA
PALATII MORARETUR DATIS EI
PRO DELATIONE MUNERIBUS
AMAN UERO FILIUS AMADATHI
BUGEUS ERAT GLORIOSISSIMUS
CORAM REGE
ET UOLUIT NOCERE MARDOCHEO
ET POPULO EIUS PRO DUOBUS
EUNUCHIS REGIS · QUI FUERANT
INTERFECTI
HUC USQUE PROHEMIUM
QUAE SEQUUNTUR IN EO LOCO POSITA ERANT
UBI SCRIBTUM EST IN UOLUMINE ET DIRIPUE
RUNT BONA UEL SUBSTANTIAS EORUM
QUAE IN SOLA UULGATA EDITIONE REPPERIMUS
EPISTULAE AUTEM HOC
EXEMPLAR FUIT
XIII REX MAXIMUS ARTAXERSES
AB INDIA USQUE AETHIOPIAM
CENTUM UIGINTI SEPTEM
PROUINCIARUM
PRINCIPIBUS ET DUCIBUS QUI EIUS
IMPERIO SUBIECTI SUNT
SALUTEM DICIT
CUM PLURIMIS GENTIBUS IMPE
RAREM ET UNIUERSUM ORBEM
MEAE DICIONI SUBIUGASSEM
UOLUI NEQUAQUAM ABUTI POTEN
TIAE MAGNITUDINE
SED CLEMENTIA ET LENITATE
GUBERNARE SUBIECTOS
UT ABSQUE ULLO TERRORE UITAM
SILENTIO TRANSIGENTES
OBTATA CUNCTIS MORTALIBUS
PACE FRUERENTUR
QUAERENTE AUTEM ME A CON
SILIARIIS MEIS QUOMODO
HOC POSSET IMPLERI
UNUS QUI SAPIENTIA ET FIDE
CETEROS PRAECELLEBAT
ET ERAT POST REGEM SECUNDUS
AMAN NOMINE INDICAUIT MIHI
IN TOTO ORBE TERRARUM
POPULUM ESSE DISPERSUM
QUI NOUIS UTERETUR LEGIBUS
ET CONTRA OMNIUM GENTIUM
FACIENS CONSUETUDINEM
REGUM IUSSA CONTEMNERET
ET UNIUERSARUM CONCORDIAM
NATIONUM SUA DISSENSIONE
UIOLARET
QUOD CUM DIDICISSEMUS
UIDENTES UNAM GENTEM
REBELLEM ADUERSUM OMNE
HOMINUM GENUS PERUERSIS
UTI LEGIBUS
NOSTRISQUE IUSSIONIBUS
CONTRA IRE

ET TURBARE SUBIECTARUM
NOBIS PROUINCIARUM PACEM
ATQ; CONCORDIAM
IUSSIMUS UT QUOS CUMQUE
AMAN QUI OMNIBUS PROUIN
CIIS PRAEPOSITUS EST ET SECUN
DUS A REGE ET QUEM PATRIS
LOCO COLIMUS MONSTRAUERIT
CUM CONIUGIB; AC LIBERIS DELE
ANTUR NULLUS QUE EORUM
MISERETUR
QUARTA DECIMA DIE DUODECIMI
MENSIS ADAR ANNI PRAESENTIS
UT NEFARII HOMINES UNO DIE
AD INFEROS DESCENDENTES
REDDANT IMPERIO NOSTRO
PACEM QUAM TURBAUERUNT
HUCUSQUE EXEMPLAR EPISTULAE
QUAE SEQUUNTUR POST EUM LOCUM SCRIPTA
REPPERI LEGITUR UBI PERGENS MARDOCHEUS
FECIT OMNIA QUAE EI MANDAUERAT HESTER.
NEC TAMEN HABENTUR IN HEBRAICO ET APUD
NULLUM PENITUS FERUNTUR INTERPRETUM
MARDOCHEUS AUTEM DEPRE
CATUS EST DÑM
MEMOR OMNIUM OPERUM EIUS
ET DIXIT
DÑE DÑE REX OMNIPOTENS
IN DICIONE ENIM TUA CUNCTA
SUNT POSITA
ET NON EST QUI POSSIT TUAE
RESISTERE UOLUNTATI
SI DECREUERIS SALUARE ISRAHEL
TU FECISTI CAELUM ET TERRAM
ET QUIDQUID CAELI AMBITU
CONTINETUR
DÑS OMNIUM ES NEC EST QUI
RESISTAT MAIESTATI TUAE
CUNCTA NOSTI ET SCIS QUIA NON
PRO SUPERBIA ET CONTUMELIA
ALIQUA GLORIAE CUPIDITATE
FECERIM HOC UT NON ADORAREM
AMAN SUPERBISSIMUM
LIBENTER ENIM PRO SALUTE ISRL
ETIAM UESTIGIA PEDUM EIUS
OSCULARI PARATUS ESSEM
SED TIMUI NE HONOREM DĪ MEI
TRANSFERREM AD HOMINEM
ET NE QUEMQUAM ADORAREM
EXCEPTO DÑO MEO
ET NUNC DÑE REX DS ABRAHAM
MISERERE POPULI TUI
QUIA UOLUNT NOS INIMICI PER
DERE ET HEREDITATEM TUAM
DELERE
NE DESPICIAS PARTEM TUAM
QUAM REDEMISTI TIBI DE AEGYPTO
EXAUDI DEPRAECATIONEM MEAM
ET PROPITIUS ESTO SORTI
ET FUNICULO TUO
ET CONUERTE LUCTUM NOSTRUM
IN GAUDIUM
UT UIUENTES LAUDEMUS
NOMEN TUUM DÑE
ET NON CLAUDAS ORA TE
CANENTIUM
OMNIS QUOQUE ISRL PARI MENTE
ET OBSECRATIONE CLAMAUIT
AD DÑM EO QUOD EIS CERTA
MORS IMPENDERET
xiiii. HESTER QUOQUE REGINA CON
FUGIT AD DÑM PAUENS PERI
CULUM QUOD IMMINEBAT
CUMQUE DEPOSUISSET UESTES
REGIAS FLETIBUS ET LUCTUI
APTA INDUMENTA SUSCEPIT
ET PRO UNGENTIS UARIIS CINERE
ET STERCORE IMPLEUIT CAPUT
ET CORPUS SUUM HUMILIAUIT
IEIUNIIS
OMNIA QUE LOCA IN QUIBUS
LAETARI ANTE CONSUERAT
CRINIUM LACERATIONE
COMPLEUIT
ET DEPRECABATUR DÑM DM ISRL
DICENS
DÑE MI QUI REX NOSTER ES SOLUS
ADIUUA ME SOLITARIAM

et cuius praeter te nullus
auxiliator est alius
periculum meum in manibus
meis est
audivi a patre meo quod tu dne
tulisses israhel de cunctis
gentibus et patres nostros
ex omnibus retro maiorib· suis
ut possideres hereditatem
sempiternam
fecistique eis sicut locutus es
peccavimus in conspectu tuo
et idcirco tradidisti nos
in manus inimicorum
nostrorum
coluimus enim deos eorum
iustus es dne
et nunc non eis sufficit
quod durissima nos oppri
munt servitute
sed robur manuum suarum
idolorum potentiae
deputantes
volunt tua mutare promissa
et delere hereditatem tuam
et claudere ora te laudan
tium atq· extinguere gloriam
templi et altaris tui
ut aperiant ora gentium
et laudent idolorum
fortitudinem
et praedicent carnalem
regem in sempiternum
ne tradas dne sceptrum
tuum his qui non sunt
ne rideant ad ruinam nostram
sed converte consilium
eorum super eos et eum
qui coepit saevire disperde
memento dne et ostende
te nobis in tempore tribu
lationis nostrae
et mihi da fiduciam rex deorum
et universae dne potestatis
tribue sermonem compositum
in ore meo in conspectu leonis
et transfer cor illius in odium
hostis nostri
ut ipse pereat et ceteri
qui ei consentiunt
nos autem libera manu tua
et adiuva me nullum alium
habentem auxilium nisi
te dne qui habes omnium
scientiam
et nosti quia oderim gloriam
iniquorum et detester
cubile incircumcisorum
et omnis alienigenae
tu scis necessitatem meam
quod abominer signum
superbiae et gloriae meae
quod est super caput meum
in diebus ostentationis meae
et detester illud quasi
pannum menstruatae
et non portem in diebus
silentii mei
et quod non comederim
in mensa aman
nec mihi placuerit
convivium regis
et non biberim vinum libaminum
et numquam laetata sit
ancilla tua
ex quo huc translata sum
usque in praesentem diem
nisi in te dne ds abraham
ds fortis super omnes
exaudi vocem eorum
qui nullam aliam spem
habent
et libera nos de manibus
iniquorum et erue me
a timore meo
HAEC QUOQUE ADDITA REPPERI
IN EDITIONE VULGATA
xv Et mandavit ei haud dubium

QU IN HESTERI MARDOCHEUS
UT INGREDERETUR AD REGEM
ET ROGARET PRO POPULO SUO
ET PRO PATRIA SUA
MEMOR INQUIT DIERUM HUMI
LITATIS TUAE QUOMODO
NUTRITA SIS IN MANU MEA
QUIA AMAN SECUNDUS A REGE
LOCUTUS EST CONTRA NOS
IN MORTEM
ET TU INUOCA DNM ET LOQUERE
REGI PRO NOBIS ET LIBERA
NOS DE MORTE
NEC NON ET ISTA QUAE SUBDITA SUNT
DIE AUTEM TERTIO DEPOSUIT
UESTIMENTA ORNATUS SUI
ET CIRCUMDATA EST GLORIA SUA
CUM REGIO FULGERET HABITU
ET INUOCASSET OMNIUM RECTOREM
ET SALUATOREM DM ASSUMSIT
DUAS FAMULAS
ET SUPER UNAM QUIDEM INNITE
BATUR QUASI PRAE DELICIIS
ET NIMIA TENERITUDINE
CORPUS SUUM FERRE
NON SUSTINENS
ALTERA AUTEM FAMULARUM
SEQUEBATUR DOMINAM
ET DEFLUENTIA IN HUMUM
INDUMENTA SUSTENTANS
IPSA AUTEM ROSEO UULTU COLORE
PERFUSA ET GRATIS AC NITENTIBUS
OCULIS TRISTEM CELABAT ANIMUM
ET NIMIO TIMORE CONTRACTUM
INGRESSA IGITUR CUNCTA PER
ORDINEM OSTIA STETIT
CONTRA REGEM
UBI ILLE RESIDEBAT SUPER SOLIUM
REGNI SUI INDUTUS UESTIBUS
REGIIS AUROQUE FULGENS
ET PRAETIOSIS LAPIDIBUS
ERAT TERRIBILIS ASPECTU
CUMQUE ELEUASSET FACIEM
ET ARDENTIBUS OCULIS
FUROREM PECTORIS INDICASSET
REGINA CORRUIT ET IN PALLOREM
COLORE MUTATO LASSUM SUPER
ANCILLAM RECLINAUIT CAPUT
CONUERTITQUE DS SPM REGIS
IN MANSUETUDINEM
ET FESTINUS AC METUENS
EXILIIT DE SOLIO SUO
ET SUSTENTANS EAM ULNIS SUIS
DONEC REDIRET AD SE
HIS UERBIS BLANDIEBATUR
QUID HABES HESTER EGO SUM
FRATER TUUS NOLI METUERE
NON MORIERIS
NON ENIM PRO TE SED PRO OMNIB'
HAEC LEX CONSTITUTA EST
ACCEDE IGITUR ET TANGE
SCEPTRUM
CUMQUE ILLA RETICERET
TULIT AUREAM UIRGAM
ET POSUIT SUPER COLLUM EIUS
ET OSCULATUS EST EAM ET AIT
CUR MIHI NON LOQUERIS
QUAE RESPONDIT UIDI TE DNE
QUASI ANGELUM DI
ET CONTURBATUM EST COR MEUM
PRAE TIMORE GLORIAE TUAE
UALDE ENIM MIRABILIS ES
DOMINE ET FACIES TUA
PLENA EST GRATIA
CUMQ' LOQUERETUR RURSUM
CORRUIT ET PENE EXANIMATA EST
REX AUTEM TURBABATUR
ET OMNES MINISTRI EIUS
CONSOLABANTUR EAM
EXEMPLUM EPISTULAE REGIS ARTAXERSIS
QUAM PRO IUDEIS AD TOTAS REGNI SUI
PROVINCIAS MISIT QUOD ET IPSUM
IN HEBRAICO VOLUMINE NON HABETUR
XVI REX MAGNUS ARTAXERSES AB INDIA
USQUE AETHIOPIAM CENTUM
UIGINTI SEPTEM PROUINCIARUM
DUCIB' AC PRINCIPIBUS QUI NOSTRAE
OBOEDIUNT IUSSIONI SALUTEM DICIT

MULTI BONITATE PRINCIPUM
ET HONORE QUI IN EOS CONLATUS
EST ABUSI SUNT IN SUPERBIAM
ET NON SOLUM SUBIECTOS REGIB·
NITUNTUR OPPRIMERE
SED DATAM SIBI GLORIAM NON FE
RENTES IN IPSOS QUI DEDERUNT
MOLIUNTUR INSIDIAS
NEC CONTENTI SUNT GRATIAS NON
AGERE BENEFICIIS ET HUMA
NITATIS IN SE IURA UIOLARE
SED DI QUOQUE CUNCTA CERNENTIS
ARBITRANTUR SE FUGERE POSSE
SENTENTIAM
ET IN TANTUM UAESANIAE PRO
RUPERUNT UT EOS QUI CREDITA
SIBI OFFICIA DILIGENTER OBSERUANT
ET ITA CUNCTA AGANT UT OMNIUM
LAUDE SINT DIGNI
MENDACIORUM UINCULIS CONANTUR
SUBUERTERE
DUM AURES PRINCIPUM SIMPLICES
ET EX SUA NATURA ALIOS AESTI
MANTES CALLIDA FRAUDE
DECIPIUNT
QUAE RES EX UETERIBUS PROBATUR
HISTORIIS ET EX HIS QUAE GERUN
TUR COTIDIE QUOMODO MALIS
QUORUNDAM SUGGESTIONIBUS
REGUM STUDIA DEPRAUENTUR
UNDE PROUIDENDUM EST PACI
OMNIUM PROUINCIARUM
NEC PUTARE DEBETIS SI DIUERSA
IUBEAMUS
EX ANIMI NOSTRI UENIRE LEUITATE
SED PRO QUALITATE ET NECESSI
TATE TEMPORUM
UT REI PUBLICE POSCIT UTILITATIS
FERRE SENTENTIAM
ET UT MANIFESTIUS QUOD DICIMUS
INTELLEGATIS
AMAN FILIUS AMADATHI ET ANIMO
ET GENTE MACEDO ALIENUSQ·
A PERSARUM SANGUINE
ET PIETATEM NOSTRAM SUA
CRUDELITATE COMMACULANS
PEREGRINUS A NOBIS SUSCEPTUS EST
ET TANTAM IN SE EXPERTUS
HUMANITATEM UT PATER
NOSTER UOCARETUR
ET ADORARETUR AB OMNIBUS
POST REGEM SECUNDUS
QUI IN TANTUM ARROGANTIAE
TUMORE SUBLATUS EST
UT REGNO NOS PRIUARE NITE
RETUR ET SPU
NAM MARDOCHEUM CUIUS FIDE
ET BENEFICIIS UIUIMUS
ET CONSORTEM REGNI NOSTRI
HESTER CUM OMNI GENTE
SUA NOUIS QUIBUSDAM ATQ·
INAUDITIS MACHINIS
EXPETIUIT IN MORTEM
HOC COGITANS UT ILLIS INTERFECTIS
INSIDIARETUR NOSTRAE
SOLITUDINI
ET REGNUM PERSARUM TRANS
FERRET IN MACHEDONAS
NOS AUTEM A PESSIMO MOR
TALIUM IUDAEOS NECI
DESTINATOS IN NULLA PENITUS
CULPA REPERIMUS
SED E CONTRARIO IUSTIS UTENTES
LEGIBUS ET FILIOS ALTISSIMI
ET MAXIMI SEMPERQUE
UIUENTIS DI
CUIUS BENEFICIO ET PATRIBUS
NOSTRIS ET NOBIS REGNUM
EST TRADITUM ET USQUE
HODIE CUSTODITUR
UNDE EAS LITTERAS QUAS SUB
NOMINE NOSTRO ILLE DIREXERAT
SCIATIS ESSE IRRITAS
PRO QUO SCELERE ANTE PORTAS
HUIUS URBIS ID EST SUSIS
ET IPSE QUI MACHINATUS EST
ET OMNIS COGNATIO EIUS
PENDET IN PATIBULIS

NON NOBIS SED DO EI REDDENTE
QUOD MERUIT
HOC AUTEM QUOD NUNC MITTI
MUS IN CUNCTIS URBIBUS
PROPONATUR
UT LICEAT IUDAEIS UTI LEGIB· SUIS
QUIB· DEBETIS ESSE ADMINICULO
UT EOS QUI SE AD NECEM EORUM
PARAUERINT POSSINT INTER
FICERE
TERTIA DECIMA DIE MENSIS
DUODECIMI QUI UOCATUR ADAR
HANC ENIM DIEM OMNIPOTENS
DS MAERORIS ET LUCTUS EIS
UERTIT IN GAUDIUM
UNDE ET UOS INTER CETEROS
FESTOS DIES HUNC HABETOTE
DIEM ET CELEBRATE EUM
CUM OMNI LAETITIA
UT ET IN POSTERUM COGNOSCATUR
OMNES QUI FIDELITER PERSIS
OBOEDIUNT DIGNAM PRO FIDE
RECIPERE MERCEDEM
QUI AUTEM INSIDIANTUR REGNO
EORUM PERIRE PRO SCELERE
OMNIS AUTEM PROUINCIA
ET CIUITAS QUAE NOLUERIT
SOLLEMNITATIS HUIUS ESSE
PARTICEPS GLADIO ET IGNE
PEREAT
ET SIC DELEATUR UT NON SOLUM
HOMINIBUS SED ETIAM
BESTIIS INUIA SIT IN SEMPI
TERNUM PRO EXEMPLO
CONTEMPTUS ET INOBOEDIENTIAE:

EXPLICIT LIBER
HES TER

INCIPIT PRAEFATIO HIERONIMI PRAESBYTERI

UTRUM DIFFICILIUS SIT FACERE
QUOD POSCITIS AN NEGARE NECDUM STATUI
NAM NEQUE UOBIS ALIQUID IMPERANTIBUS ABNUERE
SENTENTIA EST ET MAGNITUDO ONERIS IMPOSITI
ITA CERUICES PREMIT UT ANTE SUB FASCE RUENDUM
SIT QUAM LEUANDUM ACCEDUNT AD HOC INUIDO
RUM STUDIA QUI OMNE QUOD SCRIBIMUS REPRAE
HENDENDUM PUTANT ET INTERDUM CONTRA
SE CONSCIENTIA REPUGNANTE PUBLICE LACERANT
QUAE OCCULTE LEGUNT IN TANTUM UT CLAMARE
CONPELLAR DNE LIBERA ANIMAM MEAM
A LABIIS INIQUIS ET A LINGUA DOLOSA
TERTIUS ANNUS EST QUOD SEMPER SCRIPTIS
ATQ· RESCRIPTIS UT EZRAE LIBRUM UOBIS DE HEBRAEO
TRANSFERAM QUASI NON HABEATIS GRECA ET LATINA
UOLUMINA AUT QUIDQUID ILLUD EST QUOD A NOBIS
UERTITUR NON STATIM AB OMNIBUS CONSPUEN
DUM SIT FRUSTRA AUTEM AIT QUIDAM NITI
NEQ· ALIUD FATIGANDO NISI ODIUM QUAERERE
EXTREMAE DEMENTIAE EST ITAQ· OBSECRO UOS
MI DOMNION ET ROGATIANE CARISSIME
UT PRIUATA LECTIONE CONTENTI LIBRUM NON
EFERATIS IN PUBLICUM NEC FASTIDIOSIS INGERATIS
CIBOS UITETISQ· EORUM SUPERCILIUM QUI IUDI
CARE TANTUM DE ALIIS ET IPSI FACERE NIL NOUE
RUNT SI QUI AUTEM FRATRUM SUNT HIS TRIBUATIS
EXEMPLAR ADMONENS UT HEBREA NOMINA
QUORUM GRANDIS IN HOC UOLUMINE COPIA EST
DISTINCTE ET PER INTERUALLA TRANSCRIBANT
NIHIL ENIM PRODERIT EMENDASSE LIBRUM
NISI EMENDATIO LIBRARIORUM DILIGENTIA
CONSERUETUR NEC QUEMQUAM MOUEAT
QUOD UNUS A NOBIS EDITUS LIBER EST NEC APO
CRIFORUM TERTII ET QUARTI LIBRI SOMNIIS
DELECTETUR QUIA ET APUD HEBRAEOS EZRAE
NEEMIAEQ· SERMONES IN UNUM UOLUMEN
COARTANTUR ET QUAE NON HABENTUR APUD
ILLOS NEC DE XX QUATTUOR SENIBUS SUNT
PROCUL ABICIENDA SI QUIS AUTEM SEPTUA
GINTA UOBIS OPPOSUERIT INTERPRETES
QUORUM EXEMPLARIA UARIETAS IPSA
LACERATA EUERSA DEMONSTRAT
NEC POTEST UTIQUE UERUM ADSERI QUOD
DIUERSUM EST MITTITE EUM AD EUANGELIA

In quibus multa ponuntur quasi
de ueteri testamento quae apud
Lseptuaginta interpraetes non
habentur uel ut illud quoniam naza
reus uocabitur et ex aegypto
uocaui filium meum et uidebunt
quem conpunxerunt multaque
alia quae latiori operi reseruamus
et quaerite ab eo ubi scripta sint
cumque proferre non potuerit
uos legite de his exemplaribus
quae nuper a nobis edita maledico
rum cotidie linguis confodiuntur
Sed ut ad conpendium ueniam certe
quod in laturis suum adquissiuimus est
edidi aliquid quod non habetur
in greco uel aliter habetur quam
a me uersum est quid interprae
tem laniant interrogent
hebreos et ipsis auctoribus
translationi meae uel adrogent
uel derogent fidem porro aliud
est si clausis quod dicitur
oculis mihi uolunt maledicere
et non imitantur grecorum
studium et beniuolentiam
Qui post septuaginta trans
latores iam xpi euangelio
coruscante iudaeos et haebio
nitas legis ueteris inter
praetes aquilam uidelicet
symmachum et theodotionem
curiose legunt et per origenis
laborem in ēzaploic ecclesiis
dicarunt quanto magis latini
grati esse deberent quod
exultantem cernerent grae
ciam a se aliquid mutuari
Primum enim magnorum
sumptuum est ēzapla
posse habere omnia deinde
etiam qui habuerint et heracl
ser monis signari sunt magis
errabunt ignorantes qui se

e multis uerius dixerit quod etiam
sapientissimo cuidam nuper
apud graecos accidit ut inter
dum scripturae sensum
relinquens unius cuius libet
interpraetes sequeretur
errorem Nos autem qui haebreae
linguae saltim paruam
habemus scientiam et latinus
nobis ut cumque sermo non
deest et de aliis magis possumus
iudicare et ea quae ipsi intelle
gimus nostra lingua promere
Itaque licet extrasibilet uipera
que si non incendia iactet
Numquam meum iuuante
xpo silebit eloquium
etiam praecisa lingua balbutti
et legant qui uolunt qui nolunt
abiciant et uentilent apices
litteras calumnientur
magis uestra caritate
prouocabor ad studium
quam illorum detractione
et odio deterrebor :~

FINIT PROLOGUS

INCIP LIB EZRAE

SIUE NEEMIAE

In anno primo Cyri regis
persarum
ut impleretur uerbum dni
ex ore hieremiae
suscitauit dns spm Cyri regis
persarum
et transduxit uocem in uni
uerso regno suo etiam
per scripturam dicens
haec dicit Cyrus rex persarum
omnia regna terrae dedit
mihi ds dns caeli
et ipse praecepit mihi ut aedi
ficarem ei domum in hieru
salem quae est in iudaea
quis est uobis de uniuerso
populo eius
sit ds illius cum ipso
ascendat hierusalem
quae est in iudaea
et aedificet domum dni
di israhel
ipse est ds qui est in hierusalem
et omnes reliqui in cunctis
locis ubicumque habitant
adiuuent eum uiri de loco suo
argento et auro et substantia
et pecoribus
excepto quod uoluntarie
offerunt templo di
quod est in hierusalem
et surrexerunt principes
patrum de iuda et beniamin
et sacerdotes et leuitae
omnis cuius suscitauit ds spm
ut ascenderent ad aedificandum
templum dni quod erat
in hierusalem
uniuersi que qui erant in circuitu
adiuuerunt manus eorum
in uasis argenteis et aureis
in substantia et iumentis
in supellectili
exceptis his quae sponte obtulerant
Rex quoque Cyrus protulit uasa
templi dni quae tulerat
nabuchodonosor de hierusalem
et posuerat ea in templo di sui
protulit autem ea Cyrus
rex persarum
per manum mithridatis
filii gazabar
et adnumerauit ea sasabassar
principi iudae
et hic est numerus eorum
phialae aureae triginta
phialae argenteae mille
cultri uiginti nouem
scyphi aurei triginta
scyphi argentei secundi
quadringenti decem
uasa alia mille
omnia uasa aurea et argentea
quinque milia quadringenta
uniuersa tulit sasabasar
cum his qui ascendebant de trans
migratione babylonis
in hierusalem
II hi sunt autem filii prouinciae
qui ascenderunt de captiuitate
quam transtulerat nabuchodo
nosor rex babylonis in babylonem
et reuersi sunt in hierusalem
et iuda unusquisque
in ciuitatem suam
qui uenerunt cum zorobabel
hiesua neemia saraia
rahelaia mardochai belsan
mesphar
beguai reum baana
Numerus uirorum populi isrl
filii pharos duo milia
centum septuaginta duo
filii sephetia trecenti
septuaginta duo
filii area septingenti
uiginti quinque
filii phaethmoab filiorum

iosue ioab duo milia dccccxii
filii helam mille cclIII
filii zethua dcccxlv
filii zacchai dcclx
filii bani dcxlii
filii bebai dcxxiii
filii azgad mille dxxii
filii adonicam dclxvi
filii beguai duo milia l vi
filii adin cccclIIII
filii ater qui erant
ex hiezecia xcviii
filii besai cccxxiii
filii iora cxii
filii asom ccxxvi
filii gebbar xcv
filii bethlem cxxiii
uiri netupha lvi
uiri anathoth cxxviii
filii azmaueth xlii
filii cariathiarim caephiara
e et beroth dccxliii
filii rama et gaba dcxxi
uiri machimas cxxii
uiri bethel et gai ccxxiii
filii nebo lii
filii mecbis clvi
filii helam alterius mille cclIIII
filii arim cccxx
filii lodadin et ono dccxxv
filii hiericho cccxlv
filii sennaa iii dcxxx

SACERDOTES

filii idaia in domo hiesu dcccclxxiii
filii emmar mille lii
filii fessur mille ccxlvii
filii arim mille xvii levitae
filii hiesue et cethimihel
filiorum obdeuiae lxxiiii

CANTORES

filii asaph cxxviii

filii IANITORUM

filii sellam filii ater
filii telmon filii acub
filii atita filii sobai universi cxxxviiii

NATHINNAEI

filii sia filii afupha
filii abbaoth filii ceros
filii siaa filii phadon
filii levana filii agaba
filii accub filii agab
filii selmai filii anan
filii gaddel filii gaber
filii rachaia filii rasin
filii nechoda filii gazen
filii aga filii phasea
filii besee filii asennaa
filii munim filii nepusim
filii becbuc filii acupa
filii arur filii beslath
filii maida filii arsa
filii bercos filii sisara
filii thema filii nasia
filii atupha

FILII SERVORUM SALOMONIS

filii sotei filii suphereth
filii pharuda
filii ada filii dercon
filii gedel filii saphatia
filii atil filii pocereth
qui erant de asebaim
filii ammi omnes nathinnaei
et filii servorum salomonis
ccc xvii
et hii qui ascenderunt
de thelmela thelarsa
cherub et don et mer
et non potuerunt indicare
domum patrum suorum
et semen suum
utrum ex israhel essent
filii delaia filii tobia
filii necoda dclii

ET DE FILIIS SACERDOTUM

filii obia filii accos
filii berzellai qui accepit
de filiabus berzellai
galaditis uxorem

ET UOCATUS EST NOMINE EORUM
HI QUAESIERUNT SCRIPTURAM
GENEALOGIAE SUAE ET NON
INUENERUNT
ET EIECTI SUNT DE SACERDOTIO
ET DIXIT ATHERSATA EIS UT NON
COMEDERENT DE SCO SCORUM
DONEC SURGERET SACERDOS
DOCTUS ATQUE PERFECTUS
OMNIS MULTITUDO QUASI UNUS
XL II DCCLX
EXCEPTIS SERUIS EORUM
ET ANCELLIS
QUI ERANT UII CCC XXX VII
ET IN IPSIS CANTORES ATQUE
CANTRICES CC

EQUI EORUM	DCXXX VII
MULI EORUM	CC XL V
CAMELI EORUM	CCCC XXXV
ASINI EORUM	UI DCC XX

ET DE PRINCIPIBUS PATRUM
CUM INGREDERENTUR TEMPLUM
DNI QUOD EST IN HIERUSALEM
SPONTE OPTULERUNT IN DOMUM DNI
AD INSTRUENDAM EAM IN LOCO SUO
SECUNDUM UIRES SUAS DEDERUNT
IN IMPENSAS OPERIS
AURI SOLIDOS XL MILIA ET MILLE
ARGENTI MNAS V MILIA
ET UESTES SACERDOTALES CENTUM
HABITAUERUNT ERGO SACERDOTES
ET LEUITAE DE POPULO
ET CANTORES ET IANITORES
ET NATHINNAEI IN URBIBUS SUIS
UNIUERSUS QUE ISRAHEL
IN CIUITATIBUS SUIS
III IAM QUE UENERAT MENSIS SEPTIMUS
ET ERANT FILII ISRL IN CIUITATIB SUIS
CONGREGATUS EST ERGO POPULUS
QUASI UIR UNUS IN HIERUSALEM
ET SURREXIT IOSUE FILIUS
IOSEDEC ET FRATRES EIUS
SACERDOTES
ET ZOROBABEL FILIUS SALATHIHEL

ET FRATRES EIUS
ET AEDIFICAUERUNT ALTARE
DI ISRAHEL
UT OFFERENT IN EO HOLOCAUSTOMATA
SICUT SCRIPTUM EST IN LEGE
MOSI UIRI DI
CONLOCAUERUNT AUTEM ALTARE
SUPER BASES SUAS
DETERRENTIBUS EOS PER CIRCUITUM
POPULIS TERRARUM
ET OPTULERUNT SUPER ILLUD
HOLOCAUSTUM DNO
MANE ET UESPERE
FECERUNT QUE SOLLEMNITATEM
TABERNACULORUM SICUT
SCRIPTUM EST
ET HOLOCAUSTUM DIEBUS SINGULIS
PER ORDINEM SECUNDUM
PRAECEPTUM OPUS DIEI IN DIE SUO
ET POST HAEC HOLOCAUSTUM IUGE
TAM IN KALENDIS QUAM IN UNIUERSIS
SOLLEMNITATIBUS DNI QUAE
ERANT CONSECRATAE
ET IN OMNIBUS IN QUIBUS ULTRO
OFFEREBANTUR MUNUS DO
A PRIMO DIE MENSIS SEPTIMI
COEPERUNT OFFERRE
HOLOCAUSTUM DNO
PORRO TEMPLUM DI FUNDATUM
NEC DUM ERAT
DEDERUNT AUTEM PECUNIAS
LATOMIS ET CAEMENTARIIS
CIBUM QUOQUE ET POTUM ET OLEUM
SIDONIIS TYRIIS QUE
UT DEFERRENT LIGNA CEDRINA
DE LIBANO AD MARE IOPPES
IUXTA QUOD PRAECEPERAT
CYRUS PERSARUM
ANNO AUTEM SECUNDO ADUENTUS
EORUM AD TEMPLUM DI IN HIERU
SALEM MENSE SECUNDO
COEPERUNT ZOROBABEL
FILIUS SALATHIHEL
ET IOSUE FILIUS IOSEDEC

ET RELIQUI DE FRATRIBUS EORUM
SACERDOTES ET LEUITAE
ET OMNES QUI UENERANT DE CAP
TIUITATE IN HIERUSALEM
ET CONSTITUERUNT LEUITAS XXX
ANNIS ET SUPRA UT URGUERENT
OPUS DNI
STETITQUE IOSUE FILIUS EIUS
ET FRATRES EIUS
CEDMIHEL ET FILII EIUS
ET FILII IUDA QUASI UNUS
UT INSTAURARENT SUPER EOS
QUI FACIEBANT OPUS
IN TEMPLO DNI
FILII ANAD FILII EORUM
ET FRATRES EORUM LEUITAE
FUNDATO IGITUR A CEMENTARIIS
TEMPLO DNI
STETERUNTQUE SACERDOTES
IN ORNATU SUO CUM TUBIS
ET LEUITAE FILII ASAPH IN CYMBALIS
UT LAUDARENT DM PER MANUS
DAUID REGIS ISRAHEL
ET CONCINEBANT IN HYMNIS
ET CONFESSIONE DNO
QUONIAM BONUS
QUONIAM IN SAECULUM MISERICOR
DIA EIUS SUPER ISRAHEL
OMNIS QUOQ POPULUS UOCIFERA
BATUR CLAMORE MAGNO
IN LAUDANDO DNM
EO QUOD FUNDATUM ESSET
TEMPLUM DNI
PLURIMI ETIAM DE SACERDOTIB
ET LEUITIS
ET PRINCIPES PATRUM ET SENIORES
QUI UIDERANT TEMPLUM PRIUS
CUM FUNDATUM ESSET ET HOC
TEMPLUM IN OCULIS EORUM
FLEBANT UOCE MAGNA
ET MULTI UOCIFERANTES IN LAETITIA
ELEUABANT UOCEM
NEC POTERAT QUISQUAM AGNOSCERE
UOCEM CLAMORIS LAETANTIUM
ET UOCEM FLETUS POPULI
COMMIXTIM ENIM POPULUS
UOCIFERABATUR CLAMORE MAGNO
ET UOX AUDIEBATUR PROCUL
IIII AUDIERUNT AUTEM HOSTES IUDAE
ET BENIAMIN
QUIA FILII CAPTIUITATIS AEDIFICARENT
TEMPLUM DNO DO ISRAHEL
ET ACCEDENTES AD ZOROBABEL
ET AD PRINCIPES PATRUM
DIXERUNT EIS
AEDIFICEMUS UOBISCUM QUIA ITA
UT UOS QUAERIMUS DM UESTRUM
ECCE NOS IMMOLAUIMUS UICTIMAS
EX DIEBUS ASORADDON REGIS ASSUR
QUI ADDUXIT NOS HUC
ET DIXIT EIS ZOROBABEL ET IOSUE
ET RELIQUI PRINCIPES PATRUM
ISRAHEL
NON EST UOBIS ET NOBIS UT AEDIFICEMUS
DOMUM DO NOSTRO
SED NOS IPSI SOLI AEDIFICAUIMUS
DNO DO NOSTRO
SICUT PRAECEPIT NOBIS
CYRUS REX PERSARUM
FACTUM EST IGITUR POPULUS TERRAE
UT IMPEDIRET MANUS
POPULI IUDAE
ET TURBARET EOS IN AEDIFICANDO
CONDUXERUNT AUTEM ADUERSUM
EOS CONSILIATORES UT DESTRU
ERENT CONSILIUM EORUM
OMNIBUS DIEBUS CYRI REGIS
PERSARUM ET USQUE AD REGNUM
DARII REGIS PERSARUM
IN REGNO AUTEM ASUERI
PRINCIPIO REGNI EIUS
SCRIPSERUNT ACCUSATIONEM
ADUERSUM HABITATORES
IUDAE ET HIERUSALEM
ET IN DIEBUS ARTAXERSIS
SCRIPSIT BESELAM
MITRADATIS ET TABEL
ET RELIQUI QUI ERANT IN CONSILIO EORU

AD ARTAXERXEN REGEM PERSARUM
EPISTULA AUTEM ACCUSATIONIS
SCRIPTA ERAT SYRIACE
ET LEGEBATUR SERMONE SYRO
REUM BEEL TEEM ET SAMSAI
SCRIBA
SCRIPSERUNT EPISTULAM UNAM
AD HIERUSALEM
ARTAXERSI REGI HUIUS CEMODI
REUM BEEL TEEM ET SAMSAI SCRIBA
ET RELIQUI CONSILIATORES EORUM
DINAI ET APHARSATHEI TERPHALEI
APHARSAEI
ERUCHUAEI BABYLONI
SUSANNECHAEI DAEI AELAMITAE
ET CETERI DE GENTIBUS QUAS
TRANSTULIT ASENNAPHAR
MAGNUS ET GLORIOSUS
ET HABITARE EAS FECIT
IN CIUITATIBUS SAMARIAE
ET IN RELIQUIS REGIONIBUS
TRANS FLUMEN IN PACE
HOC EST EXEMPLAR EPISTULAE
QUAM MISERUNT AD EUM
ARTAXERXI REGI SERUI TUI
QUI SUNT TRANS FLUUIUM
SALUTEM DICUNT
NOTUM SIT REGI QUIA IUDAEI
QUI ASCENDERUNT A TE AD NOS
UENERUNT IN HIERUSALEM
CIUITATEM REBELLEM
ET PESSIMAM QUAM AEDIFICANT
EXTRUENTES MUROS EIUS ET PARIETES
COMPONENTES
NUNC IGITUR NOTUM SIT REGI
QUIA SI CIUITAS ILLA AEDIFICATA
FUERIT ET MURI EIUS INSTAURATI
TRIBUTUM ET UECTIGAL ET ANNUOS
REDITUS NON DABUNT
ET USQUE AD REGES HAEC NOXA
PERUENIET
NOS ERGO MEMORES SALIS QUOD
IN PALATIO COMEDIMUS
ET QUIA LESIONES REGIS UIDERE
NEFAS DUCIMUS
IDCIRCO MISIMUS ET NUNTIAUIMUS REGI
ET RECENSEAS IN LIBRIS HISTORIARUM
PATRUM TUORUM
ET INUENIES SCRIPTUM IN COM
MENTARIIS ET SCIES
QUONIAM URBS ILLA
URBS REBELLIS EST
ET NOCENS REGIBUS ET PROUINCIIS
ET BELLA CONCITANT IN EA
EX DIEBUS ANTIQUIS
QUAM OB REM ET CIUITAS IPSA
CONSTRUCTA EST
NUNTIAMUS NOS REGI
QUONIAM SI CIUITAS ILLA
AEDIFICATA FUERIT
ET MURI IPSIUS INSTAURATI
POSSESSIONEM TRANS FLUUII
NON HABEBIS
UERBUM MISIT REX AD REUM
BEEL TEEM ET SAMSAI SCRIBA
ET AD RELIQUOS QUI ERANT IN CON
SILIO EORUM HABITATORES
SAMARIAE ET CETERIS TRANS FLUUIUM
SALUTEM DICENS ET PACEM
ACCUSATIONEM QUAM MISISTIS
AD NOS MANIFESTE LECTA EST
CORAM ME
ET A ME PRAECEPTUM EST ET RE
CENSUERUNT INUENERUNTQUE
QUONIAM CIUITAS ILLA A DIEBUS
ANTIQUIS ADUERSUM REGES
REBELLAT
ET SEDITIONES ET PROELIA
CONCITANTUR IN EA
NAM ET REGES FORTISSIMI
FUERUNT IN HIERUSALEM
QUI ET DOMINATI SUNT OMNI
REGIONI QUAE TRANS FLUUIUM EST
TRIBUTUM QUOQUE ET UECTIGAL
ET REDITUS ACCIPIEBANT
NUNC EGO AUDITE SENTENTIAM
UT PROHIBEATIS UIROS ILLOS
ET URBS ILLA NON AEDIFICETUR

DONEC SI FORTE A ME IUSSUM FUERIT
UIDETE NE NEGLEGENTER HOC
IMPLEATIS
ET PAULATIM CRESCAT MALUM
CONTRA REGES
ITAQUE EXEMPLUM EDICTI
ARTAXERXIS REGIS LECTUM EST
CORAM REUM ET SAMSAI
SCRIBAM ET CONSILIARIIS EORUM
ET ABIERUNT FESTINI IN HIERUSALEM
AD IUDAEOS
ET PROHIBUERUNT EOS IN BRACHIO
ET ROBORE
TUNC INTERMISSUM EST OPUS
DOMUS DNI IN HIERUSALEM
ET NON FIEBAT USQUE AD ANNUM
SECUNDUM REGNI DARII REGIS
PERSARUM
V PROPHETAUERUNT AUTEM
AGGEUS PROPHETA
ET ZACHARIAS FILIUS ADDO
PROPHETANTES AD IUDAEOS QUI
ERANT IN IUDAEA ET HIERUSALEM
IN NOMINE DI ISRAHEL
TUNC SURREXERUNT ZOROBABEL
FILIUS SALATHIHEL ET IOSUE
FILIUS IOSEDEC
ET COEPERUNT AEDIFICARE
TEMPLUM DI IN HIERUSALEM
ET CUM EIS PROPHETAE DI
ADIUUANTES EOS
IN IPSO TEMPORE UENIT AD EOS
TATANNAI QUI ERAT DUX
TRANS FLUMEN
ET STARBUZANNAI ET CONSILIARII EORU
SICQ DIXERUNT EIS
QUIS DEDIT UOBIS CONSILIUM
UT DOMUM HANC AEDIFICARETIS
ET MUROS HOS INSTAURETIS
AD QUOD RESPONDIMUS EIS
QUAE ESSENT NOMINA HOMINUM
AUCTORUM ILLIUS AEDIFICATIONIS
OCULUS AUTEM DI EORUM FACTUS
EST SUPER SENES IUDAEORUM
ET NON POTUERANT INHIBERE EOS
PLACUITQUE UT RES AD DARIUM
REFERRETUR
ET TUNC SATIS FACERENT ADUERSUS
ACCUSATIONEM ILLAM
EXEMPLAR EPISTULAE QUAM
MISIT TATANNAI DUX REGIONIS
TRANS FLUMEN
ET STARBUZANNAI ET CONSILIATORES
EIUS APHARSATAEI QUI ERANT
TRANS FLUMEN AD DARIUM REGEM
SERMONEM QUEM MISERANT
EI SIC SCRIPTUS ERAT
DARIO REGI PAX OMNIS
NOTUM REGI
ISSE NOS AD IUDEAM PROUINCIAM
AD DOMUM DI MAGNI QUAE AEDIFI
CATUR LAPIDE INPOLITO
ET PONUNTUR LIGNA IN PARIETIBUS
OPUSQUE ILLUD DILIGENTER
EXTRUITUR
ET CRESCIT IN MANIBUS EORUM
INTERROGAUIMUS ERGO SENES ILLOS
ET ITA DIXIMUS EIS
QUIS DEDIT UOBIS POTESTATEM
UT DOMUM HANC AEDIFICETIS
ET MUROS HOS INSTAURETIS
SED ET NOMINA EORUM QUAESIUI
MUS AB EIS UT NUNTIAREMUS TIBI
QUAE SCRIPSIMUS NOMINA UIRORU
QUI SUNT PRINCIPES IN EIS
HUIUSCEMODI AUTEM SERMONEM
RESPONDERUNT NOBIS DICENTES
NOS SUMUS SERUI DI CAELI ET TERRAE
ET AEDIFICAMUS TEMPLUM
QUOD ERAT EXTRUCTUM
ANTE HOS ANNOS MULTOS
QUODQUE REX ISRAHEL MAGNUS
AEDIFICAUERAT ET EXTRUXERAT
POST QUAM AUTE M AD IRACUN
DIAM PROUOCA UERUNT
PATRES NOSTRI DM CAELI
ET TRADIDIT EOS IN MANUS
NABUCHODONOSOR

REGIS BABYLONIS CHALDAEI
DOMUM QUOQUE HANC DESTRUXIT
ET POPULUM EIUS TRANSTULIT
IN BABYLONEM
IN ANNO AUTEM PRIMO CYRI
REGIS BABYLONIS
CYRUS PROPOSUIT EDICTUM
UT DOMUS DI HAEC AEDIFICARETUR
NAM ET UASA TEMPLI DI AUREA
ET ARGENTEA
QUAE NABUCHODONOSOR TULERAT
DE TEMPLO QUOD ERAT
IN HIERUSALEM
ET ASPORTAUERAT EA IN TEMPLO
BABYLONIS
PROTULIT CYRUS REX DE TEMPLO
BABYLONIS
ET DATA SUNT SABASSAR UOCABULO
QUEM ET PRINCIPEM CONSTITUIT
DIXIT QUE EI
HAEC UASA TOLLE ET UADE
ET PONE EA IN TEMPLUM
QUOD EST IN HIERUSALEM
ET DOMUS DI AEDIFICETUR
IN LOCO SUO
TUNC ITAQUE SABASSAR ILLE UENIT
ET POSUIT FUNDAMENTA
TEMPLI DI IN HIERUSALEM
ET EX EO TEMPORE US QUE NUNC
AEDIFICATUR ET NECDUM
CONPLETUM EST
NUNC ERGO SI UIDETUR REGI BONUM
RECENSEAT IN BIBLIOTHECA REGIS
QUAE EST IN BABYLONE
UTRUM NAM A CYRO REGE
IUSSUM SIT
UT AEDIFICETUR DOMUS DI
IN HIERUSALEM
ET UOLUNTATEM REGIS SUPER
HAC REMITTAT AD NOS
VI TUNC DARIUS REX PRAECEPIT
ET RECENSUERUNT IN BIBLIOTHECA
LIBRORUM QUI ERANT REPOSITI
IN BABYLONE

ET INUENTUM EST IN ECBATHANIS
QUOD EST CASTRUM IN MADENA
PROUINCIA UOLUMEN UNUM
TALIS QUE SCRIPTUS ERAT IN EO
COMMENTARIO
IN ANNO PRIMO CYRI REGIS
CYRUS REX DECREUIT
UT DOMUS DI QUAE EST IN HIERU
SALEM AEDIFICARETUR IN LOCO
UBI IMMOLENT HOSTIAS
ET UT PONENT FUNDAMENTA
SUBPORTANTIA
ALTITUDINEM CUBITORUM LX
ET LATITUDINEM CUBITORUM LX
ORDINES DE LAPIDIBUS INPOLITIS III
ET SIC ORDINES DE LIGNIS NOUIS
SUMPTUS AUTEM DE DOMO REGIS
DABUNTUR
SED ET UASA AUREA TEMPLI DI
ET ARGENTEA
QUAE NABUCHODONOSOR TULERAT
DE TEMPLO HIERUSALEM
ET ATTULERAT IN BABYLONEM
REDDANTUR ET REFERANTUR
IN HIERUSALEM IN LOCUM SUUM
QUAE ET POSITA SUNT IN TEMPLO DI
NUNC ERGO TATANNAI DUX REGIO
ONIS QUAE EST TRANS FLUMEN
STARBUZANNAI ET CONSILIARII
UESTRI APHARSACAEI
QUI ESTIS TRANS FLUMEN
PROCUL RECEDITE AB ILLIS
ET DIMITTITE TEMPLUM DI ILLUD
A DUCE IUDAEORUM ET A SENI
ORIBUS EORUM
DOMUM DI ILLAM AEDIFICENT
IN LOCO SUO
SED ET A ME PRAECEPTUM EST
QUID OPORTEAT FIERI A PRAES
BYTERIS IUDAEORUM ILLIS
UT AEDIFICETUR DOMUS DI
SCILICET UT DE ARCA REGIS
IDEST DE TRIBUTIS QUAE DANTUR
DE REGIONE TRANS FLUMEN

studiose sumptus dentur illis
ne impediatur opus
quod necesse fuerit et uitulos
et agnos et hedos in holo
caustum dī caeli
frumentum sal uinum oleum
secundum ritum sacerdotum
qui sunt in hierusalem
detur eis per dies singulos
ne sit in aliquo querimonia
et offerant oblationes
dī caeli
orentque pro uita regis
et filiorum eius
a me ergo positum est decretū
ut omnis homo qui hanc muta
uerit iussionem
tollatur lignum de domo ipsius
et erigatur et configatur in eo
domus autem eius publicetur
d̄s autem qui habitare facit
nomen suum ibi
dissipet omnia regna et populū
qui extenderit manum suam
ut pugnet
et dissipet domum dī illam
quae est in hierusalem
ego darius statui decretum
quod studiose impleri uolo
igitur tatannai dux regionis
trans flumen
et stharbuzannai et consili
arii eius
secundum quod praeceperat
darius rex
sic diligenter obsecuti sunt
seniores autem iudaeorum
aedificabant et prosperabantur
iuxta prophetiam aggei prophetae
et zachariae filii addo
et aedificauerunt et construxerāt
iubente dō israhel
et iubente cyro et dario et arta
xerxe regibus persarum

et compleuerunt domum dī
istam usque ad diem tertium
mensis adar
qui est annus sextus regni
darii regis
fecerunt autem filii israhel
sacerdotes et leuitae
et reliqui filiorum
transmigrationis
dedicationem domus dī illi
in gaudio
et obtulerunt in dedicationem
domus dī
uitulos centum
et arietes ducentos
agnos quadringentos
hircos caprarum pro peccato
totius israhel duodecim
iuxta numerum tribuum isrl̄
et statuerunt sacerdotes
in ordinibus suis
et leuitas in uicibus suis
super opera dī in hierusalem
sicut scriptum est in libro mosi
fecerunt autem filii trans
migrationis pascha
quarta decima die mensis primi
purificati enim fuerant
sacerdotes et leuitae
quasi unus
omnes mundi ad immolan
dum pascha
uniuersis filiis transmigra
tionis et fratribus suis
sacerdotibus et sibi
et comederunt filii israhel
qui reuersi fuerant de trans
migratione
et omnis qui se separauerat
a coinquinatione gentium
terrae ad eos
ut quaererent dn̄m dm̄ isrl̄
et fecerunt sollemnitatem
azymorum vii dieb· in laetitia

QUONIAM LAETIFICAUERAT EOS DNS
ET CONUERTERAT COR REGIS
ASSYRII AD EOS
UT ADIUUARET MANUS EORUM
IN OPERE DOMUS DI ISRAHEL
VII POST HAEC AUTEM UERBA
IN REGNO ARTAXERXIS REGIS
PERSARUM
EZRA S FILIUS ARAIAE
FILII AZARIAE FILII ELACIAE
FILII SELUM
FILII SEDOC FILII ACHITOB
FILII AMMARIAE
FILII AZARIAE FILII MASAIOTH
FILII ZARAIAE
FILII OZI FILII BOCCI FILII ABISUE
FILII FINEES FILII ELEAZAR
FILII ARON SACERDOTIS AB INITIO
IPSE EZRAS ASCENDIT DE BABYLONE
ET IPSE SCRIBA UELOX IN LEGE MOSI
QUAM DEDIT DNS DS ISRAHEL
ET DEDIT EI REX SECUNDUM
MANUM DNI DI EIUS SUPER EUM
OMNEM PETITIONEM EIUS
ET ASCENDERUNT DE FILIIS ISRAHEL
ET DE FILIIS SACERDOTUM
ET DE FILIIS LEUITARUM
ET DE CANTORIBUS
ET DE IANITORUM
ET DE NATHINNEIS IN HIERUSALEM
IN ANNO SEPTIMO ARTAXERSIS REGIS
ET UENERUNT IN HIERUSALEM
MENSE QUINTO
IPSE EST ANNUS SEPTIMUS
QUIA IN PRIMO DIE MENSIS PRIMI
COEPIT ASCENDERE DE BABYLONE
ET IN PRIMA MENSIS QUINTI
UENIT IN HIERUSALEM
IUXTA MANUM DI SUI BONAM
SUPER SE
EZRAS ENIM PARAUIT COR SUUM
UT INUESTIGARET LEGEM DNI
ET FACERET ET DOCERET IN ISRL
PRAECEPTUM ET IUDICIUM

HOC EST EXEMPLAR EPISTULAE
EDICTI
QUOD DEDIT REX ARTAXERXIS
EZRAE SACERDOTI
SCRIBAE ERUDITO IN SERMONIB
ET PRAECEPTIS DNI
ET CAERIMONIIS EIUS IN ISRAHEL
ARTAXERXIS REX REGUM
EZRAE SACERDOTI SCRIBAE LEGIS
DI CAELI DOCTISSIMO SALUTEM
A ME DECRETUM EST
UT CUICUMQUE PLACUERIT
IN REGNO MEO
DE POPULO ISRAHEL ET DE SACER
DOTIBUS EIUS ET DE LEUITIS
IRE IN HIERUSALEM TECUM UADAT
A FACIE ENIM REGIS ET SEPTEM
CONSILIATORUM EIUS MISSUS ES
UT UISITES IUDAEAM ET HIERUSALE
IN LEGE DI TUI QUAE EST IN MANU TUA
ET UT FERAS ARGENTUM ET AURUM
QUOD REX ET CONSILIATORES EIUS
SPONTE OPTULERUNT DO ISRL
CUIUS IN HIERUSALEM
TABERNACULUM EST
ET OMNE ARGENTUM ET AURUM
QUODCUMQUE INUENERIS
IN UNIUERSA PROUINCIA
BABYLONIS
ET POPULUS OFFERRE UOLUERIT
ET DE SACERDOTIBUS QUI SPONTE
OPTULERUNT DOMUI DI SUI
QUAE EST IN HIERUSALEM
LIBERE ACCIPE ET STUDIOSE EME
DE HAC PECUNIA
UITULOS ARIETES AGNOS
ET SACRIFICIA ET LIBAMINA EORUM
ET OFFER EA SUPER ALTARE
TEMPLI DI UESTRI QUOD EST
IN HIERUSALEM
SED ET SI QUID TIBI ET FRATRIBUS
TUIS PLACUERIT
DE RELIQUO ARGENTO ET AURO
UT FACIATIS

iuxta uoluntatem dī uestri facite
uasa quoque quae dantur
in ministerium domus dī tui
quantum cumque necesse est
ut expendas
dabis de thesauro et de fisco
regis et a me
ego artaxerxis rex statui
atque decreui
omnibus custodibus arcae
publicae qui sunt trans flumen
ut quodcumque petierit a uobis
ezras sacerdos scriba dī caeli
absque mora detis eis
usque ad argenti talenta centum
et usq· ad frumenti coros
centum
et usq· ad uini batos centum
et usque ad batos olei centum
sal uero absque mensura
omne quod ad ritum dī
caeli pertinet
tribuatur diligenter
in domo dī caeli
ne forte irascatur contra
regnum regis et filiorum eius
uobisq· notum facimus
de uniuersis sacerdotibus
et leuitis
cantoribus et ianitoribus
nathinneis et ministris
domus dī huius
ut uectigal et tributum
et annonas non habeatis
potestatem inponendi
super eos
tu autem ezra secundum
sapientiam dī tui quae
est in manu tua
constitue iudices et praesides
et iudicent omni populo
qui est trans flumen
his uidelicet qui nouerunt
legem dī tui

sed imperitos docete libere
et omnis qui non fecerit
legem dī tui et legem regis
diligenter
iudicium erit de eo
siue in mortem siue in exilium
siue in condemnationem
substantiae eius uel certe
in carcerem
Benedictus dn̄s ds̄ patrum
nostrorum
qui dedit hoc in corde regis
ut glorificaret domum dn̄i
quae est in hierusalem
et in me inclinauit misericor
diam suam coram rege
et consiliatoribus eius
et uniuersis principibus
regis potentibus
et ego confortatus manu dn̄i
di mei quae erat in me
congregaui de israhel principes
qui ascenderent mecum
VIII Hi sunt ergo principes
familiarum
et genealogia eorum
qui ascenderunt mecum
in regno artaxerxis regis
de babylone
de filiis finees gersom
de filiis ithamar danihel
de filiis dauid attus
de filiis sechenie et de filiis
pharos zacharias
et cum eo numerati sunt
uiri cl
de filiis phaeth moab elioenai
filius zareae et cum eo cc uiri
de filiis sechenie filius hiezehel
et cum eo ccc uiri
de filiis addenabeth filius ionathan
et cum eo l uiri
de filiis helam isaias filius athaliae
et cum eo lxx uiri

DE FILIIS SAPHATIAE ZEBEDIA
FILIUS MICHAHEL
ET CUM EO LXXX UIRI
DE FILIIS IOAB OBEDIAS FILIUS
IOHEL ET CUM EO CCXVIII UIRI
DE FILIIS SELOMITH FILII IOSPHIAE
ET CUM EO CLX UIRI
DE FILIIS BABAI ZACHARIAS FILIUS
BABAI ET CUM EO XXIII UIRI
DE FILIIS EZEAD IOHANAN FILIUS
ECTAN ET CUM EO LX UIRI
DE FILIIS ADONICAM QUI ERANT
NOUISSIMI
ET HAEC NOMINA EORUM
HELIFELET ET HIEHEL ET SAMAIAS
ET CUM EIS LX UIRI
DE FILIIS BEGGUI UTHAI ET ZACHUR
ET CUM EIS LXX UIRI
CONGREGAUI AUTEM EOS AD FLUUIU(M)
QUI DECURRIT AD HAUUA
ET MANSIMUS IBI DIEB(US) TRIBUS
QUAESIUIQUE IN POPULO ET IN SA
CERDOTIBUS DE FILIIS LEUI
ET NON INUENI IBI
ITAQUE MISI HELIZER ET ARIHEL
ET SEMEAM
ET HELNATHAN ET IARIBEL
ALTERUM HELNATHAN
ET NATHAN ET ZACHARIAM
ET MESOLAM PRINCIPES
ET IOARIB ET HELNATHAN
SAPIENTES
ET MISI EOS AD HEDDO QUI EST
PRIMUS IN CASPHIAE LOCO
ET POSUI IN ORE EORUM UERBA
QUAE LOQUERENTUR AD ADDOM
ET AD FRATRES EIUS NATHINNAEOS
IN LOCO CASPHIAE
UT ADDUCERENT NOBIS MINISTROS
DOMUS DI NOSTRI
ET ADDUXERUNT NOBIS
PER MANUM DI NOSTRI
BONAM SUPER NOS
UIRUM DOCTISSIMUM

DE FILIIS MOLLI FILII LEUI
FILII ISRAHEL
ET SARABIAM ET FILIOS EIUS
ET FRATRES EIUS DECEM ET OCTO
ET ARABIAM ET CUM EO ISAIAN
DE FILIIS MERARI FRATRES EIUS
ET FILIOS EIUS XX
ET DE NATHINNAEIS QUOS
DEDERAT DAUID
ET PRINCIPES AD MINISTERIA
LEUITARUM NATHINNAEIS CCXX
OMNES HI SUIS NOMINIBUS
UOCABANTUR
ET PRAEDICAUI IBI IEIUNIUM
IUXTA FLUUIUM AHAUUA
UT ADFLIGEREMUR CORAM DNO
DO NOSTRO
ET PETEREMUS AB EO UIAM RECTAM
NOBIS ET FILIIS NOSTRIS
UNIUERSAEQ(UE) SUBSTANTIAE NOSTRAE
ERUBUI ENIM PETERE REGEM
AUXILIUM ET EQUITES
QUI DEFENDERENT NOS
AB INIMICO IN UIA
QUIA DIXERAMUS REGI MANUS
DI NOSTRI SUPER OMNES
QUI QUAERUNT EUM IN BONITATE
ET IMPERIUM EIUS ET FORTITUDO
EIUS ET FUROR SUPER OMNES
QUI DERELINQUUNT EUM
IEIUNAUIMUS AUTEM ET ROGAUIMUS
DM NOSTRUM PRO HOC
ET UENIT NOBIS PROPERE
ET SEPARAUI DE PRINCIPIBUS
SACERDOTUM XII
SARABIAN ASABIAN ET CUM EIS
DE FRATRIBUS EORUM X
ET ADPENDI EIS ARGENTUM ET AURU(M)
ET UASA CONSECRATIONIS
DOMUS DI NOSTRI
QUAE OPTULERAT REX ET CON
SILIARII EIUS
ET PRINCIPES EIUS UNIUERSUSQ(UE)
ISRL EORUM QUI INUENTI FUERANT

ET ADPENDI IN MANIBUS EORUM
ARGENTI TALENTA SESCENTA L
ET UASA ARGENTEA CENTUM
AURI CENTUM TALENTA
ET CRATERAS AUREOS XX
QUI HABEBANT SOLIDOS MILLENOS
ET UASA AERIS FULGENTIS OPTIMI
DUO PULCHRA ET AURUM
ET DIXI EIS
UOS SCI DNI ET UASA SCA
ET ARGENTUM ET AURUM QUOD
SPONTE OBLATUM EST DNO DO
PATRUM UESTRORUM
UIGILATE ET CUSTODITE
DONEC ADPENDATIS CORAM
PRINCIPIBUS SACERDOTUM
ET LEUITARUM
ET DUCIBUS FAMILIARUM ISRAHEL
IN HIERUSALEM
ET IN THESAURUM DOMUS DI
SUSCEPERUNT AUTEM SACER
DOTES ET LEUITAE
PONDUS ARGENTI ET AURI
ET UASORUM
UT DEFERRENT IN HIERUSALEM
IN DOMUM DI NOSTRI
PROMOUIMUS ERGO A FLUMINE
AHAUUA
DUODECIMO DIE MENSIS PRIMI
UT PERGEREMUS HIERUSALEM
ET MANUS DI NOSTRI FUIT
SUPER NOS
ET LIBERAUIT NOS DE MANU
INIMICI ET INSIDIATORIS IN UIA
ET UENIMUS IN HIERUSALEM
ET MANSIMUS IBI DIEBUS TRIBUS
DIE AUTEM QUARTO ADPENSUM
EST ARGENTUM ET AURUM
ET UASA IN DOMO DNI
PER MANUM REMOTH FILII
URIAE SACERDOTIS
ET CUM EO ELEAZAR FILIUS FINEES
CUMQUE EIS IOZADED FILIUS IOSUE
ET NONADAIA FILIUS BENNO LEUITAE

IUXTA NUMERUM ET PONDUS
OMNIUM
DESCRIPTUM EST OMNE PONDUS
IN TEMPORE ILLO
SED ET QUI UENERANT DE CAPTI
UITATE FILII TRANMIGRATIONIS
OPTULERUNT HOLOCAUSTO MATA
DO ISRAHEL
UITULOS XII PRO OMNI ISRAHEL
ARIETES XC VI
AGNOS LXX VII
HIRCOS PRO PECCATO XII
OMNIA IN HOLOCAUSTUM DNO
DEDERUNT AUTEM EDICTA
REGIS SATRAPIS
QUI ERANT DE CONSPECTU REGIS
ET DUCIBUS TRANS FLUMEN
ET LEUAUERUNT POPULUM
ET DOMUM DI
IX POSTQUAM AUTEM HAEC
CONPLETA SUNT
ACCESSERUNT AD ME PRINCIPES
DICENTES
NON EST SEPARATUS POPULUS
ISRAHEL
ET SACERDOTES ET LEUITAE
A POPULIS TERRARUM
ET DE ABOMINATIONIB; EORUM
CHANANAEI UIDELICET
ET HETHAEI ET PHEREZAEI
ET IEBUSAEI ET AMMANITARUM
ET MOABITARUM
ET AEGYPTIORUM ET AMORREORUM
TULERUNT ENIM DE FILIABUS
EORUM SIBI ET FILIIS SUIS
ET COMMISCUERUNT SEMEN SCM
CUM POPULIS TERRARUM
MANUS ETIAM PRINCIPUM
ET MAGISTRATUUM FUIT IN HAC
TRANSMIGRATIONE PRIMA
CUM Q AUDISSEM SERMONEM ISTU
SCIDI PALLIUM MEUM ET TUNICAM
ET EUELLI PILOS CAPITIS MEI
ET BARBAE ET SEDI MAERENS

ET CONUENERUNT AD ME
OMNES QUI TIMEBANT
UERBUM DI ISRAHEL
PRO TRANSGRESSIONE EORUM
QUI DE CAPTIUITATE UENERANT
ET EGO SEDEBAM TRISTIS USQUE
AD SACRIFICIUM UESPERTINUM
ET IN SACRIFICIO UESPERTINO
SURREXI DE ADFLICTIONE MEA
ET SCISSO PALLIO ET TUNICA
CURUAUI GENUA MEA ET EXPANDI
MANUS MEAS AD DNM DM
MEUM ET DIXI
DS MEUS CONFUNDOR ET ERUBESCO
LEUARE DS MEUS FACIEM
MEAM AD TE
QUONIAM INIQUITATES NOSTRAE
MULTIPLICATAE SUNT
SUPER CAPUT
ET DELICTA NOSTRA CREUERUNT
USQUE IN CAELUM
A DIEBUS PATRUM NOSTRORUM
SED ET NOS IPSI PECCAUIMUS
GRANDITER USQUE AD DIEM HANC
ET IN INIQUITATIBUS NOSTRIS
POSITI SUMUS
IPSI ET REGES NOSTRI ET SACER
DOTES NOSTRI
IN MANUM REGNUM TERRARUM
IN GLADIO IN CAPTIUITATE IN RAPINA
IN CONFUSIONE UULTUS
SICUT ET DIE HAC
ET NUNC QUASI PARUM ET AD
MOMENTUM FACTA EST
DEPRAECATIO NOSTRA
APUD DNM DM NOSTRUM
UT DIMITTERENTUR IN NOBIS
RELIQUIAE
ET DARETUR PAX ILLIUS
IN LOCO SCO EIUS
ET INLUMINARET OCULOS NOSTROS
DS NOSTER
ET DARET NOBIS UITAM MODICUM
IN SERUITUTE NOSTRA

QUIA SERUI SUMUS ET IN SERUITUTE
NOSTRA NON DERELIQUIT NOS
DS NOSTER
ET INCLINAUIT SUPER NOS MISE
RICORDIAM CORAM REGE
PERSARUM
UT DARET NOBIS UITAM
ET SUBLIMARET DOMUM
DI NOSTRI
ET EXTRUXERET SOLITUDINES EIUS
ET DARET NOBIS SAEPEM
IN IUDAEAM ET IN HIERUSALEM
ET NUNC QUID DICEMUS
DS NOSTER POST HAEC
QUIA DERELIQUIMUS MANDATA
TUA QUAE PRAECEPISTI
IN MANU SERUORUM TUORUM
PROPHETARUM DICENS
TERRAM AD QUAM UOS INGREDI
MINI UT POSSIDEATIS EAM
TERRA INMUNDA EST
IUXTA INMUNDITIAM POPULORU
CETERARUM QUE TERRARUM
IN ABOMINATIONIBUS EORUM
QUI REPLEUERUNT EAM
AB ORE USQUE AD OS
IN COINQUINATIONE SUA
NUNC ERGO FILIAS UESTRAS
NE DETIS FILIIS EORUM
ET FILIAS EORUM NE ACCIPIATIS
FILIIS UESTRIS
ET NON QUAERATIS PACEM EORUM
ET PROSPERITATEM EORUM
USQUE IN AETERNUM
UT CONFORTEMINI ET COMEDATIS
QUAE BONA SUNT TERRAE
ET HEREDES HABEATIS FILIOS
UESTROS USQUE IN SAECULUM
ET POST OMNIA QUAE UENERUNT
SUPER NOS
IN OPERIBUS NOSTRIS PESSIMIS
ET IN DELICTO NOSTRO MAGNO
QUIA TU DS NOSTER LIBERASTI
NOS DE INIQUITATE NOSTRA

et dedisti nobis salutem
sicut est hodie
ut non converteremur et in-
rita faceremus mandata tua
neque matrimonia iungeremus
cum populis abominationum
istarum
Num quid iratus est nobis
usque ad consummationem
ne dimitteres nobis reliquias
et salutem
dne ds israhel iustus tu
quoniam derelicti sumus
qui salvaremur sicut die hac
Ecce coram te sumus
in delicto nostro
non stari potest contra te
super hoc
Sic ergo orante ezra
et plorante eum
et flente et iacente ante
templum di
collectus est ad eum de isrl
coetus grandis nimis
virorum et mulierum puerorumque
et flevit populus fletu multo
Et respondit sechenia
filius iehel de filiis helam
et dixit ezrae
nos praevaricati sumus
in dm nostrum
et duximus uxores alienige-
nas de populis terrae
et nunc si est paenitentia
in israhel super hoc
percutiamus foedus
cum do nostro
et proiciamus universas uxores
et eos qui de his nati sunt
iuxta voluntatem dni
et eorum qui timent
praeceptum di nostri
secundum legem fiat
Surge tuum est decernere
nos que erimus tecum
confortare et fac
Surrexit ezras ergo
et adiuravit principes
sacerdotum et levitarum
et omnem israhel
ut facerent secundum verbu hoc
et iuraverunt
et surrexit ezras ante
domum di
et abiit ad cubiculum
iohannan filii eliasib
et ingressus est illuc
panem non comedit
et aquam non bibit
Lugebat enim in transgressio-
ne eorum qui de captivitate
venerant
et missa est vox in iuda
et in hierusalem
omnibus filiis transmigrationis
ut congregarentur in hierusalē
et omnis qui non venerit
in tribus diebus
iuxta consilium principum
et seniorum
auferetur universa
substantia eius
et ipse abicietur de coetu
transmigrationis
Convenerunt igitur omnes
viri iuda et beniamin
in hierusalem tribus diebus
ipse est mensis nonus
vicensimo die mensis
et sedit omnis populus
in platea domus di
trementes a peccato et pluviis
Et surrexit ezras sacerdos
et dixit ad eos
vos transgressi estis et duxistis
uxores alienigenas
ut adderetis super delictum
israhel

ET NUNC DATE CONFESSIONEM
DÑO DŌ PATRUM UESTRORUM
ET FACITE PLACITUM EIUS
ET SEPARAMINI A POPULIS TERRAE
ET AB UXORIB· ALIENIGENIS
ET RESPONDIT UNIUERSA MULTI
TUDO DIXITQ· UOCE MAGNA
IUXTA UERBUM TUUM AD NOS
SIC FIAT
UERUMTAMEN QUIA POPULUS
MULTUS EST ET TEMPUS
PLUUIAE
ET NON SUSTINEMUS STARE FORIS
ET OPUS NON EST DIEI UNIUS
UEL DUORUM
UEHEMENTER QUIPPE PECCAUIMUS
IN SERMONE ISTO
CONSTITUANTUR PRINCIPES
IN UNIUERSA MULTITUDINE
ET OMNES IN CIUITATIBUS NOSTRIS
QUI DUXERUNT UXORES
ALIENIGENAS
UENIANT IN TEMPORIB· STATUTIS
ET CUM HIS SENIORIB· PER CIUITATEM
ET CIUITATEM ET IUDICES EIUS
DONEC AUERTATUR IRA DÑI NOSTRI
A NOBIS SUPER PECCATO HOC
IGITUR IONATHAN FILIUS ASAHEL
ET IAAZIA FILIUS THECUE
STETERUNT SUPER HOC
ET MESOLLAM ET SEBETHAI
LEUITES ADIUUERUNT EOS
FECERUNTQUE SIC FILII
TRANSMIGRATIONIS
ET ABIERUNT EZRAS SACERDOS
ET UIRI PRINCIPES FAMILIARUM
IN DOMO PATRUM SUORUM
ET OMNES PER NOMINA SUA
ET SEDERUNT IN DIE PRIMA
MENSIS DECIMI UT QUAE
RERENT REM
ET CONSUMMATI SUNT OMNES
UIRI QUI DUXERUNT UXORES
ALIENIGENAS USQUE AD DIEM

MENSIS PRIMI
ET INUENTI SUNT DE FILIIS SACER
DOTUM QUI DUXERANT UXORES
ALIENIGENAS
DE FILIIS IOSUE FILII IOSEDEC
ET FRATRES EIUS MAASIA
ET ELIEZER ET ARIB ET GODOLIA
ET DEDERUNT MANUS SUAS
UT EICERENT UXORES SUAS
ET PRO DELICTO SUO ARIETEM
DE OUIBUS OFFERENT
ET DE FILIIS EMMER ANANI
ET ZEBEDIA
ET DE FILIIS ERIM MASIA ET HELIA
ET SEMAIA
ET HIEHIHEL ET OZIAS
ET DE FILIIS PHESSUR
HELIOENAI MAASIA SMAHEL
NATANAHEL
IOZABETH ET HELASA
ET DE FILIIS LEUITARUM
IOZABET ET SEMEI ET CELEIA
IPSE EST CALITA
PHATAIA IUDA ET ELIEZER
ET DE CANTORIBUS ELIASUB
ET DE IANITORIBUS
SELLUM ET TELEM ET URI
ET EX ISRAHEL
DE FILIIS PHAROS
REMIA ET EZIA ET MELCHIA
ET MIAMIN ET ELIEZER
ET MELCHIA ET BANEA
ET DE FILIIS HELAM
MATHANA ZACHARIAS ET HIEL
ET ABDI ET IRIMOTH ET HELIA
ET DE FILIIS ZETHO
ELIOENAI ELIASIB MATHANAIA
ET IERIMUTH
ET ZABET ET AZIZA
ET DE FILIIS IOHANAN ANANIA
ZABBAI ET HALAI
ET DE FILIIS BANI
MOSELLAM ET MELLUCH
ET ADAIA IASUB ET SAUL ET RAMUTH

et de filiis phaetmoab
edna et chalal
banaias maasias mathanias
beselehel
et bennui et manasse
et de filiis erem eliezer
iesue melchias
samaias symeon beniamin
malochi samarias
et de filiis asom
matthania matthetha
zebedi elipet iermai
manasse semei
de filiis bani maa
addiamram et huel
baneas et baldaias
celiau uannia marimuth
et eliasib
matthanias mathanai
et iasai et bani
et bennui semei et salamias
et nathan
et adaias meth medabai
sisai sarai
ezrel et selemiau
semeia asellum
amaria ioseph
de filiis nebuiuel
matthatias zabed zabina
ieddu et iohel banaia
omnes hi acceperant uxores
alienigenas
et fuerunt ex eis mulieres
quae pepererunt filios

NE EMIA

1 Uerba Neemiae filii
achliae
et factum est in mense
chesleu
anno uicensimo et ego eram
in susis castro
et uenit anani unus de fratrib(us)
meis ipse et uiri ex iuda
et interrogaui eos de iudaeis
qui remanserant
et super erant de captiuitate
hierusalem
et dixerunt mihi
qui remanserunt et relicti
sunt de captiuitate ih[l]
in prouincia
in adflictione magna sunt
et in obprobrio et murus
hierusalem dissipatus est
et portae eius conbustae
sunt igni
cumque audissem uerba
huius cemodi
sedi et fleui et luxi diebus
et ieiunabam et orabam
ante faciem di caeli et dixi
queso dñe ds caeli fortis
magne atque terribilis
qui custodis pactum
et misericordiam
cum his qui te diligunt
et custodiunt mandata tua
fiat auris tua auscultans
et oculi tui aperti
ut uideas orationem serui tui
quam ego oro coram te hodie
nocte et die pro filiis israhel
seruis tuis
et confiteor pro peccatis
filiorum israhel quibus
peccauerunt tibi
et ego et domus patris mei
peccauimus
uanitate seducti sumus

ET NON CUSTODIUIMUS MANDATUM
ET CAERIMONIAS ET IUDICIA QUAE
PRAECIPISTI MOSI SERUO TUO
MEMENTO UERBI QUOD MANDASTI
MOSI FAMULO TUO DICENS
CUM TRANSGRESSI FUERITIS
EGO DISPERGAM UOS
IN POPULOS
ET SI REUERTAMINI AD ME
ET CUSTODIATIS MANDATA
MEA ET FACIATIS EA
ETIAM SI ABDUCTI FUERITIS
AD EXTREMA CAELI INDE
CONGREGABO UOS
ET INDUCAM IN LOCO QUEM ELEGI
UT HABITARET NOMEN MEUM IBI
ET IPSI SERUI TUI ET POPULUS TUUS
QUOS REDEMISTI
IN FORTITUDINE TUA MAGNA
ET IN MANU TUA UALIDA
OBSECRO DNE SIT AURIS TUA
ADTENDENS AD ORATIONEM
SERUI TUI
ET AD ORATIONEM SERUORUM
TUORUM
QUI UOLUNT TIMERE NOMEN TUU
ET DIRIGE SERUUM TUUM HODIE
ET DA EI MISERICORDIAM
ANTE UIRUM HUNC
EGO ENIM ERAM PINCERNA REGIS
II FACTUM EST AUTEM IN MENSE
NISAN
ANNO UICENSIMO ARTAXERSIS
REGIS
ET UINUM ERAT ANTE EUM
ET LEUAUI UINUM ET DEDI REGI
ET NON ERAM QUASI LANGUIDUS
ANTE FACIEM EIUS
DIXITQUE MIHI REX
QUARE UULTUS TUUS TRISTIS
CUM TE AEGRUM NON UIDEAM
NON EST HOC FRUSTRA
SED MALUM NESCIO QUID
IN CORDE TUO EST

ET TIMUI UALDE AC NIMIS
ET DIXI REGI
REX IN AETERNUM UIUE
QUARE NON MERERATUR UULTUS MEUS
QUIA CIUITAS DOMUS SEPULCHRUM
PATRIS DESERTA EST
ET PORTAE EIUS CONBUSTAE SUNT IGNI
ET AIT MIHI REX
PRO QUA RE POSTULAS
ET ORAUI DM CAELI ET DIXI AD REGEM
SI UIDETUR REGI BONUM
ET SI PLACET SERUUS TUUS
ANTE FACIEM TUAM
UT MITTAS ME IN IUDAEAM
AD CIUITATEM SEPULCHRI
PATRIS MEI
ET AEDIFICABO EAM
DIXITQUE MIHI REX ET REGINA
QUAE SEDEBAT IUXTA EUM
USQUE AD QUOT TEMPUS ERIT
ITER TUUM
ET QUANDO REUERTERIS
ET PLACUIT ANTE UULTUM REGIS
ET MISIT ME
ET CONSTITUI EI TEMPUS
ET DIXI REGI
SI REGI UIDETUR BONUM
EPISTULAS DET MIHI AD DUCES
REGIONIS TRANS FLUMEN
UT TRANSDUCANT ME
DONEC UENIAM IN IUDAEAM
ET EPISTULAM AD ASAPH CUSTODE
SALTUS REGIS
UT DET MIHI LIGNA ET TEGERE
POSSIM PORTAS TURRIS
DOMUS
ET MURI CIUITATIS
ET DOMU' QUAM INGRESSUS
FUERO
ET DEDIT MIHI REX IUXTA MANUM
DI MEI BONAM MECUM
ET UENI AD DUCES REGIONIS
TRANS FLUMEN
DEDIQUE EI EPISTULAS REGIS

MISERAT AUTEM MECUM REX
PRINCIPES MILITUM ET EQUITES
ET AUDIERUNT SANABALLAT
HORONITES ET TOBIAS
SERUUS AMMANITES
ET CONTRISTATI SUNT
ADFLICTIONE MAGNA
QUOD UENISSET HOMO QUI QUAE
RERET PROSPERITATEM
FILIORUM ISRAHEL
ET UENI HIERUSALEM
ET MANSI IBI DIEBUS TRIBUS
ET SURREXI NOCTE EGO
ET UIRI PAUCI MECUM
ET NON INDICAUI CUIQUAM
QUID DEDISSET DS IN CORDE MEO
UT FACEREM IN HIERUSALEM
ET IUMENTUM NON ERAT MECUM
NISI ANIMAL CUI SEDEBAM
ET EGRESSUS SUM PER PORTAM
UALLIS NOCTE
ET ANTE FONTEM DRACONIS
ET AD PORTAM STERCORIS
ET CONSIDERABAM MURUM
HIERUSALEM DISSIPATUM
ET PORTAS EIUS CONSUMPTAS IGNI
ET TRANSIUI AD PORTAM FONTIS
ET AD AQUAE DUCTUM REGIS
ET NON ERAT LOCUS IUMENTO
CUI SEDEBAM UT TRANSIRET
ET ASCENDI PER TORRENTEM NOCTE
ET CONSIDERABAM MURUM
ET REUERSUS UENI AD PORTAM
UALLIS ET REDII
MAGISTRATUS AUTEM NESCIEBANT
QUO ABISSEM AUT QUID EGO
FACEREM
SED ET IUDAEIS ET SACERDOTIB·
ET OPTIMATIB· ET MAGISTRATIB·
ET RELIQUIS QUI FACIEBANT OPUS
USQUE AD ID LOCORUM NIHIL
INDICAUERAM
ET DIXI EIS
U OS NOSTIS ADFLICTIONEM
IN QUA SUMUS
QUIA HIERUSALEM DESERTA EST
ET PORTAE EIUS CONSU̅ TAE
SUNT IGNI
UENITE ET AEDIFICEMUS
MUROS HIERUSALEM
ET NON SIMUS ULTRA
IN OBPROBRIUM
ET INDICAUI EIS MANUM DI MEI
QUOD ESSET BONA MECUM
ET UERBA REGIS QUAE LOCUTUS
EST MIHI ET AIO
SURGAMUS ET AEDIFICEMUS
ET CONFORTATAE SUNT MANUS
EORUM IN BONO
AUDIERUNT AUTEM SANABALLATH
ORONITES
ET TOBIAS SERUUS AMMANITES
ET GOSEM ARABS
ET SUBSANNAUERUNT NOS
ET DESPEXERUNT NOS
DIXERUNTQUE
QUAE EST HAEC RES QUAM FACITIS
NUMQUID CONTRA REGEM UOS
REBELLA TIS
ET REDDIDI EIS SERMONEM
DIXIQUE AD EOS
DS CAELI IPSE NOS IUUAT
ET NOS SERUI EIUS SUMUS
SURGAMUS ET AEDIFICEMUS
UOBIS AUTEM NON EST PARS
ET IUSTITIA ET MEMORIA
IN HIERUSALEM
III ET SURREXIT ELIASIB
SACERDOS MAGNUS
ET FRATRES EIUS SACERDOTES
ET AEDIFICAUERUNT PORTAM
GREGIS
IPSI AEDIFICAUERUNT EAM
ET STATUERUNT UALUAS EIUS
ET USQUE AD TURREM CENTUM
CUBITORUM SCIFICAUERUNT EAM
USQUE AD TURREM ANANEHEL
ET IUXTA EUM AEDIFICAUERUNT

uiri hiericho
et iuxta eum aedificauit
zecchur filius amari
portam autem piscium
aedificauerunt filii asnaa
ipsi texerunt eam
et statuerunt ualuas eius
et seras et uectes
et iuxta eos aedificauit
marimuth filius uriae
filii accus
et iuxta eos aedificauit
mosollam filius barachiae
filii mesezebel
et iuxta eos aedificauit
sadoc filius baana
et iuxta eos aedificauit thecueni
optimates autem eorum non
subposuerunt colla sua
in operibus d(omi)ni sui
et portam ueterem aedificauerunt
ioiada filius pasea
et mosollam filius besodia
ipsi texerunt eam et statue
runt ualuas eius et seras
et uectes
et iuxta eos aedificauit
meletias gabaonites
et iadon meronatites
uiri de gabaon et maspha
pro duce qui erat in regione
trans flumen
et iuxta eum aedificauit
ezihel filius araia aurifex
et iuxta eum aedificauit
anania filius pigmentarii
et dimiserunt hierusalem
usque ad murum plateae
latioris
et iuxta eum aedificauit
rafaia filius abur
princeps uici hierusalem
et iuxta eos aedificauit iedeia
filius aromaph contra domum suam

et iuxta eum aedificauit
attus filius asebon iae
mediam partem uici aedificauit
melchias filius erem
et asub filius faeth moab
et turrem fornorum
et iuxta eum aedificauit
sellum filius aloes
princeps mediae partis
uici hierusalem
ipse et filiae eius
et portam uallis aedificauit
annu et habitatores zanoe
ipsi aedificauerunt eam
et statuerunt ualuas eius
et seras et uectes
et mille cubitos in muro
usq(ue) ad portam sterquilinii
et portam sterquilinii
aedificauit melchias
filius rechab
princeps uici bethaccharem
ipse aedificauit eam et statuit
ualuas eius et seras et uectes
et portam fontis aedificauit
zellum filius colozai
princeps pagi maspha
ipse aedificauit eam et texit
et statuit ualuas eius et seras
et uectes
et muros piscinae siloae
in hortum regis
et usque ad gradus qui descen
dunt de ciuitate dauid
post eum aedificauit neemias
filius azboc
princeps dimidiae partis
uici bethur
usque contra sepulchrum
dauid
et usque ad piscinam quae
grandi opere constructa est
et usque ad domum fortium
post eum aedificauerunt leuitae

REUM FILIUS BENNI
POST EUM AEDIFICAUIT ASEBIAS
PRINCEPS DIMIDIAE PARTIS
UICI CAEILAE IN UICO SUO
POST EUM AEDIFICAUERUNT
FRATRES EORUM
BEUI FILIUS BENADAD PRINCEPS
DIMIDIAE PARTIS CEILA
ET AEDIFICAUIT IUXTA EUM AZER
FILIUS IOSUE PRINCEPS MESPHA
MENSURAM SECUNDAM
CONTRA ASCENSUM FIRMISSIMI
ANGULI
POST EUM AEDIFICAUIT IN MONTE
BARUCH FILIUS ZACCHAI
MENSURAM SECUNDAM
AB ANGULO USQUE AD PORTAM
DOMUS HELIASIB SACER
DOTIS MAGNI
POST EUM AEDIFICAUIT MEREMUTH
FILIUS ARIAE FILIUS ACCUS
MENSURAM SECUNDAM
A PORTA DOMUS HELIASIB
DONEC EXTENDERETUR
DOMUS HELIASIB
ET POST EUM AEDIFICAUERUNT
SACERDOTES UIRI DE CAMPES
TRIBUS IORDANIS
POST EUM AEDIFICAUIT BENIAMIN
ET ASUB CONTRA DOMUM SUAM
ET POST EUM AEDIFICAUIT AZARIAS
FILIUS MAASIAE FILII ANANIAE
CONTRA DOMUM SUAM
POST EUM AEDIFICAUIT BENNUI
FILIUS ENADDA MENSURAM
SECUNDAM
A DOMO AZARIAE USQUE AD FLEXURĀ
ET USQ; AD ANGULUM
FALEL FILIUS OZI CONTRA
FLEXURAM ET TURREM
QUAE EMINET DE DOMO REGIS
EXCELSA
ID EST IN ATRIO CARCERIS
POST EUM PHADAIA FILIUS PHEROS

NATHINNAEI AUTEM HABITABANT
IN OFEL
USQUE CONTRA PORTAM AQUARUM
AD ORIENTEM
ET TURREM QUAE PROMINEBAT
POST [EŪ] AEDIFICAUERUNT THECUENI
MENSURAM SECUNDAM
E REGIONE
TURRE MAGNA ET EMINENTI
USQUE AD MURUM TEMPLI
SURSUM AUTEM A PORTA
EQUORUM AEDIFICAUE
RUNT SACERDOTES
UNUSQUISQUE CONTRA
DOMUM SUAM
ET POST EUM AEDIFICAUIT
SEMEIA FILIUS SECHENIAE
CUSTOS PORTAE ORIENTALIS
POST [EŪ] AEDIFICAUIT ANANIA
FILIUS SELEMIAE
ET ANAN FILIUS SELO SEXTUS
MENSURAM SECUNDAM
POST EUM AEDIFICAUIT
MOSOLLAM FILIUS BARACHIAE
CONTRA GAZOPHYLACIUM SUUM
POST EUM AEDIFICAUIT MELCHIAS
FILIUS AURIFICIS
USQUE AD DOMUM NATHINNAEORŪ
ET SCUTA UENDENTIUM
CONTRA PORTAM IUDICIALEM
ET USQUE AD CENACULUM
ANGULI
ET INTER CENACULUM ANGULI
IN PORTA GREGIS
AEDIFICAUERUNT ARTIFICES
ET NEGOTIATORES
IIII FACTUM EST [ET] CUM AUDISSET
SANABALLAT QUOD AEDIFICA
REMUS MURUM
IRATUS EST UALDE
ET MOTUS NIMIS SUBSANNAUIT
IUDAEOS ET DIXIT
CORAM FRATRIBUS SUIS
ET FREQUENTIA SAMARITANORUM

QUI IUDAEI INBECILLI FACIUNT
NUM DIMITTUNT EOS GENTES
NUM SACRIFICABUNT ET PLACE
BUNT IN UNA DIE
NUM QUID AEDIFICARE POTUERUNT
LAPIDES DE ACERUIS PULUERIB·
QUI CONBUSTI SUNT
SED ET TOBIAS AMMANITES
PROXIMUS EIUS AIT AEDIFICENT
SI ASCENDERIT UULPIS TRANSILIET
MURUM EORUM LAPIDEUM
AUDI DS NOSTER
QUIA FACTI SUMUS DESPECTUI
CONUERTE OBPROBRIUM
SUPER CAPUT EORUM
ET DA EOS IN DESPECTIONEM
IN TERRA CAPTIUITATIS
NE OPERIAS INIQUITATEM EORUM
ET PECCATUM EORUM CORAM
FACIE TUA NON DELEATUR
QUIA INRISERUNT AEDIFICANTES
ITAQ· AEDIFICAUIMUS MURUM
ET CONIUNXIMUS TOTUM
USQ· AD PARTEM DIMIDIAM
ET PROUOCATUM EST COR POPULI
AD OPERANDUM
FACTUM EST AUTEM CUM AUDISSET
SANABALLAT ET TOBIAS
ET ARABES ET AMMANITAE ET AZOTII
QUOD OBDUCTA ESSET CICATRIX
MURI HIERUSALEM
ET QUOD COEPISSENT INTER
RUPTA CONCLUDI
IRATI SUNT NIMIS ET CONGREGATI
OMNES PARITER
UT UENIRENT ET PUGNARENT
CONTRA HIERUSALEM
ET MOLIRENTUR INSIDIAS
ET ORAUIMUS DM NOSTRUM
ET POSUIMUS CUSTODES SUPER
MURUM DIE ET NOCTE CONTRA EOS
DIXIT AUTEM IUDAS
DEBILITATA EST FORTITUDO
PORTANTIS

ET HUMUS NIMIA EST
ET NOS NON POTERIMUS
AEDIFICARE MURUM
ET DIXERUNT HOSTES NOSTRI
NESCIANT ET IGNORENT
DONEC UENIAMUS IN MEDIO EORUM
ET INTERFICIAMUS EOS
ET CESSARE FACIAMUS OPUS
FACTUM EST AUTEM UENIENTIB·
IUDAEIS QUI HABITABANT
IUXTA EOS
ET DICENTIBUS NOBIS PER DECEM
UICES
EX OMNIB· LOCIS QUIBUS
UENERANT AD NOS
STATUI IN LOCO POST MURUM
PER CIRCUITUM POPULUM
IN ORDINE CUM GLADIIS SUIS
ET LANCEIS
ET PERSPEXI ATQ· SURREXI
ET AIO AD OPTIMATES ET AD MAGISTRATUS
ET AD RELIQUAM PARTEM UULGI
NOLITE TIMERE A FACIE EORUM
DNI MAGNI ET TERRIBILIS
MEMENTOTE
ET PUGNATE PRO FRATRIBUS UESTRIS
ET UXORIB· UESTRIS ET DOMIBUS
FACTUM EST AUTEM CUM AUDIS
SENT INIMICI NOSTRI NUNTI
ATUM EST NOBIS
DISSIPAUIT DS CONSILIUM EORUM
ET REUERSI SUMUS OMNES
AD MUROS
UNUSQUISQ· AD OPUS SUUM
ET FACTUM EST A DIE ILLA
ET MEDIA PARS IUUENUM EORUM
FACIEBANT OPUS
ET MEDIA PARATA ERAT AD BELLUM
ET LANCEAE ET SCUTA ET ARCUS
ET LURICAE
ET PRINCIPES POST EOS IN OMNI
DOMO IUDA
AEDIFICANTIUM IN MURO
ET PORTANTIUM ONERA ET IMPONENTIUM

UNA MANU SUA FACIEBAT OPUS
ET ALTERA TENEBAT GLADIUM
AEDIFICANTIUM ENIM UNUS
QUISQUE GLADIO ERAT
ACCINCTUS RENES
ET AEDIFICABANT ET CLANGEBANT
BUCINA IUXTA ME
ET DIXI AD OPTIMATES
ET AD MAGISTRATUS
ET AD RELIQUAM PARTEM UULGI
OPUS GRANDE EST ET LATUM
ET NOS SEPARATI SUMUS IN MURO
PROCUL ALTER AB ALTERO
IN LOCO QUOCUMQ· AUDIERITIS
CLANGOREM TUBAE ILLUC
CONCURRITE AD NOS
DS NOSTER PUGNAUIT PRO NOBIS
ET NOS IPSI FACIAMUS OPUS
ET MEDIA PARS NOSTRORUM
TENEAT LANCEAS
AB ASCENSU AURORAE DONEC
EGREDIANTUR ASTRA
IN TEMPORE QUOQUE ILLO
DIXI POPULO
UNUSQUISQ· CUM PUERO SUO
MANEAT IN MEDIO HIERUSALEM
ET SINT UOBIS UICES PER NOCTEM
ET DIEM AD OPERANDUM
EGO AUTEM ET FRATRES MEI
ET PUERI MEI
ET CUSTODES QUI ERANT POST ME
NON DEPONEBAMUS UESTI
MENTA NOSTRA
UNUSQUISQ· TANTUM NUDABATUR
AD BAPTISMUM
V. ET FACTUS EST CLAMOR POPULI
ET UXORUM EIUS MAGNUS
ADUERSUS FRATRES SUOS
IUDAEOS
ET ERANT QUI DICERENT
FILII NOSTRI ET FILIAE NOSTRAE
MULTAE SUNT NIMIS
ACCIPIAMUS PRO PRAETIO EARUM
FRUMENTUM
ET COMEDAMUS ET BIBAMUS
ET ERANT QUI DICERENT
AGROS NOSTROS ET UINEAS
ET DOMOS NOSTRAS OPONAMUS
ET ACCIPIAMUS FRUMENTA IN FAME
ET ALII DICEBANT
MUTUO SUMAMUS PECUNIAS
IN TRIBUTA REGIS
DEMUSQ· AGROS NOSTROS
ET UINEAS
ET NUNC SICUT CARNES FRATRUM
NOSTRORUM SIC CARNES
NOSTRAE SUNT
SICUT FILII EORUM ITA FILII NOSTRI
ECCE NOS SUBIUNGAMUS FILIOS
NOSTROS ET FILIAS NOSTRAS
IN SERUITUTEM
ET DE FILIABUS NOSTRIS
SUNT FAMULAE
NEC HABEMUS UNDE POSSINT
REDIMI
ET AGROS NOSTROS ET UINEAS
ALII POSSIDENT
ET IRATUS SUM NIMIS
CUM AUDISSEM CLAMOREM
EORUM SECUNDUM UERBA HAEC
COGITAUITQ· COR MEUM MECUM
ET INCREPUI OPTIMATES
ET MAGISTRATUS ET DIXI EIS
USURAS NE SINGULI A FRATRIBUS
UESTRIS EXIGATIS
ET CONGREGAUI ADUERSUS EOS
CONTENTIONEM MAGNAM
ET DIXI EIS
NOS UT SCITIS REDEMIMUS
FRATRES NOSTROS IUDAEOS
QUI UENDITI FUERANT GENTIB·
SECUNDUM POSSIBILITATEM
NOSTRAM
ET UOS IGITUR UENDITE FRATRES
NOSTROS ET EMIMUS EOS
ET SILUERUNT NEC INUENERUNT
QUID RESPONDERENT
DIXIQUE AD EOS

NON EST BONA RES QUAM FACITIS
QUARE NON IN TIMORE DI NOSTRI
AMBULATIS
NE EXPROBRETUR NOBIS A GENTIB·
INIMICIS NOSTRIS
ET EGO ET FRATRES MEI
ET PUERI MEI
COMMODAUIMUS PLURIMIS
PECUNIAM ET FRUMENTUM
NON REPETAMUS IN COMMUNE
ISTUD AES ALIENUM
ET CONCEDAMUS DE TURNOBIS
REDDITE EIS HODIE AGROS SUOS
UINEAS SUAS OLIUETA SUA
ET DOMOS SUAS
QUIN POTIUS ET CENTENSIMAM
PECUNIAE FRUMENTI UINI ET OLEI
QUAM EXIGERE SOLETIS AB EIS
DATE PRO ILLIS
ET DIXERUNT REDDEMUS
ET AB EIS NIL QUAERIMUS
SICQUE FACIEMUS UT LOQUERIS
ET UOCAUI SACERDOTES
ET ADIURAUI EOS UT FACERENT
IUXTA QUOD DIXERAM
INSUPER ET SINUM MEUM
EXCUSSI ET DIXI
SIC EXCUTIAT DS OMNEM UIRUM
QUI NON COMPLEUERIT
UERBUM ISTUD
DE DOMO SUA ET DE LABORIB· SUIS
SIC EXCUTIATUR ET UACUUS FIAT
ET DIXIT UNIUERSA MULTITUDO
AMEN
ET LAUDAUERUNT DM
FECIT ERGO POPULUS SICUT
DICTUM ERAT
A DIE AUTEM ILLA QUAE PRAE
CEPERAT MIHI
UT ESSEM DUX IN TERRA IUDA
AB ANNO UICENSIMO USQUE
AD ANNUM TRECENSIMUM
SECUNDUM ARTAXERSIS
REGIS PER ANNOS XII

EGO ET FRATRES MEI ANNONAS
QUAE DUCIBUS DEBEBANTUR
NON COMEDIMUS
DUCES AUTEM PRIMI
QUI FUERUNT ANTE ME
GRAUAUERUNT POPULUM
ET ACCEPERANT AB EIS IN PANE
UINO ET PECUNIA COTIDIE
SICLOS XL
SED ET MINISTRI EORUM
DEPRAESSERUNT POPULUM
EGO AUTEM NON FECI ITA
PROPTER TIMOREM DI
QUIN POTIUS IN OPERE MURI
AEDIFICAUI
ET AGRUM NON EMI
ET OMNES PUERI MEI CONGREGATI
AD OPUS ERANT
IUDAEI QUOQUE ET MAGISTRATUS
CL UIRI
ET QUI UENIEBANT AD NOS
DE GENTIB· QUAE IN CIRCUITU
NOSTRO SUNT
IN MENSA MEA ERANT
PARABATUR AUTEM MIHI
PER DIES SINGULOS
BOS UNUS ARIETES SEX ELECTI
EXCEPTIS UOLATILIBUS
ET INTER DIES DECEM UINA
DIUERSA
ET ALIA MULTA TRIBUEBAM
INSUPER ET ANNONAS DUCATUS
MEI NON QUAESIUI
UALDE ENIM ERAT ADTINUATUS
POPULUS
MEMENTO MEI DS MEUS
IN BONUM
SECUNDUM OMNIA QUAE FECI
POPULO HUIC
VI FACTUM EST AUTEM CUM AUDIS
SET SANABALLAT ET TOBIA
ET GOSEM ARABS
ET CETERI INIMICI NOSTRI
QUOD AEDIFICASSEM EGO MURUM

ET NON ESSET IN IPSO RESIDUA
INTERRUPTIO
USQUE AD TEMPUS AUTEM ILLUD
UALUAS NON POSUERAM
IN PORTIS
MISERUNT SANABALLATH
ET GOSEM AD ME DICENTES
UENI ET PERCUTIAMUS FOEDUS
PARITER IN UICULIS IN CAMPO UNO
IPSI AUTEM COGITABANT UT FACERENT
MIHI MALUM
MISI ERGO AD EOS NUNTIOS DICENS
OPUS GRANDE EGO FACIO
ET NON POSSUM DESCENDERE
NE FORTE NEGLEGATUR
CUM UENERO ET DESCENDERO
AD UOS
MISERUNT AUTEM AD ME
SECUNDUM UERBUM HOC
PER QUATTUOR UICES
ET RESPONDI EIS IUXTA SERMONĒ
PRIOREM
ET MISIT AD ME SANABALLATH
IUXTA UERBUM PRIUS
QUINTA UICE PUERUM SUUM
ET EPISTULAM HABEBAT IN MANU
SUA SCRIPTUM HOC MODO
IN GENTIBUS AUDITUM EST
ET GOSEM DIXIT
QUOD TU ET IUDAEI COGITETIS
REBELLARE
ET PROPTEREA AEDIFICES MURUM
ET LEUARE TE UELIS SUPER EOS
REGEM
PROPTER QUAM CAUSAM
ET PROPHETAS POSUERIS
QUI PRAEDICENT DE TE
IN HIERUSALEM DICENTES
REX IN IUDAEA EST
AUDITURUS EST REX UERBA HAEC
IDCIRCO NUNC UENI UT INEAMUS
CONSILIUM PARITER
ET MISI AD EOS DICENS
NON EST FACTUM SECUNDUM
UERBA HAEC QUAE TU LOQUERIS
DE CORDE ENIM TUO TU COM
PONES HAEC
OMNES AUTEM HI TERREBANT
NOS COGITANTES
QUOD CESSARENT MANUS NOSTRAE
AB OPERE ET QUIESCEREMUS
QUAM OB CAUSAM MAGIS
CONFORTAUI MANUM MEAM
ET INGRESSUS SUM DOMUM
SAMAIAE FILII DALAIAE
FILII METABEHEL SECRETO
QUI AIT
TRACTEMUS NOBISCUM IN DOMO
DI IN MEDIO TEMPLI
ET CLAUDAMUS PORTAS AEDIS
QUIA UENTURI SUNT UT INTER
FICIANT TE
ET NOCTE UENTURI SUNT
AD OCCIDENDUM TE
ET DIXI
NUM QUISQUAM SIMILIS
MEI FUIT
ET QUIS UT EGO INGREDIETUR
TEMPLUM ET UIUET NON IN
GREDIAR
ET INTELLEXI QUOD DS NON
MISISSET EUM
SED QUASI UATICINANS LOCUTUS
ESSET AD ME
ET TOBIA ET SANABALLATH
CONDUXISSENT EUM
ACCEPERAT ENIM PRAETIUM
UT TERRITUS FACEREM
ET PECCAREM
ET HABERENT MALUM QUOD
EXPROBRARENT MIHI
MEMENTO DNE MEI PRO TOBIA
ET SANABALLATH
IUXTA OPERA EORUM TALIA
SED ET NOADIAE PROPHETAE
ET CETERORUM PROPHETARUM
QUI TERREBANT ME
COMPLETUS EST AUTEM MURUS

UICENSIMO QUINTO DIE
MENSIS ELUL QUINQUA
GINTA DUOBUS DIEBUS
FACTUM EST AUTEM CUM AUDIS ergo
SENT OMNES INIMICI NOSTRI
UT TIMERENT UNIUERSAE GENTES
QUAE ERANT IN CIRCUITU NOSTRO
ET CONCIDERENT INTRA SEMETIPSOS
ET SCIRENT QUOD A DO FACTUM
ESSET OPUS HOC
SED ET IN DIEBUS ILLIS MULTAE
OPTIMATIUM IUDAEORUM
EPISTULAE MITTEBANTUR
AD TOBIAM
ET A TOBIA UENIEBANT AD EOS
MULTI ENIM ERANT IN IUDAEA
HABENTES IURAMENTUM EIUS
QUIA GENER ERAT SECHENIAE
FILII ORE
ET IOHANAN FILIUS EIUS
ACCEPERAT FILIAM MOSOLLAM
FILII BARACHIAE
SED ET LAUDABANT EUM
CORAM ME
ET UERBA MEA NUNTIABANT EI
ET TOBIAS MITTEBAT EPISTULAS
UT TERRERET ME
VII POSTQUAM AUTEM AEDIFICATUS
EST MURUS ET POSUI UALUAS
ET RECENSUI IANITORES
ET CANTORES ET LEUITAS
PRAECEPI ANANI FRATRI MEO
ET ANANIAE PRINCIPI DOMUS
DE HIERUSALEM
IPSE ENIM QUASI UIR UERAX
ET TIMENS DM PLUS CETERIS
UIDEBATUR
ET DIXI EIS
NON APERIANTUR PORTAE HIERU
SALEM USQUE AD CALOREM SOLIS
CUMQUE ADHUC ADSISTERENT
CLAUSAE PORTAE SUNT ET OPPILATAE
ET POSUI CUSTODES DE HABITATO
RIB HIERUSALEM

SINGULOS PER UICES SUAS
ET UNUMQUEMQUE CONTRA
DOMUM SUAM
CIUITAS AUTEM ERAT LATA NIMIS
ET GRANDIS
ET POPULUS PARUUS IN MEDIO EIUS
ET NON ERANT DOMUS AEDIFICATAE
DEDIT AUTEM DS IN CORDE MEO
ET CONGREGAUI OPTIMATES
ET MAGISTRATUS ET UULGUM
UT RECENSEREM EOS
ET INUENI LIBRUM CENSUS
EORUM QUI ASCENDERANT PRIMUM
ET INUENTUM EST SCRIPTUM IN EO
ISTI FILII PROUINCIAE QUI ASCENDE
RUNT DE CAPTIUITATE MIGRANTIUM
QUOS TRANSTULERAT NABUCHODO
NOSOR REX BABYLONIS
ET REUERSI SUNT IN HIERUSALEM
ET IN IUDAEAM UNUSQUISQUE
IN CIUITATEM SUAM
QUI UENERUNT CUM ZOROBABEL
HISUE NEEMIAS AZARIAS
RAAMIAS NAAMIN MARDOCHEUS
BEL SAR MES PHARATH
BECGOAI NAUM BAANA

NUMERUS UIRORUM POPULI ISRAHEL

FILII PHAROS II CLXXV
FILII SAPHATIAE CCCLXXII
FILII AREA DL II
FILII PHAETMOAB FILIORUM
HIESU ET IOAB II DCCCXVIII
FILII HELAM MILLE DCCCLIIII
FILII ZETHUA DCCCXLV
FILII ZACCUI DCCLX
FILII BENNUI DCXLVIII
FILII BEBAI DCXXVIII
FILII AZGAD II CCCXXII
FILII ADONICAM DCLXVII
FILII BAGGOAIM II LXVII
FILII ADIN DCLV
FILII ATER FILII EZECIAE XCVIII
FILII ASEM CCCXXVIII
FILII BESAI CCCXXIIII

FILII AREPH CXII
FILII ZABAON XV
UIRI BETHEEM ET NETUPHA
  CLXXXVIII
UIRI ANATHOTH CXXVIII
UIRI BETHAMOTH XLII
UIRI CARIATHIARIM CEPHIRA
  ET BELOTH DCCXLIII
UIRI RAMA ET GEBAI DCXXI
UIRI MACHMAS CXXII
UIRI BETHEL ET HAI CXXIII
UIRI NEBO ALTERIUS LII
UIRI HELAM ALTERIUS
  MILLE CCLIIII
FILII AREM CCCXX
FILII HIERICHO CCCXLV
FILII LODADID ET ONON DCCXXI
FILII SENAA III DCCCCXXX

SACERDOTES

FILII IDAIA IN DOMO IOSUA
  DCCCCLXXIII
FILII EMMER MILLE LII
FILII PHASSOR MILLE CCXLVII
FILII AREM MILLE XVII

LEVITAE

FILII IOSUE ET CAMIHEL
  FILIORUM ODUIA LXXIIII

CANTORES

FILII ASAPH CXLVIII

IANITORES

FILII SELLUM FILII ATER
  FILII TELMON FILII ACUB
FILII ATITA FILII SOBAI CXXXVIII

NATHINNAEI

FILII SOA FILII ASFA FILII TEBAOTH
FILII CHEROS FILII SIAA
FILII FADO FILII LABANA
FILII SELMON FILII ANAN
FILII CEDEL FILII GAER
FILII RAAIA FILII RASIM
FILII NECODA FILII GAZEM
FILII AZA FILII FASEA
FILII BESAI FILII MUNIM
FILII NEPHUSIM FILII BECBUC
  FILII ACUBA
FILII ASUR FILII BESLOTH
FILII MEIDA FILII ARSA
FILII BERCOS FILII SISARA
FILII THEMA FILII NESIA
  FILII ATIPHA

FILII SERVORUM SALOMONIS

FILII SOTAI FILII SOPERETH
FILII PHERIDA FILII IAHALA
  FILII DERCON
FILII GEDDEL FILII SAPHATIA
FILII ATHIL FILII POCHERETH
QUI ERAT ORTUS EX ABAIM
  FILIO AMMON
OMNES NATHINNAEI ET FILII
  SERUORUM SALOMONIS CCCXCII
HI SUNT AUTEM QUI ASCENDERUNT
  DE THEL MELLA THEL ARSA
CHERUB ADDON ET EMER
ET NON POTUERUNT INDICARE
  DOMUM PATRUM SUORUM
ET SEMEN SUUM UTRUM
  EX ISRAHEL ESSENT
FILII DALAIA FILII TOBIA
FILII NECODA DCXLII

ET DE SACERDOTIBUS

FILII ABIA FILII ACCUS
FILII BERZELLAI QUI ACCEPIT
  DE FILIABUS GALAADITIS UXOREM
ET UOCATUS EST NOMINE EORUM
HI QUAESIERUNT SCRIPTURAM
  SUAM IN CENSUM
ET NON INUENERUNT
ET EIECTI SUNT DE SACERDOTIO
DIXITQUE ATHERSATHA EIS
UT NON MANDUCARENT DESCIS
  SCORUM
DONEC STARET SACERDOS
  DOCTUS ET ERUDITUS
OMNIS MULTITUDO QUASI UNUS
  QUADRAGINTA DUO MILIA
  DCLX
ABSQUE SERUIS ET ANCILLIS EORUM
QUI ERANT IIII CCCXXXVII

ET INTER EOS CANTORES
ET CANTRICES CCXLV
CAMELI CCCC XXXV
ASINI SEX MILIA DCCXX
NONNULLI AUTEM DE PRINCIPIB(US)
FAMILIARUM DEDERUNT IN OPUS
ATHERSATA DEDIT IN THESAURUM
AURI DRAGMAS MILLE
FIALAS QUINQUAGINTA
TUNICAS SACERDOTALES
QUINGENTAS XXX
ET DE PRINCIPIBUS FAMILIARUM
DEDERUNT IN THESAURUM
OPERIS AURI DRAGMAS
UIGINTI MILIA
ET ARGENTI MNAS II CC
ET QUOD DEDIT RELIQUUS POPULUS
AURI DRAGMAS XX MILIA
ET ARGENTI MNAS II
ET TUNICAS SACERDOTALES LXVII
HABITAUERUNT AUTEM SACER
DOTES ET LEUITAE
ET IANITORES ET CANTORES
ET RELIQUUM UULGUS ET NATHIN
NAEI ET OMNIS ISRAHEL
IN CIUITATIBUS SUIS
VIII ET UENERAT MENSIS SEPTIMUS
FILII AUTEM ISRAHEL ERANT
IN CIUITATIBUS SUIS
CONGREGATUSQUE EST OMNIS
POPULUS QUASI UIR UNUS
AD PLATEAM QUAE EST
ANTE PORTAM AQUARUM
ET DIXERUNT EZRAE SCRIBAE
UT ADFERRET LIBRUM
LEGIS MOSI
QUEM PRAECEPIT DNS ISRAHELI
ATTULIT AUTEM EZRAS
SACERDOS LEGEM
CORAM MULTITUDINE UIRORUM
ET MULIERUM
CUNCTISQUE QUI POTERANT
INTELLEGERE
IN DIE PRIMA MENSIS SEPTIMI
ET LEGIT IN EO APERTE
IN PLATEA QUAE ERAT ANTE
PORTAS AQUARUM
DE MANE USQUE AD MEDIAM DIEM
IN CONSPECTU UIRORUM
ET MULIERUM ET SAPIENTIUM
ET AURES OMNIS POPULI ERANT
ERECTAE AD LIBRUM
STETIT AUTEM EZRAS SCRIBA
SUPER GRADUM LIGNEUM
QUEM FECERAT AD LOQUENDUM
STETERUNT IUXTA EUM
MATTHATHIAS ET SEMA
ET ANIA ET URIA
ET HELCIA ET MAASIA AD DEXTRIS EIUS
ET AD SINISTRAM PHADAIA MISAHEL
ET MELCHIA ET ASUM
ET ASEPH DANA ZACHARIA
ET MOSOLLAM
ET APERUIT EZRAS LIBRUM
CORAM OMNI POPULO
SUPER UNIUERSUM QUIPPE
POPULUM EMINEBAT
ET CUM APERUISSET EUM
STETIT OMNIS POPULUS
ET BENEDIXIT EZRAS DNO DO
UOCE MAGNA
ET RESPONDIT OMNIS POPULUS
AMEN AMEN ELEUANS
MANUS SUAS
ET INCURBATI SUNT ET ADORA
UERUNT DM PRONI IN TERRAM
PORRO IESUE ET BAANI
ET SEREBIA
IAMIN ACCUB SEPTHAI
ODIA MAASIA CELITA
AZARIAS IOZABED ANAM
PHALAIA LEUITAE
SILENTIUM FACIEBANT
IN POPULO AD AUDIENDAM LEGE(M)
POPULUS AUTEM STABAT
IN GRADU SUO
ET LEGERUNT IN LIBRO LEGIS DI
DISTINCTE ET ADPOSITE

AD INTELLEGENDUM · ET NON INTELLEXE
DIXIT AUTEM NEEMIAS RUNT QUI CUM LEGERE TUR
IPSE EST ATHERSATHA
ET EZRAS SACERDOS SCRIBA
ET LEUITAE INTERPRAETANTES
UNIUERSO POPULO
DIES SCIFICATUS DÑO DO NOSTRO
NOLITE LUGERE ET NOLITE FLERE
FLEBAT AUTEM OMNIS POPULUS
CUM AUDIRET UERBA LEGIS
ET DIXIT EIS
ITE ET EDITE PINGUIA
ET BIBITE MULSUM
ET MITTITE PARTES EI
QUI NON PRAEPARAUIT SIBI
QUIA SCS DIES DÑI EST
ET NOLITE CONTRISTARI
GAUDIUM ENIM DÑI EST
FORTITUDO NOSTRA
LEUITAE AUTEM SILENTIUM
FACIEBANT IN OMNI POPULO
DICENTES
TACETE QUIA SCS DIES EST
ET NOLITE DOLERE
ABIIT ITAQUE OMNIS POPULUS
UT COMEDERET ET BIBERET
ET MITTERET PARTES
ET FACERET LAETITIAM MAGNAM
QUIA INTELLEXERANT UERBA
QUAE DOCUERAT EOS
ET IN DIE SECUNDO CONGREGATI
SUNT PRINCIPES FAMILIARUM
UNIUERSI POPULI
SACERDOTES ET LEUITAE
AD EZRAM SCRIBAM
UT INTERPRETARETUR EIS
UERBA LEGIS
ET INUENERUNT SCRIPTUM
IN LEGE
PRAECEPISSE DÑM IN MANU MOSI
UT HABITENT FILII ISRAHEL
IN TABERNACULIS
IN DIE SOLLEMNI MENSE SEPTIMO
ET UT PRAEDICENT ET DIUULGENT UO
CEM
IN UNIUERSIS URBIBUS SUIS
ET IN HIERUSALEM DICENTES
EGREDIMINI IN MONTEM
ET ADFERTE FRONDES OLIUAE
ET FRONDES LIGNI PULCHERRIMI
FRONDES MYRTI ET RAMOS
PALMARUM
ET FRONDES LIGNI NEMOROSI
UT FIANT TABERNACULA
SICUT SCRIPTUM EST
ET EGRESSUS EST POPULUS
ET ADTULERUNT FECERUNTQUE
SIBI TABERNACULA
UNUS QUISQUE IN DOMATE SUO
ET IN ATRIIS SUIS ET IN ATRIIS
DOMUS DI
ET IN PLATEA AQUARUM
ET IN PLATEA PORTAE
EPHRAIM
FECIT ERGO UNIUERSA ECCLESIA
EORUM QUI REDIEBANT
DE CAPTIUITATE TABERNACULA
ET HABITAUERUNT
IN TABERNACULIS SUIS
NON ENIM FECERANT A DIEBUS
IOSUE FILII NUN TALITER FILII
ISRAHEL USQ AD DIEM ILLUM
ET FUIT LAETITIA MAGNA NIMIS
LEGIT AUTEM IN LIBRO LEGIS DĪ
PER DIES SINGULOS
A DIE PRIMO USQ AD DIEM
NOUISSIMUM
ET FECERUNT SOLLEMNITATEM
SEPTEM DIEBUS
ET IN DIE OCTAUO COLLECTUM
IUXTA RITUM
IX IN DIE AUTEM UICENSIMO
QUARTO MENSIS HUIUS
CONUENERUNT FILII ISRAHEL
IN IEIUNIO ET IN SACCIS
ET HUMUS SUPER EOS
ET SEPARATUM EST SEMEN
FILIORUM ISRAHEL
AB OMNI FILIO ALIENIGENA

ET STETERUNT ET CONFITEBANTUR
PECCATA SUA
ET INIQUITATES PATRUM SUORUM
ET CONSURREXERUNT AD STANDUM
ET LEGERUNT IN UOLUMINE
LEGIS DNI DI SUI QUATER IN DIE
ET QUATER CONFITEBANTUR ET ADORABANT
DNM DM SUUM
SURREXIT AUTEM SUPER
GRADUM LEUITARUM
IOSUE ET BANI CEDMIHEL SEBNIA
BANI ET SAREBIAS
BANI CHANANI
ET INCLAMAUERUNT UOCE MAGNA
DNM DM SUUM
ET DIXERUNT LEUITAE
IOSUE ET CEDMIHEL
BONNI ASEBIAS SEREBIAS AREBIA
ODOIA SEBNA FACTAIA
SURGITE BENEDICITE
DNO DO UESTRO
AB AETERNO USQ IN AETERNUM
ET BENEDICANT NOMINI
GLORIAE TUAE EXCELSO
IN OMNI BENEDICTIONE ET LAUDE
TU IPSE DNE SOLUS
TU FECISTI CAELUM
CAELUM CAELORUM ET OMNEM
EXERCITUM EORUM
TERRAM ET UNIUERSA QUAE
IN EA SUNT
MARIA ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT
ET TU UIUIFICAS OMNIA HAEC
ET EXERCITUS CAELI TE ADORAT
TU IPSE DNS DS
QUI ELEGISTI ABRAM ET EDUXISTI
EUM DE IGNE CALDAEORUM
ET POSUISTI NOMEN EIUS
ABRAHAM
ET INUENISTI COR EIUS FIDELE
CORAM TE
ET PERCUSSISTI CUM EO FOEDUS
UT DARES EI TERRAM CHANANAEI
CETTHAEI AMORREI

ET PHEREZAEI ET IEBUSAEI
GERGESAEI
UT DARES SEMINI EIUS
ET IMPLESTI UERBA TUA
QUONIAM IUSTUS ES
ET UIDISTI ADFLICTIONEM
PATRUM NOSTRORUM
IN AEGYPTO
CLAMOREMQUE EORUM
AUDISTI SUPER MARE RUBRUM
ET DEDISTI SIGNA ET PORTENTA
IN PHARAO ET IN UNIUERSIS
SERUIS EIUS
ET IN OMNI POPULO TERRAE ILLIUS
COGNOUISTI ENIM QUIA SUPERBE
EGERANT CONTRA EOS
ET FECISTI TIBI NOMEN
SICUT ET IN HAC DIE
ET MARE DIUIDISTI ANTE EOS
ET TRANSIERUNT PER MEDIUM
MARIS IN SICCA
PERSECUTORES AUTEM ILLORUM
PROIECISTI IN PROFUNDUM
QUASI LAPIDEM IN AQUAS UALIDAS
ET IN COLUMNA NUBIS DUCTOR
EORUM FUISTI PER DIEM
ET IN COLUMNA IGNIS PER NOCTEM
UT APPARERET EIS UIA PER QUAM
INGREDIEBANTUR
AD MONTEM QUOQUE SINAI
DESCENDISTI
ET LOCUTUS ES CUM EIS DE CAELO
ET DEDISTI EIS IUDICIA RECTA
ET LEGEM UERITATIS
CAERIMONIAS ET PRAECEPTA BONA
ET SABBATUM SCIFICATUM
OSTENDISTI EIS
ET MANDATA ET CAERIMONIAS
ET LEGEM PRAECEPISTI EIS
IN MANU MOSI SERUI TUI
PANEM QUOQUE DE CAELO
DEDISTI EIS IN FAME EORUM
ET AQUAM DE PETRA EDUXISTI
EIS SITIENTIBUS

ET DIXISTI EIS UT INGREDERENTUR
ET POSSIDERENT TERRAM
SUPER QUAM LEUASTI MANUM
TUAM UT TRADERIS EIS
IPSI UERO ET PATRES NOSTRI
SUPERBE EGERUNT
ET INDURAUERUNT CERUICES SUAS
ET NON AUDIERUNT MANDATA TUA
ET NOLUERUNT AUDIRE
ET NON SUNT RECORDATI
MIRABILIUM TUORUM
QUAE FECERAS EIS
ET INDURAUERUNT CERUICES SUAS
ET DEDERUNT CAPUT
UT CONUERTERENTUR AD SERUI
TUTEM SUAM QUASI PER CON
TENTIONEM
TU AUTEM DS PROPITIUS
CLEMENS ET MISERICORS
LONGANIMIS ET MULTAE
MISERATIONIS
NON DERELIQUISTI EOS
ET QUIDEM CUM FECISSENT SIBI
UITULUM CONFLATILEM
ET DIXISSENT ISTE EST DS TUUS
QUI EDUXIT TE DE AEGYPTO
FECERUNTQUE BLASPHEMIAS
MAGNAS
TU AUTEM IN MISERICORDIIS TUIS
MULTIS NON DIMISISTI EOS
IN DESERTO
COLUMNA NUBIS NON RECESSIT
AB EIS PER DIEM
UT DUCERET EOS IN UIAM
ET COLUMNA IGNIS IN NOCTEM
UT OSTENDERET EIS ITER
PER QUOD EGREDERENTUR
ET SPM TUUM BONUM DEDISTI
QUI DOCERET EOS
ET MANNA TUUM NON PROHIBU
ISTI AB ORE EORUM
ET AQUAM DEDISTI IN SITI EIS
QUADRAGINTA ANNIS PAUISTI
EOS IN DESERTO

NIHILQUE EIS DEFUIT
UESTIMENTA EORUM NON IN
UETERAUERUNT
ET PEDES EORUM NON SUNT
ADTRITI
ET DEDISTI EIS REGNA ET POPULOS
ET PARTITUS ES EIS SORTES
ET POSSEDERUNT TERRAM SEON
TERRAM REGIS ESEBON
ET TERRAM OG REGIS BASAN
ET FILIOS EORUM MULTIPLICAS
TI SICUT STELLAS CAELI
ET ADDUXISTI EOS AD TERRAM
DE QUA DIXERAS PATRIB EORUM
UT INGREDERENTUR ET POS
SIDERENT
ET UENERUNT FILII ET POSSI
DERUNT TERRAM
ET HUMILIASTI CORAM EIS
HABITATORES TERRAE
CHANANAEOS
ET DEDISTI EOS IN MANU EORUM
ET REGES EORUM ET POPULOS
TERRAE
UT FACERENT EIS SICUT PLA
CEBAT ILLIS
CEPERUNT ITAQUE URBES
MUNITAS ET HUMUM
PINGUEM
ET POSSIDERUNT DOMUS
PLENAS CUNCTIS BONIS
CISTERNAS AB ALIIS FABRICATAS
UINEAS ET OLIUETA ET LIGNA
POMIFERA MULTA
ET COMEDERUNT ET SATURA
TI SUNT
ET INPINGUATI SUNT ET ABUN
DAUERUNT DELICIIS
IN BONITATE TUA MAGNA
PROUOCAUERUNT AUTEM TE
AD IRACUNDIAM
ET RECESSERUNT A TE
ET PROIECERUNT LEGEM TUAM
POST TERGA SUA

ET PROPHETAS TUOS OCCIDERUNT
QUI CONTESTABANTUR EOS
UT REUERTERENTUR AD TE
FECERUNTQUE BLASPHEMIAS
GRANDES
ET DEDISTI EOS IN MANU HOSTIUM
SUORUM
ET ADFLIXERUNT EOS
ET IN TEMPORE TRIBULATIONIS
SUAE CLAMAUERUNT AD TE
ET TU DE CAELO UIDISTI
ET SECUNDUM MISERATIONES
TUAS MULTAS
DEDISTI EIS SALUATORES
QUI SALUAUERUNT EOS
DE MANU HOSTIUM SUORUM
CUMQUE REQUIEUISSENT
REUERSI SUNT UT FACERENT
MALUM IN CONSPECTU TUO
ET DERELIQUISTI EOS IN MANU
INIMICORUM SUORUM
ET POSSIDERUNT EOS
CONUERSIQUE SUNT ET
CLAMAUERUNT AD TE
TU AUTEM DE CAELO AUDISTI
ET LIBERASTI EOS IN MISERICOR
DIIS TUIS MULTIS TEMPORIB·
ET CONTESTATUS ES EOS
UT REUERTERENTUR
AD LEGEM TUAM
IPSI UERO SUPERBE EGERUNT
ET NON AUDIERUNT MANDATA TUA
ET IN IUDICIIS TUIS PECCAUERUNT
QUAE FACIET HOMO ET UIUET IN EIS
ET DEDERUNT UMERUM
RECEDENTEM
ET CERUICEM SUAM INDURAUERUNT
NEC AUDIERUNT
ET PROTRAXISTI SUPER EOS
ANNOS MULTOS
ET CONTESTATUS ES EOS IN SPU SUO
PER MANUM PROPHETARUM
TUORUM ET NON AUDIERUNT
ET TRADIDISTI EOS IN MANU
POPULORUM TERRARUM
ET IN MISERICORDIIS TUIS
PLURIMIS
NON FECISTI EOS IN CONSUMP
TIONE NEC DERELIQUISTI EOS
QUONIAM DS MISERATIONUM
ET CLEMENS TU ES
NUNC ITAQUE DS NOSTER
DS MAGNE DS FORTIS
DS TERRIBILIS
CUSTODIENS PACTUM
ET MISERICORDIAM
NE AUERTAS A FACIE TUA OMNEM
LABOREM QUI INUENIT NOS
REGES NOSTROS PRINCIPES NOSTROS
ET SACERDOTES NOSTROS
ET PROPHETAS NOSTROS
ET PATRES NOSTROS
ET OMNEM POPULUM TUUM
A DIEB· REGIS ASSUR USQUE
IN DIEM HANC
ET TU IUSTUS IN OMNIBUS
QUAE UENERUNT SUPER NOS
QUIA UERITATEM FECISTI
NOS AUTEM IMPIE EGIMUS
ET REGES NOSTRI ET PRINCIPES
NOSTRI
SACERDOTES NOSTRI ET PATRES
NOSTRI
NON FECERUNT LEGEM TUAM
ET NON ATTENDERUNT MANDATA
TUA ET TESTIMONIA TUA
QUAE TESTIFICATUS ES IN EIS
ET IPSI IN REGNIS SUIS BONIS
ET IN BONITATE TUA MULTA
QUAM DEDERAS EIS
ET IN TERRA LATISSIMA ET PINGUI
QUAM TRADIDERAS IN CON
SPECTU EORUM
NON SERUIERUNT TIBI NEC RE
UERSI SUNT A STUDIIS SUIS
PESSIMIS
ECCE NOS IPSI HODIE SERUI SUMUS
ET TERRA QUAM DEDISTI

patribus nostris
ut comederent panem eius
et quae bona sunt eius
et nos ipsi servi sumus in ea
et fruges eius multiplican
tur regibus
quos posuisti super nos
propter peccata nostra
et in corporibus nostris
dominantur
et in iumentis nostris
secundum voluntatem suam
et in tribulatione magna
nos sumus
super omnibus ergo his
nos ipsi percutimus foedus
et scribimus
et signant principes nostri
levitae nostri et sacer
dotes nostri
SIGNATORES AVTEM FVERVNT
Neemias Athersatha
filius Achelai
et Sedecias Saraias
Zaccarias Hieremias
Phassur Amaria
Melchia Attus Sebana
Melluc Arem Mirmoth
Odias Danihel Genton
Baruch Mosollam
Abia Miamin Maziab
Belga Semaia hi sacerdotes
porro levitae
Iosue filius Azaniae
Bennui de filiis Enadad
Cetmihel et fratres eius
Sechenia Odevia
Celita Phalaia Anan
Picha Roob Asebia
Zachur Serebia
Sabania Odia Bani Baninu
CAPITA POPVLI
Pherospha et Moab
Helam Zethu Bani
Bonni Azgad Bebai
Adonia Beggoai Adin
Ater Ezecia Azur
Odevia Asum Besai
Ares Anathoth Nebai
Mecphia Mosollam
Azirmes Zahel Sadoc
Ieddua Pheltia Anan
Ania Osee Anania
Asub Aloes Phalea
Sobec Reum Asebna
Matsia Ethaia Hanon
Anan Melluc Arem Baana
et reliqui de populo
sacerdotes levitae
ianitores et cantores
Nathinnaei et omnes qui se
separaverunt de populis
terrarum ad legem dī
uxores eorum filii eorum
omnes qui poterant sapere
spondentes pro fratrib· suis
optimates eorum et qui veni
ebant ad pollicendum
et iurandum
ut ambularent in lege dī
quam dederat in manu
Mosi servi dī
ut facerent et custodirent
universa mandata dñi
dī nostri
et iudicia eius et caerimonias eius
et ut non daremus filias nostras
populo terrae
et filias eorum non acciperemus
filiis nostris
populi quoque terrae
qui portant vena[...]lia
et omnia ad usum
per diem sabbati ut vendant
non accipiemus ab eis in sabbato
et in die scīficata
et demittemus annum
septimum exactionem

UNIUERSAE MANUS
ET STATUEMUS SUPER NOS
PRAECEPTA
UT DEMUS TERTIAM PARTEM
SICLI PER ANNUM
AD OPUS DOMUS DI NOSTRI
AD PANES PROPOSITIONIS
ET AD SACRIFICIUM SEMPITERNUM
ET HOLOCAUSTUM SEMPITERNUM
IN SABBATIS IN KALENDIS IN SOLLEM
NITATIBUS ET IN SCIFICATIS
ET PRO PECCATO UT EXORETUR
PRO ISRAHEL
ET IN OMNEM USUM DOMUS
DI NOSTRI
SORTES ERGO MISIMUS
SUPER OBLATIONE LIGNORUM
INTER SACERDOTES ET LEUITAS
ET POPULOS
UT INFERRENTUR IN DOMUM
DI NOSTRI
PER DOMOS PATRUM
NOSTRORUM
PER TEMPORA A TEMPORIBUS
ANNI USQUE AD ANNUM
UT ARDERENT SUPER ALTARE
DNI DI NOSTRI
SICUT SCRIPTUM EST IN LEGE MOSI
ET UT ADFERAMUS PRIMOGENITA
TERRAE NOSTRAE
ET PRIMITIUA UNIUERSI FRUCTUS
UNIUERSI LIGNI
AB ANNO IN ANNUM IN DOMO DNI
ET PRIMITIUA FILIORUM
NOSTRORUM ET PECORUM
NOSTRORUM
SICUT SCRIPTUM EST IN LEGE
ET PRIMITIUA BOUM NOSTRORUM
ET OUIUM NOSTRARUM
UT OFFERENTUR IN DOMO
DI NOSTRI
SACERDOTIB· QUI MINISTRANT
IN DOMO DI NOSTRI
ET PRIMITIAS CIBORUM NOSTRORUM
ET LIBAMINUM NOSTRORUM
ET POMA OMNES LIGNI
UINDEMIAE QUOQUE ET OLEI
ADFEREMUS SACERDOTIBUS
AD GAZOPHYLACIUM DI NOSTRI
ET DECIMAM PARTEM TERRAE
NOSTRAE LEUITIS
IPSI LEUITAS DECIMAS ACCIPIENT
EX OMNIBUS CIUITATIBUS
OPERUM NOSTRORUM
ERIT AUTEM SACERDOS FILIUS
AARON CUM LEUITIS
IN DECIMIS LEUITARUM
ET LEUITAE OFFERENT
DECIMAM PARTEM
DECIMAE SUAE
IN DOMUM DI NOSTRI
AD GAZOPHYLACIUM
IN DOMO THESAURI
AD GAZOPHYLACIUM ENIM
DEPORTABANT FILII ISRL
ET FILII LEUI
PRIMITIAS FRUMENTI UINI ET OLEI
ET IBI ERUNT UASA SCIFICATA
ET SACERDOTES ET CANTORES
ET IANITORES ET MINISTRI
ET NON DIMITTEMUS DOMUM
DI NOSTRI
XI HABITAUERUNT AUTEM
PRINCIPES POPULI IN HIERUSALĒ
RELIQUA UERO PLEBS
MISIT SORTEM
QUI HABITATURI ESSENT
IN HIERUSALEM CIUITATE SCA
NOUEM UERO PAR TES
IN CIUITATIBUS
BENEDIXIT AUTEM POPULUS
UIRIS QUI SE SPONTE OPTULE
RUNT UT HABITARENT
IN HIERUSALEM
HI SUNT ITAQUE PRINCIPES
PROUINCIAE
QUI HABITAUERUNT IN HIERUSALEM
ET IN CIUITATIBUS IUDA

habitauit autem unusquisque
in possessione sua in urbib(us)
suis in hierusalem
sacerdotes leuitae
nathinnaei et filii
seruorum salomonis
et in hierusalem habitauerunt
de filiis iuda et de filiis
beniamin
DE FILIIS IVDA
athaias filius aziam
filii zachariae filiae amariae
filii saphatia
filii malelehel
DE FILIIS PHARES
maasia filius baruch
filius coilaza filius azia
filius adaia
filius ioiarib filius zachariae
filius silonites
omnes filii phares qui habi
tauerunt in hierusalem
cccc lx viii uiri fortes
HI SVNT AVTEM FILII BENIAMIN
sellum filius mosollam
filius ioed filius phadaia
filius colaia filius maasia
filius etehel filius isaia
et post eum gabbai zellai
dcccc xx viii
et iohel filius zechri
praepositus eorum
et iudas filius sennua
super ciuitatem secundus
ET DE SACERDOTIBVS
iadaia filius ioarib
iachin saraia filius elcia
filius mesollam
filius sadoc filius meraioth
filius ahitub
princeps domus d(e)i
et fratres eorum facientes
opera templi dcccxxii
et adaia filius ieroam

filius felelia filius amsi
filius zachariae
filius phessor filius melchiae
et fratres principes
patrum ccxlii
et amassai filius azrihel
filius aasi filius
mosollamoth
filius emmer
et fratres eorum potentes
nimis cxxviii
et praepositus eorum
sabdihel filius potentium
ET DE LEVITIS
sebenias filius asob
filius azaricam filius asabia
filius iboni et sabatai
et iozabed
super opera quae erat
forinsecus in domo d(e)i
a principib(us) leuitarum
et mathania filius micha
filius zebdaei filius asaph
princeps ad laudandum
et confitendum in oratione
et becbecias secundus
de fratribus eius
et abda filius sammua
filius galal filius idithun
omnes leuitae in ciuitate
s(an)c(t)a cclxxx iiii
ET IANITORES
saccob telmon et fratres
eorum qui custodiebant
ostia clxxii
et reliqui ex israhel
sacerdotes et leuitae
in uniuersis ciuitatib(us) iuda
unusquisq(ue) in possessione sua
ET NATHINNAEI
qui habitabant in ofel
et siaba et gaspha
de nathinnaeis
ET EPISCOPVS LEVITARVM IN HIERVSALEM

EZI FILIUS BANI FILIUS ASABIAE
FILIUS MATHANIAE
FILIUS MICHAE
DE FILIIS ASAPH CANTORES
IN MINISTERIO DOMUS DĪ
PRAECEPTUM QUIPPE REGIS
SUPER EOS ERAT
ET ORDO IN CANTORIBUS
PER DIES SINGULOS
ET PATAIA FILIUS MESEZEBEL
DE FILIIS ZARA FILII IUDA
IN MANU REGIS
IUXTA OMNE UERBUM POPULI
ET IN DOMIBUS
PER OMNES REGIONES EORUM
DE FILIIS IUDA HABITAUERUNT
IN CARIATH ET IN FILIABUS EIUS
ET IN DIBON ET IN FILIABUS EIUS
ET IN CAPSEL ET IN FILIABUS EIUS
•ET IN IESUE ET IN MODOLADA
ET IN BETH PHALETH
ET IN ASERSUAL ET IN BERSABEE
ET IN FILIABUS EIUS
ET IN SICILEG ET IN MOCHONA
ET IN FILIABUS EIUS
ET AIN REMMON ET IN SARA
ET HIRIMUTH
ZANOA ODOLLAM ET UILLIS
EARUM
LACHIS ET REGIONIBUS EIUS
EZECA ET FILIABUS EIUS
ET MANSERUNT IN BERSABEE
USQ· AD UALLEM ENNOM
FILII AUTEM BENIAMIN
AGETHA MECHMAS ET UIA
ET BETHEL ET FILIAB· EIUS
ANATOTH NOB ANANIA
ASORRAM GETHTHAIM
ADID SEBOIM NEBALLA
LOT ET ONA UALLE ARTIFICUM
ET DE LEUITIS PARTIONES *et leuitae*
IUDA ET BENIAMIN · *hi autem sacerdotes*
xii QUI ASCENDERUNT CUM ZOROBABEL
FILIO SALATHIHEL IOSUE

SERAIA HIEREMIAS EZRA
AMARIA MELLUCH ATTUS
SECHENIA REUM
MEREMUTH ADDO
GENTHON ABIA AMANIM
MADIA BELGA SEMAIA
ET IOARIB IDAIA SELLUM
AMOC ELCEIA IDAIA
ISTI PRINCIPES SACERDOTUM
ET FRATRES EORUM
IN DIEBUS IOSUE
PORRO LEUITAE IESUA
BENNUI CEDMIHEL
SARABIA IUDA MATHANIAS
SUPER HYMNOS
IPSI ET FRATRES EORUM
ET BECBECIA ATQ· ETHANNI
FRATRES EORUM
UNUSQUISQUE IN OFFICIO SUO
HIESUAE AUTEM GENUIT
IOIACIM
ET IOIACIM GENUIT ELIASIB
ET ELIASIB GENUIT IOIADA
ET IOIADA GENUIT IONATHAN
ET IONATHAN GENUIT IEDDA
IN DIEBUS AUTEM IOIACIM
ERANT SACERDOTES
ET PRINCIPES FAMILIARUM
SARAIAE AMMARIA
HIEREMIAE ANANIAE
EZRAE MOSOLLAM
AMARIAE IOHANAN
MILICO IONATHAN
SEBENIAE IOSEPH
AREM EDNA
MARAIOTH ELCI
ADDAIAE ZACHARIAE
GENTHON MOSOLLAM
ABIAE ZECHERI
MIAMIN ET MOADIAE
FALTI BELGAE SAMMUA
SEMEIAE IONATHAN
IOIARIB MATTHANNAI
IADAIAE AZZI ZELLAIAE

CELAI AMOCEBER
ELCIAE ASEUIA IDAIAE
NATHANAHEL
LEUITAE IN DIEBUS ELIASIB
ET IOIADA
SCRIPTI PRINCIPES FAMILIARUM
ET SACERDOTES IN REGNO
DARII PERSAE
FILII LEUI PRINCIPES FAMILIARUM
SCRIPTI IN LIBRO UERBORUM
DIERUM
ET USQUE AD DIES IONATHAN
FILII ELIASIB
ET PRINCIPES LEUITARUM
ASEBIA SEREBIA
ET IESUE FILIUS CETMIHEL
ET FRATRES EORUM PER UICES SUAS
UT LAUDARENT ET CONFITE
RENTUR
IUXTA PRAECEPTUM DAUID
UIRI DI
ET OBSERUARENT AEQUE
PER ORDINEM
MATTHANIA ET BECBECIA
OBOEDIA
MOSOLLAM THELMON ACCUB
CUSTODES PORTARUM
ET UESTIBULORUM
ANTE PORTAS
HI IN DIEBUS IOIACIM
FILII IOSEDEC
IN DIEBUS NEEMIAE DUCIS
ET EZRAE SACERDOTIS
SCRIBAEQUE
IN DEDICATIONE AUTEM
MURI HIERUSALEM
REQUISIERUNT LEUITAS
DE OMNIBUS LOCIS SUIS
UT ADDUCERENT EOS
AD HIERUSALEM
ET FACERENT DEDICATIONEM
IN LAETITIAM
IN ACTIONE GRATIARUM
ET IN CANTICO
IN CYMBALIS PSALTERIIS
ET CITHARIS
CONGREGATI SUNT ERGO
FILII CANTORUM
ET DE CAMPESTRIBUS CIRCA
HIERUSALEM
ET DE UILLIS NETUPHATI
ET DE DOMO GALGAL
ET DE REGIONIBUS GEBA
ET AZMAUETH
QUONIAM UILLAS AEDIFICAUERUNT
SIBI CANTORES IN CIRCUITU
HIERUSALEM
ET MUNDATI SUNT SACERDOTES
ET LEUITAE
ET MUNDAUERUNT POPULUM
ET PORTAS ET MURUM
ASCENDERE AUTEM FECI
PRINCIPES IUDA SUPER MURŪ
ET STATUI DUOS CHOROS
LAUDANTIUM MAGNOS
ET IERUNT AD DEXTERAM
SUPER MURUM
AD PORTAM STERQUILINII
ET IUIT POST EOS ISAIAS
ET MEDIA PARS PRIN
CIPUM IUDA
ET AZARIAS EZRA ET MOSOLLĀ
IUDA ET BENIAMIN ET SEMEIA
ET HIEREMIA
ET DE FILIIS SACERDOTUM
IN TUBIS
ZACCHARIAS FILIUS IONATHAN
FILIUS SEMEIAE FILIUS MATHA
NIAE FILIUS MICHAIAE
FILIUS ZACCUR FILIUS ASAPH
ET FRATRES EIUS
SEMEIA ET AZAREL MALALAI
GALALAI
MAAI NATHANEL ET IUDA
ET ANANI
IN UASIS CANTICI DAUID UIRI DĪ
ET EZRAS SCRIBA ANTE EOS

in porta fontis
et contra eos ascenderunt
in gradibus civitatis david
in ascensum muri super
domum david
et usque ad portam aquam
ad orientem
et chorus secundus gratias
referentium ibat ex adverso
ego post eum et media pars
populi
super murum et super
turrem furnorum
et usque ad murum altissimū
et super portam ephraim
et super portam antiquam
et super portam piscium
et turrem ananahel
et turrem ema
et usque ad portam gregis
et steterunt in porta custodiae
et steterunt duo chori
laudantium in domo dī
et ego et dimidia pars
magistratuum mecum
et sacerdotes eliacim
maasia miniamin
michea et elioenai
zacharia anania in tubis
et maa ia et semea et eleazar
et azi et iohannan et melchia
et elam et ezar
et clare cecinerunt cantores
et ezrai praepositus
et immolaverunt in die illa
victimas magnas
et laetati sunt
dš enim laetificaverat eos
laetitia magna
sed et uxores eorum et liberi
gavisi sunt
et audita est laetitia
in hierusalem procul
recensuerunt quoque
in die illa viros super gazo
phylacia thesauri
ad libamina et ad primitias
et ad decimas
ut introferrent per eos
principes civitatis
in decore gratiarum actionis
sacerdotes et levitas
quia laetatus est iuda in sacer
dotibus et in levitis adstantib;
et custodierunt observatio
nem dī sui
et observationem expiationis
et cantores et ianitores
iuxta praeceptum david
et salomonis filii eius
quia in dieb; david et asaph
ab exordio erant principes
constituti cantorum
in carminibus
laudantium et confitentium dō
et omnis israhel in diebus zoro
babel et in diebus neemiae
dabat partes cantoribus
et ianitoribus per dies
singulos
et scīficabant levitas
et levitae scīficabant
filios aaron
xiii In die autem illo lectum est
in volumine mosi
audiente populo
et inventum est scriptum in eo
quod non debeat introire
ammanites et moabites
in ecclesiam dī usque
in aeternum
eo quod non occurrerint
filiis israhel cum pane et aqua
et conduxerint adversum eos
balaam ad maledicendum ei
et convertit dš noster
maledictionem
in benedictionem

FACTUM EST AUTEM CUM AUDISSENT
LEGEM
SEPARAUERUNT OMNEM
ALIENIGENAM AB ISRAHEL
ET SUPER HOC ERAT ELIASIB
SACERDOS
QUI FUERAT POSITUS IN GAZOPHY
LACIO DOMUS DĪ NOSTRI
ET PROXIMUS TUBIAE
FECIT ERGO SIBI GAZOPHYLACIUM
GRANDE
ET IBI ERANT ANTE EUM REPO
NENTES MUNERA ET TUS ET UASA
ET DECIMAM FRUMENTI
UINI ET OLEI
PARTES LEUITARUM ET CANTORUM
ET IANITORUM
ET PRIMITIAS SACERDOTALES
IN OMNIBUS AUTEM HIS
NON FUIT IN HIERUSALEM
QUIA IN ANNO TRICENSIMO
SECUNDO ARTAXERXIS REGIS
BABYLONIS UENI AD REGEM
ET IN FINE DIERUM ROGAUI REGEM
ET UENI IN HIERUSALEM
ET INTELLEXI MALUM QUOD
FECERAT ELIASIB TOBIAE
UT FACERET EI THESAURUM
IN UESTIBULIS DOMUS DĪ
ET MALUM MIHI UISUM EST
UALDE
ET PROIECI UASA DOMUS TOBIAE
FORAS DE GAZOPHYLACIO
PRAECEPIQUE ET MUNDAUERUNT
GAZOPHYLACIA
ET RETTULI IBI UASA DOMUS DĪ
SACRIFICIUM ET TUS
ET COGNOUI QUONIAM PARTES
LEUITARUM NON FUISSENT DATAE
ET FUGISSET UNUSQUISQUE
IN REGIONEM SUAM
DE LEUITIS ET DE CANTORIBUS
ET DE HIS QUI MINISTRABANT
ET EGI CAUSAM ADUERSUS
MAGISTRATUS ET DIXI
QUARE DERELIQUIMUS
DOMUM DĪ
ET CONGREGAUI EOS ET FECI
STARE IN STATIONIBUS SUIS
ET OMNIS IUDA ADPORTABAT
DECIMAM FRUMENTI UINI
ET OLEI IN HORREA
ET CONSTITUIMUS SUPER HORREA
SELEMIAM SACERDOTEM
ET SADOC SCRIBAM
ET PHADAIAM DE LEUITIS
ET IUXTA EOS ANAN FILIUM
ZACHUR FILIUM MATHANIAE
QUONIAM FIDELES CONPRO
BATI SUNT
ET IPSIS CREDITAE SUNT PARTES
FRATRUM SUORUM
MEMENTO MEI DŠ MEUS PRO HOC
ET NE DELEAS MISERATIONES MEAS
QUAS FECI IN DOMO DĪ MEI
ET IN CAERIMONIIS EIUS
IN DIEBUS ILLIS UIDI IN IUDA
CALCABANT TORCULARIA
IN SABBATO PORTANTES ACERUOS
ET ONERANTES SUPER ASINOS
UINUM ET UUAS ET FICUS
ET OMNE ONUS
ET INFERENTES HIERUSALEM
IN DIE SABBATI
ET CONTESTATUS SUM UT IN DIE
QUA UENDERE LICERET UENDERENT
ET TYRII HABITAUERUNT IN EA
ET INFERENTES PISCES
ET OMNIA UENALIA
ET UENDEBANT IN SABBATIS
FILIIS IUDAE ET IN HIERUSALEM
ET OBIURGAUI OPTIMATES IUDA
ET DIXI EIS
QUAE EST RES HAEC MALA
QUAM UOS FACITIS
ET PROFANATIS DIEM SABBATI
NUMQUID NON HAEC FECERUNT
PATRES NOSTRI

ET ADDUXIT DS NOSTER SUPER
NOS OMNE MALUM HOC
ET SUPER CIUITATEM HANC
ET UOS ADDITIS IRACUNDIAM
SUPER ISRAHEL UIOLANDO
SABBATUM
FACTUM EST ITAQUE CUM QUI
EUISSENT PORTAE HIERUSALEM
DIE SABBATI
DIXI ET CLUSERUNT IANUAS
ET PRAECEPI UT NON APERIRENT
EAS USQUE POST SABBATUM
ET DE PUERIS MEIS CONSTITUI
SUPER PORTAS
UT NULLUS INFERRET ONUS
IN DIE SABBATI
ET MANSERUNT NEGOTIATORES
ET UENDENTES UNIUERSA
UENALIA
FORIS HIERUSALEM SEMEL ET BIS
ET CONTESTATUS SUM ET DIXI EIS
QUARE MANETIS EX ADUERSO
MURI
SI SECUNDO HOC FECERITIS
MANUM MITTAM IN UOS
ITAQUE EX TEMPORE ILLO
NON UENERUNT IN SABBATO
DIXI QUOQ· LEUITIS UT MUNDA
RENTUR ET UENIRENT
AD CUSTODIENDAS PORTAS
ET SCIFICANDUM DIEM SABBATI
ET PRO HOC ERGO MEMENTO MEI
DS MEUS ET PARCE MIHI
SECUNDUM MULTITUDINEM
MISERATIONUM TUARUM
SED ET IN DIEBUS ILLIS UIDI
IUDAEOS DUCENTES UXORES
AZOTIDAS AMMONITIDAS
ET MOABITIDAS
ET FILII EORUM EX MEDIA PARTE
LOQUEBANTUR AZOTICE
ET NESCIEBANT LOQUI IUDAICE
ET LOQUEBANTUR IUXTA LINGUAE
POPULI ET POPULI

ET OBIURGAUI EOS ET MALEDIXI
ET CECIDI EX IPSIS UIROS
ET DECALUAUI EOS
ET ADIURAUI IN DO
UT NON DARENT FILIAS SUAS
FILIIS EORUM
ET NON ACCIPERENT DE FILIAB· EORU
FILIIS SUIS ET SIBIMET IPSIS DICENS
NUMQUID NON IN HUIUSCEMODI
RE PECCAUIT SALOMON
REX ISRAHEL
ET CERTE IN GENTIBUS NON ERAT multis
REX SIMILIS EI
ET DILECTUS DO SUO ERAT
ET POSUIT EUM DS REGEM
SUPER OMNEM ISRAHEL
ET IPSUM ERGO AD PECCATUM
DUXERUNT MULIERES
ALIENIGENAE
NUMQUID ET NOS INOBOEDIENTES
FACIEMUS OMNE MALUM
GRANDE HOC
UT PRAEUARICEMUR IN DO NOSTRO
ET DUCAMUS UXORES PEREGRINAS
DE FILIIS AUTEM IOIADA FILII
ELIASIB SACERDOTIS MAGNI
GENERERAT SANABALLATH ORONITIS
QUEM FUGAUI A ME
RECORDARE DNE DS MEUS
ADUERSUM EOS QUI
POLLUUNT SACERDOTIUM
IUSQ· SACERDOTALE ET LEUITICUM
IGITUR MUNDAUI EOS AB OMNIB·
ALIENIGENIS
ET CONSTITUI ORDINES SACER
DOTUM ET LEUITARUM
UNUMQUEMQ· IN MINISTERIO SUO
ET IN OBLATIONE LIGNORUM
IN TEMPORIB· CONSTITUTIS
ET IN PRIMITIIS
MEMENTO MEI DS MEUS IN BONUM

EXP: LIB: EZRAE: SIVE NEEMIAE

I Ubi euersa hierusalem
consenserunt iudaei edicto regis
sacrificare idolis
II Ubi lex d(e)i exusta est iussu regis
antiochi populo sacrificante idolis
III De mat thathia et filiis eius lamentan
tib· populum hierusalem
IIII Ubi ministri regis cum cogerent
matthathia sacrificare non fecit
et interfecit sacrificantem
V Ubi iudaei qui non sacrificarunt
fugientes in deserto occisi sunt
VI Ubi matthathias cum filiis occidit
persequutores et aras euertit
VII Ubi matthathias moriens
admonet filios
VIII Ubi surrexit iudas post morte(m)
matthathiae defendere isrl
VIIII Ubi iudas occidit apollonium et seron
principem exercitus syriae
X Ubi antiochus congregat (ex)ercitum
contra iudam et de actibus lysiae
et uictoria iudae
XI Ubi ueniens lysias amicus antiochi
cum exercitu a iuda debellatus est
XII Ubi iudas purificat templum ab in
mundis gentium
XIII Ubi iudas debellauit gentes uolentes
perdere isrl et (de) timotheo
XIIII Ubi simon expugnauit gentes
missus a iuda fratre suo
XV Ubi iudas et fratres eius expugnauit
castra timothei et cepit ciuitates
munitas et ciuitatem ebron
XVI Ubi ioseppus et azarias uoluerunt
expugnare gentes et uicti sunt
et ubi iudas expugnauit
filios esau
XVII De morte antiochi et successione
filii eius
XVIII Ubi filius antiochi mittit exercitum
ad debellandum iudam et uinci
tur et pacem dat fincte quam
continuo dirrupit
XIX Ubi demetrius occiso antiocho et lysia
obtinuit regnum et de (al)cimo et bachide
et malitia eorum
XX Ubi secundo misit demetrius nicanorem
ad debellandum iudam
XXI Ubi orauit d(omi)n(u)m iudas et uicit nicanore(m)
et occidit eum
XXII De romanorum fama quod omnia
regna sibi subiecerunt
XXIII Ubi iudas mittit legatos romae
coniurationis gratia
XXIIII Rescripta romanorum ad iudaeos
et ut demetrius iudaeos non ad
uersetur.
XXV Ubi demetrius mittit exercitum
ad iudaeos debellandos
XXVI Ubi iudas mortuus est in bello
postquam destinxit partem bachidis
XXVII De uiris impiis in malitia bacchidis
post obitum iudae
XXVIII Ubi ionathas suscepit principatum
et expugnauit filios iambri et bachide
XXIX Ubi alchimus uolens templum destruere
obmutuit et de consilio malignorum
prodito
XXX Ubi superatus est bacchides a simone
et ionathan et reddit ionathas
captiuitate pacem firmauit
XXXI Ubi alexander antiochi filius
suscepit regnum et uult cum eo
pugnare demetrius et ionathas
praeuenit ad amicitias facien
das demetrius
XXXII Ubi ionathan tenuit hierusalem
et muniuit eam
XXXIII Ubi rex alexander petit auxilium
ionathae aduersus demetrium
XXXIIII Ubi demetrius petit auxilium
ionathae contra alexandrum
et contemnitur
XXXV Ubi alexander in pugna occidit
demetrium et accepit filiam
ptolomei regis uxorem
et gloria ionathae

xxxvi Ubi demetrius filius demetrius
accepit regnum et missum abeo
apollonium expugnavit ionathas
xxxvii Ubi ionathas venit ascalona cum
gloria et misit ei alexander
fibulam auream
xxxviii Ubi ptolomeus rex surrexit contra
alexandrum et ablatam abeo
filiam suam dedit demetrio
et quod duo regna habuerat
xxxix Ubi occiditur alexander rex a gabdiel
arabae et de morte ptolomei regis
xl Ubi demetrius regnans confirmat
foedus cum ionatha et quietis
omnib(us) dimisit exercitum
demetrius
xli Ubi tryfon erigit regem antiochum
filium alexandri adversus demetriu(m)
et auxilio iudaeorum salvatur
demetrius et perfidus existit
xlii Ubi victus est ionathas demetrius
a tryfone et antiocho
xliii Deamicitiis antiochi cum
ionatha et simone
xliiii Ubi ionathas pugnavit cum alienigenis
et recuperata virtute expug
navit eos
xlv Ubi ionathas legatos mittit romanis
et spartiatis de renovatione
amicitiae et pacis
xlvi Ubi principes demetrii cum exercitu
fugat ionathan et percussit arabas
qui vocantur zabadaei
xlvii Ubi tryfon assumere volens regnu(m)
antiochiae dolo agit cum ionatha
et apud ptolomaidam conclusus est
xlviii Ubi simonem loco fratrum eius
exercitus ducem constituit
et de morte ionathae
xlix Ubi tryfon occidit antiochum
et regnavit pro eo
Ubi demetrius constituit pacem
cum simone et tributa dimisit
li Ubi simon expugnans exortatus
dextras dedit et filium suum
constituit ducem
lii Ubi congregavit rex demetrius
exercitus suos et abiit mediam ad con
trahenda sibi auxilia et expugnaret
tryfonem et misit arsaces rex
persidis et mediae principem suum
et vivum conprehendet demetrium
et posuit eum in custodiam
liii Ubi captus demetrius est a rege
persidis et habitus in custodia
de sublimitate et potentia simonis
et quiete terrae
liiii Rescribta pacis ad simonem ab spartiatis
lv Ubi populus iudaeorum titulos
gloriae simoni duci suo statuerunt
tabulis aenaeis
lvi Ubi antiochus demetri filius accepit
regnum paternum et coniuratus
simoni persecutus est tryfonem
et fugavit
lvii Rescripta romanorum pacis cum
simonem constitute ad ptolomeo
regem ceteris
lviii Ubi antiochus demetrii rupta pace
mittit cendebeum ad debellandum
iudaeam et ipse persequitur
tryfonem
lviiii Ubi simon mittit duos filios suos
ad cendebeum ducem ptolomei
expugnandum
lx Ubi filii simonis vicerunt cen
debeum et iudas filius simonis
vulneratus est
lxi Ubi ptolomeus filius abobi
occidit simonem cum filiis
suis in convivio et iohannis
filius simonis occidit eos
qui venerant perdere eum :-

EXPLICIUNT CAPITULA
MACCHABEORVM LIB I
INCIPIT IPSE LIBER

I ET FACTUM EST POSTQUAM
PERCUSSIT ALEXANDER
PHILIPPI MACEDO QUI PRIMUS
REGNAVIT IN GRAECIA
EGRESSUS DE TERRA CETHIM
CUM DARIUM REGEM PERSARU[M]
ET MEDORUM CONSTITUIT
PRAELIA MULTA
ET OMNIUM OBTINUIT MUNITI
ONES ET INTERFECIT REGES
TERRAE ET PERTRANSIIT
USQUE AD FINES TERRAE
ET ACCEPIT SPOLIA MULTITUDI
NIS GENTIUM ET SILUIT
TERRA IN CONSPECTU EIUS
ET CONGREGAVIT EXERCITUM
VIRTUTEM FORTEM NIMIS
ET EXALTATUM EST ET ELEVATUM
COR EIUS
ET OBTINUIT REGIONES GENTIUM
ET TYRANNOS
ET FACTI SUNT ILLI IN TRIBUTUM
ET POST HAEC DECIDIT IN LECTUM
ET COGNOVIT QUIA MORITUR
ET VOCAVIT PUEROS SUOS
NOBILES QUI SECUM ERANT
NUTRITI A IUVENTUTE
ET DIVISIT ILLIS REGNUM SUUM
CUM ADHUC VIVERET
ET REGNAVIT ALEXANDER ANNIS
DUODECIM ET MORTUUS EST
ET OBTINUERUNT PUERI EIUS
REGNUM UNUSQUISQUE
IN LOCO SUO
ET INPOSUERUNT SIBI OMNES
DIADEMATA POST MORTEM EIUS
ET FILII EORUM POST EOS
ANNIS MULTIS
ET MULTIPLICATA SUNT
MALA IN TERRA
ET EXIIT EX EIS RADIX PECCATRIX
ANTIOCHUS INLUSTRIS
FILIUS ANTIOCHI REGIS
QUI FUERAT ROMAE OBSES

ET REGNAVIT IN ANNO CENTE
SIMO TRICENSIMO ET SEP
TIMO REGNI GRAECORUM
IN DIEBUS ILLIS EXIERUNT EX ISRAHEL
FILII INIQUI ET SUASERUNT
MULTIS DICENTES
EAMUS ET DISPONAMUS TESTA
MENTUM CUM GENTIBUS
QUAE CIRCA NOS SUNT
QUIA EX QUO RECESSIMUS AB EIS
INVENERUNT NOS MULTA MALA
ET BONUS VISUS EST SERMO
IN OCULIS EORUM ET DESTINA
VERUNT ALIQUI DE POPULO
ET ABIERUNT AD REGEM
ET DEDIT ILLIS POTESTATEM
UT FACERENT IUSTITIAM GENTIU[M]
ET AEDIFICAVERUNT GYMNASIUM
IN HIERUSOLYMIS SECUNDUM
LEGES NATIONUM
ET FECERUNT SIBI PRAEPUTIA
ET RECESSERUNT A TESTAMEN
TO SCO ET IUNCTI SUNT
IN NATIONIBUS
ET VENUNDATI SUNT UT FACE
RENT MALUM
ET PARATUM EST REGNUM
IN CONSPECTU ANTIOCHI
ET COEPIT REGNARE IN TERRA
AEGYPTI UT REGNARET
SUPER DUO REGNA
ET INTRAVIT IN AEGYPTUM
IN MULTITUDINE GRAVI
IN CURRIBUS ET ELEFANTIS
ET EQUITIBUS ET COPIOSA
NAVIUM MULTITUDINE
ET CONSTITUIT BELLUM AD
VERSUS PTOLOMEUM
REGEM AEGYPTI
ET VERITUS EST PTOLOMEUS
A FACIE EIUS ET FUGIT
ET CECIDERUNT VULNERATI MULTI
ET CONPREHENDIT CIVITATES
MUNITAS IN TERRA AEGYPTI

ET ACCEPIT SPOLIA TERRAE AEGYPTI
ET CONUERTIT ANTIOCHUS
POSTQUAM PERCUSSIT AEGYPTUM
IN CENTESIMO ET QUADRAGEN
SIMO ET TERTIO ANNO
ET ASCENDIT AD ISRAHEL
ET ASCENDIT HIERUSOLYMIS
IN MULTITUDINE GRAUI
ET INTRAUIT IN SCIFICATIONEM
CUM SUPERBIA
ET ACCEPIT ALTAREM AUREUM
ET CANDELABRUM LUMINIS
ET UNIUERSA UASA EIUS
ET MENSAM PROPOSITIONIS
ET LIBATORIA
ET FIALAS ET MORTARIOLAS
AUREA ET UELUM ET CORONAS
ET ORNAMENTUM AUREUM
QUOD IN FACIE TEMPLI ERAT
ET COMMINUIT OMNIA
ET ACCEPIT ARGENTUM
ET AURUM ET UASA
CONCUPISCIBILIA
ET ACCEPIT THESAUROS OCCULTOS
QUOS INUENIT
ET SUBLATIS OMNIBUS ABIIT
IN TERRAM SUAM
ET FECIT CAEDEM HOMINUM
ET LOCUTUS EST SUPERBIA
MAGNA
ET FACTUS EST PLANCTUS
MAGNUS IN ISRAHEL
ET OMNI LOCO EORUM
ET INGEMUERUNT PRINCIPES
ET SENIORES
UIRGINES ET IUUENES
INFIRMATI SUNT
ET SPECIOSITAS MULIERUM
INMUTATA EST
OMNIS MARITUS SUM SIT LAMEN
TUM QUAE SEDEBANT IN THORO
MARITALI LUGEBANT
ET COMMOTA EST TERRA
SUPER HABITANTES IN EA
ET UNIUERSA DOMUS IACOB
INDUIT CONFUSIONEM
ET POST DUOS ANNOS DIERUM
MISIT REX PRINCIPEM TRIBU
TORUM IN CIUITATES IUDA
ET UENIT HIERUSALEM CUM
TURBA MAGNA
ET LOCUTUS EST AD EOS UERBA
PACIFICA IN DOLO ET CREDI
DERUNT EI
ET INRUIT SUPER CIUITATEM
REPENTE ET PERCUSSIT
EAM PLAGA
ET PERDIDIT POPULUM MULTUM
EX ISRAHEL
ET ACCEPIT SPOLIA CIUITATIS
ET SUCCENDIT EAM IGNI
ET DESTRUXIT DOMOS EIUS
ET MUROS EIUS IN CIRCUITU
ET CAPTIUAS DUXERUNT
MULIERES ET NATOS
ET PECORA POSSIDERUNT
ET AEDIFICAUERUNT CIUITATEM
DAUID MURO MAGNO ET FIRMO
ET TURRIB· FIRMIS ET FACTA
EST ILLIS IN ARCEM
ET POSUERUNT ILLIC GENTEM
PECCATORUM
UIROS INIQUOS ET CONUALUE
RUNT IN EA
ET POSUERUNT ARMA ET ESCAS
ET CONGREGAUERUNT SPOLIA
HIERUSALEM
ET REPOSUERUNT ILLIC
ET FACTI SUNT IN LAQUEUM
MAGNUM
ET FACTUM EST HOC AD INSIDIAS
SCIFICATIONIS ET IN DIABULUM
MALUM IN ISRAHEL
ET EFFUDERUNT SANGUINEM
INNOCENTEM PER CIRCUITUM
SCIFICATIONIS
ET CONTAMINAUERUNT
SCIFICATIONEM

ET FUCERUNT HABITATORES HIERU
SALEM PROPTER EOS ET FACTA
EST HABITATIO EXTERORUM
ET FACTA EST EXTERA SEMINI SUO
ET NATI EIUS RELIQUERUNT EAM
SCĪFICATIO EIUS DESOLATA EST
SICUT SOLITUDO
DIES FESTI EIUS CONUERSI SUNT
IN LUCTUM
SABBATA EIUS IN OBPROBRIUM
HONORES EIUS IN NIHILUM
SECUNDUM GLORIA EIUS
MULTIPLICATA EST
IGNOMINIA EIUS
ET SUBLIMITAS EIUS CONUERSA
EST IN LUCTUM
I ET SCRIBSIT REX ANTIOCHUS
OMNI REGNO SUO UT ESSET
OMNIS POPULUS UNUS
ET RELINQUERUNT UNUSQUISQUE
LEGEM SUAM
ET CONSENSERUNT OMNES GENTES
SECUNDUM UERBUM REGIS
ANTIOCHI
ET MULTI EX ISRAHEL CONSENSE
RUNT EI ET SACRIFICAUERUNT
IDOLIS
ET COINQUINAUERUNT SABBATUM
ET MISIT REX ANTIOCHUS
LIBROS PER MANUS NUN
TIORUM IN HIERUSALEM
ET IN OMNES CIUITATES IUDAE
UT SEQUERENTUR LEGEM
GENTIUM TERRAE
ET PROHIBERENT HOLOCAUSTA
ET SACRIFICIA ET PLACATIONES
FIERI IN TEMPLO DĪ
ET PROHIBERENT CELEBRARI
SABBATUM ET DIES SOLLEMNES
ET COINQUINARI SC̄A ET SC̄M
POPULUM ISRAHEL
ET IUSSIT AEDIFICARI ARAS
ET TEMPLA ET IDOLA
ET INMOLARI CARNES SUILLAS
ET PECORA COMMUNIA ET RELIN
QUERE FILIOS SUOS IN
CIRCUMCISOS
ET COINQUINARI ANIMAS EORUM
IN OMNIB· INMUNDIS
ET ABOMINATIONIBUS
ITA UT OBLIUISCERENTUR LEGEM
ET INMUTARENT OMNES
IUSTIFICATIONES DĪ
ET QUICUMQUE NON FECISSENT
SECUNDUM UERBUM REGIS
ANTIOCHI MORERETUR
SECUNDUM OMNIA UERBA HAEC
SCRIPSIT OMNI REGNO SUO
ET PRAEPOSUIT PRINCIPES
POPULO QUI HAEC FIERI
COGERENT
ET IUSSERUNT CIUITATIBUS
IUDAE SACRIFICARE
ET CONGREGATI SUNT MULTI
DE POPULO AD EOS QUI DE
RELIQUERANT LEGEM DN̄I
ET FECERUNT MALA
SUPER TERRAM
ET EFFUGAUERUNT POPULUM
ISRAHEL IN ABDITIS ET ABSCON
DITIS FUGITIUORUM LOCIS
II DIE QUINTA DECIMA MENSIS
CASLEU
QUINTO ET QUADRAGENSIMO
ANNO
AEDIFICAUIT REX ANTIOCHUS
ABOMINANDUM IDOLUM
DESOLATIONIS SUPER
ALTARE DĪ
ET PER UNIUERSAS CIUITATES
IUDAE IN CIRCUITU AEDIFI
CAUERUNT ARAS
ET ANTE IANUAS DOMORUM
ET IN PLATEIS INCENDEBANT
TURA ET SACRIFICABANT
ET LIBROS LEGIS DĪ CONBUSSE
RUNT IGNI SCINDENTES EOS
ET APUD QUEMCUMQUE

INUENIEBANTUR LIBRI
TESTAMENTI DNI
ET QUICUMQUE OBSERUABANT
LEGEM DNI SECUNDUM EDIC
TUM REGIS TRUCIDABANT EUM
IN UIRTUTE SUA FACIEBANT HAEC
POPULO ISRL QUI INUENIEBAN
TUR IN OMNI MENSE
IN CIUITATIBUS
ET QUINTA ET UICENSIMA DIE
MENSIS SACRIFICABANT
SUPER ARAM ET QUAE ERAT
CONTRA ALTARE
ET MULIERES QUAE CIRCUMCIDE
BANT FILIOS SUOS TRUCIDABAN
TUR SECUNDUM IUSSUM
REGIS ANTIOCHI
ET SUSPENDEBANT PUEROS
A CERUICIBUS PER UNIUERSAS
DOMUS EORUM
ET EOS QUI CIRCUMCIDERUNT
EOS TRUCIDABANT
ET MULTI DE POPULO ISRAHEL
DEFINIERUNT APUD SE UT NON
MANDUCARENT INMUNDA
ET ELEGERUNT MAGIS MORI
QUAM CIBIS COINQUINARI
INMUNDIS
ET NOLUERUNT INFRINGERE
LEGEM DI SCAM ET TRUCIDATI SUNT
ET FACTA EST IRA MAGNA
SUPER POPULUM UALDE
III II IN ILLIS DIEBUS SURREXIT
MATTHATHIAS FILIUS IOHANNIS
FILII SIMEONIS SACERDOS
EX FILIIS IOARIM AB HIERUSALEM
ET CONSEDIT IN MONTE MODIN
ET HABEBAT FILIOS QUINQUE
IOHANAN QUI COGNOMINABATUR
GADDIS
ET SIMEON QUI COGNOMINABATUR
THASI
ET IUDAS QUI UOCABATUR
MACHABEUS

ET ELEAZARUS QUI COGNOMINABA
TUR ABARON
ET IONATHAS QUI COGNOMINA
BATUR APPHUS
HII UIDERUNT MALA QUAE FIEBANT
IN POPULO IUDA ET IN HIERUSALEM
ET DIXIT MATTHATHIAS
UAE MIHI UT QUID NATUS SUM
UIDERE CONTRITIONEM
POPULI MEI ET CONTRITIO
NEM CIUITATIS SCAE
ET SEDERE ILLIC CUM DATUR
IN MANIBUS INIMICORUM
ET SCA IN MANU EXTRANEORUM
FACTA SUNT
TEMPLUM EIUS SICUT HOMO
IGNOBILIS
UASA GLORIAE EIUS CAPTIUA
ABDUCTA SUNT
TRUCIDATI SUNT IUUENES EIUS
IN PLATEIS
ET IUUENES EIUS CECIDERUNT
GLADIO INIMICORUM
QUAE GENS NON HEREDITAUIT
REGNUM EIUS ET NON OBTI
NUIT SPOLIA EIUS
OMNIS CONPOSITIO EIUS
ABLATA EST
QUAE ERAT LIBERA FACTA EST
ANCILLA
ET ECCE SCA NOSTRA ET PULCHRI
TUDO NOSTRA ET CARITAS
NOSTRA DESOLATA EST
ET COINQUINAUERUNT EAM GENTES
QUO ERGO NOBIS ADHUC UIUERE
ET SCIDIT MATTHATHIAS ET FILII
EIUS UESTIMENTA SUA
ET OPERUERUNT SE CILICIIS
ET PLANXERUNT UALDE
IIII ET UENERUNT ILLUC QUI MISSI
ERANT A REGE ANTIOCHO
UT COGERENT EOS QUI CON
FUGERANT IN CIUITATE MODIN
IMMOLARE ET ACCENDERE

et a lege di discedere
et multi de populo israhel
consentientes accesse
runt ad eos
sed matthathias et filii eius
constanter steterunt
et respondentes qui missi
erant ab antiocho dixerunt
matthathiae
princeps et clarissimus
et magnus es in hac ciuitate
et ornatus filiis et fratrib·
ergo accede prior et fac
iussu regis sicut fecerunt
omnes gentes qui
et uiri iuda et remanserunt
in hierusalem
et eris tu et filii tui
inter amicos regis
et amplificatus argento
et auro et muneribus
multis
et respondit matthathias
et dixit uoce magna
etsi omnes gentes regi
antiocho oboediunt
ut discidat unusquisque
a seruitute patrum suorum
et consentiunt manda
tis eius
ego et filii mei et fratres
mei oboediemus legi
patrum nostrorum
propitius sit nobis ds
non est nobis utile relinquere
legem et iustitias di
non audiemus uerba regis
antiochi
nec sacrificauimus trans
gredientes legis nostrae
mandata ut eamus
alteram uiam
et ut cessauit loqui
uerba haec

accessit quidam iudaeus
in omnium oculis sacrifi
care idolis super aram
in ciuitate modin
secundum iussum regis
et uidit matthathias
et doluit et contremu
erunt renes eius
et ascendit furor eius
secundum iudicium legis
et insiliens trucidauit eum
super aram
sed et uirum quem miserat
rex antiochus qui cogebat
immolari occidit in ipso
tempore et aram
destruxit
et zelatus est legem sicut
fecit finees zambri
filii salom
et exclamauit matthathias
uoce magna dicens
omnis qui zelum habet legis
statuens testamentum
exeat post me fugit
et ipse et filii eius in montes
et reliquerunt quaecumq·
habebant in ciuitate
V Tunc descenderunt multi
quaerentes iudicium
et iustitiam in desertum
ut sederent ibi
ipse et filii eorum et mulieres
eorum et pecora eorum
quoniam indurauerunt
super eos mala
et renuntiatum est uiris regis
et exercitui qui erat in hieru
salem ciuitatem dauid
quoniam discessissent uiri
quidam qui dissipauerunt
mandatum regis in loca
occulta in deserto
et abissent post illos multi

ET STATIM PERREXERUNT AD EOS
ET CONSTITUERUNT ADUERSUS
EOS PROELIUM IN DIE SABBATORUM
ET DIXERUNT AD EOS RESISTITIS
ET NUNC ADHUC
EXITE ET FACITE SECUNDUM
UERBUM REGIS ET UIUETIS
ET DIXERUNT NON EXIUIMUS
NEQ· FACIEMUS UERBUM REGIS
UT POLLUAMUS DIEM
SABBATORUM
ET CONCITAUERUNT ADUERSUS
EOS PROELIUM
ET NON RESPONDERUNT EIS
NEC OPPILAUERUNT LOCA
OCCULTA
DICENTES MORIAMUR OMNES
IN SIMPLICITATE NOSTRA
ET TESTES ERUNT SUPER NOS
CAELUM ET TERRA QUOD IN
IUSTE PERDITIS NOS
ET INTULERUNT EIS BELLUM
SABBATIS
ET MORTUI SUNT IPSI ET UXORES
EORUM
ET FILII EORUM ET PECORA EORUM
USQUE AD MILLE ANIMAS
HOMINUM
ET COGNOUIT MATTHATHIAS
ET AMICI EIUS ET LUCTUM
HABUERUNT SUPER EOS UALDE
XVI ET DIXIT UIR PROXIMO SUO
SI OMNES FECERIMUS SICUT
FRATRES NOSTRI FECERUNT
ET NON PUGNAUERIMUS
ADUERSUS GENTES PRO ANIMA
BUS NOSTRIS ET IUSTIFICA
TIONIBUS NOSTRIS CITIUS
DISPERDET NOS A TERRA
ET COGITAUERUNT IN ILLA DIE
DICENTES
OMNIS HOMO QUICUMQUE
UENERIT AD NOS IN BELLO DIE
SABBATORUM
PUGNEMUS ADUERSUS EUM
ET NON MORIEMUR OMNES
SICUT MORTUI SUNT FRATRES
NOSTRI IN OCCULTIS
TUNC CONGREGATA EST AD EOS
SYNAGOGA ASIDAEORUM
FORTIS UIRIBUS EX ISRL
OMNIS UOLUNTARIUS IN LEGE
ET OMNES QUI FUGIEBANT A MALIS
ADDITI SUNT AD EOS
ET FACTI SUNT ILLIS AD FIRMA
MENTUM
ET COLLEGERUNT EXERCITUM
ET PERCUSSERUNT PECCATORES
IN IRA SUA
ET UIROS INIQUOS IN INDIGNA
TIONE SUA
ET CETERI FUGERUNT
AD NATIONES UT EUADERENT
ET CIRCUIUIT MATTHATHIAS
ET AMICI EIUS ET DESTRUXE
RUNT ARAS
ET CIRCUMCIDERUNT PUEROS
INCIRCUMCISOS QUOTQUOT
IN UENERUNT IN FINIBUS ISRL
IN FORTITUDINE
ET PERSECUTI SUNT FILIOS
SUPERBIAE
ET PROSPERATUM EST OPUS
IN MANUS EORUM
ET OBTINUERUNT LEGEM
DE MANIBUS GENTIUM
ET DE MANIBUS REGUM
ET NON DEDERUNT CORNU
PECCATORI
XVII ET ADPROPINQUAUERUNT DIES
MATTHATHIAE MORIENDI
ET DIXIT FILIIS SUIS
NUNC CONFORTATA EST SUPERBIA
ET CASTIGATIO ET TEMPUS
EUERSIONIS ET IRA IN
DIGNATIONIS
NUNC ERGO O FILII AEMULATORES
ESTOTE LEGIS

ET DATE ANIMAS UESTRAS PRO
TESTAMENTO PATRUUM
ET MEMENTOTE OPERUM PATRŨ
QUAE FECERUNT IN GENERATIO
NIBUS SUIS
ET ACCIPIETIS GLORIAM MAGNAM
ET NOMEN AETERNUM
ABRAHAM NONNE IN TEMPTATIONE
INUENTUS EST FIDELIS
ET REPUTATUM EST EI AD IUSTITIAM
IOSEPH IN TEMPORE ANGUSTIAE
SUAE CUSTODIUIT MANDATUM
ET FACTUS EST DOMINUS
AEGYPTI
FINEES PATER NOSTER ZELANDO
ZELUM DI
ACCEPIT TESTAMENTUM
SACERDOTII AETERNI
IESUS DUM IMPLERET UERBUM
FACTUS EST DUX ISRAHEL
CALEB DUM TESTIFICATUR
IN ECCLESIA ACCEPIT
HEREDITATEM
DAUID IN SUA MISERICORDIA
CONSECUTUS EST SEDEM
REGNI IN SAECULA
HELIAS DUM ZELAT ZELUM
LEGIS RECEPTUS EST IN CAELUM
ANANIAS AZARIAS MISAHEL
CREDENTES LIBERATI SUNT
DE FLAMMA
DANIHEL IN SUA SIMPLICITATE
LIBERATUS EST DE ORE LEONUM
ET ITA COGITATE PER GENERA
TIONE ET GENERATIONEM
QUIA OMNES QUI SPERANT IN EUM
NON INFIRMANTUR
ET A UERBIS UIRI PECCATORIS
NON TIMUERITIS QUIA GLORIA
EIUS STERCUS ET UERMIS EST
HODIE EXTOLLITUR ET CRAS
NON INUENIETUR
QUIA CONUERSUS EST IN TERRAM
SUAM ET COGITATIO EIUS PERIET

UOS ERGO FILII CONFORTAMINI
ET UIRILITER AGITE IN LEGE
QUIA GLORIOSI ERITIS IN IPSA
ET ECCE SIMEON FRATER UESTER
SCIO QUOD UIR CONSILII EST
IPSUM AUDITE SEMPER
ET IPSE UOBIS ERIT PATER
ET IUDAS MACCHABEUS FORTIS
UIRIBUS A IUUENTUTE SUA
SIT UOBIS PRINCEPS MILITIAE
ET IPSE AGET BELLUM POPULI
ET UOS ADDUCETIS AD UOS
OMNES FACTORES LEGIS
ET UINDICATE UINDICTA POPULI
UESTRI
RETRIBUITE RETRIBUTIONEM
GENTIBUS
ET INTENDITE IN PRAECEPTUM
LEGIS
ET BENEDIXIT EOS ET ADPOSITUS
EST AD PATRES SUOS
ET DEFUNCTUS EST CENTENSIMO
ET QUADRAGENSIMO
ET SEXTO ANNO
ET SEPULTUS EST A FILIIS SUIS
IN SEPULCHRIS PATRUUM
SUORUM IN MODIN
ET PLANXERUNT EUM OMNIS
ISRAHEL PLANCTU MAGNO
VIII III ET SURREXIT IUDAS QUI UOCABA
TUR MACCHABEUS FILIUS EIUS
PRO EO
ET ADIUUABANT EUM OMNES
FRATRES EIUS
ET UNIUERSI QUI SE CONIUNXE
RANT PATRI EIUS
ET PROELIABANTUR PROELIUM
ISRAHEL CUM LAETITIA
ET DILATAUIT GLORIAM
POPULO SUO
ET INDUIT SE LORICAM
SICUT GIGANS
ET SUBCINXIT SE ARMA BELLICA
SUA IN PROELIIS ET PROTEGEBAT

CASTRA GLADIO SUO
SIMILIS FACTUS EST LEONI
IN OPERIBUS SUIS
ET SICUT CATULUS LEONIS
RUGIENS IN UENATIONE
ET PERSECUTUS EST INIQUOS
PERSCRUTANS EOS
ET QUI CONTURBABANT POPULUM
SUUM SUCCENDIT FLAMMIS
ET REPULSI SUNT INIMICI
PRAE TIMORE EIUS
ET OMNES OPERARII INIQUITATIS
CONTURBATI SUNT
ET DIRECTA EST SALUS
IN MANU EIUS
ET EXACERBABAT REGES MULTOS
ET LAETIFICABAT IACOB
IN OPERIBUS SUIS
ET IN SAECULUM MEMORIA EIUS
IN BENEDICTIONE
ET PERAMBULABAT CIUITATES
IUDA ET PERDIDIT IMPIOS
EX EIS
ET AUERTIT IRAM AB ISRAHEL
ET NOMINATUS EST USQUE
AD NOUISSIMUM TERRAE
ET CONGREGAUIT PEREUNTES
VIIII ET CONGREGAUIT APOLLONIUS
GENTES ET A SAMARIA UIRTUTEM
MULTAM ET MAGNAM AD BEL-
LANDUM CONTRA ISRL
ET COGNOUIT IUDAS ET EXIIT
OBUIAM ILLI
ET PERCUSSIT ET OCCIDIT ILLUM
ET CECIDERUNT UULNERATI MULTI
ET RELIQUI QUI FUGERANT
ET ACCEPIT SPOLIA EORUM
ET GLADIUM APOLLONII
ABSTULIT IUDAS
ET ERAT PUGNANS IN EO
OMNIBUS DIEBUS
ET AUDIUIT SERON PRINCEPS
EXERCITUS SYRIAE QUOD
CONGREGAUIT IUDAS CONGREGATIONEM

ET ECCLESIAM FIDELIUM SECUM
ET AIT FACIAM MIHI NOMEN
ET GLORIABOR IN REGNO
ET DEBELLABO IUDAM
ET EOS QUI CUM IPSO SUNT
QUI SPERNEBANT UERBUM REGIS
ET PRAEPARAUIT SE ET ASCEN-
DERUNT CUM EO CASTRA
IMPIORUM FORTES AUXILIARII
UT FACERENT UINDICTAM
IN FILIOS ISRAHEL
ET ADPROPINQUAUERUNT USQUE
BETHORON
ET EXIUIT IUDAS OBUIAM ILLI
CUM PAUCIS
UT UIDERUNT AUTEM EXERCITUM
UENIENTEM SIBI OBUIAM
DIXERUNT IUDAE
QUOMODO POTERIMUS PAUCI
PUGNARE AD MULTITUDINEM
TANTAM TAM FORTEM
ET NOS FATIGATI SUMUS
IEIUNIO HODIE
ET AIT IUDAS FACILE EST CONCLUDI
MULTOS IN MANUS PAUCORUM
ET NON EST DIFFERENTIA
IN CONSPECTU DĪ CAELI
LIBERARE IN MULTIS ET IN PAUCIS
QUIA NON IN MULTITUDINEM
EXERCITUS UICTORIA BELLI
SED DE CAELO FORTITUDO EST
IPSI UENIUNT AD NOS IN MULTI-
TUDINE CONTUMACI ET
SUPERBIA
UT DISPERDAT NOS ET UXORES
NOSTRAS ET FILIOS NOSTROS
ET UT SPOLIENT NOS
NOS UERO PUGNAUIMUS
PRO ANIMABUS NOS NOSTRIS
ET LEGIBUS NOSTRIS
ET IPSE DNS CONTERET EOS
ANTE FACIEM NOSTRAM
ET UOS AUTEM NE TIMUERITIS EOS
UT CESSAUIT AUTEM LOQUENS

INSILUIT IN EOS SUBITO
ET CONTRITUS EST SERON
ET EXERCITUS EIUS
IN CONSPECTU IPSIUS
ET PERSEQUEBATUR EUM
IN DESCENSU BETHORON
USQUE IN CAMPUM
ET CECIDERUNT EX EIS OCTIN
GENTI UIRI
RELIQUI AUTEM FUGERUNT
IN TERRAM PHILISTHIM
ET CECIDIT TIMOR IUDAE
AC FRATRUM EIUS
ET FORMIDO SUPER OMNES
GENTES IN CIRCUITU EORUM
ET PERUENIT AD REGEM
NOMEN EIUS
ET DE PROELIIS IUDAE NARRA
BANT OMNES
X UT AUDIUIT AUTEM ANTIOCHUS
SERMONES ISTOS IRATUS
EST ANIMO
ET MISIT ET CONGREGAUIT
EXERCITUM UNIUERSI
REGNI SUI CASTRA FORTIA UALDE
ET APERUIT AERARIUM SUUM
ET DEDIT STIPENDIA EXERCITUI
IN ANNUM
ET MANDAUIT ILLIS UT ESSENT
PARATI AD OMNIA
ET UIDIT QUOD DEFECIT PECUNIA
DE THESAURIS
ET TRIBUTA REGIONIS MODICA
PROPTER DISSENSIONEM
ET PLAGAM QUAM FECIT
IN TERRAM UT TOLLERET
LEGITIMA QUAE ERANT
A PRIMIS DIEBUS
ET TIMUIT NE NON HABERET
ET SEMEL ET BIS IN SUMTUS
ET DONATIUA QUAE DEDERAT
ANTE LARGA MANU
ET ABUNDAUERAT SUPER REGES
QUI ANTE EUM FUERANT
CONSTERNATUS ERAT
ANIMO UALDE
ET COGITAUIT IRE IN PERSIDEM
ET ACCIPERE TRIBUTA REGIONU(M)
ET CONGREGARE ARGENTUM
MULTUM
ET RELIQUID LYSIAM HOMINEM
NOBILEM DE GENERE
REGALI
SUPER NEGOTIA REGIA A FLUMINE
EUFRATE USQUE AD FLUMEN
AEGYPTI
ET UT NUTRIRET ANTIOCHUM
FILIUM SUUM DONEC
REDIRET
ET TRADIDIT EI MEDIUM
EXERCITUM ET ELEFANTOS
ET MANDAUIT EI DE OMNIBUS
QUAE UOLEBAT
ET DE INHABITANTIBUS IUDAEAM
ET HIERUSALEM
ET MITTERET EOS EXERCITUM
AD CONTERENDAM ET EXTER
PANDAM UIRTUTEM ISRL
ET RELIQUIAS HIERUSALEM
ET AUFERENDA MEMORIA
DE LOCO
ET UT CONSTITUERET HABITATORES
FILIOS ALIENIGENAS IN OMNIB(US)
FINIBUS EORUM
ET SORTEM DISTRIBUERET
TERRAM EORUM
ET REX ASSUMSIT PARTEM
EXERCITUS RESIDUI
ET EXIUIT AB ANTIOCHIA
CIUITATE REGNI SUI
ANNO CENTESIMO ET QUADRA
GENSIMO ET SEPTIMO
ET TRANSFRETAUIT
EUFRATEN FLUMEN
ET PERAMBULABAT SUPERIORES
REGIONES
ET ELEGIT LYSIAS PTOLOMEUM
FILIUM DORIMINI ET NICANORE(M)

ET GORGIAM UIROS POTENTES
EX AMICIS REGIS
ET MISIT CUM EIS QUADRAGINTA
MILIA UIRORUM ET SEPTEM
MILIA EQUITUM
UT UENIRENT IN TERRAM IUDA
ET DISPERDERENT EAM SECUNDUM
UERBUM REGIS
ET PROCESSERUNT UT IRENT
CUM UNIUERSA UIRTUTE SUA
ET UENERUNT ET ADPLICUERUNT
AMMAUM IN TERRA CAMPESTRI
ET AUDIERUNT MERCATORES
REGIONUM NOMEN EORUM
ET ACCEPERUNT ARGENTUM
ET AURUM MULTUM UALDE
ET PUEROS
ET UENERUNT IN CASTRA
UT ACCIPERENT FILIOS
ISRAHEL IN SERUOS
ET ADDITI SUNT AD EOS EXERCI
TUS SYRIAE ET TERRAE
ALIENIGENARUM
ET UIDIT IUDAS ET FRATRES EIUS
QUIA MULTIPLICATA SUNT MALA
ET EXERCITUS ADPLICABAT
AD FINES EORUM
ET COGNOUERUNT UERBA REGIS
QUAE MANDAUIT POPULO
FACERE INTERITUM
ET CONSUMMATIONEM
ET DIXERUNT UNUSQUISQUE
AD PROXIMUM SUUM
ERIGAMUS DEIECTIONEM
POPULI NOSTRI
ET PUGNEMUS PRO POPULO
NOSTRO ET SCIS NOSTRIS
ET CONGREGATUS EST CON
UENTUS UT ESSENT
PARATI IN PROELIUM
ET UT ORARENT ET PETERENT
MISERICORDIAM
ET MISERATIONES
ET HIERUSALEM NON HABITABATUR

SED ERAT SICUT DESERTUM
NON ERAT QUI INGREDE
RETUR ET EGREDERETUR
DE NATIS EIUS
ET SCM CONCULCABATUR
ET FILII ALIENIGENARUM
ERANT IN ARCE
IBI ERAT HABITATIO GENTIUM
ET ABLATA EST UOLUPTAS
AB IACOB ET DEFECIT IBI TIBIA
ET CITHARA
ET CONGREGATI SUNT ET UENE
RUNT IN MASSEFATH
CONTRA HIERUSALEM
QUIA LOCUS ORATIONIS ERAT
IN MASSEFATH ANTE ISRAHEL
ET IEIUNAUERUNT IN ILLA DIE
ET INDUERUNT SE CILICIIS
ET CINERE IN CAPITE SUO
ET DESTITUERUNT UESTI
MENTA SUA
ET EXPANDERUNT LIBRUM
LEGIS DE QUIBUS SCRUTA
BANTUR GENTES SIMILITU
DINEM SIMULACRORUM SUORUM
ET ADTULERUNT ORNAMENTA
SACERDOTALIA
ET PRIMITIAS ET DECIMAS
ET SUSCITAUERUNT NAZAREOS
QUI INPLEUERANT DIES
ET CLAMAUERUNT UOCE MAGNA
IN CAELUM DICENTES
QUID FACIEMUS ISTIS
ET QUO EOS DUCEMUS
ET SCA TUA CONCULCATA SUNT
ET CONTAMINATA SUNT
ET SACERDOTES TUI
IN LUCTU ET HUMILITATE
ET ECCE NATIONES CONUENE
RUNT ADUERSUM NOS
UT NOS DISPERDANT
TU SCIS QUAE COGITANT IN NOS
QUOMODO POTERIMUS
SUBSISTERE ANTE FACIES ILLO
RUM

NISI TU ADIUUES NOS
ET TUBIS EXCLAMAUE
RUNT UOCE MAGNA
ET POST HOC CONSTITUIT IUDAS
DUCES POPULI
TRIBUNOS ET CENTURIONES
ET PENTECONTARCOS
ET DECURIONES
ET DIXIT HIS QUI AEDIFICABANT
DOMOS
ET SPONSABANT UXORES
ET PLANTABANT UINEAS
ET FORMIDOLOSIS UT REDIRENT
UNUSQUISQUE IN DOMUM SUAM
SECUNDUM LEGEM
ET MOUERUNT CASTRA ET CON
LOCAUERUNT AD AUSTRUM
AMMAUM
ET AIT IUDAS ADCINGIMINI
ET ESTOTE FILII POTENTES
ET ESTOTE PARATI IN MANE
UT PUGNETIS ADUERSUS
NATIONES HAS QUAE CONUENE
RUNT DISPERDERE NOS
ET SCA NOSTRA
QUONIAM MELIUS EST NOS
MORI IN BELLO
QUAM UIDERE MALA GENTIS
NOSTRAE ET SCORUM
SICUT AUTEM FUERIT UOLUNTAS
IN CAELO SIC FIAT
IIII ET ASSUMSIT GORGIAS QUINQ·
MILIA UIRORUM ET MILLE
EQUITES ELECTOS
ET MOUERUNT CASTRA NOCTE
UT ADPLICARENT AD CASTRA
IUDAEORUM ET PERCUTERENT
EOS SUBITO
ET FILII QUI ERANT EX ARCE
ERANT ILLI DUCES
ET AUDIUIT IUDAS ET SURREXIT
IPSE ET POTENTES
PERCUTERE UIRTUTEM EXER
CITUUM REGIS QUAE ERANT
IN AMMAUM
ADHUC ENIM DISPERSUS ERAT
EXERCITUS A CASTRIS
ET UENIT GORGIAS IN CASTRA IUDAE
NOCTU ET NEMINEM INUENIT
ET QUAEREBAT EOS IN MONTIBUS
QUONIAM DIXIT FUGIUNT
HII A NOBIS
ET CUM DIES FACTUS ESSET
APPARUIT IUDAS IN CAMPO
CUM TRIBUS MILIB· UIRORUM TANTUM
QUI TEGUMENTA ET GLADIOS
NON HABEBANT
ET UIDERUNT CASTRA GENTIUM
UALIDA
ET LORICATOS ET EQUITATOS
IN CIRCUITU EORUM ET HII
DOCTI PROELIUM
ET AIT IUDAS UIRIS QUI SECUM ERANT
NE TIMUERITIS MULTITUDINEM EORUM
ET IMPETUM EORUM NE FORMIDETIS
MEMENTOTE QUALITER SALUI FACTI
SUNT PATRES NOSTRI IN MARI
RUBRO CUM SEQUERETUR EOS
PHARAO CUM EXERCITU SUO
ET NUNC CLAMEMUS IN CAELUM
ET MISEREBITUR NOSTRI
ET TESTAMENTI PATRUM
NOSTRORUM
ET CONTERET EXERCITUM ISTUM
ANTE FACIEM NOSTRAM HODIE
ET SCIENT OMNES GENTES
QUIA EST QUI REDEMAT
ET LIBERET ISRAHEL
ET LEUAUERUNT ALIENIGENAE
OCULOS SUOS
ET UIDERUNT EOS UENIENTES
EX ADUERSO
ET EXIERUNT DE CASTRIS
IN PROELIUM
ET TUBA CECINERUNT
HII QUI FUERANT CUM IUDA
ET CONGRESSAE SUNT ET CONTRITAE SUNT
GENTES ET FUGERUNT IN CAMPUM

NOUISSIMI AUTEM CECIDERUNT
IN GLADIO
ET PERSECUTI SUNT EOS USQUE
GESORON ET USQUE IN CAMPOS
IDUMEAE ET AZOTI ET IAMNIAE
ET CECIDERUNT EX ILLIS
AD TRIA MILIA UIRORUM
ET REUERSUS EST IUDAS ET EXER
CITUS EIUS SEQUENS EUM
ET DIXIT AD POPULUM NON CON
CUPISCATIS SPOLIA QUIA BELLUM
CONTRA NOS EST
ET GORGIAS ET EXERCITUS EIUS
IN MONTE PROPE NOS
SED STATE CONTRA INIMICOS
NOSTROS ET EXPUGNATE EOS
ET POST HOC SUMETIS SPOLIA
ET ADHUC LOQUENTE IUDA HAEC
ADPARUIT PARS QUAEDAM
PROSPICIENS DE MONTE
ET UIDIT QUOD IN FUGAM CON
UERSI SUNT ET SUCCENSA
SUNT CASTRA
FUMUS ENIM QUI UIDEBATUR
DECLARABAT QUOD FACTUM EST
QUIBUS ILLI CONSPECTIS TIMUE
RUNT UALDE ASPICIENTES
SIMUL ET IUDAM
ET EXERCITUM IN CAMPO
PARATUM AD PROELIUM
ET FUGERUNT OMNES IN CAMPO
ALIENIGENARUM
ET IUDAS REUERSUS EST AD SPOLIA
CASTRORUM
ET ACCEPERUNT AURUM MULTUM
ET ARGENTUM
ET IACINTUM ET PURPURAM
MARINAM ET OPES MAGNAS
ET CONUERSI HYMNUM CANEBANT
ET BENEDICEBANT IN CAELUM
QUONIAM BONUM EST
QUONIAM IN SAECULUM
MISERICORDIA EIUS
ET FACTA EST SALUS MAGNA IN ISRL
IN ILLA DIE
QUICUMQUE AUTEM ALIENIGENA
RUM EUASERUNT UENERUNT
ET NUNTIAUERUNT LYSIAE
UNIUERSA QUAE ACCIDERANT
QUIBUS AUDITIS ILLE CONSTER
NATUS EST ANIMO DEFICIEBAT
QUOD NON QUALIA UOLUIT
TALIA CONTIGERUNT IN ISRL
ET QUALIA MANDAUIT REX
XI ET SEQUENTI ANNO CONGREGA
UIT ELECTORUM UIRORUM
LX MILIA ET EQUITUM
QUINQUE MILIA
QUI DEBELLARET EOS ET UENERUNT
IN IUDEAM
ET CASTRA POSUERUNT IN BETHORON
ET OCCURRIT ILLI IUDAS CUM DECEM
MILIBUS UIRIS
ET UIDERUNT EXERCITUM FORTEM
ET ORAUIT ET DIXIT
BENEDICTUS ES SALUATOR ISRAHEL
QUI CONTERUISTI IMPETUM
POTENTIS IN MANU SER UI
TUI DAUID
ET TRADEDISTI CASTRA ALIENIGE
NARUM IN MANUS IONATHAE
FILII SAUL ET ARMIGERI EIUS
CONCLUDE EXERCITUM ISTUM
IN MANU POPULI TUI ISRAHEL
ET CONFUNDANTUR IN EXERCITU
SUO ET EQUITIBUS
DA ILLIS FORMIDINEM ET TABE
FAC AUDACIA UIRTUTIS EORUM
ET COMMOUEANTUR CONTRITIO
NE SUA DEICE EOS GLADIO
DILIGENTIUM TE
ET CONLAUDENT TE OMNES
QUI NOUERUNT NOMEN TUUM
IN HYMNIS
ET COMMISERUNT ET CECIDERUNT
DE EXERCITU LYSIAE QUINQUE
MILIA UIRORUM
UIDENS AUTEM LYSIAS SUORUM FUGAM

ET IUDAEORUM AUDACIUM
ET QUOD PARATI SUNT AUT UIUERE
AUT MORI FORTITER ABIIT
ANTIOCHIAM
ET ELEGIT MILITES UT MULTIPLI
CATUS RURSUS UENIRET
IN IUDAEAM
DIXIT AUTEM IUDAS ET FRATRES EIUS
ECCE CONTRITI SUNT INIMICI NOSTRI
ASCENDAMUS NUNC MUNDARE
SCA ET RENOUARE
ET CONGREGATUS EST OMNIS
EXERCITUS ET ASCENDERUNT
IN MONTEM SION
ET UIDERUNT SCIFICATIONEM
DESERTAM ET ALTARE PROFANA
TUM ET PORTAS EXUSTAS
ET IN ATRIIS UIRGULTA SICUT IN SALTU
UEL MONTIBUS ET PASTO
FORIA DIRUTA
SCIDERUNT UESTIMENTA SUA
ET PLANXERUNT PLANCTU
MAGNO
ET INPOSUERUNT CINEREM
ET CECIDERUNT IN FACIEM
SUPER TERRAM
ET EXCLAMAUERUNT TUBIS
SIGNORUM ET CLAMAUE
RUNT IN CAELUM
XII TUNC ORDINAUIT IUDAS UIROS
UT PUGNARENT ADUERSUS
EOS QUI ERANT IN ARCE
DONEC EMUNDARENT SCA
ET ELEGIT SACERDOTES SINE
MACULA UOLUNTATEM HABENTES
IN LEGE DI ET MUNDAUERUNT SCA
ET TULERUNT LAPIDES
CONTAMINATIONIS
IN LOCUM INMUNDUM
ET COGITAUIT DE ALTARE HOLO
CAUSTORUM QUOD PROFANA
TUM ERAT QUID DE EO FACERET
ET INCIDIT ILLI CONSILIUM BONUM
UT DESTRUERET ILLUM

NE FORTE ESSET ILLIS IN OPPRO
BRIUM QUIA CONTAMINAUERUNT
ILLUD GENTES ET DEMOLITI
SUNT ILLUD
ET REPOSUERUNT LAPIDES
IN MONTE DOMUS IN LOCO APTO
QUOADUSQUE UENIRET PROPHETA
ET RESPONDERET DE EIS
ET ACCEPERUNT LAPIDES
INTEGROS SECUNDUM LEGEM
ET AEDIFICAUERUNT ALTARE
NOUUM SECUNDUM ILLUD
QUOD FUIT PRIUS
ET AEDIFICAUERUNT SCA
ET QUAE INTRA DOMUM
INTRINSECUS ET AEDEM
ET ATRIA SCIFICAUERUNT
ET FECERUNT UASA SCA NOUA
ET INTULERUNT CANDELABRUM
ET ALTARE INCENSORUM
ET MENSAM IN TEMPLUM
ET INCENSUM POSUERUNT
SUPER ALTARE
ET ACCENDERUNT LUCERNAS
QUAE SUPER CANDELABRUM
ERANT ET LUCEBANT IN TEMPLO
ET POSUERUNT SUPER MENSAM
PANES ET ADPENDERUNT UELA
ET CONSUMMAUERUNT OMNIA
OPERA QUAE FECERUNT
ET ANTE MATUTINUM SURREXERUNT
QUINTA ET UICENSIMA MENSIS
NONI HIC MENSIS CASLEU
CENTESIMI QUADRAGENSIMI
OCTAUI ANNI
ET OBTULERUNT SACRIFICIUM
SECUNDUM LEGEM SUPER
ALTARE HOLOCAUSTORUM
NOUUM
QUOD FECERUNT SECUNDUM
TEMPUS ET SECUNDUM DIEM
IN QUA CONTAMINAUERUNT
ILLUD GENTES
ET IPSA RENOUATUM EST

IN CANTICIS ET CITHARIS
ET CINYRIS ET CYMBALIS
ET CECIDIT OMNES POPULUS
ET ADORAUERUNT
ET BENEDIXERUNT IN CAELUM
ET QUI PROSPERAUIT EIS
ET FECERUNT ALTARIS DEDICA
TIONEM DIEBUS OCTO
ET OBTULERUNT HOLOCAUSTA
CUM LAETITIA ET SALUTARIA
LAUDIS
ET ORNAUERUNT FACIEM TEMPLI
CORONIS AUREIS ET SCUTULIS
ET DEDICAUERUNT PORTAS
ET POST OFORIA
ET INPOSUERUNT EIS IANUAS
ET FACTA EST LAETITIA IN POPULO
MAGNA UALDE
ET AUERSUM EST OPPROBRIUM
GENTIUM
ET STATUIT IUDAS ET FRATRES EIUS
ET UNIUERSA ECCLESIA ISRL
UT AGATUR DIES DEDICATIONIS
ALTARIS IN TEMPORIBUS SUIS
AB ANNO IN ANNUM PER
DIES OCTO
A QUINTA ET UICENSIMA MENSIS
CASLEU CUM LAETITIA
ET GAUDIO
ET AEDIFICAUERUNT IN TEMPORE
ILLO MONTEM SION
ET PER CIRCUITU MUROS ALTOS
ET TURRES FIRMAS
NE QUANDO UENIRENT GENTES
ET CONCULCARENT EAM
SICUT ANTEA FECERUNT
ET CONLOCAUIT ILLIC EXERCITUM
UT SERUARENT EAM
ET MUNIUIT EAM AD CUSTO
DIENDAM BETHSURAM
ET HABERET POPULUS
MUNITIONEM CONTRA
FACIEM IDUMEAE
XIII V ET FACTUM EST UT AUDIERUNT
GENTES IN CIRCUITU QUIA
AEDIFICATUM EST ALTARE
ET SCA SICUT PRIUS
ET IRATAE SUNT UALDE ET COGI
TABANT TOLLERE GENUS IACOB
QUI ERANT INTER EOS
ET COEPERUNT OCCIDERE
DE POPULO ET PERSEQUI
ET DEBELLABAT IUDAS FILIOS
ESAU IN IDUMEA
ET EOS QUI ERANT IN ACRABATTENE
QUIA CIRCUMSEDEBANT ISRAHELITAS
ET PERCUSSIT EOS PLAGA MAGNA
ET RECORDATUS EST MALITIAM
FILIORUM BEAN QUI ERANT
POPULO IN LAQUEUM ET IN
SCANDALUM INSIDIANTES IN UIA
ET CONCLUSI SUNT AB EO
IN TURRIBUS
ET ADPLICUIT AD EOS
ET ANATHEMATIZAUIT EOS
ET INCENDIT TURRES EORUM
IGNI CUM OMNIBUS
QUI IN EIS ERANT
ET TRANSIIT AD FILIOS AMMON
ET INUENIT MANUM FORTEM
ET POPULUM COPIOSUM
ET TIMOTHEUM DUCEM IPSORUM
ET COMMISIT CUM EIS PROELIA
MULTA
ET CONTRITI SUNT IN CONSPECTU
EORUM ET PERCUSSIT EOS
ET CEPIT IAZER CIUITATEM
ET FILIAS EIUS
ET REUERSUS EST IN IUDAEAM
ET CONGREGATAE SUNT GENTES
QUAE SUNT IN GALAAD
ADUERSUS ISRAHELITAS
QUI ERANT IN FINIBUS EORUM
UT TOLLERENT EOS
ET FUGERUNT IN DATHEMAN
MUNITIONEM
ET MISERUNT LITTERAS AD IUDAM
ET FRATRES EIUS DICENTES

CONGREGATAE SUNT ADUERSUM
NOS GENTES PER CIRCUITUM
UT AUFERANT NOS
ET PARANT UENIRE ET OCCUPARE
MUNITIONEM IN QUA CONFUGIMUS
ET TIMOTHEUS EST DUX
EXERCITUS EORUM
NUNC ERGO UENI ERIPE NOS
DE MANIBUS EORUM
QUIA CECIDIT MULTITUDO DE NOBIS
ET OMNES FRATRES NOSTRI
QUI ERANT IN LOCIS UBI INTER
FECTI SUNT
ET CAPTIUAS ABDUXERUNT
UXORES EORUM ET NATOS
ET SPOLIA
ET PERHEMERUNT ILLIC
FERE MILLE UIROS
ET ADHUC EPISTULAE
LEGEBANTUR
ET ECCE ALII NUNTII UENERUNT
DE GALILEA
CONSCISSIS TUNICIS NUNTIANTES
SECUNDUM UERBA HAEC
DICENTES
CONUENISSE ADUERSUM SE
A PTOLOMEIDA ET TYRO
ET SIDONE ET OMNI GALILAEA
ALIENIGENAS UT NOS CONSUMANT
UT AUDIUIT AUTEM IUDAS ET POPU
LUS SERMONES ISTOS CONUENIT
ECCLESIA MAGNA
COGITARE QUID FACERENT FRATRIB·
SUIS QUI IN TRIBULATIONE ERANT
ET EXPUGNABANTUR AB EIS
XIIII DIXIT Q· IUDAS SIMONI
FRATRI SUO
ELIGE TIBI UIROS ET UADE
ET LIBERA FRATRES TUOS
IN GALILEA
EGO ENIM ET FRATER MEUS
IONATHAS IBIMUS IN GALADITIN
ET RELIQUID IOSEPPUM
FILIUM ZACCHARIAE

AD AZARIAM DUCES POPULI
CUM RESIDUO EXERCITU SUO
IN IUDAEAM AD CUSTODIENDAM
ET PRAECEPIT ILLIS DICENS
PRAEESTO POPULO HUIC
ET NOLITE BELLUM COMMIT
TERE ADUERSUS GENTES
DONEC REUERTAMUR
ET DATI SUNT SIMONI UIRI
TRIA MILIA UT IRET
IN GALILAEAM
IUDAE AUTEM OCTO MILIA
IN GALADITIN
ET ABIIT SIMON IN GALILAEAM
ET COMMISIT PROELIA MULTA
CUM GENTIBUS
ET CONTRITAE SUNT GENTES
A FACIE EIUS
ET PERSECUTUS EST EOS
USQ· AD PORTAM PTOLOMAIDIS
ET CECIDERUNT DE GENTIBUS
FERE TRIA MILIA UIRORUM
ET ACCEPIT SPOLIA EORUM
ET SUMSIT EOS QUI ERANT
IN GALILEA ET IN ARBATIS
CUM UXORIBUS ET NATIS
ET OMNIBUS QUAE ERANT ILLIS
ET ADDUXIT IN IUDAEAM
CUM LAETITIA MAGNA
XV ET IUDAS MACCHABEUS
ET IONATHAS ET FRATRES EIUS
TRANSIERUNT IORDANEM
ET ABIERUNT UIAM TRIUM
DIERUM PER DESERTUM
ET OCCURRERUNT EIS
NABUTHEI
ET SUSCEPERUNT EOS PACIFICE
ET NARRAUERUNT EIS OMNIA
QUAE ACCIDERUNT FRATRIB·
IN GALATIDE
ET QUIA MULTI EX EIS CONPRAE
HENSI SUNT IN BASAR ET BOSOR
ET IN ALIMIS ET IN CASFOR
ET MACET ET CARNAIN

HAEC OMNES CIUITATES MUNITAE
ET MAGNAE
SED ET IN CETERIS CIUITATIBUS
GALADITIDIS TENENTUR
CONPREHENSI
ET IN CRASTINUM CONSTITUERUNT
ADMOUERE EXERCITUM
CIUITATIBUS HIS
ET CONPREHENDERE ET TOLLERE
EOS IN UNA DIE
ET CONUERTIT IUDAS
ET EXERCITUS EIUS
UIAM IN DESERTUM BOSOR
REPENTE
ET OCCUPAUIT CIUITATEM
ET OCCIDIT OMNEM MASCULUM
IN ORE GLADII
ET ACCEPIT SPOLIA EORUM OMNIA
ET SUCCENDIT EAM IGNI
ET SURREXERUNT INDE DOCTE
ET IBANT USQ· AD MUNITIONEM
ET FACTUM EST DILUCULO
CUM ADLEUASSENT OCULOS SUOS
ECCE POPULUS MULTUS CUIUS
NON ERAT NUMERUS PORTAN
TES SCALAS ET MACHINAS
UT CONPREHENDERENT MUNI
TIONEM ET EXPUGNARENT EOS
ET UIDIT QUIA CEPIT BELLUM iudas
ET CLAMOR BELLI ASCENDIT
IN CAELUM SICUT TUBA
ET CLAMOR MAGNUS DE CIUITATE
ET EXERCITUI DIXIT
PUGNATE HODIE PRO FRATRIB·
UESTRIS ET UENIT TRIBUS
ORDINIB· POST EOS
ET EXCLAMAUERUNT TUBIS
ET CLAMAUERUNT IN ORATIONE
ET COGNOUERUNT CASTRA TIMOTHEI
QUIA MACCHABEUS EST
ET REFUGERUNT A FACIE EIUS
ET PERCUSSERUNT EOS
PLAGA MAGNA
ET CECIDERUNT ILLA DIE EX EIS
FERE OCTO MILIA UIRORUM
ET DEUERTIT IUDAS IN MASPHA
ET EXPUGNAUIT ET CEPIT EAM
ET OCCIDIT OMNEM
MASCULUM EIUS
ET SUMSIT SPOLIA EIUS
ET SUCCENDIT EAM IGNI
INDE PERREXIT ET CEPIT CASBON
ET MACET ET BOSOR ET RELI
QUAS CIUITATES GALADITIDIS
POST HAEC AUTEM UERBA
CONGREGAUIT TIMOTHEUS
EXERCITUM ALIUM
ET CASTRA POSUIT CONTRA FON
TRANS TORRENTEM
ET MISIT IUDAS SPECULARI EX
ERCITUM
ET RENUNTIAUERUNT EI DICENTES
QUIA CONUENERUNT AD EUM
OMNES GENTES QUAE IN CIRCUITU
NOSTRO SUNT EXERCITUS
MULTUS NIMIS
ET ARABAS CONDUXIT IN AUXILIUM
ET CASTRA POSUERUNT TRANS
TORRENTEM PARATI UENIRE
ANTE IN PROELIUM
ET ABIIT IUDAS OBUIAM ILLIS
ET AIT TIMOTHEUS PRINCIPIBUS
EXERCITUS SUI
CUM ADPROPIAUERIT IUDAS
ET EXERCITUS EIUS AD TOR
RENTEM AQUAE
SI TRANSIERIT AD NOS PRIOR
NON POTERIMUS SUSTINERE EUM
QUIA POTENS POTERIT
ADUERSUM NOS
SI UERO TIMUERIT TRANSIRE
ET POSUERIT CASTRA EXTRA
FLUMEN TRANSFRETEMUS
AD EOS ET POTERIMUS
ADUERSUS ILLUM
UT AUTEM ADPROPINQUABIT
IUDAS AD TORRENTEM AQUAM
STATUIT SCRIBAS POPULI

SECUS TORRENTEM
ET MANDAUIT EIS DICENS
NEMINEM HOMINUM RELIN
QUERITIS SED UENIANT
OMNES IN PROELIUM
ET TRANSFRETAUIT AD ILLOS PRIOR
ET OMNIS POPULUS POST EUM
ET CONTRITAE SUNT ANTE
FACIEM EORUM OMNES GENTES
ET PROIECERUNT ARMA SUA
ET FUGERUNT AD FANUM
QUOD EST IN CARNAIN
ET OCCUPAUIT IPSAM CIUITATE͞
ET SUCCENDIT FANUM IGNI
CUM OMNIBUS QUI ERANT
IN IPSO ET OPPRAESSA EST
CARNAIN
ET NON POTUIT SUSTINERE
CONTRA FACIEM IUDAE
ET CONGREGAUIT IUDAS
UNIUERSOS ISRAHELITAS
QUI ERANT IN GALAADITIDEN
A MINIMO USQUE AD MAXIMUM
ET UXORES EORUM ET NATOS
ET EXERCITUUM MAGNUM
UAL DE UT UENIRENT
IN TERRAM IUDAE
ET UENERUNT USQ; EBRON
ET HAEC CIUITAS MAGNA
IN INGRESSU POSITA
MUNITA UALDE
ET NON ERAT DECLINARE AB EA
DEXTRA UEL SINISTRA
SED PER MEDIAM ITER ERAT
ET INCLUSERUNT SE QUI ERAT
IN CIUITATE
ET OBSTRUXERUNT PORTAS
LAPIDIBUS
ET MISIT AD EOS IUDAS UERBIS
PACIFICIS DICENS
TRANSEAMUS PER TERRAM
UESTRAM UT EAMUS
IN TERRAM NOSTRAM
ET NEMO UOBIS NOCEBIT

TANTUM PEDIBUS TRANSIUIMUS
ET NOLEBANT EIS APERIRE
ET PRAECEPIT IUDAS PRAEDICARE
IN CASTRIS
UT ADPLICARET UNUSQUISQUE
IN QUO ERAT LOCO
ET ADPLICUERUNT UIRI UIRTUTIS
ET OBPUGNAUIT CIUITATEM ILLAM
TOTA NOCTE
ET TRADITA EST CIUITAS
IN MANU EIUS
ET PEREMERUNT OMNEM
MASCULUM IN ORE GLADII
ET ERADICAUIT EAM
ET ACCEPIT SPOLIA EIUS
ET TRANSIIT PER TOTAM CIUITATEM
SUPER INTERFECTOS
ET TRANSGRESSI SUNT IORDANEM
IN CAMPO MAGNO CONTRA
BETHSAN
ET ERAT IUDAS CONGREGANS
EXTERNOS
ET EXORTABATUR POPULUM
PER TOTAM UIAM DONEC
UENERUNT IN TERRAM IUDA
ET ASCENDERUNT IN MONTEM
SION CUM LAETITIA ET GAUDIO
ET OBTULERUNT EI HOLOCAUSTA
QUOD NEMO EX EIS
CECIDISSET
DONEC REUERTERENTUR IN PACE
XVI ET IN DIEBUS QUIBUS ERAT IUDAS
ET IONATHAS IN TERRA GALAAD
ET SIMEON FRATER EIUS
IN GALILAEA CONTRA FACIEM
PTOLOMAIDIS
AUDIUIT IOSEPPUS ZACCHA
RIAE FILIUS
ET AZARIAS PRINCEPS UIRTUTIS
RES BENE GESTAS ET PROELIA
QUAE FACTA SUNT
ET DIXIT FACIAMUS ET IPSI
NOBIS NOMEN
UT EAMUS PUGNARE ADUERSUS

GENTES QUAE IN CIRCUITU
NOSTRO SUNT
ET PRAECEPIT HIS QUI ERANT
IN EXERCITU SUO
ET ABIERUNT IAMNIAM ·
K ET EXIUIT GORGIAS DE CIUITATE
ET UIRI EIUS OBUIAM ILLI
IN PUGNAM
ET FUGATI SUNT IOSEPPUS
ET AZARIAS USQUE IN FINES
IUDAEAE
ET CECIDERUNT ILLA DIE
DE POPULO ISRL AD DUO
MILIA UIRI
ET FACTA EST FUGA MAGNA
IN POPULO QUIA NON AUDIE
RUNT IUDAM ET FRATRES EIUS
EXISTIMANTES SE FORTITER
FACTUROS
IPSI AUTEM NON ERANT DE SEMINE
UIRORUM ILLORUM PER QUOS
SALUS FACTA EST IN ISRAHEL
ET UIRI IUDA MAGNIFICATI SUNT
UALDE IN CONSPECTU OMNIS
ISRAHEL
ET GENTIUM OMNIUM UBI AUDI
EBATUR NOMEN EORUM
ET CONUENERUNT AD EOS
FAUSTA ADCLAMANTES
ET EXIUIT IUDAS ET FRATRES EIUS
ET EXPUGNABANT FILIOS ESAU
IN TERRA QUAE AD AUSTRUM EST
ET PERCUSSIT CHEBRON
ET FILIAS EIUS ET MUROS EIUS
ET TURRES SUCCENDIT
IN CIRCUITU
ET MOUIT CASTRA UT IRET IN TERRA
ALIENIGENARUM
ET PERAMBULABAT SAMARIAM
IN ILLA DIE CECIDERUNT SACER
DOTES IN BELLO DUM UULT
FORTITER FACERE
DUM SINE CONSILIO EXIIT
IN PROELIO

ET DECLINAUIT IUDAS IN AZOTUM
IN TERRA ALIENIGENARUM
ET UIDIT ARAS EORUM
ET SPOLIA DEORUM
IPSORUM SUCCENDIT IGNI
ET CEPIT SPOLIA CIUITATUM
ET REGRESSUS EST
IN TERRAM IUDA
XVII / VI ET REX ANTIOCHUS PERAMBU
LABAT SUPERIORES REGIONES
ET AUDIUIT ESSE CIUITATEM
ELYMAIDEM IN PERSIDAE
NOUILISSIMAM ET COPIOSAM
IN ARGENTO ET AURO
TEMPLUM QUE IN EA LOCUPLEX
UALDE ET ILLIC UELAMINA
AUREA ET LORICAE ET SCUTA
QUAE RELIQUID ALEXANDER
PHILIPPI REX MACEDO
QUI PREGNAUIT PRIMUS
IN GRECIA
ET UENIT ET QUAEREBAT CIUITATEM
CAPERE ET PRAEDARE EAM
ET NON POTUIT
QUONIAM INNOTUIT SERMO
HIS QUI ERANT IN CIUITATE
ET INSURREXERUNT IN PROELIUM
ET FUGIT INDE ET ABIIT
CUM TRISTITIA MAGNA
ET REUERSUS EST BABYLONIAM
ET UENIT QUI NUNTIAUERAT
EI IN PERSIDAE
QUIA FUGATA SUNT CASTRA
QUAE ERANT IN TERRA IUDA
ET QUIA ABIIT LYSIAS CUM UIR
TUTE FORTI IN PRIMIS
ET FUGATUS EST A FACIE
IUDAEORUM
ET INUALUERUNT ARMIS
ET UIRIBUS ET SPOLIIS
MULTIS QUAS CEPERUNT
ET QUIA DIRUERUNT ABOMINA
TIONEM QUAM AEDIFICAUERAT
SUPER ALTARE QUOD ERAT

in hierusalem
et sciscitationem sicut prius
circum dederunt muris
excelsis
sed et Bethsuram civitatem
suam
Et factum est ut audivit rex
sermones istos expavit
et commotus est valde
et decidit in lectum et in
cidit in languorem prae
tristitia
quia non est factum sicut
cogitabat
et erat illic dies multos
quia renovata est in eo
tristitia magna
et arbitratus est se mori
et vocavit omnes amicos
suos et dixit illis
Recessit somnus ab oculis
meis et concidi et corrui
corde prae sollicitudine
et dixi in corde meo
In quantam tribulationem
deveni
et in quos fluctus tristitiae
in qua nunc sum
qui iucundus eram et dilectus
in potestate mea
Nunc vero reminis cor
malorum quae feci
in hierusalem
unde abstuli omnia spolia
argentea et aurea
quae erant in ea
et misi auferri habitantes
iudaea sine causa
Cognovi ergo quia propter
ea invenerunt me mala ista
et ecce pereo tristitia magna
in terra aliena
et vocavit philippum unum
de amicis suis

et praeposuit eum super
universum regnum suum
et dedit ei diadema et stolā
suam et anulum
ut adduceret antiochum
filium suum et nutriret
eum et regnaret
et mortuus est illic
antiochus rex
anno centensimo quadra
gensimo nono
et cognovit lysias quoniam
mortuus est rex
et constituit regnare
antiochum filium eius
quem nutriuit adules
centem
et vocavit nomen eius
eupator
et hi qui erant in arce
concluserant israhel
in circuitu scorum
et quaerebant eis mala
semper ad firmamentum
gentium
et cogitavit iudas disper
dere eos
et convocavit universum
populum ut obsiderent
eos et coirent simul
et obsiderunt eos anno
centensimo quinqua
gensimo
et fecerunt ballistas
et machinas
et exierunt quidam ex eis
qui obsidebantur et ad
iunxerunt se illis aliqui
ex impiis israhel
et abierunt ad regem
et dixerunt
quousque non facies iudicium
et vindicas fratres nostros
nos decrevimus servire

patri tuo et ambulare
in praeceptis eius et obsequi
edictis eius et filii populi
nostri
propter hoc abalienabantur
se a nobis
et quicumque inveniebantur
ex nobis interficiebantur
et hereditates nostrae
diripiebantur
et non ad nos tantum
extenderunt manum
sed et in omnes fines nostros
et ecce adplicuerunt hodie
arcem hierusalem
occupare eam
et munitionem in bethsura
munierunt
et nisi praeveneris eos
velocius maiora quam
haec facient nec poteris
obtinere eos
XVI Et iratus est rex ut audivit
et convocavit omnes
amicos suos et principes
exercitus sui
et eos qui super equites erant
sed et de regnis aliis
et insulis et maritimis
venerunt ad eum
exercitus conductus
et erat numerus exercitus
centum milia peditum
et viginti milia equitum
et elefanti XXXII
docti proelium
et venerunt per idumeam
et adplicuerunt ad bethsuram
et pugnaverunt dies multos
et fecerunt machinas
et exierunt et succenderunt
eas igni et pugnaverunt
viriliter
et recessit iudas ab arce

et movit castra ad beth
zacara contra castra regis
et surrexit ante lucem
et concitavit exercitus
impetum contra viam
bethzacara
et conparaverunt se exercitus
in proelium et tubis
cecinerunt
et elefantis ostenderunt
sanguinem uvae
et mori ad acuendos eos
in proelium
et diviserunt bestias per
legiones
et adstiterunt singulis
elefantis mille viri
in loricis concatenatis
et galeae aereae in capitib·
eorum
et quingenti equites ordinati
unicuique bestiae electi erant
hi ante tempus ubicumque
erat bestia erant et quocumq·
ibat ibant non discedebant ab ea
sed et turres ligneas super
eas firmae protegentes
super singulas bestias
et super eas machinas
et super singulas viri virtutis
XXXII qui pugnabant
desuper et intus magister
bestiae
et residuum equitatum hinc
et inde statuit in duas
partes tubis
et exercitum commovere
et perurguere constipati
in legionibus eius
et ut refulsit sol in clypeos
aureos et aereos resplen
duerunt montes ab eis
resplenduerunt sicut
lampades ignis

ET DISTINCTA EST PARS EXERCITUS
REGIS MONTES EXCELSOS
ET ALII PER LOCA HUMILIA
ET IBANT CAUTE ET ORDINATE
ET COMMOUEBANTUR OMNES
HABITANTES A UOCE MULTI
TUDIS EORUM
ET INCESSU TURBAE ET CONLISIONIS
ARMORUM
ERAT ENIM EXERCITUS MAGNUS
UALDE ET FORTIS
ET ADPROPIAUIT IUDAS ET EX
ERCITUS EIUS IN PROELIUM
ET CECIDERUNT DE EXERCITU
REGIS SESCENTI UIRI
ET UIDIT ELEAZAR FILIUS SAURA
UNAM DE BESTEIS LORICATAM
LORICIS REGIS
ET ERAT EMINENS SUPER CETERAS
BESTIAS
ET UISUM EST EI QUOD IN EA
ESSET REX
ET DEDIT SE UT LIBERARET POPULUM
SUUM ET ADQUIRERET SIBI
NOMEN AETERNUM
ET CUCURRIT AD EAM AUDACITER
IN MEDIO LEGIONIS INTERFICIENS
A DEXTRIS ET A SINISTRIS
ET CADEBANT AB EO HUC
ATQUE ILLUC
ET IBIT SUB PEDES ELEFANTI
ET SUBPOSUIT EI ET OCCIDIT EUM
ET CECIDIT IN TERRAM SUPER
IPSUM ET MORTUUS EST ILLIC
ET UIDENTES UIRTUTEM REGIS
ET IMPETUM EXERCITUS EIUS
DEUERTERUNT AB EIS
CASTRA AUTEM REGIS ASCEN
DERUNT CONTRA EOS
IN HIERUSALEM
ET ADPLICUIT CASTRA REX
AD IUDAEAM ET MONTEM SION
ET FECIT PACEM CUM HIS QUI
ERANT IN BETHSURAM et exierunt de
ciuitate quia non erant eis ibi alimenta conclusis
quia sabbata erant terrae · et conprehendit rex bethsuram ·

ET CONSTITUIT ILLIC CUSTODIAM
SERUARE EAM
ET CONUERTIT CASTRA AD LOCUM
SCIFICATIONIS DIES MULTOS
ET STATUIT ILLIC BALLISTAS
ET MACHINAS ET IGNIS IACULA
ET TORMENTA AD LAPIDES
IACTANDOS ET SPICULA
ET SCORPIOS AD MITTENDAS
SAGITTAS ET FUNDIBALA
FECERUNT AUTEM ET IPSI MACHI
NAS ADUERSUS MACHINAS
EORUM
ET PUGNAUERUNT DIES MULTOS
ESCAE AUTEM NON ERANT
IN CIUITATE EO QUOD SEPTIMUS
ANNUS ESSET
ET QUI REMANSERANT IN IUDEA
DE GENTIBUS CONSUMSERANT
eorum RELIQUIAS QUAE REPOSITAE
FUERANT
ET REMANSERUNT IN SCIS
UIRI PAUCI
QUONIAM OBTINUERAT EOS FAMIS
ET DISPERSI SUNT UNUSQUISQ·
IN LOCUM SUUM
ET AUDIUIT LYSIAS QUOD PHILIPPUS
QUEM CONSTITUIT REX
ANTIOCHUS
CUM ADHUC UIUERET ET NUTRIRET
ANTIOCHUM FILIUM SUUM
REGNARET
ET REUERSUS ESSET A PERSIDAE
ET MEDIA EXERCITUS
QUI ABIERAT CUM IPSO
ET QUIA QUAERIT SUSCIPERE
REGNI NEGOTIA
FESTINAUIT IRE ET DICERE
AD REGEM ET DUCES
EXERCITUS
DEFECIMUS COTIDIE ET ESCA
NOBIS MODICA EST
ET LOCUS QUEM OBSIDEMUS
EST MUNITUS

ET IN CUMBIS NOBIS ORDINARE
DE REGNO
NUNC ITAQUE DEMUS DEXTRAS
HOMINIBUS ISTIS
ET FACIAMUS CUM ILLIS PACEM
ET CUM OMNI GENTE EORUM
ET CONSTITUAMUS ILLIS
UT AMBULENT IN LEGITIMIS
SUIS SICUT PRIUS
PROPTER LEGITIMA ENIM
IPSORUM QUAE DESPEXIMUS
IRATI SUNT ET FECERUNT
OMNIA HAEC
ET PLACUIT SERMO IN CON
SPECTU REGIS ET PRINCIPUM
ET MISIT AD EOS PACEM
FACERE ET RECEPERUNT
ILLAM
ET IURAUIT ILLIS REX
ET PRINCIPES ET EXIERUNT
DE MUNITIONE
ET INTRAUIT REX MONTEM
SION
ET UIDIT MUNITIONEM LOCI
ET RUPIT IUS IURAMENTI
QUOD IURAUIT
ET MANDAUIT DESTRUERE
MURUM IN GYRO
ET DISCESSUS FESTINANTER
ET REUERSUS EST
ANTIOCHIA
ET INUENIT PHILIPPUM
DOMINANTEM CIUITATI
ET PUGNAUIT ADUERSUS EUM
ET OCCUPAUIT CIUITATEM
XIX VII ANNO CENTENSIMO QUINQUA
GENSIMO ET PRIMO
EXIIT DEMETRIUS ELEUCII
FILIUS AB URBE ROMA
ET ASCENDIT CUM PAUCIS
UIRIS IN CIUITATEM MARIMAE
ET REGNAUIT ILLIC
ET FACTUM EST UT INGRES
SUS EST IN DOMUM REGNI
PATRUM SUORUM
CONPREHENDIT EXERCITUS
ANTIOCHUM ET LYSIAM
UT ADDUCERET EOS AD EUM
ET RES EI INNOTUIT
ET AIT NOLITE MIHI OSTENDERE
FACIEM EORUM ET OCCIDIT
EOS EXERCITUS
ET SEDIT DEMETRIUS SUPER
SEDEM REGNI SUI
ET UENERUNT AD EUM UIRI
INIQUI ET IMPII EX ISRL
ET ALCHIMUS DUX EORUM
QUI UOLEBAT FIERI SACERDOS
ET ACCUSAUERUNT POPULUM
APUD REGEM DICENTES
PERDIDIT IUDAS ET FRATRES
EIUS AMICOS TUOS
ET NOS DISPERDIT DE TERRA
NOSTRA
NUNC ERGO MITTE UIRUM
CUI CREDIS ET EXEAT
ET UIDEAT EXTERMINIUM
OMNE QUOD FECIT NOBIS
ET REGIONIBUS REGIS
ET PUNIAT OMNES AMICOS EIUS
ET ADIUTORES EORUM
ET ELEGIT REX EX AMICIS SUIS
BACHIDEM QUI DOMINABATUR
TRANS FLUMEN MAGNUM
IN REGNO ET FIDELEM REGI
ET MISIT EUM
ET ALCHIMUM IMPIUM
CONSTITUIT IN SACERDOTIO
ET MANDAUIT EI FACERE
ULTIONEM IN FILIIS ISRL
ET SURREXERUNT ET UENE
RUNT CUM EXERCITU MAGNO
IN TERRAM IUDA
ET MISERUNT NUNTIOS
ET LOCUTI SUNT AD IUDAM
ET FRATRES EIUS UERBIS
PACIFICIS IN DOLO
ET NON INTENDERUNT SERMONIB EORUM

UIDERUNT ENIM QUIA UENERUNT
CUM EXERCITU MAGNO
ET CONUENERUNT AD ALCHIMUM
ET BACCHIDEM
CONGREGATIO SCRIBARUM
REQUIRERE QUAE IUSTA SUNT
ET PRIMI ASIDAEI QUI ERANT
IN FILIIS ISRAHEL
ET EXQUIREBANT AB EIS PACEM
DIXERUNT ENIM HOMO SACER
DOS DE SEMINE AARON UENIT
NON DECIPIET NOS
ET LOCUTUS EST CUM EIS UERBA
PACIFICA ET IURAUIT ILLIS
DICENS
NON INFERIMUS UOBIS MALUM
NEQ· AMICIS UESTRIS
ET CREDIDERUNT EI
ET CONPREHENDERUNT EX EIS
SEXAGINTA UIROS ET OCCIDIT
EOS IN UNA DIE SECUNDUM
UERBUM QUOD SCRIPTUM EST
CARNES SCORUM TUORUM
ET SANGUINEM IPSORUM
EFFUDERUNT IN CIRCUITU
HIERUSALEM ET NON ERAT
QUI SEPELIRET
ET INCUBUIT TIMOR ET TREMOR
IN OMNEM POPULUM
QUIA DIXERUNT NON EST EI UERITAS
ET IUDICIUM
TRANSGRESSI SUNT ENIM
CONSTITUTUM ET IUS IURANDUM
QUOD IURAUERUNT
ET MOUIT BACHIDES CASTRA
AB HIERUSALEM ET ADPLICUIT
IN BETHZETHA
ET MISIT ET CONPREHENDIT
MULTOS EX EIS QUI A SE
REFUGERUNT
ET QUOSDAM DE POPULO
MACTAUIT
ET IN PUTEUM MAGNUM PROIECIT
ET CONMISIT REGIONEM ALCHIMO
ET RELIQUID EUM CUM EO
AUXILIUM IN ADIUTORIUM IPSI
ET ABIIT BACCHIDES AD REGEM
ET SATIS AGEBAT ALCHIMUS
PRO PRINCIPATU SACER
DOTII SUI
ET CONUENERUNT AD EUM
OMNES QUI PERTURBABANT
POPULUM SUUM
ET OBTINUERUNT TERRAM IUDA
ET FECERUNT PLAGA MAGNA
IN ISRAHEL
ET UIDIT IUDAS OMNIA MALA
QUAE FECIT ALCHIMUS
ET QUI CUM EO ERANT
IN FILIOS ISRAHEL
PLUS MULTO QUAM GENTES
ET EXIIT IN OMNES FINES
IUDAE IN CIRCUITU
ET FECIT UINDICTAM IN UIROS
DESERTORES
ET CESSAUERUNT ULTRA EXIRE
IN REGIONEM
UIDIT AUTEM ALCHIMUS QUOD
PRAEUALUIT IUDAS
ET QUI CUM EO SUNT
ET COGNOUIT QUIA NON
POTEST SUSTINERE EOS
ET REGRESSUS EST AD REGEM
ET ACCUSAUIT EOS MULTIS
CRIMINIBUS
ET MISIT REX NICANOREM
UNUM DE PRINCIPIBUS SUIS
NOBILIORIB· QUI ERAT INIMICI
TIAS EXERCENS CONTRA ISRL
ET MANDAUIT EI EUERTERE
POPULUM
XX ET UENIT NICANOR IN HIERUSALEM
CUM EXERCITU MAGNO
ET MISIT AD IUDAM ET AD FRATRES
EIUS CUM DOLO UERBIS
PACIFICIS DICENS
NON SIT PUGNA INTER ME ET UOS
UENIAM CUM UIRIS PAUCIS

ET VIDEAM FACIES VESTRAS
CUM PACE
ET VENIT AD IUDAM ET SALUTAVERUNT
SE INVICEM PACIFICI
ET HOSTES PARAVIERANT
RAPERE IUDAM
ET INNOTUIT SERMO IUDAE
QUONIAM CUM DOLO
VENERAT A… EUM
ET CONTERRITUS EST AB EO
ET AMPLIUS NOLUIT VIDERE
FACIEM EIUS
ET COGNOVIT NICANOR QUONIAM
DENUDATUM EST CONSILIUM EIUS
ET EXIVIT OBVIAM IUDAE IN PUGNAM
IUXTA CAPHARSALAMA
ET CECIDERUNT DE NICANORIS
FERE QUINQUE MILIA VIRI
ET FUGERUNT IN CIVITATEM DAVID
ET POST HAEC VERBA ASCENDIT
NICANOR IN MONTEM SION
ET EXIERUNT DE SACERDOTIBUS
POPULI SALUTARE EUM IN PACE
ET MONSTRARE EI HOLOCAUSTO
MATA QUAE OFFEREBANTUR
PRO REGE
ET INRIDENS SPREVIT EOS
ET POLLUIT ET LOCUTUS EST
SUPERBAE
ET IURAVIT CUM IRA DICENS
NISI TRADITUS FUERIT IUDAS
ET EXERCITUS EIUS
IN MANUS MEAS
CONTINUO CUM REGRESSUS
FUERO IN PACE SUCCENDAM
DOMUM ISTAM
ET EXIIT CUM IRA MAGNA
ET INTRAVERUNT SACERDOTES
ET STETERUNT ANTE FACIEM
ALTARIS ET TEMPLI
ET FLENTES DIXERUNT
TU ELEGISTI DOMUM ISTAM
DNE AD INVOCANDUM
NOMENTUUM INEA

UT ESSET DOMUS ORATIONIS
ET OBSECRATIONIS POPULO TUO
FAC VINDICTAM IN HOMINE ISTO
ET IN EXERCITU EIUS ET CADANT
GLADIO
MEMENTO BLASPHEMIAS EORUM
ET NE DEDERIS EIS UT PER
MANEANT
ET EXIIT NICANOR AB HIERUSALEM
ET CASTRA ADPLICUIT AD PETORON
ET OCCURRIT ILLI EXERCITUS
SYRIAE
ET IUDAS ADPLICUIT IN ADARSA
CUM TRIBUS MILIBUS VIRIS
ET ORAVIT IUDAS ET DIXIT
XXI QUI MISSI ERANT A REGE
SENNACHERIB
DNE QUI BLASPHEMAVERUNT TE
EXIIT ANGELUS ET PERCUSSIT
EX EIS CENTUM OCTOGINTA
QUINQUE MILIA
SIC PERCUTE EXERCITUM ISTUM
IN CONSPECTU NOSTRO HODIE
ET SCIANT CETERI QUIA MALE
LOCUTUS EST SUPER SCA TUA
ET IUDICA ILLUM SECUNDUM
MALITIAM ILLIUS
ET COMMISERUNT EXERCITUS
PROELIUM TERTIA DECIMA DIE
MENSIS ADAR
ET CONTRITA SUNT CASTRA NICANORIS
ET CECIDIT IPSE PRIMUS IN PROELIO
UT VIDIT AUTEM EXERCITUS EIUS
QUIA CECIDIT NICANOR
PROIECERUNT ARMA SUA
ET FUGERUNT
ET PERSECUTI SUNT EOS VIAM
DIEI UNIUS AB ADASOR USQUEQUO
VENIATUR GAZERA
ET TUBIS CECINERUNT POST EOS
CUM SIGNIFICATIONIBUS
EXIERUNT DE OMNIBUS CASTELLIS
IUDAE IN CIRCUITU
ET VENTILABANT EOS CORNIBUS

ETCO … NUERTEBANTUR
ITERUM AD EOS
ET CECIDERUNT OMNES GLADIO
ET NON EST RELICTUS EX EIS
NEC UNUS
ET ACCEPERUNT SPOLIA EORUM
ET PRAEDAM
ET CAPUT NICANORIS AMPUTA
UERUNT ET DEXTRAM EIUS
QUAM EXTENDERAT SUPERBAE
ET TULERUNT ET SUSPENDERUNT
CONTRA HIERUSALEM
ET LAETATUS EST POPULUS
UALDE
ET EGERUNT DIEM ILLAM
IN LAETITIA MAGNA
ET CONSTITUIT AGI OMNIBUS
ANNIS DIEM ISTAM TERTIA
DECIMA DIE MENSIS ADAR
ET SILUIT TERRA IUDA
DIES PAUCOS
XXII VIII. ET AUDIUIT IUDAS NOMEN
ROMANORUM QUIA SUNT
POTENTES UIRIBUS
ET ADQUIESCUNT AD OMNIA
QUAE POSTULANTUR AB EIS
ET QUICUMQUE ACCESSERUNT
AD EOS STATUERUNT CUM EIS
AMICITIAS
ET QUIA SUNT POTENTES UIRIBUS
AUDIERUNT PROELIA EORUM
ET UIRTUTES BONAS QUAS FACIUNT
IN GALATIA
QUIA OBTINUERUNT EOS ET DUX
ERUNT SUB TRIBUTUM
ET QUANTA FECERUNT
IN REGIONE SPANIAE
ET QUOD IN POTESTATE REDIGE
RUNT METALLA ARGENTI
ET AURI QUAE ILLIC SUNT
ET POSSEDERUNT OMNEM
LOCUM CONSILIO SUO
ET PATIENTIA
LOCOS QUI LONGE ERANT
UALDE AB EIS
ETRE … GES QUI SUPERBAE ERANT
ILLIS AB EXTREMIS TERRAE
CONTRIUERUNT
ET PERCUSSERUNT EOS
PLAGA MAGNA
CETERI AUTEM DANT EIS TRIBUTUM
OMNIBUS ANNIS
ET PHILIPPUM ET PERSEN TIO
RUM REGEM
ET CETEROS QUI ADUERSUS EOS
ARMA TULERUNT CONTRIUERUNT
BELLO ET OBTINUERUNT EOS
ET ANTIOCHUM MAGNUM REGEM
ASIAE QUI EIS PUGNAM
INTULERAT
HABENS CENTUM UIGINTI
ELEFANTOS ET EXERCITUM
MAGNUM UALDE
CONTRITUM AB EIS
ET QUIA CEPERUNT EUM UIUUM
ET STATUERUNT EI UT DARET IPSE
ET QUI REGNAUERINT POST EUM
TRIBUTUM MAGNUM
ET DARET OBSIDES ET CONSTITUTUM
ET REGIONEM MEDORUM
ET LYDOS ET MEDOS DE OP
TIMIS REGIONIBUS EORUM
ET ACCEPTAS EAS AB ILLIS DEDE
RUNT EUMENI REGI ET QUIA
QUI ERANT APUD ELLADAM
UOLUERANT IRE ET TOLLERE EOS
ET INNOTUIT SERMO HIS
ET MISERUNT AD EOS DUCEM MAURO
ET PUGNAUERUNT CONTRA ILLOS
ET CECIDERUNT EX EIS MULTI
ET CAPTIUAS DUXERUNT UXORES
EORUM ET FILIOS
ET DIRIPUERUNT EOS ET TERRAM
EORUM POSSIDERUNT
ET DESTRUXERUNT MUROS EORUM
ET IN SERUITUTEM ILLOS REDIGE
RUNT USQ̄ IN HUNC DIEM
ETRE SIDUA REGNA ET INSULAS

QUAE ALIQUANDO RESTITE
RANT ILLIS
EXTERMINAUERUNT ET INPO
TESTATEM REDIGERUNT
CUM AMICIS AUTEM SUIS
ET QUI IN IPSIS REQUIEM HABE
BANT CONSERUAUERUNT
AMICITIAM
ET OBTINUERUNT REGNA QUAE
ERANT PROXIMA ET QUAE LONGE
QUIA QUICUMQUE AUDIEBANT
NOMEN EORUM TIMEBANT EOS
QUIBUS UERO UELLENT AUXILIO
ESSENT UT REGNARENT
REGNABANT
ET EXALTATI SUNT UALDE
ET IN OMNIBUS ISTIS
NEMO PORTABAT DIADEMA
NEC INDUEBATUR PURPURA
UT MAGNIFICARETUR IN EA
ET QUIA CURIAM FECERUNT SIBI
ET COTIDIE CONSULEBANT
TRECENTOS UIGINTI CONSILIUM
AGENTES SEMPER DE MULTI
TUDINE
UT QUAE DIGNA SUNT GERANT
ET CONMITTUNT UNI HOMINI
MAGISTRATUM SUUM PER
SINGULOS ANNOS DOMINARI
UNIUERSAE TERRAE SUAE
ET OMNES OBOEDIUNT UNI
ET NON EST INUIDIA NEQUE
ZELUS INTER EOS
XXIII ET ELEGIT IUDAS EUPOLEMUM
FILIUM IOHANNIS IACOB
ET IASONEM FILIUM ELEAZARI
ET MISIT EOS ROMAM CONSTI
TUERE CUM ILLIS AMICITIAM
ET SOCIETATEM
ET UT AUFERRENT AB EIS IUGUM
GRAECORUM
QUIA UIDERUNT QUOD IN SERUI
TUTEM PRAEMERENT
REGNUM ISRAHEL

ET ABIERUNT ROMAM UIAM
MULTAM UALDE
ET INTROIERUNT CURIAM
ET DIXERUNT
IUDAS MACCHABEUS ET FRATRES
EIUS ET POPULUS IUDAEORUM
MISERUNT NOS AD UOS
STATUERE UOBIS CUM SOCIETATEM
ET PACEM
ET CONSCRIBI NOS SOCIOS
ET AMICOS UESTROS
ET PLACUIT SERMO IN CON
SPECTU EORUM
ET HOC RESCRIPTUM QUOD
RESCRIPSERUNT IN TABULIS
AEREIS
ET MISERUNT HIERUSALEM
UT ESSET APUD EOS IBI MEMO
RIALE PACIS ET SOCIETATIS
XXIIII BENE SIT ROMANIS ET GENTI
IUDAEORUM IN MARI ET IN
TERRA IN AETERNUM
GLADIUSQ(UE) ET HOSTIS PROCUL
SIT AB EIS
QUOD SI INSTETERIT BELLUM
ROMANIS PRIUS AUT OMNIB(US)
SOCIIS EORUM
IN OMNI DOMINATIONE EORUM
AUXILIUM FERET GENS IUDAEORU(M)
PROUT TEMPUS DICTAUERIT
CORDE PLENO
ET PROELIANTIBUS NON DABUNT
NEQ(UE) SUBMINISTRABANT
TRITTICUM
ARMA PECUNIAM NAUES
SICUT PLACUIT ROMANIS
ET CUSTODIENT MANDATA EORUM
NIHIL AB EIS ACCIPIENTES
SIMILITER AUTEM ET SI GENTI
IUDAEORUM PRIUS ACCIDERIT
BELLUM ADIUUABUNT ROMANI
EX ANIMO PROUT EIS TEMPUS
PERMISERIT
ET ADIUUANTIB(US) NON DABITUR

TRITTICUM ARMA PECUNIA NAUES
SICUT PLACUIT ROMANIS
ET CUSTODIANT MANDATA EORUM
ABSQUE DOLO
SECUNDUM HAEC UERBA CONSTI
TUERUNT ROMANI POPULO
IUDAEORUM
QUOD SI POST HAEC UERBA
HII AUT ILLI ADDERE UEL DEMERE
AD HAEC ALIQUID UOLUERINT
FACIENT EX PROPOSITO SUO
ET QUAECUMQ· ADDIDERINT
UEL DEMPSERINT RATA ERANT
SED ET DE MALIS QUAE DEMETRIUS
REX FECIT IN EOS
SCRIPSIMUS EI DICENTES
QUARE GRAUASTI IUGUM TUUM
SUPER AMICOS NOSTROS
ET SOCIOS IUDAEOS
SI ERGO ITERUM ADIERINT NOS
ADUERSUM TE FACIEMUS
ILLIS IUDICIUM
ET PUGNAUIMUS TECUM
CUM MARI TERRAQUE
XXV INTEREA UBI AUDIUIT DEMETRIUS
IX QUIA CECIDIT NICANOR
ET EXERCITUS EIUS IN PROELIO
ADPOSUIT BACCHIDEM
ET ALCHIMUM
RURSUM MITTERE IN IUDAEAM
ET DEXTRUM CORNU CUM
CUM ILLIS
ET ABIERUNT UIAM QUAE DUCIT
IN GALGALA
ET CASTRA POSUERUNT IN ME
SALOTH QUAE EST IN ARBELLIS
ET OCCUPAUERUNT EAM
ET PEREMERUNT ANIMAS
HOMINUM MULTAS
ET MENSE PRIMO ANNI CENTEN
SIMI ET QUINQUAGENSIMI
ET SECUNDI
ADPLICUERUNT EXERCITUM
AD HIERUSALEM

ET SURREXERUNT ET ABIERUNT
IN BEROEA
UIGINTI MILIA UIRORUM
ET DUO MILIA EQUITUM
ET IUDAS CASTRA POSUERAT
IN LAISA ET TRIA MILIA UIRORUM
CUM EO ELECTI
ET UIDERUNT MULTITUDINEM
EXERCITUS QUIA MULTI SUNT
ET TIMUERUNT UALDE
ET MULTI SUBTRAXERUNT
SE DE CASTRIS
ET NON REMANSERANT EX EIS
NISI OCTINGENTI UIRI
ET UIDIT IUDAS QUOD DEFLUXIT
EXERCITUS SUUS ET BELLUM
PERURGUEBAT EUM
CONFRACTUS EST CORDE
QUIA NON HABEBAT TEMPUS
CONGREGANDI EOS ET DIS
SOLUTUS EST
ET DIXIT HIS QUI RESIDUI ERANT
SURGAMUS ET EAMUS AD ADUER
SARIOS NOSTROS SI POTUERI
MUS PUGNARE ADUERSUS EOS
ET AUERTEBANT EUM DICENTES
NON POTERIMUS· SED LIBEREMUS
ANIMAS NOSTRAS· MODO
ET REUERTIMUR AD FRATRES
NOSTROS ET PUGNAUIMUS
ADUERSUS EOS
NOS AUTEM PAUCI SUMUS
ET AIT IUDAS
ABSIT ISTAM REM FACERE
UT FUGIAMUS AB EIS
ET SI ADPROPIAUIT TEMPUS
NOSTRUM MORIAMUR IN UIR
TUTE PROPTER FRATRES NOSTROS
ET NON INFERAMUS CRIMEN
GLORIAE NOSTRAE
XXVI ET MOUIT EXERCITUS
DE CASTRIS
ET STETERUNT ILLIS OBUIAM
ET DIUISI SUNT EQUITES IN DUAS PARTES

ET FUNDIBALARII ET SAGITTARII
PRAEIBANT EXERCITUM
ET PRIMI CERTAMINIS
OMNES POTENTES
BACCHIDES AUTEM ERAT
IN DEXTRO CORNU
ET PROXIMAUIT LEGIO EX DUAB·
PARTIB· ET CLAMAUERUNT TUBIS
EXCLAMAUERUNT AUTEM
ET HI QUI ERANT EX PARTE
IUDAE ETIAM IPSI
ET COMMOTA EST TERRA
A UOCE EXERCITUUM
ET COMMISSUM EST PROELIUM
A MANE USQ· AD UESPERAM
ET UIDIT IUDAS QUIA FIRMIOR EST
PARS EXERCITUS BACHIDIS
IN DEXTRIS
ET CONUENERUNT CUM IPSO
OMNES CONSTANTES CORDE
ET CONTRITA EST DEXTRA PARS
AB EIS
ET PERSECUTUS EST EOS USQ·
AD MONTEM AZOTI
ET QUI IN SINISTRO CORNU ERANT
UIDERUNT QUOD CONTRITUM EST
DEXTRUM CORNUM
ET SECUTI SUNT POST IUDAM
ET QUI CUM IPSO ERANT A TERGO
ET INGRAUATUM EST PROELIUM
ET CECIDERUNT UULNERATI
MULTI EX HIS ET ILLIS
ET IUDAS CECIDIT ET CETERI
FUGERUNT
ET IONATHAS ET SIMON TULERUNT
IUDAM FRATREM SUUM IN MODIN
ET FLEUERUNT EUM OMNIS
POPULUS ISRAHEL PLANCTU
MAGNO
ET LUGEBANT DIES MULTOS
ET DIXERUNT
QUOMODO CECIDIT POTENS
QUI SALUUM FACIEBAT ISRL
ET CETERA UERBA IUDAE BELLORUM
ET UIRTUTUM QUAS FECIT
NON SUNT DESCRIPTA
MULTA ENIM ERANT UALDE
XXVII ET FACTUM EST POST OBITUM
IUDAE
EMERSERUNT INIQUI IN OMNIB·
FINIB· ISRAHEL
ET EXHORTI SUNT OMNES
QUI OPERABANTUR INIQUITATE̅
IN DIEBUS ILLIS FACTA EST FAMIS
MAGNA UALDE
ET TRADIDIT SE BACCHIDI OMNIS
REGIO EORUM CUM IPSIS
ET ELEGIT BACCHIDES IMPIOS UIROS
ET CONSTITUIT EOS DOMINOS
REGIONIS
ET EXQUIREBANT ET PERSCRUTA
BANTUR AMICOS IUDAE
ET ADDUCEBANT EOS AD BACCHIDE̅
ET UINDICABAT IN ILLOS
ET INLUDEBAT
ET FACTA EST TRIBULATIO MAGNA
IN ISRAHEL QUALIS NON FUIT
EX QUA DIE NON EST UISUS
PROPHETA IN ISRAHEL
ET CONGREGATI SUNT OMNES
AMICI IUDAE
ET DIXERUNT IONATHAE
EX QUO FRATER TUUS IUDAS
DEFUNCTUS EST
UIR SIMILIS EI NON EST QUI EXEAT
CONTRA INIMICOS BACHIDEM
ET EOS QUI INIMICI SUNT
GENTI NOSTRAE
NUNC ITAQ· TE ELIGIMUS HODIE
ESSE NOBIS PRINCIPEM
ET DUCEM AD BELLANDUM
BELLUM NOSTRUM
XXVIII ET SUSCEPIT IONATHAS TEMPORE
ILLO PRINCIPATUM
ET SURREXIT IONAS LOCO IUDAE
FRATRIS SUI ET COGNOUIT
BACCHIDES ET QUAEREBAT
EUM OCCIDERE

ET COGNOUIT IONATHAS
ET SIMON FRATER EIUS
ET OMNES QUI CUM EO ERANT
ET FUGERUNT IN DESERTUM
THECUAE
ET CONSEDERUNT AD AQUAM
LACUS ASPHAR
ET COGNOUIT BACCHIDES
ET DIE SABBATORUM UENIT
IPSE ET OMNIS EXERCITUS EIUS
TRANS IORDANEM
ET MISIT FRATREM SUUM
DUCEM POPULI
ET ROGAUIT NABATHAEOS AMICOS
SUOS UT COMMENDARET ILLIS
APPARATUM SUUM QUI ERAT
COPIOSUS
ET EXIERUNT FILII IAMBRI
EX MADABAS
ET CONPRAEHENDERUNT IOHANNĒ
ET OMNIA QUAE HABEBAT
ET ABIERUNT HABENTES EA
POST HAEC UERBA RENUNTIATUM
EST IONATHAE ET SIMONI
FRATRI EIUS QUIA FILII IAMBRI
FACIUNT NUPTIAS MAGNAS
FILIA UNIUS DE MAGNIS PRINCIPIB'
CHANAAN CUM AMBITIONE
MAGNA
ET RECORDATI SUNT SANGUINIS
IOHANNIS FRATRIS SUI
ET ASCENDERUNT ET ABSCON
DERUNT SE SUB TEGUMENTO
MONTIS
ET LEUAUERUNT OCULOS SUOS
ET UIDERUNT
ET ECCE TUMULTUS ET APPARA
TUS MULTUS
ET SPONSUS PROCESSIT
ET AMICI EIUS
ET FRATRES EIUS OBUIAM ILLIS
CUM TYMPANIS ET MUSICIS
ET ARMIS MULTIS
ET SURREXERUNT AD EOS
CUM INSIDIIS ET OCCIDERUNT EOS
ET CECIDERUNT MULTI
UULNERATI
ET RESIDUI FUGERUNT IN MONTĒ
ET ACCEPERUNT OMNIA SPOLIA
EORUM
ET CONUERSAE SUNT NUPTIAE
IN LUCTUM
ET UOX MUSICORUM IPSORUM
IN LAMENTUM
ET UINDICAUERUNT UINDICTAM
SANGUINIS FRATRIS SUI
ET REUERSI SUNT AD RIPAM
IORDANIS
ET AUDIUIT BACCHIDES
ET UENIT DIE SABBATORUM
USQUE AD ORAM IORDANIS
IN UIRTUTE MULTA
ET DIXIT AD SUOS IONATHAS
SURGAMUS ET PUGNEMUS
CONTRA INIMICOS NOSTROS
NON EST ENIM HODIE SICUT HERI
ET NUDIUS TERTIUS
ECCE ENIM BELLUM EX ADUERSO
AQUA UERO IORDANIS HINC ET INDE
ET RIPAE ET PADULES ET SALTUS
ET NON EST LOCUS DEUERTENDI
NUNC ERGO CLAMATE IN CAELUM
UT LIBEREMINI DE MANU
INIMICORUM UESTRORUM
ET COMMISSUM EST BELLUM
ET EXTENDIT IONATHA MANUM
SUAM PERCUTERE BACCHIDĒ
ET DEUERTIT AB EO RETRO
ET DESILUIT IONATHA
ET TRANSNATAUERUNT AD EOS
IORDANEM
ET CECIDERUNT DE PARTE
BACCHIDIS DIE ILLA MILLE
UIRI ET REUERSI SUNT
HIERUSALEM
ET AEDIFICAUERUNT CIUITATES
MUNITAS IN IUDAEA
MUNITIONEM QUAE ERAT IN HIERICHO

ET IN AMMAUM ET IN BETHORON
ET BETHEL ET TAMNATAN
ET FARA ET THOPO MURIS
EXCELSIS ET PORTIS ET SERIS
ET POSUIT CUSTODIA IN EIS
UT INIMICITIAS EXERCERENT
IN ISRAHEL
ET MUNIUIT CIUITATEM BETHSURĀ
ET GAZARA ET ARCEM
ET POSUIT IN EIS AUXILIA
ET APPARATUM ESCARUM
ET ACCEPIT FILIOS PRINCIPUM
REGIONIS OBSIDES
ET POSUIT EOS IN ARCE IN HIERU
SALEM IN CUSTODIA
XXIX ET ANNO CENTENSIMO QUINQUA
GENSIMO ET TERTIO
MENSE SECUNDO PRAECEPIT
ALCHIMUS DESTRUI MUROS
DOMUS SCAE INTERIORIS
ET DESTRUI OPERA PROPHETARŪ
ET COEPIT DESTRUERE
IN TEMPORE ILLO PERCUSSUS EST
ALCHIMUS ET INPEDITA SUNT
OPERA ILLIUS
ET OBCLUSUM EST OS EIUS
ET DISSOLUTUS EST PARALYSIN
NEC ULTRA LOQUI POTUIT
UERBUM ET MANDARE
DE DOMO SUA
ET MORTUUS EST ALCHIMUS
IN TEMPORE ILLO CUM
TORMENTO MAGNO
ET UIDIT BACCHIDES QUONIAM
MORTUUS EST ALCHIMUS
ET REUERSUS EST AD REGEM
ET SILUIT TERRA ANNIS DUOB'
ET COGITAUERUNT OMNES INIQUI
DICENTES
ECCE IONATHAS ET QUI CUM EO
SUNT IN SILO HABITANT
CONFIDENTES
NUNC ERGO ADDUCAMUS BACCHIDĒ
ET CONPRAEHENDET EOS OMNES
IN UNA NOCTE
ET ABIERUNT ET CONSILIUM EI
DEDERUNT
ET SURREXIT UT UENIRET
CUM EXERCITU MULTO
ET MISIT OCCULTE EPISTULAS
SOCIIS SUIS QUI ERANT
IN IUDAEA
UT CONPREHENDERENT IONATHAN
ET EOS QUI CUM EO ERANT
SED NON POTUERUNT QUIA IN
NOTUIT EIS CONSILIUM EORUM
ET ADPREHENDIT DE UIRIS REGIO
NIS QUI PRINCIPES ERANT
MALITIAE QUINQUAGINTA
UIROS ET OCCIDIT EOS
ET SECESSIT IONATHAS ET SIMON
ET QUI CUM EO IN BET'BESSI
QUAE EST IN DESERTO
ET STRU XIT DIRUTA EIUS
ET FIRMAUERUNT EAM
ET AGNOUIT BACCHIDES
ET CONGREGAUIT UNIUERSAM
MULTITUDINEM SUAM
ET HIS QUI DE IUDAEA ERANT
DENUNTIAUIT
ET UENIT ET CASTRA POSUIT
DESUPER A BETHBESSE
ET OBPUGNAUIT EAM DIES
MULTOS ET FECIT MACHINAS
XXX ET RELIQUIT IONATHAS SIMONEM
FRATREM SUUM IN CIUITATE
ET EXIIT IN REGIONEM
ET UENIT CUM NUMERO
ET PERCUSSIT ODAREN
ET FRATRES EIUS
ET FILIOS PHASERON IN TABER
NACULO IPSORUM ET COEPIT
CAEDERE ET CRESCERE
IN UIRTUTIBUS
SIMON UERO ET QUI CUM IPSO
ERANT
EXIERUNT DE CIUITATE ET SUC
CENDERUNT MACHINAS

ET PUGNAUERUNT CONTRA
BACCHIDEM ET CONTRITUS
EST AB EIS
ET AFFLIXERUNT EUM UALDE
QUONIAM CONSILIUM EIUS
ET CONGRESSUS EIUS
ERAT INANIS
ET IRATUS CONTRA UIROS INIQUOS
QUI EI CONSILIUM DEDERANT
UT UENIRET IN REGIONEM IPSORŪ
ET MULTOS EX EIS OCCIDIT
IPSE AUTEM COGITAUIT CUM
RELIQUIS ABIRE IN REGIONEM SUĀ
ET COGNOUIT IONATHAS
ET MISIT AD EOS LEGATOS
CONPONERE CUM IPSO PACEM
ET REDDERE EI CAPTIUITATEM
ET LIBENTER ACCEPIT
ET FECIT SECUNDUM UERBA EIUS
ET IURAUIT NIHIL SE EI FACTURUM
MALI OMNIBUS DIEBUS
UITAE EIUS
ET REDDIT EI CAPTIUITATEM
QUAM PRIUS ERAT PRAEDA
TUS DE TERRA IUDA
ET CONUERSUS ABIIT IN TERRĀ SUĀ
ET NON ADPOSUIT AMPLIUS
UENIRE IN FINES EIUS
ET CESSAUIT GLADIUS EX ISRL
ET HABITAUIT IONATHAS
IN MACHEMAS
ET COEPIT IONATHAS IBI IUDI
CARE POPULUM
ET EXTERMINAUIT IMPIOS
EX ISRAHEL
XXXI X
ET ANNO CENTENSIMO
SEXAGENSIMO
ASCENDIT ALEXANDER ANTIOCHI
FILIUS QUI COGNOMINATUS
EST NOBILIS
ET OCCUPAUIT PTOLOMAIDEM
ET RECEPERUNT EUM
ET REGNAUIT ILLIC
ET AUDIUIT DEMETRIUS REX
ET CONGREGAUIT EXERCITUM
UALDE COPIOSUM
ET EXIUIT OBUIAM ILLI IN PROELIŪ
ET MISIT DEMETRIUS AD IONATHĀ
EPISTULAM UERBIS PACIFICIS
UT MAGNIFICARET EUM
DIXIT ENIM ANTICIPEMUS
PACEM FACERE CUM EO
PRIUSQUAM FACIAT CUM
ALEXANDRO ADUERSUS NOS
RECORDABITUR ENIM OMNIUM
QUAE FECIMUS IN EUM
ET IN FRATREM EIUS
ET IN GENTEM EIUS
ET DEDIT EI POTESTATEM
CONGREGANDI EXERCITUUM
ET FABRICARE ARMA
ET ESSET IPSUM SOCIUM EIUS
ET OBSIDES QUI ERANT IN ARCE
IUSSIT TRADI EI
XXXII
ET UENIT IONATHAS HIERUSALEM
ET LEGIT EPISTULAS IN AUDITU
OMNIS POPULI
ET EORUM QUI IN ARCE ERANT
ET TIMUERUNT TIMORE
MAGNO
QUONIAM AUDIERUNT QUOD
DEDIT EI REX IN POTESTATEM
CONGREGANDI EXERCITUUM
ET TRADITI SUNT IONATHAE
OBSIDES
ET REDDIDIT EOS PARENTIB· SUIS
ET HABITAUIT IONATHAS IN HIERUSALĒ
ET COEPIT AEDIFICARE ET IN
NOUARE CIUITATEM
ET DIXIT FACIENTIBUS OPERA
UT STRUERENT MUROS
ET MONTEM SION IN CIRCUITU
LAPIDIBUS QUADRATIS AD MUNI
TIONEM ET ITA FECERUNT
ET FUGERUNT ALIENIGENAE
QUI ERANT IN MUNITIONIB·
QUAS AEDIFICAUERAT BACCHIDES
ET RELIQUIT UNUSQUISQ· LOCŪ SUŪ

ET ABIIT IN TERRAM SUAM
TANTI IN BETH SURAM REMANSE
RANT ALIQUI EX HIS QUI RELIQUE
RANT LEGEM ET PRAECEPTA DI
ERAT ENIM HAEC EIS AD REFUGIU
XXXIII ET AUDIUIT ALEXANDER REX
PROMISSA QUAE DIMISIT
DEMETRIUS IONATHAE
ET NARRAUERUNT EI PROELIA
ET UIRTUTES QUAS IPSE FECIT
ET FRATRES EIUS
ET LABORES QUOS LABORAUERUNT
ET AIT NUMQUID INUENIEMUS
ALIQUEM UIRUM TALEM
ET NUNC FACIEMUS EUM AMICUM
ET SOCIUM NOSTRUM
ET SCRIPSIT EPISTULAM
ET MISIT EI SECUNDUM HAEC
UERBA DICENS
REX ALEXANDER
FRATRI IONATHAE SALUTEM
AUDIUIMUS DE TE QUOD UIR
POTENS UIRIBUS ET APTUS ES
UT SIS AMICUS NOSTER
ET NUNC CONSTITUIMUS TE HODIE
SUMMUM SACERDOTEM
GENTIS TUAE
ET UT AMICUS REGIS UOCERIS
ET MISIT EI PURPURAM ET
ET CORONAM AUREAM
UT QUAE NOSTRA SUNT SENTIAS
ET CONSERUES AMICITIAS AD NOS
ET INDUIT SE IONATHAS
STOLAM SCAM
SEPTIMO MENSE ANNO CENTEN
SIMO SEXAGENSIMO IN DIE
SOLLEMNI SCHENOPHEGIAE
ET CONGREGAUIT EXERCITUM
ET FECIT ARMA COPIOSA
XXXIIII ET AUDIUIT DEMETRIUS UERBA ISTA
ET CONTRISTATUS EST
ET AIT QUID HOC FECIMUS
QUOD PRAEOCCUPAUIT
NOS ALEXANDER

AD PREHENDERE AMICITIAM
IUDAEORUM ET MUNIMEN SUI
SCRIBAM ET EGO ILLI UERBA
DEPRAECATORIA
ET DIGNITATES ET DONA UT SIT
MECUM IN ADIUTORIO
ET SCRIPSIT IN HAEC UERBA
REX DEMETRIUS GENTI
IUDAEORUM SALUTEM
QUONIAM SERUASTIS AD NOS
PACTUM
ET MANSISTIS IN AMICITIA NOSTRA
ET NON ACCESSISTIS AD INIMICOS
NOSTROS AUDIUIMUS
ET GAUISI SUMUS
ET NUNC PERSEUERATE ADHUC
CONSERUARE IN NOS FIDEM
ET RETRIBUEMUS UOBIS BONA
PRO HIS QUAE FECISTIS NOBISCUM
ET REMITTEMUS UOBIS
PRAESTATIONES MULTAS
ET DABIMUS UOBIS DONATIONES
ET NUNC ABSOLUO UOS ET OMNES
IUDAEOS A TRIBUTIS
ET PRAETIA SALIS INDULGEO
ET CORONAS REMITTO
ET TERTIAS SEMINIS
ET MEDIA FRUCTUS LIGNI
QUOD EST PORTIONIS MEAE
RELINQUO UOBIS EX HODIERNO
ET DEINCEPS NEC ACCIPIATUR
A TERRA IUDA
ET A TRIBUS CIUITATIBUS QUAE
ADDITAE SUNT ILLI EX SAMARIA
ET GALILAEA
EX HODIERNA DIE ET IN TOTUM
TEMPUS
ET HIERUSALEM SIT SCA ET LIBERA
CUM FINIBUS SUIS
ET DECIMAE ET TRIBUTA IPSIUS SINT
REMITTO ETIAM POTESTATEM
ARCIS QUAE EST IN HIERUSALEM
ET DO EAM SUMMO SACERDOTI
ET CONSTITUAT IN EA UIROS

quos cumque ipse elegerit
qui custodiant eam
et omnem animam iudaeorũ
quae captiva est a terra iuda
et omni regno meo relinquo
liberam gratis
et omnes a tributis resolvantur
etiam pecorum suorum
et omnes dies sollemnes
et sabbata et neomeniae
et dies decreti
et tres dies ante diem sollemnẽ
et tres post diem sollemnem
sint omnes inmunitatibus
et remissionis omnibus iudaeis
qui sunt in regno meo
et nemo potestatem agere
aliquid habeat et movere
negotii adversus aliquem
eorum in omni causa
et ut adscribantur ex iudaeis
in exercitu regis ad triginta
milia virorum
et dabuntur illis copiae
ut oportet omnibus
exercitibus regis
et ex ipsis ordinabuntur
qui sint in munitionibus
regis magni
et ex his constituentur
supra negotia regni
quae aguntur ex fide
et principes sint ex eis
et ambulent legibus suis
sicut praecepit rex in terra iuda
et tres civitates quae additae
sunt iudaeae ex regione
samariae cum iudaea
reputentur
ut sit sub uno et non oboediant
aliae potestati
nisi summi sacerdotis
ptolomaidam et confines eius
quas dedi donum scis
qui sunt hierusalem
ad necessarios sumptus
scorum
et ego singulis annis dabo
quindecim milia siclorum
argenti de rationibus regis
quae contingunt
et omne quod reliquum fuit
quod non reddiderant qui
super negotia erant
annis prioribus
ex hoc dabunt in opera domus
et super haec quinque milia
siclorum argenti
quae accipiebant de scorum
ratione per singulos annos
et haec ad sacerdotes
pertineant qui ministerio
funguntur
et quicumque fuerint
in templum quod est
in hierusolymis
et omnibus finibus eius
obnoxios regi in omni negotio
dimittatis
et universa quae sunt eis
in regno meo libere habeant
et aedificanda vel restauranda
opera scorum
sumptus dabuntur de ratione
regis
et ad extruendos muros
hierusalem
et communiendos in circuitu
sumptus dabuntur de ratione
regis
et ad construendos muros
in iudaea
ut audivit autem ionathas
et populus sermones istos
non crediderunt eis
nec receperunt eos
quia recordati sunt malitiae
magnae quam fecerat in isrl

ET TRIBULAVERAT EOS VALDE
ET CONPLACUIT EIS IN ALEXANDRUM
QUIA IPSE FUERAT EIS PRINCEPS
SERMONUM PACIS
ET IPSI AUXILIUM FEREBANT
OMNIBUS DIEBUS
XXXV ET CONGREGAVIT ALEXANDER
REX EXERCITUM MAGNUM
ET ADMOVIT CASTRA AD DEMETRIŪ
ET COMMISERUNT PROELIUM REGES
ET FUGIT EXERCITUS ALEXANDRI
ET INSEQUUTUS EST EUM DEMETRIUS
ET INCUBUIT SUPER EOS
ET INVALUIT PROELIUM NIMIS
DONEC OCCIDIT SOL,
ET OCCIDIT DEMETRIUS IN ILLA DIE
ET MISIT ALEXANDER AD PTOLO
MEUM REGEM AEGYPTI
LEGATOS SECUNDUM HAEC
VERBA DICENS
QUONIAM INGRESSUS SUM
IN REGNUM MEUM
ET SEDI IN SEDEM PATRUM MEORŪ
ET OBTINUI PRINCIPATUM
ET CONTRIVI DEMETRIUM
ET POSSEDI REGIONEM NOSTRAM
ET COMMISI CUM EO PUGNAM
ET CONTRITUS EST IPSE
ET CASTRA EIUS A NOBIS
ET SEDIMUS IN SEDE REGNI EIUS
ET NUNC STATUAMUS AD INVICEM
AMICITIAM
ET DA MIHI FILIAM TUAM UXOREM
ET ERO GENER TUUS ET IPSI
DIGNITATI TUAE
ET RESPONDIT PTOLOMEUS
REX DICENS
FELIX DIES IN QUA REVERSUS ES
AD TERRAM PATRUM TUORUM
ET SEDISTI IN SEDE REGNI EORUM
ET NUNC FACIAM TIBI QUAE
SCRIPSISTI
SED OCCURRE PTOLOMAIDE
UT VIDEAMUS NOS INVICEM

ET SPONDEAM TIBI SICUT DIXISTI
ET EXIIT PTOLOMEUS DE AEGYPTO
IPSE ET CLEOPATRA FILIA EIUS
ET VENIT PTOLOMAIDAE
ANNO CENTENSIMO SEXAGENSIMO
SECUNDO
ET OCCURRIT EI ALEXANDER REX
ET DEDIT EI CLEOPATRAM
FILIAM SUAM
ET FECIT NUPTIAS EIUS PTOLOMA
IDAE SICUT REGES IN MAGNA
GLORIA
ET SCRIPSIT REX ALEXANDER
IONATHAE UT VENIRET
OBVIAM SIBI
ET ABIIT CUM GLORIA IN
PTOLOMAIDEM
ET OCCURRIT IBI DUOB· REGIB·
ET DEDIT ILLIS ARGENTUM MULTŪ
ET AURUM ET DONA
ET INVENIT GRATIAM IN CONSPECTU
EORUM
ET CONVENERUNT ADVERSUS
EUM VIRI PESTILENTES EX ISRL
VIRI INIQUI INTERPELLANTES
ADVERSUS EUM
ET NON INTENDIT AD EOS REX
ET IUSSIT EXPOLIARI IONATHAN
VESTIMENTIS SUIS ET INDUI
EUM PURPURA ET ITA FECERUNT
ET CONLOCAVIT EUM REX
SEDERE SECUM
DIXITQ· PRINCIPIBUS
EXITE CUM EO IN MEDIO CIVITATIS
ET PRAEDICATE UT NEMO INTER
PELLET ADVERSUS EUM
DE ULLO NEGOTIO
NEC QUISQUAM EI MOLESTUS SIT
DE ULLA RATIONE
ET FACTUM EST UT VIDERUNT
QUI INTERPELLABANT GLORIAM
EIUS QUAE PRAEDICABATUR
ET OPERI EUM PURPURA
FUGERUNT OMNES

ET MAGNIFICAUIT EUM REX
SCRIPSIT EUM INTER PRIMOS
AMICOS
ET POSUIT EUM DUCEM ET PAR
TICIPEM PRINCIPATUS
ET REUERSUS EST IONATHAS
IN HIERUSALEM CUM PACE
ET LAETITIA
XXXVI IN ANNO CENTENSIMO SEXAGEN
SIMO QUINTO
UENIT DEMETRIUS FILIUS
DEMETRI A CRETA IN TERRAM
PATRUM SUORUM
ET AUDIUIT ALEXANDER REX
ET CONTRISTATUS EST UALDE
ET REUERSUS EST ANTIOCHIAM
ET CONSTITUIT DEMETRIUS
APOLLONIUM
QUI PRAEERAT COELESYRIAE
ET CONGREGAUIT EXERCITUM
MAGNUM
ET ADCESSIT AD IAMNIAM
ET MISIT AD IONATHAN
SUMMUM SACERDOTEM
DICENS
TU SOLUS RESISTIS NOBIS
EGO AUTEM FACTUS SUM IN DERISU̅
ET IN OPPROBRIUM
PROPTEREA QUIA TU POTESTATEM
EXERCES IN MONTIBUS
NUNC ERGO CONFIDES IN UIRTUTIB·
TUIS DESCENDE AD NOS
IN CAMPUM
ET CONPAREMUS ILLIC INUICEM
QUIA MECUM EST UIRTUS
BELLORUM INTERROGA
ET DISCE QUI SIM EGO
ET CETERI QUI AUXILIO SUNT
MIHI QUI ET DICUNT
QUIA NON POTEST STARE PES
UESTER ANTE FACIEM NOSTRAM
QUIA BIS IN FUGAM CONUERSI SUNT
PATRES TUI IN TERRA SUA
ET NUNC QUOMODO POTERIS
SUSTINERE EQUITATUM
EXERCITUUM
TANTUM IN CAMPO UBI NON EST
LAPIS NEQUE SAXUM NEQUE
LOCUS FUGIENDI
UT AUDIUIT AUTEM IONATHAS
SERMONES APOLLONII
MOTUS EST ANIMO
ET ELEGIT DECEM MILIA UIRORUM
ET EXIUIT AB HIERUSALEM
ET CONCURRIT EI SIMON
FRATER EIUS IN ADIUTORIUM
ET ADPLICUERUNT CASTRA
IN IOPPE
ET OBPUGNAUIT EAM
ET EXTERRITI QUI ERANT INTRA
CIUITATEM APERUERUNT EI
ET OBTINUIT IONATHAS IOPPEN
ET AUDIUIT APPOLLONIUS
ET MOUIT TRIA MILIA EQUITUM
ET EXERCITUM MULTUM
ET ABIIT AZOTUM TAMQUAM
ITER FACIENS
ET STATIM EXIIT IN CAMPUM
EO QUOD HABERET MULTITUDINE̅
EQUITUM ET CONFIDERET IN EIS
ET INSEQUUTUS EST EUM
IONATHAS IN AZOTUM
ET PROELIUM COMMISERUNT
ET RELIQUIT APOLLONIUS
IN CASTRIS MILLE EQUITES
POST EOS OCCULTE
ET COGNOUIT IONATHAS QUONIAM
SUNT INSIDIAE POST SE
ET CIRCUMIERUNT CASTRA EIUS
A MANE USQUE AD UESPERAM
POPULUS AUTEM STABAT
SICUT PRAECEPIT IONATHAS
ET LABORAUERUNT EQUI EORUM
ET EIECIT SIMON EXERCITU̅ SUU̅
ET CONMISIT CONTRA LEGIONEM
EQUITES ENIM FATIGATI ERANT
ET CONTRITI SUNT AB EO
ET FUGERUNT

et qui dispersi sunt in campū
fugerunt in Azotum
et intrauerunt in Bethdagon
idolum suum ut se liberarent
et succendit Ionathas Azotum
et ciuitates quae erant
in circuitu eius
et accepit spolia eorum
et templum Dagon
et eos qui fuerunt in illud
succendit igni
et fuerunt qui ceciderunt
gladio
cum his qui succensi sunt
fere octo milia uirorum
XXXVII Et mouit inde Ionathas castra
et adplicuit ea Ascalona
et exierunt de ciuitate
obuiam illi in magna gloria
et reuersus est Ionathas
in Hierusalem cum suis
habentibus spolia multa
et factum est ut audiuit
Alexander rex sermones istos
addidit adhuc glorificare
Ionathan
et misit ei fibulam auream
sicuti est consuetudo dari
cognatis regum
et dedit ei Accaron et omnes
fines eius in possessionem
XXXVIII XI Et rex Aegypti congregauit
exercitum sicut arenam
quae est circa ora maris
et naues multas
et querebat optinere regnum
Alexandri dolo
et adderet illud regno suo
et exiit in Syriam uerbis
pacificis
et aperiebant ei quia manda
uerat Alexander rex
exire ei obuiam
eo quod socer suus esset

Cum introiret autem ciuitatē
Ptolomeus ponebat
custodias militum
in singulis ciuitatibus
et ut propiauit Azoto
ostenderunt ei templum
Dagon succensum
et Azotum et cetera eius
demolita et corpora
proiecta
et eorum qui caesi erant
in bello tumulos quos
fecerat secus uiam
et narrauerunt regi quia
haec fecit Ionathas
ut inuidiam facerent ei
et tacuit rex
et occurrit Ionathas regi
in Ioppen cum gloria
et inuicem se salutauerunt
et dormierunt illic et abiit
Ionathas cum rege
usque ad fluuium qui uocatur
Eleutherus
et reuersus est Hierusalem
Rex autem Ptolomeus
obtinuit dominium ciui
tatum usque Seleuciam
maritimam
et cogitabat in Alexandrum
consilia mala
et misit legatos ad Demetriū
dicens
ueni conponamus inter nos
pacem
et dabo tibi filiam meam
quam habuit Alexander
et regnabis in regno patris tui
paenituit enim me quod
dederim illi filiam meam
quaesiuit enim me occidere
et uituperauit eum
propter ea quod concupierat
regnum eius·

ET ABSTULIT FILIAM SUAM
ET DEDIT EAM DEMETRIO
ET ABALIENAUIT SE AB ALEXANDRO
ET MANIFESTAE FACTAE SUNT
INIMICITIAE EIUS
ET INTRAUIT PTHOLOMEUS
ANTIOCHIAM
ET INPOSUIT DUO DIADEMATA
CAPITI SUO AEGYPTI ET ASIAE
XXXIX PTHOLOMEUS AUTEM REX ERAT
IN CILICIA ILLIS TEMPORIBUS
QUIA REBELLABANT QUI ERANT
IN LOCIS ILLIUS
ET AUDIUIT ALEXANDER
ET UENIT AD EUM IN BELLO
ET PRODUXIT PTHOLOMEUS
REX EXERCITUM
ET OCCURRIT EI IN MANU UALIDA
ET FUGAUIT EUM
ET FUGIT ALEXANDER IN ARABIA
UT IBI PROTEGERETUR
REX AUTEM PTOLOMEUS
EXALTATUS EST
ET ABSTULIT GADDIEL ARABS
CAPUT ALEXANDRI
ET MISIT PTHOLOMEO
ET REX PTHOLOMEUS
MORTUUS EST IN DIE TERTIA
ET QUI ERANT IN MUNITIONIB·
PERIERUNT
AB HIS QUI ERANT INTRA CASTRA
ET REGNAUIT DEMETRIUS
ANNO CENTENSIMO SEXAGEN
SIMO SEPTIMO
XL IN DIEBUS ILLIS CONGREGAUIT
IONATHAS EOS QUI ERANT
IN IUDAEA
UT EXPUGNARENT ARCEM
QUAE EST IN HIERUSALEM
ET FECERUNT CONTRA EAM
MACHINAS MULTAS
ET ABIERUNT QUIDAM QUI ODE
RANT GENTEM SUAM UIRI
INIQUI AD REGEM

ET NUNTIAUERUNT EI QUOD
IONATHAS OBSIDERET ARCEM
ET UT AUDIUIT IRATUS EST
ET STATIM UENIT PTHOLOMAIDA
ET SCRIPSIT IONATHAE
NE OBSIDERET
SED OCCURRERET SIBI AD CON
LOQUIUM FESTINATO
UT AUDIUIT AUTEM IONATHAS
IUSSIT OBSIDERI
ET ELEGIT DE SENIORIBUS ISRL
ET DE SACERDOTIBUS ET DEDIT
SE PERICULO
ET ACCEPIT AURUM ET ARGENTUM
ET UESTEM ET ALIA SENIA MULTA
ET ABIIT AD REGEM PTHOLOMAIDE
ET INUENIT GRATIAM IN CONSPEC
TU EIUS
ET INTERPELLABANT ADUERSUS EUM
QUIDAM INIQUI EX GENTE SUA
ET FECIT EI REX SICUT FECE
RANT EI QUI ANTE IPSUM
FUERANT
ET EXALTAUIT EUM IN CON
SPECTU AMICORUM OMNIUM
ET STATUIT EI PRINCIPATUM
SACERDOTII
ET QUAECUMQUE ALIA HABUIT
PRIUS PRAETIOSA
ET FECIT EUM PRINCIPEM
AMICORUM
ET POSTULAUIT IONATHAS A REGE
UT IMMUNEM FACERET IUDEAM
TOPARCIAS ID EST ET SAMARIAM
ET PROMISIT EI TALENTA TRECENTA
ET CONSENSIT REX
ET SCRIPSIT IONATHAE EPISTULAS
DE HIS OMNIBUS HUNC MODUM
CONTINENTES
REX DEMETRIUS IONATHAE
FRATRI SALUTEM ET GENTI
IUDAEORUM
EXEMPLUM EPISTULAE QUAM
SCRIPSIMUS LASTHENI

PARENTI NOSTRO DE UOBIS
MISIMUS AD UOS UT SCIRETIS
REX DEMETRIUS LASTHENI
PARENTI SALUTEM
GENTI IUDAEORUM AMICIS NOSTRIS
ET CONSERUANTIBUS QUAE IUSTA
SUNT APUD NOS
DECREUIMUS BENEFACERE
PROPTER BENIGNITATE IPSORUM
QUAM ERGA NOS HABENT
STATUAMUS ERGO ILLIS OMNES
FINES IUDAEAE
ET TRES CIUITATES LYDDAM
ET RAMATHAE QUAE ADDITAE
SUNT IUDAEAE EX SAMARIAE
ET OMNES CONFINES EARUM
SEQUAESTRA OMNIBUS SACRI
FICANTIBUS IN HIERUSOLYMIS
PRO HIS QUAE AB EIS REX ACCIPIE
BAT PER SINGULOS ANNOS
ET PRO FRUCTIBUS TERRAE
ET POMORUM
ET ALIA QUAE AD NOS PERTINEBANT
DECIMARUM ET TRIBUTORUM
EX HOC TEMPORE REMITTIMUS
EIS ET AREAS SALINARUM
ET CORONAS QUAE NOBIS
DEFEREBANTUR
OMNIA IPSIS CONCEDIMUS
ET NIHIL HORUM IRRITUM ERIT
EX HOC ET IN OMNE TEMPUS
NUNC ERGO CURATE FACERE
HORUM EXEMPLUM
ET DETUR IONATHAE
ET PONATUR IN MONTE SCO
IN LOCO CELEBRI
ET UIDIT DEMETRIUS REX
QUOD SILUIT TERRA IN CON
SPECTU SUO ET NIHIL EI RESISTIT
DIMISIT TOTUM EXERCITUM SUUM
UNUM QUEMQ· IN LOCUM SUUM
EXCEPTO PEREGRINO EXERCITU
QUEM CONTRAXIT AB INSULIS
GENTIUM

ET INIMICI ERANT EI OMNIS
EXERCITUS PATRUM EIUS
XLI TRIFON AUTEM ERAT QUIDAM
PARTIUM ALEXANDRI PRIUS
ET UIDIT QUONIAM OMNES
EXERCITUS MURMURAT
CONTRA DEMETRIUM
ET IIT AD EMALC UEL ARABUM
QUI NUTRIEBAT ANTIOCHUM
FILIUM ALEXANDRI
ET ADSIDEBAT EI UT TRADERET
EUM IPSI
UT REGNARET IN LOCO PATRIS SUI
ET ENUNTIAUIT EI QUANTA
FECIT DEMETRIUS
ET INIMICITIAS EXERCITUUM
EIUS ADUERSUM ILLUM
ET MANSIT ILLIC DIEB· MULTIS
ET MISIT IONATHAS AD DEMETRIUM
REGEM
UT EICERENT EOS QUI IN ARCE
ERANT IN HIERUSALEM
ET QUI IN PRAESIDIIS ERANT
QUIA INPUGNABANT ISRL
ET MISIT DEMETRIUS AD IONATHAN
DICENS
NON HAEC TANTUM FACIAM TIBI
ET GENTI TUAE
SED GLORIA INLUSTRABO TE
ET GENTEM TUAM CUM FUERIT
OPORTUNUM
NUNC ERGO RECTE FECERIS
SI MISERIS UIROS IN AUXILIUM
QUIA DISCESSIT OMNIS
EXERCITUS MEUS
ET MISIT EI IONATHAS TRIA MILIA
UIRORUM FORTIUM ANTIOCHIAM
ET UENERUNT AD REGEM
ET DELECTATUS EST REX
IN ADUENTU EORUM
ET CONUENERUNT QUI ERANT
DE CIUITATE CENTUM UIGINTI
MILIA UIRORUM
ET UOLEBANT INTERFICERE REGEM

ET FUGIT REX IN AULAM
ET OCCUPAVERUNT PUGNARE
ET VOCAVIT REX IUDAEOS
IN AUXILIUM
ET CONVENERUNT OMNES
SIMUL AD EUM
ET DISPERSI SUNT OMNES
PER CIVITATEM
ET OCCIDERUNT IN ILLA DIE
CENTUM MILIA HOMINUM
ET SUCCENDERUNT CIVITATEM
ET CEPERUNT SPOLIA MULTA
IN ILLA DIE
ET LIBERAVERUNT REGEM
ET VIDERUNT QUI ERANT DE CIVI
TATEM QUOD OBTENUISSENT
IUDAEI CIVITATEM SICUT
VOLEBANT.
ET INFIRMATI SUNT MENTE SUA
ET CLAMAVERUNT AD REGEM
CUM PRECIBUS DICENTES
DA NOBIS DEXTRAS
ET CESSENT IUDAEI OBPUGNANTES
NOS ET CIVITATEM
ET PROIECERUNT ARMA
ET FECERUNT PACEM
ET GLORIFICATI SUNT IUDAEI
IN CONSPECTU REGIS
ET IN CONSPECTU OMNIUM
QUI ERANT IN REGNO EIUS
ET NOMINATI SUNT IN REGNO
ET REGRESSI SUNT IN HIERUSALEM
HABENTES SPOLIA MULTA
ET SEDIT DEMETRIUS REX
IN SEDEM REGNI SUI
ET SILUIT TERRA IN CONSPECTU EIUS
ET MENTITUS EST OMNIA
QUAECUMQUE DIXIT
ET ALIENAVIT SE A IONATHAN
ET NON RETRIBUIT EI SECUNDUM
BENEFICIA QUAE SIBI TRIBUERAT
ET EXPUGNABAT EUM VALDE
XLIII POST HAEC AUTEM REVERSUS
EST TRIFON ET ANTIOCHUS
CUM EO PUER ADULESCENS
ET REGNAVIT ET POSUIT DIADEMA
ET CONGREGATI SUNT AD EUM
OMNIS EXERCITUS QUOS
DISPERSERAT DEMETRIUS
ET PUGNAVERUNT CONTRA EUM
ET FUGIT ET TERGA VERTIT
ET ACCEPIT TRYFON BESTIAS
ET OBTINUIT ANTIOCHIAM
XLIIII ET SCRIPSIT ANTIOCHUS
ADULESCENS IONATHAE
DICENS
CONSTITUO TIBI SACERDOTIUM
ET CONSTITUO TE SUPER QUAT
TUOR CIVITATES UT SIS
DE AMICIS REGIS
ET MISIT ILLI VASA AUREA
ET MINISTERIUM
ET DEDIT EI POTESTATEM
BIBENDI IN AURO
ET ESSE IN PURPURAM
ET HABERE FIBULAM AUREAM
ET SIMONEM FRATREM EIUS
CONSTITUIT DUCEM
A TERMINIS TYRI USQUE
AD FINES AEGYPTI
ET EXIIT IONATHAS ET PER
AMBULABAT TRANS FLUMEN
CIVITATES
ET CONGREGATUS EST AD EUM
OMNIS EXERCITUS SYRIAE
IN AUXILIO ET VENIT ASCALONA
ET OCCURRERUNT EI DE CIVITATE
HONORIFICAE
ET ABIIT INDE GAZAM
ET CONCLUSERUNT SE QUI ERANT
GAZAE ET OBSEDIT EAM
ET SUCCENDIT EA QUAE IN CIRCUITU
ERANT CIVITATES
ET PRAEDATUS EST EAS
ET ROGAVERUNT GAZENSES
IONATHAN
ET DEDIT ILLIS DEXTRAM
ET ACCEPIT FILIOS EORUM OBSIDES

ET MISIT ILLOS IN HIERUSALEM
ET PERAMBULAUIT REGIONEM
USQUE DAMASCUM
XLIIII ET AUDIUIT IONATHAS
QUIA PRAEUARICATI SUNT PRINCIPES
DEMETRI IN CADES
QUAE EST IN GALILAEA CUM EXER
CITU MULTO
UOLENTES EUM REMOUERE
A NEGOTIA REGNI ET OCCURRIT ILLIS
FRATREM AUTEM SUUM SIMONEM
pro
RELIQUIT INTRAUINCIAM
ET ADPLICUIT SIMON AD BETSURĀ
ET EXPUGNABAT EAM DIEB· MULTIS
ET CONCLUSIT EOS
ET POSTULAUERUNT AB EO
DEXTRAS ACCIPERE
ET DEDIT ILLIS
ET EIECIT EOS INDE
ET CEPIT CIUITATEM
ET POSUIT IN EA PRAESIDIUM
ET IONATHA ET CASTRA EIUS
ADPLICUERUNT AD AQUAM
GENNESAR
ET ANTE LUCEM UIGILAUERUNT
IN CAMPUM ASOR
ET ECCE CASTRA ALIENIGENARUM
OCCURREBANT IN CAMPO
ET TENDEBANT EI INSIDIAS
IN MONTIBUS
IPSE AUTEM OCCURRIT EX
ADUERSO
INSIDIAE UERO EXSURREXERUNT
DE LOCIS SUIS
ET CŌMISERUNT PROELIUM
ET FUGERUNT QUI ERANT
EX PARTE IONATHAE OMNES
ET NEMO RELICTUS EST EX EIS
NISI MATTHATHIAS FILIUS ABSOLOMI
ET IUDAS FILIUS CHALFI PRINCEPS
MILITIAE EXERCITUS
ET SCIDIT IONATHAS UESTIMENTA SUA
ET POSUIT TERRAM IN CAPITE SUO
ET ORAUIT

ET REUERSUS EST AD EOS
IN PROELIUM
ET CONUERTIT ILLOS
ET PUGNAUERUNT
ET UIDERUNT QUI AFUGIEBANT
PARTIS ILLIUS ET REUERSI
SUNT AD EUM
ET INSEQUEBANTUR CUM EO
USQ· CADES AD CASTRA SUA
ET PERUENERUNT USQUE ILLUC
ET CECIDERUNT DE ALIENIGENIS
IN DIE ILLA QUATTUOR MILIA
UIRORUM
ET REGRESSUS EST IONATHA
IN HIERUSALEM
XLV XII ET UIDIT IONATHAS QUIA
TEMPUS EUM IUBAT
ET ELEGIT UIROS ET MISIT ROMAM
STATUERE ET RENOUARE CUM EIS
AMICITIAM ET AD SPARTAS
ET AD ALIA LOCA MISIT EPISTULAS
SECUNDUM EANDEM FORMAM
ET ABIERUNT ROMAM
ET INTRAUERUNT IN CURIAM
ET DIXERUNT
IONATHAS SUMMUS SACERDOS
ET GENS IUDAEORUM
MISERUNT NOS
UT RENOUETIS AMICITIAM
ET SOCIETATEM SECUNDUM
PRISTINAM
ET DEDERUNT ILLIS EPISTULAS
AD IPSOS PER LOCA
UT DEDUCERENT EOS IN TERRAM
IUDA CUM PACE
ET HOC EXEMPLUM EPISTULARŪ
QUAS SCRIPSIT IONATHAS
SPARTIATIS
IONATHAS SUMMUS SACERDOS
ET SENIORES GENTIS
ET SACERDOTES ET RELIQUUS
POPULUS IUDAEORUM
SPARTIATIS FRATRIB· SALUTEM
IAM PRIDEM MISSAE ERANT EPISTULAE

ADONIAM SUMMUM SACERDOTE͞
AB ARIO QUI REGNABAT APUD UOS
QUONIAM ESTIS FRATRES NOSTRI
SICUT RESCRIPTUM CONTINET
QUOD SUBIECTUM EST
ET SUSCEPIT ONIAS UIRUM
QUI FUERAT MISSUS CUM HONORE
ET ACCEPIT EPISTULAS IN QUIBUS
SIGNIFICABATUR DE SOCIETATE
ET AMICITIA
NOS CUM NULLO HORUM INDIGE
REMUS HABENTES SOLACIO
SCOS LIBROS QUI SUNT
IN MANIBUS NOSTRIS
MALUIMUS MITTERE AD UOS
RENOUARE FRATERNITATEM
ET AMICITIAM NE FORTE ALIENI
EFFICIAMUR A UOBIS
MULTA ENIM TEMPORA TRANSIERUNT
EX QUO MISISTIS AD NOS
NOS ERGO IN OMNI TEMPORE
SINE INTERMISSIONE
IN DIEB· SOLLEMNIBUS
ET CETERIS QUIBUS OPORTET
MEMORES SUMUS UESTRI
IN SACRIFICIIS QUAE OFFERIMUS
ET OBSERUATIONIBUS SICUT FAS
EST ET DECET MEMINISSE
FRATRUM
LAETAMUR ITAQUE DE GLORIA
UESTRA
NOS AUTEM CIRCUM DEDERUNT
MULTAE TRIBULATIONES
ET MULTA PROELIA
ET INPUGNAUERUNT NOS REGES
QUI SUNT IN CIRCUITU NOSTRO
NOLUIMUS ERGO UOBIS
MOLESTI ESSE
NEQ· CETERIS SOCIIS ET AMICIS
NOSTRIS IN HIS PROELIIS
HABUIMUS ENIM DE CAELO
AUXILIUM
ET LIBERATI SUMUS NOS ET HUMI
LIATI SUNT INIMICI NOSTRI
ELEGIMUS ITAQUE NUMENIUM
ANTIOCHI
ET ANTIPATRUM IASONIS FILIUM
ET MISIMUS AD ROMANOS
RENOUARE CUM EIS AMICITIAM
ET SOCIETATEM PRISTINAM
MANDAUIMUS ITAQUE EIS UT UENIANT
ETIAM AD UOS ET SALUTENT
UOS UT REDDANT UOBIS EPISTULAS
NOSTRAS DE INNOUATIONE
FRATERNITATIS NOSTRAE
ET NUNC BENE FACIETIS RESPON
DENTES NOBIS AD HAEC
ET HOC RESCRIPTUM EPISTULA
RUM QUOD MISERAT ONIAS
REX SPARTIARUM
ONIAS IONATHAE SACERDOTI
MAGNO SALUTEM
INUENTUM EST IN SCRIPTURA
DE SPARTIATIS ET IUDAEIS
QUONIAM SUNT FRATRES ET QUIA
SUNT DE GENERE ABRAHAM
ET NUNC EX QUO HAEC COGNOUIMUS
BENE FACITIS SCRIBENTES NOBIS
DE PACE UESTRA
SED ET NOS SCRIPSIMUS UOBIS
PECORA NOSTRA ET POSSESSIO
NES NOSTRAE UESTRAE SUNT
ET UESTRA NOSTRA
MANDAMUS ITAQUE HAEC
NUNTIARE UOBIS
xlvi ET AUDIUIT IONATHAS QUONIAM
EGRESSI SUNT PRINCIPES
DEMETRII CUM EXERCITU
MULTO
SUPRA QUAM PRIUS PUGNARE
ADUERSUS EUM
ET EXIIT AB HIERUSALEM
ET OCCURRIT EIS IN AMATHITAE
REGIONE
NON ENIM DEDERAT EIS SPATIUM
UT INGREDERENTUR REGIONEM EIUS
ET MISIT SPECULATORES
IN CASTRA EORUM

ET REUERSI RENUNTIAUERUNT
QUIA CONSTITUUNT SUPERUENIRE
ILLIS NOCTE
CUM OCCIDISSET AUTEM SOL
PRAECEPIT IONATHAS
SUIS UIGILARE
ET ESSE IN ARMIS PARATOS
AD PUGNAM TOTA NOCTE
ET POSUIT CUSTODES PER CIRCUI
TU CASTRORUM
ET AUDIERUNT ADUERSARII
QUIA PARATUS EST IONATHAS
CUM SUIS IN BELLO
ET TIMUERUNT ET FORMIDA
UERUNT CORDE SUO
ET ACCENDERUNT FOCOS
IN CASTRIS SUIS
IONATHAS AUTEM ET QUI CUM
EO ERANT
NON COGNOUERUNT USQ· MANE
UIDEBANT ENIM LUMINA
ARDENTIA
ET SECUTUS EST IONATHA
ET NON CONPREHENDIT EOS
TRANSIERANT ENIM FLUMEN
ELEUTHERUM
ET DEUERTIT IONATHAS AD ARABAS
QUI UOCANTUR ZABADAEI
ET PERCUSSIT EOS ET ACCEPIT
SPOLIA EORUM
ET IUNCXIT ET UENIT DAMASCU·
ET PER AMBULAUIT OMNEM
REGIONEM ILLAM
SIMON AUTEM EXIIT ET UENIT
USQ· AD ASCALON
ET AD PROXIMA PRAESIDIA
ET DECLINAUIT IN IOPPEN
ET OCCUPAUIT EAM
AUDIUIT AUTEM QUOD UELLET
PRAESIDIUM TRADERE
PARTIB· DEMETRII
ET POSUIT IBI CUSTODES
UT CUSTODIRENT EAM
ET REUERSUS EST IONATHAS
ET CONUOCAUIT SENIORES POPULI
ET COGITAUIT CUM EIS AEDIFICARE
PRAESIDIA IN IUDAEA
ET AEDIFICARE MUROS IN HIERUSALE̅
ET EXALTARE ALTITUDINEM
MAGNAM
INTER MEDIUM ARCIS ET CIUITATIS
UT SEPARARET EAM A CIUITATE
UT ESSET IPSA SINGULARITER
ET NEQUE EMANT NEQ· UENDANT
ET CONUENERUNT UT AEDIFICA
RENT CIUITATEM
ET CECIDIT MURUS QUI ERAT
SUPER TORRENTEM AB ORTU
SOLIS
ET REPARAUIT EUM QUI UOCATUR
CAPHETETA
ET SIMON AEDIFICAUIT ADIADA
IN SEPHELA
ET MUNIUIT EAM ET POSUIT
PORTAS ET SERAS
xlvii ET CUM COGITASSET TRYFON
REGNARE ASIAE
ET ADSUMERE DIADEMA
ET EXTENDERET MANUM
IN ANTIOCHUM REGEM
TIMENS NE FORTE NON PERMIT
TERET EUM IONATHAS
SED PUGNARET ADUERSUS EUM
QUAEREBAT CONPREHENDERE
EUM ET OCCIDERE
ET EXSURGENS ABIIT IN BETHSAN
ET EXIIT IONATHAS OBUIAM
CUM QUADRAGINTA MILIBUS
UIRORUM ELECTORUM
IN PROELIUM ET UENIT BETHSAN
ET UIDIT TRYFON QUIA UENIT
CUM EXERCITU MULTO
UT EXTENDERET IN EUM MANUS
ET TIMUIT ET EXCEPIT EUM
CUM HONORE
ET COMMENDAUIT EUM
OMNIBUS AMICIS SUIS
ET DEDIT EI MUNERA

ET PRAECEPIT EXERCITIBUS SUIS
UT OBOEDIRENT EI SICUT SIBI
ET DIXIT IONATHAE
UT QUID UEXASTI UNIUERSUM
POPULUM CUM BELLUM
NOBIS NON SIT
ET NUNC REMITTE EOS
IN DOMOS SUAS
ELIGE AUTEM TIBI UIROS PAUCOS
QUI TECUM SINT ET UENI MECU̅
PTOLOMAIDAM
ET TRADAM TIBI ILLAM
ET RELIQUA PRAESIDIA ET EXERCITU̅
ET UNIUERSOS PRAEPOSITOS
NEGOTII
ET CONUERSUS ABIBO
PROPTER EA ENIM UENI
ET CREDIDIT EI ET FECIT
SICUT DIXIT
ET DIMISIT EXERCITUM ET ABI
ERUNT IN TERRAM IUDA
RETINUIT AUTEM SECUM
TRIA MILIA UIRORUM
EX QUIBUS REMISIT IN GALILAEAM
DUO MILIA
MILLE AUTEM CUM EO UENERUNT
UT INTRAUIT AUTEM IONATHAS
PTOLOMAIDAM
CLUSERUNT PORTAS PTHOLOMENSES
ET CONPREHENDERUNT EUM
ET OMNES QUI CUM EO INTRA
UERANT GLADIO INTERFECERUNT
ET MISIT TRYFON EXERCITUM
ET EQUITES IN GALILAEAM
ET IN CAMPUM MAGNUM
UT PERDERENT OMNES SOCIOS
IONATHAE
AT ILLI CUM COGNOUISSENT
QUIA CONPREHENSUS EST
ET PERIIT ET OMNES QUI
CUM EO ERANT
HORTATI SUNT SEMET IPSOS
ET EXIERUNT PARATI IN PROELIUM
ET UIDENTES HI QUI SECUTI FUERANT
QUIA PRO ANIMA RES EST ILLIS
REUERSI SUNT
ILLI AUTEM UENERUNT OMNES
CUM PACE IN TERRAM IUDA
ET PLANXERUNT IONATHAN
ET EOS QUI CUM EO FUERANT
UALDE
ET LUXIT ISRAHEL LUCTU MAGNO
ET QUAESIERUNT OMNES GENTES
QUAE ERANT IN CIRCUITU EORUM
PERDERE EOS
DIXERUNT ENIM NON HABENT
PRINCIPEM ET ADIUUANTEM
NUNC ERGO EXPUGNEMUS ILLOS
ET TOLLAMUS DE HOMINIBUS
MEMORIAM EORUM
XLVIII XIII ET AUDIUIT SIMON QUOD CON
GREGAUIT TRYFON EXERCITUM
COPIOSUM
UT UENIRET IN TERRAM IUDA
ET ADTERERET EAM
UIDENS QUIA IN TREMORE POPULUS
EST ET TIMORE
ASCENDIT HIERUSALEM
ET CONGREGAUIT POPULUM
ET ADHORTANS DIXIT
UOS SCITIS QUANTA EGO ET FRS MEI
ET DOMUS PATRIS MEI FECIMUS
PRO LEGIB· ET PRO SCIS PROELIA
ET ANGUSTIAS QUALES UIDIMUS
HORUM GRATIA PERIERUNT
FRATRES MEI OMNES
PROPTER ISRAHEL
ET RELICTUS SUM EGO SOLUS ET NUNC
NON MIHI CONTINGAT PARCERE
ANIMAE MEAE
IN OMNI TEMPORE TRIBULATIONIS
NON ENIM MELIOR SUM
FRATRIBUS MEIS
UINDICABO ITAQUE GENTEM MEAM
ET SCA
NATOS QUE UESTROS ET UXORES
QUIA CONGREGATAE SUNT
UNIUERSAE GENTES

CONTERERE NOS INIMICITIAE
CRATIS
ET ACCENSUS EST SPS POPULI
SIMUL UT AUDIUIT SERMONES
ISTOS·
ET RESPONDERUNT UOCE MAGNA
DICENTES·
TU ES DUX NOSTER LOCO IUDAE
ET IONATHAE FRATRIS TUI·
PUGNA PROELIUM NOSTRUM
ET OMNIA QUAECUMQUE DIXERIS
NOBIS FACIEMUS·
ET CONGREGANS OMNES UIROS
BELLATORES
ADCELERAUIT CONSUMMARE
OMNES MUROS HIERUSALEM
ET MUNIUIT EX INTEGRO·
ET MISIT IONATHAN FILIUM
ABSOLOMONI·
ET CUM EO EXERCITUM NOUUM
IN IOPPEN·
ET EIECTIS HIS QUI ERANT IN EA
MANSIT ILLIC IPSE·
ET MOUIT TRYFON AB PTHOLO
MAIDA CUM EXERCITU MULTO·
UT UENIRET IN TERRAM IUDA·
ET IONATHAN CUM EO IN CUSTODIA·
SIMON AUTEM ADPLICUIT IN ADDUS
CONTRA FACIEM CAMPI·
ET UT COGNOUIT TRYFON·
QUIA SURREXIT SIMON IN LOCO
IONATHAE FRATRIS SUI·
MISIT AD EUM LEGATOS DICENS·
PRO ARGENTO QUOD DEBEBAT
FRATER TUUS IONATHAS·
IN RATIONE REGIS DETENUI
MUS EUM·
ET NUNC MITTE ARGENTI TALENTA
CENTUM ET DUOS FILIOS
EIUS OBSIDES·
UT NON DIMISSUS FUGIAT A NOBIS
ET REMITTEMUS EUM·
ET COGNOUIT SIMON QUIA CUM
DOLO LOQUITUR SECUM·

IUSSIT TAMEN DARI ARGENTUM
ET PUEROS·
NE INIMICITIAM MAGNAM SUMERET
AD ISRAHEL POPULUM DICENTEM·
QUIA NON MISIT ARGENTUM
ET PUEROS PROPTEREA PERIIT·
ET MENTITUS EST ET NON DIMISIT
IONATHAN·
ET POST HAEC UENIT TRYFON
INTRA REGIONEM UT CONTE
RERET EAM
ET CTRAUERUNT PER UIAM
QUAE DUCIT ADOR
ET SIMON ET CASTRA EIUS
AMBULABANT IN OMNEM
LOCUM QUOCUMQUE IBANT
QUI AUTEM IN ARCE ERANT
MISERUNT AD TRYFONEM
LEGATOS
UT FESTINARET UENIRE PER
DESERTUM ET MITTERET
ILLIS ALIMONIAS
ET PARAUIT TRYFON OMNEM
EQUITATUM
UT UENIRET ILLA NOCTE
ERAT AUTEM NIX UALDE MULTA
ET NON UENIT IN GALADITIN
ET CUM ADPROPIASSET BASCHAMA
OCCIDIT IONATHAN ET FILIOS EIUS
ET CONUERTIT TRYFON ET ABIIT
IN TERRAM SUAM
ET MISIT SIMON ET ACCEPIT OSSA
IONATHAE FRATRIS SUI
ET SEPELIUIT EA IN MODIN
CIUITATE PATRUM EIUS
ET PLANXERUNT EUM OMNIS ISRL
PLANCTU MAGNO
ET LUXERUNT EUM DIES MULTOS
ET AEDIFICAUIT SIMON SUPER
SEPULCHRUM PATRIS SUI
ET FRATRUM SUORUM
AEDIFICIUM ALTUM UISU
LAPIDE POLITO RETRO ET ANTE
ET STATUIT SEPTEM PYROMIDAS

UNAM CONTRA UNAM PATRI
ET MATRI ET QUATTUOR FRATRIB·
ET HIS CIRCUM POSUIT
COLUMNAS MAGNAS
ET SUPER COLUMNAS ARMA
AD MEMORIAM AETERNAM
ET IUXTA ARMA NAUES SCULPTAS
QUAE UIDERENTUR AB OMNIBUS
NAUIGANTIBUS MARE
HOC EST SEPULCHRUM QUOD
FECIT IN MODIN USQUE
IN HUNC DIEM
XLVIII TRYFON AUTEM CUM ITER FACERET
CUM ANTIOCHO REGE
ADULESCENTE
DOLO OCCIDIT EUM ET REGNAUIT
LOCO EIUS ET INPOSUIT SIBI
DIADEMA ASIAE
ET FECIT PLAGĀ MAGNAM IN TERRA
ET AEDIFICAUIT SIMON PRAESIDIA
· IUDAEAE
MUNIENS EA TURRIB· EXCELSIS
ET MURIS MAGNIS ET PORTIS
ET SERIS
ET POSUIT ALIMENTA IN MUNITIONIB·
ET ELEGIT SIMON UIROS
ET MISIT AD DEMETRIUM REGĒ
UT FACERET REMISSIONEM
REGIONI
QUIA ACTUS OMNES TRYFONIS
PER DIREPTIONEM FUERANT
GESTI
ET DEMETRIUS REX AD UERBA
ISTA RESPONDIT ET SCRIPSIT
EPISTULAM TALEM
L REX DEMETRIUS SIMONI SUMMO
SACERDOTI ET AMICO REGUM
ET SENIORIBUS ET GENTI
IUDAEORUM SALUTEM
CORONAM AUREAM ET BAEN
QUAM MISISTIS SUSCEPIMUS
ET PARATI SUMUS FACERE
UOBISCUM PACEM MAGNAM
ET SCRIBERE PRAEPOSITIS REGIS
REMITTERE UOBIS QUAE
INDULSIMUS
QUAECUMQUE ENIM CONSTITUI
MUS UOBIS CONSTANT
MUNITIONES QUAS AEDIFICASTIS
SINT UOBIS
REMITTIMUS QUOQUE IGNORANTIAS
ET PECCATA USQUE IN HODIER
NUM DIEM
ET CORONAM QUAM DEBEBATIS
ET SI QUID ALIUD ERAT TRIBUTARIŪ
HIERUSALEM
IAM NON SIT TRIBUTARIUM
ET SI QUI IN UOBIS APTI SUNT
CONSCRIBI
INTER NOSTROS CONSCRIBANTUR
ET SIT INTER NOS PAX
ANNO CENTENSIMO SEPTUA
GENSIMO
ABLATUM EST IUGUM GENTIUM
AB ISRAHEL
ET COEPIT POPULUS ISRAHEL
SCRIBERE IN TABULIS ET GESTIS
PUBLICIS
ANNO PRIMO SUB SIMONE
SACERDOTE
MAGNO DUCE ET PRINCIPE
IUDAEORUM
LI IN ILLIS DIEBUS SIMON ADPLICUIT
AD GAZAM
ET CIRCUMDEDIT EAM DE CASTRIS
ET FECIT MACHINAS ET ADPLICUIT
AD CIUITATEM
ET PERCUSSIT UNAM TURREM
ET CONPREHENDIT
ET QUI ERUPERUNT ERANT
INTRA MACHINAM IN CIUITATE
ET FACTUS EST MOTUS MAGNUS
IN CIUITATE
ET ASCENDERUNT QUI ERANT
IN CIUITATE CUM UXORIBUS
ET FILIIS SUPRA MURUM
SCISSIS TUNICIS SUIS
ET CLAMAUERUNT UOCE MAGNA

POSTULANTES A SIMONE
DEXTRAS SIBI DARI
ET DIXERUNT
NON NOBIS REDDAS SECUNDUM
MALITIAS NOSTRAS
SED SECUNDUM MISERICOR
DIAS TUAS
ET FLEXUS SIMON NON BEL
LAUIT EOS
EIECIT TAMEN EOS DE CIUITATE
ET EMUNDAUIT AEDES IN QUIB·
FUERANT SIMULACHRA
ET TUNC INTRAUIT IN EA
CUM HYMNIS BENEDICENS DÑM
ET EIECTA EX EA OMNI INMUNDITIA
CONLOCAUIT IN EA UIROS QUI
LEGEM FACERENT ET MUNDAUIT EX·
ET FECIT SIBI HABITATIONEM
QUI AUTEM ERANT IN ARCEM
HIERUSALEM PROHIBEBANTUR
EGREDI IN REGIONEM
ET EMERE AC UENDERE
ET ESURIERUNT UALDE
ET MULTI EX EIS FAME PERIERUNT
ET CLAMAUERUNT AD SIMONEM
UT DEXTRAS ACCIPERENT
ET DE DIT ILLIS
ET E IECIT EOS INDE
ET MUNDAUIT ARCEM A CONTA
MINATIONIBUS
ET IN TRAUERUNT IN EA
TER TIA ET UICENSIMA
SE CUNDI MENSIS
ANNO CENTENSIMO
SEP TUAGENSIMO PRIMO
CUM LA UDE ET RAMIS
PAL MARUM
ET CINYRIS ET CYMBALIS
ET NABLIS ET HYMNIS
ET CANTICIS
QUIA CONTRITUS EST INIMICUS
MAGNUS EX ISRAHEL
ET CONSTITUIT UT OMNIBUS
ANNIS AGERENTUR DIES
HII CUM LAETITIA
ET MUNDAUIT MONTEM TEMPLI
QUI ERAT SECUS ARCEM
ET HABITAUIT IBI IPSE ET QUI CUM
EO ERANT
ET UIDIT SIMON IOHANNEM
FILIUM SUUM QUOD UIR ESSET
ET POSUIT EUM DUCEM UIRTUTUM
UNIUERSARUM ET HABITAUIT
GAZARIS
LII XIIII ANNO CENTENSIMO SEPTUAGEN
SIMO SECUNDO
ET CONGREGAUIT REX DEMETRIUS
EXERCITUS SUOS
ET ABIIT IN MEDIAM AD CONTRA
HENDA SIBI AUXILIA
UT EXPUGNARE TRIFONEM
ET UT AUDIUIT ARSACES REX
PERSIDIS ET MEDIAE
QUIA INTRAUIT DEMETRIUS
CONFINES SUOS
ET MISIT UNUM DE PRINCIPIBUS
SUIS UT CONPREHENDERENT
EUM UIUUM ET ADDUCERENT
EUM AD SE
ET ABIIT ET PERCUSSIT CASTRA
DEMETRII
ET CONPREHENDIT EUM
ET DUXIT EUM AD ARSACEN
ET POSUIT EUM IN CUSTODIAM
LIII ET SILUIT TERRA IUDA OMNIB·
DIEB· SIMONIS
ET QUAESIUIT BONA GENTIS SUAE
ET PLACUIT ILLIS POTESTAS EIUS
ET GLORIA EIUS OMNIB· DIEB·
ET CUM OMNI GLORIA SUA
ACCEPIT IOPPEN IN PORTUM
ET FECIT INTROITUM
IN INSULIS MARIS
ET DILATAUIT FINES GENTIS SUAE
ET OBTINUIT REGIONEM
ET CONGREGAUIT CAPTIUITATEM
MULTAM
ET DOMINATUS EST GAZERAE

ET BETHSURAE ET ARCI
ET ABSTULIT INMUNDITIAS EX EA
ET NON ERAT QUI RESISTERET EI
UNUSQUISQ; COLEBAT TERRAM
SUAM CUM PACE
ET TERRA DABAT FRUCTUS SUOS
ET LIGNA CAMPORUM FRUCTU SUU
SENIORES IN PLATEIS SEDEBANT
OMNES
ET DE BONIS TERRAE TRACTABANT
ET IUUENES INDUEBANT SE
GLORIAM ET STOLAS BELLI
CIUITATIB; TRIBUEBANT
ALIMONIAS
ET CONSTITUEBAT EAS UT ESSENT
UASA MUNITIONIS QUOADUSQ;
NOMINATUM EST NOMEN
GLORIAE EIUS USQ; AD EXTRE
MUM TERRAE FECIT PACEM
SUPER TERRAM
ET LAETATUS EST ISRAHEL
LAETITIA MAGNA
ET SEDIT UNUSQUISQ; SUB UITE
SUA ET SUB FICULNEA
NEC ERAT QUI EOS TERRERET
DEFECIT IN PUGNANS EOS
SUPER TERRAM
REGES CONTRITI SUNT
IN DIEBUS ILLIS
ET CONFIRMAUIT OMNES
HUMILES POPULI SUI
ET LEGEM EXQUISIUIT
ET ABSTULIT HOMINEM
INIQUUM ET MALUM
SCA GLORIFICAUIT ET AMPLI
PLICAUIT UASA SCORUM
Lam ET AUDITUM EST ROMAE
QUIA DEFUNCTUS EST IONATHAS
ET USQUE IN SPARTA
ET CONTRISTATI SUNT UALDE
UT AUDIERUNT AUTEM QUOD
SIMON FRATER EIUS FACTUS
ESSET SUMMUS SACERDOS
LOCO EIUS
ET IPSE OBTINERET REGIONEM
ET CIUITATES IN EA SCRIPSE
RUNT AD EUM TABULIS AEREIS
UT RENOUARET AMICITIAS
ET SOCIETATEM QUAM FECE
RUNT CUM IUDA ET IONATHA
FRATRIBUS EIUS
ET LECTAE SUNT IN CONSPECTU
ECCLESIAE IN HIERUSALEM
ET HOC EXEMPLUM EPISTU
LARUM QUAS MISERUNT
SPARTIATAE
SPARTIANORUM PRINCEPS
ET CIUITATIS SIMONIS
SACERDOTI MAGNO
ET SENIORIB; ET SACERDOTIB;
ET RELIQUO POPULO IUDAEORU
FRATRIBUS SALUTEM
LEGATI QUI MISSI SUNT AD POPULU
NOSTRUM NUNTIAUERUNT
NOBIS DE UESTRA GLORIA
ET HONORE AC LAETITIA
ET GAUISI SUMUS IN INTROITU EORU
ET SCRIPSIMUS QUAE AB IPSIS
ERANT DICTA IN CONCILIIS
POPULI
SIC NUMENIUS ANTIOCHI
ET ANTIPATER IASONIS
FILIUS LEGATI IUDAEORUM
UENERUNT AD NOS
RENOUANTES NOBIS CUM
AMICITIAM
ET PLACUIT POPULO
EXCIPERE UIROS
GLORIOSAE
ET PONERE EXEMPLUM
SERMONUM EORUM
IN SEGREGATIS POPULIS
LIBRIS
UT SIT AD MEMORIAM
POPULO SPARTIARUM
EXEMPLUM AUTEM HORUM
SCRIPSIMUS SIMONI
MAGNO SACERDOTI

LV POST HAEC AUTEM MISIT NUME
NIUM ROMAM HABENTEM
CLYPEUM AUREUM MAGNUM
PONDUS MINARUM MILLE
AD STATUENDAM CUM EIS
SOCIETATEM·
CUM AUDISSET AUTEM POPULUS
ROMANUS SERMONES ISTOS
DIXERUNT
QUAM GRATIARUM ACTIONEM
REDDEMUS SIMONI
ET FILIIS EIUS
RESTITUIT ENIM IPSE FF̄ SUOS
ET EXPUGNAUIT INIMICOS ISRL̄
ET STATUERUNT EI LIBERTATEM
ET DESCRIPSERUNT IN TABULIS
AEREIS
ET POSUERUNT IN TITULIS IN MON
TEM SION OCTAUA DECIMA
DIE MENSIS
ANNO CENTENSIMO SEPTUAGEN
SIMO SECUNDO
ANNO TERTIO SUB SIMONE
SACERDOTE MAGNO IN ASSARAMEL
IN CONUENTU MAGNO SACER
DOTUM ET POPULI
ET PRINCIPUM GENTIS
ET SENIORUM REGIS
NOTA FACTA SUNT HAEC QUONIAM
FREQUENTER FACTA SUNT PROE
LIA IN REGIONE NOSTRA
SIMON AUTEM MATTHATHIAE
FILIUS EX FILIIS IARIB ET FRATRES
EIUS DEDERUNT SE PERICULO
ET RESTITERUNT ADUERSARIIS
GENTIS SUAE
UT STARENT SCA IPSORUM ET LEX
ET GLORIA MAGNA GLORIFICA
UERUNT GENTEM SUAM
ET CONGREGAUIT IONATHAS
GENTEM SUAM
ET FACTUS ILLIS SACERDOS
MAGNUS
ET ADPOSITUS EST AD POPULUM SUUM
ET UOLUERUNT INIMICI EORUM
CALCARE ET ADTERERE REGIO
NEM IPSORUM
ET EXTENDERE MANUS IN SCA EORUM
TUNC RESTITIT SIMON ET PUGNAUIT
PRO GENTE SUA
ET EROGAUIT MULTAS PECUNIAS
ET ARMAUIT UIROS UIRTUTIS
GENTIS SUAE
ET DEDIT EIS STIPENDIA
ET MUNIUIT CIUITATES IUDAEAE
ET BETHSURA QUAE ERANT
IN FINIBUS IUDAEAE UBI ERANT
ARMA HOSTIUM ANTEA
ET POSUIT ILLIC PRAESIDIUM
UIROS IUDAEOS
ET IOPPEN MUNIUIT QUAE ERAT
AD MARE
ET GAZARAM QUAE EST IN FINIB·
AZOTI
IN QUA HOSTES ANTEA HABITAUANT
ET CONLOCAUIT ILLIC IUDAEOS
ET QUAECUMQ· APTA ERANT
AD CORREPTIONEM EORUM
POSUIT IN EIS
ET UIDIT POPULUS ACTUM SIMONIS
ET GLORIAM QUAM COGITABAT
FACERE GENTI SUAE
ET POSUERUNT DUCEM SUUM
ET PRINCIPEM SACERDOTUM
EO QUOD IPSE FECERAT HAEC OMNIA
ET IUSTITIAM ET FIDEM QUAM
CONSERUAUIT GENTI SUAE
ET EXQUISIUIT OMNI MODO
EXALTARE POPULUM SUUM
ET IN DIEBUS EIUS PROSPERATUM
EST IN MANIBUS EIUS UT TOLLE
RENTUR GENTES DE REGIONE
IPSORUM
QUI IN CIUITATE DAUID ERANT
IN HIERUSALEM
IN ARCE DE QUA PROCIDEBANT
ET CONTAMINABANT OMNIA
QUAE IN CIRCUITU SC̄ORUM SUNT

ET INFEREBANT PLAGAM MAGNĀ
CASTITATI
ET CONLOCAUIT IN EA IUDAEOS
TUTAMENTUM REGIONIS
ET CIUITATIS
ET EXALTAUIT MUROS
HIERUSALEM
ET REX DEMETRIUS STATUIT ILLI
SUMMUM SACERDOTIUM
SECUNDUM HAEC FECIT EUM
AMICUM SUUM
ET GLORIFICAUIT EUM GLORIA MAGNA
AUDIUIT ENIM QUOD APPELLATI
SUNT IUDAEI A ROMANIS AMICI
ET SOCII ET FRATRES
ET QUIA SUSCEPERUNT LEGATOS
SIMONIS GLORIOSAE
ET QUIA IUDAEI ET SACERDOTES
EORUM CONSENSERUNT
ESSE EUM DUCEM SUUM
ET SUMMUM SACERDOTEM
IN AETERNUM DONEC SURGAT
PROPHETA FIDELIS
ET UT SIT SUPER EOS DUX
ET UT CURA ESSET ILLI PRO SCĪS
ET CONSTITUERET PRAEPOSITOS
SUPER OPERA EORUM
ET SUPER REGIONEM ET SUPER
ARMAM ET SUPER PRAESIDIA
ET CURA SIT ILLI DE SCĪS
ET UT AUDIATUR AB OMNIBUS
ET UT SCRIBANTUR IN NOMINE EIUS
OMNES CONSCRIPTIONES
IN REGIONES
ET UT OPERIATUR PURPURA
ET AURO
ET NE LICEAT ULLI EX POPULO
ET EX SACERDOTIBUS IRRITŪ
FACERE ALIQUID HORUM
ET CONTRADICERE HIS QUAE
AB EO DICUNTUR
AUT CONUOCARE CONUENTUM
IN REGIONE SINE IPSO
ET UESTIRI PURPURA

ET UTI FIBULA AUREA QUI AUTEM
FĒRIT EXTRA HAEC
AUT IRRITUM FECERIT ALIQUID
HORUM REUS ERIT
ET CONPLACUIT OMNI POPULO
STATUERE SIMONEM
ET FACERE SECUNDUM UERBA ISTĀ
ET SUSCEPIT SIMON ET PLACUIT
UT SUMMO SACERDOTIO
FUNGERETUR
ET ESSET DUX ET PRINCEPS
GENTIS IUDAEORUM
ET SACERDOTUM
ET PRAEESSET OMNIBUS
ET SCRIPTURAM ISTAM
DIXERUNT PONERE IN TABULIS
AEREIS
ET PONERE EAS IN PERIBULO
SCŌRUM IN LOCO CELEBRI
EXEMPLUM AUTEM PONERE
IN AERARIO UT HABEAT SIMON
ET FILII EIUS
LVI XV ET MISIT REX ANTIOCHUS
FILIUS DEMETRII EPISTULAS
AB INSULIS MARIS SIMONI
SACERDOTI ET PRINCIPI GENTIS
IUDAEORUM ET UNIUERSAE GENTI
ET ERANT CONTINENTES
HUNC MODUM
REX ANTIOCHUS SIMONI SACER
DOTI MAGNO ET GENTI IUDAE
ORUM SALUTEM
QUONIAM QUIDEM PESTILENTES
OPTINUERUNT REGNUM
PATRUM NOSTRORUM
UOLO AUTEM UINDICARE REGNUM
ET RESTITUERE ILLUD
SICUT ERAT ANTEA ELECTAM FECI
MULTITUDINEM EXERCITUS
ET FECI NABES BELLICAS
UOLO AUTEM PROCEDERE
PER REGIONES
UT ULCISCAR IN EOS QUI CORRU
PERUNT REGIONEM NOSTRAM

ET QUIDES OLAUERUNT CIUITATES
MULTAS IN REGNO MEO
NUNC ERGO STATUO TIBI OMNES
OBLATIONES QUAS REMISERUNT
TIBI ANTE ME REGES
ET QUAECUMQUE ALIA DONA
REMISERUNT TIBI
ET PERMITTO TIBI FACERE
PERCUSSURAM PROPRII
NOMIS MATIS IN REGIONE TUA
HIERUSALEM AUTEM SCAM
ESSE ET LIBERAM
ET OMNIA ARMA QUAE FABRI
CATA SUNT
ET PRAESIDIA QUAE STRUXISTI
QUAE TENES MANEANT TIBI
CUM AUTEM OBTINUERIMUS
REGNUM NOSTRUM GLORIFI
CABIMUS TE ET GENTEM TUAM
ET TEMPLUM GLORIA MAGNA
ITA UT MANIFESTETUR GLORIA
UESTRA IN UNIUERSA TERRA
ANNO CENTENSIMO SEPTUAGENSIMO
QUARTO
EXIIT ANTIOCHUS IN TERRAM
PATRUM SUORUM
ET CONUENERUNT AD EUM OMNIS
EXERCITUS
ITA UT PAUCI RELICTI ESSENT
CUM TRYFONEM
ET INSEQUUTUS EST EUM
ANTIOCHUS REX
ET UENIT DORAM FUGIENS
PER MARITIMAM
SCIEBAT ENIM QUOD CON
GREGATA SUNT IN EUM MALA
ET RELIQUIT EUM EXERCITUS
ET ADPLICUIT ANTIOCHUS
SUPER DORAM CUM CENTUM
UIGINTI MILIBUS UIRORUM
BELLIGERATORUM
ET OCTO MILIBUS EQUITUM
ET CIRCUIUIT CIUITATEM
ET NABES MARI ACCESSERUNT

ET UEXABANT CIUITATEM
A TERRA ET MARI
ET NEMINEM SINEBANT EGREDI
LVII UENIT AUTEM NUMENIUS
ET QUI CUM EO FUERANT
AB URBE ROMA HABENTES
EPISTULAS REGIBUS
ET REGIONIBUS SCRIPTAS IN QUIB·
CONTINEBANTUR HAEC
LUCIUS CONSUL ROMANORUM
PTOLOMEO REGI SALUTEM
LEGATI IUDAEORUM UENERUNT
AD NOS AMICI NOSTRI
RENOUANTES PRISTINAM AMICITIA
ET SOCIETATEM MISSI A SIMONE
PRINCIPEM SACERDOTUM
ET POPULO IUDAEORUM
ATTULERUNT AUTEM ET CLIPEUM
AUREUM MINARUM MILLE
PLACUIT ITAQUE NOBIS SCRIBERE
REGIBUS ET REGIONIBUS
UT NON INFERANT ILLIS MALA
NEQUE INPUGNENT EOS ET CIUITATES
EORUM
ET REGIONES EORUM
ET UT NON FERANT AUXILIUM
PUGNANTIBUS ADUERSUS EOS
UISUM EST AUTEM NOBIS
ACCIPERE AB EIS CLYPEUM
SI QUI ERGO PESTILENTES
REFUGERUNT DE REGIONE
IPSORUM AD UOS
AD UOS TRADITE EOS SIMONI
PRINCIPI SACERDOTUM
UT UINDICET IN EOS SECUNDUM
LEGEM SUAM
HAEC EADEM SCRIPTA SUNT
DEMETRIO REGI
ET ATTALO ET ARABAE ET ASARCI
ET IN OMNES REGIONES ET SAM
SAMAE ET SPARTANIS ET DELO
ET MYDO
ET SICYONAE ET CARIAE ET SAMU
ET PAMPHYLIAM ET LICIAM

ET ALACARNASUM ET RHODUM
ET FASELYDA ET CHOO ET SIDEN
ET ARADO ET GORTINAM
ET NICIDUM ET CYPRUM
ET CYRENEM
EXEMPLUM AUTEM EORUM
SCRIPSERUNT SIMONI PRINCIPI
SACERDOTUM
LVIII ANTIOCHUS AUTEM REX
ADPLICUIT CASTRA IN DORA
SECUNDO ADMOUENS EIS SEMPER
MANUS ET MACHINAS FACIENS
ET CONCLUSIT TRYFONEM
NE PROCEDERET
ET MISIT EI SIMON DUO MILIA
UIRORUM ELECTORUM
IN AUXILIUM
ET ARGENTUM ET AURUM
ET UASA COPIOSA
ET NOLUIT EA ACCIPERE
SED INRUPIT OMNIA QUAE PACTUS
EST CUM EO ANTEA ET ALIENA
UIT SE AB EO
ET MISIT AD EUM ATHENOUIUM
UNUM DE AMICIS SUIS
UT TRACTARET CUM IPSO DICENS
UOS TENETIS IOPPEN ET GAZARAM
ET ARCEM QUAE EST IN HIERU
SALEM CIUITATES REGNI MEI
FINES EARUM DESOLASTIS
ET FECISTIS PLAGAM MAGNAM
SUPER TERRAM
ET DOMINATI ESTIS PER LOCA
MULTA IN REGNO MEO
NUNC ERGO TRADITE CIUITATES
QUAS OCCUPASTIS
ET TRIBUTA LOCORUM QUIBUS
DOMINATI ESTIS EXTRA
FINES IUDAEAE
SIN AUTEM DATE PRO ILLIS
QUINGENTA TALENTA ARGENTI
ET EXTERMINII QUOD
EXTERMINASTIS
ET TRIBUTORUM CIUITATIUM
ALIA TALENTA QUINGENTA
SIN AUTEM UENIEMUS
ET EXPUGNAUIMUS UOS
ET UENIT ATHENOUIUS AMICUS
REGIS IN HIERUSALEM
ET UIDIT GLORIAM SIMONIS
ET CLARITATEM IN AURO
ET ARGENTO
ET APPARATUM COPIOSUM
ET OBSTIPUIT ET RETTULIT EI
UERBA REGIS SIMON
ET RESPONDIT ET DIXIT EI
NEQUE ALIENAM TERRAM
SUMPSIMUS
NEQUE ALIENA DETINEMUS
SED HEREDITATEM PATRUM
NOSTRORUM QUAE AB INI
MICIS NOSTRIS INIUSTO
ALIQUO TEMPORE POSSESSA EST
NOS UERO TEMPUS HABENTES
UINDICAMUS HEREDITATEM
PATRUM NOSTRORUM
NAM DE IOPPEN ET GAZARA
QUAE EXPOSTULAS IPSI FACIE
BANT IN POPULO PLAGAM
MAGNAM
ET IN REGIONE NOSTRA
HORUM DAMUS TALENTA CENTUM
ET NON RESPONDIT ILLI UERBUM
REUERSUS AUTEM CUM IRA
AD REGEM RENUNTIAUIT EI
UERBA ISTA
ET GLORIAM SIMONIS
ET UNIUERSA QUAE UIDIT
ET IRATUS EST REX IRA MAGNA
TRYFON AUTEM FUGIT IN NAUI
IN ORTHOSIADA
ET CONSTITUIT REX CENDEBEUM
DUCEM MARITIMUM ET EX
ERCITUM EQUITUM
ET PEDITUM DEDIT ILLI
ET MANDAUIT ILLI MOUERE
CASTRA CONTRA FACIEM
IUDAEAE

ET MANDAVIT EI AEDIFICARE
CAEDRONEM
ET OBSTRUERE PORTAS CIVITATIS
ET DEBELLARE POPULUM
REX AUTEM PERSEQUEBATUR
TRYFONEM
ET PERVENIT CENDEBEUS IAMNIAM
ET COEPIT IRRITARE PLEBEM
ET CONCULCARE IUDAEA
ET CAPTIVARE POPULUM
ET INTERFICERE
ET AEDIFICARE CEDRONE
ET CONLOCAVIT ILLIC
EQUITES EXERCITUM
UT EGRESSI PERAMBULARENT
VIAM IUDAEAE SICUT CON
STITUIT EI REX
lix ET ASCENDIT IOHANNIS DE GAZARIS
xvi ET NUNTIAVIT SIMONI PATRI SUO
QUAE FECIT CENDEBEUS
ET VOCAVIT SIMON FILIOS SUOS
SENIORES
IUDAM ET IOHANNEM ET AIT ILLIS
EGO ET FRATRES MEI EXPUGNA
VIMUS HOSTES ISRAHEL
AB ADULESCENTIA USQUE
IN HUNC DIEM
ET PROSPERATUM EST IN MANIB·
NOSTRIS LIBERARE ISRAHEL
ALIQUOTIENS
NUNC AUTEM SENUI
SED ESTOTE LOCO MEO
ET FRATRES MEI
ET EGRESSI PUGNATE PRO GENTE
NOSTRA
AUXILIUM VERO DE CAELO
VOBISCUM SIT
ET ELEGIT DE REGIONE VIGINTI
MILIA VIRORUM BELLIGERA
TORUM ET EQUITES
ET PROFECTI SUNT AD CENDEBEUM
ET DORMIERUNT IN MODIN
ET SURREXERUNT MANE
ET ABIERUNT IN CAMPUM
ET ECCE EXERCITUS COPIOSUS
IN OBVIAM ILLIS PEDITUM
ET EQUITUM
ET FLUVIUS TORRENS ERAT
INTER MEDIUM IPSORUM
lx ET ADMOVIT CASTRA CONTRA
FACIEM EORUM IPSE
ET POPULUS EIUS
ET VIDIT POPULUM TREPIDANTEM
AD TRANSNATANDUM TORRENTEM
ET TRANSFRETAVIT PRIMUS
ET VIDERUNT EUM VIRI
ET TRANSIERUNT POST EUM
ET DIVISIT POPULUM ET EQUITES
IN MEDIO PEDITUM
ERAT AUTEM EQUITATUS ADVERSA
RIORUM COPIOSUS NIMIS
ET EXCLAMAVERUNT SACRIS TUBIS
ET IN FUGAM CONVERSUS EST
CENDEBEUS ET CASTRA EIUS
ET CECIDERUNT EX EIS MULTI
VULNERATI
RESIDUI AUTEM FUGERUNT
IN MUNITIONEM
TUNC VULNERATUS EST IUDAS
FRATER IOHANNIS
IOHANNES AUTEM INSEQUUTUS
EST EOS
DONEC VENIT CEDRONAM
QUAM AEDIFICAVIT
ET FUGERUNT USQUE AD TURRES
QUAE ERANT IN AGRIS AZOTII
ET SUCCENDIT EAS IGNI
ET CECIDERUNT EX ILLIS
DUO MILIA VIRORUM
ET REVERSUS EST IUDAEAM
IN PACE
lxi ET PTHOLOMEUS FILIUS ABOBI
CONSTITUTUS ERAT DUX
IN CAMPO HIERICHO
ET HABEBAT ARGENTUM ET AURUM
MULTUM
ERAT ENIM GENER SUMMI
SACERDOTIS

et exaltatum est cor eius
et uolebat obtinere regionem
et cogitauit dolum aduersus
simonem et filios eius
ut tolleret eos
Simon autem perambulans
ciuitatem qui erant
in regione
et sollicitudinem gerens
earum discendit hiericho
ipse et matthathias
filius eius et iudas
Anno centensimo septuagen
simo septimo
mense undecimo hic menses
sabath
et suscepit eos filius abobi
in munitiuncula
quae uocatur doch cum dolo
quam aedificauit
et fecit eis conuiuium
magnum
et abscondit illic uiros
et cum inebriatus esset
simon et filii eius
surrexit ptholomeus
cum suis
et sumpserunt arma sua
et intrauerunt in conuiuium
et occiderunt eum
et duos filios eius
et quosdam pueros eius
et fecit deceptionem
magnam in israhel
et reddidit mala pro bonis
et scripsit haec ptholomeus
et misit regi ut mitteret ei
exercitum in auxilium
et traderet regionem
et ciuitates eorum et tributa
et misit alios in gazaram
tollere iohannem
et tribunis misit epistulas
ut uenirent ad se

et dare eis argentum
et aurum et dona
et alios misit occupare
hierusalem et montem
templi
et procurrens quidam
nuntiauit iohanni in gazara
quia periit pater eius
et fratres eius
et quia misit te quoque interfici
ut audiuit autem uehemen
ter expauit
et conprehendit uiros
qui uenerant perdere eum
et occidit eos
Cognouit enim quia quae
rebant eum perdere
et cetera sermonum
iohannis et bellorum
eius
et bonarum uirtutum
quibus fortiter gessit
et aedificii murorum
quos struxit et rerum
gestarum eius
ecce haec scripta sunt
in libro dierum
sacerdotii eius
ex quo factus est princeps
sacerdotum post
patrem suum amen ::

EXP LIB MACCHABEORUM I

INCIPIUNT CAPITULA

LIBRI SECUNDI AMEN

I Ubi occisus est antiochus rex in templo
nanaeae a sacerdotib· cum his
qui secum erant

II De igne sacrificii qui fuit absconditus
in puteo

III De oratione neemiae tenenda et quod
regi persarum manifestum sit

IIII Ubi arca dī et altare inclusa sunt
ab hieremia propheta

V Ubi simon detulit dona templi dī

VI Et mittitur heliodoro ad afferendā ea

VII Sacerdotes et populus orant dnm

VIII Quomodo heliodorus uolens
spoliare templum

VIIII Summus sacerdos oblato sacrificio
pro heliodoro orat
de insidiis simonis proditoris

X Ubi iason frater oniae praemium corru
pit regem antiochum pro adipiscendo
summo sacerdotio

XI Ubi iason misit argenti didragmas
ccc· ad sacrificium

XII Ubi iason misit menelaum ad regem
et idem menelaus exclusit iasonē de sacerdotio

XIII Ubi onias sacerdos occiditur ab andronico

XIIII Ubi occiditur andronicus pro onia
sacerdote occiso

XV Ubi apollo lysimachus occisus est
et contra menelaum apud regem

XVI De signis caelestib· apud hierusolymā
et de morte iasonis persecutoris ciuiū

XVII Ubi antiochus persequens iudeam
occiso populo

XVIII Ubi antiochus expoliato templo
antiochiam profectus est

XVIIII Ubi iudas machabeus in deserto
ferarum uixit

XX De edicto persecutionis regis
et de passione

XXI De passione eleazari et VII fratrum

XXII De zelo iudae et quomodo ptholomeus
misit nicanorem et gorgian
aduersus nicanorem

XXIII Ubi iudas machabeus pro contritione populi
uindicat in persequutores

XXIIII Ubi duces aduersariorum superauit

XXV Ubi antiochus rex apud persipoli uictus
turpiter fugit de perside

XXVI Ubi dns antiochum plaga percussit

XXVII Ubi antiochus in poenis positus
paenitentiam agit

XXVIII De morte antiochi et de operib· eius

XXVIIII Ubi iudas machabeus hierusalem
recepit et sollemnia celebrauit

XXX Ubi antiochi filius regnum paternum obtinuit

XXXI Ubi gorgias superatur persecutor iudaeorum

XXXII Ubi timotheus superatus est et fugatus

XXXIII De timotheo occiso et cerea et apollofane

XXXIIII Ubi lysias inpugnans iudaeos superatur a iuda

XXXV De pactionib· lysias et regis antiochi

XXXVI Ubi ioppiten dolo occiderunt ducentos iudaeorū

XXXVII De ciuitatib· quas succendit iudas

XXXVIII Ubi timotheus a iuda expugnatus est

XXXIX De proeliis iudae macchabei ad efron
et ad scythopolim

XL Ubi cum gorgia pugnauit iudas et ipso
per fugam euadente exercitum
eius fugauit

XLI Ubi occisi sunt iudicio dī

XLII De resurrectionis spe

XLIII Ubi antiochus cū exercitu uenit in iudaeam

XLIIII Ubi in castris antiochi noctu iudas cum suis
occiderit IIII milia uirorum

XLV Ubi uictus antiochus reuersus est in graciam

XLVI Ubi demetrius tenuit regnum

XLVII Ubi demetrius mittit nicanorem
ad interficiendum iuda

XLVIII Ubi nicanor pacem iungit cum iuda

XLVIIII Ubi rursū accusante eū alchimo iubet rex
pacem et uinctum ad se iudam mitti

L Ubi macchabeus fugit manus nicanoris

LI Ubi com minatur nicanor sacerdotib·
ut iudam traderent

LII De razio praesbytero et iudas suos exhortatur

LIII Ubi nicanor superbia elatus blasphemat

LIIII Ubi iuda pugnante interfectis XXX milib·
cecidit nicanor et praecepit et hierusolyma

LV Ubi caput et manum nicanoris abscidi iudas
mitti

I Fratribus qui sunt per Aegyptum
iudaeis salutem dicunt
fratres qui sunt in hierusolymis
iudaei
et qui in regione iudaeae
et pacem bonam
benefaciat vobis ds̄ et memi
nerit testamenti sui
quod est ad abraham et isaac
et iacob servorum suorum
fidelium
et det vobis cor omnibus
ut colatis eum et faciatis eius
voluntatem corde magno
et animo volente
adaperiat cor vestrum in lege
sua et in praeceptis eius
et faciat pacem exaudiat oratio
nes vestras et reconcilietur
vobis
nec vos deserat in tempore malo
et nunc hic sumus orantes
pro vobis
Regnan te demetrio
anno centensimo
sexagensimo nono
nos iudaei scripsimus vobis
in tribulatione et in impetu
qui supervenit nobis
in istis annis ex quo recessit
Iason a sca terra
et a regno portam succende
runt et effuderunt
sanguinem innocentem
et oravimus ad dn̄m
et exauditi sumus
et obtulimus sacrificium
et similaginem
et accendimus lucernas
et proposuimus panes
et nunc frequentate dies
scenophegiae mensis casleu
I Anno centensimo octogen
simo octavo
populus qui est hierusolymis
et in iudaea
senatusque et iudas aristobolo
magistro ptholomei regis
qui est de genere christorum
sacerdotum
et his qui in aegypto sunt iudaeis
salutem et sanitatem de magnis
periculis a dō liberati
magnifice gratias ipsi ut pote
qui adversus talem regem
dimicavimus
ipse enim ebullire fecit
de persida eos qui pugna
verunt contra nos
nam cum in persida esset
dux ipse
et cum ipso inmensus exercitus
cecidit in templo naneae
consilio deceptus sacer
dotis naneae
ut enim cum ea habiturus
venit antiochus ad locum
et amici eius
et ut acciperet pecunias
multas dotis nomine
cumque proposuissent eas
sacerdotes naneae
et ipse cum paucis ingressus
esset intra ambitum fani
clauserunt templum
cum intrasset antiochus
apertoq; occulto aditu templi
mittens lapides percusserunt
ducem et qui cum eo erant
et diviserunt membratim
et capitibus amputatis
foras proiecerunt
per omnia benedictus ds̄
qui tradidit impios
II Facturi igitur quinta et vicen
sima mensis casleu puri
ficationem templi
necessarium duximus

significare uobis
ut uos quoque agatis diem
scenophegiae
et diem ignis qui datus est
quando neemias aedificato
templo et altari obtulit
sacrificia
nam cum in persidem ducerentur patres nostri sacerdotes
qui tunc dī cultores erant
acceptum ignem de altario
occulte absconderunt
in ualle ubi erat puteus
altus siccus
et in eo contutati sunt eum
ita ut omnib; ignotus esset locus
cum praeterissent autem
multi anni
et placuit dō ut mitteretur
neemias a rege persidis
nepotes sacerdotum illorum
qui absconderant misit ad
requirendum ignem
et sicut narrauerunt nobis
non inuenerunt ignem
sed aquam crassam
et iussit eos haurire et afferre
sibi et sacrificia inposita erant
iussit sacerdos neemias
asparg aqua ipsa et ligna
et quae erant superposita
utque hoc factum est
et tempus adfuit quo sol
refulsit qui prius erat
in nubilo
accensus est ignis magnus
ita ut omnes mirarentur
orationem autem faciebant
omnes sacerdotes dum consummatur sacrificium
ionatha inchoante
ceteris autem respondentib;
et neemiae erat oratio
hunc habens modum

III Dne ds omnium creator
terribilis et fortis
iustus et misericors
qui solus es rex bonus
solus praestans
solus iustus et omnipotens
et aeternus qui liberas isrl
de omni malo
qui fecisti patres electos
et scīficasti eos
accipe sacrificium pro uniuerso
populo tuo israhel
et custodi partem tuam
et scīfica IIII
congrega dispersionem nostrā
libera eos qui seruiunt gentib;
contemtos et abominatos
respice
ut sciant gentes quod tu es
ds noster
afflige opprimentes et contumeliam facientes in superbia
constitue populum tuum
in loco sco tuo sicut dixit
moyses
sacerdotes autem psallebant
hymnos usquequo consummatum esset sacrificium
cum autem consummatum
fuisset sacrificium
ex residua aqua
neemias iussit lapides
maiores perfundi
quod ut factum est flamma
ex eis accensa est
sed ex lumine quod refulsit
ab altari consumta est
ut uero manifesta essent
haec renuntiatum est regi
persarum quod in loco
in quo ignem absconderant
hi qui translati erant
sacerdotes aqua apparuit
de qua neemias et qui cum eo
erant

purificaverunt sacrificia
Considerans autem rex
et rem diligenter examinans
fecit templum
et si quibus donaverat rex
multa bona accipiebat
ex hoc et tribuebat
Appellavit autem Neemias
hoc neptar
quod interpraetatur
purificatio
Vocatur autem apud
plures nephi
IIII II In venitur autem in descriptio
nibus Hieremiae prophetae
quod iussit accipere ignem
eos qui transmigrabantur.
ut significatum est
et ut mandavit transmigratis
et dedit illis legem ne obliviis
cerentur praecepta dni
et ut non exerrarent mentib·
videntes simulacra aurea
et argentea et ornamenta
eorum
et alia huius cemodi dicens
hortabatur ne legem
amoverent a corde suo
Erat autem in ipsa scriptura
quo modo tabernaculum
et arcam iussit propheta
divino responso ad se facto
comitari secum usq· quo
exiit in montem in quo
Moses ascendit
et vidit di hereditatem
et veniens ibi Hieremias
invenit locum speluncae
et tabernaculum et arcam
et altare intulit illuc INCONSI-
et ostium obstruxit
et accesserunt quidam simul
qui se·quebantur ut notarent
sibi locum et non potuerunt
INUENIRE

ut autem cognovit Hieremias
culpans illos dixit
quod ignotus erit locus
donec congreget ds
congregationem populi
et propitius fiat et tunc
dns ostendet haec
et apparebit maiestas dni
et nubis erit sicut et Mosi
manifestabatur
et sicut cum Salomon petit
ut locus scificaretur magno
do manifestabat haec
et ut sapientiam habens
obtulit sacrificium dedica
tionis et consummationis
templi
sicut et Moses orabat ad dnm
et descendit ignis de caelo
et consumsit holocaustum
et dixit Moses eo quod
non sit mundatum
quod erat pro peccato
et consumtum est
Similiter et Salomon
octo dieb· celebravit
dedicationem
Inferebantur autem in descrip
tionibus et conmentariis
Neemiae ·
haec eadem: et construens
bibliothecam
congregavit de regibus libros
et prophetarum et David
et epistulas regum
de donariis
Similiter autem et Iudas
ea quae didicerat per bellum
quod nobis acciderat con
gregavit omnia et sunt
apud nos
Si ergo desiderastis haec
mittite qui perferant
vobis

ACTURI ITAQUE PURIFICATIONEM
SCRIPSIMUS UOBIS
BENE IGITUR FACIETIS SI EGERETIS
HOS DIES
DS AUTEM QUI LIBERAUIT
POPULUM SUUM
ET REDDIDIT HEREDITATEM
OMNIBUS ET REGNUM ET SACER
DOTIUM ET SCIFICATIONEM
SICUT PROMISIT IN LEGE
SPERAMUS QUOD CITO NOSTRI
MISEREBITUR
ET CONGREGAUIT DESUB CAELO
IN LOCO SCM
ERIPUIT ENIM NOS DE MAGNIS
PERICULIS ET LOCUM PURGAUIT
DE IUDA UERO MACCHABEO
ET FRATRIBUS EIUS
ET TEMPLI MAGNI PURIFICATIONE
ET DE AR AE DEDICATIONE
SED ET DE PROELIIS QUAE PERTI
NENT AD ANTIOCHUM NOBILEM
ET FILIUM EIUS EUPATOREM
ET DE INLUMINATIONIBUS QUAE
DE CAELO FACTAE SUNT AD EOS
QUI PRO IUDAEIS FORTITER
FECERUNT
ITA UT UNIUERSAM REGIONEM
CUM PAUCI ESSENT UINDICARENT
ET BARBARAM MULTITUDINEM
FUGARENT
ET FAMOSISSIMUM TOTO ORBE
TEMPLUM RECURARENT
ET CIUITATEM LIBERARENT
ET LEGES QUAE ABOLENDAE ERANT
RESTITUERENTUR DNO
CUM OMNI TRANQUILLITATE
PROPITIO FACTO ILLIUS
ITEM Q· AB IASONE CYRENEO
QUINQUE LIBRIS CONPRE
HENSA TEMPTAUIMUS
NOS UNO UOLUMINE BREUIARE
CONSIDERANTES ENIM MULTITU
DINE LIBRORUM ET DIFFICULTA
TEM

UOLENTIBUS ADGREDI
NARRATIONES HISTORIARUM
PROPTER MULTITUDINEM
RERUM CURAUIMUS
UOLENTIBUS QUIDAM LEGERE
UT ESSET ANIMI OBLECTATIO
STUDIOSIS UERO UT FACILE POS
SINT MEMORIAE COMMENDARE
OMNIB· AUTEM LEGENTIBUS
UTILITAS CONFERATUR
UT NOBIS QUIDEM IPSIS QUI OPUS
HOC BREUIANDI CAUSA SUSCE
PIMUS NON FACILEM LABOREM
IMMO UERO NEGOTIUM PLENUM
UIGILIARUM ET SUDORIS
ADSUMSIMUS
SICUT HI QUI PRAEPARARANT
CONUIUIUM ET QUAERUNT
ALIORUM UOLUNTATI PARARE
PROPTER MULTORUM GRATIAM
LIBENTER LABOREM SUSTINEMUS
UERITATEM QUIDEM DE SINGULIS
AUCTORI CONCEDENTES
IPSI AUTEM SECUNDUM DATAM
FORMAM BREUITATI STUDIENTES
SICUT ENIM NOUAE DOMUS
ARCHITECTO DE UNIUERSA
STRUCTURA CURANDUM EST
EI UERO QUI PINGERE CONATUR
QUAE APTA SUNT
AD ORNATUM EXQUIRENDA SUNT
ITA ESTIMANDUM EST ET IN NOBIS
ET ENIM INTELLECTUM COLLIGERE
ET ORDINARE SERMONEM
ET CURIOSIUS PARTES SINGULAS
QUASQUE DISQUIRERE
HISTORIAE CONGRUIT AUCTORI
BREUITATEM UERO BENEDICTIO
NIS SECTARI
ET EXECUTIONIS RERUM
UITARE BREUITATEM
CONCEDENDUM EST
HINC IGITUR NARRATIONEM
INCIPIEMUS

de praefatione tantum dixisse
sufficiat
stultum etenim est ante
historiam effluere
in ipsa autem historia succingi
V III Igitur cum sca civitas habitare
tur in omni pace
leges etiam adhuc optime
custodirentur propter oniae
pontificis pietatem
et animos odio habentes
mala fiebant
ut ipsi reges et principes
locum summo honore
dignum ducerent
et templum maximis
muneribus inlustrarent
ita ut seleucus asiae rex
de reditibus suis praestaret
omnes sumtus administe
riorum sacrificiorum
pertinentes
simon autem de tribu beniamin
praepositus templo con
stitutus contendebat obsis
tente sibi principem
sacerdotum
iniquum aliquid in civitate
moliri · sed cum vince
onian non posset
venit ad apollonium tharseae
filium qui illo tempore
erat dux coele syriae
et foenicis
et nuntiavit ei pecuniis
innumerabilibus plenum
esse aerarium hierusolymis
et communes copias
inmensas esse
quae non permanent ad rati
onem sacrificiorum
esse autem possibile sub po
testate regis cadere
universa

cumque rettulisset apollo
nius ad regem de pecuniis
quae delatae erant
ille accitum heliodorum
qui erat super negotia eius
misit cum mandatis ut prae
dictam pecuniam trans
portaret
statimque heliodorus
iter adgressus
specie quidem quasi per coele
syriam et foenicen civitates
esset peragraturus
re autem vera regis proposi
tum perfecturus
sed cum venisset hierusolymam
et benigne a summo sacer
dote in civitate esset
acceptus
narravit de dato indicio
pecuniarum
et cuius rei gratia adesset
apparuit
interrogavit autem si vera
haec ita essent
tunc summus sacerdos ostendit
deposita esse haec
et victualia viduarum
ac pupillorum
quaedam vero esse hyrcani
tobiae viri valde eminentis
in his quae detulerat
impius simon
universa autem argenti
talenta quadringenta esse
et auri ducenta
decipi vero eos qui credidis
sent loco et templo
quod per universum mundum
honoratur pro sui venera
tione et sanctitate inpossibile
omnino esse
VI At ille pro his quae habebat
in mandatis a rege

DICEBAT OMNI GENERE REGIAE
DEFERENDA
CONSTITUTA AUTEM DIE INTRABAT
DE HIS HELIODORUS ORDINATURUS
NON MODICA UERO PER UNIUERSAM
CIUITATEM ERAT TREPIDATIO
SACERDOTES AUTEM ANTE
ALTARE CUM SACERDOTALIBUS
STOLIS IACTAUERUNT SE
ET INUOCABANT DE CAELO EUM
QUI DE DEPOSITIS LEGEM
POSUIT
UT HIS QUI DEPOSUERANT EA
SALUA CUSTODIRET
IAM UERO QUI UIDERET SUMMI
SACERDOTIS UULTUM MENTE
UULNERABATUR
FACIES ENIM ET COLOR INMUTATUS
DECLARABAT INTERNUM
ANIMI DOLOREM
CIRCUMFUSA ENIM ERAT UIRO
MAESTITIA QUAEDAM
ET HORROR CORPORIS
PER QUAE MANIFESTUS
ASPICIENTIB· DOLOR CORDIS
EIUS EFFICIEBATUR
ALII ETIAM CONGREGATI DE DO
MIBUS CONFLUEBANT
PUBLICA SUPPLICATIONE
OBSECRANTES
PRO EO QUOD IN CONTEMTUM
LOCUS ESSET UENTURUS
ACCINCTAE QUAE MULIERES
CILICIIS PECTUS PERPLA
TEAS CONFLUEBANT
SED ET UIRGINES QUE CONCLUSAE
ERANT PROCURREBANT AD
AD ONIAN
ALIAE AUTEM AD MUROS
QUAEDAM UERO PER FENESTRAS
ASPICIEBANT
UNIUERSAE AUTEM PROTENDEN
TES MANUS IN CAELUM
DEPRAECABANTUR

ERAT ENIM MISERA COMMIX
TAE MULTITUDINIS
ET MAGNI SACERDOTIS IN AGONE
CONSTITUTI EXPECTATIO ·
K ET HI QUIDEM INUOCABANT
OMNIPOTENTEM DM̄
UT CREDITA SIBI HIS QUI CREDIDE
RANT CUM OMNI INTEGRITATE
CONSERUARENTUR
XVII HELIODORUS AUTEM QUOD
DECREUERAT PERFICIEBAT
EODEM LOCO IPSE CUM SATELLI
TIBUS CIRCA AERARIUM
PRAESENS
SED SP̄S OMNIPOTENTIS
MAGNAM FECIT SUAE
OSTENSIONIS EUIDENTIAM
ITA UT OMNES QUI AUSI FUERANT
PARERE EI RUENTES DĪ UIRTUTE
IN DISSOLUTIONEM ET FORMI
DINEM CONUERTERENTUR
APPARUIT ENIM ILLIS QUIDAM
EQUUS TERRIBILEM HABENS
SESSOREM OPTIMIS OPERI
MENTIS ADORNATUS
ISQUE CUM IMPETU HELIODORO
PRIORES CALCES ELISIT
QUI AUTEM EI SEDEBAT UIDEBATUR
ARMA HABERE AUREA
ALII ETIAM APPARUERUNT
DUO IUUENES
UIRTUTE DECORI OPTIMI GLORIA
SPECIOSIQUE AMICTU QUI
CIRCUMSTETERUNT EUM
ET EX UTRAQUE PARTE
FLAGELLABANT SINE INTERMIS
SIONE EUM MULTIS PLAGIS
UERBERANTES
SUBITO AUTEM HELIODORUS
CONCIDIT IN TERRA EUMQUE
MULTA CALIGINE CIRCUMFUSUM
RAPUERUNT
ATQUE IN SELLA GESTATORIA
INPOSITUM EIECERUNT

ET IS QUI CUM MULTIS CURSORIB·
ET SATELLITIBUS PRAEDICTUM
INGRESSUS EST AERARIUM
PORTABATUR
NULLO SIBI AUXILIUM FERENTE
MANIFESTA COGNITA DI UIRTUTE·
ET ILLE QUIDEM PER DIUINAM
UIRTUTEM IACEBAT MUTUS
HII AUTEM DNM BENEDICEBANT
QUIA MAGNIFICAUIT LOCUM SUU·
ET TEMPLUM QUOD PAULO ANTE
TIMORE AC TUMULTU ERAT
PLENUM APPARENTE
OMNIPOTENTE DNO
GAUDIO ET LAETITIA
IMPLETUM EST
VIII TUNC UERO EX AMICIS HELIO
DORI QUIDAM ROGABANT
CONFESTIM ONIAN
UT INUOCARET ALTISSIMUM
ET UITAM DONARET EI QUI
IN SUPREMO SPU ERAT
CONSTITUTUS
CONSIDERANS AUTEM
SUMMUS SACERDOS
NE FORTE REX SUSPICARETUR
MALITIAM ALIQUAM
EX IUDAEIS CIRCA HELIODORU
CONSUMMATAM
OBTULIT PRO SALUTE UIRI
HOSTIAM SALUTAREM
CUMQUE SUMMUS SACERDOS
EXORARET
IDEM IUUENES EISDEM UESTIBUS
AMICTI ADSTANTES HELIO
DORO DIXERUNT
ONIAE SACERDOTI GRATIAS AGE
NAM PROPTER EUM TIBI DNS
UITAM DONAUIT
TU AUTEM A DEO FLAGELLATUS
NUNTIA OMNIB· MAGNALIA DI
ET PO TESTATEM ET HIS
DICTIS NON CONPARUE
RUNT

HELIODORUS AUTEM HOSTIA
DO OBLATA
ET UOTIS MAGNIS PROMISIT
EI QUI UIUERE ILLI CONCESSIT
ET ONIAE GRATIAS AGENS
RECEPTO EXERCITU SUO
REPPEDABAT AD REGEM
TESTABATUR AUTEM OMNIBUS
EA QUAE SUB OCULIS SUIS
UIDERAT OPERA MAGNI DI
CUM AUTEM REX INTERROGASSET
HELIODORUM QUI ESSET APTUS
ADHUC SEMEL IN HIERUSO
LYMAM MITTI AIT
SI QUEM HABES HOSTEM
AUT REGNI TUI INSIDIATOREM
MITTE ILLUC ET FLAGELLATUM
EUM RECIPIES
SI TAMEN EUASERIT EO QUOD
IN LOCO UERE SIT QUAEDAM
UIRTUS DI
NAM IPSE QUI HABET IN CAELIS
HABITATIONEM
UISITATOR ET ADIUTOR EST
LOCI ILLIUS
ET UENIENTES AD MALEFACI
ENDUM PERCUTIT AC PERDIT
IGITUR DE HELIODORO ET AERARII
CUSTODIA ITA SE RES HABET
VIIII SIMON AUTEM PRAEDICTUS
IIII PECUNIARUM ET PATRIAE
DELATOR MALE LOQUEBATUR
DE ONIA
TAMQUAM IPSE HELIODORUM
INSTIGASSET AD HAEC
ET IPSE FUISSET INCENTOR
MALORUM
PROUISOREMQUE CIUITATIS
AC DEFENSOREM GENTIS SUAE
ET AEMULATOREM LEGIS DI
AUDEBAT INSIDIATOREM
REGNI DICERE
SED CUM INIMICITIAE IN TANTUM
PROCEDERENT

UT ETIAM PER QUOSDAM
SIMONIS NECESSARIOS
HOMICIDIA FIERENT
CONSIDERANS OMNIS PERICULUM
CONTENTIONIS
ET APOLLONIUM INSANIRE
UT POTE DUCEM COELESYRIAE
ET FOENICIS
AD AUGENDAM MALITIAM SIMONIS
AD REGEM SE CONTULIT
NON INGENTIUM ACCUSATOR
SED COMMUNEM UTILITATEM
APUD SEMET IPSUM UNIUER
SAE MULTITUDINIS CONSIDERANS
UIDEBAT ENIM SINE REGALI
PROUIDENTIA INPOSSIBILEM
ESSE PACEM REB; DARI
NEC SIMONEM POSSE CESSARE
A STULTITIA SUA
XUII SED POST· ELEU CI· UITAE
EX CESSUM
CUM SUSCEPISSET REGNUM
ANTIOCHUS QUI NOBILIS
APPELLABATUR
AMBIEBAT IASON FRATER ONIAE
SUMMUM SACERDOTIUM
ADITO REGE PROMITTENS EI
ARGENTI TALENTA SEXAGINTA
ET TRECENTA
ET EX REDITIBUS ALIIS TALENTA
OCTOGINTA SUPER HAEC
MITTEBAT ET ALIA CENTUM
QUINQUAGINTA
SI POTESTATI EIUS CONCEDERETUR
GYMNASIUM ET EPHOEBIAN
SIBI CONSTITUERE
ET EOS QUI IN HIERUSOLYMIS
ERANT ANTIOCHENOS
SCRIBERE
QUOD CUM REX ADNOUISSET
ET OPTINUISSET PRINCIPATUM
STATIM AD GENTILEM RITUM
CONTRIBULES SUOS TRANS
FERRE COEPIT

ET AMOTIS HIS QUAE HUMANITA
TIS CAUSA IUDAEIS A REGIBUS
FUERANT CONSTITUTA PER IOHAN
NEM PATREM EUPOLEMI
QUI APUD ROMANOS DE AMICITIA
ET SOCIETATE
FUNCTUS EST LEGATIONEM
LEGITIMA CIUIUM IURA
DESTITUENS
PRAUA INSTITUTA SANCIEBAT
ET ENIM AUSUS EST SUB IPSA
ARCE GYMNASIUM CONSTITUERE
ET OPTIMOS QUOSQUE EPHOEBORUM
ET LUPANARIBUS PONERE
ERAT AUTEM HOC NON INITIUM
SED INCREMENTUM QUODDAM
ET PROFECTUS GENTILIS
ET ALIENIGENAE CONUERSATIO
NIS PROPTER IMPII ET NON
SACERDOTIS
IASONIS NEFARIUM ET INAUDITUM
SCELUS
ITA UT SACERDOTES IAM NON CIRCA
ALTARIS OFFICIA DEDITI ESSENT
SED CONTEMPTO TEMPLO
ET SACRIFICIIS NEGLEGENTIS
FESTINARENT PARTICIPES
FIERI PALESTRAE
ET PRAEBITIONI EIUS INIUSTAE
DIUERCITIIS DISCI
ET PATRIOS QUIDEM HONORES
NIHIL HABENTES
GRECAS GLORIAS OPTIMAS
ARBITRABANTUR
QUARUM GRATIA PERICULOSA
EOS CONTENTIO HABEBAT
ET EORUM INSTITUTA
AEMULABANTUR
AC PER OMNIA HIS CONSIMILES
ESSE CUPIEBANT
QUOS HOSTES ET PEREMTORES
HABUERAT
IN LEGES ENIM DIUINAS IMPIE
AGERE INPUNE NON CEDIT

SED HAEC SEQUENS TEMPUS
DECLARAUIT
XI CUM AUTEM QUINQUENNALIS
AGON TYRO CELEBRARETUR
ET REX PRAESENS ESSET
MISIT IASON FACINOROSUS
AB HIERUSOLYMIS UIROS
PECCATORES PORTANTES
ARGENTI DIDRAGMAS CCC
IN SACRIFICIIS HERCULIS
QUAS POSTULAUERUNT
HII QUI AD PORTAUERANT
NE IN SACRIFICIIS EROGARENTUR
QUIA NON OPORTERENT
SED IN ALIAS SUMPTUS EAS
DEPUTARI
SED HAEC OBLATA SUNT QUIDEM
AB EO QUI MISERAT IN SACRI
FICIUM HERCULIS
PROPTER PRAESENTES AUTEM
DATAE SUNT IN FABRICAM
NAUIUM TRIREMIS
MISSO AUTEM IN AEGYPTO
APOLLONIO MNESTHEI FILIO
PROPTER PRIMATUS PHILO
METHORIS REGIS
CUM COGNOUISSET ANTIOCHUS
ALIENUM SE A NEGOTIIS
REGNUM EFFECTUM PROPRIIS
UTILITATIB; CONSULENS
PROFECTUS INDE UENIT IOPPEN
ET INDE HIERUSOLYMAM
ET MAGNIFICE AB IASONE
ET CIUITATE SUSCEPTUS
CUM FACULARUM LUMINIBUS
ET LAUDIBUS EGRESSUS EST
ET INDE FOENICEM EXERCITUM
CONUERTIT
XII ET POST TRIENNII TEMPUS
MISIT IASON MENELAUM
SUPRADICTI SIMONIS
FRATREM
PORTANTES PECUNIAS REGI
ET NEGOTIIS NECESSARIIS
RESPONSA PERLATURUM
AT ILLE COMMENDATUS REGI
CUM MAGNIFICASSET FACIEM
POTESTATIS EIUS
IN SEMET IPSUM RETRORSIT
SUMMUM SACERDOTIUM
SUPERPONENS IASONEM
TALENTA ARGENTI CCC
ACCEPTISQUE A REGE
MANDATIS UENIT
NIHIL QUIDEM HABENS SACERDOTIO
ANIMOS UERO CRUDELIS TYRANNI
ET FERE BELUAE IRAM GERENS
ET IASON QUIDEM QUI PROPRIUM
FRATREM CAPTIUABERAT
IPSE DECEPTUS PROFUSUS
IN AMMANITEN EXPULSUS EST
REGIONEM
MENELAUS AUTEM PRIN
CIPATUM QUIDEM OBTINUIT IIX
DE PECUNIIS UERO REGI PROMISSIS
MISSIS NIHIL AGEBAT
CUM EXACTIONEM FACERET
SOSTRATUS QUI ARCAE ERAT
PRAEPOSITUS
NAM AD HUNC EXACTIO UECTI
GALIUM PERTINEBAT
OB QUAM CAUSAM UTRIQUE XIII
AD REGEM UOCATI
MENELAUS MOTUS EST
SACERDOTIO
SUCCEDENTE LYSIMACHO
FRATRE SUO
SOSTRATUS AUTEM PRAELATUS
EST CYPRIS
XIII ET CUM HAEC AGE[RE]NTUR
CONTIGIT THARSENSES
ET MALLOTHAS SEDITIONEM
MOUERE
EO QUOD ANTIOCHIDI CONCU
BINAE EIUS DONO ESSENT DATI
FESTINANTER ITAQUE REX
UENIT SEDARE ILLOS RELICTO
AFFECTU UNO EX COMITIB;

SUIS ANDRONICHO
RATUS AUTEM MENELAUS
ACCEPISSE TEMPUS OPORTUNŪ
AUREA QUAEDAM UASA E TEMPLO
FURATUS DONAUIT ANDRONICHO
ET ALIA UENDIDERAT TYRO
ET PER UICINAS CIUITATES
QUOD CUM CERTISSIME
COGNOUISSET ONIAS
ARGUEBAT EUM IPSE IN LOCO TOTO
SE CONTINENS ANTIOCHIAE
SECUS DAFNEN
UNDE MENELAUS ACCEDENS
AD ANDRONICHUM ROGABAT
UT ONIAN INTERFICERET
QUI CUM UENISSET AD ONIAN
ET DATIS DEXTRIS CUM IURE
IURANDO QUAMUIS ESSET EI
SUSPECTUS SUASISSET ASILO
PRO CEDERE
STATIM EUM PEREMIT NON
UERITUS IUSTITIAM OB QUAM
CAUSAM
NON SOLUM IUDAEI SED ET ALIAE
QUOQUE NATIONES INDIGNA
BANTUR ET MOLESTE FEREBANT
DE NECE TANTI UIRI INIUSTA
XIIII SED REGRESSUM REGEM
DE CILICIAE LOCIS
AUDIERUNT IUDAEI APUD ANTIOCHIĀ
SIMUL ET GRAECI
CONQUAERENTES DE INIQUA
NECE ONIAE
CONTRISTATUS ITAQ· AD ANIMAM
ANTIOCHUS ET FLEXUS
AD MISERICORDIAM
LACRIMAM FUDIT
RECORDATUS DEFUNCTI SOBRIE
TATEM ET MODESTIAM
ACCENSUS Q· ANIMIS ANDRONICUM
PURPURA EXUTUM CIRCUM
DUCI PER TOTAM CIUITATEM
IUBET
ET EODEM LOCO QUO IN ONIAN
IMPIETATEM COMMISERAT
SACRILEGUM UITA PRIUARI
DÑO ILLI DIGNAM POENAM
TRIBUENTE·Q·
XV MULTIS AUTEM SACRILEGIS
IN TEMPLO A LYSIMACHO
CONMISSIS MENELAI CONSILIO
ET DIUULGATA FAMA CONGREGA
TA EST MULTITUDO ADUERSUS
LYSIMACHUM MULTO IAM
AURO EXPORTATO
TURBIS AUTEM INSURGENTIBUS
ET ANIMIS IRA REPLETUS
LYSIMACHUS ARMATIS TERE TRIB·
MILIBUS INIQUIS MANIBUS
UTI COEPIT DUCE QUODAM
TYRANNO
AETATE PARITER ET DEMENTIA
PROUECTUS
SED UT INTELLEXERUNT CONATUM
LYSIMACHI
ALII LAPIDES ALII FUSTES UALIDOS
ADRIPERE
QUIDAM UERO CINEREM IN LYSI
MACHUM IACERE
ET MULTI QUIDEM UULNERATI
QUIDAM AUTEM ET PROSTRATI
OMNES UERO IN FUGAM
UERSI SUNT
IPSUM ETIAM SACRILEGUM
SECUS AERARIUM INTERFECERUNT
DE HIS ERGO COEPIT IUDICIUM
ADUERSUS MENELAUM AGISTRI
ET CUM UENISSET REX TYRUM
AD IPSUM NEGOTIUM
DETULERUNT
MISSI UIRI TRES A SENIORIBUS
ET CUM SUPERARETUR MENELAUS
PROMISIT PTOLOMEO MULTAS
PECUNIAS AD SUADENDUM REGI
ITAQUE PTHOLOMEUS IN QUODAM
ATRIO POSITUS
QUASI REFRIGERANDI GRATIA AD REGE
ADIIT ET A SENTENTIA DEDUXIT

ET MENELAUM QUIDEM UNI
UERSAE MALITIAE RERUM
CRIMINIBUS ABSOLUIT
MISEROS AUTEM QUI ETIAM
SI APUD SCYTAS CAUSAM DIXISSENT
INNOCENTES IUDICARENTUR
MORTE DAMNAUIT
CITO ERGO INIUSTAM POENAM
DEDERUNT QUI PRO CIUITATE
ET POPULO ET SACRIS UASIS
CAUSAM PROSECUTI SUNT
QUAM OBREM TYRI QUOQUE INDIGNATI
ERGA SEPULTURAM EORUM
LIBERALISSIMI EXTITERUNT
MENELAUS AUTEM PROPTER EORUM
QUI IN POTENTIA ERANT
AUARITIA PERMANEBAT
IN POTESTATE
CRESCENS IN MALITIA ET AD IN
SIDIAS CIUIUM

XVI EODEM TEMPORE ANTIOCHUS
V SECUNDAM PROFECTIONEM
PARAUIT IN AEGYPTUM
CONTIGIT AUTEM PER UNIUERSAM
HIERUSOLYMORUM CIUITATEM
UIDERI DIEBUS XL PER AERA
EQUITES DISCURRENTES AURATAS
STOLAS HABENTES ET HASTIS
QUASI COHORTES ARMATAS
HABENT
ET CURSUS EQUORUM PER ORDINES
DIGESTOS
ET CONGRESSIONES FIERI COMMI
NUS ET SCUTORUM MOTUS
ET GALEARUM MULTITUDINIS
GLADIIS DESTRICTIS
ET TELLORUM IACTUS ET AURE
ORUM ARMORUM SPLENDOREM
OMNISQUE GENERIS LURICARUM
QUAPROPTER OMNES ROGABANT
IN BONUM MONSTRA CONUERTI
SED CUM FALSUS RUMOR EXISSET
TAMQUAM UITA EXCESSISSET
ANTIOCHUS

ASSUMPTIS IASON NON MINUS
MILLE UIROS REPENTE ADGRES
SUS EST CIUITATEM
ET CIUIBUS AD MURUM CON
UOLANTIBUS
AD ULTIMUM ADPREHENSA
CIUITATE
MENELAUS FUGIT IN ARCEM
IASON UERO NON PARCEBAT
IN CEDE CIUIBUS SUIS
NEC COGITABAT PROSPERITATEM
ADUERSUS COGNATOS
MALUM ESSE MAXIMUM
ARBITRANS HOSTIUM
ET NON CIUIUM SE TROPEA
CAPTURUM
ET PRINCIPATUM QUIDEM
NON OBTINUIT
FINEM UERO INSIDIARUM SUARUM
CONFUSIONE CEPIT
ET PROFUGUS ITERUM ABIIT
IN AMMANITEN
AD ULTIMUM IN EXITUM SUI
CONCLUSUS AB ARETA ARABUM
TYRANNO
FUGIENS DE CIUITATE IN CIUITATE
OMNIBUS ODIOSUS UT REFUGA LEGŪ
ET EXECRABILIS UT PATRIAE
ET CIUIUM HOSTIS IN AEGYPTUM
EXTRUSUS EST
ET QUI MULTOS DE PATRIA
EXPULERAT PEREGRE
PERIIT
LACEDAEMONAS PROFECTUS
QUASI PER COGNATIONE IBI
REFUGIUM HABITURUS
ET QUI INSEPULTOS ABIECERAT
MULTOS
IPSE ET INLAMENTATUS ET IN
SEPULTUS ABICITUR SEPUL
TURA NEQ· PEREGRINA USUS
NEQ· PATRIO SEPULCHRO PRTICIPAU

XVII HIS ITA GESTIS SUSPICATUS EST
REX SOCIETATEM DESERTUROS
IUDAEOS

et ob hoc profectus ex aegypto
efferatis animis ciuitatem
quidem armis cepit
iussit autem militibus inter
ficere nec parcere
occursantibus
et per domos ascendentes
trucidare
fiebat ergo caedes iuuenum
ac seniorum
mulierum et natorum
exterminia
uirginumq· et paruulorum
neces
erant autem toto triduo
octoginta milia interfecti
quadraginta milia uincti
sed nec ista sufficiunt
ausus est intrare templum
uniuersa terra sanctius
menelao doctore qui legum
et patriae fuit proditor
et scelestis manibus sumens
sca uasa
quae ab aliis regib· et ciuitatib
erant posita ad ornatum
loci et gloriam contrec
tabat indigne et contaminabat
ita alienatus mente antiochus
non considerabat quod prop
ter peccata habitantium
ciuitatem modicum dns
fuerat iratus
propter quod et accedit
circa locum despectio
alioquin nisi contigisset eos
multis peccatis esse
inuolutos
sicut heliodorus qui missus
est a seleuco rege ad ex
poliandum aerarium
etiam hic statim adueniens
flagellatus
et repulsus utique fuisset
ab audacia
uerum non propter locum
gentem
sed propter gentem locum
dns elegit
ideoque et ipse locus particeps
factus est populi malorum
postea autem fiet socius
et bonorum
et qui derelictus in ira di XIX
omnipotentis
iterum in magni dni reconci
liatione cum summa gloria
exaltabitur
XVIII igitur antiochus mille et octin
gentis oblatis de templo
talentis
uelociter antiochiam
regressus est XX
existimans se superbia
terram ad nauigandum
pelagus uero ad iter agendum
deducturum propter
mentis elationem
reliquid autem et prepositos
ad adfligendam gentem
hierusolymis quidem filippum
genere frigem moribus
crudeliorem
eo ipso a quo constitutus est
in garizin autem andronichum
et menelaum
qui grauius quam ceteri
imminebant ciuibus
cumque adpositus esset
et contra iudaeos misit
odiosum principem apollo
nium cum exercitu
uiginti et duo milibus
praecipiens et omnes per
fectae aetatis interficere
mulieres ac iuuenes uendere
qui cum uenisset hierusolymam
pacem simulans

QUIEUIT USQ· AD SANCTUM
DIEM SABBATI
ET TUNC FERIATIS IUDAEIS ARMA
CAPERE SUIS PRAECEPIT
OMNESQUE QUI AD SPECTACULUM
PROCESSERANT TRUCIDAUIT
ET CIUITATEM CUM ARMATIS
DISCURRENS INGENTEM
MULTITUDINEM PEREMIT
XIX IUDAS AUTEM MACHABEUS
QUI DECIMUS FUERAT SECESSERAT
IN DESERTUM LOCUM
IBIQUE INTER FERAS UITAM IN MON
TIBUS CUM SUIS AGEBAT
ET FENI CIBO UESCENTES
DEMORABANTUR
NE PARTICIPES ESSENT COIN
QUINATIONIS
XX SED NON POTEST MULTUM
VI TEMPORIS
MISIT REX SENEM QUENDAM
ANTIOCHENUM QUI CONPELL
LERET IUDAEOS
UT SE TRANSFERRENT A PATRIBUS
ET DI LEGIBUS
PRAECONTAMINARET ETIAM
QUOD IN HIERUSOLYMIS
ERAT TEMPLUM
ET COGNOMINARET IOUIS OLYMPII
ET IN GARIZIN PROUT ERANT
HI LOCUM INHABITABANT
IOUIS HOSPITALIS
PESSIMA AUTEM UNIUERSIS
ET GRAUIS MALORUM ERAT
INCURSIO
NAM ET TEMPLUM LUXURIA
ET COMESATIONIBUS ERAT
PLENUM
ET SCORTANTIUM CUM MERETRICIB·
SACRATISQ· AEDIBUS MULIERES SE
ULTRO INGEREBANT
INTRO FERENTES EA QUAE
NON LICEBAT
ALTARE ETIAM PLENUM ERAT

INLICITIS QUAE LEGIBUS
PROHIBEBANTUR
NEQUE AUTEM SABBATA
CUSTODIEBANTUR
NEQUE DIES SOLLEMNES PATRII
SERUABANTUR
NEC SIMPLICITER SE QUIS QUAM
IUDAEUM ESSE CONFITEBATUR
DUCEBANTUR AUTEM CUM AMARA
NECESSITATE IN DIE NATALI REGIS
AD SACRIFICIA
ET CUM LIBERI SACRA CELEBRA
RENTUR COGEBANTUR
HEDERA CORONATI
LIBERO CIRCUMIRE
DECRETUM AUTEM EXIIT
IN PROXIMAS GENTILIUM
CIUITATES SUGGERENTES
PTHOLOMAEIS
UT PARI MODO ET IPSI ADUERSUS
IUDAEOS AGERENT UT SACRI
FICARENT
autem EOS QUI NOLLENT TRANSIRE
AD STATUTA GENTILIUM
INTERFICERENT
ERAT ERGO UIDERE MISERIAM
DUAE ENIM MULIERES DELATAE
SUNT NATOS SUOS CIRCUM
CIDISSE
QUAS INFANTIBUS AD UBERA
SUSPENSIS
CUM PUBLICE PER CIUITATE
CIRCUMDUXISSENT
PER MUROS PRAECIPITAUERANT
ALII AD PROXIMAS COEUNTES
SPELUNCAS
ET LATENTER SABBATI DIEM
CELEBRANTES
CUM INDICATI ESSENT PHILIPPO
FLAMMIS SUCCENSI SUNT
EO QUOD UENE(ra)BANTUR PROPTER
RELIGIONEM ET OBSERUANTIAM
MANU SIBIMET AUXILIUM FORE
OBSECRO AUTEM EOS QUI HUNC LIBRUM

LECTURI SUNT NE ABHORRESCANT
PROPTER ADUERSOS CASUS
SED REPUTENT EA QUAE
ACCIDERUNT
NON AD INTERITUM SED AD CORREP
TIONEM GENERIS ESSE NOSTRI
ET ENIM MULTO TEMPORE
NON SINERE PECCATORIBUS
EX SENTIAM AGERE
SED STATIM ULTIONES ADHIBERE
MAGNI BENEFICII EST INDICIUM
NON ENIM SICUT IN ALIIS NATIONIB·
DNS PATIENTER EXPECTAT
UT EAS CUM IUDICII DIES UENERIT
IN PLENITUDINE PECCATORUM
PUNIAT
ITA ET IN NOBIS STATUIT UT PECCA
TIS NOSTRIS IN FINEM DEUOLUTIS
ITA DEMUM IN NOS UINDICET
PROPTER QUOD NUMQUAM
QUIDEM A NOBIS MISERICOR
DIAM SUAM AMOUET
CORRIPIENS UERO IN ADUERSIS
POPULUM SUUM NON DERE
LIQUIT
SED HAEC NOBIS AD CONMONITIO
NEM LEGENTIUM DICTA SINT
PAUCIS
IAM AUTEM UENIENDUM EST
AD NARRATIONEM
XXI IGITUR ELEAZARUS DE PRIMORIB·
SCRIBARUM
UIR AETATE PROUECTUS
ET UULTU DECORUS APERTO ORE
HIANS CONPELLABATUR CARNEM
PORCINAM MANDUCARE
AT ILLE GLORIOSAM MORTEM
MAGIS QUAM ODIBILEM
UITAM AMPLECTENS
UOLUNTARIE PRAEIBAT
AD SUPPLICIUM
INTUENS AUTEM QUEMADMO
DUM OPORTET ACCEDERE
PATIENTER SUSTINENS DESTINAUIT
NON ADMITTERE INLICITA
PROPTER UITAE AMOREM
HII AUTEM ADSTABANT INIQUA
MISERATIONE COMMOTI
PROPTER ANTIQUAM UIRI
AMICITIAM
TOLLENTES EUM SECRETO
ROGABANT AFFERRI CARNES
QUIB· UESCERI LICEBAT
UT SIMULARETUR MANDUCASSE
SICUT REX IMPERAUERAT
DE SACRIFICIIS CARNIBUS
UT HOC FACTO A MORTE LIBERARETUR
ET PROPTER UETEREM AMICITIAM
HANC IN EO FACERENT HUMANITATEM
AT ILLE COGITATIONE COEPIT
AETATIS AC SENECTUTIS SUAE
EMINENTIAE
DIGNAM ET INGENUITATEM
NOBILITATIS CANITIAE ATQUE
A PUERO OPTIMAE CONUER
SATIONIS
ET SECUNDUM SCAE A DO CONDITAE
LEGIS CONSTITUTA RESPONDIT
CITO DICENS PRAEMITTI SE
UELLE IN INFERNUM
NON ENIM AETATEM NOSTRAM
DIGNUM EST INQUID FINGERE
UT MULTI ADULESCENTIUM
ARBITRATI ELEAZARUM NONA
GINTA ANNORUM TRANSISSE
AD UITAM ALIENIGENARUM
ET IPSI PROPTER MEAM
SIMULATIONEM
ET PROPTER MODICUM CORRUP
TIBILIS UITAE TEMPUS
DECIPIANTUR
ET PER HOC MACULAM ATQUE
EXECRATIONEM MEAE
SENECTUTI CONQUIRAM
NAM ET SI IN PRAESENTI
TEMPORIS SUPPLICIIS
HOMINUM ERIPIAR
SED MANUS OMNIPOTENTIS

NEQUE UIUENS NEQUE DEFUNCTUS
EFFUGIAM
QUAM OBREM FORTITER UITAM
EXCEDENDO
SENECTUTE QUIDEM DIGNUS
APPAREBO
ADULESCENTIBUS AUTEM EXEM
PLUM FORTE RELINQUAM
SI PROMPTO ANIMO AC FORTITER
PRO GRAUISSIMIS ET SČISSIMIS
LEGIBUS HONESTA MORTE
PERFUNGAR
HIS DICTIS CONFESTIM AD SUP
PLICIUM TRAHEBATUR
HII AUTEM QUI EUM DUCEBANT
ET PAULO ANTE FUERANT
MITIORES
IN IRA UERSI SUNT PROPTER
SERMONES AB EO DICTOS
QUOS ILLI PER ARROGANTIAM
PROLATOS ARBITRABANTUR
SED CUM PLAGIS PER IMERE
TUR INGEMUIT ET DIXIT
DÑE QUI HABES SČAM SCIENTIā
MANIFESTE
SCIS TU QUIA CUM A MORTE
POSSEM LIBERARI
DUROS CORPORIS SUSTINEO
DOLORES
SECUNDUM ANIMAM UERO
PROPTER TIMOREM TUUM
LIBENTER HAEC PATIOR
ET ISTE QUIDEM HOC MODO
UITA DECESSIT
NON SOLUM IUUENIBUS
SED ET UNIUERSAE GENTI
MEMORIAM MORTIS SUAE
AD EXEMPLUM UIRTUTIS
ET FORTITUDINIS DERELINQUENS

VII CONTIGIT AUTEM ET SEPTEM
FRATRES CUM MATRE
ADPREHENSOS CONPELLI A REGE
CONTRA FAS AD CARNES PORCINAS
FLAGRIS ET TAUREIS CRUCIATOS

UNUS AUTEM EX ILLIS QUI ERAT
PRIMUS SIC AIT
QUID QUAERIS ET QUID UIS DISCERE
A NOBIS PARATI SUMUS MORI
MAGIS QUAM PATRIAS DĪ LEGES
PRAEUARICARI
IRATUS ITAQUE REX IUSSIT
SARTHAGINES ET OLLAS
AENEAS SUCCENDI
QUIBUS STATIM SUCCENSIS IUSSIT
EI QUI PRIOR FUERAT LOCUTUS
AMPUTARI LINGUAM ET CUTE
CAPITIS ABSTRACTA
SUMMAS QUOQUE MANUS EI
ET PEDES PRAECIDI
CETERIS EIUS FRATRIBUS ET MATRE
INSPIĒNTIBUS
ET CUM IAM PER OMNIA INUTILIS
FACTUM ESSET
IUSSIT IGNEM ADMOUERI
ET ADHUC SPIRANTEM TORRERI
IN SARTHAGINEM
IN QUA ECUM DIU CRUCIARETUR
CETERI UNA CUM MATRE INUICEM
SE HORTABANTUR MORI FORTITER
DICENTES DÑS DS ASPICIAT UERI
TATEM
ET CONSOLABITUR IN NOBIS
QUEM ADMODUM PROTES
TATIONEM CANTICI DECLARA
UIT MOSES
ET IN SERUIS SUIS DÑS CONSOLABITUR
II MORTUO ITAQUE PRIMO ILLO
HOC MODO SEQUENTEM
DEDUCEBANT AD INLUDENDUM
ET CUTE CAPITIS EIUS CUM
CAPILLIS DETRACTA
INTERROGABANT SI MANDUCARET
PRIUS QUAM TOTO CORPORE
MEMBRA SINGULA PUNIRETUR
AT ILLE RESPONDENS PATRIA
UOCE DIXIT
NON FACIAM PROPTER QUOD
ET ISTE SEQUENTI LOCO PRIMI

TORMENTA SUSCEPIT
ET IN ULTIMO SPU CONSTITUTUS AIT
TU QUIDEM SCELESTISSIME
IN PRAESENTI UITA NOS PERDIS
SED REX MUNDI DEFUNCTOS
NOS PRO SUIS LEGIBUS IN AETER
NAE UITAE RESURRECTIONE
SUSCITAUIT

III POST HUNC TERTIUS INLUDEBATUR
ET LINGUAM POSTULATUS CITO
PROTULIT
ET MANUS CONSTANTER EXTENDIT
ET CUM FIDUCIA AIT
E CAELO ISTA POSSIDEO
SED PROPTER DI LEGES NUNC HAEC
IPSA DESPICIO
QUONIAM AB IPSO ME EA
RECEPTURUM SPERO
ITA UT REX ET QUI CUM IPSO ERANT
MIRARENTUR ADULESCENTULI
ANIMUM
QUOD TAMQUAM NIHILI DUCERET
CRUCIATUS

IIII ET HOC ITA DEFUNCTO QUARTUM
SIMILITER UEXABANT
TORQUENTES
ET CUM IAM ESSET AD MORTEM
SIC AIT
POTIUS EST AB HOMINIBUS
MORTI DATOS SPEM EXPEC
TARE A DO
ITERUM AB IPSO RESUSCITANDOS
TIBI ENIM RESURRECTIO AD UITAM
NON ERIT

V ET CUM ADMOUISSENT QUINTUM
UEXABANT EUM
AT ILLE RESPICIENS IN EUM DIXIT
POTESTATEM INTER HOMINES
HABENS
CUM SIS CORRUPTIBILIS FACIS
QUOD UIS
NOLI AUTEM PUTARE GENUS
NOSTRUM A DO ESSE
DERELICTUM
PATIENTER SUSTINE ET UIDEBIS
MAGNA POTESTAS IPSIUS
QUALITER TE ET SEMEN TUUM
TORQUEUIT

VI POST HUNC DUCEBANT ET SEXTUM
ET IS MORI INCIPIENS SIC AIT
NOLI FRUSTRA ERRARE
NOS ENIM PROPTER NOSMET
IPSOS HAEC PATIMUR
PECCANTES IN DM NM
ET DIGNA ADMIRATIONE
FACTA SUNT IN NOBIS
TU AUTEM NE EXISTIMES TIBI
INPUNE FUTURUM QUOD CON
TRA DM PUGNARE TEMPTAUERIS
SUPRA MODUM AUTEM MATER
MIRABILIS ET BONORUM
MEMORIA DIGNA
QUAE PEREUNTES SEPTEM FILIOS
SUB UNIUS DIEI TEMPORE
CONSPICIENS
BONO ANIMO FEREBAT PROPTER
SPEM QUAM IN DM HABEBAT
SINGULOS ILLORUM HORTABATUR
PATRIA UOCE
FORTITER REPLETA SAPIENTIAM
ET FEMINEAE COGITATIONI
MASCULINUM ANIMUM INSERENS
DIXIT AD EOS
NESCIO QUALITER IN UTERO MEO
ADPARUISTIS
NEQUE ENIM EGO SPM DONAUI
UOBIS ET ANIMAM ET UITAM
ET SINGULORUM MEMBRA
NON EGO IPSA CONPEGI
SED ENIM MUNDI CREATOR
QUI FORMAUIT HOMINIS
NATIUITATEM
QUIQUE OMNIUM INUENIT ORIGINEM
ET SPM UOBIS ITERUM CUM
MISERICORDIA REDDET ET UITAM
SICUT NUNC UOS METIPSOS
DESPICITIS PROPTER
LEGES EIUS

ANTIOCHUS AUTEM CONTEMNI
SE ARBITRATUS
SIMUL ET EXPROBANTIS UOCE
DESPECTA
CUM ADHUC ADULESCENTIOR
SUPERESSET
NON SOLUM UERBIS HORTABATUR
SED ET IURAMENTO ADFIRMABAT
DIUITEM SE ET BEATUM
FACTURUM
ET TRANSLATUM A PATRIIS LEGIB·
AMICUM HABITURUM ET RES
NECESSARIAS PRAEBITURUM
SED AD ISTA CUM ADULESCENS
NEQUAQUAM INCLINARETUR
UOCAUIT REX MATREM ET
SUADEBAT UT ADULESCENTI
FIERET IN SALUTEM
CUM AUTEM MULTIS EAM UERBIS
ESSET HORTATUS
PROMISIT SUASURĀ SE
FILIO SUO
ITAQUE INCLINATA AD ILLUM
INRIDENS CRUDELEM
TYRANNUM
AIT PATRIA UOCE
FILI MI MISERERE MEI QUAE TE
IN UTERO DECEM MENSES
PORTAUI
ET LAC TRIENNIUM DEDI ET ALUI
ET IN AETATEM ISTAM PERDUXI
PETO NATE ASPICIAS IN CAELUM
ET TERRAM ET AD OMNIA
QUAE IN EIS SUNT
ET INTELLEGAS QUIA EX NIHILO
FECIT ILLA D̄S ET HOMINUM
GENUS
ITA FIT UT NON TIMEAS CARNIFI
CEM ISTUM
SED DIGNUS FRATRIBUS TUIS
EFFECTUS
SUSCIPE MORTEM UT IN ILLA
MISERATIONE CUM FRATRIB·
TUIS TE RECIPIAM

CUM HAEC ILLA ADHUC DICERET
AIT ADULESCENS QUEM
SUSTINETIS
NON OBOEDIO PRAECEPTO REGIS
SED PRAECEPTA LEGIS QUAE
DATA EST NOBIS PER MOSEN
TU UERO QUI INUENTOR OMNIS
MALITIAE FACTUS ES IN
HEBRAEOS NON EFFUGIES
MANUM D̄I
NOS ENIM PRO PECCATIS NOSTRIS
HAEC PATIMUR
ET SI NOBIS PROPTER INCREPA
TIONEM ET CORREPTIONEM
D̄NS NOSTER MODICUM
IRATUS EST
SED ITERUM RECONCILIABITUR
SERUIS SUIS
TU AUTEM O SCELESTE ET OMNIŪ
HOMINUM FLAGITIOSISSIME
NOLI FRUSTRA EXTOLLI UANIS
SPEBUS
IN SERUOS EIUS INFLAMMATUS
NONDUM ENIM OMNIPOTENTIS D̄I
ET OMNIA INSPICIENTIS
IUDICIUM EFFUGISTI
NAM FRATRES MEI MODICO
NUNC DOLORE SUSTENTATO
SUB TESTAMENTO AETERNAE
UITAE EFFECTI SUNT
TU UERO IUDICIO D̄I IUSTAS
SUPERBIAE POENAS SOLUES
EGO AUTEM SICUT FRATRES MEI
ANIMAM ET CORPUS MEUM
TRADO PRO PATRIIS LEGIBUS
INUOCANS D̄M MATURIUS
GENTI NOSTRAE PROPITIUM
FIERI
TEQUE CUM TORMENTIS
ET UERBERIBUS CONFITERI
QUOD IPSE EST D̄S SOLUS
IN ME UERO ET IN FRATRIBUS
MEIS DESINET OMNIPO
TENTIS IRA

QUAE SUPER OMNE GENUS
NOSTRUM IUSTAE SUPER
DUCTA EST
VII TUNC REX ACCENSUS IRA IN HUNC
SUPER OMNES CRUDELIUS
DESEUIT
INDIGNE FERENS DE RISUM SE
ET HIC ITAQUE MUNDUS OBIIT
PER OMNIA IN DNO CONFIDENS
NOUISSIME AUTEM ET MATER
CONSUMMATA EST
IGITUR DE SACRIFICIIS ET NIMIS
CRUDELIB· SATIS DICTUM
XXII VIII IUDAS UERO MACHABEUS
ET QUI CUM ILLO ERANT
INTROIBANT LATENTER IN CASTELLA
ET CONUOCANTES COGNATOS
ET EOS QUI PERMANSERANT
IN IUDAISMO
ASSUMENTES EDUXERUNT
AD SEX MILIA UIROS
ET INUOCABANT DNM UT RESPI
CERET IN POPULUM QUI AB
OMNIBUS CALCABATUR
MISERERETUR TEMPLO
QUOD CONTAMINABATUR
AB IMPIIS
MISERERETUR ETIAM EXTER
MINIO CIUITATIS QUAE ESSET
ILICO CONPLANANDA
ET UOCEM SANGUINIS AD SE
CLAMANTIS AUDIR ET
MEMORARETUR QUOQUE
INIQUISSIMAS MORTES
INNOCENTIUM PARUULORUM
ET BLASPHEMIAS NOMINI
SUO INLATAS
ET INDIGNARETUR SUPER HIS
AD MACCHABEUS CONGREGATA
MULTITUDINE
INTOLERABILIS GENTIBUS
EFFICIEBATUR
IRA ENIM DNI IN MISERICORDIAM
CONUERSA EST ET SUPERUENIENS
CASTELLIS ET CIUITATIBUS
ET INPROUISAS SUCCENDEBAT EAS
ET OPPORTUNA LOCA OCCUPANS
NON PAUCAS HOSTIUM
STRAGES DABAT
MAXIME AUTEM NOCTIBUS
AD HUIUS CEMODI EXCURSUS
FU REBATUR
ET FAMA UIRTUTIS EIUS UBIQUE
DIFFUNDEBATUR
UIDENS AUTEM PHILIPPUS
PAULATIM UIRUM AD PRO
FECTUM UENIRE
AC FREQUENTIUS RES EI PROSPERE
CEDERE AD PTHOLOMEUM
DUCEM COELESYRIAE
ET FOENICIS SCRIBIT
UT AUXILIUM FERRET REGIS
NEGOTIIS
AD ILLE UELOCITER MISIT
NICANOREM PATROCLI
DE PRIMORIBUS AMICUM
DATIS
ET PERMIXTIS GENTIBUS
ARMATIS NON MINUS
UIGINTI MILIBUS
ET UNIUERSUM IUDAEORUM
GENUS DELERET ADIUNCTO
EI GORGIA UIRO MILITARI
CONSTITUIT AUTEM NICANOR REGI
UT TRIBUTUM ROMANIS
QUOD ERAT DANDUM
DUO MILIA TALENTUM DE CAPTIUI
TATEM IUDAEORUM SUPPLERET
STATIMQUE AD MARITIMAS
MISIT CIUITATES
CONUOCANS AD COEMPTIONEM
IUDAEORUM MANCIPIORUM
PROMITTENS SE NONAGINTA
MANCIPIA TALENTO
DISTRACTORUM
NON RESPICIENS AD UINDICTAM
QUAE EUM AB OMNIPOTENTEM
ESSET CONSEQUUTURA

IUDAS AUTEM UBI CONPERIT
INDICAUIT HIS QUI SECUM
ERANT IUDAEIS NICANORIS
ADUENTUM
EX QUIBUS QUIDAM FORMIDAN
TES ET NON CREDENTES D̄I IUS
TITIAE IN FUGAM
UERTEBANTUR
ALII UERO SIQUID EIS SUPER
ERANT UENDEBANT
SIMUL QUE D̄N̄M DEPRAECABANTUR
UT ERIPERET EOS AB IMPIO
NICANOREM
QUI EOS PRIUS QUAM INCOMMINUS
UENIRE UENDEDERAT
SI NON PROPTER EOS PROPTER
TESTAMENTUM QUOD ERAT
AD PATRES EORUM
ET PROPTER INUOCATIONEM
S̄C̄I ET MAGNIFICI NOMINIS
EIUS SUPER IPSOS
XXIII CONUOCATIS AUTEM MACCHA
BEUS SEPTEM MILIBUS
QUI CUM IPSO ERANT
ROGABANT NE HOSTIBUS
RECONCILIARENTUR
NEQ· METUERENT INIQUI
UENIENTIUM ADUERSUM
SE HOSTIUM MULTITUDINEM
SED FORTITER CONTENDERET
ANTE OCULOS HABENTES
CONTUMELIAM QUAE IN LOCUM
S̄C̄M AB HIS INIUSTE ESSET
INLATAM
ITEM QUE ET LUDIBRIA HABITAE
CIUITATIS INIURIAM
ADHUC ETIAM UETERUM
INSTITUTA CONUULSA
NAM ILLI QUIDEM ARMIS CON
FIDUNT AIT SIMUL ET AUDACIA
NOS AUTEM IN OMNIPOTENTE
D̄N̄O QUI POST UENIENTES
ADUERSUM NOS ET UNIUERSU̅
MUNDUM UNO NUTU DELERE
CONFIDIMUS
ADMONUIT AUTEM EOS ET DE
AUXILIIS D̄I QUAE FACTA SUNT
ERGA PARENTES
ET SUB SENNACHERIM CENTUM
OCTOGINTA QUINQUE MILIA
UT PERIERINT
ET DE PROELIO QUOD EIS
ADUERSUS GALATAS FUIT
IN BABYLONIA
UT OMNES UBI AD REM
UENTUM EST
MACHEDONIBUS SOCIIS HESITAN
TIBUS IPSI SEX MILIA SOLI
PEREMERUNT CENTUM
UIGINTI MILIA
PROPTER AUXILIUM ILLIS
DATUM E CAELO
ET BENEFICIA PRO HIS PLURIMA
CONSEQUUTI SUNT
HIS UERBIS CONSTANTES
EFFECTI SUNT
ET PRO LEGIBUS ET PATRIA
MORI PARATI
CONSTITUIT ITAQUE FRATRES
SUOS DUCES UTRIQUE EO
ORDINI SIMONEM
ET IOSEPPUM ET IONATHAN
SUBIECTI UNICUIQUE MILLENIS
ET QUINGENTENIS
AD HOC ETIAM LECTO ILLIS AB EZRA
S̄C̄O LIBRO
ET DATO SIGNO ADIUTORIO D̄I
IN PRIMA ACIE IPSE DUX COM
MISIT CUM NICANORE
ET FACTO SIBI ADIUTORE OMNI
POTENTE INTERFECERUNT
SUPER NOUEM MILIA
HOMINUM
MAIOREM PARTEM EXERCITUS
NICANORIS UULNERIBUS
DEBILEM FACTAM FUGERE
CONPULERUNT
PECUNIIS UERO EORUM

quiad emtionem ipsorum
uenerant sublatis
ipsos usque persequuti sunt
sed reuerterunt ora con
clusi nam erat ante sabbatum
quam ob causam non perseue
rauerunt insequentes
arma autem ipsorum
et spolia congregantes
sabbatum agebant benedicen
tes dnm qui liberauit eos
in isto die
misericordiae initium
stillans in eos
post sabbatum uero debilibus
et orfanis et uiduis erunt
spoliae residua ipsi cum
suis habuere
XXIIII His ita gestis et communiter
ab omnibus facta
obsecratione
misericordem dnm postulant
ut in finem seruis suis
reconciliaretur
et ex his qui cum timotheo
et bachide erant contra
se contendentes
super uiginti milia inter
fecerunt et munitiones
excelsas obtinuerunt
et plures praedas diuiserunt
aequam portionem debilib.
pupillis et uiduis
sed et senioribus facientes
et cum arma eorum
collegissent
diligenter omnia conpo
suerunt in locis opportunis
residua uero spolia hieru
solymam detulerunt
et phylarcen qui cum
timotheo erat inter
fecerunt
uirum scelestium qui in multis
iudaeos adflixerat
et cum epicie inia agerent
hierusolymis eos qui
sacras ianuas incenderant
idest callistenen cum in
quodam domicilio re
fugisset incenderunt
digna ei mercede pro impie
tatibus suis reddita
facinorosissimus autem
nicanor
qui mille negotiantes ad iudae
orum uenditionem
adduxerat
humiliatus auxilio dni
ab his quos nullos existi
mauerat deposito ueste
gloriae
per mediterranea ...
fugiens solus uenit anti
ochiam summam infeli
citatem de interitu sui
exercitus consequutus
et qui promiserat romanis
se tributum restituere
de captiuitate hieru
solymorum
praedicabat nunc protectorem
dm habere iudaeos
et ab ipsam inuulnerabiles esse
eo quod sequerentur leges
ab ipso constitutas
XXV IX Eodem tempore antiochus
inhoneste reuertebatur
de persidae
intrauerat enim ea quae
dicitur persipolis
et temtauit expoliare
templa et ciuitatem
opprimere
sed multitudine ad arma
concurrente in fuga
uersi sunt
et ita contigit ut antiochus

POST FUGAM TURPITER
REDIRET
ET CUM UENISSET CIRCA ECBATANA
RECOGNOUIT QUAE ERGA
NICANOREM ET TIMOTHEUM
GESTA SUNT
ELATUS AUTEM IRA ARBITRABATUR
SE INIURIAM ILLORUM QUI SE
FUGAUERANT POSSE IN IUDAEOS
RETORQUERE
IDEOQUE IUSSIT AGITARI CURSUM
SINE INTERMISSIONE
AGENS ITER
CAELESTIUM IUDICIO
PERURGUENTE
QUO ITA SUPERBIAE LOCUTUS EST
UENTURUM HIERUSOLYMAM
ET CONGERIEM SEPULCHRI
IUDAEORUM EAM FACTURUM
XXVI SED QUI UNIUERSAE CONSPICIT
DNS ISRAHEL PERCUSSIT EUM
INSANABILI ET INUISIBILI
PLAGA
UT ENIM FINIUIT HUNC IPSUM
SERMONEM
ADPREHENDIT EUM DOLOR
DIRUS UISCERUM
ET AMARA INTERNORUM
TORMENTA
ET QUIDEM SATIS IUSTE
QUIPPE QUI MULTIS ET NOUIS
CRUCIATIBUS ALIORUM
TORSERAT UISCERA
LICET ILLE NULLO MODO A SUA
MALITIA CESSARET
SUPER HAEC AUTEM SUPERBIA
REPLETUS
IGNE SPIRANS ANIMO IN IUDAEOS
ET PRAECIPIENS ACCELERARE
NEGOTIUM
CONTIGIT ILLUM IMPETU
EUNTEM DE CURRU CADERE
ET GRAUI CORPORIS CONLISI
ONE MEMBRA UEXARE

IS QUI SIBI UIDEBATUR ETIAM
FLUCTIBUS MARIS IMPERARE
SUPRA HUMANUM MODUM
SUPERBIA REPLETUS
ET MONTIUM ALTITUDINES
IN STATERA ADPENDERE
NUNC HUMILIATUS AD TERRAM
IN GESTATORIO PORTABATUR
MANIFESTAM DI UIRTUTEM
IN SEMET IPSO CONTESTANS
ITA UT DE CORPORE IMPII
UERMES SCATURIRENT
ODORE ETIAM ILLIUS ET FETORE
EXERCITUS GRAUARETUR
ET QUI PAULO ANTE SIDERA CAELI
CONTINGERE SE ARBITRABANTUR
EUM NEMO POTERAT PROPTER
INTOLLERANTIAM FETORIS
PORTARE
XXVII HINC IGITUR COEPIT EX GRAUI
SUPERBIA
DEDUCTUS AD AGNITIONEM
SUI UENIRE DIUINA ADMONITIIS
PLAGA
PER MOMENTA SINGULA
DOLORIBUS SUIS AUGMENTA
CAPIENTIBUS
ET CUM NEC IPSE IAM FETOREM
SUUM FERRE POSSET
ITA AIT
IUSTUM EST SUBDITUM ESSE DO
NON ET MORTALEM PARIA DO
SENTIRE
ORABAT AUTEM HOC SCELESTUS
DNM A QUO NON ESSET MISERI
CORDIAM CONSECUTURUS
ET CIUITATEM AD QUAM FESTI
NANS UENIEBAT UT EAM
AD SOLUM DEDUCERET
ET SEPULCHRUM CONGESTORUM
FACERET
NUNC OPTAT LIBERAM REDDERE
ET IUDAEOS QUOS NEC SEPUL
TURA QUIDEM SE DIGNAS HABITU
ROS

SED AUIBUS AC FERIS DIRIPIEN
DOS TRADITURUM
ET PARUULIS EXTERMINATURUM
DIXERAT
AEQUALES NUNC ATHENIENSIB·
FACTURUM POLLICETUR
TEMPLUM ETIAM SC̄M QUOD
PRIUS EXPOLIAUERAT OPTI
MIS DONIS ORNATURUM
ET SCA UASA MULTIPLICATURUM
ET PERTINENS AD SACRIFICIA
SUMPTUS DE REDITIBUS
SUIS PRAESTATURUM
SUPER HAEC ET IUDAEUM FACTURŪ
ET OMNEM LOCUM TERRAE
PERAMBULATURUM
ET PRAEDICATURUM DĪ POTESTATĒ
SED NON CESSANTIB· DOLORIB·
SUPER UENERAT ENIM IN EUM
IUSTUM DĪ IUDICIUM
DISPERANS SCRIPSIT AD IUDAEOS
IN MODUM DEPRAECATIONIS
EPISTULAM
HAEC CONTINENTEM
OPTIMIS CIUIBUS IUDAEIS
PLURIMAM SALUTEM ET BENE
UALERE ET ESSE FELICES
REX ET PRINCEPS ANTIOCHUS
SI BENE UALETIS ET FILII UESTRI
ET EX SENTENTIA UOBIS CUNCTA
SUNT MAXIMAS AGIMUS GRATIAS
ET EGO IN INFIRMITATE CONSTITUTUS
UESTRI AUTEM BENIGNE MEMOR
REGRESSUS DE PERSIDIS LOCIS
ET INFIRMITATE GRAUI
ADPREHENSUS
NECESSARIUM DUXI PRO COMMUNI
UTILITATE CURAM HABERE
NON DESPERANS MEMET IPSUM
SED SPEM MULTAM HABEO
EFFUGIENDI INFIRMITATEM
RESPICIENS AUTEM QUOD ET
PATER QUIB· TEMPORIBUS
IN LOCIS SUPERIORIB· DUCEBAT
EXERCITUM
OSTENDIT QUI POST SE SUSCIPERE
PRINCIPATUM
UT SIQUID CONTRARIUM ACCIDERET
AUT DIFFICILE NUNTIARETUR
SCIENTES HI QUI IN REGIONIB· ERANT
CUI ESSET RERUM SUMMA
DERELICTA NON TURBARENTUR
AD HAEC CONSIDERANS DE PROXIMO
POTENTES QUOQ· ET UICINOS
TEMPORIBUS INSIDIANTES
ET EUENTUM EXPECTANTES
DESIGNAUI FILIUM MEUM
ANTIOCHUM REGEM
QUEM SAEPE RECURRENS
IN SUPERIORA REGNA MULTIS
UESTRUM COMMENDABAM
ET SCRIPSI AD EUM QUAE SUB
IECTA SUNT
ORATE ITAQUE UOS
ET PETO MEMORES BENEFICIORŪ
PUBLICAE ET PRIUATIM
UT UNUS QUISQUE CONSERUET
FIDEM AD ME ET AD FILIUM MEŪ
CONFIDO ENIM EUM MODESTE
ET HUMANE ACTURUM
ET SEQUENTEM PROPOSITUM
MEUM COMMUNEM UOBIS FORE
XXVIII IGITUR HOMICIDA ET BLASPHEMUS
PESSIME PERCUSSUS
ET UT IPSE ALIOS TRACTAUERAT
PEREGRE IN MONTIBUS
MISERABILI OBITU UITA FUNCTUS EST
TRANSFERABAT AUTEM CORPUS
PHILIPPUS CONLACTANEUS EIUS
QUI METUENS FILIUM ANTIOCHI
AD PTHOLOMEUM FILIOMETORA
IN AEGYPTO ABIIT
XXIX MACCHABEUS AUTEM ET QUI CUM
X ILLO ERANT DÑO SE PROTEGENTE
TEMPLUM QUIDEM ET CIUITATEM
RECEPIT
ARAS AUTEM QUAS ALIENIGENAE
PER PLATEAS STRUXERANT

itemque delubra demolitus est
et purgato templo aliud
altare fecerunt
et de ignitis lapidibus igne
concepto
obtulerunt sacrificia post
biennium
et incensum et lucernas
et panes propositionis
posuerunt quib· gestis
rogabant dnm prostrati
in terram
ne amplius malis talis incederent
sed et si quando peccassent
ut ab ipso mitius corriperentur
et non blasphemis ac barbaris
hominib· traderentur
qua die autem templum
ab alienigenis pollutum
fuerat
contigit eadem die purgatio
nem fieri uicensima et quin
ta mensis qui fuit casleu
et cum laetitia diebus octo
egerunt in modum
tabernaculorum
recordantes quod ante modicum
temporis
diem sollemnem tabernaculorũ
in montibus more bestiarum
egerant
propter quod thyros
et ramos uirides
et palmas praeferebant ei
qui prosperauit mundari
locum suum
et decreuerunt communi
praecepto
et decreto uniuersae genti
iudaeorum
omnib· annis agere dies istos
XXX Et antiochi quidem qui appel
latus est nobilis
uitae excessus ita se habuit
nunc autem de eupatore
antiochi filio impii quae
gesta sunt narrabimus
breuiantes mala quae in bellis
gesta sunt
hic suscepto regno constituit
super negotia regni
lysiam quendam foenicis
et syriae militiae principem
nam ptholomeus qui dicebatur
macer iusti
tenax erga iudaeos esse
instituit
et praecipuae propter
iniquitatem quae facta
erat in eis
et pacificae agere cum eis
sed ob hoc accusatus ab ini
micis apud eupatorem
cum frequenter proditor
audiret
eo quod cyprum creditam
a filometore nobilem
translatus etiam ab eo reces
sisset ueneno uitam finiuit
XXXI Gorgias autem cum esset
dux locorum
assumptis aduenis frequen
ter iudaeos debellabat
iudaei uero qui tenebant
opportunas munitiones
fugatos ab hierusolymis
suscipiebant et bellare
temptabant
hii uero qui erant cum mac
chabeo per orationes dnm
rogantes ut essent sibi adiutor
impetum fecerunt in muniti
ones idumaeorum
multaq· ui insistentes
loca optinuerunt
occurrentes interemerunt
et omnes simul non minus
a uiginti milib· trucidauerant

quidam autem cum confugis
sent in duas turres ualde
munitas
omnem apparatum ad repugnan
dum habentes
macchabeus ad horum
expugnationem
relicto simone et ioseppum
item macchabeo eisque qui cum
ipsis erant satis multis
ipse ad eas quae amplius perur
gebant pugnas conuersus est
hii uero qui cum simone erant
cupiditate ducti
a quibusdam qui in turribus
erant suasi sunt pecunia
et septuaginta milibus didragmis
acceptis dimiserunt quosdam
effugere
cum autem macchabeo nun
tiatum esset quod factum est
congregatis principibus populi
accussauit quod pecunia
fratres uendidissent
aduersariis eorum dimissis
hos igitur proditores factos
interfecit
et confestim duas turres
occupauit
ar mis autem ac manibus
omnia prospere agendo
in duab· munitionib· plus
quam uiginti milia peremit
XXXII Timotheus qui prius iudaeis
fuerat superatus
conuocato exercitu
peregrinae multitudinis
et congregato exercitu asiano
aduenit quasi armis iudaeam
capturus
macchabeus autem et qui cum
ipso erant
adpropiante illo depraeca
bantur dm̄

caput terra aspergentes
lumbosq· ciliciis praecincti
ad altaris crepidinem prouo
lutii sibi propitius
inimicis autem eorum esset
inimicus et aduersetur
sicut lex dicit
et ita post orationem sumtis
armis longius de ciuitate
procidentes
et proximi hostibus effecti
resederunt
primo autem solis ortu
utriq· commiserunt
isti quidem uictoriae et pro
speritatis sponsorem
cum uirtute dn̄i habentes
illi autem ducem belli
animum habebant
sed cum uehemens pugna
esset apparuerunt
aduersariis de caelo
uiri quinque in equis frenis
aureis decori ducatum
iudaeis praestantes
ex quibus duo macchabeum
medium habentes
armis suis circumseptum
incolumem conseruabant
in aduersariis autem tela
et fulmina iacebant
ex quo et caecitate confusi
et repleti perturbatione
cadebant
interfecti sunt autem uiginti
milia quingenti et equites
sescenti
timotheus autem confugit
in gazara
praesidium munitum cui
praeerat caereas
macchabeus autem et qui
cum eo erant
laetantes obsederunt praesidiū

DIEBUS QUATTUOR
AT HII QUI IN TURRES ERANT LOCI
FIRMITATE CONFISI SUPER
MODUM MALEDICEBANT
ET SERMONES NEFANDOS
IACTABANT
XXXIII SED CUM DIES QUINTA INLUCES
CERET
UIGINTI IUUENES EX HIS QUI CUM
MACCHABEO ERANT ACCENSI
ANIMIS PROPTER BLASPHEMIA
UIRILITER ACCESSERUNT AD MURUM
ET FEROCI ANIMO INCEDENTES
ASCENDEBANT
SED ET ALII SIMILITER ASCENDENTES
TURRES PORTASQUE SUCCENDERE
ADGRESSI · ATQUE IN IPSOS MALE
DICOS UIUOS CONCREMARE
PER CONTINUUM AUTEM BIDUUM
PRAESIDIO UASTATO
TIMOTHEUM OCCULTANTEM
SE IN QUODAM REPPERTUM
LOCO PEREMERUNT
ET FRATREM ILLIUS CAEREAN
ET APOLLOFANEM OCCIDERUNT
QUIBUS GESTIS IN HYMNIS
ET CONFESSIONIBUS BENE
DICEBANT DNM
QUI MAGNA FECIT CUM ISRAHEL
ET UICTORIAM ILLI DEDIT
XXXIIII XI SED PARUO POST TEMPORE
LYSIAS PROCURATOR REGIS
ET PROPINQUUS
AC NEGOTIORUM PRAEPOSITUS
GRAUITER FERENS DE HIS QUAE
ACCIDERANT
CONGREGATIS OCTOGINTA MILIBUS
ET EQUITATU UNIUERSO UENIE
BANT ADUERSUS IUDAEOS ·
EXISTIMANS SE
CIUITATEM QUIDEM CAPTAM
GENTIBUS HABITACULUM FACTURUM
TEMPLUM UERO IN PECUNIAE
QUAESTU

SICUT CETERA DELUBRA GENTIUM
HABITURUM
ET PER SINGULOS ANNOS UENALE
SACERDOTIUM
NUSQUAM RECOGITANS DEI POTESTATE
SED MENTE EFFRENATUS IN MUL
TITUDINE PEDITUM ET IN
MILIBUS EQUITUM
ET IN OCTOGINTA ELEFANTIS
CONFIDEBANT
INGRESSUS AUTEM IUDAEAM
ET ADPROPIANS BETHSURAE
QUOD ERAT IN ANGUSTO LOCO
AB HIERUSOLYMA
INTERUALLO QUINQUE STADIORUM
ILLUT PRAESIDIUM EXPUGNABAT
UT AUTEM MACHABEUS ET QUI
CUM EO ERANT COGNOUERUNT
PRAESIDIA EXPUGNARI
CUM FLETU ET LACRIMIS
ROGANT DNM
ET OMNIS TURBA SIMUL UT BONUM
ANGELUM MITTERET AD SALU
TEM ISRAHEL
ET IPSE PRIMUS MACCHABEUS
SUMPTIS ARMIS CETEROS
ADHORTATUS EST SIMUL
SECUM PERICULUM SUBIRE
ET FERRE AUXILIUM
FRATRIBUS SUIS
CUMQUE PARITER PROMPTO
ANIMO PROCEDERENT
HIERUSOLYMIS
APPARUIT PRAECEDENS EOS
EQUES IN UESTE CANDIDA
ARMIS AUREIS HASTAM UIBRANS
TUM SIMUL OMNES BENEDIXE
RUNT MISERICORDEM DNM
ET CONUALUERUNT ANIMIS
NON SOLUM HOMINES
SED ET BESTIAS FEROCISSIMAS
ET MUROS FERREOS PARATI
PENETRARE
IBANT IGITUR PROMPTE DE CAELO

HABENTES ADIUTOREM
ET MISERANTEM EOS DOMINUM
LEONUM AUTEM IMPETU IN
IN RUENTES HOSTIBUS PROSTRA
UERUNT EX EIS UNDECIM MILIA
PEDITUM ET EQUITES MILLE
SEXCENTOS
UNIUERSOS AUTEM IN FUGAM UERTERUNT
PLURES UERO EX EIS UULNERATI
NUDI EUASERUNT
SED ET IPSE LYSIAS TURPITER
FUGIENS EUASIT
ET QUIA NON INSENSATUS ERAT
SECUM IPSE REPUTANS FACTAM
ERGA SE DIMINUTIONEM
ET INTELLEGENS INUICTOS ESSE
HEBREOS DI AUXILIO NITENTES
MISIT AD EOS
PROMISIT QUE CONSENSURUM
SE OMNIBUS QUAE IUSTA SUNT
ET REGEM CONPULSURUM
AMICUM FIERI
XXXV ANNUIT AUTEM MACCHABEUS
PRECIBUS LYSIAE IN OMNIBUS
UTILITATI CONSULENS
ET QUAECUMQUE MACCHABEUS
SCRIPSIT LYSIAE DE IUDAEIS
EA REX CONSENSIT
NAM ERANT SCRIPTAE IUDAEIS
EPISTULAE
A LYSIAE QUIDEM HUNC MODUM
CONTINENTES
LYSIAS POPULO IUDAEORUM SALUTEM
IOHANNES ET ABESSALOM QUI
MISSI SUNT A UOBIS
TRADENTES SCRIPTA POSTULABANT
UT EA QUAE PER ILLOS SIGNIFICA
BANTUR INPLEREM
QUAECUMQUE IGITUR REGI
POTUERUNT PERFERRI EXPOSUI
ET QUAE RES PERMITTEBANT
CONSENSIT
SI IGITUR IN NEGOTIIS FIDEM
CONSERUAUERITIS ETIAM DEINCEPS
HONORUM UOBIS CAUSA ESSE
TEMPTABO
DE CETERIS AUTEM PER SINGULA
UERBO MANDAUI
ET ISTIS ET HIS QUI A ME MISSI SUNT
CONLOQUI UOBIS CUM BENE UALETE
ANNO CENTENSIMO QUADRAGEN
SIMO OCTAUO
DIOS CORI DIE MENSIS UICENSIMA
ET QUARTA
REGIS AUTEM EPISTULA
ISTA CONTINEBANT
REX AUTEM ANTIOCHUS LYSIAE
FRATRI SALUTEM
PATRE NOSTRO INTER DEOS
TRANSLATO NOS UOLENTES
EOS QUI SUNT IN REGNO NOSTRO
SINE TUMULTU AGERE
ET REBUS SUIS ADHIBERE DILIGENTIAM
AUDIUIMUS IUDAEOS NON CONSEN
SISSE PATRI
UT TRANSFERRENTUR AD RITUM
GRAECORUM
SED TENERE UELLE SUUM INSTITUTUM
AC PROPTER EA POSTULARE
CONCEDI SIBI LEGITIMA SUA
UOLENTES IGITUR HANC QUOQUE
GENTEM QUIETAM ESSE
STATUENTES IUDICAUIMUS
TEMPLUM RESTITUI ILLIS
UT AGENTES SECUNDUM MAIORUM
SUORUM CONSUETUDINEM
BENE IGITUR FECERIS SI MISERIS AD EOS
ET DEXTRAM DEDERIS UT COGNITA
NOSTRA UOLUNTATE BONO
ANIMO SINT
ET UTILITATIBUS PROPRIIS
DESERUIANT
AD IUDAEOS AUTEM REGIS
EPISTULA TALIS ERAT
REX ANTIOCHUS SENATUI IUDAE
ORUM ET CETERIS IUDAEIS
SALUTEM
SI UALETIS SIC ESSIS TIS UT UOLUMUS

SED ET IPSI BENE UALEMUS
ADIIT NOS MENELAUS DICENS
UELLE UOS DESCENDERE AD UES
TROS QUI SUNT APUD NOS
HIS IGITUR QUI COMMEANT
USQUE AD DIEM TRICENSIMUM
MENSIS XANDICI DAMUS
DEXTERAS SECURITATIS
UT IUDAEI UTANTUR CIBIS ET LEGU
MINIB· SUIS SICUT ET PRIUS
ET NEMO EORUM ULLO MODO
MOLESTIA PATIATUR DE HIS QUAE
PER IGNORANTIAM GESTA SUNT
MISI AUTEM ET MENELAUM
QUI UOS ALLOQUATUR UALETE
ANNO CENTENSIMO QUADRAGEN
SIMO OCTABO MENSIS XANDICI
QUINTA DECIMA
MISERUNT AUTEM ETIAM RO
MANI EPISTULAM ITA SE
HABENTEM
QUINTUS MEMIUS ET TITUS
MANILIUS
LEGATI ROMANORUM POPULO
IUDAEORUM SALUTEM
DE HIS QUAE LYSIAS COGNATUS
REGIS CONCESSIT UOBIS
ET NOS CONCESSIMUS
DE QUIBUS AUTEM IUDICAUIT
REFERENDUM
CONFESTIM ALIQUEM MITTITE
DILIGENTIUS INTER UOS
CONFERENTES
UT DECERNAMUS SICUT CON
GREGAUIT UO BIS
NOS ENIM ANTI OCHIAM
ACCEDIMUS
IDEO Q· FESTINATE SCRIBERE
UT NOS QUOQUE SCIAMUS
CUIUS ESTIS UOLUNTATIS
BENE UALETE
ANNO CENTENSIMO QUADRA
GENSIMO OCTABO
QUINTA DECIMA DIE MENSIS XANDICI

XII HIS FACTIS PACTIONIB· LYSIAS
PERGEBAT AD REGEM
IUDAEI AUTEM AGRICULTURAE
OPERAM DABANT
SED HII QUI RESIDEBANT
TIMOTHEUS ET APOLLONIUS
GEHENNAE FILIUS
SED ET HIERONIMUS ET DEMOFON
SUPER HOS ET NICANOR CYPRIARCES
NON SINEBANT EOS IN SILENTIO
AGERE ET QUIETEM
XXXVI IOPPITAE UERO TALE QUODDAM
FLAGITIUM PERPETRARUNT
ROGAUERUNT IUDAEOS CUM
QUIBUS HABITABANT
ASCENDERE SCHAFAS QUAS PARA
UERANT CUM UXORIBUS ET FILIIS
QUASI NULLIS INIMICITIIS INTER EOS
SUBIACENTIBUS
SECUNDUM COMMUNEM ITAQUE
DECRETUM CIUITATIS
ET IPSI ADQUIESCENTIBUS
PACIQUE CAUSA NIHIL SUSPECTU
HABENTIBUS
CUM IN ALTUM PROCESSISSENT
SUBMERSERUNT NON MINUS
DUCENTOS
QUAM CRUDELITATEM IUDAS
IN SUAE GENTIS HOMINES
FACTAM UT COGNOUIT
PRAECEPIT UIRIS QUI ERANT
CUM IPSO
ET INUOCANTE IUSTO IUDICE DO
UENIT ADUERSUS INTERFECTORES
FRATRUM
ET PORTU QUIDEM NOCTU
SUCCENDIT SCHAFAS EXUSSIT
EOS AUTEM QUI AB IGNE REFUGE
RANT GLADIO PEREMIT
ET CUM HAEC ITA GESSISSET
DISCESSIT QUASI ITERUM
REUERSURUS
SED CUM COGNOUISSENT
ET EOS QUI ERANT IAMNIAE

UELLE PARI MODO FACERE
HABITANTIBUS IUDAEIS
IAMNITIS QUOQ· NOCTE SUPER
UENIT ET PORTUM CUM NAUIB·
SUCCENDIT
ITA LUMEN IGNIS PARERET
HIERUSOLYMIS
AD STADIIS DUCENTIS QUADRAGINTA
XXXVII INDE CUM ABESSENT NOUEM
STADIIS ET ITER FACERENT
AD TIMOTHEUM
COMMISERUNT CUM EO ARABES
QUINQUE MILIA UIRI ET EQUITES
QUINGENTI
CUMQUE PUGNA UALIDA FIERET
ET AUXILIO DĪ PROSPERE
CESSISSENT
RESIDUI UICTI ARABES PETEBANT
IUDA DEXTRAS SIBI DARI
PROMITTENTES PASCUA DATUROS
ET IN CETERIS PROFUTUROS
IUDAS AUTEM ARBITRATUS UERE
IN MULTIS EOS UTILES PRO
MISIT PACEM
DEXTRASQUE ACCEPTIS DISCES
SERE AD TABERNACULA SUA
ADGRESSUS EST AUTEM
ET CIUITATEM QUANDAM
FIRMAM PONTIBUS MURISQ·
CIRCUM SEPTĀ
QUAE A TURBIS HABITATUR GENTIŪ
PROMISCUARUM CUI NOMEN
HASPIN
HII UERO QUI INTUS ERANT CON
FIDENTES IN STABILITATE
MURORUM
ET APPARATU ALIMONIARUM
REMISSIUS AGEBANT
MALEDICTIS LACESSENTES IUDAM
AC BLASPHEMANTES ET LOQUEN
TES QUAE FAS NON EST
MA CCHABEUS AUTEM INUOCATO
MAGNO MUNDI PRINCIPE
QUI SINE ARIETIB· ET MACHINIS
TEMPORIBUS HIESU PRAECIPITAUIT
HIERICHO
ET RUIT FEROCITER MURIS
ET CAPTA CIUITATE PER DNI UOLUNTATE
INENARRABILES CAEDES FECIT
ITA UT ADIACENS STAGNUM STADIO
RUM DUUM LATITUDINIS
SANGUINE INFECTUM FLUERE
UIDERETUR
INDE DISCESSERUNT STADIA
SEPTINGENTA
ET UENERUNT IN CHARACHA
AD EOS QUI DICUNTUR
TUBIANAEI IUDAEOS
ET TIMOTHEUM QUIDEM
IN ILLIS LOCIS CONPREHENDERUNT
NULLOQ· NEGOTIO PERFECTO
REGRESSUS EST
RELICTO IN QUODAM LOCO
FIRMISSIMO PRAESIDIO
DOSITHEUS AUTEM ET SOPATER
QUI ERANT DUCES CUM MAC
CHABEO PEREMERUNT
A TIMOTHEO RELICTOS IN PRAE
SIDIO DECEM MILIA UIROS
XXXVIII AT MACCHABEUS ORDINATIS CIRCA
SE SEX MILIBUS
ET CONSTITUTIS PER COHORTES
ADUERSUS THIMOTHEUM
PROCESSIT
HABENTES SECUM CENTUM
MILIA PEDITUM EQUITUMQ·
DUO QUINGENTI
COGNITO AUTEM IUDAE ADUENTU
TIMOTHEUS PRAEMISIT
MULIERES ET FILIOS
ET RELIQUUM APPARATUM
IN PRAESIDIUM QUOD CARNION
DICITUR
ERAT ENIM INEXPUGNABILE
ET ACCESSU DIFFICILE PROP
TER LOCORUM ANGUSTIAS
CUMQUE COHORS IUDAE
PRIMA APPARUISSET

TIMOR HOSTIBUS INCUSSUS EST
EX PRAESENTIA DI
QUI UNIUERSA CONSPICIT
ET IN FUGA UERSI SUNT ALIUS ALIO
ITA UT MAGIS A SUIS DEICERENTUR
ET GLADIORUM SUORUM ICTIBUS
DEBILITARENTUR
IUDAS AUTEM UEHEMENTER
INSTABAT PUNIENS PROFANOS
ET PROSTRAUIT EX EIS TRIGINTA
MILIA UIRORUM
IPSE UERO TIMOTHEUS INCIDIT
IN PARTES DOSITHEI
ET SOSIPATRI
ET MULTIS PRECIB; POSTULABAT
UT UIUUS DIMITTERETUR
EO QUOD MULTORUM EX IUDAEIS
PARENTES HABERET AC FRATRES
QUOS MORTE EIUS DECIPI EUENIRET
ET CUM FIDEM DEDISSET RESTITU
TURUM SEECOS SECUNDUM
CONSTITUTUM
INLESUM EUM DIMISERUNT
PROPTER FRATRUM SALUTEM
XXXVIIII IUDAS AUTEM EGRESSUS EST A CARNIO
INTERFECTIS UIGINTI QUINQUE
MILIBUS
POST HORUM FUGAM ET NECEM
MOUIT EXERCITUM AD EFRON
CIUITATEM MUNITAM IN QUA
MULTITUDO
DIUERSARUM GENTIUM HABITABAT
ET ROBUSTI IUUENES PRO MURIS
CONSISTENTES FORTITER
REPUGNABANT
IN HAC AUTEM MACHINAE MULTAE
ET TELORUM ERAT APPARATUS
SED CUM OMNIPOTENTEM INUO
CASSENT QUI POTESTATE UIRES
HOSTIUM CONFREGIT CEPERUNT
CIUITATEM
ET EX EIS QUI INTUS ERANT UIGINTI
QUINQUE MILIA PROSTRAUERUNT
INDE AD CIUITATEM SCYTARUM
ABIERUNT
QUAE AB HIERUSOLYMIS SESCEN
TIS STADIIS ABERAT
CONTESTANTIBUS AUTEM HIS
QUI APUD SCYTOPOLITAS
ERANT IUDAEIS
QUOD BENIGNE AB EIS HABERENTUR
ETIAM TEMPORIBUS INFELICITATIS
QUOD MODESTE SECUM EGERINT
GRATIAS AGENTES EIS
EXHORTATI ETIAM DE CETERO
ERGA GENUS SUUM BENIGNOS ESSE
UENERUNT IN HIERUSOLYMA DIE
SOLLEMNI SEPTIMANARUM
INSTANTE
XL ET POST PENTECOSTEN
ABIERUNT CONTRA GORGIAN
PRAEPOSITUM IDUMEAE
EXIUIT AUTEM CUM PEDITIBUS
TRIBUS MILIBUS ET EQUITIBUS
QUADRINGENTIS
QUIBUS CONGRESSIS CONTIGIT
PAUCOS RUERE IUDAEORUM
DOSITHEUS UERO QUIDAM
DE BACHENORIS EQUES UIR
FORTIS GORGIAN TENEBAT
ET CUM UELLET ILLUM
CAPERE UIUUM
EQUES QUIDAM DE TRACHIBUS
INRUIT IN EUM
UMERUMQUE EIUS AMPUTAUIT
ATQ; ITA GORGIAS EFFUGIT
IN MARISA
AD ILLIS QUI CUM ESDRIN ERANT
DIUTIUS PUGNANTIBUS
ET FATIGATIS INUOCAUIT DNM
IUDAS ADIUTOREM ET DUCEM
BELLI FIERI
INCIPIENS UOCE PATRIA
ET CUM HYMNIS CLAMOREM
EXTOLLENS FUGAM GORGIAE
MILITIBUS INCURSIT
XLI IUDAS AUTEM COLLECTO EXERCITU
UENIT IN CIUITATEM ODOLAM

ET CUM SEPTIMA DIES SUPER
UENIRET SECUNDUM CONSUE
TUDINEM PURIFICATI
IN EODEM LOCO SABBATUM
EGERUNT
ET SEQUENTI DIE UENIT CUM SUIS
IUDAS UT CORPORA PROSTRA
TORUM TOLLERET
ET CUM PARENTIS PONERET
IN SEPULCHRIS PATERNIS
INUENERUNT AUTEM SUB TUNICIS
INTERFECTORUM DE DONARIIS
IDOLORUM QUAE APUD IAMNIAN
FUERUNT
A QUIBUS LEX PROHIBET IUDAEOS
OMNIBUS ERGO MANIFESTUM
FACTUM OB HANC CAUSAM
EOS CONRUISSE
OMNES ITAQUE BENEDIXERUNT
IUSTUM IUDICIUM DNI QUI OCCUL
TA FECERIT MANIFESTA
ATQUE ITA PRECES CONUERSI
ROGAUERUNT
UT QUOD FACTUM ERAT DELICTUM
OBLITERARETUR
XLII AT UERO FORTIS IUDAS HORTABATUR
POPULUM CONSERUARE SE SINE
PECCATO
SUB OCULIS UIDENTES QUAE FACTA
SINT PRO PECCATO EORUM
QUI PROSTRATI SUNT
ET IN FACTA CONLATIONE DUODECIM
MILIA DRACMAS ARGENTI MISIT
HIERUSOLYMAM OFFERRI PRO
PECCATO SACRIFICIUM
BENE ET RELIGIOSE DE RESURREC
TIONE COGITANS
NISI EOS QUI CECIDERANT
RESURRECTUROS SPERARET
SUPERFLUUM UIDERETUR
ET UANUM ORARE
PRO MORTUIS
ET QUIA CONSIDERABAT QUOD HI QUI
CUM PIETATE DORMITIONE
ACCEPERANT
OPTIMAM HABERENT REPOSITAM
GRATIAM
SCA ERGO ET SALUBRIS COGITATIO
PRO DEFUNCTIS EXORARE
UT A PECCATO SOLUERENTUR
XLIII XIII ANNO CENTENSIMO QUADRAGENSI
MO NONO
COGNOUIT IUDAS ANTIOCHUM
EUPATORIS
UENIRE CUM MULTITUDINE
AD UERSUS IUDAEAM
ET CUM EO LYSIAM PROCURATOREM
ET PROPOSITUM NEGOTIORUM
SECUM HABENTEM PEDITUM
CENTUM DECEM MILIA
ET EQUITUM QUINQUE MILIA
ET ELEFANTOS UIGINTI (DUO) CURRUS
CUM FACIB· TRECENTOS
CONMISCUIT AUTEM SE ILLIS
ET MENELAUS
ET CUM MULTA FALLACIA DEPRE
CABATUR ANTIOCHUM PRO
PATRIAE SALUTEM
SED SPERANS SE CONSTITUI
IN PRINCIPATUM
SED REX REGUM SUSCITAUIT
ANIMOS ANTIOCHI IN PECCATOREM
ET SUGGERENTE LYSIA HUNC ESSE
CAUSAM OMNIUM MALORUM
IUSSIT UT EIS CONSUETUDO
CONPREHENSUM IN EODEM
LOCO NECARI
ERAT AUTEM IN EODEM LOCO TURRIS
QUINQUAGINTA CUBITORUM
AGGESTUM UNDIQ· HABENS CINERIS
HAEC PROSPECTUM HABEBAT
IN PRAECEPS
INDE IN CINERE DEICI IUSSIT
SACRILEGUM
OMNIB· EUM PROPELLENTIBUS
AD INTERITUM
ET TALI LEGI PRAEUARICATOREM
LEGIS CONTIGIT MORI

nec terrae dari menelaum
et quidem satis iuste
nam quia multa erga aram dī
delicta commisit
cuius ignis et cinis erat scs
ipse in cineris morte damnatus est
XLIIII Sed rex mente effrenatus
ueniebat
nequiorem se iudaeis ostensurus
quibus iudas cognitis praecepit
populo
ut die ac nocte dnm inuocarent
quo sicut semper et nunc
adiuuaret eos
quippe qui lege et patria scoque
templo priuari uererentur
ac populum qui nuper paululum
respirasset
ne sineret blasphemis rursum
nationib· subdi
omnib· itaque id simul facientib·
et petentib· a dno misericordiā
cum fletu et ieiuniis per triduū
continuum prostratis
hortatus est eos iudas ut se
praepararent
ipse uero cum seniorib· cogitauit
prius quam rex admoueret
exercitum ad iudaeam
et obtineret ciuitatem
exiret et dni iudicio commit
tere exitum rei
dans itaq· potestatem omnium
do mundi creatori
exhortatus suos ut fortiter
dimicarent
et usque ad mortem pro legib·
templo ciuitate patria
et ciuibus starent
circa modin exercitum
constituit
et dato signo suis dī uictoria
iuuenib· fortissimis electis
nocte adgressus aulam regiam
in castris interfecit uiros
quattuor milia
et maximum elefantorum
cum his qui super positi erant
summoq· metu ac perturbatione
hostium replentes rebus
prospere gestis abierunt
hoc autem factum est
die inlucescente
adiuuante eum dni protectione
sed rex accepto gustu
audaciae iudaeorum arte
difficultates locorum temtabat
et bethsuram quod erat iudae
orum praesidium muniitum
castra admouebat
sed fugabatur inpingebat
minuebatur
his autem qui intus erant
iudas necessaria mittebat
enuntiauit autem mysteria
hostib· rhodocus quidam
de iudaico exercitu qui re
quisitus
conprehensus conclusus est
XLV Iterum rex sermonem habuit
ad eos qui erant in bethsuris
dextram dedit accepit abiit
commisit cum iuda superatus est
ut autem cognouit rebellasset
philippum antiochiae
qui relictus erat super negotia
mente consternatus iudaeos
deprecans
subditusq· eis iurat de omnibus
quibus iustum uisum est
et reconciliatus obtulit sacrificiū
honorificauit templum
et munera posuit
machabe um amplexus est
et fecit eum ad phtolomaidem
usq· gerrenos ducem et principē
ut autem phtolomaidam uenit
grauiter ferebant phtolomenses

AMICITIAE CONUENTIONEM
INDIGNANTES NE FORTE FOEDUS
INRUMPERENT
TUNC ASCENDIT LYSIAS TRIBUNAL ET EX
POSUIT RATIONEM ET POPULUM
SEDAUIT
REGRESSUSQ· EST ANTIOCHIAM
ET HOC MODO REGI PROFECTIO
ET REDITUS PROCESSIT
XLVI XIIII SED POST TRIENNI TEMPUS COGNO
UIT IUDAS ET QUI CUM EO ERANT
DEMETRIUM SELEUCI CUM MULTI
TUDINE ALIDA ET NAUIB· PER POR
TUM TRIPOLI ASCENDISSET
AD LOCA OPPORTUNA
ET TENUISSE REGIONES ADUERSUS
ANTIOCHUM
ET EIUS DUCEM LYSIAM
ALCHIMUS AUTEM QUIDAM QUI SUM
MUS SACERDOS FUERAT
SED UOLUNTARIAE COINQUINATUS
EST TEMPORIB· COMMIXTIONIS
CONSIDERANS NULLO MODO SIBI ESSE
SALUTEM NEQ· ACCESSUM AD ALTARE
UENIT AD REGEM DEMETRI UM
CENTENSIMO QUINQUA CENSIMO
ANNO OFFERENS EI CORO NAM
AUREAM ET PALMAM
SUPER HAEC ET TALOS QUI TEMPLI
ESSE UIDEBANTUR
ET IPSA QUIDEM DIE SILUIT
TEMPUS AUTEM OPPORTUNUM
DEMENTIAE SUAE
NANCTUS CONUOCATUS A DEMETRIO
AD CONSILIUM
ET INTERROGATUS QUIB· REB· ET CON
SILIIS IUDAEI NITERETUR
RESPONDIT IPSI QUI DICUNTUR
ASIDAEI IUDAEORUM
QUIB· PRAEEST MACCHABEUS BELLA
NUTRIUNT ET SEDITIONES MOUENT
NEC PATIUNTUR REGEM ESSE QUIETUM
NAM ET EGO DEFRAUDATUS
PARENTUM GLORIA

DICO AUTEM SUMMO SACERDOTIO
HUC UENI
PRIMO QUIDEM UTILITATIB· REGIS
FIDEM SERUANS
SECUNDO AUTEM ETIAM CIUIB· CONSULENS
NAM ILLORUM PRAUITATE
UNIUERSUM GENUS NOSTRUM
NON MINIME UEXATUR
SED HIS SINGULIS ORO REX COGNITIS
ET REGIONI ET REGNO
SECUNDUM PERUULGATAM OMNIB·
HUMANITATEM TUAM PROSPICE
NAM QUAMDIU SUPER EST IUDAS
INPOSSIBILE EST PACEM ESSE NEGOTIIS
TALIBUS AUTEM AB HOC DICTIS
ET CETERI AMICI HOSTILITER HABENTES
ADUERSUS IUDAM INFLAMMA
UERUNT DEMETRIUM
XLVII QUI STATIM NICANOREM PRAEPOSITUM
le
ELEPANTORUM DUCEM MISIT IUDAEAE
DATIS MANDATIS IPSUM QUIDEM
IUDAM CAPERET
EOS UERO QUI CUM ILLO ERANT DISPER
GERET ET CONSTITUERET ALCHIMUM
MAXIMI TEMPLI SUMMUM SACERDOTEM
TUNC GENTES QUAE DE IUDAEA FUGE
RUNT IUDAM SEGREGATIM SE NICA
NORI MISCEBANT
MISERIAS ET CLADES IUDAEORUM
PROSPERITATES RERUM SUARUM
EXISTIMANTES
AUDITO Q· IUDAEI NICANORIS ADUEN
TUM ET CONUENTU NATIONUM
CONSPERSI TERRA ROGABANT EUM
QUI POPULUM SUUM CONSTITUIT
IN AETERNUM CUSTODIRET
QUIQUE SUAM PORTIONEM SIGNIS
UIDENTIBUS PROTEGET
IMPERANTE AUTEM DUCE STATIM
INDE MOUERANT ET CONUENERUNT
AD CASTELLUM DESSAU
SIMON UERO FRATER IUDAE COMMI
SERAT CUM NICANORE
SED CONTERRITUS EST REPENTINO

ADUENTU ADUERSARIORUM
XLVIII NICANOR TAMEN AUDIENS UIRTUTEM
COMITUM IUDAE
ET ANIMI MAGNITUDINEM QUAM PRO
PATRIAE CERTAMINIB· HABEBANT
SANGUINE IUDICIUM FACERE METUEBAT
QUAM OBREM MISIT POSSIDONIUM
ET THEODOTUM
ET MATTHATHIAM UT DARENT DEXTRAS
ATQ· ACCIPERENT
ET CUM DIU DE HIS CONSILIUM AGERETUR
ET IPSE DUX AD MULTITUDINEM RETTU
LISSET OMNIUM UNA FUIT SENTENTIA
AMICITIIS ANNUERE
ITAQ· DIEM CONSTITUERUNT QUAE
SECRETO INTER SE AGERENT
ET A SINGULIS SELLAE PROLATAE
SUNT ET POSITAE
PRAECEPIT AUTEM IUDAS ARMATOS
ESSE LOCIS OPPORTUNIS
NE FORTE AB HOSTIB· REPENTEM
MALITIA ALIQUID ODERETUR
ET CONGRUUM CONLOQUIUM FECERUNT
MORABATUR AUTEM NICANOR HIERUSOLYMIS
ET NIHIL INIQUE AGEBANT
GREGESQ· TURBATOR QUAE CONGRE
GATAE FUERANT DIMISIT
HABEBAT AUTEM SEMPER IUDAM
CARUM EX ANIMO
ERAT UERO INCLINATUS
ROGAUIT AUTEM DUCERE UXOREM
FILIOSQ· PROCREARE
NUPTIAS FECIT QUIETE EGIT
COMMUNITERQ· UIUEBANT
XLVIIII ALCHIMUS AUTEM UIDENS CARITATEM
ILLORUM AD INUICEM ET CONUENTIONES
UENIT AD DEMETRIUM ET DICEBAT
NICANOREM REB· ALIENIS ABSENTARE
IUDAMQ· REGNI INSIDIATOREM SUCCES
SOREM SIBI DESTINASSE
ITAQ· REX EXASPERATUS ET PESSIMIS
HUIUS CRIMINATIONIB· IRRITATUS
SCRIPSIT NICANORI DICENS
GRAUITER QUIDEM SE REFERRE
DE AMICITIAE CONUENTIONE
IUBERE TAMEN MACCHABEUM CITIUS
UINCTUM MITTERE ANTIOCHIAM
QUIB· COGNITIS NICANOR CONSTERNA
BATUR ET GRAUITER FEREBAT
SI EA QUAE CONUENERAT IRRITA
FACERET NIHIL LESUS A UIRO
SED QUIA REGI RESISTERE NON POTERAT
OPPORTUNITATEM OBSERUABAT
QUA PRAECEPTUM PERFICERET
L AT MACCHABEUS UIDENS SECUM
AUSTERIUS AGERE NICANOREM
ET CONSUETUM OCCURSUM
FEROCIUS EXHIBENTEM
INTELLEGENS NON EX BONO ESSE
AUSTERITATEM ISTAM
PAUCIS SUORUM CONGREGATIS
OCCULTAUIT SE A NICANOREM
QUOD UT ILLE COGNOUIT FORTITER
SE A UIRO PRAEUENTUM
UENIT AD MAXIMUM ET SCISSIMUM TEMPLUM
ET SACERDOTIB· SOLITAS HOSTIAS
OFFERENTIB· IUSSIT SIBI TRADI UIRUM
LI QUIBUS CUM IURAMENTO DICENTIB·
NESCIRE SE UBI ESSET QUI QUAERE
BATUR
EXTENDENS MANUM AD TEM
PLUM IURAUIT
NISI MIHI UINCTUM IUDAM TRADIDERITIS
ISTUD DI FANUM IN PLANITIEM DEDUCAM
ET ALTARE EFFODIAM
ET TEMPLUM HOC LIBERO PATRI
CONSECRABO
ET HIS DICTIS ABIIT
SACERDOTES AUTEM PROTENDENTES
MANUS IN CAELUM INUOCABANT EUM
QUI SEMPER PROPUGNATOR ESSET
GENTIS IPSORUM HAEC DICENTES
TU DNE QUI UNIUERSITATIS NULLIUS
INDIGES UOLUISTI TEMPLUM
HABITATIONIS TUAE FIERI IN NOBIS
ET NUNC SCE SCORUM OMNIUM DNE
CONSERUA IN AETERNUM INPOLLUTAM
DOMUM ISTAM QUAE NUPER MUNDA
TA EST

LII RAZIAS AUTEM QUIDAM DE SE
NIORIB· AB HIERUSOLYMIS
DELATUS EST NICANORI
UIR AMATOR CIUITATIS
ET BENE AUDIENS
QUI PRO AFFECTU PATER IUDAEORŪ
APPELLABATUR
HIC MULTIS TEMPORIBUS CONTI
NENTIAE PROPOSITUM TENUIT
IN IUDAIS MO
CORPUSQUE ET ANIMAM TRA
DERE CONTENTUS PROPTER
SEUERANTIAM
UOLENS AUTEM NICANOR MANI
FESTARE ODIUM QUOD HABEBAT
IN IUDAEOS
MISIT MILITES QUINGENTOS
UT EUM CONPREHENDERENT
PUTABANT ENIM SI ILLUM
DECEPISSET SE CLADEM MAXI
MAM IUDAEIS INLATURUM
TURBIS AUTEM INRUERE
DO MUM EIUS
ET IANUAM DISRUMPERE ATQUE
IGNEM ADMOUERE CUPIENTIB·
CUM IAM CONPREHENDERETUR
GLADIO SE PETIT
ELIGENS NOBILITER MORI POTIUS
QUAM SUBDITUS FIERI PECCATORIB·
ET CONTRA NATALES SUOS INDIGNIS
INIURIIS AGI
SED CUM PER FESTINATIONEM
NON CERTO ICTU PLAGĀ DEDISSET
ET TURBAE INTRA HOSTIA
INRUMPERENT
RECURRENS AUDENTER AD MURUM
PRAECIPITAUIT SEMET IPSUM
UIRILITER IN TURBAS
QUIB· UELOCITER LOCUM DANTIBUS
CASUI EIUS UENIT PER MEDIAM
CERUICEM
ET CUM ADHUC SPIRARET
ACCENSIS ANIMIS SURREXIT

CUM ET SANGUIS EIUS MAGNO
FLUXU DEFLUERET
SAUCIUS CURSU TURBAM
PERTRANSIIT
ET STANS SUPER PETRAM QUANDAM
PRAERUPTAM ETIAM ET SANGUIS
EFFECTUS CONPLEXUS INSTESTINA SUA
UTRISQUE MANIBUS PROIECIT
SUPER TURBAS
INUOCANS DOMINATOREM UITAE
AC SPS
UT HAEC ILLI ITERUM REDDERET
ATQ· ITA UITA DEFUNCTUS EST
LIII XV NICANOR AUTEM UT CONPERIIT
IUDAM ESSE IN LOCIS SAMARIAE
COGITAUIT DIE SABBATI CUM OMNI
IMPETU COMMITTERE
IUDAEIS UERO QUI ILLUM PER NE
CESSITATEM SEQUEBANTUR
DICENTIBUS NE ITA FEROCITER
ET BARBARE FECERIS
SED HONOREM TRIBUAE DIEI
SCIFICATIONIS
ET HONORA EUM QUI UNIUERSA
CONSPICIT
AD ILLE INFELIX INTERROGAUIT
SI EST POTENS IN SAECULO QUI IM
PERAUIT AGI DIE SABBATORUM
ET RESPONDENTIB· ILLIS EST
DNS UIUUS
IPSE IN CAELO POTENS QUI IUSSIT
AGI DIEM SEPTIMAM
AT ILLE AIT
ET EGO POTENS SUM SUPER TERRAM
QUI IMPERO SUMI ARMA ET NEGOTIA
REGIS IMPLERI
TAMEN NON OBTINUIT UT CONSILIŪ
PERFICERET
ET NICANOR QUIDEM CUM SUMMA
SUPERBIA ERECTUS
COGITAUERAT COMMUNE TROPEŪ
STATUERE DE IUDA
MACCHABEUS AUTEM CONFIDEBAT

semper cum omni spe auxiliũ
sibi a dño ad futurum
et hortabatur suos ne formida
rent ad aduentum nationum
sed in mente haberent adiutoria
sibi facta de caelo
et nunc sperarent ab omnipotente
ad futuram sibi uictoriam
et adloquutus ad illos de lege
et prophetis admonens
etiam certaminum quae fece
rant prius
promptiores eos constituit
et ita animis eorum erectis
simul ostendens gentium
fallaciam
et iuramentorum praeuaricationẽ
singulos autem illorum armauit
non clypei et hastae munitionẽ
sed sermonibus optimis
et hortationibus exposito
digno fidei somnio per quos
uniuersos laetificauit
erat autem huius modi uisus
Onian qui fuerat summus sacerdos
uirum bonum et benignum
uere cundum uisuũ
modestum moribus
et eloquio decorum
et qui a puero in uirtutibus
exercitatus sit
manus protendentes orare
pro omni populo iudaeorum
post haec apparuisse et alium
uirum aetate et gloria mirabilẽ
et magni decoris habitudine
circa illum
respondentem uero onian dixisse
hic est fratrum amator et populi isrł
hic est qui multum orat pro populo
et uniuersa scā ciuitate hieremias
propheta di
extendisse autem hieremiam
dexteram
et dedisse iudae gladium aureũ
dicentem accipe scm gladium
munus a dō
quo deicies aduersarios populi
mei israhel.
LIIII Exhortati itaque iudae
sermonibus bonis ualde
de quib. extolli posset impetus
animi iuuenum confortari
statuerunt dimicare et con
fligere fortiter
ut uirtus de negotiis iudicaret
eo quod ciuitas et scā et templum
periclitarentur
erat enim pro uxoribus
et cognatis minor sollicitudo
maximus uero et primus
pro scītate timor erat templi
sed et eos qui in ciuitate erant
non minima sollicitudo habebat
pro his qui congressi erant
et cum iam omnes sperarent
iudicium futurum
hostisque adesset atq. exercitus
esset ordinatus
bestiae equitesq. opportuno
in loco conpositi
considerans macchabeus
aduentũ multitudinis
et apparatum uarium armorum
ac ferocitatem bestiarum
extendens manum in caelum
prodigia facientem dñm inuocauit
qui non secundum armorum
potentiam
sed ~~prout~~ prout ipsi placet
dat dignis uictoriam
dixit autem inuocans hoc modo
tu dñe misisti angelum tuum
sub ezechia rege iudae
interfecisti de castris sennache
rim centum octoginta quinq.
milia

ET NUNC DOMINATOR CAELORUM
MITTE ANGELUM TUUM BONUM
ANTE NOS
IN TIMORE ET TREMORE MAGNITU
DINIS BRACHII TUI
UT METUANT QUI CUM BLASPHE
MIA UENIUNT ADUERSUS
POPULUM TUUM
ET HIC QUIDEM ITA PERORAUIT
NICANOR AUTEM ET QUI CUM IPSO ERANT
CUM TUBIS ET CANTICIS ADMOUEBANT
IUDAS UERO ET QUI CUM EO ERANT
INUOCATO DO PER ORATIONES
CONGRESSI SUNT
MANU QUIDEM PUGNANTES
PROSTRAUERUNT NON MINUS
TRIGINTA MILIA
PRAESENTIA DI MAGNIFICE DELECTATI
CUMQ· CESSASSENT ET CUM GAU
DIO REDIRENT
COGNOUERANT NICANOREM
RUISSET CUM ARMIS SUIS
FACTO ITAQ· CLAMORE ET PERTUR
BATIONE SUSCITATA
PATRIA UOCE OMNIPOTENTEM
DNM BENEDICEBANT
LV PRAECEPIT AUTEM IUDAS
QUI PER OMNIA CORPORE ET ANIMO
EMORI PRO CIUIB· PARATUS ERAT
CAPUT NICANORIS ET MANUM
CUM HUMERO ABSCISAM
HIERUSOLYMAM PROFERRI
QUO CUM CONUENISSET CONUOCATIS
CONTRIBULIB· ET SACERDOTIBUS
AD ALTARE ACCERSIIT ET EOS
QUI IN ARCHAE ERANT
ET OSTENSO CAPITE NICANORIS
ET MANU NEFARIA
QUAM EXTENDENS CONTRA DOMU
SCAM OMNIPOTENTIS DI MAGNI
FICE GLORIATUS EST
LINGUAM ETIAM IMPII NICANORIS
PRAECISAM IUSSIT PARTICU
LATIM AUIBUS DARI

MANUM AUTEM DEMENTIS
CONTRA TEMPLUM SUSPENDI
OMNES IGITUR CAELI DNM BENE
DIXERUNT DICENTES
BENEDICTUS QUI LOCUM SUUM
INCONTAMINATUM CONSERUAUIT
SUSPENDIT AUTEM NICANORIS CAPUT
IN SUMMA ARCHAE UT EUIDENS ESSET
ET MANIFESTUM SIT AUXILII DI
ITAQ· OMNES COMMUNI
CONSILIO DECREUERUNT
NULLO MODO DIEM ISTUM ABSQUE
CELEBRITATE PRAETERIRE
HABERE AUTEM CELEBRITATEM
TERTIA DECIMA DIE MENSIS ADAR
QUOD DICITUR UOCE SYRIAE
PRIDIE MARDOCHEI DIE
IGITUR HIS ERGA NICANOREM GESTIS
ET EX ILLIS TEMPORIB· AB HEBRAEIS
CIUITATE POSSESSA
EGO QUOQ· IN HIS FINEM FACIAM SERMONIS
ET SI QUIDEM BENE UT HISTORIAE
COMPETIT ET IPSE UELIM
SI AUTEM MINUS DIGNE CONCEDEN
DUM EST MIHI
SICUT ENIM UINUM SEMPER
BIBERE AUT SEMPER AQUAM
CONTRARIUM EST
ALTERNIS AUTEM UTI DELECTABILE
ITA LEGENTIBUS SI SEMPER
EXACTUS SIT SERMO
NON ERIT GRATUS
HIC ERGO ERIT CONSUMMATUS

EXPLICIT MACCHABEORUM

LIBRI DUO DO GRATIAS AMEN

FELICITER QUI LEGIS AMEN

Beatissimo papae Damaso Hieronymus

Novum opus facere me cogis ex veteri ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam et quia inter se variant quae sint illa quae cum graeca consentiant veritate decernam.

Pius labor sed periculosa praesumtio iudicare de ceteris ipsum ab omnib' iudicandum senis mutare linguam et canescentem mundum ad initia retrahere parvulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus cum in manus volumen adsumserit et a saliva quam semel inbibit viderit discrepare quod lectitat non statim erumpat in vocem me falsarium me clamans esse sacrilegum qui audeam aliquid in veterib' libris addere mutare corrigere.

Adversum quam invidiam duplex causa me consolatur quod et tu qui summus sacerdos es fieri iubes et verum non esse quod variat etiam maledicorum testimonio comprobatur.

Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda respondeant quibus. Tot sunt enim pene quot codices. Sin autem veritas est quaerenda de plurib' cur non ad graecam originem revertentes ea quae vel a vitiosis interpretib' male edita vel a praesumtorib' imperitis emendata perversius vel a librariis dormitantib' aut addita sunt aut mutata corrigimus. Neque vero ego de veteri disputo testamento quod a septuaginta seniorib' in graecam linguam versum tertio gradu ad nos usq· pervenit. Non quaero quid aquila quid symmachus sapiant quare theodotio inter novos et veteres incedat. Sit illa vera interpretatio quam apostoli probaverunt. De novo nunc loquor testamento quod graecum non dubium est excepto apostolo mattheo qui primus in iudaea evangelium xpi hebraeis litteris edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat et diversos rivulorum tramites ducit uno de fonte quaerendus est.

Praetermitto eos codices quos a luciano et hesychio nuncupatos paucorum hominum adserit perversa contentio quibus utique nec in veteri instrumento post septuaginta interpretes emendare quid licuit nec in novo profuit emendasse cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse quae addita sunt.

Igitur hoc praesens praefatiuncula pollicetur quattuor tantum evangelia quorum ordo iste est mattheus marcus lucas iohannes codicum graecorum emendata conlatione sed et veterum quae ne multum a lectionis latinae consuetudine discreparent ita calamo imperavimus ut his tantum quae sensum videbantur mutare correctis reliqua manere pateremur ut fuerant.

Canones quoque quos eusebius caesariensis episcopus alexandrinum secutus ammonium in decem numeros ordinavit sicut in graeco habentur expressimus. Quo si quis

de curiosis uoluerit nosse quae
in euangeliis uel eadem uel uicina
uel sola sint eorum distinctione
cognoscat. Magnus siquidem
hic in nostris codicib' error inole
uit dum quod in eadem re alius
euangelista plus dixit in alio
quia minus putauerint addide
runt. uel dum eundem sensu(m)
alius aliter expressit ille qui
unum e quattuor primum le
gerat ad eius exemplum cete
ros quoque aestimauerit emen
dandos. unde accidit ut apud
nos mixta sint omnia et in
marco plura lucae atque mat
thei rursum in mattheo joha
nis et marci et ceteris reliquo
rum quae aliis propria sunt
inueniantur. Cum itaque ca
nones legeris qui subiecti sunt
confusionis errore sublato
et similia omnium scies et sin
gula sua quaeque restitues.
In canone primo concordant
quattuor mattheus marcus
lucas johannes. In canone secun
do tres mattheus marcus lucas
In canone tertio tres mattheus
lucas johannes. In canone quarto
tres mattheus marcus johannes
In canone quinto duo mattheus
lucas. In canone sexto duo mat
theus marcus. In canone septimo
duo mattheus johannes. In cano
ne octauo duo lucas marcus
In canone nono duo lucas johannes
In canone decimo propria unus
quisque quae non habentur in aliis
ediderunt singulis euangeliis
ab uno incipiens usque in finem
librorum dispar nume rus in
crescit. hic nigro colore perae
scriptus sub se habet alium ex mi
nio numerum discolorem qui
ad decem usque procedens indi
cat prior numerus in quo sit
canone requirendus.
Cum igitur aperto codice uerbi
gratia illud siue illud capitulum
scire uolueris cuius canonis sit.
statim ex subiecto numero
doceberis. et recurrens ad prin
cipia in quib' canonum est distinc
ta congeries. eodem que statim
canone ex titulo frontis inuen
to illum quem quaerebas nume
rum eiusdem euangelistae qui
et ipse ex inscriptione signatur
inuenies. atque e uicinia cetero
rum tramitibus inspectis quos
numeros e regione habeant ad
notabis. et cum scieris recurres
ad uolumina singulorum et sine
mora repertis numeris quos
ante signaueras reperies et loca
in quibus uel eadem uel uicina
dixerunt.

opto ut in xpo ualeas et memineris
mei papa beatissime

CAN · PRIM · IN QUO · IIII ·

MAT	MAR	LUC	IOH
viii	ii	vii	x
xi	iiii	x	vi
xi	iiii	x	xii
xi	iiii	x	xiiii
xi	iiii	x	xxviii
xiii	v	xiii	xv
xxiii	xxvii	xvii	xlvi
xxiii	xxvii	xxxiiii	xlvi
xxiii	xxvii	xlv	xlvi
lxx	xx	xxxvii	xxxviii
xcviii	xcvi	cxvi	cxx
xcviii	xcvi	cxvi	cxi
xcviii	xcvi	cxvi	xl
xcviii	xcvi	cxvi	cxliiii
xcviii	xcvi	cxvi	cxxxviii
xcviii	xcvi	cxvi	cxxxi
cxxxiii	xxxvii	lxxvii	cviiii
cxli	l	xviiii	lviii
cxlii	li	xxi	xxxv
cxlvii	lxiiii	xcii	xlviii
clxvi	lxxxii	xciiii	lxxii
clxvi	lxxxii	xciiii	xvii
ccviiii	cxviiii	ccxxxviii	c
ccxi	cxxi	ccxxxviii	xxi
ccxx	cxxii	ccxxxviiii	lxx
ccxx	cxxviii	ccxlii	lxxxvi
ccxx	cxxxii	cclxi	lxxvii
ccxliiii	cxxxvii	ccl	cxlvi
ccxliiii	cxxxviii	ccl	cxli
cclxxii	clvi	cclx	xx
cclxxiiii	clvi	cclx	xlviii
cclxxiiii	clvi	cclxiii	xcvi
cclxxvi	clviii	cclxxviii	xcvii
cclxxx	clxii	cclxxiii	cxxii
cclxxxii	clxv	cclxxv	lv
cclxxxiiii	clxv	cclxxvi	lxiii
cclxxxii	clxv	cclxxvi	lxv
cclxxxiii	clxv	cclxxvi	lxvii
cclxxxv	clxx	cclxxv	cxxvi
ccxci	clxxii	cclxxviii	clvi

CAN PRIM IN QUO QUAT

MAT	MAR	LUC	IOH
ccxciii	clxxv	cclxxxi	clxi
ccxcv	clxxvi	cclxxxii	lvii
ccxcv	clxxvi	cclxxxii	xlii
ccc	clxxxi	cclxxxv	clviii
ccc	clxxxi	cclxxxv	lxxviii
cccii	clxxxiii	cclxxxvi	clx
ccciiii	clxxxiiii	cclxxxviii	clxx
cccvi	clxxxvii	ccxc	clxii
cccvi	clxxxvii	ccxc	clxxiii
cccx	cxci	ccxcvii	lxviii
cccxiii	cxciii	ccxciiii	clxxii
cccxiiii	cxcv	ccxci	clxviii
cccxiiii	cxcv	ccxci	clxvi
cccxv	cxcvi	ccxcii	clxxv
cccxviii	cxcviii	ccc	clxxvi
cccxx	cc	cccii	clxxviii
cccxxv	cciiii	cccx	clxxxiii
cccxxvi	ccv	cccxi	clxxxvii
cccxxvi	ccv	cccxiii	cxciii
cccxxviii	ccvi	cccxiii	cxcvi
cccxxxi	ccviii	cccxv	cxcvii
cccxxxii	ccx	cccxviii	cxcvii
cccxxxiiii	ccxii	cccxxi	cci
cccxxxv	ccxiii	cccxxiii	cxcviii
cccxxxvi	ccxv	cccxxvii	cxcviii
cccxxxvi	ccxv	cccxxviii	cxcviii
cccxliii	ccxxiii	cccxxviiii	cciiii
cccxlvii	ccxxvii	cccxxxii	ccvi
cccxlviii	ccxxviii	cccxxxii	ccvii
ccclii	ccxxxi	cccxxxvi	ccviii
ccclii	ccxxxi	cccxxxvi	ccxi

FINIT CAN PRI MUS

IN QUO QUAT TUOR

CAN SEC IN QVO TRES | CAN SECUN IN QVO TRES

MAT	MAR	LUC	MAT	MAR	LUC
xv	vi	xv	cxliii	lvii	xc
xxi	x	xxxii	cxliiii	lviii	xii
xxxi	cii	clxxxv	cxlviii	lxvi	xliii
xxxii	xxxviiii	xxxiii	cxlviiii	lxvi	xxxv
xxxii	xxxviiii	lxxviiii	cliii	lxviii	xxxvi
l	xli	lvi	clxiiii	lxxviiii	cxliii
lxii	xiii	iiii	clxviii	lxxxiii	xcv
lxii	xiii	xxiiii	clxviiii	lxxxiii	ccvi
lxiii	xviii	xxxiii	clxx	lxxxv	xcvi
lxvii	xv	xxvi	clxxii	lxxxvii	xcviii
lxviii	xlvii	lxxxiii	clxxiiii	xci	xcviiii
lxxi	xxi	xxxviii	clxxvi	xciii	ci
lxxii	xxii	xxxviiii	clxxviii	xcv	cii
lxxii	xxii	clxxxvi	clxxviii	xcv	ccxvii
lxxiii	xxiii	xl	clxxviiii	xcviii	cxcvii
lxxiiii	xlviiii	lxxxv	cxc	cv	cxcv
lxxvi	lii	clxviii	cxcii	cvi	c̃xcvi
lxxviii	xxviiii	lxxxvi	cxciii	cvii	cxxi
lxxx	xxx	xliiii	cxciii	cvii	ccxviii
lxxxii	liii	lxxxvii	cxciiii	cviii	clii
lxxxii	liii	cx	cxciiii	cviii	ccxviii
lxxxiii	liiii	lxxxvii	cxcv	cviiii	ccxx
lxxxiii	liiii	cxii	cxcviii	cx	ccxxi
lxxxv	lv	cxiii	cxcviiii	cxi	clxxiii
lxxxv	lv	lxxxviii	cci	cxii	ccxxii
lxxxviii	cxli	cxlviii	ccii	cxiiii	cclxx
lxxxviii	cxli	ccli	ccv	cxvi	ccxxiii
xcii	xl	lxxx	ccvi	cxvii	ccxxxii
xciiii	lxxxvii	xcvii	ccviii	cxviii	ccxxxiii
xciiii	lxxxvii	cxlvi	ccxvii	cxxvii	ccxl
ciii	i	lxx	ccxviii	cxxviii	ccxli
cxiiii	xxiiii	xli	ccxxiii	cxxx	ccxliii
cxvii	xxv	xlii	ccxxv	cxxxiiii	cc xlv
cxxi	xxxii	cxvii	ccxxvi	cxxxiii	ccxliiii
cxxii	xxxiii	cxviiii	ccxxviiii	cxxxv	cxxxvii
cxxiii	xxxiiii	cxlvii	ccx xviiii	cxxxv	ccxlvi
cxxx	xxx[illegible]	lxxxii	ccxlii	cxxxvii	ccxxxvii
cxxxi	xxxvii	lxxxvi	ccxlii	cxxxvii	ccxlviii
cxxxv	xxxviiii	lxxviii	ccxliii	cxxxviii	ccxlviii
cxxxviii	xliiii	clxxvii	ccxlviii	cxliii	ccviiii

CANON SEC IN QUO TRES

MAT	MAR	LUC
ccxlviii	cxliii	cclii
ccxlviiii	cxliiii	ccliiii
ccli	cxlvi	cclv
cclii	cxlviii	cciiii
cclviii	cl	cclvii
cclviiii	cli	cclviii
cclxiiii	clv	clvi
cclxviiii	cliiii	ccxxviii
cclxxi	xlii	ccxxx
cclxxviii	clx	cclxiii
cclxxxi	clxiii	cclxviii
cclxxxv	clxvi	cclxv
cclxxxv	clxvi	cclxvii
ccxcvi	clxxvii	cclxxx
ccxcvi	clxxvii	cclxxxiiii
ccci	clxxxii	cclxxxvi
cccviii	clxxxviiii	cccv
ccc xii	cxciii	ccxcviii
cccxvi	cxcvii	ccxciii
cccxvii	cxcviii	ccxcv
cccxxii	ccii	cccviii
cccxxxviii	ccxcviii	cccxxxii
cccxxxviiii	ccxcviiii	cccxxv
cccxl	ccxx	cccxxvii
cccxlii	ccxxii	cccxxiii
cccxliiii	ccxxiiii	cccxxviii
cccxlvi	cc xxv	ccc xxx
ccclii	ccxxxii	cccxxxvii
cccliiii	ccxxxiii	ccc xxxviii
FINIT	CANON	SECUN
IN	QVO	TRES

CAN TERT IN QUO TRES

MAT	LUC	IOH
I	xiiii	I
I	xiiii	iii
I	xiiii	v
vii	vi	ii
vii	vi	xxv
lviiii	lxiii	cxvi
lxiiii	lxv	xxxvii
xc	lxiiii	cxviii
xc	lviii	cxxviiii
xcvii	ccxi	cv
cxi	cxviiii	cxlviii
cxi	cxviiii	xxx
cxi	cxviiii	cxiii
cxii	cxviiii	lxxxvii
cxii	cxviiii	xliiii
cxii	cxviiii	lxi
cxii	cxviiii	viii
cxii	cxviiii	lxxxvi
cxii	cxviiii	xc
cxii	cxviiii	cliiii
cxii	cxviiii	cxlii
cxlvii	xcii	xlvii
FINIT	CANON	TERT
IN	QVO	TRES

CAN̄ · QUART̄ · IN QUO TRES

MATH̄	MAR	IOH
xviii	viii	xxvi
cxvii	xxvi	xciii
cxvii	xxvi	xcv
cl	lxvi	li
clxi	lxxvii	xxiii
clxi	lxxvii	liii
cciiii	cxv	xci
cciiii	cxv	cxxxv
ccxvi	cxxv	cl
ccxvi	cxxv	cxxviii
ccxvi	cxxv	cxxxvii
ccxvi	cxxv	cxxxiii
cclxxvii	clviii	xcviii
cclxxviii	clxi	lxxii
cclxxviii	clxi	cxxi
cclxxxvii	clxviii	clii
ccxciii	clxxiiii	cvii
ccxcvii	clxxviii	lxx
ccxcviiii	clxxx	ciii
cccvii	clxxxviii	clxiii
cccxxi	cci	clxxx
cccxxi	cci	cxcii
cccxxiii	cciii	clxxxiii
cccxxviii	ccvii	clxxxv
cccxxviii	ccvii	clxxxvii
cccxxxiii	ccxi	cciii

FINIT CAN̄ QVART̄

IN QVO DVO

CAN̄ · QVINT̄ IN QVO DVO

MAT̄	LUC̄
iii	ii
x	viii
xii	xi
xvi	xvi
xxv	xlvi
xxvii	xlviii
xxviii	xlvii
xxx	xlviiii
xxxiii	cxciiii
xxxvi	clxii
xxxviii	liii
xl	lii
xli	lv
xliii	cxxiii
xlvi	cliii
xlvii	cxxxiiii
xlviii	cxci
xlviiii	cl
li	lviiii
liii	cxxv
liiii	liiii
lv	clxx
lvii	lxi
lviii	lx
lx	clxxi
lxi	lxiiii
lxv	clxxii
lxvi	lxvi
lxviii	cv
lxxviiii	cviii
lxxxiiii	xi
lxxxvii	cviiii
xciii	cxlv
xcv	clx
xcvi	clxxxii
xcvi	clxxxiiii
cii	lxviiii
ciiii	lxxi
cv	cxciii
cvii	lxxiii
cviii	cxv
cx	cxviii

CAN. V. IN QUO DUO

MAT	LUCAS
cxvi	clxv
cxvi	clxxvii
cxviii	cxxvi
cxxv	lxii
cxxvii	cxxviii
cxxviii	cxxxii
cxxviiii	cxxx
cxxxii	lxxxi
cxxxiii	cxx
cxxxviii	clxviii
clvi	lvii
clviii	ccxxvi
clxii	clxi
clxxv	cc
clxxxii	clxxxvii
clxxxii	clxxxviiii
clxxxiii	cxcviii
clxxxvii	cxcviiii
cxcviii	cclxxii
ccxiii	ccxxxv
ccxxi	clxxxi
ccxxviii	cxxxviiii
ccxxxi	clxxviiii
ccxxxi	ccxv
ccxxxii	cxlii
ccxxxviiii	cxxxvi
ccxxxvii	cxxxv
ccxxxviii	cxxxviiii
ccxxxviii	cxl
ccxl	cxli
ccxli	clxxv
cclv	ccii
cclvi	ccv
cclvii	ccxiii
cclxii	ccvii
cclxvii	ccxii
cclxvi	clvii
cclxvii	clv
cclxviii	clviii
cclxx	ccxxviii
cclxxii	ccxxxi

FINIT CAN. V.

CAN. SEXT. IN Q. II.

MATH	MAR
viiii	iii
xvii	vii
xx	viii
xxii	xi
xliiii	cxxvi
lxxvii	lxiii
lxxxvii	cxxxviii
c	xcviii
cxxxviiii	xlv
cxlv	lx
cxlviii	lxv
clii	lxviii
cliiii	lxxi
clvii	lxxii
clviiii	lxxiii
clx	lxxvi
clxiii	lxxviii
clxv	lxxx
clxviiii	lxxxiiii
clxxiii	lxxxviii
clxxx	c
clxxxviiii	ciii
ccii	cxiii
ccxiiii	cxx
ccxv	cxxiiii
ccxxiiii	cxxxi
ccxlvi	cxl
ccxlvii	cxlii
ccl	cxlv
cclii	cxlvii
ccliiii	cxlviii
cclx	clii
cclxiii	cliii
cclxxv	clvii
cclxxxii	clxiiii
cclxxxvi	clxvii
cclxxxviii	clxviii
ccxc	clxxi
ccxcii	clxxiii
ccxcviii	clxxviii

CAN. VI. IN QUO DUO

MATH	MAR
cccv	clxxxv
cccviiii	cxc
cccxi	cxcii
cccxxx	ccviii
cccxxxvii	ccxvii
ccc xli	ccxxi
cccxlvii	ccxxvi
cccl	ccxxviii

FINIT CAN. SEXT. IN QUO DUO

CAN. SEPT. IN QUO II

MATH	IOHAN
V	lxxxiii
xviiii	xviii
xviiii	xxxii
xviiii	xxxiiii
cxx	lxxxii
clxxxv	ccxv
ccvii	c[illegible]

FINIT CANON SEPT. IN QUO DUO

CAN·OCT IN Q·II·

LUC	MAR
xxiii	xii
xxv	xiiii
xxvii	xvi
xxvii	xxviii
xxviii	xvii
lxxxiiii	xlviii
lxxxviiii	lvi
xci	lxi
c	lxxv
ciii	xcvii
ccxlvii	cxxxvi
cclxxvii	ccxvi
cccxxxv	ccxxx

FINIT CAN VIII IN Q DUO

CAN·VIII IN QUO II·

LUCAS	IOHAN
xxx	ccxviii
xxx	ccxxii
cclxii	cxiii
cclxii	cxxiiii
cclxxiiii	ccxxviiii
cclxxiiii	ccxxvii
cclxxiiii	ccxxxi
ccciii	cxc
cccvii	cxc
cccxii	cxc
ccciii	clxxxvi
cccvii	clxxxvi
cccxii	clxxxvi
ccciii	clxxxii
cccvii	clxxxii
cccxii	clxxxii
cccxl	ccxiii
cccxl	ccxvii
cccxli	ccxxi
cccxli	ccxxiii
cccxli	ccxxv

FINIT CANON VIII

CAN·X IN QUO MAT·P

ii	clv
iiii	clxvii
vi	clxxi
xiii	clxxvii
xxiiii	clxxxi
xxvi	clxxxiiii
xxviii	clxxxvi
xxxiii	clxxxviii
xxxv	cxci
xxxvii	cxcvi
xxxviiii	cc
xlii	ccx
xlv	ccxii
lii	ccxviii
lvi	ccxxii
lxxv	ccxxvii
lxxxi	cccxxx
lxxxviii	ccxxxiii
xci	ccxxxv
xcviii	ccxxxviii
ci	ccxlv
cvi	cclxviii
cviii	cclxxiii
cxiii	cclxxxiii
cxv	ccciii
cxviii	cccxviii
cxxiiii	cccxxiiii
cxxvi	cccxxvii
cxxxvi	cccxlv
cxl	cccli
cli	ccclv

FINIT CAN·X INQVo MATH PROPRIE

CAN·X·INQ MAR·PROP

xviii	xc
xxxi	xcii
xliii	xciiii
xlvi	ci
lviii	ciiii
lx ii	cxxiii
lxx	cxxxii
lxxiii	clxxxvi
lxxxi	ccxiii
lxxxviii	

FINIT CANON DECIM INQVo MARC PROPRII

CAN · X · IN QVO LVC · PROPRIE

i	cxlviii	ccxxxvi
iii	cli	cclii
v	cliiii	cclvi
viiii	clviiii	cclviiii
xviii	clxiii	cclxiiii
xx	clxiiii	cclxxi
xxii	clxvi	cclxxiii
xxviiii	clxxiiii	cclxxvi
xxxi	clxxvi	cclxxviii
l	clxxviii	cclxxxiii
li	clxxx	cclxxxvii
lxvii	clxxxiii	ccxcvi
lxviii	clxxxviii	ccxcviii
lxxii	cxc	ccci
lxxv	cxcii	ccciiii
ciiii	cxcvi	cccvi
cvi	cci	cccviii
cvii	cciii	cccxvi
cxiii	ccviii	cccxx
cxvii	ccx	cccxxvi
cxxii	ccxiiii	cccxxxi
cxxiiii	ccxxiii	cccxxxiiii
cxxxi	ccxxv	cccxxxvii
cxliii	ccxxvii	cccxlii

FINIT CANON DECIM · IN QVO LVCAS PROPRIE

CAN · X · IN QVO IOH · PROPRIE

iiii	lxxx	cliii
vii	lxxxi	clv
viiii	lxxxiiii	clvii
xi	lxxxvi	clviiii
xiii	lxxxviiii	clxiii
xvi	xcii	clxv
xviii	xciiii	clxvii
xxii	xcvi	clxviiii
xxiiii	xcviiii	clxxi
xxvii	cii	clxxiii
xxviiii	ciiii	clxxvii
xxxi	cvi	clxxviiii
xxxiii	cviii	clxxxi
xxxvi	cx	clxxxviii
xxxviiii	cxii	cxci
xli	cxv	cxciii
xliii	cxvii	cxcv
xlv	cxviiii	cc
l	cxxiii	ccii
lii	cxxv	ccv
liiii	cxxvii	ccvii
lvi	cxxx	ccx
lviii	cxxxii	ccxii
lx	cxxxiiii	ccxiiii
lxii	cxxxvi	ccxvi
lxiiii	cxxxviii	ccxviii
lxvi	cxl	ccxx
lxviii	cxliii	ccxxiii
lxxi	cxlv	ccxxvi
lxxiii	cxlvii	ccxxviii
lxxv	cxlviiii	ccxxx
lxxviii	cli	ccxxxii

FINIT CANO DECIM · IN QVO PROP IOHAN

Plures fuisse qui euangelia scripserunt et Lucas euangelista testatur dicens: quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quae in nobis completae sunt sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt sermonem et ministrauerunt ei, et perseuerantia usq; ad praesens tempus monumenta declarant. Quae a diuersis auctorib· edita diuersarum heresium fuere principia. ut est illud iuxta aegyptios et thoman et matthian et bartholomeum, duodecim apostolorum et basilides atq; apelles ac reliquorum quos enumerare longissimum est cum hoc tantum in praesentiarum necesse est dicere extitisse quosdam qui sine spu et gratia conati sunt magis ordinare narrationem quam historiae texere ueritatem.

Quib· iure potest illud propheticum coaptari: uae qui prophetant de corde suo, qui ambulant post spm suum, qui dicunt dicit dns et dns non misit eos. De quib· et saluator in euangelio iohannis loquitur: omnes qui ante me uenerunt fures fuerunt et latrones qui uenerunt non qui missi sunt. Ipse enim ait: ueniebant et ego non mittebam eos. In uenientib· praesumptio temeritatis in missis obsequium ueritatis est.

Ecclesia autem quae super petram dni uoce fundata est quam introduxit rex in cubiculum suum et ad quam per foramen descensionis occulte misit manum suam similis dammulae hinnulorumq; ceruorum, quattuor flumina paradisi instar eructans quattuor et angulos et anulos habet per quos quasi per arcam testamenti et custos legis dni lignis mobilib· uehitur.

Primus omnium matheus est publicanus cognomento leui qui euangelium in iudaea hebreo sermone edidit ut ob eorum uel maxime causam qui in ihm crediderant ex iudaeis, et nequaquam legis umbra succedente euangelii ueritatem seruabant.

Secundus marcus interpres apostoli petri et alexandrinae ecclesiae primus episc. qui dnm quidem saluatorem ipse non uidit sed ea quae magistrum audierat praedicantem iuxta fidem magis gestorum narrauit quam ordinem. Tertius lucas medicus natione syrus antiochensis cuius laus in euangelio qui et ipse discipulus apostoli pauli in achaiae boetiaeque partib· uolumen condidit quaedam altius repetens, et ut ipse in prohemio confitetur audita magis quam uisa describens.

Ultimus iohannes apostolus et euangelista quem ihs amauit plurimum qui super pectus dni recumbens purissima doctrinarum fluenta potauit et qui solus de cruce meruit audire: ecce mater tua.

Is cum esset in asia et iam tunc hereticorum semina pullulassent cerinthi hebionis et ceterorum qui negant xpm in carne uenisse quos et ipse in epistula sua antixpistos uocat et apostolus paulus frequenter percutit, coactus est ab omnib· pene tunc asiae episcopis et multarum ecclesiarum legationibus de diuinitate saluatoris altius scribere et ad ipsum ut ita dicam di uerbum non tam audaci quam felici temeritate prorumpere. ut ecclesiastica narrat historia cum a fratrib· cogeretur ut scriberet ita facturum respondisse si indicto ieiunio in commune omnes dm deprecarentur.

Quo expleto reuelatione saturatus in il
lud prohemium ex celo ueniens eruc
tauit. In principio erat uerbum
et uerbum erat apud dm et ds erat
hoc uerbum. hoc erat in principio
erat dm. Haec igitur quattuor eu
angelia multum ante praedicta eze
chielis quoque uolumen probat. in quo
prima uisio ita contexitur. et in me
dio sicut similitudo quattuor animali
um et uultus eorum facies hominis
et facies leonis et facies uituli et fa
cies aquilae. Prima hominis facies
matheum significat qui quasi de ho
mine exorsus est scribere. Liber ge
nerationis ihu xpi filii dauid filii abra
ham. Secunda marcum in quo uox
leonis in heremo rugientis audītur.
uox clamantis in deserto parate uiam
dni rectas facite semitas eius.
Tertia uituli quae euangelistam lucã
a zacharia sacerdote sumsisse initiũ
praefigurauit. Quarta iohannem
euangelistam qui adsumtis pinnis
aquilae et ad altiora festinans et de
uerbo di disputat. cetera quae se
quuntur in eundem sensum proficiunt
Crura eorum recta et pinnati pedes
et quocumque sps ibat ibant. et non
reuertebantur. et dorsa ebrum
plena oculis et scintillae et lampa
des in medio discurrentes et rota
in rota et in singulis quattuor facies
Unde et apocalypsis iohannis post expo
sitionem XXIIII seniorum qui tenentes
citharas et fialas adorant agnum di
introducit fulgura et tonitrua et
septem sps discurrentes et mare
uitreum et quattuor animalia plena
oculis dicens. Animal primum simile
leoni et secundum simile uitulo
et tertium simile hominis et quar
tum simile aquilae uolanti. et post
paululum. plena inquit erant oculis

et requiem non habebant die ac nocte
dicentia. Scs scs scs dns ds omnipo
tens qui erat et qui uenturus est
Quib: cunctis perspicue ostenditur
quattuor tantum debere euangelia
suscipi. et omnes apocriforum neni
as mortuis magis hereticis quam
ecclesiasticis uiuis canendas

PRAEFATIO

Matheus in iudaea sicut in ordine
primus ponitur euangelium in iudaea
primus scripsit. Cuius uocatio ad dm
ex publicanis actib: fuit. Duorum in
generatione xpi principia praesumens
unius cuius prima circumcisio in car
ne alterius secundum cor electio fuit
et ex utrisque in patrib: xps est. Sicque
quaterdenario numero triformiter
posito principium a credendi fide in
electionis tempus porrigens et ex
electione in transmigrationis diem
dirigens atque a transmigratione usque
in xpm definiens decursam dni aduen
tus ostendit generationem. ut et
numero satis faciens et tempori
et se quod esset ostenderet et di in se
opus monstrans etiam in his quorum
genus posuit xpi operantis a prin
cipio testimonium non negaret
quarum omnium rerum tempus
ordo numerus dispositio uel ratio
quod fidei necessarium est ds xps est
qui factus est ex muliere factus sub
lege natus ex uirgine passus in carne
omnia in cruce fixit. ut triumphans
ea in semet ipso resurgens in corpo
re et patris nomen in patrib: filio
et filii nomen patri restitueret in fi
liis. sine principio sine fine. ostendens
unum se cum patre esse quia unus est
In quo euangelio utile est desiderantib:

dam sic prima uel media uel perfecta
cognoscere · ut et uocationem apo
stoli et opus euangelii et dilectio
nem di in carne nascentis per uni
uersa legentes intellegant et quid
in eo in quo adprehensi sunt et ad
prehendere expetunt recogno
scant · Nobis enim hoc in studio ar
gumenti fuit et fidem factae rei
tradere et operantis di intelle
gendam diligenter esse dispositi
onem quaerentib· non tacere EXPL

INCP CAPITVLA LEC SEC MAT

I Generationum quadraginta duarum
ab adam usq· ad xpm ordo narratur
II Natiuitas ihu xpi de maria sponso
eius ioseph angelo reuelante
praedicitur
III Natum xpm magi stella sibi duce
nuntiante oblatis muneribus
adorauerunt
IIII Angelo praemonente ioseph cum xpo
fugit in aegyptum et herodes
occidit infantes
V De praedicatione iohannis baptistae
quod uox clamantis sit paeniten
tiam agite
VI De baptismo xpi in iordane a iohanne
et signo trinitatis patris scilicet
eius in uoce et utrius que sps
in columba
VII De quadraginta dierum ieiunio et
diabolo trina temptatione deuicto
VIII Relicta nazareth praedicat terrae
zabulon et nepthalim iuxta uatici
nium esaiae paenitentiam agere
iubens
VIIII Uocat petrum andream iacobum
et iohannem piscatores qui mox
secuti sunt eum
X Per totam galilaeam praedicat omnes
sanando languores
XI In monte discipulos docens septem
beatitudines et octauam perse
cutionis exponit
XII Discipulos sal terrae et mundi lu
men appellans praecipit in splen
dore operum patrem glorificandum
XIII Obimplendam legem uenisse se di
cens pharisaeorum docet iustiti
am superandam et homicidium
lege uetans etiam munus offe
rendum fratris iubet reconcilia
tione differri
XIIII Consentiendum in uia aduersario
non moechandum docens iubet
uitia uel caros inremendabiles sub
nomine oculi uel dextrae scanda
lizantis abscidi
XV Quod adulter sit qui uxorem excep
ta fornicationis causa dimiserit
prohibens etiam omnino iurare
docet nec percutienti nec expo
lianti nec angarianti nec peten
ti uel mutuare uolenti resistere
XVI Amandum proximum lege firmans
etiam inimicos praecipit diligendos
XVII Elemosynam docet in abscondito
faciendam quam sinistra nesciat
id est appetitio laudis humanae
XVIII Orationis formulam in septem
petitionib· tradens ait peccata
nisi dimittentib· non dimitti
XIX Docet sine tristitia ieiunandum esse
nec thesaurizandum in terra
XX Lucernam corporis oculum appel
lans nec duob· dominis posse
seruire nec sollicitudinem
escae et uestis habendam sed
regnum di omnib· praeferen
dum docet nec debere sollici
tum esse in crastinum
XXI De mensura iudicii dicens festucae
uel trabis comparatione facta
docet prius propria et post

fratris uitia resecanda
xxii Scm̄ canib· porcis q· nondandum sed
petendum quaerendum pulsandū
ue praefict
xxiii Perlatam uiam multos per angustā
paucos introire testatur et falsos
cauendos esse prophetas nomine
quoq· fructuum bonarum et mala
rum arborum docet quia nec malā
uoluntas bona nec bonum opus
potest facere uoluntas mala
xxiiii Non uocantes nomen dn̄i nec uirtutes
in eius nomine facientes sed implen
tes uoluntatem dī intrare dicit in
regnum caelorum adhibita compa
ratione aedificantis domum super
petram aut super harenam
xxv Leprosum extensione manus ac pro
latione uerbi uolo mundauit
xxvi Centurionis puerum curans iudaeos
de regno in quo gentes promit
ti uenturas asserit expellendos
xxvii Socrus petri dominicae manus tac
tu sanata ministrat et multi
uaria infirmitate curantur
xxviii Dicenti sequar te non habere se dicit
ubi caput reclinet et interrogan
tem discipulum a paterna uetuit
sepultura
xxix In naui dormiens a periclitantibus
excitatus tranquillitatem uer
bo restituit
xxx In terra gerassenorum sanatis ho
minib· daemones ire permittit
in porcos
xxxi In ciuitate sua paralyticum curat
prius dimittendo peccata
xxxii Matheum uocat et murmuranti
bus de publicanorum conuiuio
pharisaeis ait male habentib·
opus esse medico similitudinē
panni rudis ac uini uel utrium
ponens
xxxiii Pergens ad resuscitandam filiā
principis mulierem a profluuio
sanguinis sanat suscitans et puellā
xxx Transiens duos caecos inluminat
et muto linguam electo daemone
reddit
xxxv Omnem languorem curans opera
rios pro multa messe discipulos
uirtutib· et doctrina confirmat
xxxvi Sicut oues inter lupos missi ut non
timeant eos qui corpus occidunt
clementer informat
xxxvii Gladium se non pacem in terram
mittere dicens nec amari patrē
aut matrem super se praecipi
ens receptorem quoq· iusti mer
cedem iusti accipere manifestat
xxxviii Iohannes misit ad ihm̄ quid missis
nuntiis multa de eo turbis
enuntiat
xxxix Increpat ciuitates quae paenitentiā
etiam factis apud se uirtutib·
non egerunt·
xl Confessio laudis ihū refertur ad pa
trem et inuitatio oneratorum
et laborantium ad quietem
xli Discipulorum sabbato spicas uellen
tium reprehensores exemplo
dauid· et circumcisione redarguit
xlii In synagoga manum aridam sanat
et pharisaeis consilium aduer
sus eum facientib· multos curat
et prophetia de ipso completa
memoratur
xliii Caecum mutum q· curans a daemo
nio liberat et in belzebub di
centes id facere responsione
sua destruit dicens blasphemiā
in scm̄ spm̄ non remitti arbo
rem quoq· ex fructu posse co
gnosci et rationem de uerbo
otioso in diem iudicii reddi
xliiii Pharisaeis signum petentib· ionae
signum dari praedicit ninevitas
et reginam austri commemorans

et de spu inmundo septemplici
ter in homine redeunte disputat
xlv Matrem et fratres discipulos dicit
uel omnem qui patris eius fece
rit uoluntatem
xlvi Sedens super mare parabolam dicit
fructus tricensimi sexagensimi
et centensimi quam seorsum
exponit discipulis
xlvii Parabolam de zizaniis ponens iun
git de grano sinapis et fermento
post quam exponit zizaniorum
parabolam discipulis intra domu͞
xlviii Thesauri uel margaritae repertae
comparatione proposita simili
ter parabolam de sagenae piscibus
separandis exponit
xlix Mirantib' se prophetam dixit hono
rem in sua patria non habere
L Johannis ab herode occisi caput datu͞
refertur in disco
Li Quinq· panib' et duob' piscib' quinq·
uirorum milia saturantur
Lii Ambulans supra mare petrum
mergentem leuat et in gennesar
multi fimbriae tactu saluantur
Liii Quaerentib' de non lotis discipulo
rum manib' ea dicit hominem
quae de corde exeunt inquinare
Liiii Cananeae filiam a daemonio laudata
matris fide curauit
Lv Multis in loco deser to sanatis
quattuor uirorum milia septem
sunt panib' saturati
Lvi Item petentib' dari de caelo signum
ionae potius dari praedixit
Lvii Fermenti nomine cauendum prae
cipit a doctrina pharisaeorum
Lviii Interrogante dn͞o quem eum dice
rent homines esse confessio
petri caelorum ab eo clauibus
muneratur
Lix Passurum se praenuntians con
tradicentem p[e]trum increpat
et omnem uolentem se qui se docet
abnegare se ipsum
Lx Dicens quosdam non uisuros morte͞
donec uideant eum uenientem in
regno mox refertur transfigu
ratus in monte
Lxi Puerum lunaticum curat et discipu
lis de sua inpossibilitate quaeren
tib' ait genus illud oratione ieiunio
que pellendum
Lxii Tributum caesari staterem in ore
piscis inuentum dari praecepit
et eum maiorem futurum qui se
ut paruulus humiliauerit docens
ait nec minimum scandalizandum
et item membrorum nomine
uita uel caros incurabiles praece
pit abscidendos
Lxiii De oue erronea et correptione fra
tris enuntians et consentientib'
dicit orata praestari et peccanti
septuagies septies iubet ignosci
adhibita parabola serui debitoris
qui negata conseruo miseratione
damnatur
Lxiiii Cum rationem de libello repudii
temptantib' reddidisset tria esse
genera docuit eunuchorum
Lxv Praecepit oblatos sibi benedicendos
paruulos non repelli
Lxvi Secunda dn͞i responsione diuite
contristato contemnentibus
propter se temporalia centu
plum et uitam promittit aeterna͞
Lxvii Parabolam de operariis in uinea
tempore diuerso conductis
adhibita unam paream q· dicit eos
accepisse mercedem
Lxviii Praedicens se passurum matri filio
rum zebedaei petenti negatis
sedibus ait uolentem fieri pri
mum debere potius esse seruu͞
Lxix Item alii duo caeci sedentes secus
uiam inluminati sunt eum secuti

lxx Secundum scripturam prophetiae
sedit super asinae pullum et in
gressus templum eicit uendentes
ubi sanat caecos et clauдos claman
tib. paruulis osanna filio dauid

lxxi Arefacta ficulnea uerbo mirantibus
dicit omnia quae petunt creden
tes accipere

lxxii Interrogantes in qua potestate
mira patraret de baptismo joha
nis interrogat iungens parabo
lam patris in uineam filios mitte
tis concludens in regnum di sacer
dotes a meretricib. praecedendos

lxxiii Parabolam de uinitorib. ponit qui
perimentes missos ad se seruos
etiam filium occiderunt

lxxiiii Parabolam de contemtorib. ad nup
tias inuitatis

lxxv Temtantes de tributo caesaris dan
do supra inscriptionis uel imagi
nis interrogatione destruxit

lxxvi De uxore septem fratrum temta
tes inrisores resurrectionis in
credulos arguit sadducaeos

lxxvii De magno legis mandato temtatus
respondit dilectionis di et proxi
mi primum esse

lxxviii Interroganti dno cuius filius esset
xps cum respondissent pharisaei
dauid audito centensimi noni
psalmi principio tacuerunt

lxxviiii Non quae faciunt sed quae dicunt
pharisaei praecepit faciendum
multipliciter increpat pharisaeos
de proselyto de iuramento de ca
melo et culice calice et catino
monumentis eos comparans
dealbatis

lxxx Item arguit pharisaeos aedificantes
sepulchra prophetarum et ad
hierusalem dicit lapidas eos qui
ad te missi sunt

lxxxi Discipulis interrogantib. signum
aduentus et finis saeculi multa
cauenda praecipit

lxxxii Vigilandum praedicit nescientib.
horam aduentus sui subiciens
parabolam de decem uirginib.

lxxxiii Parabolam dicit hominis tribus
seruis talenta diuersi numeri
commendantis

lxxxiiii Ex omnib. gentib. in iudicio positu
rum se praedicit oues a dextris
hedos a sinistris

lxxxv Praenuntiat pascha post biduum
se q. tradendum. refertur que
consilium iudaeorum et de alaba
stro unguenti quo mulier eum
deuota perfudit uel quod iuda
triginta argenteis eum placuit
uenditurus

lxxxvi Series passionis enarratur usque
ad locum quo ait munierunt sepul
chrum signantes lapidem cum
custodib.

lxxxvii Resurrectionis similiter ordo re
fertur a uespere sabbati usque
ad locum quo ait et diuulgatum
est uerbum istud apud iudaeos
usque in hodiernum diem

lxxxviii Undecim discipulis in monte adoran
tibus baptizandi formulam
tradit et suam eis usq. in finem
saeculi praesentiam pollicetur

EXPL CAPITVLA LECT.

I III
I XIIII LIBER GENERATIONIS IHU
XPI FILII DAVID
FILII ABRAHAM
ABRAHAM GENUIT ISAAC
ISAAC AUTEM GENUIT IACOB
IACOB AUTEM GENUIT IUDAM
ET FRATRES EIUS
IUDAS AUTEM GENUIT PHARES
ET ZARAD DE THAMAR
PHARES AUTEM GENUIT ESROM
ESROM AUTEM GENUIT ARAM
ARAM AUTEM GENUIT AMINADAB
AMINADAB AUTEM GENUIT NAASSON
NAASSON AUTEM GENUIT SALMON
SALMON AUTEM GENUIT BOOZ
DE RACAB
BOOZ GENUIT OBETH EX RUTH
OBETH AUTEM GENUIT IESSE
IESSE AUTEM GENUIT DAVID REGEM
DAVID AUTEM REX GENUIT SALOMO
NEM EX EA QUAE FUIT URIAE
SALOMON AUTEM GENUIT ROBOAM
ROBOAM AUTEM GENUIT ABIAM
ABIA AUTEM GENUIT ASA
ASA AUTEM GENUIT IOSAPHAT
IOSAPHAT AUTEM GENUIT IORAM
IORAM AUTEM GENUIT OZIAM
OZIAS AUTEM GENUIT IOATHAM
IOATHAM AUTEM GENUIT ACHAZ
ACHAZ AUTEM GENUIT EZECHIAM
EZECHIAS AUTEM GENUIT MANASSEN
MANASSES AUTEM GENUIT AMON
AMON AUTEM GENUIT IOSIAM
IOSIAS AUTEM GENUIT IECHONIAM
ET FRATRES EIUS IN TRANSMI
GRATIONEM BABYLONIS
ET POST TRANSMIGRATIONEM
BABYLONIS
IECHONIAS GENUIT SALATHIEL
SALATHIEL AUTEM GENUIT
ZOROBABEL
ZOROBABEL AUTEM GENUIT ABIUD
ABIUD AUTEM GENUIT ELIACHIM
ELIACHIM AUTEM GENUIT AZOR

AZOR AUTEM GENUIT SADDOC
SADDOC AUTEM GENUIT ACHIM
ACHIM AUTEM GENUIT ELIUD
ELIUD AUTEM GENUIT ELEAZAR
ELEAZAR AUTEM GENUIT MATTHAN
MATTHAM AUTEM GENUIT IACOB
IACOB AUTEM GENUIT IOSEPH UIRUM
MARIAE DE QUA NATUS EST IHS
QUI UOCATUR XPS
II X OMNES ERGO GENERATIONES
AB ABRAHAM USQUE AD DAVID
GENERATIONES QUATTUOR DECIM
ET A DAVID USQUE TRANSMIGRATI
ONEM BABYLONIS GENERATIO
NES QUATTUOR DECEM
ET A TRANSMIGRATIONE BABYLO
NIS USQUE AD XPM GENERATI
II ONES QUATTUOR DECIM
III X XPI AUTEM GENERATIO SIC ERAT
L II CUM ESSET DESPONSATA MATER
EIUS MARIA IOSEPH
ANTEQUAM CONUENIRENT
INUENTA EST IN UTERO HABENS
DE SPU SCO
IIII X IOSEPH AUTEM UIR EIUS CUM ESSET
IUSTUS ET NOLLET EAM TRADUCERE
UOLUIT OCCULTE DIMITTERE EAM
HAEC AUTEM EO COGITANTE
ECCE ANGELUS DNI IN SOMNIS
PARUIT EI DICENS
IOSEPH FILI DAVID NOLI TIMERE
ACCIPERE MARIAM CONIUGEM TUAM
QUOD ENIM IN EA NATUM EST
DE SPU SCO EST
PARIET AUTEM FILIUM ET UOCA
BIS NOMEN EIUS IHM
IPSE ENIM SALUUM FACIET POPU
LUM SUUM A PECCATIS EORUM
HOC AUTEM TOTUM FACTUM EST
UT ADIMPLERETUR ID QUOD DIC
TUM EST A DNO PER PROPHETAM
DICENTEM
ECCE UIRGO IN UTERO HABEBIT
ET PARIET FILIUM

et uocabunt nomen eius
emmanuhel
quod est interpretatum
nobiscum ds
Exsurgens autem ioseph a somno
fecit sicut praecepit ei
angelus dni
et accepit coniugem suam
et non cognoscebat eam donec
peperit filium suum primo
genitum
et uocauit nomen eius ihm
III Cum ergo natus esset ihs in
bethleem iudeae in diebus
herodis regis
ecce magi ab oriente uenerunt
hierosolymam dicentes
ubi est qui natus est rex iudaeorum
uidimus enim stellam eius
in oriente
et uenimus adorare eum
audiens autem herodes rex
turbatus est et omnis
hierosolyma cum illo
et congregans omnes principes
sacerdotum et scribas populi
sciscitabatur ab eis ubi xps
nasceretur
V VII LXXXIII At illi dixerunt ei in bethleem
iudeae
sic enim scriptum est per pro
phetam
et tu bethleem terra iuda
nequaquam minima es
in principibus iuda
ex te enim exiet dux qui reget
populum meum israhel
VI X Tunc herodes clam uocatis
magis diligenter didicit ab eis
tempus stellae quae apparu
it eis
et mittens illos in bethleem
dixit ite et interrogate
diligenter de puero

et cum inueneritis renunti
ate mihi
ut et ego ueniens adorem eum
qui cum audissent regem abierunt
et ecce stella quam uiderant
in oriente antecedebat eos
usque dum ueniens staret
supra ubi erat puer
uidentes autem stellam gaui
sunt gaudio magno ualde
et intrantes domum inuene
runt puerum cum maria
matre eius
et procidentes adorauerunt eum
et apertis thesauris suis obtu
lerunt ei munera aurum
tus et murram
et responso accepto in somnis
ne redirent ad herodem
per aliam uiam reuersi sunt
in regionem suam
qui cum recessissent
IIII ecce angelus dni apparuit in
somnis ioseph dicens
surge et accipe puerum et ma
trem eius
et fuge in aegyptum
et esto ibi usque dum dicam tibi
futurum est enim ut herodes
quaerat puerum ad perden
dum eum
qui consurgens accepit puerum
et matrem eius nocte et re
cessit in aegyptum
et erat ibi usque ad obitum
herodis
ut adimpleretur quod dictum
est a dno per prophetam
dicentem
ex aegypto uocaui filium meum
Tunc herodes uidens quoniam
inlusus esset a magis
iratus est ualde
et mittens occidit omnes

PUEROS QUI ERANT IN BETHLEEM
ET IN OMNIBUS FINIBUS EIUS
A BIMATU ET INFRA SECUNDUM
TEMPUS QUOD EXQUISIERAT
A MAGIS
TUNC ADIMPLETUM EST QUOD
DICTUM EST PER HIEREMIAM
PROPHETAM DICENTEM
UOX IN RAMA AUDITA EST
PLORATUS ET ULULATUS MULTUS
RACHEL PLORANS FILIOS SUOS
ET NOLUIT CONSOLARI QUIA
NON SUNT
DEFUNCTO AUTEM HERODE
ECCE APPARUIT ANGELUS DNI
IN SOMNIS IOSEPH IN AEGYPTO
DICENS
SURGE ET ACCIPE PUERUM ET
MATREM EIUS
ET UADE IN TERRAM ISRAHEL
DEFUNCTI SUNT ENIM QUI QUAE
REBANT ANIMAM PUERI
QUI SURGENS ACCEPIT PUERUM
ET MATREM EIUS ET UENIT
IN TERRAM ISRAHEL
AUDIENS AUTEM QUIA ARCHELAUS
REGNARET IN IUDAEA PRO HERO
DE PATRE SUO
TIMUIT ILLUC IRE
ET ADMONITUS IN SOMNIS SECES
SIT IN PARTES GALILAEAE
ET UENIENS HABITAUIT IN CIUITATE
QUAE UOCATUR NAZARETH
UT ADIMPLERETUR QUOD DICTU[M]
EST PER PROPHETAS QUONIAM
NAZAREUS UOCABITUR
V
VIII II VI II IN DIEBUS AUTEM ILLIS UENIT
IOHANNES BAPTISTA
PRAEDICANS IN DESERTO IUDAEAE
ET DICENS PAENITENTIAM AGITE
ADPROPINQUAUIT ENIM
REGNUM CAELORUM
VIIII I II VII X HIC EST ENIM QUI DICTUS EST PER
ESAIAM PROPHETAM DICENTE[M]

UOX CLAMANTIS IN DESERTO
PARATE UIAM DNI RECTAS
FACITE SEMITAS EIUS
VIII VI III IPSE AUTEM IOHANNES HABEBAT
UESTIMENTUM DE PILIS
CAMELORUM
ET ZONAM PELLICIAM CIRCA
LUMBOS EIUS
ESCA AUTEM EIUS ERAT LOCU
STAE ET MEL SILUESTRE
TUNC EXIEBAT AD EUM HIEROSO
LYMA ET OMNIS IUDAEA ET OM
NIS REGIO CIRCUM IORDANEN
ET BAPTIZABANTUR IN IORDANE
AB EO CONFITENTES PECCATA SUA
X V VIIII UIDENS AUTEM MULTOS PHARI
SAEORUM ET SADDUCAEORUM
UENIENTES AD BAPTISMUM
SUUM DIXIT EIS
PROGENIES UIPERARUM QUIS
DEMONSTRAUIT UOBIS FUGERE
A FUTURA IRA
FACITE ERGO FRUCTUM DIGNU[M]
PAENITENTIAE
ET NE UELITIS DICERE INTRA UOS
PATREM HABEMUS ABRAHAM
DICO ENIM UOBIS QUONIAM POTEST
DS DE LAPIDIBUS ISTIS SUSCITA
RE FILIOS ABRAHAM
IAM ENIM SECURIS AD RADICEM
ARBORUM POSITA EST
OMNIS ERGO ARBOR QUAE NON FA
CIT FRUCTUM BONUM EXCIDE
TUR ET IN IGNEM MITTETUR
XI I IIII X XII EGO QUIDEM UOS BAPTIZO IN AQUA
IN PAENITENTIAM
QUI AUTEM POST ME UENTURUS
EST FORTIOR ME EST
CUIUS NON SUM DIGNUS CALCIA
MENTA PORTARE
IPSE UOS BAPTIZAUIT IN SPU SCO
ET IGNI
XII V XI CUIUS UENTILABRUM IN MANU SUA
ET PERMUNDAUIT AREAM SUAM

et congregabit triticum
suum in horreum
paleas autem comburet igni
inextinguibili

VI

XIII X Tunc venit ihs a galilaea in ior
danen ad iohannem ut bapti
zaretur ab eo
iohannes autem prohibebat
eum dicens
ego a te debeo baptizari
et tu venis ad me
respondens autem ihs dixit ei
sine modo
sic enim decet nos implere
omnem iustitiam
tunc dimisit eum
XIIII I XIII X Baptizatus autem confestim
ascendit de aqua
et ecce aperti sunt ei caeli
et vidit spm di descenden
tem sicut columbam
venientem super se
et ecce vox de caelis dicens
hic est filius meus dilectus
in quo mihi complacui

VII

XV II XV Tunc ihs ductus est in desertu
ab spu ut temptaretur
a diabolo
XVI V XVI Et cum ieiunasset quadragin
ta diebus et quadraginta
noctibus postea esurit
et accedens temptator dixit ei
si filius di es dic ut lapides isti
panes fiant
qui respondens dixit
scriptum est non in pane solo
vivit homo sed in omni verbo
quod procedit de ore di
Tunc assumsit eum diabolus
in scam civitatem
et statuit eum supra pinnacu
lum templi et dixit ei
si filius di es mitte te deorsum
scriptum est enim quia angelis
suis mandavit de te
et in manibus tollent te
ne forte offendas ad lapidem
pedem tuum
ait illi ihs
rursum scriptum est non temp
tabis dnm dm tuum
iterum assumit eum diabolus
in montem excelsum valde
et ostendit ei omnia regna
mundi et gloriam eorum
et dixit illi haec tibi omnia dabo
si cadens adoraveris me
Tunc dicit ei ihs vade satanas
scriptum est dnm dm tuum
adorabis et illi soli servies
XVII VI VIII Tunc reliquit eum diabolus
et ecce angeli accesserunt et
ministrabant ei
XVIII III VIII XXVI Cum autem audisset quod iohan
nes traditus esset secessit

VIII

in galilaeam
XVIIII VII XXVIII Et relicta civitate nazareth
venit et habitavit in caphar
naum maritimam
in finibus zabulon et nepthalim
ut impleretur quod dictum
est per esaiam prophetam
terra zabulon et nepthalim
via maris trans iordanen gali
laeae gentium
populus qui sedebat in tene
bris lumen vidit magnum
et sedentibus in regione et
umbra mortis lux orta est eis
XX VII XXIX Exinde coepit ihs praedicare
et dicere
paenitentiam agite
adpropinquavit enim regnu
caelorum

VIIII

Ambulans autem iuxta mare
galilaeae
vidit duos fratres
simonem qui vocatur petrus

et andream fratrem eius
mittentes rete erant enim
piscatores
Et ait illis uenite post me
et faciam uos fieri
piscatores hominum
at illi continuo relictis
retibus secuti sunt eum
Et procedens inde uidit alios
duos fratres
iacobum zebedaei et iohannem
fratrem eius
in naui cum zebedaeo patre
eorum reficientes retia sua
et uocauit eos
illi autem statim relictis
X retibus et patre secuti sunt eum
Et circumibat ihs totam gali
laeam docens in synagogis
eorum
et praedicans euangelium regni
et sanans omnem languorem
et omnem infirmitatem
in populo
et abiit opinio eius in totam
syriam
et obtulerunt ei omnes male
habentes
uariis languoribus et tor
mentis comprehensos
et qui daemonia habebant
et lunaticos et paralyticos
et curauit eos
et secutae sunt eum turbae
multae de galilaea et deca
poli et hierosolymis et de
XI iudaea et de trans iordanen
Uidens autem turbas ascen
dit in montem
et cum sedisset accesserunt
ad eum discipuli eius
et aperiens os suum docebat
eos dicens
Beati pauperes spu quoniam
ipsorum est regnum caelorum
Beati mites quoniam ipsi
possidebunt terram
Beati qui lugent quoniam
ipsi consolabuntur
Beati qui esuriunt et sitiunt
iustitiam quoniam ipsi
saturabuntur
Beati misericordes quoniam ipsi
misericordiam consequentur
Beati mundo corde quoniam
ipsi dm uidebunt
Beati pacifici quoniam ipsi
filii di uocabuntur
Beati qui persecutionem pati
untur propter iustitiam
quoniam ipsorum est
regnum caelorum
Beati estis cum maledixerint
uobis et persecuti uos fuerint
et dixerint omne malum
aduersum uos mentientes
propter me
gaudete et exultate quoniam
merces uestra copiosa est
in caelis
sic enim persecuti sunt prophe
XII tas qui fuerunt ante uos
Uos estis sal terrae
quod si sal euanuerit in quo
salietur
ad nihilum ualet ultra nisi ut
mittatur foras et concul
cetur ab hominibus
Uos estis lux mundi
non potest ciuitas abscondi
supra montem posita
neque accendunt lucernam
et ponunt eam sub modio
sed super candelabrum ut lu
ceat omnibus qui in domo sunt
sic luceat lux uestra coram
hominibus
ut uideant uestra bona opera

ET GLORIFICENT PATREM UESTRŪ
XIII QUI IN CAELIS EST
XXIII NOLITE PUTARE QUONIAM UENI SOL
UERE LEGEM AUT PROPHETAS
NON UENI SOLUERE SED ADIMPLERE
XXIIII AMEN QUIPPE DICO UOBIS
DONEC TRANSEAT CAELUM ET TERRA
IOTA UNUM AUT UNUS APEX NON
PRAETERIBIT A LEGE DONEC OM
NIA FIANT
XXV QUI ERGO SOLUERIT UNUM DE MAN
DATIS ISTIS MINIMIS ET DOCUE
RIT SIC HOMINES
MINIMUS UOCABITUR IN REGNO
CAELORUM
QUI AUTEM FECERIT ET DOCUERIT
HIC MAGNUS UOCABITUR IN REGNO
CAELORUM
DICO ENIM UOBIS QUIA NISI ABUNDA
UERIT IUSTITIA UESTRA PLUS QUĀ
SCRIBARUM ET PHARISAEORUM
NON INTRABITIS IN REGNUM
CAELORUM
AUDISTIS QUIA DICTUM EST ANTI
QUIS NON OCCIDES
QUI AUTEM OCCIDERIT REUS
ERIT IUDICIO
EGO AUTEM DICO UOBIS
QUIA OMNIS QUI IRASCITUR FRATRI
SUO REUS ERIT IUDICIO
QUI AUTEM DIXERIT FRATRI SUO
RACHA REUS ERIT CONCILIO
QUI AUTEM DIXERIT FATUE
REUS ERIT GEHENNAE IGNIS
SI ERGO OFFERES MUNUS TUUM
AD ALTARE
ET IBI RECORDATUS FUERIS QUIA
FRATER TUUS HABET ALIQUID
ADUERSUM TE
RELINQUE IBI MUNUS TUUM
AD ALTARE
ET UADE PRIUS RECONCILIARE
FRATRI TUO
ET TUNC UENIENS OFFERS MUNUS
TUUM

XIIII
XXVI ESTO CONSENTIENS ADUERSARIO
TUO CITO DUM ES IN UIA CUM EO
NE FORTE TRADAT TE ADUERSARIUS
IUDICI
ET IUDEX TRADAT TE MINISTRO
ET IN CARCEREM MITTARIS
AMEN DICO TIBI NON EXIES INDE
DONEC REDDAS NOUISSIMUM
QUADRANTEM
XXVII AUDISTIS QUIA DICTUM EST ANTI
QUIS NON MOECHABERIS
EGO AUTEM DICO UOBIS
QUONIAM OMNIS QUI UIDERIT
MULIEREM AD CONCUPISCEN
DUM EAM
IAM MOECHATUS EST EAM
IN CORDE SUO
QUOD SI OCULUS TUUS DEXTER
SCANDALIZAT TE
ERUE EUM ET PROICE ABS TE
EXPEDIT ENIM TIBI UT PEREAT
UNUM MEMBRORUM TUORŪ
QUAM TOTUM CORPUS TUUM
MITTATUR IN GEHENNAM
ET SI DEXTERA MANUS TUA SCAN
DALIZAT TE
ABSCIDE EAM ET PROICE ABS TE
EXPEDIT ENIM TIBI UT PEREAT
UNUM MEMBRORUM TUORŪ
QUAM TOTUM CORPUS TUUM
EAT IN GEHENNAM
XV DICTUM EST AUTEM QUICUMQUE
DIMISERIT UXOREM SUAM
DET ILLI LIBELLUM REPUDII
EGO AUTEM DICO UOBIS
QUIA OMNIS QUI DIMISERIT UXO
REM SUAM EXCEPTA FORNICA
TIONIS CAUSA
FACIT EAM MOECHARI
ET QUI DIMISSAM DUXERIT ADULTERAT
ITERUM AUDISTIS QUIA DICTUM EST
ANTIQUIS NON PEIERABIS
REDDES AUTEM DN͞O IURAMENTA TUA
EGO AUTEM DICO UOBIS

NON IURARE OMNINO
NEQUE PER CAELUM QUIA THRO
NUS DI EST
NEQUE PER TERRAM QUIA SCABEL
LUM EST PEDUM EIUS
NEQUE PER HIEROSOLYMAM
QUIA CIUITAS EST MAGNI REGIS
NEQUE PER CAPUT TUUM
IURAUERIS
QUIA NON POTES UNUM CAPILLUM
ALBUM FACERE AUT NIGRUM
SIT AUTEM SERMO UESTER
EST EST NON NON
QUOD AUTEM HIS ABUNDANTIUS
EST A MALO EST
AUDISTIS QUIA DICTUM EST
OCULUM PRO OCULO
ET DENTEM PRO DENTE
EGO AUTEM DICO UOBIS
NON RESISTERE MALO
xxxvii v liii SED SI QUIS TE PERCUSSERIT
IN DEXTERA MAXILLA TUA
PRAEBE ILLI ET ALTERAM
ET ILLI QUI UULT TECUM IUDICIO
CONTENDERE ET TUNICAM
TUAM TOLLERE REMITTE
ET PALLIUM
xxxviii x ET QUICUMQUE TE ANGARIABERIT
MILLE PASSUS UADE CUM
ILLO ALIA DUO
QUI PETIT A TE DA EI
ET UOLENTI MUTUARI A TE
XVI NE AUERTARIS
xl v lii AUDISTIS QUIA DICTUM EST DILI
GES PROXIMUM TUUM
ET ODIO HABEBIS INIMICUM TUUM
EGO AUTEM DICO UOBIS
DILIGITE INIMICOS UESTROS
BENEFACITE HIS QUI ODERUNT UOS
ET ORATE PRO PERSEQUENTIBUS
ET CALUMNIANTIBUS UOS
UT SITIS FILII PATRIS UESTRI
QUI IN CAELIS EST
QUI SOLEM SUUM ORIRI FACIT
SUPER BONOS ET MALOS
ET PLUIT SUPER IUSTOS
ET INIUSTOS
xli v lii SI ENIM DILIGATIS EOS QUI UOS
DILIGUNT QUAM MERCEDEM
HABEBITIS
NONNE ET PUBLICANI HOC FACIUNT
ET SI SALUTAUERITIS FRATRES
UESTROS TANTUM QUID AMPLIUS FACITIS
NONNE ETHNICI HOC FACIUNT
ESTOTE ERGO UOS PERFECTI
SICUT ET PATER UESTER CAELE
XVII STIS PERFECTUS EST
xlii x ATTENDITE NE IUSTITIAM UESTRAM
FACIATIS CORAM HOMINIBUS
UT UIDEAMINI AB EIS
ALIOQUIN MERCEDEM NON HABE
BITIS APUD PATREM UESTRUM
QUI IN CAELIS EST
CUM ERGO FACIES ELEMOSYNAM
NOLI TUBA CANERE ANTE TE
SICUT HYPOCRITAE FACIUNT
IN SYNAGOGIS ET IN UICIS UT HO
NORIFICENTUR AB HOMINIBUS
AMEN DICO UOBIS RECEPERUNT
MERCEDEM SUAM
TE AUTEM FACIENTE ELEMOSYNAM
NESCIAT SINISTRA TUA QUID FACI
AT DEXTERA TUA
UT SIT ELEMOSYNA TUA IN ABSCON
DITO
ET PATER TUUS QUI UIDET IN AB
SCONDITO REDDET TIBI
ET CUM ORATIS NON ERITIS SICUT
HYPOCRITAE
QUI AMANT IN SYNAGOGIS ET IN AN
GULIS PLATEARUM STANTES
ORARE
UT UIDEANTUR AB HOMINIBUS
AMEN DICO UOBIS RECEPERUNT
MERCEDEM SUAM
TU AUTEM CUM ORABIS INTRA
IN CUBICULUM TUUM

ET CLAUSO OSTIO TUO ORA PATREM
TUUM IN ABSCONDITO
ET PATER TUUS QUI UIDET IN AB
SCONDITO REDDET TIBI
XVIII
xliii V L cxxxiii ORANTES AUTEM NOLITE MUL
TUM LOQUI SICUT ETHNICI
PUTANT ENIM QUIA IN MULTILO
QUIO SUO EXAUDIANTUR
NOLITE ERGO ASSIMILARI EIS
SCIT ENIM PATER UESTER QUIBUS
OPUS SIT UOBIS ANTEQUAM
PETATIS EUM
SIC ERGO UOS ORABITIS
PATER NOSTER QUI ES IN CAELIS
SCIFICETUR NOMEN TUUM
ADUENIAT REGNUM TUUM
FIAT UOLUNTAS TUA SICUT IN CAE
LO ET IN TERRA
PANEM NOSTRUM SUPER SUB
STANTIALEM DA NOBIS HODIE
ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA
SICUT ET NOS DIMITTIMUS
DEBITORIBUS NOSTRIS
ET NE INDUCAS NOS IN TEMPTA
TIONEM
SED LIBERA NOS A MALO
xliiii VI L cxxxvi SI ENIM DIMISERITIS HOMINIB(US)
PECCATA EORUM
DIMITTET ET UOBIS PATER
UESTER CAELESTIS DELICTA
UESTRA
SI AUTEM NON DIMISERITIS
HOMINIBUS
NEC PATER UESTER DIMITTET
XVIIII PECCATA UESTRA
xlv X CUM AUTEM IEIUNATIS NOLITE
FIERI SICUT HYPOCRITAE TRISTES
EXTERMINANT ENIM FACIES
SUAS UT PAREANT HOMINIBUS
IEIUNANTES
AMEN DICO UOBIS QUIA RECEPE
RUNT MERCEDEM SUAM
TU AUTEM CUM IEIUNAS UNGE
CAPUT TUUM

ET FACIEM TUAM LAUA
NE UIDEARIS HOMINIB(US) IEIUNANS
SED PATRI TUO QUI EST IN AB
SCONDITO
ET PATER TUUS QUI UIDET IN AB
SCONDITO REDDET TIBI
NOLITE THESAURIZARE UOBIS
THESAUROS IN TERRA
UBI ERUGO ET TINEA DEMOLITUR
UBI FURES EFFODIUNT ET FU
RANTUR
xlvi V L clii THESAURIZATE AUTEM UOBIS
THESAUROS IN CAELO
UBI NEQUE ERUGO NEQUE TINEA
DEMOLITUR
ET UBI FURES NON EFFODIUNT
NEC FURANTUR
UBI ENIM EST THESAURUS TUUS
XX IBI EST ET COR TUUM
xlvii V L cxxxiiii LUCERNA CORPORIS EST OCULUS
SI FUERIT OCULUS TUUS SIMPLEX
TOTUM CORPUS TUUM LUCI
DUM ERIT
SI AUTEM OCULUS TUUS
NEQUAM FUERIT
TOTUM CORPUS TUUM
TENEBROSUM ERIT
SI ERGO LUMEN QUOD IN TE EST
TENEBRAE SUNT
TENEBRAE QUANTAE ERUNT
xlviii V L cxci NEMO POTEST DUOBUS DOMI
NIS SERUIRE
AUT ENIM UNUM ODIO HABE
BIT ET ALTERUM DILIGET
AUT UNUM SUSTINEBIT
ET ALTERUM CONTEMNET
NON POTESTIS D(E)O SERUIRE
ET MAMONAE
xlix V L cl IDEO DICO UOBIS NE SOLLICITI
SITIS ANIMAE UESTRAE
QUID MANDUCETIS
NEQUE CORPORI UESTRO
QUID INDUAMINI
NONNE ANIMA PLUS EST QUAM
ESCA

ET CORPUS PLUS EST QUAM
UESTIMENTUM
RESPICITE UOLATILIA CAELI
QUONIAM NON SERUNT
NEQUE METUNT
NEQUE CONGREGANT IN HORREA
ET PATER UESTER CAELESTIS
PASCIT ILLA
NONNE UOS MAGIS PLURES
ESTIS ILLIS
QUIS AUTEM UESTRUM COGITANS
POTEST ADICERE AD STATURAM
SUAM CUBITUM UNUM
ET DE UESTIMENTO QUID SOL
LICITI ESTIS
CONSIDERATE LILIA AGRI QUO
MODO CRESCUNT
NON LABORANT NEQUE NENT
DICO AUTEM UOBIS QUONIAM NEC
SALOMON IN OMNI GLORIA
SUA COOPERTUS EST SICUT
UNUM EX ISTIS
SI AUTEM FAENUM AGRI QUOD
HODIE EST ET CRAS IN CLIBANUM
MITTITUR DS SIC UESTIT
QUANTO MAGIS UOS MINIMAE
FIDEI
NOLITE ERGO SOLLICITI ESSE
DICENTES QUID MANDUCABI
MUS AUT QUID BIBEMUS
AUT QUO OPERIEMUR
HAEC ENIM OMNIA GENTES
INQUIRUNT
SCIT ENIM PATER UESTER QUIA
HIS OMNIBUS INDIGETIS
QUAERITE AUTEM PRIMUM
REGNUM ET IUSTITIAM EIUS
ET OMNIA HAEC ADICIENTUR UOBIS
NOLITE ERGO ESSE SOLLICITI
IN CRASTINUM
CRASTINUS ENIM DIES SOLLICITUS
ERIT SIBI IPSE
XXI SUFFICIT DIEI MALITIA SUA
NOLITE IUDICARE UT NON IUDICEMINI
IN QUO ENIM IUDICIO IUDI
CAUERITIS IUDICABIMINI
ET IN QUA MENSURA MENSI FUERITIS
METIETUR UOBIS
LI QUID AUTEM UIDES FESTUCAM
IN OCULO FRATRIS TUI ET TRA
BEM IN OCULO TUO NON UIDES
AUT QUOMODO DICIS FRATRI TUO
SINE EICIAM FESTUCAM
DE OCULO TUO
ET ECCE TRABES EST IN OCULO TUO
HYPOCRITA EICE PRIMUM TRA
BEM DE OCULO TUO
ET TUNC UIDEBIS EICERE FESTU
XXII CAM DE OCULO FRATRIS TUI
LII NOLITE DARE SCM CANIBUS
NEQUE MITTATIS MARGARITAS
UESTRAS ANTE PORCOS
NE FORTE CONCULCENT EAS
PEDIBUS SUIS
ET CONUERSI DISRUMPANT UOS
LIII PETITE ET DABITUR UOBIS
QUAERITE ET INUENIETIS
PULSATE ET APERIETUR UOBIS
OMNIS ENIM QUI PETIT ACCIPIT
ET QUI QUAERIT INUENIT
ET PULSANTI APERIETUR
AUT QUIS EST EX UOBIS HOMO
QUEM SI PETIERIT FILIUS SUUS
PANEM NUMQUID LAPIDEM
PORRIGET EI
AUT SI PISCEM PETET NUMQUID
SERPENTEM PORRIGET EI
SI ERGO UOS CUM SITIS MALI
NOSTIS BONA DARE FILIIS UESTRIS
QUANTO MAGIS PATER UESTER
QUI IN CAELIS EST DABIT BONA
PETENTIBUS SE
LIIII OMNIA ERGO QUAECUMQUE
UULTIS UT FACIANT UOBIS
HOMINES ET UOS FACITE EIS
XXIII HAEC EST ENIM LEX ET PROPHETAE
LV INTRATE PER ANGUSTAM
PORTAM

QUIA LATA PORTA ET SPATIOSA
UIA QUAE DUCIT AD PERDITIONE
ET MULTI SUNT QUI INTRANT
PER EAM
QUAM ANGUSTA PORTA ET ARTA
UIA QUAE DUCIT AD UITAM
ET PAUCI SUNT QUI INUENIUNT EA
LXVI X ADTENDITE A FALSIS PROPHETIS
QUI UENIUNT AD UOS IN UESTI
MENTIS OUIUM
INTRINSECUS AUTEM SUNT LUPI
RAPACES
A FRUCTIBUS EORUM COGNO
SCETIS EOS
LXVII LXI NUMQUID COLLIGUNT DE SPINIS
UUAS AUT DE TRIBOLIS FICUS
LXVIII LX SIC OMNIS ARBOR BONA FRUCTUS
BONOS FACIT
MALA AUTEM ARBOR FRUCTUS
MALOS FACIT
NON POTEST ARBOR BONA
FRUCTUS MALOS FACERE
NEQUE ARBOR MALA FRUCTUS
BONOS FACERE
OMNIS ARBOR QUAE NON FACIT
FRUCTUM BONUM EXCIDITUR
ET IN IGNEM MITTITUR
IGITUR EX FRUCTIBUS EORUM
XXIIII COGNOSCETIS EOS
LXVIIII NON OMNIS QUI DICIT MIHI
DNE DNE INTRABIT IN RE
GNUM CAELORUM
SED QUI FACIT UOLUNTATEM
PATRIS MEI QUI IN CAELIS EST
IPSE INTRABIT IN REGNUM
CAELORUM
LXX MULTI DICENT MIHI IN ILLA DIE
DNE DNE
NONNE IN NOMINE TUO PRO
PHETAUIMUS
ET IN NOMINE TUO DAEMONIA
EIECIMUS
ET IN NOMINE TUO UIRTUTES
MULTAS FECIMUS

ET TUNC CONFITEBOR ILLIS QUIA
NUMQUAM NOUI UOS
DISCEDITE A ME QUI OPERAMINI
INIQUITATEM
LXXI LXIIII OMNIS ERGO QUI AUDIT UERBA
MEA HAEC ET FACIT EA
ADSIMILABITUR UIRO SAPIENTI
QUI AEDIFICAUIT DOMUM SUAM
SUPRA PETRAM
ET DISCENDIT PLUUIA
ET UENERUNT FLUMINA
ET FLAUERUNT UENTI
ET INRUERUNT IN DOMUM
ILLAM ET NON CECIDIT
FUNDATA ENIM ERAT SUPRA
PETRAM
ET OMNIS QUI AUDIT UERBA
MEA HAEC ET NON FACIT EA
SIMILIS ERIT UIRO STULTO
QUI AEDIFICAUIT DOMUM SUAM
SUPRA HARENAM
ET DESCENDIT PLUUIA
ET UENERUNT FLUMINA
ET FLAUERUNT UENTI
ET INRUERUNT IN DOMUM
ILLAM ET CECIDIT ET FUIT
RUINA EIUS MAGNA
LXXII ET FACTUM EST CUM CON
SUMMASSET IHS UERBA HAEC
ADMIRABANTUR TURBAE
SUPER DOCTRINAM EIUS
ERAT ENIM DOCENS EOS SICUT
POTESTATEM HABENS
NON SICUT SCRIBAE EORUM
XXV ET PHARISAEI
LXXIII CUM AUTEM DESCENDISSET
DE MONTE SECUTAE SUNT
EUM TURBAE MULTAE
ET ECCE LEPROSUS UENIENS
ADORABAT EUM DICENS
DNE SI UIS POTES ME
MUNDARE
ET EXTENDENS MANUM TETI
GIT EUM IHS DICENS

uolo mundare
et confestim mundata est
lepra eius
et ait illi ihs uide nemini
dixeris
sed uade ostende te sacerdoti
et offer munus quod praece
pit moses in testimonium
XXVI illis
Cum autem introisset Ca
pharnaum
accessit ad eum centurio
rogans eum et dicens
dne puer meus iacet in domo
paralyticus et male
torquetur
ait illi ihs
ego ueniam et curabo eum
et respondens centurio ait
dne non sum dignus ut intres
sub tectum meum
sed tantum dic uerbo et sana
bitur puer meus
nam et ego homo sum sub
potestate
habens sub me milites
et dico huic uade et uadit
et alio ueni et uenit
et seruo meo fac hoc et facit
audiens autem ihs miratus est
et sequentibus se dixit
amen dico uobis non inueni
tantam fidem in israhel
Dico autem uobis quod multi
ab oriente et occidente
uenient
et recumbent cum abraham
et isaac et iacob in regno
caelorum
filii autem regni eicientur
in tenebras exteriores
ibi erit fletus et stridor
dentium
Et dixit ihs centurioni

uade et sicut credidisti fiat tibi
XXVII et sanatus est puer in hora illa
Et cum uenisset ihs in domum
petri uidit socrum eius
iacentem et febricitantem
et tetigit manum eius
et dimisit eam febris
et surrexit et ministrabat eis
Uespere autem facto optu
lerunt ei multos daemo
nia habentes
et eiciebat sps uerbo
et omnes male habentes
curauit
ut adimpleretur quod dic
tum est per esaiam pro
phetam dicentem
ipse infirmitates nostras
accepit et egrotationes
portauit
Uidens autem ihs turbas mul
tas circum se iussit ire
XXVIII trans fretum
Et accedens unus scriba ait illi
magister sequar te quocumq.
ieris
et dicit ei ihs uulpes foueas
habent et uolucres caeli
nidos
filius autem hominis non
habet ubi caput reclinet
alius autem de discipulis eius
ait illi
dne permitte me primum
ire et sepelire patrem meum
ihs autem ait illi sequere me
et dimitte mortuos sepeli
XXIX re mortuos suos
Et ascendente eo in nauicu
lam secuti sunt eum disci
puli eius
et ecce motus magnus
factus est in mari
ita ut nauicula operiretur

FLUCTIBUS
IPSE UERO DORMIEBAT
ET ACCESSERUNT ET SUSCITAUE
RUNT EUM DICENTES
DNE SALUA NOS PERIMUS
ET DICIT EIS QUID TIMIDI ESTIS
MODICAE FIDEI
TUNC SURGENS INCREPAUIT
UENTO ET MARI
ET FACTA EST TRANQUILLITAS
MAGNA
PORRO HOMINES MIRATI SUNT
DICENTES
QUALIS EST HIC QUIA ET UENTI
ET MARE OBOEDIUNT EI
XXX ET CUM UENISSET TRANSFRETU
IN REGIONEM GERASENORUM
OCCURRERUNT EI DUO HABENTES
DAEMONIA
DE MONUMENTIS EXEUNTES
SAEUI NIMIS ITA UT NEMO POSSET
TRANSIRE PER UIAM ILLAM
ET ECCE CLAMAUERUNT DICENTES
QUID NOBIS ET TIBI FILI DI UENI
STI HUC ANTE TEMPUS
TORQUERE NOS
ERAT AUTEM NON LONGE AB ILLIS
GREX PORCORUM MULTORUM
PASCENS
DAEMONES AUTEM ROGABANT
EUM DICENTES
SI EICIS NOS MITTE NOS IN GREGE
PORCORUM
ET AIT ILLIS ITE
AT ILLI EXEUNTES ABIERUNT
IN PORCOS
ET ECCE IMPETU ABIIT TOTUS
GREX PER PRAECEPS IN MARE
ET MORTUI SUNT IN AQUIS
PASTORES AUTEM FUGERUNT
ET UENIENTES IN CIUITATEM
NUNTIAUERUNT OMNIA
ET DE HIS QUI DAEMONIA
HABUERANT

TOTA
ET ECCE CIUITAS EXIIT OBUIAM IHU
ET UISO EO ROGABANT UT TRANS
XXXI IRET A FINIBUS EORUM
ET ASCENDENS IN NAUICULAM
TRANSFRETAUIT
ET UENIT IN CIUITATEM SUAM
ET ECCE OFFEREBANT EI PARA
LYTICUM IACENTEM IN LECTO
ET UIDENS IHS FIDEM ILLORUM
DIXIT PARALYTICO
CONFIDE FILI REMITTUNTUR
TIBI PECCATA TUA
ET ECCE QUIDAM DE SCRIBIS
DIXERUNT INTRA SE
HIC BLASPHEMAT
ET CUM UIDISSET IHS COGITATI
ONES EORUM DIXIT
UT QUID COGITATIS MALA IN COR
DIBUS UESTRIS
QUID EST FACILIUS DICERE DIMIT
TUNTUR TIBI PECCATA
AUT DICERE SURGE ET AMBULA
UT SCIATIS AUTEM QUONIAM
FILIUS HOMINIS HABET POTE
STATEM IN TERRA DIMITTEN
DI PECCATA
TUNC AIT PARALYTICO
SURGE TOLLE LECTUM TUUM
ET UADE IN DOMUM TUAM
ET SURREXIT ET ABIIT IN DO
MUM SUAM
UIDENTES AUTEM TURBAE
TIMUERUNT
ET GLORIFICAUERUNT DM
QUI DEDIT POTESTATEM
XXXII TALEM HOMINIBUS
ET CUM TRANSIRET INDE IHS
UIDIT HOMINEM SEDENTEM
IN TELONEO MATTHEUM
NOMINE
ET AIT ILLI SEQUERE ME
ET SURGENS SECUTUS EST EUM
ET FACTUM EST DISCUMBENTE
EO IN DOMO

ECCE MULTI PUBLICANI ET PECCA
TORES UENIENTES DISCUMBE
BANT CUM IHU ET DISCIPULIS EIUS
ET UIDENTES PHARISAEI DICEBANT
DISCIPULIS EIUS
QUARE CUM PUBLICANIS ET PEC
CATORIBUS MANDUCAT MAGI
STER UESTER
AT IHS AUDIENS AIT
NON EST OPUS UALENTIBUS ME
DICO SED MALE HABENTIBUS
EUNTES AUTEM DISCITE QUID EST
MISERICORDIAM UOLO ET NON
SACRIFICIUM
NON ENIM UENI UOCARE IUSTOS
SED PECCATORES
TUNC ACCESSERUNT AD EUM
DISCIPULI IOHANNIS DICENTES
QUARE NOS ET PHARISAEI IEIUNA
MUS FREQUENTER
DISCIPULI AUTEM TUI NON IEIUNANT
ET AIT ILLIS IHS
NUMQUID POSSUNT FILII SPONSI
LUGERE QUAM DIU CUM ILLIS
EST SPONSUS
UENIENT AUTEM DIES CUM AU
FERETUR AB EIS SPONSUS
ET TUNC IEIUNABUNT
NEMO AUTEM INMITTIT COM
MISSURAM PANNI RUDIS IN
UESTIMENTUM UETUS
TOLLIT ENIM PLENITUDINEM
EIUS A UESTIMENTO ET PEIOR
SCISSURA FIT
NEQUE MITTUNT UINUM NOUUM
IN UTRES UETERES
ALIOQUIN RUMPUNTUR UTRES
ET UINUM EFFUNDITUR
ET UTRES PEREUNT
SED UINUM NOUUM IN UTRES
NOUOS MITTUNT ET AMBO
XXXII CONSERUANTUR
HAEC ILLO LOQUENTE AD EOS
ECCE PRINCEPS UNUS ACCESSIT
ET ADORABAT EUM DICENS
FILIA MEA MODO DEFUNCTA EST
SED UENI INPONE MANUM SUPER
EAM ET UIUET
ET SURGENS IHS SEQUEBATUR EUM
ET DISCIPULI EIUS
ET ECCE MULIER QUAE SANGUINIS
FLUXUM PATIEBATUR
DUODECIM ANNIS
ACCESSIT RETRO ET TETIGIT
FIMBRIAM UESTIMENTI EIUS
DICEBAT ENIM INTRA SE
SI TETIGERO TANTUM UESTIMEN
TUM EIUS SALUA ERO
AT IHS CONUERSUS ET UIDENS
EAM DIXIT
CONFIDE FILIA FIDES TUA TE
SALUAM FECIT
ET SALUA FACTA EST MULIER
EX ILLA HORA
ET CUM UENISSET IHS IN DOMUM
PRINCIPIS
ET UIDISSET TIBICINES ET TUR
BAM TUMULTUANTEM
DICEBAT RECEDITE NON EST ENIM
MORTUA PUELLA SED DORMIT
ET DERIDEBANT EUM
ET CUM EIECTA ESSET TURBA
INTRAUIT ET TENUIT MANUM
EIUS ET SURREXIT PUELLA
ET EXIIT FAMA HAEC IN UNIUER
XXXIII SAM TERRAM ILLAM
ET TRANSEUNTE INDE IHU
SECUTI SUNT EUM DUO CAECI
CLAMANTES ET DICENTES
MISERERE NOSTRI FILI DAUID
CUM AUTEM UENISSET DOMUM
ACCESSERUNT AD EUM CAECI
ET DICIT EIS IHS CREDITIS QUIA
POSSUM HOC FACERE UOBIS
DICUNT EI UTIQUE DNE
TUNC TETIGIT OCULOS EORUM
DICENS SECUNDUM FIDEM
UESTRAM FIAT UOBIS

et aperti sunt oculi illorum
et comminatus est illis ihs
dicens uidete ne quis sciat
illi autem exeuntes diffama
uerunt eum in tota terra illa
Egressis autem illis
ecce optulerunt ei hominem
mutum daemonium habentem
Et eiecto daemone locutus
est mutus
et miratae sunt turbae dicen
tes numquam apparuit
sic in israhel
pharisaei autem dicebant
in principe daemoniorum
xxxv eicit daemones
lxxxvi Et circuibat ihs ciuitates
omnes et castella
docens in synagogis eorum
et praedicans euangelium
regni
et curans omnem languorem
et omnem infirmitatem
lxxxvii Uidens autem turbas misertus
est eis quia erant uexati
et iacentes sicut oues non
habentes pastorem
lxxxviii Tunc dicit discipulis suis
messis quidem multa opera
rii autem pauci
rogate ergo dnm messis
ut eiciat operarios
in messem suam
lxxxix Et conuocatis duodecim disci
pulis suis dedit illis pote
statem spirituum inmun
dorum ut eicerent eos
et curarent omnem languo
rem et omnem infirmitatem
xc Duodecim autem apostolo
rum nomina sunt haec
primus simon qui dicitur petrus
et andreas frater eius
iacobus zebedaei
et iohannes frater eius
philippus et bartholomaeus
thomas et mattheus publicanus
et iacobus alphei
et thaddaeus
simon cananeus
et iudas scariotes qui et
tradidit eum
xci Hos duodecim misit ihs
praecipiens eis et dicens
in uiam gentium ne abieritis
et in ciuitates samaritanorum
ne intraueritis
sed potius ite ad oues quae
perierunt domus israhel
xcii Euntes autem praedicate
dicentes
quia adpropinquauit
regnum caelorum
infirmos curate
mortuos suscitate
leprosos mundate
daemones eicite
gratis accepistis gratis date
Nolite possidere aurum
neque argentum
neque pecuniam in zonis
uestris
non peram in uia
neque duas tunicas
neque calciamenta
neque uirgam
dignus enim est operarius
cibo suo
xciii In quam cumque ciuitatem
aut castellum intraueritis
interrogate quis in eam
dignus sit
et ibi manete donec exeatis
xciiii Intrantes autem in domum
salutate eam
et si quidem fuerit domus digna
ueniat pax uestra super eam
si autem non fuerit digna

PAX UESTRA AD UOS REUERTATUR
LXXXV II ET QUICUMQUE NON RECEPERIT
UOS NEQUE AUDIERIT SERMO
NES UESTROS
EXEUNTES FORAS DE DOMO UEL
DE CIUITATE EXCUTITE PULUE
REM DE PEDIBUS UESTRIS
IN TESTIMONIUM EORUM
AMEN DICO UOBIS
TOLERABILIUS ERIT TERRAE SODO
MORUM ET GOMORRAEORUM
LXXXVI IN DIE IUDICII QUAM ILLI CIUITATI
LXXXVII V ECCE EGO MITTO UOS SICUT OUES
IN MEDIO LUPORUM
ESTOTE ERGO PRUDENTES SICUT
SERPENTES
ET SIMPLICES SICUT COLUMBAE
LXXXVIII VI CAUETE AUTEM AB HOMINIBUS
TRADENT ENIM UOS IN CONCILIIS
ET IN SYNAGOGIS SUIS FLAGELLA
BUNT UOS
ET AD PRAESIDES ET AD REGES
DUCIMINI PROPTER ME
IN TESTIMONIUM ILLIS ET GENTIB
LXXXVIIII II CUM AUTEM TRADENT UOS
NOLITE COGITARE QUOMODO
AUT QUID LOQUAMINI
DABITUR ENIM UOBIS IN ILLA HORA
QUID LOQUAMINI
NON ENIM UOS ESTIS QUI LOQUIMINI
SED SPS PATRIS UESTRI QUI LOQUI
TUR IN UOBIS
TRADET AUTEM FRATER FRATREM
IN MORTEM
ET PATER FILIUM
ET INSURGENT FILII IN PARENTES
ET MORTE EOS AFFICIENT
ET ERITIS ODIO OMNIBUS PROP
TER NOMEN MEUM
QUI AUTEM PERSEUERAUERIT
IN FINEM HIC SALUUS ERIT
LXXXX X CUM AUTEM PERSEQUENTUR
UOS IN CIUITATE ISTA
FUGITE IN ALIAM

AMEN ENIM DICO UOBIS
NON CONSUMMABITIS CIUITATES
ISRAHEL
DONEC UENIAT FILIUS HOMINIS
XC III NON EST DISCIPULUS SUPER
MAGISTRUM
NEC SERUUS SUPER DOMINUM SUUM
SUFFICIT DISCIPULO UT SIT
SICUT MAGISTER EIUS
ET SERUUS SICUT DOMINUS EIUS
XCI X SI PATREM FAMILIAS BEELZEBUB
UOCAUERUNT
QUANTO MAGIS DOMESTICOS EIUS
NE ERGO TIMUERITIS EOS
XCII II NIHIL ENIM OPERTUM QUOD NON
REUELABITUR
ET OCCULTUM QUOD NON SCIATUR
XCIII V QUOD DICO UOBIS IN TENEBRIS
DICITE IN LUMINE
ET QUOD IN AURE AUDITIS
PRAEDICATE SUPER TECTA
ET NOLITE TIMERE EOS QUI OCCI
DUNT CORPUS
ANIMAM AUTEM NON POSSUNT
OCCIDERE
SED POTIUS EUM TIMETE QUI PO
TEST ET ANIMAM ET CORPUS
PERDERE IN GEHENNAM
NONNE DUO PASSERES ASSE UENIUNT
ET UNUS EX ILLIS NON CADET SUPER
TERRAM SINE PATRE UESTRO
UESTRI AUTEM ET CAPILLI CAPI
TIS OMNES NUMERATI SUNT
NOLITE ERGO TIMERE
MULTIS PASSERIBUS MELIORES
ESTIS UOS
OMNIS ERGO QUI CONFITEBITUR
ME CORAM HOMINIBUS
CONFITEBOR ET EGO EUM CORAM
PATRE MEO QUI EST IN CAELIS
XCIIII II QUI AUTEM NEGAUERIT ME
CORAM HOMINIBUS
NEGABO ET EGO EUM CORAM
PATRE MEO QUI EST IN CAELIS

XXXVII
XCV NOLITE ARBITRARI QUIA UENERIM
MITTERE PACEM IN TERRAM
NON UENI PACEM MITTERE SED
GLADIUM
UENI ENIM SEPARARE HOMINEM
ADUERSUS PATREM SUUM
ET FILIAM ADUERSUS MATREM SUAM
ET NURUM ADUERSUS SOCRUM SUAM
ET INIMICI HOMINIS DOMESTICI EIUS
XCVI QUI AMAT PATREM ET MATREM
PLUS QUAM ME
NON EST ME DIGNUS
ET QUI AMAT FILIUM AUT FILIAM
SUPER ME
NON EST ME DIGNUS
ET QUI NON ACCIPIT CRUCEM
SUAM ET SEQUITUR ME
NON EST ME DIGNUS
XCVII QUI INUENIT ANIMAM SUAM
PERDET ILLAM
ET QUI PERDIDERIT ANIMAM SUAM
PROPTER ME INUENIET EAM
XCVIII QUI RECIPIT UOS ME RECIPIT
ET QUI ME RECIPIT RECIPIT EUM
QUI ME MISIT
XCVIIII QUI RECIPIT PROPHETAM IN NO
MINE PROPHETAE MERCEDEM
PROPHETAE ACCIPIET
ET QUI RECIPIT IUSTUM IN NO
MINE IUSTI MERCEDEM IUSTI
ACCIPIET
C ET QUICUMQUE POTUM DEDE
RIT UNI EX MINIMIS ISTIS
CALICEM AQUAE FRIGIDAE
TANTUM IN NOMINE DISCIPULI
AMEN DICO UOBIS NON PERDET
MERCEDEM SUAM
CI ET FACTUM EST CUM CONSUM
MASSET IHS
PRAECIPIENS DUODECIM DISCI
PULIS SUIS TRANSIIT INDE
UT DOCERET ET PRAEDICARET
XXXVIII IN CIUITATIBUS EORUM
CII IOHANNES AUTEM CUM AUDISSET
IN UINCULIS OPERA XPI
MITTENS DUOS DE DISCIPULIS SUIS
AIT ILLI
TU ES QUI UENTURUS ES AN ALIUM
EXPECTAMUS
ET RESPONDENS IHS AIT ILLIS
EUNTES RENUNTIATE IOHANNI
QUAE AUDISTIS ET UIDISTIS
CAECI UIDENT
CLAUDI AMBULANT
LEPROSI MUNDANTUR
SURDI AUDIUNT
MORTUI RESURGUNT
PAUPERES EUANGELIZANTUR
ET BEATUS EST QUI NON FUERIT
SCANDALIZATUS IN ME
ILLIS AUTEM ABEUNTIBUS
COEPIT IHS DICERE AD TURBAS
DE IOHANNE
QUID EXISTIS IN DESERTUM
UIDERE HARUNDINEM
UENTO AGITATAM
SED QUID EXISTIS UIDERE HOMI
NEM MOLLIBUS UESTITUM
ECCE QUI MOLLIBUS UESTIUNTUR
IN DOMIBUS REGUM SUNT
SED QUID EXISTIS UIDERE
PROPHETAM
ETIAM DICO UOBIS ET PLUS QUAM
PROPHETAM
CIII HIC ENIM EST DE QUO SCRIPTUM EST
ECCE EGO MITTO ANGELUM
MEUM ANTE FACIEM TUAM
QUI PRAEPARABIT UIAM TUAM
ANTE TE
CIIII AMEN DICO UOBIS NON SURREXIT
INTER NATOS MULIERUM
MAIOR IOHANNE BAPTISTA
QUI AUTEM MINOR EST IN REGNO
CAELORUM MAIOR EST ILLO
CV A DIEBUS AUTEM IOHANNIS BAPTI
STAE USQUE NUNC REGNUM
CAELORUM UIM PATITUR
ET UIOLENTI RAPIUNT ILLUD

CVI OMNES ENIM PROPHETAE ET LEX
USQUE AD IOHANNEN PROPHE
TAVERUNT
SI VULTIS RECIPERE IPSE EST
HELIAS QUI VENTURUS EST
QUI HABET AURES AUDIENDI AUDIAT
CVII CUI AUTEM SIMILEM AESTIMABO
GENERATIONEM ISTAM
SIMILIS EST PUERIS SEDENTIB·
IN FORO
QUI CLAMANTES COAEQUALIBUS
DICUNT CECINIMUS VOBIS
ET NON SALTASTIS
LAMENTAVIMUS ET NON PLANXISTIS
VENIT ENIM IOHANNES NEQUE
MANDUCANS NEQUE BIBENS
ET DICUNT DAEMONIUM HABET
VENIT FILIUS HOMINIS MANDU
CANS ET BIBENS ET DICUNT
ECCE HOMO VORAX ET POTA
TOR VINI
PUBLICANORUM ET PECCATO
RUM AMICUS
ET IUSTIFICATA EST SAPIENTIA
XXXIX A FILIIS SUIS
CVIII TUNC COEPIT EXPROBRARE CIVI
TATIBUS IN QUIBUS FACTAE
SUNT PLURIMAE VIRTUTES EIUS
QUIA NON EGISSENT PAENITENTIA
VAE TIBI CHORAZAIN
VAE TIBI BETHSAIDA
QUIA SI IN TYRO ET SIDONE FACTAE
ESSENT VIRTUTES QUAE FAC
TAE SUNT IN VOBIS
OLIM IN CILICIO ET CINERE PAE
NITENTIAM EGISSENT
VERUM TAMEN DICO VOBIS
TYRO ET SIDONI REMISSIUS ERIT
IN DIE IUDICII QUAM VOBIS
ET TU CAPHARNAUM NUMQUID
USQUE IN CAELUM EXALTABERIS
USQUE IN INFERNUM DESCENDES
CVIIII QUIA SI IN SODOMIS FACTAE FUIS
SENT VIRTUTES QUAE FACTAE
SUNT IN TE
FORTE MANSISSENT USQUE IN
HUNC DIEM
VERUM TAMEN DICO VOBIS
QUIA TERRAE SODOMORUM
REMISSIUS ERIT IN DIE IUDICII
XL QUAM TIBI
CX IN ILLO TEMPORE RESPONDENS
IHS DIXIT
CONFITEOR TIBI PATER
DNE CAELI ET TERRAE
QUIA ABSCONDISTI HAEC A SAPIEN
TIBUS ET PRUDENTIBUS
ET REVELASTI EA PARVULIS
ITA PATER QUONIAM SIC FUIT
PLACITUM ANTE TE
CXI OMNIA MIHI TRADITA SUNT
A PATRE MEO
CXII ET NEMO NOVIT FILIUM NISI PATER
NEQUE PATREM QUIS NOVIT
NISI FILIUS
ET CUI VOLUERIT FILIUS REVELARE
CXIII VENITE AD ME OMNES QUI LABO
RATIS ET ONERATI ESTIS
ET EGO REFICIAM VOS
TOLLITE IUGUM MEUM SUPER VOS
ET DISCITE A ME QUIA MITIS SUM
ET HUMILIS CORDE
ET INVENIETIS REQUIEM ANIMA
BUS VESTRIS
IUGUM ENIM MEUM SUAVE EST
XLI ET ONUS MEUM LEVE EST
CXIIII IN ILLO TEMPORE ABIIT IHS SABBA
TO PER SATA
DISCIPULI AUTEM EIUS ESURIEN
TES COEPERUNT VELLERE
SPICAS ET MANDUCARE
PHARISAEI AUTEM VIDENTES
DIXERUNT EI
ECCE DISCIPULI TUI FACIUNT
QUOD NON LICET EIS FACERE
SABBATIS
AT ILLE DIXIT EIS
NON LEGISTIS QUID FECERIT DAVID

quando esuriit et qui cum eo erant
quomodo intrauit in domum
di et panes propositionis comedit
quos non licebat ei edere
neque his qui cum eo erant
nisi solis sacerdotibus
Aut non legistis in lege
quia sabbatis sacerdotes in tem
plo sabbatum uiolant
et sine crimine sunt
dico autem uobis quia templo
maior est hic
si autem sciretis quid est
misericordiam uolo et non
sacrificium
numquam condemnassetis
innocentes
dns est enim filius hominis
xlii etiam sabbati
cxvi v lxxv Et cum inde transisset
uenit in synagogam eorum
et ecce homo manum habens
aridam
et interrogabant eum
dicentes
si licet sabbatis curare
ut accusarent eum
ipse autem dixit illis
quis erit ex uobis homo
qui habeat ouem unam
et si ceciderit haec sabbatis
in foueam
nonne tenebit et leuabit eam
quanto magis melior est
homo oue
itaque licet sabbatis bene
facere
tunc ait homini extende
manum tuam
et extendit
et restituta est sanitati
sicut altera

Exeuntes autem pharisaei
consilium faciebant aduer
sus eum
quomodo eum perderent
Ihs autem sciens secessit inde
et secuti sunt eum multi
et curauit eos omnes
et praecepit eis ne manifestu
eum facerent
ut adimpleretur quod dictu
est per esaiam prophetam
dicentem
ecce puer meus quem elegi
dilectus meus in quo bene
placuit animae meae
ponam spm meum super eu
et iudicium gentibus nuntiabit
non contendet neque clama
bit neque audiet aliquis
in plateis uocem eius
harundinem quassatam
non confringet
et linum fumigans
non extinguet
donec eiciat ad uictoriam
iudicium
et in nomine eius gentes
xliii sperabunt
Tunc oblatus est ei daemoniu
habens caecus et mutus
et curauit eum
ita ut loqueretur et uideret
Et stupebant omnes turbae
et dicebant
numquid hic est filius dauid
Pharisaei autem audientes
dixerunt
hic non eicit daemones nisi
in beelzebub principem
daemonum
Ihs autem sciens cogitatio
nes eorum dixit eis
omne regnum diuisum
contra se desolabitur

ET OMNIS CIUITAS UEL DOMUS
DIUISA CONTRA SE NON STABIT
ET SI SATANAS SATANAN EICIT
ADUERSUS SE DIUISUS EST
QUOMODO ERGO STABIT
REGNUM EIUS
ET SI EGO IN BEELZEBUB EICIO
DAEMONES
FILII UESTRI IN QUO EICIUNT
IDEO IPSI IUDICES ERUNT UESTRI
SI AUTEM EGO IN SPU DI EICIO
DAEMONES
IGITUR PERUENIT IN UOS
REGNUM DI
AUT QUOMODO POTEST QUISQUAM
INTRARE IN DOMUM FORTIS
ET UASA EIUS DIRIPERE
NISI PRIUS ALLIGAUERIT FORTEM
ET TUNC DOMUM ILLIUS DIRIPIAT
QUI NON EST MECUM CONTRA ME EST
ET QUI NON CONGREGAT MECUM
SPARGIT
IDEO DICO UOBIS
OMNE PECCATUM ET BLASPHE
MIA REMITTETUR HOMINIB·
SPS AUTEM BLASPHEMIAE
NON REMITTETUR
ET QUICUMQUE DIXERIT UERBU
CONTRA FILIUM HOMINIS
REMITTETUR EI
QUI AUT EM DIXERIT CONTRA
SPM SCM NON REMIT
TETUR EI NEQUE IN HOC
SAECULO NEQUE IN FUTURO
AUT FACITE ARBOREM BONAM
ET FRUCTUM EIUS BONUM
AUT FACITE ARBOREM MALAM
ET FRUCTUM EIUS MALUM
SIQUIDEM EX FRUCTU ARBOR
AGNOSCITUR
PROGENIES UIPERARUM QUO
MODO POTESTIS BONA LOQUI
CUM SITIS MALI
EX ABUNDANTIA ENIM CORDIS

OS LOQUITUR
BONUS HOMO DE BONO THESAU
RO PROFERT BONA
ET MALUS HOMO DE MALO
THESAURO PROFERT MALA
DICO AUTEM UOBIS QUONIAM
OMNE UERBUM OTIOSUM
QUOD LOCUTI FUERINT HOMINES
REDDENT RATIONEM DE EO
IN DIE IUDICII
EX UERBIS ENIM TUIS IUSTIFI
CABERIS
ET EX UERBIS TUIS CONDEMNABERIS
TUNC RESPONDERUNT EI QUIDAM
DE SCRIBIS ET PHARISAEIS
DICENTES
MAGISTER UOLUMUS A TE
SIGNUM UIDERE
QUI RESPONDENS AIT ILLIS
GENERATIO MALA ET ADULTERA
SIGNUM QUAERIT
ET SIGNUM NON DABITUR EI
NISI SIGNUM IONAE PROPHETAE
SICUT ENIM FUIT IONAS IN UEN
TRE CETI
TRIBUS DIEBUS ET TRIBUS NOCTIB·
SIC ERIT FILIUS HOMINIS
IN CORDE TERRAE
TRIBUS DIEBUS ET TRIB· NOCTIB·
UIRI NINEUITAE SURGENT IN IUDI
CIO CUM GENERATIONE ISTA
ET CONDEMNABUNT EAM
QUIA PAENITENTIAM EGERUNT
IN PRAEDICATIONE IONAE
ET ECCE PLUS QUAM IONA HIC
REGINA AUSTRI SURGET IN IUDICIO
CUM GENERATIONE ISTA
ET CONDEMNABIT EAM
QUIA UENIT A FINIBUS TERRAE
AUDIRE SAPIENTIAM SALO
MONIS
ET ECCE PLUS QUAM SALOMON HIC
CUM AUTEM INMUNDUS SPIRI
TUS EXIERIT AB HOMINE

AMBULAT PER LOCA ARIDA
QUAERENS REQUIEM ET NON
INUENIT
TUNC DICIT REUERTAR IN DOMU[M]
MEAM UNDE EXIUI
ET UENIENS INUENIT UACANTEM
SCOPIS MUNDATAM ET ORNATAM
TUNC UADIT ET ADSUMIT SEPTEM
ALIOS SPIRITUS SECUM
NEQUIORES SE
ET INTRANTES HABITANT IBI
ET FIUNT NOUISSIMA HOMINIS
ILLIUS PEIORA PRIORIBUS
SIC ERIT ET GENERATIONI HUIC
XLV PESSIMAE
ADHUC EO LOQUENTE AD TURBAS
ECCE MATER EIUS ET FRATRES
STABANT FORIS
QUAERENTES LOQUI EI
DIXIT AUTEM EI QUIDAM
ECCE MATER TUA ET FRATRES TUI
FORIS STANT QUAERENTES TE
AT ILLE RESPONDENS DICENTI
SIBI AIT
QUAE EST MATER MEA
ET QUI SUNT FRATRES MEI
ET EXTENDENS MANUM IN DISCI
PULOS DIXIT
ECCE MATER MEA ET FRATRES MEI
QUICUMQUE ENIM FECERIT
UOLUNTATEM PATRIS MEI
QUI IN CAELIS EST
IPSE MEUS ET FRATER ET SOROR
XLVI ET MATER EST
IN ILLO DIE EXIENS IHS DE DOMO
SEDEBAT SECUS MARE
ET CONGREGATAE SUNT AD EUM
TURBAE MULTAE
ITA UT IN NAUICULAM ASCENDENS
SEDERET
ET OMNIS TURBA STABAT IN LITORE
ET LOCUTUS EST EIS MULTA IN PA
RABOLIS DICENS
ECCE EXIIT QUI SEMINAT SEMINARE

ET DUM SEMINAT
QUAEDAM CECIDERUNT SECUS UIA[M]
ET UENERUNT UOLUCRES
ET COMEDERUNT EA
ALIA AUTEM CECIDERUNT
IN PETROSA
UBI NON HABEBAT TERRAM MULTA[M]
ET CONTINUO EXORTA SUNT
QUIA NON HABEBANT ALTITUDI
NEM TERRAE
SOLE AUTEM ORTO AESTUAUERUN[T]
ET QUIA NON HABEBANT RADICEM
ARUERUNT
ALIA AUTEM CECIDERUNT IN SPINAS
ET CREUERUNT SPINAE ET SUF
FOCAUERUNT EA
ALIA UERO CECIDERUNT IN TER
RAM BONAM
ET DABANT FRUCTUM
ALIUD CENTESIMUM
ALIUD SEXAGESIMUM
ALIUD TRICESIMUM
QUI HABET AURES AUDIENDI AUDIAT
ET ACCEDENTES DISCIPULI
DIXERUNT EI
QUARE IN PARABOLIS LOQUERIS
QUI RESPONDENS AIT ILLIS
QUIA UOBIS DATUM EST NOSSE
MYSTERIA REGNI CAELORUM
ILLIS AUTEM NON EST DATUM
QUI ENIM HABET DABITUR EI
ET ABUNDABIT
QUI AUTEM NON HABET ET QUOD
HABET AUFERETUR AB EO
IDEO IN PARABOLIS LOQUOR EIS
QUIA UIDENTES NON UIDENT
ET AUDIENTES NON AUDIENT
NEQUE INTELLEGUNT
UT ADIMPLEATUR EIS PROPHE
TIA ESAIAE DICENS
AUDITU AUDIETIS ET NON INTEL
LEGETIS
ET UIDENTES UIDEBITIS ET NON
UIDEBITIS

INCRASSATUM EST ENIM COR
POPULI HUIUS
ET AURIBUS GRAVITER AUDIERUNT
ET OCULOS SUOS CLUSERUNT
NEQUANDO OCULIS VIDEANT
ET AURIBUS AUDIANT
ET CORDE INTELLEGANT
ET CONVERTANTUR ET SANEM EOS
VESTRI AUTEM BEATI OCULI
QUIA VIDENT
ET AURES VESTRAE QUIA AUDIUNT
AMEN QUIPPE DICO VOBIS
QUIA MULTI PROPHETAE ET IUSTI
CUPIERUNT VIDERE QUAE VIDE
TIS ET NON VIDERUNT
ET AUDIRE QUAE AUDITIS
ET NON AUDIERUNT
VOS ERGO AUDITE PARABOLAM
SEMINANTIS
OMNIS QUI AUDIT VERBUM
REGNI ET NON INTELLEGIT
VENIT MALUS ET RAPIT QUOD
SEMINATUM EST IN CORDE EIUS
HIC EST QUI SECUS VIAM SEMI
NATUS EST
QUI AUTEM SUPRA PETROSA
SEMINATUS EST
HIC EST QUI VERBUM AUDIT
ET CONTINUO CUM GAUDIO
ACCIPIT ILLUD
NON HABET AUTEM IN SE RADICE̅
SED EST TEMPORALIS
FACTA AUTEM TRIBULATIONE
ET PERSECUTIONE PROPTER
VERBUM
CONTINUO SCANDALIZATUR
QUI AUTEM EST SEMINATUS
IN SPINIS
HIC EST QUI VERBUM AUDIT
ET SOLLICITUDO SAECULI ISTIUS
ET FALLACIA DIVITIARUM
SUFFOCAT VERBUM
ET SINE FRUCTU EFFICITUR
QUI VERO IN TERRA BONA
SEMINATUS EST
HIC EST QUI AUDIT VERBUM
ET INTELLEGIT
ET FRUCTUM ADFERT
ET FACIT ALIUD QUIDEM CENTU̅
ALIUD AUTEM SEXAGINTA
XLVII PORRO ALIUD TRIGINTA
ALIAM PARABOLAM PROPOSUIT
ILLIS DICENS
SIMILE FACTUM EST REGNUM
CAELORUM HOMINI QUI SEMI
NAVIT BONUM SEMEN IN
AGRO SUO
CUM AUTEM DORMIRENT HOMI
NES VENIT INIMICUS EIUS
ET SUPERSEMINAVIT ZIZANIA
IN MEDIO TRITICI ET ABIIT
CUM AUTEM CREVISSET HERBA
ET FRUCTUM FECISSET
TUNC APPARUERUNT ET ZIZANIA
ACCEDENTES AUTEM SERVI PA
TRIS FAMILIAS DIXERUNT EI
DNE NONNE BONUM SEMEN
SEMINASTI IN AGRO TUO
UNDE ERGO HABET ZIZANIA
ET AIT ILLIS INIMICUS HOMO
HOC FECIT
SERVI AUTEM DIXERUNT EI
VIS IMUS ET COLLIGIMUS EA
ET AIT NON
NE FORTE COLLIGENTES ZIZANIA
ERADICETIS SIMUL ET TRITICUM
CUM EIS
SINITE UTRAQUE CRESCERE
USQUE AD MESSEM
ET IN TEMPORE MESSIS DICAM
MESSORIBUS
COLLIGITE PRIMUM ZIZANIA
ET ALLIGATE EA FASCICULOS
AD COMBURENDUM
TRITICUM AUTEM CONGREGA
TE IN HORREUM MEUM
ALIAM PARABOLAM PROPO
SUIT EIS DICENS

simile est regnum caelorum
grano sinapis
quod accipiens homo seminauit in agro suo
quod minimum quidem est
omnibus seminibus
cum autem creuerit maius
est omnibus holeribus
et fit arbor
ita ut uolucres caeli ueniant
et habitent in ramis eius
Aliam parabolam locutus
est eis dicens
simile est regnum caelo
rum fermento
quod acceptum mulier
abscondit in farinae
satis tribus
donec fermentatum est
totum
haec omnia locutus est
ihs in parabolis ad turbas
et sine parabolis non loque
batur eis
ut adimpleretur quod dic
tum erat per prophetam
dicentem
aperiam in parabolis os meum
eructabo abscondita acon
stitutione mundi
Tunc dimissis turbis uenit
in domum
et accesserunt ad eum disci
puli eius dicentes
dissere nobis parabolam
zizaniorum agri
qui respondens ait
qui seminat bonum semen
est filius hominis
ager autem est mundus
bonum uero semen hi sunt
filii regni
zizania autem filii sunt
nequam
inimicus autem qui seminauit
ea est diabolus
messis uero consummatio
saeculi est
messores autem angeli sunt
sicut ergo colliguntur ziza
nia et igni comburuntur
sic erit in consummatione saeculi
mittet filius hominis ange
los suos
et colligent de regno eius
omnia scandala
et eos qui faciunt iniquitatem
et mittent eos in caminum
ignis
ibi erit fletus et stridor
dentium
tunc iusti fulgebunt sicut
sol in regno patris sui
qui habet aures audiat
xlviii Simile est regnum caelorum
thesauro abscondito in agro
quem qui inuenit homo
abscondit
et prae gaudio illius uadit
et uendit uniuersa quae
habet et emit agrum illum
Iterum simile est regnum
caelorum homini negoti
atori
quaerenti bonas margaritas
inuenta autem una pretiosa
margarita
abiit et uendidit omnia quae
habuit et emit eam
Iterum simile est regnum
caelorum sagenae missae
in mare
et ex omni genere piscium
congreganti
quam cum impleta esset
educentes et secus litus
sedentes
elegerunt bonos in uasa

MALOS AUTEM FORAS MISERUNT
SIC ERIT IN CONSUMMATIONE SAECULI
EXIBUNT ANGELI ET SEPARABUNT
MALOS DE MEDIO IUSTORUM
ET MITTENT IGNIS IN CAMINUM
IGNIS IBI ERIT FLETUS ET STRI
DOR DENTIUM
INTELLEXISTIS HAEC OMNIA
DICUNT EI ETIAM
AIT ILLIS IDEO OMNIS SCRIBA
DOCTUS IN REGNO CAELORUM
SIMILIS EST HOMINI PATRI
FAMILIAS
QUI PROFERT DE THESAURO SUO
NOVA ET VETERA
ET FACTUM EST CUM CONSUM
MASSET IHS PARABOLAS ISTAS
XLIX TRANSIIT INDE
ET VENIENS IN PATRIAM SUAM
DOCEBAT EOS IN SYNAGOGIS EORUM
ITA UT MIRARENTUR ET DICERENT
UNDE HUIC SAPIENTIA HAEC
ET VIRTUS
NONNE HIC EST FABRI FILIUS
NONNE MATER EIUS DICITUR MARIA
ET FRATER EIUS IACOBUS ET IOSEPH
ET SIMON ET IUDAS
ET SORORES EIUS NONNE OMNES
APUD NOS SUNT
UNDE ERGO HUIC OMNIA ISTA
ET SCANDALIZABANTUR IN EO
IHS AUTEM DIXIT EIS
NON EST PROPHETA SINE HONORE
NISI IN PATRIA SUA
ET IN DOMO SUA
ET NON FECIT IBI VIRTUTES MULTAS
PROPTER INCREDULITATEM
L ILLORUM
IN ILLO TEMPORE AUDIIT HERODES
TETRARCHA FAMAM IHU
ET AIT PUERIS SUIS HIC EST IOHAN
NES BAPTISTA
IPSE SURREXIT A MORTUIS
ET IDEO VIRTUTES OPERANTUR IN EO

HERODES ENIM TENUIT IOHANNEM
ET ALLIGAVIT EUM
ET POSUIT IN CARCEREM
PROPTER HERODIADEM UXOREM
FRATRIS SUI
DICEBAT ENIM ILLI IOHANNES
NON LICET TIBI HABERE EAM
ET VOLENS ILLUM OCCIDERE
TIMUIT POPULUM
QUIA SICUT PROPHETAM EUM
HABEBANT
DIE AUTEM NATALIS HERODIS
SALTAVIT FILIA HERODIADIS
IN MEDIO ET PLACUIT HERODI
UNDE CUM IURAMENTO POLLI
CITUS EST EI DARE QUODCUM
QUE POSTULASSET AB EO
AT ILLA PRAEMONITA A MATRE SUA
DA MIHI INQUIT HIC IN DISCO
CAPUT IOHANNIS BAPTISTAE
ET CONTRISTATUS EST REX
PROPTER IURAMENTUM AUTEM
ET EOS QUI PARITER RECUM
BEBANT IUSSIT DARI
MISITQUE ET DECOLLAVIT
IOHANNEM IN CARCERE
ET ALLATUM EST CAPUT EIUS
IN DISCO
ET DATUM EST PUELLAE
ET TULIT MATRI SUAE
ET ACCEDENTES DISCIPULI EIUS
TULERUNT CORPUS
ET SEPELIERUNT ILLUD
ET VENIENTES NUNTIAVE
LI RUNT IHU
QUOD CUM AUDISSET IHS SECES
SIT INDE IN NAVICULA
IN LOCUM DESERTUM SEORSUM
ET CUM AUDISSENT TURBAE
SECUTAE SUNT EUM PEDESTRES
DE CIVITATIBUS
ET EXIENS VIDIT TURBAM MULTAM
ET MISERTUS EST EIUS
ET CURAVIT LANGUIDOS EORUM

UESPERE AUTEM FACTO ACCESSE
RUNT AD EUM DISCIPULI EIUS
DICENTES
DESERTUS EST LOCUS
ET HORA IAM PRAETERIIT
DIMITTE TURBAS
UT EUNTES IN CASTELLA
EMANT SIBI ESCAS
IHS AUTEM DIXIT EIS NON HABENT
NECESSE IRE
DATE ILLIS UOS MANDUCARE
RESPONDERUNT EI NON HABEMUS
HIC NISI QUINQUE PANES
ET DUOS PISCES
QUI AIT EIS AFFERTE ILLOS
MIHI HUC
ET CUM IUSSISSET TURBAM
DISCUMBERE SUPRA FAENUM
ACCEPTIS QUINQUE PANIBUS
ET DUOBUS PISCIBUS
ASPICIENS IN CAELUM BENEDIXIT
ET FREGIT
ET DEDIT DISCIPULIS PANES
DISCIPULI AUTEM TURBIS
ET MANDUCAUERUNT OMNES
ET SATURATI SUNT
ET TULERUNT RELIQUIAS DUO
DECIM COPHINOS FRAGMEN
TORUM PLENOS
MANDUCANTIUM AUTEM FUIT
NUMERUS QUINQUE MILIA
UIRORUM
EXCEPTIS MULIERIBUS
LII ET PARUULIS
ET STATIM IUSSIT DISCIPULOS
ASCENDERE IN NAUICULA
ET PRAECEDERE EUM TRANS
FRETUM DONEC DIMITTE
RET TURBAS
ET DIMISSA TURBA ASCENDIT
IN MONTEM SOLUS ORARE
UESPERE AUTEM FACTO
SOLUS ERAT IBI
NAUICULA AUTEM IN MEDIO
MARI IACTABATUR FLUCTIBUS
ERAT ENIM CONTRARIUS UENTUS
QUARTA AUTEM UIGILIA NOCTIS
UENIT AD EOS AMBULANS
SUPRA MARE
ET UIDENTES EUM SUPRA MARE
AMBULANTEM TURBATI SUNT
DICENTES QUIA PHANTASMA EST
ET PRAE TIMORE CLAMAUERUNT
STATIMQUE IHS LOCUTUS EST EIS
DICENS
HABETE FIDUCIAM EGO SUM
NOLITE TIMERE
RESPONDENS AUTEM PETRUS
DIXIT
DNE SI TU ES IUBE ME UENIRE
AD TE SUPER AQUAS
AT IPSE AIT UENI
ET DESCENDENS PETRUS DE NAUI
CULA AMBULABAT SUPER AQUAM
UT UENIRET AD IHM
UIDENS UERO UENTUM UALIDU
TIMUIT
ET CUM COEPISSET MERGERI
CLAMAUIT DICENS
DNE SALUUM ME FAC
ET CONTINUO IHS EXTENDENS
MANUM APPREHENDIT EUM
ET AIT ILLI MODICAE FIDEI
QUARE DUBITASTI
ET CUM ASCENDISSENT IN NAUICU
LAM CESSAUIT UENTUS
QUI AUTEM IN NAUICULA ERANT
UENERUNT ET ADORAUERUNT
EUM DICENTES UERE FILIUS DI ES
ET CUM TRANSFRETASSENT UENE
RUNT IN TERRAM GENNESAR
ET CUM COGNOUISSENT EUM
UIRI LOCI ILLIUS MISERUNT
IN UNIUERSAM REGIONEM ILLAM
ET OPTULERUNT EI OMNES
MALE HABENTES
ET ROGABANT EUM UT UEL FIM
BRIAM UESTIMENTI EIUS TANGE
RENT

et quicumque tetigerunt
LIII salui facti sunt
Tunc accesserunt ad eum ab hie
rosolymis scribae et phari
saei dicentes
quare discipuli tui transgredi
untur traditionem seniorum
non enim lauant manus suas
cum panem manducant
ipse autem respondens ait illis
quare et uos transgredimini
mandatum di propter
traditionem uestram
nam ds dixit honora patrem
tuum et matrem
et qui maledixerit patri uel
matri morte moriatur
uos autem dicitis quicumque
dixerit patri uel matri
munus quod cumque est
ex me tibi proderit
et non honorificauit patrem
suum aut matrem
et irritum fecistis mandatum
di propter traditionem
uestram
hypocritae bene prophetauit
de uobis esaias dicens
populus hic labiis me hono
rat cor autem eorum
longe est a me
sine causa autem colunt me
docentes doctrinas et man
data hominum
Et conuocatis ad se turbis
dixit eis
audite et intellegite
non quod intrat in os
coinquinat hominem
sed quod procedit ex ore
hoc coinquinat hominem
Tunc accedentes discipuli
eius dixerunt ei
scis quia pharisaei audito uerbo

scandalizati sunt
at ille respondens ait
omnis plantatio quam non
plantauit pater meus caele
stis eradicabitur
Sinite illos caeci sunt
duces caecorum
caecus autem si caeco ducatum
praestet ambo in foueam
cadunt
Respondens autem petrus
dixit ei edissere nobis
parabolam istam
at ille dixit adhuc et uos sine
intellectu estis
non intellegitis quia omne
quod in os intrat in uen
trem uadit
et in secessu emittitur
quae autem procedunt de ore
de corde exeunt et ea coin
quinant hominem
de corde enim exeunt cogita
tiones malae
homicidia adulteria
fornicationes furta
falsa testimonia blasphemiae
haec sunt quae coinquinant
hominem
non lotis autem manibus man
ducare non coinquinat
hominem
LIIII Et egressus inde ihs secessit
in partes tyri et sidonis
et ecce mulier chananaea
a finibus illis egressa
clamauit dicens
miserere mei dne fili dauid
filia mea male a daemonio
uexatur
qui non respondit ei uerbum
et accedentes discipuli eius
rogabant eum
dicentes dimitte eam

quia clamat post nos
Ipse autem respondens ait
non sum missus nisi ad oues
quae perierunt domus isrl
At illa uenit et adorauit eum
dicens dne adiuua me
qui respondens ait
non est bonum sumere panem
filiorum et mittere canib'
at illa dixit etiam dne
nam et catelli edunt de micis
quae cadunt de mensa domi
norum suorum
Tunc respondens ihs ait illi
o mulier magna est fides tua
fiat tibi sicut uis
et sanata est filia illius
LV ex illa hora
Et cum transisset inde ihs ue
nit secus mare galilaeae
et ascendens in montem
sedebat ibi
et accesserunt ad eum
turbae multae
habentes secum mutos clodos
caecos debiles et alios
multos
et proiecerunt eos ad pedes
eius et curauit eos
ita ut turbae mirarentur
uidentes mutos loquentes
clodos ambulantes
caecos uidentes
et magnificabant dm israhel
Ihs autem conuocatis discipu
lis suis dixit
misereor turbae
quia triduo iam perseuerant
mecum
et non habent quod manducent
et dimittere eos ieiunos nolo
ne deficiant in uia
et dicunt ei discipuli
unde ergo nobis in deserto
panes tantos
ut saturemus turbam tantam
et ait illis ihs quot panes
habetis
at illi dixerunt septem et pau
cos pisciculos
et praecepit turbae ut discum
beret super terram
et accipiens septem panes
et pisces
et gratias agens fregit
et dedit discipulis suis
et discipuli dederunt populo
et comederunt omnes
et saturati sunt
et quod superfuit de frag
mentis tulerunt septem
sportas plenas
erant autem qui manduca
uerant quattuor milia
hominum
extra paruulos et mulieres
et dimissa turba ascendit
in nauiculam
LVI et uenit in fines magedan
Et accesserunt ad eum phari
saei et sadducaei temtantes
et rogauerunt eum ut signu
de caelo ostenderet eis
At ille respondens ait eis
facto uespere dicitis
serenum erit
rubicundum est enim caelu
et mane hodie tempestas
rutilat enim triste caelum
faciem ergo caeli diiudicare
nostis
signa autem temporum
non potestis
Generatio mala et adultera
signum quaerit
et signum non dabitur ei
nisi signum ionae
et relictis illis abiit

LVII ET CUM UENISSENT DISCIPULI
EIUS TRANSFRETUM OBLITI
SUNT PANES ACCIPERE
QUI DIXIT ILLIS
INTUEMINI ET CAUETE A FERMEN
TO PHARISAEORUM ET SADDU
CAEORUM
AT ILLI COGITABANT INTER SE
DICENTES
QUIA PANES NON ACCEPIMUS
SCIENS AUTEM IHS DIXIT
QUID COGITATIS INTER UOS
MODICAE FIDEI QUIA PANES
NON HABETIS
NONDUM INTELLEGITIS NEQUE
RECORDAMINI QUINQUE PANUM
QUINQUE MILIA HOMINUM
ET QUOT COPHINOS SUMSISTIS
NEQUE SEPTEM PANUM
QUATTUOR MILIA HOMINUM
ET QUOT SPORTAS SUMSISTIS
QUARE NON INTELLEGITIS QUIA
NON DE PANE DIXI UOBIS
CAUETE A FERMENTO PHARISAE
ORUM ET SADDUCAEORUM
TUNC INTELLEXERUNT QUIA NON
DIXERIT CAUENDUM A FER
MENTO PANUM
SED A DOCTRINA PHARISAEORUM
ET SADDUCAEORUM
LVIII UENIT AUTEM IHS IN PARTES
CAESAREAE PHILIPPI
ET INTERROGABAT DISCIPULOS
SUOS DICENS
QUEM DICUNT HOMINES ESSE
FILIUM HOMINIS
AT ILLI DIXER UNT ALII
IOHANNEN BAPTISTAM
ALII AUTEM HELIAM
ALII UERO HIEREMIAM
AUT UNUM EX PROPHETIS
DICIT ILLIS UOS AUTEM QUEM
ME ESSE DICITIS
RESPONDENS SIMON PETRUS
DIXIT TU ES XPS FILIUS DI UIUI
RESPONDENS AUTEM IHS DIXIT
BEATUS ES SIMON BAR IONA
QUIA CARO ET SANGUIS NON REUE
LAUIT TIBI
SED PATER MEUS QUI IN CAELIS EST
ET EGO DICO TIBI QUIA TU ES PETRUS
ET SUPER HANC PETRAM AEDI
FICABO ECCLESIAM MEAM
ET PORTAE INFERI NON PRAEUA
LEBUNT ADUERSUM EAM
ET TIBI DABO CLAUES REGNI
CAELORUM
ET QUODCUMQUE LIGAUERIS
SUPER TERRAM
ERIT LIGATUM IN CAELIS
ET QUODCUMQUE SOLUERIS
SUPER TERRAM
ERIT SOLUTUM IN CAELIS
TUNC PRAECEPIT DISCIPULIS SUIS
UT NEMINI DICERENT QUIA
IPSE ESSET IHS XPS
LVIIII EXINDE COEPIT IHS OSTENDERE
DISCIPULIS SUIS QUIA OPOR
TERET EUM IRE HIEROSOLYMAM
ET MULTA PATI A SENIORIBUS
ET SCRIBIS ET PRINCIPIBUS
SACERDOTUM
ET OCCIDI ET TERTIA DIE RESURGERE
ET ADSUMENS EUM PETRUS
COEPIT INCREPARE ILLUM DICENS
ABSIT A TE DNE NON ERIT TIBI HOC
QUI CONUERSUS DIXIT PETRO
UADE POST ME SATANA
SCANDALUM ES MIHI QUIA NON
SAPIS EA QUAE DI SUNT SED EA
QUAE HOMINUM
TUNC IHS DIXIT DISCIPULIS SUIS
SI QUIS UULT POST ME UENIRE
ABNEGET SEMET IPSUM
ET TOLLAT CRUCEM SUAM
ET SEQUATUR ME
QUI ENIM UOLUERIT ANIMAM SUAM
SALUAM FACERE PERDET EAM

quia autem perdiderit animam
suam propter me inueniet
eam
quid enim prodest homini
si mundum uniuersum
lucretur
animae uero suae detrimen
tum patiatur
aut quam dabit homo com
mutationem pro anima sua
Filius enim hominis uentu
rus est in gloria patris sui
cum angelis suis
et tunc reddet unicuique
LX secundum opus eius
Amen dico uobis sunt quidam
de hic stantibus
qui non gustabunt mortem
donec uideant filium homi
nis uenientem in regno suo
Et post dies sex adsumsit ihs
petrum et iacobum et io
hannem fratrem eius
et ducit illos in montem
excelsum seorsum
et transfiguratus est ante eos
et resplenduit facies eius
sicut sol
uestimenta autem eius
facta sunt alba sicut nix
et ecce apparuit illis moses
et helias cum eo loquentes
respondens autem petrus
dixit ad ihm
dne bonum est nos hic esse
si uis faciamus hic tria taber
nacula
tibi unum et mosi unum
et heliae unum
adhuc eo loquente ecce nu
bis lucida obumbrauit eos
et ecce uox de nube dicens
hic est filius meus dilectus
in quo mihi bene complacuit
ipsum audite
et audientes discipuli ceci de
runt in faciem suam
et timuerunt ualde
et accessit ihs et tetigit eos
dixitque eis surgite et noli
te timere
leuantes autem oculos suos
neminem uiderunt nisi
solum ihm
et descendentibus illis de
monte praecepit ihs dicens
nemini dixeritis uisionem
donec filius hominis a mor
tuis resurgat
Et interrogauerunt eum
discipuli dicentes
quid ergo scribae dicunt
quod heliam oportet
primum uenire
at ille respondens ait
helias quidem uenturus est
et restituet omnia
dico autem uobis quia helias
iam uenit et non cognou
erunt eum
sed fecerunt in eo quaecumque
uoluerunt
sic et filius hominis passu
rus est ab eis
tunc intellexerunt discipuli
quia de iohanne baptista
LXI dixisset
Et cum uenisset ad turbam
accessit ad eum homo genib;
prouolut[illegible]is ante
eum dice[illegible]ns
dne miserere filii mei
quia lunaticus est et male
patitur
nam saepe cadit in ignem
et crebro in aquam
et optuli eum discipulis tuis
et non potuerunt curare eum

Respondens ihs ait · o generatio incredula et perversa
quo usque ero vobiscum
usquequo patiar vos
afferte huc illum ad me
et increpavit eum ihs
et exiit ab eo daemonium
et curatus est puer ex illa hora
Tunc accesserunt discipuli ad ihm secreto et dixerunt
quare nos non potuimus eicere illum
dicit illis propter incredulitatem vestram
amen quippe dico vobis
si habueritis fidem sicut granum sinapis
dicetis monti huic transi hinc et transibit
et nihil inpossibile erit vobis
hoc autem genus non eicitur nisi per orationem et ieiunium
Conversantibus autem eis in galilaea dixit illis ihs
filius hominis tradendus est in manus hominum
et occident eum
et tertio die resurget
LXII et contristati sunt vehementer
Et cum venissent capharnaum
accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum et dixerunt
magister vester non solvit didragma ait etiam
et cum intrasset domum praevenit eum ihs dicens
quid tibi videtur simon
reges terrae a quibus accipiunt tributum vel censum
a filiis suis an ab alienis
et ille dixit ab alienis
dixit illi ihs ergo liberi sunt filii
ut autem non scandalizemus eos
vade ad mare et mitte hamum
et eum piscem qui primus ascenderit tolle
et aperto ore eius invenies staterem
illum sumens da eis pro me et te
In illa hora accesserunt discipuli ad ihm dicentes
quis putas maior est in regno caelorum
et advocans ihs parvulum statuit eum in medio eorum et dixit
amen dico vobis nisi conversi fueritis
et efficiamini sicut parvuli
non intrabitis in regno caelorum
quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste
hic est maior in regno caelorum
et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo me suscipit
Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt
expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius
et demergatur in profundum maris
vae mundo ab scandalis
necesse est enim ut veniant scandala
verum tamen vae homini per quem scandalum venit
Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te abscide eum et proice abs te
bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel clodum
quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum

ETSI OCULUS TUUS SCANDALIZAT TE
ERUE EUM ET PROICE ABS TE
BONUM TIBI EST UNO OCULO
IN UITAM INTRARE
QUAM DUOS OCULOS HABENTEM
MITTI IN GEHENNAM IGNIS
UIDETE NE CONTEMNATIS UNUM
EX HIS PUSILLIS
DICO ENIM UOBIS QUIA ANGELI
EORUM IN CAELIS SEMPER
UIDENT FACIEM PATRIS MEI
QUI IN CAELIS EST
UENIT ENIM FILIUS HOMINIS
LXIII SALUARE QUOD PERIERAT
QUID UOBIS UIDETUR SI FUERINT
ALICUI CENTUM OUES
ET ERRAUERIT UNA EX EIS
NONNE RELINQUET NONAGINTA
NOUEM IN MONTIBUS
ET UADIT QUAERERE EAM QUAE
ERRAUIT
ET SI CONTIGERIT UT INUENIAT EAM
AMEN DICO UOBIS QUIA GAUDE
BIT SUPER EA MAGIS QUAM
SUPER NONAGINTA NOUEM
QUAE NON ERRAUERUNT
SIC NON EST UOLUNTAS ANTE PA
TREM UESTRUM QUI IN CAE
LIS EST UT PEREAT UNUS
DE PUSILLIS ISTIS
SI AUTEM PECCAUERIT IN TE
FRATER TUUS
UADE ET CORRIPE EUM INTER
TE ET IPSUM SOLUM
SI TE AUDIERIT LUCRATUS ERIS
FRATREM TUUM
SI AUTEM NON TE AUDIERIT
ADHIBE TECUM ADHUC UNUM
UEL DUOS
UT IN ORE DUORUM TESTIUM
UEL TRIUM STET OMNE UERBUM
QUOD SI NON AUDIERIT EOS
DIC ECCLESIAE
SI AUTEM ET ECCLESIAM NON AU

DIERIT SIT TIBI SICUT ETHNICUS
ET PUBLICANUS
AMEN DICO UOBIS QUAECUMQUE
ALLIGAUERITIS SUPER TERRAM
ERUNT LIGATA ET IN CAELO
ET QUAECUMQUE SOLUERITIS
SUPER TERRAM ERUNT SO
LUTA ET IN CAELO
ITERUM DICO UOBIS QUIA SI DUO
EX UOBIS CONSENSERINT
SUPER TERRAM
DE OMNI RE QUAECUMQUE
PETIERINT FIET ILLIS
A PATRE MEO QUI IN CAELIS EST
UBI ENIM SUNT DUO UEL TRES
CONGREGATI IN NOMINE MEO
IBI SUM IN MEDIO EORUM
TUNC ACCEDENS PETRUS AD EUM
DIXIT
DNE QUOTIES PECCABIT IN ME
FRATER MEUS ET DIMITTAM EI
USQUE SEPTIES
DICIT ILLI IHS NON DICO TIBI USQ
SEPTIES SED USQUE SEPTUA
GIES SEPTIES
IDEO ADSIMILATUM EST REGNUM
CAELORUM HOMINI REGI
QUI UOLUIT RATIONEM PONERE
CUM SERUIS SUIS
ET CUM COEPISSET RATIONEM
PONERE
OBLATUS EST EI UNUS QUI DEBE
BAT DECEM MILIA TALENTA
CUM AUTEM NON HABERET
UNDE REDDERET
IUSSIT EUM DOMINUS UENUN
DARI
ET UXOREM EIUS ET FILIOS
ET OMNIA QUAE HABEBAT
ET REDDI DEBITUM
PROCEDENS AUTEM SERUUS ILLE
ORABAT EUM DICENS
PATIENTIAM HABE IN ME
ET OMNIA REDDAM TIBI

MISERTUS AUTEM DOMINUS SERUI
ILLIUS DIMISIT EUM ET DEBITŪ
DIMISIT EI
EGRESSUS AUTEM SERUUS ILLE
INUENIT UNUM DE CONSERUIS
SUIS QUI DEBEBAT EI CENTUM
DENARIOS
ET TENENS SUFFOCABAT EUM
DICENS REDDE QUOD DEBES
ET PROCIDENS CONSERUUS EIUS
ROGABAT EUM DICENS
PATIENTIAM HABE IN ME
ET OMNIA REDDAM TIBI
ILLE AUTEM NOLUIT
SED ABIIT ET MISIT EUM IN CAR
CEREM DONEC REDDERET
DEBITUM
UIDENTES AUTEM CONSERUI
EIUS QUAE FIEBANT CONTRI
STATI SUNT UALDE
ET UENERUNT ET NARRAUERUNT
DOMINO SUO OMNIA QUAE
FACTA ERANT
TUNC UOCAUIT ILLUM DOMINUS
SUUS ET AIT ILLI
SERUE NEQUAM OMNE DEBITŪ
DIMISI TIBI QUONIAM ROGA
STI ME
NON ERGO OPORTUIT ET TE
MISERERI CONSERUI TUI
SICUT ET EGO TUI MISERTUS SŪ
ET IRATUS DOMINUS EIUS TRADI
DIT EUM TORTORIBUS
QUOADUSQUE REDDERET
UNIUERSUM DEBITUM
SIC ET PATER MEUS CAELESTIS
FACIET UOBIS
SI NON REMISERITIS UNUSQUISQ·
FRATRI SUO DE CORDIB· UESTRIS
ET FACTUM EST CUM CONSUM
MASSET IHS SERMONES ISTOS
MIGRAUIT A GALILAEA
LXIII ET UENIT IN FINES IUDAEAE
TRANS IORDANEN

ET SECUTAE SUNT EUM TURBAE
MULTAE ET CURAUIT EOS IBI
ET ACCESSERUNT AD EUM PHARI
SAEI TEMTANTES EUM ET DICENTES
SI LICET HOMINI DIMITTERE
UXOREM SUAM QUACUMQUE
EX CAUSA
QUI RESPONDENS AIT EIS
NON LEGISTIS QUIA QUI FECIT AB
INITIO MASCULUM ET FEMI
NAM FECIT EOS
ET DIXIT PROPTER HOC DIMIT
TIT HOMO PATREM ET MATRĒ
ET ADHEREBIT UXORI SUAE
ET ERUNT DUO IN CARNE UNA
ITAQUE IAM NON SUNT DUO
SED UNA CARO
QUOD ERGO DS CONIUNXIT
HOMO NON SEPARET
DICUNT ILLI QUID ERGO MOSES
MANDAUIT DARI LIBELLUM
REPUDII ET DIMITTERE
AIT ILLIS QUONIAM MOSES
AD DURITIAM CORDIS UESTRI
PERMISIT UOBIS DIMITTERE
UXORES UESTRAS
AB INITIO AUTEM NON SIC FUIT
DICO AUTEM UOBIS QUIA QUI
CUMQUE DIMISERIT UXORĒ
SUAM NISI OB FORNICATIONĒ
ET ALIAM DUXERIT MOECHATUR
ET QUI DIMISSAM DUXERIT
MOECHATUR
DICUNT EI DISCIPULI EIUS
SI ITA EST CAUSA HOMINI CUM
MULIERE NON EXPEDIT
NUBERE
QUI DIXIT NON OMNES CAPIUNT
UERBUM ISTUD SED QUIB·
DATUM EST
SUNT ENIM EUNUCHI QUI DE
MATRIS UTERO SIC NATI SUNT
ET SUNT EUNUCHI QUI FACTI SUNT
AB HOMINIBUS

ET SUNT EUNUCHI QUI SE IPSOS
CASTRAUERUNT PROPTER
REGNUM CAELORUM
LXV QUI POTEST CAPERE CAPIAT
TUNC OBLATI SUNT EI PARUULI
UT MANUS EIS IMPONERET
ET ORARET
DISCIPULI AUTEM INCREPA
BANT EOS
IHS UERO AIT EIS SINITE PARUULOS
ET NOLITE EOS PROHIBERE
AD ME UENIRE
TALIUM EST ENIM REGNUM
CAELORUM
ET CUM INPOSUISSET EIS
LXVI MANUS ABIIT INDE
ET ECCE UNUS ACCEDENS AIT ILLI
MAGISTER BONE QUID BONI
FACIAM UT HABEAM UITAM
AETERNAM · QUI DIXIT EI
QUID ME INTERROGAS DE BONO
UNUS EST BONUS DS
SI AUTEM UIS AD UITAM INGREDI
SERUA MANDATA
DICIT ILLI QUAE
IHS AUTEM DIXIT
NON HOMICIDIUM FACIES
NON ADULTERABIS
NON FACIES FURTUM
NON FALSUM TESTIMONIUM DICES
HONORA PATREM ET MATREM
ET DILIGES PROXIMUM TUUM
SICUT TE IPSUM
DICIT ILLI ADULESCENS
OMNIA HAEC CUSTODIUI
QUID ADHUC MIHI DEEST
AIT ILLI IHS SI UIS PERFECTUS ESSE
UADE UENDE QUAE HABES
ET DA PAUPERIBUS
ET HABEBIS THESAURUM IN CAELO
ET UENI SEQUERE ME
CUM AUDISSET AUTEM ADOLE
SCENS UERBUM ABIIT TRISTIS
ERAT ENIM HABENS MULTAS
POSSESSIONES
IHS AUTEM DIXIT DISCIPULIS SUIS
AMEN DICO UOBIS QUIA DIUES
DIFFICILE INTRABIT IN REGNO
CAELORUM
ET ITERUM DICO UOBIS
FACILIUS EST CAMELUM PER FO
RAMEN ACUS TRANSIRE
QUAM DIUITEM INTRARE
IN REGNUM CAELORUM
AUDITIS AUTEM HIS DISCIPULI
MIRABANTUR DICENTES ualde
QUIS ERGO POTERIT SALUUS ESSE
ASPICIENS AUTEM IHS DIXIT ILLIS
APUD HOMINES HOC INPOSSIBI
LE EST
APUD DM AUTEM OMNIA
POSSIBILIA SUNT
TUNC RESPONDENS PETRUS DIXIT EI
ECCE NOS RELIQUIMUS OMNIA
ET SECUTI SUMUS TE
QUID ERGO ERIT NOBIS
IHS AUTEM DIXIT ILLIS
AMEN DICO UOBIS QUOD UOS QUI
SECUTI ESTIS ME
IN REGENERATIONE CUM SEDERIT
FILIUS HOMINIS IN SEDE MAIE
STATIS SUAE
SEDEBITIS ET UOS SUPER SEDES
DUODECIM
IUDICANTES DUODECIM TRIBUS ISRL
ET OMNIS QUI RELIQUIT DOMUM
UEL FRATRES AUT SORORES
AUT PATREM AUT MATREM
AUT UXOREM AUT FILIOS
AUT AGROS PROPTER NOMEN MEUM
CENTUPLUM ACCIPIET
ET UITAM AETERNAM POSSIDEBIT
MULTI AUTEM ERUNT
PRIMI NOUISSIMI
LXVII ET NOUISSIMI PRIMI
SIMILE EST ENIM REGNUM CAE
LORUM HOMINI PATRI FAMILIAS
QUI EXIIT PRIMO MANE CONDUCERE

OPERARIOS IN UINEAM SUAM
CONUENTIONE AUTEM FACTA
CUM OPERARIIS
EX DENARIO DIURNO
MISIT EOS IN UINEAM
ET EGRESSUS CIRCA HORAM TERTIAM
UIDIT ALIOS STANTES IN FORO
OTIOSOS
ET ILLIS DIXIT ITE ET UOS IN UINEAM
ET QUOD IUSTUM FUERIT DABO
UOBIS
ILLI AUTEM ABIERUNT
ITERUM AUTEM EXIIT CIRCA
SEXTAM ET NONAM HORAM
ET FECIT SIMILITER
CIRCA UNDECIMAM UERO EXIIT
ET INUENIT ALIOS STANTES
ET DICIT ILLIS QUID HIC STATIS
TOTA DIE OTIOSI
DICUNT EI QUIA NEMO NOS
CONDUXIT
DICIT ILLIS ITE ET UOS IN UINEAM
CUM SERO AUTEM FACTUM ESSET
DICIT DNS UINEAE PROCURATORI
SUO
UOCA OPERARIOS
ET REDDE ILLIS MERCEDEM
INCIPIENS A NOUISSIMIS USQUE
AD PRIMOS
CUM UENISSENT ERGO QUI CIRCA
UNDECIMAM HORAM
UENERANT
ACCEPERUNT SINGULOS DENARIOS
UENIENTES AUTEM ET PRIMI
ARBITRATI SUNT QUOD PLUS
ESSENT ACCEPTURI
ACCEPERUNT AUTEM ET IPSI
SINGULOS DENARIOS
ET ACCIPIENTES MURMURABANT
ADUERSUS PATREM FAMILIAS
DICENTES
HI NOUISSIMI UNA HORA FECERUNT
ET PARES ILLOS NOBIS FECISTI
QUI PORTAUIMUS PONDUS

DIEI ET AESTUS
AT ILLE RESPONDENS UNI EORUM
DIXIT
AMICE NON FACIO TIBI INIURIAM
NONNE EX DENARIO CONUENI
STI MECUM
TOLLE QUOD TUUM EST ET UADE
UOLO AUTEM ET HUIC NOUISSIMO
DARE SICUT ET TIBI
AUT NON LICET MIHI QUOD
UOLO FACERE
AN OCULUS TUUS NEQUAM EST
QUIA EGO BONUS SUM
SIC ERUNT NOUISSIMI PRIMI
ET PRIMI NOUISSIMI
MULTI SUNT ENIM UOCATI
LXVIII PAUCI AUTEM ELECTI
CCI CXII CCXVIII ET ASCENDENS IHS HIEROSOLYMIS
ASSUMSIT DUODECIM DISCI
PULOS SECRETO ET AIT ILLIS
ECCE ASCENDIMUS HIEROSOLYMAM
ET FILIUS HOMINIS TRADETUR
PRINCIPIBUS SACERDOTUM
ET SCRIBIS
ET CONDEMNABUNT EUM MORTE
ET TRADENT EUM GENTIBUS
AD DELUDENDUM
ET FLAGELLANDUM ET CRUCIFIGENDUM
ET TERTIA DIE RESURGET
CCII VI CCXIII TUNC ACCESSIT AD EUM MATER
FILIORUM ZEBEDAEI CUM FI
LIIS SUIS
ADORANS ET PETENS ALIQUID AB EO
QUI DIXIT EI QUID UIS
AIT ILLI DIC UT SEDEANT HI DUO
FILII MEI UNUS AD DEXTERAM TUAM
ET UNUS AD SINISTRAM IN REGNO TUO
RESPONDENS AUTEM IHS DIXIT
NESCITIS QUID PETATIS
POTESTIS BIBERE CALICEM
QUEM EGO BIBITURUS SUM
DICUNT POSSUMUS
AIT ILLIS CALICEM QUIDEM
MEUM BIBETIS

SEDERE AUTEM ADDEXTERAM
MEAM ETSINISTRAM
NONESTMEUM DAREUOBIS
SED QUIBUS PARATUM EST
A PATREMEO
ETAUDIENTES DECEM INDIGNA
TI SUNT DEDUOBUS FRATRIBUS
IHS AUTEM UOCAUITEOS ADSE
ET AIT
SCITIS QUIA PRINCIPES GENTIUM
DOMINANTUR EORUM
ET QUI MAIORES SUNT POTESTATE̅
EXERCENT IN EOS
NON ITA ERIT INTER UOS
SED QUICUMQUE UOLUERIT
INTER UOS MAIOR FIERI
SIT UESTER MINISTER
ET QUI UOLUERIT INTER UOS
PRIMUS ESSE
ERIT UESTER SERUUS
SICUT FILIUS HOMINIS NON UENIT
MINISTRARI SED MINISTRARE
ET DARE ANIMAM SUAM REDEM
LXVIIII TIONEM PRO MULTIS
ET EGREDIENTIBUS ILLIS AB HIERICHO
SECUTA EST EUM TURBA MULTA
ET ECCE DUO CAECI SEDENTES
SECUS UIAM
AUDIERUNT QUIA IHS TRANSIRET
ET CLAMAUERUNT DICENTES
DNE MISERERE NOSTRI FILI DAUID
TURBA AUTEM INCREPABAT EOS
UT TACERENT
AT ILLI MAGIS CLAMABANT DICEN
TES DNE MISERERE NOSTRI
FILI DAUID
ET STETIT IHS ET UOCAUIT EOS
ET AIT QUID UULTIS UT FACIAM
UOBIS
DICUNT ILLI DNE UT APERIAN
TUR OCULI NOSTRI
MISERTUS AUTEM EORUM IHS
TETIGIT OCULOS EORUM
ET CONFESTIM UIDERUNT

LXX ET SECUTI SUNT EUM
ET CUM APPROPINQUASSENT
HIEROSOLYMIS
ET UENISSENT BETHFAGE AD MON
TEM OLIUETI
TUNC IHS MISIT DUOS DISCIPU
LOS DICENS EIS
ITE IN CASTELLUM QUOD CON
TRA UOS EST
ET STATIM INUENIETIS ASINAM
ALLIGATAM ET PULLUM CUM EA
SOLUITE ET ADDUCITE MIHI
ET SI QUIS UOBIS ALIQUID DIXERIT
DICITE QUIA DNS HIS OPUS HABET
ET CONFESTIM DIMITTET EOS
HOC AUTEM FACTUM EST
UT IMPLERETUR QUOD DICTUM
EST PER PROPHETAM DICENTE̅
DICITE FILIAE SION
ECCE REX TUUS UENIT TIBI
MANSUETUS
ET SEDENS SUPER ASINAM ET
PULLUM SUBIUGALIS *filium*
EUNTES AUTEM DISCIPULI FECE
RUNT SICUT PRAECEPIT ILLIS IHS
ET ADDUXERUNT ASINAM
ET PULLUM
ET INPOSUERUNT SUPER EIS
UESTIMENTA SUA
ET EUM DESUPER SEDERE
FECERUNT
PLURIMA AUTEM TURBA STRA
UERUNT UESTIMENTA SUA
IN UIA
ALII AUTEM CAEDEBANT RAMOS
DE ARBORIBUS
ET STERNEBANT IN UIA
TURBAE AUTEM QUAE PRAECE
DEBANT ET QUAE SEQUEBANTUR
CLAMABANT DICENTES
OSANNA FILIO DAUID
BENEDICTUS QUI UENTURUS
EST IN NOMINE DNI
OSANNA IN ALTISSIMIS

ET CUM INTRASSET HIEROSOLYMAM
COMMOTA EST UNIUERSA CIUI
TAS DICENS QUIS EST HIC
POPULUS AUTEM DICEBAT
HIC EST IHS PROPHETA
A NAZARETH GALILAEAE
ET INTRAUIT IHS IN TEMPLUM DI
ET EICIEBAT OMNES UENDENTES
ET EMENTES IN TEMPLO
ET MENSAS NUMMULARIORUM
ET CATHEDRAS UENDENTIUM
COLUMBAS EUERTIT
ET DICIT EIS SCRIPTUM EST
DOMUS MEA DOMUS ORATIO
NIS UOCABITUR
UOS AUTEM FECISTIS ILLAM
SPELUNCAM LATRONUM
ET ACCESSERUNT AD EUM CAECI
ET CLAUDI IN TEMPLO ET SA
NAUIT EOS
UIDENTES AUTEM PRINCIPES
SACERDOTUM ET SCRIBAE
MIRABILIA QUAE FECIT
ET PUEROS CLAMANTES IN TEMPLO
ET DICENTES OSANNA FILIO DAUID
INDIGNATI SUNT ET DIXERUNT EI
AUDIS QUID ISTI DICANT
IHS AUTEM DICIT EIS
UTIQUE · NUMQUAM LEGISTIS
QUIA EX ORE INFANTIUM
ET LACTANTIUM PERFECI
LXXI STI LAUDEM
ET RELICTIS ILLIS ABIIT FORAS
EXTRA CIUITATEM IN BETHANIAM
IBIQUE MANSIT
MANE AUTEM REUERTENS
IN CIUITATEM ESURIIT
ET UIDENS FICI ARBOREM UNAM
SECUS UIAM
UENIT AD EAM
ET NIHIL INUENIT IN EA
NISI FOLIA TANTUM
ET AIT ILLI NUMQUAM EX TE
FRUCTUS NASCATUR IN SEMPI
TERNUM

ET AREFACTA EST CONTINUO
FICULNEA
ET UIDENTES DISCIPULI
MIRATI SUNT DICENTES
QUOMODO CONTINUO ARUIT
RESPONDENS AUTEM IHS AIT EIS
AMEN DICO UOBIS SI HABUERITIS
FIDEM ET NON HAESITAUERITIS
NON SOLUM DE FICULNEA FACIETIS
SED ET SI MONTI HUIC DIXERITIS
TOLLE ET IACTA TE IN MARE FIET
ET OMNIA QUAECUMQUE PETIE
RITIS IN ORATIONE CREDEN
LXXII TES ACCIPIETIS
ET CUM UENISSET IN TEMPLUM
ACCESSERUNT AD EUM DOCENTEM
PRINCIPES SACERDOTUM ET SE
NIORES POPULI DICENTES
IN QUA POTESTATE HAEC FACIS
ET QUIS TIBI DEDIT HANC POTE
STATEM
RESPONDENS IHS DIXIT ILLIS
INTERROGABO UOS ET EGO
UNUM SERMONEM
QUEM SI DIXERITIS MIHI
ET EGO UOBIS DICAM IN QUA
POTESTATE HAEC FACIO
BAPTISMUM IOHANNIS UNDE ERAT
E CAELO AN EX HOMINIBUS
AT ILLI COGITABANT INTER SE
DICENTES
SI DIXERIMUS E CAELO
DICET NOBIS QUARE ERGO NON
CREDIDISTIS ILLI
SI AUTEM DIXERIMUS EX HO
MINIBUS
TIMEMUS TURBAM
OMNES ENIM HABENT IOHAN
NEN SICUT PROPHETAM
ET RESPONDENTES IHU DIXE
RUNT NESCIMUS
AIT ILLIS ET IPSE
NEC EGO DICO UOBIS IN QUA
POTESTATE HAEC FACIAM

QUID AUTEM UOBIS UIDETUR
HOMO HABEBAT DUOS FILIOS
ET ACCEDENS AD PRIMUM DIXIT
FILI UADE HODIE OPERARE
IN UINEA MEA
ILLE AUTEM RESPONDENS AIT NOLO
POSTEA AUTEM PAENITENTIA
MOTUS ABIIT
ACCEDENS AUTEM AD ALTERUM
DIXIT SIMILITER
AT ILLE RESPONDENS AIT
EO DOMINE ET NON IBIT
QUIS EX DUOBUS FECIT UOLUN
TATEM PATRIS
DICUNT NOUISSIMUS
DICIT ILLIS IHS AMEN DICO UOBIS
QUIA PUBLICANI ET MERETRICES
PRAECEDENT UOS IN REGNO DI
UENIT ENIM AD UOS IOHANNES
IN UIA IUSTITIAE
ET NON CREDIDISTIS EI
PUBLICANI AUTEM ET MERETRI
CES CREDIDERUNT EI
UOS AUTEM UIDENTES NEC PAE
NITENTIAM HABUISTIS POSTEA
LXXIII UT CREDERETIS EI
ALIAM PARABOLAM AUDITE
HOMO ERAT PATER FAMILIAS
QUI PLANTAUIT UINEAM
ET SAEPE CIRCUMDEDIT EI
ET FODIT IN EA TORCULAR
ET AEDIFICAUIT TURREM
ET LOCAUIT EAM AGRICOLIS
ET PEREGRE PROFECTUS EST
CUM AUTEM TEMPUS FRUCTUUM
APPROPINQUASSET
MISIT SERUOS SUOS AD AGRICOLAS
UT ACCIPERENT FRUCTUS EIUS
ET AGRICOLAE ADPREHENSIS
SERUIS EIUS
ALIUM CAE[ ]DERUNT
ALIUM OCCIDERUNT
ALIUM UERO LAPIDAUERUNT
ITERUM MISIT ALIOS SERUOS
PLURES PRIORIBUS
ET FECERUNT ILLIS SIMILITER
NOUISSIME AUTEM MISIT
AD EOS FILIUM SUUM DICENS
UEREBUNTUR FILIUM MEUM
AGRICOLAE AUTEM UIDENTES
FILIUM DIXERUNT INTRA SE
HIC EST HERES
UENITE OCCIDAMUS EUM
ET HABEBIMUS HEREDITATEM EIUS
ET APPREHENSUM EUM EIECE
RUNT EXTRA UINEAM ET OCCI
DERUNT
CUM ERGO UENERIT DOMINUS
UINEAE
QUID FACIET AGRICOLIS ILLIS
AIUNT ILLI MALOS MALE PERDET
ET UINEAM LOCABIT ALIIS AGRICOLIS
QUI REDDANT EI FRUCTUM
TEMPORIBUS SUIS
DICIT ILLIS IHS NUMQUAM
LEGISTIS IN SCRIPTURIS
LAPIDEM QUEM REPROBAUE
RUNT AEDIFICANTES HIC FAC
TUS EST IN CAPUT ANGULI
A DNO FACTUM EST ISTUD
ET EST MIRABILE IN OCULIS
NOSTRIS
IDEO DICO UOBIS QUIA AUFERE
TUR A UOBIS REGNUM DI
ET DABITUR GENTI FACIENTI
FRUCTUS EIUS
ET QUI CECIDERIT SUPER LAPI
DEM ISTUM CONFRINGETUR
SUPER QUEM UERO CECIDERIT
CONTERET EUM
ET CUM AUDISSENT PRINCIPES
SACERDOTUM ET PHARISAEI
PARABOLAS EIUS
COGNOUERUNT QUOD DE IPSIS
DICERET
ET QUAERENTES EUM TENERE
TIMUERUNT TURBAS
QUONIAM SICUT PROPHETAM

LXXIII EUM HABEBANT
ET RESPONDENS IHS DIXIT ITERUM
IN PARABOLIS EIS DICENS
SIMILE FACTUM EST REGNUM
CAELORUM HOMINI REGI
QUI FECIT NUPTIAS FILIO SUO
ET MISIT SERVOS SUOS VOCARE
INVITATOS AD NUPTIAS
ET NOLEBANT VENIRE
ITERUM MISIT ALIOS SERVOS DICENS
DICITE INVITATIS ECCE PRANDIUM
MEUM PARAVI
TAURI MEI ET ALTILIA OCCISA
ET OMNIA PARATA VENITE
AD NUPTIAS
ILLI AUTEM NEGLEXERUNT
ET ABIERUNT ALIUS IN VILLAM SUAM
ALIUS VERO AD NEGOTIATIONEM
SUAM
RELIQUI VERO TENUERUNT
SERVOS EIUS
ET CONTUMELIA ADFECTOS
OCCIDERUNT
REX AUTEM CUM AUDISSET
IRATUS EST
ET MISSIS EXERCITIBUS SUIS
PERDIDIT HOMICIDAS ILLOS
ET CIVITATEM ILLORUM SUC
CENDIT
TUNC AIT SERVIS SUIS NUPTIAE
QUIDEM PARATAE SUNT
SED QUI INVITATI ERANT NON
FUERUNT DIGNI
ITE ERGO AD EXITUS VIARUM
ET QUOSCUMQUE INVENERI
TIS VOCATE AD NUPTIAS
ET EGRESSI SERVI EIUS IN VIAS
CONGREGAVERUNT OMNES
QUOS INVENERUNT MALOS
ET BONOS
ET IMPLETAE SUNT NUPTIAE
DISCUMBENTIUM
INTRAVIT AUTEM REX UT VIDE
RET DISCUMBENTES
ET VIDIT IBI HOMINEM NON VE
STITUM VESTE NUPTIALI
ET AIT ILLI AMICE QUOMODO HUC
INTRASTI NON HABENS VESTEM
NUPTIALEM
AT ILLE OBMUTUIT
TUNC DIXIT REX MINISTRIS
LIGATIS PEDIBUS EIUS ET MANIBUS
MITTITE EUM IN TENEBRAS
EXTERIORES
IBI ERIT FLETUS ET STRIDOR
DENTIUM
MULTI AUTEM SUNT VOCATI
LXXV PAUCI VERO ELECTI
TUNC ABEUNTES PHARISAEI
CONSILIUM INIERUNT UT CAPE
RENT EUM IN SERMONE
ET MITTUNT EI DISCIPULOS SUOS
CUM HERODIANIS DICENTES
MAGISTER SCIMUS QUIA VERAX ES
ET VIAM DI IN VERITATE DOCES
ET NON EST TIBI CURA DE ALIQUO
NON ENIM RESPICIS PERSONAM
HOMINUM
DIC ERGO NOBIS QUID TIBI
VIDETUR
LICET CENSUM DARI CAESARI
AN NON
COGNITA AUTEM IHS NEQUITIA
EORUM AIT
QUID ME TEMTATIS HYPOCRITAE
OSTENDITE MIHI NOMISMA CENSUS
AT ILLI OPTULERUNT EI DENARIUM
ET AIT ILLIS IHS
CUIUS EST IMAGO HAEC ET SU
PRASCRIPTIO
DICUNT EI CAESARIS
TUNC AIT ILLIS REDDITE ERGO
QUAE SUNT CAESARIS CAESARI
ET QUAE SUNT DI DO
ET AUDIENTES MIRATI SUNT
ET RELICTO EO ABIERUNT
LXXVI IN ILLO DIE ACCESSERUNT AD EUM
SADDUCAEI

qui dicunt non esse resurrec
tionem
et interrogauerunt eum
dicentes
magister moses dixit si quis
mortuus fuerit non ha
bens filium
ut ducat frater eius
uxorem illius
et suscitet semen fratri suo
erant autem apud nos septe̅
fratres
et primus uxore ducta
defunctus est
et non habens semen
reliquit uxorem suam
fratri suo
similiter secundus et tertius
usque ad septimum
nouissime autem omnium
et mulier defuncta est
in resurrectione ergo cuius
erit de septem uxor
omnes enim habuerunt eam
respondens autem ihs ait
illis erratis
nescientes scripturas
neque uirtutem di
in resurrectione enim neque
nubent neque nubentur
sed sunt sicut angeli di in caelo
de resurrectione autem mor
tuorum non legistis
quod dictum est a do dicente
uobis
ego sum ds abraham et ds
isaac et ds iacob
non est ds mortuorum
sed uiuentium
et audientes turbae mira
bantur in doctrina eius
pharisaei autem audientes
quod silentium inposu
isset sadducaeis

conuenerunt in unum
LXXVI et interrogauit eum unus ex
eis legis doctor temtans eu̅
magister quod est mandatu̅
magnum in lege
ait illi ihs
diliges dnm dm tuum ex to
to corde tuo
et ex tota anima tua
et in tota mente tua
hoc est enim maximum et pri
mum mandatum
secundum autem simile est huic
diliges proximum tuum
sicut te ipsum
in his duobus mandatis unider
LXXVII sa lex pendet et prophetae
Congregatis autem phari
saeis interrogauit eos ihs
dicens
quid uobis uidetur de xpo
cuius filius est
dicunt ei dauid
ait illis quomodo ergo dauid
in spu uocat eum dnm dicens
dixit dns dno meo sede a dex
tris meis donec ponam
inimicos tuos scabillum
pedum tuorum
Si ergo dauid uocat eum dnm
quomodo filius eius est
et nemo poterat responde
re ei uerbum
neque ausus fuit quisquam
ex illa die eum amplius inter
LXXVIII rogare
Tunc ihs locutus est ad tur
bas et ad discipulos suos dicens
super cathedram mosi sede
runt scribae et pharisaei
omnia ergo quae cumque
dixerint uobis seruate
et facite
secundum opera uero eoru̅

NOLITE FACERE
DICUNT ENIM ET NON FACIUNT
ALLIGANT AUTEM ONERA GRAUIA
ET INPORTABILIA ET INPONUNT
IN UMEROS HOMINUM
DIGITO AUTEM SUO NOLUNT EA
MOUERE
OMNIA UERO OPERA SUA FACIUNT
UT UIDEANTUR AB HOMINIBUS
DILATANT ENIM PHILACTERIA SUA
ET MAGNIFICANT FIMBRIAS
AMANT ENIM PRIMOS RECUBI
TUS IN CAENIS
ET PRIMAS CATHEDRAS IN SYNAGOGIS
ET SALUTATIONES IN FORO
ET UOCARI AB HOMINIBUS RABBI
UOS AUTEM NOLITE UOCARI RABBI
UNUS ENIM EST MAGISTER UESTER
OMNES AUTEM UOS FRATRES ESTIS
ET PATREM NOLITE UOCARE UOBIS
SUPER TERRAM
UNUS ENIM EST PATER UESTER
QUI IN CAELIS EST
NEC UOCEMINI MAGISTRI
QUIA MAGISTER UESTER UNUS
EST XPS
QUI MAIOR EST UESTRUM
ERIT MINISTER UESTER
QUI AUTEM SE EXALTAUERIT
HUMILIABITUR
ET QUI SE HUMILIAUERIT
LXXX EXALTABITUR
UAE AUTEM UOBIS SCRIBAE ET PHA
RISAEI HYPOCRITAE
QUIA CLAUDITIS REGNUM CAE
LORUM ANTE HOMINES
UOS ENIM NON INTRATIS
NEC INTROEUNTES SINITIS
INTRARE
UAE UOBIS SCRIBAE ET PHARISAEI
HYPOCRITAE
QUIA CIRCUITIS MARE ET ARIDAM
UT FACIATIS UNUM PROSELYTUM
ET CUM FUERIT FACTUS

FACITIS EUM FILIUM GEHEN
NAE DUPLO QUAM UOS
UAE UOBIS DUCES CAECI
QUI DICITIS QUICUMQUE IURAUE
RIT PER TEMPLUM NIHIL EST
QUI AUTEM IURAUERIT IN AURUM
TEMPLI DEBET
STULTI ET CAECI QUID ENIM MA
IUS EST AURUM AN TEMPLUM
QUOD SCIFICAT AURUM
ET QUICUMQUE IURAUERIT
IN ALTARI NIHIL EST
QUI AUTEM IURAUERIT IN DONO
QUOD EST SUPER ILLUD DEBET
CAECI QUID ENIM MAIUS EST
DONUM AN ALTARE QUOD SCIFI
CAT DONUM
QUI ERGO IURAT IN ALTARE IURAT
IN EO ET IN OMNIBUS QUAE
SUPER ILLUD SUNT
ET QUI IURAUERIT IN TEMPLO
IURAT IN ILLO ET IN EO QUI IN
HABITAT IN IPSO
ET QUI IURAT IN CAELO
IURAT IN THRONO DI ET IN EO
QUI SEDET SUPER EUM
UAE UOBIS SCRIBAE ET PHARISAEI
HYPOCRITAE
QUIA DECIMATIS MENTAM ET
ANETHUM ET CYMINUM
ET RELIQUISTIS QUAE GRAUIORA
SUNT LEGIS IUDICIUM ET MISE
RICORDIAM ET FIDEM
HAEC OPORTUIT FACERE
ET ILLA NON OMITTERE
DUCES CAECI
EXCOLANTES CULICEM
CAMELUM AUTEM GLUTTIENTES
UAE UOBIS SCRIBAE ET PHARISAEI
HYPOCRITAE
QUIA MUNDATIS QUOD DEFORIS
EST CALICIS ET PARAPSIDIS
INTUS AUTEM PLENI SUNT
RAPINA ET INMUNDITIA

pharisee caece munda prius
quod intus est calicis et pa
rapsidis
ut fiat et id quod de foris est
mundum
Vae vobis scribae et pharisaei
hypocritae
quia similes estis sepulchris
dealbatis
quae a foris parent hominib·
speciosa
intus vero plena sunt ossib·
mortuorum et omni
spurcitia
sic et vos a foris quidem pare
tis hominibus iusti
intus autem pleni estis hypo
crisi et iniquitate
Vae vobis scribae et pharisaei
hypocritae
qui aedificatis sepulchra
prophetarum
et ornatis monumenta iustorū
et dicitis si fuissemus in dieb·
patrum nostrorum
non essemus socii eorum in
sanguine prophetarum
itaque testimonio estis
vobismet ipsis
quia filii estis eorum qui pro
phetas occiderunt
Et vos implete mensuram
patrum vestrorum
serpentes genimina viperarū
quomodo fugietis a iudicio
gehennae
Ideo ecce ego mitto ad vos
prophetas et sapientes
et scribas
ex illis occidetis et cruci fi
getis
et ex eis flagellabitis in syna
gogis vestris
et persequimini de civitate

in civitatem
ut veniat super vos omnis
sanguis iustus
qui effusus est super terram
a sanguine Abel iusti
usque ad sanguinem Zachariae
filii Barachiae
quem occidistis inter tem
plum et altare
amen dico vobis venient
haec omnia super genera
tionem istam
Hierusalem Hierusalem quae
occidis prophetas
et lapidas eos qui ad te
missi sunt
quoties volui congregare
filios tuos
quemadmodum gallina
congregat pullos suos
sub alas et noluisti
ecce relinquitur vobis
domus vestra deserta
dico enim vobis non me vide
bitis amodo
donec dicatis benedictus
LXXI qui venit in nomine dñi
Et egressus ihs de templo ibat
et accesserunt discipuli eius
ut ostenderent ei aedificati
ones templi
ipse autem respondens
dixit eis videtis haec omnia
amen dico vobis non relin
quetur hic lapis super lapi
dem qui non destruatur
Sedente autem eo super
montem Oliveti
accesserunt ad eum discipu
li secreto dicentes
dic nobis quando haec erunt
et quod signum adventus tui
et consummationis saeculi
Et respondens ihs dixit eis

UIDETE NEQUIS UOS SEDUCAT
MULTI ENIM UENIENT IN NOMI
NE MEO DICENTES EGO SUM XPS
ET MULTOS SEDUCENT
AUDITURI ENIM ESTIS PROELIA
ET OPINIONES PROELIORUM
UIDETE NE TURBEMINI
OPORTET ENIM HAEC FIERI
SED NONDUM EST FINIS
CONSURGET ENIM GENS IN GENTE
ET REGNUM IN REGNUM
ET ERUNT PESTILENTIAE ET FAMES
ET TERRAE MOTUS PER LOCA
HAEC AUTEM OMNIA INITIA
SUNT DOLORUM
TUNC TRADENT UOS IN TRIBULA
TIONE ET OCCIDENT UOS
ET ERITIS ODIO OMNIBUS GENTIB'
PROPTER NOMEN MEUM
ET TUNC SCANDALIZABUNTUR
MULTI ET INUICEM TRADENT
ET ODIO HABEBUNT INUICEM
ET MULTI PSEUDO PROPHETAE
SURGENT ET SEDUCENT MULTOS
ET QUONIAM ABUNDABIT INIQUITAS
REFRIGESCET CARITAS MULTORU
QUI AUTEM PERSEUERAUERIT
USQUE IN FINEM HIC SALUUS ERIT
ET PRAEDICABITUR HOC EUANGE
LIUM REGNI IN UNIUERSO ORBE
IN TESTIMONIUM OMNIBUS
GENTIBUS
ET TUNC UENIET CONSUMMATIO
CUM ERGO UIDERITIS ABOMINA
TIONEM DESOLATIONIS
QUAE DICTA EST A DANIHELO
PROPHETA
STANTEM IN LOCO SANCTO
QUI LEGIT INTELLEGAT
TUNC QUI IN IUDAEA SUNT FUGI
ANT AD MONTES
ET QUI IN TECTO NON DESCENDAT
TOLLERE ALIQUID DE DOMO SUA
ET QUI IN AGRO NON REUERTATUR
TOLLERE TUNICAM SUAM
UAE AUTEM PRAEGNATIBUS
ET NUTRIENTIB' IN ILLIS DIEB'
ORATE AUTEM UT NON FIAT
FUGA UESTRA HIEME UEL
SABBATO
ERIT ENIM TUNC TRIBULATIO
MAGNA
QUALIS NON FUIT AB INITIO MUN
DI USQUE MODO NEQUE FIET
ET NISI BREUIATI FUISSENT
DIES ILLI
NON FIERET SALUA OMNIS CARO
SED PROPTER ELECTOS BREUI
ABUNTUR DIES ILLI
TUNC SI QUIS UOBIS DIXERIT
ECCE HIC XPS AUT ILLIC
NOLITE CREDERE
SURGENT ENIM PSEUDO XPI
ET PSEUDO PROPHETAE
ET DABUNT SIGNA MAGNA
ET PRODIGIA
ITA UT IN ERROREM INDUCAN
TUR SI FIERI POTEST ETIAM
ELECTI
ECCE PRAEDIXI UOBIS
SI ERGO DIXERINT UOBIS
ECCE IN DESERTO EST
NOLITE EXIRE
ECCE IN PENETRALIBUS
NOLITE CREDERE
SICUT ENIM FULGUR EXIT AB ORI
ENTE ET PARET USQUE IN OC
CIDENTEM
ITA ERIT ET ADUENTUS FILII
HOMINIS
UBICUMQUE FUERIT CORPUS
ILLUC CONGREGABUNTUR
AQUILAE
STATIM AUTEM POST TRIBULA
TIONEM DIERUM ILLORUM
SOL OBSCURABITUR
ET LUNA NON DABIT LUMEN SUU
ET STELLAE CADENT DE CAELO

ET UIRTUTES CAELORUM
COMMOUEBUNTUR
ET TUNC PAREBIT SIGNUM
FILII HOMINIS IN CAELO
cclxviiii II ET TUNC PLANGENT OMNES
TRIBUS TERRAE
ET UIDEBUNT FILIUM HOMINIS
UENIENTEM IN NUBIB' CAELI
CUM UIRTUTE MULTA ET MA
IESTATE
ET MITTET ANGELOS SUOS
CUM TUBA ET UOCE MAGNA
ET CONGREGABUNT ELECTOS
EIUS A QUATTUOR UENTIS
A SUMMIS CAELORUM USQUE
AD TERMINOS EORUM
AB ARBORE AUTEM FICI DISCITE
PARABOLAM
CUM IAM RAMUS EIUS TENER
FUERIT ET FOLIA NATA
SCITIS QUIA PROPE EST AESTAS
ITA ET UOS CUM UIDERITIS
HAEC OMNIA
SCITOTE QUIA PROPE EST
IN IANUIS
AMEN DICO UOBIS QUIA NON PRAE
TERIBIT HAEC GENERATIO
DONEC OMNIA HAEC FIANT
CAELUM ET TERRA TRANSIBUNT
UERBA UERO MEA NON PRAE
TERIBUNT
cclxx VI DE DIE AUTEM ILLA ET HORA
NEMO SCIT
NEQUE ANGELI CAELORUM
NISI PATER SOLUS
cclxxi V SICUT AUTEM IN DIEBUS NOE
ITA ERIT ET ADUENTUS
FILII HOMINIS
SICUT ENIM ERANT IN DIEBUS
ANTE DILUUIUM
COMEDENTES ET BIBENTES
NUBENTES ET NUPTUM TRA
DENTES
USQUE AD EUM DIEM QUO INTRA
UIT
IN ARCAM NOE
ET NON COGNOUERUNT
DONEC UENIT DILUUIUM
ET TULIT OMNES
ITA ERIT ET ADUENTUS FILII
HOMINIS
cclxxii V TUNC DUO ERUNT IN AGRO
UNUS ADSUMETUR
ET UNUS RELINQUETUR
DUAE MOLENTES IN MOLA
UNA ADSUMETUR
LXXXII ET UNA RELINQUETUR
cclxxiii VI UIGILATE ERGO QUIA NESCITIS
QUA HORA DNS UESTER
UENTURUS SIT
cclxxiiii II ILLUD AUTEM SCITOTE QUONIAM
SI SCIRET PATER FAMILIAS
QUA HORA FUR UENTURUS
ESSET
UIGILARET UTIQUE ET NON SINERET
PERFODIRI DOMUM SUAM
IDEO ET UOS ESTOTE PARATI
QUIA QUA NESCITIS HORA
FILIUS HOMINIS UENTURUS EST
cclxxv V QUIS PUTAS EST FIDELIS SERUUS
ET PRUDENS
QUEM CONSTITUIT DOMINUS
SUUS SUPRA FAMILIAM SUAM
UT DET ILLIS CIBUM IN TEMPORE
cclxxvi V BEATUS ILLE SERUUS QUEM CUM
UENERIT DNS INUENERIT eius
SIC FACIENTEM
AMEN DICO UOBIS QUONIAM
SUPER OMNIA BONA SUA
CONSTITUET EUM
cclxxvii V SI AUTEM DIXERIT MALUS
SERUUS ILLE IN CORDE SUO
MORAM FACIT DNS MEUS UENIRE
ET COEPERIT PERCUTERE
CONSERUOS SUOS
MANDUCET AUTEM ET BIBAT
CUM EBRIIS
UENIET DNS SERUI ILLIUS
IN DIE QUA NON SPERAT

et hora qua ignorat
et diuidet eum
partem que eius ponet
cum hypocritis
illic erit fletus et stridor
mt cclxxvii dentium
Tunc simile erit regnum cae
lorum decem uirginibus
quae accipientes lampades suas
exierunt obuiam sponso
et sponsae
quinque autem ex eis erant
fatuae
et quinque prudentes
sed quinque fatuae accep
tis lampadibus
non sumserunt oleum secum
prudentes uero acceperunt
oleum in uasis suis cum
lampadibus
moram autem faciente
sponso
dormitauerunt omnes
et dormierunt
media autem nocte clamor
factus est
ecce sponsus uenit
exite obuiam ei
tunc surrexerunt omnes
uirgines illae
et ornauerunt lampades suas
fatuae autem sapientibus
dixerunt
date nobis de oleo uestro
quia lampades nostrae
extinguntur
responderunt prudentes
dicentes
ne forte non sufficiat
nobis et uobis
ite potius ad uendentes
et emite uobis
dum autem irent emere
uenit sponsus
et quae paratae erant intra
uerunt cum eo ad nuptias
et clausa est ianua
nouissime ueniunt et reli
quae uirgines dicentes
domine domine aperi nobis
at ille respondens ait amen
dico uobis nescio uos
uigilate itaque quia nescitis
LXXIII diem neque horam
mt cclxxviii mr cliii lc ccxcvii Sicut enim homo peregre
proficiscens uocauit
seruos suos
et tradidit illis bona sua
mt cclxxx lc ccxcviii Et uni dedit quinque talenta
alii autem duo
alii uero unum
unicuique secundum pro
priam uirtutem
et profectus est statim
abiit autem qui quinque ta
lenta acceperat
et operatus est in eis
et lucratus est alia quinque
similiter qui duo acceperat
lucratus est alia duo
qui autem unum acceperat
abiens fodit in terra et ab
scondit pecuniam
domini sui
post multum uero tempo
ris uenit dominus seruo
rum illorum
et posuit rationem cum eis
et accedens qui quinque
talenta acceperat
optulit alia quinque talen
ta dicens
domine quinque talenta mihi
tradidisti
et ecce alia quinque super
lucratus sum
ait illi dominus eius
euge bone serue et fidelis

quia super pauca fuisti fidelis
super multa te constituam
intra in gaudium domini tui
Accessit autem et qui duo
talenta acceperat
et ait dne duo talenta tra
didisti mihi
ecce alia duo lucratus sum
ait illi dominus eius
euge bone serue et fidelis
quia super pauca fuisti
fidelis
supra multa te constituam
intra in gaudium domini tui
Accedens autem et qui unum
talentum acceperat
ait dne scio quia homo durus es
metis ubi non seminasti
et congregas ubi non sparsisti
et timens abii et abscondi
talentum tuum in terra
ecce habes quod tuum est
Respondens autem dominus
eius dixit ei
serue male et piger
sciebas quia meto ubi non
semino
et congrego ubi non sparsi
oportuit ergo te mittere
pecuniam meam num
mularis
et ueniens ego recepissem
utique quod meum est
cum usura
tollite itaque ab eo talentum
et date ei qui habet decem
talenta
Omni enim habenti dabitur
et abundabit
ei autem qui non habet
et quod uidetur habere
auferetur ab eo
Et inutilem seruum eicite
in tenebras exteriores
illic erit fletus et stridor
lxxviii dentium
Cum autem uenerit filius
hominis in maiestate sua
et omnes angeli cum eo
tunc sedebit super sedem
maiestatis suae
et congregabuntur ante
eum omnes gentes
et separabit eos ab inuicem
sicut pastor segregat
oues ab haedis
et statuet oues quidem
a dextris suis
haedos autem a sinistris
tunc dicet rex his qui a dex
tris eius erunt
Uenite benedicti patris mei
possidete paratum uobis
regnum a constitutione
mundi
esuriui enim et dedistis
mihi manducare
sitiui et dedistis mihi bibere
hospes eram et collexistis me
nudus et operuistis me
infirmus et uisitastis me
in carcere et uenistis ad me
Tunc respondebunt ei iusti
dicentes
dne quando te uidimus esu
rientem et pauimus
sitientem et dedimus tibi
potum
quando autem te uidimus
hospitem et collegimus te
aut nudum et cooperuimus
aut quando te uidimus
infirmum et in carcere
et uenimus ad te
Et respondens rex dicet illis
amen dico uobis
quamdiu fecistis uni de his
fratribus meis minimis

MIHI FECE ISTIS
TUNC DICET ET HIS QUI A SINI
STRIS ERUNT
DISCEDITE A ME MALEDICTI
IN IGNEM AETERNUM
QUI PRAEPARATUS EST DIABOLO
ET ANGELIS EIUS
ESURIVI ENIM ET NON DEDISTIS
MIHI MANDUCARE
SITIVI ET NON DEDISTIS MIHI
POTUM
HOSPES ERAM ET NON COLLE
XISTIS ME
NUDUS ET NON OPERUISTIS ME
INFIRMUS ET IN CARCERE ET NO
VISITASTIS ME
TUNC RESPONDEBUNT ET IPSI
DICENTES
DNE QUANDO TE VIDIMUS ESU
RIENTEM AUT SITIENTEM
AUT HOSPITEM AUT NUDUM
AUT INFIRMUM VEL IN CARCERE
ET NON MINISTRAVIMUS TIBI
TUNC RESPONDEBIT ILLIS DICENS
AMEN DICO VOBIS
QUAMDIU NON FECISTIS UNI
DE MINORIBUS HIS NEC MIHI
FECISTIS
ET IBUNT HI IN SUPPLICIUM
AETERNUM
lxxxv IUSTI AUTEM IN VITAM AETERNAM
ET FACTUM EST CUM CONSUM
MASSET IHS SERMONES
HOS OMNES
DIXIT DISCIPULIS SUIS
SCITIS QUIA POST BIDUUM
PASCHA FIET
ET FILIUS HOMINIS TRADETUR
UT CRUCIFIGATUR
TUNC CONGREGATI SUNT PRINCI
PES SACERDOTUM ET SENIO
RES POPULI
IN ATRIUM PRINCIPIS SACERDO
TUM QUI DICEBATUR CAIPHAS

ET CONSILIUM FECERUNT UT IHM
DOLO TENERENT ET OCCIDERENT
DICEBANT AUTEM NON IN DIE
FESTO
NE FORTE TUMULTUS FIERET
IN POPULO
CUM AUTEM ESSET IHS IN BETHA
NIA IN DOMO SIMONIS LEPROSI
ACCESSIT AD EUM MULIER
HABENS ALABASTRUM UNGENTI
PRETIOSI
ET EFFUDIT SUPER CAPUT IPSI
US RECUMBENTIS
VIDENTES AUTEM DISCIPULI
INDIGNATI SUNT DICENTES
UT QUID PERDITIO HAEC
POTUIT ENIM ISTUD VENUNDARI
MULTO ET DARI PAUPERIBUS
SCIENS AUTEM IHS AIT ILLIS
QUID MOLESTI ESTIS MULIERI
OPUS BONUM OPERATA EST IN ME
NAM SEMPER PAUPERES HABE
TIS VOBISCUM
ME AUTEM NON SEMPER HABETIS
MITTENS ENIM HAEC UNGENTUM
HOC IN CORPUS MEUM AD SE
PELIENDUM ME FECIT
AMEN DICO VOBIS UBICUMQUE
PRAEDICATUM FUERIT HOC
EVANGELIUM IN TOTO MUNDO
DICETUR ET QUOD HAEC FECIT
IN MEMORIAM EIUS
TUNC ABIIT UNUS DE DUODECIM
QUI DICEBATUR IUDAS SCARIOT
AD PRINCIPES SACERDOTUM
ET AIT ILLIS
QUID VULTIS MIHI DARE
ET EGO VOBIS EUM TRADAM
AT ILLI CONSTITUERUNT EI
TRIGINTA ARGENTEOS
ET EXINDE QUAEREBAT OPOR
TUNITATEM UT EUM TRADERET
PRIMA AUTEM AZYMORUM ACCES
SERUNT DISCIPULI AD IHM

DICENTES UBI UIS PAREMUS TIBI
COMEDERE PASCHA
AT IHS DIXIT ITE IN CIUITATEM
AD QUENDAM ET DICITE EI
MAGISTER DICIT TEMPUS MEU~
PROPE EST
APUD TE FACIO PASCHA CUM DI
SCIPULIS MEIS
ET FECERUNT DISCIPULI SICUT
CONSTITUIT ILLIS IHS
ET PARAUERUNT PASCHA
UESPERE AUTEM FACTO DISCU~
BEBAT CUM DUODECIM
DISCIPULIS
ET EDENTIBUS ILLIS DIXIT
AMEN DICO UOBIS
QUIA UNUS UESTRUM ME
TRADITURUS EST
ET CONTRISTATI UALDE
COEPERUNT SINGULI DICERE
NUMQUID EGO SUM DNE
AT IPSE RESPONDENS AIT
QUI INTINGIT MECUM MANU~
IN PARAPSIDE HIC ME TRADET
FILIUS QUIDEM HOMINIS UADIT
SICUT SCRIPTUM EST DE ILLO
UAE AUTEM HOMINI ILLI PER
QUEM FILIUS HOMINIS TRADITUR
BONUM ERAT EI SI NATUS NON
FUISSET HOMO ILLE
RESPONDENS AUTEM IUDAS QUI
TRADIDIT EUM DIXIT
NUMQUID EGO SUM RABBI
AIT ILLI TU DIXISTI
CENANTIBUS AUTEM EIS ACCE
PIT IHS PANEM ET BENEDIXIT
AC FREGIT
DEDITQUE DISCIPULIS SUIS ET AIT
ACCIPITE ET COMEDITE
HOC EST CORPUS MEUM
ET ACCIPIENS CALICEM GRATIAS
EGIT ET DEDIT ILLIS DICENS
BIBITE EX HOC OMNES
HIC EST ENIM SANGUIS MEUS

NOUI TESTAMENTI
QUI PRO MULTIS EFFUNDITUR
IN REMISSIONEM PECCATORU~
DICO AUTEM UOBIS
NON BIBAM AMODO DE HOC
GENIMINE UITIS
USQUE IN DIEM CUM ILLUD
BIBAM UOBISCUM NOUUM
IN REGNO PATRIS MEI
ET HYMNO DICTO EXIERUNT
IN MONTEM OLIUETI
TUNC DICIT ILLIS IHS
OMNES UOS SCANDALUM PATIE
MINI IN ME IN ISTA NOCTE
SCRIPTUM EST ENIM PERCU
TIAM PASTOREM
ET DISPARGENTUR OUES GREGIS
POSTQUAM AUTEM RESURRE
XERO PRAECEDAM UOS IN
GALILAEAM
RESPONDENS AUTEM PETRUS
AIT ILLI
ETSI OMNES SCANDALIZATI
FUERINT IN TE
EGO NUMQUAM SCANDALIZABOR
AIT ILLI IHS AMEN DICO TIBI
QUIA IN HAC NOCTE
ANTEQUAM GALLUS CANTET
TER ME NEGABIS
AIT ILLI PETRUS ETIAM SI OPOR
TUERIT ME MORI TECUM
NON TE NEGABO
SIMILITER ET OMNES DISCIPU
LI DIXERUNT
TUNC UENIT IHS CUM ILLIS IN UIL
LAM QUAE DICITUR GESEMANI
ET DIXIT DISCIPULIS SUIS
SEDETE HIC DONEC UADAM ILLUC et orem
ET ADSUMPTO PETRO ET DUOB~
FILIIS ZEBEDAEI
COEPIT CONTRISTARI ET ME
STUS ESSE
TUNC AIT ILLIS
TRISTIS EST ANIMA MEA USQUE

ADMORTEM
SUSTINETE HIC ET UIGILATE MECU
ET PROGRESSUS PUSILLUM
PROCIDIT IN FACIEM SUAM
ORANS ET DICENS · PATER SI POSSI
BILE EST TRANSEAT CALIX ISTE
UERUM TAMEN NON SICUT EGO
UOLO SED SICUT TU
ET UENIT AD DISCIPULOS ET INUE
NIT EOS DORMIENTES
ET DICIT PETRO SIC NON POTUI
STIS UNA HORA UIGILARE MECU
UIGILATE ET ORATE UT NON IN
TRETIS IN TEMPTATIONEM
SPS QUIDEM PROMTUS EST
CARO AUTEM INFIRMA
ITERUM SECUNDO ABIIT ET ORA
UIT DICENS
PATER MI SI NON POTEST HIC
CALIX TRANSIRE
NISI BIBAM ILLUM FIAT UOLUN
TAS TUA
ET UENIT ITERUM ET INUENIT
EOS DORMIENTES
ERANT ENIM OCULI EORUM
GRAUATI
ET RELICTIS ILLIS
ITERUM ABIIT ET ORAUIT TERTIO
EUNDEM SERMONEM DICENS
TUNC UENIT AD DISCIPULOS SUOS
ET DICIT ILLIS
DORMITE IAM ET REQUIESCITE
ECCE APPROPINQUAUIT HORA
ET FILIUS HOMINIS TRADETUR
IN MANUS PECCATORUM
SURGITE EAMUS
ECCE ADPROPINQUAUIT QUI
ME TRADIT
ADHUC IPSO LOQUENTE
ECCE IUDAS UNUS DE DUODECIM
UENIT
ET CUM EO TURBA MULTA
CUM GLADIIS ET FUSTIB MISSI
A PRINCIPIBUS SACERDOTUM

ET SENIORIBUS POPULI
QUI AUTEM TRADIDIT EUM DEDIT
ILLIS SIGNUM DICENS
QUEM CUMQUE OSCULATUS
FUERO IPSE EST TENETE EUM
ET CONFESTIM ACCEDENS AD IHM
DIXIT HAUE RABBI ET OSCULA
TUS EST EUM
DIXITQUE ILLI IHS AMICE
AD QUOD UENISTI
TUNC ACCESSERUNT ET MANUS
INIECERUNT IN IHM
ET TENUERUNT EUM
ET ECCE UNUS EX HIS QUI ERANT
CUM IHU
EXTENDENS MANUM EXEMIT
GLADIUM SUUM
ET PERCUTIENS SERUUM
PRINCIPIS SACERDOTUM
AMPUTAUIT AURICULAM EIUS
TUNC AIT ILLI IHS CONUERTE
GLADIUM TUUM IN LOCUM SUU
OMNES ENIM QUI ACCEPERINT
GLADIUM GLADIO PERIBUNT
AN PUTAS QUIA NON POSSUM
ROGARE PATREM MEUM
ET EXHIBEBIT MIHI MODO
PLUS QUAM DUODECIM LEGIO
NES ANGELORUM
QUOMODO ERGO IMPLEBUN
TUR SCRIPTURAE
QUIA SIC OPORTET FIERI
IN ILLA HORA DIXIT IHS TURBIS
TAMQUAM AD LATRONEM
EXISTIS
CUM GLADIIS ET FUSTIBUS
COMPREHENDERE ME
COTIDIE APUD UOS SEDEBAM
DOCENS IN TEMPLO
ET NON ME TENUISTIS
HOC AUTEM TOTUM FACTUM EST
UT IMPLERENTUR SCRIPTURAE
PROPHETARUM
TUNC DISCIPULI OMNES

relicto eo fugerunt
At illi tenentes ihm̄
duxerunt ad caiapham
principem sacerdotum
ubi scribae et seniores
conuenerant
Petrus autem sequebatur
eum alonge
usque in atrium principis
sacerdotum
et ingressus intro sedebat
cum ministris
ut uideret finem
Principes autem sacerdotū
et omne concilium
quaerebant falsum testi
monium contra ihm̄
ut eum morti traderent
et non inuenerunt
cum multi falsi testes
accessissent
Nouissime autem uenerunt duo
falsi testes et dixerunt
hic dixit possum destruere
templum dī
et post triduum aedifica
re illud
et surgens princeps sacer
dotum ait illi
nihil respondis ad ea quae isti
aduersum te testificantur
ihs̄ autem tacebat
et princeps sacerdotum ait illi
adiuro te per dm̄ uiuum
ut dicas nobis si tu es xp̄s filius dī
dicit illi ihs̄ tu dixisti
Uerum tamen dico uobis
amodo uidebitis filium homi
nis sedentem a dextris
uirtutis
et uenientem in nubib· caeli
Tunc princeps sacerdotum
scidit uestimenta sua dicens
blasphemauit quid adhuc
egemus testibus
Ecce nunc audistis blasphemiā
quid uobis uidetur
at illi respondentes dixerunt
reus est mortis
Tunc expuerunt in faciem eius
et colaphis eum ceciderunt
alii autem palmas in faciem
ei dederunt
dicentes prophetiza nobis xp̄e
quis est qui te percussit
Petrus uero sedebat foris
in atrio
et accessit ad eum una ancilla
dicens
et tu cum ihū galilaeo eras
at ille negauit coram omnib·
dicens nescio quid dicis
Exeunte autem illo ianuam
uidit eum alia
et ait his qui erant ibi
et hic erat cum ihū nazareno
et iterum negauit cum iura
mento
quia non noui hominem
et post pusillum accesserunt
qui stabant et dixerunt
petro
uere et tu ex illis es
nam et loquella tua manife
stum te facit
Tunc coepit detestari et iu
rare quia non nouisset
hominem
et continuo gallus cantauit
Et recordatus est petrus
uerbi ihū
quod dixerat priusquam
gallus cantet ter me
negabis
et egressus foras plorauit
amare
Mane autem facto
consilium inierunt omnes

PRINCIPES SACERDOTUM
ET SENIORES POPULI
ADUERSUS IHM
UT EUM MORTI TRADERENT
ET UINCTUM ADDUXERUNT EU̅
ET TRADIDERUNT PONTIO
PILATO PRAESIDI
TUNC UIDENS IUDAS QUI EUM
TRADIDIT QUOD DAMNATUS
ESSET
PAENITENTIA DUCTUS RETTU
LIT TRIGINTA ARGENTEOS
PRINCIPIBUS SACERDOTUM
ET SENIORIBUS DICENS
PECCAUI TRADENS SANGUINEM
IUSTUM
AT ILLI DIXERUNT QUID AD NOS
TU UIDERIS
ET PROIECTIS ARGENTEIS IN TEMPLO
RECESSIT ET ABIENS LAQUEO
SE SUSPENDIT
PRINCIPES AUTEM SACERDOTU̅
ACCEPTIS ARGENTEIS DIXERUN̅
NON LICET MITTERE EOS
IN CORBANAN
QUIA PRETIUM SANGUINIS EST
CONSILIO AUTEM INITO EMERUN̅
EX ILLIS AGRUM FIGULI IN SE
PULTURAM PEREGRINORU̅
PROPTER HOC UOCATUS EST
AGER ILLE ACHELDEMACH
AGER SANGUINIS USQUE IN
HODIERNUM DIEM
ET TUNC IMPLETUM EST QUOD
DICTUM EST PER HIEREMIA̅
PROPHETAM DICENTEM
ET ACCEPERUNT TRIGINTA
ARGENTEOS PRETIUM
APPRETIATI
QUEM APPRETIAUERUNT
A FILIIS ISRAHEL
ET DEDERUNT EOS IN AGRUM
FIGULI SICUT CONSTITUIT
MIHI DNS

IHS AUTEM STETIT ANTE PRAESIDE̅
ET INTERROGAUIT EUM PRAESES
DICENS TU ES REX IUDAEORU̅
DICIT EI IHS TU DICIS
ET CUM ACCUSARETUR A PRIN
CIPIBUS SACERDOTUM ET SE
NIORIB; NIHIL RESPONDIT
TUNC DICIT ILLI PILATUS
NON AUDIS QUANTA ADUERSU̅
TE DICANT TESTIMONIA
ET NON RESPONDIT EI AD ULLU̅
UERBUM
ITA UT MIRARETUR PRAESES
UEHEMENTER
PER DIEM AUTEM SOLLEMNE̅
CONSUEUERAT PRAESES
DIMITTERE POPULO UNUM
UINCTUM QUEM UOLUISSENT
HABEBAT AUTEM TUNC UINC
TUM INSIGNEM QUI DICE
BATUR BARABBAS
CONGREGATIS ERGO ILLIS
DIXIT PILATUS
QUEM UULTIS DIMITTAM
UOBIS
BARABBAN AN IHM QUI DICI
TUR XPS
SCIEBAT ENIM QUOD PER IN
UIDIAM TRADIDISSENT EUM
SEDENTE AUTEM ILLO
PRO TRIBUNALI
MISIT AD ILLUM UXOR EIUS
DICENS NIHIL TIBI ET IUSTO ILLI
MULTA ENIM PASSA SUM
HODIE PER UISUM PROP
TER EUM
PRINCEPS AUTEM SACERDO
TUM ET SENIORES
PERSUASERUNT POPULIS UT
PETERENT BARABBAN
IHM UERO PERDERENT
RESPONDENS AUTEM PRAE
SES AIT ILLIS
QUEM UULTIS UOBIS DE DUOB;

dimitti
at illi dixerunt barabban
Dicit illis pilatus quid igitur
faciam de ihu qui dicitur xps
dicunt omnes crucifigatur
ait illis praeses quid enim
mali fecit
at illi magis clamabant dicen
tes crucifigatur
Uidens autem pilatus quia
nihil proficeret
sed magis tumultus fieret
accepta aqua lauit manus
coram populo dicens
innocens ego sum a sanguine
iusti huius uos uideritis
et respondens uniuersus
populus dixit
sanguis eius super nos et su
per filios nostros
Tunc dimisit illis barabban
ihm autem flagellatum
tradidit eis ut crucifigeretur
Tunc milites praesidis susci
pientes ihm in praetorio
congregauerunt ad eum
uniuersam cohortem
et exuentes eum
clamydem coccineam circum
dederunt ei
et plectentes coronam
de spinis posuerunt
super caput eius
et harundinem in dextera eius
et genu flexo ante eum
inludebant dicentes
haue rex iudaeorum
Et exspuentes in eum
acceperunt harundinem
et percutiebant caput eius
et post quam inluserunt ei
exuerunt eum clamyde
et induerunt eum uesti
mentis eius

et duxerunt eum ut cruci
figerent
Exeuntes autem inuenerunt
hominem cyreneum
nomine simonem
hunc angariauerunt ut tol
leret crucem eius
Et uenerunt in locum qui
dicitur golgotha
quod est caluariae locus
Et dederunt ei uinum bibere
cum felle mixtum
et cum gustasset noluit
bibere
Postquam autem crucifixe
runt eum diuiserunt uesti
menta eius sortem mittentes
ut impleretur quod dictum
est per prophetam
„ diuiserunt sibi uestimenta
„ mea et super uestem
„ meam miserunt sortem
et sedentes seruabant eum
Et inposuerunt super caput
eius causam ipsius scriptam
hic est ihs rex iudaeorum
Tunc crucifixi sunt cum eo
duo latrones
unus a dextris et unus
a sinistris
Praetereuntes autem
blasphemabant eum
mouentes capita sua et dicentes
qui destruebat templum di
et in triduo illud reaedificabat
salua temet ipsum
si filius di es descende de cruce
Similiter et principes sacer
dotum inludentes cum
scribis et senioribus
dicentes
alios saluos fecit
se ipsum non potest
saluum facere

SI REX ISRAHEL EST DESCENDAT
NUNC DE CRUCE
ET CREDIMUS EI
CONFIDET IN DO LIBERET NUNC
EUM SI UULT
DIXIT ENIM QUIA DI FILIUS SUM
IDIPSUM AUTEM ET LATRONES
QUI FIXI ERANT CUM EO
INPROPERABANT EI
A SEXTA AUTEM HORA TENEBRAE
FACTAE SUNT SUPER UNIUER
SAM TERRAM USQUE AD HO
RAM NONAM
CIRCA HORAM UERO NONAM
CLAMAUIT IHS UOCE MAGNA
DICENS
HELI HELI LEMA SABACTHANI
HOC EST DS MEUS DS MEUS
UT QUID DERELIQUISTI ME
QUIDAM AUTEM ILLIC STANTES
ET AUDIENTES DICEBANT
HELIAM UOCAT ISTE
ET CONTINUO CURRENS UNUS
EX EIS
ACCEPTAM SPONGIAM IMPLE
UIT ACETO
ET INPOSUIT HARUNDINI
ET DABAT EI BIBERE
CETERI UERO DICEBANT SINE
UIDEAMUS AN UENIAT HELIAS
LIBERANS EUM
IHS AUTEM ITERUM CLAMANS
UOCE MAGNA EMISIT SPM
ET ECCE UELUM TEMPLI SCIS
SUM EST IN DUAS PARTES
A SUMMO USQUE DEORSUM
ET TERRA MOTA EST
ET PETRAE SCISSAE SUNT
ET MONUMENTA APERTA SUNT
ET MULTA CORPORA SCORUM
QUI DORMIERANT SURREXERUNT
ET EXEUNTES DE MONUMENTIS
POST RESURRECTIONEM EIUS
UENERUNT IN SCAM CIUITATE[M]

ET APPARUERUNT MULTIS
CENTURIO AUTEM ET QUI CUM
EO ERANT CUSTODIENTES IHM
UISO TERRAE MOTU ET HIS QUAE
FIEBANT
TIMUERUNT UALDE DICENTES
UERE DI FILIUS ERAT ISTE
ERANT AUTEM IBI MULIERES
MULTAE A LONGE
QUAE SECUTAE ERANT IHM
A GALILAEA MINISTRANTES EI
INTER QUAS ERAT MARIA
MAGDALENE
ET MARIA IACOBI ET IOSEPH MATER
ET MATER FILIORUM ZEBEDAEI
CUM SERO AUTEM FACTUM ESSET
UENIT QUIDAM HOMO DIUES
AB ARIMATHIA NOMINE IOSEPH
QUI ET IPSE DISCIPULUS ERAT IHU
HIC ACCESSIT AD PILATUM
ET PETIIT CORPUS IHU
TUNC PILATUS IUSSIT REDDI
CORPUS
ET ACCEPTO CORPORE IOSEPH
INUOLUIT ILLUD IN SINDONE
MUNDA
ET POSUIT ILLUD IN MONU-
MENTO SUO NOUO
QUOD EXCIDERAT IN PETRA
ET ADUOLUIT SAXUM MAGNUM
AD OSTIUM MONUMENTI
ET ABIIT
ERAT AUTEM IBI MARIA MAG
DALENE ET ALTERA MARIA
SEDENTES CONTRA SEPULCHRUM
ALTERA AUTEM DIE QUAE EST
POST PARASCEUEN
CONUENERUNT PRINCIPES
SACERDOTUM ET PHARISAEI
AD PILATUM DICENTES
DOMINE RECORDATI SUMUS
QUIA SEDUCTOR ILLE DIXIT
ADHUC UIUENS
POST TRES DIES RESURGAM

IUBE ERGO CUSTODIRI SEPULCHRU(M)
USQUE IN DIEM TERTIUM
NE FORTE UENIANT DISCIPULI
EIUS ET FURENTUR EUM
ET DICANT PLEBI SURREXIT
A MORTUIS
ET ERIT NOUISSIMUS ERROR
PEIOR PRIORE
AIT ILLIS PILATUS HABETIS CUSTODIA(M)
ITE CUSTODITE SICUT SCITIS
ILLI AUTEM ABEUNTES MUNIE
RUNT SEPULCHRUM
SIGNANTES LAPIDEM CUM CU
LXXXVII STODIBUS
UESPERE AUTEM SABBATI QUAE
LUCESCIT IN PRIMA SABBATI
UENIT MARIA MAGDALENE
ET ALTERA MARIA UIDERE
SEPULCHRUM
ET ECCE TERRAEMOTUS FACTUS
EST MAGNUS
ANGELUS ENIM D(OMI)NI DESCENDIT
DE CAELO
ET ACCEDENS REUOLUIT LAPIDE(M)
ET SEDEBAT SUPER EUM
ERAT ENIM ASPECTUS EIUS
SICUT FULGUR
ET UESTIMENTUM EIUS SICUT NIX
PRAE TIMORE AUTEM EIUS
EXTERRITI SUNT CUSTODES
ET FACTI SUNT UELUT MORTUI
RESPONDENS AUTEM ANGELUS
DIXIT MULIERIBUS
NOLITE TIMERE UOS
SCIO ENIM QUOD IH(SU)M QUI CRU
CIFIXUS EST QUAERITIS
NON EST HIC
SURREXIT ENIM SICUT DIXIT
UENITE UIDETE LOCUM UBI
POSITUS ERAT D(OMI)N(U)S
ET CITO EUNTES DICITE DISCIPU
LIS EIUS QUIA SURREXIT
ET ECCE PRAECEDIT UOS IN GALI
LAEAM

IBI EUM UIDEBITIS
ECCE PRAEDIXI UOBIS
ET EXIERUNT CITO DE MONU
MENTO CUM TIMORE
ET MAGNO GAUDIO
CURRENTES NUNTIARE DISCI
PULIS EIUS
ET ECCE IH(SU)S OCCURRIT ILLIS
DICENS HAUETE
ILLAE AUTEM ACCESSERUNT
ET TENUERUNT PEDES EIUS
ET ADORAUERUNT EUM
TUNC AIT ILLIS IH(SU)S NOLITE TIMERE
ITE NUNTIATE FRATRIBUS MEIS
UT EANT IN GALILAEAM
IBI ME UIDEBUNT
QUAE CUM ABISSENT
ECCE QUIDAM DE CUSTODIBUS
UENERUNT IN CIUITATEM
ET NUNTIAUERUNT PRINCIPI
BUS SACERDOTUM OMNIA
QUAE FACTA FUERANT
ET CONGREGATI CUM SENIORIB(US)
CONSILIO ACCEPTO
PECUNIAM COPIOSAM DEDE
RUNT MILITIBUS DICENTES
DICITE QUIA DISCIPULI EIUS
NOCTE UENERUNT ET FURATI
SUNT EUM NOBIS DORMIENTIB(US)
ET SI HOC AUDITUM FUERIT
A PRAESIDE
NOS SUADEBIMUS EI
ET SECUROS UOS FACIEMUS
AT ILLI ACCEPTA PECUNIA
FECERUNT SICUT ERANT DOCTI
ET DIUULGATUM EST UERBUM
ISTUD APUD IUDAEOS USQUE
IN HODIERNUM DIEM
LXXXVIII UNDECIM AUTEM DISCIPULI
ABIERUNT IN GALILAEAM
IN MONTEM UBI CONSTITU
ERAT ILLIS IH(SU)S
ET UIDENTES EUM ADORAUERUN(T)
QUIDAM AUTEM DUBITAUERUN(T)

Et accedens ihs locutus est
eis dicens
Data est mihi omnis potestas
in caelo et in terra
euntes ergo docete omnes
gentes
baptizantes eos in nomine
patris et filii et sps sci
docentes eos seruare omnia
quaecumque mandaui
uobis
et ecce ego uobiscum sum
omnibus diebus usque
ad consummationem sae
culi amen EXPL

INCP PRAEFATIO

Marcus euangelista di et petri in
baptismate filius atq in diuino ser
mone discipulus sacerdotium
in isrl agens secundum carnem
leuita conuersus ad fidem xpi
euangelium in italia scripsit
ostendens in eo quid et generi
suo deberet et xpo nam initium
principii in uoce propheticae ex
clamationis instituens ordinem
leuiticae lectionis ostendit
ut praedicans praedestinatum
iohannem filium zachariae in uo
ce angeli adnuntiantis emissum
non solum uerbum caro factum
sed et corpus dni per uerbum
diuinae uocis animatum in initio
euangelicae praedicationis osten
deret ut qui haec legens sciret
cui initium carnis in dno et di ad
uenientis habitaculum deberet
agnoscere atq in se uerbum uo
cis quod in consonantib perdi
derat inueniret.

Deniq et perfecti euangelii opus
intrans et a baptismo dni prae
dicare dm inchoans non labora
uit natiuitatem carnis quam in pri
orib uiderat dicere sed totum in
primis expulsionem deserti ieiu
nium numeri temptationem diabo
li congregationem bestiarum et
ministerium protulit angelorum
ut instituens nos ad intellegen
dum singula in breui compingens
nec auctoritatem factae rei deme
ret et perficiendo operi pleni
tudinem non negaret.
Deniq amputasse sibi post fidem
pollicem dicitur ut sacerdotio
reprobus haberetur sed tantum
consentiens fidei praedestinata
potuit electio ut nec sic in opere
uerbi perderet quod prius meru
erat in genere nam alexandriae
episcopus fuit cuius per singu
la opus scire et euangelii in se
dicta disponere et disciplinam
in se legis agnoscere et diuinam
dni in carne intellegere naturam.
Quae et nos primum requiri deinde
inquisita uolumus agnosci
habentes mercedem exhortatio
nis quoniam qui plantat et qui ri
gat unum sunt qui autem incre
mentum praestat ds est. EXPL

INCP CAPITULA LECTIONUM

I Esaiae testimonio iohannes ange
lus id est nuntius appellatur
et praedicatio eius baptismus
que refertur
II Xps praedicans baptizatur ubi
trinitatis panditur sacramentum
III De uocatione petri andreae iaco
bi et iohannis piscatorum
IIII In synagoga de homine spiritum

inmundum metuentem et con
fitentem expellens sua ab ho
minib: potestate laudatur
V A socru petri febre uerbo tactuq·
depulsa uaria cunctos infirmi
tate curauit
VI Leprosus uerbo quo ait uolo mun
datur et curatio paralytico
cum remissione tribuitur
peccatorum
VII Leui qui et mattheus de teloneo
uocatur et pro publicanorum
conuiuio querella uel obiectio
pharisaeorum panni ueteris
et uini uel utrium comparati
one refellitur
VIII Prospicarum in sabbato uulsione
reprehensorib· increpatis se
quitur manus aridae restitutio
IX Consilium contra eum faciunt
pharisaei deseruiente sibi
nauicula tangentes eum di
uersis infirmitatibus aegro
ti sanantur
X Duodecim discipulos ad praedi
candum uerbo conlatis uir
tutib· mittit · et in belzebub
eum posse dicentes redarguit·
inremissibilem esse dicens in
spm scm blasphemiam
et matrem ac fratres eos uocat
qui patris fecerint uoluntate
XI Docens proponit parabolam
seminantis et suis eam seorsu
exponit clara manifestatione
discipulis
XII Lucernam sub modio non ponen
dam uel dormiente homine
sata eius crescere et de grano
sinapis dicit
XIII Tempestatem uerbo compescens
et daemones eiciens ire con
cessit in porcos
XIIII Iadens mortuam suscitare
filiam iairi mulierem a proflu
uio sanguinis sanans suscitat
protinus et puellam
XV Mirantes doctrinam et uirtutes
fabri filium dicunt audientes
ab eo non esse prophetam sine
honore nisi in patria sua
XVI Mittens duodecim praedicaturos
praeceptis instruit conlata
gratia sanitatum
XVII Herodes tenens iohannem die
sui natalis occidit caputq· eius
saltationis praemium in disco
filiae tradit
XVIII De quinq· panib· et duob· piscib·
quinq· uirorum milia saturauit
XIX Quarta noctis uigilia uenit ad disci
pulos ambulans supra mare
XX Accusant pharisaei discipulos
non lotis manib· manducantes
et increpantur ab eo de paren
tum inspretione uel de ceteris
exponente quae possint homi
nem inquinare
XXI Mulieris syrophenissae filiam
a daemonio liberat
XXII Muto surdo q· uocem restituens
dicit effeta
XXIII De septem panib· et paucis pisci
culis quattuor hominum
milia saturauit
XXIIII Pharisaeis signum quaerentib·
dari negat et doctrinam eoru
praecepit sub fermenti nomi
ne praecauendam
XXV Caecum paulatim curat et ut ne
mini diceret imperat
XXVI Interrogantibus quem eum di
cerent petrus xpm di confi
tetur · et mox quia dno
passurum se dicenti contra
dixerit arguitur
XXVII Qui perdit inquit animam suam
propter me inuenit eam

NEC GUSTATUROS QUOSDAM MOR
TEM DONEC UIDEANT EUM IN RE
GNO EIUS STATIMQ· TRANSFIGU
RATUS INDUCITUR ET IOHANNE
HELIAE PAR SUI IPSE SIMILIA
PASSUM DICIT
xxviii OMNIS POPULUS UIDENS DNM
PAUESCENS OCCURRENSQ· SALU
TAT ET FILIUS CUIUSDAM INCREDU
LITATEM SUAM IUUARI PRECANTIS
A DAEMONIO LIBERATUR
xxix TRADENDUM SE PRAENUNTIANS
ET DISCIPULOS QUID IN UIA TRAC
TASSENT INTERROGANS DOCET
PRIMATUM NON ESSE QUAERENDUM
xxx UIRTUTEM IN EIUS NOMINE FACIEN
TES NON SINIT PROHIBERI ET DE
ABSCISIONE MEMBRORUM SCAN
DALIZANTIUM FIGURALITER DOCET
xxxi PHARISAEOS DE UXORE DIMITTENDA
QUAERENTES MOSI TESTIMONIO
CONUINCIT· ET INFANTES A SE
UETARI PROHIBENS BENEDICIT
xxxii DE DIFFICULTATE DIUITUM INTRAN
DI IN REGNUM DI MIRANTIBUS
DISCIPULIS AIT CONTEMTORES
BONORUM SAECULARIUM CENTU
PLUM CUM PERSECUTIONIBUS
RECEPTUROS
xxxiii ITEM PRAEDICENS SE OCCIDENDUM
SEDES PETENTES IACOBUM INCRE
PAT ET IOHANNEM DE PRINCIPATU
GENTILES PROHIBENS IMITANDOS
HUMILITATIS EXEMPLO MONSTRAT
xxxiiii BARTIMAEUS CAECUS MENDICANS
INLUMINATUR ET SEQUITUR
xxxv MITTIT ADDUCI PULLUM ASINAE
CUI SEDENS AUDIT A TURBIS OSANNA
xxxvi EGRESSUS DE TEMPLO FICULNEAE
MALEDICIT REGRESSUSQ· UENDEN
TES EICIT AREFACTAQ· FICULNEA
MIRANTIB· AIT ORANTES CREDEN
DO ACCIPERE POSTULATA
xxxvii DE POTESTATE PERCONTANTIBUS
IUDAEOS IPSE DE BAPTISMO IOHAN
NIS INTERROGANDO CONUINCIT
ET DE UINEA COLONISQ· PESSIMIS
PARABOLAM PONIT
xxxviii TEMTANTES DE REDDENDO CAESARIS
TRIBUTO CONSEQUENTER EX SU
PRASCRIPTIONE UEL IMAGINE
CONFUTAUIT
xxxix SADDUCAEIS DE MULIERE SEPTEM
FRATRUM UXORE TEMTANTIBUS
OB INCREDULITATEM RESURREC
TIONIS EXPROBRAT
xl SCRIBAE DE MANDATO LEGIS INTERRO
GANTI GEMINUM DILECTIONIS
OSTENDIT· ET CUIUS SIT FILIUS XPS
INTERROGANS DOCET EX PRINCI
PIO PSALMI CENTENSIMI NONI
SALUTATIONUM QUOQ· EORUM
IN FORO AMBITUM NOTAT
xli IN GAZOPHILACIUM PAUPEREM UIDU
AM DUO MINUTA MITTENTEM
CUNCTIS DONA IACTANTIB· PRAEFERT
xlii AEDIFICATIONES TEMPLI MONSTRA
TIB· PRAENUNTIAT RUITURAS
ET DE DIUERSIS ULTIMI TEMPORIS
TEMTATIONIB· FUTURIS PROLIXIUS
DISPUTANS SEDUCTIONES ADMO
NET PRAECAUENDAS
xliii DIEM ADUENTUS SOLUM PATREM
SCIRE DICENS NESCIENTES EAM
SERUOS UIGILARE PRAECIPIT
ET ORARE
xliiii DE ALABASTRO UNGENTI UEL PRODITI
ONE IUDAE TRADITORIS AC PRAEPARA
TIONE PASCHAE REFERTUR NEC NON
ET CENA ECIUS MYSTICAE PANDITUR
SACRAMENTUM RANTUR
xlv TRADITIONIS AC PASSIONIS EIUS GESTA NAR
xlvi RESURRECTIONIS EIUS PERINDE BRE
UITER UERITATE MONSTRATA QUO
RUNDAM INCREDULITAS CLEMEN
TER ARGUITUR ET ASCENSIO ATQUE
A DEXTRIS DI CONSESSIO UEL DISCI
PULORUM PRAEDICATIO SIGNIS SEQUEN
TIB· INDICATUR

INITIUM EUANGELII IHU XPI
FILII DI
SICUT SCRIPTUM EST IN ESAIA
PROPHETA
ECCE MITTO ANGELUM MEUM
ANTE FACIEM TUAM QUI PRAE
PARABIT UIAM TUAM
UOX CLAMANTIS IN DESERTO
PARATE UIAM DNI
RECTAS FACITE SEMITAS EIUS
FUIT IOHANNES IN DESERTO
BAPTIZANS
ET PRAEDICANS BAPTISMUM
PAENITENTIAE
IN REMISSIONEM PECCATORUM
ET EGREDIEBATUR AD ILLUM
OMNIS IUDAEAE REGIO
ET HIEROSOLYMITAE UNIUERSI
ET BAPTIZABANTUR AB ILLO IN
IORDANE FLUMINE CONFITEN
TES PECCATA SUA
ET ERAT IOHANNES UESTITUS
PILIS CAMELI
ET ZONA PELLICIA CIRCA
LUMBOS EIUS
ET LUCUSTAS ET MEL SILUESTRE
EDEBAT
ET PRAEDICABAT DICENS
UENIT FORTIOR ME POST ME
CUIUS NON SUM DIGNUS PRO
CUMBENS SOLUERE CORRIGI
AM CALCIAMENTORUM EIUS
EGO BAPTIZAUI UOS AQUA
ILLE UERO BAPTIZABIT UOS
SPU SCO
II ET FACTUM EST IN DIEBUS ILLIS
UENIT IHS A NAZARETH GALILAEAE
ET BAPTIZATUS EST IN IORDANE
AB IOHANNE
ET STATIM ASCENDENS DE AQUA
UIDIT APERTOS CAELOS
ET SPM TAMQUAM COLUMBA
DESCENDENTEM ET MANEN
TEM IN IPSO

ET UOX FACTA EST DE CAELIS
TU ES FILIUS MEUS DILECTUS
IN TE CONPLACUI
ET STATIM SPS EXPELLIT EUM
IN DESERTUM
ET ERAT IN DESERTO QUADRA
GINTA DIEBUS ET QUADRAGIN
TA NOCTIBUS
ET TEMTABATUR A SATANA
ERATQUE CUM BESTIIS
ET ANGELI MINISTRABANT ILLI
POST QUAM AUTEM TRADITUS
EST IOHANNES
UENIT IHS IN GALILAEAM
PRAEDICANS EUANGELIUM
REGNI DI
ET DICENS QUONIAM IMPLETU
EST TEMPUS
ET APPROPINQUAUIT REGNUM DI
PAENITEMINI ET CREDITE
EUANGELIO
III ET PRAETERIENS SECUS MARE
GALILAEAE
UIDIT SIMONEM ET ANDREAM
FRATREM EIUS
MITTENTES RETIA IN MARE
ERANT ENIM PISCATORES
ET DIXIT EIS IHS
UENITE POST ME
ET FACIAM UOS FIERI PISCATO
RES HOMINUM
ET PROTINUS RELICTIS RETIB
SECUTI SUNT EUM
ET PROGRESSUS INDE PUSILLU
UIDIT IACOBUM ZEBEDAEI
ET IOHANNEM FRATREM EIUS
ET IPSOS IN NAUI CONPONEN
TES RETIA
ET STATIM UOCAUIT ILLOS
ET RELICTO PATRE SUO ZEBE
DAEO IN NAUI CUM MERCE
NARIIS SECUTI SUNT EUM
ET INGREDIUNTUR CAPHARNAU
ET STATIM SABBATIS INGRESSUS

SYNAGOGAM DOCEBAT EOS
ET STUPEBANT SUPER DOCTRI
NA EIUS
ERAT ENIM DOCENS EOS QUASI
POTESTATEM HABENS
IIII ET NON SICUT SCRIBAE
ET ERAT IN SYNAGOGA EORUM
HOMO IN SPU INMUNDO
ET EXCLAMAUIT DICENS
QUID NOBIS ET TIBI IHU NAZARENE
UENISTI PERDERE NOS
SCIO QUIS ES SCS DI
ET COMMINATUS EST EI
IHS DICENS
OBMUTESCE ET EXI DE HOMINE
ET DISCERPENS EUM SPS IN
MUNDUS
ET EXCLAMANS UOCE MAGNA
EXIUIT AB EO
ET MIRATI SUNT OMNES
ITA UT CONQUIRERENT INTER SE
DICENTES
QUID NAM EST HOC
QUAE DOCTRINA HAEC NOUA
QUIA IN POTESTATE ET SPIRITIB
INMUNDIS IMPERAT ET OBOE
DIUNT EI
ET PROCESSIT RUMOR EIUS
STATIM IN OMNEM REGIONE
GALILAEAE
V ET PROTINUS EGREDIENTES
DE SYNAGOGA
UENERUNT IN DOMUM SIMO
NIS ET ANDREAE
CUM IACOBO ET IOHANNE
DECUMBEBAT AUTEM SOCRUS
SIMONIS FEBRICITANS
ET STATIM DICUNT EI DE ILLA
ET ACCEDENS ELEUAUIT EAM
ADPREHENSA MANU EIUS
ET CONTINUO DIMISIT EAM FEBRIS
ET MINISTRABAT EIS
UESPERE AUTEM FACTO CUM
OCCIDISSET SOL
AFFEREBANT AD EUM OMNES
MALE HABENTES
ET DAEMONIA HABENTES
ET ERAT OMNIS CIUITAS CON
GREGATA AD IANUAM
ET CURAUIT MULTOS QUI UEXA
BANTUR UARIIS LANGUORIBUS
ET DAEMONIA MULTA EICIEBAT
ET NON SINEBAT LOQUI EA
QUONIAM SCIEBANT EUM
ET DILUCULO UALDE SURGENS
EGRESSUS ABIIT IN DESERTUM
LOCUM IBIQUE ORABAT
ET SECUTUS EST EUM SIMON
ET QUI CUM ILLO ERANT
ET CUM INUENISSENT EUM
DIXERUNT EI
QUIA OMNES QUAERUNT TE
ET AIT ILLIS EAMUS IN PROXIMOS
UICOS ET CIUITATES
UT ET IBI PRAEDICEM
AD HOC ENIM UENI
ET ERAT PRAEDICANS IN SYNAGO
GIS EORUM ET OMNI GALILAEA
ET DAEMONIA EICIENS
VI ET UENIT AD EUM LEPROSUS
DEPRECANS EUM
ET GENU FLEXO DIXIT
SI UIS POTES ME MUNDARE
IHS AUTEM MISERTUS EIUS
EXTENDIT MANUM SUAM
ET TANGENS EUM AIT ILLI UOLO
MUNDARE
ET CUM DIXISSET STATIM
DISCESSIT AB EO LEPRA
ET MUNDATUS EST
ET COMMINATUS EI STATIM
EICIT ILLUM ET DICIT EI
UIDE NEMINI DIXERIS
SED UADE OSTENDE TE PRINCI
PI SACERDOTUM
ET OFFER PRO EMUNDATIONE TUA
QUAE PRAECEPIT MOSES
IN TESTIMONIUM ILLIS

AT ILLE EGRESSUS COEPIT PRAEDI
CARE ET DIFFAMARE SERMONE
ITA UT IAM NON POSSET MANIFE
STE IN CIUITATEM INTROIRE
SED FORIS IN DESERTIS LOCIS ESSE
ET CONUENIEBANT AD EUM
UNDIQUE
ET ITERUM INTRAUIT CAPHAR
NAUM POST DIES
ET AUDITUM EST QUOD IN DOMO
ESSET
ET CONUENERUNT MULTI
ITA UT NON CAPERET NEQUE
AD IANUAM
ET LOQUEBATUR EIS UERBUM
ET UENERUNT FERENTES AD EUM
PARALYTICUM
QUI A QUATTUOR PORTABATUR
ET CUM NON POSSENT OFFERRE
EUM ILLI PRAE TURBA
NUDAUERUNT TECTUM UBI ERAT
ET PATEFACIENTES SUMMISERUNT
GRABATUM IN QUO PARALYTI
CUS IACEBAT
CUM UIDISSET AUTEM IHS FIDEM
ILLORUM AIT PARALYTICO
FILI DIMITTUNTUR TIBI PECCATA
ERANT AUTEM ILLIC QUIDAM
DE SCRIBIS SEDENTES ET COGI
TANTES IN CORDIBUS SUIS
QUID HIC SIC LOQUITUR
BLASPHEMAT
QUIS POTEST DIMITTERE PEC
CATA NISI SOLUS DS
QUO STATIM COGNITO IHS SPU
SUO QUIA SIC COGITARENT
INTER SE
DICIT ILLIS QUID ISTA COGITATIS
IN CORDIBUS UESTRIS
QUID EST FACILIUS DICERE
PARALYTICO DIMITTUNTUR
TIBI PECCATA
AN DICERE SURGE ET TOLLE
GRABATTUM TUUM ET AMBULA

UT AUTEM SCIATIS QUIA POTESTA
TEM HABET FILIUS HOMINIS
IN TERRA DIMITTENDI PECCATA
AIT PARALYTICO
TIBI DICO SURGE TOLLE GRABAT
TUM TUUM ET UADE IN DO
MUM TUAM
ET STATIM ILLE SURREXIT
SUBLATO GRABATTO ABIIT
CORAM OMNIBUS
ITA UT ADMIRARENTUR OMNES
ET HONORIFICARENT DM
DICENTES QUIA NUMQUAM
VII SIC UIDIMUS
ET EGRESSUS EST RURSUS AD MARE
OMNISQUE TURBA UENIEBAT
AD EUM ET DOCEBAT EOS
ET CUM PRAETERIRET UIDIT
LEUIN ALPHEI SEDENTEM
AD TELONEUM
ET AIT ILLI SEQUERE ME
ET SURGENS SECUTUS EST EUM
ET FACTUM EST CUM ACCUM
BERET IN DOMO ILLIUS
MULTI PUBLICANI ET PECCATO
RES SIMUL DISCUMBEBANT
CUM IHU ET DISCIPULIS EIUS
ERANT ENIM MULTI QUI ET
SEQUEBANTUR EUM
ET SCRIBAE ET PHARISAEI UIDEN
TES QUIA MANDUCARET CUM
PECCATORIB ET PUBLICANIS
DICEBANT DISCIPULIS EIUS
QUARE CUM PUBLICANIS ET PEC
CATORIBUS MANDUCAT ET
BIBIT MAGISTER UESTER
HOC AUDITO IHS AIT ILLIS
NON NECESSE HABENT SANI
MEDICUM
SED QUI MALE HABENT
NON ENIM UENI UOCARE IUSTOS
SED PECCATORES
ET ERANT DISCIPULI IOHANNIS
ET PHARISAEI IEIUNANTES

ET UENIUNT ET DICUNT ILLI
QUARE DISCIPULI IOHANNIS ET PHA
RISAEORUM IEIUNANT
TUI AUTEM DISCIPULI NON IEIUNANT
ET AIT ILLIS IHS
NUMQUID POSSUNT FILII NUP
TIARUM QUAMDIU SPONSUS
CUM ILLIS EST IEIUNARE
QUANTO TEMPORE HABENT SECUM
SPONSUM NON POSSUNT
IEIUNARE
UENIENT AUTEM DIES CUM AUFE
RETUR AB EIS SPONSUS ET TUNC
IEIUNABUNT IN ILLA DIE
NEMO ASSUMENTUM PANNI RUDIS
ADSUIT UESTIMENTO UETERI
ALIOQUIN AUFERET SUPPLEMEN
TUM NOUUM A UETERI
ET MAIOR SCISSURA FIT
ET NEMO MITTIT UINUM NOUEL
LUM IN UTRES UETERES
ALIOQUIN DISRUMPET UINUM
UTRES
ET UINUM EFFUNDITUR
ET UTRES PERIBUNT
SED UINUM NOUUM IN UTRES
VIII NOUOS MITTI DEBET
ET FACTUM EST ITERUM CUM
SABBATIS AMBULARET PER SATA
ET DISCIPULI EIUS COEPERUNT
PRAEGREDI ET UELLERE SPICAS
PHARISAEI AUTEM DICEBANT EI
ECCE QUID FACIUNT SABBATIS
QUOD NON LICET
ET AIT ILLIS NUMQUAM LEGISTIS
QUID FECERIT DAUID
QUANDO NECESSITATEM HABUIT
ET ESURIIT IPSE ET QUI CUM EO
ERANT
QUOMODO INTROIIT DOMUM DEI
SUB ABIATHAR PRINCIPE SACER
DOTUM
ET PANES PROPOSITIONIS MAN
DUCAUIT
QUOS NON LICET MANDUCARE
NISI SACERDOTIBUS
ET DEDIT EIS QUI CUM EO ERANT
ET DICEBAT EIS SABBATUM PROPTER
HOMINEM FACTUM EST
ET NON HOMO PROPTER SABBATUM
ITAQUE DNS EST FILIUS HOMINIS
ETIAM SABBATI
ET INTROIIT ITERUM SYNAGOGAM
ET ERAT IBI HOMO HABENS
MANUM ARIDAM
ET OBSERUABANT EUM SI SABBA
TIS CURARET
UT ACCUSARENT ILLUM
ET AIT HOMINI HABENTI MANUM
ARIDAM SURGE IN MEDIUM
ET DICIT EIS
LICET SABBATIS BENEFACERE
AN MALE
ANIMAM SALUAM FACERE
AN PERDERE
AT ILLI TACEBANT
ET CIRCUMSPICIENS EOS CUM IRA
CONTRISTATUS SUPER CAECITATE
CORDIS EORUM
DICIT HOMINI EXTENDE MANUM
TUAM ET EXTENDIT
VIII ET RESTITUTA EST MANUS ILLI
EXEUNTES AUTEM STATIM PHARI
SAEI CUM HERODIANIS
CONSILIUM FACIEBANT ADUERSUS
EUM QUOMODO EUM PER
DERENT
ET IHS CUM DISCIPULIS SUIS
SECESSIT AD MARE
ET MULTA TURBA A GALILAEA
ET IUDAEA SECUTA EST EUM
AB HIEROSOLYMIS ET AB IDUMAEA
ET TRANS IORDANEN
ET QUI CIRCA TYRUM ET SIDONEM
MULTITUDO MAGNA
AUDIENTES QUAE FACIEBAT
UENERUNT AD EUM
ET DIXIT DISCIPULIS SUIS

ut navicula sibi deserviret
propter turbam ne conprimerent eum
multos enim sanabat
ita ut inruerent in eum
ut illum tangerent
quotquot autem habebant
plagas et sp̄s inmundi
cum illum videbant
procidebant ei
Et clamabant dicentes
tu es filius d̄i
et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illū
X Et ascendens in montem
vocavit ad se quos voluit ipse
et venerunt ad eum
et fecit ut essent duodecim
cum illo
et ut mitteret eos praedicare evangelium
et dedit illis potestatem
curandi infirmitates
et eiciendi daemonia
Et inposuit Simoni nomen
Petrus et Iacobum Zebedaei
et Iohannen fratrem Iacobi
et inposuit eis nomina
Boanerges quod est
filii tonitrui
et Andream et Philippum
et Bartholomeum et Mattheum et Thomam et Iacobum Alphei et Taddaeum
et Simonem Cananaeum
et Iudam Scariot qui et tradidit illum
Et veniunt ad domum
et convenit iterum turba
ita ut non possent neque
panem manducare
et cum audissent sui exierunt tenere eum
dicebant enim quoniam
in furorem versus est
Et scribae qui ab Hierosolymis
descenderant dicebant
quoniam Beelzebub habet
et quia in principe daemonum
eicit daemonia
Et convocatis eis in parabolis dicebat illis
quomodo potest satanas
satanan eicere
et si regnum in se dividatur
non potest stare regnū
illud
et si domus super semet ipsā
dispertiatur
non potest domus illa stare
et si satanas consurrexit
in semet ipsum dispertitus est
et non poterit stare
sed finem habet
nemo potest vasa fortis
ingressus in domum diripere
nisi prius fortem alliget
et tunc domum eius diripiet
Amen dico vobis
quoniam omnia dimittentur filiis hominum
peccata et blasphemiae
quibus blasphemaverint
qui autem blasphemaverit
in sp̄m sc̄m
non habet remissionem
in aeternum
sed reus erit aeterni delicti
quoniam dicebant
sp̄m inmundum habet
Et veniunt mater eius et fratres et foris stantes
miserunt ad eum vocantes eum
et sedebat circa eum turba
et dicunt ei
ecce mater tua et fratres
tui foris quaerunt te

ET RESPONDENS EIS AIT
QUAE EST MATER MEA ET FRA
TRES MEI
ET CIRCUMSPICIENS EOS QUI IN
CIRCUITU EIUS SEDEBANT AIT
ECCE MATER MEA ET FRATRES MEI
QUI ENIM FECERIT UOLUNTA
TEM DI
HIC FRATER MEUS ET SOROR
XI MEA ET MATER EST
ET ITERUM COEPIT DOCERE
AD MARE
ET CONGREGATA EST AD EUM
TURBA MULTA
ITA UT IN NAUEM ASCENDENS
SEDERET IN MARI
ET OMNIS TURBA CIRCA MARE
SUPER TERRAM ERAT
ET DOCEBAT ILLOS IN PARABOLIS
MULTA
ET DICEBAT ILLIS IN DOCTRINA
SUA AUDITE
ECCE EXIIT SEMINANS AD SEMI
NANDUM ET DUM SEMINAT
ALIUD CECIDIT CIRCA UIAM
ET UENERUNT UOLUCRES
ET COMEDERUNT ILLUD
ALIUD UERO CECIDIT SUPER
PETROSA
UBI NON HABUIT TERRAM MUL
TAM ET STATIM EXORTUM EST
QUONIAM NON HABEBAT ALTI
TUDINEM TERRAE
ET QUANDO EXORTUS EST SOL
EXAESTUAUIT
EO QUOD NON HABERET RADICE̅
EXARUIT
ET ALIUD CECIDIT IN SPINIS
ET ASCENDERUNT SPINAE ET
SUFFOCAUERUNT ILLUD
ET FRUCTUM NON DEDIT
ET ALIUD CECIDIT IN TERRAM
BONAM
ET DABAT FRUCTUM ASCEN
DENTEM ET CRESCENTEM
ET ADFEREBAT UNUM TRICINTA
ET UNUM SEXAGINTA
ET UNUM CENTUM
ET DICEBAT QUI HABET AURES
AUDIENDI AUDIAT
ET CUM ESSET SINGULARIS
INTERROGAUERUNT EUM
HI QUI CUM EO ERANT
CUM DUODECIM PARABOLAS
ET DICEBAT EIS
UOBIS DATUM EST SCIRE MYSTE
RIUM REGNI DI
ILLIS AUTEM QUI FORIS SUNT
IN PARABOLIS OMNIA FIUNT
UT UIDENTES UIDEANT
ET NON UIDEANT
ET AUDIENTES AUDIANT
ET NON INTELLEGANT
NEQUANDO CONUERTANTUR
ET DIMITTANTUR EIS PECCATA
ET AIT ILLIS NESCITIS
PARABOLAM HANC
ET QUOMODO OMNES PARA
BOLAS COGNOSCETIS
QUI SEMINAT UERBUM SEMINAT
HI AUTEM SUNT QUI CIRCA UIAM
UBI SEMINATUR UERBUM
ET CUM AUDIERINT CONFESTIM
UENIT SATANAS ET AUFERT
UERBUM QUOD SEMINATU̅
EST IN CORDA EORUM
ET HI SUNT SIMILITER QUI SUPER
PETROSA SEMINANTUR
QUI CUM AUDIERINT UERBUM
STATIM CUM GAUDIO
ACCIPIUNT ILLUD
ET NON HABENT RADICEM IN SE
SED TEMPORALES SUNT
DEINDE ORTA TRIBULATIONE
ET PERSECUTIONE PROPTER
UERBUM CONFESTIM
SCANDALIZANTUR
ET ALII SUNT QUI IN SPINIS

SEMINANTUR
HI SUNT QUI UERBUM AUDIUNT
ET AERUMNAE SAECULI ET DECEP
TIO DIUITIARUM
ET CIRCA RELIQUA CONCUPISCEN
TIAE INTROEUNTES SUFFO
CANT UERBUM
ET SINE FRUCTU EFFICITUR
ET HI SUNT QUI SUPER TERRAM
BONAM SEMINATI SUNT
QUI AUDIUNT UERBUM ET SU
SCIPIUNT ET FRUCTIFICANT
UNUM TRIGINTA
ET UNUM SEXAGINTA
XII ET UNUM CENTUM
ET DICEBAT ILLIS NUMQUID
UENIT LUCERNA UT SUB MO
DIO PONATUR AUT SUB LECTO
NONNE UT SUPER CANDELABRU̅
PONATUR
xl NON ENIM EST ALIQUID ABSCON
DITUM QUOD NON MANIFE
STETUR
NEC FACTUM EST OCCULTUM
SED UT IN PALAM UENIAT
SI QUIS HABET AURES AUDIENDI
AUDIAT
xli ET DICEBAT ILLIS UIDETE QUID
AUDIATIS
IN QUA MENSURA MENSI FUERITIS
REMETIETUR UOBIS ET ADICIE
TUR UOBIS
xlii QUI ENIM HABET DABITUR ILLI
ET QUI NON HABET ETIAM QUOD
HABET AUFERETUR AB ILLO
xliii ET DICEBAT SIC EST REGNUM DI̅
QUEMADMODUM SI HOMO
IACIAT SEMENTEM IN TERRA
ET DORMIAT ET EXSURGAT
NOCTE AC DIE
ET SEMEN GERMINET ET INCRE
SCAT DUM NESCIT ILLE
ULTRO ENIM TERRA FRUCTIFICAT
PRIMUM HERBAM DEINDE SPICA̅
DEINDE PLENUM FRUMENTU̅
IN SPICA
ET CUM SE PRODUXERIT FRUCTUS
STATIM MITTIT FALCEM QUO
NIAM ADEST MESSIS
xliiii ET DICEBAT CUI ADSIMILABIMUS
REGNUM DI̅
AUT CUI PARABOLAE COMPARA
BIMUS ILLUD
SICUT GRANUM SINAPIS
QUOD CUM SEMINATUM FUE
RIT IN TERRA
MINUS EST OMNIBUS SEMINI
BUS QUAE SUNT IN TERRA
ET CUM SEMINATUM FUERIT
ASCENDIT
ET FIT MAIUS OMNIBUS HOLERIB(US)
ET FACIT RAMOS MAGNOS
ITA UT POSSINT SUB UMBRA EIUS
AUES CAELI HABITARE
xlv ET TALIBUS MULTIS PARABOLIS
LOQUEBATUR EIS UERBUM
PROUT POTERANT AUDIRE
SINE PARABOLA AUTEM NON LO
QUEBATUR EIS
xlvi SEORSUM AUTEM DISCIPULIS
XIII SUIS DISSEREBAT OMNIA
xlvii ET AIT ILLIS ILLA DIE CUM SERO
ESSET FACTUM
TRANSEAMUS CONTRA
ET DIMITTENTES TURBAM
ADSUMUNT EUM
ITA UT ERANT IN NAUI
ET ALIAE NAUES ERANT CUM ILLO
ET FACTA EST PROCELLA
MAGNA UENTI
ET FLUCTUS MITTEBAT IN NAUE̅
ITA UT IMPLERETUR NAUIS
ET ERAT IPSE IN PUPPI SUPRA
CERUICAL DORMIENS
ET EXCITANT EUM ET DICUNT EI
MAGISTER NON AD TE PERTINET
QUIA PERIMUS
ET EXSURGENS COMMINATUS

est uento
et dixit mari tace et obmu
tesce
et cessauit uentus
et facta est tranquillitas
magna
et ait illis quid timidi estis
nec dum habetis fidem
et timuerunt magno
timore
et dicebant ad alterutrum
quis putas est iste quia
et uentus et mare oboe
diunt ei
Et uenerunt transfretum
maris
in regionem gerasenorum
et exeunti ei de naui statim
occurrit ei daemonium haben
tis homo in spu inmundo
qui domicilium habebat
in monumentis
et neque catenis iam quis
quam eum poterat ligare
quoniam saepe compedib
et catenis uinctus
disrupisset catenas
et compedes comminuisset
et nemo poterat eum
domare
et semper nocte ac die
in monumentis et in
montibus erat
et clamans et concidens
se lapidibus
uidens autem ihm a longe
cucurrit et adorauit eu
et clamans uoce magna dicit
quid mihi et tibi ihu fili
di summi
adiuro te per dm ne me
torqueas
dicebat enim illi exi sps
inmunde ab homine

et interrogabat eum quod
tibi nomen est
et dicit ei legio nomen mihi est
quia multi sumus
et deprecabatur eum multu
ne se expelleret extra
regionem
Erat autem ibi circa monte
grex porcorum magnus
pascens
et deprecabantur eum sps
dicentes
mitte nos in porcos
ut in eos introeamus
et concessit eis statim ihs
et exeuntes spiritus inmun
di introierunt in porcos
et magno impetu grex prae
cipitatus est in mare
ad duo milia et suffocati
sunt in mare
qui autem pascebant eos
fugerunt
et nuntiauerunt in ciuita
tem et in agros
et egressi sunt uidere quid
esset facti
et ueniunt ad ihm
et uident illum qui a daemo
nio uexabatur sedentem
uestitum et sanae mentis
et timuerunt
et narrauerunt illis qui ui
derant qualiter factum
esset ei
qui daemonium habuerat
et de porcis
et rogare eum coeperunt
ut discederet a finib eoru
Cumque ascenderet nauem
coepit illum deprecari
qui daemonio uexatus fue
rat ut esset cum illo
et non admisit eum

sed ait illi uade in domum
tuam ad tuos
et adnuntia illis quanta tibi
dns fecerit et misertus
sit tui
et abiit et coepit praedica
re in decapoli
quanta sibi fecisset ihs
XIIII et omnes mirabantur
Et cum transcendisset ihs
in naui
rursus trans fretum con
uenit turba multa
ad illum
et erat circa mare
et uenit quidam de archesy
nagogis nomine iairus
et uidens eum procidit
ad pedes eius
et deprecabatur eum mul
tum dicens
quoniam filia mea in extre
mis est
ueni inpone manus super
eam ut salua sit et uiuat
et abiit cum illo
et sequebatur eum turba
multa et comprime
bant illum
Et mulier quae erat in pro
fluuio sanguinis annis
duodecim
et fuerat multa perpessa
a compluribus medicis
et erogauerat omnia sua
nec quicquam profecerat
sed magis deterius habebat
cum audisset de ihu
uenit in turba retro
et tetigit uestimentum eius
dicebat enim quia si uel
uestimentum eius teti
gero salua ero
et confestim siccatus est
fons sanguinis eius
et sensit corpore quod sana
ta esset a plaga
et statim ihs cognoscens
in semet ipso uirtutem
quae exierat de eo
conuersus ad turbam aiebat
quis tetigit uestimenta mea
et dicebant ei discipuli sui
uides turbam comprimen
tem te et dicis quis me
tetigit
et circumspiciebat uidere
eam quae hoc fecerat
mulier autem timens et
tremens sciens quod fac
tum esset in se
uenit et procidit ante eum
et dixit ei omnem ueritatem
ille autem dixit ei filia fides
tua te saluam fecit
uade in pace
et esto sana a plaga tua
Adhuc eo loquente ueniunt
ab archesynagogo dicentes
quia filia tua mortua est
quid ultra uexas magistrum
ihs autem uerbo quod dice
batur audito
ait archesynagogo noli time
re tantum modo crede
et non admisit quemquam
sequi se
nisi petrum et iacobum
et iohannem fratrem
iacobi
Et ueniunt in domum arche
synagogi
et uidet tumultum et flen
tes et heiulantes multum
et ingressus ait eis
quid turbamini et ploratis
puella non est mortua
sed dormit

ET INRIDEBANT EUM
IPSE UERO EIECTIS OMNIBUS
ADSUMIT PATREM ET MATRE͞
PUELLAE ET QUI SECUM ERANT
ET INGREDITUR UBI ERAT
PUELLA IACENS
ET TENENS MANUM PUELLAE
AIT ILLI
TALITHA·CUMI· QUOD EST IN
TERPRETATUM PUELLA
TIBI DICO SURGE
ET CONFESTIM SURREXIT
PUELLA ET AMBULABAT
ERAT AUTEM ANNORUM DUODECI͞
ET OBSTIPUERUNT STUPORE
MAXIMO
ET PRAECEPIT ILLIS UEHEMEN
TER UT NEMO ID SCIRET
XV ET DIXIT DARI ILLI MANDUCARE
ET EGRESSUS INDE ABIIT IN PA
TRIAM SUAM
ET SEQUEBANTUR ILLUM
DISCIPULI SUI
ET FACTO SABBATO COEPIT
IN SYNAGOGA DOCERE
ET MULTI AUDIENTES ADMIRA
BANTUR IN DOCTRINA EIUS
DICENTES
UNDE HUIC HAEC OMNIA ET QUAE
EST SAPIENTIA QUAE DATA
EST ILLI
ET UIRTUTES TALES QUAE PER
MANUS EIUS EFFICIUNTUR
NONNE ISTE EST FABER FILIUS
MARIAE FRATER IACOBI ET IO
SEPH ET IUDAE ET SIMONIS
NONNE ET SORORES EIUS
HIC NOBISCUM SUNT
ET SCANDALIZABANTUR IN ILLO
ET DICEBAT EIS IHS
QUIA NON EST PROPHETA SINE
HONORE NISI IN PATRIA SUA
ET IN COGNATIONE SUA
ET IN DOMO SUA

ET NON POTERAT IBI UIRTUTEM
ULLAM FACERE NISI PAUCOS
INFIRMOS INPOSITIS MANI
BUS CURAUIT
ET MIRABATUR PROPTER INCRE
DULITATEM ILLORUM
ET CIRCUMIBAT CASTELLA IN CIR
CUITU DOCENS
XVI ET CONUOCAUIT DUODECIM
ET COEPIT EOS MITTERE BINOS
ET DABAT ILLIS POTESTATEM
SPIRITUUM INMUNDORUM
ET PRAECEPIT EIS NE QUID
TOLLERENT IN UIA
NISI UIRGAM TANTUM
NON PERAM NON PANEM
NEQUE IN ZONA AES
SED CALCIATOS SANDALIIS
ET NE INDUERENTUR DUABUS
TUNICIS
ET DICEBAT EIS QUOCUMQUE
INTROIERITIS IN DOMUM
ILLIC MANETE DONEC EXEATIS INDE
ET QUICUMQUE NON RECEPE
RINT UOS NEC AUDIERINT UOS
EXEUNTES INDE EXCUTITE
PULUEREM DE PEDIB· UESTRIS
IN TESTIMONIUM ILLIS
ET EXEUNTES PRAEDICABANT
UT PAENITENTIAM AGERENT
ET DAEMONIA MULTA EICIEBANT
ET UNGEBANT OLEO MULTOS
XVII EGROTOS ET SANABANT
ET AUDIUIT HERODES REX MANI
FESTUM ENIM FACTUM EST
NOMEN EIUS ET DICEBAT
QUIA IOHANNES BAPTISTA
RESURREXIT A MORTUIS
ET PROPTEREA INOPINANTUR
UIRTUTES IN ILLO
ALII AUTEM DICEBANT QUIA
HELIAS EST
ALII UERO DICEBANT PROPHE
TA EST QUASI UNUS EX PROPHE
TIS

QUO AUDITO HERODES AIT
QUEM EGO DECOLLAUI IOHANNEN
HIC A MORTUIS RESURREXIT
IPSE ENIM HERODES MISIT AC
TENUIT IOHANNEN
ET UINXIT EUM IN CARCERE
PROPTER HERODIADAM UXORE~
PHILIPPI FRATRIS SUI QUIA
DUXERAT EAM
DICEBAT ENIM IOHANNES HERODI
NON LICET TIBI HABERE UXORE~
FRATRIS TUI
HERODIAS AUTEM INSIDIABATUR
ILLI ET UOLEBAT OCCIDERE
EUM NEC POTERAT
HERODES ENIM METUEBAT
IOHANNEN
SCIENS EUM UIRUM IUSTUM
ET SCM ET CUSTODIEBAT EU~
ET AUDITO EO MULTA FACIEBAT
ET LIBENTER EUM AUDIEBAT
ET CUM DIES OPORTUNUS
ACCIDISSET
HERODES NATALIS SUI CAENAM
FECIT PRINCIPIBUS ET TRIBU
NIS ET PRIMIS GALILAEAE
CUMQUE INTROISSET FILIA
IPSIUS HERODIADIS ET SAL,
TASSET ET PLACUISSET HERO
DI SIMUL QUE RECUMBENTIB;
REX AIT PUELLAE
PETE A ME QUOD UIS
ET DABO TIBI
ET IURAUIT ILLI QUIA QUICQUID
PETIERIS DABO TIBI
LICET DIMIDIUM REGNI MEI
QUAE CUM EXISSET DIXIT
MATRI SUAE QUID PETAM
ET ILLA DIXIT
CAPUT IOHANNIS BAPTISTAE
CUMQUE INTROISSET STATIM
CUM FESTINATIONE AD REGE~
PETIIT DICENS
UOLO UT PROTINUS DES MIHI IN DISCO

CAPUT IOHANNIS BAPTISTAE
ET CONTRISTATUS REX PROPTER
IUS IURANDUM ET PROPTER
SIMUL RECUMBENTES
NOLUIT EAM CONTRISTARE
SED MISSO SPECULATORE
PRAECEPIT ADFERRI
CAPUT EIUS IN DISCO
ET DECOLLAUIT EUM IN CARCERE
ET ATTULIT CAPUT EIUS IN DISCO
ET DEDIT ILLUD PUELLAE
ET PUELLA DEDIT MATRI SUAE
QUO AUDITO DISCIPULI EIUS
UENERUNT ET TULERUNT
CORPUS EIUS
ET POSUERUNT ILLUD IN MO
XVIII NUMENTO
ET CONUENIENTES APOSTOLI
AD IHM RENUNTIAUERUNT
ILLI OMNIA QUAE EGERANT
ET DOCUERANT
ET AIT ILLIS
UENITE SEORSUM IN DESERTU~
LOCUM ET REQUIESCITE
PUSILLUM
ERANT ENIM QUI UENIEBANT
ET REDIEBANT MULTI NEC
MANDUCANDI SPATIUM
HABEBANT
ET ASCENDENTES IN NAUI
ABIERUNT IN DESERTUM
LOCUM SEORSUM
ET UIDERUNT EOS ABEUNTES
ET COGNOUERUNT MULTI
ET PEDESTRES
ET DE OMNIBUS CIUITATIBUS
CONCURRERUNT ILLUC
ET PRAEUENERUNT EOS
ET EXIENS UIDIT MULTAM
TURBAM IHS
ET MISERTUS EST SUPER EOS
QUIA ERANT SICUT OUES
NON HABENTES PASTOREM
ET COEPIT DOCERE ILLOS MULTA

ET CUM IAM HORA MULTA FIERET
ACCESSERUNT DISCIPULI EIUS
DICENTES
DESERTUS EST LOCUS HIC
ET IAM HORA PRAETERIIT
DIMITTE ILLOS UT EUNTES IN
PROXIMAS UILLAS ET UICOS
EMANT SIBI CIBOS QUOS MAN
DUCENT
ET RESPONDENS AIT ILLIS
DATE EIS MANDUCARE
ET DIXERUNT EI
EUNTES EMAMUS DENARIIS
DUCENTIS PANES
ET DABIMUS EIS MANDUCARE
ET DICIT EIS
QUOT PANES HABETIS
ITE ET UIDETE
ET CUM COGNOUISSENT DICUNT
QUINQUE ET DUOS PISCES
ET PRAECEPIT ILLIS UT ACCUM
BERE FACERENT OMNES
SECUNDUM CONTUBERNIA
SUPER UIRIDE FAENUM
ET DISCUBUERUNT IN PARTES
PER CENTENOS ET PER QUIN
QUAGENOS
ET ACCEPTIS QUINQUE PANIB'
ET DUOBUS PISCIBUS
INTUENS IN CAELUM BENEDIXIT
ET FREGIT PANES
ET DEDIT DISCIPULIS SUIS
UT PONERENT ANTE EOS
ET DUOS PISCES DIUISIT OMNIB'
ET MANDUCAUERUNT OMNES
ET SATURATI SUNT
ET SUSTULERUNT RELIQUIAS
FRAGMENTORUM DUODE
CIM COPHINOS PLENOS
ET DE PISCIBUS
ERANT AUTEM QUI MANDUCA
UERUNT QUINQUE MILIA
UIRORUM
ET STATIM COEGIT DISCIPULOS
SUOS ASCENDERE NAUEM
UT PRAECEDERENT EUM TRANS
FRETUM AD BETHSAIDAM
DUM IPSE DIMITTERET
XVIIII POPULUM
ET CUM DIMISISSET EOS ABIIT
IN MONTEM ORARE
ET CUM SERO ESSET ERAT NAUIS
IN MEDIO MARI
ET IPSE SOLUS IN TERRA
ET UIDENS EOS LABORANTES
IN REMIGANDO
ERAT ENIM UENTUS CONTRA
RIUS EIS
ET CIRCA QUARTAM UIGILIA[M]
NOCTIS UENIT AD EOS
AMBULANS SUPER MARE
ET UOLEBAT PRAETERIRE EOS
AT ILLI UT UIDERUNT EUM
AMBULANTEM SUPER MARE
PUTAUERUNT PHANTASMA ESSE
ET EXCLAMAUERUNT
OMNES ENIM EUM UIDERUNT
ET CONTURBATI SUNT
ET STATIM LOCUTUS EST CUM
EIS ET DIXIT ILLIS
CONFIDITE EGO SUM NOLITE
TIMERE
ET ASCENDIT AD ILLOS IN NAUEM
ET CESSAUIT UENTUS
ET PLUS MAGIS INTRA SE
STUPEBANT
NON ENIM INTELLEXERANT
DE PANIBUS
ERAT ENIM COR ILLORUM
OBCAECATUM
ET CUM TRANSFRETASSENT
PERUENERUNT IN TERRAM
GENNESARETH ET APPLICUERUNT
CUMQUE EGRESSI ESSENT
DE NAUI CONTINUO COGNO
UERUNT EUM
ET PERCURRENTES UNIUER
SAM REGIONEM ILLAM

COEPERUNT INGRABATTIS EOS
QUI SE MALE HABEBANT CIRCU
FERRE UBI AUDIEBANT EUM ESSE
ET QUOCUMQUE INTROIBAT
IN UICOS UEL IN UILLAS AUT IN
CIUITATES IN PLATEIS PONE
BANT INFIRMOS
ET DEPRECABANTUR EUM UT UEL
FIMBRIAM UESTIMENTI
EIUS TANGERENT
ET QUOTQUOT TANGEBANT
XX EUM SALUI FIEBANT
LXX ET CONUENIUNT AD EUM PHARI
SAEI ET QUIDAM DE SCRIBIS
UENIENTES AB HIEROSOLYMIS
ET CUM UIDISSENT QUOSDAM
EX DISCIPULIS EIUS COMMU
NIBUS MANIBUS ID EST NON
LOTIS MANDUCARE PANES
UITUPERAUERUNT
PHARISAEI ENIM ET OMNES
IUDAEI NISI CREBRO LAUERINT
MANUS NON MANDUCANT
TENENTES TRADITIONEM
SENIORUM
ET A FORO NISI BAPTIZENTUR
NON COMEDUNT
ET ALIA MULTA SUNT QUAE TRA
DITA SUNT ILLIS SERUARE
BAPTISMATA CALICUM ET URCE
ORUM ET AERAMENTORUM
ET LECTORUM
LXXI ET INTERROGANT EUM PHARI
SAEI ET SCRIBAE
QUARE DISCIPULI TUI NON AM
BULANT IUXTA TRADITIONE
SENIORUM
SED COMMUNIBUS MANIBUS
MANDUCANT PANEM
AT ILLE RESPONDENS DIXIT EIS
BENE PROPHETAUIT ESAIAS
DE UOBIS HYPOCRITIS
SICUT SCRIPTUM EST
POPULUS HIC LABIIS ME HONORAT
COR AUTEM EORUM LONGE
EST A ME
IN UANUM AUTEM ME COLUNT
DOCENTES DOCTRINAS PRAE
CEPTA HOMINUM
RELINQUENTES ENIM MANDA
TA DI TENETIS TRADITIONEM
HOMINUM
BAPTISMATA URCEORUM ET CA
LICUM ET ALIA SIMILIA HIS
FACITIS MULTA
ET DICEBAT ILLIS
BENE IRRITUM FACITIS PRAECEP
TUM DI UT TRADITIONEM
UESTRAM SERUETIS
MOSES ENIM DIXIT HONORA
PATREM TUUM ET MATREM TUAM
ET QUI MALEDIXERIT PATRI AUT
MATRI MORTE MORIATUR
UOS AUTEM DICITIS
SI DIXERIT HOMO PATRI AUT MA
TRI CORBAN QUOD EST DONU
QUODCUMQUE EX ME
TIBI PROFUERIT
ET ULTRA NON DIMITTITIS EUM
QUICQUAM FACERE PATRI SUO
AUT MATRI
RESCINDENTES UERBUM DI
PER TRADITIONEM UESTRAM
QUAM TRADIDISTIS
ET SIMILIA HUIUS MODI MULTA
FACITIS
ET ADUOCANS ITERUM TURBAM
DICEBAT ILLIS
AUDITE ME OMNES ET INTEL
LEGITE
NIHIL EST EXTRA HOMINEM
INTROIENS IN EUM QUOD
POSSIT EUM COINQUINARE
SED QUAE DE HOMINE PROCEDUNT
ILLA SUNT QUAE COMMUNI
CANT HOMINEM
SI QUIS HABET AURES AUDIENDI
AUDIAT

ET CUM INTROISSET IN DOMU
A TURBA INTERROGA
BANT EUM DISCIPULI EIUS
PARABOLAM
ET AIT ILLIS
SIC ET UOS INPRUDENTES ESTIS
NON INTELLEGITIS QUIA OMNE
EXTRINSECUS INTROIENS
IN HOMINEM NON POTEST
EUM COMMUNICARE
QUIA NON INTROIT IN COR EIUS
SED IN UENTREM ET IN SECESSU
EXIT PURGANS OMNES ESCAS
DICEBAT AUTEM QUONIAM QUAE
DE HOMINE EXEUNT ILLA COM
MUNICANT HOMINEM
AB INTUS ENIM DE CORDE HOMI
NUM COGITATIONES MALAE
PROCEDUNT
ADULTERIA FORNICATIONES
HOMICIDIA FURTA AUARITIAE
NEQUITIAE DOLUS INPUDICI
TIA OCULUS MALUS BLASPHE
MIA SUPERBIA STULTITIA
OMNIA HAEC MALA AB INTUS
PROCEDUNT ET COMMUNI
CANT HOMINEM
XXI ET INDE SURGENS ABIIT IN FINES
TYRI ET SIDONIS
ET INGRESSUS DOMUM NEMINE
UOLUIT SCIRE ET NON POTUIT
LATERE
MULIER ENIM STATIM UT AU
DIUIT DE EO CUIUS HABEBAT
FILIA SPIRITUM INMUNDUM
INTRAUIT ET PROCIDIT AD PE
DES EIUS
ERAT AUTEM MULIER GENTILIS
SYROPHOENISSA GENERE
ET ROGABAT EUM UT DAEMONIU
EICERET DE FILIA EIUS
QUI DIXIT ILLI
SINE PRIUS SATURARI FILIOS
NON EST ENIM BONUM SUMERE
PANEM FILIORUM ET MIT
TERE CANIBUS
AT ILLA RESPONDIT ET DICIT EI
UTIQUE DNE NAM ET CATELLI
SUB MENSA COMEDUNT
DE MICIS PUERORUM
ET AIT ILLI
PROPTER HUNC SERMONEM
UADE EXIIT DAEMONIUM
DE FILIA TUA
ET CUM ABISSET DOMUM SUA
INUENIT PUELLAM IACENTEM
SUPRA LECTUM ET DAEMO
XXII NIUM EXISSE
ET ITERUM EXIENS DE FINIBUS
TYRI UENIT PER SIDONEM
AD MARE GALILAEAE INTER
MEDIOS FINES DECAPOLEOS
ET ADDUCUNT EI SURDUM ET
MUTUM ET DEPRECANTUR
EUM UT INPONAT ILLI MANU
ET ADPREHENDENS EUM DE
TURBA SEORSUM MISIT DIGI
TOS SUOS IN AURICULAS
ET EXPUENS TETIGIT
LINGUAM EIUS
ET SUSPICIENS IN CAELUM IN
GEMUIT ET AIT ILLI
EFFETHA QUOD EST ADAPERIRE
ET STATIM APERTAE SUNT
AURES EIUS
ET SOLUTUM EST UINCULUM
LINGUAE EIUS
ET LOQUEBATUR RECTE
ET PRAECEPIT ILLIS NE CUI
DICERENT
QUANTO AUTEM EIS PRAECIPI
EBAT TANTO MAGIS PLUS
PRAEDICABANT
ET EO AMPLIUS ADMIRABAN
TUR DICENTES
BENE OMNIA FECIT
ET SURDOS FECIT AUDIRE
ET MUTOS LOQUI

XXIII IN illis diebus iterum cum
turba multa esset nec
haberent quod manducarent
conuocatis discipulis ait illis
misereor super turba
quia ecce iam triduo
sustinent me
nec habent quod manducent
et si dimisero eos ieiunos in do
mum suam deficient in uia
quidam enim ex eis de longe
uenerunt
et responderunt ei
discipuli sui
unde istos poterit quis hic
saturare panibus in soli
tudine
et interrogauit eos
quot panes habetis
qui dixerunt septem
et praecepit turbae discum
bere supra terram
et accipiens septem panes
gratias agens fregit
et dabat discipulis suis
ut adponerent
et adposuerunt turbae
et habebant pisciculos paucos
et ipsos benedixit et iussit
adponi
et manducauerunt et satu
rati sunt
et sustulerunt quod supera
uerat de fragmentis
septem sportas
erant autem qui manducaue
runt quasi quattuor milia
et dimisit eos
et statim ascendens nauem
cum discipulis suis uenit
XXIIII in partes Dalmanutha
et exierunt pharisaei et coe
perunt conquirere cum eo
quaerentes ab illo signum
de caelo temptantes eum
et ingemescens spiritu ait
quid generatio ista quaerit
signum
amen dico uobis si dabitur
generationi isti signum
et dimittens eos ascendens
iterum abiit trans fretum
et obliti sunt sumere panes
et nisi unum panem non ha
bebant secum in naui
et praecipiebat eis dicens
uidete cauete a fermento
pharisaeorum et fermen
to Herodis
et cogitabant ad alterutrum
dicentes
quia panes non habemus
quo cognito Ihs ait illis
quid cogitatis quia panes
non habetis
nondum cognoscitis
neque intellegitis
adhuc caecatum habetis
cor uestrum
oculos habentes non uidetis
et aures habentes non auditis
nec recordamini quando
quinque panes fregi
in quinque milia
et quot cophinos fragmen
torum plenos sustulistis
dicunt ei duodecim
quando et septem panes
in quattuor milia
quot sportas fragmento
rum tulistis
et dicunt ei septem
et dicebat eis quomodo
XXV nondum intellegitis
et ueniunt Bethsaida
et adducunt ei caecum
et rogabant eum ut illum
tangeret

et adprehendens manum
caeci eduxit eum extra
uicum
et expuens in oculos eius
inpositis manibus suis
interrogauit eum si ali
quid uideret
et aspiciens ait
uideo homines uelut arbo
res ambulantes
deinde iterum inposuit
manus super oculos eius
et coepit uidere
et restitutus est ita ut uide
ret clare omnia
et misit illum in domum
suam dicens
uade in domum tuam et si in
uicum introieris nemini
XXVI dixeris
Et egressus est ihs et discipu
li eius in castello caesareae
philippi
et in uia interrogabat disci
pulos suos dicens eis
quem me dicunt esse homines
qui responderunt illi dicentes
iohannen baptistam
alii heliam alii uero quasi
unum de prophetis
tunc dicit illis
uos uero quem me dicitis esse
Respondens petrus ait ei
tu es xps
et comminatus est eis ne cui
dicerent de illo
et coepit docere illos
quoniam oportet filium
hominis multa pati et re
probari a senioribus
et a summis sacerdotibus
et scribis et occidi et post
tres dies resurgere
et palam uerbum loquebatur

Et adprehendens eum petrus
coepit increpare eum
qui conuersus et uidens
discipulos suos comminatus est petro dicens
uade retro me satana
quoniam non sapis quae di
XXVII sunt sed quae sunt hominum
Et conuocata turba cum di
scipulis suis dixit eis
si quis uult post me sequi
deneget se ipsum
et tollat crucem suam
et sequatur me
qui enim uoluerit animam
suam saluam facere
perdet eam
qui autem perdiderit ani
mam suam propter me
et euangelium saluam
eam faciet
quid enim proderit homini
si lucretur mundum
totum et detrimentum
faciet animae suae
aut quid dabit homo com
mutationem pro anima sua
Qui enim me confusus fue
rit et mea uerba in genera
tione ista adultera
et peccatrice
et filius hominis confunde
tur eum cum uenerit
in gloria patris sui
cum angelis scis
Et dicebat illis
amen dico uobis quia sunt
quidam de hic stantibus
qui non gustabunt morte
donec uideant regnum di
uenientis in uirtute
Et post dies sex adsumit ihs
petrum et iacobum
et iohannem

ET DUCIT ILLOS IN MONTEM EX
CELSUM SEORSUM SOLUS
ET TRANSFIGURATUS EST
CORAM IPSIS
ET UESTIMENTA EIUS FACTA
SUNT SPLENDENTIA CANDIDA
NIMIS UELUT NIX
QUALIA FULLO SUPER TERRAM
NON POTEST CANDIDA FACERE
ET APPARUIT ILLIS HELIAS CUM
MOSE ET ERANT LOQUENTES
CUM IHU
ET RESPONDENS PETRUS AIT IHU
RABBI BONUM EST HIC NOS ESSE
ET FACIAMUS TRIA TABERNACULA
TIBI UNUM ET MOSI UNUM
ET HELIAE UNUM
NON ENIM SCIEBAT QUID DICERET
ERANT AUTEM TIMORE
EXTERRITI
ET FACTA EST NUBES
OBUMBRANS EOS
ET UENIT UOX DE NUBE DICENS
HIC EST FILIUS MEUS CARISSI
MUS AUDITE ILLUM
ET STATIM CIRCUMSPICIENTES
NEMINEM AMPLIUS UIDERUNT
NISI IHM TANTUM SECUM
ET DESCENDENTIBUS ILLIS
DE MONTE
PRAECEPIT ILLIS NE CUI QUAE
UIDISSENT NARRARENT
NISI CUM FILIUS HOMINIS
A MORTUIS RESURREXERIT
LXXXVIII X ET UERBUM CONTINUERUNT
APUD SE
CONQUIRENTES QUID ESSET
CUM A MORTUIS RESURRE
XERIT
LXXXVIIII ET INTERROGABANT EUM DICENTES
QUID ERGO DICUNT PHARISAEI
ET SCRIBAE QUIA HELIAM
OPORTET UENIRE PRIMUM
QUI RESPONDENS AIT ILLIS

HELIAS CUM UENERIT PRIMO
RESTITUET OMNIA
ET QUOMODO SCRIPTUM EST
IN FILIUM HOMINIS UT MULTA
PATIATUR ET CONTEMNATUR
SED DICO UOBIS QUIA ET HELIAS
UENIT ET FECERUNT ILLI
QUAECUMQUE UOLUERUNT
XXVIII SICUT SCRIPTUM EST DE EO
XC ET UENIENS AD DISCIPULOS SUOS
UIDIT TURBAM MAGNAM
CIRCA EOS
ET SCRIBAS CONQUIRENTES
CUM ILLIS
ET CONFESTIM OMNIS POPU
LUS UIDENS EUM STUPE
FACTUS EST
ET EXPAUERUNT ET ACCURREN
TES SALUTABANT EUM
ET INTERROGAUIT EOS QUID
INTER UOS CONQUIRITIS
XCI ET RESPONDENS UNUS DE TUR
BA DIXIT
MAGISTER ATTULI FILIUM
MEUM AD TE HABENTEM
SPM MUTUM
QUI UBICUMQUE EUM ADPRE
HENDERIT ADLIDIT EUM
ET SPUMAT ET STRIDET DEN
TIBUS ET ARESCIT
ET DIXI DISCIPULIS TUIS UT EICE
RENT ILLUM ET NON POTU
ERUNT
QUI RESPONDENS EIS DICIT
O GENERATIO INCREDULA
QUAMDIU APUD UOS ERO
QUAMDIU UOS PATIAR
ADFERTE ILLUM AD ME
ET ADTULERUNT EUM
ET CUM UIDISSET ILLUM
STATIM SPIRITUS
CONTURBAUIT EUM
ET ELISUS IN TERRAM
UOLUTABATUR SPUMANS

ET INTERROGAUIT PATREM EIUS
QUANTUM TEMPORIS EST
EX QUO HOC EI ACCIDIT
AT ILLE AIT AB INFANTIA
ET FREQUENTER EUM ET IN IGNE
ET IN AQUAS MISIT UT EUM
PERDERET
SED SI QUID POTES ADIUUA NOS
MISERTUS NOSTRI
IHS AUTEM AIT ILLI
SI POTES CREDERE OMNIA
POSSIBILIA CREDENTI
ET CONTINUO EXCLAMANS PATER
PUERI CUM LACRIMIS AIEBAT
CREDO ADIUUA INCREDULITA
TEM MEAM
ET CUM UIDERET IHS CONCURRE
TEM TURBAM
COMMINATUS EST SPIRITUI
INMUNDO DICENS ILLI
SURDE ET MUTE SPS
EGO TIBI PRAECIPIO EXI AB EO
ET AMPLIUS NE INTROEAS IN EU
ET EXCLAMANS MULTUM DISCER
PENS EUM EXIIT AB EO
ET FACTUS EST SICUT MORTUUS
ITA UT MULTI DICERENT
QUIA MORTUUS EST
IHS AUTEM TENENS MANUM
EIUS ELEUAUIT ILLUM
ET SURREXIT
ET CUM INTROISSET IN DOMU
DISCIPULI EIUS SECRETO
INTERROGABANT EUM
QUARE NOS NON POTUIMUS
EICERE EUM
ET DIXIT ILLIS HOC GENUS IN
NULLO POTEST EXIRE NISI
XXIX IN ORATIONE ET IEIUNIO
ET INDE PROFECTI PRAETER
GREDIEBANTUR GALILAEAM
NEC UOLEBAT QUEMQUAM SCIRE
DOCEBAT AUTEM DISCIPULOS
SUOS

ET DICEBAT ILLIS QUONIAM
FILIUS HOMINIS TRADETUR
IN MANUS HOMINUM
ET OCCIDENT EUM
ET OCCISUS TERTIA DIE RESURGET
AT ILLI IGNORABANT UERBUM
ET TIMEBANT EUM INTER
ROGARE
ET UENERUNT CAPHARNAUM
QUI CUM DOMI ESSET INTERRO
GABAT EOS QUID IN UIA
TRACTABATIS
AT ILLI TACEBANT
SIQUIDEM INTER SE IN UIA DISPU
TAUERANT QUIS ESSET
ILLORUM MAIOR
ET RESIDENS UOCAUIT DUODE
CIM ET AIT ILLIS
SI QUIS UULT PRIMUS ESSE
ERIT OMNIUM NOUISSIMUS
ET OMNIUM MINISTER
ET ACCIPIENS PUERUM STATUIT
EUM IN MEDIO EORUM
QUEM UT COMPLEXUS ESSET
AIT ILLIS
QUISQUIS UNUM EX HUIUSMO
DI PUERIS RECEPERIT IN NO
MINE MEO ME RECIPIT
ET QUICUMQUE ME SUSCEPERIT
NON ME SUSCIPIT
XXX SED EUM QUI ME MISIT
RESPONDIT ILLI IOHANNES DICENS
MAGISTER UIDIMUS QUENDAM
IN NOMINE TUO EICIENTEM
DAEMONIA QUI NON SEQUITUR
NOS ET PROHIBUIMUS EUM
IHS AUTEM AIT NOLITE
PROHIBERE EUM
NEMO EST ENIM QUI FACIAT
UIRTUTEM IN NOMINE MEO
ET POSSIT CITO MALE
LOQUI DE ME
QUI ENIM NON EST ADUERSU
UOS PRO UOBIS EST

QUISQUIS ENIM POTUM DEDE
RIT UOBIS CALICEM AQUAE IN
NOMINE MEO QUIA XPI ESTIS
AMEN DICO UOBIS NON PERDET
MERCEDEM SUAM
ET QUISQUIS SCANDALIZAUERIT
UNUM EX HIS PUSILLIS CREDE(N)
TIBUS IN ME
BONUM EST EI MAGIS SI CIRCUM
DARETUR MOLA ASINARIA COLLO
EIUS ET IN MARE MITTERETUR
ET SI SCANDALIZAUERIT TE MANUS
TUA ABSCIDE ILLAM
BONUM EST TIBI DEBILEM
INTROIRE IN UITAM
QUAM DUAS MANUS HABENTEM
IRE IN GEHENNAM IN IGNEM
INEXTINGUIBILEM
UBI UERMIS EORUM NON MORI
TUR ET IGNIS NON EXTINGUITUR
ET SI PES TUUS TE SCANDALIZAT
AMPUTA ILLUM
BONUM EST TIBI CLAUDUM
INTROIRE IN UITAM AETERNAM
QUAM DUOS PEDES HABENTE(M)
MITTI IN GEHENNAM IGNIS
INEXTINGUIBILIS
UBI UERMIS EORUM NON MO
RITUR ET IGNIS NON EXTIN
GUITUR
QUOD SI OCULUS TUUS SCANDA
LIZAT TE EICE EUM
BONUM EST TIBI LUSCUM
INTROIRE IN REGNUM DI
QUAM DUOS OCULOS HABENTE(M)
MITTI IN GEHENNAM IGNIS
UBI UERMIS EORUM NON MO
RITUR ET IGNIS NON EXTIN
GUITUR
OMNIS ENIM IGNE SALLIETUR
ET OMNIS UICTIMA SALLIETUR
BONUM EST SAL
QUOD SI SAL INSULSUM FUERIT
IN QUO ILLUD CONDIETIS

HABETE IN UOBIS SAL
XXXI ET PACEM HABETE INTER UOS
ET INDE EXSURGENS UENIT IN FINES
IUDAEAE ULTRA IORDANEN
ET CONUENIUNT ITERUM TUR
BAE AD EUM
ET SICUT CONSUEUERAT ITERUM
DOCEBAT ILLOS
ET ACCEDENTES PHARISAEI
INTERROGABANT EUM
SI LICET UIRO UXOREM DIMITTERE
TEMTANTES EUM
AT ILLE RESPONDENS DIXIT EIS
QUID UOBIS PRAECEPIT
MOSES
QUI DIXERUNT MOSES PERMI
SIT LIBELLUM REPUDII SCRI
BERE ET DIMITTERE
QUIBUS RESPONDENS IHS AIT
AD DURITIAM CORDIS UESTRI
SCRIPSIT UOBIS PRAECEP
TUM ISTUD
AB INITIO AUTEM CREATURAE
MASCULUM ET FEMINAM
FECIT EOS DS
PROPTER HOC RELINQUET HO
MO PATREM SUUM ET MATRE(M)
ET ADHEREBIT AD UXOREM SUAM
ET ERUNT DUO IN CARNE UNA
ITA QUE IAM NON SUNT DUO
SED UNA CARO
QUOD ERGO DS IUNXIT
HOMO NON SEPARET
ET IN DOMO ITERUM DISCIPULI
EIUS DE EODEM INTERROGA
UERUNT EUM
ET DICIT ILLIS
QUICUMQUE DIMISERIT UXORE(M)
SUAM ET ALIAM DUXERIT
ADULTERIUM COMMITTIT
SUPER EAM
ET SI UXOR DIMISERIT UIRUM
SUUM ET ALII NUPSERIT
MOECHATUR

ETOFFEREBANT ILLI PARUULOS
UT TANGERET ILLOS
DISCIPULI AUTEM COMMINABAN
TUR OFFERENTIBUS
QUOS CUM UIDERET IHS INDIGNE
TULIT ET AIT ILLIS
SINITE PARUULOS UENIRE AD
ME ET NE PROHIBUERITIS EOS
TALIUM EST ENIM REGNUM DI
AMEN DICO UOBIS
QUIS QUE NON RECEPERIT REGNU̅
DI UELUT PARUULUS
NON INTRABIT IN ILLUD
ET COMPLEXANS EOS ET INPO
NENS MANUS SUPER ILLOS
XXXII BENEDICEBAT EOS
ET CUM EGRESSUS ESSET IN UIA̅
PROCURRENS QUIDAM GENU
FLEXO ANTE EUM ROGABAT EU̅
MAGISTER BONE
QUID FACIAM UT UITAM
AETERNAM PERCIPIAM
IHS AUTEM DIXIT EI
QUID ME DICIS BONUM NEMO
BONUS NISI UNUS DS
PRAECEPTA NOSTI
NE ADULTERES NE OCCIDAS
NE FURERIS
NE FALSUM TESTIMONIUM DI
XERIS NE FRAUDEM FECERIS
HONORA PATREM TUUM ET MATRE̅
ET ILLE RESPONDENS AIT
MAGISTER HAEC OMNIA OBSER
UAUI A IUUENTUTE MEA
IHS AUTEM INTUITUS EUM DILE
XIT EUM ET DIXIT ILLI
UNUM TIBI DEEST
UADE QUAECUMQUE HABES
UENDE ET DA PAUPERIBUS
ET HABEBIS THESAURUM IN CAELO
ET UENI SEQUERE ME
QUI CONTRISTATUS IN UERBO
ABIIT MAERENS
ERAT ENIM HABENS POSSESSIO

NES MULTAS
ET CIRCUMSPICIENS IHS AIT
DISCIPULIS SUIS
QUAM DIFFICILE QUI PECUNIAS
HABENT IN REGNUM DI
INTROIBUNT
DISCIPULI AUTEM OBSTUPE
SCEBANT IN UERBIS EIUS
AT IHS RURSUS RESPONDENS
AIT ILLIS
FILIOLI QUAM DIFFICILE EST
CONFIDENTES IN PECUNIIS
IN REGNUM DI INTROIRE
FACILIUS EST CAMELUM PER
FORAMEN ACUS TRANSIRE
QUAM DIUITEM INTRARE
IN REGNUM DI
QUI MAGIS ADMIRABANTUR
DICENTES AD SEMET IPSOS
ET QUIS POTEST SALUUS FIERI
ET INTUENS ILLOS IHS AIT
APUD HOMINES INPOSSIBILE
EST SED NON APUD DM
OMNIA ENIM POSSIBILIA SUNT
APUD DM
COEPIT PETRUS EI DICERE
ECCE NOS DIMISIMUS OMNIA
ET SECUTI SUMUS TE
RESPONDENS IHS AIT
AMEN DICO UOBIS
NEMO EST QUI RELIQUERIT
DOMUM AUT FRATRES
AUT SORORES AUT MATREM
AUT PATREM AUT FILIOS
AUT AGROS PROPTER ME
ET PROPTER EUANGELIUM
QUI NON ACCIPIAT CENTIES TAN
TUM NUNC IN TEMPORE HOC
DOMOS ET FRATRES ET SORO
RES ET MATRES ET FILIOS
ET AGROS CUM PERSECUTIONIB'
ET IN SAECULO FUTURO
UITAM AETERNAM
MULTI AUTEM ERUNT PRIMI

NOUISSIMI ET NOUISSIMI
XXXIII PRIMI
ERANT AUTEM IN UIA ASCENDEN
TES IN HIEROSOLYMA
ET PRAECEDEBAT ILLOS IHS
ET STUPEBANT ET SEQUENTES
TIMEBANT
ET ADSUMENS ITERUM DUODE
CIM COEPIT ILLIS DICERE
QUAE ESSENT EI EUENTURA
QUIA ECCE ASCENDIMUS IN HIE
ROSOLYMA
ET FILIUS HOMINIS TRADETUR
PRINCIPIBUS SACERDOTUM
ET SCRIBIS
ET DAMNABUNT EUM MORTE
ET TRADENT EUM GENTIBUS
ET INLUDENT EI ET CONSPUENT
EUM ET FLAGELLABUNT EUM
INTERFICIENT EUM ET TERTIA
DIE RESURGET
ET ACCEDUNT AD EUM IACOBUS
ET IOHANNES FILII ZEBEDAEI
DICENTES
MAGISTER UOLUMUS UT QUOD
CUMQUE PETIERIMUS FACI
AS NOBIS
AT ILLE DIXIT EIS QUID UULTIS
UT FACIAM UOBIS
ET DIXERUNT DA NOBIS UT UNUS
AD DEXTRAM TUAM ET ALIUS
AD SINISTRAM TUAM SEDEA
MUS IN GLORIA TUA
IHS AUTEM AIT EIS NESCITIS
QUID PETATIS
POTESTIS BIBERE CALICEM
QUEM EGO BIBO
AUT BAPTISMUM QUO EGO
BAPTIZOR BAPTIZARI
AT ILLI DIXERUNT EI POSSUMUS
IHS AUTEM AIT EIS CALICEM
QUIDEM QUEM EGO BIBO
BIBETIS
ET BAPTISMUM QUO EGO BAPTI
ZOR BAPTIZABIMINI
SEDERE AUTEM AD DEXTRAM
MEAM UEL AD SINISTRAM
NON EST MEUM DARE
SED QUIBUS PARATUM EST
ET AUDIENTES DECEM COEPE
RUNT INDIGNARI DE IACOBO
ET IOHANNE
IHS AUTEM UOCANS EOS AIT ILLIS
SCITIS QUIA HI QUI UIDENTUR
PRINCIPARI GENTIBUS
DOMINANTUR EIS
ET PRINCIPES EORUM POTESTA
TEM HABENT IPSORUM
NON ITA EST AUTEM IN UOBIS
SED QUICUMQUE UOLUERIT
FIERI MAIOR ERIT UESTER
MINISTER
ET QUICUMQUE UOLUERIT
IN UOBIS PRIMUS ESSE
ERIT OMNIUM SERUUS
NAM ET FILIUS HOMINIS NON
UENIT UT MINISTRARETUR
EI SED UT MINISTRARET
ET DARET ANIMAM SUAM
XXXIIII REDEMTIONEM PRO MULTIS
ET UENIUNT HIERICHUM
ET PROFICISCENTE EO HIERICHO
ET DISCIPULIS EIUS ET PLURI
MA MULTITUDINE
FILIUS TIMAEI BARTIMEUS
CAECUS SEDEBAT IUXTA
UIAM MENDICANS
QUI CUM AUDISSET QUIA IHS
NAZARENUS EST COEPIT
CLAMARE ET DICERE
FILI DAUID IHS MISERERE MEI
ET COMMINABANTUR EI MULTI
UT TACERET
AT ILLE MULTO MAGIS CLAMABAT
FILI DAUID MISERERE MEI
ET STANS IHS PRAECEPIT ILLUM
UOCARI
ET UOCANT CAECUM DICENTES EI

ANIMAEQUIOR ESTO SURGE
UOCAT TE
QUI PROIECTO UESTIMENTO SUO
EXILIENS UENIT AD EUM
ET RESPONDENS IHS DIXIT ILLI
QUID UIS TIBI FACIAM
CAECUS AUTEM DIXIT EI
RABBONI UT UIDEAM
IHS AUTEM AIT ILLI UADE FIDES
TUA TE SALUUM FECIT
ET CONFESTIM UIDIT ET SEQUE
XXXV BATUR EUM IN UIAM
ET CUM ADPROPINQUARENT
HIEROSOLYMAE ET BETHANI
AE AD MONTEM OLIUARUM
MITTIT DUOS EX DISCIPULIS SUIS
ET AIT ILLIS
ITE IN CASTELLUM QUOD EST
CONTRA UOS
ET STATIM INTROEUNTES ILLUC
INUENIETIS PULLUM LIGATUM
SUPER QUEM NEMO ADHUC
HOMINUM SEDIT
SOLUITE ILLUM ET ADDUCITE
ET SI QUIS UOBIS DIXERIT QUID
FACITIS DICITE QUIA DNO
NECESSARIUS EST
ET CONTINUO ILLUM DIMIT
TET HUC
ET ABEUNTES INUENERUNT
PULLUM LIGATUM ANTE
IANUAM FORIS IN BIUIO
ET SOLUUNT EUM
ET QUIDAM DE ILLIC STANTIBUS
DICEBANT ILLIS
QUID FACITIS SOLUENTES PULLUM
QUI DIXERUNT EIS SICUT PRAE
CEPERAT ILLIS IHS ET DIMI
SERUNT EIS
ET DUXERUNT PULLUM AD IHM
ET INPONUNT ILLI UESTIMEN
TA SUA ET SEDIT SUPER EUM
MULTI AUTEM UESTIMENTA
SUA STRAUERUNT IN UIA

ALII AUTEM FRONDES CAEDEBANT
DE ARBORIBUS ET STERNE
BANT IN UIA
ET QUI PRAEIBANT ET QUI SEQUE
BANTUR CLAMABANT DICENTES
OSANNA BENEDICTUS QUI UENIT
IN NOMINE DNI
BENEDICTUM QUOD UENIT
REGNUM PATRIS NOSTRI
XXXVI DAUID OSANNA IN EXCELSIS
ET INTROIUIT HIEROSOLYMA
IN TEMPLUM
ET CIRCUMSPECTIS OMNIBUS
CUM IAM UESPERE ESSET HORA
EXIUIT IN BETHANIAM CUM
DUODECIM
ET ALIA DIE CUM IRENT A BETHA
NIA ESURIIT
CUMQUE UIDISSET A LONGE
FICUM HABENTEM FOLIA
UENIT SI QUID FORTE INUE
NIRET IN EA
ET CUM UENISSET AD EAM
NIHIL INUENIT PRAETER
FOLIA
NON ENIM ERAT TEMPUS
FICORUM
ET RESPONDENS DIXIT EI
IAM NON AMPLIUS IN AETERNUM
QUISQUAM FRUCTUM EX TE
MANDUCET
ET AUDIEBANT DISCIPULI EIUS
ET UENIUNT HIEROSOLYMAM
ET CUM INTROISSET TEMPLUM
COEPIT EICERE UENDENTES
ET EMENTES IN TEMPLO
ET MENSAS NUMMULARIORUM
ET CATHEDRAS UENDENTIUM
COLUMBAS EUERTIT
ET NON SINEBAT UT QUISQUAM
TRANSFERRET UAS PER
TEMPLUM
ET DOCEBAT DICENS EIS
NON SCRIPTUM EST QUIA DOMUS

mea domus orationis
uocabitur omnibus gentib·
uos autem fecistis eam
speluncam latronum
Quo audito principes sacerdo
tum et scribae quaerebant
quomodo eum perderent
timebant enim eum quoniã
uniuersa turba admiraba
tur super doctrina eius
Et cum uespera facta esset
egrediebatur de ciuitate
Et cum mane transirent
uiderunt ficum aridam
factam a radicibus
Et recordatus petrus dicit ei
rabbi ecce ficus cui maledi
xisti aruit
Et respondens ihs ait illis
habete fidem di
amen dico uobis
quia quicumque dixerit
huic monti tollere
et mittere in mare
et non hesitauerit in cor
de suo
sed crediderit quia quod
cumque dixerit fiat
fiet ei
Propterea dico uobis
omnia quaecumque orantes
petitis credite quia acci
pietis et ueniet uobis
Et cum stabitis ad orandum
dimittite si quid habetis
aduersum aliquem
ut et pater uester qui in cae
lis est dimittat uobis
peccata uestra
quod si uos non dimiseritis
nec pater uester qui in cae
lis est dimittet uobis
peccata uestra
Et ueniunt rursus hierosoly
mã

XXVI Et cum ambularet in templo
accedunt ad eum summi sacer
dotes et scribae et senio
res et dicunt illi
in qua potestate haec facis
et quis tibi dedit hanc po
testatem ut ista facias
ihs autem respondens ait illis
interrogabo uos et ego unũ
uerbum et respondete mihi
et dicam uobis in qua pote
state haec faciam
baptismum iohannis de cae
lo erat an ex hominibus
respondete mihi
at illi cogitabant secum
dicentes
si dixerimus de caelo dicet
quare ergo non credidi
stis ei
si dixerimus ex hominibus
timebant populum
omnes enim habebant
iohannem quia uere
propheta esset
et respondentes dicunt ihũ
nescimus
respondens ihs ait illis
neque ego dico uobis in qua
potestate haec faciam
Et coepit illis in parabolis
loqui
uineam pastinauit homo
et circumdedit saepem
et fodit lacum
et aedificauit turrem
et locauit eam agricolis
et peregre profectus est
et misit ad agricolas in tem
pore seruum
ut ab agricolis acciperet
de fructu uineae
qui adprehensum eum ceci
derunt et dimiserunt uacuũ

ET ITERUM MISIT AD ILLOS
ALIUM SERUUM
ET ILLUM IN CAPITE UULNERA
UERUNT ET CONTUMELIIS
ADFECERUNT
ET RURSUM ALIUM MISIT
ET ILLUM OCCIDERUNT
ET PLURES ALIOS QUOSDAM
CAEDENTES ALIOS UERO
OCCIDENTES
ADHUC ERGO UNUM HABENS FI
LIUM CARISSIMUM
ET ILLUM MISIT AD EOS NOUIS
SIMUM DICENS QUIA REUE
REBUNTUR FILIUM MEUM
COLONI AUTEM DIXERUNT
AD INUICEM HIC EST HERES
UENITE OCCIDAMUS EUM
ET NOSTRA ERIT HEREDITAS
ET ADPREHENDENTES EUM
OCCIDERUNT ET EIECERUNT
EXTRA UINEAM
QUID ERGO FACIET DNS UINEAE
UENIET ET PERDET COLONOS
ET DABIT UINEAM ALIIS
NEC SCRIPTURAM HANC LEGISTIS
LAPIDEM QUEM REPROBAUE
RUNT AEDIFICANTES HIC FAC
TUS EST IN CAPUT ANGULI
A DNO FACTUM EST ISTUD
ET EST ADMIRABILE IN OCU
LIS NOSTRIS
ET QUAEREBANT EUM TENERE
ET TIMUERUNT TURBAM
COGNOUERUNT ENIM QUONIAM
AD EOS PARABOLAM HANC
DIXERIT
XXXV ET RELICTO EO ABIERUNT
ET MITTUNT AD EUM QUOSDAM
EX PHARISAEIS ET HERODIA
NIS UT EUM CAPERENT
IN UERBO
QUI UENIENTES DICUNT EI
MAGISTER SCIMUS QUIA UERAX ES

ET NON CURAS QUEMQUAM
NEC ENIM UIDES IN FACIEM
HOMINIS SED IN UERITATE
UIAM DNI DOCES
LICET DARI TRIBUTUM CAESARI
AN NON DABIMUS
QUI SCIENS UERSUTIAM EORUM
AIT ILLIS
QUID ME TEMTATIS ADFERTE
MIHI DENARIUM UT UIDEAM
AT ILLI ATTULERUNT ET AIT ILLIS
CUIUS EST IMAGO HAEC ET IN
SCRIPTIO
DICUNT ILLI CAESARIS
RESPONDENS AUTEM IHS
DIXIT ILLIS
REDDITE IGITUR QUAE SUNT
CAESARIS CAESARI ET QUAE
SUNT DI DO
ET MIRABANTUR SUPER EO
XXXVI ET UENERUNT AD EUM SADDU
CAEI QUI DICUNT RESURREC
TIONEM NON ESSE
ET INTERROGABANT EUM
DICENTES
MAGISTER MOSES NOBIS SCRIP
SIT UT SI CUIUS FRATER MOR
TUUS FUERIT ET DIMISERIT
UXOREM
ET FILIOS NON RELIQUERIT
ACCIPIAT FRATER EIUS UXOREM
IPSIUS ET RESUSCITET
SEMEN FRATRI SUO
SEPTEM ERGO FRATRES ERANT
ET PRIMUS ACCEPIT UXOREM
ET MORTUUS EST NON RELIC
TO SEMINE
ET SECUNDUS ACCEPIT EAM
ET MORTUUS EST
ET NEC ISTE RELIQUIT SEMEN
ET TERTIUS SIMILITER
ET ACCEPERUNT EAM SIMILI
TER SEPTEM ET NON RELI
QUERUNT SEMEN

nouissima omnium defuncta est mulier
in resurrectione ergo cum resurrexerint cuius de his erit uxor
septem enim habuerunt eam uxorem
Et respondens ihs ait illis
non ideo erratis non scientes scripturas neque uirtutem di
cum enim a mortuis resurrexerint neque nubent neque nubentur
sed sunt sicut angeli in caelis
de mortuis autem quod resurgant non legistis in libro mosi super rubum
quomodo dixerit illi ds inquiens
ego sum ds abraham et ds isaac et ds iacob
non est ds mortuorum sed uiuorum
XL uos ergo multum erratis
Et accessit unus de scribis qui audierat illos conquirentes
et uidens quoniam bene illis responderit
interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum
ihs autem respondit ei quia primum omnium mandatum est
audi israhel dns ds noster ds unus est
et diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex tota uirtute tua
hoc est primum mandatum
secundum autem simile est illi
diliges proximum tuum tamquam te ipsum
maius horum aliud mandatum non est
Et ait illi scriba
bene magister in ueritate dixisti
quia unus est et non est alius praeter eum
et ut diligatur ex toto corde et ex toto intellectu
et ex tota anima
et ex tota fortitudine
et diligere proximum tamquam se ipsum
maius est omnibus holocaustomatib; et sacrificiis
ihs autem uidens quod sapienter respondisset dixit illi
non es longe a regno di
Et nemo iam audebat eum interrogare
Et respondens ihs dicebat docens in templo
quomodo dicunt scribae xpm filium esse dauid
ipse enim dauid dicit in spu sco
dixit dns dno meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum
ipse ergo dauid dicit eum dnm
et unde est filius eius
et multa turba eum libenter audiuit
Et dicebat eis in doctrina sua
cauete a scribis qui uolunt in stolis ambulare et salutari in foro
et in primis cathedris sedere in synagogis et primos discubitus in cenis
qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixae

ORATIONIS
HI ACCIPIENT PROLIXIUS IUDICIU
XLI ET SEDENS IHS CONTRA GAZOPHY
LACIUM ASPICIEBAT QUOMODO
TURBA IACTARET AES IN GAZO
PHYLACIUM
ET MULTI DIUITES IACTABANT
MULTA
CUM UENISSET AUTEM UNA
UIDUA PAUPER MISIT DUO
MINUTA QUOD EST QUADRANS
ET CONUOCANS DISCIPULOS SUOS
AIT ILLIS AMEN DICO UOBIS
QUONIAM UIDUA HAEC PAUPER
PLUS OMNIBUS MISIT QUI
MISERUNT IN GAZOPHYLACIU
OMNES ENIM EX EO QUOD ABUN
DABAT ILLIS MISERUNT
HAEC UERO DE PAENURIA SUA
OMNIA QUAE HABUIT MISIT
XLII TOTUM UICTUM SUUM
ET CUM EGREDERETUR DE TEM
PLO AIT ILLI UNUS EX DISCI
PULIS SUIS
MAGISTER ASPICE QUALES LAPI
DES ET QUALES STRUCTURAE
ET RESPONDENS IHS AIT ILLI
UIDE HAS OMNES MAGNAS
AEDIFICATIONES
NON RELINQUETUR LAPIS SU
PER LAPIDEM QUI NON
DESTRUATUR
ET CUM SEDERET IN MONTEM
OLIUARUM CONTRA TEMPLU
INTERROGABANT EUM SEPE
RATIM PETRUS ET IACOBUS
ET IOHANNES ET ANDREAS
DIC NOBIS QUANDO ISTA FIENT
ET QUOD SIGNUM ERIT QUAN
DO HAEC OMNIA INCIPIENT
CONSUMMARI
ET RESPONDENS IHS COEPIT
DICERE ILLIS
UIDETE NE QUIS UOS SEDUCAT
MULTI ENIM UENIENT IN NOMI
NE MEO DICENTES QUIA EGO SU
ET MULTOS SEDUCENT
CUM AUDIERITIS AUTEM BELLA
ET OPINIONES BELLORUM
NE TIMUERITIS
OPORTET ENIM FIERI
SED NONDUM FINIS
EXSURGET AUTEM GENS
CONTRA GENTEM
ET REGNUM SUPER REGNUM
ET ERUNT TERRAE MOTUS
PER LOCA ET FAMES
INITIUM DOLORUM HAEC
UIDETE AUTEM UOS MET IPSOS
TRADENT ENIM UOS CONCILIIS
ET IN SYNAGOGIS UAPULABITIS
ET ANTE PRAESIDES ET REGES
STABITIS PROPTER ME
IN TESTIMONIUM ILLIS
ET IN OMNES GENTES PRIMUM
OPORTET PRAEDICARI
EUANGELIUM
XLIII ET CUM DUXERINT UOS TRA
DENTES
NOLITE PRAECOGITARE
QUID LOQUAMINI
SED QUOD DATUM
UOBIS FUERIT IN ILLA HORA
ID LOQUIMINI
NON ENIM ESTIS UOS LOQUEN
TES SED SPS SCS
TRADET AUTEM FRATER FRA
TREM IN MORTEM
ET PATER FILIUM
ET CONSURGENT FILII IN PAREN
TES ET MORTE ADFICIENT EOS
ET ERITIS ODIO OMNIBUS
PROPTER NOMEN MEUM
QUI AUTEM SUSTINUERIT IN FI
NEM HIC SALUUS ERIT
CUM AUTEM UIDERITIS ABOMI
NATIONEM DESOLATIONIS
STANTEM UBI NON DEBET

QUI LEGIT INTELLEGAT
TUNC QUI IN IUDAEA SUNT
FUGIANT IN MONTES
ET QUI SUPER TECTUM NE DE
SCENDAT IN DOMUM
NEC INTROEAT UT TOLLAT QUID
DE DOMO SUA
ET QUI IN AGRO ERIT NON REUER
TATUR RETRO TOLLERE UESTI
MENTUM SUUM
UAE AUTEM PRAEGNATIBUS
ET NUTRIENTIBUS IN ILLIS
DIEBUS
ORATE UERO UT HIEME NON
FIANT
ERUNT ENIM DIES ILLI TRIBULA
TIONIS TALES QUALES NON FU
ERUNT AB INITIO CREATURAE
QUAM CONDIDIT DS USQUE
NUNC NEQUE FIENT
ET NISI BREUIASSET DNS DIES
NON FUISSET SALUA OMNIS CARO
SED PROPTER ELECTOS QUOS
ELEGIT BREUIAUIT DIES
ET TUNC SI QUIS UOBIS DIXERIT
ECCE HIC EST XPS ECCE ILLIC
NE CREDIDERITIS
EXSURGENT ENIM PSEUDO XPI
ET PSEUDO PROPHETAE
ET DABUNT SIGNA ET PORTENTA
AD SEDUCENDOS SI POTEST FIERI
ETIAM ELECTOS
UOS ERGO UIDETE
ECCE PRAEDIXI UOBIS OMNIA
SED IN ILLIS DIEBUS POST TRIBU
LATIONEM ILLAM SOL CON
TENEBRABITUR
ET LUNA NON DABIT SPLENDO
REM SUUM
ET STELLAE CAELI ERUNT
DECIDENTES
ET UIRTUTES QUAE SUNT IN CAE
LIS MOUEBUNTUR
ET TUNC UIDEBUNT FILIUM

HOMINIS UENIENTEM IN NUBIB
CUM UIRTUTE MULTA ET GLORIA
ET TUNC MITTET ANGELOS SUOS
ET CONGREGABIT ELECTOS SUOS
A QUATTUOR UENTIS
A SUMMO TERRAE USQUE AD
SUMMUM CAELI
A FICU AUTEM DISCITE PARABOLA
CUM IAM RAMUS EIUS TENER
FUERIT ET NATA FUERINT
FOLIA
COGNOSCITIS QUIA IN PROXIMO
SIT AESTAS
SIC ET UOS CUM UIDERITIS HAEC
FIERI SCITOTE QUOD IN PRO
XIMO SIT IN OSTIIS
AMEN DICO UOBIS
QUONIAM NON TRANSIBIT
GENERATIO HAEC DONEC
OMNIA ISTA FIANT
CAELUM ET TERRA TRANSIBUNT
UERBA AUTEM MEA
XLIII NON TRANSIBUNT
DE DIE AUTEM ILLO UEL HORA
NEMO SCIT NEQUE ANGELI
IN CAELO NEQUE FILIUS
NISI PATER
UIDETE UIGILATE ET ORATE
NESCITIS ENIM QUANDO
TEMPUS SIT
SICUT HOMO QUI PEREGRE
PROFECTUS RELIQUIT
DOMUM SUAM
ET DEDIT SERUIS SUIS POTESTA
TEM CUIUSQUE OPERIS
ET IANITORI PRAECIPIAT
UT UIGILET
UIGILATE ERGO
NESCITIS ENIM QUANDO DNS
DOMUS UENIAT
SERO AN MEDIA NOCTE
AN GALLI CANTU AN MANE
ET CUM UENERIT REPENTE
INUENIAT UOS DORMIENTES

QUOD AUTEM UOBIS DICO OMNIB(us)
DICO UIGILATE
ERAT AUTEM PASCHA ET AZYMA
POST BIDUUM
ET QUAEREBANT SUMMI SACER
DOTES ET SCRIBAE QUOMODO
EUM DOLO TENERENT ET OC
CIDERENT
DICEBANT ENIM NON IN DIE FESTO
NE FORTE TUMULTUS FIERET
XLIIII POPULI
ET CUM ESSET BETHANIAE IN DO
MO SIMONIS LEPROSI
ET RECUMBERET
UENIT MULIER HABENS ALABA
STRUM UNGENTI NARDI
SPICATI PRETIOSI
ET FRACTO ALABASTRO EFFUDIT
SUPER CAPUT EIUS
ERANT AUTEM QUIDAM INDIGNE
FERENTES INTRA SEMET IP
SOS ET DICENTES
UT QUID PERDITIO ISTA UNGEN
TI FACTA EST
POTERAT ENIM UNGENTUM
ISTUD UENIRI PLUSQUAM
TRECENTIS DENARIIS
ET DARI PAUPERIBUS
ET FREMEBANT IN EAM
IHS AUTEM DIXIT SINITE EAM
QUID ILLI MOLESTI ESTIS
BONUM OPUS OPERATA EST IN ME
SEMPER ENIM PAUPERES
HABETIS UOBISCUM
ET CUM UOLUERITIS POTESTIS
ILLIS BENEFACERE
ME AUTEM NON SEMPER HA
BETIS
QUOD HABUIT HAEC FECIT
PRAEUENIT UNGERE CORPUS
MEUM IN SEPULTURAM
AMEN DICO UOBIS
UBICUMQUE PRAEDICATUM
FUERIT EUANGELIUM ISTUD
IN UNIUERSO MUNDO
ET QUOD FECIT HAEC NARRABITUR
IN MEMORIAM EIUS
ET IUDAS SCARIOTIS UNUS DE DUO
DECIM ABIIT AD SUMMOS
SACERDOTES UT PRODERET
EUM ILLIS
QUI AUDIENTES GAUISI SUNT
ET PROMISERUNT EI PECUNIAM
SE DATUROS
ET QUAEREBAT QUOMODO ILLU(m)
OPORTUNE TRADERET
ET PRIMO DIE AZYMORUM
QUANDO PASCHA IMMOLA
BANT DICUNT EI DISCIPULI
QUO UIS EAMUS ET PAREMUS
TIBI UT MANDUCES PASCHA
ET MITTIT DUOS EX DISCIPULIS
SUIS ET DICIT EIS
ITE IN CIUITATE(m) ET OCCURRIT
UOBIS HOMO LAGUENAM AQUAE
BAIULANS SEQUIMINI EUM
ET QUOCUMQUE INTROIERIT
DICITE DOMINO DOMUS
QUIA MAGISTER DICIT
UBI EST REFECTIO MEA UBI
PASCHA CUM DISCIPULIS
MEIS MANDUCEM
ET IPSE UOBIS DEMONSTRABIT
CENACULUM GRANDE STRATU(m)
ET ILLIC PARATE NOBIS
ET ABIERUNT DISCIPULI EIUS
ET UENERUNT IN CIUITATEM
ET INUENERUNT SICUT
DIXERAT ILLIS
ET PARAUERUNT PASCHA
UESPERE AUTEM FACTO
UENIT CUM DUODECIM
ET DISCUMBENTIBUS CUM EIS
ET MANDUCANTIBUS
AIT IHS
AMEN DICO UOBIS
QUIA UNUS EX UOBIS ME TRADET
QUI MANDUCAT MECUM

AT ILLI COEPERUNT CONTRISTARI
ET DICERE EI SINGILLATIM
NUMQUID EGO
QUI AIT ILLIS
UNUS EX DUODECIM QUI INTIN
GIT MECUM IN CATINO
ET FILIUS QUIDEM HOMINIS
UADIT SICUT SCRIPTUM EST
DE EO
UAE AUTEM HOMINI ILLI PER QUE
FILIUS HOMINIS TRADITUR
BONUM EST EI SI NON ESSET
NATUS HOMO ILLE
ET MANDUCANTIBUS ILLIS
ACCEPIT IHS PANEM
ET BENEDICENS FREGIT
ET DEDIT EIS ET AIT
SUMITE HOC EST CORPUS MEUM
ET ACCEPTO CALICE GRATIAS AGENS
DEDIT EIS
ET BIBERUNT EX ILLO OMNES
ET AIT ILLIS
HIC EST SANGUIS MEUS NOUI
TESTAMENTI QUI PRO MUL
TIS EFFUNDITUR
AMEN DICO UOBIS
QUOD IAM NON BIBAM DE GENI
MINE UITIS USQUE IN DIEM
ILLUM CUM ILLUD BIBAM
xlv NOUUM IN REGNO DI
ET HYMNO DICTO EXIERUNT
IN MONTEM OLIUARUM
ET AIT EIS IHS
OMNES SCANDALIZABIMINI
IN NOCTE ISTA
QUIA SCRIPTUM EST
PERCUTIAM PASTOREM
ET DISPARGENTUR OUES
SED POSTEA QUAM SURREXERO
PRAECEDAM UOS IN GALILAEAM
PETRUS AUTEM AIT EI
ET SI OMNES SCANDALIZATI FUE
RINT SED NON EGO
ET AIT ILLI IHS

AMEN DICO TIBI
QUIA TU HODIE IN NOCTE HAC
PRIUSQUAM BIS GALLUS UOCEM
DEDERIT TER ME ES NEGATURUS
AT ILLE AMPLIUS LOQUEBATUR
ET SI OPORTUERIT ME SIMUL
COMMORI TIBI NON TE NEGABO
SIMILITER AUTEM ET OMNES
DICEBANT
ET UENIUNT IN PRAEDIUM
CUI NOMEN GESEMANI
ET AIT DISCIPULIS SUIS
SEDETE HIC DONEC OREM
ET ADSUMIT PETRUM ET IACO
BUM ET IOHANNEN SECUM
ET COEPIT PAUERE ET TAEDERE
ET AIT ILLIS
TRISTIS EST ANIMA MEA
USQUE AD MORTEM
SUSTINETE HIC ET UIGILATE
ET CUM PROCESSISSET PAULU
LUM PROCIDIT SUPER TERRAM
ET ORABAT UT SI FIERI POSSET
TRANSIRET AB EO HORA ET DIXIT
ABBA PATER OMNIA TIBI POSSI
BILIA SUNT TRANSFER CALI
CEM HUNC A ME
SED NON QUOD EGO UOLO
SED QUOD TU
ET UENIT ET INUENIT EOS
DORMIENTES ET AIT PETRO
SIMON DORMIS
NON POTUISTI UNA HORA UIGILARE
UIGILATE ET ORATE UT NON IN
TRETIS IN TEMTATIONEM
SPS QUIDEM PROMTUS
CARO UERO INFIRMA
ET ITERUM ABIENS ORAUIT
EUNDEM SERMONEM DICENS
ET REUERSUS DENUO
INUENIT EOS DORMIENTES
ERANT ENIM OCULI ILLORUM
INGRAUATI ET IGNORABANT
QUID RESPONDERENT EI

ET UENIT TERTIO ET AIT ILLIS
DORMITE IAM ET REQUIESCITE
SUFFICIT UENIT HORA ECCE
TRADITUR FILIUS HOMINIS
IN MANUS PECCATORUM
SURGITE EAMUS ECCE QUI ME
TRADIT PROPE EST
ET ADHUC EO LOQUENTE UENIT
IUDAS UNUS EX DUODECIM scarioth
ET CUM ILLO TURBA MULTA
CUM GLADIIS ET LIGNIS
A SUMMIS SACERDOTIBUS
ET A SCRIBIS ET A SENIORIBUS
DEDERAT AUTEM TRADITOR
EIUS SIGNUM EIS DICENS
QUEMCUMQUE OSCULATUS
FUERO IPSE EST TENETE EUM
ET CAUTE DUCITE
ET CUM UENISSET STATIM
ACCEDENS AD EUM AIT RABBI
ET OSCULATUS EST EUM
AT ILLI MANUS INIECERUNT IN
EUM ET TENUERUNT EUM
UNUS AUTEM QUIDAM DE CIRCUM
STANTIBUS EDUCENS GLADIUM
PERCUSSIT SERUUM
SUMMI SACERDOTIS
ET AMPUTAUIT ILLI AURICULAM
ET RESPONDENS IHS AIT ILLIS
TAMQUAM AD LATRONEM
EXISTIS CUM GLADIIS ET LIGNIS
CONPREHENDERE ME
COTIDIE ERAM APUD UOS IN
TEMPLO DOCENS ET NON
ME TENUISTIS
SED UT ADIMPLEANTUR
SCRIPTURAE
TUNC DISCIPULI EIUS RELINQUEN
TES EUM OMNES FUGERUNT
ADULESCENS AUTEM QUIDAM
SEQUEBATUR EUM AMICTUS
SINDONE SUPER NUDO
ET TENUERUNT EUM
AT ILLE REIECTA SINDONE
NUDUS PROFUGIT AB EIS
ET ADDUXERUNT IHM AD SUM
MUM SACERDOTEM
ET CONUENIUNT OMNES SACER
DOTES ET SCRIBAE ET SENIORES
PETRUS AUTEM A LONGE SECU
TUS EST EUM USQUE IN ATRIUM
SUMMI SACERDOTIS
ET SEDEBAT CUM MINISTRIS
ET CALEFACIEBAT SE AD IGNEM
SUMMI UERO SACERDOTES
ET OMNE CONCILIUM
QUAEREBANT ADUERSUM IHM
TESTIMONIUM UT EUM
MORTI TRADERENT
NEC INUENIEBANT
MULTI ENIM TESTIMONIUM
FALSUM DICEBANT ADUER
SUS EUM
ET CONUENIENTIA TESTIMO
NIA NON ERANT
ET QUIDAM SURGENTES FALSUM
TESTIMONIUM FEREBANT
ADUERSUS EUM DICENTES
QUONIAM NOS AUDIUIMUS
EUM DICENTEM
EGO DISSOLUAM TEMPLUM
HOC MANUFACTUM
ET PER TRIDUUM ALIUD NON
MANUFACTUM AEDIFICABO
ET NON ERAT CONUENIENS
TESTIMONIUM ILLORUM
ET EXSURGENS SUMMUS SACER
DOS IN MEDIUM INTERROGA
UIT IHM DICENS
NON RESPONDES QUICQUAM
AD EA QUAE TIBI OBICIUNTUR
AB HIS
ILLE AUTEM TACEBAT ET NIHIL
RESPONDIT
RURSUM SUMMUS SACERDOS
INTERROGABAT EUM ET DICIT EI
TU ES XPS FILIUS BENEDICTI
IHS AUTEM DIXIT ILLI EGO SUM

ET UIDEBITIS FILIUM HOMINIS
ADEXTRIS SEDENTEM UIRTUTIS
ET UENIENTEM CUM NUBIBUS
CAELI
SUMMUS AUTEM SACERDOS SCIN
DENS UESTIMENTA SUA AIT
QUID ADHUC DESIDERAMUS TESTES
AUDISTIS BLASPHEMIAM
QUID UOBIS UIDETUR
QUI OMNES CONDEMNAUERUNT
EUM ESSE REUM MORTIS
ET COEPERUNT QUIDAM CON
SPUERE EUM ET UELARE
FACIEM EIUS ET COLAPHIS EU(M)
CAEDERE ET DICERE EI
PROPHETIZA
ET MINISTRI ALAPIS EUM
CAEDEBANT
ET CUM ESSET PETRUS IN ATRIO
DEORSUM
UENIT UNA EX ANCILLIS SUMMI
SACERDOTIS
ET CUM UIDISSET PETRUM
CALEFACIENTEM SE
ASPICIENS ILLUM AIT
ET TU CUM IHU NAZARENO ERAS
AT ILLE NEGAUIT DICENS
NEQUE SCIO NEQUE NOUI
QUID DICAS
ET EXIIT FORAS ANTE ATRIUM
ET GALLUS CANTAUIT
RURSUS AUTEM CUM UIDISSET
ILLUM ANCILLA COEPIT DICERE
CIRCUMSTANTIBUS QUIA HIC
EX ILLIS EST
AT ILLE ITERUM NEGAUIT
ET POST PUSILLUM RURSUS
QUI ADSTABANT DICEBANT PETRO
UERE EX ILLIS ES
NAM ET GALILAEUS ES
ILLE AUTEM COEPIT ANATHEMA
TIZARE ET IURARE QUIA NESCIO
HOMINEM ISTUM QUEM
DICITIS

ET STATIM ITERUM GALLUS
CANTAUIT
ET RECORDATUS EST PETRUS
UERBI QUOD DIXERAT EI IHS
PRIUSQUAM GALLUS CANTET BIS
TER ME NEGABIS
ET COEPIT FLERE
ET CONFESTIM MANE CONSILIU(M)
FACIENTES SUMMI SACERDOTES
CUM SENIORIBUS ET SCRIBIS
ET UNIUERSO CONCILIO
UINCIENTES IHM DUXERUNT
ET TRADIDERUNT PILATO
ET INTERROGAUIT EUM PILATUS
TU ES REX IUDAEORUM
AT ILLE RESPONDENS AIT ILLI
TU DICIS
ET ACCUSABANT EUM SUMMI
SACERDOTES IN MULTIS
PILATUS AUTEM RURSUM
INTERROGAUIT EUM DICENS
NON RESPONDIS QUICQUAM
UIDE IN QUANTIS TE ACCUSANT
IHS AUTEM AMPLIUS NIHIL
RESPONDIT ITA UT MIRARE
TUR PILATUS
PER DIEM AUTEM FESTUM
DIMITTERE SOLEBAT ILLIS
UNUM EX UINCTIS QUEM
CUMQUE PETISSENT
ERAT AUTEM QUI DICEBATUR
BARABBAS
QUI CUM SEDITIOSIS ERAT UINCTUS
QUI IN SEDITIONE FECERAT
HOMICIDIUM
ET CUM ASCENDISSET TURBA
COEPIT ROGARE SICUT
SEMPER FACIEBAT ILLIS
PILATUS AUTEM RESPONDIT
EIS ET DIXIT
UULTIS DIMITTAM UOBIS
REGEM IUDAEORUM
SCIEBAT ENIM QUOD PER INUIDIA(M)
TRADIDISSENT EUM SUMMI

SACERDOTES
PONTIFICES AUTEM CONCITAUE
RUNT TURBAM UT MAGIS
BARAB BAN DIMITTERET EIS
PILATUS AUTEM ITERUM
RESPONDENS AIT ILLIS
QUID ERGO UULTIS FACIAM
REGI IUDAEORUM
AT ILLI ITERUM CLAMAUERUNT
CRUCIFIGE EUM
PILATUS UERO DICEBAT EIS
QUID ENIM MALI FECIT
AT ILLI MAGIS CLAMABANT
CRUCIFIGE EUM
PILATUS AUTEM UOLENS POPULO
SATIS FACERE
DIMISIT ILLIS BARABBAN
ET TRADIDIT IHM FLAGELLIS
CAESUM UT CRUCIFIGERETUR
MILITES AUTEM DUXERUNT EU
IN ATRIUM PRAETORII
ET CONUOCANT TOTAM COHORTE
ET INDUUNT EUM PURPURA
ET INPONUNT EI PLECTENTES
SPINE AM CORONAM
ET COEPERUNT SALUTARE EUM
HAUE REX IUDAEORUM
ET PERCUTIEBANT CAPUT EIUS
HARUNDINE
ET CONSPUEBANT EUM
ET PONENTES GENUA
ADORABANT EUM
ET POST QUAM INLUSERUNT EI
EXUERUNT ILLUM PURPURA
ET INDUERUNT EUM
UESTIMENTIS SUIS
ET EDUCUNT ILLUM UT CRUCI
FIGERENT EUM
ET ANGARIAUERUNT PRAETERE
UNTEM QUEMPIAM SIMONE
CYRENEUM UENIENTEM
DE UILLA
PATREM ALEXANDRI ET RUFI
UT TOLLERET CRUCEM EIUS

ET PERDUCUNT ILLUM IN GOL
GOTHA LOCUM QUOD EST INTER
PRETATUM CALUARIAE LOCUS
ET DABANT EI BIBERE MURRATU
UINUM ET NON ACCEPIT
ET CRUCIFIGENTES EUM DIUI
SERUNT UESTIMENTA EIUS
MITTENTES SORTEM SUPER
EIS QUIS QUID TOLLERET
ERAT AUTEM HORA TERTIA
ET CRUCIFIXERUNT EUM
ET ERAT TITULUS CAUSAE EIUS
INSCRIPTUS REX IUDAEORUM
ET CUM EO CRUCIFIGUNT DUO
LATRONES
UNUM A DEXTRIS ET ALIUM
A SINISTRIS EIUS
ET ADIMPLETA EST SCRIPTURA
QUAE DICIT
ET CUM INIQUIS REPUTATUS EST
ET PRAETEREUNTES BLASPHE
MABANT EUM
MOUENTES CAPITA SUA ET DICENTES
UA QUI DESTRUIT TEMPLUM
ET IN TRIBUS DIEBUS AEDIFICAT
SALUUM FAC TEMET IPSUM
DESCENDENS DE CRUCE
SIMILITER ET SUMMI SACERDO
TES LUDENTES AD ALTERUTRU
CUM SCRIBIS DICEBANT
ALIOS SALUOS FECIT SE IPSUM
NON POTEST SALUUM FACERE
XPS REX ISRAHEL DESCENDAT
NUNC DE CRUCE
UT UIDEAMUS ET CREDAMUS
ET QUI CUM EO CRUCIFIXI ERANT
CONUICIABANTUR EI
ET FACTA HORA SEXTA TENEBRAE
FACTAE SUNT PER TOTAM TER
RAM USQUE IN HORAM NONA
ET HORA NONA EXCLAMAUIT
IHS UOCE MAGNA DICENS
HELOI HELOI LAMMASABACTHANI
QUOD EST INTERPRETATUM

DS MEUS DS MEUS UT QUID
DERELIQUISTI ME
ET QUIDAM DE CIRCUMSTANTIB·
AUDIENTES DICEBANT
ECCE HELIAM UOCAT
CURRENS AUTEM UNUS ET IM
PLENS SPONGIAM ACETO
CIRCUMPONENS QUE CALAMO
POTUM DABAT EI
DICENS SINITE UIDEAMUS
SI UENIAT HELIAS AD DEPO
NENDUM EUM
IHS AUTEM EMISSA UOCE MAGNA
EXSPIRAUIT
ET UELUM TEMPLI SCISSUM
EST IN DUO · A SURSUM USQ· DEORSU
UIDENS AUTEM CENTURIO
QUI EX ADUERSO STABAT QUIA
SIC CLAMANS EXSPIRASSET AIT
UERE HOMO HIC FILIUS DI ERAT
ERANT AUTEM ET MULIERES
DE LONGE ASPICIENTES
INTER QUAS ET MARIA MAGDALENE
ET MARIA IACOBI MINORIS ET IO
SEPH MATER ET SALOMAE
ET CUM ESSET IN GALILAEA
SEQUEBANTUR EUM
ET MINISTRABANT EI
ET ALIAE MULTAE QUAE SIMUL
CUM EO ASCENDERANT
HIEROSOLYMAM
ET CUM IAM SERO ESSET FACTU
QUIA ERAT PARASCEUE
QUOD EST ANTE SABBATUM
UENIT IOSEPH AB ARIMATHIA
NOBILIS DECURIO
QUI ET IPSE ERAT EXPECTANS
REGNUM DI
ET AUDACTER INTROIIT AD PILA
TUM ET PETIT CORPUS IHU
PILATUS AUTEM MIRABATUR
SI IAM OBISSET
ET ACCERSITO CENTURIONE
INTERROGAUIT EUM
SI IAM MORTUUS ESSET
ET CUM COGNOUISSET A CENTURI
ONE DONAUIT CORPUS IOSEPH
IOSEPH AUTEM MERCATUS
SINDONEM ET DEPONENS EU
INUOLUIT SINDONE
ET POSUIT EUM IN MONUMENTO
QUOD ERAT EXCISUM DE PETRA
ET ADUOLUIT LAPIDEM
AD OSTIUM MONUMENTI
MARIA AUTEM MAGDALENE
ET MARIA IOSEPH ASPICI
EBANT UBI PONERETUR
ET CUM TRANSISSET SABBATUM
MARIA MAGDALENE ET MARIA
IACOBI ET SALOMAE
EMERUNT AROMATA
XLVI UT UENIENTES UNGERENT EUM
ET UALDE MANE UNA SABBATORU
UENIUNT AD MONUMENTUM
ORTO IAM SOLE
ET DICEBANT AD INUICEM
QUIS REUOLUET NOBIS LAPIDE
AB OSTIO MONUMENTI
ET RESPICIENTES UI[illegible]DENT
REUOLUTUM LAPIDEM
ERAT QUIPPE MAGNUS UALDE
ET INTROEUNTES IN MONUMENT
UIDERUNT IUUENEM SEDEN
TEM IN DEXTRIS
COOPERTUM STOLA CANDIDA
ET OBSTUPUERUNT
QUI DICIT ILLIS NOLITE
EXPAUESCERE
IHM QUAERITIS NAZARENUM
CRUCIFIXUM SURREXIT
NON EST HIC
ECCE LOCUS UBI POSUERUNT EU
SED ITE DICITE DISCIPULIS EIUS
ET PETRO
QUIA PRAECEDIT UOS IN GALILAEA
IBI EUM UIDEBITIS SICUT
DIXIT UOBIS
AT ILLAE EXEUNTES FUGERUNT

de monumento
inuaserat enim eas tremor
et pauor
et nemini quicquam dixerant
timebāt enim
surgens autem mane
prima sabbati
apparuit primo mariae
magdalene de qua eiece
rat septem daemonia
illa uadens nuntiauit his
qui cum eo fuerant
lugentibus et flentibus
et illi audientes quia uiueret
et uisus esset ab ea
non crediderunt
Post haec autem duobus ex
eis ambulantibus osten
sus est in alia effigie
euntibus in uillam
et illi euntes nuntiauerunt
ceteris
nec illis crediderunt
Nouissime recumbentibus
illis undecim apparuit
et exprobrauit increduli
tatem illorum et duriti
am cordis
quia his qui uiderant eum
resurrexisse non credi
derant
Et dixit eis euntes in mun
dum uniuersum
praedicate euangelium
omni creaturae
qui crediderit et baptiza
tus fuerit saluus erit
qui uero non crediderit ł prophe [illegible]
condemnabitur
signa autem eos qui credide
rint haec sequentur
in nomine meo daemonia
eicient
linguis loquentur nouis
serpentes tollent
et si mortiferum quid bibe
rint non eos nocebit
super egrotos manus
inponent et bene habebūt
Et dns quidem postquam
locutus est eis adsumptus
est in caelum
et sedit a dextris dī
illi autem profecti prae
dicauerunt ubique
dno cooperante et sermo
nem confirmante sequē
tibus signis amen expl̄ ·

INC̄ PRAEFATIO

Lucas syrus natione anthiocensis
arte medicus discipulus apostolorū
postea paulum secutus usq· ad con
fessionem eius seruiens dno sine
crimine nam neq· uxorem umquā
habens neq· filios lxxiiii annorū
obiit in bythinia plenus spu sco ·
Qui cum iam descripta essent
euangelia per matheum quidem
in iudaea per marcum autem in
italia sco instigante spu sco in
achaiae partib· hoc de scripsit euan
gelium significans etiam ipse
in principio ante alia esse descripta
Cui extra ea quae ordo euangelicae
dispositionis exposcit ea maxime
necessitas fuit laboris ut primū
graecis fidelib· omni perfectione
uenturi in carne dī manifestata
ne iudaicis fabulis intenti in solo
legis desiderio tenerentur neue
hereticis fabulis et stultis solli
tationib· seducti exciderent a ue
ritate elaboraret ·

dehinc ut in principio euangelii
iohannis natiuitate praesumpta cui
euangelium scriberet et in quo
electus scriberet indicaret conte
stans in se completa esse quae es
sent ab aliis inchoata cui ideo
post baptismum filii dī a perfecti
one generationis in xp̄o impletae
et repetendae a principio natiuita
tis humanae potestas permissa
est ut requirentib· demonstra
ret in quo adprehendens erat
per nathan filium introitu recur
rentis in dm̄ generationis admis
so indispartibilis dī praedicans in
hominibus xp̄m suum perfecti
hominis opus redire in se per filium face
ret qui per dauid patrem uenien
tib· iter praebebat in xp̄o· cui lucae
non inmerito etiam scribendorū
apostolicorum actuum potestas
in mysterio datur ut dō in dm̄ ple
no ac filio proditionis extincto
oratione ab apostolis facta sorte
dñi electionis numerus comple
retur· Sicq· paulus consumma
tionem apostolicis actib· daret
quem diu contra stimulos recalci
trantem dñs elegisset· Quod lege
tib· ac requirentib· dm̄ etsi per
singula expediri a nobis utile fuerat
scientes tamen quod operantem
agricolam oportiat de fructibus
suis edere uitamus publicam
curiositatem ne non tam demon
strare uolentib· dm̄ uideremur
quam fastidientib· prodisse expl

ITEM INDICIA SIUE CAPITULA

LECTIONUM EUANGELII SEC LUCAN

I Praefatione lucas theophilo
euangelium indicat per ordi
nem descripturum
II Sacerdotium iusti zachariae refer
tur et uisio in templo quae filius
angelo reuelante promittitur
nasciturus cuius etiam concep
tio memoratur
III Missus angelus ad mariam nasciturū
loquitur saluatorem quo mox
concepto salutatur ab elisabeth
exultante in utero iohanne
unde post tres menses reuer
sa est in domum suam
IIII Nato iohanne uox elo quii muto
redditur patri illius prophetanti
puer in deserto est usq· in diem
ostensionis suae ad israhel
V Refertur edictum caesaris et na
tiuitas xp̄i pastorib· ab angelo
nuntiatur cum quo caelestis
multitudo canit gloria in ex
celsis dō
VI Angelis descendentib· pastores
profecti saluatorem in praese
pio positum repperierunt
dm̄ super his quae uidebant
conlaudantes
VII Octauo die circumcisionis eius
prophetiae praesentis symeo
nis iusti uel annae prophetis
sae narratur
VIII Duodennis ipse remansit a suis
in templo quaerenti matri
dicens in his quae patris mei
oportet me esse
IX Anno XV tiberii caesaris iohan
nis orta praedicatio dicitur
qua cunctos ad paenitentiam
cohortatur et calciamentis
dñi se fatetur indignum
X Herodes carceri dat iohannem
et XXX annorum baptizato dño
trinitatis in baptismo mysteriū

declaratur · generationum LXXVII
a Xpo sursum versus usq· ad Adam
ordo contexitur
XI XL dierum ieiunium et trina tempta
tione diabolus superatus osten
ditur
XII Fama regressi in Galilaeam refer
tur et quod Esaiae librum accipi
ens de se impletum dixerit
nec habere prophetam honorem
in patria sua relata etiam vidua
de Sarepta vel leprosi Neman
Syri mundatione quod per
medium eorum qui eum de
monte praecipitare volebant
transierit indicatur
XIII Confitentem in synagoga daemo
nem pellit ex homine
XIIII Socrus Petri et multorum infir
morum turba sanatur et con
fessio daemonum prohibetur
XV Duabus naviculis captura piscium
in verbo dni repente completis
timor pavescentis Petri socio
rumq· eius edicitur
XVI Leproso mundato multi virtute
dni curantur infirmi
XVII Paralyticum nudato tecto dimissum
ante se et a peccatis et a paraly
si curat
XVIII Levi qui et Mattheus de teloneo vo
catur murmurantes de publi
canorum convivio vel de ieiunio
adhibita sponsi et vestimenti
ac vini novi comparatione
redarguit
XIX Quaerentes de evulsione spicarum
in sabbatis relato David exem
plo convincit
XX In synagoga manum aridam sanat
repletis insipientia pharisaeis
XXI Pernoctans in oratione mane duo
decim apostolos nominat
tangentes eum sanantur egroti
XXII Pauperes esurientes flentes per
secutionem patientes beatos vocat
vae divitibus ac ridentibus dicens
etiam inimicos praecepit diligen
dos et percutienti vel nudanti
minime resistendum
XXIII De festuca et trabe arbore quoque
bona et mala atque domo aedifi
canda parabolam ponit
XXIIII Centurionis servum curat rogan
tibus pro eo senioribus et amicis
XXV Filius unicus viduae matris mortu
us iam civitate elatus de fere
tro suscitatur
XXVI Regressis Iohannis nuntiis multa
de eius magnitudine loquitur
et pueris sedentibus in foro gene
rationem comparat Iudaeorum
XXVII Discumbentis dni pedes mulier
lacrimis rigat et pharisaei cogi
tatio parabola duorum
arguitur debitorum
XXVIII Evangelizanti dno et discipulis
eius mulieres de suis dicuntur
facultatibus ministrasse parabo
lam quoq· seminantis fructu
umq· proponit atq· exponit
XXIX Lucernam sub vase non ponendam
et eos matrem fratresq· vocan
dos ait qui patris fecerint
voluntatem
XXX In navi dormiens excitatur a peri
clitantibus et tempestatem maris
verbo compescit
XXXI Hominem a daemonum legione cu
ravit quos in porcos ire concessit
XXXII Pergens ad filiam Iairi suscitandam
mulierem a profluvio sanguinis
salvat resuscitatae puellae dari
praecepit manducare
XXXIII Conlatis virtutibus mittit duode
cim praedicaturos praeceptis
salutaribus institutos
XXXIIII Famam eius audisse Herodes

refertur et apostoli dicuntur
quae fecerant rettulisse
xxxv Quinq· panib· et duob· piscib· quin
que hominum milia saturat
xxxvi Interroganti discipulos quem eum
dicerent homines petrus respō
dit xpm dī at ipse praenuntiat
se passurum
xxxvii Docet ut eum quisq· secuturus abne
get semet ipsum et quosdam
non uisuros ait mortem donec
uideant regnum dī mox inper
tur transfiguratus in monte
xxxviii Cuiusdam filiam a daemonio
increpata generationis
incredulitate curauit
xxxix Iterum dicit se passurum fore
et de primatu cogitationes eorū
statuto in medio puero uetans
humilitatem docet et non pro
hiberi uirtutes in ipsius nomi
ne facientem
xl Ignem de caelo super contemto
res petere uolentes discipu
los increpat et dicenti sequar
te uulpes foueas habere
testatur iubens sequenti di
mittere mortuos et tenen
tem aratrum non respicere
retro
xli Designatis et aliis lxx duob· dat
praecepta quib· debeant prae
dicare mox incredulas incre
pat ciuitates· lxx duob· reuersis
atq· gaudentib· praecipit non
de subiectione daemonum
sed de suorum in caelo nomi
num scriptione gaudere
xlii Confessio laudis in gaudio refer
tur ad patrem postquam in
fert priores iustos quae ui
dent discipuli non uidisse
xliii Legis perito de uita aeterna quae
rente et quis eius esset proxi
mus sciscitante inducit parabo
lam uulnerati cui conlatam a sa
maritano misericordiam prae
cipit imitandam
xliiii Querellam ministrantis marthae
de sorore non eam adiuuante
optimam eam partem elegisse
dicendo compescit
xlv Normam orationis quinque peti
onum rogatus a discipulo tradit
xlvi Amici tres panes media nocte peti
ti parabolam ponens petendū
quaerendum pulsandumque
persuadit
xlvii Mutum daemoniacum restitutō
curat et in belzebub talia eum
posse dicentes de armato forti
ore deuicto et de spu inmundo
septempliciter in homine regres
so redarguit
xlviii Exclamanti mulieri beatum esse
uentrem qui eum portasset
respondit esse eum beatum qui
seruauerit uerbum dī et de signo
ionae dicens reginam austri
commemorat
xlix Lucernam dicens non esse sub
modio poni oculum docet
simplicem esse debere
L Apud pharisaeum prandere roga
tus cogitantem de iudaico bapti
smate notans et uae pharisaeis
sexies dicens multa eorum
mala coarguit
Li Discipulis praecipit et a fermento
hypocrisis cauere et eos qui cor
pus occidunt non metuere
nec in persecutione quid locu
turi sint cogitare
Lii Petenti quodam inter se et fra
trem suum diuidi hereditatē
parabolam ponit de diuite auaro
mox et discipulis sollicitudinē
cibi uestis que quia carent aues

praecipit euitandam
LIII Pusillo greci regnum promittens
possidenda uel possessa propter
elemosynam uendi lumbos que
praecinctos et lucernas arden
tes esse debere iubet uigilandum
quoque seruis boni maliq· mentio
ne facta praecipiens seruum
scientem uoluntatem dñi mul
tis ignorantem uero paucis
uapulare confirmat
LIIII Nam in terram se dicit necessi
tudinum diuisione missurum
et faciem caeli probantes debe
re tempus intellegere manife
stum atq· consentiendum ad
uersario in uia pronuntiat
LV Nuntiatis quibusdam a pilato occi
sis ait omnes nisi paenitentiam
agant similiter perituros
uel sicut illi decem et octo ruina
turris oppressi parabolam
quoq· de sterili arbore fici po
nens indicat paenitentiam dif
ferentes et mulierem ab an
nis decem et octo curuatam eri
gens de cura sabbati murmu
rantes exemplo bouis ad aquam
di repellit gaudente populo
de eius miraculis gloriosis
LVI Regnum di grano sinapis compa
rans et fermento de angusta
quoq· uiae uia paucorum loquens
erunt inquit primi nouissimi
et nouissimi primi
LVII Herodem uulpem appellat et hie
rusalem increpat alis eius
protegi respuentem
LVIII Hydropicum sabbato curans uel ut
de amoris puteo liberatum
murmurantes pharisaeos asini
uel bouis in eo cadentis extrac
tione confundit humilitatem
quoq· sectandam docens in con
uiuio primum accubitum praeci
pit non quaerendum nec diuites
sed pauperes qui non retribuant
esse pascendos
LIX Ponit parabolam de inuitatis qui se
excusare studentes cena non fu
erint digni
LX Odituris necessitudines insuper
etiam animam suam et assumpta cru
ce secuturis similitudinem
aedificandae turris et de bello
regum duorum exponit
ne uero sit quis sal infatuatum
sed aures habeat audiendi
LXI Murmurantibus de peccatorum
conuiuio parabolam ouis et drag
mae ponit inuentae commen
dans gaudium de paenitentium
salute futurum
LXII Parabolam ponens de frugi et lu
xurioso filiis reuersionem pro
digi ad patrem salutem indicat
paenitentium
LXIII De uilico iniquitatis ex dissimili
tudine qui debitum domini sui
astu sollertiore minuerat
introducit
LXIIII Non posse seruire quemquam deo et
mammonae auaros increpat
pharisaeos legem q· dicens uel
prophetas usq· ad iohannem
baptistam et quod dimittens
quis uxorem moechetur
LXV In misericordem diuitem purpu
ratum et pauperem lazarum
introducens ostendit qualia
sint passuri raptores sic me
rentur puniri tenaces
LXVI Uae dicit scandalizanti paenitenti
uero fratri etiam septuagies
septies praecipit remittendum
LXVII Augeri sibi petunt apostoli fidem
et audiunt de translatione ar
boris facultatem positaque

similitudine de seruo arante uel
pascente docet et inutiles se etiā
implentes quae praecepta sunt
fateantur
LXVIII X leprosis mundatis unus tantū
et hoc alienigena ad gratias reuer
titur referendas
LXIX In terrogatus de tempore regni dī
respondit non cum obseruatione
uenturum eumq· fulgori com
parans occupandos eos dicit ho
mines sicut in dieb· noe et loth
et de binis in tecto in mola et in
agro singulos assumendos
et singulos pronuntiat relin
quendos
LXX A d semper orandum parabolam
de uidua ponit ultionem de ad
uersario suo ab iniquo iudice
postulante
LXXI Oratione pharisaei in templo et pu
blicani proposita docet non iac
tanda merita sed confitenda
peccata
LXXII Paruulos a se uetari prohibens
humilitatem sub eorum nomine
significat optinendam
LXXIII Interrogans diues de possidenda
uita aeterna secunda responsi
one tristis abscedit et relinquen
tib· propter nomen suum tem
poralia dns aeterna promittit
LXXIIII T radendum se hierosolymis pas
surumq· praedicit
LXXV I uxta hiericho caeco mendicanti
lumen in praesenti restituit
LXXVI Perambulans hiericho zaccheum
publicanum absoluit qui uenit
saluum facere quod perierat
LXXVII Parabolam ponit seruorum acci
pientium a domino suo decem
mnas ut negotiarentur ex eis
et inimicos regni sui pronunti
at perimendos
LXXVIII Super pullum asinae sedit cunctis
dicentib· pax in caelo et gloria
in excelsis et de increpandis disci
pulis suis ait si hi tacuerint lapi
des clamabunt
LXXVIIII Uidens ciuitatem fleuit super eam
praenuntians euertendam
de templo uendentes eicit scribis
insidiantib· a populo libenter audit̄r
LXXX Sciscitantes de potestate eius uicis
sim ab interrogante de iohannis
baptismo conuincuntur
LXXXI Parabolam dicit de cultorib· uineae
qui domini sui et seruos et fili
um occiderunt
LXXXII Temptantes de tributo caesaris red
dendo denarii inscriptione
conuincit
LXXXIII Sadducaeis de septem fratrum uxo
re quaerentib· resurrectionē
etiam mosi testimonio firmat
LXXXIIII Quaerit quomodo xp̄s filius sit dauid
cum dns ab eo uocaretur in psal
mo centensimo nono· elatione
quoque scribarum arguit uiduā
in gazophilacium duo aera mit
tentem plus omnib· misisse
confirmat
LXXXV L audantib· aedificium templi prae
dicit ocius destruendum et in
terrogantib· de fine respondit
mala plurima praecessura
nec praecogitandum quid tradit
loquantur sed in patientia sua
possideant animas suas
LXXXVI Circumdandam ab exercitu hie
rusalem et uae praegrantib·
cladium quoq· et captiuitatem
signa quoque caeli futura seq· uentu
rum in nube cum potestate
magna et maiestate praedicit
LXXXVII Respicite inquit quia ad propinquāt
redemptio uestra ab ebrietate
quoq· et curis huius uitae prohibet

uigilandum praecipit et orandum
lxxxviii Iudas paciscitur pretium parant
discipuli pascha mysterium
caenae dominicae celebratur
lxxxviiii Contentionem discipulorum
seipsum illorum ministrum
astruens tollit quib· regnum
promittens ait post aliqua
petro confirma fratres tuos
quae lectio potest quolibet
tempore dici
xc Passionis gesta narrantur ubi
inter cetera etiam auriculam quae
puero petrus absciderat ipse
manus suae tactu restituit
xci Crucifigentib· ueniam a patre de
poscens etiam unum ex la
tronib· crucifixum confiten
tem absoluit
xcii Resurrexisse eum mulieres ange
lica reuelatione cognoscunt
et petrus ad monumentum
currens et uidens quod factum
fuerat ammiratur
xciii A duob· id est cleopa et socio eius
cuius nomen tacetur euntib·
in castellum quod tunc emma
us uocabatur post confabu
lationem prolixam in fracti
one panis agnoscitur
xciiii Conloquentib· discipulis adstans
in medio dicit pax uobis et ad
huc pauentes sp̄m q· putantes
ostensione transfixarum
manuum pedumq· confirmat
edens coram ipsis partem piscis
assi et fauum mellis instruit
eos promissum patris missu
rum se dicens ascendit in caelum

I QUONIAM QUIDEM MUL
TI CONATI SUNT ORDINA
RE NARRATIONEM
quae in nobis completae
sunt rerum
sicut tradiderunt nobis
qui ab initio ipsi uiderunt
et ministri fuerunt
sermonis
uisum est et mihi
assecuto a principio omnia
diligenter ex ordine tibi scri
bere optime theophile
ut cognoscas eorum uerbo
rum de quibus eruditus
es ueritatem
II FUIT IN DIEBUS HERODIS
regis iudaeae
sacerdos quidam nomine
zacharias de uice abia
et uxor illi de filiabus aaron
III et nomen eius elisabet
erant autem iusti ambo
ante dm̄
incedentes in omnibus
mandatis et iustificationi
bus dn̄i sine querella
et non erat illis filius eo qđ
esset elisabet sterelis
et ambo processissent
in diebus suis
Factum est autem cum sacer
dotio fungeretur in ordine
uicis suae ante dm̄
secundum consuetudinem
sacerdotii
sorte exiit ut incensum pone
ret ingressus in templum dn̄i
et omnis multitudo erat
populi orans foris hora
incensi
apparuit autem illi angelus
dn̄i stans a dextris altaris
incensi

ET ZACHARIAS TURBATUS EST UIDENS
ET TIMOR INRUIT SUPER EUM
AIT AUTEM AD ILLUM ANGELUS
NE TIMEAS ZACHARIA QUONIAM
EXAUDITA EST DEPRECATIO TUA
ET UXOR TUA ELISABET PARIET
TIBI FILIUM ET UOCABIS
NOMEN EIUS IOHANNEM
ET ERIT GAUDIUM TIBI ET EXUL
TATIO ET MULTI IN NATIUITA
TE EIUS GAUDEBUNT
ERIT ENIM MAGNUS CORAM DNO
ET UINUM ET SICERA NON
BIBET
ET SPU SCO REPLEBITUR ADHUC
EX UTERO MATRIS SUAE
ET MULTOS FILIORUM ISRAHEL
CONUERTET AD DNM DM
IPSORUM
ET IPSE PRAECEDET ANTE ILLU
IN SPU ET UIRTUTE HELIAE
UT CONUERTAT CORDA PATRU
IN FILIOS
ET INCREDIBILES AD PRUDEN
TIAM IUSTORUM
PARARE DNO PLEBEM PERFECTA
ET DIXIT ZACHARIAS AD ANGELU
UNDE HOC SCIAM
EGO ENIM SUM SENEX
ET UXOR MEA PROCESSIT
IN DIEBUS SUIS
II ET RESPONDENS ANGELUS
DIXIT EI
EGO SUM GABRIHEL QUI ADSTO
ANTE DM
ET MISSUS SUM LOQUI AD TE
ET HAEC TIBI EUANGELIZARE
III ET ECCE ERIS TACENS ET NON
POTERIS LOQUI USQUE IN DI
EM QUO HAEC FIANT
PRO EO QUOD NON CREDIDISTI
UERBIS MEIS
QUAE IMPLEBUNTUR IN TEM
PORE SUO

ET ERAT PLEBS EXPECTANS
ZACHARIAM
ET MIRABANTUR QUOD TARDARET
IPSE IN TEMPLO
EGRESSUS AUTEM NON POTERAT
LOQUI AD ILLOS
ET COGNOUERUNT QUOD UISIO
NEM UIDISSET IN TEMPLO
ET IPSE ERAT INNUENS ILLIS
ET PERMANSIT MUTUS
ET FACTI SUNT UT IMPLETI SUNT
DIES OFFICII EIUS ABIIT
IN DOMUM SUAM
POST HOS AUTEM DIES CONCEPIT
ELISABET UXOR EIUS
ET OCCULTABAT SE MENSIBUS
QUINQUE DICENS
QUIA SIC FECIT MIHI DNS
IN DIEBUS QUIBUS RESPEXIT
AUFERRE OBPROBRIUM
MEUM INTER HOMINES
III IN MENSE AUTEM SEXTO MISSUS
EST ANGELUS GABRIHEL A DO
IN CIUITATEM GALILAEAE
CUI NOMEN NAZARETH
AD UIRGINEM DESPONSATAM
UIRO CUI NOMEN ERAT IOSEPH
DE DOMO DAUID
ET NOMEN UIRGINIS MARIA
ET INGRESSUS ANGELUS
AD EAM DIXIT
HAUE GRATIA PLENA DNS TECUM
BENEDICTA TU IN MULIERIBUS
QUAE CUM AUDISSET TURBATA
EST IN SERMONE EIUS
ET COGITABAT QUALIS ESSET
ISTA SALUTATIO
ET AIT ANGELUS EI NE TIMEAS
MARIA INUENISTI ENIM
GRATIAM APUD DM
ECCE CONCIPIES IN UTERO
ET PARIES FILIUM
ET UOCABIS NOMEN EIUS IHM
HIC ERIT MAGNUS ET FILIUS

ALTISSIMI UOCABITUR
ET DABIT ILLI DNS SEDEM DAUID
PATRIS EIUS
ET REGNABIT IN DOMO IACOB
IN AETERNUM
ET REGNI EIUS NON ERIT FINIS
DIXIT AUTEM MARIA AD ANGELUM
QUOMODO FIET ISTUD QUONIAM
UIRUM NON COGNOSCO
ET RESPONDENS ANGELUS DIXIT EI
SPS SCS SUPERUENIET IN TE
ET UIRTUS ALTISSIMI OBUMBRA
BIT TIBI
IDEO QUE ET QUOD NASCETUR
SCM UOCABITUR FILIUS DI
ET ECCE ELISABET COGNATA TUA
ET IPSA CONCEPIT FILIUM
IN SENECTA SUA
ET HIC MENSIS EST SEXTUS ILLI
QUAE UOCATUR STERELIS
QUIA NON ERIT INPOSSIBILE
APUD DM OMNE UERBUM
DIXIT AUTEM MARIA
ECCE ANCELLA DNI FIAT MIHI
SECUNDUM UERBUM TUUM
ET DISCESSIT AB ILLA ANGELUS
EXSURGENS AUTEM MARIA IN DIEB'
ILLIS ABIIT IN MONTANA
CUM FESTINATIONE
IN CIUITATEM IUDA
ET INTRAUIT IN DOMUM ZACHA
RIAE ET SALUTAUIT ELISABET
ET FACTUM EST UT AUDIUIT
SALUTATIONEM MARIAE
ELISABET EXULTAUIT INFANS
IN UTERO EIUS
ET REPLETA EST SPU SCO ELISA
BET ET EXCLAMAUIT UOCE
MAGNA ET DIXIT
BENEDICTA TU INTER MULIERES
ET BENEDICTUS FRUCTUS
UENTRIS TUI
ET UNDE HOC MIHI UT UENIAT
MATER DNI MEI AD ME

ECCE ENIM UT FACTA EST UOX
SALUTATIONIS TUAE
IN AURIBUS MEIS
EXULTAUIT IN GAUDIO INFANS
IN UTERO MEO
ET BEATA QUAE CREDIDIT QUONIAM
PERFICIENTUR EA QUAE DICTA
SUNT EI A DNO
ET AIT MARIA
MAGNIFICAT ANIMA MEA DNM
ET EXULTAUIT SPS MEUS
IN DO SALUTARI MEO
QUIA RESPEXIT HUMILITATEM
ANCILLAE SUAE
ECCE ENIM EX HOC BEATAM ME
DICENT OMNES GENERATIONES
QUIA FECIT MIHI MAGNA QUI PO
TENS EST ET SCM NOMEN EIUS
ET MISERICORDIA EIUS IN PROGE
NIES ET PROGENIES TIMEN
TIBUS EUM
FECIT POTENTIAM IN BRACHIO
SUO DISPERSIT SUPERBOS
MENTE CORDIS SUI
DEPOSUIT POTENTES DE SEDE
ET EXALTAUIT HUMILES
ESURIENTES IMPLEUIT BONIS
ET DIUITES DIMISIT INANES
SUSCEPIT ISRAHEL PUERUM SUUM
MEMORARI MISERICORDIAE
SICUT LOCUTUS EST AD PATRES
NOSTROS ABRAHAM ET SEMI
NI EIUS IN SAECULA
MANSIT AUTEM MARIA CUM ILLA
QUASI MENSIBUS TRIBUS
ET REUERSA EST IN DOMUM SUAM
IIII ELISABETH AUTEM IMPLETUM
EST TEMPUS PARIENDI
ET PEPERIT FILIUM
ET AUDIERUNT UICINI ET COGNA
TI EIUS QUIA MAGNIFICAUIT
DNS MISERICORDIAM SUAM
CUM ILLA
ET CONGRATULABANTUR EI

ET FACTUM EST IN DIE OCTAUO
UENERUNT CIRCUMCIDERE PUERUM
ET UOCANT EUM NOMINE PATRIS
EIUS ZACHARIAM
ET RESPONDENS MATER EIUS
DIXIT
NEQUAQUAM SED UOCABITUR
IOHANNES
ET DIXERUNT AD ILLAM
QUIA NEMO EST IN COGNATIONE
TUA QUI UOCETUR HOC NOMINE
INNUEBANT AUTEM PATRI EIUS
QUEM UELLET UOCARI EUM
ET POSTULANS PUGILLAREM
SCRIPSIT DICENS
IOHANNES EST NOMEN EIUS
ET MIRATI SUNT UNIUERSI
APERTUM EST AUTEM ILICO
OS EIUS ET LINGUA EIUS
ET LOQUEBATUR BENEDI
CENS DM̄
ET FACTUS EST TIMOR SUPER
OMNES UICINOS EORUM
ET SUPER OMNIA MONTANA
IUDAEAE DIUULGABANTUR
OMNIA UERBA HAEC
ET POSUERUNT OMNES QUI
AUDIERANT IN CORDE SUO
DICENTES
QUID PUTAS PUER ISTE ERIT
ETENIM MANUS DN̄I ERAT
CUM ILLO
ET ZACHARIAS PATER EIUS IMPLE
TUS EST SP̄U SC̄O ET PROPHE
TAUIT DICENS
BENEDICTUS DS̄ ISRAHEL
QUIA UISITAUIT ET FECIT
REDEMPTIONEM PLEBI SUAE
ET EREXIT CORNU SALUTIS NOBIS
IN DOMO DAUID PUERI SUI
SICUT LOCUTUS EST PER OS SC̄O
RUM QUI A SAECULO SUNT
PROPHETARUM EIUS
SALUTEM EX INIMICIS NOSTRIS

ET DE MANU OMNIUM QUI NOS
ODERUNT
AD FACIENDAM MISERICORDIAM
CUM PATRIBUS NOSTRIS
ET MEMORARI TESTAMENTI
SUI SC̄I
IUSIURANDUM QUOD IURAUIT
AD ABRAHAM PATREM NOSTRUM
DATURUM SE NOBIS
UT SINE TIMORE DE MANU INIMI
CORUM NOSTRORUM LIBERATI
SERUIAMUS ILLI IN SC̄ITATE
ET IUSTITIA CORAM IPSO
OMNIBUS DIEBUS NOSTRIS
ET TU PUER PROPHETA ALTIS
SIMI UOCABERIS
PRAEIBIS ENIM ANTE FACIEM
DN̄I PARARE UIAS EIUS
AD DANDAM SCIENTIAM SALUTIS
PLEBI EIUS IN REMISSIONEM
PECCATORUM EORUM
PER UISCERA MISERICORDIAE
DĪ NOSTRI
IN QUIBUS UISITAUIT NOS
ORIENS EX ALTO
INLUMINARE HIS QUI IN TENE
BRIS ET IN UMBRA MORTIS
SEDENT
AD DIRIGENDOS PEDES NOSTROS
IN UIAM PACIS
PUER AUTEM CRESCEBAT
ET CONFORTABATUR SP̄U
ET ERAT IN DESERTO USQUE IN
DIEM OSTENSIONIS SUAE
AD ISRAHEL
V FACTUM EST AUTEM IN DIEB·
ILLIS EXIIT EDICTUM
A CAESARE AUGUSTO
UT DESCRIBERETUR UNIUER
SUS ORBIS
HAEC DESCRIPTIO PRIMA FACTA
EST PRAESIDE SYRIAE CYRINO
ET IBANT OMNES UT PROFITERE
TUR SINGULI IN SUAM CIUITATEM

ASCENDIT AUTEM ET IOSEPH A GALI
LAEA DE CIUITATE NAZARETH
IN IUDAEAM CIUITATEM DAUID
QUAE UOCATUR BETHLEEM
EO QUOD ESSET DE DOMO
ET FAMILIA DAUID
UT PROFITERETUR CUM MARIA
DESPONSATA SIBI UXORE
PRAEGNATE
FACTUM EST AUTEM CUM ESSENT
IBI IMPLETI SUNT DIES
UT PARERET
ET PEPERIT FILIUM SUUM
PRIMOGENITUM
ET PANNIS EUM INUOLUIT
ET RECLINAUIT EUM IN PRAESIPIO
QUIA NON ERAT EIS LOCUS
IN DIUERSORIO
ET PASTORES ERANT IN REGIONE
EADEM UIGILANTES ET CUSTO
DIENTES UIGILIAS NOCTIS
SUPRA GREGEM SUUM
ET ECCE ANGELUS DNI STETIT
IUXTA ILLOS
ET CLARITAS DI CIRCUMFULSIT ILLOS
ET TIMUERUNT TIMORE MAGNO
ET DIXIT ILLIS ANGELUS
NOLITE TIMERE
ECCE ENIM EUANGELIZO UOBIS
GAUDIUM MAGNUM QUOD
ERIT OMNI POPULO
QUIA NATUS EST UOBIS HODIE
SALUATOR QUI EST XPS DNS
IN CIUITATE DAUID
ET HOC UOBIS SIGNUM INUENIE
TIS INFANTEM PANNIS INUOLUTUM
ET POSITUM IN PRAESIPIO
ET SUBITO FACTA EST CUM
ANGELO MULTITUDO MILITI
AE CAELESTIS
LAUDANTIUM DM ET DICENTIUM
GLORIA IN ALTISSIMIS DO
ET IN TERRA PAX IN HOMINIB
BONAE UOLUNTATIS

VI ET FACTUM EST UT DISCESSERUNT
AB EIS ANGELI IN CAELUM
PASTORES LOQUEBANTUR
AD INUICEM TRANSEAMUS
USQUE BETHLEEM
ET UIDEAMUS HOC UERBUM
QUOD FACTUM EST
QUOD FECIT DNS ET OSTEN
DIT NOBIS
ET UENERUNT FESTINANTES
ET INUENERUNT MARIAM
ET IOSEPH ET INFANTEM
POSITUM IN PRAESIPIO
UIDENTES AUTEM COGNOUE
RUNT DE UERBO QUOD DICTUM
ERAT ILLIS DE PUERO HOC
ET OMNES QUI AUDIERUNT
MIRATI SUNT
ET DE HIS QUAE DICTA ERANT
A PASTORIBUS AD IPSOS
MARIA AUTEM CONSERUABAT
OMNIA UERBA HAEC
CONFERENS IN CORDE SUO
ET REUERSI SUNT PASTORES
GLORIFICANTES ET LAUDAN
TES DM IN OMNIBUS QUAE
AUDIERANT ET UIDERANT
SICUT DICTUM EST AD ILLOS
VII ET POSTQUAM CONSUMMATI
SUNT DIES OCTO UT CIRCUM
CIDERETUR
UOCATUM EST NOMEN EIUS IHS
QUOD UOCATUM EST AB ANGELO
PRIUSQUAM IN UTERO
CONCIPERETUR
ET POSTQUAM IMPLETI SUNT
DIES PURGATIONIS EIUS
SECUNDUM LEGEM MOSI
TULERUNT ILLUM IN HIERUSA
LEM UT SISTERENT EUM DNO
SICUT SCRIPTUM EST
IN LEGE DNI
QUIA OMNE MASCULINUM
ADAPERIENS UULUAM

SCM DNO UOCABITUR
ET UT DARENT HOSTIAM SECUN
DUM QUOD DICTUM EST
IN LEGE
PAR TURTURUM AUT DUOS
PULLOS COLUMBARUM
ET ECCE HOMO ERAT IN HIERU
SALEM CUI NOMEN SYMEON
ET HOMO ISTE IUSTUS
ET TIMORATUS
EXPECTANS CONSOLATIONEM
ISRAHEL ET SPS SCS ERAT IN EO
ET RESPONSUM ACCEPERAT
AB SPU SCO
NON UISURUM SE MORTEM
NISI PRIUS UIDERET XPM DNI
ET UENIT IN SPU IN TEMPLUM
ET CUM INDUCERENT PUERU̅
IHM PARENTES EIUS
UT FACERENT SECUNDUM CON
SUETUDINEM LEGIS PRO EO
ET IPSE ACCEPIT EUM IN ULNAS
SUAS ET BENEDIXIT DM
ET DIXIT
NUNC DIMITTIS SERUUM TUU̅
DNE SECUNDUM UERBUM
TUUM IN PACE
QUIA UIDERUNT OCULI MEI
SALUTARE TUUM
QUOD PARASTI ANTE FACIEM
OMNIUM POPULORUM
LUMEN AD REUELATIONEM
GENTIUM ET GLORIAM
PLEBIS TUAE ISRAHEL
ET ERAT PATER EIUS ET MATER
MIRANTES SUPER HIS QUAE
DICEBANTUR DE ILLO
ET BENEDIXIT ILLIS SYMEON
ET DIXIT AD MARIAM MATREM EIUS
ECCE POSITUS EST HIC IN RUINA̅
ET RESURRECTIONEM
MULTORUM IN ISRAHEL
ET IN SIGNUM CUI CONTRA
DICETUR

ET TUAM IPSIUS ANIMAM
PERTRANSIBIT GLADIUS
UT REUELENTUR EX MULTIS
CORDIBUS COGITATIONES
ET ERAT ANNA PROPHETISSA
FILIA PHANUEL DE TRIBU ASER
HAEC PROCESSERAT IN DIEBUS
MULTIS
ET UIXERAT CUM UIRO SUO ANNIS
SEPTEM A UIRGINITATE SUA
ET HAEC UIDUA USQUE AD ANNOS
OCTOGINTA QUATTUOR
QUAE NON DISCEDEBAT DE TEMPLO
IEIUNIIS ET OBSECRATIONIBUS
SERUIENS NOCTE AC DIE
ET HAEC IPSA HORA SUPERUENI
ENS CONFITEBATUR DNO
ET LOQUEBATUR DE ILLO
OMNIB QUI EXPECTABANT
REDEMTIONEM HIERUSALE̅
ET UT PERFECERUNT OMNIA
SECUNDUM LEGEM DNI
REUERSI SUNT IN GALILAEAM
IN CIUITATEM SUAM NAZARETH
PUER AUTEM CRESCEBAT
ET CONFORTABATUR PLENUS
SAPIENTIA
ET GRATIA DI ERAT IN ILLO
ET IBANT PARENTES EIUS PER
OMNES ANNOS IN HIERUSALE̅
IN DIE SOLLEMNI PASCHAE
VIII ET CUM FACTUS ESSET ANNO
RUM DUODECIM
ASCENDENTIBUS ILLIS IN HIERO
SOLYMAM SECUNDUM CON
SUETUDINEM DIEI FESTI
CONSUMMATISQUE DIEBUS
CUM REDIRENT
REMANSIT PUER IHS IN HIERUSALE̅
ET NON COGNOUERUNT
PARENTES EIUS
EXISTIMANTES AUTEM ILLUM
ESSE IN COMITATU
UENERUNT ITER DIEI

ET REQUIREBANT EUM INTER
COGNATOS ET NOTOS
ET NON INUENIENTES REGRESSI
SUNT IN HIERUSALEM
REQUIRENTES EUM
ET FACTUM EST POST TRIDUUM
INUENERUNT ILLUM IN TEMPLO
SEDENTEM IN MEDIO DOCTORŪ
AUDIENTEM ILLOS ET INTERRO
GANTEM
L XIII STUPEBANT AUTEM OMNES
QUI EUM AUDIEBANT
SUPER PRUDENTIA
ET RESPONSIS EIUS
ET UIDENTES ADMIRATI SUNT
L V ET DIXIT MATER EIUS AD ILLUM
FILI QUID FECISTI NOBIS
ECCE PATER TUUS ET EGO DOLEN
TES QUAEREBAMUS TE
ET AIT AD ILLOS
QUID EST QUOD ME QUAEREBATIS
NESCIEBATIS QUIA IN HIS QUAE
PATRIS MEI SUNT OPORTET
ME ESSE
ET IPSI NON INTELLEXERUNT
UERBUM QUOD LOCUTUS
EST AD ILLOS
ET DISCENDIT CUM EIS
ET UENIT NAZARETH
ET ERAT SUBDITUS ILLIS
ET MATER EIUS CONSERUABAT
OMNIA UERBA HAEC IN CORDE SUO
ET IHS PROFICIEBAT SAPIENTIA
AETATE ET GRATIA APUD DM
VIIII ET HOMINES
L VI ANNO AUTEM QUINTO DECIMO
IMPERII TIBERII CAESARIS
PROCURANTE PONTIO PILATO
IUDAEAM
TETRARCHA AUTEM GALILAEAE
HERODE
PHILIPPO AUTEM FRATRE EIUS
TETRARCHA ITUREAE
ET TRACHONITIDIS REGIONIS
ET LYSANIA ABILINAE TETRARCHA
SUB PRINCIPIBUS SACERDOTUM
ANNA ET CAIAPHA
FACTUM EST UERBUM DI
SUPER IOHANNEN ZACHARIAE
FILIUM IN DESERTO
L VII ET UENIT IN OMNEM REGIONEM
IORDANIS
PRAEDICANS BAPTISMUM
PAENITENTIAE IN REMISSIO
NEM PECCATORUM
SICUT SCRIPTUM EST IN LIBRO
SERMONUM ESAIAE PROPHETAE
UOX CLAMANTIS IN DESERTO
PARATE UIAM DNI RECTAS
FACITE SEMITAS EIUS
OMNIS UALLIS IMPLEBITUR
ET OMNIS MONS ET COLLIS
HUMILIABITUR
ET ERUNT PRAUA IN DIRECTA
ET ASPERA IN UIAS PLANAS
ET UIDEBIT OMNIS CARO
SALUTARE DI
L VIII DICEBAT ERGO AD TURBAS
QUAE EXIEBANT UT BAPTI
ZARENTUR AB IPSO
GENIMINA UIPERARUM
QUIS OSTENDIT UOBIS
FUGERE A UENTURA IRA
FACITE ERGO FRUCTUS DIGNOS
PAENITENTIAE
ET NE COEPERITIS DICERE
PATREM HABEMUS ABRAHAM
DICO ENIM UOBIS QUIA POTEST
DS DE LAPIDIBUS ISTIS
SUSCITARE FILIOS ABRAHAE
IAM ENIM SECURIS AD RADICEM
ARBORUM POSITA EST
OMNIS ERGO ARBOR NON FACI
ENS FRUCTUM EXCIDITUR
ET IGNEM MITTITUR
L VIIII ET INTERROGABANT EUM TURBAE
DICENTES QUID ERGO FACIEMUS
RESPONDENS AUTEM DICEBAT ILLIS

QUI HABET DUAS TUNICAS
DET NON HABENTI
ET QUI HABET ESCAS
SIMILITER FACIAT
VENERUNT AUTEM ET PUBLICANI
UT BAPTIZARENTUR
ET DIXERUNT AD ILLUM
MAGISTER QUID FACIEMUS
AT ILLE DIXIT AD EOS
NIHIL AMPLIUS QUAM CONSTI
TUTUM EST VOBIS FACIATIS
INTERROGABANT AUTEM EUM
ET MILITES DICENTES
QUID FACIEMUS ET NOS
ET AIT ILLIS NEMINEM CONCUTIATIS
NEQUE CALUMNIAM FACIATIS
ET CONTENTI ESTOTE
STIPENDIIS VESTRIS
EXISTIMANTE AUTEM POPULO
ET COGITANTIBUS OMNIBUS
IN CORDIBUS SUIS DE IOHANNE
NE FORTE IPSE ESSET XPS
RESPONDIT IOHANNES
DICENS OMNIBUS
L x EGO QUIDEM AQUA BAPTIZO VOS
VENIET AUTEM FORTIOR ME
CUIUS NON SUM DIGNUS
SOLVERE CORRIGIAM
CALCIAMENTORUM EIUS
IPSE VOS BAPTIZABIT
IN SPU SCO ET IGNI
L xi CUIUS VENTILABRUM IN MANU
EIUS ET PURGAVIT AREAM SUAM
ET CONGREGABIT TRITICUM
IN HORREUM SUUM
PALEAS AUTEM CON BURET
IGNI INEXTINGUIBILI
MULTA QUIDEM ET ALIA EXHOR
TANS EVANGELIZABAT POPULUM
X
L xii HERODES AUTEM TETRARCHA
CUM CORRIPERETUR AB ILLO
DE HERODIADE UXORE
FRATRIS SUI
ET DE OMNIBUS MALIS QUAE
FECIT HERODES
ADIECIT ET HOC SUPRA OMNIA
ET INCLUSIT IOHANNEN
INCARCERE
L xiii FACTUM EST AUTEM CUM BAPTI
ZARETUR OMNIS POPULUS
ET IHU BAPTIZATO ET ORANTE
APERTUM EST CAELUM
ET DESCENDIT SPS SCS
CORPORALI SPECIE
SICUT COLUMBA IN IPSUM
ET VOX DE CAELO FACTA EST
TU ES FILIUS MEUS DILECTUS
IN TE CONPLACUIT MIHI
L xiiii ET IPSE IHS ERAT INCIPIENS
QUASI ANNORUM TRIGINTA
UT PUTARETUR FILIUS IOSEPH
QUI FUIT HELI
QUI FUIT MATTHAT
QUI FUIT LEVI
QUI FUIT MELCHI
QUI FUIT IANNAE
QUI FUIT IOSEPH
QUI FUIT MATTHATHIAE
QUI FUIT AMOS
QUI FUIT NAUM
QUI FUIT ESLI
QUI FUIT NAGGAE
QUI FUIT MAATH
QUI FUIT MATTHATHIAE
QUI FUIT SEMEI
QUI FUIT IOSEC
QUI FUIT IODA
QUI FUIT IOHANNA
QUI FUIT RESA
QUI FUIT ZOROBABEL
QUI FUIT SALATHIEL
QUI FUIT NERI
QUI FUIT MELCHI QUI FUIT ADDI
QUI FUIT COSAM
QUI FUIT HELMADAM
QUI FUIT HER
QUI FUIT IHESU
QUI FUIT ELIEZER

qui fuit Iorim
qui fuit Matthat
qui fuit Leui
qui fuit Symeon
qui fuit Iuda
qui fuit Ioseph
qui fuit Iona
qui fuit Eliachim
qui fuit Melea
qui fuit Menna
qui fuit Matthata
qui fuit Nathan
qui fuit Dauid
qui fuit Iesse
qui fuit Obed
qui fuit Booz
qui fuit Salmon
qui fuit Naasson
qui fuit Aminadab
qui fuit Aram
qui fuit Esrom
qui fuit Phares
qui fuit Iudae
qui fuit Iacob
qui fuit Isaac
qui fuit Abraham
qui fuit Tharae
qui fuit Nachor
qui fuit Seruch
qui fuit Ragau
qui fuit Phalec
qui fuit Eber
qui fuit Sale
qui fuit Chainan
qui fuit Arfaxat
qui fuit Sem
qui fuit Noe
qui fuit Lamech
qui fuit Matthusale
qui fuit Enoch
qui fuit Iared
qui fuit Malelehel
qui fuit Cainan
qui fuit Enos

qui fuit Seth
qui fuit Adam
XI qui fuit Di
Ihs autem plenus spu sco
regressus est ab Iordane
et agebatur in spu in desertu
diebus quadraginta
et temptabatur a diabolo
Et nihil manducauit
in diebus illis
et consummatis illis esuriit
dixit autem illi diabolus
si filius dei es dic lapidi huic
ut panis fiat
et respondit ad illum ihs
scriptum est quia non in
pane solo uiuet homo
sed in omni uerbo di
Et duxit illum diabolus
et ostendit illi omnia regna
orbis terrae in momento
temporis et ait ei
tibi dabo potestatem hanc
uniuersam et gloriam
illorum
quia mihi tradita sunt
et cui uolo do illa
tu ergo procidens si adora
ueris coram me
erunt tua omnia
et respondens ihs dixit illi
scriptum est dnm dm tuum
adorabis et illi soli seruies
Et duxit illum in Hierusalem
et statuit eum supra pinnam
templi et dixit illi
si filius di es mitte te
hinc deorsum
scriptum est enim
quod angelis suis mandabit
de te ut conseruent te
et quia in manib: tollent te
ne forte offendas ad lapi
dem pedem tuum

ET RESPONDENS IHS AIT ILLI
DICTUM EST NON TEMTABIS
DNM DM TUUM
ET CONSUMMATA OMNI TEM
TATIONE DIABOLUS RECESSIT
XII ABILLO USQUE AD TEMPUS
ET REGRESSUS EST IHS IN UIRTUTE
SPS IN GALILAEAM
ET FAMA EXIIT PER UNIUERSAM
REGIONEM DE ILLO
ET IPSE DOCEBAT IN SYNAGOGIS
EORUM
ET MAGNIFICABATUR AB OMNIB;
ET UENIT NAZARETH
UBI ERAT NUTRITUS
ET INTRAUIT SECUNDUM CONSUE
TUDINEM SUAM DIE SABBATI
IN SYNAGOGAM
ET SURREXIT LEGERE
ET TRADITUS EST ILLI LIBER
PROPHETAE ESAIAE
ET UT REUOLUIT LIBRUM
INUENIT LOCUM UBI
SCRIPTUM ERAT
SPS DNI SUPER ME PROPTER
QUOD UNXIT ME
EUANGELIZARE PAUPERIBUS
MISIT ME
PRAEDICARE CAPTIUIS REMISSIO
NEM ET CAECIS UISUM
DIMITTERE CONFRACTOS
IN REMISSIONEM
PRAEDICARE ANNUM DNI ACCEP
TUM ET DIEM RETRIBUTIONIS
ET CUM PLICUISSET LIBRUM
REDDIDIT MINISTRO ET SEDIT
ET OMNIUM IN SYNAGOGA OCULI
ERANT INTENDENTES IN EUM
COEPIT AUTEM DICERE AD ILLOS
QUIA HODIE IMPLETA EST HAEC
SCRIPTURA IN AURIBUS UESTRIS
ET OMNES TESTIMONIUM
ILLI DABANT
ET MIRABANTUR IN UERBIS
GRATIAE QUAE PROCEDEBANT
DE ORE IPSIUS
ET DICEBANT NONNE HIC
FILIUS EST IOSEPH
ET AIT ILLIS
UTIQUE DICETIS MIHI HANC
SIMILITUDINEM MEDICE
CURA TE IPSUM
QUANTA AUDIUIMUS FACTA
IN CAPHARNAUM
FAC ET HIC IN PATRIA TUA
AIT AUTEM AMEN DICO UOBIS
QUIA NEMO PROPHETA ACCEP
TUS EST IN PATRIA SUA
IN UERITATE DICO UOBIS
MULTAE UIDUAE ERANT IN
DIEBUS HELIAE IN ISRAHEL
QUANDO CLUSUM EST CAELUM
ANNIS TRIBUS ET MENSIBUS SEX
CUM FACTA EST FAMES MAGNA
IN OMNI TERRA
ET AD NULLAM ILLARUM
MISSUS EST HELIAS
NISI IN SAREPTHA SYDONAE
AD MULIEREM UIDUAM
ET MULTI LEPROSI ERANT IN ISRL
SUB HELISAEO PROPHETA
ET NEMO EORUM MUNDATUS
EST NISI NEMAN SYRUS
ET REPLETI SUNT OMNES IN SYNA
GOGA IRA HAEC AUDIENTES
ET SURREXERUNT ET EIECERUNT
ILLUM EXTRA CIUITATEM
ET DUXERUNT ILLUM USQUE
AD SUPERCILIUM MONTIS
SUPRA QUEM CIUITAS ILLORU
ERAT AEDIFICATA
UT PRAECIPITARENT EUM
IPSE AUTEM TRANSIENS
XIII PER MEDIUM ILLORUM IBAT
ET DESCENDIT IN CAPHARNAUM
CIUITATEM GALILAEAE
IBIQUE DOCEBAT ILLOS SABBATIS
ET STUPEBANT IN DOCTRINA EIUS

quia in potestate erat
sermo ipsius
et in synagoga erat homo habens
daemonium inmundum
et exclamauit uoce magna
dicens
sine quid nobis et tibi ihu
nazarene uenisti perdere nos
scio te qui sis scs di
et increpauit illi ihs dicens
ommutesce et exi ab illo
et cum proiecisset illud
daemonium in medium
exiit ab illo nihilque
illum nocuit
et factus est pauor in omnib;
et conloquebantur
ad inuicem dicentes
quod est hoc uerbum
quia in potestate et uirtute
imperat spiritibus
inmundis et exeunt
et diuulgabatur fama de illo
XIII in omnem locum regionis
surgens autem de synagoga
introiuit in domum simonis
socrus autem simonis
tenebatur magnis febrib;
et rogauerunt illum pro ea
et stans super illam impera
uit febri et dimisit illam
et continuo surgens
ministrabat illis
cum sol autem occidisset
omnes qui habebant infir
mos uariis languoribus
ducebant illos ad eum
at ille singulis manus impo
nens curabat eos
exiebant etiam daemonia
a multis clamantia et di
centia quia tu es filius di
et increpans non sinebat
ea loqui

quia sciebant ipsum esse xpm
facta autem die egressus ibat
in desertum locum
et turbae requirebant eum
et uenerunt usque ad ipsum
et detinebant illum
ne discederet ab eis
quib; ille ait quia et aliis ciui
tatibus oportet me euan
gelizare regnum di
quia ideo missus sum
et erat praedicans in syna
XV gogis galilaeae
factum est autem cum
turbae inruerent in eum
ut audirent uerbum di
et ipse stabat secus stagnum
genesareth
et uidit duas naues stantes
secus stagnum
piscatores autem discende
rant et lauabant retia
ascendens autem in unam
nauem quae erat
simonis
rogauit autem a terra
reducere pusillum
et sedens docebat
de nauicula turbas
ut cessauit autem loqui
dixit ad simonem
duc in altum et laxate retia
uestra in capturam
et respondens simon
dixit illi
praeceptor per totam
noctem laborantes
nihil cepimus
in uerbo autem tuo
laxabo rete
et cum hoc fecissent
concluserunt piscium
multitudinem copiosam
rumpebatur autem rete eorum

ET ANNUERUNT SOCIIS QUI ERANT
IN ALIA NAUI UT UENIRENT
ET ADIUUARENT EOS
ET UENERUNT ET IMPLEUERUNT
AMBAS NAUICULAS
ITA UT MERGERENTUR
QUOD CUM UIDERET SIMON
PETRUS PROCIDIT AD GENUA
IHU DICENS
EXI A ME QUIA HOMO PECCA
TOR SUM DNE
STUPOR ENIM CIRCUMDEDE
RAT EUM ET OMNES QUI
CUM ILLO ERANT
IN CAPTURA PISCIUM QUAM
CEPERANT
SIMILITER AUTEM IACOBUM
ET IOHANNEM FILIOS ZEBE
DAEI QUI ERANT SOCII SIMONIS
ET AIT AD SIMONEM IHS
NOLI TIMERE
EX HOC IAM HOMINES ERIS
CAPIENS
ET SUBDUCTIS AD TERRAM
NAUIBUS RELICTIS OMNIB;
XVI SECUTI SUNT ILLUM
ET FACTUM EST CUM ESSET
IN UNA CIUITATUM
ET ECCE UIR PLENUS LEPRA
ET UIDENS IHM ET PROCIDENS
IN FACIEM ET ROGAUIT EUM
DICENS
DNE SI UIS POTES ME MUNDARE
ET EXTENDENS MANUM TETI
GIT ILLUM DICENS
UOLO MUNDARE
ET CONFESTIM LEPRA
DISCESSIT AB ILLO
ET IPSE PRAECEPIT ILLI
UT NEMINI DICERET
SED UADE OSTENDE TE SACERDOTI
ET OF FER PRO EMUNDATI
ONE TUA
SICUT PRAECEPIT MOSES

IN TESTIMONIUM ILLIS
PERAMBULABAT AUTEM MAGIS
SERMO DE ILLO
ET CONUENIEBANT TURBAE
MULTAE UT AUDIRENT
ET CURARENTUR AB INFIRMI
TATIBUS SUIS
IPSE AUTEM SEDEBAT IN DESER
XVII TO ET ORABAT
ET FACTUM EST IN UNA DIERUM
ET IPSE SEDEBAT DOCENS
ET ERANT PHARISAEI SEDENTES
ET LEGIS DOCTORES QUI UENE
RANT EX OMNI CASTELLO
GALILAEAE ET IUDAEAE
ET HIERUSALEM
ET UIRTUS ERAT DNI AD SANAN
DUM EOS
ET ECCE UIRI PORTANTES IN LECTO
HOMINEM QUI ERAT PARA
LYTICUS
ET QUAEREBANT EUM INFERRE
ET PONERE ANTE EUM
ET NON INUENIENTES QUA PARTE
ILLUM INFERRENT PRAE
TURBA
ASCENDERUNT SUPRA TECTUM
PER TEGULAS
ET SUMMISERUNT ILLUM CUM
LECTO IN MEDIUM ANTE IHM
QUORUM FIDEM UT UIDIT DIXIT
HOMO REMITTUNTUR TIBI
PECCATA TUA
ET COEPERUNT COGITARE SCRI
BAE ET PHARISAEI DICENTES
QUIS EST HIC QUI LOQUITUR
BLASPHEMIAS
QUIS POTEST DIMITTERE PEC
CATA NISI SOLUS DS
UT COGNOUIT AUTEM IHS COGI
TATIONES EORUM RESPON
DENS DIXIT AD ILLOS
QUID COGITATIS IN CORDIBUS
UESTRIS

QUID EST FACILIUS DICERE
DIMITTUNTUR TIBI PECCATA
AN DICERE SURGE ET AMBULA
UT AUTEM SCIATIS QUIA FILIUS
HOMINIS POTESTATEM HABET
IN TERRA DIMITTERE PECCATA
AIT PARALYTICO TIBI DICO
SURGE TOLLE LECTUM TUUM
ET UADE IN DOMUM TUAM
ET CONFESTIM SURGENS CORAM
ILLIS TULIT IN QUO IACEBAT
ET ABIIT IN DOMUM SUAM
MAGNIFICANS DM̄
ET STUPOR APPREHENDIT OMNES
ET MAGNIFICABANT DM̄
ET REPLETI SUNT TIMORE
DICENTES
XVII QUIA UIDIMUS MIRABILIA HODIE
ET POST HAEC EXIIT
ET UIDIT PUBLICANUM NOMINE
LEUI SEDENTEM AD TELONEUM
ET AIT ILLI SEQUERE ME
ET RELICTIS OMNIBUS SURGENS
SECUTUS EST EUM
ET FECIT EI CONUIUIUM MAGNUM
LEUI IN DOMO SUA
ET ERAT TURBA MULTA PUBLI
CANORUM ET ALIORUM QUI
CUM ILLIS ERANT DISCUM
BENTES
ET MURMURABANT PHARISAEI
ET SCRIBAE EORUM DICENTES
AD DISCIPULOS EIUS
QUARE CUM PUBLICANIS ET PEC
CATORIBUS MANDUCATIS
ET BIBITIS
ET RESPONDENS IHS̄ DIXIT AD ILLOS
NON EGENT QUI SANI SUNT MEDI
CO SED QUI MALE HABENT
NON UENI UOCARE IUSTOS SED
PECCATORES IN PAENITENTIAM
AT ILLI DIXERUNT AD EUM
QUARE DISCIPULI IOHANNIS
IEIUNANT FREQUENTER
ET OBSECRATIONES FACIUNT
SIMILITER ET PHARISAEORUM
TUI AUTEM EDUNT ET BIBUNT
QUIBUS IPSE AIT
NUMQUID POTESTIS FILIOS
SPONSI DUM CUM ILLIS EST
SPONSUS FACERE IEIUNARE
UENIENT AUTEM DIES CUM ABLA
TUS FUERIT AB ILLIS SPONSUS
TUNC IEIUNABUNT IN ILLIS DIEBUS
DICEBAT AUTEM ET SIMILITUDI
NEM AD ILLOS
QUIA NEMO COMMISSURAM
A UESTIMENTO NOUO INMIT
TIT IN UESTIMENTUM UETUS
ALIOQUIN ET NOUUM RUMPIT
ET UETERI NON CONUENIT
COMMISSURA A NOUO
ET NEMO MITTIT UINUM NOUUM
IN UTRES UETERES
ALIOQUIN RUMPIT UINUM
NOUUM UTRES
ET IPSUM EFFUNDITUR
ET UTRES PERIBUNT
SED UINUM NOUUM IN UTRES
NOUOS MITTENDUM EST
ET UTRAQUE CONSERUANTUR
ET NEMO BIBENS UETUS
STATIM UULT NOUUM
XVIIII DICIT ENIM UETUS MELIUS EST
FACTUM EST AUTEM IN SABBATO
SECUNDO PRIMO CUM
TRANSIRET PER SATA
UELLEBANT DISCIPULI EIUS
SPICAS ET MANDUCABANT
CONFRICANTES MANIBUS
QUIDAM AUTEM PHARISAEORUM
DICEBANT ILLIS
QUID FACITIS QUOD NON LICET
IN SABBATIS
ET RESPONDENS IHS̄ AD EOS DIXIT
NEC HOC LEGISTIS QUOD FECIT
DAUID
CUM ESURISSET IPSE

ET QUI CUM EO ERANT
QUOMODO INTRAUIT IN DOMU DI
ET PANES PROPOSITIONIS SUMSIT
ET MANDUCAUIT
ET DEDIT HIS QUI CUM IPSO ERANT
QUOS NON LICET MANDUCARE
NISI TANTUM SACERDOTIBUS
ET DICEBAT ILLIS
QUIA DNS EST FILIUS HOMINIS
XX ETIAM SABBATI
FACTUM EST AUTEM ET IN
ALIO SABBATO
UT INTRARET IN SYNAGOGAM
ET DOCERET
ET ERAT IBI HOMO ET MANUS
EIUS DEXTRA ARIDA
OBSERUABANT AUTEM
SCRIBAE ET PHARISAEI
SI SABBATO CURARET
UT INUENIRENT ACCUSARE ILLU
IPSE UERO SCIEBAT COGITATIO
NES EORUM
ET AIT HOMINI QUI HABEBAT
MANUM ARIDAM
SURGE ET STA IN MEDIUM
ET SURGENS STETIT
AIT AUTEM AD ILLOS IHS
INTERROGO UOS SI LICET SABBA
TO BENEFACERE AN MALE
ANIMAM SALUAM FACERE
AN PERDERE
ET CIRCUMSPECTIS OMNIB
DIXIT HOMINI
EXTENDE MANUM TUAM
ET EXTENDIT
ET RESTITUTA EST MANUS EIUS
IPSI AUTEM REPLETI SUNT
INSIPIENTIA
ET CONLOQUEBANTUR AD INUICE
QUID NAM FACERENT IHU
FACTUM EST AUTEM IN ILLIS DIEB
EXIIT IN MONTEM ORARE
ET ERAT PERNOCTANS IN ORATI
ONE DI

ET CUM DIES FACTUS ESSET
UOCAUIT DISCIPULOS SUOS
ET ELEGIT DUODECIM EX IPSIS
QUOS ET APOSTOLOS NOMINAUIT
SIMONEM QUEM COGNOMI
NAUIT PETRUM
ET ANDREAN FRATREM EIUS
IACOBUM ET IOHANNEN
PHILIPPUM ET BARTHOLOMEU
MATTHEUM ET THOMAN
IACOBUM ALPHEI
ET SIMONEM QUI UOCATUR
ZELOTES
IUDAM IACOBI ET IUDAM SCARI
OTH QUI FUIT PRODITOR
ET DESCENDENS CUM ILLIS STE
TIT IN LOCO CAMPESTRI
ET TURBA DISCIPULORUM EIUS
ET MULTITUDO COPIOSA
PLEBIS AB OMNI IUDAEA
ET HIERUSALEM
ET MARITIMA ET TYRI ET SIDONIS
QUI UENERUNT UT AUDI
RENT EUM
ET SANARENTUR A LANGUORI
BUS SUIS
ET QUI UEXABANTUR A SPIRITIB
INMUNDIS CURABANTUR
ET OMNIS TURBA QUAEREBANT
EUM TANGERE
QUIA UIRTUS DE ILLO EXIEBAT
XXI ET SANABAT OMNES
ET IPSE ELEUATIS OCULIS IN DISCI
PULOS SUOS DICEBAT
BEATI PAUPERES QUIA UESTRUM
EST REGNUM DI
BEATI QUI NUNC ESURITIS
QUIA SATURABIMINI
BEATI QUI NUNC FLETIS
QUIA RIDEBITIS
BEATI ERITIS CUM UOS ODERINT
HOMINES
ET CUM SEPARAUERINT UOS
ET EXPROBRAUERINT

ET EIECERINT NOMEN UESTRUM
TAMQUAM MALUM PROPTER
FILIUM HOMINIS
GAUDETE IN ILLA DIE ET EXULTATE
ECCE ENIM MERCES UESTRA
MULTA IN CAELO
SECUNDUM HAEC ENIM FACIEBANT
PROPHETIS PATRES EORUM
L UERUMTAMEN UAE UOBIS
DIUITIBUS QUIA HABETIS
CONSOLATIONEM UESTRAM
UAE UOBIS QUI SATURATI ESTIS
QUIA ESURIETIS
UAE UOBIS QUI RIDETIS NUNC
QUIA LUGEBITIS ET FLEBITIS
LI UAE CUM BENE UOBIS DIXERINT
OMNES HOMINES
SECUNDUM HAEC FACIEBANT
PROPHETIS PATRES EORUM
LII SED UOBIS DICO QUI AUDITIS
XL DILIGITE INIMICOS UESTROS
BENEFACITE HIS QUI UOS
ODERUNT
BENEDICITE MALEDICENTIBUS
UOBIS
ORATE PRO CALUMNIANTIBUS UOS
LIII ET QUI TE PERCUTIT IN MAXILLAM
PRAEBE ET ALTERAM
ET AB EO QUI AUFERET TIBI
UESTIMENTUM ETIAM
TUNICAM NOLI PROHIBERE
OMNI AUTEM PETENTI TE
TRIBUE
ET QUI AUFERET QUAE TUA
XXII SUNT NE REPETAS
LIIII ET PRO UT UULTIS UT FACIANT
UOBIS HOMINES
ET UOS FACITE ILLIS SIMILITER
LV ET SI DILIGITIS EOS QUI UOS DILI
GUNT QUAE UOBIS EST GRATIA
NAM ET PECCATORES DILIGEN
TES SE DILIGUNT
ET SI BENEFECERITIS HIS QUI
UOBIS BENEFACIUNT
QUAE UOBIS EST GRATIA
SIQUIDEM ET PECCATORES
HOC FACIUNT
ET SI MUTUUM DEDERITIS HIS
A QUIBUS SPERATIS RECIPERE
QUAE GRATIA EST UOBIS
NAM ET PECCATORES PECCATO
RIBUS FAENERANTUR
UT RECIPIANT AEQUALIA
UERUMTAMEN DILIGITE INIMI
COS UESTROS ET BENEFACITE
ET MUTUUM DATE
NIHIL INDE SPERANTES
ET ERIT MERCES UESTRA MULTA
ET ERITIS FILII ALTISSIMI
QUIA IPSE BENIGNUS EST
SUPER INGRATOS ET MALOS
ESTOTE ERGO MISERICORDES
SICUT ET PATER UESTER
XXIII MISERICORS EST
LVI NOLITE IUDICARE ET NON
IUDICABIMINI
NOLITE CONDEMNARE
ET NON CONDEMNABIMINI dimittite et dimittimini
DATE ET DABITUR UOBIS
MENSURAM BONAM CONFER
TAM ET COAGITATAM
ET SUPEREFFLUENTEM
DABUNT IN SINUM UESTRUM
EADEM QUIPPE MENSURA
QUA MENSI FUERITIS
REMETIETUR UOBIS
LVII DICEBAT AUTEM ILLIS
ET SIMILITUDINEM
NUMQUID POTEST CAECUS
CAECUM DUCERE
NONNE AMBO IN FOUEAM CADENT
LVIII NON EST DISCIPULUS
SUPER MAGISTRUM
PERFECTUS AUTEM OMNIS
ERIT SICUT MAGISTER EIUS
LVIIII QUID AUTEM UIDES FESTUCAM
IN OCULO FRATRIS TUI
TRABEM AUTEM QUAE IN OCULO TUO EST

NONCONSIDERAS
ETQUOMODO POTES DICERE
FRATRI TUO
FRATER SINE EICIAM FESTUCAM
DE OCULO TUO
IPSE IN OCULO TUO TRABEM
NON UIDENS
HYPOCRITA EICE PRIMUM
TRABEM DE OCULO TUO
ET TUNC RESPICIES UT EDUCAS
FESTUCAM DE OCULO
FRATRIS TUI
L LX NON EST ENIM ARBOR BONA
QUAE FACIT FRUCTUS MALOS
NEQUE ARBOR MALA FACIENS
FRUCTUM BONUM
UNAQUAEQUE ENIM ARBOR
DE FRUCTU SUO COGNOSCITUR
L LXI NEQUE ENIM DE SPINIS
COLLIGUNT FICUS
NEQUE DE RUBO UINDEMIANT
UUAM
L LXII BONUS HOMO DE BONO
THESAURO CORDIS SUI
PROFERT BONUM
ET MALUS HOMO DE MALO
PROFERT MALUM
EX ABUNDANTIA ENIM CORDIS
OS LOQUITUR
L LXIII QUID AUTEM UOCATIS ME
DNE DNE ET NON FACITIS
QUAE DICO
L LXIIII OMNIS QUI UENIT AD ME
ET AUDIT SERMONES MEOS
ET FACIT EOS
OSTENDAM UOBIS CUI SIMILIS SIT
SIMILIS EST HOMINI
AEDIFICANTI DOMUM
QUI FODIT IN ALTUM ET POSUIT
FUNDAMENTA SUPRA PETRAM
INUNDATIONE AUTEM FACTA
INLISUM EST FLUMEN DOMUI
ILLI ET NON POTUIT EAM
MOUERE

FUNDATA ENIM ERAT
SUPRA PETRAM
QUI AUTEM AUDIUIT ET NON FECIT
SIMILIS EST HOMINI
AEDIFICANTI DOMUM SUAM
SUPRA TERRAM SINE
FUNDAMENTO
IN QUA INLISUS EST FLUUIUS
ET CONTINUO CECIDIT
ET FACTA EST RUINA DOMUS
XXIIII ILLIUS MAGNA
CUM AUTEM IMPLESSET OMNIA
UERBA SUA IN AURES PLEBIS
INTRAUIT CAPHARNAUM
CENTURIONIS AUTEM CUIUS
DAM SERUUS MALE HABENS
ERAT MORITURUS QUI ILLI
ERAT PRETIOSUS
ET CUM AUDISSET DE IHU MISIT
AD EUM SENIORES IUDAEORUM
ROGANS EUM UT UENIRET
ET SALUARET SERUUM EIUS
AT ILLI CUM UENISSENT AD IHM
ROGABANT EUM SOLLICITE
DICENTES EI
QUIA DIGNUS EST UT HOC ILLI
PRAESTES
DILIGIT ENIM GENTEM NOSTRAM
ET SYNAGOGAM IPSE AEDIFI
CAUIT NOBIS
IHS AUTEM IBAT CUM ILLIS
ET CUM IAM NON LONGE
ESSET A DOMO
MISIT AD EUM CENTURIO AMI
COS DICENS DNE NOLI UEXARI
NON ENIM DIGNUS SUM UT SUB
TECTUM MEUM INTRES
PROPTER QUOD ET ME IPSUM
NON SUM DIGNUM ARBITRA
TUS UT UENIREM AD TE
SED DIC UERBO ET SANABITUR
PUER MEUS
NAM ET EGO HOMO SUM SUB
POTESTATE CONSTITUTUS

habens sub me milites
et dico huic vade et vadit
et alio veni et venit
et servo meo fac hoc et facit
quo audito ihs miratus est
et conversus sequentibus
se turbis dixit
amen dico vobis nec in isrl
L lxvi tantam fidem inveni
Et reversi qui missi fuerant
domum
invenerunt servum qui
XXV languerat sanum
L lxvii Et factum est deinceps
ibat in civitatem quae
vocatur naim
et ibant cum illo discipuli
eius et turba copiosa
cum autem appropinqua
ret portae civitatis
et ecce defunctus efferebatur
filius unicus matris suae
et haec vidua erat
et turba civitatis multa
cum illa
quam cum vidisset dns
misericordia motus super ea
dixit illi noli flere
et accessit et tetigit loculum
hi autem qui portabant
steterunt et ait
adulescens tibi dico surge
et resedit qui fuerat mor
tuus et coepit loqui
et dedit illum matri suae
accepit autem omnes timor
et magnificabant dm dicentes
quia propheta magnus
surrexit in nobis
et quia ds visitavit plebem
suam
L lxviii Et exiit hic sermo in univer
sam iudaeam de eo
et omnem circa regionem

L lxviiii Et nuntiaverunt iohanni
discipuli eius de omnibus his
XXVI Et convocavit duos de disci
pulis suis iohannes et mi
sit ad dnm dicens
tu es qui venturus es
an alium expectamus
cum autem venissent
ad eum viri dixerunt
iohannes baptista misit
nos ad te dicens
tu es qui venturus es
an alium expectamus
in ipsa autem hora curavit
multos a languoribus
et plagis et spiritibus malis
et caecis multis donavit visum
et respondens dixit illis
euntes nuntiate iohanni
quae vidistis et audistis
quia caeci vident
claudi ambulant
leprosi mundantur
surdi audiunt
mortui resurgunt
pauperes evangelizantur
et beatus est quicumque
non fuerit scandaliza
tus in me
et cum discessissent
nuntii iohannis
coepit dicere de iohanne
ad turbas
quid existis in desertum
videre harundinem
vento moveri
sed quid existis videre
hominem mollibus
vestimentis indutum
ecce qui in veste pretiosa
sunt et deliciis
in domibus regum sunt
sed quid existis videre
prophetam

utique dico uobis
et plus quam prophetam
L LXX hic est de quo scriptum est
ecce mitto angelum meum
ante faciem tuam qui prae
parabit uiam tuam ante te
L LXXI dico enim uobis
maior inter natos mulierum
propheta iohanne baptista
nemo est
qui autem minor est in regno
dī maior est illo
L LXXII Et omnis populus audiens
et publicani iustificaue
runt dm̄
baptizati baptismo iohannis
pharisaei autem et legis
periti consilium dī spre
uerunt in semet ipsos
L LXXIII non baptizati ab eo
Cui ergo similes dicam homi
nes generationis huius
et cui similes sunt
similes sunt pueris sedentib;
in foro
et loquentibus ad inuicem
et dicentibus
cantauimus uobis tibiis
et non saltastis
lamentauimus et non plo
rastis
uenit enim iohannes baptista
neque manducans panem
neque bibens uinum
et dicitis daemonium habet
uenit filius hominis
manducans et bibens
et dicitis ecce homo deuora
tor et bibens uinum
amicus publicanorum
et peccatorum
et iustificata est sapientia
XXVII ab omnibus filiis suis
L LXXIIII Rogabat autem illum
quidam de pharisaeis
ut manducaret cum illo
et ingressus domum
pharisaei discubuit
et ecce mulier quae erat
in ciuitate peccatrix
ut cognouit quod accubuit
in domo pharisaei
attulit alabastrum unguenti
et stans retro secus pedes
eius lacrimis coepit
rigare pedes eius
et capillis capitis sui tergebat
et osculabatur pedes eius
et unguento unguebat
uidens autem pharisaeus
qui uocauerat eum
ait intra se dicens
hic si esset propheta sciret
utique quae et qualis
mulier esset quae tangit
eum quia peccatrix est
et respondens ihs dixit ad illū
simon habeo tibi aliquid
dicere
at ille ait magister dic
duo debitores erant
cuidam faeneratori
unus debebat denarios
quingentos alius
quinquaginta
non habentibus illis unde
redderent donauit utrisq;
quis ergo eum plus diliget
respondens simon dixit
aestimo quia is cui plus
donauit
at ille dixit ei recte iudicasti
et conuersus ad mulierē
dixit simoni
uides hanc mulierem
intraui in domum tuam
aquam pedibus meis
non dedisti

HAEC AUTEM LACRIMIS
RIGAUIT PEDES MEOS
ET CAPILLIS SUIS TERSIT
OSCULUM MIHI NON DEDISTI
HAEC AUTEM EX QUO INTRAUIT
NON CESSAUIT OSCULARI
PEDES MEOS
OLEO CAPUT MEUM NON UNXISTI
HAEC AUTEM UNGUENTO UNXIT
PEDES MEOS
PROPTER QUOD DICO TIBI
REMITTENTUR EI PECCATA MULTA
QUONIAM DILEXIT MULTUM
CUI AUTEM MINUS DIMITTITUR
MINUS DILIGIT
DIXIT AUTEM AD ILLAM
REMITTUNTUR TIBI PECCATA
ET COEPERUNT QUI SIMUL
DISCUMBEBANT DICERE
INTRA SE
QUIS EST HIC QUI ETIAM
PECCATA DIMITTIT
DIXIT AUTEM AD MULIEREM
FIDES TUA TE SALUAM FECIT
XXVIII UADE IN PACE
ET FACTUM EST DEINCEPS
ET IPSE ITER FACIEBAT PER CIUI
TATEM ET CASTELLUM
PRAEDICANS ET EUANGELIZANS
REGNUM DI
ET DUODECIM CUM ILLO
ET MULIERES ALIQUAE QUAE
ERANT CURATAE A SPIRITIB;
MALIGNIS ET INFIRMITATIB;
MARIA QUAE UOCATUR MAG
DALENE
DE QUA DAEMONIA SEPTEM
EXIERANT
ET IOHANNA UXOR CHUZA
PROCURATORIS HERODIS
ET SUSANNA ET ALIAE MULTAE
QUAE MINISTRABANT EIS
DE FACULTATIBUS SUIS
CUM AUTEM TURBA PLURIMA
CONUENIRET
ET DE CIUITATIBUS PROPERA
RENT AD EUM
DIXIT PER SIMILITUDINEM
EXIIT QUI SEMINAT SEMINARE
SEMEN SUUM
ET DUM SEMINAT
ALIUD CECIDIT SECUS UIAM
ET CONCULCATUM EST
ET UOLUCRES CAELI
COMEDERUNT ILLUD
ET ALIUD CECIDIT SUPER PETRAM
ET NATUM ARUIT
QUIA NON HABEBAT UMOREM
ET ALIUD CECIDIT SECUS SPINAS
ET SIMUL EXORTAE SPINAE
SUFFOCAUERUNT ILLUD
ET ALIUD CECIDIT IN TERRAM
BONAM
ET ORTUM FECIT FRUCTUM
CENTUPLUM
HAEC DICENS CLAMABAT
QUI HABET AURES AUDIENDI
AUDIAT
INTERROGABANT AUTEM EUM
DISCIPULI EIUS
QUAE ESSET HAEC PARABOLA
QUIBUS IPSE DIXIT
UOBIS DATUM EST NOSSE
MYSTERIUM REGNI DI
CETERIS AUTEM IN PARABOLIS
UT UIDENTES NON UIDEANT
ET AUDIENTES NON INTELLEGANT
EST AUTEM HAEC PARABOLA
SEMEN EST UERBUM DI
QUI AUTEM SECUS UIAM SUNT
HI QUI AUDIUNT
DEINDE UENIT DIABOLUS
ET TOLLIT UERBUM
DE CORDE EORUM
NE CREDENTES SALUI FIANT
NAM QUI SUPRA PETRAM
QUI CUM AUDIERINT CUM GAU
DIO SUSCIPIUNT UERBUM

et hi radicem non habent
qui ad tempus credunt
et in tempore temtationis
recedunt
quod autem in spinis cecidit
hi sunt qui audierunt et sol
licitudinibus et diuitiis
et uoluptatibus uitae
euntes suffocantur
et non referunt fructum
quod autem in bonam terram
hi sunt qui in corde bono
et optimo audientes
uerbum retinent
et fructum adferunt
XXIX in patientia
Nemo autem lucernam ac
cendens operit eam uase
aut subtus lectum ponit
sed supra candelabrum ponit
ut intrantes uideant lumen
Non enim est occultum
quod non manifestetur
nec absconditum
quod non cognoscatur
et in palam ueniat
Uidete ergo quomodo
auditis
qui enim habet dabitur illi
et quicumque non habet
etiam quod putat se habere
auferetur ab illo
Uenerunt autem ad illum
mater et fratres eius
et non poterant adire
ad eum prae turba
et nuntiatum est illi
mater tua et fratres tui
stant foris uolentes
te uidere
qui respondens dixit ad eos
mater mea et fratres mei
hi sunt qui uerbum di
audiunt et faciunt

XXX
Factum est autem in una
dierum
et ipse ascendit in nauicu
la et discipuli eius
et ait ad illos
transfretemus trans stagnum
et ascenderunt
nauigantibus autem illis
obdormiuit
et descendit procella uenti
in stagnum et conplebantur
et periclitabantur
accedentes autem suscita
uerunt eum dicentes
praeceptor perimus
at ille surgens increpauit
uentum et tempestatem
aquae et cessauit
et facta est tranquillitas
dixit autem illis
ubi est fides uestra
qui timentes mirati sunt
dicentes ad inuicem
quis putas hic est quia et
uentis imperat et mari
et oboediunt ei
XXXI Et nauigauerunt autem ad re
gionem Gerasenorum
quae est contra Galilaeam
et cum egressus esset ad terram
occurrit illi uir quidam
qui habebat daemonium
iam temporibus multis
et uestimento non indue
batur
neque in domo manebat
sed in monumentis
is ut uidit ihm procidit
ante illum
et exclamans uoce magna dixit
quid mihi et tibi est ihu
fili di altissimi
obsecro te ne me torqueas
praecipiebat enim spiritui

INMUNDO UT EXIRET AB HOMINE
MULTIS ENIM TEMPORIBUS
ARRIPIEBAT ILLUM
ET UINCIEBATUR CATENIS
ET COMPEDIB' CUSTODITUS
ET RUPTIS UINCULIS AGEBATUR
A DAEMONIO IN DESERTA
INTERROGAUIT AUTEM ILLUM
IHS DICENS QUOD TIBI NOMEN EST
AT ILLE DIXIT LEGIO
QUIA INTRAUERUNT DAEMONIA
MULTA IN EUM
ET ROGABANT EUM NE IMPERA
RET ILLIS UT IN ABYSSUM IRENT
ERAT AUTEM IBI GREX PORCORUM
MULTORUM PASCENTIUM
IN MONTE
ET ROGABANT EUM UT PERMIT
TERET EIS IN ILLOS INGREDI
ET PERMISIT ILLIS
EXIERUNT ERGO DAEMONIA
AB HOMINE ET INTRAUERUNT
IN PORCOS
ET IMPETU ABIIT GREX PER
PRAECEPS IN STAGNUM
ET SUFFOCATUS EST
QUOD UT UIDERUNT FACTUM
QUI PASCEBANT FUGERUNT
ET NUNTIAUERUNT IN CIUITATEM
ET IN UILLAS
EXIERUNT AUTEM UIDERE
QUOD FACTUM EST
ET UENERUNT AD IHM
ET INUENERUNT HOMINEM
SEDENTEM A QUO DAEMONIA
EXIERANT
UESTITUM AC SANA MENTE AD PE
DES EIUS ET TIMUERUNT
NUNTIAUERUNT AUTEM ILLIS
ET QUI UIDERANT QUOMODO
SANUS FACTUS ESSET A LEGIONE
ET ROGAUERUNT ILLUM OMNIS
MULTITUDO REGIONIS
GERASENORUM
UT DISCEDERET AB IPSIS
QUIA TIMORE MAGNO TENEBANTUR
L XIII IPSE AUTEM ASCENDENS NAUEM
REUERSUS EST
ET ROGABAT ILLUM UIR A QUO
DAEMONIA EXIERANT
UT CUM EO ESSET
DIMISIT AUTEM EUM IHS DICENS
REDI DOMUM TUAM ET NARRA
QUANTA TIBI FECIT DS
ET ABIIT PER UNIUERSAM
CIUITATEM
PRAEDICANS QUANTA ILLI
FECISSET IHS
L XXCII FACTUM EST AUTEM CUM REDIS
SET IHS EXCEPIT ILLUM TURBA
ERANT ENIM OMNES
EXPECTANTES EUM
ET ECCE UENIT UIR
CUI NOMEN IAIRUS
ET IPSE PRINCEPS SYNA
GOGAE ERAT
ET CECIDIT AD PEDES IHU
ROGANS EUM UT INTRARET
IN DOMUM EIUS
QUIA FILIA UNICA ERAT ILLI
FERE ANNORUM DUODECIM
ET HAEC MORIEBATUR
ET CONTIGIT DUM IRET
A TURBA COMPRIMEBATUR
ET MULIER QUAEDAM ERAT
IN FLUXU SANGUINIS
AB ANNIS DUODECIM
QUAE IN MEDICOS EROGAUERAT
OMNEM SUBSTANTIAM SUAM
NEC AB ULLO POTUIT CURARI
ACCESSIT RETRO ET TETIGIT
FIMBRIAM UESTIMENTI EIUS
ET CONFESTIM STETIT
FLUXUS SANGUINIS EIUS
ET AIT IHS QUIS EST QUI ME
TETIGIT
NEGANTIBUS AUTEM OMNIB'
DIXIT PETRUS ET QUI CUM ILLO
ERANT

PRAECEPTOR TURBAE TE COM
PRIMUNT ET ADFLIGUNT
ET DICIS QUIS ME TETIGIT
ET DIXIT IHS TETIGIT ME ALIQUIS
NAM ET EGO NOUI UIRTUTEM
DE ME EXISSE
UIDENS AUTEM MULIER
QUIA NON LATUIT
TREMENS UENIT ET PROCIDIT
ANTE PEDES ILLIUS
ET OB QUAM CAUSAM TETIGE
RIT EUM INDICAUIT
CORAM OMNI POPULO
ET QUEMADMODUM
CONFESTIM SANATA SIT
AT IPSE DIXIT ILLI
FILIA FIDES TUA TE SALUAM
FECIT UADE IN PACE
ADHUC ILLO LOQUENTE UENIT
A PRINCIPE SYNAGOGAE DICENS EI
QUIA MORTUA EST FILIA TUA
NOLI UEXARE ILLUM
IHS AUTEM AUDITO HOC UERBO
RESPONDIT PATRI PUELLAE
NOLI TIMERE CREDE TANTUM
ET SALUA ERIT
ET CUM UENISSET DOMUM
NON PERMISIT INTRARE
SECUM QUEMQUAM
NISI PETRUM IACOBUM
ET IOHANNEM
ET PATREM ET MATREM PUELLAE
FLEBANT AUTEM OMNES
ET PLANGEBANT ILLAM
AT ILLE DIXIT NOLITE FLERE
NON EST MORTUA SED DORMIT
ET DERIDEBANT EUM
SCIENTES QUIA MORTUA ESSET
IPSE AUTEM TENENS MANUM
EIUS CLAMAUIT DICENS
PUELLA SURGE
ET REUERSUS EST SPS EIUS
ET SURREXIT CONTINUO
ET IUSSIT ILLI DARI MANDUCARE
ET STUPUERUNT PARENTES EIUS
QUIBUS PRAECIPIT NE ALICUI
XXXIII DICERENT QUOD FACTUM ERAT
CONUOCATIS AUTEM DUODECIM
APOSTOLIS
DEDIT ILLIS UIRTUTEM
ET POTESTATEM SUPER
OMNIA DAEMONIA
ET UT LANGUORES CURARENT
ET MISIT ILLOS PRAEDICARE
REGNUM DI
ET SANARE INFIRMOS
ET AIT AD ILLOS NIHIL TULERITIS
IN UIA
NEQUE UIRGAM NEQUE PERAM
NEQUE PANEM NEQUE PECUNIAM
NEQUE DUAS TUNICAS HABEATIS
ET IN QUAMCUMQUE DOMUM
INTRAUERITIS IBI MANETE
ET INDE NE EXEATIS
ET QUICUMQUE NON RECEPE
RINT UOS
EXEUNTES DE CIUITATE ILLA
ETIAM PULUEREM PEDUM
UESTRORUM EXCUTITE
IN TESTIMONIUM SUPRA ILLOS
EGRESSI AUTEM CIRCUMIBANT
PER CASTELLA
EUANGELIZANTES ET CURAN
XXXIIII TES UBIQUE
AUDIUIT AUTEM HERODES
TETRARCHA OMNIA QUAE
FIEBANT AB EO
ET HAESITABAT EO QUOD DICERE
TUR A QUIBUSDAM QUIA
IOHANNES SURREXIT A MORTUIS
A QUIBUSDAM UERO
QUIA HELIAS APPARUIT
AB ALIIS AUTEM QUIA PROPHETA
UNUS DE ANTIQUIS SURREXIT
ET AIT HERODES
IOHANNEM EGO DECOLLAUI
QUIS AUTEM EST ISTE DE QUO
AUDIO EGO TALIA

ET QUAEREBAT UIDERE EUM
ET REUERSI APOSTOLI
NARRAUERUNT ILLI
QUAECUMQUE FECERUNT
ET ASSUMTIS ILLIS SECESSIT
SEORSUM IN LOCUM
DESERTUM QUI EST
BETHSAIDA
QUOD CUM COGNOUISSENT
TURBAE SECUTAE SUNT ILLUM
ET EXCEPIT ILLOS
ET LOQUEBATUR ILLIS DE REGNO DEI
ET EOS QUI CURA INDIGEBANT
XXXV SANABAT
DIES AUTEM COEPERAT DECLINARE
ET ACCEDENTES DUODECIM
DIXERUNT ILLI DIMITTE TURBAS
UT EUNTES IN CASTELLA UILLASQUE
QUAE CIRCA SUNT DEUERTANT
ET INUENIANT ESCAS
QUIA HIC IN LOCO DESERTO SUMUS
AIT AUTEM AD ILLOS
UOS DATE ILLIS MANDUCARE
AT ILLI DIXERUNT
NON SUNT NOBIS PLUS QUAM
QUINQUE PANES ET DUO PISCES
NISI FORTE NOS EAMUS
ET EMAMUS IN OMNEM
HANC TURBAM ESCAS
ERANT AUTEM FERE UIRI
QUINQUE MILIA
AIT AUTEM AD DISCIPULOS SUOS
FACITE ILLOS DISCUMBERE
PER CONUIUIA QUINQUAGENOS
ET ITA FECERUNT
ET DISCUMBERE FECERUNT
OMNES
ACCEPTIS AUTEM QUINQUE
PANIBUS ET DUOBUS PISCIBUS
RESPEXIT IN CAELUM
ET BENEDIXIT ILLIS
ET FREGIT ET DISTRIBUIT
DISCIPULIS SUIS UT PONE
RENT ANTE TURBAS

ET MANDUCAUERUNT OMNES
ET SATURATI SUNT
ET SUBLATUM EST QUOD
SUPERFUIT ILLIS
FRAGMENTORUM COPHINI
XXXVI DUODECIM
ET FACTUM EST CUM SOLUS
ESSET ORANS ERANT CUM
ILLO ET DISCIPULI
ET INTERROGAUIT ILLOS DICENS
QUEM ME DICUNT ESSE TURBAE
AT ILLI RESPONDERUNT ET DIXE
RUNT IOHANNEM BAPTISTAM
ALII AUTEM HELIAM
ALII QUIA PROPHETA UNUS
DE PRIORIBUS SURREXIT
DIXIT AUTEM ILLIS
UOS AUTEM QUEM ME ESSE
DICITIS
RESPONDENS SIMON PETRUS
DIXIT XPM DI
AT ILLE INCREPANS ILLOS PRAECE
PIT NE CUI DICERENT HOC DICENS
QUIA OPORTET FILIUM HOMI
NIS MULTA PATI
ET REPROBARI A SENIORIBUS
ET PRINCIPIBUS SACERDOTUM
ET SCRIBIS ET OCCIDI
ET TERTIA DIE RESURGERE
DICEBAT AUTEM AD OMNES
SI QUIS UULT POST ME UENIRE
ABNEGET SE IPSUM
ET TOLLAT CRUCEM SUAM
COTTIDIE ET SEQUATUR ME
QUI ENIM UOLUERIT ANIMAM
SUAM SALUAM FACERE
PERDET ILLAM
NAM QUI PERDIDERIT ANIMAM
SUAM PROPTER ME
SALUAM FACIET ILLAM
QUID ENIM PROFICIT HOMO
SI LUCRETUR UNIUERSUM
MUNDUM
SE AUTEM IPSUM PERDAT

ET DETRIMENTUM SUI FACIAT
NAM QUI ME ERUBUERIT
ET MEOS SERMONES
HUNC FILIUS HOMINIS ERUBESCIT
CUM UENERIT IN MAIESTATE
SUA ET PATRIS
XXVII ET SCORUM ANGELORUM
DICO AUTEM UOBIS
UERE SUNT ALIQUI HIC STANTES
QUI NON GUSTABUNT MORTE[M]
DONEC UIDEANT REGNUM DI
FACTUM EST AUTEM POST HAEC
UERBA FERE DIES OCTO
ET ASSUMSIT PETRUM ET IACO
BUM ET IOHANNEN
ET ASCENDIT IN MONTEM
UT ORARET
ET FACTUM EST DUM ORARET
SPECIES UULTUS EIUS ALTERA
ET UESTITUS EIUS ALBUS
REFULGENS
ET ECCE DUO UIRI LOQUEBAN
TUR CUM EO
ERANT AUTEM MOSES ET HE
LIAS UISI IN MAIESTATE
ET DICEBANT EXCESSUM EIUS
QUEM COMPLETURUS ERAT
IN HIERUSALEM
PETRUS UERO ET QUI CUM
ILLO GRAUATI ERANT SOMNO
ET EUIGILANTES UIDERUNT
MAIESTATEM EIUS
ET DUOS UIROS QUI STABANT
CUM ILLO
ET FACTUM EST DUM DISCE
DERENT AB ILLO
AIT PETRUS AD IHM PRAECEP
TOR BONUM EST NOS HIC ESSE
ET FACIAMUS TRIA TABERNACULA
UNUM TIBI ET UNUM MOSI
ET UNUM HELIAE
NESCIENS QUID DICERET
HAEC AUTEM ILLO LOQUENTE
FACTA EST NUBES ET OBUMBRA
UIT EOS

ET TIMUERUNT INTRANTIBUS
ILLIS IN NUBEM
ET UOX FACTA EST DE NUBE DICENS
HIC EST FILIUS MEUS DILECTUS
IPSUM AUDITE
ET DUM FIE[illegible]RET UOX
INUENTU[illegible] EST IHS SOLUS
ET IPSI TACUERUNT
ET NEMINI DIXERUNT IN ILLIS
DIEBUS QUICQUAM EX HIS
XXVIII QUAE UIDERANT
FACTUM EST AUTEM IN SEQUEN
TI DIE DESCENDENTIBUS ILLIS
DE MONTE
OCCURRIT ILLI TURBA MULTA
ET ECCE UIR DE TURBA
EXCLAMAUIT DICENS
MAGISTER OBSECRO TE RESPICE
IN FILIUM MEUM QUIA
UNICUS EST MIHI
ET ECCE SPS APPREHENDIT
ILLUM ET SUBITO CLAMAT
ET ELIDIT ET DISSIPAT EUM
CUM SPUMA ET UIX DISCEDIT
DILANIANS EUM
ET ROGAUI DISCIPULOS TUOS
UT EICERENT ILLUM
ET NON POTUERUNT
RESPONDENDENS IHS DIXIT
O GENERATIO INFIDELIS
ET PERUERSA
USQUEQUO ERO APUD UOS
ET PATIAR UOS
ADDUC FILIUM TUUM
ET CUM ACCEDERET ELISIT ILL[UM]
DAEMONIUM ET DISSIPAUIT
ET INCREPAUIT IHS SPM IN
MUNDUM ET SANAUIT PUERU[M]
ET REDDIDIT ILLUM PATRI EIUS
STUPEBANT AUTEM OMNES
IN MAGNITUDINE DI
OMNIBUS QUE MIRANTIBUS
IN OMNIBUS QUAE FACIEBAT
XXIX DIXIT AD DISCIPULOS SUOS

PONITE UOS IN CORDIBUS UESTRIS
SERMONES ISTOS
FILIUS ENIM HOMINIS FUTURUS
EST UT TRADATUR IN MANUS
HOMINUM
AT ILLI IGNORABANT UERBUM
ISTUD
ET ERAT UELATUM ANTE EOS
UT NON SENTIRENT ILLUD
ET TIMEBANT INTERROGARE EUM
DE HOC UERBO
INTRAUIT AUTEM COGITATIO
IN EOS QUIS EORUM MAIOR
ESSET
AT IHS UIDENS COGITATIONES
CORDIS ILLORUM
ADPREHENDENS PUERUM
STATUIT EUM SECUS SE
ET AIT ILLIS
QUICUMQUE SUSCEPERIT
PUERUM ISTUM IN NOMINE
MEO ME RECIPIT
ET QUICUMQUE ME RECEPIT
RECIPIT EUM QUI ME MISIT
NAM QUI MINOR EST INTER
OMNES UOS HIC MAIOR EST
RESPONDENS AUTEM IOHAN
NES DIXIT
PRAECEPTOR UIDIMUS QUENDAM
IN NOMINE TUO EICIENTEM
DAEMONIA ET PROHIBUIMUS EUM
QUIA NON SEQUITUR NOBISCUM
ET AIT AD ILLUM IHS
NOLITE PROHIBERE
QUI ENIM NON EST ADUERSUS
UOS PRO UOBIS EST
FACTUM EST AUTEM DUM COM
PLERENTUR DIES ADSUMTIO
NIS EIUS
XL ET IPSE FACIEM SUAM FIRMAUIT
UT IRET HIERUSALEM
ET MISIT NUNTIOS ANTE
CONSPECTUM SUUM
ET EUNTES INFRAUERUNT

IN CIUITATEM SAMARITANORUM
UT PARARENT ILLI
ET NON RECEPERUNT EUM
QUIA FACIES EIUS ERAT EUNTIS
HIERUSALEM autem
CUM UIDISSENT DISCIPULI EIUS
IACOBUS ET IOHANNES DIXERUNT
DNE UIS DICIMUS UT IGNIS
DESCENDAT DE CAELO
ET CONSUMAT ILLOS
ET CONUERSUS INCREPAUIT ILLOS
ET DIXIT NESCITIS CUIUS
SPS ESTIS
FILIUS HOMINIS NON UENIT
ANIMAS PERDERE SED SALUARE
ET ABIERUNT IN ALIUD CASTELLUM
FACTUM EST AUTEM AMBULAN
TIBUS ILLIS IN UIA
DIXIT QUIDAM AD ILLUM
SEQUAR TE QUOCUMQUE IERIS
ET AIT ILLI IHS
UULPES FOUEAS HABENT
ET UOLUCRES CAELI NIDOS
FILIUS AUTEM HOMINIS NON
HABET UBI CAPUT RECLINET
AIT AUTEM AD ALTERUM
SEQUERE ME
ILLE AUTEM DIXIT
DNE PERMITTE MIHI PRIMUM
IRE ET SEPELIRE PATREM MEUM
DIXITQUE IHS SINE UT MORTUI
SEPELIANT MORTUOS SUOS
TU AUTEM UADE ADNUNTIA
REGNUM DI
ET AIT ILLI SEQUAR TE DNE
SED PRIMUM PERMITTE MIHI
RENUNTIARE HIS QUI DOMI SUNT
AIT AD ILLUM IHS
NEMO MITTENS MANUM SUAM
IN ARATRUM ET ASPICIENS
RETRO APTUS EST REGNO DI
XLI POST HAEC AUTEM DESIGNAUIT
DNS ET ALIOS SEPTUAGINTA DUOS
ET MISIT ILLOS BINOS

ANTE FACIEM SUAM
IN OMNEM CIUITATEM ET LOCU̅
QUO ERAT IPSE UENTURUS
ET DICEBAT ILLIS
MESSIS QUIDEM MULTA
OPERARII AUTEM PAUCI
ROGATE ERGO DÑM MESSIS
UT MITTAT OPERARIOS
IN MESSEM SUAM
ITE ECCE EGO MITTO UOS
SICUT AGNOS INTER LUPOS
NOLITE PORTARE SACCULUM
NEQUE PERAM
NEQUE CALCIAMENTA
ET NEMINEM PER UIAM
SALUTAUERITIS
IN QUAMCUMQUE DOMUM
INTRAUERITIS
PRIMUM DICITE PAX HUIC DOMUI
ET SI IBI FUERIT FILIUS PACIS
REQUIESCET SUPER ILLAM
PAX UESTRA
SIN AUTEM AD UOS REUERTETUR
IN EADEM AUTEM DOMO MANETE
EDENTES ET BIBENTES
QUAE APUD ILLOS SUNT
DIGNUS ENIM EST OPERARIUS
MERCEDE SUA
NOLITE TRANSIRE DE DOMO
IN DOMUM
ET IN QUAMCUMQUE CIUITATE̅
INTRAUERITIS ET SUSCEPE
RINT UOS
MANDUCATE QUAE APPONUN
TUR UOBIS
ET CURATE INFIRMOS QUI IN
ILLA SUNT
ET DICITE ILLIS APPROPINQUA
UIT IN UOS REGNUM DĪ
IN QUAMCUMQUE CIUITATEM
INTRAUERITIS ET NON RECE
PERINT UOS
EXEUNTES IN PLATEAS EIUS DICITE
ETIAM PULUEREM QUI ADHESIT

NOBIS DE CIUITATE UESTRA
EXTERGIMUS IN UOS
TAMEN HOC SCITOTE QUIA
APPROPIAUIT REGNUM DĪ
DICO UOBIS QUIA SODOMIS
IN DIE ILLA REMISSIUS ERIT
QUAM ILLI CIUITATI
UAE TIBI CORAZAIN
UAE TIBI BETHSAIDA
QUIA SI IN TYRO ET SIDONE
FACTAE FUISSENT UIRTUTES
QUAE IN UOBIS FACTAE SUNT
OLIM IN CILICIO ET CINERE
SEDENTES PAENITERENT
UERUMTAMEN TYRO ET SIDONI
REMISSIUS ERIT IN IUDICIO
QUAM UOBIS
ET TU CAPHARNAUM USQUE
IN CAELUM EXALTATA
USQUE AD INFERNUM DEMER
GERIS
QUI UOS AUDIT ME AUDIT
ET QUI UOS SPERNIT ME SPERNIT
QUI AUTEM ME SPERNIT
SPERNIT EUM QUI ME MISIT
REUERSI SUNT AUTEM SEPTUA
GINTA DUO CUM GAUDIO DICEN̄
DÑE ETIAM DAEMONIA SUBICI
UNTUR NOBIS IN NOMINE TUO
ET AIT ILLIS UIDEBAM SATANAN
SICUT FULGUR DE CAELO
CADENTEM
ECCE DEDI UOBIS POTESTATEM
CALCANDI SUPRA SERPENTES
ET SCORPIONES
ET SUPRA OMNEM UIRTUTEM
INIMICI
ET NIHIL UOBIS NOCEBIT
UERUMTAMEN IN HOC NOLITE
GAUDERE QUIA SP̄S UOBIS
SUBICIUNTUR
GAUDETE AUTEM QUOD
NOMINA UESTRA SCRIPTA
SUNT IN CAELIS

XLII
IN IPSA HORA EXULTAUIT SPU SCO
ET DIXIT
CONFITEOR TIBI PATER
DNE CAELI ET TERRAE
QUOD ABSCONDISTI HAEC A SAPI
ENTIBUS ET PRUDENTIBUS
ET REUELASTI EA PARUULIS
ETIAM PATER QUIA SIC PLACUIT
ANTE TE
OMNIA MIHI TRADITA SUNT
A PATRE
ET NEMO SCIT QUIS SIT FILIUS
NISI PATER
ET QUIS SIT PATER NISI FILIUS
ET CUI UOLUERIT FILIUS REUELARE
ET CONUERSUS AD DISCIPULOS
SUOS DIXIT
BEATI OCULI QUI UIDENT
QUAE UIDETIS
DICO ENIM UOBIS
QUOD MULTI PROPHETAE ET RE
GES UOLUERUNT UIDERE QUAE
UOS UIDETIS ET NON UIDERUNT
ET AUDIRE QUAE AUDITIS ET NON
XLIII AUDIERUNT
ET ECCE QUIDAM LEGIS
PERITUS SURREXIT
TEMTANS EUM ET DICENS
MAGISTER QUID FACIENDO UITA
AETERNAM POSSIDEBO
AT ILLE DIXIT AD EUM
IN LEGE QUID SCRIPTUM EST
QUOMODO LEGIS
ILLE RESPONDENS DIXIT
DILIGES DNM DM TUUM
EX TOTO CORDE TUO
ET EX TOTA ANIMA TUA
ET EX OMNIBUS UIRIBUS TUIS
ET EX OMNI MENTE TUA
ET PROXIMUM TUUM
SICUT TE IPSUM
DIXIT QUE ILLI RECTE RESPONDISTI
HOC FAC ET UIUES
ILLE AUTEM UOLENS IUSTIFICARE
SE IPSUM DIXIT AD IHM
ET QUIS EST MEUS PROXIMUS
SUSPICIENS AUTEM IHS DIXIT
HOMO QUIDAM DESCENDEBAT
AB HIERUSALEM IN HIERICHO
ET INCIDIT IN LATRONES
QUI ETIAM DESPOLIAUERUNT EUM
ET PLAGIS IMPOSITIS ABIERUNT
SEMIUIUO RELICTO
ACCIDIT AUTEM UT SACERDOS
QUIDAM DESCENDERET
EADEM UIA
ET UISO ILLO PRAETERIUIT
SIMILITER ET LEUITA CUM
ESSET SECUS LOCUM ET UIDE
RET EUM TRANSIIT
SAMARITANUS AUTEM QUIDAM
ITER TRANSIENS UENIT
SECUS EUM
ET UIDENS EUM MISERICORDIA
MOTUS EST
ET APPROPIANS ALLIGAUIT
UULNERA EIUS
INFUNDENS OLEUM ET UINUM
ET IMPONENS ILLUM
IN IUMENTUM SUUM
DUXIT IN STABULUM
ET CURAM EIUS EGIT
ET ALTERA DIE PROTULIT DUOS
DENARIOS ET DEDIT STABU
LARIO ET AIT
CURAM ILLIUS HABE
ET QUODCUMQ SUPEREROGA
UERIS EGO CUM REDIERO
REDDAM TIBI
QUIS HORUM TRIUM UIDETUR
TIBI PROXIMUS FUISSE ILLI
QUI INCIDIT IN LATRONES
AT ILLE DIXIT
QUI FECIT MISERICORDIAM
IN ILLUM
ET AIT ILLI IHS
UADE ET TU FAC SIMILITER
XLIIII FACTUM EST AUTEM DUM IRENT

ET IPSE INTRAUIT IN QUODDAM
CASTELLUM
ET MULIER QUAEDAM MARTHA
NOMINE EXCEPIT ILLUM
IN DOMUM SUAM
ET HUIC ERAT SOROR
NOMINE MARIA
QUAE ETIAM SEDENS SECUS
PEDES DNI AUDIEBAT
UERBUM ILLIUS
MARTHA AUTEM SATAGEBAT
CIRCA FREQUENS MINISTERIUM
QUAE STETIT ET AIT
DNE NON EST TIBI CURAE
QUOD SOROR MEA RELIQUIT
ME SOLAM MINISTRARE
DIC ERGO ILLI UT ADIUUET ME
ET RESPONDENS DIXIT ILLI DNS
MARTHA MARTHA SOLLICITA ES
ET TURBARIS CIRCA PLURIMA
PORRO UNUM EST NECESSARIUM
MARIA OPTIMAM PARTEM ELE
xlv GIT QUAE NON AUFERETUR AB EA
ET FACTUM EST CUM ESSET
IN LOCO QUODAM ORANS
UT CESSAUIT DIXIT UNUS EX DI
SCIPULIS EIUS AD EUM
DNE DOCE NOS ORARE
SICUT ET IOHANNES DOCUIT
DISCIPULOS SUOS
ET AIT ILLIS CUM ORATIS DICITE
PATER SCIFICETUR NOMEN TUUM
AD UENIAT REGNUM TUUM
PANEM NOSTRUM COTIDIANUM
DA NOBIS COTIDIE
ET DIMITTE NOBIS PECCATA
NOSTRA
SIQUIDEM ET IPSI DIMITTIMUS
OMNI DEBENTI NOBIS
ET NE NOS INDUCAS IN TEMTA
xlvi TIONEM
ET AIT AD ILLOS
QUIS UESTRUM HABEBIT AMICUM
ET IBIT AD ILLUM MEDIA NOCTE

ET DICET ILLI
AMICE COMMODA MIHI TRES PANES
QUONIAM AMICUS MEUS UENIT
DE UIA AD ME
ET NON HABEO QUOD PONAM
ANTE ILLUM
ET ILLE DEINTUS DICAT
NOLI MIHI MOLESTUS ESSE
IAM OSTIUM CLAUSUM EST
ET PUERI MEI MECUM SUNT
IN CUBILI
NON POSSUM SURGERE
ET DARE TIBI
ET ILLE SI PERSEUERAUERIT
PULSANS DICO UOBIS
ET SI NON DABIT ILLI SURGENS
EO QUOD AMICUS EIUS SIT
PROPTER INPROBITATEM TAMEN
EIUS SURGET ET DABIT ILLI
QUOT HABET NECESSARIOS
ET EGO UOBIS DICO
PETITE ET DABITUR UOBIS
QUAERITE ET INUENIETIS
PULSATE ET APERIETUR UOBIS
OMNIS ENIM QUI PETIT ACCIPIT
ET QUI QUAERIT INUENIT
ET PULSANTI APERIETUR
QUIS AUTEM EX UOBIS PATREM
PETIT PANEM
NUMQUID LAPIDEM DABIT ILLI
AUT SI PISCEM
NUMQUID PRO PISCE SERPEN
TEM DABIT ILLI
AUT SI PETIERIT OUUM
NUMQUID PORRIGIT ILLI
SCORPIONEM
SI ERGO UOS CUM SITIS MALI
NOSTIS BONA DATA DARE
FILIIS UESTRIS
QUANTO MAGIS PATER UESTER
DE CAELO DABIT SPM BONUM
xlvii PETENTIBUS SE
ET ERAT EICIENS DAEMONIUM
ET ILLUD ERAT MUTUM

ET CUM EIECISSET DAEMONIUM
LOCUTUS EST MUTUS
ET ADMIRATAE SUNT TURBAE
QUIDAM AUTEM EX EIS DIXERUNT
IN BELZEBUB PRINCIPEM DAEMO
NIORUM EICIT DAEMONIA
ET ALII TEMTANTES SIGNUM
DE CAELO QUAEREBANT AB EO
IPSE AUTEM UT UIDIT COGITATI
ONES EORUM DIXIT EIS
OMNE REGNUM IN SE IPSO
DIUISUM DESOLATUR
ET DOMUS SUPRA DOMUM CADET
SI AUTEM ET SATANAS IN SE
IPSUM DIUISUS EST
QUOMODO STABIT REGNUM
IPSIUS
QUIA DICITIS IN BELZEBUB
EICERE ME DAEMONIA
SI AUTEM EGO IN BELZEBUB
EICIO DAEMONIA
FILII UESTRI IN QUO EICIUNT
IDEO IPSI IUDICES UESTRI ERUNT
PORRO SI IN DIGITO DI
EICIO DAEMONIA
PROFECTO PRAEUENIT
IN UOS REGNUM DI
CUM FORTIS ARMATUS CUSTO
DIT ATRIUM SUUM
IN PACE SUNT EA QUAE POSSIDET
SI AUTEM FORTIOR ILLO SUPER
UENIENS UICERIT EUM
UNIUERSA ARMA EIUS AUFERET
IN QUIBUS CONFIDEBAT
ET SPOLIA EIUS DISTRIBUIT
QUI NON EST MECUM
ADUERSUM ME EST
ET QUI NON COLLIGIT MECUM
DISPERGIT
CUM IMMUNDUS SPIRITUS
EXIERIT DE HOMINE
PERAMBULAT PER LOCA INAQUOSA
QUAERENS REQUIEM ET NON
INUENIENS DICIT

REUERTAR IN DOMUM MEAM
UNDE EXIUI
ET CUM UENERIT INUENIT
SCOPIS MUNDATAM
ET TUNC UADIT ET ASSUMIT
SEPTEM ALIOS SPIRITUS
NEQUIORES SE
ET INGRESSI HABITANT IBI
ET SUNT NOUISSIMA HOMINIS
ILLIUS PEIORA PRIORIBUS
FACTUM EST AUTEM
CUM HAEC DICERET
XLVIII EXTOLLENS UOCEM QUAEDAM
MULIER DE TURBA DIXIT ILLI
BEATUS UENTER QUI TE PORTAUIT
ET UBERA QUAE SUXISTI
AT ILLE DIXIT
QUIPPINI BEATI QUI AUDIUNT
UERBUM DI ET CUSTODIUNT
TURBIS AUTEM CONCURREN
TIBUS COEPIT DICERE
GENERATIO HAEC
GENERATIO NEQUAM EST
SIGNUM QUAERIT
ET SIGNUM NON DABITUR ILLI
NISI SIGNUM IONAE
NAM SICUT IONAS FUIT SIGNUM
NINEUITIS
ITA ERIT ET FILIUS HOMINIS
GENERATIONI ISTI
REGINA AUSTRI SURGET IN IUDICIO
CUM UIRIS GENERATIONIS HUIUS
ET CONDEMNABIT ILLOS
QUIA UENIT A FINIBUS TERRAE
AUDIRE SAPIENTIAM SALOMONIS
ET ECCE PLUS SALOMONE HIC
UIRI NINEUITAE SURGENT
IN IUDICIO CUM GENERATIONE
HAC ET CONDEMNABUNT ILLAM
QUIA PAENITENTIAM EGERUNT
AD PRAEDICATIONEM IONAE
XLVIIII ET ECCE PLUS IONA HIC
NEMO LUCERNAM ACCENDIT
ET IN ABSCONDITO PONIT

NEQUE SUB MODIO
SED SUPRA CANDELABRUM
UT QUI INGREDIUNTUR
LUMEN UIDEANT
LUCERNA CORPORIS TUI
EST OCULUS TUUS
SI OCULUS TUUS FUERIT SIMPLEX
TOTUM CORPUS TUUM
LUCIDUM ERIT
SI AUTEM NEQUAM FUERIT
ETIAM CORPUS TUUM
TENEBROSUM ERIT
UIDE ERGO NE LUMEN QUOD
IN TE EST TENEBRAE SINT
SI ERGO CORPUS TUUM TOTUM
LUCIDUM FUERIT
NON HABENS ALIQUAM PARTEM
TENEBRARUM
ERIT LUCIDUM TOTUM
ET SICUT LUCERNA FULGORIS
INLUMINABIT TE
ET CUM LOQUERETUR
ROGAUIT ILLUM QUIDAM PHARI
SAEUS UT PRANDERET APUD SE
ET INGRESSUS RECUBUIT
PHARISAEUS AUTEM COEPIT
INTRA SE REPUTANS DICERE
QUARE NON BAPTIZATUS ESSET
ANTE PRANDIUM
ET AIT DNS AD ILLUM
NUNC UOS PHARISAEI QUOD DE
FORIS EST CALICIS ET CATINI
MUNDATIS
QUOD AUTEM INTUS EST UESTRUM
PLENUM EST RAPINA
ET INIQUITATE
STULTI NONNE QUI FECIT
QUOD DE FORIS EST
ETIAM ID QUOD DE INTUS EST FECIT
UERUMTAMEN QUOD SUPER
EST DATE ELEMOSYNAM
ET ECCE OMNIA MUNDA SUNT
UOBIS
SED UAE UOBIS PHARISAEIS
QUIA DECIMATIS MENTAM ET
RUTAM ET OMNE HOLUS
ET PRAETERITIS IUDICIUM
ET CARITATEM DI
HAEC AUTEM OPORTUIT FACERE
ET ILLA NON OMITTERE
UAE UOBIS PHARISAEIS
QUI DILIGITIS PRIMAS CATHE
DRAS IN SYNAGOGIS ET SALU
TATIONES IN FORO
UAE UOBIS QUIA ESTIS UT MONU
MENTA QUAE NON PARENT
ET HOMINES AMBULANTES
SUPRA NESCIUNT
RESPONDENS AUTEM QUIDAM
EX LEGIS PERITIS AIT ILLI
MAGISTER HAEC DICENS ETIAM
NOBIS CONTUMELIAM FACIS
AT ILLE AIT
ET UOBIS LEGIS PERITIS UAE
QUIA ONERATIS HOMINES ONERIB·
QUAE PORTARI NON POSSUNT
ET IPSI UNO DIGITO UESTRO
NON TANGITIS SARCINAS
UAE UOBIS QUIA AEDIFICATIS MO
NUMENTA PROPHETARUM
PATRES AUTEM UESTRI OCCIDE
RUNT ILLOS
PROFECTO TESTIFICAMINI
QUOD CONSENTITIS OPERIBUS
PATRUM UESTRORUM
QUONIAM QUIDEM IPSI EOS
OCCIDERUNT
UOS AUTEM AEDIFICATIS
EORUM SEPULCHRA
PROPTEREA ET SAPIENTIA DI
DIXIT
MITTAM AD ILLOS PROPHETAS
ET APOSTOLOS
ET EX ILLIS OCCIDENT
ET PERSEQUENTUR
UT INQUIRATUR SANGUIS
OMNIUM PROPHETARUM
QUI EFFUSUS EST A CONSTITUTIONE

mundi a generatione ista
a sanguine abel usque ad san
guinem zachariae
qui periit inter altare
et aedem
ita dico vobis requiretur
ab hac generatione
L cxliv v Vae vobis legis peritis
quia tulistis clavem scientiae
ipsi non introistis
et eos qui introiebant
L cxlv prohibuistis
x Cum haec ad illos diceret
coeperunt pharisaei et legis
periti graviter insistere
et os eius opprimere
de multis insidiantes
et quaerentes capere aliquid
ex ore eius ut accusarent eum
multis autem turbis circum
stantibus ita ut se invicem
conculcarent
coepit dicere ad discipu
los suos
L cxlvi II Adtendite a fermento
pharisaeorum quod est
hypocrisis
L cxlvii v Nihil autem opertum est
quod non reueletur
neque absconditum
quod non sciatur
quoniam quae in tenebris
dixistis in lumine dicentur
et quod in aurem locuti
estis in cubiculis
praedicabitur in tectis
dico autem vobis amicis meis
ne terreamini ab his qui
occidunt corpus
et post haec non habent
amplius quod faciant
ostendam autem vobis
quem timeatis
timete eum qui postquam
occiderit habet potesta
tem mittere in gehennam
ita dico vobis hunc timete
nonne quinque passeres
veniunt dipundio
et unus ex illis non est in
oblivione coram deo
sed et capilli capitis vestri
omnes numerati sunt
nolite ergo timere
multis passeribus pluris estis
dico autem vobis
omnis quicumque confes
sus fuerit in me coram
hominibus
et filius hominis confitebi
tur in illo coram angelis dei
L cxlviii II Qui autem negaverit me
coram hominibus
denegabitur coram angelis dei
L cxlix II Et omnis qui dicit verbum
in filium hominis
remittetur illi
ei autem qui in spm scm
blasphemaverit
L cl non remittetur
II Cum autem inducent vos
in synagogas
et ad magistratus et pote
states
nolite solliciti esse qualiter
aut quid respondeatis
aut quid dicatis
sps enim scs docebit vos
in ipsa hora quae oporteat
LI dicere
L cli x Ait autem quidam ei de turba
magister dic fratri meo
ut dividat mecum
hereditatem
at ille dixit ei
homo quis me constituit
iudicem aut divisorem
supra vos

DIXITQUE AD ILLOS
UIDETE ET CAUETE AB OMNI
AUARITIA
QUIA NON IN ABUNDANTIA CUIUS
QUAM UITA EIUS EST
EX HIS QUAE POSSIDET
DIXIT AUTEM SIMILITUDINEM
AD ILLOS DICENS
HOMINIS CUIUSDAM DIUITIS
UBERES FRUCTUS AGER ATTULIT
ET COGITABAT INTRA SE DICENS
QUID FACIAM QUOD NON HABEO
QUO CONGREGEM FRUCTUS
MEOS
ET DIXIT HOC FACIAM
DESTRUAM HORREA MEA
ET MAIORA FACIAM
ET ILLUC CONGREGABO OMNIA
QUAE NATA SUNT MIHI
ET BONA MEA
ET DICAM ANIMAE MEAE
ANIMA HABES MULTA BONA
POSITA IN ANNOS PLURIMOS
REQUIESCE COMEDE BIBE
EPULARE
DIXIT AUTEM ILLI DS
STULTE HAC NOCTE ANIMAM
TUAM REPETUNT A TE
QUAE AUTEM PARASTI
CUIUS ERUNT
SIC EST QUI SIBI THESAURIZAT
ET NON EST IN DM DIUES
L CL V DIXITQUE AD DISCIPULOS SUOS
IDEO DICO UOBIS
NOLITE SOLLICITI ESSE ANIMAE
QUID MANDUCETIS
NEQUE CORPORI QUID UESTI
AMINI
ANIMA PLUS EST QUAM ESCA
ET CORPUS QUAM UESTIMENTUM
CONSIDERATE CORBOS QUIA NON
SEMINANT NEQUE METUNT
QUIBUS NON EST CELLARIUM
NEQUE HORREUM

ET DS PASCIT ILLOS
QUANTO MAGIS UOS PLURES
ESTIS ILLIS
QUIS AUTEM UESTRUM COGI
TANDO POTEST ADICERE
AD STATURAM SUAM
CUBITUM UNUM
SI ERGO NEQUE QUOD MINIMUM
EST POTESTIS
QUID DE CETERIS SOLLICITI ESTIS
CONSIDERATE LILIA
QUOMODO CRESCUNT
NON LABORANT NON NEUNT
DICO AUTEM UOBIS
NEC SALOMON IN OMNI GLORIA
SUA UESTIEBATUR SICUT
UNUM EX ISTIS
SI AUTEM FAENUM QUOD
HODIE IN AGRO EST
ET CRAS IN CLIBANUM MITTITUR
DS SIC UESTIT
QUANTO MAGIS UOS PUSILLAE FIDEI
ET UOS NOLITE QUAERERE
QUID MANDUCETIS
AUT QUID BIBATIS
ET NOLITE IN SUBLIME TOLLI
HAEC ENIM OMNIA GENTES
MUNDI QUAERUNT
PATER AUTEM UESTER SCIT
QUONIAM HIS INDIGETIS
UERUMTAMEN QUAERITE
REGNUM DI
ET HAEC OMNIA ADICIENTUR
LIII UOBIS
L CLI X NOLITE TIMERE PUSILLUS GREX
QUIA COMPLACUIT PATRI UESTRO
DARE UOBIS REGNUM
L CLII II UENDITE QUAE POSSIDETIS
ET DATE ELEMOSYNAM
L CLIII V FACITE UOBIS SACCULOS
QUI NON UETERESCUNT
THESAURUM NON DEFICIEN
TEM IN CAELIS
QUO FUR NON APPROPIAT

NEQUE TINEA CORRUMPIT
UBI ENIM THESAURUS UESTER
EST IBI ET COR UESTRUM ERIT
SINT LUMBI UESTRI PRAECINCTI
ET LUCERNAE ARDENTES
ET UOS SIMILES HOMINIBUS
EXPECTANTIBUS DOMINUM
SUUM QUANDO REUERTATUR
A NUPTIIS
UT CUM UENERIT ET PULSAUE
RIT CONFESTIM APERIANT EI
BEATI SERUI ILLI QUOS CUM
UENERIT DNS INUENERIT
UIGILANTES
AMEN DICO UOBIS
QUOD PRAECINGIT SE ET FACIET
ILLOS DISCUMBERE
ET TRANSIENS MINISTRABIT ILLIS
ET SI UENERIT IN SECUNDA UIGILIA
ET SI IN TERTIA UIGILIA UENERIT
ET ITA INUENERIT
BEATI SERUI ILLI
HOC AUTEM SCITOTE
QUONIAM SI SCIRET PATER
FAMILIAS QUA HORA FUR
UENIRET
UIGILARET UTIQUE ET NON SINE
RET PERFODIRI DOMUM SUAM
ET UOS ESTOTE PARATI
QUIA QUA HORA NON PUTATIS
FILIUS HOMINIS UENIET
AIT AUTEM EI PETRUS
DNE AD NOS DICIS HANC PARABO
LAM AN AD OMNES
DIXIT AUTEM DNS
QUIS PUTAS EST FIDELIS DISPEN
SATOR ET PRUDENS
QUEM CONSTITUET DNS
SUPER FAMILIAM SUAM
UT DET ILLIS IN TEMPORE
TRITICI MENSURAM
BEATUS ILLE SERUUS
QUEM CUM UENERIT DNS
INUENERIT ITA FACIENTEM

UERE DICO UOBIS
QUIA SUPRA OMNIA QUAE POSSI
DET CONSTITUET ILLUM
QUOD SI DIXERIT SERUUS ILLE
IN CORDE SUO
MORAM FACIT DNS MEUS UENIRE
ET COEPERIT PERCUTERE
PUEROS ET ANCILLAS
ET EDERE ET BIBERE ET INEBRIARI
UENIET DNS SERUI ILLIUS
IN DIE QUA NON SPERAT
ET HORA QUA NESCIT
ET DIUIDET EUM PARTEMQUE EIUS
CUM INFIDELIBUS PONET
ILLE AUTEM SERUUS QUI COGNO
UIT UOLUNTATEM DNI SUI
ET NON PRAEPARAUIT
ET NON FECIT SECUNDUM
UOLUNTATEM EIUS
UAPULAUIT MULTIS
QUI AUTEM NON COGNOUIT
ET FECIT DIGNA PLAGIS
UAPULAUIT PAUCIS
OMNI AUTEM CUI MULTUM
DATUM EST
MULTUM QUAERETUR AB EO
ET CUI COMMENDAUERUNT
LIIII MULTUM PLUS PETENT AB EO
IGNEM UENI MITTERE IN TERRAM
ET QUID UOLO NISI ACCENDATUR
BAPTISMA AUTEM HABEO
BAPTIZARI
ET QUOMODO COARTOR
USQUE DUM PERFICIATUR
PUTATIS QUIA PACEM UENI
DARE IN TERRAM
NON DICO UOBIS SED SEPARATIONEM
ERUNT ENIM EX HOC QUINQUE
IN DOMO UNA DIUISI
TRES IN DUO ET DUO IN TRES
DIUIDENTUR
PATER IN FILIUM
ET FILIUS IN PATREM SUUM
MATER IN FILIAM

ET FILIA IN MATREM
SOCRUS IN NURUM SUAM
ET NURUS IN SOCRUM SUAM
DICEBAT AUTEM ET AD TURBAS
CUM UIDERITIS NUBEM
ORIENTEM AB OCCASU
STATIM DICITIS NIMBUS UENIT
ET ITA FIT
ET CUM AUSTRUM FLANTEM
DICITIS QUIA AESTUS ERIT ET FIT
HYPOCRITAE FACIEM TERRAE
ET CAELI NOSTIS PROBARE
HOC AUTEM TEMPUS
QUOMODO NON PROBATIS
QUID AUTEM ET A UOBIS IPSIS
NON IUDICATIS QUOD IUSTŪ EST
CUM AUTEM UADIS CUM ADUER
SARIO TUO AD PRINCIPEM IN UIA
DA OPERAM LIBERARI AB ILLO
NE FORTE TRAHAT TE APUD
IUDICEM
ET IUDEX TRADAT TE EXACTORI
ET EXACTOR MITTAT TE
IN CARCEREM
DICO TIBI NON EXIES INDE
DONEC ETIAM NOUISSIMUM
MINUTUM REDDAS
LV ADERANT AUTEM QUIDAM
IPSO IN TEMPORE
NUNTIANTES ILLI DE GALILAEIS
QUORUM SANGUINEM PILATUS
MISCUIT CUM SACRIFICIIS EORŪ
ET RESPONDENS DIXIT ILLIS
PUTATIS QUOD HI GALILAEI
PRAE OMNIBUS GALILAEIS
PECCATORES FUERUNT
QUIA TALIA PASSI SUNT
NON DICO UOBIS
SED NISI PAENITENTIAM HABUE
RITIS OMNES SIMILITER
PERIBITIS
SICUT ILLI DECEM ET OCTO
SUPRA QUOS CECIDIT TURRIS
IN SILOAM ET OCCIDIT EOS

PUTATIS QUIA ET IPSI DEBITORES
FUERUNT PRAETER OMNES
HOMINES HABITANTES IN HIE
RUSALEM
NON DICO UOBIS
SED SI NON PAENITENTIAM EGERITIS
OMNES SIMILITER PERIBITIS
LVI DICEBAT AUTEM HANC SIMILI
TUDINEM
ARBOREM FICI HABEBAT QUIDAM
PLANTATAM IN UINEA SUA
ET UENIT QUAERENS FRUCTUM
IN ILLA ET NON INUENIT
DIXIT AUTEM AD CULTOREM
UINEAE
ECCE ANNI TRES SUNT EX QUO
UENIO QUAERENS FRUCTUM
IN FICULNEA HAC ET NON INUENIO
SUCCIDE ERGO ILLAM UT QUID
ETIAM TERRAM OCCUPAT
AT ILLE RESPONDENS DIXIT ILLI
D̄NE DIMITTE ILLAM ET HOC
ANNO USQUE DUM FODIAM
CIRCA ILLAM
ET MITTAM STERCORA
ET SI QUIDEM FECERIT FRUCTUM
SIN AUTEM IN FUTURUM
SUCCIDES EAM
ERAT AUTEM DOCENS IN SYN̄A
GOGA EORUM SABBATIS
ET ECCE MULIER QUAE HABEBAT
SP̄M INFIRMITATIS ANNIS
DECEM ET OCTO
ET ERAT INCLINATA
NEC OMNINO POTERAT SURSUM
RESPICERE
QUAM CUM UIDISSET IH̄S
UOCAUIT AD SE ET AIT ILLI
MULIER DIMISSA ES AB INFIR
MITATE TUA
ET IMPOSUIT ILLI MANUS
ET CONFESTIM ERECTA EST
ET GLORIFICABAT D̄M
RESPONDENS AUTEM ARCHESYN̄A
gogus

INDIGNANS QUIA SABBATO CURAS
SET IHS DICEBAT TURBAE
SEX DIES SUNT IN QUIBUS OPOR
TET OPERARI
IN HIS ERGO UENITE ET CURAMINI
ET NON IN DIE SABBATI
RESPONDENS AUTEM AD ILLUM
DNS ET DIXIT
HYPOCRITAE UNUSQUISQUE
UESTRUM SABBATO NON SOLUIT
BOUEM SUUM AUT ASINUM
A PRAESEPIO
ET DUCIT ADAQUARE
HANC AUTEM FILIAM ABRAHAE
QUAM ALLIGAUIT SATANAS
ECCE DECEM ET OCTO ANNIS
NON OPORTUIT SOLUI A UINCULO
ISTO DIE SABBATI
ET CUM HAEC DICERET
ERUBESCEBANT OMNES
ADUERSARII EIUS
ET OMNIS POPULUS GAUDEBAT
IN UNIUERSIS QUAE GLORIOSE
FIEBANT AB EO
DICEBAT ERGO CUI SIMILE EST
REGNUM DI
ET CUI SIMILE ESSE EXISTIMABO
ILLUD
SIMILE EST GRANO SINAPIS
QUOD ACCEPTUM HOMO MISIT
IN HORTUM SUUM
ET CREUIT ET FACTUM EST
IN ARBOREM MAGNAM
ET UOLUCRES CAELI REQUIEUE
RUNT IN RAMIS EIUS
ET ITERUM DIXIT
CUI SIMILE AESTIMABO REGNUM DI
ET CUI SIMILE EST
FERMENTO QUOD ACCEPTUM
MULIER ABSCONDIT IN FARI
NAE SATA TRIA
DONEC FERMENTARETUR TOTU
ET IBAT PER CIUITATES ET CA
STELLA DOCENS
ET ITER FACIENS IN HIERUSALEM
AIT AUTEM ILLI QUIDAM
DNE SI PAUCI SUNT QUI SALUANTUR
IPSE AUTEM DIXIT AD ILLOS
CONTENDITE INTRARE PER
ANGUSTAM PORTAM
QUIA MULTI DICO UOBIS QUAE
RUNT INTRARE ET NON POTERUNT
CUM AUTEM INTRAUERIT
PATER FAMILIAS
ET CLUSERIT OSTIUM
ET INCIPIETIS FORIS STARE
ET PULSARE OSTIUM
DICENTES DNE APERI NOBIS
ET RESPONDENS DICET UOBIS
NESCIO UOS UNDE SITIS
TUNC INCIPIETIS DICERE
MANDUCAUIMUS CORAM TE
ET BIBIMUS
ET IN PLATEIS NOSTRIS DOCUISTI
ET DICET UOBIS NESCIO UOS
UNDE SITIS
DISCEDITE A ME OMNES OPERA
RII INIQUITATIS
IBI ERIT FLETUS ET STRIDOR
DENTIUM
CUM UIDERITIS ABRAHAM
ET ISAAC ET IACOB
ET OMNES PROPHETAS INTROIRE
IN REGNO DI
UOS AUTEM EXPELLI FORAS
ET UENIENT AB ORIENTE ET OCCI
DENTE ET AQUILONE ET AUSTRO
ET ACCUMBENT IN REGNO DI
ET ECCE SUNT NOUISSIMI
QUI ERUNT PRIMI
ET SUNT PRIMI
LVII QUI ERUNT NOUISSIMI
IN IPSA DIE ACCESSERUNT
QUIDAM PHARISAEORUM
DICENTES ILLI
EXI ET UADE HINC QUIA HERODES
UULT TE OCCIDERE
ET AIT ILLIS ITE DICITE UULPI ILLI

ecce eicio daemonia et sanita
tes perficio hodie et cras
et tertia consummor
uerumtamen oportet me
hodie et cras et sequenti
ambulare
quia non capit prophetam
perire extra hierusalem
hierusalem hierusalem
quae occidis prophetas
et lapidas eos qui mittun
tur ad te
quoties uolui congregare
filios tuos
quemadmodum auis nidum
suum sub pinnis et noluisti
ecce relinquitur uobis
domus uestra
dico autem uobis
quia non uidebitis me
donec ueniat cum dicetis
benedictus qui uenit
lviii in nomine domini
Et factum est cum intraret
in domum cuiusdam prin
cipis pharisaeorum sabbato
manducare panem
et ipsi obseruabant eum
et ecce homo quidam hydro
picus erat ante illum
et respondens ihs dixit ad le
gis peritos et pharisaeos
licet sabbato curare
at illi tacuerunt
ipse uero adprehensum
sanauit ac dimisit
et respondens ad illos dixit
cuius uestrum asinus aut
bos in puteum cadet
et non continuo extrahet
illum die sabbati
et non poterant ad haec
respondere illi
Dicebat autem et ad inuitatos
parabolam
intendens quomodo primos
accubitus eligerent
dicens ad illos cum inuita
tus fueris ad nuptias
non discumbas in primo loco
ne forte honoratior te sit
inuitatus ab eo
et ueniens is qui te et illum
uocauit dicat tibi
da huic locum
et tunc incipias cum rubore
nouissimum locum tenere
sed cum uocatus fueris uade
recumbe in nouissimo loco
ut cum uenerit qui te inuita
uit dicat tibi
amice ascende superius
tunc erit tibi gloria coram
simul discumbentibus
Quia omnis qui se exaltat
humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur
Dicebat autem et ei qui se
inuitauerat
cum facis prandium aut cenam
noli uocare amicos tuos
neque fratres tuos
neque cognatos
neque uicinos diuites
ne forte et ipsi te reinuitent
et fiat tibi retributio
sed cum facis conuiuium
uoca pauperes debiles
clodos caecos
et beatus eris
quia non habent retribu
ere tibi
retribuetur enim tibi
in resurrectione iustorum
haec cum audisset quidam
de simul discumbentibus
dixit ei
beatus qui manducauit panem

IN REGNO DI

LVIII AT IPSE DIXIT EI
HOMO QUIDAM FECIT CENAM
MAGNAM ET UOCAUIT MULTOS
ET MISIT SERUUM SUUM HORA
CAENAE DICERE INUITATIS UT
UENIRENT
QUIA IAM PARATA SUNT OMNIA
ET COEPERUNT SIMUL OMNES
EXCUSARE
PRIMUS DIXIT EI UILLAM EMI
ET NECESSE HABEO EXIRE
ET UIDERE ILLAM
ROGO TE HABE ME EXCUSATUM
ET ALTER DIXIT
IUGA BOUM EMI QUINQUE
ET EO PROBARE ILLA
ROGO TE HABE ME EXCUSATUM
ET ALIUS DIXIT UXOREM DUXI
ET IDEO NON POSSUM UENIRE
ET REUERSUS SERUUS NUNTI
AUIT HAEC DOMINO SUO
TUNC IRATUS PATER FAMILIAS
DIXIT SERUO SUO
EXI CITO IN PLATEAS ET UICOS
CIUITATIS
ET PAUPERES AC DEBILES
ET CAECOS ET CLODOS INTRODUC
ET AIT SERUUS
DNE FACTUM EST UT IMPERASTI
ET ADHUC LOCUS EST
ET AIT DNS SERUO
EXI IN UIAS ET SEPES
ET COMPELLE INTRARE
UT IMPLEATUR DOMUS MEA
DICO AUTEM UOBIS
QUOD NEMO UIRORUM ILLORUM
QUI UOCATI SUNT GUSTAUIT
CENAM MEAM

LX IBANT AUTEM TURBAE MULTAE
CUM EO
ET CONUERSUS DIXIT AD ILLOS
SI QUIS UENIT AD ME
ET NON ODIT PATREM SUUM
ET MATREM
ET UXOREM ET FILIOS
ET FRATRES ET SORORES
ADHUC AUTEM ET ANIMAM SUAM
NON POTEST MEUS ESSE
DISCIPULUS
ET QUI NON BAIULAT CRUCEM
SUAM ET UENIT POST ME
NON POTEST MEUS ESSE
DISCIPULUS
QUIS ENIM EX UOBIS UOLENS
TURREM AEDIFICARE
NON NE PRIUS SEDENS COMPUTAT
SUMTUS QUI NECESSARII SUNT
SI HABET AD PERFICIENDUM
NE POSTEA QUAM POSUERIT
FUNDAMENTUM
ET NON POTERIT PERFICERE
OMNES QUI UIDENT INCIPIANT
INLUDERE EI DICENTES
QUIA HIC HOMO COEPIT
AEDIFICARE
ET NON POTUIT CONSUMMARE
AUT QUI REX ITURUS COMMIT
TERE BELLUM ADUERSUM
ALIUM REGEM
NON SEDENS PRIUS COGITAT
SI POSSIT CUM DECEM MILIBUS
OCCURRERE EI
QUI CUM UIGINTI MILIBUS
UENIT AD SE
ALIOQUIN ADHUC ILLO LONGE
AGENTE LEGATIONEM MITTENS
ROGAT EA QUAE PACIS SUNT
SIC ERGO OMNIS EX UOBIS
QUI NON RENUNTIAT OMNIBUS
QUAE POSSIDET
NON POTEST MEUS ESSE
DISCIPULUS
BONUM EST SAL
SI AUTEM SAL QUOQUE EUANU
ERIT IN QUO CONDIETUR
NEQUE IN TERRAM
NEQUE IN STERCULINUM UTILE EST

sed foras mittetur
qui habet aures audiendi
LXI audiat
Erant autem appropinquan
tes ei publicani et peccato
res ut audirent illum
et murmurabant phari
saei et scribae dicentes
quia hic peccatores recipit
et manducat cum illis
Et ait ad illos parabolam
istam dicens
quis ex uobis homo qui habet
centum oues
et si perdiderit unam ex illis
non ne dimittit nonaginta
nouem in deserto
et uadit ad illam quae
perierat donec inueniat
illam
et cum inuenerit illam
inponit in umeros suos
gaudens
et ueniens domum conuo
cat amicos et uicinos
dicens illis
congratulamini mihi quia
inueni ouem meam
quae perierat
dico uobis quod ita gaudium
erit in caelo
super uno peccatore
paenitentiam habente
quam super nonaginta
nouem iustis
qui non indigent
paenitentia
Aut quae mulier habens
dragmas decem
si perdiderit dragmam unā
non ne accendit lucernam
et euerrit domum
et quaerit diligenter
donec inueniat

et cum inuenerit conuocat
amicas et uicinas dicens
congratulamini mihi
quia inueni dragmam
quam perdideram
Ita dico uobis
gaudium erit coram angelis dī
super uno peccatore
LXII paenitentiam agente
Ait autem
homo quidam habuit duos
filios
et dixit adulescentior
ex illis patri
pater da mihi portionem
substantiae quae me
contingit
et diuisit illis substantiam
et non post multos dies
congregatis omnibus
adulescentior filius peregrē
profectus est in regionē
longinquam
et ibi dissipauit substantiā
suam uiuendo luxuriose
et postquam omnia
consummasset
facta est fames ualida
in regione illa et ipse
coepit egere
et abiit et adhesit uni
ciuium regionis illius
et misit illum in uillam suā
ut pasceret porcos
et cupiebat implere uen
trem suum de siliquis
quas porci manducabant
et nemo illi dabat
in se autem reuersus dixit
quanti mercennarii patris
mei abundant panibus
ego autem hic fame pereo
surgam et ibo ad patrem
meum et dicam illi

PATER PECCAUI IN CAELUM
ET CORAM TE
ET IAM NON SUM DIGNUS
UOCARI FILIUS TUUS
FAC ME SICUT UNUM DE MERCE
NARIIS TUIS
ET SURGENS UENIT AD PATREM
SUUM
CUM AUTEM ADHUC LONGE ESSET
UIDIT ILLUM PATER IPSIUS
ET MISERICORDIA MOTUS EST
ET ACCURRENS CECIDIT
SUPRA COLLUM EIUS
ET OSCULATUS EST EUM
DIXITQUE EI FILIUS
PATER PECCAUI IN CAELUM
ET CORAM TE
IAM NON SUM DIGNUS UOCARI
FILIUS TUUS
DIXIT AUTEM PATER AD SER
UOS SUOS
CITO PROFERTE STOLAM PRI
MAM ET INDUITE ILLUM
ET DATE ANULUM IN MANUM EIUS
ET CALCIAMENTA IN PEDES
ET ADDUCITE UITULUM SAGI
NATUM ET OCCIDITE
ET MANDUCEMUS ET EPULEMUR
QUIA HIC FILIUS MEUS MOR
TUUS ERAT ET REUIXIT
PERIERAT ET INUENTUS EST
ET COEPERUNT EPULARI
ERAT AUTEM FILIUS EIUS
SENIOR IN AGRO
ET CUM UENIRET ET APPRO
PINQUARET DOMUI
AUDIUIT SYMPHONIAM
ET CHORUM
ET UOCAUIT UNUM DE SERUIS
ET INTERROGAUIT QUAE HAEC
ESSENT
ISQUE DIXIT ILLI
FRATER TUUS UENIT ET OCCIDIT
PATER TUUS UITULUM SAGINA
TUM
QUIA SALUUM ILLUM RECEPIT
INDIGNATUS EST AUTEM
ET NOLEBAT INTROIRE
PATER ERGO ILLIUS EGRESSUS
COEPIT ROGARE ILLUM
AT ILLE RESPONDENS DIXIT
PATRI SUO
ECCE TOT ANNIS SERUIO TIBI
ET NUMQUAM MANDATUM
TUUM PRAETERII
ET NUMQUAM DEDISTI MIHI
HEDUM UT CUM AMICIS
MEIS EPULARER
SED POSTQUAM FILIUS TUUS
HIC QUI DEUORAUIT SUBSTAN
TIAM SUAM CUM MERE
TRICIBUS
UENIT OCCIDISTI ILLI UITULUM
SAGINATUM
AT IPSE DIXIT ILLI
FILI TU SEMPER MECUM ES
ET OMNIA MEA TUA SUNT
EPULARI AUTEM ET GAUDERE
OPORTEBAT
QUIA FRATER TUUS HIC MORTUUS
ERAT ET REUIXIT
PERIERAT ET INUENTUS EST
lxiii DICEBAT AUTEM ET AD DISCI
PULOS SUOS
HOMO QUIDAM ERAT DIUES
QUI HABEBAT UILICUM
ET HIC DIFFAMATUS EST APUD
ILLUM QUASI DISSIPASSET
BONA IPSIUS
ET UOCAUIT ILLUM ET AIT ILLI
QUID HOC AUDIO DE TE
REDDE RATIONEM UILICATIO
NIS TUAE
IAM ENIM NON POTERIS UILICARE
AIT AUTEM UILICUS INTRA SE
QUID FACIAM QUIA DNS MEUS
AUFERET A ME UILICATIONEM
FODERE NON UALEO
MENDICARE ERUBESCO

SCIO QUID FACIAM
UT CUM AMOTUS FUERO A UILI
CATIONE RECIPIANT ME IN DO
MOS SUAS
CONUOCATIS ITAQUE SINGULIS
DEBITORIBUS DOMINI SUI
DICEBAT PRIMO QUANTUM
DEBES DOMINO MEO
AT ILLE DIXIT
CENTUM CADOS OLEI
DIXITQUE ILLI ACCIPE CAUTIO
NEM TUAM
ET SEDE CITO SCRIBE QUINQUA
GINTA
DEINDE ALIO DIXIT
TU UERO QUANTUM DEBES
QUI AIT CENTUM CHOROS TRITICI
AIT ILLI ACCIPE LITTERAS TUAS
ET SCRIBE OCTOGINTA
ET LAUDAUIT DNS UILICUM
INIQUITATIS QUIA PRUDEN
TER FECISSET
QUIA FILII HUIUS SAECULI
PRUDENTIORES FILIIS LUCIS
IN GENERATIONE SUA SUNT
ET EGO UOBIS DICO
FACITE UOBIS AMICOS DE MAM
MONA INIQUITATIS
UT CUM DEFECERITIS RECIPIANT
UOS IN AETERNA TABERNACULA
QUI FIDELIS EST IN MINIMO
ET IN MAIORI FIDELIS EST
ET QUI IN MODICO INIQUUS EST
ET IN MAIORI INIQUUS EST
SI ERGO IN INIQUO MAMONAE
FIDELES NON FUISTIS
QUOD UERUM EST QUIS
CREDIT UOBIS
ET SI IN ALIENO FIDELES
NON FUISTIS
QUOD UESTRUM EST QUIS
LXIIII DABIT UOBIS
L CXCI X DI XLVIII NEMO SERUUS POTEST DUOBUS
DOMINIS SERUIRE

AUT ENIM UNUM ODIET
ET ALTERUM DILIGET
AUT UNI ADHEREBIT
ET ALTERUM CONTEMNET
NON POTESTIS DO SERUIRE
L CXCII ET MAMONAE
X AUDIEBANT AUTEM OMNIA HAEC
PHARISAEI QUI ERANT AUARI
ET DERIDEBANT ILLUM
ET AIT ILLIS
UOS ESTIS QUI IUSTIFICATIS UOS
CORAM HOMINIBUS
DS AUTEM NOUIT CORDA UESTRA
QUIA QUOD HOMINIB ALTUM EST
L CXCIII ABOMINATIO EST ANTE DM
V DI CV LEX ET PROPHETAE USQUE
AD IOHANNEN
EX EO REGNUM DI EUANGELI
ZATUR
ET OMNIS IN ILLUD UIM FACIT
L CXCIIII V DI XXVIII FACILIUS EST AUTEM CAELUM
ET TERRAM PRAETERIRE
QUAM DE LEGE UNUM
APICEM CADERE
L CXCV II DI CCC XX OMNIS QUI DIMITTIT
UXOREM SUAM
ET DUCIT ALTERAM MOECHATUR
ET QUI DIMISSAM A UIRO
LXV DUCIT MOECHATUR
L CXCVI X HOMO QUIDAM ERAT DIUES
ET INDUEBATUR PURPURA
ET BYSSO
ET EPULABATUR COTIDIE
SPLENDIDE
ET ERAT QUIDAM MENDICUS
NOMINE LAZARUS
QUI IACEBAT AD IANUAM EIUS
ULCERIBUS PLENUS
CUPIENS SATURARI DE MICIS
QUAE CADEBANT DE MENSA
DIUITIS
SED ET CANES UENIEBANT
ET LINGEBANT ULCERA EIUS
FACTUM EST AUTEM UT MORE

RETUR MENDICUS
ET PORTARETUR AB ANGELIS
IN SINUM ABRAHAE
MORTUUS EST AUTEM ET DIUES
ET SEPULTUS EST IN INFERNO
ELEUANS AUTEM OCULOS SUOS
CUM ESSET IN TORMENTIS
UIDEBAT ABRAHAM A LONGE
ET LAZARUM IN SINU EIUS
ET IPSE CLAMANS DIXIT
PATER ABRAHAM MISERERE MEI
ET MITTE LAZARUM UT INTIN
GUAT EXTREMUM DIGITI
SUI IN AQUAM
UT REFRIGERET LINGUAM MEAM
QUIA CRUCIOR IN HAC FLAMMA
ET DIXIT ILLI ABRAHAM
FILI RECORDARE QUIA RECEPISTI
BONA IN UITA TUA
ET LAZARUS SIMILITER MALA
NUNC AUTEM HIC CONSOLATUR
TU UERO CRUCIARIS
ET IN HIS OMNIBUS INTER UOS
ET NOS CHAOS MAGNUM
FIRMATUM EST
UT HI QUI UOLUNT HINC TRANSIRE
AD UOS NON POSSINT
NEQUE INDE HUC TRANSMEARE
ET AIT ROGO ERGO TE PATER
UT MITTAS EUM IN DOMUM
PATRIS MEI
HABEO ENIM QUINQUE FRATRES
UT TESTETUR ILLIS
NE ET IPSI UENIANT IN LOCUM
HUNC TORMENTORUM
ET AIT ILLI ABRAHAM
HABENT MOSEN ET PROPHE
TAS AUDIANT ILLOS
AT ILLE DIXIT NON PATER ABRAHAM
SED SI QUIS EX MORTUIS IERIT
AD EOS PAENITENTIAM AGENT
AIT AUTEM ILLI
SI MOSEN ET PROPHETAS
NON AUDIUNT

NEQUE SI QUIS EX MORTUIS SURRE
LXVI XERIT CREDENT
ET AD DISCIPULOS SUOS AIT
INPOSSIBILE EST UT NON UENI
ANT SCANDALA
UAE AUTEM ILLI PER QUEM
UENIUNT
UTILIUS EST ILLI SI LAPIS MOLARIS
INPONATUR CIRCA COLLUM
EIUS ET PROICIATUR IN MARE
QUAM UT SCANDALIZET UNUM
DE PUSILLIS ISTIS
ATTENDITE UOBIS
SI PECCAUERIT FRATER TUUS
INCREPA ILLUM
ET SI PAENITENTIAM EGERIT
DIMITTE ILLI
ET SI SEPTIES IN DIE PECCAUE
RIT IN TE
ET SEPTIES IN DIE CONUERSUS
FUERIT AD TE DICENS PAENI
LXVII TET ME DIMITTE ILLI
ET DIXERUNT APOSTOLI DNO
ADAUGE NOBIS FIDEM
DIXIT AUTEM DNS
SI HABERETIS FIDEM SICUT
GRANUM SINAPIS
DICERETIS HUIC ARBORI MORO
ERADICARE ET TRANSPLANTARE
IN MARE ET OBOEDIRET UOBIS
QUIS AUTEM UESTRUM HABENS
SERUUM ARANTEM AUT
PASCENTEM
QUI REGRESSO DE AGRO DICET
ILLI STATIM TRANSI RECUMBE
ET NON DICET EI PARA QUOD
CENEM
ET PRAECINGE TE ET MINISTRA MIHI
DONEC MANDUCEM ET BIBAM
ET POST HAEC TU MANDUCABIS
ET BIBES
NUMQUID GRATIAM HABET
SERUO ILLI
QUIA FECIT QUAE SIBI IMPERAUERAT

NONPUTO SICETUOS
CUMFECERITIS OMNIA QUAE
PRAECEPTASUNT UOBIS
DICITESERUIINUTILESSUMUS
QUOD DEBUIMUS FACEREFECIMUS
LXVIII ETFACTUMEST DUMIRET
INHIERUSALEM
TRANSIEBAT PERMEDIAMSAMA
RIAM ETGALILAEAM
ETCUMINGREDERETURQUOD
DAM CASTELLUM
OCCURRERUNTEIDECEMUIRI
LEPROSI
QUISTETERUNTALONGE
ETLEUAUERUNTUOCEMDICENTES
IHU PRAECEPTOR MISERERE
NOSTRI
QUOS UTUIDITDIXIT
ITEOSTENDITE UOSSACERDOTIB
ETFACTUMESTDUMIRENT
MUNDATISUNT
UNUSAUTEM EXILLIS
UTUIDIT QUIAMUNDATUSEST
REGRESSUSEST CUMMAGNA
UOCEMAGNIFICANSDM
ETCECIDIT INFACIEMANTE
PEDES EIUS GRATIASAGENS
ETHICERAT SAMARITANUS
RESPONDENSAUTEMIHS DIXIT
NONNEDECEM MUNDATISUNT
ETNOUEM UBISUNT
NONEST INUENTUSQUIREDIRET
ETDARET GLORIAMDO
NISIHICALIENIGENA
ETAITILLISURGEUADE
QUIAFIDES TUATESALUUM
FECIT
LXIX INTERROGATUS AUTEM APHARI
SAEIS QUANDO UENIT
REGNUMDI
RESPONDITEISETDIXIT
NONUENIT REGNUMDI
CUMOBSERUATIONE
NEQUEDICENT ECCEHIC

AUTECCE ILLIC
ECCEENIM REGNUMDI
INTRAUOSEST
ETAITADDISCIPULOS
UENIENTDIES
QUANDO DESIDERETISUIDERE
UNUM DIEMFILIIHOMINIS
ETNONUIDEBITIS
ETDICENT UOBIS ECCEHIC
ECCEILLICNOLITEIRE
NEQUE SECTEMINI
NAMSICUTFULGORCORUSCANS
DESUBCAELO
INEAQUAESUBCAELOSUNTFULGET
ITAERITFILIUSHOMINIS
INDIESUA
PRIMUMAUTEM OPORTET
ILLUM MULTAPATI
ETREPROBARIAGENERATI
ONE HAC
ETSICUTFACTUMEST
INDIEBUS NOE
ITAERIT ET INDIEFILIIHOMINIS
EDEBANT ETBIBEBANT
UXORESDUCEBANT
ETDABANTURADNUPTIAS
USQUEINDIEM QUAINTRAUIT
NOE INARCAM
ETUENIT DILUUIUM
ETPERDIDIT OMNES
SIMILITERSICUTFACTUMEST
INDIEBUS LOTH
EDEBANT ETBIBEBANT
EMEBANT ETUENDEBANT
PLANTABANTETAEDIFICABANT
QUADIEAUTEM EXIIT LOTH
ASODOMIS
PLUIT IGNEM ETSULPHUR
DECAELO
ETOMNES PERDIDIT
SECUNDUMHAEC ERITQUADIE
FILIUSHOMINISREUELABITUR
INILLAHORA QUIFUERITIN
TECTO ETUASAEIUSINDOMO

ne descendat tollere illa
et qui in agro similiter
non redeat retro
L ccx x Memores estote uxoris Loth
L ccxi iii Quicumque quaesierit animam
suam saluam facere
perdet illam
et quicumque perdiderit
illam uiuificabit eam
L ccxii v Dico uobis illa nocte erunt
duo in lecto uno
unus assumetur
et alter relinquetur
duae erunt molentes in unum
una assumetur
et altera relinquetur
duo in agro
unus assumetur
et alter relinquetur
L ccxiii v Respondentes dicunt illi
ubi dne
qui dixit eis
ubicumque fuerit corpus
illuc congregabuntur
Lxx aquilae
L ccxiiii x Dicebat autem et parabo
lam ad illos
quoniam oportet semper
orare et non deficere dicens
iudex quidam erat in qua
dam ciuitate
qui dm non timebat
et hominem non reuerebatur
uidua autem quaedam erat
in ciuitate illa
et ueniebat ad eum dicens
uindica me de aduersario meo
et nolebat per multum
tempus
post haec autem dixit intra se
etsi dm non timeo
nec hominem reuereor
tamen quia molesta est mihi
haec uidua uindicabo illam

ne in nouissimo ueniens
suggillet me
Ait autem dns
audite quid iudex iniquita
tis dicit
ds autem non faciet uindic
tam electorum suorum
clamantium ad se die ac nocte
et patientiam habebit in illis
dico uobis
quia cito faciet uindictam
illorum
uerumtamen filius hominis
ueniens putas inueniet
fidem in terra
lxxi Dixit autem et ad quosdam
qui in se confidebant
tamquam iusti
et aspernabantur ceteros
parabolam istam
Duo homines ascenderunt
in templum ut orarent
unus pharisaeus
et alter publicanus
pharisaeus stans haec apud
se orabat
ds gratias ago tibi
quia non sum sicut ceteri
hominum
raptores iniusti adulteri
uelut etiam hic publicanus
ieiuno bis in sabbato
decimas do omnium
quae possideo
et publicanus a longe stans
nolebat nec oculos ad cae
lum leuare
sed percutiebat pectus
suum dicens
ds propitius esto mihi
peccatori
dico uobis
descendit hic iustificatus
in domum suam ab illo

QUIA OMNIS QUI SE EXALTAT
HUMILIABITUR
LXXII ET QUI SE HUMILIAT EXALTABITUR
AF FEREBANT AUTEM AD ILLUM
ET INFANTES UT EOS TANGERET
QUOD CUM UIDERENT DISCIPU
LI INCREPABANT ILLOS
IHS AUTEM CONUOCANS ILLOS
DIXIT
SINITE PUEROS UENIRE AD ME
ET NOLITE EOS UETARE
TALIUM EST ENIM REGNUM DI
AMEN DICO UOBIS
QUICUMQUE NON ACCEPERIT
REGNUM DI SICUT PUER
LXXIII NON INTRABIT IN ILLUD
ET INTERROGAUIT EUM
QUIDAM PRINCEPS
MAGISTER BONE
QUID FACIENS UITAM AETER
NAM POSSIDEBO
DIXIT AUTEM EI IHS
QUID ME DICIS BONUM
NEMO BONUS NISI SOLUS DS
MANDATA NOSTI
NON OCCIDES
NON MOECHABERIS
NON FURTUM FACIES
NON FALSUM TESTIMONIUM
DICES
HONORA PATREM TUUM
ET MATREM
QUI AIT
HAEC OMNIA CUSTODIUI
A IUUENTUTE MEA
QUO AUDITO IHS AIT EI
ADHUC UNUM TIBI DEEST
OMNIA QUAECUMQUE HABES
UENDE ET DA PAUPERIBUS
ET HABEBIS THESAURUM IN CAELO
ET UENI SEQUERE ME
HIS ILLE AUDITIS CONTRISTATUS EST
QUIA DIUES ERAT UALDE
UIDENS AUTEM ILLUM IHS

TRISTEM FACTUM DIXIT
QUAM DIFFICILE QUI PECUNIAS
HABENT IN REGNUM DI
INTRABUNT
FACILIUS EST ENIM CAMELUM
PER FORAMEN ACUS TRANSIRE
QUAM DIUITEM INTRARE
IN REGNUM DI
ET DIXERUNT QUI AUDIEBANT
ET QUIS POTEST SALUUS FIERI
AIT ILLIS
QUAE INPOSSIBILIA SUNT
APUD HOMINES
POSSIBILIA SUNT APUD DM
AIT AUTEM PETRUS
ECCE NOS DIMISIMUS OMNIA
ET SECUTI SUMUS TE
QUI DIXIT EIS
AMEN DICO UOBIS
NEMO EST QUI RELIQUIT DOMUM
AUT PARENTES AUT FRATRES
AUT UXOREM AUT FILIOS
PROPTER REGNUM DI
ET NON RECIPIAT MULTO
PLURA IN HOC TEMPORE
ET IN SAECULO UENTURO
LXXIIII UITAM AETERNAM
AS SUMSIT AUTEM IHS DUODE
CIM ET AIT ILLIS
ECCE ASCENDIMUS HIEROSO
LYMAM
ET CONSUMMABUNTUR OMNIA
QUAE SCRIPTA SUNT PER PRO
PHETAS DE FILIO HOMINIS
TRADETUR ENIM GENTIBUS
ET INLUDETUR
ET FLAGELLABITUR
ET CONSPUETUR
ET POSTQUAM FLAGELLAUERINT
OCCIDENT EUM
ET DIE TERTIA RESURGET
ET IPSI NIHIL HORUM INTELLE
XERUNT
ET ERAT UERBUM ISTUD

ABSCONDITUM AB EIS
ET NON INTELLEGEBANT
LXXV QUAE DICEBANTUR
FACTUM EST AUTEM CUM APPRO
PINQUARET HIERICHO
CAECUS QUIDAM SEDEBAT SECUS
UIAM MENDICANS
ET CUM AUDIRET TURBAM
PRAETEREUNTEM
INTERROGABAT QUID HOC ESSET
DIXERUNT AUTEM EI QUOD IHS
NAZARENUS TRANSIRET
ET CLAMAUIT DICENS
IHU FILI DAUID MISERERE MEI
ET QUI PRAEIBANT INCREPABANT
EUM UT TACERET
IPSE UERO MULTO MAGIS
CLAMAUIT
FILI DAUID MISERERE MEI
STANS AUTEM IHS IUSSIT ILLUM
ADDUCI AD SE
ET CUM APPROPINQUASSET
INTERROGAUIT ILLUM DICENS
QUID TIBI UIS FACIAM
AT ILLE DIXIT DNE UT UIDEAM
ET IHS DIXIT ILLI
RESPICE FIDES TUA TE SALUUM
FECIT
ET CONFESTIM UIDIT
ET SEQUEBATUR ILLUM
MAGNIFICANS DM
ET OMNIS PLEBS UT UIDIT
LXXVI DEDIT LAUDEM DO
ET INGRESSUS PERAMBULABAT
HIERICHO
ET ECCE UIR NOMINE ZACCHEUS
ET HIC ERAT PRINCEPS PUBLICA
NORUM ET IPSE DIUES
ET QUAEREBAT UIDERE IHM
QUIS ESSET ET NON POTERAT
PRAE TURBA
QUIA STATURA PUSILLUS ERAT
ET PRAECURRENS ASCENDIT
IN ARBOREM SYCOMORUM
UT UIDERET ILLUM
QUIA INDE ERAT TRANSITURUS
ET CUM UENISSET AD LOCUM
SUSPICIENS IHS UIDIT ILLUM
ET DIXIT AD EUM
ZACCHEE FESTINANS DESCENDE
QUIA HODIE IN DOMO TUA
OPORTET ME MANERE
ET FESTINANS DESCENDIT
ET EXCEPIT ILLUM GAUDENS
ET CUM UIDERENT OMNES
MURMURABANT DICENTES
QUOD AD HOMINEM PECCATO
REM DIUERTISSET
STANS AUTEM ZACCHEUS
DIXIT AD DNM
ECCE DIMIDIUM BONORUM
MEORUM DNE DO PAUPERIB
ET SI QUID ALIQUEM DEFRAUDA
UI REDDO QUADRUPLUM
AIT IHS AD EUM
QUIA HODIE SALUS DOMUI HUIC
FACTA EST
EO QUOD ET IPSE FILIUS SIT
ABRAHAE
UENIT ENIM FILIUS HOMINIS
QUAERERE ET SALUARE
LXXVII QUOD PERIERAT
HAEC ILLIS AUDIENTIBUS
ADICIENS DIXIT PARABOLAM
EO QUOD ESSET PROPE HIERU
SALEM
ET QUIA EXISTIMARENT QUOD
CONFESTIM REGNUM DI
MANIFESTARETUR
DIXIT ERGO
HOMO QUIDAM NOBILIS ABIIT
IN REGIONEM LONGIQUAM
ACCIPERE SIBI REGNUM
ET REUERTI
UOCATIS AUTEM DECEM
SERUIS SUIS
DEDIT ILLIS DECEM MNAS
ET AIT AD ILLOS

NEGOTIAMINI DUM UENIO
CIUES AUTEM EIUS ODERANT ILLUM
ET MISERUNT LEGATIONEM
POST ILLUM DICENTES
NOLUMUS HUNC REGNARE
SUPER NOS
ET FACTUM EST UT REDIRET
ACCEPTO REGNO
ET IUSSIT UOCARI SERUOS
QUIBUS DEDIT PECUNIAM
UT SCIRET QUANTUM QUISQUE
NEGOTIATUS ESSET
UENIT AUTEM PRIMUS DICENS
DNE MNA TUA DECEM MNAS
ADQUISIUIT
ET AIT ILLI EUGE BONE SERUE
QUIA IN MODICO FIDELIS FUISTI
ERIS POTESTATEM HABENS SUPRA
DECEM CIUITATES
ET ALTER UENIT DICENS
DNE MNA TUA FECIT QUINQ MNAS
ET HUIC AIT
ET TU ESTO SUPRA QUINQUE
CIUITATES
ET ALTER UENIT DICENS
DNE ECCE MNA TUA QUAM HABUI
REPOSITAM IN SUDARIO
TIMUI ENIM QUIA HOMO
AUSTERUS ES
TOLLIS QUOD NON POSUISTI
ET METIS QUOD NON SEMINASTI
DICIT EI DE ORE TUO TE IUDICO
SERUE NEQUAM
SCIEBAS QUOD EGO AUSTERUS
HOMO SUM
TOLLENS QUOD NON POSUI
ET METENS QUOD NON SEMINAUI
ET QUARE NON DEDISTI PECUNIAM
MEAM AD MENSAM
ET EGO UENIENS CUM USURIS
UTIQUE EXIGISSEM ILLUD
ET ADSTANTIBUS DIXIT
AUFERTE AB ILLO MNAM
ET DATE ILLI QUI DECEM MNAS HABET

ET DIXERUNT EI
DNE HABET DECEM MNAS
DICO AUTEM UOBIS
QUIA OMNI HABENTI DABITUR
AB EO AUTEM QUI NON HABET
ET QUOD HABET AUFERETUR AB EO
UERUM TAMEN INIMICOS MEOS
ILLOS QUI NOLUERUNT ME
REGNARE SUPER SE
ADDUCITE HUC ET INTERFICITE
ANTE ME
ET HIS DICTIS PRAECEDEBAT
LXXVIII ASCENDENS HIEROSOLYMA
ET FACTUM EST CUM APPRO
PINQUASSET AD BETHPHAGE
ET BETHANIA
AD MONTEM QUI UOCATUR
OLIUETI
MISIT DUOS DISCIPULOS SUOS
DICENS
ITE IN CASTELLUM QUOD
CONTRA EST
IN QUO INTROEUNTES INUENIE
TIS PULLUM ASINAE ALLIGATUM
CUI NEMO UMQUAM HOMI
NUM SEDIT
SOLUITE ILLUM ET ADDUCITE
ET SI QUIS UOS INTERROGAUERIT
QUARE SOLUITIS
SIC DICETIS EI
QUIA DNS OPERAM EIUS DESIDERAT
ABIERUNT AUTEM QUI MISSI
ERANT
ET INUENERUNT SICUT DIXIT
ILLIS STANTEM PULLUM
SOLUENTIBUS AUTEM ILLIS PULLUM
DIXERUNT DOMINI EIUS AD ILLOS
QUID SOLUITIS PULLUM
AT ILLI DIXERUNT
QUIA DNS EUM NECESSARIUM
HABET
ET DUXERUNT ILLUM AD IHM
ET IACTANTES UESTIMENTA
SUA SUPRA PULLUM

inposuerunt ihm
euntem autem illo substerne
bant uestimenta sua in uia
Et cum adpropinquaret iam
ad descensum montis oliueti
coeperunt omnes turbae
descendentium
gaudentes laudare dm
uoce magna
super omnibus quas uide
rant uirtutibus dicentes
benedictus qui uenit rex
in nomine dni
pax in caelo et gloria in excelsis
Et quidam pharisaeorum
de turbis dixerunt ad illum
magister increpa discipu
los tuos
quibus ipse ait
dico uobis quia si hi tacuerint
LXXVIII lapides clamabunt
Et ut adpropinquauit
uidens ciuitatem fleuit
super illam dicens
quia si cognouisses et tu
et quidem in hac die tua
quae ad pacem tibi
nunc autem abscondita
sunt ab oculis tuis
quia uenient dies in te
et circumdabunt te inimici
tui uallo
et circumdabunt te
et coangustabunt te undique
ad terram prosternent te
et filios qui in te sunt
Et non relinquent in te
lapidem super lapidem
eo quod non cognoueris
tempus uisitationis tuae
Et ingressus in templum
coepit eicere uendentes
in illo et ementes
dicens illis scriptum est
quia domus mea domus
orationis est
uos autem fecistis illam
speluncam latronum
Et erat docens cotidie in templo
principes autem sacerdotum
et scribae
et principes plebis
quaerebant illum perdere
et non inueniebant
quod facerent illi
omnis enim populus suspen
LXXX sus erat audiens illum
Et factum est in una dierum
docente illo populum
in templo et euangelizante
conuenerunt principes
sacerdotum et scribae
cum senioribus
et aiunt dicentes ad illum
dic nobis in qua potestate
haec facis
aut quis est qui dedit tibi
hanc potestatem
respondens autem dixit
ad illos
interrogabo uos et ego unum
uerbum respondete mihi
baptismum iohannis de caelo
erat an ex hominibus
at illi cogitabant inter se
dicentes
quia si dixerimus de caelo
dicet quare ergo non credi
distis ei
si autem dixerimus ex hominibus
plebs uniuersa lapidabit nos
certi sunt enim iohannen
prophetam esse
et responderunt se nescire
unde esset
et ihs ait illis
neque ego dico uobis in qua
potestate haec facio

COEPIT AUTEM DICERE AD PLEBEM
PARABOLAM HANC
HOMO PLANTAUIT UINEAM
ET LOCAUIT EAM COLONIS
ET IPSE PEREGRE FUIT MULTIS
TEMPORIBUS
ET IN TEMPORE MISIT AD CULTO
RES SERUUM
UT DE FRUCTU UINEAE DARENT ILLI
QUI CAESUM DIMISERUNT EUM
INANEM
ET ADDIDIT ALTERUM SERUUM
MITTERE
ILLI AUTEM HUNC QUOQUE CAEDE
TES ET ADFICIENTES CONTUMELIA
DIMISERUNT INANEM
ET ADDIDIT TERTIUM MITTERE
QUI ET ILLUM UULNERANTES
EIECERUNT
DIXIT AUTEM DNS UINEAE
QUID FACIAM
MITTAM FILIUM MEUM DILECTUM
FORSITAN CUM HUNC UIDERINT
UEREBUNTUR
QUEM CUM UIDISSENT COLONI
COGITAUERUNT INSE DICENTES
HIC EST HERES
OCCIDAMUS ILLUM UT NOSTRA
FIAT HEREDITAS
ET EIECTUM ILLUM EXTRA
UINEAM OCCIDERUNT
QUID ERGO FACIET ILLIS DNS
UINEAE
UENIET ET PERDET COLONOS ISTOS
ET DABIT UINEAM ALIIS
QUO AUDITO DIXERUNT ILLI ABSIT
ILLE AUTEM ASPICIENS EOS AIT
QUID EST ERGO HOC QUOD SCRIP
TUM EST
LAPIDEM QUEM REPROBAUE
RUNT AEDIFICANTES
HIC FACTUS EST IN CAPUT ANGULI
OMNIS QUI CECIDERIT SUPRA
ILLUM LAPIDEM CONQUASSABITUR

SUPRA QUEM AUTEM CECIDERIT
COMMINUET ILLUM
ET QUAEREBANT PRINCIPES
SACERDOTUM ET SCRIBAE
MITTERE IN ILLUM MANUS
ILLA HORA
ET TIMUERUNT POPULUM
COGNOUERUNT ENIM
QUOD AD IPSOS DIXERIT
SIMILITUDINEM ISTAM
ET OBSERUANTES MISERUNT
INSIDIATORES QUI SE IUSTOS
SIMULARENT
UT CAPERENT EUM IN SERMONE
ET TRADERENT ILLUM PRINCIPA
TUI ET POTESTATI PRAESIDIS
ET INTERROGAUERUNT ILLUM
DICENTES
MAGISTER SCIMUS QUIA RECTE
DICIS ET DOCES
ET NON ACCIPIS PERSONAM
SED IN UERITATE UIAM DI DOCES
LICET NOBIS DARE TRIBUTUM
CAESARI AN NON
CONSIDERANS AUTEM DOLUM
ILLORUM DIXIT EOS
QUID ME TEMTATIS
OSTENDITE MIHI DENARIUM
CUIUS HABET IMAGINEM
ET INSCRIPTIONEM
RESPONDENTES DIXERUNT
CAESARIS
ET AIT ILLIS
REDDITE ERGO QUAE CAESARIS
SUNT CAESARI
ET QUAE DI SUNT DO
ET NON POTUERUNT UERBUM
EIUS REPREHENDERE
CORAM PLEBE
ET MIRATI IN RESPONSO EIUS
TACUERUNT
ACCESSERUNT AUTEM QUIDAM
SADDUCAEORUM
QUI NEGANT ESSE RESURRECTIONEM

ET INTERROGAUERUNT EUM
DICENTES
MAGISTER MOSES SCRIPSIT NOBIS
SI FRATER ALICUIUS MORTUUS
FUERIT HABENS UXOREM
ET HIC SINE FILIIS FUERIT
UT ACCIPIAT EAM FRATER EIUS
UXOREM
ET SUSCITET SEMEN FRATRI SUO
SEPTEM ERGO FRATRES ERANT
ET PRIMUS ACCEPIT UXOREM
ET MORTUUS EST SINE FILIIS
ET SEQUENS ACCEPIT ILLAM
ET IPSE MORTUUS EST SINE FILIO
ET TERTIUS ACCEPIT ILLAM
SIMILITER ET OMNES SEPTEM
ET NON RELIQUERUNT SEMEN
ET MORTUI SUNT
NOUISSIMA OMNIUM MORTUA
EST ET MULIER
IN RESURRECTIONE ERGO CUIUS
EORUM ERIT UXOR
SIQUIDEM SEPTEM HABUERUNT
EAM UXOREM
ET AIT ILLIS IHS
FILII SAECULI HUIUS NUBUNT
ET TRADUNTUR AD NUPTIAS
ILLI AUTEM QUI DIGNI HABEBUN
TUR SAECULO ILLO
ET RESURRECTIONE EX MORTUIS
NEQUE NUBUNT
NEQUE DUCUNT UXORES
NEQUE ENIM ULTRA MORI
POTERUNT
AEQUALES ENIM ANGELIS SUNT
ET FILII SUNT DI
CUM SINT FILII RESURRECTIONIS
QUIA UERO RESURGANT MORTUI
ET MOSES OSTENDIT SECUS RUBU
SICUT DICIT DNM DM ABRAHAM
ET DM ISAAC ET DM IACOB
DS AUTEM NON EST MORTUORU
SED UIUORUM
OMNES ENIM UIUUNT EI

RESPONDENTES AUTEM QUIDAM
SCRIBARUM DIXERUNT
MAGISTER BENE DIXISTI
ET AMPLIUS NON AUDEBANT EUM
QUICQUAM INTERROGARE
DIXIT AUTEM AD ILLOS
QUOMODO DICUNT XPM
FILIUM DAUID ESSE
ET IPSE DAUID DICIT IN LIBRO
PSALMORUM
DIXIT DNS DNO MEO
SEDE A DEXTRIS MEIS
DONEC PONAM INIMICOS TUOS
SCABELLUM PEDUM TUORUM
DAUID ERGO DNM ILLUM UOCAT
ET QUOMODO FILIUS EIUS EST
AUDIENTE AUTEM OMNI POPULO
DIXIT DISCIPULIS SUIS
ADTENDITE A SCRIBIS QUI UOLUNT
AMBULARE IN STOLIS
ET AMANT SALUTATIONES IN FORO
ET PRIMAS CATHEDRAS
IN SYNAGOGIS
ET PRIMOS DISCUBITUS
IN CONUIUIIS
QUI DEUORANT DOMOS UIDUARU
SIMULANTES LONGAM
ORATIONEM
HI ACCIPIENT DAMNATIONEM
MAIOREM
RESPICIENS AUTEM UIDIT EOS
QUI MITTEBANT MUNERA SUA
IN GAZOPHILACIUM DIUITES
UIDIT AUTEM ET QUANDAM
UIDUAM PAUPERCULAM
MITTENTEM AERA MINUTA DUO
ET DIXIT UERE DICO UOBIS
QUIA UIDUA HAEC PAUPER
PLUS QUAM OMNES MISIT
NAM OMNES HI EX ABUNDANTIA
SIBI MISERUNT IN MUNERA DI
HAEC AUTEM EX EO QUOD DEEST
ILLI OMNEM UICTUM SUUM
QUEM HABUIT MISIT

LXXXV
ETQUIBUSDAM DICENTIBUS
DETEMPLO
QUODLAPIDIBUS BONIS ETDONIS
ORNATUMESSET DIXIT
HAECQUAEUIDETIS
UENIENTDIES INQUIBUS NON
RELINQUETURLAPISSUPER
LAPIDEM QUINONDESTRUATUR
INTERROGAUERUNT AUTEM
ILLUM DICENTES
PRAECEPTOR QUANDO HAECERUNT
ETQUODSIGNUM CUMFIERI
INCIPIENT
QUIDIXIT UIDETE NESEDUCAMINI
MULTIENIM UENIENT INNO
MINEMEO DICENTES QUIA
EGOSUM
ETTEMPUS APPROPINQUAUIT
NOLITEERGOIREPOSTILLOS
CUMAUTEM AUDIERITIS
PROELIAETSEDITIONES
NOLITE TERRERI
OPORTET PRIMUMHAECFIERI
SEDNONSTATIMFINIS
TUNCDICEBATILLIS
SURGETGENSCONTRAGENTEM
ETREGNUMADUERSUSREGNUM
TERRAEMOTUSMAGNI
ERUNT PERLOCA
ETPESTILENTIAEETFAMES
TERRORES QUEDECAELO
ETSIGNA MAGNAERUNT
SEDANTEHAECOMNIAINICIENT
UOBIS MANUSSUAS
ETPERSEQUENTUR
TRADENTES INSYNAGOGAS
ETCUSTODIAS
TRADENTES ADREGES ETADPRAE
SIDES PROPTERNOMENMEUM
CONTINGET AUTEM UOBIS
INTESTIMONIUM
PONITEERGO INCORDIBUS UESTRIS
NON PRAEMEDITARI QUEMAD
MODUM RESPONDEATIS
EGOENIMDABOUOBIS
OS ETSAPIENTIAM
CUINONPOTERINTRESISTERE
ETCONTRADICERE OMNES
ADUERSARII UESTRI
TRADEMINI AUTEM APAREN
TIBUS ETFRATRIBUS
ETCOGNATIS ETAMICIS
ETMORTEADFICIENT EXUOBIS
ETERITIS ODIO OMNIBUS
PROPTERNOMEN MEUM
ETCAPILLUS DECAPITEUESTRO
NONPERIBIT
ETINPATIENTIAUESTRAPOSSI
LXXXVI DEBITIS ANIMAS UESTRAS
CUMAUTEM UIDERITIS CIRCUM
DARI ABEXERCITU HIERUSALEM
TUNCSCITOTE QUIA APPROPIN
QUAUIT DESOLATIO EIUS
TUNCQUIINIUDAEA SUNT
FUGIANT INMONTES
ETQUIINMEDIO EIUS DESCEDANT
ETQUIINREGIONIBUS
NONINTRENT INEAM
QUIA DIES ULTIONIS HISUNT
UTIMPLEANTUR OMNIA
QUAESCRIPTASUNT
UAEAUTEM PRAEGNATIBUS
ETNUTRIENTIBUS INILLISDIEBUS
ERITENIM PRESSURAMAGNA
SUPRATERRAM ETIRA
POPULOHUIC
ETCADENT INOREGLADII
ETCAPTIUIDUCENTUR
INOMNES GENTES
ETHIERUSALEM CALCABITUR
AGENTIBUS
DONECIMPLEANTUR
TEMPORA NATIONUM
ETERUNT SIGNA INSOLE
ETLUNA ETINSTELLIS
ETINTERRIS PRESSURAGENTIUM
PRAECONFUSIONE SONITUS
MARIS ETFLUCTUUM

ARESCENTIBUS HOMINIBUS
PRAE TIMORE ET EXPECTATIONE
QUAE SUPERUENIENT
UNIUERSO ORBI
NAM UIRTUTES CAELORUM
MOUEBUNTUR
ET TUNC UIDEBUNT FILIUM HOMI
NIS UENIENTEM IN NUBE
CUM POTESTATE MAGNA
ET MAIESTATE
HIS AUTEM FIERI INCIPIENTIBUS
LXXVII RESPICITE ET LEUATE
CAPITA UESTRA
QUONIAM APPROPINQUAT
REDEMTIO UESTRA
ET DIXIT ILLIS SIMILITUDINEM
UIDETE FICULNEAM ET OMNES
ARBORES
CUM PRODUCUNT IAM EX SE
FRUCTUM
SCITIS QUONIAM PROPE EST
AESTAS
ITA ET UOS CUM UIDERITIS
HAEC FIERI
SCITOTE QUONIAM PROPE EST
REGNUM DI
AMEN DICO UOBIS QUIA NON PRAE
TERIBIT GENERATIO HAEC
DONEC OMNIA FIANT
CAELUM ET TERRA TRANSIBUNT
UERBA AUTEM MEA NON TRANSIENT
ADTENDITE AUTEM UOBIS
NE FORTE GRAUENTUR CORDA UESTRA
IN CRAPULA ET EBRIETATE
ET CURIS HUIUS UITAE
ET SUPERUENIAT IN UOS
REPENTINA DIES ILLA
TAMQUAM LAQUEUS ENIM
SUPERUENIET IN OMNES
QUI SEDENT SUPER FACIEM
OMNIS TERRAE
UIGILATE ITAQUE OMNI TEM
PORE ORANTES
UT DIGNI HABEAMINI FUGERE

OMNIA QUAE FUTURA SUNT
ET STARE ANTE FILIUM HOMINIS
ERAT AUTEM DIEBUS DOCENS
IN TEMPLO
NOCTIBUS UERO EXIENS
MORABATUR IN MONTE
QUI UOCATUR OLIUETI
ET OMNIS POPULUS MANICABAT
AD EUM IN TEMPLO AUDIRE EUM
APPROPINQUABAT AUTEM
DIES FESTUS AZYMORUM
QUI DICITUR PASCHA
ET QUAEREBANT PRINCIPES
SACERDOTUM ET SCRIBAE
QUOMODO EUM INTERFICERENT
LXXVIII TIMEBANT UERO PLEBEM
INTRAUIT AUTEM SATANAS IN IUDAM
QUI UOCATUR SCARIOTH
UNUM DE DUODECIM
ET ABIIT ET LOCUTUS EST CUM
PRINCIPIBUS SACERDOTUM
ET MAGISTRATIBUS
QUEMADMODUM ILLUM
TRADERET EIS ET GAUISI SUNT
ET PACTI SUNT PECUNIAM ILLI
DARE ET SPOPONDIT
ET QUAEREBAT OPORTUNITATEM
UT TRADERET ILLUM SINE
TURBIS
UENIT AUTEM DIES AZYMORUM
IN QUA NECESSE ERAT OCCIDI
PASCHA
ET MISIT PETRUM ET IOHAN
NEN DICENS
EUNTES PARATE NOBIS PASCHA
UT MANDUCEMUS
AT ILLI DIXERUNT
UBI UIS PAREMUS
ET DIXIT AD EOS
ECCE INTROEUNTIBUS UOBIS
IN CIUITATEM
OCCURRIT UOBIS HOMO
AMPHORAM AQUAE PORTANS
SEQUIMINI EUM IN DOMUM

IN QUAM INTRAT
ET DICETIS PATRIFAMILIAS DOMUS
DICIT TIBI MAGISTER UBI EST
DIUERSORIUM
UBI PASCHA CUM DISCIPULIS
MEIS MANDUCEM
ET IPSE UOBIS OSTENDET CENA
CULUM MAGNUM STRATUM
ET IBI PARATE
EUNTES AUTEM INUENERUNT
SICUT DIXIT ILLIS
ET PARAUERUNT PASCHA
ET CUM FACTA ESSET HORA
DISCUBUIT
ET DUODECIM APOSTOLI CUM EO
ET AIT ILLIS
DESIDERIO DESIDERAUI HOC
PASCHA MANDUCARE UOBISCU(M)
ANTEQUAM PATIAR
DICO ENIM UOBIS QUIA EX HOC
NON MANDUCABO ILLUD
DONEC IMPLEATUR IN REGNO D(E)I
ET ACCEPTO CALICE GRATIAS
EGIT ET DIXIT
ACCIPITE ET DIUIDITE INTER UOS
DICO ENIM UOBIS QUOD NON
BIBAM DE GENERATIONE UITIS
DONEC REGNUM D(E)I UENIAT
ET ACCEPTO PANE GRATIAS EGIT
ET FREGIT ET DEDIT EIS DICENS
HOC EST CORPUS MEUM
QUOD PRO UOBIS DATUR
HOC FACITE IN MEAM COMME
MORATIONEM
SIMILITER ET CALICEM POST
QUAM CENAUIT DICENS
HIC EST CALIX NOUUM TESTA
MENTUM IN SANGUINE MEO
QUOD PRO UOBIS FUNDETUR
UERUM TAMEN ECCE MANUS
TRADENTIS ME MECUM
EST IN MENSA
ET QUIDEM FILIUS HOMINIS
SECUNDUM QUOD DEFINITU(M)

EST UADIT
UERUM TAMEN UAE ILLI HOMINI
PER QUEM TRADETUR
ET IPSI COEPERUNT QUAERERE
INTER SE QUIS ESSET EX EIS
QUI HOC FACTURUS ESSET
FACTA EST AUTEM ET CONTEN
TIO INTER EOS
QUIS EORUM UIDERETUR
ESSE MAIOR
DIXIT AUTEM EIS
REGES GENTIUM DOMINANTUR
EORUM
ET QUI POTESTATEM HABENT
SUPER EOS BENEFICI UOCANTUR
UOS AUTEM NON SIC
SED QUI MAIOR EST IN UOBIS
FIAT SICUT IUNIOR
ET QUI PRAECESSOR EST
SICUT MINISTRATOR
NAM QUIS MAIOR EST
QUI RECUMBIT AN QUI MINISTRAT
NONNE QUI RECUMBIT
EGO AUTEM IN MEDIO UESTRUM
SUM SICUT QUI MINISTRAT
UOS AUTEM ESTIS QUI PER
MANSISTIS MECUM IN TEM
TATIONIBUS MEIS
ET EGO DISPONO UOBIS
SICUT DISPOSUIT MIHI
PATER MEUS REGNUM
UT EDATIS ET BIBATIS SUPER
MENSAM MEAM IN REGNO
ET SEDEATIS SUPER THRONOS
IUDICANTES DUODECIM
TRIBUS ISRAHEL
AIT AUTEM D(OMI)N(U)S
SIMON SIMON ECCE SATANAS
EXPETIUIT UOS
UT CRIBRARET SICUT TRITICU(M)
EGO AUTEM ROGAUI PRO TE
UT NON DEFICIAT FIDES TUA
ET TU ALIQUANDO CONUERSUS
CONFIRMA FRATRES TUOS

XC

QUI DIXIT EI DNE TECUM PARA
TUS SUM ET IN CARCEREM
ET IN MORTEM IRE
ET ILLE DIXIT DICO TIBI PETRE
NON CANTABIT HODIE GALLUS
DONEC TER ABNEGES NOSSE ME
ET DIXIT EIS
QUANDO MISI UOS SINE SACCULO
ET PERA ET CAL[…]CIAMENTIS
NUMQUID ALIQUID DEFUIT UOBIS
AT ILLI DIXERUNT NIHIL
DIXIT ERGO EIS
SED NUNC QUI HABET SACCULUM
TOLLAT SIMILITER ET PERAM
ET QUI NON HABET UENDAT TUNI
CAM SUAM ET EMAT GLADIUM
DICO AUTEM UOBIS
QUONIAM ADHUC HOC QUOD
SCRIPTUM EST OPORTET
IMPLERI IN ME
ET QUOD CUM INIUSTIS
DEPUTATUS EST
ETENIM EA QUAE SUNT DE ME
FINEM HABENT
AT ILLI DIXERUNT
DNE ECCE GLADII DUO HIC
AT ILLE DIXIT EIS SAT EST
ET EGRESSUS IBAT SECUNDUM
CONSUETUDINEM IN MON
TEM OLIUARUM
SECUTI SUNT AUTEM ILLUM
ET DISCIPULI
ET CUM PERUENISSET AD LO
CUM DIXIT ILLIS
ORATE NE INTRETIS IN TEMPTA
TIONEM
ET IPSE AUULSUS EST AB EIS
QUANTUM IACTUS EST LAPIDIS
ET POSITIS GENIBUS ORABAT
DICENS
PATER SI UIS TRANSFER
CALICEM ISTUM A ME
UERUM TAMEN NON MEA
UOLUNTAS SED TUA FIAT

APPARUIT AUTEM ILLI ANGELUS
DE CAELO CONFORTANS EUM
ET FACTUS EST IN AGONIA
ET PROLIXIUS ORABAT
ET FACTUS EST SUDOR EIUS
SICUT GUTTAE SANGUINIS
DECURRENTIS IN TERRAM
ET CUM SURREXISSET AB ORATIONE
ET UENISSET AD DISCIPULOS SUOS
INUENIT EOS DORMIENTES
PRAE TRISTITIA
ET AIT ILLIS QUID DORMITIS
SURGITE ORATE NE INTRETIS
IN TEMTATIONEM
ADHUC EO LOQUENTE ECCE TURBA
ET QUI UOCABATUR IUDAS UNUS
DE DUODECIM ANTECEDEBAT EOS
ET APPROPINQUAUIT IHU
UT OSCULARETUR EUM
IHS AUTEM DIXIT EI
IUDA OSCULO FILIUM HOMINIS
TRADIS
UIDENTES AUTEM HI QUI CIRCA
IPSUM ERANT QUOD FUTURUM ERAT
DIXERUNT EI
DNE SI PERCUTIMUS IN GLADIO
ET PERCUSSIT UNUS EX ILLIS
SERUUM PRINCIPIS SACERDOTUM
ET AMPUTAUIT AURICULAM
EIUS DEXTRAM
RESPONDENS AUTEM IHS AIT
SINITE USQUE HUC
ET CUM TETIGISSET AURICULAM
EIUS SANAUIT EUM
DIXIT AUTEM IHS AD EOS QUI
UENERANT AD SE PRINCIPES
SACERDOTUM ET MAGISTRA
TUS TEMPLI ET SENIORES
QUASI AD LATRONEM EXISTIS
CUM GLADIIS ET FUSTIBUS
CUM COTIDIE UOBISCUM
FUERIM IN TEMPLO
NON EXTENDISTIS MANUS IN ME
SED HAEC EST HORA UESTRA

ET POTESTAS TENEBRARUM
COMPREHENDENTES AUTEM
EUM DUXERUNT AD DOMUM
PRINCIPIS SACERDOTUM
PETRUS UERO SEQUEBATUR A LONGE
ACCENSO AUTEM IGNI IN MEDIO
ATRIO
ET CIRCUM SEDENTIBUS ILLIS
ERAT PETRUS IN MEDIO EORUM
QUEM CUM UIDISSET ANCILLA
QUAEDAM SEDENTEM AD LUMEN
ET EUM FUISSET INTUITA DIXIT
ET HIC CUM ILLO ERAT
AT ILLE NEGAUIT EUM DICENS
MULIER NON NOUI ILLUM
ET POST PUSILLUM ALIUS UIDENS
EUM DIXIT ET TU DE ILLIS ES
PETRUS UERO AIT
O HOMO NON SUM
ET INTERUALLO FACTO QUASI
HORAE UNIUS
ALIUS QUIDAM ADFIRMABAT DICENS
UERE ET HIC CUM ILLO ERAT
NAM ET GALILAEUS EST
ET AIT PETRUS
HOMO NESCIO QUID DICIS
ET CONTINUO ADHUC ILLO LOQUEN
TE CANTAUIT GALLUS
ET CONUERSUS DNS RESPEXIT
PETRUM
ET RECORDATUS EST PETRUS
UERBI DNI SICUT DIXIT
QUIA PRIUSQUAM GALLUS
CANTET TER ME NEGABIS
ET EGRESSUS FORAS PETRUS
FLEUIT AMARE
ET UIRI QUI TENEBANT EUM
INLUDEBANT EI CAEDENTES
ET UELAUERUNT EUM
ET PERCUTIEBANT FACIEM EIUS
ET INTERROGABANT EUM DICENTES
PROPHETIZA QUIS EST
QUI TE PERCUSSIT
ET ALIA MULTA BLASPHEMANTES

DICEBANT IN EUM
ET UT FACTUS EST DIES
CONUENERUNT SENIORES PLEBIS
ET PRINCIPES SACERDOTUM
ET SCRIBAE
ET DUXERUNT ILLUM IN CONCILIUM
SUUM DICENTES
SI TU ES XPS DIC NOBIS
ET AIT ILLIS
SI UOBIS DIXERO NON CREDITIS MIHI
SI AUTEM ET INTERROGAUERO
NON RESPONDEBITIS MIHI
NEQUE DIMITTETIS
EX HOC AUTEM ERIT FILIUS HOMI
NIS SEDENS A DEXTRIS UIRTU
TIS DI
DIXERUNT AUTEM OMNES
TU ERGO ES FILIUS DI
QUI AIT UOS DICITIS QUIA EGO SUM
AT ILLI DIXERUNT
QUID ADHUC DESIDERAMUS
TESTIMONIUM
IPSI ENIM AUDIUIMUS DE ORE EIUS
ET SURGENS OMNIS MULTI
TUDO EORUM
DUXERUNT ILLUM AD PILATUM
COEPERUNT AUTEM ILLUM
ACCUSARE DICENTES
HUNC INUENIMUS SUBUERTEN
TEM GENTEM NOSTRAM
ET PROHIBENTEM TRIBUTA
DARI CAESARI
ET DICENTEM SE XPM REGEM ESSE
PILATUS AUTEM INTERROGAUIT
EUM DICENS
TU ES REX IUDAEORUM
AT ILLE RESPONDENS AIT TU DICIS
AIT AUTEM PILATUS AD PRINCIPES
SACERDOTUM ET TURBAS
NIHIL INUENIO CAUSAE IN HOC
HOMINE
AT ILLI INUALESCEBANT DICENTES
COMMOUET POPULUM
DOCENS PER UNIUERSAM IUDAEAM

et incipiens a galilaea usque huc
pilatus autem audiens
galilaeam
interrogavit si homo gali
laeus esset
et ut cognovit quod de hero
dis potestate esset
remisit ad eum ad herodem
qui et ipse hierosolymis
erat illis diebus
herodes autem viso ihu
gavisus est valde
erat enim cupiens ex multo
tempore videre eum
eo quod audiret multa de illo
et sperabat signum aliquod
videre ab eo fieri
interrogabat autem illum
multis sermonibus
at ipse nihil illi respondebat
Stabant etiam principes
sacerdotum et scribae
constanter accusantes eum
Sprevit autem illum herodes
cum exercitu suo et inlusit
indutum veste alba
et remisit ad pilatum
et facti sunt amici herodes
et pilatus in ipsa die
nam antea inimici erant
ad invicem
Pilatus autem convocatis
principibus sacerdotum
et magistratibus et plebe
dixit ad illos
optulistis mihi hunc hominem
quasi avertentem populum
et ecce ego coram vobis
interrogans
nullam causam inveni
in homine isto
ex his in quibus eum accusatis
Sed neque herodes
nam remisi vos ad illum

et ecce nihil dignum morte
actum est ei
Emendatum ergo illum
dimittam
necesse autem habebat
dimittere eis per diem
festum unum
Exclamavit autem simul
universa turba dicens
tolle hunc
et dimitte nobis barabban
qui erat propter seditionem
quondam factam in civitate
et homicidium missus
in carcerem
Iterum autem pilatus
locutus est ad illos
volens dimittere ihm
at illi succlamabant dicentes
crucifige crucifige illum
Ille autem tertio dixit ad illos
quid enim mali fecit iste
nullam causam mortis
invenio in eo
corripiam ergo illum
et dimittam
At illi instabant vocib(us) magnis
postulantes ut crucifigeretur
et invalescebant voces eorum
Et pilatus adiudicavit fieri
petitionem eorum
dimisit autem illis eum qui
propter homicidium
et seditionem missus
fuerat in carcerem
quem petebant
ihm vero tradidit
voluntati eorum
Et cum ducerent eum
apprehenderunt simonem
quendam cyrenensem
venientem de villa
et inposuerunt illi crucem
portare post ihm

Sequebatur autem illum
multa turba populi
et mulierum quae plangebant
et lamentabantur eum
conversus autem ad illas
IHS dixit
filiae hierusalem nolite
flere super me
sed super vos ipsas flete
et super filios vestros
quoniam ecce venient dies
in quibus dicent
beatae steriles et ventres
qui non genuerunt
et ubera quae non lactaverunt
tunc incipient dicere mon
tibus cadite super nos
et collibus operite nos
quia si in viridi ligno haec faciunt
in arido quid fiet
Ducebantur autem et alii
duo nequam cum eo
ut interficerentur
Et postquam venerunt in lo
cum qui vocatur calvariae
ibi crucifixerunt eum
et latrones unum a dextris
et alterum a sinistris
IHS autem dicebat
pater dimitte illis non enim
sciunt quid faciunt
Dividentes vero vestimen
ta eius miserunt sortes
et stabat populus spectans
Et deridebant illum princi
pes cum eis dicentes
alios salvos fecit
se salvum faciat
si hic est XPS di electus
Inludebant autem ei et milites
accedentes et acetum offe
rentes illi dicentes
si tu es rex iudaeorum
salvum te fac

Erat autem et superscriptio
inscripta super illum
litteris graecis et latinis
et hebreicis
hic est rex iudaeorum
Unus autem de his qui pende
bant latronibus
blasphemabat eum dicens
si tu es XPS salvum fac
temet ipsum et nos
Respondens autem alter
increpabat illum dicens
neque tu times dm
quod in eadem damnatione es
et nos quidem iuste
nam digna factis recepimus
hic vero nihil mali gessit
et dicebat ad IHM
dne memento mei cum ve
neris in regnum tuum
et dixit illi IHS
amen dico tibi
hodie mecum eris in paradiso
Erat autem fere hora sexta
et tenebrae factae sunt
in universa terra
usque in nonam horam
et obscuratus est sol
Et velum templi scissum
est medium
Et clamans voce magna IHS ait
pater in manus tuas com
mendo spm meum
et haec dicens exspiravit
Videns autem centurio
quod factum fuerat
glorificavit dm dicens
vere hic homo iustus est
Et omnis turba eorum qui
simul aderant ad specta
culum istud
et videbant quae fiebant
percutientes pectora sua
revertebantur

STABANT AUTEM OMNES NOTI
EIUS A LONGE
ET MULIERES QUAE SECUTAE
ERANT EUM A GALILAEA
HAEC UIDENTES
ET ECCE UIR NOMINE IOSEPH
QUI ERAT DECURIO
UIR BONUS ET IUSTUS
HIC NON CONSENSERAT CONSILIO
ET ACTIBUS EORUM
AB ARIMATHIA CIUITATE IUDAEAE
QUI EXPECTABAT ET IPSE
REGNUM DI
HIC ACCESSIT AD PILATUM
ET PETIIT CORPUS IHU
ET DEPOSITUM INUOLUIT
SINDONE
ET POSUIT EUM IN MONU
MENTO EXCISO
IN QUO NONDUM QUISQUAM
POSITUS FUERAT
ET DIES ERAT PARASCEUES
ET SABBATUM INLUCESCEBAT
SUBSECUTAE AUTEM MULIERES
QUAE CUM IPSO UENERANT
DE GALILAEA
UIDERUNT MONUMENTUM
ET QUEMADMODUM POSITUM
ERAT CORPUS EIUS
ET REUERTENTES PARAUERUNT
AROMATA ET UNGENTA
ET SABBATO QUIDEM SILUERUNT
XCII SECUNDUM MANDATUM
UNA AUTEM SABBATI UALDE
DILUCULO
UENERUNT AD MONUMENTUM
PORTANTES QUAE PARAUERANT
AROMATA
ET INUENERUNT LAPIDEM
REUOLUTUM A MONUMENTO
ET INGRESSAE NON INUENERUNT
CORPUS DNI IHU
ET FACTUM EST DUM MENTE
CONSTERNATAE ESSENT DE ISTO

ECCE DUO UIRI STETERUNT SECUS
ILLAS IN UESTE FULGENTI
CUM TIMERENT AUTEM ET DECLI
NARENT UULTUM IN TERRAM
DIXERUNT AD ILLAS
QUID QUAERITIS UIUENTEM
CUM MORTUIS
NON EST HIC SED RESURREXIT
RECORDAMINI QUALITER
LOCUTUS EST UOBIS
CUM ADHUC IN GALILAEA ESSET
DICENS
QUIA OPORTET FILIUM HOMI
NIS TRADI IN MANUS HOMINŪ
PECCATORUM ET CRUCIFIGI
ET DIE TERTIA RESURGERE
ET RECORDATAE SUNT
UERBORUM EIUS
ET REGRESSAE A MONUMENTO
NUNTIAUERUNT HAEC OMNIA
ILLIS UNDECIM
ET CETERIS OMNIBUS
ERAT AUTEM MARIA MAGDALENE
ET IOHANNA ET MARIA IACOBI
ET CETERAE QUAE CUM EIS ERANT
QUAE DICEBANT AD APOSTO
LOS HAEC
ET UISA SUNT ANTE ILLOS SICUT
DELIRAMENTUM UERBA ISTA
ET NON CREDEBANT ILLIS
PETRUS AUTEM SURGENS CUCUR
RIT AD MONUMENTUM
ET PROCUMBENS UIDIT
LINTEAMINA POSITA
ET ABIIT SECUM MIRANS
QUOD FACTUM FUERAT
XCIII ET ECCE DUO EX ILLIS IBANT
IPSA DIE IN CASTELLUM
QUOD ERAT IN SPATIO STADIORŪ
SEXAGINTA AB HIERUSALEM
NOMINE EMMAUS
ET IPSI LOQUEBANTUR AD INUICĒ
DE HIS OMNIB· QUAE ACCIDERANT
ET FACTUM EST DUM FABULARE-
tur

ETSECUM QUAERERENT
ETIPSE IHS APPROPINQUANS
IBAT CUMILLIS
OCULI AUTEM EORUM TENEBAN
TUR NEEUM AGNOSCERENT
ETAITADILLOS
QUISUNT HI SERMONES QUOS
CONFERTIS ADINUICEM
AMBULANTES
ETESTIS TRISTES
ETRESPONDENS UNUS CUINOME
CLEOPAS DIXITEI
TU SOLUS PEREGRINUSES
INHIERUSALEM
ETNONCOGNOUISTI QUAEFACTA
SUNT INILLA HISDIEBUS
QUIBUS ILLEDIXIT QUAE
ETDIXERUNT DEIHU NAZARENO
QUIFUIT UIRPROPHETAPOTENS
INOPERE ETSERMONE CORAM
DO ETOMNIPOPULO
ETQUOMODO EUM TRADIDERUNT
SUMMI SACERDOTUM
ETPRINCIPES NOSTRI INDAMNA
TIONEM MORTIS
ETCRUCIFIXERUNTEUM
NOS AUTEM SPERABAMUS
QUIAIPSEESSET REDEMTURUSISRL
ETNUNC SUPER HAEC OMNIA
TERTIA DIES HODIE
QUOD HAEC FACTA SUNT
SED ETMULIERES QUAEDAM
EXNOSTRIS TERRUERUNT NOS
QUAEANTELUCEM FUERUNT
ADMONUMENTUM
ETNON INUENTO CORPOREEIUS
UENERUNT DICENTES
SEETIAM UISIONEM ANGELO
RUM UIDISSE
QUIDICUNT EUM UIUERE
ETABIERUNT QUIDAM EXNOSTRIS
ADMONUMENTUM
ETITA INUENERUNT SICUT
MULIERES DIXERUNT

IPSUM UERO NONINUENERUNT
ETIPSE DIXITADEOS
O STULTI ET TARDI CORDEADCRE
DENDUM INOMNIBUSQUAE
LOCUTISUNT PROPHETAE
NONNE HAEC OPORTUIT PATIXPM
ETITAINTRARE INGLORIAM SUAM
ETINCIPIENS AMOSEETOMNIB·
PROPHETIS INTERPRETA
BATUR ILLIS
INOMNIBUS SCRIPTURIS
QUAEDEIPSO ERANT
ETAPPROPINQUAUERUNT
CASTELLO QUOIBANT
ETIPSE SE FINXIT SELONGIUSIRE
ETCOEGERUNT ILLUM DICENTES
MANE NOBISCUM
QUONIAM ADUESPERASCIT
ETDECLINATAEST IAMDIES
ETINTRAUITCUMILLIS
ETFACTUM EST DUM RECUM
BERET CUMILLIS
ACCEPIT PANEM ETBENEDIXIT
ACFREGIT ETPORRIGEBATILLIS
ETAPERTI SUNT OCULI EORUM
ETCOGNOUERUNTEUM
ETIPSEEUANUIT EXOCULISEORU
ETDIXERUNT ADINUICEM
NONNE COR NOSTRUM
ARDENS ERAT INNOBIS
DUM LOQUERETUR INUIA
ETAPERIRET NOBISSCRIPTURAS
ETSURGENTES EADEM HORA
REGRESSI SUNT INHIERUSALEM
ETINUENERUNT CONGREGATOS
UNDECIM
ETEOS QUICUMIPSIS ERANT
DICENTES
QUOD SURREXIT DNS UERE
ETAPPARUIT SIMONI
ETIPSI NARRABANT QUAEGESTA
ERANT INUIA
ETQUOMODO COGNOUERUNT
EUM INFRACTIONE PANIS

XCIIII
DUM HAEC AUTEM LOCUNTUR
IHS STETIT IN MEDIO EORUM
ET DICIT EIS PAX UOBIS
EGO SUM NOLITE TIMERE
CONTURBATI UERO ET CONTERRITI
EXISTIMABANT SE SPM UIDERE
ET DIXIT EIS QUID TURBATI ESTIS
ET COGITATIONES ASCENDUNT
IN CORDA UESTRA
UIDETE MANUS MEAS ET PEDES
QUIA IPSE EGO SUM
PALPATE ET UIDETE QUIA SPS
CARNEM ET OSSA NON HABET
SICUT ME UIDETIS HABERE
ET CUM HOC DIXISSET
OSTENDIT EIS MANUS ET PEDES
ADHUC AUTEM ILLIS NON CREDEN
TIBUS ET MIRANTIBUS PRAE
GAUDIO DIXIT
HABETIS HIC ALIQUID QUOD
MANDUCETUR
AT ILLI OPTULERUNT EI PARTEM
PISCIS ASSI ET FAUUM MELLIS
ET CUM MANDUCASSET CORAM
EIS SUMENS RELIQUIAS DEDIT EIS
ET DIXIT AD EOS
HAEC SUNT UERBA QUAE LOCUTUS
SUM CUM ADHUC ESSEM
UOBISCUM
QUONIAM NECESSE EST IMPLERI
OMNIA QUAE SCRIPTA SUNT
IN LEGE MOSI ET PROPHETIS
ET PSALMIS DE ME
TUNC APERUIT ILLIS SENSUM
UT INTELLEGERENT SCRIPTURAS
ET DIXIT EIS
QUONIAM SIC SCRIPTUM EST
ET SIC OPORTEBAT XPM PATI
ET RESURGERE A MORTUIS
DIE TERTIO
ET PRAEDICARI IN NOMINE EIUS
PAENITENTIAM
ET REMISSIONEM PECCATORUM
IN OMNES GENTES
INCIPIENTIBUS AB HIEROSOLYMA
UOS AUTEM ESTIS TESTES HORUM
ET EGO MITTO PROMISSUM
PATRIS MEI IN UOS
UOS AUTEM SEDETE IN CIUITATE
QUOADUSQUE INDUAMINI
UIRTUTEM EX ALTO
EDUXIT AUTEM EOS FORAS
IN BETHANIAM
ET ELEUATIS MANIBUS SUIS
BENEDIXIT EIS
ET FACTUM EST DUM BENEDI
CERET ILLIS RECESSIT AB EIS
ET FEREBATUR IN CAELUM
ET IPSI ADORANTES REGRESSI
SUNT IN HIERUSALEM CUM
GAUDIO MAGNO
ET ERANT SEMPER IN TEMPLO
LAUDANTES ET BENEDICENTES
DM AMEN EXPL

INC PRAEFATIO

IOHANNES EUANGELISTA UNUS EX DISCI
PULIS DI QUI UIRGO ELECTUS A DO EST
QUEM DE NUPTIIS UOLENTEM NUBERE
UOCAUIT DS CUI UIRGINITATIS IN HOC
DUPLEX TESTIMONIUM IN EUANGELIO
DATUR QUOD ET PRAE CETERIS DILECTUS
A DO DICITUR ET HUIC MATREM SUAM
IENS AD CRUCEM COMMENDAUIT DS
UT UIRGINEM UIRGO SERUARET
DENIQ· MANIFESTANS IN EUANGELIO
QUOD ERAT IPSE INCORRUPTIBILIS
UERBI OPUS INCHOANS SOLUS UERBUM
CARO FACTUM ESSE NEC LUMEN A TENE
BRIS COMPREHENSUM FUISSE TESTA
TUR PRIMUM SIGNUM PONENS
QUOD IN NUPTIIS FECIT DS UT OSTENDENS
QUOD IPSE ERAT LEGENTIB· DEMON
STRARET QUOD UBI DNS INUITATUR
DEFICERE NUPTIARUM UINUM DEBE
AT ET UETERIB· INMUTATIS NOUA

omnia quae a xpo instituuntur ap
parent de quo singula quaeque in
mysterio acta uel dicta euangelii ra
tio quaerentib· monstrat· hoc au
tem euangelium scripsit in asia
post quam in pathmos insula apo
calipsin scripserat ut eam in prin
cipio canonis incorruptibile prin
cipium in genesi et incorruptibilis
finis per uirginem in apocalypsi
redderetur dicente xpo· ego su
a et ω· et hic est iohannes qui sci
ens superuenisse diem recessus
sui conuocatis discipulis suis in
epheso per multa signorum expe
rimenta promens xpm descen
dens in defossum sepulturae suae
locum facta oratione positus est
ad patres suos tam extraneus a do
lore mortis quam a corruptione car
nis inuenitur alienus ·tamen post
omnes euangelium scripsit · et
hoc uirgini debebatur · quorum
tamen uel scripturarum tempo
re dispositio uel librorum ordina
tio ideo per singula a nobis non ex
ponitur ut scienti desiderio con
locata et quaerentib· fructus la
boris et do magisterii doctrina
seruetur

i In principio uerbum ds apud dm
per quem facta sunt omnia et io
hannes missus refertur ante eu
Qui recipientes se facit filios di
per gratiam suam
ii In terrogantib· iudaeis iohannes
negat se esse xpm sed missum se
ante illum uocemq· esse claman
tis in deserto secundum esaiam
enuntiat · ipsum uero fatetur
agnum tollentem peccata mundi
et baptizantem in spu sco eo quod
ipse sit supra omnes
iii ex duob· iohannis discipulis qui se
cuti fuerant dnm unus andreas
adduxit fratrem suum qui petrus
ab ipso nuncupatus philippus
quoq· uocatus nathanaheli indicat
qui mox inter cetera eum di fi
lium confitetur
iiii In nuptiis aquam conuertit in uinu
quo facto cognoscitur quod ubi
ipse fuerit inuitatus uinum
necesse sit deficere nuptiarum
v Propinquante pascha iudaeorum
eicit uendentes e templo et in
terrogantib· quod signum
daret soluendi templum et in
triduo excitandi mysterium ponit
vi Nicodemo inter multa dicit nisi
renatus in regnum di intrare
non posse uel quod non iudicare
sed saluare uenerit mundum
et manifestari dicit opera quae
in do sunt facta
vii Iohanni in aenon baptizanti dicit ihm baptizare quem ille spon
sum esse et oportere crescere
se autem minui · illum q· desur
sum et supra omnes esse crede
tem q· in eum habere uitam aeter
nam super incredulum uero
iram manere confirmat
viii Apud puteum iacob mulieri samari

tanae manifestatus plurima
mystice loquitur et multi sama
ritanorum credunt in eum dicen
tes hic est uere saluator mundi

viii Reguli cuiusdam filius egrotans ab
sentis dni uoce sanatur dicentis
patri eius uade filius tuus uiuit
credidit ipse et domus eius tota

x Hominem xxxviii annos in infirmi
tate sua dicendo surge tolle grabat
tum tuum et ambula in sabbato
curat aequalem se quod erat fa
ciens do

xi Quod filius sicut pater suscitans
mortuos sit aequaliter honoran
dus in quo credentes transeant
de morte ad uitam uenturam
quoq· pronuntiat horam quo de
monumentis boni maliq· resurgant

xii Pro testimonio suo iohannem lu
cernam appellat patrem quoq·
et scripturas de se testimonium
perhibere iudaeos alium recep
turos de se autem mosen scrip
sisse testatur

xiii Propinquante pascha iudaeorum
de quinq· panib· et duobus piscib·
quinq· milia hominum saturauit
pro quo signo cum regem eum
uellent facere fugit et ambu
lans supra mare pauentib· disci
pulis ait ego sum nolite timere

xiiii A turbis quaesitus et inuentus ait
operamini cibum qui non perit
et panem de caelis uerum dicit
dare uitam mundo

xv Panem uitae se dicit et credentes
in se resuscitaturum in nouissi
mo die LEGENDA PRO DEFUNCTIS

xvi Murmurantes ioseph eum filium
dicunt xpi ipse inter multa carnem
suam panem se daturum ait pro
mundi uita et cetera similia
plurima de pane et carne sua testatur

xvii Uerba sua spm uitamq· pronun
tiat et unum ex duodecim diabo
lum appellat LEGENDA CIRCA PASCHA

xviii Iudaeis interficere eum quaeren
tib· ascendit occulte ad diem
festum scaenopegiae ubi diuersa
de eo et ab eo dicuntur et quaeren
tes eum adprehendere nequeunt
quia nondum uenerat hora eius

xix Multis de turba credentibus pluri
ma loquitur inter quae ait qui
sitit ueniat ad me et bibat nico
demo quoq· pro ipso de audien
tia dicenti resistitur a pharisaeis
LEGENDA IN QUADRAGESIMA

xx Mulierem in adulterio reprehen
sam atq· ad se adductam nec ab
accusatorib· condemnatam
ipse sub condicione qua ulterius
non peccaret absoluit

xxi Lucem mundi se dicens pharisaeos
de proprio testimonio resul
tantes arguit iudicium suum
uerum esse confirmans

xxii Dicit iudaeis et uos in peccato uestro
moriemini a quibus interroga
tus quis esset principium se esse
respondit addens cum exalta
ueritis filium hominis tunc
cognoscetis quia ego sum

xxiii Iudaeis credentib· ait si manseri
tis in sermone meo ueritas li
berabit uos quib· respondentib·
se esse liberos dicit qui facit
peccatum seruus est peccati
et inter alia multa diabolum
homicidam et mendacii patrem
adsignat

xxiiii Qui sermonem in quit meum
seruauerit mortem non uide
bit in aeternum et inter cete
ra plurima ante abraham se
esse dicens exiuit de templo

xxv Caecum a natiuitate sanaturus

lucem mundi se dicit quem cum
inluminasset multa pharisaeis an
xietate turbatis atq; quaerentib;
ipse ab inluminato cognitus adoratur

xxvi Qui non intrat in quitinouile per
ostium fur est seq; dicit ostium
et pastorem ouium pro quibus
se suam animam positurum et
alias oues adducturum pronun
tiat ut fiat unum ouile unus pastor

xxvii Potestatem habere se dicit ponendi
ac resumendi animam suam
facta quoque encenia hierosoly
mis inter multa quae pharisaeis
sciscitantib; dixerat ait ego et
pater unum sumus et multi
crediderunt in eum

xxviii Lazarum quadriduanum mortuum
suscitaturus dormire dicit
quem magna uoce clamando re
suscitans solui iubet et abire
plurimis credentib; ex iudaeis

xxix Pontifices aduersus eum consilium
colligunt in quo caiphas unum
debere mori pro populo prophe
tat. et ante sex dies paschae
unguento pedes dni perfundun
tur de cuius pretio iudae mur
mur arguitur

xxx Turba cum ramis palmarum oc
currens clamat osanna ipse uero
super pullum asinae sedit
pharisaeis dicentib; totus mun
dus post eum abiit

xxxi Nuntiatis gentilib; eum uidere
uolentib; horam suae clarifica
tionis se dicit et granum fru
menti mortuum multum
fructum pronuntiat allaturum
ministrantem quoq; sibi hono
rificandum promittit a patre

xxxii Animam suam turbatam esse di
centi et clarificari se a patre
poscenti uox de caelo ait clarificaui

post haec multa prosequitur in ter
quae se non ad iudicandum sed ad
saluandum mundum uenisse testatur

xxxiii Surgens a cena pedes lauit discipu
lorum exemplum dedisse se di
cens ut ipsi conseruis faciant
quod omnium dnm fecisse pro
barunt

xxxiiii Non esse seruum maiorem domi
no dicens post testimonium
scripturae iudam intincti panis
porrectione significat et disci
pulos multipliciter exhortatur

xxxv Non turbetur cor uestrum ait
discipulis ego sum uia ueritas
et uita qui uidit me uidit et patrem
ego in patre et pater in me
quodcumque petieritis in no
mine meo hoc faciam

xxxvi Diligentib; se discipulis mandataq;
seruantib; paracletum promit
tit a patre mittendum mansu
rumq; cum eis in aeternum
seq; pacem dare eis pacem que
relinquere pollicetur

xxxvii Se ipsum uitem et patrem agrico
lam dicens discipulosq; palmites
sine se nihil eos facere posse
testatur et multis locutionum
modis alternam eis dilectionem
inculcat cuius merito possent
quodcumq; petierint inpetrare

xxxviii Eandem dilectionem instantius
commendans contemnendum
docet odium mundi praedicens
qualia pro eius nomine sint pas
suri et arguendum mundum
a paracleto de peccato de iustitia
et de iudicio manifestat

xxxix Modicum et uidendum se dicit ab
eis et iterum modicum et non
uidendum de quo quaerentib;
discipulis similitudinem muli
eris post partum tristitiae

PRAEGAUDIO NON REMINISCENTIS
INDUCIT QUOS ET A PATRE AMARI
SIGNIFICANS CORROBORAT SE RELIC
TUROS DICENS IN MUNDO PRESSU
RAM HABEBITIS SED CONFIDITE
EGO UICI MUNDUM

xl AD PATREM DECLARIFICATIONE SUA
LOQUENS DISCIPULOS PROLIXA
ET MULTIMODA PROSECUTIONE
COMMENDAT PASSIONE PROTI
NUS IMMINENTE

xli TRADITIONIS AC PASSIONIS EIUS PER OR
DINEM GESTA NARRANTUR

xlii RESURRECTIONIS SIMILITER MANIFE
STATIO DECLARATUR QUA MARIA
MAGDALENE PETRO ET IOHANNI
NUNTIAT SUBLATUM CORPUS
DE MONUMENTO QUIB· OCCUR
RENTIB· AC REUERSIS IPSA POST
ANGELICAM UISIONEM UISUM A SE
DNM AESTIMANS HORTULANUM
QUO MOX COGNITO IUBETUR
DISCIPULIS NUNTIARE

xliii CUM FORES ESSENT CLAUSAE UENIENS
AD DISCIPULOS PACEM INFERT MANIB·
LATEREQ· MONSTRATO QUIB· IN SU
FLATIONE SIGNIFICAT SPM SCM
ITEM POST DIES OCTO THOMAS INSPEC
TIONE UEL TACTU LATERIS AC MANUU̅
CONFIRMATUR AUDIENS BEATI
QUI NON UIDERUNT ET CREDIDERU̅T

xliiii MANIFESTAT SE ITERUM AD MARE TIBE
RIADIS SEPTEM DISCIPULIS IN CAP
TURA PISCIUM CENTUM QUINQUA
GINTA TRIUM CUM RESURREXISSET
A MORTUIS

xlv USQUE TERTIO DICIT PETRO AMAS ME
QUI TER EUM NEGAUERAT ET PA
SCENDAS OUES AEQUE TERTIO COM
MENDANS EXTENSIONE MANUU̅
SIGNIFICAT EI QUOD CRUCIS MORTE
FORET MARTYRIO CORONANDUS

IN PRINCIPIO ERAT UERBUM
ET UERBUM ERAT APUD DM
ET DS ERAT UERBUM
HOC ERAT IN PRINCIPIO APUD DM
OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT
ET SINE IPSO FACTUM EST NIHIL
QUOD FACTUM EST
IN IPSO UITA ERAT
ET UITA ERAT LUX HOMINUM
ET LUX IN TENEBRIS LUCET
ET TENEBRAE EAM NON COM
PREHENDERUNT

I FUIT HOMO MISSUS A DO
CUI NOMEN ERAT IOHANNES
HIC UENIT IN TESTIMONIUM
UT TESTIMONIUM PERHIBE
RET DE LUMINE
UT OMNES CREDERENT PER ILLU̅
NON ERAT ILLE LUX
SED UT TESTIMONIUM PERHI
BERET DE LUMINE
ERAT LUX UERA QUAE INLUMINAT
OMNEM HOMINEM
UENIENTEM IN MUNDUM
IN MUNDO ERAT ET MUNDUS
PER IPSUM FACTUS EST
ET MUNDUS EUM NON COGNOUIT
IN PROPRIA UENIT ET SUI EUM
NON RECEPERUNT
QUOTQUOT AUTEM RECEPERU̅T
EUM DEDIT ILLIS POTESTATEM
FILIOS DI FIERI
HIS QUI CREDUNT IN NOMINE EIU̅
QUI NON EX SANGUINIBUS
NEQUE EX UOLUNTATE CARNIS
NEQUE EX UOLUNTATE UIRI
SED EX DO NATI SUNT
ET UERBUM CARO FACTUM EST
ET HABITAUIT IN NOBIS
ET UIDIMUS GLORIAM EIUS
GLORIAM QUASI UNIGENITI
A PATRE PLENUM GRATIAE
ET UERITATIS
IOHANNES TESTIMONIUM

perhibet de ipso
et clamat dicens hic erat
quem dixi uobis
qui post me uenturus est
ante me factus est
quia prior me erat
XII X Et de plenitudine eius nos
omnes accepimus
gratiam pro gratia
quia lex per mosen data est
gratia et ueritas per ihm
xpm facta est
Dm nemo uidit umquam
unigenitus filius qui est in sinu
patris ipse enarrauit
II Et hoc testimonium iohan
nis quando miserunt iudaei
ab hierosolymis sacerdo
tes et leuitas ad eum
ut interrogarent eum
tu quis es
et confessus est et non negauit
et confessus est quia non sum
ego xps
et interrogauerunt eum
quid ergo helias es tu
et dicit non sum
propheta es tu
et respondit non
dixerunt ergo ei quis es
ut responsum demus
his qui miserunt nos
quid dicis de te ipso
Ait ego uox clamantis in deserto
dirigite uiam dni sicut dixit
esaias propheta
Et qui missi fuerant erant
ex pharisaeis et interroga
uerunt eum et dixerunt
quid ergo baptizas si tu non
es xps neque helias neque
propheta
Respondit eis iohannes dicens
ego baptizo in aqua

uestrum
medius autem uestrum stetit
quem uos non scitis
ipse est qui post me uenturus
est qui ante me factus est
cuius ego non sum dignus
ut soluam eius corrigiam
calciamenti
XIII X haec in bethania facta sunt
trans iordanen
ubi erat iohannes baptizans
Altera die uidet iohannes
ihm uenientem ad se et ait
ecce agnus di qui tollit
peccatum mundi
XIIII hic est de quo dixi post me
uenit uir qui ante me factus
est quia prior me erat
et ego nesciebam eum
sed ut manifestaretur in isrl
propterea ueni ego in aqua
baptizans
XV Et testimonium perhibuit
iohannes dicens
quia uidi spm descendentem
quasi columbam de caelo
et mansit super eum
et ego nesciebam eum
sed qui misit me baptizare
in aqua ille mihi dixit
super quem uideris spm
descendentem et manen
tem super eum
hic est qui baptizat in spu sco
et ego uidi et testimonium
perhibui quia hic est filius di
III ALtera die iterum stabat
iohannes et ex discipulis
eius duo
et respiciens ihm ambulan
tem dicit ecce agnus di
et audierunt eum duo
discipuli loquentem
et secuti sunt ihm
conuersus autem ihs

ET UIDENS EOS SEQUENTES SE
DICIT EIS QUID QUAERITIS
QUI DIXERUNT EI RABBI QUOD
DICITUR INTERPRETATUM
MAGISTER UBI HABITAS
DICIT EIS UENITE ET UIDETE
UENERUNT ET UIDERUNT
UBI MANERET
ET APUD EUM MANSERUNT DIE ILLO
HORA AUTEM ERAT QUASI DECIMA
ERAT AUTEM ANDREAS FRATER
SIMONIS PETRI UNUS EX DUOB·
QUI AUDIERANT AB IOHANNE
ET SECUTI FUERANT EUM
XVIII I INUENIT HIC PRIMUM FRATREM
SUUM SIMONEM ET DICIT EI
INUENIMUS MESSIAM QUOD EST
INTERPRETATUM XPS
ET ADDUXIT EUM AD IHM
INTUITUS AUTEM EUM IHS DIXIT
TU ES SIMON FILIUS IOHANNA
TU UOCABERIS CEPHAS QUOD
INTERPRETATUR PETRUS
XVIIII IN CRASTINUM UOLUIT EXIRE
IN GALILAEAM ET INUENIT
PHILIPPUM
ET DICIT EI SEQUERE ME
ERAT AUTEM PHILIPPUS A BETHSA
IDA CIUITATE ANDREAE ET PETRI
INUENIT PHILIPPUS NATHANAHEL
ET DICIT EI
QUEM SCRIPSIT MOSES IN LEGE
ET PROPHETAE
INUENIMUS IHM FILIUM IOSEPH
A NAZARETH
ET DIXIT EI NATHANAHEL
A NAZARETH POTEST ALIQUID
BONI ESSE
DICIT EI PHILIPPUS UENI ET UIDE
UIDIT IHS NATHANAHEL UENIEN
TEM AD SE ET DICIT DE EO
ECCE UERE ISRAHELITA IN QUO
DOLUS NON EST
DICIT EI NATHANAHEL UNDE ME NOSTI

RESPONDIT IHS ET DIXIT EI
PRIUSQUAM TE PHILIPPUS UOCA
RET CUM ESSES SUB FICU UIDI TE
RESPONDIT EI NATHANAHEL ET AIT
RABBI TU ES FILIUS DI
TU ES REX ISRAHEL
RESPONDIT IHS ET DIXIT EI
QUIA DIXI TIBI UIDI TE SUB FICU
CREDIS MAIUS HIS UIDEBIS
ET DICIT EI AMEN AMEN DICO UOBIS
UIDEBITIS CAELUM APERTUM
ET ANGELOS DI ASCENDENTES
ET DESCENDENTES SUPRA
FILIUM HOMINIS
IIII ET DIE TERTIO NUPTIAE FACTAE
SUNT IN CANA GALILAEAE
ET ERAT MATER IHU IBI
UOCATUS EST AUTEM IBI ET IHS
ET DISCIPULI EIUS AD NUPTIAS
ET DEFICIENTE UINO DICIT
MATER IHU AD EUM
UINUM NON HABENT
ET DICIT EI IHS QUID TIBI ET MIHI
EST MULIER
NONDUM UENIT HORA MEA
DICIT MATER EIUS MINISTRIS
QUODCUMQUE DIXERIT UOBIS
FACITE
ERANT AUTEM IBI LAPIDEAE
HYDRIAE SEX POSITAE
SECUNDUM PURIFICATIONEM
IUDAEORUM
CAPIENTES SINGULAE METRE
TAS BINAS UEL TERNAS
DICIT EIS IHS IMPLETE
HYDRIAS AQUA
ET IMPLEUERUNT EAS
USQUE AD SUMMUM
ET DICIT EIS IHS HAURITE NUNC
ET FERTE ARCHETRICLINO
ET TULERUNT
UT AUTEM GUSTAUIT ARCHETRI
CLINUS AQUAM UINUM FACTAM
ET NON SCIEBAT UNDE ESSET

MINISTRI AUTEM SCIEBANT
QUI HAUSERANT AQUAM
UOCAT SPONSUM ARCHETRICLI
NUS ET DICIT EI
OMNIS HOMO PRIMUM
BONUM UINUM PONIT
ET CUM INEBRIATI FUERINT
TUNC ID QUOD DETERIUS EST
TU SERUASTI BONUM UINUM
USQUE ADHUC
HOC FECIT INITIUM SIGNORUM
IHS IN CANA GALILAEAE
ET MANIFESTAUIT GLORIAM SUA
ET CREDIDERUNT IN EUM
V DISCIPULI EIUS
POST HOC DESCENDIT CAPHAR
NAUM IPSE ET MATER EIUS
ET FRATRES EIUS ET DISCIPULI EIUS
ET IBI MANSERUNT NON MUL
TIS DIEBUS
ET PROPE ERAT PASCHA IUDAEORUM
ET ASCENDIT HIEROSOLYMA IHS
ET INUENIT IN TEMPLO UENDEN
TES BOUES ET OUES ET COLUMBAS
ET NUMMULARIOS SEDENTES
ET CUM FECISSET QUASI FLAGEL
LUM DE FUNICULIS
OMNES EIECIT DE TEMPLO
OUES QUOQUE ET BOUES
ET NUMMULARIORUM
EFFUDIT AES
ET MENSAS SUBUERTIT
ET HIS QUI COLUMBAS UENDE
BANT DIXIT
AUFERTE ISTA HINC
NOLITE FACERE DOMUM PATRIS
MEI DOMUM NEGOTIATIONIS
RECORDATI UERO SUNT DISCIPU
LI EIUS QUIA SCRIPTUM EST
ZELUS DOMUS TUAE COMEDIT ME
RESPONDERUNT ERGO IUDAEI
ET DIXERUNT EI
QUOD SIGNUM OSTENDIS NOBIS
QUIA HAEC FACIS
RESPONDIT IHS ET DIXIT EIS
SOLUITE TEMPLUM HOC
ET IN TRIBUS DIEBUS EXCITABO ILLUD
DIXERUNT ERGO IUDAEI
QUADRAGINTA ET SEX ANNIS
AEDIFICATUM EST TEMPLUM HOC
ET TU TRIBUS DIEBUS
EXCITABIS ILLUD
ILLE AUTEM DICEBAT DE TEM
PLO CORPORIS SUI
CUM ERGO RESURREXISSET
A MORTUIS
RECORDATI SUNT DISCIPULI
EIUS QUIA HOC DICEBAT
ET CREDIDERUNT SCRIPTURAE
ET SERMONI QUEM DIXIT IHS
CUM AUTEM ESSET HIEROSOLY
MIS IN PASCHA IN DIE FESTO
MULTI CREDIDERUNT
IN NOMINE EIUS
UIDENTES SIGNA EIUS QUAE FA
CIEBAT
IPSE AUTEM IHS NON CREDE
BAT SEMET IPSUM EIS
EO QUOD IPSE NOSSET OMNES
ET QUIA OPUS EI NON ERAT
UT QUIS TESTIMONIUM
PERHIBERET DE HOMINE
IPSE ENIM SCIEBAT QUID
ESSET IN HOMINE
VI ERAT AUTEM HOMO EX PHARISAEIS
NICODEMUS NOMINE
PRINCEPS IUDAEORUM
HIC UENIT AD EUM NOCTE
ET DIXIT EI
RABBI SCIMUS QUIA A DO
UENISTI MAGISTER
NEMO ENIM POTEST HAEC
SIGNA FACERE QUAE TU FACIS
NISI FUERIT DS CUM EO
RESPONDIT IHS ET DIXIT EI
AMEN AMEN DICO TIBI
NISI QUIS NATUS FUERIT DENUO
NON POTEST UIDERE REGNUM DI

DICIT AD EUM NICODEMUS
QUOMODO POTEST HOMO NASCI
CUM SENEX SIT
NUMQUID POTEST IN UENTREM
MATRIS SUAE ITERATO INTRO
IRE ET NASCI
RESPONDIT IHS AMEN AMEN
DICO TIBI
NISI QUIS RENATUS FUERIT
EX AQUA ET SPU
NON POTEST INTROIRE IN REGNU DI
QUOD NATUM EST EX CARNE
CARO EST
ET QUOD NATUM EST EX SPU SPS EST
NON MIRERIS QUIA DIXI TIBI
OPORTET UOS NASCI DENUO
SPS UBI UULT SPIRAT
ET UOCEM EIUS AUDIS
SED NON SCIS UNDE UENIAT
ET QUO UADAT
SIC EST OMNIS QUI NATUS EST EX SPU
RESPONDIT NICODEMUS ET DIXIT EI
QUOMODO POSSUNT HAEC FIERI
RESPONDIT IHS ET DIXIT EI
TU ES MAGISTER IN ISRAHEL
ET HAEC IGNORAS
AMEN AMEN DICO TIBI QUIA QUOD
SCIMUS LOQUIMUR
ET QUOD UIDIMUS TESTAMUR
ET TESTIMONIUM NOSTRUM
NON ACCIPITIS
SI TERRENA DIXI UOBIS
ET NON CREDITIS
QUOMODO SI DIXERO UOBIS
CAELESTIA CREDETIS
ET NEMO ASCENDIT IN CAELUM
NISI QUI DESCENDIT DE CAELO
FILIUS HOMINIS QUI EST IN CAELO
ET SICUT MOSES EXALTAUIT
SERPENTEM IN DESERTO
ITA EXALTARI OPORTET FILIUM
HOMINIS
UT OMNIS QUI CREDIT IN IPSO
NON PEREAT
SED HABEAT UITAM AETERNAM
SIC ENIM DILEXIT DS MUNDUM
UT FILIUM SUUM UNIGENITUM
DARET
UT OMNIS QUI CREDIT IN EUM
NON PEREAT
SED HABEAT UITAM AETERNAM
NON ENIM MISIT DS FILIUM SUU
IN MUNDUM UT IUDICET MUNDU
SED UT SALUETUR MUNDUS
PER IPSUM
QUI CREDIT IN EUM NON IUDICATUR
QUI AUTEM NON CREDIT
IAM IUDICATUS EST
QUIA NON CREDIDIT IN NOMINE
UNIGENITI FILII DI
HOC EST AUTEM IUDICIUM
QUIA LUX UENIT IN MUNDUM
ET DILEXERUNT HOMINES
MAGIS TENEBRAS QUAM LUCE
ERANT ENIM EORUM MALA OPERA
OMNIS ENIM QUI MALE AGIT
ODIT LUCEM
ET NON UENIT AD LUCEM
UT NON ARGUANTUR OPERA EIUS
QUI AUTEM FACIT UERITATEM
UENIT AD LUCEM
UT MANIFESTENTUR EIUS OPERA
QUIA IN DO SUNT FACTA
VII· POST HAEC UENIT IHS ET DISCI
PULI EIUS IN IUDAEAM TERRAM
ET ILLIC MORABATUR CUM EIS
ET BAPTIZABAT
XXV
III ERAT AUTEM ET IOHANNES BAPTI
ZANS IN AENON IUXTA SALIM
QUIA AQUAE MULTAE ERANT ILLIC
XXVI ET ADUENIEBANT ET BAPTIZABANTUR
IIII NONDUM ENIM MISSUS FUE
RAT IN CARCEREM IOHANNES
XXVII FACTA EST ERGO QUAESTIO EX DI
SCIPULIS IOHANNIS CUM IU
DAEIS DE PURIFICATIONE
ET UENERUNT AD IOHANNEM
ET DIXERUNT EI

rabbi qui erat tecum
trans Iordanen
cui tu testimonium perhibuisti
ecce hic baptizat et omnes
veniunt ad eum
Respondit Iohannes et dixit
non potest homo accipere
quicquam nisi ei fuerit
datum de caelo
XXVIII I Ipsi vos mihi testimonium
perhibetis quod dixerim
ego non sum xps
sed quia missus sum ante illum
XXVIIII X Qui habet sponsam sponsus est
amicus autem sponsi qui stat
et audit eum
gaudio gaudet propter
vocem sponsi
hoc ergo gaudium meum
impletum est
illum oportet crescere
me autem minui
qui desursum venit
supra omnes est
qui est de terra de terra est
et de terra loquitur
qui de caelo venit
supra omnes est
et quod vidit et audivit
hoc testatur
et testimonium eius
nemo accipit
qui accipit eius testimonium
signavit quia ds verax est
quem enim misit ds
verba di loquitur
non enim ad mensuram
dat ds spm
XXX III Pater diligit filium
et omnia dedit in manu eius
XXXI X Qui credit in filium
habet vitam aeternam
qui autem incredulus est
non videbit vitam

sed ira di manet super eum
VIII Ut ergo cognovit ihs quia
audierunt pharisaei quia
ihs plures discipulos facit
et baptizat magis quam
Iohannes
quamquam ihs non baptiza
ret sed discipuli eius
XXXII Reliquit Iudaeam
et abiit iterum in Galilaeam
XXXIII X Oportebat autem eum
transire per Samariam
venit ergo in civitatem Sama
riae quae dicitur Sichar
iuxta praedium quod dedit
Iacob Ioseph filio suo
erat autem ibi fons Iacob
ihs ergo fatigatus ex itinere
sedebat sic super fontem
hora erat quasi sexta
venit mulier de Samaria
haurire aquam
dicit ei ihs da mihi bibere
discipuli enim eius abierant
in civitatem ut cibos emerent
Dicit ergo ei mulier illa
Samaritana
quomodo tu Iudaeus cum
sis bibere a me poscis
quae sum mulier Samaritana
non enim coutuntur
Iudaei Samaritanis
Respondit ihs dixit ei
si scires donum di
et quis est qui dicit tibi
da mihi bibere
tu forsitan petisses ab eo
et dedisset tibi aquam vivam
Dicit ei mulier
dne neque in quo haurias habes
et puteus altus est
unde ergo habes aquam vivam
num quid tu maior es
patre nostro Iacob

QUIDEDITNOBISPUTEUM
ETEXEOIPSEBIBIT ETFILIIEIUS
ETPECORAEIUS
RESPONDIT IHS ETDIXITEI
OMNISQUIBIBIT EXAQUAHAC
SITIETITERUM
QUIAUTEM BIBERIT EXAQUA
QUAMEGO DABOEI
NONSITIET INAETERNUM
SEDAQUA QUAMEGO DABOEI
FIET INEO FONSAQUAESALI
ENTISINUITAMAETERNAM
DICITADEUM MULIER DNEDA
MIHI HANCAQUAM UTNONSITIA
NEQUEUENIAMHUCAURIRE
DICITEIIHS UADEUOCA UIRUM
TUUM ETUENI
RESPONDITMULIERETDIXIT
NONHABEOUIRUM
DICITEIIHS BENEDIXISTIQUIA
NONHABEOUIRUM
QUINQUEENIM UIROSHABUISTI
ETNUNCQUEMHABES
NONESTTUUSUIR
HOCUEREDIXISTI
DICITEIMULIER DNE UIDEO
QUIAPROPHETAESTU
PATRESNOSTRIINMONTE
HOCADORAUERUNT
ETUOSDICITIS QUIAINHIEROSO
LYMISESTLOCUS UBIADORARE
OPORTET
DICITEIIHS MULIERCREDEMIHI
QUIAUENIET HORA
QUANDO NEQUEINMONTEHOC
NEQUEINHIEROSOLYMIS
ADORABITIS PATREM
UOSADORATIS QUODNESCITIS
NOSADORAMUSQUODSCIMUS
QUIASALUSEXIUDAEISEST
SEDUENIT HORAETNUNCEST
QUANDO UERIADORATORES
ADORABUNT PATREM
INSPU ETUERITATE

NAM ETPATERTALESQUAERIT
QUIADORENTEUM
SPSESTDS
ETEOSQUIADORANTEUM
INSPU ETUERITATE
OPORTETADORARE
DICITEIMULIER SCIOQUIAMES
SIASUENITQUIDICITURXPS
CUMERGOUENERIT
ILLENOBISADNUNTIABITOMNIA
DICITEIIHS EGOSUM
QUILOQUORTECUM
ETCONTINUO UENERUNT
DISCIPULIEIUS
ETMIRABANTURQUIACUM
MULIERELOQUEBATUR
NEMOTAMENDIXITQUIDQUAERIS
AUTQUIDLOQUERISCUMEA
RELIQUIT ERGOHYDRIAMSUAM
MULIER ETABIIT INCIUITATEM
ETDICIT ILLISHOMINIBUS
UENITEETUIDETEHOMINEM
QUIDIXIT MIHIOMNIAQUAE
CUMQUEFECI
NUMQUIDIPSEESTXPS
EXIERUNT DECIUITATE
ETUENIEBANTADEUM
INTEREAROGABANTEUM DISCIPU
LIDICENTES RABBIMANDUCA
ILLEAUTEM DIXITEIS
EGOCIBUMHABEOMANDUCARE
QUEM UOSNONSCITIS
DICEBANT ERGODISCIPULI
ADINUICEM
NUMQUIDALIQUISATTULIT
EIMANDUCARE
DICITEISIHS
MEUSCIBUSEST UTFACIAM
UOLUNTATEMEIUS QUIMISITME
UTPERFICIAM OPUSEIUS
NONNE UOSDICITIS QUODADHUC
QUATTUOR MENSESSUNT
ETMESSISUENIT
ECCEDICOUOBISLEUATEOCULOS

UESTROS ET UIDETE REGIONES
QUIA ALBAE SUNT IAM AD MESSEM
ET QUI METIT MERCEDEM
ACCIPIT
ET CONGREGAT FRUCTUM
IN UITAM AETERNAM
UT ET QUI SEMINAT SIMUL
GAUDEAT ET QUI METIT
IN HOC ENIM EST UERBUM UERŪ
QUIA ALIUS EST QUI SEMINAT
ET ALIUS EST QUI METIT
EGO MISI UOS METERE QUOD
UOS NON LABORASTIS
ALII LABORAUERUNT
ET UOS IN LABOREM EORUM
INTROISTIS
EX CIUITATE AUTEM ILLA
MULTI CREDIDERUNT IN EUM
SAMARITANORUM
PROPTER UERBUM MULIERIS
TESTIMONIUM PERHIBENTIS
QUIA DIXIT MIHI OMNIA QUAE
CUMQUE FECI
CUM UENISSENT ERGO AD ILLUM
SAMARITANI
ROGAUERUNT EUM UT IBI
MANERET
ET MANSIT IBI DUOS DIES
ET MULTO PLURES CREDIDERUN̄
PROPTER SERMONEM EIUS
ET MULIERI DICEBANT
QUIA IAM NON PROPTER TUAM
LOQUELLAM CREDIMUS
IPSI ENIM AUDIUIMUS ET SCIM'
QUIA UERE HIC EST SALUATOR
MUNDI
XXXVIII VII XXVIII POST DUOS AUTEM DIES EXIIT
VIIII INDE ET ABIIT IN GALILAEAM
XXXV IPSE ENIM IHS TESTIMONIUM PER
HIBUIT QUIA PROPHETA IN SUA
PATRIA HONOREM NON HABET
XXXVI X CUM ERGO UENISSET IN GALILAEA~
EXCEPERUNT ILLUM GALILAEI
CUM OMNIA UIDISSENT QUAE FECE
RAT

HIEROSOLYMIS IN DIE FESTO
ET IPSI ENIM UENERANT
AD DIEM FESTUM
UENIT ERGO ITERUM IN CANA GALI
XXXVII LAEAE UBI FECIT AQUAM UINŪ
IIII LXVIII LXV ET ERAT QUIDAM REGULUS
CUIUS FILIUS INFIRMABATUR
CAPHARNAUM
HIC CUM AUDISSET QUIA IHS ADUE
NIRET A IUDAEA IN GALILAEAM
ABIIT AD EUM ET ROGABAT EUM
UT DESCENDERET ET SANARET
FILIUM EIUS
INCIPIEBAT ENIM MORI
DIXIT ERGO IHS AD EUM
NISI SIGNA ET PRODIGIA UIDERI
TIS NON CREDITIS
DICIT AD EUM REGULUS
DNE DESCENDE PRIUSQUAM
MORIATUR FILIUS MEUS
DICIT EI IHS UADE FILIUS TUUS UIUIT
CREDIDIT HOMO SERMONI
QUEM DIXIT EI IHS ET IBAT
IAM AUTEM EO DESCENDENTE
SERUI OCCURRERUNT EI
ET NUNTIAUERUNT DICENTES
QUIA FILIUS EIUS UIUERET
INTERROGABAT ERGO HORAM
AB EIS IN QUA MELIUS HABUERIT
ET DIXERUNT EI QUIA HERI
HORA SEPTIMA RELIQUIT
EUM FEBRIS
COGNOUIT ERGO PATER QUOD
ILLA HORA ERAT IN QUA DIXIT EI
IHS FILIUS TUUS UIUIT
ET CREDIDIT IPSE ET DOMUS
EIUS TOTA
HOC ITERUM SECUNDUM
SIGNUM FECIT IHS
CUM UENISSET A IUDAEA
X IN GALILAEAM
XXXVIII I LXX XC XXXVII POST HAEC ERAT DIES FESTUS
IUDAEORUM
ET ASCENDIT IHS HIEROSOLYMIS

EST AUTEM HIEROSOLYMIS
SUPER PROBATICA PISCINA
QUAE COGNOMINATUR HEBRA
ICE BETHSAIDA
QUINQUE PORTICUS HABENS
IN HIS IACEBAT MULTITUDO
MAGNA LANGUENTIUM
CAECORUM CLAUDORUM
ARIDORUM
EXPECTANTIUM AQUAE MOTUM
ANGELUS AUTEM DNI SECUNDUM
TEMPUS DESCENDEBAT IN PI
SCINAM ET MOUEBATUR AQUA
QUI ERGO PRIMUS DESCENDIS
SET POST MOTUM AQUAE
SANUS FIEBAT A QUOCUMQUE
LANGUORE TENEBATUR
ERAT AUTEM QUIDAM HOMO
IBI TRIGINTA OCTO ANNOS
HABENS IN INFIRMITATE SUA
HUNC CUM UIDISSET IHS IACENTE
ET COGNOUISSET QUIA MULTU
IAM TEMPUS HABET
DICIT EI UIS SANUS FIERI
RESPONDIT EI LANGUIDUS
DNE HOMINEM NON HABEO
UT CUM TURBATA FUERIT AQUA
MITTAT ME IN PISCINAM
DUM UENIO ENIM EGO
ALIUS ANTE ME DESCENDIT
DICIT EI IHS SURGE TOLLE GRABA
TUM TUUM ET AMBULA
ET STATIM SANUS FACTUS EST
HOMO
ET SUSTULIT GRABATTUM SUU
ET AMBULABAT
ERAT AUTEM SABBATUM IN IL
LO DIE
DICEBANT IUDAEI ILLI QUI SANA
TUS FUERAT
SABBATUM EST NON LICET TIBI
TOLLERE GRABATTUM TUUM
xxxviii x RESPONDIT EIS
QUI ME FECIT SANUM
ILLE MIHI DIXIT TOLLE GRABATTU
TUUM ET AMBULA
INTERROGAUERUNT ERGO EUM
QUIS EST ILLE HOMO QUI DIXIT
TIBI TOLLE GRABATTUM TUUM
ET AMBULA
IS AUTEM QUI SANUS FUERAT
EFFECTUS NESCIEBAT QUIS ESSET
IHS ENIM DECLINAUIT A TURBA
CONSTITUTA IN LOCO
POSTEA INUENIT EUM IHS
IN TEMPLO ET DIXIT ILLI
ECCE SANUS FACTUS ES
IAM NOLI PECCARE NE DETERIUS
TIBI ALIQUID CONTINGAT
ABIIT ILLE HOMO ET NUNTIAUIT
IUDAEIS
QUIA IHS ESSET QUI FECIT EUM
SANUM
PROPTEREA PERSEQUEBAN
TUR IUDAEI IHM
QUIA HAEC FACIEBAT IN SABBATO
IHS AUTEM RESPONDIT EIS
PATER MEUS USQUE MODO
OPERATUR ET EGO OPEROR
PROPTEREA ERGO MAGIS
QUAEREBANT EUM IUDAEI
INTERFICERE
QUIA NON SOLUM SOLUEBAT
SABBATUM
SED ET PATREM SUUM DICEBAT DM
AEQUALEM SE FACIENS DO
xi RESPONDIT ITAQUE IHS ET DIXIT
EIS AMEN AMEN DICO UOBIS
NON POTEST FILIUS A SE FACERE
QUICQUAM
NISI QUOD UIDERIT PATREM
FACIENTEM
QUAECUMQUE ENIM ILLE FECERIT
HAEC ET FILIUS SIMILITER FACIT
PATER ENIM DILIGIT FILIUM
ET OMNIA DEMONSTRAT EI
QUAE IPSE FACIT
ET MAIORA HIS DEMONSTRABIT EI

OPERA UT VOS MIREMINI
SICUT ENIM PATER SUSCITAT
MORTUOS ET VIVIFICAT
SIC ET FILIUS QUOS VULT VIVIFICAT
NEQUE ENIM PATER IUDICAT
QUEMQUAM
SED IUDICIUM OMNE DEDIT FILIO
UT OMNES HONORIFICENT FILIUM
SICUT HONORIFICANT PATREM
XL QUI NON HONORIFICAT FILIUM
NON HONORIFICAT PATREM
QUI MISIT ILLUM
XLI AMEN AMEN DICO VOBIS
QUIA QUI VERBUM MEUM AUDIT
ET CREDIT EI QUI MISIT ME
HABET VITAM AETERNAM
ET IN IUDICIUM NON VENIET
SED TRANSIET A MORTE IN VITAM
AMEN AMEN DICO VOBIS
QUIA VENIT HORA ET NUNC EST
QUANDO MORTUI AUDIENT
VOCEM FILII DI
ET QUI AUDIERINT VIVENT
SICUT ENIM PATER HABET
VITAM IN SEMET IPSO
SIC DEDIT ET FILIO VITAM
HABERE IN SEMET IPSO
ET POTESTATEM DEDIT EI
ET IUDICIUM FACERE
QUIA FILIUS HOMINIS EST
NOLITE MIRARI HOC
QUIA VENIT HORA
IN QUA OMNES QUI IN MONU
MENTIS SUNT AUDIENT
VOCEM EIUS ET PROCEDENT
QUI BONA FECERUNT IN RESUR
RECTIONEM VITAE
QUI VERO MALA EGERUNT
IN RESURRECTIONEM IUDICII
NON POSSUM EGO A ME IPSO
FACERE QUICQUAM
SICUT AUDIO IUDICO
ET IUDICIUM MEUM IUSTUM EST
XLII QUIA NON QUAERO VOLUNTATEM
MEAM
SED VOLUNTATEM EIUS
XII QUI ME MISIT
XLIII SI EGO TESTIMONIUM PERHIBEO
DE ME TESTIMONIUM MEUM
NON EST VERUM
ALIUS EST QUI TESTIMONIUM
PERHIBET DE ME
ET SCIO QUIA VERUM EST TESTI
MONIUM QUOD PERHIBET DE ME
VOS MISISTIS AD IOHANNEM
ET TESTIMONIUM PERHIBUIT
VERITATI
EGO AUTEM NON AB HOMINE
TESTIMONIUM ACCIPIO
SED HAEC DICO UT VOS SALVI SITIS
ILLE ERAT LUCERNA ARDENS
ET LUCENS
VOS AUTEM VOLUISTIS EXULTA
RE AD HORAM IN LUCE EIUS
EGO AUTEM HABEO TESTIMO
NIUM MAIUS IOHANNE
OPERA ENIM QUAE DEDIT MIHI
PATER UT PERFICIAM EA
IPSA OPERA QUAE EGO FACIO
TESTIMONIUM PERHIBENT
DE ME QUIA PATER ME MISIT
ET QUI MISIT ME PATER IPSE
TESTIMONIUM PERHIBUIT DE ME
XLIIII NEQUE VOCEM EIUS UMQUAM
AUDISTIS
NEQUE SPECIEM EIUS VIDISTIS
XLV ET VERBUM EIUS NON HABETIS
IN VOBIS MANENS
QUIA QUEM MISIT ILLE
HUIC VOS NON CREDITIS
SCRUTAMINI SCRIPTURAS
QUIA VOS PUTATIS IN IPSIS
VITAM AETERNAM HABERE
ET ILLAE SUNT QUAE TESTIMO
NIUM PERHIBENT DE ME
ET NON VULTIS VENIRE AD ME
UT VITAM HABEATIS
CLARITATEM AB HOMINIBUS
NON ACCIPIO

SED COGNOUI UOS QUIA DILECTI
ONEM DĪ NON HABETIS IN UOBIS
EGO UENI IN NOMINE PATRIS MEI
ET NON ACCIPITIS ME
SI ALIUS UENERIT IN NOMINE SUO
ILLUM ACCIPIETIS
QUOMODO POTESTIS UOS
CREDERE
QUI GLORIAM AB INUICEM ACCIPITIS
ET GLORIAM QUAE A SOLO EST
DŌ NON QUAERITIS
NOLITE PUTARE QUIA EGO ACCUSA
TURUS SIM UOS APUD PATREM
EST QUI ACCUSAT UOS
MOSES IN QUO UOS SPERATIS
SI ENIM CREDERETIS MOSI
CREDERETIS FORSITAN ET MIHI
DE ME ENIM ILLE SCRIPSIT
SI AUTEM ILLIUS LITTERIS
NON CREDITIS
XIII QUOMODO MEIS UERBIS CREDETIS
xlvi I POST HAEC ABIIT IHS̄ TRANS
MARE GALILAEAE QUOD EST
TIBERIADIS
ET SEQUEBATUR EUM MULTI
TUDO MAGNA
QUIA UIDEBAT SIGNA QUAE
FACIEBAT SUPER HIS QUI
INFIRMABANTUR
xlvii III SUBIIT ERGO IN MONTE IHS̄
ET IBI SEDEBAT CUM DISCIPU
LIS SUIS
xlviii I ERAT AUTEM PROXIMUM
PASCHA DIES FESTUS IUDAEORUM
xlviiii I CUM SUBLEUASSET ERGO
OCULOS IHS̄
ET UIDISSET QUIA MULTITUDO
MAXIMA UENIT AD EUM
DICIT AD PHILIPPUM
UNDE EMEMUS PANES
UT MANDUCENT HI
HOC AUTEM DICEBAT
TEMPTANS EUM
IPSE ENIM SCIEBAT QUID ESSET
FACTURUS
RESPONDIT EI PHILIPPUS
DUCENTORUM DENARIORUM
PANES NON SUFFICIUNT EIS
UT UNUSQUISQUE MODICUM
QUID ACCIPIAT
DICIT EI UNUS EX DISCIPULIS
EIUS ANDREAS FRATER
SIMONIS PETRI
EST PUER UNUS HIC QUI HABET
QUINQUE PANES HORDIACIOS
ET DUOS PISCES
SED HAEC QUID SUNT INTER
TANTOS
DIXIT ERGO IHS̄ FACITE HOMI
NES DISCUMBERE
ERAT AUTEM FAENUM
MULTUM IN LOCO
DISCUBUERUNT ERGO UIRI
NUMERO QUASI QUINQUE MILIA
ACCEPIT ERGO PANES IHS̄
ET CUM GRATIAS EGISSET DISTRI
BUIT DISCUMBENTIBUS
SIMILITER EX PISCIBUS
QUANTUM UOLEBANT
UT AUTEM SATURATI SUNT
DIXIT DISCIPULIS SUIS
COLLIGITE QUAE SUPERAUERUNT
FRAGMENTORUM NE PEREANT
COLLEGERUNT ERGO ET IMPLE
UERUNT DUODECIM COPHI
NOS FRAGMENTORUM
EX QUINQUE PANIBUS HORDIACEIS
QUAE SUPERFUERUNT HIS
QUI MANDUCAUERUNT
I ILLI ERGO HOMINES CUM UIDIS
SENT QUOD FECERAT SIGNUM
DICEBANT
QUIA HIC EST UERE PROPHETA
QUI UENTURUS EST IN MUNDUM
IHS̄ ERGO CUM COGNOUISSET
QUIA UENTURI ESSENT
UT RAPERENT EUM ET FACE
RENT EUM REGEM

LI FUGIT ITERUM IN MONTEM
IPSE SOLUS
UT AUTEM SERO FACTUM EST
DESCENDERUNT DISCIPULI
EIUS AD MARE
ET CUM ASCENDISSENT NAUEM
UENERUNT TRANS MARE
IN CAPHARNAUM
ET TENEBRAE IAM FACTAE ERANT
ET NON UENERAT AD EOS IHS
MARE AUTEM UENTO MAGNO
FLANTE EXSURGEBAT
CUM REMIGASSENT ERGO
QUASI STADIA UIGINTI QUINQ·
AUT TRIGINTA
UIDENT IHM AMBULANTEM
SUPER MARE
ET PROXIMUM NAUI FIERI
ET TIMUERUNT
ILLE AUTEM DICIT EIS
EGO SUM NOLITE TIMERE
UOLUERUNT ERGO ACCIPERE
EUM IN NAUEM
ET STATIM FUIT NAUIS AD TER
XIIII RAM QUAM IBAT
LII ALTERA DIE TURBA QUAE STABAT
TRANS MARE
UIDIT QUIA NAUICULA ALIA
NON ERAT IBI NISI UNA
ET QUIA NON INTROISSET CUM
DISCIPULIS SUIS IHS IN NAUEM
SED SOLI DISCIPULI EIUS ABISSENT
ALIAE UERO SUPERUENERUNT
NAUES A TIBERIADE
IUXTA LOCUM UBI MANDUCAUE
RANT PANEM GRATIAS AGEN
TES DNO
CUM ERGO UIDISSET TURBA
QUIA IHS NON ESSET IBI
NEQUE DISCIPULI EIUS
ASCENDERUNT NAUICULAS
ET UENERUNT CAPHARNAUM
QUAERENTES IHM
ET CUM INUENISSENT EUM

TRANS MARE DIXERUNT EI
RABBI QUANDO HUC UENISTI
RESPONDIT EIS IHS ET DIXIT
AMEN AMEN DICO UOBIS
QUAERITIS ME
NON QUIA UIDISTIS SIGNA
SED QUIA MANDUCASTIS EX PANI
BUS ET SATURATI ESTIS
OPERAMINI NON CIBUM QUI PERIT
SED QUI PERMANET IN UITAM
AETERNAM
QUEM FILIUS HOMINIS
UOBIS DABIT
HUNC ENIM PATER SIGNAUIT DS
DIXERUNT ERGO AD EUM
QUID FACIEMUS
UT OPEREMUR OPERA DI
RESPONDIT IHS ET DIXIT EIS
HOC EST OPUS DI UT CREDATIS
IN EUM QUEM MISIT ILLE
LIII DIXERUNT ERGO EI
QUOD ERGO TU FACIS SIGNUM
UT UIDEAMUS ET CREDAMUS
TIBI QUID OPERARIS
LIIII PATRES NOSTRI MANNA MAN
DUCAUERUNT IN DESERTO
SICUT SCRIPTUM EST PANEM DE
CAELO DEDIT EIS MANDUCARE
DIXIT ERGO EIS IHS
AMEN AMEN DICO UOBIS
NON MOSES DEDIT UOBIS
PANEM DE CAELO
SED PATER MEUS DAT UOBIS
PANEM DE CAELO UERUM
PANIS ENIM DI EST QUI DESCEN
DIT DE CAELO
ET DAT UITAM MUNDO
DIXERUNT ERGO AD EUM
DNE SEMPER DA NOBIS
XV PANEM HUNC
LV DIXIT AUTEM EIS IHS
EGO SUM PANIS UITAE
QUI UENIET AD ME NON ESURIET
ET QUI CREDIT IN ME

NON SITIET UMQUAM
SED DIXI UOBIS QUIA ET UIDISTIS
ME ET NON CREDITIS
OMNE QUOD DAT MIHI PATER
AD ME UENIET
ET EUM QUI UENIT AD ME
NON EICIAM FORAS
QUIA DESCENDI DE CAELO NON UT
FACIAM UOLUNTATEM MEAM
SED UOLUNTATEM EIUS
QUI MISIT ME
HAEC EST AUTEM UOLUNTAS EIUS
QUI MISIT ME PATRIS
UT OMNE QUOD DEDIT MIHI
NON PERDAM EX EO
SED RESUSCITEM ILLUM
NOUISSIMO DIE
HAEC EST ENIM UOLUNTAS
PATRIS MEI QUI MISIT ME
UT OMNIS QUI UIDET FILIUM
ET CREDIT IN EUM
HABEAT UITAM AETERNAM
ET RESUSCITABO EGO EUM
XVI IN NOUISSIMO DIE
MURMURABANT ERGO
IUDAEI DE ILLO
QUIA DIXISSET EGO SUM PANIS
QUI DE CAELO DESCENDI
ET DICEBANT NONNE HIC EST
IHS FILIUS IOSEPH
CUIUS NOS NOUIMUS
PATREM ET MATREM
QUOMODO ERGO DICIT HIC
QUIA DE CAELO DESCENDI
RESPONDIT ERGO IHS ET DIXIT EIS
NOLITE MURMURARE IN INUICEM
NEMO POTEST UENIRE AD ME
NISI PATER QUI MISIT ME
TRAXERIT EUM
ET EGO RESUSCITABO EUM
NOUISSIMO DIE
EST SCRIPTUM IN PROPHETIS
ET ERUNT OMNES DOCIBILES DI
OMNIS QUI AUDIUIT A PATRE
ET DIDICIT UENIT AD ME
NON QUIA PATREM UIDIT QUISQUAM
NISI HIS QUI EST A DO HIC UIDIT PATREM
AMEN AMEN DICO UOBIS
QUI CREDIT IN ME HABET
UITAM AETERNAM
EGO SUM PANIS UITAE
PATRES UESTRI MANDUCAUERUNT
IN DESERTO MANNA
ET MORTUI SUNT
HIC EST PANIS DE CAELO DESCENDENS
UT SI QUIS EX IPSO MANDUCAUE
RIT NON MORIATUR
EGO SUM PANIS UIUUS
QUI DE CAELO DESCENDI
SI QUIS MANDUCAUERIT EX HOC
PANE UIUET IN AETERNUM
ET PANIS QUEM EGO DABO CARO
MEA EST PRO MUNDI UITA
LITIGABANT ERGO IUDAEI
AD INUICEM DICENTES
QUOMODO POTEST HIC CARNEM
SUAM NOBIS DARE AD MANDU
CANDUM
DIXIT ERGO EIS IHS
AMEN AMEN DICO UOBIS
NISI MANDUCAUERITIS CARNEM
FILII HOMINIS
ET BIBERITIS EIUS SANGUINEM
NON HABEBITIS UITAM IN UOBIS
QUI MANDUCAT MEAM CARNEM
ET BIBET MEUM SANGUINEM
HABET UITAM AETERNAM
ET EGO RESUSCITABO EUM
IN NOUISSIMO DIE
CARO ENIM MEA UERE EST CIBUS
ET SANGUIS MEUS UERE EST POTUS
QUI MANDUCAT MEAM CARNEM
ET BIBIT MEUM SANGUINEM
IN ME MANET ET EGO IN ILLO
SICUT MISIT ME UIUENS PATER
ET EGO UIUO PROPTER PATREM
ET QUI MANDUCAT ME
ET IPSE UIUET PROPTER ME

HIC EST PANIS QUI DE CAELO
DESCENDIT
NON SICUT MANDUCAUERUNT
PATRES UESTRI MANNA
ET MORTUI SUNT
QUI MANDUCAT HUNC PANEM
UIUET IN AETERNUM
HAEC DIXIT IN SYNAGOGA
DOCENS IN CAPHARNAUM
MULTI ERGO AUDIENTES EX DISCI
PULIS EIUS DIXERUNT
DURUS EST HIC SERMO
QUIS POTEST EUM AUDIRE
SCIENS AUTEM IHS APUD
SEMET IPSUM
QUIA MURMURARENT DE HOC
DISCIPULI EIUS
DIXIT EIS HOC UOS SCANDALIZAT
SI ERGO UIDERITIS FILIUM
HOMINIS ASCENDENTEM
XVII UBI ERAT PRIUS
SPS EST QUI UIUIFICAT
CARO NON PRODEST QUICQUAM
UERBA QUAE EGO LOCUTUS SUM
UOBIS SPS ET UITA SUNT
SED SUNT QUIDAM EX UOBIS
QUI NON CREDUNT
SCIEBAT ENIM AB INITIO IHS
QUI ESSENT CREDENTES
ET QUIS TRADITURUS ESSET EUM
ET DICEBAT PROPTEREA DIXI UOBIS
QUIA NEMO POTEST UENIRE AD ME
NISI FUERIT EI DATUM
A PATRE MEO
EX HOC MULTI DISCIPULORUM
EIUS ABIERUNT RETRO
ET IAM NON CUM ILLO AMBULABANT
DIXIT ERGO IHS AD DUODECIM
NUMQUID ET UOS UULTIS ABIRE
RESPONDIT ERGO EI SIMON PETRUS
DNE AD QUEM IBIMUS
UERBA UITAE AETERNAE HABES
ET NOS CREDIDIMUS ET COGNO
UIMUS QUIA TU ES XPS FILIUS DI

RESPONDIT EIS IHS
NONNE EGO UOS DUODECIM
ELEGI
ET EX UOBIS UNUS DIABOLUS EST
DICEBAT AUTEM IUDAM
SIMONIS SCARIOTIS
HIC ENIM ERAT TRADITURUS EUM
CUM ESSET UNUS EX DUODECIM
XVIII POST HAEC AMBULABAT IHS
IN GALILAEAM
NON ENIM UOLEBAT IN IUDAEA
AMBULARE
QUIA QUAEREBANT EUM
IUDAEI INTERFICERE
ERAT AUTEM IN PROXIMO
DIES FESTUS IUDAEORUM
SCENOPEGIA
DIXERUNT AUTEM AD EUM
FRATRES EIUS
TRANSI HINC ET UADE IN IUDAEAM
UT ET DISCIPULI TUI UIDEANT
OPERA TUA QUAE FACIS
NEMO ENIM IN OCCULTO
ALIQUID FACIT
ET QUAERIT IPSE IN PALAM ESSE
SI HAEC FACIS MANIFESTA
TE IPSUM MUNDO
NEQUE ENIM FRATRES EIUS
CREDEBANT IN EUM
DICIT ERGO EIS IHS
TEMPUS MEUM NONDUM
UENIT
TEMPUS AUTEM UESTRUM
SEMPER EST PARATUM
NON POTEST MUNDUS ODISSE
UOS ME AUTEM ODIT
QUIA EGO TESTIMONIUM
PERHIBEO DE ILLO
QUIA OPERA EIUS MALA SUNT
UOS ASCENDITE AD DIEM
FESTUM HUNC
EGO NON ASCENDO AD DIEM
FESTUM ISTUM
QUIA MEUM TEMPUS NONDUM

IMPLETUM EST
HAEC CUM DIXISSET IPSE MAN
SIT IN GALILAEA
UT AUTEM ASCENDERUNT
FRATRES EIUS
TUNC ET IPSE ASCENDIT
AD DIEM FESTUM
NON MANIFESTE SED QUASI
IN OCCULTO
IUDAEI ERGO QUAEREBANT EUM
IN DIE FESTO
ET DICEBANT UBI EST ILLE
ET MURMUR MULTUS DE EO
ERAT IN TURBA
QUIDAM ENIM DICEBANT
QUIA BONUS EST
ALII AUTEM DICEBANT NON
SED SEDUCIT TURBAS
NEMO TAMEN PALAM LOQUE
BATUR DE ILLO
PROPTER METUM IUDAEORUM
IAM AUTEM DIE FESTO MEDIANTE
ASCENDIT IHS IN TEMPLUM
ET DOCEBAT
ET MIRABANTUR IUDAEI DICENTES
QUOMODO HIC LITTERAS SCIT
CUM NON DIDICERIT
RESPONDIT EIS IHS ET DIXIT
MEA DOCTRINA NON EST MEA
SED EIUS QUI MISIT ME
SI QUIS UOLUERIT UOLUNTA
TEM EIUS FACERE
COGNOSCET DE DOCTRINA
UTRUM EX DO SIT AN EGO
A ME IPSO LOQUAR
QUI A SEMET IPSO LOQUITUR
GLORIAM PROPRIAM QUAERIT
QUI AUTEM QUAERIT GLORIAM
EIUS QUI MISIT ILLUM
HIC UERAX EST
ET INIUSTITIA IN ILLO NON EST
NONNE MOSES DEDIT UOBIS LEGE
ET NEMO EX UOBIS FACIT LEGEM
QUID ME QUAERITIS INTERFICE

RESPONDIT TURBA ET DIXIT
DAEMONIUM HABES
QUIS TE QUAERIT INTERFICERE
RESPONDIT IHS ET DIXIT EIS
UNUM OPUS FECI ET OMNES
MIRAMINI
PROPTEREA MOSES DEDIT UOBIS
CIRCUMCISIONEM
NON QUIA EX MOSE EST
SED EX PATRIBUS
ET IN SABBATO CIRCUM
CIDITIS HOMINEM
SI CIRCUMCISIONEM ACCIPIT
HOMO IN SABBATO
UT NON SOLUATUR LEX MOSI
MIHI INDIGNAMINI
QUIA TOTUM HOMINEM
SANUM FECI IN SABBATO
NOLITE IUDICARE SECUNDUM
FACIEM
SED IUSTUM IUDICIUM IUDICATE
DICEBANT ERGO QUIDAM
EX HIEROSOLYMIS
NONNE HIC EST QUEM QUAE
RUNT INTERFICERE
ET ECCE PALAM LOQUITUR
ET NIHIL EI DICUNT
NUMQUID UERE COGNOUERUNT
PRINCIPES QUIA HIC EST XPS
SED HUNC SCIMUS UNDE SIT
XPS AUTEM CUM UENERIT
NEMO SCIT UNDE SIT
LXXVI III CLAMABAT ERGO DOCENS
IN TEMPLO IHS ET DICENS
ET ME SCITIS ET UNDE SIM SCITIS
ET A ME IPSO NON UENI
SED EST UERUS QUI MISIT ME
QUEM UOS NESCITIS
EGO SCIO EUM QUIA AB IPSO SUM
ET IPSE ME MISIT
LXXVII I QUAEREBANT ERGO EUM
ADPREHENDERE
ET NEMO MISIT IN ILLUM MANUS
QUIA NONDUM UENERAT HORA EIUS

XVIIII

DE TURBA AUTEM MULTI
CREDIDERUNT IN EUM
ET DICEBANT XPS CUM UENERIT
NUMQUID PLURA SIGNA FACIET
QUAM QUAE HIC FACIT
AUDIERUNT PHARISAEI TURBAM
MURMURANTEM DE ILLO HAEC
ET MISERUNT PRINCIPES
ET PHARISAEI MINISTROS
UT ADPREHENDERENT EUM
DIXIT ERGO IHS ADHUC MODICUM
TEMPUS UOBISCUM SUM
ET UADO AD EUM QUI ME MISIT
QUAERITIS ME ET NON INUENIETIS
ET UBI SUM EGO UOS NON POTE
STIS UENIRE
DIXERUNT ERGO IUDAEI AD SE IPSOS
QUO HIC ITURUS EST QUIA NON
INUENIEMUS EUM
NUMQUID IN DISPERSIONEM
GENTIUM ITURUS EST
ET DOCTURUS GENTES
QUIS EST HIC SERMO QUEM
DIXIT QUAERITIS ME ET NON
INUENIETIS
ET UBI SUM EGO NON POTESTIS
UENIRE
IN NOUISSIMO AUTEM DIE
MAGNO FESTIUITATIS
STABAT IHS ET CLAMABAT DICENS
SI QUIS SITIT UENIAT AD ME ET BIBAT
QUI CREDIT IN ME
SICUT DIXIT SCRIPTURA
FLUMINA DE UENTRE EIUS
FLUENT AQUAE UIUAE
HOC AUTEM DIXIT DE SPU
QUEM ACCEPTURI ERANT
CREDENTES IN EUM
NON ENIM ERAT SPS DATUS
QUIA IHS NONDUM FUERAT
GLORIFICATUS
EX ILLA ERGO CUM AUDISSENT
HOS SERMONES EIUS
DICEBANT HIC EST UERE PROPHETA

ALII DICEBANT HIC EST XPS
QUIDAM AUTEM DICEBANT
NUMQUID A GALILAEA XPS UENIT
NONNE SCRIPTURA DICIT
QUIA EX SEMINE DAUID
ET DE BETHLEEM CASTELLO
UBI ERAT DAUID UENIT XPS
DISSENSIO ITAQUE FACTA EST
IN TURBA PROPTER EUM
QUIDAM AUTEM EX IPSIS UOLE
BANT ADPREHENDERE EUM
SED NEMO MISIT SUPER
ILLUM MANUS
UENERUNT ERGO MINISTRI
AD PONTIFICES ET PHARISAEOS
ET DIXERUNT EIS ILLI
QUARE NON ADDUXISTIS EUM
RESPONDERUNT MINISTRI
NUMQUAM SIC LOCUTUS EST
HOMO SICUT HIC HOMO
RESPONDERUNT ERGO EIS
PHARISAEI
NUMQUID ET UOS SEDUCTI ESTIS
NUMQUID ALIQUIS EX PRINCI
PIBUS CREDIDIT IN EUM
AUT EX PHARISAEIS
SED TURBA HAEC QUAE NON NO
UIT LEGEM MALEDICTI SUNT
DIXIT NICODEMUS AD EOS ILLE
QUI UENIT AD EUM NOCTE
QUI UNUS ERAT EX IPSIS
NUMQUID LEX NOSTRA
IUDICAT HOMINEM
NISI AUDIERIT AB IPSO PRIUS
ET COGNOUERIT QUID FACIAT
RESPONDERUNT
ET DIXERUNT EI
NUMQUID ET TU GALILAEUS ES
SCRUTARE ET UIDE QUIA PROPHE
TA A GALILAEA NON SURGIT
ET REUERSI SUNT UNUSQUISQUE
IN DOMUM SUAM

XX IHS AUTEM PERREXIT IN MON
TEM OLIUETI

ET DILUCULO ITERUM UENIT
IN TEMPLUM
ET OMNIS POPULUS UENIT AD EUM
ET SEDENS DOCEBAT EOS
ADDUCUNT AUTEM SCRIBAE
ET PHARISAEI MULIEREM
IN ADULTERIO DEPREHENSAM
ET STATUERUNT EAM IN MEDIO
ET DIXERUNT EI MAGISTER
HAEC MULIER MODO DEPRE
HENSA EST IN ADULTERIO
IN LEGE AUTEM MOSES MAN
DAUIT NOBIS HUIUS MODI
LAPIDARE
TU ERGO QUID DICIS
HAEC AUTEM DICEBANT
TEMTANTES EUM
UT POSSENT ACCUSARE EUM
IHS AUTEM INCLINANS SE DEORSUM
DIGITO SCRIBEBAT IN TERRA
CUM AUTEM PERSEUERARENT
INTERROGANTES EUM
EREXIT SE ET DIXIT EIS
QUI SINE PECCATO EST UESTRUM
PRIMUS IN ILLAM LAPIDEM
MITTAT
ET ITERUM SE INCLINANS
SCRIBEBAT IN TERRA
AUDIENTES AUTEM UNUS
POST UNUM EXIEBANT
INCIPIENTES A SENIORIBUS
ET REMANSIT SOLUS
ET MULIER IN MEDIO STANS
ERIGENS AUTEM SE IHS DIXIT EI
MULIER UBI SUNT
NEMO TE CONDEMNAUIT
QUAE DIXIT NEMO DNE
DIXIT AUTEM IHS
NEC EGO TE CONDEMNABO
UADE ET AMPLIUS IAM NOLI
PECCARE
XXI ITERUM ERGO LOCUTUS EST
EIS IHS DICENS
EGO SUM LUX MUNDI
QUI SEQUITUR ME NON AMBU
LABIT IN TENEBRIS
SED HABEBIT LUCEM UITAE
DIXERUNT ERGO EI PHARISAEI
TU DE TE IPSO TESTIMONIUM
PERHIBES
TESTIMONIUM TUUM
NON EST UERUM
RESPONDIT IHS ET DIXIT EIS
ET SI EGO TESTIMONIUM PER
HIBEO DE MEIPSO
UERUM EST TESTIMONIUM MEUM
QUIA SCIO UNDE UENI ET QUO UADO
UOS AUTEM NESCITIS UNDE
UENIO AUT QUO UADO
UOS SECUNDUM CARNEM
IUDICATIS
EGO NON IUDICO QUEMQUAM
ET SI IUDICO EGO IUDICIUM
MEUM UERUM EST
QUIA SOLUS NON SUM
SED EGO ET QUI ME MISIT PATER
ET IN LEGE UESTRA SCRIPTUM EST
QUIA DUORUM HOMINUM
TESTIMONIUM UERUM EST
EGO SUM QUI TESTIMONIUM
PERHIBEO DE MEIPSO
ET TESTIMONIUM PERHIBET
DE ME QUI MISIT ME PATER
DICEBANT ERGO EI
UBI EST PATER TUUS
RESPONDIT IHS NEQUE ME SCI
TIS NEQUE PATREM MEUM
SI ME SCIRETIS FORSITAN
ET PATREM MEUM SCIRETIS
HAEC UERBA LOCUTUS EST
IN GAZOPHYLACIO
DOCENS IN TEMPLO
ET NEMO APPREHENDIT EUM
QUIA NECDUM UENERAT
XXII HORA EIUS
DIXIT ERGO ITERUM EIS IHS
EGO UADO ET QUAERITIS ME
ET IN PECCATO UESTRO MORIEMINI

QUO EGO UADO UOS NON POTESTIS
UENIRE
DICEBANT ERGO IUDAEI
NUMQUID INTERFICIET
SEMET IPSUM
QUIA DICIT QUO EGO UADO
UOS NON POTESTIS UENIRE
ET DICEBAT EIS UOS DE DEORSUM
ESTIS EGO DE SUPERNIS SUM
UOS DE MUNDO HOC ESTIS
EGO NON SUM DE HOC MUNDO
DIXI ERGO UOBIS QUIA MORIEMINI
IN PECCATIS UESTRIS
SI ENIM NON CREDIDERITIS
QUIA EGO SUM
MORIEMINI IN PECCATO UESTRO
DICEBANT ERGO EI TU QUIS ES
DIXIT EIS IHS PRINCIPIUM
QUIA ET LOQUOR UOBIS
MULTA HABEO DE UOBIS
LOQUI ET IUDICARE
SED QUI MISIT ME UERAX EST
ET EGO QUAE AUDIUI AB EO
HAEC LOQUOR IN MUNDO
ET NON COGNOUERUNT
QUIA PATREM EIS DICEBAT
DIXIT ERGO EIS IHS
CUM EXALTAUERITIS FILIUM
HOMINIS
TUNC COGNOSCETIS QUIA EGO SUM
ET A ME IPSO FACIO NIHIL
SED SICUT DOCUIT ME PATER
HAEC LOQUOR
ET QUI ME MISIT MECUM EST
NON RELIQUIT ME SOLUM
QUIA EGO QUAE PLACITA SUNT EI
FACIO SEMPER
HAEC ILLO LOQUENTE MULTI
CREDIDERUNT IN EUM
XXIII DICEBAT ERGO IHS AD EOS QUI
CREDIDERUNT EI IUDAEOS
SI UOS MANSERITIS IN SER
MONE MEO
UERE DISCIPULI MEI ERITIS

ET COGNOSCETIS UERITATEM
ET UERITAS LIBERABIT UOS
RESPONDERUNT EI
SEMEN ABRAHAE SUMUS
ET NEMINI SERUIUIMUS UMQUAM
QUOMODO TU DICIS LIBERI ERITIS
RESPONDIT EIS IHS
AMEN AMEN DICO UOBIS
QUIA OMNIS QUI FACIT PECCA
TUM SERUUS EST PECCATI
SERUUS AUTEM NON MANET
IN DOMO IN AETERNUM
FILIUS MANET IN AETERNUM
SI ERGO FILIUS UOS LIBERAUERIT
UERE LIBERI ERITIS
SCIO QUIA FILII ABRAHAE ESTIS
SED QUAERITIS ME INTERFICERE
QUIA SERMO MEUS NON CAPIT
IN UOBIS
EGO QUOD UIDI APUD PATREM LOQUOR
ET UOS QUAE UIDISTIS APUD
PATREM UESTRUM FACITIS
RESPONDERUNT ET DIXERUNT EI
PATER NOSTER ABRAHAM EST
DIXIT EIS IHS SI FILII ABRAHAE ESTIS
OPERA ABRAHAE FACITE
NUNC AUTEM QUAERITIS ME
INTERFICERE
HOMINEM QUI UERITATEM
UOBIS LOCUTUS SUM
QUAM AUDIUI A DEO
HOC ABRAHAM NON FECIT
UOS FACITIS OPERA PATRIS UESTRI
DIXERUNT ITAQUE EI
NOS EX FORNICATIONE
NON SUMUS NATI
UNUM PATREM HABEMUS DEUM
DIXIT ERGO EIS IHS
SI DEUS PATER UESTER ESSET
DILIGERETIS UTIQUE ME
EGO ENIM EX DEO PROCESSI
ET UENI
NEQUE ENIM A ME IPSO UENI
SED ILLE ME MISIT

QUARE LOQUELLAM MEAM
NON COGNOSCITIS
QUIA NON POTESTIS AUDIRE
SERMONEM MEUM
UOS EX PATRE DIABOLO ESTIS
ET DESIDERIA PATRIS UESTRI
UULTIS FACERE
ILLE HOMICIDA ERAT AB INITIO
ET IN UERITATE NON STETIT
QUIA NON EST UERITAS IN EO
CUM LOQUITUR MENDACIUM
EX PROPRIIS LOQUITUR
QUIA MENDAX EST
ET PATER EIUS
EGO AUTEM QUIA UERITATEM
DICO NON CREDITIS MIHI
QUIS EX UOBIS ARGUIT ME
DE PECCATO
SI UERITATEM DICO. QUARE UOS
NON CREDITIS MIHI
QUI EST EX DO̅ UERBA DI̅ AUDIT
PROPTEREA UOS NON AUDITIS
QUIA EX DO̅ NON ESTIS
RESPONDERUNT IGITUR IUDAEI
ET DIXERUNT EI
NONNE BENE DICIMUS NOS
QUIA SAMARITANUS ES TU
ET DAEMONIUM HABES
RESPONDIT IH̅S EGO DAEMONIU̅
NON HABEO
SED HONORIFICO PATREM MEU̅
ET UOS INHONORATIS ME
EGO AUTEM NON QUAERO
GLORIAM MEAM
EST QUI QUAERIT ET IUDICAT
XXIIII AMEN AMEN DICO UOBIS
SI QUIS SERMONEM MEUM
SERUAUERIT MORTEM NON
UIDEBIT IN AETERNUM
DIXERUNT ERGO IUDAEI
NUNC COGNOUIMUS QUIA
DAEMONIUM HABES
ABRAHAM MORTUUS EST
ET PROPHETAE

ET TU DICIS SI QUIS SERMONEM
MEUM SERUAUERIT NON GU
STABIT MORTEM IN AETERNU̅
NUMQUID TU MAIOR ES PATRE
NOSTRO ABRAHAM QUI MOR
TUUS EST ET PROPHETAE
MORTUI SUNT
QUEM TE IPSUM FACIS
RESPONDIT IH̅S SI EGO GLORIFICO
ME IPSUM GLORIA MEA NIHIL EST
EST PATER MEUS QUI GLORIFI
CAT ME
QUEM UOS DICITIS QUIA DS̅
NOSTER EST
ET NON COGNOUISTIS EUM
EGO AUTEM NOUI EUM
ET SI DIXERO QUIA NON SCIO EUM
ERO SIMILIS UOBIS MENDAX
SED SCIO EUM
ET SERMONEM EIUS SERUO
ABRAHAM PATER UESTER EXUL
TAUIT UT UIDERET DIEM MEU̅
ET UIDIT ET GAUISUS EST
DIXERUNT ERGO IUDAEI AD EUM
QUINQUAGINTA ANNOS NONDUM
HABES ET ABRAHAM UIDISTI
DIXIT EIS IH̅S AMEN AMEN DICO UOBIS
ANTEQUAM ABRAHAM FIERET
EGO SUM
TULERUNT ERGO LAPIDES
UT IACERENT IN EUM
IH̅S AUTEM ABSCONDIT SE ET EXI
UIT DE TEMPLO
XXV ET PRAETERIENS UIDIT HOMINE̅
CAECUM A NATIUITATE
ET INTERROGAUERUNT EUM
DISCIPULI SUI
RABBI QUIS PECCAUIT
HIC AUT PARENTES EIUS
UT CAECUS NASCERETUR
RESPONDIT IH̅S
NEQUE HIC PECCAUIT
NEQUE PARENTES EIUS
SED UT MANIFESTETUR OPUS DI̅ IN
ILLO

me oportet operari opera eius
qui misit me donec dies est
uenit nox quando nemo
potest operari
quamdiu in mundo sum
lux sum mundi
haec cum dixisset expuit
in terram
et fecit lutum ex sputo
et leuit lutum super
oculos eius
et dixit ei uade laua in nata
toria siloae quod inter
pretatur missus
abiit ergo et lauit
et uenit uidens
itaque uicini et qui uidebant
eum prius quia mendicus [erat]
et dicebant nonne hic est
qui sedebat et mendicabat
alii dicebant quia hic est
alii autem nequaquam
sed similis est eius
ille dicebat quia ego sum
dicebant ergo ei quomodo
aperti sunt oculi tibi
respondit
ille homo qui dicitur ihs
lutum fecit
et unxit oculos meos
et dixit mihi uade ad nata
toriam siloae et laua
et abii et laui et uidi
dixerunt ei ubi est
ille ait nescio
adducunt eum ad phariseos
qui caecus fuerat
erat autem sabbatum
quando lutum fecit ihs
et aperuit oculos eius
iterum ergo interrogabant
eum pharisaei quomodo
uidisset
ille autem dixit eis

lutum posuit mihi super
oculos et laui et uideo
dicebant ergo ex pharisaeis
quidam non est hic homo a deo
quia sabbatum non custodit
alii dicebant quomodo
potest homo peccator
haec signa facere
et scisma erat in eis
dicunt ergo caeco iterum
tu quid dicis de eo qui aperu
it oculos tuos
ille autem dixit quia pro
pheta est
non crediderunt ergo iudaei
de illo quia caecus fuisset
et uidisset
donec uocauerunt paren
tes eius qui uiderat
et interrogauerunt eos
dicentes
hic est filius uester quem uos
dicitis quia caecus natus est
quomodo ergo nunc uidet
responderunt eis parentes
eius et dixerunt
scimus quia hic est
filius noster
et quia caecus natus est
quomodo autem nunc uideat
nescimus
aut quis eius aperuit oculos
nos nescimus
ipsum interrogate
aetatem habet
ipse de se loquatur
haec dixerunt parentes eius
quia timebant iudaeos
iam enim conspirauerant
iudaei
ut si quis eum confiteretur
xpm extra synagogam fieret
propterea parentes eius
dixerunt

QUIA AETATEM HABET IPSUM
INTERROGATE
UOCAUERUNT ERGO RURSUM
HOMINEM QUI FUERAT CAECUS
ET DIXERUNT EI DA GLORIAM DEO
NOS SCIMUS QUIA HIC HOMO
PECCATOR EST
DIXIT ERGO ILLE
SI PECCATOR EST NESCIO
UNUM SCIO QUIA CAECUS CUM
ESSEM MODO UIDEO
DIXERUNT ERGO ILLI
QUID FECIT TIBI
QUOMODO APERUIT TIBI OCULOS
RESPONDIT EIS DIXI UOBIS IAM
ET AUDISTIS
QUID ITERUM UULTIS AUDIRE
NUMQUID ET UOS UULTIS
DISCIPULI EIUS FIERI
MALEDIXERUNT ET DIXERUNT
TU DISCIPULUS ILLIUS ES
NOS AUTEM MOSI DISCIPULI SUMUS
NOS SCIMUS QUONIAM MOSI
LOCUTUS EST DEUS
HUNC AUTEM NESCIMUS UNDE SIT
RESPONDIT ILLE HOMO
ET DIXIT EIS
IN HOC ENIM MIRABILE EST
QUIA UOS NESCITIS UNDE SIT
ET APERUIT MEOS OCULOS
SCIMUS AUTEM QUIA PECCATO
RES DEUS NON AUDIT
SED SI QUIS DEI CULTOR EST
ET UOLUNTATEM EIUS FACIT
HUNC EXAUDIT
A SAECULO NON EST AUDITUM
QUIA APERUIT QUIS OCULOS
CAECI NATI
NISI ESSET HIC A DEO NON POTE
RAT FACERE QUICQUAM
RESPONDERUNT ET DIXERUNT EI
IN PECCATIS NATUS ES TOTUS
ET TU DOCES NOS
ET EIECERUNT EUM FORAS

AUDIUIT IESUS QUIA EIECERUNT
EUM FORAS
ET CUM INUENISSET EUM DIXIT EI
TU CREDIS IN FILIUM DEI
RESPONDIT ILLE ET DIXIT
QUIS EST DOMINE UT CREDAM IN EUM
ET DIXIT EI IESUS ET UIDISTI EUM
ET QUI LOQUITUR TECUM IPSE EST
AT ILLE AIT CREDO DOMINE
ET PROCIDENS ADORAUIT EUM
XXV DIXIT EI IESUS
IN IUDICIUM EGO IN HUNC
MUNDUM UENI
UT QUI NON UIDENT UIDEANT
ET QUI UIDENT CAECI FIANT
ET AUDIERUNT EX PHARISAEIS
QUI CUM IPSO ERANT
ET DIXERUNT EI
NUMQUID ET NOS CAECI SUMUS
DIXIT EIS IESUS SI CAECI ESSETIS
NON HABERETIS PECCATUM
NUNC UERO DICITIS QUIA UIDEMUS
PECCATUM UESTRUM MANET
AMEN AMEN DICO UOBIS
QUI NON INTRAT PER OSTIUM
IN OUILE OUIUM
SED ASCENDIT ALIUNDE
ILLE FUR EST ET LATRO
QUI AUTEM INTRAT PER OSTIUM
PASTOR EST OUIUM
HUIC OSTIARIUS APERIT
ET OUES UOCEM EIUS AUDIUNT
ET PROPRIAS OUES UOCAT NOMI
NATIM ET EDUCIT EAS
ET CUM PROPRIAS OUES EMISE
RIT ANTE EAS UADIT
ET OUES ILLUM SEQUUNTUR
QUIA SCIUNT UOCEM EIUS
ALIENUM AUTEM NON SEQUENTUR
SED FUGIENT AB EO
QUIA NON NOUERUNT UOCEM
ALIENORUM
HOC PROUERBIUM DIXIT ILLIS IESUS
ILLI AUTEM NON COGNOUERUNT

quid loqueretur eis
Dixit ergo eis iterum ihs
amen amen dico uobis
quia ego sum ostium ouium
omnes quotquot uenerunt
fures sunt et latrones
sed non audierunt eos oues
ego sum ostium
per me si quis introierit
saluabitur
et ingredietur et egredietur
et pascua inueniet
fur non uenit nisi ut furetur
et mactet et perdat
ego ueni ut uitam habeant
et abundantius habeant
Ego sum pastor bonus
bonus pastor animam suam
dat pro ouibus
mercennarius et qui non
est pastor
cuius non sunt oues propriae
uidet lupum uenientem
et dimittet oues et fugit
et lupus rapit et dispergit oues
mercennarius autem fugit
quia mercennarius est
et non pertinet ad eum
de ouibus
ego sum pastor bonus
et cognosco meas
et cognoscunt me meae
Sicut nouit me pater
et ego agnosco patrem
et animam meam pono
pro ouibus
et alias oues habeo
quae non sunt ex hoc ouili
et illas oportet me adducere et uocem meam audient
et fiet unum ouile
et unus pastor
XXVII Propterea me pater diligit
quia ego pono animam meam
et iterum sumam eam

Nemo tollit eam a me
sed ego pono eam a me ipso
potestatem habeo ponendi eam
et potestatem habeo iterum
sumendi eam
hoc mandatum accepi
a patre meo
Dissensio iterum facta est
inter iudaeos propter
sermones hos
dicebant autem multi ex ipsis
daemonium habet et insanit
quid eum auditis
alii dicebant haec uerba non
sunt daemonium habentis
numquid daemonium potest
caecorum oculos aperire
Facta sunt autem encenia
in hierosolymis
et hiems erat
et ambulabat ihs in templo
in porticu salomonis
circumdederunt ergo eum
iudaei et dicebant ei
quousque animam nostram
tollis
si tu es xps dic nobis palam
respondit eis ihs loquor
uobis et non creditis
opera quae ego facio in no
mine patris mei
haec testimonium perhibent
de me sed uos non creditis
quia non estis ex ouibus meis
oues meae uocem meam
audiunt
et ego cognosco eas
et secuntur me
et ego uitam aeternam do eis
et non peribunt in aeternum
non rapiet eas quisquam
de manu mea
pater meus quod dedit mihi
maius omnibus est

ET NEMO POTEST RAPERE
DE MANU PATRIS MEI
EGO ET PATER UNUM SUMUS
SUSTULERUNT LAPIDES IUDAEI
UT LAPIDARENT EUM
RESPONDIT EIS IHS
MULTA OPERA BONA OSTENDI
UOBIS EX PATRE MEO
PROPTER QUOD EORUM OPUS
ME LAPIDATIS
RESPONDERUNT EI IUDAEI
DE BONO OPERE NON LAPIDAMUS
TE SED DE BLASPHEMIA
ET QUIA TU HOMO CUM SIS
FACIS TE IPSUM DM
RESPONDIT EIS IHS
NONNE SCRIPTUM EST
IN LEGE UESTRA
QUIA EGO DIXI DI ESTIS
SI ILLOS DIXIT DEOS AD QUOS
SERMO DI FACTUS EST
ET NON POTEST SOLUI SCRIPTURA
QUEM PATER SCIFICAUIT
ET MISIT IN MUNDUM
UOS DICITIS QUIA BLASPHEMAS
QUIA DIXI FILIUS DI SUM
SI NON FACIO OPERA PATRIS MEI
NOLITE CREDERE MIHI
SI AUTEM FACIO
ET SI MIHI NON UULTIS CREDERE
OPERIBUS CREDITE
UT COGNOSCATIS ET CREDATIS
QUIA IN ME EST PATER
ET EGO IN PATRE
QUAEREBANT ERGO EUM
PRENDERE
ET EXIUIT DE MANIBUS EORUM
ET ABIIT ITERUM TRANS IORDANEN
IN EUM LOCUM UBI ERAT IOHAN
NES BAPTIZANS PRIMUM
ET MANSIT ILLIC
ET MULTI UENIEBANT AD EUM
ET DICEBANT
QUIA IOHANNES QUIDEM SIGNUM
FECIT NULLUM
OMNIA AUTEM QUAECUMQUE
DIXIT IOHANNES DE HOC
UERA ERANT
ET MULTI CREDIDERUNT IN EUM
XXVI ERAT AUTEM QUIDAM LANGUENS
LAZARUS A BETHANIA
DE CASTELLO MARIAE ET MARTHAE
SORORIS EIUS
MARIA AUTEM ERAT QUAE UNXIT
DNM UNGENTO
ET EXTERSIT PEDES EIUS
CAPILLIS SUIS
CUIUS FRATER LAZARUS
INFIRMABATUR
MISERUNT ERGO SORORES
AD EUM DICENTES
DNE ECCE QUEM AMAS INFIRMATUR
AUDIENS AUTEM IHS DIXIT EIS
INFIRMITAS HAEC NON EST AD
MORTEM SED PRO GLORIA DI
UT GLORIFICETUR FILIUS DI
PER EAM
DILIGEBAT AUTEM IHS MARTHAM
ET SOROREM EIUS MARIAM
ET LAZARUM
UT ERGO AUDIUIT QUIA INFIRMA
BATUR
TUNC QUIDEM MANSIT IN EODEM
LOCO DUOBUS DIEBUS
DEINDE POST HAEC DICIT
DISCIPULIS SUIS
EAMUS IN IUDAEAM ITERUM
DICUNT EI DISCIPULI
RABBI NUNC QUAEREBANT
TE LAPIDARE IUDAEI
ET ITERUM UADIS ILLUC
RESPONDIT IHS NONNE DUODE
CIM HORAE SUNT DIEI
SI QUIS AMBULAUERIT IN DIE
NON OFFENDIT QUIA LUCEM
HUIUS MUNDI UIDET
SI AUTEM AMBULAUERIT NOC
TE OFFENDET

QUIA LUX NON EST IN EO
HAEC AIT ET POST HOC DICIT EIS
LAZARUS AMICUS NOSTER DORMIT
SED UADO UT A SOMNO
EXSUSCITEM EUM
DIXERUNT ERGO DISCIPULI EIUS
DNE SI DORMIT SALUUS ERIT
DIXERAT AUTEM IHS DE MORTE EIUS
ILLI AUTEM PUTAUERUNT
QUIA DE DORMITIONE
SOMNII DICERET
TUNC ERGO DIXIT EIS IHS MANIFESTE
LAZARUS MORTUUS EST
ET GAUDEO PROPTER UOS UT CRE
DATIS QUONIAM NON ERAM IBI
SED EAMUS AD EUM
DIXIT ERGO THOMAS QUI DICITUR
DIDYMUS AD CONDISCIPULOS
EAMUS ET NOS UT MORIAMUR
CUM EO
UENIT ITAQUE IHS ET INUENIT
EUM QUATTUOR DIES IAM
IN MONUMENTO HABENTEM
ERAT AUTEM BETHANIA
IUXTA HIEROSOLYMA
QUASI STADIIS QUINDECIM
MULTI AUTEM EX IUDAEIS UENE
RANT AD MARTHAM ET MARIAM
UT CONSOLARENTUR EAS
DE FRATRE SUO
MARTHA ERGO UT AUDIUIT
QUIA IHS UENIT OCCURRIT ILLI
MARIA AUTEM DOMI SEDEBAT
DIXIT ERGO MARTHA AD IHM
DNE SI FUISSES HIC FRATER MEUS
NON FUISSET MORTUUS
SED ET NUNC SCIO QUIA QUAE
CUMQUE POPOSCERIS A DO
DABIT TIBI
DICIT ILLI IHS RESURGET
FRATER TUUS
DICIT EI MARTHA SCIO QUIA RESUR
GET IN RESURRECTIONE IN NO
UISSIMA DIE

DIXIT EI IHS EGO SUM RESUR
RECTIO ET UITA
QUI CREDIT IN ME ET IAM SI MOR
TUUS FUERIT UIUET
ET OMNIS QUI UIUIT ET CREDIT
IN ME NON MORIETUR IN AE
TERNUM CREDIS HOC
AIT ILLI UTIQUE DNE
EGO CREDIDI QUIA TU ES XPS FILIUS
DI QUI IN MUNDUM UENISTI
ET CUM HAEC DIXISSET
ABIIT ET UOCAUIT MARIAM SORO
REM SUAM SILENTIO DICENS
MAGISTER ADEST UOCAT TE
ILLA UT AUDIUIT SURGIT CITO
ET UENIT AD EUM
NONDUM ENIM UENERAT IHS
IN CASTELLUM
SED ERAT ADHUC IN ILLO LOCO
UBI OCCURRERAT EI MARTHA
IUDAEI IGITUR QUI ERANT
CUM ILLA IN DOMO
ET CONSOLABANTUR EAM
CUM UIDISSENT MARIAM
QUIA CITO SURREXIT ET EXIIT
SECUTI SUNT EAM DICENTES
QUIA UADIT AD MONUMENTUM
UT PLORET IBI
MARIA ERGO CUM UENISSET
UBI ERAT IHS
UIDENS EUM CECIDIT AD PEDES
EIUS ET DIXIT EI
DNE SI FUISSES HIC NON ESSET
MORTUUS FRATER MEUS
IHS ERGO UT UIDIT EAM PLORANTEM
ET IUDAEOS QUI UENERANT
CUM EA PLORANTES
FREMUIT SPU ET TURBAUIT
SE IPSUM ET DIXIT
UBI POSUISTIS EUM
DICUNT EI DNE UENI ET UIDE
ET LACRIMATUS EST IHS
DIXERUNT IUDAEI
ECCE QUOMODO AMABAT EUM

QUIDAM AUTEM DIXERUNT EX IPSIS
NON POTERAT HIC QUI APERUIT
OCULOS CAECI FACERE UT ET
HIC NON MORERETUR
IHS ERGO RURSUM FREMENS
IN SEMET IPSO UENIT AD MO
NUMENTUM
ERAT AUTEM SPELUNCA ET LAPIS
SUPERPOSITUS ERAT EI
AIT IHS TOLLITE LAPIDEM
DICIT EI MARTHA SOROR EIUS
QUI MORTUUS FUERAT
DNE IAM FAETET
QUADRIDUANUS ENIM EST
DICIT EI IHS
NONNE DIXI TIBI QUONIAM SI CRE
DIDERIS UIDEBIS GLORIAM DI
TULERUNT ERGO LAPIDEM
IHS AUTEM ELEUATIS SURSUM
OCULIS DIXIT
PATER GRATIAS AGO TIBI QUONIAM
AUDISTI ME
EGO AUTEM SCIEBAM QUIA SEM
PER ME AUDIS
SED PROPTER POPULUM QUI
CIRCUMSTAT DIXI
UT CREDANT QUIA TU ME MISISTI
HAEC CUM DIXISSET UOCE MAGNA
CLAMAUIT LAZARE UENI FORAS
ET STATIM PRODIIT QUI FUERAT
MORTUUS
LIGATUS PEDES ET MANUS INSTITIS
ET FACIES ILLIUS SUDARIO ERAT
LIGATA
DICIT IHS EIS SOLUITE EUM
ET SINITE ABIRE
MULTI ERGO EX IUDAEIS QUI
UENERANT AD MARIAM
ET UIDERANT QUAE FECIT
CREDIDERUNT IN EUM
QUIDAM AUTEM EX IPSIS
ABIERUNT AD PHARISAEOS
ET DIXERUNT EIS
QUAE FECIT IHS

XXIX COLLEGERUNT ERGO PONTIFICES
ET PHARISAEI CONCILIUM
ET DICEBANT QUID FACIMUS QUIA
HIC HOMO MULTA SIGNA FACIT
SI DIMITTIMUS EUM SIC
OMNES CREDENT IN EUM
ET UENIENT ROMANI ET TOLLENT
NOSTRUM ET LOCUM ET GENTEM
UNUS AUTEM EX IPSIS CAIAPHAS
CUM ESSET PONTIFEX ANNI
ILLIUS
DIXIT EIS UOS NESCITIS QUICQUAM
NEC COGITATIS QUIA EXPEDIT
NOBIS UT UNUS MORIATUR
HOMO PRO POPULO
ET NON TOTA GENS PEREAT
HOC AUTEM A SEMET IPSO NON
DIXIT
SED CUM ESSET PONTIFEX
ANNI ILLIUS PROPHETAUIT
QUIA IHS MORITURUS ERAT
PRO GENTE
ET NON TANTUM PRO GENTE
SED ET UT FILIOS DI QUI ERANT
DISPERSI CONGREGARET IN UNUM
XCV IIII AB ILLO ERGO DIE COGITAUERUNT
UT INTERFICERENT EUM
IHS ERGO IAM NON IN PALAM
AMBULABAT APUD IUDAEOS
SED ABIIT IN REGIONEM IUXTA
DESERTUM IN CIUITATEM
QUAE DICITUR EFREM
ET IBI MORABATUR CUM DISCIPULIS
XCVI I PROXIMUM AUTEM ERAT PASCHA
IUDAEORUM
XCVII X ET ASCENDERUNT MULTI HIEROSO
LYMA DE REGIONE ANTE PASCHA
UT SCIFICARENT SE IPSOS
QUAEREBANT ERGO IHM
ET CONLOQUEBANTUR AD INUICEM
IN TEMPLO STANTES
QUID PUTATIS QUIA NON UENIAT
AD DIEM FESTUM
DEDERANT AUTEM PONTIFICES

et pharisaei mandatum
ut si quis cognoverit ubi sit
indicet ut adprehendant eum
Ihs ergo ante sex dies paschae
venit bethaniam
ubi fuerat lazarus mortuus
quem suscitavit ihs
Fecerunt autem ei cenam ibi
et martha ministrabat
lazarus vero unus erat ex di
scumbentibus cum eo
maria ergo accepit libram
ungenti nardi pistici
pretiosi
unxit pedes ihu
et extersit capillis suis
pedes eius
et domus impleta est
ex odore ungenti
dicit ergo unus ex discipulis
eius iudas scariotis
qui erat eum traditurus
quare hoc ungentum non
venit trecentis denariis
et datum est egenis
dixit autem hoc non quia
de egenis pertinebat ad eum
sed quia fur erat
et loculos habens ex quae
mittebantur portabat
dixit ergo ihs
sine illam ut in die sepultu
rae meae servet illud
pauperes enim semper
habetis vobiscum
me autem non semper habetis
Cognovit ergo turba multa
ex iudaeis quia illic est
et venerunt non propter
ihm tantum
sed ut lazarum viderent
quem suscitavit a mortuis
cogitaverunt autem princi
pes sacerdotum ut et lazarum

interficerent
quia multi propter illum
abibant ex iudaeis
XXX et credebant in ihm
In crastinum autem turba
multa quae venerat
ad diem festum
cum audissent quia venit ihs
hierosolyma
acceperunt ramos palmarum
et processerunt obviam ei
et clamabant osanna
benedictus qui venit in no
mine dni rex israhel
Et invenit ihs asellum
et sedit super eum
sicut scriptum est
noli timere filia sion
ecce rex tuus venit sedens
super pullum asinae
haec non cognoverunt disci
puli eius primum
sed quando glorificatus est ihs
tunc recordati sunt quia
haec erant scripta de eo
et haec fecerunt ei
testimonium ergo perhibe
bat turba quae erat cum eo
quando lazarum vocavit
de monumento
et suscitavit eum a mortuis
propterea et obviam venit
ei turba
quia audierunt eum
fecisse hoc signum
pharisaei ergo dixerunt
ad semet ipsos videtis quia nihil proficimus
ecce mundus totus post
eum abiit
XXXI Erant autem gentiles quidam
ex his qui ascenderant
ut adorarent in die festo
hi ergo accesserunt
ad philippum qui erat

ABETHSAIDA GALILAEAE
ET ROGABANT EUM DICENTES
DOMINE UOLUMUS IHM UIDERE
UENIT PHILIPPUS ET DICIT ANDREAE
ANDREAS RURSUM ET PHILIP
PUS DICUNT IHU
IHS AUTEM RESPONDIT EIS DICENS
UENIT HORA UT GLORIFICETUR
FILIUS HOMINIS
AMEN AMEN DICO UOBIS
NISI GRANUM FRUMENTI CADENS
IN TERRAM MORTUUM FUE
RIT IPSUM SOLUM MANET
SI AUTEM MORTUUM FUERIT
MULTUM FRUCTUM ADFERT
QUI AMAT ANIMAM SUAM
PERDET EAM
ET QUI ODIT ANIMAM SUAM
IN HOC MUNDO
IN UITAM AETERNAM CUSTODIT EAM
SI QUIS MIHI MINISTRAT
ME SEQUATUR
ET UBI SUM EGO ILLIC ET MINI
STER MEUS ERIT
SI QUIS MIHI MINISTRABIT HONO
CCXXXII RIFICABIT EUM PATER MEUS
NUNC ANIMA MEA TURBATA EST
ET QUID DICAM PATER SALUIFICA
ME EX HORA HAC
SED PROPTEREA UENI
IN HORAM HANC
PATER CLARIFICA TUUM NOMEN
UENIT ERGO UOX DE CAELO
ET CLARIFICAUI ET ITERUM
CLARIFICABO
TURBA ERGO QUAE STABAT
ET AUDIERAT
DICEBANT TONITRUUM
FACTUM ESSE
ALII DICEBANT ANGELUS EI
LOCUTUS EST
RESPONDIT IHS ET DIXIT
NON PROPTER ME UOX HAEC UENIT
SED PROPTER UOS

NUNC IUDICIUM EST MUNDI
NUNC PRINCEPS HUIUS MUNDI
EICIETUR FORAS
ET EGO SI EXALTATUS FUERO A TERRA
OMNIA TRAHAM AD ME IPSUM
HOC AUTEM DICEBAT SIGNIFICANS
QUA MORTE ESSET MORITURUS
RESPONDIT EI TURBA
NOS AUDIUIMUS EX LEGE QUIA
XPS MANET IN AETERNUM
ET QUOMODO TU DICIS OPORTET
EXALTARI FILIUM HOMINIS
QUIS EST ISTE FILIUS HOMINIS
DIXIT ERGO IHS ADHUC MODICUM
LUMEN IN UOBIS EST
AMBULATE DUM LUCEM HABETIS
UT NON TENEBRAE UOS
COMPREHENDANT
ET QUI AMBULAT IN TENEBRIS
NESCIT QUO UADAT
DUM LUCEM HABETIS CREDITE
IN LUCEM UT FILII LUCIS SITIS
HAEC LOCUTUS EST EIS IHS
ET ABIIT ET ABSCONDIT SE AB EIS
CUM AUTEM TANTA SIGNA
FECISSET CORAM EIS
NON CREDEBANT IN EUM
UT SERMO ESAIAE PROPHETAE
IMPLERETUR QUEM DIXIT
DNE QUIS CREDIDIT AUDITUI
NOSTRO ET BRACHIUM DNI
CUI REUELATUM EST
PROPTEREA NON POTERANT
CREDERE QUIA ITERUM
DIXIT ESAIAS
EXCAECAUIT OCULOS EORUM
ET INDURAUIT EORUM COR
UT NON UIDEANT OCULIS
ET INTELLEGANT CORDE
ET CONUERTANTUR ET SANEM EOS
HAEC DIXIT ESAIAS QUANDO
UIDIT GLORIAM EIUS
ET LOCUTUS EST DE EO
UERUMTAMEN ET EX PRINCIPIB(us)

MULTI CREDIDERUNT IN EUM
SED PROPTER PHARISAEOS NON
CONFITEBANTUR UT DE SYNAGOGA
NON EICERENTUR
DILEXERUNT ENIM GLORIAM
HOMINUM MAGIS QUAM
GLORIAM DI
CXI IHS AUTEM CLAMAUIT ET DIXIT
QUI CREDIT IN ME NON CREDIT
IN ME SED IN EUM QUI MISIT ME
ET QUI UIDET ME UIDET EUM
QUI MISIT ME
CXII EGO LUX IN MUNDO UENI
UT OMNIS QUI CREDIT IN ME
IN TENEBRIS NON MANEAT
ET SI QUIS AUDIERIT UERBA MEA
ET NON CUSTODIERIT
EGO NON IUDICO EUM
NON ENIM UENI UT IUDICEM
MUNDUM
SED UT SALUIFICEM MUNDUM
QUI SPERNIT ME ET NON ACCI
PIT UERBA MEA
HABET QUI IUDICET EUM
SERMO QUEM LOCUTUS SUM
ILLE IUDICABIT EUM
IN NOUISSIMO DIE
QUIA EGO EX ME IPSO NON SUM
LOCUTUS
SED QUI MISIT ME PATER
IPSE MIHI MANDATUM DEDIT
QUID DICAM ET QUID LOQUAR
ET SCIO QUIA MANDATUM EIUS
UITA AETERNA EST
QUAE ERGO EGO LOQUOR SICUT
DIXIT MIHI PATER SIC LOQUOR
XXXIII ANTE DIEM AUTEM FESTUM
PASCHAE SCIENS IHS QUIA
UENIT HORA UT TRANSEAT
EX HOC MUNDO AD PATREM
CUM DILEXISSET SUOS
QUI ERANT IN MUNDO
IN FINEM DILEXIT EOS
ET CENA FACTA CUM DIABOLUS
IAM MISISSET IN CORDE
UT TRADERET EUM IUDAS
SIMONIS SCARIOTIS
SCIENS QUIA OMNIA DEDIT EI
PATER IN MANUS
ET QUIA A DO EXIUIT ET AD DM UADIT
SURGIT A CENA ET PONIT
UESTIMENTA SUA
ET CUM ACCEPISSET LINTEUM
PRAECINXIT SE
DEINDE MITTIT AQUAM IN PELUEM
ET COEPIT LAUARE PEDES
DISCIPULORUM
ET EXTERGERE LINTEO QUO
ERAT PRAECINCTUS
UENIT ERGO AD SIMONEM PETRUM
ET DICIT EI PETRUS
DNE TU MIHI LAUAS PEDES
RESPONDIT IHS ET DICIT EI
QUOD EGO FACIO TU NESCIS MODO
SCIES AUTEM POSTEA
DICIT EI PETRUS NON LAUABIS
MIHI PEDES IN AETERNUM
RESPONDIT IHS EI SI NON LAUERO TE
NON HABES PARTEM MECUM
DICIT EI SIMON PETRUS
DNE NON TANTUM PEDES MEOS
SED ET MANUS ET CAPUT
DICIT EI IHS
QUI LOTUS EST NON INDIGET
NISI UT PEDES LAUET
SED EST MUNDUS TOTUS
ET UOS MUNDI ESTIS
SED NON OMNES
SCIEBAT ENIM QUIS NAM ESSET
QUI TRADERET EUM
PROPTEREA DIXIT
NON ESTIS MUNDI OMNES
POSTQUAM ERGO LAUIT PEDES
EORUM ET ACCEPIT
UESTIMENTA SUA
CUM RECUBUISSET ITERUM
DIXIT EIS
SCITIS QUID FECERIM UOBIS

CXVI III UOS UOCATIS ME MAGISTER ET DNE
ETBENEDICITIS SUM ETENIM
CXVII SIERGO EGO LAUI PEDES UESTROS
DNS ET MAGISTER
ET UOS DEBETIS ALTER ALTERIUS
LAUARE PEDES
EXEMPLUM ENIM DEDI UOBIS
UTQUEMADMODUM EGO FECI
XXXIIII UOBIS ITA ET UOS FACIATIS
CXVIII III AMEN AMEN DICO UOBIS
NONEST SERUUS MAIOR DNO SUO
NEQUE APOSTOLUS MAIOR EO
QUI MISIT ILLUM
SI HAEC SCITIS BEATI ERITIS
SI FECERITIS EA
CXVIIII NON DE OMNIB' UOBIS DICO
EGO SCIO QUOS ELEGERIM
SED UT IMPLEATUR SCRIPTURA
QUI MANDUCAT MECUM PANE
LEUABIT CONTRA ME CALCA
NEUM SUUM
AMODO DICO UOBIS PRIUS
QUAM FIAT
UT CREDATIS CUM FACTUM FUE
RIT QUIA EGO SUM
CXX I AMEN AMEN DICO UOBIS
QUI ACCIPIT SIQUEM MISERO
ME ACCIPIT
QUI AUTEM ME ACCIPIT
ACCIPIT EUM QUI ME MISIT
CXXI III CUM HAEC DIXISSET IHS
TURBATUS EST SPU
ET PROTESTATUS EST ET DIXIT
AMEN AMEN DICO UOBIS QUIA
UNUS EX UOBIS TRADET ME
CXXII I ASPICIEBANT ERGO AD INUICEM
DISCIPULI
HESITANTES DE QUO DICERET
CXXIII ERAT ERGO RECUMBENS UNUS
EX DISCIPULIS EIUS IN SINU IHU
QUEM DILIGEBAT IHS
INNUIT ERGO HUIC SIMON PETRUS
ET DICIT EI QUIS EST DE QUO DICIT
ITAQUE CUM RECUBUISSET ILLE
SUPRA PECTUS IHU
DICIT EI DNE QUIS EST
CUI RESPONDIT IHS
ILLE EST CUI EGO INTINCTUM
PANEM PORREXERO
CXXIIII VIIII ET CUM INTINXISSET PANEM
DEDIT IUDAE SIMONIS SCARIOTIS
ET POST BUCCELLAM TUNC IN
TROIUIT IN ILLUM SATANAS
CXXV DICIT EI IHS QUOD FACIS FAC CITIUS
HOC AUTEM NEMO SCIUIT DISCUM
BENTIUM AD QUID DIXERIT EI
QUIDAM ENIM PUTABANT
QUIA LOCULOS HABEBAT IUDAS
QUIA DICIT EI IHS EME EA QUAE
OPUS SUNT NOBIS AD DIEM FESTUM
AUT EGENIS UT ALIQUID DARET
CUM ERGO ACCEPISSET ILLE
BUCCELLAM EXIUIT CONTINUO
ERAT AUTEM NOX
CUM ERGO EXISSET DICIT IHS
NUNC CLARIFICATUS EST
FILIUS HOMINIS
ET DS CLARIFICATUS EST IN EO
SI DS CLARIFICATUS EST IN EO
ET DS CLARIFICABIT EUM
IN SEMET IPSO
ET CONTINUO CLARIFICABIT EUM
FILIOLI ADHUC MODICUM
UOBISCUM SUM
QUAERETIS ME ET SICUT DIXI
IUDAEIS QUO EGO UADO UOS
NON POTESTIS UENIRE
ET UOBIS DICO MODO
MANDATUM NOUUM DO UOBIS
UT DILIGATIS INUICEM
SICUT DILEXI UOS UT ET UOS
DILIGATIS INUICEM
IN HOC COGNOSCENT OMNES QUIA
MEI DISCIPULI ESTIS SI DILECTIO
NEM HABUERITIS AD INUICEM
CXXVI I DICIT EI SIMON PETRUS
DNE QUO UADIS
RESPONDIT IHS QUO EGO UADO

NON POTES ME MODO SEQUI
SEQUERIS AUTEM POSTEA
DICIT EI PETRUS QUARE NON POS
SUM TE SEQUI MODO
ANIMAM MEAM PRO TE PONAM
RESPONDIT IHS ANIMAM TUAM
PRO ME PONIS
AMEN AMEN DICO TIBI
NON CANTABIT GALLUS
XXXV DONEC ME TER NEGES
NON TURBETUR COR UESTRUM
CREDITIS IN DM ET IN ME CREDITE
IN DOMO PATRIS MEI MANSIO
NES MULTAE SUNT
SI QUO MINUS DIXISSEM UOBIS
QUIA UADO PARARE UOBIS LOCUM
ET SI ABIERO ET PRAEPARAUERO
UOBIS LOCUM
ITERUM UENIO ET ACCIPIAM
UOS AD ME IPSUM
UT UBI SUM EGO ET UOS SITIS
ET QUO EGO UADO SCITIS
ET UIAM SCITIS
DICIT EI THOMAS DNE NESCIMUS
QUO UADIS ET QUOMODO
POSSUMUS UIAM SCIRE
DICIT EI IHS EGO SUM UIA
ET UERITAS ET UITA
NEMO UENIT AD PATREM
NISI PER ME
SI COGNOUISSETIS ME ET PATREM
MEUM UTIQUE COGNOUISSETIS
ET AMODO COGNOSCITIS EUM
ET UIDISTIS EUM
DICIT EI PHILIPPUS
DNE OSTENDE NOBIS PATREM
ET SUFFICIT NOBIS
DICIT EI IHS TANTO TEMPORE
UOBISCUM SUM ET NON CO
GNOUISTIS ME PHILIPPE
QUI UIDIT ME UIDIT ET PATREM
QUOMODO TU DICIS
OSTENDE NOBIS PATREM
NON CREDITIS QUIA EGO
IN PATRE ET PATER IN ME EST
UERBA QUAE EGO LOQUOR UOBIS
A ME IPSO NON LOQUOR
PATER AUTEM IN ME MANENS
IPSE FACIT OPERA
NON CREDITIS QUIA EGO IN PATRE
ET PATER IN ME EST
ALIOQUIN PROPTER OPERA
IPSA CREDITE
AMEN AMEN DICO UOBIS
QUI CREDIT IN ME OPERA QUAE
EGO FACIO ET IPSE FACIET
ET MAIORA HORUM FACIET
QUIA EGO AD PATREM UADO
ET QUODCUMQUE PETIERITIS
IN NOMINE MEO HOC FACIAM
UT GLORIFICETUR PATER IN FILIO
SI QUID PETIERITIS ME IN NO
MINE MEO HOC FACIAM
XXXVI SI DILIGITIS ME MANDATA MEA
SERUATE
ET EGO ROGABO PATREM
ET ALIUM PARACLETUM
DABIT UOBIS
UT MANEAT UOBISCUM
IN AETERNUM
SPM UERITATIS QUEM MUNDUS
NON POTEST ACCIPERE
QUIA NON UIDET EUM NEC SCIT EUM
UOS AUTEM COGNOSCITIS EUM
QUIA APUD UOS MANEBIT
ET IN UOBIS ERIT
NON RELINQUAM UOS ORFANOS
UENIAM AD UOS
ADHUC MODICUM ET MUNDUS
ME IAM NON UIDET
UOS AUTEM UIDETIS ME
QUIA EGO UIUO ET UOS UIUETIS
IN ILLO DIE UOS COGNOSCETIS
QUIA EGO SUM IN PATRE MEO
ET UOS IN ME ET EGO IN UOBIS
QUI HABET MANDATA MEA
ET SERUAT EA
ILLE EST QUI DILIGIT ME

QUI AUTEM DILIGIT ME
DILIGETUR A PATRE MEO
ET EGO DILIGAM EUM ET MANI
FESTABO EI ME IPSUM
DICIT EI IUDAS NON ILLE SCARIOTIS
DNE QUID FACTUM EST QUIA
NOBIS MANIFESTATURUS ES
TE IPSUM ET NON MUNDO
RESPONDIT IHS ET DIXIT EI
SI QUIS DILIGIT ME SERMONEM
MEUM SERUABIT
ET PATER MEUS DILIGET EUM
ET AD EUM UENIEMUS
ET MANSIONES APUD EUM
FACIEMUS
QUI NON DILIGIT ME SERMONES
MEOS NON SERUAT
ET SERMONEM QUEM AUDISTIS
NON EST MEUS
SED EIUS QUI ME MISIT PATRIS
HAEC LOCUTUS SUM UOBIS
APUD UOS MANENS
PARACLETUS AUTEM SPS SCS
QUEM MITTET PATER
IN NOMINE MEO
ILLE UOS DOCEBIT OMNIA
ET SUGGERET UOBIS OMNIA
QUAECUMQUE DIXERO UOBIS
PACEM RELINQUO UOBIS
PACEM MEAM DO UOBIS
NON QUOMODO MUNDUS DAT
EGO DO UOBIS
NON TURBETUR COR UESTRUM
NEQUE FORMIDET
AUDISTIS QUIA EGO DIXI UOBIS
UADO ET UENIO AD UOS
SI DILIGERETIS ME GAUDERETIS
UTIQUE QUIA UADO AD PATREM
QUIA PATER MAIOR ME EST
ET NUNC DIXI UOBIS PRIUS
QUAM FIAT
UT CUM FACTUM FUERIT CREDATIS
IAM NON MULTA LOQUAR UOBISCUM
UENIT ENIM PRINCEPS MUNDI
HUIUS ET IN ME NON HABET
QUICQUAM
SED UT COGNOSCAT MUNDUS
QUIA DILIGO PATREM
ET SICUT MANDATUM DEDIT
MIHI PATER SIC FACIO
SURGITE EAMUS HINC
XCVII EGO SUM UITIS UERA ET PATER
MEUS AGRICOLA EST
OMNEM PALMITEM IN ME
NON FERENTEM FRUCTUM
TOLLET EUM
ET OMNEM QUI FERT FRUCTUM
PURGABIT EUM
UT FRUCTUM PLUS ADFERAT
IAM UOS MUNDI ESTIS PROPTER
SERMONEM QUEM LOCUTUS
SUM UOBIS
MANETE IN ME ET EGO IN UOBIS
SICUT PALMES NON POTEST
FERRE FRUCTUM A SEMETIPSO
NISI MANSERIT IN UITE
SIC NEC UOS NISI IN ME MANSERITIS
EGO SUM UITIS UOS PALMITES
QUI MANET IN ME ET EGO IN EO
HIC FERT FRUCTUM MULTUM
QUIA SINE ME NIHIL POTESTIS
FACERE
SI QUIS IN ME NON MANSERIT
MITTETUR FORAS SICUT
PALMES ET ARUIT
ET COLLIGENT EOS ET IN IGNEM
MITTUNT ET ARDENT
III SI MANSERITIS IN ME ET UERBA
MEA IN UOBIS MANSERINT
QUODCUMQUE UOLUERITIS
PETETIS ET FIET UOBIS
IN HOC CLARIFICATUS EST
PATER MEUS
UT FRUCTUM PLURIMUM
ADFERATIS
ET EFFICIAMINI MEI DISCIPULI
SICUT DILEXIT ME PATER
ET EGO DILEXI UOS

MANETE IN DILECTIONE MEA
SI PRAECEPTA MEA SERUAUERITIS
MANEBITIS IN DILECTIONE MEA
SICUT ET EGO PATRIS MEI
PRAECEPTA SERUAUI
ET MANEO IN EIUS DILECTIONE
HAEC LOCUTUS SUM UOBIS UT GAUDIUM MEUM IN UOBIS SIT
ET GAUDIUM UESTRUM IMPLEATUR
HOC EST PRAECEPTUM MEUM
UT DILIGATIS INUICEM
SICUT DILEXI UOS
MAIOREM HAC DILECTIONEM
NEMO HABET UT ANIMAM SUAM
QUIS PONAT PRO AMICIS SUIS
UOS AMICI MEI ESTIS SI FECERITIS
QUAE EGO PRAECIPIO UOBIS
IAM NON DICO UOS SERUOS
QUIA SERUUS NESCIT QUID FACIT
DOMINUS EIUS
UOS AUTEM DIXI AMICOS
QUIA OMNIA QUAECUMQUE AUDIUI
A PATRE MEO NOTA FECI UOBIS
NON UOS ME ELEGISTIS
SED EGO ELEGI UOS
ET POSUI UOS UT EATIS ET FRUCTUM AFFERATIS
ET FRUCTUS UESTER MANEAT
UT QUODCUMQUE PETIERITIS
PATREM IN NOMINE MEO
XXXVIII DET UOBIS
HAEC MANDO UOBIS UT DILIGATIS INUICEM
SI MUNDUS UOS ODIT SCITOTE
QUIA ME PRIOREM UOBIS
ODIO HABUIT
SI DE MUNDO FUISSETIS
MUNDUS QUOD SUUM ERAT
DILIGERET
QUIA UERO DE MUNDO NON ESTIS
SED EGO ELEGI UOS DE MUNDO
PROPTEREA ODIT UOS MUNDUS
MEMENTOTE SERMONIS MEI
QUEM EGO DIXI UOBIS

NON EST SERUUS MAIOR DÑO SUO
SI ME PERSECUTI SUNT
ET UOS PERSEQUENTUR
SI SERMONEM MEUM SERUAUERUNT ET UESTRUM SERUABUNT
SED HAEC OMNIA FACIENT UOBIS
PROPTER NOMEN MEUM
QUIA NESCIUNT EUM QUI
MISIT ME
SI NON UENISSEM ET LOCUTUS
FUISSEM EIS
PECCATUM NON HABERENT
NUNC AUTEM EXCUSATIONEM
NON HABENT DE PECCATO SUO
QUI ME ODIT ET PATREM
MEUM ODIT
SI OPERA NON FECISSEM IN EIS
QUAE NEMO ALIUS FECIT
PECCATUM NON HABERENT
NUNC AUTEM ET UIDERUNT
ET ODERUNT ET ME ET PATREM MEUM
SED UT IMPLEATUR SERMO QUI
IN LEGE EORUM SCRIPTUS EST
QUIA ODIO ME HABUERUNT GRATIS
CUM AUTEM UENERIT PARACLETUS
QUEM EGO MITTAM UOBIS
A PATRE SPM UERITATIS
QUI A PATRE PROCEDIT
ILLE TESTIMONIUM PERHIBEBIT DE ME
ET UOS TESTIMONIUM PERHIBETIS
QUIA AB INITIO MECUM ESTIS
HAEC LOCUTUS SUM UOS UT NON
SCANDALIZEMINI
ABSQUE SYNAGOGIS FACIENT UOS
SED UENIT HORA UT OMNIS QUI
INTERFICIT UOS ARBITRETUR
OBSEQUIUM SE PRAESTARE DO
ET HAEC FACIENT QUIA NON NOUERUNT PATREM NEQUE ME
SED HAEC LOCUTUS SUM UOBIS
UT CUM UENERIT HORA EORUM
REMINISCAMINI QUIA EGO DIXI
UOBIS

haec autem uobis ab initio non
dixi quia uobiscum eram
at nunc uado ad eum qui me misit
et nemo ex uobis interrogat
me quo uadis
sed quia haec locutus sum uobis
tristitia impleuit cor uestrum
sed ego ueritatem dico uobis
expedit uobis ut ego uadam
si enim non abiero
paracletus non ueniet ad uos
si autem abiero
mittam eum ad uos
et cum uenerit
ille arguet mundum de peccato
et de iustitia et de iudicio
de peccato quidem quia non
credunt in me
de iustitia uero quia ad patrem
uado et iam non uidebitis me
de iudicio autem quia princeps
mundi huius iudicatus est
adhuc multa habeo uobis
dicere
sed non potestis portare modo
cum autem uenerit ille sps
ueritatis docebit uos
in omnem ueritatem
non enim loquetur a semet ipso
sed quaecumque audiet
loquetur
et quae uentura sunt adnun
tiabit uobis
ille me clarificabit
quia de meo accipiet
XXXIX et adnuntiabit uobis
Omnia quaecumque habet
pater mea sunt
propter ea dixi quia de meo
accipiet et adnuntiabit uobis
modicum et iam non uidebi
tis me
et iterum modicum et uide
bitis me quia uado ad patrem

dixerunt ergo
ex discipulis eius ad inuicem
quid est hoc quod dicit nobis
modicum et non uidebitis me
et iterum modicum
et uidebitis me
et quia uado ad patrem
dicebant ergo quid est hoc
quod dicit modicum
nescimus quid loquitur
cognouit autem ihs quia
uolebant eum interrogare
et dixit eis
de hoc quaeritis inter uos
quia dixi modicum
et non uidebitis me
et iterum modicum et ui
debitis me
amen amen dico uobis quia
plorabitis et flebitis uos
mundus autem gaudebit
uos autem contristabimini
sed tristitia uestra uerte
tur in gaudium
mulier cum parit tristitiam
habet quia uenit hora eius
cum autem pepererit puerum
iam non meminit pressurae
propter gaudium
quia natus est homo in mundum
et uos igitur nunc quidem
tristitiam habebitis
iterum autem uidebo uos
et gaudebit cor uestrum
et gaudium uestrum
nemo tollit a uobis
et in illo die me non roga
bitis quicquam
amen amen dico uobis
si quid petieritis patrem
in nomine meo dabit uobis
usque modo non petistis
quicquam in nomine meo
petite et accipietis

UT GAUDIUM UESTRUM SIT
PLENUM
HAEC IN PROUERBIIS LOCUTUS
SUM UOBIS
UENIT HORA CUM IAM NON IN
PROUERBIIS LOQUAR UOBIS
SED PALAM DE PATRE ADNUNTI
ABO UOBIS
ILLO DIE IN NOMINE MEO PETETIS
ET NON DICO UOBIS QUIA EGO
ROGABO PATREM DE UOBIS
IPSE ENIM PATER AMAT UOS
QUIA UOS ME AMATIS
ET CREDIDISTIS QUIA A DO EXIUI
EXIUI A PATRE ET UENI IN MUNDUM
ITERUM RELINQUO MUNDUM
ET UADO AD PATREM
DICUNT EI DISCIPULI EIUS
ECCE NUNC PALAM LOQUERIS
ET PROUERBIUM NULLUM DICIS
NUNC SCIMUS QUIA SCIS OMNIA
ET NON OPUS EST TIBI UT QUIS
TE INTERROGET
IN HOC CREDIMUS QUIA A DO
EXISTI
RESPONDIT EIS IHS MODO CREDITIS
ECCE UENIT HORA ET IAM UENIT
UT DISPERGAMINI UNUSQUISQUE
IN PROPRIA
ET ME SOLUM RELINQUATIS
ET NON SUM SOLUS QUIA PATER
MECUM EST
HAEC LOCUTUS SUM UOBIS
UT IN ME PACEM HABEATIS
IN MUNDUM PRESSURAM
HABEBITIS
SED CONFIDITE EGO UICI MUNDUM
XL HAEC LOCUTUS EST IHS
ET SUBLEUATIS OCULIS IN CAELUM
DIXIT
PATER UENIT HORA CLARIFICA
FILIUM TUUM
UT FILIUS TUUS CLARIFICET TE
SICUT DEDISTI EI POTESTATEM
OMNIS CARNIS
UT OMNE QUOD DEDISTI EI DET
EIS UITAM AETERNAM
HAEC EST AUTEM UITA AETERNA
UT COGNOSCANT TE SOLUM DM
UERUM ET QUEM MISISTI
IHM XPM
EGO TE CLARIFICAUI SUPER TERRAM
OPUS CONSUMMAUI QUOD
DEDISTI MIHI UT FACIAM
ET NUNC CLARIFICA ME TU PATER
APUD TEMET IPSUM
CLARITATE QUAM HABUI PRIUS
QUAM MUNDUS ESSET APUD TE
MANIFESTAUI NOMEN TUUM
HOMINIBUS
QUOS DEDISTI MIHI DE MUNDO
TUI ERANT
ET MIHI EOS DEDISTI
ET SERMONEM TUUM
SERUAUERUNT
NUNC COGNOUERUNT QUIA OMNIA
QUAE DEDISTI MIHI AB TE SUNT
QUIA UERBA QUAE DEDISTI MIHI
DEDI EIS
ET IPSI ACCEPERUNT ET COGNO
UERUNT UERE QUIA A TE EXIUI
ET CREDIDERUNT QUIA TU ME
MISISTI
EGO PRO EIS ROGO NON PRO MUN
DO ROGO
SED PRO HIS QUOS DEDISTI
MIHI QUIA TUI SUNT
ET MEA OMNIA TUA SUNT
ET TUA MEA SUNT
ET CLARIFICATUS SUM IN EIS
ET IAM NON SUM IN MUNDO
ET HI IN MUNDO SUNT
ET EGO AD TE UENIO
PATER SCE SERUA EOS IN NOMINE
TUO QUOS DEDISTI MIHI
UT SINT UNUM SICUT ET NOS
CUM ESSEM CUM EIS EGO SERUA
BAM EOS IN NOMINE TUO

QUOS DEDISTI MIHI CUSTODIUI
ET NEMO EX HIS PERIBIT NISI
FILIUS PERDITIONIS
UT SCRIPTURA IMPLEATUR
NUNC AUTEM AD TE UENIO
ET HAEC LOQUOR IN MUNDO
UT HABEANT GAUDIUM MEUM
IMPLETUM IN SEMET IPSIS
EGO DEDI EIS SERMONEM TUUM
ET MUNDUS ODIO EOS HABUIT
QUIA NON SUNT DE MUNDO
SICUT ET EGO NON SUM DE MUNDO
NON ROGO UT TOLLAS EOS DE MUN
DO SED UT SERUES EOS EX MALO
DE MUNDO NON SUNT SICUT ET
EGO NON SUM DE MUNDO
SANCTIFICA EOS IN UERITATE
SERMO TUUS UERITAS EST
SICUT ME MISISTI IN MUNDUM
ET EGO MISI EOS IN MUNDUM
ET PRO EIS EGO SCIFICO ME IPSUM
UT SINT ET IPSI SCIFICATI
IN UERITATE
NON PRO HIS AUTEM ROGO TANTUM
SED ET PRO EIS QUI CREDITURI SUNT
PER UERBUM EORUM IN ME
UT OMNES UNUM SINT
SICUT TU PATER IN ME ET EGO IN TE
UT ET IPSI IN NOBIS UNUM SINT
UT MUNDUS CREDAT QUIA TU
ME MISISTI
ET EGO CLARITATEM QUAM
DEDISTI MIHI DEDI ILLIS
UT SINT UNUM SICUT NOS
UNUM SUMUS
EGO IN EIS ET TU IN ME
UT SINT CONSUMMATI IN UNUM
ET COGNOSCAT MUNDUS
QUIA TU ME MISISTI
ET DILEXISTI EOS SICUT ET ME
DILEXISTI
PATER QUOS DEDISTI MIHI
UOLO UT UBI EGO SUM
ET ILLI SINT MECUM
UT UIDEANT CLARITATEM MEAM
QUAM DEDISTI MIHI
QUIA DILEXISTI ME ANTE
CONSTITUTIONEM MUNDI
PATER IUSTE ET MUNDUS TE
NON COGNOUIT
EGO AUTEM TE COGNOUI
ET HI COGNOUERUNT QUIA
TU ME MISISTI
ET NOTUM FECI EIS NOMEN
TUUM ET NOTUM FACIAM
UT DILECTIO QUA DILEXISTI ME
IN IPSIS SIT ET EGO IN IPSIS
XLI HAEC CUM DIXISSET IHS
EGRESSUS EST CUM DISCIPU
LIS SUIS TRANS TORRENTEM
CEDRON
UBI ERAT HORTUS IN QUEM
INTROIUIT IPSE ET DISCIPU
LI EIUS
SCIEBAT AUTEM ET IUDAS QUI
TRADEBAT EUM LOCUM
QUIA FREQUENTER IHS CONUE
NERAT ILLUC CUM DISCIPU
LIS SUIS
IUDAS ERGO CUM ACCEPISSET
COHORTEM
ET A PONTIFICIBUS ET PHARI
SAEIS MINISTROS
UENIT ILLUC CUM LANTERNIS
ET FACIBUS ET ARMIS
IHS ITAQUE SCIENS OMNIA QUAE
UENTURA ERANT SUPER EUM
PROCESSIT ET DICIT EIS
QUEM QUAERITIS
RESPONDERUNT EI
IHM NAZARENUM
DICIT EIS IHS EGO SUM
STABAT AUTEM ET IUDAS QUI
TRADEBAT EUM CUM IPSIS
UT ERGO DIXIT EIS EGO SUM
ABIERUNT RETRORSUM
ET CECIDERUNT IN TERRAM
ITERUM ERGO EOS INTERROGAUIT

QUEM QUAERITIS
ILLI AUTEM DIXERUNT
IHM NAZARENUM
RESPONDIT IHS DIXI UOBIS
QUIA EGO SUM
SI ERGO ME QUAERITIS SINITE
HOS ABIRE
UT IMPLERETUR SERMO
QUEM DIXIT
QUIA QUOS DEDISTI MIHI NON
PERDIDI EX IPSIS QUEMQUAM
SIMON ERGO PETRUS HABENS
GLADIUM EDUXIT EUM
ET PERCUSSIT PONTIFICIS SERUUM
ET ABSCIDIT EIUS AURICULAM
DEXTRAM
ERAT AUTEM NOMEN SERUO
MALCHUS
DIXIT ERGO IHS PETRO MITTE
GLADIUM IN UAGINAM
CALICEM QUEM DEDIT MIHI
PATER NON BIBAM ILLAM
COHORS ERGO ET TRIBUNUS
ET MINISTRI IUDAEORUM
CONPREHENDERUNT IHM
ET LIGAUERUNT EUM
ET ADDUXERUNT EUM AD AN
NAM PRIMUM
ERAT ENIM SOCER CAIPHAE
QUI ERAT PONTIFEX ANNI ILLIUS
ERAT AUTEM CAIPHAS QUI CON
SILIUM DEDERAT IUDAEIS
QUIA EXPEDIT UNUM HOMINEM
MORI PRO POPULO
SEQUEBATUR AUTEM IHM
SIMON PETRUS ET ALIUS
DISCIPULUS
DISCIPULUS AUTEM ILLE ERAT
NOTUS PONTIFICI
ET INTROIUIT CUM IHU IN ATRI
UM PONTIFICIS
PETRUS AUTEM STABAT AD OSTI
UM FORIS
EXIUIT ERGO DISCIPULUS ILLE

QUI ERAT NOTUS PONTIFICI
ET DIXIT OSTIARIAE
ET INTRODUXIT PETRUM
DICIT ERGO PETRO ANCILLA
OSTIARIA
NUMQUID ET TU EX DISCIPULIS
ES HOMINIS ISTIUS
DICIT ILLE NON SUM
STABANT AUTEM SERUI ET MINI
STRI AD PRUNAS QUIA FRIGUS
ERAT ET CALEFIEBANT
ERAT AUTEM CUM EIS ET PETRUS
STANS ET CALEFACIENS SE
PONTIFEX ERGO INTERROGAUIT
IHM DE DISCIPULIS ET DE DOC
TRINA EIUS
RESPONDIT EI IHS
EGO PALAM LOCUTUS SUM MUNDO
EGO SEMPER DOCUI IN SYNAGOGA
ET IN TEMPLO QUO OMNES
IUDAEI CONUENIUNT
ET IN OCCULTO LOCUTUS SUM NIHIL
QUID ME INTERROGAS
INTERROGA EOS QUI AUDIERUNT
QUID LOCUTUS SUM IPSIS
ECCE HI SCIUNT QUAE DIXERIM EGO
HAEC AUTEM CUM DIXISSET
UNUS ADSISTENS MINISTRORUM
DEDIT ALAPAM IHU DICENS
SIC RESPONDIS PONTIFICI
RESPONDIT EI IHS
SI MALE LOCUTUS SUM TESTIMO
NIUM PERHIBE DE MALO
SI AUTEM BENE QUID ME CAEDIS
ET MISIT EUM ANNAS LIGATUM
AD CAIPHAN PONTIFICEM
ERAT AUTEM SIMON PETRUS
STANS ET CALEFACIENS SE
DIXERUNT ERGO EI NUMQUID
ET TU EX DISCIPULIS EIUS ES
NEGAUIT ILLE ET DIXIT NON SUM
DICIT UNUS EX SERUIS PONTIFICIS
COGNATUS EIUS CUIUS ABSCIDIT
PETRUS AURICULAM

NON NE EGO TE UIDI IN HORTO
CUM ILLO
ITERUM ERGO NEGAUIT PETRUS
ET STATIM GALLUS CANTAUIT
ADDUCUNT ERGO IHM A CAIPHA
IN PRAETORIUM
ERAT AUTEM MANE
ET IPSI NON INTROIERUNT IN PRAE
TORIUM
UT NON CONTAMINARENTUR
SED MANDUCARENT PASCHA
EXIUIT ERGO PILATUS AD EOS
FORAS ET DIXIT
QUAM ACCUSATIONEM ADFERTIS
ADUERSUS HOMINEM HUNC
RESPONDERUNT ET DIXERUNT EI
SI NON ESSET HIC MALEFACTOR
NON TIBI TRADIDISSEMUS EUM
DIXIT ERGO EIS PILATUS
ACCIPITE EUM UOS ET SECUNDU͞
LEGEM UESTRAM IUDICATE EU͞
DIXERUNT ERGO IUDAEI
NOBIS NON LICET INTERFICERE
QUEMQUAM
UT SERMO IHU IMPLERETUR
QUEM DIXIT SIGNIFICANS
QUA ESSET MORTE MORITURUS
INTROIUIT ERGO ITERUM IN PRAE
TORIUM PILATUS
ET UOCAUIT IHM
ET DIXIT EI TU ES REX IUDAEORUM
ET RESPONDIT IHS
A TEMET IPSO HOC DICIS AN ALII
TIBI DIXERUNT DE ME
RESPONDIT PILATUS
NUM QUID EGO IUDAEUS SUM
GENS TUA ET PONTIFICES TRADI
DERUNT TE MIHI QUID FECISTI
RESPONDIT IHS REGNUM MEUM
NON EST DE MUNDO HOC
SI EX HOC MUNDO ESSET
REGNUM MEUM
MINISTRI MEI DECERTARENT
UT NON TRADERER IUDAEIS
NUNC AUTEM MEUM REGNUM
NON EST HINC
DIXIT ITAQUE EI PILATUS
ERGO REX ES TU
RESPONDIT IHS TU DICIS
QUIA REX SUM EGO
EGO IN HOC NATUS SUM ET AD HOC
UENI IN MUNDUM UT TESTIMO
NIUM PERHIBEAM UERITATI
OMNIS QUI EST EX UERITATE
AUDIT MEAM UOCEM
DICIT EI PILATUS QUID EST UERITAS
ET CUM HOC DIXISSET ITERUM
EXIUIT AD IUDAEOS
ET DICIT EIS EGO NULLAM INUE
NIO IN EO CAUSAM
EST AUTEM CONSUETUDO UOBIS
UT UNUM DIMITTAM UOBIS
IN PASCHA
UULTIS ERGO DIMITTAM UOBIS
REGEM IUDAEORUM
CLAMAUERUNT RURSUM
OMNES DICENTES
NON HUNC SED BARABBAN
ERAT AUTEM BARABBAS LATRO
TUNC ERGO ADPREHENDIT PILA
TUS IHM ET FLAGELLAUIT
ET MILITES PLECTENTES
CORONAM DE SPINIS
INPOSUERUNT CAPITI EIUS
ET UESTE PURPUREA CIRCUM
DEDERUNT EUM
ET UENIEBANT AD EUM ET DICE
BANT HAUE REX IUDAEORUM
ET DABANT EI ALAPAS
EXIIT ITERUM PILATUS FORAS
ET DICIT EIS ECCE ADDUCO UOBIS
EUM FORAS
UT COGNOSCATIS QUIA IN EO
NULLAM CAUSAM INUENIO
EXIIT ERGO IHS PORTANS
SPINEAM CORONAM
ET PURPUREUM UESTIMENTU͞
ET DICIT EIS ECCE HOMO

CUM ERGO UIDISSENT EUM
PONTIFICES ET MINISTRI
CLAMABANT DICENTES
CRUCIFIGE CRUCIFIGE
DICIT EIS PILATUS ACCIPITE EUM
UOS ET CRUCIFIGITE
EGO ENIM NON INUENIO IN EO
CAUSAM
RESPONDERUNT EI IUDAEI
NOS LEGEM HABEMUS ET SECUN
DUM LEGEM DEBET MORI
QUIA FILIUM DI SE FECIT
CUM ERGO AUDISSET PILATUS
HUNC SERMONEM MAGIS
TIMUIT
ET INGRESSUS EST PRAETORIU
ITERUM
ET DICIT AD IHM UNDE ES TU
IHS AUTEM RESPONSUM
NON DEDIT EI
DICIT ERGO EI PILATUS
MIHI NON LOQUERIS
NESCIS QUIA POTESTATEM
HABEO CRUCIFIGERE TE
ET POTESTATEM HABEO DIMITTERE TE
RESPONDIT IHS NON HABERES
POTESTATEM ADUERSUM
ME ULLAM
NISI TIBI ESSET DATUM DESUPER
PROPTER EA QUI TRADIDIT ME
TIBI MAIUS PECCATUM HABET
EXINDE QUAEREBAT PILATUS
DIMITTERE EUM
IUDAEI AUTEM CLAMABANT
DICENTES
SI HUNC DIMITTIS NON ES
AMICUS CAESARIS
OMNIS QUI SE REGEM FACIT
CONTRADICIT CAESARI
PILATUS ERGO CUM AUDISSET
HOS SERMONES ADDUXIT
FORAS IHM
ET SEDIT PRO TRIBUNALI IN LOCU
QUI DICITUR LITHOSTROTUS

HEBRAICE AUTEM GABBATHA
ERAT AUTEM PARASCEUE PASCHAE
HORA QUASI SEXTA
ET DICIT IUDAEIS ECCE REX UESTER
ILLI AUTEM CLAMABANT
TOLLE TOLLE CRUCIFIGE EUM
DIXIT EIS PILATUS REGEM UESTRU
CRUCIFIGAM
RESPONDERUNT PONTIFICES
NON HABEMUS REGEM NISI
CAESAREM
TUNC ERGO TRADIDIT EIS ILLUM
UT CRUCIFIGERETUR
SUSCEPERUNT AUTEM
IHM ET DUXERUNT
ET BAIULANS SIBI CRUCEM
EXIUIT IN EUM QUI DICITUR
CALUARIAE LOCUM
HEBRAICE GOLGOTHA UBI EUM
CRUCIFIXERUNT
ET CUM EO ALIOS DUOS
HINC ET HINC
MEDIUM AUTEM IHM
SCRIPSIT AUTEM ET TITULUM
PILATUS ET POSUIT SUPER
CRUCEM
ERAT AUTEM SCRIPTUM IHS
NAZARENUS REX IUDAEORU
HUNC ERGO TITULUM MULTI
LEGERUNT IUDAEORUM
QUIA PROPE CIUITATEM ERAT
LOCUS UBI CRUCIFIXUS
EST IHS
ET ERAT SCRIPTUM HEBRAICE
GRAECE ET LATINE
DICEBANT ERGO PONTIFICES
NOLI SCRIBERE REX IUDAEORU
SED QUIA IPSE DIXIT
REX SUM IUDAEORUM
RESPONDIT PILATUS
QUOD SCRIPSI SCRIPSI
MILITES ERGO CUM CRUCIFI
XISSENT EUM
ACCEPERUNT UESTIMENTA EIUS

ET FECERUNT QUATTUOR PARTES
UNICUIQUE MILITI PARTEM
ET TUNICAM
ERAT AUTEM TUNICA INCONSUTILIS
DESUPER CONTEXTA PER TOTUM
DIXERUNT ERGO AD INUICEM
NON SCINDAMUS EAM
SED SORTIAMUR DE ILLA CUIUS SIT
UT SCRIPTURA IMPLEATUR DICENS
PARTITI SUNT UESTIMENTA
MEA SIBI
ET IN UESTEM MEAM MISERUNT
SORTEM
ET MILITES QUIDEM HAEC FECERUNT
STABANT AUTEM IUXTA CRUCEM
IHU MATER EIUS
ET SOROR MATRIS EIUS MARIA
CLEOPAE ET MARIA MAGDALENE
CUM UIDISSET ERGO IHS MATREM
ET DISCIPULUM STANTEM
QUEM DILIGEBAT
DICIT MATRI SUAE
MULIER ECCE FILIUS TUUS
DEINDE DICIT DISCIPULO
ECCE MATER TUA
ET EX ILLA HORA ACCEPIT EAM
DISCIPULUS IN SUA
POSTEA SCIENS IHS QUIA IAM
OMNIA CONSUMMATA SUNT
UT CONSUMMARETUR SCRIP
TURA DICIT SITIO
UAS ERGO POSITUM ERAT
ACETO PLENUM
ILLI AUTEM SPONGIAM PLENAM
ACETO HYSOPO CIRCUMPO
NENTES OBTULERUNT ORI EIUS
CUM ERGO ACCEPISSET IHS ACE
TUM DIXIT CONSUMMATUM EST
ET INCLINATO CAPITE
TRADIDIT SPM
IUDAEI ERGO QUONIAM PARA
SCEUEERAT
UT NON REMANERENT IN CRUCE
CORPORA SABBATO

ERAT ENIM MAGNUS DIES ILLE
SABBATI
ROGAUERUNT PILATUM UT FRAN
GERENTUR EORUM CRURA
ET TOLLERENTUR
UENERUNT ERGO MILITES
ET PRIMI QUIDEM FREGERUNT
CRURA
ET ALTERIUS QUI CRUCIFIXUS
EST CUM EO
AD IHM AUTEM CUM UENISSENT
UT UIDERUNT EUM IAM MORTUUM
NON FREGERUNT EIUS CRURA
SED UNUS MILITUM LANCEA
LATUS EIUS APERUIT
ET CONTINUO EXIUIT SANGUIS
ET AQUA
ET QUI UIDIT TESTIMONIUM
PERHIBUIT
ET UERUM EST EIUS TESTIMONIUM
ET ILLE SCIT QUIA UERA DICIT
UT ET UOS CREDATIS
FACTA SUNT ENIM HAEC UT SCRIP
TURA IMPLEATUR
OS NON COMMINUETIS EX EO
ET ITERUM ALIA SCRIPTURA DICIT
UIDEBUNT IN QUEM TRANSFI
XERUNT
POST HAEC AUTEM ROGAUIT
PILATUM IOSEPH AB ARIMATHIA
EO QUOD ESSET DISCIPULUS IHU
OCCULTUS AUTEM PROPTER
METUM IUDAEORUM
UT TOLLERET CORPUS IHU
ET PERMISIT PILATUS
UENIT ERGO ET TULIT CORPUS IHU
UENIT AUTEM ET NICODEMUS
QUI UENERAT AD IHM NOCTE
PRIMUM
FERENS MIXTURAM MURRAE
ET ALOES QUASI LIBRAS CENTUM
ACCEPERUNT ERGO CORPUS IHU
ET LIGAUERUNT EUM LINTEIS
CUM AROMATIBUS

SICUT MOS IUDAEIS EST SEPELIRE
ERAT AUTEM IN LOCO UBI CRUCIFI
XUS EST HORTUS
ET IN HORTO MONUMENTUM
NOUUM IN QUO NONDUM
QUISQUAM POSITUS ERAT
IBI ERGO PROPTER PARASCEUEN
IUDAEORUM QUIA IUXTA ERAT
MONUMENTUM POSUE
XLII RUNT IHM
UNA AUTEM SABBATI MARIA
MAGDALENE UENIT MANE
CUM ADHUC TENEBRAE ESSENT
AD MONUMENTUM
ET UIDET LAPIDEM SUBLATUM
A MONUMENTO
CUCURRIT ERGO ET UENIT AD SI
MONEM PETRUM ET AD ALIU
DISCIPULUM QUEM AMABAT IHS
ET DICIT EIS TULERUNT DNM
DE MONUMENTO
ET NESCIMUS UBI POSUERUNT EU
EXIIT ERGO PETRUS ET ILLE
ALIUS DISCIPULUS
ET UENERUNT AD MONUMENTU
CURREBANT AUTEM DUO SIMUL
ET ILLE ALIUS DISCIPULUS PRAE
CUCURRIT CITIUS PETRO
ET UENIT PRIMUS AD MONUMENTU
ET CUM SE INCLINASSET UIDET
POSITA LINTEAMINA
NON TAMEN INTROIUIT
UENIT ERGO SIMON PETRUS
SEQUENS EUM
ET INTROIUIT IN MONUMENTU
ET UIDET LINTEAMINA POSITA
ET SUDARIUM QUOD FUERAT
SUPRA CAPUT EIUS
NON CUM LINTEAMINIB POSITU
SED SEPARATIM INUOLUTUM
IN UNUM LOCUM
TUNC ERGO INTROIUIT ET ILLE
DISCIPULUS QUI UENERAT
PRIMUS AD MONUMENTUM
ET UIDIT ET CREDIDIT
NONDUM ENIM SCIEBAT SCRIP
TURAM QUIA OPORTERET EU
A MORTUIS RESURGERE
ABIERUNT ERGO ITERUM AD SE
MET IPSOS DISCIPULI
MARIA AUTEM STABAT AD MONU
MENTUM FORIS PLORANS
DUM ERGO FLERET INCLINAUIT
SE ET PROSPEXIT IN MONU
MENTUM
ET UIDIT DUOS ANGELOS IN ALBIS
SEDENTES
UNUM AD CAPUT ET UNUM
AD PEDES UBI POSITUM FUE
RAT CORPUS IHU
DICUNT EI ILLI MULIER QUID
PLORAS
DICIT EIS QUIA TULERUNT
DNM MEUM
ET NESCIO UBI POSUERUNT EUM
HAEC CUM DIXISSET CONUERSA
EST RETRORSUM
ET UIDET IHM STANTEM
ET NON SCIEBAT QUIA IHS EST
DICIT EI IHS MULIER QUID PLO
RAS QUEM QUAERIS
ILLA EXISTIMANS QUIA HORTULA
NUS ESSET DICIT EI
DNE SI TU SUSTULISTI EUM
DICITO MIHI UBI POSUISTI
EUM ET EGO EUM TOLLAM
DICIT EI IHS MARIA
CONUERSA ILLA DICIT EI RABBONI
QUOD DICITUR MAGISTER
DICIT EI IHS NOLI ME TANGERE
NONDUM ENIM ASCENDI
AD PATREM MEUM
UADE AUTEM AD FRATRES MEOS
ET DIC EIS
ASCENDO AD PATREM MEUM
ET PATREM UESTRUM
ET DM MEUM ET DM UESTRU
UENIT MARIA MAGDALENE

ANNUNTIANS DISCIPULIS QUIA
xliii UIDI DNM ET HAEC DIXIT MIHI
CUM ESSET ERGO SERO DIE ILLO
UNA SABBATORUM
ET FORES ESSENT CLAUSAE UBI
ERANT DISCIPULI PROPTER
METUM IUDAEORUM
UENIT IHS ET STETIT IN MEDIO
ET DICIT EIS PAX UOBIS
ET HOC CUM DIXISSET OSTENDIT
EIS MANUS ET LATUS
GAUISI SUNT ERGO DISCIPULI
UISO DNO
DIXIT ERGO EIS ITERUM PAX UOBIS
SICUT MISIT ME PATER ET EGO
MITTO UOS
HOC CUM DIXISSET INSUFLAUIT
ET DICIT EIS ACCIPITE SPM SCM
QUORUM REMISERITIS PECCATA
REMITTENTUR EIS
ET QUORUM RETINUERITIS
RETENTA SUNT
THOMAS AUTEM UNUS EX DUODE
CIM QUI DICITUR DIDYMUS
NON ERAT CUM EIS QUANDO
UENIT IHS
DIXERUNT ERGO EI ALII DISCIPU
LI UIDIMUS DNM
ILLE AUTEM DIXIT EIS
NISI UIDERO IN MANIBUS EIUS
FIXURAM CLAUORUM
ET MITTAM DIGITUM MEUM
IN LOCUM CLAUORUM
ET MITTAM MANUM MEAM
IN LATUS EIUS NON CREDAM
ET POST DIES OCTO ITERUM
ER[illegible]ANT DISCIPULI EIUS INTUS
ET THOMAS CUM EIS
UENIT IHS IANUIS CLAUSIS
ET STETIT IN MEDIO ET DIXIT
PAX UOBIS
DEINDE DICIT THOMAE INFER
DIGITUM TUUM HUC
ET UIDE MANUS MEAS
ET ADFER MANUM TUAM
ET MITTE IN LATUS MEUM
ET NOLI ESSE INCREDULUS
SED FIDELIS
RESPONDIT THOMAS ET DIXIT EI
DNS MEUS ET DS MEUS
DICIT EI IHS QUIA UIDISTI ME
CREDIDISTI
BEATI QUI NON UIDERUNT
ET CREDIDERUNT
MULTA QUIDEM ET ALIA SIGNA
FECIT IHS IN CONSPECTU
DISCIPULORUM SUORUM
QUAE NON SUNT SCRIPTA
IN LIBRO HOC
HAEC AUTEM SCRIPTA SUNT UT
CREDATIS QUIA IHS EST XPS
FILIUS DI
ET UT CREDENTES UITAM HABE
xliiii ATIS IN NOMINE EIUS
POSTEA MANIFESTAUIT SE ITERUM
IHS AD MARE TIBERIADIS
MANIFESTAUIT AUTEM SIC
ERANT SIMUL SIMON PETRUS
ET THOMAS QUI DICITUR DIDYMUS
ET NATHANAHEL QUI ERAT
A CANA GALILAEAE
ET FILII ZEBEDAEI
ET ALII EX DISCIPULIS EIUS DUO
DICIT EIS SIMON PETRUS
UADO PISCARI
DICUNT EI UENIMUS ET NOS TECUM
ET EXIERUNT ET ASCENDERUNT
IN NOCTEM
ET ILLA NOCTE NIHIL PRENDI
DERUNT
MANE AUTEM IAM FACTO STE
TIT IHS IN LITORE
NON TAMEN COGNOUERUNT
DISCIPULI QUIA IHS EST
DICIT ERGO EIS IHS PUERI NUM
QUID PULMENTARIUM HABETIS
RESPONDERUNT EI NON
DIXIT EIS MITTITE IN DEXTERAM

NAUIGII RETE ET INUENIETIS
MISERUNT ERGO ET IAM NON UA
LEBANT ILLUD TRAHERE
A MULTITUDINE PISCIUM
DICIT ERGO DISCIPULUS ILLE
QUEM DILIGEBAT IHS PETRO
DNS EST
SIMON PETRUS CUM AUDISSET
QUIA DNS EST
TUNICAM SUCCINXIT SE
ERAT ENIM NUDUS
ET MISIT SE IN MARE
ALII AUTEM DISCIPULI NAUIGIO
UENERUNT
NON ENIM LONGE ERANT A TERRA
SED QUASI CUBITIS DUCENTIS trahentes rete piscium
UT ERGO DESCENDERUNT
IN TERRAM
UIDERUNT PRUNAS POSITAS
ET PISCEM SUPERPOSITUM
ET PANEM
DICIT EIS IHS ADFERTE DE PISCIB·
QUOS PRENDISTIS NUNC
ASCENDIT SIMON PETRUS
ET TRAXIT RETE IN TERRAM
PLENUM MAGNIS PISCIBUS
CENTUM QUINQUAGINTA TRIB·
ET CUM TANTI ESSENT
NON EST SCISSUM RETE
DICIT EIS IHS UENITE
PRANDETE
ET NEMO AUDEBAT DISCUM
BENTIUM INTERROGARE
EUM TU QUIS ES
SCIENTES QUIA DNS ESSET
ET UENIT IHS ET ACCEPIT PANE̅
ET DAT EIS ET PISCEM SIMILITER
HOC IAM TERTIO MANIFESTATUS
EST IHS DISCIPULIS CUM RE
SURREXISSET A MORTUIS
CUM ERGO PRANDISSENT
DICIT SIMONI PETRO IHS
SIMON IOHANNIS DILIGIS ME
PLUS HIS
DICIT EI ETIAM DNE
TU SCIS QUIA AMO TE
DICIT EI PASCE AGNOS MEOS
DICIT EI ITERUM SIMON IOHAN
NIS DILIGIS ME
AIT ILLI ETIAM DNE
TU SCIS QUIA AMO TE
DICIT EI PASCE AGNOS MEOS
DICIT EI TERTIO SIMON IOHAN
NIS AMAS ME
CONTRISTATUS EST PETRUS
QUIA DIXIT EI TERTIO AMAS ME
DICIT EI DNE TU OMNIA SCIS
TU SCIS QUIA AMO TE
DICIT EI PASCE OUES MEAS
AMEN AMEN DICO TIBI
CUM ESSES IUNIOR CINGEBAS TE
ET AMBULABAS UBI UOLEBAS
CUM AUTEM SENUERIS EXTEN
DES MANUS TUAS ET ALIUS TE
CINGET ET DUCET QUO NON UIS
HOC AUTEM DIXIT SIGNIFICANS
QUA MORTE CLARIFICATURUS
ESSET DM
ET HOC CUM DIXISSET
DICIT EI SEQUERE ME
CONUERSUS PETRUS UIDIT
ILLUM DISCIPULUM QUEM
DILIGEBAT IHS SEQUENTEM
QUI ET RECUBUIT IN CENA
SUPER PECTUS EIUS ET DIXIT
DNE QUIS EST QUI TRADIT TE
HUNC ERGO CUM UIDISSET
PETRUS DICIT IHU
DNE HIC AUTEM QUID
DICIT EI IHS SIC EUM UOLO MANERE
DONEC UENIAM
QUID AD TE TU ME SEQUERE
EXIUIT ERGO SERMO ISTE
IN FRATRES QUIA DISCIPULUS
ILLE NON MORITUR
ET NON DIXIT EI IHS NON MORITUR
SED SIC EUM UOLO MANERE
DONEC UENIO QUID AD TE

hic est discipulus qui testi
monium perhibet de his
et scripsit haec
et scimus quia uerum est
testimonium eius ·
sunt autem et alia multa
quae fecit ihs
quae si scribantur persin
gula
nec ipsum arbitror mundu
capere eos qui scribendi
sunt libros amen

EXPL · EUANGELIUM

SECUNDUM IOHAN

INCIPIT LIBER ACTU

UM APOSTOLORUM

I Ubi dicitur theophilo primum
sermonem iam factum fuisse
de operib· et doctrina xpi
II Ubi exsurgens petrus in medio
fratrum dixit de turba homi
num fere cxx
III Ubi completis dieb· pentecosten
pariter erant congregati
et sps scs super uenit in eos
IIII Ubi stans petrus cum xi leuauit
uocem suam et locutus est
V Ubi testimonium petrus de ihu
nazareno dicit ad populum
VI Ubi dixerunt ad petrum et ad
reliquos apostolos quid facie
mus uiri ff et petrus ad illos
paenitentiam inquit agite
VII Ubi qui receperunt sermonem
eius baptizati sunt
VIII Ubi petrus et iohannes ascende
bant in templum ad horam
orationis nonam et de claudo
IX Ubi petrus et iohannes loquen
tes ad populum superuenerunt
sacerdotes et magistratus
templi tenuerunt petrum
et iohannem in custodiam
eo quod adnuntiarent in ihu
resurrectionem
X Ubi cognouerunt quod petrus
et iohannes homines essent
sine litteris et idiotae et admi
rabant eos
XI Ubi dimissi petrus et iohannes
uenerunt ad suos dixerunt
eis quanta ad eos principes
sacerdotum et seniores dixissent
XII Ubi multitudo credentium
erat cor et anima una et erant
illis omnia communia
XIII Ubi annanias et saphira frauda
uerunt de pretio quod uen
diderant et mortui sunt

xiiii ubi per manus apostolorum fiebant
signa et prodigia multa in plebe
xv ubi exsurgens princeps sacerdo
tum et qui cum eo erant repleti
zelo tenuerunt apostolos et po
suerunt illos in custodia publi
ca illi autem educti ab angelo
praedicabant ihm xpm
xvi ubi convocantes apostolos denun
tiaverunt eis ne loquerentur
de nomine ihu et dimiserunt eos
xvii de numero crescentium discipu
lorum et murmur graecorum
adversus hebreos et electione
septem diacon
xviii de stephano plenus gratia et for
titudine signa et prodigia
faciebat in populo
xix ubi stephanus confundit iudae
os testimoniis legis illi autem
fremebant in eum
xx ubi stephanus repletus spu sco
intendens in caelum vidit glo
riam di et ihm stantem a dex
tris di et lapidaverunt eum
xxi de persecutione quae facta est
in ecclesia hierosolymis et sauli
devastatione et philippus in
samaria praedicans
xxii de simone mago seducens gen
tem samariae
xxiii ubi simon voluit dare pecuniam
apostolis dicens date et mihi
hanc potestatem ut cui inposue
ro manum accipiat spm scm
et repulerunt eum
xxiiii ubi angelus dni loquitur philip
po dicens surge vade contra
meridianum et dum abisset
obvius est illi quidam aethiops
eunuchus quem et baptizavit
xxv ubi saulus accipiens a principe
epistulas ad damascum ut vinc
tos teneret xpianos et ubi cir
cumfulsit eum lux de caelo
xxvi ubi saulus confundebat iudaeos
qui habitabant damascum et ubi
in sporta per murum dimissus est
xxvii ubi petrus perambulans scos
qui erant lyddae pervenit ad ho
minem quendam nomine aene
am paralyticum ab annis octo
quem et sanavit et in ioppe
mulierem nomine thabitas
resuscitavit
xxviii de cornelio centurione qui habi
tabat caesaream qui admonitus
ab angelo accersiuit ad se petrum
ut eum doceret et ubi dum orat
petrus vidit caelum apertum
et vas quoddam descendens
ad terram in quo erant quadru
pedia et volatilia
xxviiii ubi cornelius occurrens petro
procedens adoravit eum et ele
vavit eum petrus de terra
interrogavit eum ob quam cau
sam miserit ad eum et indicavit
cornelius omnia quae ab angelo
ei fuerant dicta
xxx ubi petrus aperiens os suum
docuit eum omnia de xpo ihu
et vocatione gentium
xxxi ubi audierunt apostoli quod et
gentes receperunt verbum di
et petrus exposuit illis visionem
quod viderat de linteo
xxxii ubi venerunt prophetae ab hie
rosolymis anthiociam et surre
xit unus ex eis nomine agabus
et significabat per spm famem
magnam futuram et herodes rex
occidit iacobum fratrem iohan
nis et petrum posuit in carcerem
xxxiii ubi angelus petrum de carcere
producit

xxxiiii ubi perturbati milites quidnam de
petro factum fuisset
xxxv ubi in ecclesia quae erat anthiochiae
prophetae et doctores conuene
rant et de bariesu pseudo propheta
xxxvi ubi paulus nauigans ueniens anthi
ochiam euangelizauit ibi xpm
ihm filium di uiui
xxxvii ubi iudaei repleti zelo contradice
bant his quae a paulo dicebantur
et gentes audiebant eum
xxxviii ubi paulus et barnabas uenien
tes iconio et praedicantes in sy
nagoga crediderunt iudaeorum
et graecorum copiosa multitudo
xxxix ubi paulus in lystris claudum ex
utero matris curauit et ubi
paulum mercurium uocauerunt
et barnaban iouem
xl quidam descendentes de iudaea
docebant nisi circumcidamini
non potestis salui fieri unde
facta seditione paulo et bar
nabae ascenderunt hierosoly
mam ubi erant petrus et alii
apostoli uidere de uerbo hoc
xli ubi placuit apostolis et senioribus
eligere uiros et mittere anthi
ochiam cum paulo et barnaban
scribentes epistulas
xlii ubi paulus quendam discipulum
nomine timotheum secum
uoluit proficisci circumcidit eum
xliii transeuntes autem frygiam et
galatiam uetati sunt a bspu sco
loqui uerbum in asia et temta
bant ire bythiniam non permi
sit eos sps ihu
xliiii ubi quaedam mulier nomine lydia
intendebat in his quae diceban
tur a paulo
xlv ubi paulus spm pithonis a puella
expulit et dum missi fuissent
paulus et silas in carcerem custos
carceris credidit et baptizatus est
xlvi ubi paulus et silas uenerunt tessa
lonicam adaperiens de scriptu
ris et insinuans quia xpm opor
tuit pati et zelantes iudaei ten
erunt iasonem
xlvii ubi paulus ueniens athenis et
epicurei et stoici philosophi
disserebant cum eo
xlviii egressus paulus ab athenis uenit
corinthum ad quendam iudaeum
nomine aquilam
xlix ubi gallio proconsul noluit audi
re iudaeos accusantes paulum
l ubi apollo ueniens efesum prae
dicabat xpm et superueniens
paulus efesum et baptizauit
ibi in nomine ihu xpi qui bapti
smum iohannis acceperant
li ubi temtauerunt quidam de cir
cueuntibus iudaeis sps malos
in nomine dni ihu eicere et
confusi sunt
lii ubi demetrius faciens aedes ar
genteas deanae
liii ubi paulus ualefaciens discipu
lis profectus est macedonia
et ubi puerum qui somno graui
per fenestram ceciderat
mortuum resuscitauit
liiii ubi paulus per nauigium circui
ens viiii ciuitates uenit in do
mum philippi euangelistae cui
erant filiae ·iiii· prophetantes
lv ubi prophetauit agabus paulo
quod in hierusalem persecu
tionem a iudaeis pateretur
pro xpo
lvi ubi paulus hierusalem ascendit
de inde hierosolymam ad frs
lvii ubi paulus purificans se intra
uit templum et iudaei iniecerunt

in eum manus et exposuit illis Pau
lus quomodo uocasset eum d(omi)n(u)s
(Christu)s et baptizasset eum Annanias
LVII Ubi quaerebant Iudaei occidere
Paulum et dixit se ciuem Roma
num esse
LVIII Ubi Paulus maledixit Annaniam
principem eo quod percussit eri
maxillam eius et insidias Iudae
orum ut Paulum occiderent
LX Et ubi Claudius Lysias scripsit
Felici praesidi Caesarex et com
mendat ei Paulum
LXI Ubi milites fecerunt praeceptu(m)
duxerunt Paulum Caesaream
LXII Ubi post v dies ascendit Annanias
princeps ut accusarent Paulu(m)
Caesari Felici
LXIII Ubi Felix Caesar distulit accusatio
nes illorum
LXIIII Item ubi Festus Agrippae regi rati
onem de Paulo reddit eo quod
a Iudaeis accusaretur
LXV Agrippa rex ait Paulo loquere
pro te et Paulus dicit rationem
LXVI Ubi Festus ait insanis Paule
LXVII Ubi datus est Paulus cuidam
centurioni nomine Iulio in cu
stodiam qui et nauigauit cum eo
LXVIII De adflictione Pauli et centurio
nis qui cum eo erat ieiunantes
in nauigio
LXIX Ubi Paulus uiperam de igne manu
pendentem protraxit et bar
bari putabant eum homicidam
esse et ubi patrem Publi
febribus sanauit
LXX Ubi Paulus iterum nauigans
per Alexandriam uenit Roma
ubi mansit adductum deo exp(li)c(it)

Primum quidem sermonem
feci de omnibus o Theophile
quae coepit Ih(esu)s facere et docere
usque in diem qua praecipi
ens apostolis per sp(iritu)m s(an)c(tu)m
quos elegit adsumtus est
quibus et praebuit se ipsum
uiuum post passionem sua(m)
in multis argumentis
per dies quadraginta
apparens eis et loquens
de regno d(e)i
et conuescens praecepit eis
ab Hierosolymis ne discederent
sed expectarent promissi
onem patris
quam audistis per os meum
quia Iohannes quidem bapti
zauit aqua
uos autem baptizamini
sp(irit)u s(an)c(t)o
non post multos hos dies
Igitur qui conuenerunt inter
rogabant eum dicentes
d(omi)ne si in tempore hoc restitu
es regnum Israhel
dixit autem eis
non est uestrum nosse tem
pora uel momenta
quae pater posuit in sua
potestate
sed accipietis uirtutem super
uenientis sp(iritu)s s(an)c(t)i in uos
et eritis mihi testes in Hieru
salem
et in omni Iudaea et Samaria
et usque ad ultimum terrae
Et cum haec dixisset
uidentibus illis eleuatus est
et nubes suscepit eum
ab oculis eorum
cumque intuerentur in cae
lum euntem illum

ecce duo uiri adstiterunt iuxta
illos in uestibus albis
qui et dixerunt
uiri galilaei quid statis aspici
entes in caelum
hic ihs qui adsumtus est
a uobis in caelum
sic ueniet quemadmodum
uidistis eum euntem
in caelum
Tunc reuersi sunt hierosolymam
a monte qui uocatur oliueti
qui est iuxta hierusalem
sabbati habens iter
et cum introissent in cenacu
lum ascenderunt ubi
manebant
petrus et iohannes
iacobus et andreas
philippus et thomas
bartholomeus et matheus
iacobus alfei simon zelotes
et iudas iacobi
hi omnes erant perseueran
tes unanimiter in oratione
cum mulieribus
et maria matre ihu et fra
tribus eius
II IN diebus illis exsurgens petrus
in medio fratrum dixit
erat autem turba hominum
simul fere centum uiginti
uiri fratres oportet impleri
scripturam quam praedixit
sps scs per os dauid
de iuda qui fuit dux eorum
qui conprehenderunt ihm
quia connumeratus erat in nobis
et sortitus est sortem
ministerii huius
et hic quidem possedit agrum
de mercede iniquitatis
et suspensus crepuit medius

et diffusa sunt omnia
uiscera eius
et notum factum est omnib·
habitantibus hierusalem
ita ut appellaretur ager ille
lingua eorum acheldemac
hoc est ager sanguinis
scriptum est enim in libro
psalmorum
fiat habitatio eius deserta
et non sit qui inhabitet in ea
et episcopatum eius
accipiat alter
oportet ergo ex his uiris
qui nobiscum congregati sunt
in omni tempore quo intra
uit et exiuit inter nos
dns ihs
incipiens a baptismate iohan
nis usque in diem qua ad
sumtus est a nobis
testem resurrectionis eius
nobiscum fieri unum
ex istis
et statuerunt duos
ioseph qui uocatur barsabba
qui cognominatus est
iustus et mathiam
et orantes dixerunt
tu dne qui corda nosti omnium
ostende quem elegeris ex his
duobus unum
accipere locum ministerii
huius et apostolatus
de quo praeuaricatus est
iudas ut abiret in locum suum
et dederunt sortes eis
et cecidit sors super mathiam
et adnumeratus est cum
undecim apostolis
III ET cum conplerentur
dies pentecosten
erant omnes pariter

in eodem loco
et factus est repente de
caelo sonus
tamquam advenientis sps
vehementis
et replevit totam domum
ubi erant sedentes
et apparuerunt illis disper
titae linguae tamquam ignis
sedit que supra singulos
eorum
et repleti sunt omnes spu sco
et coeperunt loqui variis
linguis
pro ut sps scs dabat eloqui illis
Erant autem in hierusalem
habitantes iudaei viri reli
giosi ex omni natione quae
sub caelo est
Facta autem hac voce convenit
multitudo et mente con
fusa est
quoniam audiebat unusquisq·
lingua sua illos loquentes
Stupebant autem omnes
et mirabantur dicentes
Nonne omnes ecce isti
qui loquuntur galilaei sunt
et quomodo nos audivimus
unusquisque linguam
nostram in qua nati sumus
parthi et medi et elamitae
et qui habitant mesopotamiae
et iudaeam et cappadociam
pontum et asiam frygiam
et pamphyliam
aegyptum et partes libiae
quae est circa cyrenen
et advenae romani
iudaei quoque et proselyti
cretes et arabes
audivimus loquentes eos
nostris linguis magnalia di

Stupebant autem omnes
et mirabantur ad invicem
dicentes
quidnam vult esse
Alii autem inridentes dicebant
quia musto pleni sunt isti
IIII Stans autem petrus cum
undecim levavit vocem
suam et locutus est eis
viri iudaei et qui habitatis
hierusalem universi
hoc vobis notum sit et auribus
percipite verba mea
non enim sicut vos aestima
tis hi ebrii sunt
cum sit hora diei tertia
sed hoc est quod dictum est
per prophetam iohel
et erit in novissimis diebus
dicit dns
effundam de spu meo super
omnem carnem
et prophetabunt filii vestri
et filiae vestrae
et iuvenes vestri visiones
videbunt
et seniores vestri somnia
somniabunt
et quidem super servos meos
et super ancillas meas
in diebus illis
effundam de spu meo
et prophetabunt
et dabo prodigia in caelo sursum
et signa in terra deorsum
sanguinem et ignem
et vaporem fumi
sol convertetur in tenebras
et luna in sanguinem
antequam veniat dies dni
magnus et manifestus
et erit omnis quicumque
invocaverit nomen dni

SALUUS ERIT
V UIRI ISRAHELITAE
AUDITE UERBA HAEC
IHM NAZARENUM UIRUM AD
PROBATUM A DO IN UOBIS
UIRTUTIBUS ET PRODIGIIS ET SIGNIS
QUAE FECIT PER ILLUM DS IN ME
DIO UESTRI SICUT UOS SCITIS
HUNC DEFINITO CONSILIO
PRAESCIENTIA DI
TRADITUM PER MANUS INIQUORUM
ADFIGENTES INTEREMISTIS
QUEM DS SUSCITAUIT SOLUTIS
DOLORIBUS INFERNI
IUXTA QUOD INPOSSIBILE ERAT
TENERI ILLUM AB EO
DAUID ENIM DICIT IN EUM
PROUIDEBAM DNM CORAM
ME SEMPER
QUONIAM A DEXTRIS EST MIHI
NE COMMOUEAR
PROPTER HOC DELECTATUM EST
COR MEUM
ET EXULTAUIT LINGUA MEA
INSUPER ET CARO MEA
REQUIESCIT IN SPE
QUONIAM NON DERELINQUES
ANIMAM MEAM IN INFERNO
NEC DABIS SCM TUUM UIDERE
CORRUPTIONEM
NOTAS MIHI FECISTI UIAS UITAE
REPLEBIS ME IUCUNDITATE
CUM FACIE TUA
UIRI FF LICEAT AUDENTER DICERE
AD UOS DE PATRIARCHA DAUID
QUONIAM ET DEFUNCTUS EST
ET SEPULTUS EST
ET SEPULCHRUM EIUS EST APUD
NOS USQUE IN HODIERNUM DIEM
PROPHETA IGITUR CUM ESSET
ET SCIRET QUIA IURE IURANDO
IURASSET ILLI DS
DE FRUCTU UENTRIS EIUS SEDERE
SUPER SEDEM EIUS
PROUIDENS LOCUTUS EST
DE RESURRECTIONE XPI
QUIA NEQUE DERELICTUS EST
IN INFERNO
NEQUE CARO EIUS UIDIT COR IIV
RUPTIONEM
HUNC IHM RESUSCITAUIT DS
CUIUS OMNES NOS TESTES SUMUS
DEXTERA IGITUR DI EXALTATUS
ET PROMISSIONE SPS SCI ACCEPTA
A PATRE EFFUDIT HUNC QUEM
UOS UIDETIS ET AUDITIS
NON ENIM DAUID ASCENDIT
IN CAELOS
DICIT AUTEM IPSE
DIXIT DNS DNO MEO SEDE
A DEXTRIS MEIS
DONEC PONAM INIMICOS TUOS
SCABILLUM PEDUM TUORUM
VI CERTISSIME ERGO SCIAT OMNIS
DOMUS ISRAHEL
QUIA ET DNM EUM ET XPM
DS FECIT
HUNC IHM QUEM UOS CRUCI
FIXISTIS
HIS AUTEM AUDITIS CONPUNCTI
SUNT CORDE
ET DIXERUNT AD PETRUM ET
AD RELIQUOS APOSTOLOS
QUID FACIEMUS UIRI FRATRES
PETRUS UERO AD ILLOS
PAENITENTIAM INQUIT AGITE
ET BAPTIZETUR UNUSQUISQUE
UESTRUM IN NOMINE DNI
IHU XPI IN REMISSIONEM
PECCATORUM UESTRORUM
ET ACCIPIETIS DONUM SCI SPS
UOBIS ENIM EST REPROMISSIO
ET FILIIS UESTRIS
ET OMNIBUS QUI LONGE SUNT
QUOSCUMQUE ADUOCAUERIT
DNS DS NOSTER

ALIIS ETIAM UERBIS PLURIMIS
TESTIFICATUS EST
ET EXHORTABATUR EOS DICENS
SALUAMINI A GENERATIONE ISTA
PRAUA
VII QUI ERGO RECEPERUNT SERMO
NEM EIUS BAPTIZATI SUNT
ET ADPOSITAE SUNT IN ILLA DIE
ANIMAE CIRCITER TRIA MILIA
ERANT AUTEM PERSEUERANTES
IN DOCTRINA APOSTOLORUM
ET COMMUNICATIONE FRACTI
ONIS PANIS ET ORATIONIBUS
FIEBAT AUTEM OMNI ANIMAE
TIMOR
MULTA QUOQUE PRODIGIA ET
SIGNA PER APOSTOLOS FIEBANT
IN HIERUSALEM
ET METUS ERAT MAGNUS IN UNI
UERSIS
OMNES ENIM QUI CREDEBANT
ERANT PARITER
ET HABEBANT OMNIA COMMUNIA
POSSESSIONES ET SUBSTANTIAS
UENDEBANT
ET DIUIDEBANT ILLA OMNIBUS
PRO UT CUI QUE OPUS ERAT
COTIDIE QUOQUE PERDURANTES
UNANIMITER IN TEMPLO
ET FRANGENTES CIRCA DOMUS
PANEM
SUMEBANT CIBUM CUM EXUL
TATIONE ET SIMPLICITATE COR
DIS CONLAUDANTES DM̄
ET HABENTES GRATIAM
AD OMNEM PLEBEM
DN̄S AUTEM AUGEBAT QUI SALUI
FIERENT COTIDIE IN IDIPSUM
VIII PETRUS AUTEM ET IOHANNES
ASCENDEBANT IN TEMPLUM
AD HORAM ORATIONIS NONAM
ET QUIDAM UIR QUI ERAT CLAU
DUS EX UTERO MATRIS SUAE
BAIULABATUR
QUEM PONEBANT COTIDIE
AD PORTAM TEMPLI QUAE
DICITUR SPECIOSA
UT PETERET ELEMOSẎNAM
AB INTROEUNTIB' IN TEMPLUM
IS CUM UIDISSET PETRUM
ET IOHANNEM INCIPIENTES
INTROIRE IN TEMPLO
ROGABAT UT ELEMOSYNAM
ACCIPERET
INTUENS AUTEM IN EUM PETRUS
CUM IOHANNE DIXIT
RESPICE IN NOS
AT ILLE INTENDEBAT IN EOS
SPERANS SE ALIQUID ACCEPTU
RUM AB EIS
PETRUS AUTEM DIXIT
ARGENTUM ET AURUM
NON EST MIHI
QUOD AUTEM HABEO HOC TIBI DABO
IN NOMINE IHŪ XP̄I NAZARENI
SURGE ET AMBULA
ET ADPREHENSA EI MANU
DEXTERA ADLEUAUIT EUM
ET PROTINUS CONSOLIDATAE
SUNT BASES EIUS ET PLANTAE
ET EXILIENS STETIT ET AMBU
LABAT
ET INTRAUIT CUM ILLIS IN TEMPLUM
AMBULANS ET EXILIENS
ET LAUDANS DN̄M
ET UIDIT OMNIS POPULUS
EUM AMBULANTEM ET LAU
DANTEM DM̄
COGNOSCEBANT AUTEM ILLUM
QUONIAM IPSE ERAT QUI AD
ELEMOSẎNAM SEDEBAT AD
SPECIOSAM PORTAM TEMPLI
ET INPLETI SUNT STUPORE
ET EXTASI
IN EO QUOD CONTIGERAT ILLI
CUM TENERENT AUTEM

PETRUM ET IOHANNEM
CONCURRIT OMNIS POPULUS AD EOS
AD PORTICUM QUI APPELLATUR
SALOMONIS STUPENTES
UIDENS AUTEM PETRUS
RESPONDIT AD POPULUM
UIRI ISRAHELITAE QUID AMMIRA
MINI IN HOC
AUT NOS QUID INTUEMINI
QUASI NOSTRA UIRTUTE AUT
PIETATE FECERIMUS HUNC
AMBULARE
DS ABRAHAM DS ISAAC
ET DS IACOB
DS PATRUM NOSTRORUM GLORI
FICAUIT FILIUM SUUM IHM
QUEM UOS QUIDEM TRADIDI
STIS ET NEGASTIS ANTE FACI
EM PILATI
IUDICANTE ILLO DIMITTI
UOS AUTEM SCM ET IUSTUM
NEGASTIS
ET PETISTIS UIRUM HOMICIDAM
DONARI UOBIS
AUCTOREM UERO UITAE INTER
FECISTIS
QUEM DS SUSCITAUIT A MORTUIS
CUIUS NOS TESTES SUMUS
ET IN FIDE NOMINIS EIUS
HUNC QUEM UOS UIDETIS
ET NOSTIS CONFIRMAUIT
NOMEN EIUS
ET FIDES QUAE PER EUM EST
DEDIT INTEGRAM SANITATEM
ISTAM IN CONSPECTU OMNI
UM UESTRUM
ET NUNC FRATRES SCIO QUIA PER
IGNORANTIAM FECISTIS
SICUT ET PRINCIPES UESTRI
DS AUTEM QUAE PRAENUNTIA
UIT PER OS OMNIUM PROPHE
TARUM PATI XPM SUUM
IMPLEUIT SIC

PAENITEMINI IGITUR ET CON
UERTIMINI UT DELEANTUR
UESTRA PECCATA
UT CUM UENERINT TEMPORA
REFRIGERII A CONSPECTU DNI
ET MISERIT EUM QUI PRAEDICA
TUS EST UOBIS IHM XPM
QUEM OPORTET CAELUM
QUIDEM SUSCIPERE USQUE
IN TEMPORA RESTITUTIONIS
OMNIUM QUAE LOCUTUS EST DS
PER OS SCORUM SUORUM
A SAECULO PROPHETARUM
MOSES QUIDEM DIXIT
, QUIA PROPHETAM UOBIS SUSCI
TAUIT DS UESTER DE FRATRI
BUS UESTRIS
, TAMQUAM ME IPSUM AUDIETIS
, IUXTA OMNIA QUAECUMQUE
LOCUTUS FUERIT UOBIS
, ERIT AUTEM OMNIS ANIMA
QUAE NON AUDIERIT PROPHE
TAM ILLUM
, EXTERMINABITUR DE PLEBE
ET OMNES PROPHETAE A SAMU
HEL ET DEINCEPS QUI LOCU
TI SUNT ET ADNUNTIAUERUNT
DIES ISTOS
UOS ESTIS FILII PROPHETARUM
ET TESTAMENTI QUOD DISPO
SUIT DS AD PATRES NOSTROS
DICENS AD ABRAHAM
, ET IN SEMINE TUO BENEDICEN
TUR OMNES FAMILIAE TERRAE
UOBIS PRIMUM DS SUSCITANS
FILIUM SUUM
MISIT EUM BENEDICENTEM
UOBIS
UT CONUERTAT SE UNUSQUISQ
A NEQUITIA SUA
VIII LOQUENTIBUS AUTEM ILLIS
AD POPULUM
SUPERUENERUNT SACERDOTES

et magistratus templi
et saddúcaei
dolentes quod docerent
populum
et adnuntiarent in ihū resur
rectionem ex mortuis
et iniecerunt in eis manus
Et posuerunt eos in custodiam
in crastinum
erat enim iam uespera
multi autem eorum qui audi
erant uerbum crediderunt
et factus est numerus uiro
rum quinque milia
Factum est autem in crasti
num ut congregarentur
principes eorum et senio
res et scribae in hierusalem
et annas princeps sacerdotum
et caiphas et iohannes
et alexander
et quotquot erant de gene
re sacerdotali
et statuentes eos in medio
interrogabant
in qua uirtute aut in quo
nomine fecistis hoc uos
Tunc petrus repletus spū
scō dixit ad eos
principes populi et seniores
si nos hodie diiudicamur
in benefacto hominis
infirmi
in quo iste saluus factus est
notum sit omnibus uobis
et omni plebi israhel
quia in nomine ihū nazareni
quem uos crucifixistis
quem ds suscitauit a mortuis
in hoc iste adstat coram
uobis sanus
hic est lapis qui reprobatus
est a uobis aedificantibus
qui factus est in caput anguli
et non est in aliquo alio salus
nec enim nomen est aliud
sub caelo datum hominib;
in quo oporteat nos saluos
fieri
IX Videntes autem petri con
stantiam et iohannis
conperto quod homines
essent sine litteris et idio
tae admirabantur
et cognoscebant eos quoniam
cum ihū fuissent
hominem quoque uidentes
stantem cum eis qui
curatus fuerat
nihil poterant contradicere
iusserunt autem eos foras
extra concilium secedere
et conferebant ad inuicem
dicentes
quid faciemus hominib; istis
quoniam quidem notum
signum factum est per eos
omnibus habitantibus
hierusalem
manifestum est et non pos
sumus negare
sed ne amplius diuulgetur
in populum
comminemur eis ne ultra
loquantur in nomine hoc
ulli hominum
et uocantes eos denuntia
uerunt ne omnino loque
rentur neque docerent
in nomine ihū
petrus uero et iohannes
respondentes dixerunt
ad eos
Si iustum est in conspectu
dī uos potius audire quā
dm̄ iudicate

nos
NON ENIM POSSUMUS QUAE UIDI
MUS ET AUDIUIMUS NON LOQUI
AT ILLI COMMINANTES DIMISE
RUNT EOS
NON INUENIENTES QUOMODO
PUNIRENT EOS PROPTER
POPULUM
QUIA OMNES CLARIFICABANT
ID QUOD FACTUM FUERAT
IN EO QUOD ACCIDERAT
ANNORUM ENIM ERAT AMPLIUS
QUADRAGINTA HOMO IN QUO
FACTUM FUERAT SIGNUM
ISTUD SANITATIS
XI DIMISSI AUTEM UENERUNT
AD S UOS
ET ADNUNTIAUERUNT EIS
QUANTA AD EOS PRINCIPES
SACERDOTUM ET SENIORES
DIXISSENT
QUI CUM AUDISSENT
UNANIMITER LEUAUERUNT
UOCEM AD DM ET DIXERUNT
DNE TU QUI FECISTI CAELUM
ET TERRAM ET MARE ET
OMNIA QUAE IN EIS SUNT
QUI SPU SCO PER OS PATRIS
NOSTRI DAUID PUERI TUI
DIXISTI
QUARE FREMUERUNT GENTES
ET POPULI MEDITATI SUNT
INANIA
ADSTETERUNT REGES TERRAE
ET PRINCIPES CONUENERUNT
IN UNUM ADUERSUS DNM
ET ADUERSUS XPM EIUS
CONUENERUNT UERE IN CIUI enim
TATE ISTA ADUERSUS SCM
PUERUM TUUM IHM QUEM
UNXISTI
HERODES ET PONTIUS PILATUS
CUM GENTIBUS ET POPULIS
ISRAHEL
FACERE QUAE MANUS TUA ET CON
SILIUM DECREUERUNT FIERI tuum
ET NUNC DNE RESPICE
IN MINAS EORUM
ET DA SERUIS TUIS CUM OMNI
FIDUCIA LOQUI UERBUM TUUM
IN EO QUOD MANUM TUAM
EXTENDAS
SANITATES ET SIGNA ET PRODIGIA
FIERI PER NOMEN SCI FILII
TUI IHU
ET CUM ORASSENT MOTUS EST
LOCUS IN QUO ERANT CONGREGATI
ET REPLETI SUNT OMNES SCO SPU
ET LOQUEBANTUR UERBUM
DI CUM FIDUCIA
XII MULTITUDINIS AUTEM CREDEN
TIUM ERAT COR ET ANIMA UNA
NEC QUISQUAM EORUM QUAE
POSSIDEBANT ALIQUID SUUM
ESSE DICEBANT
SED ERANT ILLIS OMNIA COM
MUNIA
ET UIRTUTE MAGNA REDDEBANT
APOSTOLI TESTIMONIUM
RESURRECTIONIS IHU XPI DNI
ET GRATIA MAGNA ERAT
IN OMNIBUS ILLIS
NEQUE ENIM QUISQUAM EGENS
ERAT INTER ILLOS
QUOTQUOT ENIM POSSESSORES
AGRORUM AUT DOMORUM
ERANT
UENDENTES ADFEREBANT PRE
TIA EORUM QUAE UENDEBANT
ET PONEBANT ANTE PEDES
APOSTOLORUM
DIUIDEBATUR AUTEM SINGULIS
PROUT CUIQUE OPUS ERAT
IOSEPH AUTEM QUI COGNOMI
NATUS EST BARNABAS
AB APOSTOLIS
QUOD EST INTERPRETATUM

FILIUS CONSOLATIONIS
LEUITES CYPRIUS GENERE
CUM HABERET AGRUM UENDIDIT
ILLUM ET ADTULIT PRETIU̅
ET POSUIT ANTE PEDES APOSTOLORU̅
XIII UIR AUTEM QUIDAM NOMINE
ANNANIAS CUM SAPHIRA
UXORE SUA
UENDIDIT AGRUM ET FRAUDA
UIT DE PRETIO AGRI
CONSCIA UXORE SUA
ET ADFERENS PARTEM QUANDA̅
AD PEDES APOSTOLORUM POSUIT
DIXIT AUTEM PETRUS
ANNANIA CUR TEMTAUIT SATA
NAS COR TUUM MENTIRE TE
SPIRITUI SC̅O
ET FRAUDARES DE PRETIO AGRI
NONNE MANENS TIBI MANEBAT
ET UENUNDATUM IN TUA ERAT
POTESTATE
QUARE POSUISTI IN CORDE
TUO HANC REM
NON ES MENTITUS HOMINIB'
SED D̅O
AUDIENS AUTEM ANNANIAS
HAEC UERBA CECIDIT ET EXPI
RAUIT
ET FACTUS EST TIMOR MAGNUS
IN OMNES QUI AUDIERANT
SURGENTES AUTEM IUUENES
AMOUERUNT EUM
ET EFFERENTES SEPELIERUNT EU̅
FACTUM EST AUTEM QUASI
HORARUM TRIUM SPATIUM
ET UXOR EIUS NESCIENS QUOD
FACTUM FUERAT INTROIIT
RESPONDENS AUTEM EI PETRUS
DIC MIHI SI TANT I   AGRUM
UENDIDISTIS
AT ILLA DIXIT ETIAM TANT I
PETRUS AUTEM AD EAM
QUID UTIQUE CONUENIT UOBIS
TEMTARE SP̅M D̅N̅I
ECCE PEDES EORUM QUI SEPE
LIERUNT UIRUM TUUM AD
OSTIUM ET EFFERENT TE
CONFESTIM CECIDIT ANTE PEDES
EIUS ET EXSPIRAUIT
INTRANTES AUTEM IUUENES
INUENERUNT ILLAM MORTUA̅
ET EXTULERUNT ET SEPELIE
RUNT AD UIRUM SUUM
ET FACTUS EST TIMOR MAGNUS
IN UNIUERSA ECCLESIA ET IN
OMNES QUI AUDIERANT HAEC
XIIII PER MANUS AUTEM APOSTOLO
RUM FIEBANT SIGNA ET PRO
DIGIA MULTA IN PLE BE
ET ERANT UNANIMITER OMNES
IN PORTICU SALOMONIS
CETERORUM AUTEM NEMO
AUDEBAT SE CONIUNGERE ILLIS
SED MAGNIFICABAT EOS
POPULUS
MAGIS AUTEM AUGEBATUR
CREDENTIUM IN D̅N̅O MULTI
TUDO UIRORUM AC MULIERU̅
ITA UT IN PLATEIS EICERENT
INFIRMOS ET PONERENT
IN LECTULIS ET GRABATTIS
UT UENIENTE PETRO
SALTIM UMBRA ILLIUS OBUM
BRARET QUEMQUAM EORU̅
ET LIBERABANTUR AB INFIR
MITATE
CONCURREBAT AUTEM ET MUL
TITUDO UICINARUM CIUITA
TUM HIERUSALEM
ADFERENTES EGROS ET UEXA
TOS AB SPIRITIBUS INMUNDIS
QUI CURABANTUR OMNES
XV EXSURGENS AUTEM PRINCEPS
SACERDOTUM ET OMNES
QUI CUM ILLO ERANT
QUAE EST HERESIS SADDUCAEORU̅

repleti sunt zelo
et iniecerunt manus in apo
stolos et posuerunt illos
in custodia publica
angelus autem dni per noc
tem aperiens ianuas carceris
et educens eos dixit
ite et stantes loquimini in
templo plebi omnia uerba
uitae huius
qui cum audissent intraue
runt diluculo in templum
et docebant
adueniens autem princeps
sacerdotum et qui cum
eo erant
conuocauerunt concilium
et omnes seniores filiorum
israhel
et miserunt in carcerem
ut adducerentur
cum uenissent autem mini
stri et aperto carcere
non inuenissent illos
reuersi nuntiauerunt dicentes
carcerem quidem inuenimus
clausum cum omni
diligentia
et custodes stantes ad ianuas
aperientes autem neminem
intus inuenimus
ut audierunt autem hos ser
mones magistratus tem
pli et principes sacerdotum
ambigebant de illis quidnam
fieret
adueniens autem quidam
nuntiauit eis
quia ecce uiri quos posuistis
in carcere sunt in templo
stantes et docentes populum
tunc abiit magistratus
cum ministris et adduxit
illos sine ui
timebant enim populum
ne lapidarentur
et cum adduxissent illos
statuerunt in concilio
et interrogauit eos princeps
sacerdotum dicens
praecipiendo praecepimus
uobis ne doceretis
in nomine isto
et ecce repletis hierusalem
doctrina uestra
et uultis inducere super nos
sanguinem hominis istius
respondens autem petrus
et apostoli dixerunt
oboedire oportet do magis
quam hominibus
ds patrum nostrorum
suscitauit ihm
quem uos interemistis
suspendentes in ligno
hunc ds principem et salua
torem exaltauit
dextera sua
ad dandam paenitentiam isrl
et remissionem peccatorum
et nos testes sumus horum
uerborum
et sps scs quem dedit ds omnib
oboedientibus sibi
haec cum audissent dissecaba
ntur
et cogitabant interficere illos
surgens autem quidam
in concilio pharisaeus
nomine gamaliel
legis doctor honorabilis
uniuersae plebi
iussit foras ad breue aposto
los fieri
dixitque ad illos
uiri israhelitae adtendite

uobis super hominibus istis
quid acturi sitis
ante enim hos dies extitit
theodas dicens esse se aliquem
cui consensit numerus uiro
rum circiter quadringen
torum
qui occisus est et omnes qui
credebant ei dissipati sunt
et redactus est ad nihilum
post hunc extitit iudas
galilaeus in diebus profes
sionis
et auertit populum post se
et ipse periit et omnes
quotquot consenserunt
ei dispersi sunt
et nunc itaque dico uobis
discedite ab hominibus istis
et sinite illos
quoniam si est ex hominib·
consilium hoc aut opus
dissoluetur
si uero ex dō est non poteri
tis dissoluere eos
ne forte et dō repugnare
inueniamini
XVI Consenserunt autem illi
et conuocantes apostolos
caesis denuntiauerunt
ne loquerentur in nomine
ihū · et dimiserunt eos
et illi quidem ibant gauden
tes a conspectu concilii
quoniam digni habiti sunt
pro nomine ihū contu
meliam pati
omni autem die in templo
et circa domos non cessa
bant docentes
et euangelizantes ihm xpm
XVII In diebus autem illis
crescente numero discipulorum

factum est murmur graeco
rum aduersus hebraeos
eo quod dispicerentur in mi
nisterio cotidiano uiduae
eorum
conuocantes autem duodecim
multitudinem discipu
lorum dixerunt
non est aequum nos dere
linquere uerbum dī
et ministrare mensis
considerate ergo fratres
uiros ex uobis boni
testimonii septem
plenos spū et sapientia
quos constituamus
super hoc opus
nos uero orationi et mini
sterio uerbi instantes
erimus
et placuit sermo coram
omni multitudine
et elegerunt stephanum
uirum plenum fide
et spū scō
et philippum et prochorum
et nicanorem et timonem
et parmenam et nicolaum
aduenam antiochenum
hos statuerunt ante con
spectum apostolorum
et orantes inposuerunt
eis manus
et uerbum dī crescebat
et multiplicabatur
numerus discipulorum
in hierusalem ualde
multa etiam turba sacer
dotum oboediebat fidei
XVIII Stephanus autem plenus
gratia et fortitudine
faciebat prodigia et signa
magna in populo

RENTUR AB EO CUM OMNI FIDUCIA :

SURREXERUNT AUTEM QUIDAM
DE SYNAGOGA QUAE APPELLATUR
LIBERTINORUM
ET CYRENENSIUM ET ALEXANDRINORUM
ET EORUM QUI ERANT A CILICIA
ET ASIA
DISPUTANTES CUM STEPHANO
ET NON POTERANT RESISTERE
SAPIENTIAE ET SPU QUI LOQUE
BATUR PROPTER QUOD REDARGUE
TUNC SUMMISERUNT UIROS
QUI DICERENT
SE AUDISSE EUM DICENTEM
UERBA BLASPHEMIAE
IN MOSEN ET DM
COMMOUERUNT ITAQUE PLEBEM
ET SENIORES ET SCRIBAS
ET CONCURRENTES RAPUERUNT EUM
ET ADDUXERUNT IN CONCILIUM
ET STATUERUNT TESTES FALSOS
QUI DICERENT
HOMO ISTE NON CESSAT LOQUI
UERBA ADUERSUS LOCUM SCM
ET LEGEM
AUDIUIMUS ENIM EUM DICENTEM
QUONIAM IHS NAZARENUS HIC
DESTRUET LOCUM ISTUM
ET MUTAUIT TRADITIONES QUAS
TRADIDIT NOBIS MOSES
ET INTUENTES EUM OMNES
QUI SEDEBANT IN CONCILIO
UIDERUNT FACIEM EIUS TAM
QUAM ANGELI
DIXIT AUTEM PRINCEPS SACER
DOTUM SI HAEC ITA SE HABEANT
QUI AIT
XIX UIRI FRATRES ET PATRES AUDITE
DS GLORIAE APPARUIT PATRI NOSTRO
ABRAHAM CUM ESSET IN MESO
POTAMIA
PRIUS QUAM MORARETUR IN
CHARRAM ET DIXIT AD ILLUM
EXI DE TERRA TUA ET DE COGNA
TIONE TUA
ET UENI IN TERRAM QUAM TIBI
MONSTRAUERO
TUNC EXIIT DE TERRA CHALDAEORUM
ET HABITAUIT IN CHARRAM
ET INDE POST QUAM MORTUUS
EST PATER EIUS
TRANSTULIT ILLUM IN TERRAM
ISTAM IN QUA NUNC UOS HABITATIS
ET NON DEDIT ILLI HEREDITATEM
IN EA NEC PASSUM PEDIS
SED REPROMISIT DARE ILLI EAM
IN POSSESSIONEM
ET SEMINI EIUS POST IPSUM
CUM NON HABERET FILIUM
LOCUTUS EST AUTEM DS
QUIA ERIT SEMEN EIUS ACCOLA
IN TERRA ALIENA
ET SERUITUTI EOS SUBICIENT
ET MALE TRACTABUNT EOS
ANNIS QUADRINGENTIS
ET GENTEM CUI SERUIERINT
EGO IUDICABO DIXIT DNS
ET POST HAEC EXIBUNT ET DE
SERUIENT MIHI IN LOCO ISTO
ET DEDIT ILLI TESTAMENTUM
CIRCUMCISIONIS
ET SIC GENUIT ISAAC
ET CIRCUMCIDIT EUM DIE OCTAUA
ET ISAAC IACOB
ET IACOB DUODECIM PATRIARCHAS
ET PATRIARCHAE AEMULANTES
IOSEPH UENDIDERUNT IN AEGYP
TUM ET ERAT DS CUM EO
ET ERIPUIT EUM EX OMNIBUS
TRIBULATIONIBUS EIUS
ET DEDIT EI GRATIAM ET SAPIEN
TIAM IN CONSPECTU PHARAONIS
REGIS AEGYPTIORUM
ET CONSTITUIT EUM PRAEPOSI
TUM SUPER AEGYPTUM
ET SUPER OMNEM DOMUM SUAM
UENIT AUTEM FAMES IN UNIUERSAM

AEGYPTUM ET CHANAAN
ET TRIBULATIO MAGNA
ET NON INUENIEBANT CIBOS
PATRES NOSTRI
CUM AUDISSET AUTEM IACOB ESSE
FRUMENTUM IN AEGYPTO
MISIT PATRES NOSTROS PRIMUM
ET IN SECUNDO COGNITUS EST
IOSEPH A FRATRIBUS SUIS
ET MANIFESTATUM EST PHARAONI
GENUS EIUS
MITTENS AUTEM IOSEPH ARCES
SIIT IACOB PATREM SUUM
ET OMNEM COGNATIONEM IN ANI
MABUS SEPTUAGINTA QUINQUE
ET DESCENDIT IACOB IN AEGYPTUM
ET DEFUNCTUS EST IPSE
ET PATRES NOSTRI
ET TRANSLATI SUNT IN SYCHEM
ET POSITI SUNT IN SEPULCHRO
QUOD EMIT ABRAHAM
PRETIO ARGENTI A FILIIS
EMMOR FILII SYCHEM
CUM ADPROPINQUARET AUTEM
TEMPUS REPROMISSIONIS
QUAM CONFESSUS ERAT DS
ABRAHAE
CREUIT POPULUS ET MULTIPLI
CATUS EST IN AEGYPTO
QUOADUSQUE SURREXIT
REX ALIUS IN AEGYPTO
QUI NON SCIEBAT IOSEPH
HIC CIRCUMUENIENS GENUS
NOSTRUM ADFLIXIT PATRES nostros
UT EXPONERENT INFANTES
SUOS NE UIUIFICARENTUR
EODEM TEMPORE NATUS EST
MOSES ET FUIT GRATUS DO
QUI NUTRITUS EST TRIBUS
MENSIBUS IN DOMO PATRIS SUI
EXPOSITO AUTEM ILLO
SUSTULIT EUM FILIA PHARAONIS
ET ENUTRIUIT EUM SIBI IN FILIUM

est
ET ERUDITUS MOSES OMNI
SAPIENTIA AEGYPTIORUM
ET ERAT POTENS IN UERBIS
ET IN OPERIBUS SUIS
CUM AUTEM IMPLERETUR EI
QUADRAGINTA ANNORUM
TEMPUS
ASCENDIT IN COR EIUS UT UISI
TARET FRATRES SUOS FILIOS
ISRAHEL
ET CUM UIDISSET QUENDAM
INIURIAM PATIENTEM
UINDICAUIT ILLUM
ET FECIT ULTIONEM EI QUI IN
IURIAM SUSTINEBAT
PERCUSSO AEGYPTIO
EXISTIMABAT AUTEM INTELLE
GERE FRATRES
QUONIAM DS PER MANUM
IPSIUS DARET SALUTEM ILLIS
AT ILLI NON INTELLEXERUNT
SEQUENTI UERO DIE APPARUIT
ILLIS LITIGANTIBUS
ET RECONCILIABAT EOS
IN PACEM DICENS
UIRI FRATRES ESTIS UT QUID
NOCETIS ALTERUTRUM
QUI AUTEM INIURIAM FACIE
BAT PROXIMO SUO
REPPULIT EUM DICENS
QUIS TE CONSTITUIT PRINCIPEM
ET IUDICEM SUPER NOS
NUMQUID INTERFICERE ME
TU UIS QUEMADMODUM
INTERFECISTI HERI AEGYPTIUM
FUGIT AUTEM MOSES IN UER
BO ISTO
ET FACTUS EST ADUENA
IN TERRA MADIAM
UBI GENERAUIT FILIOS DUOS
ET EXPLETIS ANNIS XL
APPARUIT ILLI IN DESERTO
MONTIS SINA ANGELUS

IN IGNE FLAMMAE RUBI
MOSES AUTEM UIDENS ADMIRA-
TUS EST UISUM
ET ACCEDENTE ILLO UT CONSIDE-
RARET FACTA EST UOX DNI
EGO DNS PATRUM TUORUM
DS ABRAHAM ET DS ISAAC
ET DS IACOB
TREMEFACTUS EST MOSES
NON AUDEBAT CONSIDERARE
DIXIT AUTEM ILLI DNS
SOLUE CALCIAMENTUM
PEDUM TUORUM
LOCUS ENIM IN QUO STAS
TERRA SCA EST
UIDENS UIDI ADFLICTIONEM
POPULI MEI QUI EST IN AEGYPTO
ET GEMITUM EORUM AUDIUI
ET DESCENDI LIBERARE EOS
ET NUNC UENI ET MITTAM TE
IN AEGYPTUM
HUNC MOSEN QUEM NEGAUE-
RUNT DICENTES
QUIS TE CONSTITUIT PRINCIPE͞
ET IUDICEM
HUNC DS PRINCIPEM ET REDEM-
TOREM MISIT CUM MANU
ANGELI QUI APPARUIT ILLI
IN RUBO
HIC EDUXIT ILLOS FACIENS
PRODIGIA ET SIGNA
IN TERRA AEGYPTI ET IN RUBRO
MARI ET IN DESERTO ANNIS XL
HIC EST MOSES QUI DIXIT
FILIIS ISRAHEL
PROPHETAM UOBIS SUSCITAUIT
DS DE FRATRIB; UESTRIS
TAMQUAM ME IPSUM
AUDIETIS
HIC EST QUI FUIT IN ECCLESIA
IN SOLITUDINE CUM ANGELO
QUI LOQUEBATUR EI IN MONTE
SINA ET CUM PATRIB; NOSTRIS

QUI ACCEPIT UERBA UITAE
DARE NOBIS
CUI NOLUERUNT OBOEDIRE
PATRES NOSTRI
SED REPPULERUNT ET AUERSI
SUNT CORDIBUS SUIS IN AEGYPTU͞
DICENTES AD AARON
FAC NOBIS DEOS QUI PRAECE-
DANT NOS
MO SES ENIM HIC QUI EDUXIT
NOS DE TERRA AEGYPTI
NESCIMUS QUID FACTUM SIT EI
ET UITULUM FECERUNT
IN ILLIS DIEBUS
ET OPTULERUNT HOSTIAM
SIMULACRO
ET LAETABANTUR IN OPERIBUS
MANUUM SUARUM
CONUERTIT AUTEM DS ET TRADIDIT
EOS SERUIRE MILITIAE CAELI
SICUT SCRIPTUM EST IN LIBRO
PROPHETARUM
NUMQUID UICTIMAS AUT HOSTIAS
OPTULISTIS MIHI ANNIS XL
IN DESERTO DOMUS ISRAHEL
ET SUSCEPISTIS TABERNACULU͞
MOLOCH
ET SIDUS DEI UESTRI REMFAM
FIGURAS QUAS FECISTIS ADO-
RARE EAS
TRANSFERAM UOS TRANS
BABYLONEM
TABERNACULUM TESTIMONII
FUIT (cum) PATRIBUS NOSTRIS
IN DESERTO
SICUT DISPOSUIT LOQUENS
AD MOSEN
UT FACERET ILLUD SECUNDUM
FO RMAM QUAM UIDERAT
QUOD ET INDUXERUNT SUSCI-
PIENTES PATRES NOSTRI
CUM IHU
IN POSSESSIONEM GENTIUM

QUAS EXPULIT DS A FACIE PATRUM
NOSTRORUM
USQUE IN DIEB· DAVID QUI INVENIT
GRATIAM ANTE DM
ET PETIIT UT INVENIRET TABER
NACULUM DO IACOB
SALOMON AUTEM AEDIFICAVIT
ILLI DOMUM
SED NON EXCELSUS IN MANU
FACTIS HABITAT
SICUT PROPHETA DICIT
CAELUM MIHI SEDIS EST
TERRA AUTEM SCABELLUM
PEDUM MEORUM
QUAM DOMUM AEDIFICABITIS
MIHI DICIT DNS
AUT QUIS LOCUS REQUIETIONIS
MEAE EST
NONNE MANUS MEA FECIT HAEC
OMNIA
DURI CERVICE ET INCIRCUMCISI
CORDIBUS ET AURIBUS
VOS SEMPER SPUI SCO RESTITISTIS
SICUT PATRES VESTRI ET VOS
QUEM PROPHETARUM NON SUNT
PERSECUTI PATRES VESTRI
ET OCCIDERUNT EOS QUI PRAE
NUNTIABANT DE ADVENTU IUSTI
CUIUS NUNC PRODITORES ET
HOMICIDAE FUISTIS
QUI ACCEPISTIS LEGEM IN DISPO
SITIONEM ANGELORUM
ET NON CUSTODISTIS
XX AUDIENTES AUTEM HAEC
DISSECABANTUR CORDIB· SUIS
ET STRIDEBANT DENTIB· IN EU(M)
CUM AUTEM ESSET PLENUS
SPU SCO
INTUENS IN CAELUM
VIDIT GLORIAM DI
ET IHM STANTEM A DEXTRIS
DI ET AIT
ECCE VIDEO CAELOS APERTOS

ET FILIUM HOMINIS A DEXTRIS
STANTEM DI
EXCLAMANTES AUTEM VOCE
MAGNA CONTINUERUNT
AURES SUAS
ET IMPETUM FECERUNT
UNANIMITER IN EUM
ET EICIENTES EUM EXTRA CIVI
TATEM LAPIDABANT
ET TESTES DEPOSUERUNT VESTI
MENTA SUA SECUS PEDES
ADULESCENTIS QUI VOCABA
TUR SAULUS
ET LAPIDABANT STEPHANUM
INVOCANTEM ET DICENTEM
DNE IHU SUSCIPE SPM MEUM
POSITIS AUTEM GENIBUS
CLAMAVIT VOCE MAGNA DICENS
DNE NE STATUAS ILLIS
HOC PECCATUM
ET CUM HOC DIXISSET OBDOR
MIVIT
SAULUS AUTEM ERAT CONSENTI
ENS NECI EIUS
XXI FACTA EST AUTEM IN ILLA DIE
PERSECUTIO MAGNA IN ECCLESIA
QUAE ERAT HIEROSOLYMIS
ET OMNES DISPERSI SUNT
PER REGIONES IUDAEAE
ET SAMARIAE
PRAETER APOSTOLOS
CURAVERUNT AUTEM STEPHA
NUM VIRI TIMORATI
ET FECERUNT PLANCTUM
MAGNUM SUPER ILLUM
SAULUS VERO DEVASTABAT
ECCLESIAM
PER DOMOS INTRANS ET TRA
HENS VIROS AC MULIERES
TRADEBAT IN CUSTODIAM
IGITUR QUI DISPERSI ERANT
PERTRANSIEBANT EVANGELI
ZANTES VERBUM DI

philippus autem descendens
in ciuitatem samariae prae
dicabat illis xpm
intendebant autem turbae
his quae a philippo dicebantur
unanimiter audientes
et uidentes signa quae faciebat
multi enim eorum qui habe
bant sps inmundos
clamantes uoce magna
exiebant
multi autem paralytici
et claudi curati sunt
factum est ergo magnum
gaudium in illa ciuitate
xxxii Uir autem quidam nomine
simon
qui ante fuerat in ciuitate
magus
seducens gentem samariae
dicens esse se aliquem
magnum
cui auscultabant omnes
a minimo usque ad maximum
dicentes
hic est uirtus di quae uoca
tur magna
adtendebant autem eum
propter quod multo
tempore magicis suis
dementasset eos
cum ergo credidissent
philippo euangelizanti
de regno di
et nomine ihu xpi baptiza
bantur uiri ac mulieres
tunc simon et ipse credidit
et cum baptizatus esset
adherebat philippo
uidens etiam signa et uirtu
tes maximas fieri
stupens admirabatur
Cum autem audissent apostoli
qui erant hierosolymis
quia recepit samaria uerbum dei
miserunt ad illos petrum
et iohannem
qui cum uenissent orave
runt pro ipsis
ut acciperent spm scm
nec dum enim in quemquam
illorum uenerat
sed baptizati tantum erant
in nomine dni ihu
tunc inponebant manus super
illos et accipiebant spm scm
xxxiii Cum uidisset autem simon
quia per inpositionem
manus apostolorum
daretur sps scs
optulit eis pecuniam dicens
date et mihi hanc potestatem
ut cuicumque inposuero
manus accipiat spm scm
petrus autem ad eum dixit
pecunia tua tecum sit
in perditionem
quoniam donum di existi
masti pecunia possideri
non est tibi pars neque sors
in sermone hoc
cor enim tuum non est
rectum coram deo
paenitentiam itaque age
ab hac nequitia tua
et roga dm si forte remit
tatur tibi haec cogitatio
cordis tui
in felle enim amaritudinis
et obligatione iniquitatis
uideo te esse
respondens autem simon
dixit
precamini uos pro me ad dm
ut nihil ueniat super me
horum quae dixistis

et illi quidem testificati et
locuti verbum dni
rediebant hierosolymam
et multis regionibus samari
tanorum evangelizabant
xxiiii Angelus autem dni locutus
est ad philippum dicens
surge et vade contra meri
dianum
ad viam quae descendit ab
hierusalem in gazam
haec est deserta
et surgens abiit
et ecce vir aethiops eunuchus
potens candacis reginae
aethiopum
qui erat super omnes gazas eius
venerat adorare in hierusa
lem et revertebatur
sedens super currum suum
legensque prophetam
esaiam
dixit autem sps philippo
accede et adiunge te ad cur
rum istum
adcurrens autem philippus
audivit illum legentem
esaiam prophetam et dixit
putasne intellegis quae legis
qui ait et quomodo possum
si non aliquis ostenderit mihi
rogavitque philippum
ut ascenderet et sederet
secum
locus autem scripturae
quem legebat erat hic
tamquam ovis ad occisionem
ductus est
et sicut agnus coram tondente
se sine voce
sic non aperuit os suum
in humilitate iudicium eius
sublatum est

generationem illius quis
enarrabit
quoniam tolletur a terra
vita eius
respondens autem eunu
chus philippo dixit
obsecro te de quo prophe
ta hoc dicit
de se an de alio aliquo
aperiens autem philippus
os suum
et incipiens a scriptura ista
evangelizavit illi ihm
Et dum irent per viam
venerunt ad quandam
aquam
et ait eunuchus ecce aqua
quid prohibet me baptizari
et iussit stare currum
et descenderunt uterque
in aquam
philippus et eunuchus
et baptizavit eum
cum autem ascendissent
de aqua
sps dni rapuit philippum
et amplius non vidit eum
eunuchus
ibat enim per viam suam
gaudens
philippus autem inventus
est in azoto
et pertransiens evangeli
zabat civitatibus cunctis
donec veniret caesaream
xxv Saulus autem adhuc aspirans
minarum et caedis
in discipulos dni
accessit ad principem
sacerdotum
et petiit ab eo epistulas ad
in damascum ad synagogas
ut si quos invenisset huius

Dixit philippus si credis ex toto corde licet. Et respondens ait
credo di filium esse ihm xpm:

uiae uiros ac mulieres
uinctos perduceret in hie
rusalem
Et cum iter faceret contigit
ut adpropinquaret damasco
et subito circumfulsit eum
lux de caelo
et cadens in terram audiuit
uocem dicentem sibi
saule saule quid me perse
queris · durum tibi est contra stimulum calcitrare
qui dixit quis es dne · et ille
ego sum ihs quem tu perse
queris
sed surge et ingredere ciuitatem
et dicetur tibi quid te opor
teat facere
uiri autem illi qui comita
bantur cum eo
stabant stupefacti
audientes quidem uocem
neminem autem uidentes
surrexit autem saulus de terra
apertisque oculis nihil
uidebat
ad manus autem illum
trahentes introduxerunt
damascum
et erat tribus diebus non
uidens et non manduca
uit neque bibit
Erat autem quidam discipu
lus damasci nomine annanias
et dixit ad illum in uisu dns
annania
at ille ait ecce ego dne
et dns ad illum
surgens uade in uicum
qui uocatur rectus
et quaere in domo iudae
saulum nomine tharsensem
ecce enim orat
et uidit uirum annaniam
nomine
introeuntem et inponentem
sibi manus ut uisum recipiat
Respondit autem annanias
dne audiui a multis de uiro
hoc quanta mala sanctis tuis
fecerit in hierusalem
et hic habet potestatem
a principibus sacerdotum
alligandi omnes qui inuocant
nomen tuum
dixit autem ad eum dns
uade quoniam uas electio
nis est mihi iste
ut portet nomen meum
coram gentibus et regib·
et filiis israhel
ego enim ostendam illi
quanta oporteat eum
pro nomine meo pati
Et abiit annanias et introiuit
in domum
et inponens ei manus dixit
saule frater
dns ihs misit me qui apparuit
tibi in uia qua ueniebas
ut uideas et implearis spu sco
et confestim ceciderunt
ab oculis eius tamquam
squamae
et uisum recepit
et surgens baptizatus est
et cum accepisset cibum
confortatus est
Fuit autem cum discipulis
qui erant damasci per
dies aliquos
et continuo in synagogis
praedicabat ihm
quoniam hic est filius di
stupebant autem omnes
qui audiebant et dicebant
nonne hic est qui expugnabat

IN HIERUSALEM COS QUI INUO
CANT NOMEN ISTUD
ET HUC AD HOC UENIT UT UINCTOS
ILLOS DUCERET AD PRINCIPES
SACERDOTUM
XXVI SAULUS AUTEM MULTO MAGIS
CONUALESCEBAT
ET CONFUNDEBAT IUDAEOS
QUI HABITABANT DAMASCI
ADFIRMANS QUONIAM HIC EST XPS
CUM IMPLERENTUR AUTEM
DIES MULTI
CONSILIUM FECERUNT IUDAEI
UT EUM INTERFICERENT
NOTAE AUTEM FACTAE SUNT
SAULO INSIDIAE EORUM
CUSTODIEBANT AUTEM ET POR
TAS DIE AC NOCTE
UT EUM INTERFICERENT
ACCIPIENTES AUTEM DISCIPULI
EIUS NOCTE PER MURUM
DIMISERUNT EUM
SUMMITTENTES IN SPORTA
CUM AUTEM UENISSET IN HIE
RUSALEM
TEMTABAT IUNGERE SE DISCIPULIS
ET OMNES TIMEBANT EUM
NON CREDENTES QUIA ESSET
DISCIPULUS
BARNABAS AUTEM ADPREHEN
SUM ILLUM DUXIT AD APO
STOLOS
ET NARRAUIT ILLIS QUOMODO
IN UIA UIDISSET DNM
ET QUIA LOCUTUS EST EI
ET QUOMODO DAMASCO
FIDUCIALITER EGERET
IN NOMINE IHU
ERAT AUTEM CUM ILLIS INTRANS
ET EXIENS IN HIERUSALEM
ET FIDUCIALITER AGENS
IN NOMINE DNI
LOQUEBATUR QUOQUE

ET DISPUTABAT CUM GRECIS
ILLI AUTEM QUAEREBANT
OCCIDERE ILLUM
QUOD CUM COGNOUISSENT
FRATRES
DEDUXERUNT EUM CAESAREAM
ET DIMISERUNT THARSUM
ECCLESIA QUIDEM PER TOTAM
IUDAEAM ET GALILAEAM ET SA
MARIAM HABEBAT PACEM
ET AEDIFICABATUR AMBULANS
IN TIMORE DNI
ET CONSOLATIONE SCI SPS
REPLEBATUR
XXVII FACTUM EST AUTEM UT PETRUS
DUM PERTRANSIRET UNI
UERSOS
DEUENIRET AD SCOS QUI HABITA
BANT LYDDAE
INUENIT AUTEM IBI HOMINEM
QUENDAM NOMINE AENEAM
AB ANNIS OCTO IACENTEM
IN GRABATTO
QUI ERAT PARALYTICUS
ET AIT ILLI PETRUS
AENEA SANAT TE DNS IHS XPS
SURGE ET STERNE TIBI
ET CONTINUO SURREXIT
ET UIDERUNT ILLUM OMNES
QUI HABITABANT LYDDAE
ET SARONAE
QUI CONUERSI SUNT AD DNM
IN IOPPE AUTEM FUIT QUAEDAM
DISCIPULA NOMINE TABITA
QUAE INTERPRETATA DICITUR
DORCAS
HAEC ERAT PLENA OPERIBUS
BONIS ET ELEMOSYNIS
QUAS FACIEBAT
FACTUM EST AUTEM IN DIEBUS ILLIS
UT INFIRMATA MORERETUR
QUAM CUM LAUISSENT
POSUERUNT EAM IN CENACULO

CUM AUTEM PROPE ESSET
LYDDA AB IOPPE
DISCIPULI AUDIENTES QUIA
PETRUS ESSET IN EA
MISERUNT DUOS UIROS AD EUM
ROGANTES NE PIGRITERIS
UENIRE USQUE AD NOS
EXSURGENS AUTEM PETRUS
UENIT CUM ILLIS
ET CUM ADUENISSET
DUXERUNT ILLUM IN CENACULUM
ET CIRCUM STETERUNT ILLUM
OMNES UIDUAE
FLENTES ET OSTENDENTES
TUNICAS ET UESTES
QUAS FACIEBAT ILLIS DORCA
EIECTIS AUTEM OMNIB' FORAS
PETRUS PONENS GENUA
ORAUIT
ET CONUERSUS AD CORPUS DIXIT
TABITA SURGE
AT ILLA APERUIT OCULOS SUOS
ET UISO PETRO RESEDIT
DANS AUTEM ILLI MANUM
EREXIT EAM
ET CUM UOCASSET SCŌS ET UIDUAS
ADSIGNAUIT EAM UIUAM
NOTUM AUTEM FACTUM EST
PER UNIUERSAM IOPPEN
ET CREDIDERUNT MULTI IN DNŌ
FACTUM EST AUTEM UT DIES
MULTOS MORARETUR IN IOPPE
APUD QUENDAM SIMONEM
CORIARIUM
xxvii UIR AUTEM QUIDAM ERAT
IN CAESAREA
NOMINE CORNELIUS CENTURIO
COHORTIS QUAE DICITUR
ITALICA
RELIGIOSUS ET TIMENS DM̄
CUM OMNI DOMO SUA
FACIENS ELEMOSȲNAS
MULTAS PLEBI

ET DEPRECANS DM̄ SEMPER
UIDIT IN UISU MANIFESTE
QUASI HORA NONA DIEI
ANGELUM DĪ INTROEUNTEM AD SE
ET DICENTEM SIBI CORNELI
AT ILLE INTUENS IN EUM TIMORE
CORREPTUS DIXIT QUID EST DNĒ
DIXIT AUTEM ILLI
ORATIONES TUAE ET ELEMOSYNAE
TUAE ASCENDERUNT IN MEMO
RIAM IN CONSPECTU DĪ
ET NUNC MITTE UIROS IN IOPPEN
ET ARCESSI SIMONEM QUENDAM
QUI COGNOMINATUR PETRUS
HIC HOSPITATUR APUD SIMO
NEM QUENDAM CORIARIUM
CUIUS EST DOMUS IUXTA MARE
ET CUM DISCESSISSET ANGELUS
QUI LOQUEBATUR ILLI
UOCAUIT DUOS DOMESTICOS
SUOS ET MILITEM METUEN
TEM DNM̄
EX HIS QUI ILLI PAREBANT
QUIBUS CUM NARRASSET OMNIA
MISIT ILLOS IN IOPPEN
POSTERA AUTEM DIE ITER ILLIS
FACIENTIBUS ET ADPROPIN
QUANTIBUS CIUITATI
ASCENDIT PETRUS IN SUPERIORA
UT ORARET CIRCA HORAM
SEXTAM
ET CUM ESURIRET UOLUIT
GUSTARE
PARANTIBUS AUTEM EIS
CECIDIT SUPER EUM MENTIS
EXCESSUS
ET UIDIT CAELUM APERTUM
ET DESCENDENS UAS QUODDAM
UELUT LINTEUM MAGNUM
QUATTUOR INITIIS SUMMITTI
DE CAELO IN TERRAM
IN QUO ERANT OMNIA QUADRU
PEDIA ET SERPENTIA TERRAE

ETUOLATILIA CAELI
ETFACTAEST UOX ADEUM
SURGE PETRE OCCIDEETMANDUCA
AIT AUTEM PETRUS ABSITDNE
QUIA NUMQUAM MANDUCAUI
OMNECOMMUNE ETINMUNDŪ
ETUOX ITERUM SECUNDO ADEŪ
QUAEDS̄ PURIFICAUIT TU
COMMUNE NEDIXERIS
HOC AUTEM FACTUM EST PERTER
ETSTATIM RECEPTUM EST
UAS INCAELUM
ETDUM INTRA SE HESITARET
PETRUS QUIDNAM ESSET
UISIO QUAM UIDISSET
ECCE UIRI QUI MISSI ERANT
ACORNELIO
INQUIRENTES DOMUM SIMONIS
ADSTITERUNT ADIANUAM
ETCUM UOCASSENT INTERRO
GABANT SI SIMON QUI COGNO
MINATUR PETRUS ILLIC
HABERET HOSPITIUM
PETRO AUTEM COGITANTE
DEUISIONE DIXIT SP̄S EI
ECCE UIRI TRES QUAERUNT TE
SURGE ITAQUE ET DISCENDE
ETUADE CUM EIS
NIHIL DUBITANS QUIA EGO
MISI ILLOS
DESCENDENS AUTEM PETRUS
ADUIROS DIXIT
ECCE EGO SUM QUEM QUAERITIS
QUAE CAUSA EST PROPTER
QUAM UENISTIS
QUI DIXERUNT
CORNELIUS CENTURIO UIR
IUSTUS ETTIMENS DM̄
ETTESTIMONIUM HABENS
ABUNIUERSA GENTE IUDAEORŪ
RESPONSUM ACCEPIT ABAN
GELO SC̄O ARCESSIRE TE IN
DOMUM SUAM

ETAUDIRE UERBA ABSTE
INTRODUCENS IGITUR EOS
RECEPIT HOSPITIO
SEQUENTI AUTEM DIE SURGENS
PROFECTUS EST CUM EIS
ETQUIDAM EXFRATRIBUS
AIOPPEN COMITATI SUNT EUM
ALTERA AUTEM DIE INTROIUIT
CAESAREAM
XCIX CORNELIUS UERO EXPECTA
BAT ILLOS
CONUOCATIS COGNATIS SUIS
ETNECESSARIIS AMICIS
ETFACTUM EST CUM INTROISSET
PETRUS
OBUIUS EI CORNELIUS
ETPROCIDENS ADPEDES EIUS
ADORAUIT
PETRUS UERO LEUAUIT EUM DICĒS
SURGE ET EGO IPSE HOMO SUM
ETLOQUENS CUM ILLO INTRAUIT
ETINUENIT MULTOS
QUI CONUENERANT
DIXITQUE ADILLOS
UOS SCITIS QUOMODO ABOMINA
TUM SIT UIRO IUDAEO
CONIUNGI AUT ACCEDERE
ADALIENIGENAM
ETMIHI OSTENDIT DS̄ NEMINEM
COMMUNEM AUT INMUNDŪ
DICERE HOMINEM
PROPTER QUOD SINE DUBITATI
ONE UENI ARCESSITUS
INTERROGO ERGO QUAM OB
CAUSAM ARCESSISTIS ME
ETCORNELIUS AIT
ANUDIUS QUARTANA DIE USQUE
INHANC HORAM ORANS ERAM
HORA NONA INDOMO MEA
ETECCE UIR STETIT ANTE ME
INUESTE CANDIDA ET AIT
CORNELI EXAUDITA EST
ORATIO TUA

et elemosynae tuae
commemoratae sunt
in conspectu di
mitte ergo in ioppen
et arcessi simonem qui
cognominatur petrus
hic hospitatur in domo simo
nis coriarii iuxta mare
confestim igitur misi ad te
et tu benefecisti veniendo
nunc ergo omnes nos in con
spectu tuo adsumus
audire omnia quaecumque
tibi praecepta sunt a dno
xxx Aperiens autem os petrus
dixit
in veritate conperi
quoniam non est persona
rum acceptor ds
sed in omni gente qui timet
eum et operatur iustitiam
acceptus est illi
Verbum misit filiis israhel
adnuntians pacem per
ihm xpm
hic est omnium dns
vos scitis quod factum est
verbum per universam
iudaeam
incipiens enim a galilaea
post baptismum quod
praedicavit iohannes
ihm a nazareth
quomodo unxit eum ds
spu sco et virtute
qui pertransiuit benefa
ciendo et sanando oppres
sos a diabolo
quoniam ds erat cum illo
Et nos testes sumus omnium
quae fecit in regione iudae
orum et in hierusalem
quem et occiderunt
suspendentes in ligno
hunc ds suscitavit tertia die
et dedit eum manifestum
fieri non omni populo
sed testibus praeordinatis a do
nobis qui manducavimus
et bibimus cum illo
post quam resurrexit
a mortuis
et praecepit nobis praedicare
populo et testificari
quia ipse est qui constitu
tus est a do
iudex vivorum et mortuorum
huic omnes prophetae
testimonium perhibent
remissionem omnium pec
catorum accipere per no
men eius
omnes qui credunt in eum
Adhuc loquente petro
verba haec
cecidit sps scs super omnes
qui audiebant verbum
et obstipuerunt ex circum
cisione fideles qui vene
runt cum petro
quia et in nationes gratia
sps sci effusa est
audiebant enim illos loque
tes linguis et magnifi
cantes dm
tunc respondit petrus
numquid aquam quis
prohibere potest
ut non baptizentur hi qui
spm scm acceperunt
sicut et nos
et iussit eos in nomine ihu
xpi baptizari
tunc rogaverunt eum ut
manerent aliquot diebus
xxi Audierunt autem apostoli

ET FRATRES QUI ERANT IN
IUDAEA
QUONIAM ET GENTES RECEPE
RUNT UERBUM DI
CUM ASCENDISSET AUTEM PETRUS
IN HIEROSOLYMAM
DISCEPTABANT ADUERSUS ILLUM
QUI ERANT EX CIRCUMCISIONE
DICENTES
QUARE INTROISTI AD UIROS
PRAEPUTIUM HABENTES
ET MANDUCASTI CUM ILLIS
INCIPIENS AUTEM PETRUS
EXPONEBAT ILLIS ORDINEM
DICENS
EGO ERAM IN CIUITATE IOPPEN
ORANS
ET UIDI IN EXCESSU MENTIS
UISIONEM
DESCENDENS UAS QUODDAM
UELUT LINTEUM MAGNUM
QUATTUOR INITIIS SUMMITTI
DE CAELO
ET UENIT USQUE AD ME
IN QUO INTUENS CONSIDERABAM
ET UIDI QUADRUPEDIA TERRAE
ET BESTIAS ET REPTILIA
ET UOLATILIA CAELI
AUDIUI AUTEM ET UOCEM
DICENTEM MIHI
SURGE PETRE OCCIDE
ET MANDUCA
DIXI AUTEM NEQUAQUAM DNE
QUIA COMMUNE AUT INMUN
DUM NUMQUAM INTROIIT
IN OS MEUM
RESPONDIT AUTEM UOX
SECUNDO DE CAELO
QUAE DS MUNDAUIT
TU COMMUNE NE DIXERIS
HOC AUTEM FACTUM EST PER TER
ET RECEPTA SUNT RURSUM
OMNIA IN CAELUM

ET ECCE CONFESTIM TRES UIRI
ADSTITERUNT IN DOMO IN QUA
ERAM MISSI A CAESAREA AD ME
DIXIT AUTEM SPS MIHI UT IREM
CUM ILLIS NIHIL HESITANS
UENERUNT AUTEM MECUM
ET SEX FRATRES ISTI
ET INGRESSI SUMUS IN DOMUM
UIRI
NARRAUIT AUTEM NOBIS QUOMODO
UIDISSET ANGELUM IN DOMO SUA
STANTEM ET DICENTEM SIBI
MITTE IN IOPPEN ET ARCESSI
SIMONEM QUI COGNOMINA
TUR PETRUS
QUI LOQUETUR TIBI UERBA
IN QUIBUS SALUUS ERIS
TU ET UNIUERSA DOMUS TUA
CUM AUTEM COEPISSEM LOQUI
DECIDIT SPS SCS SUPER EOS
SICUT ET IN NOS IN INITIO
RECORDATUS SUM AUTEM
UERBI DNI SICUT DICEBAT
IOHANNES QUIDEM BAPTIZA
UIT AQUA
UOS AUTEM BAPTIZABIMINI
SPU SCO
SI ERGO EANDEM GRATIAM
DEDIT ILLIS DS
SICUT ET NOBIS QUI CREDIDIMUS
IN DNM IHM XPM
EGO QUIS ERAM QUI POSSEM
PROHIBERE DM
HIS AUDITIS TACUERUNT
ET GLORIFICAUERUNT DM
DICENTES
ERGO ET GENTIBUS DS PAENI
TENTIAM AD UITAM DEDIT
ET ILLI QUIDEM QUI DISPERSI
FUERANT A TRIBULATIONE
QUAE FACTA FUERAT
SUB STEPHANO
PERAMBULAUERUNT USQUE

FOENICEM ET CYPRUM
ET ANTHIOCIAM
NEMINI LOQUENTES UERBUM
NISI SOLIS IUDAEIS
ERANT AUTEM QUIDAM EX EIS
UIRI CYPRII ET CYRENEI
QUI CUM INTROISSENT
ANTHIOCIAM
LOQUEBANTUR ET AD GRECOS
ADNUNTIANTES DNM IHM
ET ERAT MANUS DNI CUM EIS
MULTUS QUIDEM NUMERUS
CREDENTIUM CONUERSUS
EST AD DNM
PERUENIT AUTEM SERMO AD
AURES ECCLESIAE QUAE ERAT
HIEROSOLYMIS SUPER ISTIS
ET MISERUNT BARNABAN
USQUE ANTHIOCIAM
QUI CUM PERUENISSET ET UIDIS
SET GRATIAM DI GAUISUS EST
ET HORTABATUR OMNES
PROPOSITO CORDIS
PERMANERE IN DNO
QUIA ERAT UIR BONUS ET PLE
NUS SPU SCO ET FIDE
ET ADPOSITA EST TURBA
MULTA DNO BARNABAS
PROFECTUS EST AUTEM THARSU
UT QUAERERET SAULUM
QUEM CUM INUENISSET
PERDUXIT ANTHIOCIAM
ET ANNUM TOTUM CONUERSATI
SUNT IN ECCLESIA
ET DOCUERUNT TURBAM MULTAM
ITA UT COGNOMINARENTUR
PRIMUM ANTHIOCIAE DISCI
PULI XPIANI
xxxi IN HIS AUTEM DIEBUS SUPER
UENERUNT AB HIEROSOLYMIS
PROPHETAE ANTHIOCIAM
ET SURGENS UNUS EX EIS
NOMINE AGABUS
SIGNIFICABAT PER SPM FAMEM
MAGNAM FUTURAM IN UNI
UERSU ORBE TERRARUM
QUAE FACTA EST SUB CLAUDIO
DISCIPULI AUTEM PROUT QUIS
HABEBAT PROPOSUERUNT
IN MINISTERIUM MITTERE
HABITANTIBUS IN IUDAEA
FRATRIBUS
QUOD ET FECERUNT
MITTENTES AD SENIORES
PER MANUS BARNABAE
ET SAULI
EODEM AUTEM TEMPORE MISIT
HERODES REX MANUS
UT ADFLIGERET QUOSDAM
DE ECCLESIA
OCCIDIT AUTEM IACOBUM
FRATREM IOHANNIS GLADIO
UIDENS AUTEM QUIA PLACERET
IUDAEIS
ADPOSUIT ADPREHENDERE
ET PETRUM
ERANT AUTEM DIES AZYMORUM
QUEM CUM ADPREHENDISSET
MISIT IN CARCEREM
TRADENS QUATTUOR QUATER
NIONIBUS MILITUM CUSTO
DIRE EUM
UOLENS POST PASCHA PRODU
CERE EUM POPULO
ET PETRUS QUIDEM SERUA
BATUR IN CARCERE
ORATIO AUTEM FIEBAT SINE
INTERMISSIONE AB ECCLESIA
AD DM PRO EO
xxxii CUM AUTEM PRODUCTURUS
EUM ESSET HERODES
IN IPSA NOCTE ERAT PETRUS
DORMIENS INTER DUOS
MILITES
UINCTUS CATENIS DUABUS
ET CUSTODES ANTE OSTIUM

CUSTODIEBANT CARCEREM
ET ECCE ANGELUS DNI ADSTITIT
ET LUMEN REFULSIT IN HABITACULO
PERCUSSOQUE LATERE PETRI
SUSCITAVIT EUM DICENS
SURGE VELOCITER
ET CECIDERUNT CATENAE
DE MANIBUS EIUS
DIXIT AUTEM ANGELUS AD EUM
PRAECINGERE ET CALCIATE
GALLICULAS TUAS
ET FECIT SIC ET DIXIT ILLI
CIRCUMDA TIBI VESTIMENTUM
TUUM ET SEQUERE ME
ET EXIENS SEQUEBATUR EUM
ET NESCIEBAT QUIA VERUM EST
QUOD FIEBAT PER ANGELUM
AESTIMABAT AUTEM SE VISUM
VIDERE
TRANSEUNTES AUTEM PRIMAM
ET SECUNDAM CUSTODIAM
VENERUNT AD PORTAM FERREAM
QUAE DUCIT AD CIVITATEM
QUAE ULTRO APERTA EST EIS
ET EXEUNTES PROCESSERUNT
VICUM UNUM
ET CONTINUO DISCESSIT ANGE
LUS AB EO
ET PETRUS AD SE REVERSUS DIXIT
NUNC SCIO VERE QUIA MISIT
DNS ANGELUM SUUM
ET ERIPUIT ME DE MANU
HERODIS ET DE OMNI EXPEC
TATIONE PLEBIS IUDAEORUM
CONSIDERANSQUE VENIT
AD DOMUM MARIAE MATRIS
IOHANNIS QUI COGNOMINA
TUS EST MARCUS
UBI ERANT MULTI CONGREGATI
ET ORANTES
PULSANTE AUTEM EO OSTIUM
IANUAE
PROCESSIT PUELLA AD AUDIENDUM
NOMINE RODAE
ET UT COGNOVIT VOCEM PETRI
PRAE GAUDIO NON APERUIT
IANUAM
SED INTRO CURRENS NUNTIAVIT
STARE PETRUM ANTE IANUAM
AT ILLI DIXERUNT AD EAM
INSANIS
ILLA AUTEM ADFIRMABAT
SIC SE HABERE
ILLI VERO DICEBANT
ANGELUS EIUS EST
PETRUS AUTEM PERSEVERA
BAT PULSANS
CUM AUTEM APERUISSENT
VIDERUNT EUM ET OBSTUPUERUNT
ANNUENS AUTEM EIS MANU
UT TACERENT
NARRAVIT QUOMODO DNS
EDUXISSET EUM DE CARCERE
DIXITQUE NUNTIATE IACOBO
ET FRATRIBUS HAEC
ET EGRESSUS ABIIT IN ALIUM LOCUM
XXXI FACTA AUTEM DIE ERAT NON PAR
VA TURBATIO INTER MILITES
QUIDNAM DE PETRO FACTUM
ESSET
HERODES AUTEM CUM REQUI
SISSET EUM ET NON INVENISSET
INQUISITIONE FACTA DE CUSTODIB.
IUSSIT EOS DUCI
DESCENDENSQUE A IUDAEA
IN CAESAREAM IBI COMMO
RATUS EST
ERAT AUTEM IRATUS TYRIIS
ET SIDONIIS
AT ILLI UNANIMES VENERUNT
AD EUM
ET PERSUASO BLASTO QUI ERAT
SUPER CUBICULUM REGIS
POSTULABANT PACEM
EO QUOD ALERENTUR REGIONES
EORUM AB ILLO

STATUTO DIE HERODES UESTITUS
EST UESTE REGIA
SEDIT QUE PRO TRIBUNALI
ET CONTIONABATUR AD EOS
POPULUS AUTEM CLAMABAT
DI UOCES ET NON HOMINIS
CONFESTIM AUTEM PERCUS
SIT EUM ANGELUS DNI
EO QUOD NON DEDISSET HONO
REM DO
ET CONSUMTUS A UERMIBUS
EXSPIRAUIT
UERBUM AUTEM DNI CRESCEBAT
ET MULTIPLICABATUR
BARNABAS AUTEM ET SAULUS
REUERSI SUNT AB HIEROSOLYMIS
EXPLETO MINISTERIO
ADSUMTO IOHANNE QUI COGNO
MINATUS EST MARCUS
xxxv ERANT AUTEM IN ECCLESIA QUAE
ERAT ANTHIOCIAE
PROPHETAE ET DOCTORES
IN QUIBUS BARNABAS ET SIMEON
QUI UOCABATUR NIGER
ET LUCIUS CYRENENSIS
ET MANAEN QUI ERAT HERODIS
TETRARCHAE CONLACTANEUS
ET SAULUS
MINISTRANTIBUS AUTEM ILLIS
DNO ET IEIUNANTIBUS
DIXIT SPS SCS
SEGREGATE MIHI BARNABAN
ET SAULUM IN OPUS QUOD
ADSUMSI EOS
TUNC IEIUNANTES ET ORANTES
INPONENTES QUE EIS MANUS
DIMISERUNT ILLOS
ET IPSI QUIDEM MISSI AB SPU
SCO ABIERUNT SELEUCIAM
ET INDE NAUIGAUERUNT CYPRU
ET CUM UENISSENT SALAMINA
PRAEDICABANT UERBUM DI
IN SYNAGOGIS IUDAEORUM

HABEBANT AUTEM ET IOHANNEM
IN MINISTERIO
ET CUM PERAMBULASSENT
UNIUERSAM INSULAM
USQUE PHAFUM
INUENERUNT UIRUM QUENDA
MAGUM PSEUDOPROPHETA
IUDAEUM
CUI NOMEN ERAT BARIESU
QUI ERAT CUM PRO CONSULE
SERGIO PAULO UIRO PRUDENTE
HIC ACCERSITIS BARNABA ET PAULO
DESIDERABAT AUDIRE UER
BUM DNI
RESISTEBAT AUTEM ILLIS
ELYMAS MAGUS
SIC ENIM INTERPRETATUR
NOMEN EIUS
QUAERENS AUERTERE
PRO CONSULE A FIDE
SAULUS AUTEM QUI ET PAULUS
REPLETUS SPU SCO
INTUENS IN EUM DIXIT
O PLENE OMNI DOLO ET OMNI
FALLACIA FILI US DIABOLI
INIMICE OMNIS IUSTITIAE
NON DESINIS SUBUERTERE
UIAS DNI RECTAS
ET NUNC ECCE MANUS DNI
SUPER TE ET ERIS CAECUS
NON UIDENS SOLEM
USQUE AD TEMPUS
ET CONFESTIM CECIDIT IN EUM
CALIGO ET TENEBRAE
ET CIRCUIENS QUAEREBAT
QUI EI MANUM DARET
TUNC PRO CONSUL CUM UIDIS
SET FACTUM
CREDIDIT ADMIRANS SUPER
DOCTRINA DNI
xxxvi ET CUM A PAPHO NAUIGASSENT
PAULUS ET QUI CUM EO UENE (ERANT)
RUNT PERGEN PAMPHILIAE

IOHANNES AUTEM DISCEDENS AB EIS
REUERSUS EST HIEROSOLYMAM
ILLI UERO PERTRANSEUNTES
PERGEN UENERUNT ANTHI
OCIAM PISIDIAE
ET INGRESSI SYNAGOGAM DIE
SABBATORUM SEDERUNT
POST LECTIONEM AUTEM
LEGIS ET PROPHETARUM
MISERUNT PRINCIPES SYNAGO
GAE AD EOS DICENTES
UIRI FRATRES
SI QUIS EST IN UOBIS SERMO
EXHORTATIONIS AD PLEBEM
DICITE
SURGENS AUTEM PAULUS
ET MANU SILENTIUM
INDICENS AIT
UIRI ISRAHELITAE ET QUI TIMETIS
DM AUDITE
DS PLEBIS ISRAHEL ELEGIT
PATRES NOSTROS
ET PLEBEM EXALTAUIT
CUM ESSENT INCOLAE
IN TERRA AEGYPTI
ET IN BRACHIO EXTENTO
EDUXIT EOS EX EA
ET PER QUADRAGINTA ANNORU
TEMPUS MORES EORUM
SUSTINUIT IN DESERTO
ET DESTRUENS GENTES SEPTE
IN TERRA CHANAAN
SORTE DISTRIBUIT EIS
TERRAM EORUM
QUASI POST QUADRINGENTOS
ET QUINQUAGINTA ANNOS
ET POST HAEC DEDIT IUDICES
USQUE AD SAMUHEL PROPHETA
ET EXINDE POSTULAUERUNT
REGEM
ET DEDIT ILLIS DS SAUL FILIUM
CIS UIRUM DE TRIBU BENIAMIN
ANNIS QUADRAGINTA

ET AMOTO ILLO
SUSCITAUIT ILLIS DAUID REGEM
CUI ET TESTIMONIUM
PERHIBENS DIXIT
INUENI DAUID FILIUM IESSE
UIRUM SECUNDUM COR
MEUM QUI FACIET OMNES
UOLUNTATES MEAS
HUIUS DS EX SEMINE SECUNDU
PROMISSIONEM EDUXIT ISRL
SALUATOREM IHM
PRAEDICANTE IOHANNE ANTE
FACIEM ADUENTUS EIUS
BAPTISMUM PAENITENTIAE
OMNI POPULO ISRAHEL
CUM IMPLERET AUTEM IOHAN
NES CURSUM SUUM DICEBAT
QUEM ME ARBITRAMINI ESSE
NON SUM EGO
SED ECCE UENIT POST ME
CUIUS NON SUM DIGNUS
CALCIAMENTA PEDUM
SOLUERE
XXVIII UIRI FRATRES FILII GENERIS
ABRAHAM ET QUI IN UOBIS
TIMENT DM
UOBIS UERBUM SALUTIS
HUIUS MISSUM EST
QUI ENIM HABITABANT HIERU
SALEM ET PRINCIPES EIUS
HUNC IGNORANTES ET UOCES
PROPHETARUM QUAE PER
OMNEM SABBATUM LEGUNTUR
IUDICANTES IMPLEUERUNT
ET NULLAM CAUSAM MORTIS
INUENIENTES IN EUM
PETIERUNT A PILATO UT INTER
FICERENT EUM
CUMQUE CONSUMMASSENT
OMNIA QUAE DE EO SCRIPTA SUNT
DEPONENTES EUM DE LIGNO
POSUERUNT IN MONUMENTO
DS UERO SUSCITAUIT EUM

a mortuis tertia die
qui uisus est per dies multos
his qui simul ascenderant
cum eo de galilaea in hieru
salem
qui usque nunc sunt testes
eius ad plebem
et nos uobis adnuntiamus
eam quae ad patres nostros
repromissio facta est
quoniam hanc ds adimpleuit
filiis nostris resuscitans ihm
sicut et in psalmo secundo
scriptum est
filius meus es tu ego hodie
genui te
quod autem suscitauerit
eum a mortuis
amplius iam non reuersurum
in corruptionem ita dixit
quia dabo uobis sca dauid
fidelia
ideo que et alias dicit
non dabis scm tuum uidere
corruptionem
dauid enim sua generatione
cum administrasset
uoluntati di
dormiuit et adpositus est
ad patres suos
et uidit corruptionem
quem uero ds suscitauit
non uidit corruptionem
notum igitur sit uobis
uiri fratres
quia per hunc uobis remissio
peccatorum adnuntiatur
ab omnibus quibus non potu
istis in lege mosi iustificari
in hoc omnis qui credit
iustificatur
uidete ergo ne superueniat
quod dictum est in prophetis

uidete contemptores et adm
iramini et dispereamini
quia opus operor ego
in diebus uestris
opus quod non credetis
si quis enarrauerit uobis
Exeuntibus autem illis
rogabant ut sequenti sabbato
loquerentur sibi uerba haec
cumque dimissa esset
sinagoga
secuti sunt multi iudaeorum
et colentium aduenarum
paulum et barnaban
qui loquentes suadebant eis
ut permanerent
in gratia di
Sequenti uero sabbato
pene uniuersa ciuitas
conuenit audire
uerbum dni
uidentes autem turbas
iudaei repleti sunt zelo
et contradicebant his
quae a paulo dicebantur
blasphemantes
tunc constanter
paulus et barnabas
dixerunt
uobis oportebat primum
loqui uerbum di
sed quoniam reppulistis
illud
et indignos uos iudicastis
aeternae uitae
ecce conuertimur
ad gentes
sic enim praecepit
nobis dns
posui te in lumen gentibus
ut sis in salutem usque ad
extremum terrae
audientes autem gentes

exvisae sunt et glorifica
 bant verbum dni
et crediderunt quotquot
 erant praeordinati
 ad vitam aeternam
disseminabatur autem ver
 bum dni in universam
 regionem
iudaei autem concitaverunt
 religiosas mulieres et ho
 nestas
et primos civitatis
et excitaverunt seditionem
 in paulum et barnaban
et eiecerunt eos de finib· suis
at illi excusso pulvere
 pedum in eos
venerunt iconium
discipuli quoque repleban
 tur gaudio et spu sco
xxxvii Factum est autem in iconio
 ut simul introirent in sy
 nagogam iudaeorum
 et loquerentur
ita ut crederent iudaeoru-
 et graecorum copiosa
 multitudo
qui vero incredibiles fuerunt
 iudaei suscitaverunt
et ad iracundiam concitave
 runt animas gentium
 adversus fratres
multo igitur tempore
 demorati sunt fiduciali
 ter agentes in dno
testimonium perhibente
 verbo gratiae suae
dante signa et prodigia fieri
 per manus eorum
divisa est autem multitudo civitatis
et quidam quidem erant
 cum iudaeis
quidam vero cum apostolis

Cum autem factus esset
 impetus gentilium
 et iudaeorum cum prin
 cipibus suis
ut contumeliis adficerent
 et lapidarent eos
intellegentes confugerunt
 ad civitates lycaoniae
 lystram et derben
et universam in circuitu
 regionem
et ibi evangelizantes erant
xxxviii Et quidam vir lystris
infirmus pedibus sedebat
 claudus ex utero matris
 suae
qui numquam ambulaverat
hic audivit paulum
 loquentem
qui intuitus eum et videns
 quia haberet fidem
 ut salvus fieret
dixit magna voce
surge super pedes tuos
 rectus
et exilivit et ambulabat
Turbae autem cum vidissent
 quod fecerat paulus
levaverunt vocem suam
 lycaonice dicentes
dii similes facti hominibus
 descenderunt ad nos
et vocabant barnaban iove-
 paulum vero mercurium
quoniam ipse erat dux
 verbi
sacerdos quoque iovis qui
 erat ante civitatem
tauros et coronas ante ianuas
 adferens cum populis
 volebat sacrificare
quod ubi audierunt apostoli
 barnabas et paulus

CONSCISSIS TUNICIS SUIS
EXILIERUNT IN TURBAS
CLAMANTES ET DICENTES
UIRI QUID HAEC FACITIS
ET NOS MORTALES SUMUS
SIMILES UOBIS HOMINES
ADNUNTIANTES UOBIS AB HIS
UANIS CONUERTI AD DÑM UIUU̅
QUI FECIT CAELUM ET TERRAM
MARE ET OMNIA QUAE IN EIS SUNT
QUI IN PRAETERITIS GENERATI
ONIBUS DIMISIT OMNES
GENTES INGREDI UIAS SUAS
ET QUIDEM NON SINE TESTIMO
NIO SEMET IPSUM RELIQUIT
BENEFACIENS DE CAELO
DANS PLUUIAS ET TEMPORA
FRUCTIFERA
IMPLENS CIBO ET LAETITIA
CORDA UESTRA
ET HAEC DICENTES UIX SEDA
UERUNT TURBAS NE SIBI
IMMOLARENT
SUPERUENERUNT AUTEM
QUIDAM AB ANTHIOCIA
ET ICONIO IUDAEI
ET PERSUASIS TURBIS LAPIDAN
TESQUE PAULUM TRAXERUNT
EXTRA CIUITATEM
AESTIMANTES EUM
MORTUUM ESSE
CIRCUMDANTIBUS AUTEM
EUM DISCIPULIS
SURGENS INTRAUIT CIUITATEM
ET POSTERA DIE PROFECTUS EST
CUM BARNABA IN DERBEN
CUMQUE EUANGELIZASSENT
CIUITATI ILLI ET DOCUISSENT
MULTOS
REUERSI SUNT LYSTRAM
ET ICONIUM ET ANTHIOCIAM
CONFIRMANTES ANIMAS
DISCIPULORUM
EXHORTANTESQUE UT PERMA
NERENT IN FIDE
ET QUONIAM PER MULTAS
TRIBULATIONES OPORTET
NOS INTRARE IN REGNUM DĪ
ET CUM CONSTITUISSENT ILLIS
PER SINGULAS ECCLESIAS
PRESBYTEROS
ET ORANTES CUM IEIUNATIONIB'
COMMENDAUERUNT EOS
DÑO IN QUEM CREDIDERUNT
TRANSEUNTESQUE PISIDIAM
UENERUNT IN PAMPHILIAM
ET LOQUENTES IN PERGEN
UERBUM DÑI
DESCENDERUNT IN ATTALIAM
ET INDE NAUIGAUERUNT ANTHI
OCIAM
UNDE ERANT TRADITI GRATIAE DĪ
IN OPUS QUOD CONPLEUERUNT
CUM AUTEM UENISSENT
ET CONGREGASSENT
ECCLESIAM
RETTULERUNT QUANTA FECIS
SET DÑS CUM ILLIS
ET QUIA APERUISSET GENTIB'
OSTIUM FIDEI
MORATI SUNT AUTEM TEMPUS
NON MODICUM CUM DISCI
PULIS
XL ET QUIDAM DESCENDENTES
DE IUDAEA DOCEBANT FRATRES
QUIA NISI CIRCUMCIDAMINI
SECUNDUM MOREM MOSI
NON POTESTIS SALUI FIERI
FACTA ERGO SEDITIONE NON MINI
MA PAULO ET BARNABAE
ADUERSUS ILLOS
STATUERUNT UT ASCENDERENT
PAULUS ET BARNABAS
ET QUIDEM ALII EX ALIIS
AD APOSTOLOS ET PRESBYTEROS
IN HIERUSALEM

super hac quaestione
illi igitur deducti ab ecclesia
pertransiebant foenicen
et samariam
narrantes conversationem
gentium
et faciebant gaudium magnu
omnibus fratribus
Cum autem venissent
hierosolymam
suscepti sunt ab ecclesia
et ab apostolis et seniorib
adnuntiantes quanta ds
fecisset cum illis
Surrexerunt autem quidam
de heresi pharisaeorum
qui crediderant
dicentes quia oportet
circumcidi eos
praecipere quoque servare
legem mosi
conveneruntque apostoli
et seniores videre
de verbo hoc
Cum autem magna conqui
sitio fieret
surgens petrus dixit ad eos
Viri fratres
vos scitis quoniam ab antiquis
diebus in nobis elegit
ds per os meum audire
gentes verbum evangelii
et credere
et qui novit corda ds
testimonium perhibuit
dans illis scm spm sicut
et nobis
et nihil discrevit inter
nos et illos
fide purificans corda eorum
nunc ergo quid temtatis
dm inponere iugum super
cervices discipulorum

quod neque patres nostri
neque nos portare
potuimus
sed per gratiam dni ihu
credimus salvari quem ad
modum et illi
Tacuit autem omnis
multitudo
et audiebant barnaban
et paulum
narrantes quanta fecisset
ds signa et prodigia
in gentibus per eos
Et postquam tacuerunt
respondit iacobus dicens
viri fratres audite me
Simon narravit quemad
modum primum ds visi
tavit sumere ex gentib
populum nomini suo
et huic concordant verba
prophetarum
sicut scriptum est
post haec revertar et aedi
ficabo tabernaculum
quod decidit
et diruta eius reaedificabo
et erigam illud ut requirant
ceteri hominum dnm
et omnes gentes super quas
invocatum est
nomen meum
dicit dns faciens haec
notum a saeculo est dno
opus suum
Propter quod ego iudico
non inquietari eos qui ex
gentibus convertuntur
ad dnm
sed scribere ad eos ut absti
neant se a contaminati
onibus simulacrorum
et fornicatione

ET SUFFOCATIS ET SANGUINE
MOSES ENIM A TEMPORIBUS
ANTIQUIS HABET IN SINGULIS
CIUITATIBUS QUI EUM PRAE
DICENT IN SYNAGOGIS
UBI PER OMNE SABBATUM
LEGITUR
XLI TUNC PLACUIT APOSTOLIS ET SENI
ORIBUS CUM OMNI ECCLESIA
ELEGERE UIROS EX EIS ET MIT
TERE ANTHIOCIAM CUM PAU
LO ET BARNABA
IUDAM QUI COGNOMINATUR
BARSABBAN ET SILAM
UIROS PRIMOS IN FRATRIBUS
SCRIBENTES PER MANUS EORU̅
APOSTOLI ET SENIORES FRATRES
HIS QUI SUNT ANTHIOCIAE ET SY
RIAE ET CILICIAE FRATRIBUS
EX GENTIBUS SALUTEM
QUONIAM AUDIUIMUS QUIA
QUIDAM EX NOBIS EXEUNTES
TURBAUERUNT UOS UERBIS
EUERTENTES ANIMAS UESTRAS
QUIBUS NON MANDAUIMUS
PLACUIT NOBIS COLLECTIS IN
UNUM ELEGERE UIROS
ET MITTERE AD UOS
CUM CARISSIMIS NOSTRIS
BARNABA ET PAULO
HOMINIBUS QUI TRADIDERUNT
ANIMAS SUAS PRO NOMINE
DN̄I NOSTRI IH̄U XP̄I
MISIMUS ERGO IUDAM ET SILAM
QUI ET IPSI UOBIS UERBIS
REFERENT EADEM
UISUM EST ENIM SPIRITUI
SC̄O ET NOBIS
NIHIL ULTRA INPONERE UOBIS
ONERIS QUAM HAEC NECES
SARIA
UT ABSTINEATIS UOS AB IMMO
LATIS SIMULACRORUM
ET SANGUINE SUFFOCATO
ET FORNICATIONE
A QUIBUS CUSTODIENTES UOS
BENE AGETIS UALETE
ILLI IGITUR DIMISSI DESCEN
DERUNT ANTHIOCIAM
ET CONGREGATA MULTITUDINE
TRADIDERUNT EPISTULAM
QUAM CUM LEGISSENT
GAUISI SUNT SUPER CONSO
LATIONE
IUDAS AUTEM ET SILAS ET IPSI
CUM ESSENT PROPHETAE II.b.
UERBO PLURIMO CONSOLATI
SUNT FRATRES ET CONFIR
MAUERUNT
FACTO AUTEM IBI TEMPORE
DIMISSI SUNT CUM PACE
A FRATRIBUS AD EOS QUI
MISERUNT ILLOS
PAULUS AUTEM ET BARNABAS
DEMORABANTUR ANTHIOCIAE
DOCENTES ET EUANGELIZAN
TES CUM ALIIS PLURIBUS
UERBUM DN̄I
POST ALIQUOT AUTEM DIES
DIXIT AUTEM AD BARNABAN
PAULUS
REUERTENTES UISITEMUS
FRATRES
PER UNIUERSAS CIUITATES
IN QUIBUS PRAEDICAUIMUS
UERBUM DN̄I
QUOMODO SE HABEANT
BARNABAS AUTEM UOLEBAT
SECUM ADSUMERE ET IOHAN
NEM QUI COGNOMINATUR
MARCUS
PAULUS AUTEM ROGABAT EUM
QUI DISCESSISSET AB EIS
A PAMPHYLIA ET NON ISSET
CUM EIS IN OPUS NON DEBERE
RECIPI EUM

FACTA EST AUTEM DISSENSIO
ITA UT DISCEDERENT AB INUICEM
ET BARNABAS ADSUMPTO MARCO
NAUIGARET CYPRUM
PAULUS UERO ELECTO SILA
PROFECTUS EST TRADITUS
GRATIAE DNI A FRATRIBUS
PERAMBULABAT AUTEM SYRIAM
ET CILICIAM
CONFIRMANS ECCLESIAS
PERUENIT AUTEM DERBEN
ET LYSTRAM
xlii ET ECCE DISCIPULUS QUIDAM
ERAT IBI NOMINE TIMOTHEUS
FILIUS MULIERIS IUDAEAE
FIDELIS PATRE GENTILI
HUIC TESTIMONIUM REDDEBANT
QUI IN LYSTRIS ERANT
ET ICONIO FRATRES
HUNC UOLUIT PAULUS SECUM
PROFICISCI
ET ADSUMENS CIRCUMCIDIT
EUM PROPTER IUDAEOS QUI
ERANT IN ILLIS LOCIS
SCIEBANT ENIM OMNES QUOD
PATER EIUS GENTILIS ESSET
CUM AUTEM PERTRANSIRENT
CIUITATES
TRADEBANT EIS CUSTODIRE
DOGMATA QUAE ERANT DE
CRETA AB APOSTOLIS ET SENI
ORIBUS QUI ESSENT HIERO
SOLYMIS
ET ECCLESIAE QUIDEM CON
FIRMABANTUR FIDE
ET ABUNDABANT NUMERO
COTIDIE
TRANSEUNTES AUTEM FRYGIAM
ET GALATIAE REGIONEM
UETATI SUNT AB SPU SCO
LOQUI UERBUM IN ASIA
xliii CUM UENISSENT AUTEM IN
MYSIAM TEMTABANT IRE

BITHYNIAM
ET NON PERMISIT EOS SPS IHU
CUM AUTEM PERTRANSISSENT
MYSIAM DESCENDERUNT
TROADEM
ET UISIO PER NOCTEM PAULO
OSTENSA EST
UIR MACEDO QUIDAM ERAT
STANS ET DEPRECANS EUM
ET DICENS
TRANSIENS IN MACEDONIAM
ADIUUA NOS
UT AUTEM UISUM UIDIT
STATIM QUAESIUIMUS
PROFICISCI IN MACEDONIAM
CERTI FACTI QUIA UOCASSET NOS
DS EUANGELIZARE EIS
NAUIGANTES AUTEM A TROADE
RECTO CURSU UENIMUS
SAMOTHRACIAM
ET SEQUENTI DIE NEAPOLIM
ET INDE PHILIPPIS
QUAE EST PRIMA PARTE MACE
DONIAE CIUITAS COLONIA
ERAMUS AUTEM IN HAC URBE
DIEBUS ALIQUOT CONFERENTES
DIE AUTEM SABBATORUM
EGRESSI SUMUS FORAS PORTAM
IUXTA FLUMEN UBI UIDEBA
TUR ORATIO ESSE
ET SEDENTES LOQUEBAMUR
MULIERIBUS QUAE CONUE
NERANT
xliiii ET QUAEDAM MULIER NOMINE
LYDIA PURPURARIA
CIUITATIS THYATIRENORUM
COLENS DM AUDIUIT
CUIUS DNS APERUIT COR
INTENDERE HIS QUAE DICE
BANTUR A PAULO
CUM AUTEM BAPTIZATA ESSET
ET DOMUS EIUS
DEPRECATA EST DICENS

SI IUDICASTIS ME FIDELEM
DNO ESSE
INTROITE IN DOMUM MEAM
ET MANETE ET COEGIT NOS
xlv FACTUM EST AUTEM EUNTIB·
NOBIS AD ORATIONEM
PUELLAM QUANDAM HABENTE~
SPM PITHONEM OBUIARE
NOBIS
QUAE QUAESTUM MAGNUM
PRAESTABAT DOMINIS SUIS
DIUINANDO
HAEC SUBSECUTA PAULUM
ET NOS CLAMABAT DICENS
ISTI HOMINES SERUI DI EXCELSI
SUNT QUI ADNUNTIANT
UOBIS UIAM SALUTIS
HOC AUTEM FACIEBAT MULTIS
DIEBUS
DOLENS AUTEM PAULUS
ET CONUERSUS SPIRITUI DIXIT
PRAECIPIO TIBI IN NOMINE
IHU XPI EXIRE AB EA
ET EXIIT EADEM HORA
UIDENTES AUTEM DOMINI EIUS
QUIA EXIUIT SPES QUAESTUS
EORUM
ADPREHENDENTES PAULUM
ET SILAM PERDUXERUNT IN
AD FORUM AD PRINCIPES
ET OFFERENTES EOS MAGISTRA
TIBUS DIXERUNT
HI HOMINES CONTURBANT
CIUITATEM NOSTRAM
CUM SINT IUDAEI
ET ADNUNTIANT MOREM
QUEM NON LICET NOBIS SUSCI
PERE NEQUE FACERE
CUM SIMUS ROMANI
ET CONCURRIT PLEBS
ADUERSUS EOS
ET MAGISTRATUS SCISSIS
TUNICIS EORUM

eos
IUSSERUNT UIRGIS CAEDI
ET CUM MULTAS PLAGAS EIS
INPOSUISSENT
MISERUNT EOS IN CARCEREM
PRAECIPIENTES CUSTODI UT DILI
GENTER CUSTODIRET EOS
QUI CUM TALE PRAECEPTUM
ACCEPISSET
MISIT EOS IN INTERIOREM
CARCEREM
ET PEDES EORUM STRINXIT IN LIGNO
MEDIA AUTEM NOCTE PAULUS
ET SILAS ADORANTES DM
HYMNUM DICEBANT
ET AUDIEBANT EOS QUI IN CU
STODIA ERANT
SUBITO UERO TERRAEMOTUS
FACTUS EST MAGNUS
ITA UT MOUERENTUR FUNDA
MENTA CARCERIS
ET APERTA SUNT STATIM
OSTIA OMNIA
ET UNIUERSORUM UINCULA
SOLUTA SUNT
EXPERGEFACTUS AUTEM
CUSTOS CARCERIS
ET UIDENS APERTAS IANUAS
CARCERIS
EUAGINATO GLADIO UOLEBAT
SE INTERFICERE
AESTIMANS FUGISSE UINCTOS
CLAMAUIT PAULUS MAGNA
UOCE DICENS
NIHIL MALI TIBI FECERIS UNIUER
SI ENIM HIC SUMUS
PETITO QUE LUMINE INTRO
GRESSUS EST
ET TREMEFACTUS PROCIDIT
AD PEDES PAULO ET SILAE
ET PRODUCENS EOS FORAS AIT
DOMINI QUID ME OPORTET
FACERE UT SALUUS FIAM
AT ILLI DIXERUNT

CREDE IN DÑO IHU ET SALUAB
ERIS TU ET DOMUS TUA
ET LOCUTI SUNT EI UERBUM
DÑI CUM OMNIBUS QUI ERANT
IN DOMO EIUS
ET TOLLENS EOS IN ILLA HORA
NOCTIS LAUIT PLAGAS EORUM
ET BAPTIZATUS EST IPSE ET OM
NIS DOMUS EIUS CONTINUO
CUMQUE PERDUXISSET EOS
IN DOMUM SUAM ADPOSUIT
EIS MENSAM
ET LAETATUS EST CUM OMNI
DOMO SUA CREDENS DO
ET CUM DIES FACTUS ESSET
MISERUNT MAGISTRATUS
LICTORES DICENTES
DIMITTITE HOMINES ILLOS
NUNTIAUIT AUTEM CUSTOS
CARCERIS UERBA HAEC PAULO
QUIA MISERUNT MAGISTRATUS
UT DIMITTAMINI
NUNC IGITUR EXEUNTES
ITE IN PACE
PAULUS AUTEM DIXIT EIS
CAESOS NOS PUBLICE INDEMNATOS
HOMINES ROMANOS MISERUNT
IN CARCEREM
ET NUNC ABSCONDITE NOS
EICIUNT NON ITA
SED UENIANT ET IPSI NOS EICIANT
NUNTIAUERUNT AUTEM MAGI
STRATIBUS LICTORES
UERBA HAEC
TIMUERUNTQUE AUDITO
QUOD ROMANI ESSENT
ET UENIENTES DEPRECATI
SUNT EOS
ET EDUCENTES ROGABANT
UT EGREDERENTUR URBE
EXEUNTES AUTEM DE CARCERE
INTROIERUNT AD LYDIAM
ET UISIS FRATRIBUS CONSOLATI

SUNT EOS ET PROFECTI SUNT
CUM AUTEM PERAMBULASSENT
AMFIPOLIM ET APOLLONIAM
UENERUNT THESSALONICAM
UBI ERAT SINAGOGA IUDAEORUM
SECUNDUM CONSUETUDINEM
AUTEM PAULUS INTROIUIT
AD EOS
ET PER SABBATA TRIA DISSERE
BAT EIS DE SCRIPTURIS
ADAPERIENS ET INSINUANS
QUIA XPM OPORTUIT PATI
ET RESURGERE A MORTUIS
ET QUIA HIC EST XPS IHS
QUEM EGO ADNUNTIO UOBIS
ET QUIDAM EX EIS CREDIDERUNT
ET ADIUNCTI SUNT PAULO ET SILAE
ET DE COLENTIBUS GENTILIBUS
QUE MULTITUDO MAGNA
ET MULIERES NOBILES
NON PAUCAE
XLVI ZELANTES AUTEM IUDAEI
ADSUMENTESQUE DE UULGO
UIROS QUOSDAM MALOS
ET TURBA FACTA CONCITAUE
RUNT CIUITATEM
ET ADSISTENTES DOMUI IASONIS
QUAEREBANT EOS PRODUCE
RE IN POPULUM
ET CUM NON INUENISSENT EOS
TRAHEBANT IASONEM ET QUOS
DAM FRATRES AD PRINCIPES
CIUITATIS CLAMANTES
QUONIAM HI QUI URBE
CONCITANT
ET HUC UENERUNT
QUOS SUSCEPIT IASON
ET HI OMNES CONTRA DECRETA
CAESARIS FACIUNT REGEM ALIUM
DICENTES ESSE IHM
CONCITAUERUNT AUTEM PLEBEM
ET PRINCIPES CIUITATIS
AUDIENTES HAEC

ET ACCEPTO SATIS AB IASONE
ET A CETERIS DIMISERUNT EOS
FRATRES UERO CONFESTIM PER
NOCTEM DIMISERUNT PAULUM
ET SILAM IN BEROEAM
QUI CUM AD UENISSENT IN SYNAGOGAM
IUDAEORUM INTROIERUNT
HI AUTEM ERANT NOBILIORES
EORUM QUI SUNT THESSA
LONICE
QUI SUSCEPERUNT UERBUM
CUM OMNI AUIDITATE
COTIDIE SCRUTANTES SCRIPTURAS
SI HAEC ITA SE HABERENT
ET MULTI QUIDEM CREDIDE
RUNT EX EIS
ET GENTILIUM MULIERUM
HONESTARUM ET UIRI
NON PAUCI
CUM AUTEM COGNOUISSENT
IN THESSALONICA IUDAEI
QUIA ET BEROEAE PRAEDICATUM
EST A PAULO UERBUM DI
UENERUNT ET ILLUC COMMO
UENTES ET TURBANTES
MULTITUDINEM
STATIMQUE TUNC PAULUM
DIMISERUNT FRATRES UT IRET
USQUE AD MARE
SILAS AUTEM ET TIMOTHEUS
REMANSERUNT IBI
QUI AUTEM DEDUCEBANT PAULUM
PERDUXERUNT EUM USQUE
ATHENAS
ET ACCEPTO MANDATO AB EO
AD SILAM ET TIMOTHEUM
UT QUAM CELERITER UENIRENT
AD ILLUM PROFECTI SUNT
XLVII PAULUS AUTEM CUM ATHENIS
EOS EXPECTARET
INCITABATUR SPS EIUS IN IPSO
UIDENS IDOLATRIAE DEDITAM
CIUITATEM

DISPUTABAT IGITUR IN SYNAGOGA
CUM IUDAEIS ET COLENTIBUS
ET IN FORO PER OMNES DIES
AD EOS QUI ADERANT
QUIDAM AUTEM EPICUREI ET
STOICI PHILOSOPHI
DISSEREBANT CUM EO
ET QUIDAM DICEBANT
QUID UULT SEMINIUERBIUS
HIC DICERE
ALII UERO NOUORUM DAEMO
NIORUM UIDETUR ADNUNTI
ATOR ESSE
QUIA IHM ET RESURRECTIONEM
ADNUNTIABAT EIS
ET ADPREHENSUM EUM AD ARIO
PAGUM DUXERUNT DICENTES
POSSUMUS SCIRE QUAE EST
HAEC NOUA QUAE A TE DICITUR
DOCTRINA
NOUA ENIM QUAEDAM INFERS
AURIBUS NOSTRIS
UOLUMUS ERGO SCIRE QUIDNAM
UELINT HAEC ESSE
ATHENIENSES ENIM OMNES
ET ADUENAE HOSPITES
AD NIHIL ALIUD UACABANT
NISI AUT DICERE AUT AUDIRE
ALIQUID NOUI
STANS AUTEM PAULUS IN MEDIO
ARIOPAGI AIT
UIRI ATHENIENSES PER OMNIA
QUASI SUPERSTITIOSIORES
UOS UIDEO
PRAETERIENS ENIM ET UIDENS
SIMULACRA UESTRA
INUENI ET ARAM IN QUA SCRIPTUM
ERAT IGNOTO DO
QUOD ERGO IGNORANTES COLITIS
HOC EGO ADNUNTIO UOBIS
DS QUI FECIT MUNDUM
ET OMNIA QUAE IN EO SUNT
HIC CAELI ET TERRAE CUM SIT DNS

NON IN MANU FACTIS TEMPLIS
INHABITAT
NEC MANIBUS HUMANIS COLITUR
INDIGENS ALIQUO
CUM IPSE DET OMNIBUS UITAM
ET INSPIRATIONEM ET OMNIA
FECIT QUE EX UNO OMNE GENUS
HOMINUM INHABITARE SUPER
UNIUERSAM FACIEM TERRAE
DEFINIENS STATUTA TEMPORA
ET TERMINOS HABITATIONIS EORUM
QUAERERE DM SI FORTE ADTRAC
TENT EUM
AUT INUENIANT
QUAMUIS NON LONGE SIT AB UNO
QUOQUE NOSTRUM
IN IPSO ENIM UIUIMUS ET MO
UEMUR ET SUMUS
SICUT ET QUIDAM UESTRUM
POETARUM DIXERUNT
IPSIUS ENIM ET GENUS SUMUS
GENUS ERGO CUM SIMUS DI
NON DEBEMUS AESTIMARE
AURO AUT ARGENTO
AUT LAPIDI SCULPTURAE ARTIS
ET COGITATIONIS HOMINIS
DIUINUM ESSE SIMILE
ET TEMPORA QUIDEM HUIUS
IGNORANTIAE DESPICIENS DS
NUNC ADNUNTIAT HOMINIBUS
UT OMNES UBIQ PAENITEN
TIAM AGANT
EO QUOD STATUIT DIEM IN QUA
IUDICATURUS EST ORBEM
IN AEQUITATE
IN UIRO IN QUO STATUIT
FIDEM PRAEBENS OMNIBUS
SUSCITANS EUM A MORTUIS
CUM AUDISSENT AUTEM RESUR
RECTIONEM MORTUORUM
QUIDAM QUIDEM INRIDEBANT
QUIDAM UERO DIXERUNT
AUDIEMUS TE DE HOC ITERUM

SIC PAULUS EXIUIT DE MEDIO
ILLORUM
QUIDAM UERO UIRI ADHERENTES
EI CREDIDERUNT
IN QUIBUS ET DIONISIUS
ARIOPAGITA
ET MULIER NOMINE DAMARIS
ET ALII CUM EIS
xlviii POST HAEC EGRESSUS AB ATHENIS
UENIT CORINTUM
ET INUENIENS QUENDAM IUDAEUM
NOMINE AQUILAM PONTICUM
GENERE
QUI NUPER UENERAT AB ITALIA
ET PRISCILLAM UXOREM EIUS
EO QUOD PRAECEPISSET CLAU
DIUS DISCEDERE OMNES
IUDAEOS A ROMA
ACCESSIT AD EOS
ET QUIA EIUSDEM ERAT ARTIS
MANEBAT APUD EOS ET OPE
RABATUR
ERAT AUTEM SCENAE FACTORIAE
ARTIS ET DISPUTABAT IN SYNAGOGA
CUM UENISSENT AUTEM
A MACEDONIA SILAS ET
TIMOTHEUS
INSTABAT UERBO PAULUS
TESTIFICANS IUDAEIS ESSE
XPM IHM
CONTRADICENTIBUS AUTEM
EIS ET BLASPHEMANTIBUS
EXCUTIENS UESTIMENTA
DIXIT AD EOS
SANGUIS UESTER SUPER
CAPUT UESTRUM
MUNDUS EGO EX HOC AD GEN
TES UADAM
ET MIGRANS INDE INTRAUIT
IN DOMUM CUIUSDAM TITI
NOMINE IUSTI COLENTIS DM
CUIUS DOMUS ERAT CONIUNCTA
SYNAGOGAE

PER OMNE SABBATUM SUADEBATQ IUDAEOS ET GRAECOS :

CRISPUS AUTEM ARCHISYNAGOGUS
CREDIDIT DNO CUM OMNI
DOMO SUA
ET MULTI CORINTHIORUM AUDI
ENTES CREDEBANT ET BAPTI
ZABANTUR
DIXIT AUTEM DNS NOCTE PER
UISIONEM PAULO
NOLI TIMERE SED LOQUERE
ET NE TACEAS
PROPTER QUOD EGO SUM TECUM
ET NEMO ADPONETUR TIBI
UT NOCEAT TE
QUONIAM POPULUS EST MIHI
MULTUS IN HAC CIUITATE
SEDIT AUTEM ANNUM ET SEX
MENSES DOCENS IN EIS
UERBUM DI
xlix GALLIONE AUTEM PROCONSULE
ACHAIAE
INSURREXERUNT UNO ANIMO
IUDAEI IN PAULUM
ET ADDUXERUNT EUM
AD TRIBUNAL DICENTES
QUIA CONTRA LEGEM HIC PER
SUADET HOMINIBUS
COLERE DM
INCIPIENTE AUTEM PAULO
APERIRE OS
DIXIT GALLIO AD IUDAEOS
SI QUIDEM ESSET INIQUUM
ALIQUID AUT FACINUS
PESSIMUM
O UIRI IUDAEI RECTE UOS SUSTI
NEREM
SI UERO QUAESTIONES SUNT
DE UERBO ET NOMINIBUS
ET LEGIS UESTRAE
UOS IPSI UIDERITIS
IUDEX EGO HORUM NOLO ESSE
ET MINAUIT EOS A TRIBUNALI
ADPREHENDENTES AUTEM
OMNES SOSTENEN

PRINCIPEM SYNAGOGAE
PERCUTIEBANT EUM ANTE
TRIBUNAL
ET NIHIL EORUM GALLIONI
CURAE ERAT
PAULUS UERO CUM ADHUC SUSTI
NUISSET DIES MULTOS
FRATRIBUS UALEFACIENS
NAUIGAUIT SYRIAM
ET CUM EO PRISCILLA ET AQUILA
QUI SIBI TOTONDERUNT
IN CENCRIS CAPUT
HABEBANT ENIM UOTUM
DEUENITQUE EFESUM
ET ILLOS IBI RELIQUIT
IPSE UERO INGRESSUS SYNAGO
GAM DISPUTAUIT CUM IUDAEIS
ROGANTIBUS AUTEM EIS
UT AMPLIORI TEMPORE
MANERET NON CONSENSIT
SED UALEFACIENS ET DICENS
ITERUM REUERTAR AD UOS
DO UOLENTE
PROFECTUS EST AB EFESO
ET DESCENDENS CAESAREAM
ASCENDIT ET SALUTAUIT
ECCLESIAM
ET DESCENDIT ANTHIOCIAM
ET FACTO IBI ALIQUANTO TEM
PORE PROFECTUS EST
PERAMBULANS EX ORDINE
GALATICAM REGIONEM
ET FRYGIAM
CONFIRMANS OMNES DISCIPULOS
L IUDAEUS AUTEM QUIDAM
APOLLO NOMINE
ALEXANDRINUS NATIONE
UIR ELOQUENS DEUENIT EFESUM
POTENS IN SCRIPTURIS
HIC ERAT EDOCTUS UIAM DNI
ET FERUENS SPU
LOQUEBATUR ET DOCEBAT
DILIGENTER EA QUAE SUNT IHU

sciens tantum baptisma
iohannis
hic ergo coepit fiducialiter
agere in synagoga
quae cum audissent priscilla
et aquila adsumserunt eu(m)
et diligentius exposuerunt
ei uiam di
cum autem uellet ire achaiam
exhortati fratres scripse
runt discipulis ut susci
perent eum
qui cum uenisset contulit
multum his qui crediderant
uehementer enim iudaeos
reuincebat
publice ostendens per scrip
turas esse xpm ihm
Factum est autem cum apol
lo esset corinthi
ut paulus peragratis superi
oribus partibus ueniret
efesum
et inueniret quosdam disci
pulos dixitque ad eos
si spm scm accepistis cre
dentes at illi ad eum
sed neque si sps scs est
audiuimus ille uero ait
in quo ergo baptizati estis
qui dixerunt in iohannis
baptismate
dixit autem paulus
iohannes baptizauit baptisma
paenitentiae populum
dicens in eum qui uenturus
esset post ipsum ut cre
derent hoc est in ihm
his auditis baptizati sunt
in nomine dni ihu
et cum inposuisset illis
manum paulus
uenit sps scs super eos

et loquebantur linguis
et prophetabant
erant autem omnes uiri
fere duodecim
introgressus autem synago
gam cum fiducia loque
batur
per tres menses disputans
et suadens de regno di 5
Cum autem quidam indura
rentur et non crederent
maledicentes uiam dni coram
multitudine
discedens ab eis segregauit
discipulos
cottidie disputans in scho
la tyranni cuiusdam
hoc autem factum est
per biennium
ita ut omnes qui habitabant
in asia audirent uerbum
dni iudaei atque gentiles
uirtutes que non quaslibet
ds faciebat per manus
pauli
ita ut etiam super languidos
deferrentur a corpore
eius sudaria uel semicintia
et recedebant ab eis
languores
et sps nequam egrediebantur
LI Temtauerunt autem quidam
et de circumeuntibus iudaeis
exorcistis
inuocare super eos qui habe
bant spiritus malos
nomen dni ihu dicentes
adiuro uos per ihm
quem paulus praedicat
erant autem quidam sceuae
iudaei principis sacerdotum
septem filii qui hoc
faciebant

+

Respondens autem sps
nequam dixit eis
ihm novi et paulum scio
vos autem qui estis
et insiliens homo in eos in quo
erat daemonium pessimus
et dominatus amborum
invaluit contra eos
ita ut nudi et vulnerati
effugerent de domo illa
hoc autem notum factum
est omnibus iudaeis
atque gentilibus qui habi
tabant ephesi
et cecidit timor super
omnes illos
et magnificabatur nomen
dni ihu
multique credentium
veniebant confitentes
et adnuntiantes actus suos
Multi autem ex his qui fue
rant curiosa sectati
contulerunt libros et com
busserunt coram omnibus
et computatis pretiis illorum
invenerunt pecuniam
denariorum quinquagin
ta milium
ita fortiter verbum dni
crescebat et confirmabatur
his autem expletis propo
suit paulus in spu
transita macedonia et achaia
ire hierosolymam
dicens quoniam postquam
fuero ibi
oportet me et romam videre
mittens autem in macedo
niam duos ex ministran
tibus sibi
timotheum et erastum
ipse remansit ad tempus in asia

LII · Facta est autem in illo tempore
turbatio non minima de via
demetrius enim quidam
nomine argentarius
faciens aedes argenteas dianae
praestabat artificibus
non modicum quaestum
quos convocans et eos qui
huiusmodi erant opifices
dixit
Viri scitis quia de hoc artificio
adquisitio est nobis
et videtis et auditis
quia non solum ephesi
sed pene totius asiae paulus
hic suadens avertit
multam turbam dicens
quoniam non sunt dii
qui manibus fiunt
non solum autem haec peri
clitabitur nobis pars
in redargutionem venire
sed et magnae dianae templum
in nihilum deputabitur
sed et destrui incipiet
maiestas eius
quam tota asia et orbis colit
his auditis repleti sunt ira
et exclamaverunt dicentes
magna diana ephesiorum
et impleta est civitas
confusione
et impetum fecerunt uno
animo in theatrum
rapto gaio et aristarcho
macedonibus comitibus
pauli
paulo autem volente intrare
in populum
non permiserunt discipuli
quidam autem et de asiae
principibus qui erant
amici eius

miserunt ad eum rogantes
ne se daret in theatrum
alii autem aliud clamabant
erat enim ecclesia confusa
et plures nesciebant qua
ex causa convenissent
de turba autem detraxerunt
alexandrum
propellentibus eum iudaeis
alexander ergo manu
silentio postulato
volebat rationem reddere
populo
quem ut cognoverunt
iudaeum esse
vox facta est una omnium
quasi per horas duas
clamantium
magna diana ephesiorum
Et cum sedasset scriba
turbas dixit
viri efesii
quis enim est hominum
qui nesciat ephesiorum
civitatem cultricem esse
magnae dianae iovis que
prolis
Cum ergo his contradici
non possit
oportet vos sedatos esse
et nihil temere agere
adduxistis enim homines
istos
neque sacrilegos neque
blasphemantes deam
vestram
quod si demetrius et qui
cum eo sunt artifices habent
adversus aliquem causam
conventus forenses aguntur
et proconsules sunt
accusent invicem
si quid autem alterius rei
quaeritis in legitima
ecclesia poterit absolvi
nam et periclitamur argui
seditionis hodiernae
cum nullus obnoxius sit
de quo possimus reddere
rationem concursus istius
et cum haec dixisset
dimisit ecclesiam
LIII Postquam autem cessavit
tumultus
vocatis paulus discipulis
et exhortatus eos valedixit
et profectus est ut iret
in macedoniam
cum autem perambulasset
partes illas
et exhortatus eos fuisset
multo sermone
venit ad graeciam
ubi cum fuisset menses tres
factae sunt illi insidiae a iudaeis
navigaturo in syriam
habuit que consilium
ut reverteretur per
macedoniam
comitatus autem cum eo
sopater p̄ri beroensis
thessalonicensium vero
aristharchus et secundus
et gaius derbeus et timo
theus
asiani vero tychicus
et trofimus
hi cum praecessissent
sustinebant nos troade
nos vero navigavimus post
dies azymorum a philippis
et venimus ad eos troadem
in diebus quinque
ubi demorati sumus
diebus septem
In una autem sabbati

CUM CONUENISSEMUS ADFRAN
GENDUM PANEM
PAULUS DISPUTABAT EIS PROFEC
TURUS INCRASTINUM
PROTRAXITQUE SERMONEM
USQUE IN MEDIAM NOCTEM
ERANT AUTEM LAMPADAE
COPIOSAE IN CENACULO
UBI ERAMUS CONGREGATI
SEDENS AUTEM QUIDAM
ADULESCENS NOMINE EUTY
CHUS SUPER FENESTRAM
CUM MERGERETUR SOMNO
GRAUI DISPUTANTE DIU PAULO
EDUCTUS SOMNO CECIDIT DE
TERTIO CENACULO DEORSUM
ET SUBLATUS EST MORTUUS
AD QUEM CUM DESCENDISSET
PAULUS
INCUBUIT SUPER EUM
ET COMPLEXUS DIXIT
NOLITE TURBARI ANIMA ENIM
IPSIUS IN EO EST
ASCENDENS AUTEM FRANGENSQ·
PANEM ET GUSTANS
SATISQUE ALLOCUTUS USQUE
AD LUCEM SIC PROFECTUS EST.
ADDUXERUNT AUTEM PUERU˜
UIUENTEM
ET CONSOLATI SUNT NON MINIME
NOS AUTEM ASCENDENTES NAUE˜
ENAUIGAUIMUS IN ASSON
INDE SUSCEPTURI PAULUM
SIC ENIM DISPOSUERAT IPSE
PER TERRAM ITER FACTURUS
CUM AUTEM CONUENISSET
NOS IN ASSON
ADSUMTO EO UENIMUS
MYTILENEN
ET INDE NAUIGANTES SEQUENTI
DIE UENIMUS CONTRA CHIUM
ET ALIA DIE ADPLICUIMUS SAMU˜
ET SEQUENTI DIE UENIMUS
MILETUM
PROPOSUERAT ENIM PAULUS
TRANSNAUIGARE EPHESUM
NE QUA MORA ILLI FIERET IN ASIA
FESTINABAT ENIM SI POSSIBILE
SIBI ESSET
UT DIEM PENTECOSTEN FACERET
HIEROSOLYMIS
A MILETO AUTEM MITTENS
EPHESUM
UOCAUIT MAIORES NATU
ECCLESIAE
QUI CUM UENISSENT AD EUM
ET SIMUL ESSENT DIXIT EIS
UOS SCITIS A PRIMA DIE QUA
INGRESSUS SUM IN ASIAM
QUALITER UOBISCUM PER OM
NE TEMPUS FUERIM
SERUIENS DNO CUM OMNI
HUMILITATE ET LACRIMIS
ET TEMTATIONIBUS QUAE MIHI
ACCIDERUNT EX INSIDIIS
IUDAEORUM
QUOMODO NIHIL SUBTRAXERIM
UOBIS UTILIUM
QUO MINUS ADNUNTIAREM
UOBIS ET DOCEREM UOS
PUBLICE
ET PER DOMOS TESTIFICANS
IUDAEIS ATQUE GENTILIBUS
IN DM PAENITENTIAM
ET FIDEM IN DNO NOSTRO IHU XPO
ET NUNC ECCE EGO ALLIGATUS SPU
UADO IN HIERUSALEM
QUAE IN EA UENTURA SUNT
MIHI IGNORANS
NISI QUOD SPS SCS PER OMNES
CIUITATES PROTESTATUR
MIHI DICENS
QUONIAM UINCULA ET TRIBU
LATIONES ME EXEMANENT
IN HIEROSOLYMIS
SED NIHIL HORUM UEREOR

NEC FACIO ANIMAM MEAM PRETI
OSIOREM QUAM ME
DUM MODO CONSUMMEM
CURSUM MEUM
ET MINISTERIUM QUOD ACCEPI
A DNO IHU
TESTIFICARI EUANGELIUM
GRATIAE DI
ET NUNC ECCE EGO SCIO QUIA
AMPLIUS NON UIDEBITIS
FACIEM MEAM
UOS OMNES PER QUOS TRANSIUI
PRAEDICANS REGNUM DI
QUA PROPTER CONTESTOR
UOS HODIERNA DIE
QUIA MUNDUS SUM A SANGUINE
OMNIUM
NON ENIM SUBTERFUGI QUO
MINUS ADNUNTIAREM
OMNE CONSILIUM DI UOBIS
ADTENDITE UOBIS ET UNIUERSO
GREGI IN QUO UOS SPS SCS
POSUIT EPISCOPOS
REGERE ECCLESIAM DI QUAM
ADQUISIUIT SANGUINE SUO
EGO SCIO QUONIAM INTRABUNT
POST DISCESSIONEM MEAM
LUPI GRAUES IN UOS
NON PARCENTES GREGI
ET EX UOBIS IPSIS EXSURGENT
UIRI LOQUENTES PERUERSA
UT ABDUCANT DISCIPULOS
POST SE
PROPTER QUOD UIGILATE
MEMORIA RETINENTES
QUONIAM PER TRIENNIUM
NOCTE ET DIE NON CESSAUI
CUM LACRIMIS MONENS
UNUM QUEMQUE UESTRUM
ET NUNC COMMENDO UOS DO
ET UERBO GRATIAE IPSIUS
QUI POTENS EST AEDIFICARE
ET DARE HEREDITATEM
IN SCIFICATIS OMNIBUS
ARGENTUM AUT AURUM AUT
UESTEM NULLIUS CONCUPIUI
IPSI SCITIS
QUONIAM AD EA QUAE MIHI OPUS
ERANT ET HIS QUI MECUM SUNT
MINISTRAUERUNT MANUS ISTAE
OMNIA OSTENDI UOBIS
QUONIAM SIC LABORANTES
OPORTET SUSCIPERE INFIRMOS
AC MEMINISSE UERBI DNI IHU
QUONIAM IPSE DIXIT
BEATIUS EST MAGIS DARE
QUAM ACCIPERE
ET CUM HAEC DIXISSET POSITIS
GENIBUS SUIS CUM OMNIB
ILLIS ORAUIT
MAGNUS AUTEM FLETUS EST
OMNIUM
ET PROCUMBENTES SUPER
COLLUM PAULI OSCULABAN
TUR EUM DOLENTES
MAXIME IN UERBO QUOD
DIXERAT
QUONIAM AMPLIUS FACIEM
EIUS NON ESSENT UISURI
ET DEDUCEBANT EUM AD NAUEM
LIIII CUM AUTEM FACTUM ESSET
UT NAUIGAREMUS ABSTRAC
TI AB EIS
RECTO CURSU UENIMUS CHO
ET SEQUENTI DIE RODUM
ET INDE PATARA
ET CUM INUENISSEMUS NAUEM
TRANSFRETANTEM FOENICEN
ASCENDENTES NAUIGAUIMUS
CUM PARUISSEMUS AUTEM
CYPRO
ET RELINQUENTES EAM
AD SINISTRAM NAUIGAUIMUS
IN SYRIAM ET UENIMUS TYRUM
IBI ENIM NAUIS ERAT EX
POSITURA ONUS

INUENTIS AUTEM DISCIPULIS
MANSIMUS IBI DIEBUS SEPTĒ
QUI PAULO DICEBANT PER SPM̄
NE ASCENDERET HIEROSOLYMA
ET EXPLICITIS DIEBUS PRO
FECTI IBAMUS
DEDUCENTIBUS NOS OMNIB'
CUM UXORIBUS ET FILIIS
USQUE FORAS CIUITATEM
ET POSITIS GENIBUS IN LITORE
ORAUIMUS
ET CUM UALE FECISSEMUS
IN UICEM ASCENDIMUS
IN NAUEM
ILLI AUTEM REDIERUNT IN SUA
NOS UERO NAUIGATIONE
EXPLICITA A TYRO
DESCENDIMUS PTOLOMAIDAM
ET SALUTATIS FRATRIBUS
MANSIMUS DIE UNA APUD ILLOS
ALIA AUTEM DIE PROFECTI
UENIMUS CAESAREAM
ET INTRANTES IN DOMUM
PHILIPPI EUANGELISTAE
QUI ERAT DE SEPTEM
MANSIMUS APUD EUM
HUIC AUTEM ERANT FILIAE
QUATTUOR UIRGINES
PROPHETANTES
LV ET CUM MORAREMUR
PER DIES ALIQUOT
SUPERUENIT QUIDAM A IUDAEA
PROPHETA NOMINE AGABUS
IS CUM UENISSET AD NOS
TULIT ZONAM PAULI
ET ALLIGANS SIBI PEDES ET
MANUS DIXIT
HAEC DICIT SPS SCS
UIRUM CUIUS EST ZONA HAEC
SIC ALLIGABUNT IN HIERUSALEM
IUDAEI ET TRADENT IN MA
NUS GENTIUM
QUOD CUM AUDISSEMUS
ROGABAMUS NOS ET QUI LOCI
ILLIUS ERANT NE ASCENDE
RET HIEROSOLYMA
TUNC RESPONDIT PAULUS
ET DIXIT
QUID FACITIS FLENTES
ET AFFLIGENTES COR MEUM
EGO ENIM NON SOLUM ALLIGARI
SED ET MORI IN HIERUSALEM
PARATUS SUM PROPTER
NOMEN DNI IHU
ET CUM EI SUADERE NON POS
SEMUS QUIEUIMUS
DICENTES DNI UOLUNTAS FIAT
LVI POST DIES AUTEM ISTOS
PRAEPARATI ASCENDEBA
MUS HIERUSALEM
UENERUNT AUTEM ET EX DISCI
PULIS A CAESAREA NOBISCUM
ADDUCENTES APUD QUEM
HOSPITAREMUR
MNASONEM QUENDAM CYPRIUM
ANTIQUUM DISCIPULUM
ET CUM UENISSEMUS
HIEROSOLYMA
LIBENTER EXCEPERUNT
NOS FRATRES
SEQUENTI AUTEM DIE INTRO
IBAT PAULUS NOBISCUM
AD IACOBUM
OMNESQUE COLLECTI SUNT
SENIORES
QUOS CUM SALUTASSET
NARRABAT PER SINGULA QUAE
FECISSET DS IN GENTIBUS
PER MINISTERIUM IPSIUS
AT ILLI CUM AUDISSENT
MAGNIFICABANT DM
DIXERUNTQUE EI
UIDES FRATER QUOT MILIA SUNT
IN IUDAEIS QUI CREDIDERUNT
ET OMNES AEMULATORES
SUNT LEGIS

AUDIERUNT AUTEM DE TE QUIA
DISCESSIONEM DOCEAS A MOSE
EORUM QUI PER GENTES SUNT
IUDAEORUM
DICENTES NON DEBERE EOS
CIRCUMCIDERE FILIOS SUOS
NEQUE SECUNDUM CONSUE
TUDINEM INGREDI
QUID ERGO EST
UTIQUE OPORTET CONUENIRE
MULTITUDINEM
AUDIENT ENIM TE SUPER
UENISSE
HOC ERGO FAC QUOD TIBI DICIMUS
SUNT NOBIS UIRI QUATTUOR
UOTUM HABENTES SUPER SE
HIS ADSUMTIS SC̃IFICA
TE CUM ILLIS
ET INPENDE IN ILLIS UT RA
DANT CAPITA
ET SCIENT OMNES QUIA QUAE
DE TE AUDIERUNT FALSA SUNT
SED AMBULAS ET IPSE CUSTO
DIENS LEGEM
DE HIS AUTEM QUI CREDIDE
RUNT EX GENTIBUS
NOS SCRIPSIMUS IUDICANTES
UT ABSTINEANT SE AB IDOLIS
IMMOLATO ET SANGUINE
ET SUFFOCATO ET FORNICA
TIONE
T LVII TUNC PAULUS ASSUMTIS UIRIS
POSTERA DIE PURIFICATUS
CUM ILLIS INTRAUIT IN TEMPLUM
ADNUNTIANS EXPLETIONEM
DIERUM PURIFICATIONIS
DONEC OFFERRETUR PRO UNO
QUOQUE EORUM OBLATIO
DUM ENIM SEPTEM DIES
CONSUMMARENTUR
HI QUI A BASIA ERANT IUDAEI
CUM UIDISSENT EUM IN TEMPLO
CONCITAUERUNT OMNEM
POPULUM
ET INIECERUNT EI MANUS
CLAMANTES
UIRI ISRAHELITAE ADIUUATE
HIC EST HOMO QUI ADUERSUS
POPULUM ET LEGEM ET LOCUM
HUNC OMNES UBIQUE DOCENS
INSUPER ET GENTILES INDUXIT
IN TEMPLUM
ET UIOLAUIT SC̃M LOCUM ISTUM
UIDERANT ENIM TROFIMUM
EPHESIUM IN CIUITATE
CUM IPSO
QUEM AESTIMAUERUNT
QUONIAM IN TEMPLUM
INDUXISSET PAULUS
COMMOTAQUE EST CIUITAS TOTA
ET FACTA EST CONCURSIO
POPULI
ET ADPREHENDENTES PAULUM
TRAHEBANT EUM EXTRA
TEMPLUM
ET STATIM CLAUSAE SUNT
IANUAE
QUAERENTIBUS AUTEM EUM
OCCIDERE
NUNTIATUM EST TRIBUNO
COHORTIS QUIA TOTA CON
FUNDITUR HIERUSALEM
QUI STATIM ADSUMTIS MILITIB·
ET CENTURIONIBUS
DECUCURRIT AD ILLOS
QUI CUM UIDISSENT TRIBUNUM
ET MILITES
CESSAUERUNT PERCUTERE
PAULUM
TUNC ACCEDENS TRIBUNUS
ADPREHENDIT EUM
ET IUSSIT ALLIGARI CATENIS
DUABUS
ET INTERROGABAT QUIS ESSET
ET QUID FECISSET
ALII AUTEM ALIUD CLAMABANT

IN TURBA
ET CUM NON POSSET CERTUM
COGNOSCERE PRAE TUMULTU
IUSSIT DUCI EUM IN CASTRA
ET CUM UENISSET AD GRADUS
CONTIGIT UT PORTARETUR
A MILITIBUS PROPTER
UIM POPULI
SEQUEBATUR ENIM MULTITUDO
POPULI CLAMANS TOLLE EUM
ET CUM COEPISSET INDUCI
IN CASTRA PAULUS
DICIT TRIBUNO
SI LICET MIHI LOQUI ALIQUID AD TE
QUI DIXIT GRAECE NOSTI
NONNE TU ES AEGYPTIUS QUI
ANTE HOS DIES TUMULTUM
CONCITASTI
ET EDUXISTI IN DESERTUM
QUATTUOR MILIA UIRORUM
SICARIORUM
ET DIXIT AD EUM PAULUS
EGO HOMO SUM QUIDEM
IUDAEUS
A THARSO CILICIAE NON IGNOTAE
CIUITATIS MUNICEPS
ROGO AUTEM TE PERMITTE
MIHI LOQUI AD POPULUM
ET CUM ILLE PERMISISSET
PAULUS STANS IN GRADIBUS
ANNUIT MANU AD PLEBEM
ET MAGNO SILENTIO FACTO
ALLOCUTUS EST HEBREA
LINGUA DICENS
UIRI FRATRES ET PATRES
AUDITE QUAM AD UOS NUNC
REDDO RATIONEM
CUM AUDISSENT AUTEM
QUIA HEBREA LINGUA
LOQUITUR AD ILLOS
MAGIS PRAESTITERUNT SILEN
TIUM ET DIXIT
EGO SUM UIR IUDAEUS
NATUS THARSO CILICIAE
NUTRITUS AUTEM IN ISTAM
CIUITATEM SECUS PEDES
GAMALIHEL
ERUDITUS IUXTA UERITATEM
PATERNAE LEGIS
AEMULATOR LEGIS SICUT ET UOS
OMNES ESTIS HODIE
QUI HANC UIAM PERSECUTUS
SUM USQUE AD MORTEM
ALLIGANS ET TRADENS IN CUSTO
DIA UIROS ET MULIERES
SICUT PRINCEPS SACERDOTUM
TESTIMONIUM MIHI REDDIT
ET OMNES MAIORES NATU
A QUIBUS ET EPISTULAS ACCIPI
ENS AD FRATRES DAMASCUM
PERGEBAM UT ADDUCEREM
INDE UINCTOS IN HIERUSA
LEM UT PUNIRENTUR
FACTUM EST AUTEM EUNTE
ME ET ADPROPINQUANTE
DAMASCO
MEDIA DIE SUBITO DE CAELO
CIRCUMFULSIT ME LUX
COPIOSA
ET DECIDENS IN TERRAM AUDI
UI UOCEM DICENTEM MIHI
SAULE SAULE QUID ME
PERSEQUERIS
EGO AUTEM RESPONDI
QUIS ES DNE
DIXITQUE AD ME
EGO SUM IHS NAZARENUS
QUEM TU PERSEQUERIS
ET QUI MECUM ERANT
LUMEN QUIDEM UIDERUNT
UOCEM AUTEM NON AUDIERUNT
EIUS QUI LOQUEBATUR MECUM
ET DIXI QUID FACIAM DNE
DNS AUTEM DIXIT AD ME
SURGENS UADE DAMASCUM
ET IBI TIBI DICETUR DE OMNIB'

quae te oportet facere
Et cum non viderem prae
claritate luminis illius
ad manum deductus a comi
tibus veni damascum
Annanias autem quidam
vir secundum legem
testimonium habens
ab omnibus habitantibus
iudaeis
veniens ad me
et adstans dixit mihi
saule frater respice
et ego eadem hora respexi
in eum
At ille dixit
ds patrum nostrorum
praeordinavit te ut cogno
sceres voluntatem eius
et videres iustum
et audires vocem ex ore eius
quia eris testis illius ad om
nes homines eorum
quae vidisti et audisti
Et nunc quid moraris
exsurge baptizare et ablue
peccata tua
invocato nomine ipsius
Factum est autem rever
tenti mihi in hierusalem
et oranti in templo
fieri me in stupore mentis
et videre illum dicentem
mihi
Festina et exi velociter
ex hierusalem
quoniam non recipient
testimonium tuum de me
Et ego dixi
dne ipsi sciunt quia ego eram
concludens in carcerem
et caedens per synagogas
eos qui credebant in te

Et cum funderetur sanguis
stephani testis tui
ego adstabam et consentiebam
et custodiebam vestimen
ta interficientium illum
Et dixit ad me
vade quoniam ego in nationes
longe mittam te
Audiebant autem eum usque
ad hoc verbum
et levaverunt vocem suam
dicentes
Tolle de terra eius modi
non enim fas est eum vivere
LVIII Vociferantibus autem eis
et proicientibus vesti
menta sua
et pulverem iactantibus
in aerem
iussit tribunus induci eum
in castra et flagellis caedi
et torqueri eum
ut sciret propter quam
causam sic adclamarent ei
Et cum adstrinxissent
eum loris
dixit adstanti sibi centuri
oni paulus
si hominem romanum
et indemnatum licet
vobis flagellare
Quo audito centurio
accessit ad tribunum
et nuntiavit dicens
quid acturus es
hic enim homo civis
romanus est
Accedens autem tribunus
dixit illi
dic mihi tu romanus es
At ille dixit etiam
Et respondit tribunus
ego multa pecunia civitatem

hanc consecutus sum
et paulus ait
ego autem et natus sum
protinus ergo discesserunt
ab illo qui eum torturi
erant
tribunus quoque timuit
post quam resciuit quia
ciuis romanus esset
et quia alligasset eum
Postera autem die uolens
scire diligentius qua ex
causa accusaretur a iudaeis
soluit eum
et iussit sacerdotes conue
nire et omne concilium
et producens paulum
statuit inter illos
lxx IN tendens autem concilium
paulus ait uiri fratres
ego omni conscientia bona
conuersatus sum ante dm̄
usque in hodiernum diem
princeps autem sacerdotum
annanias praecepit adstan
tibus sibi percutere os eius
tunc paulus ad eum dixit
percutiet te ds̄ paries
dealbate
et tu sedes iudicas me
secundum legem
et contra legem iubes me
percuti
et qui adstabant dixerunt
summum sacerdotem di
maledicis
dixit autem paulus
nesciebam fratres quia
princeps est sacerdotum
scriptum est enim
principem populi tui
non maledicis
Sciens autem paulus

quia una pars esset sadducae
orum et altera pharisaeorum
exclamauit in concilio
uiri fratres ego pharisaeus
sum filius pharisaeorum
de spe et de resurrectione
mortuorum ego iudicor
et cum haec dixisset
facta est dissensio inter
pharisaeos et sadducaeos
et soluta est multitudo
sadducaei enim dicunt
non esse resurrectionem
neque angelum neque spm̄
farisaei autem utraque
confitentur
factus est autem clamor
magnus
et surgentes quidam phari
saeorum pugnabant dicentes
nihil mali inuenimus
in homine isto
quid si sps̄ locutus est ei
aut angelus
et cum magna dissensio
facta esset
timens tribunus ne discer
peretur paulus ab ipsis
iussit milites descendere
et rapere eum de medio eorum
ac deducere eum in castra
sequenti autem nocte
adsistens ei dn̄s ait
constans esto
sicut enim testificatus es
de me hierusalem
sic te oportet et romae
testificari
Facta autem die collegerunt
se quidam ex iudaeis
et deuouerunt se dicentes
neque manducaturos
neque bibituros

donec occiderent paulum
erant autem plus quam
quadraginta qui hanc
coniurationem fecerant
qui accesserunt ad principes
sacerdotum et seniores
et dixerunt
devotione devovimus
nos nihil gustaturos
donec occidamus paulum
nunc ergo vos notum facite
tribuno cum concilio
ut producat illum ad vos
tamquam aliquid certius
cognituri de eo
nos vero priusquam adpro
piet parati sumus inter
ficere illum
quod cum audisset filius
sororis pauli insidias
venit et intravit in castra
narravitque paulo
vocans autem paulus ad se
unum ex centurionibus ait
adulescentem hunc perduc
ad tribunum
habet enim aliquid
indicare illi
et ille quidem adsumens cū
duxit ad tribunum et ait
vinctus paulus rogavit me
hunc adulescentem
perducere ad te
habentem aliquid loqui tibi
adprehendens autem tri
bunus manum illius
secessit cum eo seorsum
et interrogavit illum
quid est quod habes
indicare mihi
ille autem dixit
iudaeis convenit rogare te
ut crastina die paulum
producas in concilium
quasi aliquid certius
inquisituri sint de illo
tu vero ne credideris illis
insidiantur enim ex eis viri
amplius quadraginta
qui se devoverunt non man
ducare neque bibere donec
interficiant eum
et nunc parati sunt expec
tantes promissum tuum
tribunus igitur dimisit
adulescentem
praecipiens ne cui loqueretur
quoniam haec nota sibi
fecisset
LX Et vocatis duobus centuri
onibus dixit illis
parate milites ducentos xd
ut eant usque caesaream
et equites septuaginta
et lancearios ducentos
a tertia hora noctis
et iumenta praeparate
ut inponentes paulum
salvum perducerent
ad felicem praesidem
scribens epistulam
continentem haec
Claudius lysias optimo
praesidi felici salutem
virum hunc conprehensū
a iudaeis
et incipientem interfici
ab eis
superveniens cum exerci
tu eripui
cognito quia romanus est
volens quescire causam
quam obiciebant illi
deduxi eum in concilium eorū
quem inveni accusari de quae
stionibus legis ipsorum

NIHIL UERO DIGNUM MORTE
AUT UINCULIS HABENTEM
CRIMEN
ET CUM MIHI PERLATUM ESSET
DE INSIDIIS QUAS PARAUE
RANT EI MISI AD TE
DENUNTIANS ET ACCUSATORIB·
UT DICANT APUD TE
LXI MILITES ERGO SECUNDUM
PRAECEPTUM SIBI
ADSUMENTES PAULUM DUXE
RUNT PER NOCTEM IN ANTI
PATRIDEM
ET POSTERA DIE DIMISSIS EQUI
TIBUS UT IRENT CUM EO
REUERSI SUNT AD CASTRA
QUI CUM UENISSENT CAESAREA
ET TRADIDISSENT EPISTULAM
PRAESIDI
STATUERUNT ANTE ILLUM
ET PAULUM
CUM LEGISSET AUTEM ET IN
TERROGASSET DE QUA PRO
UINCIA ESSET
ET COGNOSCENS QUIA DE CILICIA
AUDIAM TE INQUIT CUM ET AC
CUSATORES TUI UENERINT
IUSSIT QUE IN PRAETORIO
HERODIS CUSTODIRI EUM
LXII POST QUINQUE AUTEM DIES
DESCENDIT PRINCEPS SACER
DOTUM ANANIAS
CUM SENIORIBUS QUIBUSDAM
ET TERTULLO QUODAM
ORATORE
QUI ADIERUNT PRAESIDEM
ADUERSUS PAULUM
ET CITATO PAULO COEPIT ACCU
SARE TERTULLUS DICENS
CUM IN MULTA PACE AGAMUS
PER TE
ET MULTA CORRIGANTUR PER
TUAM PROUIDENTIAM
SEMPER ET UBIQUE SUSCIPIMUS
OPTIME FELIX CUM OMNI
GRATIARUM ACTIONE
NE DIUTIUS AUTEM TE PROTRAH÷
ORO BREUITER AUDIAS NOS
PRO TUA CLEMENTIA
INUENIMUS HUNC HOMINEM
PESTIFERUM
ET CONCITANTEM SEDITIONES
OMNIBUS IUDAEIS
IN UNIUERSO ORBE
ET AUCTOREM SEDITIONIS
SECTAE NAZARENORUM
QUI ETIAM TEMPLUM UIOLARE
CONATUS EST
QUEM ET ADPREHENSUM UOLUIMUS ÷
A QUO POTERIS IPSE IUDICANS
DE OMNIB· ISTIS COGNOSCERE
DE QUIBUS NOS ACCUSAMUS EUM
ADIECERUNT AUTEM ET IUDAEI
DICENTES HAEC ITA SE HABERE
RESPONDIT AUTEM PAULUS
ADNUENTE SIBI PRAESIDE
DICERE
EX MULTIS ANNIS ESSE TE IUDI
CEM GENTI HUIC SCIENS
BONO ANIMO PRO ME SATIS
FACIAM
POTES ENIM COGNOSCERE
QUIA NON PLUS SUNT DIES MIHI
QUAM DUODECIM EX QUO
ASCENDI ADORARE IN HIERUSALEM
ET NEQUE IN TEMPLO INUENE
RUNT ME CUM ALIQUO
DISPUTANTEM
AUT CONCURSUM FACIENTEM
TURBAE
NEQUE IN SYNAGOGIS NEQUE
IN CIUITATE
NEQUE PROBARE POSSUNT TIBI
DE QUIBUS NUNC ACCUSANT ME
CONFITEOR AUTEM HOC TIBI
QUOD SECUNDUM SECTAM

÷ SECUNDUM LEGEM NOSTRAM IUDICARE· SUPERUENIENS AUTEM LYSIAS TRIBUNUS CUM UI MAGNA ERIPUIT EUM
DE MANIB· NOSTRIS· IUBENS ACCUSATORES EIUS AD TE UENIRE·

QUAM DICUNT HERESIM
SICDESERUIO PATRI DŌ MEO
CREDENS OMNIBUS QUAE IN
LEGE ETPROPHETIS
SCRIPTA SUNT
SPEM HABENS IN DM̄ QUAM
ET HI IPSI EXPECTANT
RESURRECTIONEM FUTURAM
IUSTORUM ETINIQUORUM
IN HOC ETIPSE STUDEO
SINE OFFENDICULO
CONSCIENTIAM HABERE AD DM̄
ETADHOMINES SEMPER
POST ANNOS AUTEM PLURES
ELEMOSYNAS FACTURUS
IN GENTEM MEAM UENI
ETOBLATIONES ETUOTA
IN QUIBUS INUENERUNT ME
PURIFICATUM INTEMPLO
NON CUM TURBA NEQUE CUM
TUMULTU
QUIDAM AUTEM EXASIA IUDAEI
QUOS OPORTEBAT APUD TE
PRAESTO ESSE
ETACCUSARE SI QUID HABERENT
ADUERSUM ME
AUT HI IPSI DICANT SI QUID INUE
NERUNT IN ME INIQUITATIS
CUM STEM IN CONCILIO
NISI DEUNA HAC SOLUM MODO
UOCE QUA CLAMAUI INTER
EOS STANS
QUONIAM DERESURRECTIONE
MORTUORUM EGO IUDICOR
HODIE AUOBIS
LXIII DISTULIT AUTEM ILLOS FELIX
CERTISSIMESCIENS DE DICENS UIA
CUM TRIBUNUS DESCENDERIT
LYSIAS AUDIAM UOS
IUSSITQUE CENTURIONI CUSTO
DIRE EUM ETHABERE REQUIEM
NEC QUEMQUAM PROHIBERE
DE SUIS MINISTRARE EI

POST ALIQUOT AUTEM DIES
UENIENS FELIX CUM DRU
SILLA UXORE SUA QUAE ERAT
IUDAEA
UOCAUIT PAULUM ETAUDI
UIT AB EO FIDEM QUAE EST
IN IHM̄ XPM̄
DISPUTANTE AUTEM ILLO
DE IUSTITIA ETDECASTITATE
ETDEIUDICIO FUTURO
TIMEFACTUS FELIX RESPONDIT
QUOD NUNC ATTINET UADE
TEMPORE AUTEM OPORTUNO
ARCESSIAM TE
SIMUL ETSPERANS QUIA PECU
NIA DARETUR EI A PAULO
PROPTER QUOD ETFREQUEN
TER ARCESSIENS EUM
LOQUEBATUR CUM EO
BIENNIO AUTEM EXPLETO
ACCEPIT SUCCESSOREM
FELIX PORCIUM FESTUM
UOLENS AUTEM GRATIAM
PRAESTARE IUDAEIS FELIX
RELIQUIT PAULUM UINCTUM
FESTUS ERGO CUM UENISSET
IN PROUINCIAM
POST TRIDUUM ASCENDIT
HIEROSOLYMAM A CAESAREA
ADIERUNTQUE EUM PRINCI
PES SACERDOTUM
ET PRIMI IUDAEORUM
AD UERSUS PAULUM
ETROGABANT EUM POSTULANTES
GRATIAM ADUERSUM EUM
UT IUBERET PERDUCI EUM
HIERUSALEM
INSIDIAS TENDENTES UT EUM
INTERFICERENT IN UIA
FESTUS AUTEM RESPONDIT
SERUARI PAULUM IN CAESAREA
SE AUTEM MATURIUS PRO
FECTURUM

qui ergo in uobis ait potentes
sunt descendentes simul
si quod est in uiro crimen
accusent eum
demoratus autem inter eos
dies non amplius quam
octo aut decem
descendit caesaream
et altera die sedit pro tri
bunali
et iussit paulum adduci
qui cum perductus esset
circum steterunt eum
qui ab hierosolyma
descenderant iudaei
multas et graues causas
obicientes quas non pote
rant probare
paulo autem rationem
reddente
quoniam neque in legem
iudaeorum neque in tem
plum neque in caesarem
quicquam peccaui
festus autem uolens iudaeis
gratiam praestare
respondit paulo et dixit
uis hierosolymam ascendere
et ibi de his iudicari apud me
dixit autem paulus
ad tribunal caesaris sto
ubi me oportet iudicari
iudaeos non nocui
sicut tu melius nosti
si enim nocui aut dignum
morte aliquid feci
non recuso mori
si uero nihil est eorum
quae isti accusant me
nemo potest me illis donare
caesarem appello
tunc festus cum consilio
locutus respondit
caesarem appellasti
ad caesarem ibis
LXII Et cum dies aliquot transacti
essent
agrippa rex et bernice
descenderunt caesaream
ad salutandum festum
et cum dies aliquot ibi
demorarentur
festus regi indicauit
de paulo dicens
uir quidam est derelictus
a felice uinctus
de quo cum essem hierosoly
mis adierunt me principes
sacerdotum et seniores
iudaeorum
postulantes aduersus illum
damnationem
ad quos respondi
quia non est consuetudo
romanis donare aliquem
hominem
prius quam is qui accusatur
praesentes habeat
accusatores
locum que defendendi accipiat
ad abluenda crimina
cum ergo huc conuenissent
sine ulla dilatione
sequenti die sedens pro tri
bunali iussi adduci uirum
de quo cum stetissent
accusatores nullam causam
deferebant de quibus ego
suspicabar malam
quaestiones uero quasdam
de sua superstitione
habebant aduersus eum
et de quodam ihu defuncto
quem adfirmabat paulus
uiuere
haesitans autem ego

DE HUIUS MODI QUAESTIONE
DICEBAM SI UELLET IRE HIEROSO
LYMA ET IBI IUDICARI DE ISTIS
PAULO AUTEM APPELLANTE
UT SERUARETUR AD AUGUSTI
COGNITIONEM
IUSSI SERUARI EUM DONEC
MITTAM EUM AD CAESAREM
AGRIPPA AUTEM AD FESTUM
UOLEBAM ET IPSE HOMINEM
AUDIRE
CRAS INQUIT AUDIES EUM
ALTERA AUTEM DIE CUM UENISSET
AGRIPPA ET BERNICE
CUM MULTA AMBITIONE
ET INTROISSENT IN AUDITORIUM
CUM TRIBUNIS ET UIRIS
PRINCIPALIBUS CIUITATIS
ET IUBENTE FESTO ADDUCTUS
EST PAULUS
ET DIXIT FESTUS
AGRIPPA REX ET OMNES QUI SIMUL
ADESTIS NOBISCUM UIRI
UIDETIS HUNC DE QUO OMNIS
MULTITUDO IUDAEORUM
INTERPELLAUIT ME HIERO
SOLYMIS PETENS
ET HIC CLAMANTES NON OPOR
TERE EUM UIUERE AMPLIUS
EGO UERO COMPERI NIHIL DIGNU̅
EUM MORTE ADMISISSE
IPSO AUTEM HOC APPELLANTE
AD AUGUSTUM IUDICAUI
MITTERE
DE QUO QUID CERTUM SCRIBAM
DOMINO NON HABEO
PROPTER QUOD PRODUXI
EUM AD UOS
ET MAXIME AD TE REX AGRIPPA
UT INTERROGATIONE FACTA
HABEAM QUID SCRIBAM
SINE RATIONE ENIM MIHI UIDE
TUR MITTERE UINCTUM
ET CAUSAS EIUS NON SIGNIFICARE
LXV AGRIPPA UERO AD PAULUM AIT
PERMITTITUR TIBI LOQUI
PRO TEMET IPSO
TUNC PAULUS EXTENTA MANU
COEPIT RATIONEM REDDERE
DE OMNIBUS QUIBUS ACCUSOR
A IUDAEIS REX AGRIPPA
AESTIMO ME BEATUM APUD TE
CUM SIM DEFENSURUS ME HODIE
MAXIME TE SCIENTE OMNIA
QUAE APUD IUDAEOS SUNT
CONSUETUDINES ET QUAESTIONES
PROPTER QUOD OBSECRO
PATIENTER ME AUDIAS
ET QUIDEM UITAM MEAM
A IUUENTUTE QUAE AB INITIO
FUIT IN GENTE MEA IN HIERO
SOLYMIS
NOUERUNT OMNES IUDAEI
PRAESCIENTES ME AB INITIO
SI UELLINT TESTIMONIUM
PERHIBERE
QUONIAM SECUNDUM CERTISSI
MAM SECTAM NOSTRAE RELIGI
ONIS UIXI PHARISAEUS
ET NUNC IN SPE QUAE AD PATRES
NOSTROS REPROMISSIONIS
FACTA EST A DO̅
STO IUDICIO SUBIECTUS
IN QUA XII TRIBUS NOSTRAE
NOCTE AC DIE DESERUIENTES
SPERANT DEUENIRE
DE QUA SPE ACCUSOR A IUDAEIS REX
QUID INCREDIBILE IUDICATUR
APUD UOS SI DS̅ MORTUOS
SUSCITAT
ET EGO QUIDEM EXISTIMAUERA̅
ME ADUERSUS NOMEN IHU̅
NAZAREI DEBERE MULTA
CONTRA AGERE
QUOD ET FECI HIEROSOLYMIS
ET MULTOS SCO̅RUM EGO

IN CARCERIBUS INCLUSI
A PRINCIPIBUS SACERDOTUM
POTESTATE ACCEPTA
ET CUM OCCIDERENTUR DETULI
SENTENTIAM
ET PER OMNES SYNAGOGAS
FREQUENTER PUNIENS EOS
CONPELLEBAM BLASPHEMARE
ET AMPLIUS INSANIENS IN EOS
PERSEQUEBAR USQUE IN EXTE
RAS CIUITATES
IN QUIBUS DUM IREM DAMASCUM
CUM POTESTATE ET PERMISSU
PRINCIPUM SACERDOTUM
DIE MEDIA UIDI IN UIA REX DE
CAELO SUPRA SPLENDOREM
SOLIS CIRCUMFULSISSE ME LUMEN
ET EOS QUI MECUM SIMUL ERANT
OMNES QUE NOS CUM DECIDIS
SEMUS IN TERRAM
AUDIUI UOCEM LOQUENTEM
MIHI HEBRAICA LINGUA
SAULE SAULE QUID ME PERSE
QUERIS
DURUM EST TIBI CONTRA
STIMULUM CALCITRARE
EGO AUTEM DIXI QUIS ES DNE
DNS AUTEM DIXIT EGO IHS
QUEM TU PERSEQUERIS
SED EXSURGE ET STA SUPER
PEDES TUOS
AD HOC ENIM APPARUI TIBI
UT CONSTITUAM TE MINISTRUM
ET TESTEM EORUM QUAE
UIDISTI
ET EORUM QUIBUS APPAREBO TIBI
ERIPIENS TE DE POPULIS
ET GENTIBUS
IN QUAS NUNC EGO MITTO TE
APERIRE OCULOS EORUM
UT CONUERTANTUR A TENEBRIS
AD LUCEM
ET DE POTESTATE SATANAE AD DM
UT ACCIPIANT REMISSIONEM
PECCATORUM SUORUM
ET SORTEM INTER SCOS PER
FIDEM QUAE EST IN ME
UNDE REX AGRIPPA NON FUI
INCREDULUS CAELESTIS
UISIONIS
SED HIS QUI SUNT DAMASCI PRI
MUM ET HIEROSOLYMIS
ET IN OMNI REGIONE IUDAEAE
ET GENTIBUS
ADNUNTIABAM UT PAENITEN
TIAM AGERENT
ET CONUERTERENTUR AD DM
DIGNA PAENITENTIAE OPERA
FACIENTES
HAC EX CAUSA ME IUDAEI
CUM ESSEM IN TEMPLO
COMPREHENSUM TEMTABANT
INTERFICERE
AUXILIO AUTEM ADIUTUS DI
USQUE IN HODIERNUM DIEM
STO TESTIFICANS MINORI
ATQUE MAIORI
NIHIL EXTRA DICENS QUAM EA
QUAE PROPHETAE SUNT LO
CUTI FUTURA ESSE ET MOSES
SI PASSIBILIS XPS
SI PRIMUS EX RESURRECTIONE
MORTUORUM LUMEN
ADNUNTIATURUS EST POPULO
ET GENTIBUS
LXVII HAEC LOQUENTE EO ET RATIONEM
REDDENTE
FESTUS MAGNA UOCE DIXIT
INSANIS PAULE
MULTAE TE LITTERAE AD INSANIAM
CONUERTUNT
AIT PAULUS
NON INSANIO OPTIME FESTE
SED UERITATIS ET SOBRIETATIS
UERBA LOQUOR
SCIT ENIM DE HIS REX

AD QUEM ET CONSTANTER
LOQUOR
LATERE ENIM EUM NIHIL HORUM
ARBITROR
NEQUE ENIM IN ANGULO QUICQUAM
HORUM GESTUM EST
CREDIS REX AGRIPPA PROPHETIS
SCIO QUIA CREDIS
AGRIPPA AUTEM AD PAULUM
IN MODICO SUADES ME XPIANUM
FIERI ET PAULUS
OPTO APUD DM ET IN MODICO
ET IN MAGNO
NON TANTUM TE SED ET OMNES
HOS QUI AUDIUNT HODIE FIERI
TALES QUALIS ET EGO SUM
EXCEPTIS UINCULIS HIS
ET EXSURREXIT REX ET PRAESES
ET BERNICE ET QUI ADSIDE
BANT EIS
ET CUM SECESSISSENT LOQUE
BANTUR AD INUICEM DICENTES
QUIA NIHIL MORTE AUT UINCU
LORUM DIGNUM QUID
FECIT HOMO ISTE
AGRIPPA AUTEM FESTO DIXIT
DIMITTI POTERAT HOMO ISTE
SI NON APPELLASSET CAESAREM
LVIII UT AUTEM IUDICATUM EST EUM
NAUIGARE IN ITALIAM
ET TRADI PAULUM CUM RELI
QUIS CUSTODIIS CENTURIONI
NOMINE IULIO
COHORTIS AUGUSTAE
ASCENDENTES AUTEM NAUEM
HADRUMETINAM
INCIPIENTEM NAUIGARE CIRCA
ASIAE LOCA EGRESSI SUMUS
PERSEUERANTE NOBISCUM
ARISTARCHO MACEDONE
THESSALONICENSE
SEQUENTI AUTEM DIE DEUENI
MUS SIDONEM

HUMANE AUTEM TRACTANS
IULIUS PAULUM
PERMISIT AD AMICOS IRE
ET CURAM SUI AGERE
ET INDE CUM SUSTULISSEMUS
SUBNAUIGAUIMUS CYPRO
PROPTEREA QUOD ESSENT
UENTI CONTRARII
ET PELAGUS CILICIAE ET PAM
PHYLIAE NAUIGANTES
UENIMUS LYSTRAM QUAE EST
CILICIAE
ET IBI INUENIENS CENTURIO
NAUEM ALEXANDRINAM
NAUIGANTEM IN ITALIAM
TRANSPOSUIT NOS IN EAM
ET CUM MULTIS DIEBUS
TARDE NAUIGAREMUS
ET UIX DEUENISSEMUS
CONTRA CNIDUM PROHIBEN
TE NOS UENTO
ADNAUIGAUIMUS CRETAE
SECUNDUM SALMONEM
ET UIX IUXTA NAUIGANTES
UENIMUS IN LOCUM QUENDAM
QUI UOCATUR BONI PORTUS
CUI IUXTA ERAT CIUITAS
THALASSA
MULTO AUTEM TEMPORE
PERACTO
ET CUM IAM NON ESSET TUTA
NAUIGATIO
EO QUOD ET IEIUNIUM IAM
PRAETERISSET
CONSOLABATUR PAULUS
DICENS EIS
UIRI UIDEO QUONIAM CUM
INIURIA ET MULTO DAMNO
NON SOLUM ONERIS ET NAUIS
SED ETIAM ANIMARUM
NOSTRARUM INCIPIT ESSE
NAUIGATIO
CENTURIO AUTEM GUBERNATORI

ET NAUCLERIO MAGIS CREDEBAT
QUAM HIS QUAE A PAULO DICE
BANTUR
ET CUM APTUS PORTUS NON
ESSET AD HIEMANDUM
PLURIMI STATUERUNT CONSILIUM
NAUIGARE INDE
SI QUOMODO POSSENT DEUE
NIENTES PHOENICEN HIE
MARE
PORTŪ CRETAE RESPICI
ENTE AD AFRICUM
ET AD CHORUM
ADSPIRANTE AUTEM AUSTRO
AESTIMANTES PROPOSITUM
SE TENERE
CUM SUSTULISSENT DE ASSO
LEGEBANT CRETAM
NON POST MULTUM AUTEM
MISIT SE CONTRA IPSAM
UENTUS TYPHONICUS
QUI UOCATUR EUROAQUILO
CUMQUE ARREPTA ESSET NAUIS
ET NON POSSET CONARI IN UENTUM
DATA NAUE FLATIBUS FEREBAMUR
INSULAM AUTEM QUANDAM
DECURRENTES QUAE UOCA
TUR CAUDA
POTUIMUS UIX OPTINERE
SCAPHAM
QUA SUBLATA ADIUTORIIS UTEBAN
TUR ACCINGENTES NAUEM
TIMENTES NE IN SYRTEM
INCIDERENT
SUMMISSO UASE SIC FEREBANTUR
UALIDE AUTEM NOBIS TEMPE
STATE IACTATIS
SEQUENTI DIE IACTUM FECERUNT
ET TERTIA DIE SUIS MANIBUS
ARMAMENTA NAUIS PROIE
CERUNT
NEQUE SOLE AUTEM NEQUE
SIDERIBUS APPARENTIBUS
PER PLURES DIES
ET TEMPESTATE NON EXIGUA
INMINENTE
IAM ABLATA ERAT SPES OMNIS
SALUTIS NOSTRAE
ET CUM MULTA IEIUNATIO
FUISSET
TUNC STANS PAULUS IN MEDIO
EORUM DIXIT
OPORTEBAT QUIDEM O UIRI
AUDITO ME NON EGREDI
A CRETA
LUCRIQUE FACERE INIURIAM
HANC ET IACTURAM
ET NUNC SUADEO UOBIS
BONO ANIMO ESSE
AMISSIO ENIM NULLIUS ANIMAE
ERIT EX UOBIS PRAETER
QUAM NAUIS
ADSTITIT ENIM MIHI HAC NOCTE
ANGELUS DI CUIUS SUM EGO
ET CUI DESERUIO DICENS
NE TIMEAS PAULE
CAESARI TE OPORTET ADSISTERE
ET ECCE DONAUIT TIBI DS OMNES
QUI NAUIGANT TECUM
PROPTER QUOD BONO ANIMO
ESTOTE UIRI
CREDO ENIM DO QUIA SIC ERIT
QUEM ADMODUM DICTUM
EST MIHI
IN INSULAM AUTEM QUANDAM
OPORTET NOS DEUENIRE
LVIII SED POSTEAQUAM QUARTA DECIMA
NOX SUPERUENIT NAUIGAN
TIBUS NOBIS IN HADRIA
CIRCA MEDIAM NOCTEM
SUSPICABANTUR NAUTAE
APPARERE SIBI ALIQUAM
REGIONEM
QUI SUMMITTENTES INUENE
RUNT PASSUS UIGINTI
ET PUSILLUM INDE SEPARATI

in uenerunt passus XV ·
Timentes autem ne in aspera
loca incideremus
de puppi mittentes ancho
ras quattuor optabant
diem fieri
Nautis uero quaerentibus
fugere de naui
cum misissent scapham
in mare sub optentu quasi
a prora inciperent ancho
ras extendere
dixit paulus centurioni
et militibus
nisi hi in naui manserint
uos salui fieri non potestis
Tunc absciderunt milites
funes scaphae
et passi sunt eam excidere
Et cum lux inciperet fieri
rogabat paulus omnes
sumere cibum dicens
quartadecima hodie die
expectantes ieiuni per
manetis nihil accipientes
propter quod rogo uos
accipere cibum pro salu
te uestra
quia nullius uestrum
capillus de capite peribit
et cum haec dixisset
sumens panem gratias egit
do in conspectu omnium
et cum fregisset coepit
manducare
animaequiores autem
facti omnes
et ipsi adsumserunt cibum
eramus uero uniuersae
animae in naui ducentae
septuaginta sex
et satiati cibo adleuiabant
nauem
iactantes triticum in mare
Cum autem dies factus esset
terram non agnoscebant
sinum uero quendam
considerabant haben
tem litus
in quem cogitabant si pos
sent eicere nauem
et cum anchoras abstu
lissent
committebant
se mari simul
laxantes iunc turas
gubernaculorum
et leuato artemone secun
dum flatum aurae ten
debant ad litus
et cum incidissemus in locu
bithalassum inpegerunt
nauem
et prora quidem fixa
manebat inmobilis
puppis uero soluebatur
a ui maris
militum autem consilium
fuit ut custodias occiderent
ne quis cum enatasset
effugeret
centurio autem uolens
seruare paulum
prohibuit fieri
iussit que eos qui possent
natare mittere se in mare
primos et euadere
et ad terram exire
et ceteros alios in tabulis
ferebant
quosdam super ea quae
de naui essent
et sic factum est ut omnes animas
euaderent ad terram
et cum euasissemus tunc
cognouimus quia militene

insula uocatur
Barbari uero praestabant
non modicam humanita
tem nobis
lxviii Accensa enim pruna reficie
bant nos omnes
propter imbrem qui inmi
nebat et frigus
Cum congregasset autem
paulus sarmentorum
multitudinem et inposu
isset super ignem
uipera a calore cum pro
cessisset inuasit
manum eius
Ut uero uiderant barbari
pendentem bestiam
de manu eius
ad inuicem dicebant
utique homicida est homo
iste
qui cum euaserit de mari
ultio eum non dimisit
uiuere
Et ille quidem excutiens
bestiam in ignem
nihil mali passus est
At illi existimabant eum
in tumorem conuertendū
et subito casurum et mori
Diu autem illis sperantib·
et uidentibus nihil mali
in eum fieri
conuertentes se dicebant
eum esse dm̄
In locis autem illis erant
praedia principis insulae
nomine publii
qui nos suscipiens triduo
benigne exhibuit
Contigit autem patrem
publii febribus et dysen
teria uexatum iacere

ad quem paulus intrauit
et cum orasset et inposu
isset ei manus saluauit eū
quo facto et omnes qui in
ipsa insula habebant
infirmitates accedebant
et curabantur
qui etiam multis honorib·
nos honorauerunt
et nauigantibus inposue
runt quae necessaria
erant
lxx Post menses autem tres
nauigauimus in naui
alexandrina
quae in insula hiemauerat
cui erat insigne castrorū
et cum uenissemus syracu
sas mansimus ibi triduo
inde circumlegentes
deuenimus regium
et post unum diem
flante austro secundo
die uenimus puteolis
ubi inuentis fratribus
rogati sumus manere
apud eos dies septem
et sic uenimus romam
et inde cum audissent
fratres occurrerunt
nobis usque ad appii forū
et tribus tabernis
quos cum uidisset paulus
gratias agens dō accepit
fiduciam
Cum uenissemus autem
romam
permissum est paulo
manere sibi cum custo
diente se milite
Post tertium autem diem
conuocauit primos
iudaeorum

Cum que convenissent
dicebat eis
Ego viri fratres nihil adver
sus plebem faciens aut
morem paternum
vinctus ab hierosolymis
traditus sum in manus
romanorum
qui cum interrogationem
de me habuissent
voluerunt me dimittere
eo quod nulla causa esset
mortis in me
contradicentibus autem
iudaeis coactus sum
appellare caesarem
non quasi gentem meam
habens aliquid accusare
propter hanc igitur causam
rogavi vos videre et adloqui
propter spem enim israhel
catena hac circumdatus sū
at illi dixerunt ad eum
nos neque litteras accepi
mus de te a iudaea
neque adveniens aliquis
fratrum adnuntiavit
aut locutus est quid
de te malum
rogamus autem a te audire
quae sentis
nam de secta hac notum est
nobis quia ubique ei
contradicitur
Cum constituissent autem
illi diem
venerunt ad eum in hospi
tium plures
quibus exponebat testifi
cans regnum dī
suadens que eos de ihū
et lege mosi et prophetis
a mane usque ad vesperā

et quidam credebant
his quae dicebantur
quidam vero non credebant
cumque invicem non essent
consentientes discedebant
dicente paulo unum
verbum
quia bene sp̄s scs̄ locutus
est per esaiam prophetā
ad patres nostros dicens
vade ad populum istum
et dic
aure audietis et non intel
legetis
videntes videbitis et non
videbitis
incrassatum est enim cor
populi huius
et auribus graviter
audierunt
et oculos suos conpresserūt
ne forte videant oculis
et auribus audiant
et corde intellegant
et convertantur et sanem
illos
notum ergo sit vobis
quoniam gentibus missū
est hoc salutare dī
ipsi et audient
Mansit autem biennio toto
in suo conducto
et suscipiebat omnes qui
ingrediebantur ad eum
praedicans regnum dī
et docens quae sunt de dn̄o
ihū xp̄o cum omni
fiducia sine prohibiti
one · amen

EXP̄ LIB ACTUUM APOST

DO GRATIAS AMEN

Primum quaeritur quare
post euangelia quae supple
mentum legis sunt et in quibus
nobis exempla et praecepta uiuen
di plenissime digesta sunt uolue
rit apostolus has epistulas ad sin
gulas ecclesias destinare. Hac autem
causa factum uidetur ut scilicet
initia nascentis ecclesiae nouis
causis existentibus et praesentia
atque orientia resecaret uitia
et ut post futuras excluderet
quaestiones · exemplo propheta
rum · qui post editam legem mosi
in qua omnia dī mandata legebantur
nihil ominus tamen doctrina sua
rediuiua semper populi conpressere
peccata et propter exemplum
libri ad nostram etiam memoriam
trans miserunt. Deinde quaeritur
cur non amplius quam decem
epistulas ad ecclesias scripserit ·
decem sunt enim cum illa quae
dicitur ad hebraeos. Nam reliquae
quattuor ad discipulos specialiter
sunt porrectae. Ut ostenderet
nouum non discrepare a ueteri
testamento et se contra legem
non facere mosi. Ad priorum
numerum decalogi mandatorum
suas epistulas ordinauit. Ut quot
ille praeceptis a pharaone
instituit liberatos. Totidem hic
epistulis a diaboli et idolatriae
seruitute edocet adquisitos ·
Nam et duas tabulas lapideas
duorum testamentorum figurā
habuisse uiri eruditissimi tradi
derunt. Epistulam sane quae ad he
breos scribitur quidam pauli non
esse contendunt eo quod non sit
eius nomine titulata · et propter
sermonis stilique distantiam ·
sed aut barnabae iuxta tertullianū
aut lucae iuxta quosdam
uel certe clementis discipuli
apostolorum et episcopi
romanae ecclesiae post aposto
los ordinati. Quibus ita respon
dendum est. Si enim propter ea pauli
non erit quia eius non habet nomen
ergo nec alicuius erit quia nullius
nomine titulatur · quod si absur
dum est ipsius magis esse credenda
est quae tanto doctrinae suae
fulget eloquio · Sed quoniam apud
hebraeorum ecclesias quasi destruc
tor legis falsa suspicione habebatur
uoluit tacito nomine de figuris
legis et ueritate xpi reddere ratio
nem ne odium nominis fronte
praelati utilitatem excluderet
lectionis. Non est sane mirum
si eloquentior uidetur in proprio
id est hebraeo quam in peregrino
id est graeco quo ceterae epistulae
sunt scriptae sermone. Mouet
etiam quosdam quare romanorum
epistula in primo sit posita
cum eam non primam scriptam
ratio manifestet. Nam hanc se pro
ficiscentem hierosolymam scrip
sisse testatur. Cum corinthios
et alios ante iam ut ministerium
quod secum portaturus erat colli
gerēt litteris adhortatus sit ·
Unde intellegi quidam uolunt
ita omnes epistulas ordinatas
ut prior poneretur quae posterior
fuerat destinata. Ut per singulos
epistulas gradibus ad perfectiora
ueniretur. Romanorum namque
plerique tam rudes erant ut non
intellegerent di se gratia et non
suis meritis esse saluatos. Et ob hoc
duo inter se populi conflictarent
idcirco illos indigere adserit con
firmari uitia gentilitatis priora

COMMEMORANS · CORINTHIS AUTĒ
IAM DICIT SCIENTIAE GRATIAM ESSE
CONCESSAM ET NON TAM OMNES
INCREPAT QUAM CUR PECCANTES NON
INCREPAUERINT REPREHENDIT
SICUT AIT AUDITUR INTER UOS FORNI
CATIO ET ITERUM CONGREGATIS UOBIS
CUM MEO SPŪ TRADERE HUIUS MODI
SATANAE IN SECUNDA UERO LAUDAN
TUR ET UT MAGIS AC MAGIS PROFICIANT
ADMONENTUR GALATAE UERO IAM
NULLIUS CRIMINIS ARGUUNTUR NISI
QUOD CALLIDISSIMIS PSEUDO APOS
TOLIS CREDIDERUNT EPHESI SANE
NULLA REPRAEHENSIONE SED MULTĀ
LAUDE SUNT DIGNI QUIA FIDEM APOS
TOLICAM SERUAUERUNT PHILIP
PENSES ETIAM MULTO MAGIS CON
LAUDANTUR QUI NEC AUDIRE QUIDEM
FALSOS APOSTOLOS UOLUERUNT
COLOSENSES AUTEM TALES ERANT
UT CUM AB APOSTOLO UISI CORPORA
LITER NON FUISSENT HAC LAUDE DIGNI
HABERENTUR ET SI CORPORE ABSENS
SUM SED SPŪ UOBISCUM SUM
GAUDENS ET UIDENS ORDINEM UESTRŪ
THESSALONICENSES NIHILOMINUS
IN DUABUS EPISTULIS OMNI LAUDE
PROSEQUITUR EO QUOD NON SOLUM
FIDEM INCONCUSSAM SERUAUERINT
UERITATIS SED ETIAM IN PERSECUTIONE
CIUIUM FUERINT CONSTANTES INUENTI
DE HEBREIS UERO QUID DICENDUM
EST QUORUM THESSALONICENSES
QUI PLURIMUM LAUDATI SUNT IMITA
TORES FACTI ESSE DICUNTUR
SICUT IPSE AIT ET UOS FRATRES IMITA
TORES FACTI ESTIS ECCLESIARUM DĪ
QUAE SUNT IN IUDEA EADEM ENIM
PASSI ESTIS ET UOS A CONTRIBULIBUS
UESTRIS QUAE ET ILLI A IUDAEIS · APUD
IPSOS QUOQUE HEBREOS EADEM
COMMEMORAT DICENS
NAM ET UINCTIS CONPASSI ESTIS
ET RAPINAM BONORUM UESTRORUM
CUM GAUDIO SUSCEPISTIS COGNOSCEN
TES UOS HABERE MELIOREM
ET MANENTEM SUBSTANTIAM ·

EXP PROLOG IN OMNĒ APOST

IN CIPIT ARGUM SOLUS EPISTULAE
AD ROMANOS

ROMANI QUI EX IUDAEIS GENTIBUSQUE
CREDIDERANT HI SUPERBA CONTENTIONE
UOLEBANT SE ALTERUTRUM SUPERPONERE
NAM IUDAEI DICEBANT NOS SUMUS POPU
LUS DĪ QUOS AB INITIO DILEXIT ET FOUIT
NOS CIRCUMCISI EX GENERE ABRAHAM
EX STIRPE SCĀ DESCENDIMUS ET NOTUS
RETRO APUD IUDAEAM TANTUM DS NOS
DE AEGYPTO SIGNIS ET UIRTUTIBUS LIBERAUIT
MARE SICCO PERTRANSIUIMUS PEDE
CUM INIMICOS NOSTROS GRAUISSIMI
FLUCTUS INUOLUERENT NOBIS MANNA
PLUIT DÑS IN DESERTO ET QUASI FILIIS
SUIS CAELESTE PABULUM MINISTRAUIT
NOS DIE NOCTUQUE IN COLUMNA NUBIS
IGNISQUE PRAECESSIT UT NOBIS IN INUIO
ITER OSTENDERET · ATQ UT CETERA EIUS
CIRCA NOS · CIRCA NOS · IN MENSA BENEFICIA
TACEAMUS NOS SOLI DIGNI FUIMUS
DĪ LEGEM ACCIPERE ET UOCEM DĪ LOQUEN
TIS AUDIRE EIUSQUE COGNOSCERE
UOLUNTATEM IN QUA LEGE GRE PROMIS
SUS EST NOBIS XPS · AD QUOS ETIAM
IPSE SE UENISSE TESTATUS EST DICENS
NON UENI NISI AD OUES QUAE PERIERANT
DOMUS ISRAHEL · CUM UOS CANES
POTIUS QUAM HOMINES APPELLAUERIT ·
AEQUUM NE ERGO EST UT HODIE IDOLA
DESERENTES QUIBUS AB INITIO DESER
UISTIS NOBIS COMPAREMINI · ET NON
POTIUS IN PROSELYTORUM LOCUM
EX LEGIS AUCTORITATE ET CONSUE
TUDINE DEPUTEMINI · NISI QUIA
LARGA DĪ SEMPER CLEMENTIA UOLUIT
UOS AD NOSTRAM IMITATIONEM ADMIT
TERE

et hoc ipsi [illegible]

Gentes autem econtrario respon
debant quanto enim maiora erga
uos dī beneficia narraueritis
tanto maioris uos criminis reos
esse monstrabitis. semper enim
his omnibus extitistis ingrati.
Nam ipsis pedibus quā aridum mare
trans istis ludebatis ante idola
quae fecistis. et ipso ore quo paulo
ante obnecem aduersarii dño
cantaueratis simulacra uobis fieri
poposcistis. illis oculis uenerandā
quibus dm̄ in nube uel igne conspi
cere solebatis. manna quoque
uobis fastidio fuit. et semper
in deserto contra dñm murmu
rastis ad aegyptum unde uos
manu ualida eiecerat redire uolentes.
quid plura ita patres uestri crebra
prouocatione dñm inritauerunt.
ut omnes in heremo morerentur.
nec plus ex senioribus eorum quam
duo homines terram repromissio
nis intrarent. sed quid antiqua repli
camus cum etiam si illa minime
fecissetis. de hoc solo uos nemo dic
nos uenia iudicaret. quod dñm xp̄m
prophetarum semper uobis
uocibus repromissum non solum
suscipere noluistis sed etiam
morte pessima peremistis quem
nos ut cognouimus statim credidi
mus cum nobis de eo ante non fu
erit praedicatum. Unde probatur
quod idolis seruiuimus non obsti
natione mentis sed ignorantiae
deputandum qui enim agnitum
ilico sequimur olim utique
sequeremur si ante cognouissemus
Si autem uos degeneris nobilitate
iactatis quasi non morum imitatio
magis quam carnalis natiuitas
filios nos faciat esse scorum
denique esau et ismahel cum de stirpe

sint abrahae minime tamen
in filiis reputantur
His ergo taliter altercantibus
apostolus se medium interpo
nens ita partium dirimit quaesti
ones ut neutrum eorum sua
iustitia salutem meruisse con
firmet Ambos uero populos
et scienter et grauiter deliquisse
Iudaeos quidem quod per praeuari
cationem legis dm̄ inhonoraue
rint Gentes uero quod cum
cognitum de creatura creatorē
ut dm̄ debuerint uenerari gloriā eius
in manu facta mutauerint simu
lacra utrosque etiam similiter
ueniam consecutos aequales esse
uerissima ratione demonstrat.
praesertim cum in eadem lege
praedicatum sit et iudaeos
et gentes ad xp̄i fidem uocandos
ostendat quam ob rem uicissim
eos humilians ad pacem ad con
cordiam cohortatur
EXP ARGUMENTUM

IN CIPIT CAPITULATIO
DE OMNIBUS EPISTULIS

De unitate ecclesiae ad corintios p̄.
cap. II. ad ephesios XIIII. et XV. ad philip
u. et VI. et VII. et ad col. XIIII.
De perfectis ad corint. p̄. II. et IIII.
et LXIII. ad corin. p̄. II. XXIII. ad ephes. I.
et XV. ad philip. XII. ad colosen. III.
et XXVI. ad tess. p̄. et XXIII
ad timotheum. sec. XVII.
De domino patre quod ante saecula
dñm filium nobis promiserit
quem postea suis temporibus
declarauit ad corint. p̄. VII. ad tit. I.
De aedificio cultuque doctrinae
ad corint. p̄. XII. ad ephes. IIII.
et XV. ad colos. VI. et X.
De scis hominibus quod templum

SINT DI AD CORINT · P XIII · AD COR · SEC ·
XVIII · AD EPHES VIII ·

DE INTEGRITATE APOSTOLI ET QUOD
SEMPER MANIBUS SIT OPERATUS
AD COR · P · XVIII ET XLI · AD COR · SEC ·
XVIIII · ET XXV ET XXVI ET XXVII ·
AD TESALON P · VII ·

DE APOSTOLI POTESTATE AD COR P XXI
ET XXIII AD COR SEC XXIII ET XXVII

DE ABSENTIA CORPORIS APOSTOLI
ET PRAESENTIA SPS AD COR P XXII
AD COL V · AD THESSAL I · VIIII

DE TRADITIONE PECCANTIUM SATANAE
AD COR P XXIII AD TIMOT I · IIII

DE SEPARATIONE SCORUM AB EIS
QUI CONTRA LEGEM UENIUNT
AD COR P XXIIII AD CORT SEC XVIII
AD EPHES XXII AD TESS SEC VII VIIII
AD TIMOT · P XXIII ET XXVI
AD TIMOTH II XIIII

DE BAPTISMI GRATIA UNIUERSA CRI
MINA DILUENTE AD CORINT P
XXIII AD TITU V

DE ESCIS QUOD MEMBRA SINT DNI
AD CORT P XXIIII · ET LV ET LXI
AD GAL XI · V · AD EPHES II ET XV
ET XXIIII ET XXV AD COLOS · II · ET IIII

DE LIBERO ET SERUO IN DNO QUOD
SINT AEQUALITER CONLIBERTI
AD COR P XXXVI ET LXI AD GAL XVI
AD COLOSEN XIII

DE CONTEMPTU INANIS GLORIAE
AC PRAESENTIS AD CORIN P · XXXVIIII ·
AD GAL XXX AD PHILIP VI · AD THES P · V

DE DNO PATRE QUOD UNUS EST ET DE
UNO FILIO MEDIATORE DI ET HOMINU
DNO IHU XPO AD CORINT · P XL AD GAL XIII
AD EPHES · XIIII · AD TITUM · I · ET VII

DE HIS QUI SACRARIIS DESERUIUNT
QUOD EIS DE SACRARIO DEBEANT
EXHIBERI AD CORINT · P XL AD TIMOT P
XVIIII AD TIT · II · ET VI

DE APOSTOLO OMNIBUS PLACENTE
PER OMNIA AD CORINT P XLI ET LII ·

DE TRADITIONE APOSTOLICA QUOD
AN ET MINE DEBEAT IMMUTARI
AD CORIN · P · LIII · AD GAL II · AD PHILIP XIII ·
ET XV · ET COLOSEN VI AD THES SEC
IIII ET VII AD TIMOTHEUM SEC IIII ET VIIII
ET XXII ET XXVIIII ET XXX
AD TIMOT SEC III ET VIIII ET XVI

DE HERESES AD CORIN · P · LVI
AD GAL XXVIIII AD TITUM VIII

DE DESTRUCTIONE PROPHETIAE
ATQUE LINGUARUM ET OMNIUM
QUAE EX PARTE SUNT CUM ID QUOD
PERFECTUM EST FUERIT DECLARATUM
AD CORIN · P LVI AD EPH XV

DE EXAMINATIONE PROPHETIAE
AD CORIN P LXIII AD TESS P · XXII

DE SILENTIO MULIERUM IN ECCLESIA
AD CORIN · P LXIII AD TIMOT P VII

DE RESURRECTIONE AD CORIN P LXV
AD THESS P XVIII · AD THESS SEC · IIII ·

DE EXPONENDO UETEREM ET INDUENDO
NOUUM HOMINEM AD COR · P · LXV
AD EPHES XVII · AD COLOS XIII

DE COLLECTIS ET MINISTERIO
QUOD FIT IN SCIS AD COR P LXVI
AD COR SEC XXI ET XXII

DE ADULTERANTIBUS UERBUM DI
AD COR SEC V · ET VIIII

DE COMMENDANTIBUS SEMET IPSOS
AD CORINT SEC IIII ET XXIII

DE DUOBUS TESTAMENTIS AD CORINT SEC
VIII AD GAL XXIII

DE DO ISTIUS SAECULI AD COR SEC X
AD EPHES III ET XXX

DE DNO XPO QUOD IMAGO EST DI
AD COR P · II · AD PHILIP · VI · AD COLOS · VI ·

DE DISSOLUTIONE TERRENI CORPORIS
AC PRAESENTIS AD CORIN SEC XII
AD PHILIP V · AD TIMOT SEC XX

DE SCIS QUOD QUANTUM AUARITIAM
FUGERINT TANTUM HABUNDANTER
AD USUS QUOD OPUS EST DEBEANT PROPRIAS
RESERUARE AD COR SEC XXII AD THES P
XVIIII ET XXVII ET XX VIIII ·

De seductoribus ad cor sec xxvi
ad gal xxv et xxvii et xxxv
ad ephes xxii ad philip x et vii
ad col et vii et x ad timot p
x et xxvi ad timot sec x et xiiii
et xv ad titum ii
De falsis fratribus ad cor sec
xxvi ad gal iii
De apostolo hominibus displi
cente ad gal iii ad thess p iiii
De escis ex gentibus quod obser
uationem ueteris testamenti
non debeant custodire ad gal xx
ad col viiii ad titum ii
De mutua sustentatione scorum
ad gal xxx ad ephes i viiii et xiii
ad col xv ad thess lxx ii
De opere manuum ut alienum
non accipiatur uel ad usus proprios
nihil desit ad ephes xviiii ad thes p
xv ad thes sec vii et viii
De escis quod dm debeant in omnib
imitari ad ephes xx ad thes p ii
De psalmis et hymnis et canticis
in cordibus concinentis
ad ephes xxiii ad colos xiiii
De subiectione mulierum ad maritos
ad ephes xxiiii ad colos xvi
De uirorum dilectione ad coniuges
ad ephes xxv ad colos xiiii
De obsequio filiorum ad parentes
ad ephes xxvii ad col xviii
De parentum erga filios tempera
mento ad ephes xxvii ad col xviiii
De seruorum obsequio ad ephes xxviii
ad col xx ad timot p xxv ad tit iiii
De temperantia dominorum
ad ephes xxviiii ad col xxi
De apostolo petente scos ut pro eo
in orationib postularent
ad ephes xxx ad col xxv ad thes p
xxvii ad thes sec v
De praesbyteris quod ipsi fuerint
aliquando episcopi ad tim p
viii ad tit ii
De spiscoporum quod cum dno
xpo in do absconditas it in caelis
ad philip xiii ad col i et xi
De mutua correptione scorum
ad col xiii ad thes p xii ad thes ii viii
De fabulis et genealogiis et doc
toribus uanis ad timotheum p
sec et xi et xxvi et xxx
ad timot sec et xvi et xviiii
ad tit ii et vii
De episcoporum formula
et diaconorum ad tim p
viii ad tit ii
De spu sco perfidia nouissimi
temporis per apostolum
praedicante ad timot p x
ad tim sec et xiiii et xviiii
De eo imperio docentium ad tim p
xiii ad tit v ad philip iii
De doctore ut se ipsum formulā
discipulis bonis operibus
in omnibus debeat exhibere
ad thes sec vii ad timot p xiii
ad timot sec viiii ad tit iii
De eo quod possibile sit omnibus
et necesse uniuersa mandata
dominica plenissime custodire
ad roman vi ad cor p xxvii
ad gal xxv ad tit ii

EXPLICIT CAPITULATIO DE OMNIB EPIST

INCIP ARGUMENTUM

ROMANI SUNT IN PARTIB ITALIAE HI PRAEVEN
TI SUNT A FALSIS APOSTOLIS ET SUB NOMINE
DNI NI IHU XPI IN LEGEM ET PROPHETAS ERANT
INDUCTI HOS REVOCAT APOSTOLUS AD VERAM
EVANGELICAM FIDEM SCRIBENS EIS A CORINTHO

EXP PRAEFATIO

INCIPIUNT BREVES

i DE NATIUITATE DNI SECUNDUM CARNEM
ii DE FIDE ROMANORUM ET PAULO PRO
EIS DNM DEPRECANTE
iii DE GENTIBUS GRECIS AC BARBARIS
ET PRIMATU IUDAEORUM ATQUE GRECORUM
iiii DE IRA DI IN EOS QUI SUNT UERITATIS
CONTRARII ET COGNITUM DM
DESERUNT ET DESERUNT CREATURAE
v DE IMPUDICIS UIRIS AC FEMINIS
vi DE HIS IUDICIBUS QUI MALA QUAE ALIOS
PROHIBUERINT IPSI COMMITTUNT
ET PATIENTIA DI AD PAENITENTIAM
REUOCANTE ET POENIS MALAE
OPERANTIUM ET GLORIA OPERANTIUM
BONITATE ET QUOD NON PROSIT
CIRCUMCISIO TRANSGREDIENTIBUS
LEGEM NEC OBSIT PRAEPUTIUM
GENTIBUS NATURALITER DM SUMMUM
COLENTIBUS ET CUSTODIENTIB AEQUITATEM
vii DE IUDAEO QUIDAM PLUS HABEAT
ET QUID CETERIS GENTIBUS ANTECELLAT
viii DE HUMANA CALUMNIA ADUERSUS
IUDICIUM DI ET DICENTIBUS
FACIAMUS MALA UT UENIANT BONA
viiii DE IUDAEIS ET GRECIS OMNIBUS
PECCATO CONSTRICTIS ET DE IUSTITIA
DI PER FIDEM DNI IHU XPI
x DE IUSTIFICATIONE HOMINIS
PER FIDE SINE OPERIBUS
xi DE GLORIATIONE SPEI GLORIAE DI
PARITER GLORIATIONE TRIBULATIONE
xii DE PASSIONE DNI PRO IMPIIS NOBIS
PRAEUARICATIONE HOMINIS
PECCATORIS ADAE
xiii DE MORTE REGNANTE AB ADAM
USQUE AD MOYSEN ET IN EOS
QUI NON PECCAUERUNT IN SIMILI
TUDINE PRAEUARICATIONIS ADAE
xiiii DE DIFFERENTIA MAGNITUDINIS
PECCATI IUDAE HUMANUM GENUS
SECUM PARITER DEPONENTIS
AD MORTEM GRATIAE DNI APUD SE
CREDENTES OMNES IN SE REUOCANTIS
AD UITAM ET GLORIAM SEMPITERNAM

xv DE BAPTIZATIS QUOD IN MORTE DNI
SINT BAPTIZATI UIUANT AUTEM
NON PECCATO CUI IAM MORTUI SUNT
SED IUSTITIAE DI CUI RENATI SUNT
ET RESURRECTIONE DNI NI IHU XPI
xvi DE FIDELIBUS QUOD NON SINT SUB LEGE
SED SUB GRATIAE ET QUOD LIBERATI
A SERUITUTE PECCATI SINT SERUI
IUSTITIAE DI
xvii DE HOMINE QUAMDIU UIUIT UINCULO
LEGIS ADSTRICTO ET IN PASSIONE DNI
PARITER MORIENTE UT A LEGE SIT LIBER
xviii DE DISPUTATIONE CARNIS ET CARNALIUM
ET CARNALIUM OPERUM ET SPS
AC SPIRITALIUM SERTATE
xix DE ESCIS QUOD NON CARNIS SINT DEBITORES
SED SPS ET QUOD NON SPM TIMORIS
ACCIPERINT SED ADOPTIONIS
FILIORUM DI
xx DE DIFFERENTIA PASSIONUM
ET PRAESENTIAE ET FUTURAE
A SERUITUTE CORRUPTIONIS
LIBERARI CUPIENTES ET DE SPE
ET DE SPU PRO SCIS GEMITIBUS
QUI UERBIS DEPRIMI NON POSSUNT
AMBITIOSIUS POSTULANTE
xxi DE PRAEDISTINATIS CONFORMIBUS
FILII DI
xxii DE DO QUOD PRO NOBIS FILIO PROPRIO
NON PEPERCIT
xxiii DE INPOSSIBILITATE SEPARATIONIS
HOMINIS XPIANI IN DILECTIONE
DNI NI IHU XPI
xxiiii DE TESTIFICATIONE PAULI DOLORIS
ET DE TRISTITIA PRO IUDAEIS
xxv DE DUOBUS POPULIS
xxvi DE UOLUNTATE DI QUOD QUEM UULT
INDURAT ET CUI UULT CLEMENTISSIME MISERETUR
xxvii DE COMPARATIONE FIGMENTI
ET FIGULI
xxviii DE UASIS IRAE AC MISERICORDIAE
ET GENTIUM UOCATIONE
xxix DE ESAIA CLAMANTE PRO POPULO ISRL

xxx De gentibus iustitiam fidei
con prehendentibus et iudaeis
offendentibus in lapidem
offensionis
xxxi De paulo testimonium perhibenti
quod iudaei aemulationem dĩ
habeant ignorantes et quod
finis sit dñs xps
xxxii De iustitia legis et iustitia fidei
xxxiii De incredulitate iudaeorum
et gentium fide
xxxiiii De iudaeis quod non sint prepulsi a dõ
xxxv De duritia iudaeorum
xxxvi De iudeorum delicto cum sit
gentibus salus quanto magis
erit plenitudo eorum
xxxvii De apostolo reuelante iudaeos
con paratione oliuae arboris
et gentes ab elatione animi
re primente
xxxviii De salute omnium iudaeorum
xxxix De inpossibilitate sciendi
secretorum scientiam dĩ
xl De apostolo obsecrante scõs
ut corpora sua exhibeant hostiam dõ
xli De falsa et uera sapientia
xlii De ecclesia et con paratione cordis
adque membrorum quae in hoc
capite sunt de diuersitate donorũ
et dilectione de odio mali et con
luctatione boni de caritate
de obsequio de sollicitudine
de feruore sps de tempore
seruiendo de spei gaudio
de patientia tribulationis
de instantia orationis de com
municatione scorum memoriis
de hospitalitate de benedicendo
et abstinentia maledicendi
gaudio cum gaudentibus fletu
cum flentibus de unitate
de humilitate de non reddenda
iniuria de prouisione bonorum
coram dõ et hominibus
de pace si fieri potest cum omnib;
hominibus de uindicta a dño
spectanda
xliii De subiectione erga principes
et potestates
xliiii De redditione unicuique
omnium debitorum
xlv De uigilantia et exercitio fidei
et sobrietate et continentia
xlvi De neglegentia et traditione
carnis et de manducantibus
ac non manducantibus
et iudicantibus alternos
uel uniuersos dies
xlvii De omnibus quod non sibi sed dõ
aut moriantur aut uiuant
xlviii De passione dñi et potestatem
et quod nec edens non edentem
et nec non manducans mandu
cantem debeat iudicare
xlviiii De eo quod nihil commune est
nisi ei qui existimat esse commune
l De periculo contristante
fratrem suum ex casu et quod
non sit regnum dĩ esca et potus
sed iustitia et pax et spu sco
et gaudium
li De mysterio dñi ante passionẽ
uero ipsius reuelato

EXPLICIUNT BREUES

IN CIPIT CORPUS

EPISTULAE AD ROMANOS

PAULUS SERUUS XPI IHU
UOCATUS APOSTOLUS.
SEGREGATUS IN EUANGE
LIUM DI.
QUOD ANTE PROMISERAT PER
PROPHETAS SUOS IN SCRIPTURIS
SCIS DE FILIO SUO.
QUI FACTUS EST EI EX SEMINE
DAUID SECUNDUM CARNEM.
QUI PRAEDESTINATUS EST FILIUS
DI IN UIRTUTE.
SECUNDUM SPM SCIFICATIONIS
EX RESURRECTIONE
MORTUORUM.
IHU XPI DNI NOSTRI.
PER QUEM ACCEPIMUS GRATIAM
ET APOSTOLATUM. AD OBOEDI
ENDUM FIDEI IN OMNIBUS
GENTIBUS. PRO NOMINE EIUS.
IN QUIBUS ESTIS ET UOS UOCATI
IHU XPI.
OMNIBUS QUI SUNT ROMAE.
IN DILECTIONE DI UOCATIS SCIS.
GRATIA UOBIS. ET PAX A DO PATRE
NOSTRO. ET DNO IHU XPO
II PRIMUM QUIDEM GRATIAS AGO
DO MEO PER IHM XPM PRO
OMNIBUS UOBIS
QUIA FIDES UESTRA ADNUNTIATUR
IN UNIUERSO MUNDO
TESTIS ENIM MIHI EST DS
CUI SERUIO IN SPU MEO
IN EUANGELIO FILII EIUS
QUOD SINE INTERMISSIONE
MEMORIAM UESTRI FACIO
SEMPER IN ORATIONIBUS
MEIS OBSECRANS
SI QUOMODO TANDEM ALIQUANDO
PROSPERUM ITER HABEAM
IN UOLUNTATE DI UENIENDI
AD UOS. DESIDERO ENIM
UIDERE UOS
UT ALIQUID INPERTIAR GRATIAE
UOBIS SPIRTALIS AD CONFIR
MANDOS UOS
IDEST SIMUL CONSOLARI IN UOBIS
PER EAM QUAE INUICEM EST FIDEM
UESTRAM ADQUE MEAM
III NOLO AUTEM UOS IGNORARE FF
QUIA SAEPE PROPOSUI UENIRE
AD UOS ET PROHIBITUS SUM
USQUE ADHUC
UT ALIQUEM FRUCTUM HABEAM
ET IN UOBIS SICUT IN CETERIS
GENTIBUS
GRECIS AC BARBARIS
SAPIENTIBUS ET INSIPIENTIBUS
DEBITOR SUM
ITA QUOD IN ME PROMPTUM
EST ET IN UOBIS QUI ROMAE
ESTIS EUANGELIZARE
NON ENIM ERUBESCO EUANGELIUM
UIRTUS ENIM DI EST IN SALUTE
OMNI CREDENTI
IUDAEO PRIMUM ET GRECO
IUSTITIA ENIM DI IN EO REUELATUR
EX FIDE IN FIDE
SICUT SCRIPTUM EST
IUSTUS AUTEM EX FIDE UIUIT
IIII REUELATUR ENIM IRA DI
DE CAELO
SUPER OMNEM IMPIETATEM
ET INIUSTITIAM HOMINUM
EORUM QUI UERITATEM IN INIUSTITIA
DETINENT QUIA QUOD NOTUM
EST DI MANIFESTUM EST IN ILLIS
DS ENIM ILLIS MANIFESTAUIT
INUISIBILIA ENIM IPSIUS
A CREATURA MUNDI
PER EA QUAE FACTA SUNT INTEL
LECTA CONSPICIUNTUR.
SEMPITERNA QUOQUE EIUS UIRTUS
AC DIUINITAS
ITA UT SINT INEXCUSABILES
QUIA CUM COGNOUISSENT DM
NON SICUT DM GLORIFICAUERUNT
AUT GRATIAS EGERUNT
SED EUANUERUNT IN COGITATIONIBUS SUIS

ET OBSCURATUM EST INSIPIENS
COR EORUM
DICENTES ENIM SE ESSE SAPIENTES
STULTI FACTI SUNT
ET MUTAUERUNT GLORIAM
INCORRUPTIBILIS DI
IN SIMILITUDINEM IMAGINIS
CORRUPTIBILIS HOMINIS
ET UOLUCRUM ET QUADRUPEDU
ET SERPENTIUM
PROPTER QUOD TRADIDIT ILLOS DS
IN DESIDERIA CORDIS EORUM
IN INMUNDITIAM
UT CONTUMELIIS ADFICIANT
CORPORA SUA IN SEMET IPSIS
QUI CONMUTAUERUNT UERITATEM
DI IN MENDACIO
ET COLUERUNT ET SERUIERUNT
CREATURAE POTIUS QUAM
CREATORI
QUI EST BENEDICTUS IN SAECULA AMEN
V PROPTER EA TRADIDIT ILLOS DS
IN PASSIONES IGNOMINIAE
NAM FEMINE EORUM INMUTA
UERUNT NATURALEM USUM
IN EUM USUM QUI EST CONTRA
NATURAM
SIMILITER AUTEM ET MASCULI
RELICTO NATURALI USU FEMINE
EXARSERUNT IN DESIDERIIS SUIS
IN INUICEM
MASCULI IN MASCULOS TURPITU
DINEM OPERANTES
ET MERCEDEM QUAM OPORTUIT
ERRORIS SUI IN SEMET IPSIS
RECIPIENTES
ET SICUT NON PROBAUERUNT
DM HABERE IN NOTITIAM
TRADIDIT ILLOS DS IN REPROBUM
SENSUM UT FACIANT EA QUAE
NON CONUENIT
REPLETOS OMNI INIQUITATE
MALITIA FORNICATIONE
AUARITIA NEQUITIA

PLENOS INUIDIA
HOMICIDIO CONTENTIONE
DOLO MALIGNITATE
SUSURRONES DETRACTORES
DO ODIBILES CONTUMELIOSOS
SUPERBOS ELATOS
INUENTORES MALORUM
PARENTIBUS NON OBOEDIENTES
INSIPIENTES INCONPOSITOS
SINE ADFECTIONE ABSQUE FOEDERE
SINE MISERICORDIA
QUI CUM IUSTITIAM DI COGNO
UISSENT NON INTELLEXERUNT
QUONIAM QUI TALIA AGUNT
DIGNI SUNT MORTE
NON SOLUM qui EA FACIUNT
SEd ET qui CONSENTIUNT FACIENTIBUS
VI PROPTER QUOD INEXCUSABILIS ES
O HOMO OMNIS QUI IUDICAS
IN QUO ENIM IUDICAS ALTERUM
TE IPSUM CONDEMNAS
EADEM ENIM AGIS QUI IUDICAS
SCIMUS ENIM QUONIAM IUDICIUM
DI EST SECUNDUM UERITATEM
IN EOS QUI TALIA AGUNT
EXISTIMAS AUTEM HOC O HOMO
QUI IUDICAS EOS QUI TALIA AGUNT
ET FACIS EA
QUIA TU EFFUGIES IUDICIUM DI
AN DIUITIAS BONITATIS EIUS
ET PATIENTIAE ET LONGANIMI
TATIS CONTEMNIS
IGNORANS QUONIAM BENIGNITAS
DI AD PAENITENTIAM TE ADDUCIT
SECUNDUM DURITIAM AUTEM TUAM
ET INPAENITENS COR
THESAURIZAS TIBI IRAM IN DIE IRAE
ET REUELATIONIS IUSTI IUDICII DI
QUI REDDET UNICUIQUE
SECUNDUM OPERA EIUS
HIS QUIDEM QUI SECUNDUM
PATIENTIAM BONI OPERIS
GLORIAM ET HONOREM ET IN
CORRUPTIONEM QUAERENTIBUS

uitam aeternam
His autem qui ex contentione
et qui non adquiescunt ueritati
Credunt autem iniquitati
ira et indignatio
tribulatio et angustia in omnem
animam hominis
operantis malum
iudaei primum et greci
Gloria autem et honor et pax
omni operanti bonum
iudaeo primum et greco
Non est enim personarum
acceptio apud dm
quicumque enim sine lege
peccauerunt
sine lege et peribunt. et quicumq. in lege peccauerunt
per legem iudicabuntur
Non enim auditores legis
iusti sunt apud dm
sed factores legis iustificabuntur
cum enim gentes quae legem
non habent
naturaliter quae legis sunt
faciunt
eius modi non habentes
legem ipsi sibi sunt lex
qui ostendunt opus legis
scriptum in cordibus suis
testimonium reddente illis
conscientia ipsorum
et inter se inuicem cogitatio
num accusantium aut etiam
defendentium
In die cum iudicauit ds occulta
hominum secundum euan
gelium meum per ihm xpm
Si autem tu iudaeus cognominaris
et requiescis in lege
et gloriaris in do
et nosti uoluntatem eius
et probas utiliora instructus
per legem
confidis te ipsum ducem
esse caecorum
Lumen eorum qui in tenebris sunt
eruditorem insipientium
magistrum infantium
habentem formam scientiae
et ueritatis in lege
qui ergo alium doces
te ipsum non doces
qui praedicas non furandum
furaris
qui dicis non moechandum
moecharis
qui abominaris idola
sacrilegium facis
qui in lege gloriaris
per praeuaricationem legis
dm inhonoras
Nomen enim di per uos
blasphematur inter gentes
Sicut scriptum est
Circumcisio quidem prodest
si legem obserues
Si autem praeuaricator legis sis
circumcisio tua praeputium
facta est
Si igitur preputium iustitias
legis custodiat
nonne preputium illius
in circumcisionem reputabitur
et iudicabit quod ex natura est
praeputium legem consummans
te qui per litteram et circum
cisionem praeuaricator legis es
Non enim qui in manifesto
iudaeus est
neque quae in manifesto
in carne circumcisio
sed qui in abscondito iudaeus
et circumcisio cordis in spu
non littera
cuius laus non ex hominibus
sed ex do est
VII Quid ergo amplius est iudaeo
aut quae utilitas circumcisionis

multum per omnem modum
primum quidem quia credita
sunt illis eloquia di
quid enim si quidam illorum
non crediderunt
num quid incredulitas illorum
fidem di euacuabit absit
est autem ds uerax
omnis autem homo mendax
sicut scriptum est
ut iustificeris in sermonibus tuis
et uincas cum iudicaris
VIII Si autem iniquitas nostra
iustitiam di commendat
quid dicemus
num quid iniquus ds qui in
fert iram
secundum hominem dico absit
alioquin quomodo iudicabit
ds mundum
si enim ueritas di in meo mendacio
abundauit in gloriam ipsius
quid adhuc et ego tamquam
peccator iudicor
et non sicut blasphemamur
et sicut aiunt nos quidam dicere
faciamus mala ut ueniant bona
quorum damnatio iusta est
VIIII Quid igitur praecellimus eos
nequaquam causati enim sumus
iudaeos et grecos
omnes sub peccato esse
sicut scriptum est
quia non est iustus quisquam
non est intellegens
non est requirens dm
omnes declinauerunt simul
inutiles facti sunt
non est qui faciat bonum
non est usque ad unum
sepulchrum patens est
guttur eorum
linguis suis dolose agebant
uenenum aspidum sub labiis eorum
quorum os maledictione
et amaritudine plenum est
ueloces pedes eorum ad effun
dendum sanguinem
contritio et infelicitas
in uiis eorum
et uiam pacis non cognouerunt
non est timor di ante oculos eorum
Scimus autem quoniam quae
cumque lex loquitur
his qui in lege sunt loquitur
ut omne os obstruatur
et subditus fiat omnis mundus do
quia ex operibus legis non iusti
ficabitur omnis caro coram illo
per legem enim cognitio peccati
nunc autem sine lege iustitia di
manifestata est
iustificata a lege et prophetis
iustitia autem di per fidem ihu xpi
super omnes qui credunt
non enim est distinctio
omnes enim peccauerunt
et egent gloriam di
iustificati gratis per gratiam
ipsius per redemptionem
quae est in xpo ihu
quem proposuit ds propitiationem
per fidem in sanguine ipsius
ad ostensionem iustitiae suae
propter remissionem prae
cedentium delictorum
in sustentatione di
ad ostensionem iustitiae eius
in hoc tempore
ut sit ipse iustus
et iustificans eum qui ex fide
est ihu
X Ubi est ergo gloriatio tua
exclusa est per quam legem
factorum non
sed per legem fidei
arbitramur enim iustificari
hominem per fidem

SINE OPERIBUS LEGIS
AN IUDAEORUM DS TANTUM
NONNE ET GENTIUM
IMMO ET GENTIUM
QUONIAM QUIDEM UNUS DS
QUI IUSTIFICAUIT CIRCUMCISIONEM
EX FIDE· ET PRAEPUTIUM PER FIDE͞
LEGEM ERGO DESTRUIMUS
PER FIDEM ABSIT
SED LEGEM STATUIMUS
QUID ERGO DICEMUS INUENISSE
ABRAHAM PATREM NOSTRUM
SECUNDUM CARNEM
SI ENIM ABRAHAM EX OPERIBUS
IUSTIFICATUS EST
HABET GLORIAM SED NON APUD DOM
QUID ENIM SCRIPTURA DICIT
CREDIDIT ABRAHAM DO ET REPU
TATUM EST ILLI AD IUSTITIAM
EI AUTEM QUI OPERATUR MERCES
NON IMPUTATUR SECUNDUM
GRATIAM
SED SECUNDUM DEBITUM
EI AUTEM QUI NON OPERATUR
CREDENTI AUTEM IN EUM
QUI IUSTIFICAT IMPIUM
REPUTATUR FIDES EIUS
AD IUSTITIAM
SICUT ET DAUID DICIT BEATITU
DINEM HOMINIS CUI DS
ACCEPTO FERT IUSTITIAM
SINE OPERIBUS
BEATI QUORUM REMISSAE SUNT
INIQUITATES
ET QUORUM TECTA SUNT PECCATA
BEATUS UIR CUI NON IMPUTABIT
DNS PECCATUM
BEATITUDO HAEC IN CIRCUMCISIONE
AN ETIAM IN PRAEPUTIO
DICIMUS ENIM QUIA REPUTATA EST
ABRAHAE FIDES AD IUSTITIAM
QUOMODO ERGO REPUTATA EST
IN CIRCUMCISIONE
AN IN PRAEPUTIO

NON IN CIRCUMCISIONE
SED IN PRAEPUTIO
ET SIGNUM ACCEPIT CIRCUM
CISIONIS
SIGNACULUM IUSTITIAE FIDEI
QUAE EST IN PRAEPUTIO
UT SIT PATER OMNIUM CREDEN
TIUM PER PRAEPUTIUM
UT REPUTETUR ET ILLIS AD IUSTITIAM
ET SIT PATER CIRCUMCISIONIS
NON HIS TANTUM QUI SUNT
EX CIRCUMCISIONE
SED ET HIS QUI SECTANTUR UESTIGIA
QUAE EST IN PRAEPUTIO FIDEI
PATRIS NOSTRI ABRAHAE
NON ENIM PER LEGEM PROMISSIO
ABRAHAE AUT SEMINI EIUS
UT HERES ESSET MUNDI
SED PER IUSTITIAM FIDEI
SI ENIM QUI EX LEGE HEREDES SUNT
EXINANITA EST FIDES
ABOLITA EST PROMISSIO
LEX ENIM IRAM OPERATUR
UBI ENIM NON EST LEX
NEC PRAEUARICATIO IDEO EX FIDE
UT SECUNDUM GRATIAM
UT FIRMA SIT PROMISSIO
OMNI SEMINI
NON EI QUI EX LEGE EST SOLUM IIIV
SED ET EI QUI EX FIDE EST ABRAHAE
QUI EST PATER OMNIUM NOSTRUM
SICUT SCRIPTUM EST
QUIA PATREM MULTARUM
GENTIUM POSUI TE
ANTE DM CUI CREDIDIT
QUI UIUIFICAT MORTUOS
ET UOCAT QUAE NON SUNT
TAMQUAM EA QUAE SUNT
QUI CONTRA SPEM IN SPEM
CREDIDIT
UT FIERET PATER MULTARUM
GENTIUM
SECUNDUM QUOD DICTUM EST
SIC ERIT SEMEN TUUM

ET NON INFIRMATUS FIDE CONSI
DERAUIT CORPUS SUUM EMORTUUM
CUM FERE CENTUM ANNORUM ESSET
ET EMORTUAM UULUAM SARRAE
IN REPROMISSIONE ETIAM DĪ
NON HAESITAUIT DIFFIDENTIA
SED CONFORTATUS EST FIDE
DANS GLORIAM DŌ
PLENISSIME SCIENS QUIA QUAE
CUMQUE PROMISIT POTENS
EST ET FACERE
IDEO ET REPUTATUM EST
ILLI AD IUSTITIAM
NON EST AUTEM SCRIPTUM
TANTUM PROPTER IPSUM
QUIA REPUTATUM EST ILLI
SED ET PROPTER NOS QUIBUS
REPUTABITUR
CREDENTIBUS IN EUM QUI SUSCI
TAUIT IHM DNM N̄ A MORTUIS
QUI TRADITUS EST PROPTER
DELICTA NOSTRA
ET RESURREXIT PROPTER
IUSTIFICATIONEM NOSTRAM
XI IUSTIFICATI IGITUR EX FIDE
PACEM HABEAMUS AD DM
PER DNM NM IHM XPM
PER QUEM ET ACCESSUM
HABEMUS FIDE IN GRATIAM ISTAM
IN QUA STAMUS ET GLORIAMUR
IN SPE GLORIAE FILIORUM DĪ
NON SOLUM AUTEM SED ET GLORIA
MUR IN TRIBULATIONIBUS
SCIENTES QUOD TRIBULATIO
PATIENTIAM OPERATUR
PATIENTIA AUTEM PROBATIONEM
PROBATIO UERO SPEM
SPES AUTEM NON CONFUNDIT
QUIA CARITAS DĪ DIFFUSA EST
IN CORDIBUS NOSTRIS
PER SPM SCM QUI DATUS EST NOBIS
XII UT QUID ENIM XPS CUM ADHUC
INFIRMI ESSEMUS
SECUNDUM TEMPUS
PRO IMPIIS MORTUUS EST
UIX ENIM PRO IUSTO QUIS MORITUR
NAM PRO BONO FORSITAN
QUIS AUDEAT MORI
COMMENDAT AUTEM SUAM
CARITATEM DS IN NOS
QUONIAM CUM ADHUC PECCATORES
ESSEMUS
XPS PRO NOBIS MORTUUS EST
MULTO MAGIS IGITUR IUSTIFICATI
NUNC IN SANGUINE IPSIUS
SALUI ERIMUS AB IRA PER IPSUM
essemus SI ENIM CUM INIMICI RECONCILIATI
SUMUS DŌ PER MORTEM FILII EIUS
MULTO MAGIS RECONCILIATI SALUI E
RIMUS IN UITA IPSIUS
NON SOLUM AUTEM
SED ET GLORIAMUR IN DŌ PER DNM
NM IHM XPM PER QUEM NUNC
RECONCILIATIONEM ACCEPIMUS
PROPTER EA SICUT PER UNUM HOMINEM
IN HUNC MUNDUM PECCATUM
INTRAUIT
ET PER PECCATUM MORS
ET ITA IN OMNES HOMINES
MORS PERTRANSIIT
IN QUO OMNES PECCAUERUNT
USQUE AD LEGEM ENIM PECCATUM
ERAT IN MUNDO
PECCATUM AUTEM NON INPUTATUR
CUM LEX NON EST
XIII SED REGNAUIT MORS AB ADAM
USQUE AD MOSEN ETIAM IN EOS
QUI NON PECCAUERUNT
IN SIMILITUDINEM PRAEUARICATIONIS
ADAE QUI EST FORMA FUTURI
SED NON SICUT DELICTUM
ITA ET DONUM
SI ENIM UNIUS DELICTO
MULTI MORTUI SUNT
MULTO MAGIS GRATIA DĪ ET DONUM
IN GRATIAM UNIUS HOMINIS
IHU XPI IN PLURES ABUNDAUIT
ET NON SICUT PER UNUM PECCANTEM

ITA ET DONUM
NAM IUDICIUM EX UNO IN CON
DEMNATIONEM
GRATIA AUTEM EX MULTIS DELICTIS
IN IUSTIFICATIONEM
XIIII SI ENIM IN UNIUS DELICTO MORS
REGNAUIT PER UNUM
MULTO MAGIS ABUNDANTIAM
GRATIAE ET DONATIONIS
ET IUSTITIAE ACCIPIENTES
IN UITAM REGNABUNT
PER UNUM IHM XPM
IGITUR SICUT PER UNIUS DELICTUM
IN OMNES HOMINES
IN CONDEMNATIONEM
SIC ET PER UNIUS IUSTITIAM
IN OMNES HOMINES IN IUSTIFI
CATIONEM UITAE
SICUT ENIM PER INOBOEDIEN
TIAM UNIUS HOMINIS
PECCATORES CONSTITUTI
SUNT MULTI
ITA ET PER UNIUS OBOEDITIONEM
IUSTI CONSTITUENTUR MULTI
LEX AUTEM SUBINTRAUIT
UT ABUNDARET DELICTUM
UBI AUTEM ABUNDAUIT DELICTUM
SUPERABUNDAUIT GRATIA
UT SICUT REGNAUIT PECCATUM
IN MORTE
ITA ET GRATIA REGNET PER IUSTITIAM
IN UITAM AETERNAM
PER IHM XPM DNM NM
QUID ERGO DICEMUS
PERMANEBIMUS IN PECCATO
UT GRATIA ABUNDET ABSIT
QUI ENIM MORTUI SUMUS
PECCATO
QUOMODO ADHUC UIUEMUS
IN ILLO
XV AN IGNORATIS QUIA QUICUMQUE
BAPTIZATI SUMUS IN XPO IHU
IN MORTE IPSIUS BAPTIZATI SUMUS
CONSEPULTI ENIM SUMUS
CUM ILLO PER BAPTISMUM
IN MORTEM
UT QUOMODO SURREXIT XPS
A MORTUIS PER GLORIAM PATRIS
ITA ET NOS IN NOUITATE UITAE
AMBULEMUS
SI ENIM CONPLANTATI FACTI SUMUS
SIMILITUDINI MORTIS EIUS
SIMUL ET RESURRECTIONIS ERIMUS
HOC SCIENTES
QUIA UETUS HOMO NOSTER SIMUL
CRUCIFIXUS EST
UT DESTRUATUR CORPUS PECCATI
UT ULTRA NON SERUIAMUS PECCATO
QUI ENIM MORTUUS EST
IUSTIFICATUS EST A PECCATO
SI AUTEM MORTUI SUMUS CUM XPO
CREDIMUS QUIA SIMUL ETIAM
UIUEMUS CUM XPO
SCIENTES QUOD XPS SURGENS
A MORTUIS
IAM NON MORITUR
ET MORS ILLI ULTRA NON DOMINABITUR
QUOD ENIM MORTUUS EST
PECCATO MORTUUS EST SEMEL
QUOD AUTEM UIUIT
UIUIT DO ITA ET UOS EXISTIMATE UOS
MORTUOS QUIDEM ESSE PECCATO
UIUENTES AUTEM DO IN XPO IHU
XVI NON ERGO REGNET PECCATUM
IN UESTRO MORTALI CORPORE
UT OBOEDIATIS CONCUPISCENTIIS EIUS
SED NEQUE EXHIBEATIS
MEMBRA UESTRA
ARMA INIQUITATIS PECCATO
SED EXHIBETE UOS DO
TAMQUAM EX MORTUIS
UIUENTES
ET MEMBRA UESTRA ARMA
IUSTITIAE DO
PECCATUM ENIM UOBIS
NON DOMINABITUR
NON ENIM SUB LEGE ESTIS
SED SUB GRATIA

Quid ergo peccavimus
quoniam non sumus sub lege
sed sub gratia absit
Nescitis quoniam cui exhibetis
uos seruos ad oboediendum
serui estis eius cui oboedistis
siue peccati
siue oboeditionis ad iustitiam
Gratias autem do
quod fuistis serui peccati
oboedistis autem ex corde
in eam formam doctrinae
in qua traditi estis
Liberati autem a peccato
serui facti estis iustitiae
humanum dico propter
infirmitatem carnis uestrae
Sicut enim exhibuistis
membra uestra seruire
inmunditiae et iniquitati
ad iniquitatem
ita nunc exhibete membra
uestra seruire iustitiae
in sanctificationem
cum enim serui essetis peccati
liberi fuistis iustitiae
quem ergo fructum habuistis
tunc in quibus nunc erubescitis
nam finis illorum mors est
nunc uero liberati a peccato
serui autem facti do
habetis fructum uestrum
in sanctificationem
finem uero uitam aeternam
stipendia enim peccati mors
gratia autem di uita aeterna
in xpo ihu dno no
XVII An ignoratis fratres
scientibus enim legem loquor
quia lex in homine dominatur
quanto tempore uiuit
nam quae sub uiro est mulier
uiuente uiro alligata est legi
si autem mortuus fuerit uir eius
soluta est a lege uiri
Igitur uiuente uiro
uocabitur adultera
si fuerit cum alio uiro
si autem mortuus fuerit
uir eius
liberata est a lege uiri
ut non sit adultera
si fuerit cum alio uiro
Itaque fratres mei
et uos mortificati estis
legi per corpus xpi
ut sitis alterius qui ex mor
tuis resurrexit
ut fructificaremus do
Cum enim essemus in carne
passiones peccatorum
quae per legem erant
operabantur in membris
nostris
ut fructificarent morti
nunc autem soluti sumus
a lege morientes in qua
detinebamur
ita ut seruiamus in nouitate sps
et non in uetustate litterae
quid ergo dicimus
lex peccatum est absit
sed peccatum non cognoui
nisi per legem
nam concupiscentiam
nesciebam
nisi lex diceret
non concupisces
occasione autem accepta
peccatum
per mandatum
operatum est in me omnem
concupiscentiam
sine lege enim peccatum
mortuum erat
ego autem uiuebam
sine lege aliquando
sed cum uenisset mandatum

peccatum reuixit
ego autem mortuus sum
et inuentum est mihi mandatum
quod erat ad uitam
hoc esse ad mortem
nam peccatum occasionem
accepta per mandatum
seduxit me
et per illud occidit
Itaque lex quidem sca
et mandatum scm
et iustum et bonum
quod ergo bonum est mihi
factum est mors absit
sed peccatum ut appareat
peccatum
per bonum mihi operatum
est mortem
ut fiat supra modum peccans
peccatum per mandatum
XVIII S cimus enim quod lex
spiritalis est
ego autem carnalis sum
uenundatus sub peccato
quod enim operor
non intellego
Non enim quod uolo hoc ago
sed quod odi illud facio
si autem quod nolo illud facio
consentio legi quoniam bona
nunc autem iam non ego
operor illud
sed quod habitat in me peccatu̅
scio enim quia non inhabitat in me
hoc est in carne mea bonum
nam uelle adiacet mihi
perficere autem bonum
non inuenio
Non enim quod uolo bonum
hoc facio
sed quod nolo malum hoc ago
si autem quod nolo illud facio
non ego operor illud
sed quod inhabitat in me pecca
tum

Inuenio igitur legem uolenti
mihi facere bonum
quoniam mihi malum adiacet
condelector enim legi di
secundum interiorem
hominem
uideo autem aliam legem
in membris meis
repugnantem legi mentis
meae
et captiuantem me
in lege peccati quae est
in membris meis
Infelix ego homo
quis me liberauit de corpore
mortis huius
gratia di per ihm xpm dnm nrm
Igitur ego ipse mente seruio
legi di
carne autem legi peccati
nihil ergo nunc damnationis
est his qui sunt in xpo ihu
qui non secundum carnem
ambulant
lex enim sps uitae in xpo ihu
liberauit me a lege peccati
et mortis
Nam quod inpossibile erat
legis in quo infirmabatur
per carnem
ds filium suum mittens
in similitudinem carnis
peccati
et propter peccatum damnauit
peccatum in carne
ut iustificatio legis impleretur
in nobis
qui non secundum carnem
ambulamus
sed secundum spm
qui enim secundum carnem sunt
quae carnis sunt sapiunt
qui uero secundum spm
quae sunt sps sapiunt

XVIIII NAM PRUDENTIA CARNIS
MORS EST
PRUDENTIA AUTEM SPS UITA ET PAX
QUONIAM SAPIENTIA CARNIS
INIMICITIA EST IN DM
LEGI AUTEM DI NON SUBICITUR
NEC ENIM POTEST
QUI AUTEM IN CARNE SUNT
DO PLACERE NON POSSUNT
UOS AUTEM IN CARNE NON ESTIS
SED IN SPU
SI TAMEN SPS DI HABITAT IN UOBIS
SI QUIS AUTEM SPM XPI NON HABET
HIC NON EST EIUS
SI AUTEM XPS IN UOBIS EST
CORPUS QUIDEM MORTUUM EST
PROPTER PECCATUM
SPS UERO UITA PROPTER
IUSTIFICATIONEM
QUOD SI SPS EIUS QUI SUSCITAUIT
IHM A MORTUIS HABITAT IN UOBIS
QUI SUSCITAUIT IHM XPM
A MORTUIS UIUIFICAUIT
ET MORTALIA CORPORA UESTRA
PROPTER INHABITANTEM
SPM EIUS IN UOBIS
ERGO FRATRES
DEBITORES SUMUS NON CARNI
UT SECUNDUM CARNEM UIUAMUS
SI ENIM SECUNDUM CARNEM
UIXERITIS MORIEMINI
SI AUTEM SPU FACTA CARNIS
MORTIFICATIS UIUETIS
QUICUMQUE ENIM SPU DI
AGUNTUR HI FILI SUNT DI
XX NON ENIM ACCEPISTIS SPIRITUM
SERUITUTIS ITERUM IN TIMORE
SED ACCEPISTIS SPIRITUM
ADOPTIONIS FILIORUM
IN QUO CLAMAMUS ABBA PATER
IPSE SPS TESTIMONIUM REDDIT
SPUI NOSTRO
QUOD SUMUS FILI DI
SI AUTEM FILII ET HEREDES
HEREDES QUIDEM DI
COHEREDES AUTEM XPI
SI TAMEN CONPATIMUR
UT ET CONGLORIFICEMUR
EXISTIMO ENIM QUOD NON
SUNT CONDIGNAE PASSIONES
HUIUS TEMPORIS
AD FUTURAM GLORIAM
QUAE REUELABITUR IN NOBIS
NAM EXPECTATIO CREATURAE
REUELATIONEM FILIORUM DI
EXPECTAT
UANITATI ENIM CREATURA
SUBIECTA EST
NON UOLENS SED PROPTER
EUM QUI SUBIECIT IN SPEM
QUIA ET IPSA CREATURA LIBERABITUR
A SERUITUTE CORRUPTIONIS
IN LIBERTATEM GLORIAE
FILIORUM DI
SCIMUS ENIM QUOD OMNIS
CREATURA INGEMISCIT
ET PARTURIT USQUE ADHUC
NON SOLUM AUTEM ILLA
SED ET NOS IPSI PRIMITIAS
SPS HABENTES
ET IPSI INTRA NOS GEMIMUS
ADOPTIONEM FILIORUM
EXPECTANTES REDEMPTIONEM
CORPORIS NOSTRI
XXI SPE ENIM SALUI FACTI SUMUS
SPES AUTEM QUAE UIDETUR
NON EST SPES
NAM QUOD UIDET QUIS
QUID SPERAT
SI AUTEM QUOD NON UIDEMUS
SPERAMUS
PER PATIENTIAM EXPECTAMUS
SIMILITER AUTEM ET SPS
ADIUUAT INFIRMITATEM NOSTRAM
NAM QUID OREMUS SICUT
OPORTET NESCIMUS
SED IPSE SPS POSTULAT PRO NOBIS
GEMITIBUS INENARRABILIBUS

qui autem scrutatur corda
scit quid desideret sps
quia secundum dm postulat
pro scis
Scimus autem quoniam
diligentibus dm omnia
cooperantur in bonum
propositum his qui secundum uocati sunt sci
Nam quos praesciuit
et praedestinauit conformes
fieri imaginis filii eius
ut sit ipse primogenitus
in multis fratribus
XXII Quos autem praedestinauit
hos et uocauit
et quos uocauit
hos et iustificauit
quos autem iustificauit
illos et magnificauit
Quid ergo dicimus ad haec
si ds pro nobis
quis contra nos
qui etiam filio suo non pepercit
sed pro nobis omnibus
tradidit illum
quomodo non etiam cum illo
omnia nobis donauit
XXIII Quis accusauit electos di
ds qui iustificat
quis est qui condemnet
xps ihs qui mortuus est
immo qui et resurrexit
qui et est ad dexteram di
qui etiam interpellat
pro nobis
quis nos separauit a caritate
xpi tribulatio an angustia
an persecutio an fames
an nuditas an periculum
an gladius
Sicut scriptum est
quia propter te mortificamur
tota die aestimati sumus
ut oues occisionis

Sed in his omnibus superamus
propter eum qui dilexit nos
Certus sum enim
quia neque mors
neque uita neque angeli
neque principatus
neque instantia
neque futura
neque fortitudo
neque altitudo
neque profundum
neque creatura alia
poterit nos separare
a caritate di quae est
in xpo ihu dno nostro
XXIIII Ueritatem dico in xpo
non mentior
testimonium mihi perhibente
conscientia mea in spu sco
quoniam tristitia est mihi magna
et continuus dolor cordi meo
optabam enim ipse ego
anathema esse a xpo
pro fratribus meis
qui sunt cognati mei
secundum carnem
qui sunt israhelitae
quorum adoptio est filiorum
et gloria et testamenta
et legislatio et obsequium
et promissa
quorum patres et ex quibus
xps secundum carnem
qui est super omnia ds
benedictus in saecula amen
XXV Non autem quod exciderit
uerbum di
non enim omnes qui ex isrl
hi sunt israhelitae
neque quia semen sunt abrahae
omnes filii
sed in isaac uocabitur tibi semen
id est non qui filii carnis
hi filii di

SED QUI FILII SUNT PROMISSIONIS
AESTIMANTUR IN SEMINE
PROMISSIONIS AUTEM
UERBUM HOC EST
SECUNDUM HOC TEMPUS UENIAM
ET ERIT SARRAE FILIUS
NON SOLUM AUTEM SED ET REBECCA
EX UNO CONCUBITO HABENS
ISAAC PATRE NOSTRO
CUM ENIM NONDUM NATI
FUISSENT
AUT ALIQUID EGISSENT BONUM
AUT MALUM
UT SECUNDUM ELECTIONEM
PROPOSITUM DI MANERET
NON EX OPERIBUS SED EX UOCANTE
DICTUM EST EI
QUIA MAIOR SERUIET MINORI
SICUT SCRIPTUM EST
IACOB DILEXI
ESAU AUTEM ODIO HABUI
XXVI QUID ERGO DICEMUS
NUMQUID INIQUITAS APUD DM
ABSIT MOSI ENIM DICIT
MISEREBOR CUIUS MISEREOR
ET MISERICORDIAM PRAES
TABO CUIUS MISEREBOR
IGITUR NON UOLENTIS
NEQUE CURRENTIS
SED MISERENTIS EST DI
DICIT SCRIPTURA PHARAONI
QUIA IN HOC IPSUM EXCITAUI TE
UT OSTENDAM IN TE UIRTUTEM
MEAM ET ADNUNTIETUR
NOMEN MEUM IN UNI
UERSA TERRA
XXVII ERGO CUIUS UULT MISERETUR
ET QUEM UULT INDURAT
DICIS ITAQUE MIHI QUID ADHUC
QUAERITUR
UOLUNTATI ENIM EIUS
QUIS RESISTIT
O HOMO TU QUIS ES
QUI RESPONDEAS DO

NUMQUID DICIT FIGMENTUM
EI QUI SE FINXIT
QUID ME FECISTI SIC
AN NON HABET POTESTATEM
FIGULUS LUTI
EX EADEM MASSA FACERE
ALIUT QUIDEM UAS IN HONOREM
ALIUT UERO IN CONTUMELIAM
XXVIII QUOD SI UOLENS DS OSTENDERE
IRAM ET NOTAM FACERE
POTENTIAM SUAM
SUSTINUIT IN MULTA PATIENTIA
UASA IRAE APTATA IN INTERITUM
UT OSTENDERET DIUITIAS
GLORIAE SUAE
IN UASA MISERICORDIAE QUAE
PRAEPARAUIT IN GLORIAM
QUOS ET UOCAUIT NOS
NON SOLUM EX IUDAEIS
SED ETIAM EX GENTIBUS
SICUT IN OSEE DICIT
UOCAUI NON PLEBEM MEAM
PLEBEM MEAM
ET NON MISERICORDIAM
CONSECUTAM
MISERICORDIAM CONSECUTAM
XXVIIII ET ERIT IN LOCO UBI DICTUM EST
NON PLEBS MEA UOS IBI UOCA
BUNTUR FILII DI UIUI
ESAIAS AUTEM CLAMAT PRO ISRL
SI FUERIT NUMERUS FILIORUM ISRL
TAM QUAM ARENA MARIS
RELIQUIAE SALUAE FIENT
UERBUM ENIM CONSUMMANS
ET BREUIANS IN AEQUITATE
QUIA UERBUM BREUIATUM
FACIET DNS SUPER TERRAM
ET SICUT PRAEDIXIT ESAIAS
NISI DNS SABAOTH RELIQUISSET
NOBIS SEMEN
SICUT SODOMA FACTI ESSEMUS
ET SICUT GOMORRA SIMILES
FUISSEMUS
XXX QUID ERGO DICEMUS

QUOD GENTES QUAE NON SECTA
BANTUR IUSTITIAM
ADPRAEHENDERUNT IUSTITIAM
IUSTITIAM AUTEM QUAE EX FIDE EST
ISRAHEL UERO SECTANS
LEGEM IUSTITIAE
IN LEGEM IUSTITIAE NON PERUENIT
QUARE   QUIA NON EX FIDE
SED QUASI EX OPERIBUS
OFFENDERUNT IN LAPIDEM
OFFENSIONIS
SICUT SCRIPTUM EST
ECCE PONO IN SION LAPIDEM
OFFENSIONIS ET PETRAM SCAN
DALI ET OMNIS QUI CREDIT
IN EUM NON CONFUNDETUR
XXXI FRATRES UOLUNTAS QUIDEM
CORDIS MEI
ET OBSECRATIO AD DM FIT
PRO ILLIS IN SALUTEM
TESTIMONIUM ENIM PERHIBEO
ILLIS QUOD AEMULATIONEM
DI HABENT
SED NON SECUNDUM SCIENTIAM
IGNORANTES ENIM
DI IUSTITIAM
ET SUAM QUAERENTES
STATUERE
IUSTITIAE DI NON SUNT SUBIECTI
FINIS ENIM LEGIS XPS
AD IUSTITIAM OMNI CREDENTI
XXXII MOSES ENIM SCRIPSIT
QUONIAM IUSTITIAM QUAE
EX LEGE EST QUI FECERIT
HOMO UIUET IN EA
QUAE AUTEM EX FIDE EST
IUSTITIA   SIC DICIT
NE DIXERIS IN CORDE TUO
QUIS ASCENDIT IN CAELUM
ID EST XPM DEDUCERE
AUT QUIS DESCENDIT IN ABYSSUM
HOC EST XPM EX MORTUIS
REUOCARE
SED QUID DICIT SCRIPTURA

PROPE EST UERBUM IN ORE TUO
ET IN CORDE TUO
HOC EST UERBUM FIDEI
QUOD PRAEDICAMUS
QUIA SI CONFITERIS IN ORE TUO
DNM IHM
ET IN CORDE TUO CREDIDERIS
QUOD DS ILLUM EXCITAUIT
A MORTUIS
SALUUS ERIS   CORDE ENIM
CREDITUR AD IUSTITIAM
ORE AUTEM CONFESSIO
FIT IN SALUTEM
DICIT ENIM SCRIPTURA
OMNIS QUI CREDIT IN ILLUM
NON CONFUNDETUR
NON ENIM EST DISTINCTIO
IUDAEI ET GRECI
NAM IDEM DNS OMNIUM
DIUES IN OMNES QUI INUOCANT
ILLUM
OMNIS ENIM QUICUMQUE
INUOCAUERIT NOMEN DNI
SALUUS ERIT
XXXIII QUOMODO ERGO INUOCABUNT
IN QUEM NON CREDIDERUNT
AUT QUOMODO CREDENT EI
QUEM NON AUDIERUNT
QUOMODO AUTEM AUDIENT
SINE PRAEDICANTE
QUOMODO UERO PRAEDICABUNT
NISI MITTANTUR
SICUT SCRIPTUM EST
QUAM SPECIOSI PEDES EUANGE
LIZANTIUM PACEM
EUANGELIZANTIUM BONA
SED NON OMNES OBOEDIERUNT
EUANGELIO
ESAIAS ENIM DICIT
DNE QUIS CREDIDIT AUDITUI NOSTRO
ERGO FIDES EX AUDITU
AUDITUS AUTEM PER UERBUM XPI
SED DICO NUMQUID NON AUDIERUNT
ET QUIDEM IN OMNEM TERRAM

EXIUIT SONUS EORUM
ET IN FINES ORBIS TERRAE
UERBA EORUM
SED DICO NUMQUID ISRAHEL
NON COGNOUIT
PRIMUS MOSES DICIT
EGO AD AEMULATIONEM UOS
ADDUCAM IN NON GENTEM
IN GENTEM INSIPIENTEM
IN IRAM UOS MITTAM
ESAIAS AUTEM AUDIT ET DICIT
IN UENTUS SUM NON QUAERENTIB
ME PALAM APPARUI HIS QUI
ME NON INTERROGABANT
AD ISRAHEL AUTEM DICIT
TOTA DIE EXPANDI MANUS MEAS
AD POPULUM NON CREDENTE
ET CONTRADICENTEM
XXXIIII DICO ERGO NUMQUID REPPULIT
DS POPULUM SUUM ABSIT
NAM ET EGO ISRAHELITA SUM
EX SEMINE ABRAHAM
TRIBU BENIAMIN
NON REPPULIT DS PLEBEM
SUAM QUAM PRAESCIIT
AN NESCITIS IN HELIA
QUID DICIT SCRIPTURA
QUEM ADMODUM INTERPELLAT
DM ADUERSUS ISRAHEL
DNE PROPHETAS TUOS OCCIDERUNT
ALTARIA TUA SUFFODERUNT
ET EGO RELICTUS SUM SOLUS
ET QUAERUNT ANIMAM MEAM
SED QUID DICIT ILLI RESPONSUM
DIUINUM
RELIQUI MIHI SEPTEM MILIA
UIRORUM
QUI NON CURUAUERUNT
GENU BAAL
SIC ERGO ET IN HOC TEMPORE
RELIQUIAE SECUNDUM
ELECTIONEM GRATIAE
FACTAE SUNT
SI AUTEM GRATIA NON EX OPERIB
ALIOQUIN GRATIA
IAM NON EST GRATIA
XXXV QUID ERGO QUOD QUAEREBAT
ISRAHEL
HOC NON EST CONSECUTUS
ELECTIO AUTEM CONSECUTA EST
CETERI UERO EXCAECATI SUNT
SICUT SCRIPTUM EST
DEDIT ILLIS DS SPIRITUM
CONPUNCTIONIS
OCULOS UT NON UIDEANT
ET AURES UT NON AUDIANT
USQUE IN HODIERNUM DIEM
ET DAUID DICIT
FIAT MENSA EORUM IN LAQUEUM
ET IN CAPTIONEM ET IN SCANDALU
ET IN RETRIBUTIONEM ILLIS
OBSCURENTUR OCULI EORUM
NE UIDEANT ET DORSUM ILLORUM
SEMPER INCURUA
XXXVI DICO ERGO NUMQUID SIC OFFEN
DERUNT UT CADERENT ABSIT
SED ILLORUM DELICTO
SALUS GENTIBUS
UT ILLOS AEMULENTUR
QUOD SI DELICTUM ILLORUM
DIUITIAE SUNT MUNDI
ET DEMINUTIO EORUM
DIUITIAE GENTIUM
QUANTO MAGIS PLENITUDO EORU
XXXVII UOBIS ENIM DICO GENTIBUS
QUAMDIU QUIDEM EGO SUM
GENTIUM APOSTOLUS
MINISTERIUM MEUM
HONORIFICABO
SI QUO MODO AD AEMULANDUM
PROUOCEM CARNEM MEAM
ET SALUOS FACIAM ALIQUOS
EX ILLIS
SI ENIM AMISSIO EORUM
RECONCILIATIO EST MUNDI
QUAE ADSUMPTIO
NISI UITA EX MORTUIS
QUOD SI DELIBATIO SANCTA EST

ET MASSA ET SI RADIX SANCTA
ET RAMI QUOD SI ALIQUI
EX RAMIS FRACTI SUNT
TU AUTEM CUM OLEASTER ESSES
INSERTUS ES IN ILLIS
ET SOCIUS RADICIS ET PINGUI
DINIS OLIUAE FACTUS ES
NOLI GLORIARI ADUERSUS RAMOS
QUOD SI GLORIARIS
NON TU RADICEM PORTAS
SED RADIX TE DICES ERGO
FRACTI SUNT RAMI UT EGO INSERAR
BENE PROPTER INCREDULITATEM
FRACTI SUNT
TU AUTEM FIDE STAS
NOLI ALTUM SAPERE SED TIME
SI ENIM DS NATURALIBUS RAMIS
NON PEPERCIT
NE FORTE NEC TIBI PARCAT
UIDE ERGO BONITATEM
ET SEUERITATEM DI
IN EOS QUIDEM QUI CECIDERUNT
SEUERITATEM
IN TE AUTEM BONITATEM DI
SI PERMANSERIS IN BONITATEM
ALIOQUIN ET TU EXCIDERIS
SED ET ILLI SI NON PERMANSE
RINT IN INCREDULITATE
INSERENTUR · POTENS EST
ENIM DS ITERUM INSERERE ILLOS
NAM SI TU EX NATURALI
EXCISUS ES OLEASTRO
ET CONTRA NATURAM INSERTUS
ES IN BONAM OLIUAM
QUANTO MAGIS HI SECUNDUM
NATURAM INSERENTUR
SUAE OLIUAE
XXXVIII NOLO ENIM UOS IGNORARE FF
MYSTERIUM HOC
UT NON SITIS UOBIS IPSIS SAPIENTES
QUIA CAECITAS EX PARTE
CONTIGIT IN ISRAHEL
DONEC PLENITUDO GENTIUM
INTRARET

ET SIC OMNIS ISRAHEL
SALUUS FIERET
SICUT SCRIPTUM EST
UENIET EX SION QUI ERIPIAT
ET AUERTET IMPIETATES IACOB
ET HOC ILLIS A ME TESTAMENTUM
CUM ABSTULERO PECCATA EORUM
SECUNDUM EUANGELIUM QUIDEM
INIMICI PROPTER UOS
SECUNDUM ELECTIONEM AUTEM
CARISSIMI PROPTER PATRES
SINE PAENITENTIA ENIM SUNT
DONA ET UOCATIO DI
SICUT ENIM ALIQUANDO ET UOS
NON CREDIDISTIS DO
NUNC AUTEM MISERICORDIAM
CONSECUTI ESTIS PROPTER
ILLORUM INCREDULITATEM
ITA ET ISTI NUNC NON CREDIDE
RUNT IN UESTRAM MISERICORDIAM
UT ET IPSI MISERICORDIAM
CONSEQUANTUR
CONCLUSIT ENIM DS OMNIA
IN INCREDULITATEM
UT OMNIUM MISERETUR
XXXVIIII O ALTITUDO DIUITIARUM SAPIEN
TIAE ET SCIENTIAE DI
QUAM INCONPRAEHENSIBILIA
SUNT IUDICIA EIUS
ET INUESTIGABILES UIAE EIUS
QUIS ENIM COGNOUIT
SENSUM DNI
AUT QUIS CONSILIARIUS EIUS FUIT
AUT QUIS PRIOR DEDIT ILLI
ET RETRIBUETUR EI
QUONIAM EX IPSO ET PER IPSUM
ET IN IPSO OMNIA
IPSI GLORIA IN SAECULA AMEN
XL. OBSECRO ITAQUE UOS FRATRES
PER MISERICORDIAM DI
UT EXHIBEATIS CORPORA UESTRA
HOSTIAM UIUENTEM
SANCTAM DO PLACENTEM
RATIONABILE OBSEQUIUM UESTRUM

et nolite conformari
huic saeculo
sed reformamini in nouitate
sensus uestri
ut probetis quae sit uoluntas
di bona placens et perfecta
xli Dico enim per gratiam
quae data est mihi omnibus
qui sunt inter uos
non plus sapere
quam oportet sapere
sed sapere ad sobrietatem
et unicuique sicut ds diuisit
mensuram fidei
xlii Sicut enim in uno corpore
multa membra habemus
omnia autem membra
non eundem actum habent
ita multi unum corpus sumus
in xpo
singuli autem alter alterius
membra
habentes autem donationes
secundum gratiam quae
data est nobis differentes
siue prophetiam secundum
rationem fidei
siue ministerium in minis
trando
siue qui docet in doctrina
qui exortatur in exortando
qui tribuit in simplicitate
qui praeest in sollicitudine
qui miseretur in hilaritate
dilectio sine simulatione
odientes malum
adherentes bono
caritatem fraternitatis
inuicem diligentes
honore inuicem
praeuenientes
sollicitudine non pigri
spu feruentes dno serui
entes spe gaudentes

in tribulatione patientes
orationi instantes
memoriis scorum
communicantes
hospitalitatem sectantes
benedicite persequentibus
benedicite et nolite
maledicere
gaudere cum gaudentibus
flere cum flentibus
id ipsum inuicem sentientes
non alta sapientes
sed humilibus consentientes
nolite esse prudentes
aput uos met ipsos
nulli malum pro malo
reddentes
prouidentes bona
non tantum coram do
sed etiam coram omnibus
hominibus
si fieri potest quod
ex uobis est
cum omnibus hominibus
pacem habentes
non uos met ipsos defen
dentes carissimi
sed date locum irae
scriptum est enim
mihi uindictam ego retribuam
dicit dns sed si esurierit
inimicus tuus ciba illum
sitit potum da illi
hoc enim faciens carbones
ignis congeres supra
caput eius
noli uinci a malo sed uince
in bono malum
xliii Omnis anima potestatibus
sublimioribus subdita sit
non est enim potestas nisi a do
quae autem sunt a do
ordinatae sunt
itaque qui resistit potestati

DĪ ORDINATIONĒ RESISTIT
QUI AUTEM RESISTUNT IPSI SIBI
DAMPNATIONEM ADQUIRUNT
NAM PRINCIPES NONSUNT
TIMORI BONI OPERIS SED MALI
UIS AUTEM NONTIMERE
POTESTATEM BONUM FAC
ET HABEBIS LAUDEM EX ILLA
DĪ ENIM MINISTER EST TIBI
IN BONUM
SI AUTEM MALE FECERIS TIME
NON ENIM SINE CAUSA
GLADIUM PORTAT
DĪ ENIM MINISTER EST
UINDEX IN IRAM EI QUI MALUM AGIT
IDEO NECESSITATE SUBDITI ESTOTE
NON SOLUM PROPTER IRAM
SED ET PROPTER CONSCIENTIAM
IDEO ENIM ET TRIBUTA
PRAESTATIS
MINISTRI ENIM DĪ SUNT
IN HOC IPSUM SERUIENTES
XLIIII REDDITE OMNIBUS DEBITA
CUI TRIBUTUM TRIBUTUM
CUI UECTIGAL UECTIGAL
CUI TIMOREM TIMOREM
CUI HONOREM HONOREM
NEMINI QUICQUAM DEBEATIS
NISI UT INUICEM DILIGATIS
QUI ENIM DILIGIT PROXIMUM
LEGEM IMPLEUIT
· NAM NON ADULTERABIS
· NON OCCIDES NON FURAUERIS
· NON CONCUPISCES
ET SI QUOD EST ALIUD MANDATUM
IN HOC UERBO INSTAURATUR
· DILIGES PROXIMUM TUUM
SICUT TE IPSUM
DILECTIO PROXIMI MALUM
NON OPERATUR
PLENITUDO ERGO LEGIS EST
DILECTIO
XLV ET HOC SCIENTES TEMPUS
QUIA HORA EST IAM NOS

DE SOMNO SURGERE
NUNC AUTEM PROPRIOR EST
NOSTRA SALUS QUAM CUM
CREDIDIMUS· NOX PRAECESSIT
DIES AUTEM ADPROPRIAUIT
ABICIAMUS ERGO OPERA
TENEBRARUM
ET INDUAMUR ARMIS LUCIS
SICUT IN DIE HONESTE
AMBULEMUS
NON IN COMMESATIONIBUS
ET EBRIETATIBUS
NON IN CUBILIBUS
ET INPUDICITIIS
NON IN CONTENTIONE
ET AEMULATIONE
SED INDUIMINI DNM IHM XPM
XLVI ET CARNIS CURAM NE FECERITIS
IN DESIDERIIS
INFIRMUM AUTEM
IN FIDE ADSUMITE
NON IN DISCEPTATIONIBUS
COGITATIONUM
ALIUS ENIM CREDIT
MANDUCARE OMNIA
QUI AUTEM INFIRMUS EST
HOLUS MANDUCET
IS QUI MANDUCAT NON MANDU
CANTEM NON SPERNAT
ET QUI NON MANDUCAT MANDU
CANTEM NON IUDICET
DS ENIM ILLUM ADSUMPSIT
TU QUIS ES QUI IUDICES
ALIENUM SERUUM
SUO DNO STAT AUT CADIT
STABIT AUTEM
POTENS EST ENIM DS
STATUERE ILLUM
NAM ALIUS IUDICAT DIEM PLUS
INTER DIEM
ALIUS IUDICAT OMNEM DIEM
UNUSQUISQ· IN SUO SENSU
ABUNDET
QUI SAPIT DIEM DNO SAPIT

ET QUI MANDUCAT DNO
MANDUCAT
GRATIAS ENIM AGIT DO
ET QUI NON MANDUCAT DNO
NON MANDUCAT ET GRATIAS
AGIT DO
xlvii NEMO ENIM NOSTRUM SIBI UIUIT
ET NEMO SIBI MORITUR
SIUE ENIM UIUIMUS DNO UIUIMUS
SIUE MORIMUR DNO MORIMUR
SIUE ERGO UIUIMUS SIUE MORIMUR
DNI SUMUS
xlviii IN HOC ENIM XPS ET MORTUUS
EST ET RESURREXIT
UT ET MORTUORUM ET UIUORUM
DOMINETUR
TU AUTEM QUID IUDICAS
FRATREM TUUM IN NON MANDUCANDO
AUT TU QUARE SPERNIS FRATREM
TUUM · OMNES ENIM STABIMUS
ANTE TRIBUNAL DI
SCRIPTUM EST ENIM
UIUO EGO DICIT DNS QUONIAM
MIHI FLECTET OMNE GENU
ET OMNIS LINGUA CONFITE
BITUR DO
ITAQUE UNUS QUISQUE NOSTRUM
PRO SE RATIONEM REDDET DO
NON ERGO AMPLIUS INUICEM
IUDICEMUS
SED IUDICATE HOC MAGIS
NE PONATIS OFFENDICULUM
FRATRI UEL SCANDALUM
xlviiii SCIO ET CONFIDO IN DNO IHU
QUIA NIHIL COMMUNE
PER IPSUM
NISI EI QUI EXISTIMAT
QUID COMMUNE ESSE
L ILLI COMMUNE EST
SI ENIM PROPTER CIBUM
FRATER TUUS CONTRISTATUR
IAM NON SECUNDUM CARITATEM
AMBULAS
NOLI CIBO TUO ILLUM PERDERE
PRO QUO XPS MORTUUS EST
NON ERGO BLASPHEMETUR
BONUM NOSTRUM
NON EST REGNUM DI ESCA ET POTUS
SED IUSTITIA ET PAX
ET GAUDIUM IN SPU SCO
QUI ENIM IN HOC SERUIT XPO
PLACET DO
ET PROBATUS EST HOMINIBUS
ITAQUE QUAE PACIS SUNT SECTEMUR
ET QUAE AEDIFICATIONIS SUNT
IN INUICEM CUSTODIAMUS
NOLI PROPTER ESCAM
DESTRUERE OPUS DI
OMNIA QUIDEM MUNDA SUNT
SED MALUM EST HOMINI
QUI PER OFFENDICULUM MANDUCAT
BONUM EST NON MANDUCARE
CARNEM ET NON BIBERE UINUM
NEQUE IN QUO FRATER TUUS
OFFENDIT AUT SCANDALIZATUR
AUT INFIRMATUR
TU FIDEM HABES PENES TEMET
IPSUM HABE CORAM DO
BEATUS QUI NON IUDICAT
SEMET IPSUM IN EO QUOD PROBAT
QUI AUTEM DISCERNIT SI MANDU
CAUERIT DAMNATUS EST
QUIA NON EX FIDE
OMNE AUTEM QUOD NON EST
EX FIDE PECCATUM EST
DEBEMUS AUTEM NOS FIRMIORES
INBECILLITATES INFIRMORUM
SUSTINERE
ET NON NOBIS PLACERE
UNUS QUISQUE UESTRUM
PROXIMO SUO PLACEAT IN BONUM
AD AEDIFICATIONEM
ET ENIM XPS NON SIBI PLACUIT
SED SICUT SCRIPTUM EST
INPROPERIA INPROPERANTIUM
TIBI CECIDERUNT SUPER ME
Li QUAECUMQUE ENIM SCRIPTA SUNT
AD NOSTRAM DOCTRINAM SCRIPTA SUNT

ut per patientiam et con
solationem scripturarum
spem habeamus
ds autem patientiae et solacii
det uobis idipsum sapere
in alterutrum secundum
ihm xpm
ut unanimes uno ore hono
rificetis dm et patrem
dni nri ihu xpi
propter quod suscipite
inuicem
sicut et xps suscepit uos
in honorem di
dico enim xpm ihm
ministrum fuisse
circumcisionis
propter ueritatem di
ad confirmandas promis
siones patrum
gentes autem super miseri
cordiam honorare dm
sicut scriptum est
propter hoc confitebor
tibi in gentibus
et nomini tuo cantabo
Et iterum dicit
Laetamini gentes
cum plebe eius
Et iterum
Laudate omnes gentes dnm
et magnificate eum
omnes populi
Et rursum esaias ait
erit radix iesse et qui exurget
regere gentes in eo
gentes sperabunt
ds autem spei repleat uos
omni gaudio et pace in cre
dendo ut abundetis in spe
et uirtute sps sci
Certus sum autem frs mei
et ego ipse de uobis
quoniam et ipsi pleni estis

dilectione
repleti omni scientia
ita ut possitis alterutrum
monere
audacius autem scripsi uobis
frs ex parte
tamquam in memoriam
uos reducens
propter gratiam quae data
est mihi a do
ut sim minister xpi ihu
in gentibus
sanctificans euangelium di
ut fiat oblatio gentium
accepta sanctificata
in spu sco
habeo igitur gloriam
in xpo ihu ad dm
non enim audeo aliquid
loqui eorum quae per me
non efficit xps in oboedi
entiam gentium
uerbo et factis
in uirtute signorum et pro
digiorum in uirtute sps sci
ita ut ab hierusalem
per circuitum usque
ad illyricum repleuerim
euangelium xpi
sic autem hoc praedicaui
euangelium
non ubi nominatus est xps
ne super alienum funda
mentum aedificarem
sed sicut scriptum est
quibus non est adnuntiatum
de eo uidebunt
et qui non audierunt
intellegent
propter quod et inpediebar
plurimum uenire ad uos
nunc uero ulterius locum
non habens in his regionib·
cupiditatem autem habens

uenien di ad uos ex multis
iam praecedentibus annis
cum in hispaniam proficisci
coepero
spero quod praeteriens
uideam uos
et a uobis deducar illuc
si uobis primum ex parte
fruitus fuero
nunc igitur proficiscar
hierusalem ministrare scis
probauerunt enim macedonia
et achaia
conlationem aliquam facere
in pauperes scorum qui
sunt hierusalem
placuit enim eis
et debitores sunt eorum
nam si spiritalium eorum
participes facti sunt gentiles
debent et in carnalibus
ministrare eis
hoc igitur cum consummaua
uero et adsignauero eis
fructum hunc
proficiscar per uos in hispaniam
scio autem quoniam
ueniens ad uos
in abundantia benedictionis
xpi ueniam
obsecro igitur uos fratres
per dnm nm ihm xpm
et per caritatem sps
ut adiuuetis me in orationib·
pro me ad dm
ut liberer ab infidelibus
qui sunt in iudaea
et obsequii mei oblatio
accepta fiat in hieruso
lymasctis
ut ueniam ad uos in gaudio
per uoluntatem di
et refrigerer uobiscum
ds autem pacis sit cum omnib·
uobis amen ·

commendo autem uobis
phoeben sororem nostram
quae est in ministerio ecclesiae
quae est cencris
ut eam suscipiatis in dno
digne scis
et adsistatis ei in quocumque
negotio uestri indiguerit
et enim ipsa quoque adsistitit
multis et mihi ipsi
salutate priscam et aquilam
adiutores meos in xpo ihu
qui pro anima mea
suas ceruices subposuerunt
quibus non solus ego
gratias ago
sed et cunctae ecclesiae
gentium
et domesticam eorum
ecclesiam
salutate ephaenetum
dilectum mihi
qui est primitiuus asiae in xpo
salutate mariam
quae multum laborauit
in uobis
salutate andronicum
et iuliam cognatos
et concaptiuos meos
qui sunt nobiles in apostolis
qui et ante me fueru nt
in xpo
salutate ampliatum dilec
tissimum mihi in dno
salute urbanum adiutorem
nostrum in xpo
et stachyn dilectum meum
salutate apellen probum
in xpo
salutate eos qui sunt
ex arestoboli
salutate herodionem
cognatum meum
salutate eos qui sunt ex narcissi

QUI SUNT IN DNO
SALUTATE THRYFENAM ET TRYFOSAM
QUAE LABORANT IN DNO
SALUTATE PERSIDAM CARISSIMAM
QUAE MULTUM LABORAUIT
IN DNO
SALUTATE RUFUM ELECTUM
IN DNO ET MATREM EIUS
ET MEAM
SALUTATE ASYNCRITUM
PHLEGONTA HERMEN
PATROBAM HERMAM
ET QUI CUM EIS SUNT FRATRES
SALUTATE PHILOLOGUM
ET IULIAM NEREUM
ET SOROREM EIUS
ET OLIMPIADEM ET OMNES
QUI CUM EIS SUNT SANCTOS
SALUTATE INUICEM IN OSCULO SCO
SALUTANT UOS OMNES
ECCLESIAE XPI
ROGO AUTEM UOS FRATRES
UT OBSERUETIS EOS QUI DISSEN
SIONES ET OFFENDICULA
PRAETER DOCTRINAM
QUAM UOS DIDICISTIS FACIUNT
ET DECLINATE AB ILLIS
HUIUS CEMODI ENIM XPO DNO
NOSTRO NON SERUIUNT
SED SUO UENTRI
ET PER DULCES SERMONES
ET BENEDICTIONES
SEDUCUNT CORDA INNOCENTIUM
UESTRA ENIM OBOEDIENTIA
IN OMNEM LOCUM
DIUULGATA EST
GAUDEO IGITUR IN UOBIS
SED UOLO UOS SAPIENTES ESSE
IN BONO ET SIMPLICES IN MALO
DS AUTEM PACIS CONTERAT
SATANAN SUB PEDIBUS UESTRIS
UELOCITER
GRATIA DNI NI IHU XPI UOBISCUM
SALUTAT UOS TIMOTHEUS

ADIUTOR MEUS ET LUCIUS
ET IASON ET SOSIPATER
COGNATI MEI
SALUTO UOS EGO TERTIUS QUI
SCRIBSI EPISTULAM IN DNO
SALUTAT UOS GAIUS HOSPES MEUS
ET UNIUERSAE ECCLESIAE
SALUTAT ERASTUS ARCARIUS
CIUITATIS ET QUARTUS FRATER
EI AUTEM QUI POTENS EST UOS
UOS CONFIRMARI IUXTA
EUANGELIUM MEUM
ET PRAEDICATIONEM IHU XPI
SECUNDUM REUELATIONEM
MYSTERII TEMPORIBUS
AETERNIS TACITI QUOD NUNC
PATE FACTUM EST
PER SCRIPTURAS PROPHETARUM
SECUNDUM PRAECEPTUM
AETERNI DI
AD OBOEDITIONEM FIDEI
IN CUNCTIS GENTIBUS
COGNITO SOLO SAPIENTI DO
PER IHM XPM CUI HONOR
IN SAECULA SAECULORUM

EXP EPIST AD ROMANOS

INCIP ARGUM AD CORINTHIOS P

CORINTHI SUNT ACHAEI ET HI SIMILITER
AB APOSTOLIS AUDIERUNT UERBUM
UERITATIS ET SUBUERSI MULTIFARIAE
A FALSIS APOSTOLIS QUIDAM A FILOSOFIAE
UERBOSA ELOQUENTIA ALII A SECTA LEGIS IUDAICAE
INDUCTI HOS REUOCAT APOSTOLUS AD UERAM
ET EUANGELICAM SAPIENTIAM
SCRIBENS EIS AB EPHESO PER TIMO THEUM

EXP ARGUM

INCIPIUNT BREUES

I De plenitudine diuitiarum gratiae
et scientiae corinthiorum
II De apostolo ad unitatē corinthios
conponente
III De contentione corinthiorum
IIII De uerbo crucis quod stultitia sit
pereuntibus salūs uero futuris
uirtus sit dī
V De perditione sapientiae saeculi
VI De dō eligentem stultitiam istius
saeculi et infirma et ignobilia
ut confundat sapientes et fortia
ut et qui gloriatur in dnō glorietur
VII De sapientia mundi et sapientiam dī
VIII De bonis futuris quae non dum sunt
cuique reuelata
IX De spū omnia perscrutante
X De spū dī et mundi istius spiritu
et de spiritalibus hominibus et animalib̄
XI De spiritalibus et carnalibus
et de apostolo lacte corinthis propinare
XII De aedificio cultuque doctrinae
et aedificatoribus et doctoribus
et mercedibus operantium uel sicuius
operatio arserit detrimentum sit
XIII De scīs quod templum sint dī
XIIII De scīs quod aliter sapientes esse
non possint nisi stultitia saeculo
fuerint et de sapientibus saeculi
quod ubi se aestimant sapere ipsi
stultissimi deprachendantur.
XV De inania iactantiae gloriantes
in homine et quod scīs tam prae
sentia quam futura sint diuinitus
adtributa
XVI De contemptu aestimationis humanę
et desiderio laudis futurae a dō
XVII De uana gloria
XVIII De apostolīs mundo huic et angelis
et hominibus spectaculum factis
et hominibus eorum passionibus
et quod manibus operati fuerint
XVIIII De apostolo in dnō xp̄o per euangeliū
corinthios generantem et de scīs
quod apostolos debeant imitari
XX De apostolo minante corinthis
et quod non in sermone sed in uirtute
est regnum dī
XXI De fornicatione facta inter corinthios
XXII De traditione fornicatoris satanae
XXIII De contagione et pascha
XXIIII De separatione scōrum a praeter
euntibus disciplinam
XXV De fratribus disceptantibus
quod a fratribus debeant iudicari
et quod scī mundum et angelos
iudicabunt
XXVI De scīs quod iniuriam facere non debeant
sed tollerare
XXVII De iniustis quod regnum dī
non possidebunt et quod omnia
peccata baptismi gratia diluuntur
XXVIII De pudicitia et resurrectione
XXIX De scīs quod membra sint dnī
et de fornicatoribus quod
membra sint meretricis
XXX De magnitudine criminis fornicationis
et quod scī sui non sīt sed praetio
sanguinis domini conparati
XXXI De coniugibus et mutua
corporis potestate
XXXII De apostoli continentia
et diuersitate donorum
XXXIII De felicitate continentiae
et melius esse nubi quam uri
XXXIIII De coniugibus non separandis
XXXV De uiros ac mulieres coniuges
infidelis habentibus
XXXVI De uno quoq; ut sic permaneant
quemadmodum est uocatus
XXXVII De uirginibus et uiduis et contemplu
praesentium
XXXVIII De nuptiis iteratis
XXXIX De sacrificatis simulachro
XL De paulum se apostolum esse
corinthiis protestante et de ceteris
apostolis circum ducentibus feminas
XLI De apostolo omnibus bonis se per omnia
conparanto

XLII De conparatione in stadio currentium
XLIII De apostolo corpus suum credente
et servituti subdente
XLIIII De baptismum iudaeorum
ignorantium et spiritali esca
et pro et potu. sta ratione plurimorum
et peccatis omnibus in deserto
XLV De figuris quae iudaeis acciderint
scripta sint autem ad correp-
tionem nostram
XLVI De periculo nimiae confidentiae
XLVII De dño sic temp tante famulos suos
ut possint omnia sustenere
XLVIII De benedictione panis et calicis
XLVIIII De his quae idolis sacrificantur
quod demoniis immolentur
et quod omnia liceant sed non
omnia expediāt universa
L De libertate emendi omnium
quae in macello venduntur
LI De convivio gentium et profanatis
LII De apostolo omnibus bonis
placente per omnia et quod sci
semper apostolos debeant
imitari
LIII De corinthiis apostoli traditionem
tenentibus
LIIII De dō quod virorum omnium
caput sit et vir mulieris
et dñi xpi ds
LV De omni viro orante et femina
aut prophetante non velato
capite vel velato
LVI De communi convivio ceteris sib·
LVII De traditione dñi et scificatione
panis et calicis
LVIII De accipientibus indigne
eucharistiam
LVIIII De expectatione mutua in com
muni convivio
LX De spiritalibus et divisionibus
donorum et conparatione
corporis adque membrorum
et omnium credentium
ex diversis condicionibus
unitatem
LXI De excellentia caritatis
et destructione profetiae
adque linguarum et omnium
quae ex parte sunt cum hid quod
perfectum est fuerit declaratum
LXII De eminentia prophetiae
et de linguis loquentibus
LXIII De prophetantibus
LXIIII De silentio mulierum in ecclesia
LXV De resurrectione et fine
LXVI De collectis quae in scis fiunt
LXVII De apollo
LXVIII De apostolo exortante
corinthios
LXVIIII De domo stephani
LXX De stephano et fortunato
et achaico
LXXI De ecclesiis asiae
et aquila et priscilla
hospitibus pauli
LXXII De apostolo anathematizante
eos qui non credunt
dñm ihm ·

EXP CAPITULA

INCIPIT EPISTULA

AD CORINTHIOS

PAULUS UOCATUS APOSTOLUS
XPI IHU PER UOLUNTATEM DI
ET SOSTHENES FRATER ECCLESIAE
DI QUAE EST CORINTHI
SANCTIFICATIS IN XPO IHU
UOCATIS SCIS
CUM OMNIBUS QUI INUOCANT
NOMEN DNI NRI IHU XPI
IN OMNI LOCO IPSORUM
ET NOSTRO
GRATIA UOBIS ET PAX A DO
PATRE NOSTRO ET DNO IHU XPO
GRATIAS AGO DO MEO SEMPER
PRO UOBIS
IN GRATIA DI QUAE DATA EST
UOBIS IN XPO IHU
QUIA IN OMNIBUS DIUITES
FACTI ESTIS IN ILLO
IN OMNI UERBO ET IN OMNI
SCIENTIA
SICUT TESTIMONIUM XPI
CONFIRMATUM EST IN UOBIS
ITA UT NIHIL UOBIS DESIT
IN ULLA GRATIA
EXPECTANTIBUS REUELATIONEM
DNI NRI IHU XPI
QUI ET CONFIRMAUIT UOS
USQ AD FINEM SINE CRIMINE
IN DIE ADUENTUS DNI NRI IHU XPI
FIDELIS DS PER QUEM UOCATI
ESTIS IN SOCIETATEM FILII EIUS
IHU XPI DNI NRI
II OBSECRO AUTEM UOS FRATRES
PER NOMEN DNI NRI IHU XPI
UT IDIPSUM DICATIS OMNES
UT NON SINT IN UOBIS SCISMATA
SITIS AUTEM PERFECTI
IN EODEM SENSU ET IN
EADEM SCIENTIA
III SIGNIFICATUM EST ENIM MIHI
DE UOBIS FRATRES MEI
AB HIS QUI SUNT CLOES
QUIA CONTENTIONES
INTER UOS SUNT

HOC AUTEM DICO
QUOD UNUSQUISQUE UESTRUM
DICIT
EGO QUIDEM SUM PAULI
EGO AUTEM APOLLO
EGO UERO CEPHAE
EGO AUTEM XPI
DIUISUS EST XPS
NUM QUID PAULUS CRUCIFIXUS
EST PRO UOBIS
AUT IN NOMINE PAULI
BAPTIZATI ESTIS
IIII GRATIAS AGO DO QUOD NEMINEM
UESTRUM BAPTIZAUI
NISI CRISPUM ET GAIUM
NE QUIS DICAT QUOD IN NOMINE
MEO BAPTIZATI SITIS
BAPTIZAUI AUTEM
ET STEFANAE DOMUM
CETERUM NESCIO SI QUEM
ALIUM BAPTIZAUERIM
NON ENIM MISIT ME XPS
BAPTIZARE SED EUANGELIZARE
NON IN SAPIENTIA UERBI
UT NON EUACUETUR CRUX XPI
V UERBUM ENIM CRUCIS
PEREUNTIBUS QUIDEM
STULTITIA EST
HIS AUTEM QUI SALUI FIUNT
ID EST NOBIS UIRTUS DI EST
SCRIPTUM EST ENIM
PERDAM SAPIENTIAM
SAPIENTIUM
ET PRUDENTIAM PRUDENTIUM
REPROBABO
UBI SAPIENS UBI SCRIBA
UBI INQUISITOR HUIUS SAECULI
NONNE STULTAM FECIT DS
SAPIENTIAM HUIUS MUNDI
NAM QUIA IN DI SAPIENTIA
NON COGNOUIT MUNDUS
PER SAPIENTIAM DM
PLACUIT DO PER STULTITIAM
PRAEDICATIONIS SALUOS FACERE

credentes
quoniam et iudaei signa
petunt
et graeci sapientiam
quaerunt
nos autem praedicamus
xpm crucifixum
iudaeis quidem scandalum
gentibus autem stultitiam
ipsis autem uocatis iudaeis
atque grecis
xpm di uirtutem
et di sapientiam
quia quod stultum est di
sapientius est hominibus
et quod infirmum est di
fortius est hominibus
VI Uidete enim uocationem
uestram fratres
quia non multi sapientes
secundum carnem
non multi potentes
non multi nobiles
sed quae stulta sunt
mundi elegit ds
ut confundat sapientes
et infirma mundi elegit ds
ut confundat fortia
et ignobilia mundi et con
temptibilia elegit ds
et quae non sunt
ut ea quae sunt destrueret
ut non glorietur omnis caro
in conspectu eius
ex ipso autem uos estis
in xpo ihu
qui factus est sapientia
nobis a do
et iustitia et scificatio
et redemptio
ut quemadmodum
scriptum est
qui gloriatur in dno
glorietur

VII Et ego cum uenissem
ad uos fratres
ueni non per sublimitatē
sermonis aut sapientiae
adnuntians uobis testi
monium xpi
non enim iudicaui me scire
aliquid inter uos nisi xpm ihm
et hunc crucifixum
et ego in infirmitate et timore
et tremore multo fui
apud uos
et sermo meus et praedicatio
mea non in persuasione
sapientiae uerbi
sed in ostensione sps
et uirtutis
ut fides uestra non sit
in sapientia hominum
sed in uirtute di
Sapientiam autem loquimur
inter perfectos
sapientiam uero
non huius saeculi
neque principum huius scli
qui destruuntur
sed loquimur di sapientiam
in mysterio quae abscon
dita est
quam praedestinauit ds
ante saecula in gloriam nostrã
quam nemo principum
huius saeculi cognouit
si enim cognouissent
numquam dnm gloriae
crucifixissent
VIII Sed sicut scriptum est
quod oculus non uidit
nec auris audiuit nec in cor
hominis ascendit
quae praeparauit ds
his qui diligunt illum
VIIII Nobis autem reuelauit ds
per spm suum

SPS ENIM OMNIA SCRUTATUR
ETIAM PROFUNDA DI
QUIS ENIM SCIT HOMINUM
QUAE SINT HOMINIS
NISI SPS HOMINIS
QUI IN IPSO EST
ITA ET QUAE DI SUNT NEMO
COGNOUIT NISI SPS DI
X NOS AUTEM NON SPM HUIUS
MUNDI ACCEPIMUS
SED SPM QUI EX DO EST
UT SCIAMUS QUAE A DO
DONATA SUNT NOBIS
QUAE ET LOQUIMUR NON IN
DOCTIS HUMANAE SAPIEN
TIAE UERBIS
SED IN DOCTRINA SPS
ET UIRTUTIS
SPIRITALIBUS SPIRITALIA
CONPARANTES
ANIMALIS AUTEM HOMO
NON PERCIPIT EA QUAE SUNT SPS DI
STULTITIA EST ENIM ILLI
ET NON POTEST INTELLEGERE
QUIA SPIRITALITER EXAMINATUR
SPIRITALIS AUTEM IUDICAT OMNIA
ET IPSE A NEMINE IUDICATUR
QUIS ENIM COGNOUIT SENSUM
DNI QUI INSTRUAT EUM
NOS AUTEM SENSUM XPI
HABEMUS
XI ET EGO FRATRES NON POTUI
UOBIS LOQUI QUASI SPIRITALIBUS
SED QUASI CARNALIBUS
TAMQUAM IN XPO PARUULIS
LAC UOBIS POTUM DEDI NON ESCAM
NONDUM ENIM POTERATIS
SED NEC NUNC QUIDEM POTESTIS
ADHUC ENIM ESTIS CARNALES
CUM ENIM SIT INTER UOS
ZELUS ET CONTENTIO
NONNE CARNALES ESTIS
ET SECUNDUM HOMINEM
AMBULATIS

CUM ENIM QUIS DICIT
EGO QUIDEM SUM PAULI
ALIUS AUTEM EGO APOLLO
NONNE HOMINES ESTIS
QUID ERGO EST APOLLO
QUID UERO PAULUS
MINISTRI EIUS CUI CREDIDISTIS
ET UNICUIQ· SICUT DNS DEDIT
EGO PLANTAUI APOLLO RIGAUIT
SED DS INCREMENTUM DEDIT
ITAQUE NEQUE QUI PLANTAT
EST ALIQUID
NEQUE QUI RIGAT
SED QUI INCREMENTUM DAT DS
QUI PLANTAT AUTEM ET QUI
RIGAT UNUM SUNT
UNUSQUISQUE AUTEM PROPRIAM
MERCEDEM ACCIPIET
SECUNDUM SUUM LABOREM
XII DI ENIM SUMUS ADIUTORES
DI AGRICULTURA ESTIS
DI AEDIFICATIO ESTIS
SECUNDUM GRATIAM DI
QUAE DATA EST MIHI
UT SAPIENS ARCHITECTUS
FUNDAMENTUM POSUI
ALIUS AUTEM SUPERAEDIFICAT
UNUSQUISQUE AUTEM UIDEAT
QUOMODO SUPERAEDIFICET
FUNDAMENTUM ENIM ALIUT
NEMO POTEST PONERE
PRAETER ID QUOD POSITUM
EST QUOD EST XPS IHS
SI QUIS AUTEM SUPERAEDIFI
CAT SUPRA FUNDAMENTUM HOC
AURUM ARGENTUM
LAPIDES PRAETIOSOS
LIGNA FAENUM STIPULAM
UNIUS CUIUSQUE OPUS
MANIFESTUM ERIT
DIES ENIM DECLARAUIT
QUIA IN IGNE REUELABITUR
ET UNIUS CUIUSQUE OPUS
QUALE SIT IGNIS PROBABIT

Si cuius opus manserit
quod superaedificauit
mercedem accipiet
Si cuius opus arserit
detrimentum patietur
ipse autem saluus erit
sic tamen quasi per ignem
XIII Nescitis quia templum di
estis et sps di habitat in uobis
Si quis autem templum di
uiolauerit
disperdit illum ds
templum enim di scm est
quod estis uos
XIIII Nemo uos seducat
Si quis uidetur inter uos
sapiens esse in hoc saeculo
stultus fiat ut sit sapiens
Sapientia enim huius mundi
stultitia est aput dm
Scriptum est enim
conpraehendam sapientes
in astutia eorum
Et iterum
dns nouit cogitationes homi
num quoniam uanae sunt
XV Itaque nemo glorietur
in hominibus
Omnia enim uestra sunt
siue paulus siue apollo
siue cephas siue mundus
siue uita siue mors
siue praesentia siue futura
Omnia enim uestra sunt
uos autem xpi
xps autem di
XVI Sic nos existimet homo
ut ministros xpi
et dispensatores mysteriorum di
hic iam quaeritur inter
dispensatores
ut fidelis quis inueniatur
mihi autem pro minimo est
ut a uobis iudicer
aut ab humano die
sed neque ego me ipsum iudico
nihil enim mihi conscius sum
sed non in hoc iustificatus sum
qui autem iudicat me dns est
Itaque nolite ante tempus
iudicare
Quoadusque ueniat dns
qui et inluminabit
abscondita tenebrarum
et manifestauit consilia
cordium
et tunc laus erit
unicuique a do
XVII Haec autem fratres trans
figuraui in me et apollo
propter uos
ut in nobis discatis
ne supra quam scriptum est
unus aduersus alterum
infletur pro alio
quis enim te discernit
Quid autem habes quod
non accepisti
Si autem accepisti
quid gloriaris quasi
non acceperis
iam saturati estis
iam diuites facti estis
sine nobis regnastis
et utinam regnaretis
ut et nos uobis cum regnaremus
XVIII Puto enim nos ds nouissimos
apostolos ostendit
tam quam morti destinatos
quia spectaculum facti sumus
mundo
et angelis et hominibus
nos stulti propter xpm
uos autem prudentes in xpo
nos infirmi
uos autem fortes
uos nobiles
nos autem ignobiles

USQUE IN HANC ORAM
ET ESU RIMUS ET SITIMUS
ET NU DISUMUS
ET COLAPHIS CEDIMUR
ET INSTABILES SUMUS
ET LABORAMUS OPERAN
TES MANIBUS NOSTRIS
MALEDICIMUR ET BENEDICIMUS
PERSECUTIONEM PATIMUR
ET SUSTINEMUS
BLASPHEMAMUR ET OBSECRAMUS
TAMQUAM PURGAMENTA
HUIUS MUNDI FACTI SUMUS
OMNIUM PERIPSIMA
USQUE ADHUC
NON UT CONFUNDAM UOS
HAEC SCRIBO
SED UT FILIOS MEOS CARISSI
MOS MONEO
XIX NAM SI DECEM MILIA PEDAGOGORU
HABEATIS IN XPO
SED NON MULTOS PATRES
NAM IN XPO IHU PER EUANGELIU
EGO UOS GENUI
ROGO ERGO UOS IMITATORES
MEI ESTOTE
IDEO MISI AD UOS TIMOTHEUM
QUI EST FILIUS MEUS CARISSIMUS
ET FIDELIS IN DNO
QUI UOS COMMONE FACIAT
UIAS MEAS QUAE SUNT IN XPO
SICUT UBIQUE IN OMNI
ECCLESIA DOCEO
XX TAMQUAM NON UENTURUS
SIM AD UOS
SIC INFLATI SUNT QUIDAM
UENIAM AUTEM CITO AD UOS
SI DNS UOLUERIT
ET COGNOSCAM NON SERMONE
EORUM QUI INFLATI SUNT
SED UIRTUTEM
NON ENIM IN SERMONE EST
REGNUM DI SED IN UIRTUTE
QUID UULTIS IN UIRGA UENIA AD UOS
AUT IN CARITATE ET SPU
MANSUETUDINIS
XXI OMNINO AUDITUR INTER UOS
FORNICATIO
ET TALIS FORNICATIO QUALES
NEC INTER GENTES
ITA UT UXOREM PATRIS
ALIQUIS HABEAT
ET UOS INFLATI ESTIS
ET NON MAGIS LUCTUM HABUISTIS
UT TOLLERETUR DE MEDIO
UESTRUM QUI HOC OPUS FECIT
XXII EGO QUIDEM ABSENS CORPORE
PRAESENS AUTEM SPU
IAM IUDICAUI UT PRAESENS
EUM QUI SIC OPERATUS EST
IN NOMINE DNI NI IHU XPI
CONGREGATIS UOBIS
ET MEO SPU
CUM UIRTUTE DNI IHU
TRADERE HUIUS MODI SATANAE
IN INTERITUM CARNIS
UT SPS SALUUS SIT IN DIE DNI IHU
XXIII NON BONA GLORIATIO UESTRA
NESCITIS QUIA MODICUM
FERMENTUM TOTAM MASSAM
CORRUMPIT
EXPURGATE UETUS FERMENTUM
UT SITIS NOUA CONSPARSIO
SICUT ESTIS AZYMI
ETENIM PASCHA NOSTRUM
IMMOLATUS EST XPS
ITAQUE EPULEMUR NON IN
FERMENTO UETERI
NEQUE IN FERMENTO MALITIAE
ET NEQUITIAE
SED IN AZYMIS SINCERITATIS
ET UERITATIS
XXIIII SCRIPSI UOBIS IN EPISTULA
NE COMMISCEAMINI FORNI CARIIS NON UTIQUE FORNI
CARIIS HUIUS MUNDI
AUT AUARIS AUT RAPACIBUS
AUT IDOLIS SERUIENTIBUS
ALIOQUIN DEBUERATIS

DE HOC MUNDO EXISSE
NUNC AUTEM SCRIPSI UOBIS
NON CONMISCERI
SI HIS QUI FRATER NOMINATUR
EST FORNICATOR
AUT AUARUS AUT IDOLIS SERUIENS
AUT MALEDICUS AUT EBRIOSUS
AUT RAPAX CUM EIUSMODI
NEC CIBUM SUMERE
QUID ENIM MIHI DE HIS QUI FORIS
SUNT IUDICARE
NONNE DE HIS QUI INTUS SUNT
UOS IUDICATIS
NAM EOS QUI FORIS SUNT
DS IUDICABIT
AUFERTE MALUM EX UOBIS IPSIS
XXV AUDET ALIQUIS UESTRUM
HABENS NEGOTIUM
ADUERSUS ALTERUM
IUDICARI APUT INIQUOS
ET NON APUT SANCTOS
AN NESCITIS QUONIAM SCI
DE MUNDO IUDICABUNT
ET SI IN UOBIS IUDICABITUR
MUNDUS
INDIGNI ESTIS QUI DE MINIMIS
IUDICETIS
NESCITIS QUONIAM ANGELOS
IUDICABIMUS
QUANTO MAGIS SAECULARIA
SAECULARIA IGITUR IUDICIA
SI HABUERITIS
CONTEMPTIBILES QUI SUNT
IN ECCLESIA ILLOS CONSTITUI
TE AD IUDICANDUM
AD UERECUNDIAM UESTRAM DICO
SIC NON EST INTER UOS SAPIENS
QUISQUAM
QUI POSSIT IUDICARE INTER
FRATREM SUUM
SED FRATER CUM FRATRE
IUDICIO CONTENDIT
ET HOC APUT INFIDELES
XXVI IAM QUIDEM OMNINO
DELICTUM EST IN UOBIS
QUOD IUDICIA HABET IS INTER UOS
QUARE NON MAGIS INIURIAM
ACCEPITIS
QUARE NON MAGIS
FRAUDEM PATIMINI
SED UOS INIURIAM FACITIS
ET FRAUDATIS ET HOC FRATRIB
XXVII AN NESCITIS QUIA INIQUI
REGNUM DI NON POSSIDEBUNT
NOLITE ERRARE
NEQUE FORNICARII
NEQUE IDOLIS SERUIENTES
NEQUE ADULTERI
NEQUE MOLLES
NEQUE MASCULORUM
CONCUBITORES
NEQUE FURES NEQUE AUARI
NEQUE EBRIOSI
NEQUE MALEDICI XIX
NEQUE RAPACES
REGNUM DI POSSIDEBUNT
ET HAEC QUIDAM FUISTIS
SED ABLUTI ESTIS
SED SANCTIFICATI ESTIS
SED IUSTIFICATI ESTIS
IN NOMINE DNI NRI IHU XPI
ET IN SPU DI NRI
XXVIII OMNIA MIHI LICENT
SED NON OMNIA EXPEDIUNT
OMNIA MIHI LICENT
SED EGO SUB NULLIUS
REDIGAR POTESTATE
ESCA UENTRI
ET UENTER ESCIS
DS AUTEM ET HUNC ET HAEC
DESTRUET
CORPUS AUTEM NON FORNICATIONI
SED DNO ET DNS CORPORI
DS UERO ET DNM SUSCITAUIT
ET NOS SUSCITAUIT PER
UIRTUTEM SUAM
XXIX NESCITIS QUONIAM CORPORA
UESTRA MEMBRA XPI SUNT

tollens ergo membra xpi
faciam membra meretricis
Absit An nescitis quoniam
qui adheret meretrici
unum corpus efficitur.
Erunt enim inquid duo
in carne una
qui autem adheret dno
unus sps est
Fugite fornicationem
XXX Omne enim peccatum
quod cumque fecerit
homo extra corpus est
qui autem fornicatur
in corpus suum peccat
An nescitis quoniam
membra uestra templum
est sps sci qui in uobis est
quem habetis a do
et non estis uestri
empti enim estis praetio
magno
glorificate et portate dm
in corpore uestro
XXXI De quibus autem scripsistis
Bonum est homini mulierem
non tangere
propter fornicationem
autem
unus quisq suam uxorem
habeat
et una quaeque suum uirum
habeat
uxori uir debitum reddat
similiter autem et uxor uiro
mulier sui corporis
potestatem non habeat
sed uir
similiter autem et uir sui
corporis potestatem
non habet sed mulier
Nolite fraudare inuicem
nisi forte ex consensu
ad tempus
ut uacetis orationi
et iterum reuertimini
in id ipsum
ne temptet uos satanas
propter incontinentiam
uestram
XXXII Hoc autem dico secundum
indulgentiam
non secundum imperium
uolo autem omnes homines
esse sicut me ipsum
sed unusquisque proprium
habet donum ex do
alius quidem sic
alius uero sic
XXXIII Dico autem non nuptis
et uiduis
bonum est illis si sic maneant
sicut et ego
quod si non se continent nubant
melius est enim nubere
quam uri
XXXIIII His enim qui matrimonio
iuncti sunt praecipio
non ego sed dns
uxorem a uiro non discedere
quod si discesserit manere
innuptam
aut uiro suo reconciliari
et uir uxorem ne dimittat
nam ceteris ego dico
non dns
XXXV Si quis frater uxorem
habet infidelem
et haec consentit
habitare cum illo
non dimittat illam
et siqua mulier habet
uirum infidelem
et hic consentit habitare
cum illa
non dimittat uirum
sanctificatus est enim uir
infidelis in muliere fideli

ET SANCTIFICATA EST MULIER
INFIDELIS PER UIRUM FIDELE
ALIOQUIN FILII UESTRI INMUNDI
ESSENT
NUNC AUTEM SCI SUNT
QUOD SI INFIDELIS DISCEDIT
DISCEDAT NON EST ENIM
SERUITUTI SUBIECTUS
FRATER AUT SOROR IN EIUSMODI
IN PACE AUTEM UOCAUIT NOS DS
UNDE ENIM SCIS MULIER
SI UIRUM SALUUM FACIES
AUT UNDE SCIS UIR SI MULIEREM
SALUAM FACIES
NISI UNICUIQUE SICUT DIUISIT DNS
UNUMQUEMQUE SICUT UOCAUIT DS
ITA AMBULET
ET SICUT UBIQUE IN OMNIBUS
ECCLESIIS DOCEO
CIRCUMCISUS ALIQUIS
UOCATUS EST
NON ADDUCAT PRAEPUTIUM
K IN PRAEPUTIO ALIQUIS
UOCATUS EST
NON CIRCUMCIDATUR
CIRCUMCISIO NIHIL EST
ET PRAEPUTIUM NIHIL EST
SED OBSERUATIO MANDATORUM DI
UNUSQUISQUE IN QUA UOCATIONE
UOCATUS EST IN EA PERMANEAT
SERUUS UOCATUS ES
NON SIT TIBI CURAE
SED ET SI POTES LIBER FIERI
MAGIS UTERE
QUI ENIM IN DNO UOCATUS EST
SERUUS
LIBERTUS EST DNI
SIMILITER QUI LIBER UOCATUS EST
SERUUS EST XPI
PRAETIO EMPTI ESTIS NOLITE
FIERI SERUI HOMINUM
XXXVI UNUSQUISQUE IN QUA UOCATUS
EST FRATRES IN HOC PERMANE
AT APUD DM

XXXVII DE UIRGINIBUS AUTEM
PRAECEPTUM DNI NON HABEO
CONSILIUM AUTEM DO TAMQUAM
MISERICORDIAM SUAM CON
SECUTUS A DNO UT SIM FIDELIS
EXISTIMO ERGO BONUM ESSE
PROPTER INSTANTEM
NECESSITATEM
QUONIAM BONUM EST HOMINI
SIC ESSE
ALLIGATUS ES UXORI NOLI QUAE
RERE SOLUTIONEM
SOLUTUS ES AB UXORE
NOLI QUAERERE UXOREM
SI AUTEM ACCIPERIS UXOREM
NON PECCASTI
ET SI NUPSERIT UIRGO NON PECCABIT
TRIBULATIONEM TAMEN CARNIS
HABEBUNT HUIUSMODI
EGO AUTEM UOBIS PARCAM
HOC ITAQUE DICO FRATRES
TEMPUS BREUE EST
RELIQUUM EST UT QUI HABENT
UXORES TAMQUAM NON
HABENTES SINT. ET QUI FLENT
TAMQUAM NON FLENTES
ET QUI GAUDENT
TAMQUAM NON GAUDENTES
ET QUI EMUNT
TAMQUAM NON POSSIDENTES
ET QUI UTUNTUR HOC MUNDO
TAMQUAM NON UTANTUR
PRAETERIT ENIM FIGURA
HUIUS MUNDI
UOLO AUTEM UOS SINE
SOLLICITUDINE ESSE
QUI SINE UXORE EST SOLLICITUS
EST QUAE DNI SUNT QUOMODO
PLACEAT DO
QUI AUTEM CUM UXORE EST
SOLLICITUS EST QUAE SUNT
HUIUS MUNDI QUOMODO
PLACEAT UXORI
ET DIUISUS EST

ET MULIER INNUPTA ET UIRGO
COGITAT QUAE DI SUNT
UT SIT SCA ET CORPORE ET SPU
QUAE AUTEM NUBTA EST
COGITAT QUAE SUNT MUNDI
QUOMODO PLACEAT UIRO
PORRO HOC AD UTILITATEM
UESTRAM DICO
NON UT LAQUEUM UOBIS
INICIAM
SED AD ID QUOD HONESTUM EST
ET FACULTATEM PRAEBEAT
SINE IMPEDIMENTO
DNM OBSERUANDI
XXXVII SI QUIS AUTEM TURPEM SE
UIDERI EX ISTIMAT SUPER
UIRGINEM SUAM
QUOD SIT SUPERADULTA
ET ITA OPORTET FIERI
QUOD UULT FACIAT
NON PECCAT SI NUBAT
NAM QUI STATUIT IN CORDE
SUO FIRMUS
NON HABENS NECESSITATEM
POTESTATEM AUTEM HABENS
SUAE UOLUNTATIS
ET HOC IUDICAUIT IN CORDE
SUO SERUARE UIRGINEM
SUAM BENE FACIT
IGITUR ET QUI MATRIMONIO
IUNGIT UIRGINEM SUAM
BENE FACIT
ET QUI NON IUNGIT
MELIUS FACIT
MULIER ALLIGATA EST QUANTO
TEMPORE UIR EIUS UIUIT
QUOD SI DORMIERIT UIR EIUS
LIBERATA EST CUI UULT NUBAT
TANTUM IN DNO
BEATIOR AUTEM ERIT SI SIC PERMANSERIT
SECUNDUM MEUM CONSILIU
PUTO AUTEM QUOD ET EGO
SPM DI HABEO
XXXVIII DE HIS AUTEM QUAE IDOLIS
SACRIFICANTUR
SCIMUS QUONIAM OMNES
SCIENTIAM HABEMUS
SCIENTIA INFLAT
CARITAS UERO AEDIFICAT
SI QUIS SE EXISTIMAT SCIRE
ALIQUID NONDUM COGNOUIT
QUEMADMODUM OPORTEAT
EUM SCIRE
SI QUIS AUTEM DILIGIT DM
HIC COGNITUS EST AB EO
DE ESCIS AUTEM QUAE IDOLIS
IMMOLANTUR
SCIMUS QUIA NIHIL EST
IDOLUM IN MUNDO
ET QUOD NULLUS DS NISI UNUS
NAM ET SI SUNT QUI DICANTUR DII
SIUE IN CAELO SIUE IN TERRA
SIQUIDEM SUNT DII MULTI
ET DOMINI MULTI
NOBIS TAMEN UNUS DS ET PATER
EX QUO OMNIA ET NOS IN ILLUM
ET UNUS DNS IHS XPS PER QUEM
OMNIA ET NOS PER IPSUM
SED NON IN OMNIBUS EST
SCIENTIA
QUIDAM AUTEM CONSCIENTIA
USQUE NUNC IDOLI
QUASI IDOLOTHYTUM MANDUCANT
ET CONSCIENTIA IPSORUM
CUM SIT INFIRMA POLLUITUR
ESCA AUTEM NOS NON COM
MENDAT DO
NEQUE SI NON MANDUCAUERIMUS
DEFICIEMUS
NEQUE SI MANDUCAUERIMUS
ABUNDAUIMUS
UIDETE AUTEM NE FORTE
HAEC LICENTIA UESTRA
OFFENDICULUM FIAT INFIRMIS
SI ENIM QUIS UIDERIT EUM
QUI HABET SCIENTIAM IN IDOLO
RECUMBENTEM
NONNE CONSCIENTIA EIUS

CUM SIT INFIRMA AEDIFICA
BITUR AD MANDUCANDUM
IDOLO THYTA
ET PERIBIT INFIRMUS
IN TUA SCIENTIA
FRATER PROPTER QUEM XPS
MORTUUS EST
SIC AUTEM PECCANTES IN FRATRES
ET PERCUTIENTES CONSCIENTIAM
EORUM INFIRMAM
IN XPO PECCATIS
QUAPROPTER SI ESCA SCANDALIZAT
FRATREM MEUM
NON MANDUCABO CARNEM
IN AETERNUM
NE FRATREM MEUM SCANDALIZEM
xl. NON SUM LIBER
NON SUM APOSTOLUS
NONNE IHM DNM NM UIDI
NONNE OPUS MEUM
UOS ESTIS IN DNO
SI ALIIS NON SUM APOSTOLUS
SED TAMEN UOBIS SUM
NAM SIGNACULUM APOSTO
LATUS MEI UOS ESTIS IN DNO
MEA DEFENSIO APUT EOS
QUI ME INTERROGANT
HAEC EST
NUMQUID NON HABEMUS
POTESTATEM MANDUCANDI
ET BIBENDI
NUMQUID NON HABEMUS
POTESTATEM SOROREM
MULIEREM CIRCUMDUCENDI
SICUT ET CETERI APOSTOLI
ET FRATRES DNI ET CEPHAS
AUT SOLUS EGO ET BARNABAS
NON HABEMUS POTESTATEM
HOC OPERANDI
QUIS MILITAT SUIS
STIPENDIIS UMQUAM
QUIS PLANTAT UINEAM
ET DE FRUCTUM EIUS NON EDIT
QUIS PASCET GREGEM
ET DE LACTE GREGIS NON MANDUCAT
NUMQUID SECUNDUM HOMINEM
HAEC DICO
AN ET LEX HAEC NON DICIT
SCRIPTUM EST ENIM
IN LEGE MOSI
NON ALLIGABIS OS BOUI TRITURANTI
NUMQUID DE BUBUS CURA EST DO
AN PROPTER NOS UTIQUE DICIT
NAM PROPTER NOS SCRIPTA SUNT
QUONIAM DEBET IN SPE
QUI ARAT ARARE
ET QUI TRITURAT IN SPE
FRUCTUS PERCIPIENDI
SI NOS UOBIS SPIRITALIA
SEMINAUIMUS
MAGNUM EST SI NOS CARNALIA
UESTRA METAMUS
SI ALII POTESTATIS UESTRAE
PARTICIPES SUNT
NON POTIUS NOS
SED NON USI SUMUS
HAC POTESTATE
SED NON OMNIA SUSTINEMUS
NE QUOD OFFENDICULUM DEMUS
EUANGELIO XPI
NESCITIS QUONIAM QUI IN
SACRARIO OPERANTUR
QUAE DE SACRARIO SUNT EDUNT
QUI ALTARIO DESERUIUNT
CUM ALTARIO PARTICIPANTUR
ITA ET DNS ORDINAUIT
HIS QUI EUANGELIUM ADNUNTIANT
DE EUANGELIO UIUERE
EGO AUTEM NULLO HORUM
USUS SUM
NON SCRIPSI AUTEM HAEC
UT ITA FIANT IN ME
BONUM EST ENIM MIHI
MAGIS MORI
QUAM UT GLORIAM MEAM
QUIS EUACUET
NAM SI EUANGELIZAUERO
NON EST MIHI GLORIA

NECESSITAS ENIM MIHI INCUMBIT
UAE ENIM MIHI EST SI NON
EUANGELIZAUERO
SI ENIM UOLENS HOC AGO
MERCEDEM HABEO
SI AUTEM INUITUS DISPENSATIO
MIHI CREDITA EST
QUAE EST ERGO MERCES MEA
UT EUANGELIUM PRAEDICANS
SINE SUMPTU PONAM
EUANGELIUM
UT NON ABUTAR POTESTATE MEA
IN EUANGELIO
xli NAM CUM LIBER ESSEM EX OM
NIBUS OMNIUM ME SERUUM
FECI UT PLURES LUCRIFACEREM
ET FACTUS SUM IUDAEIS
TAMQUAM IUDAEUS
UT IUDAEOS LUCRARER
HIS QUI SUB LEGE SUNT QUASI
SUB LEGE ESSEM CUM IPSE
NON ESSEM SUB LEGE
UT EOS QUI SUB LEGE ERANT
LUCRIFACEREM
HIS QUI SINE LEGE ERANT
TAMQUAM SINE LEGE ESSEM
CUM SINE LEGE DI NON ESSEM
SED IN LEGE ESSEM XPI
UT LUCRIFACEREM EOS
QUI SINE LEGE ERANT
FACTUS SUM INFIRMIS INFIRMUS
UT INFIRMOS LUCRIFACEREM
OMNIBUS OMNIA FACTUS SUM
UT OMNES FACEREM SALUOS
OMNIA AUTEM FACIO PROPTER
EUANGELIUM
UT PARTICEPS EIUS EFFICIAR
xlii NESCITIS QUOD HI QUI IN STADIO
CURRUNT
OMNES QUIDEM CURRUNT
SED UNUS ACCIPIT BRABIUM
SIC CURRITE UT CONPREHENDATIS
OMNIS AUTEM QUI IN AGONE
CONTENDIT AB OMNIB SE ABSTINET
ET ILLI QUIDEM UT CORRUPTIBILEM
CORONAM ACCIPIANT
NOS AUTEM INCORRUPTAM
xliii EGO IGITUR SIC CURRO
NON QUASI IN INCERTUM
SIC PUGNO NON QUASI
AEREM UERBERANS
SED CASTIGO CORPUS MEUM
ET IN SERUITUTEM REDIGO
NE FORTE CUM ALIIS PRAEDICAUERIT
IPSE REPROBUS EFFICIAR
xliiii NOLO ENIM UOS IGNORARE FF
QUONIAM PATRES NOSTRI
OMNES SUB NUBE FUERUNT
ET OMNES MARE TRANSIERUNT
ET OMNES IN MOSE BAPTIZATI SUNT
IN NUBE ET IN MARI
ET OMNES EANDEM ESCAM
SPIRITALEM MANDUCAUERUNT
ET OMNES EUNDEM POTUM
SPIRITALEM BIBERUNT
BIBEBANT AUTEM DE SPIRITALI
CONSEQUENTI EOS PETRA
PETRA AUTEM ERAT XPS
SED NON IN PLURIBUS EORUM
BENEPLACITUM EST DO
NAM PROSTRATI SUNT IN DESERTO
xlv HAEC AUTEM IN FIGURA FACTA SUNT NRI
UT NON SIMUS CONCUPISCENTES
MALA SICUT ET ILLI CONCUPIERUNT
NEQUE IDOLOLATRAE EFFICIAMINI
SICUT QUIDAM EX IPSIS
QUEMADMODUM SCRIPTUM EST
SEDIT POPULUS MANDUCARE
ET BIBERE ET SURREXERUNT
LUDERE
NEQUE FORNICEMUR SICUT QUIDAM
EX IPSIS FORNICATI SUNT
ET CECIDERUNT UNA DIE XXIII
NEQUE TEMPTEMUS XPM
SICUT QUIDAM EORUM TEMPTA
UERUNT ET A SERPENTIBUS
PERIERUNT
NEQUE MURMURAUERITIS

sicut quidam eorum
murmuraverunt
et perierunt ab exterminatore
xlvi Haec autem omnia in figura
contingebant illis
scripta sunt autem ad cor
reptionem nostram
in quos fines saeculorum
devenerunt
Itaque qui se existimat stare
videat ne cadat
Temptatio vos non adpre
hendat nisi humana
xlvii Fidelis autem ds est qui patie
tur vos temptari super id
quod potestis
sed faciet cum temptatione
etiam proventum ut pos
sitis sustinere
Propter quod carissimi mihi
fugite ab idolorum cultura
xlviii Ut prudentib· loquor
vos iudicate quod dico
calix benedictionis
cui benedicimus
nonne communicatio
sanguinis xpi est
et panis quem frangimus
nonne participatio
corporis dni est
quoniam unus panis
unum corpus multi sumus
omnes qui de uno pane
participamur
xlviiii Videte isrl secundum carnē
nonne qui edunt hostias
participes sunt altaris
Quid ergo dico
quod idolis immolatum
sit aliquid
aut quod idolum sit aliquid
sed quae immolant gentes
daemoniis immolant
et non do

Nolo autem vos socios
fieri daemoniorum
Non potestis calicem dni
bibere et calicem daemoniorū
Non potestis mensae dni
participes esse
et mensae daemoniorum
An aemulamur dnm
Numquid fortiores illo sumus
Omnia licent
sed non omnia expediunt
Omnia licent
sed non omnia aedificant
Nemo quod suum est quaerat
sed quod alterius
l Omne quod in macello venit
manducate nihil interrogantes
propter conscientiam
dni est terra et plenitudo eius
li Si quis vocat vos infidelium
et vultis ire
omne quod vobis adponitur
manducate
nihil interrogantes propter
conscientiam
Si quis autem dixerit hoc
immolaticium est idolis
nolite manducare propter
illum qui indicavit
et propter conscientiam
conscientiam autem dico
non tuam sed alterius
ut quid enim libertas mea
iudicatur ab alia conscientia
Si ego cum gratia participo
quid blasphemor pro eo
quod gratias ago
lii Sive ergo manducatis
sive bibitis vel aliut quid facitis
omnia in gloriam di facite
sine offensione estote
iudaeis et gentib· et ecclesiae di
Sicut et ego per omnia
omnibus placeo

NON QUERENS QUOD MIHI
UTILE EST
SED QUOD MULTIS UT SALUI FIANT
LIII IMITATORES MEI ESTOTE
SICUT ET EGO XPI
LAUDO AUTEM UOS FF QUOD OMNIA
MEI MEMORES ESTIS
ET SICUT TRADIDI UOBIS
PRAECEPTA MEA TENETIS
LIIII UOLO AUTEM UOS SCIRE QUOD
OMNIS UIRI CAPUT XPS EST
CAPUT AUTEM MULIERIS UIR
CAPUT UERO XPI DS
LV OMNIS UIR ORANS AUT PROPHE
TANS UELATO CAPITE
DETURPAT CAPUT SUUM
OMNIS AUTEM MULIER ORANS
AUT PROPHETANS NON
UELATO CAPITE
DETURPAT CAPUT SUUM
UNUM EST ENIM ATQUE
SI DECALUETUR
NAM SI NON UELATUR MULIER
ET TONDEATUR
SI UERO TURPE EST MULIERI
TONDERI AUT DECALUARI
UELET CAPUT SUUM
UIR QUIDEM NON DEBET UELARE
CAPUT QUONIAM IMAGO
ET GLORIA EST DI
MULIER AUTEM GLORIA UIRI EST
NON ENIM UIR EX MULIERE EST
SED MULIER EX UIRO
ETENIM NON EST CREATUS UIR
PROPTER MULIEREM
SED MULIER PROPTER UIRUM
IDEO DEBET MULIER POTESTATEM
HABERE SUPRA CAPUT
PROPTER ANGELOS
UERUMTAMEN NEQUE UIR
SINE MULIERE
NEQUE MULIER SINE UIRO IN DNO
NAM SICUT MULIER DE UIRO
ITA ET UIR PER MULIEREM

OMNIA AUTEM EX DO
UOS AUTEM IUDICATE
DECET MULIEREM NON UELATAM
ORARE DM
NEC IPSA NATURA DOCET UOS
QUOD UIR QUIDEM SI COMAM
NUTRIAT IGNOMINIA EST ILLI
MULIER UIRO SI COMAM
NUTRIAT GLORIA EST ILLI
QUONIAM CAPILLI PRO UELAMINE
EI DATI SUNT
SI QUIS AUTEM UIDETUR
CONTENTIOSUS ESSE
NOS TALEM CONSUETUDINEM
NON HABEMUS
NEQUE ECCLESIA EDI
HOC AUTEM PRAECIPIO
NON LAUDANS
QUOD NON IN MELIUS
SED IN DETERIUS CONUENITIS
LVI PRIMUM QUIDEM CONUENIENTIB'
UOBIS IN ECCLESIA
AUDIO SCISSURAS ESSE
ET EX PARTE CREDO
NAM OPORTET ET HERESES ESSE
UT ET QUI PROBATI SUNT MANI
FESTI FIANT IN UOBIS
CONUENIENTIBUS ERGO
UOBIS IN UNUM
IAM NON EST DOMINICAM
CENAM MANDUCARE
UNUS QUISQUE ENIM SUAM
CENAM PRAESUMIT
AD MANDUCANDUM
ET ALIUS QUIDEM ESURIT
ALIUS AUTEM EBRIUS EST
NUMQUID DOMOS NON HABETIS
AD MANDUCANDUM
ET BIBENDUM
AUT ECCLESIAM DI CONTEMNITIS
ET CONFUNDITIS EOS
QUI NON HABENT
QUID DICAM UOBIS LAUDO UOS
IN HOC NON LAUDO

FR V · I CENA DNI

FR V HOC EST CENA DNI

lvii Ego enim accepi a dno
quod et tradidi uobis
quoniam dns ihs in qua
nocte tradebatur
accepit panem et gratias
agens fregit et dixit
hoc est corpus meum
pro uobis tradetur
hoc facite in meam com
memorationem
similiter et calicem post
quam cenauit dicens
hic calix nouum testamentū
est in meo sanguine
hoc facite quotiens cumque
bibitis in meam comme
morationem
quotiens cumque enim
manducabitis panem hunc
et calicem bibetis
mortem dni adnuntiatis
donec ueniat
lviii Itaque quicumque mandu
cauerit panem
uel biberit calicem dni
indigne
reus erit corporis
et sanguinis dni
probet autem se ipsum homo
et sic de pane illo edat
et de calice bibat
qui enim manducat et bibit
indigne
iudicium sibi manducat et bibit
non diiudicans corpus dni
ideo inter uos multi infirmi
et inbecilles sunt
et dormiunt multi
quod si nos metipsos
diiudicaremus
non utique iudicaremur
dum iudicamur autem
a dno corripimur
ut non cum hoc mundo damne
mur

lviiii Itaque fratres mei cum con
uenitis ad manducandum
inuicem expectate
si quis esurit domi manducet
ut non in iudicium conueniatis
cetera autem cum uenero
disponam
lx De spiritalibus autem nolo
uos ignorare fratres
scitis quoniam cum gentes
essetis ad simulachra muta
prout ducebamini euntes
ideo notum uobis facio
quod nemo in spu di
loquens
dicit anathema ihu
et nemo potest dicere
dns ihs nisi in spu sco
diuisiones uero gratiarum
sunt idem autem sps
et diuisiones ministrati
onum sunt
idem autem dns
et diuisiones operationū sunt
idem uero ds
qui operatur omnia in omnib;
unicuique autem datur
manifestatio sps ad utilitatem
alii quidem per spm datur
sermo sapientiae
alii autem sermo scientiae
secundum eundem spm
alteri fides in eodem spu
alii gratia sanitatum in uno spu
alii opera tio uirtutum
alii prophetia
alii discretio spirituum
alii genera linguarum
alii interpraetatio sermonum
haec autem omnia operatur
unus atque idem sps
diuidens singulis prout uult
sicut enim corpus unum est
et membra habet multa

OMNIA AUTEM MEMBRA COR
PORIS CUM SINT MULTA
UNUM CORPUS SUNT
ITA ET XPS
ETENIM IN UNO SPU OMNES
NOS IN UNUM CORPUS
BAPTIZATI SUMUS
SIUE IUDAEI SIUE GENTILES
SIUE SERUI SIUE LIBERI
ET OMNES UNUM SPM POTATI
SUMUS
NAM ET CORPUS NON EST UNUM
MEMBRUM SED MULTA
SI DIXERIT PES QUONIAM
NON SUM MANUS NON SUM
DE CORPORE · NON IDEO
NON EST DE CORPORE
SI DIXERIT AURIS QUIA NON SUM
OCULUS NON SUM DE CORPORE
NON IDEO NON EST DE CORPORE
SI TOTUM CORPUS OCULUS
UBI AUDITUS
SI TOTUM AUDITUS
UBI ODORATUS
NUNC AUTEM POSUIT DS MEMBRA
UNUM QUODQUE EORUM
IN CORPORE SICUT UOLUIT
QUOD SI ESSENT OMNIA
UNUM MEMBRUM UBI CORPUS
NUNC AUTEM MULTA QUIDEM
MEMBRA UNUM AUTEM CORPUS
NON POTEST AUTEM DICERE
OCULUS MANUI
OPERA TUA NON INDIGEO
AUT ITERUM CAPUT PEDIBUS
NON ESTIS MIHI NECESSARII
SED MULTO MAGIS QUAE UIDEN
TUR MEMBRA CORPORIS
INFIRMIORA ESSE NECESSARIORA SUNT
ET QUAE PUTAMUS IGNORABILIORA
MEMBRA ESSE CORPORIS
HIS HONOREM ABUNDANTIORE͞
CIRCUMDAMUS
ET QUAE INHONESTA SUNT NOSTRA
ABUNDANTIOREM HONESTATE͞
HABENT
HONESTA AUTEM NOSTRA
NULLIUS EGENT
SED DS TEMPERAUIT CORPUS
EI CUI DEERAT ABUNDANTIORE͞
TRIBUENDO HONOREM
UT NON SIT SCHISMA IN CORPORE
SED ID IPSUM PRO INUICEM
SOLLICITA SUNT MEMBRA
ET SI QUID PATITUR UNUM
MEMBRUM
CONPATIUNTUR OMNIA MEMBRA
SIUE GLORIATUR UNUM MEMBRU͞
CONGAUDENT OMNIA MEMBRA
UOS AUTEM ESTIS CORPUS XPI
ET MEMBRA DE MEMBRO
ET QUOSDAM QUIDEM POSUIT
DS IN ECCLESIA
PRIMUM APOSTOLOS
SECUNDO PROPHETAS
TERTIO DOCTORES
DEINDE UIRTUTES
EXINDE GRATIAS CURATIONUM
OPITULATIONES
GUBERNATIONES
GENERA LINGUARUM
NUMQUID OMNES APOSTOLI
NUMQUID OMNES PROPHETAE
NUMQUID OMNES DOCTORES
NUMQUID OMNES UIRTUTES
NUMQUID OMNES GRATIAM
HABENT CURATIONUM
NUMQUID OMNES LINGUIS
LOQUUNTUR
NUMQUID OMNES INTERPRAETANTUR
AEMULAMINI AUTEM CHARIS
MATA MAIORA
LXI ET AD HUC EXCELLENTIOREM
UIAM UOBIS DEMONSTRO
SI LINGUIS HOMINUM LOQUAR
ET ANGELORUM
CARITATEM AUTEM NON HABEAM
FACTUS SUM UELUT AES SONANS

AUT CYMBALUM TINNIENS
ET SI HABUERO PROPHETIAM
ET NOUERIM MYSTERIA OMNIA
ET OMNEM SCIENTIAM
ET HABUERO OMNEM FIDEM
ITA UT MONTES TRANSFERAM
CARITATEM AUTEM NON HABUERO
NIHIL SUM ET SI DISTRIBUERO
IN CIBOS PAUPERUM
OMNES FACULTATES MEAS
ET SI TRADIDERO CORPUS MEUM
UT ARDEAT
CARITATEM AUTEM NON HABUERO
NIHIL MIHI PRODEST
CARITAS PATIENS EST
BENIGNA EST
CARITAS NON AEMULATUR
NON AGIT PERPERAM
NON INFLATUR
NON EST AMBITIOSA
NON QUAERIT QUAE SUA SUNT
NON INRITATUR
NON COGITAT MALUM
NON GAUDET SUPER INIQUITATEM
CONGAUDET AUTEM UERITATI
OMNIA SUFFERT
OMNIA CREDIT
OMNIA SPERAT
OMNIA SUSTINET
CARITAS NUMQUAM EXCEDIT
SIUE PROPHETIAE EUACUABUNTUR
SIUE LINGUAE CESSABUNT
SIUE SCIENTIA DESTRUETUR
EX PARTE ENIM COGNOSCIMUS
ET EX PARTE PROPHETAMUS
CUM AUTEM UENERIT
QUOD PERFECTUM EST
EUACUABITUR QUOD EX PARTE EST
CUM ESSEM PARUULUS
LOQUEBAR UT PARUULUS
SAPIEBAM UT PARUULUS
COGITABAM UT PARUULUS
QUANDO FACTUS SUM UIR
EUACUAUI QUAE ERANT PARUULI

UIDEMUS NUNC PER SPECULUM
IN AENIGMATE
TUNC AUTEM FACIE AD FACIEM
NUNC COGNOSCO EX PARTE
TUNC AUTEM COGNOSCAM
SICUT ET COGNITUS SUM
NUNC AUTEM MANET
FIDES SPES CARITAS
TRIA HAEC
MAIOR AUTEM HIS EST CARITAS
LXII SECTAMINI CARITATEM
AEMULAMINI SPIRITALIA
MAGIS AUTEM UT PROPHETETIS
QUI ENIM LOQUITUR LINGUA
NON HOMINIBUS LOQUITUR
SED DO NEMO ENIM AUDIT
SPIRITU AUTEM LOQUITUR
MYSTERIA
NAM QUI PROPHETAT
HOMINIBUS LOQUITUR AEDIFICA
TIONEM ET EXORTATIONEM
ET CONSOLATIONES
QUI LOQUITUR LINGUA
SEMET IPSUM AEDIFICAT
QUI AUTEM PROPHETAT
ECCLESIAM AEDIFICAT
UOLO AUTEM OMNES UOS
LINGUIS LOQUI
MAGIS AUTEM PROPHETARE
NAM MAIOR EST QUI PROPHETAT
QUAM QUI LOQUITUR LINGUIS
NISI FORTE UT INTERPRETETUR
UT ECCLESIA AEDIFICATIONEM
ACCIPIAT
NUNC AUTEM FRATRES
SI UENERO AD UOS LINGUIS
LOQUENS
QUID UOBIS PRODERO
NISI SI UOBIS LOQUAR
AUT IN REUELATIONEM
AUT SCIENTIA
AUT PROPHETIA
AUT IN DOCTRINA; TAMEN
QUAE SINE ANIMA SUNT UOCEM DAN
TIA

SIUE TIBIA SIUE CITHARA
NISI DISTINCTIONEM
SONITUUM DEDERINT
QUOMODO SCIETUR QUOD
CANITUR AUT QUOD CITHA-
RIZATUR
ET ENIM SI INCERTAM UOCEM
DET TUBA
QUIS PARAUIT SE AD BELLUM
ITA ET UOS
PER LINGUAM NISI MANIFES
TUM SERMONEM DEDERITIS
QUOMODO SCIETUR ID QUOD
DICITUR · ERITIS ENIM
IN AERE LOQUENTES
TAM MULTA UT PUTA GENERA vel
LINGUARUM SUNT IN MUNDO
ET NIHIL SINE UOCE EST
SI ERGO NESCIERO UIRTUTEM
UOCIS ERO EI CUI LOQUOR
BARBARUS
ET QUI LOQUITUR MIHI BARBARUS
SIC ET UOS
QUONIAM AEMULATORES
ESTIS SPIRITUUM
AD AEDIFICATIONEM ECCLESIAE
QUAERITE UT ABUNDETIS
ET IDEO QUI LOQUITUR LINGUA
ORET UT INTERPRETETUR
NAM SI OREM LINGUA
SPS MEUS ORAT
MENS AUTEM MEA SINE
FRUCTU EST
QUID ERGO EST
ORABO SPU ORABO ET MENTE
PSALLAM SPU PSALLAM MENTE
CETERUM SI BENEDIXERIS SPU
QUIS SUPPLET LOCUM IDIOTAE
QUOMODO DICET AMEN SU
PER TUAM BENEDICTIONEM
QUONIAM QUID DICAS NESCIT
NAM TU QUIDEM BENE
GRATIAS AGIS
SED ALTER NON AEDIFICATUR.

GRATIAS AGO DO QUOD OMNIUM
UESTRUM LINGUA LOQUOR
SED IN ECCLESIA UOLO QUINQUE
UERBA SENSU MEO LOQUI
UT ET ALIOS INSTRUAM
QUAM DECEM MILIA
UERBORUM IN LINGUA
FRATRES NOLITE PUERI EFFICI
SENSIBUS
SED MALITIA PARUULI ESTOTE
SENSIBUS AUTEM PERFECTI
ESTOTE
IN LEGE SCRIPTUM EST
QUONIAM IN ALIIS LINGUIS
ET LABIIS ALIIS LOQUAR
POPULO HUIC
ET NEC SIC EXAUDIENT ME
DICIT DNS
ITAQUE LINGUAE IN SIGNUM SUNT
NON FIDELIBUS
SED INFIDELIBUS
PROPHETIAE AUTEM
NON INFIDELIBUS
SED FIDELIBUS
SI ERGO CONUENIAT UNIUERSA
ECCLESIA IN UNUM
ET OMNES LINGUIS LOQUANTUR
INTRENT AUTEM ET IDIOTAE
AUT INFIDELES
NONNE DICENT QUOD INSANITIS
SI AUTEM OMNES PROPHETENT
INTRET AUTEM QUIS INFIDELIS
UEL IDIOTA
CONUINCITUR AB OMNIBUS
DIIUDICATUR AB OMNIBUS
OCCULTA CORDIS EIUS
MANIFESTA FIUNT
ET ITA CADENS IN FACIEM
ADORAUIT DM
PRONUNTIANS QUOD UERE
DS IN UOBIS SIT
QUID ERGO EST FRATRES
CUM CONUENITIS
UNUSQUISQUE UESTRUM

PSALMUM HABET
DOCTRINAM HABET
APOCALYPSIN HABET
LINGUAM HABET
INTERPRETATIONEM HABET
OMNIA AD AEDIFICATIONEM FIANT
SIUE LINGUA QUIS LOQUITUR
SECUNDUM DUOS
AUT UT MULTUM TRES
ET PER PARTES
ET UNUS INTERPRETETUR
SI AUTEM NON FUERIT INTERPRES
TACEAT IN ECCLESIA
SIBI AUTEM LOQUATUR ET DO
LIII PROPHETAE DUO AUT TRES DICANT
ET CETERI DIIUDICENT
QUOD SI ALII REUELATUM FUERIT
SEDENTI PRIOR TACEAT
POTESTIS ENIM OMNES
PER SINGULOS PROPHETARE
UT OMNES DISCANT ET OMNES
EXHORTENTUR
ET SPS PROPHETARUM
PROPHETIS SUBIECTI SUNT
NON ENIM EST DISSENSIONIS
DS SED PACIS
SICUT IN OMNIBUS ECCLESIIS
SANCTORUM
LIIII MULIERES IN ECCLESIIS TACEANT
NON ENIM PERMITTITUR
EIS LOQUI SED SUBDITAS ESSE
SICUT ET LEX DICIT
SI QUID AUTEM UOLUNT DISCERE
DOMI UIROS SUOS INTERROGENT
TURPE EST ENIM MULIERI
LOQUI IN ECCLESIA
AN A UOBIS UERBUM DI
PROCESSIT
AUT IN UOS SOLOS PERUENIT
SI QUIS UIDETUR PROPHETA
ESSE AUT SPIRITALIS
COGNOSCAT QUAE SCRIBO UOBIS
QUIA DNI SUNT MANDATA
SI QUIS AUTEM IGNORAT IGNORABITUR

ITAQUE FRATRES AEMULAMINI
PROPHETARE
ET LOQUI LINGUIS NOLITE
PROHIBERE
OMNIA AUTEM HONESTE ET SE
CUNDUM ORDINEM FIANT
NOTUM AUTEM UOBIS FACIO FF
EUANGELIUM QUOD PRAE
DICAUI UOBIS
QUOD ET ACCEPISTIS
IN QUO ET STATIS
PER QUOD ET SALUAMINI
QUA RATIONE PRAEDICAUERIM
UOBIS SI TENETIS NISI SI FRUS
TRA CREDIDISTIS
LV TRADIDI UOBIS ENIM IN PRIMIS
QUOD ET ACCEPI
QUONIAM XPS MORTUUS EST
PRO PECCATIS NOSTRIS
SECUNDUM SCRIPTURAS
ET QUIA SEPULTUS EST
ET QUIA SURREXIT TERTIA DIE
SECUNDUM SCRIPTURAS
QUIA UISUS EST CEPHAE
ET POST HAEC UNDECIM
DEINDE UISUS EST PLUS QUAM
QUINGENTIS FRATRIBUS
SIMUL EX QUIBUS MULTI
MANENT USQUE ADHUC
QUIDAM AUTEM DORMIERUNT
DEINDE UISUS EST ET IACOBO
DEINDE APOSTOLIS OMNIBUS
NOUISSIME AUTEM OMNIUM
TAMQUAM ABORTIUO
UISUS EST ET MIHI
EGO ENIM SUM MINIMUS
APOSTOLORUM
QUI NON SUM DIGNUS UOCARI
APOSTOLUS
QUONIAM PERSECUTUS SUM
ECCLESIAM DI
GRATIA AUTEM DI SUM
ID QUOD SUM
ET GRATIA EIUS IN ME UACUA NON FUIT

SED HABUNDANTIUS ILLIS OMNIBUS
LABORAUI
NON EGO AUTEM
SED GRATIA DI MECUM
SIUE ENIM EGO SIUE ILLI
SIC PRAEDICAMUS
ET SIC CREDIDISTIS
SI AUTEM XPS PRAEDICATUR
QUOD RESURREXIT A MORTUIS
QUOMODO QUIDAM DICUNT
IN UOBIS QUONIAM RESURRECTIO
MORTUORUM NON EST
SI AUTEM RESURRECTIO
MORTUORUM NON EST
NEQUE XPS RESURREXIT
SI AUTEM XPS RESURREXIT
INANIS ERGO EST PRAEDICATIO
NOSTRA
INANIS ERGO EST ET FIDES UESTRA
INUENIMUR AUTEM ET FALSI
TESTES DI
QUONIAM TESTIMONIUM
DIXIMUS ADUERSUS DM
QUOD SUSCITAUERIT XPM
QUEM NON SUSCITAUIT
SI MORTUI NON RESURGUNT
NEQUE XPS RESURREXIT
QUOD SI XPS NON RESURREXIT
UANA EST FIDES UESTRA
ADHUC ENIM ESTIS IN PECCATIS UESTRIS
ERGO ET QUI DORMIERUNT
IN XPO PERIERUNT
SI IN HAC UITA TANTUM IN XPO
SPERANTES SUMUS
MISERABILIORES SUMUS
OMNIBUS HOMINIBUS
NUNC AUTEM XPS RESURREXIT
A MORTUIS
PRIMITIAE DORMIENTIUM
QUONIAM ENIM PER HOMINEM
MORS
ET PER HOMINEM RESURRECTIO
MORTUORUM
ET SICUT IN ADAM OMNES MORIUNTUR

ITA ET IN XPO OMNES UIUIFICA…NTUR
UNUSQUISQUE AUTEM IN SUO
ORDINE PRIMITIAE XPS
DEINDE HI QUI SUNT XPI
IN ADUENTU EIUS
DEINDE FINIS
CUM TRADIDERIT REGNUM DO
ET PATRI CUM EUACUAUERIT
OMNEM PRINCIPATUM ET POTES
TATEM ET UIRTUTEM
OPORTET AUTEM ILLUM REGNARE
omnes DONEC PONAT INIMICOS
SUB PEDIBUS EIUS
NOUISSIMA AUTEM INIMICA
DESTRUETUR MORS
OMNIA ENIM SUBIECIT SUB PEDIB
EIUS CUM AUTEM DICAT
OMNIA SUBIECTA SUNT EI
SINE DUBIO PRAETER EUM
QUI SUBIECIT EI OMNIA
CUM AUTEM SUBIECTA FUERINT
ILLI OMNIA
TUNC IPSE FILIUS SUBIECTUS
ERIT ILLI QUI SIBI SUBIECIT
OMNIA
UT SIT DS OMNIA IN OMNIBUS
ALIOQUIN QUID FACIENT
QUI BAPTIZANTUR PRO
MORTUIS
SI OMNINO MORTUI NON RESURGUNT
UT QUID ET BAPTIZANTUR
PRO ILLIS
UT QUID ET NOS PERICLITAMUR
OMNI HORA
COTIDIE MORIOR PROPTER
UESTRAM GLORIAM FRATRES
QUAM HABEO IN XPO IHU DNO NO
SI SECUNDUM HOMINEM
AD BESTIAS PUGNAUI EPHESI
QUID MIHI PRODEST SI MORTUI
NON RESURGUNT
MANDUCEMUS ET BIBAMUS
CRAS ENIM MORIEMUR
NOLITE SEDUCI

CORRUMPUNT MORES BONOS
CONLOQUIA MALA
EUIGILATE IUSTE ET NOLITE
PECCARE
IGNORANTIAM DI ENIM
QUIDAM HABENT
AD REUERENTIAM UOBIS LOQUOR
SED DICET ALIQUIS
QUOMODO RESURGUNT MORTUI
QUALI AUTEM CORPORE UENIUNT
INSIPIENS TU QUOD SEMINAS NON
UIUIFICATUR NISI PRIUS MORIATUR
ET QUOD SEMINAS
NON CORPUS QUOD FUTURUM
EST SEMINAS
SED NUDUM GRANUM UT PUTA
TRITICI AUT ALICUIUS CETERORU̅
DS AUTEM DAT ILLI CORPUS
SICUT UOLUIT ET UNICUIQUE
SEMINUM PROPRIUM CORPUS
NON OMNIS CARO EADEM CARO
SED ALIA HOMINUM
ALIA PECORUM
ALIA CARO UOLUCRUM
ALIA AUTEM PISCIUM
ET CORPORA CAELESTIA
ET CORPORA TERRESTRIA
SED ALIA QUIDEM CAELESTIUM
GLORIA
ALIA AUTEM TERRESTRIUM
ALIA CLARITAS SOLIS
ALIA CLARITAS LUNAE
ALIA CLARITAS STELLARUM
STELLA ENIM A STELLA
DIFFERT IN CLARITE
SIC ET RESURRECTIO MORTUORU̅
SEMINATUR IN CORRUPTIONE
SURGET IN INCORRUPTIONE
SEMINATUR IN IGNOBILITATE
SURGET IN GLORIA
SEMINATUR IN INFIRMITATE
SURGET IN UIRTUTE
SEMINATUR CORPUS ANIMALE
SURGIT CORPUS SPIRITALE

SI EST CORPUS ANIMALE
EST ET SPIRITALE
SIC ET SCRIPTUM EST
FACTUS EST PRIMUS HOMO ADAM
IN ANIMAM UIUENTEM
NOUISSIMUS ADAM IN SPM
UIUIFICANTEM
SED PRIUS NON QUOD SPIRITALE EST
SED QUOD ANIMALE EST
DEINDE QUOD SPIRITALE
PRIMUS HOMO DE TERRA
TERRENUS
SECUNDUS HOMO DE CAELO caelestis
QUALIS TERRENUS
TALES ET TERRENI
et QUALIS CAELESTIS
TALES ET CAELESTIS
IGITUR SICUT PORTAUIMUS
IMAGINEM TERRENI
PORTEMUS ET IMAGINEM
CAELESTIS
HOC AUTEM DICO FRATRES
QUONIAM CARO ET SANGUIS REGNU̅
DI POSSIDERE NON POSSUNT
NEQUE CORRUPTIO INCORRUPTE
LAM POSSIDERE
ECCE MYSTERIUM UOBIS DICO
OMNES QUIDEM RESURGIMUS
SED NON OMNES INMUTABIMUR
IN MOMENTO IN ICTU OCULI
IN NOUISSIMA TUBA CANET ENIM
ET MORTUI RESURGENT
INCORRUPTI
ET NOS INMUTABIMUR
OPORTET ENIM CORRUPTIBILE
HOC INDUERE INCORRUPTELAM
ET MORTALE HOC INDUERE
INMORTALITATEM
CUM AUTEM MORTALE HOC
INDUERIT INMORTALITATEM
TUNC FIET SERMO
QUI SCRIPTUS EST
ABSORTA EST MORS IN UICTORIA
UBI EST MORS UICTORIA TUA

UBI EST MORS STIMULUS TUUS
STIMULUS AUTEM MORTIS
PECCATUM EST
UIRTUS UERO PECCATI LEX
DO AUTEM GRATIAS QUI DEDIT
NOBIS UICTORIAM PER DNM
NM IHM XPM
ITAQUE FRATRES MEI DILECTI
STABILES ESTOTE · ET INMOBILES
ABUNDANTES IN OPERA DNI SEMPER
SCIENTES QUOD LABOR UESTER
NON EST INANIS IN DNO
lxvi DE COLLECTIS AUTEM QUAE FIUNT
IN SCIS SICUT ORDINAUI
ECCLESIIS GALATIAE
ITA ET UOS FACITE
PER UNAM SABBATI UNUSQUISQ·
UESTRUM APUT SE PONAT
RECONDENS QUOD EI PLACUERIT
UT NON CUM UENERO TUNC
COLLECTAE FIANT
CUM AUTEM PRESENS FUERO
QUOS PROBAUERITIS PER EPIS
TULAS HOS MITTAM PERFERRE·
GRATIAM UESTRAM IN HIERUSALEM
QUOD SI DIGNUM FUERIT UT EGO
EAM MECUM IBUNT
UENIAM AUTEM AD UOS CUM
MACEDONIAM PERTRANSIERO
NAM MACHEDONIAM PERTRANSIBO
APUD UOS FORSITAN MANEBO
UEL ETIAM HIEMABO
ET UOS ME DEDUCATIS
QUOCUMQUE IERO
NOLO ENIM UOS MODO
IN TRANSITUM UIDERE
SPERO ENIM ME ALIQUANTUM
TEMPORIS MANERE APUD UOS
SI DNS PERMISERIT
PERMANEBO AUTEM EPHESI
USQUE AD PENTECOSTEN
OSTIUM ENIM MIHI APERTUM
EST MAGNUM ET EUIDENS
ET ADUERSARII MULTI

SI AUTEM UENERIT TIMOTHEUS
UIDETE UT SINE TIMORE SIT
APUD UOS OPUS ENIM DNI
OPERATUR SICUT ET EGO
NEQUIS ERGO ILLUM SPERNAT
DEDUCITE AUTEM ILLUM IN PACE
UT UENIAT AD ME
EXPECTO ENIM ILLUM CUM FRATRIB·
lxvii DE APOLLO AUTEM FRATRE
MULTUM ROGAUI EUM UT UENIRET
AD UOS CUM FRATRIBUS
ET UTIQUE NON FUIT UOLUNTAS
UT NUNC UENIRET
UENIET AUTEM CUM EI UACUUM FUERIT
lxviii UIGILATE STATE IN FIDE
UIRILITER AGITE ET CONFORTAMINI
OMNIA UESTRA IN CARITATE FIANT
lxviiii OBSECRO AUTEM UOS FRATRES
NOSTIS DOMUM STEPHANAE·
ET FORTUNATI
QUONIAM SUNT PRIMITIAE ACHAIAE
ET IN MINISTERIUM SCORUM
ORDINAUERUNT SEIPSOS
UT ET UOS SUBDITI SITIS, EIUSMODI
ET OMNI COOPERANTI ET LABORANTI
lxx GAUDEO AUTEM IN PRAESENTIA
STEPHANAE ET FORTUNATI ET ACHAICI
QUONIAM ID QUOD UOBIS DEERAT
IPSI SUPPLEUERUNT
REFECERUNT ENIM ET MEUM
SPM ET UESTRUM
COGNOSCITE ERGO QUI EIUSMODI SUNT
lxxi SALUTANT UOS ECCLESIAE ASIAE
SALUTANT UOS IN DNO MULTUM
AQUILA ET PRISCA
CUM DOMESTICA SUA ECCLESIA
SALUTANT UOS FRATRES OMNES
SALUTATE INUICEM IN OSCULO SCO
SALUTATIO MEA MANU PAULI
SIQUIS NON AMAT DNM IHM XPM
SIT ANATHEMA · MARANATHA
GRATIA DNI IHU UOBISCUM
CARITAS MEA CUM OMNIBUS
UOBIS IN XPO IHU AMEN EXP

INCIP ARGUMENTUM

POST ACTAM PAENITENTIAM CONSOLATORIAM
SCRIBIT EIS A TROADAE · ET CONLAUDANS
HORTATUR AD MELIORA EXP
INCIPIUNT CAPIT AD CORIN · SEC ·

I De passionibus et consolationibus
II De tribulatione ingenti pauli
ceterorum que in asia et nemo
in se fiduciam habere debet sed in do
III De mutua gloriatione sco in die dni
IIII De apostolo dm testante quod ad
uentum suum corinthiis
parcendo distulit
V De differentiae et apostoli obiurgan
tis peccamina remittente
VI De scis quod sint saluti odor uitae
in uitam pereuntibus uero odor
mortis in mortem et de adulteranti
bus uerbum di
VII De epistulis commendaticiis
VIII De duobus testamentis et utriusque
distantiae et quod ubi est sps dni
ibi sit et libertas
VIIII De ambulantibus in astutia
et adulterantibus uerbum di
X De do istius saeculi sensum infidelium
excaecantem et de dno xpo
quod imago est di ·
XI De passionibus et tolerantia
passionum et gloria
XII De dissolutione terreni corporis
ac praesentis et aedificatione
ex do quae est sempiterna in caelis
XIII De peregrinatione scorum a dno quam
diu sunt in corpore ut praesentia
apud dnm cum exeunt corpore
de manifestatione omnium
ante tribunal xpi ihu dni
XIIII De apostolo suadente hominibus
XV De eis qui in facie et non in corde gloriantur
XVI De abolitione ueterum et renouatio
ne creaturae et reconciliatione
nostra ad dm per dnm nm ihm xpm
XVII De passionibus et laboribus apostoli
et rerum omnium temperamento
XVIII De separatione fidelium ab infidelib
et quod omnes sci templum sint di
XVIIII De integritate apostoli
XX De tribulatione pauli et comitum eius
in machedonia et consolatione
et aduentu titi et corinthiorum
emendatione ueniente et tristitia
secundum dm et tristitia saeculi
XXI De ministerio quod fit in scis
XXII De collatione corinthiorum
et aequalitate prout quisque
habuit et de ministerio
quod sit in scos
XXIII De armis carnalibus et spiritalibus
et apostoli potestate et de his qui
se ipsos commendare conantur
XXIIII De apostolo corinthios uirgini
conparantem et timente ne quem
ad modum serpens euam deduxit
fallerentur
XXV De integritate apostoli
XXVI De pseudo apostolis et doctoribus
ecclesiarum de apostolo ex necessi
tate paululum gloriantem
passiones suas et labores
et pericula plurima recensentem
et raptum se usque ad tertium
caelum et in paradiso post annos
quattuor decim enarrantem
XXVII De integritate apostoli et se
ueritate acceptae potestatis
a dno eis qui penitentiam
non egerunt comminante
XXVIII De apostolo corinthios consolantem

EXPL CAPITULA

INCIP EPISTULA

AD CORINTIOS · SEC ·

PAULUS APOSTOLUS IHU XPI
PER UOLUNTATEM DI
ET TIMOTHEUS FRATER
ECCLESIAE DI QUAE EST
CORINTHI
CUM SCIS OMNIBUS QUI SUNT
IN UNIUERSA ACHAIA
GRATIA UOBIS ET PAX A DO
PATRE NOSTRO ET DNO IHU XPO
BENEDICTUS DS ET PATER
DNI NI IHU XPI
PATER MISERICORDIARUM
ET DS TOTIUS CONSOLATIONIS
QUI CONSOLATUR NOS IN OMNI
TRIBULATIONE NOSTRA
UT POSSIMUS ET IPSI CONSOLARI
EOS QUI IN OMNI PRAESSURA SUNT
PER EXHORTATIONEM QUA EX
HORTAMUR ET IPSI A DO
QUONIAM SICUT ABUNDANT
PASSIONES XPI IN NOBIS
ITA ET PER XPM ABUNDAT
CONSOLATIO NOSTRA
SIUE AUTEM TRIBULAMUR
PRO UESTRA EXHORTATIONE
ET SALUTE SIUE CONSO
LAMUR
PRO UESTRA CONSOLATIONE
QUAE OPERATUR IN TOLERANTIA
EARUNDEM PASSIONUM
QUAS ET NOS PATIMUR
ET SPES NOSTRA FIRMA
PRO UOBIS
SCIENTES QUONIAM SICUT SOCII
PASSIONUM ESTIS
SIC ERITIS ET CONSOLATIONIS
II NON ENIM UOLUMUS UOS
IGNORARE FRATRES
DE TRIBULATIONE NOSTRA
QUAE FACTA EST IN ASIA
QUONIAM SUPRA MODUM
GRAUATI SUMUS SUPRA
UIRTUTEM
ITA UT TAEDERET NOS ETIAM UIUERE
SED IPSI IN NOBIS IPSIS RESPON
SUM MORTIS HABUIMUS
UT NON SIMUS FIDENTES IN NOBIS
SED IN DO QUI SUSCITAT MORTUOS
QUI DE TANTIS PERICULIS
ERIPUIT NOS ET ERUET
IN QUEM SPERAMUS QUONIAM
ET ADHUC ERIPIET
ADIUUANTIBUS ET UOBIS
IN ORATIONE PRO NOBIS
UT EX MULTARUM FACIERUM
EIUS QUAE IN NOBIS EST
DONATIONIS PER MULTOS
GRATIAE AGANTUR PRO NOBIS
NAM GLORIA NOSTRA HAEC EST
TESTIMONIUM CONSCIENTIAE
NOSTRAE
QUOD IN SIMPLICITATE
ET SINCERITATE DI
ET NON IN SAPIENTIA CARNALI
SED IN GRATIA DI CONUERSATI
SUMUS IN MUNDO
ABUNDANTIUS AUTEM AD UOS
III NON ENIM ALIA SCRIBIMUS UOBIS
QUAM QUAE LEGISTIS
ET COGNOSCITIS
SPERO AUTEM QUOD USQUE
IN FINEM COGNOSCETIS
SICUT ET COGNOUISTIS
NOS EX PARTE
QUIA GLORIA UESTRA SUMUS
SICUT ET UOS NOSTRA
IN DIE DNI NI IHU XPI
ET HAC CONFIDENTIA
UOLUI PRIUS UENIRE AD UOS
UT SECUNDAM GRATIAM
HABERETIS
ET PER UOS TRANSIRE IN
MACHEDONIAM
ET ITERUM A MACHEDONIA
UENIRE AD UOS
ET A UOBIS DEDUCI IN IUDEAM
CUM ERGO HOC UOLUISSEM
NUM QUID LEUITATE USUS SUM

AUT QUAE COGITO SECUNDUM
CARNEM COGITO
UT SIT APUD ME EST ET NON
FIDELIS AUTEM DS QUIA SERMO
NOSTER QUI FIT APUD UOS
NON EST IN ILLO EST ET NON
DI ENIM FILIUS IHS XPS
QUI IN UOBIS PER NOS
PRAEDICATUS EST
PER ME ET SILUANUM
ET TIMOTHEUM
NON FUIT EST ET NON
SED EST IN ILLO FUIT
QUODQUOD ENIM PROMISSIONES
DI SUNT IN ILLO EST
IDEO ET PER IPSUM AMEN
DO AD GLORIAM NOSTRAM
QUI AUTEM CONFIRMAT NOS
UOBISCUM IN XPM ET QUI
UNXIT NOS DS
ET QUI SIGNAUIT NOS ET DEDIT
PIGNUS SPS IN CORDIBUS NOSTRIS
IIII EGO AUTEM TESTEM DM INUOCO
IN ANIMAM MEAM
QUOD PARCENS UOBIS NON UENI
ULTRA CORINTHUM
NON QUIA DOMINAMUR
FIDEI UESTRAE
SED ADIUTORES SUMUS
GAUDII UESTRI
NAM FIDE STETISTIS
V STATUI AUTEM HOC IPSE APUD
ME NE ITERUM IN TRISTITIAM
UENIREM AD UOS
SI ENIM EGO CONTRISTO UOS
ET QUIS EST QUI ME LAETIFICET
NISI QUI CONTRISTATUR EX ME
ET HOC IPSUM SCRIPSI
UT NON CUM UENERO TRISTITIA
SUPER TRISTITIAM HABEAM
DE QUIBUS OPORTUERAT
ME GAUDERE
CONFIDENS IN OMNIBUS UOBIS
QUIA MEUM GAUDIUM
OMNIUM UESTRUM EST
NAM EX MULTA TRIBULATIONE
ET ANGUSTIA CORDIS SCRIPSI
UOBIS PER LACRIMAS MULTAS
NON UT CONTRISTEMINI
SED UT SCIATIS QUAM CARITATEM
HABEO ABUNDANTIUS IN UOBIS
SI QUIS AUTEM CONTRISTAUIT
NON ME CONTRISTAUIT
SED EX PARTE
UT NON ONEREM OMNES UOS
SUFFICIT ILLI QUI EIUS MODI EST
OBIURGATIO HAEC QUAE FIT
A PLURIBUS
ITA UT E CONTRARIO MAGIS
DONETIS ET CONSOLEMINI
NE FORTE ABUNDANTIORI
TRISTITIA ABSORBEATUR
QUI EIUS MODI EST
PROPTER QUOD OBSECRO UOS
UT CONFIRMETIS IN ILLUM
CARITATEM
IDEO ENIM SCRIPSI UT COGNOSCA
EXPERIMENTUM UESTRUM
AN IN OMNIBUS OBOEDIENTES SITIS
CUI AUTEM ALIQUID DONATIS
ET EGO; NAM ET EGO QUOD
DONAUI SI QUID DONAUI
PROPTER UOS IN PERSONA XPI
UT NON CIRCUMUENIAMUR
A SATANA
NON ENIM IGNORAMUS
COGITATIONES EIUS
VI CUM UENISSEM AUTEM TROADEM
PROPTER EUANGELIUM XPI
ET OSTIUM MIHI APERTUM
ESSET IN DNO
NON HABUI REQUIEM SPIRITUI
MEO EO QUOD NON INUENERIM
TITUM FRATREM MEUM
SED UALEFACIENS EIS PROFECTUS
SUM IN MACHEDONIAM
DO AUTEM GRATIAS QUI SEMPER
TRIUMPHAT NOS IN XPO IHU

ET ODOREM NOTITIAE SUAE
MANIFESTAT PER NOS IN OMNI loco
QUIA XPI BONUS ODOR SUMUS DO
IN HIS QUI SALUI FIUNT ET IN HIS
QUI PEREUNT
ALIIS QUIDEM ODOR MORTIS
IN MORTEM
ALIIS AUTEM ODOR UITAE IN UITAM
ET AD HAEC QUIS TAM IDONEUS
NON ENIM SUMUS SICUT PLURIMI
ADULTERANTES UERBUM DI
SED EX SINCERITATE
SED SICUT EX DO
CORAM DO IN XPO LOQUIMUR.
VII INCIPIMUS ITERUM NOSMETIPSOS
COMMENDARE
AUT NUMQUID EGEMUS SICUT
QUIDAM COMMENDATICIIS
EPISTULIS AD UOS AUT EX UOBIS
EPISTULA NOSTRA UOS ESTIS
SCRIPTA IN CORDIBUS NOSTRIS
QUAE SCITUR ET LEGITUR
AB OMNIBUS HOMINIBUS
MANIFESTATI QUONIAM
EPISTULA ESTIS XPI
MINISTRATA A NOBIS
ET SCRIPTA NON ATRAMENTO
SED SPU DI UIUI
NON IN TABULIS LAPIDEIS
SED IN TABULIS CORDIS CARNALIB.
VIII FIDUCIAM AUTEM TALEM
HABEMUS PER XPM AD DM
NON QUOD SUFFICIENTES SIMUS
COGITARE ALIQUID A NOBIS
QUASI EX NOBIS
SED SUFFICIENTIA NOSTRA
EX DO EST
QUI ET IDONEOS NOS FACIT
MINISTROS NOUI TESTAMENTI
NON LITTERE SED SPS
LITTERA ENIM OCCIDIT. SPS AUTEM UIUIFICAT.
QUOD SI MINISTRATIO MORTIS
LITTERIS DEFORMATA
IN LAPIDIBUS FUIT IN GLORIA

ITA UT NON POSSENT INTENDERE
FILII ISRAHEL
IN FACIEM MOSI PROPTER
GLORIAM UULTUS EIUS
QUAE EUACUATUR
QUOMODO NON MAGIS MINIS
TRATIO SPS ERIT IN GLORIAM
NAM SI MINISTERIO DAMNA
TIONIS GLORIA EST
MULTO MAGIS ABUNDAT
MINISTERIUM IUSTITIAE
IN GLORIA
NAM NEC GLORIFICATUM EST
QUOD CLARUIT IN HAC PARTE
PROPTER EXCELLENTEM GLORIA
SI ENIM QUOD EUACUATUR
PER GLORIAM EST
MULTO MAGIS QUOD MANET
IN GLORIAM EST
VIIII HABENTES IGITUR TALEM SPEM
MULTA FIDUCIA UTIMUR
ET NON SICUT MOSES PONEBAT
UELAMEN SUPER FACIEM SUA
UT NON INTENDERENT FILII ISRL
IN FACIEM EIUS QUOD EUACUATUR.
SED OBTUSI SUNT SENSUS EORUM
USQUE IN HODIERNUM ENIM DIE
ID IPSUM UELAMEN IN LECTIONE
UETERIS TESTAMENTI MANET
NON REUELATUM QUONIAM
IN XPO EUACUATUR
SED USQUE IN HODIERNUM DIEM
CUM LEGITUR MOSES
UELAMEN EST POSITUM
SUPER COR EORUM
CUM AUTEM CONUERSUS
FUERIT AD DM
AUFERTUR UELAMEN
DNS AUTEM SPS EST
UBI AUTEM SPS DNI
IBI LIBERTAS
NOS UERO REUELATA FACIE
GLORIAM DNI SPECULANTES
IN EANDEM IMAGINEM

TRANSFORMAMUR A CLARITATE
IN CLARITATE
TAMQUAM A DNI SPU
IDEO HABENTES HANC MINISTRA
TIONEM
IUXTA QUOD MISERICORDIAM
CONSECUTI SUMUS NON
DEFICIMUS
SED ABDICAMUS OCCULTA
DEDECORIS
NON AMBULANTES IN ASTUTIA
NEQ· ADULTERANTES UERBUM DI
SED IN MANIFESTATIONE
UERITATIS COMMENDANTES
NOSMET IPSOS
AD OMNEM CONSCIENTIAM
HOMINUM CORAM DO
X QODSI ETIAM OPERTUM EST
EUANGELIUM NOSTRUM
IN HIS QUI PEREUNT EST OPERTUM
IN QUIB· DS HUIUS SAECULI
EXCAECAUIT MENTES INFIDELIU
UT NON FULGEAT INLUMINATIO
EUANGELII GLORIAE XPI
QUAE EST IMAGO DI
NON ENIM NOS METIPSOS
PRAEDICAMUS
SED IHM XPM DNM
NOS AUTEM SERUOS UESTROS
PER IHM
QUONIAM DS QUI DIXIT DE TENEBRIS
LUCEM SPLENDESCERE
QUI INLUXIT IN CORDIBUS NOSTRIS
AD INLUMINATIONEM SCIENTIAE
CLARITATIS DI IN FACIE XPI IHU
HABEMUS AUTEM THESAURUM
ISTUM IN UASIS FICTILIBUS
UT SUBLIMITAS SIT UIRTUTIS DI
ET NON EX NOBIS
IN OMNIBUS TRIBULATIONEM
PATIMUR· SED NON ANGUSTIAMUR
APORIAMUR
SED NON DESTITUIMUR
PERSECUTIONEM PATIMUR

PERSECUTIONEM PATIMUR
SED NON DERELINQUIMUR
DEICIMUR SED NON PERIMUS
SEMPER MORTIFICATIONEM
IHU IN CORPORE CIRCUMFERENTES
UT ET UITA IHU IN CORPORIBUS
NOSTRIS MANIFESTETUR
XI SEMPER ENIM NOS QUI UIUIMUS
IN MORTEM TRADIMUR
PROPTER IHM
UT ET UITA IHU MANIFESTETUR
IN CARNE NOSTRA MORTALI
ERGO MORS IN NOBIS OPERATUR
UITA AUTEM IN UOBIS
HABENTES AUTEM
EUNDEM SPM FIDEI
SICUT SCRIPTUM EST
CREDIDI PROPTER QUOD LOCU
TUS SUM
ET NOS CREDIMUS PROPTER
QUOD ET LOQUIMUR
SCIENTES QUONIAM
QUI SUSCITAUIT IHM
ET NOS SUSCITAUIT CUM IHU
ET CONSTITUET UOBISCUM
OMNIA ENIM PROPTER UOS
UT GRATIA ABUNDANS
PER MULTOS GRATIARUM ACTIO
NE ABUNDET IN GLORIAM DI
PROPTER QUOD NON DEFICIMUS
SED LICET IS QUI FORIS EST NOSTER
HOMO CORRUMPITUR
TAMEN IS QUI INTUS EST RENOUA
TUR DE DIE IN DIEM
ID ENIM QUOD IN PRAESENTI EST
MOMENTANEUM ET LEUE
TRIBULATIONIS NOSTRAE
SUPRA MODUM IN SUBLIMITATE
AETERNUM GLORIAE PONDUS
OPERATUR NOBIS
NON CONTEMPLANTIBUS NOBIS
QUAE UIDENTUR
SED QUAE NON UIDENTUR
QUAE ENIM UIDENTUR

TEMPORALIA SUNT
QUAE AUTEM NON UIDENTUR
AETERNA SUNT
XII SCIMUS ENIM QUONIAM
SI TERRESTRIS DOMUS NOSTRA
HUIUS HABITATIONIS DISSOLUATUR
QUOD AEDIFICATIONEM EX DO
HABEAMUS DOMUM NON
MANU FACTAM AETERNAM
IN CAELIS
NAM ET IN HOC INGEMESCIMUS
HABITATIONEM NOSTRAM
QUAE DE CAELO EST SUPER
INDUI CUPIENTES
SI TAMEN UESTITI
NON NUDI INUENIAMUR
NAM ET QUI SUMUS IN TABERNA
CULO INGEMESCIMUS GRAUATI
EO QUOD NOLUMUS EXPOLIARI
SED SUPERUESTIRI
UT ABSORBEATUR QUOD MOR
TALE EST A UITA
QUI AUTEM EFFICIT NOS
IN HOC IPSUM DS
QUI DEDIT NOBIS PIGNUS SPS
XIII AUDENTES IGITUR SEMPER
ET SCIENTES QUONIAM DUM
SUMUS IN CORPORE PEREGRI
NAMUR A DNO
PER FIDEM ENIM AMBULAMUS
ET NON PER SPECIEM
AUDEMUS AUTEM ET BONAM
UOLUNTATEM HABEMUS
MAGIS PEREGRINARI A CORPORE
ET PRAESENTES ESSE AD DM
ET IDEO CONTENDIMUS
SIUE ABSENTES SIUE PRAE
SENTES PLACERE ILLI
OMNES ENIM NOS MANIFES
TARI OPORTET ANTE TRIBUNAL XPI
UT REFERAT UNUSQUISQUE
PROPRIA CORPORIS PROUT GESSIT
SIUE BONUM SIUE MALUM
XIIII SCIENTES ERGO TIMOREM DNI
HOMINIBUS SUADEMUS
DO AUTEM MANIFESTI SUMUS
SPERO AUTEM ET IN CONSCIENTIIS
UESTRIS MANIFESTOS NOS ESSE
XV NON ITERUM NOS COMMENDAMUS
UOBIS
SED OCCASIONEM DAMUS UOBIS
GLORIANDI PRO NOBIS
UT HABEATIS AD EOS QUI IN FACIE
GLORIANTUR ET NON IN CORDE
SIUE ENIM MENTE EXCEDIMUS
DO SIUE SOBRII SUMUS UOBIS
CARITAS ENIM XPI URGET NOS
AESTIMANTES HOC
QUONIAM SI UNUS PRO OMNIBUS
MORTUUS EST
ERGO OMNES MORTUI SUNT
ET PRO OMNIBUS MORTUUS EST
UT ET QUI UIUUNT IAM NON SIBI UIUANT
SED EI QUI PRO IPSIS MORTUUS EST
ET RESURREXIT exhoc
XVI ITAQUE NOS NEMINEM NOUIMUS
SECUNDUM CARNEM
ET SI COGNOUIMUS SECUNDUM
CARNEM XPM
SED NUNC IAM NON NOUIMUS
SI QUA ERGO IN XPO
NOUA CREATURA
UETERA TRANSIERUNT
ECCE FACTA SUNT NOUA
OMNIA AUTEM EX DO
QUI RECONCILIAUIT NOS SIBI
PER XPM
ET DEDIT NOBIS MINISTERIUM
RECONCILIATIONIS
QUONIAM QUIDEM DS ERAT IN XPO
MUNDUM RECONCILIANS SIBI
NON REPUTANS ILLIS DELICTA IPSORUM
ET POSUIT IN NOBIS UERBUM
RECONCILIATIONIS
PRO XPO ERGO LEGATIONEM
FUNGIMUR TAMQUAM DO
EXHORTANTE PER NOS
OBSECRAMUS PRO XPO

RECONCILIAMINI DO
EUM QUI NON NOUERAT PECCATU
PRO NOBIS PECCATUM FECIT
UT NOS EFFICEREMUR IUSTITIA
DI IN IPSO
ADIUUANTES AUTEM ET EXHOR
TAMUR NE IN UACUUM
GRATIA DI RECIPIATIS
AIT ENIM
TEMPORE ACCEPTO EXAUDIUI TE
ET DIE SALUTIS ADIUUAUI TE
XVII ECCE NUNC TEMPUS ACCEPTABILE
ECCE NUNC DIES SALUTIS
NEMINI DANTES ULLAM
OFFENSIONEM
UT NON UITUPERETUR
MINISTERIUM NOSTRUM
SED IN OMNIB EXHIBEAMUS
NOS MET IPSOS SICUT DI
MINISTROS
IN MULTA PATIENTIA
IN TRIBULATIONIBUS
IN NECESSITATIBUS
IN ANGUSTIIS IN PLAGIS
IN CARCERIBUS IN SEDITIONIBUS
IN LABORIBUS IN UIGILIIS
IN IEIUNIIS IN CASTITATE
IN SCIENTIA IN LONGANIMITATE
IN SUAUITATE IN SPU SCO
IN CARITATE NON FICTA
IN UERBO UERITATIS
IN UIRTUTE DI
PER ARMA IUSTITIAE A DEXTRIS
ET SINISTRIS
PER GLORIAM ET IGNOBILITATEM
PER INFAMIAM ET BONAM FAMAM
UT SEDUCTORES ET UERACES
SICUT QUI IGNOTI ET COGNITI
QUASI MORIENTES ET ECCE UIUIMUS
UT CASTIGATI ET NON MORTIFICATI
QUASI TRISTES SEMPER AUTEM
GAUDENTES
SICUT EGENTES MULTOS
AUTEM LOCUPLETANTES
TAMQUAM NIHIL HABENTES
ET OMNIA POSSIDENTES
XVIII OS NOSTRUM PATET AD UOS
O CORINTHII
COR NOSTRUM DILATATUM EST
NON ANGUSTAMINI IN NOBIS
ANGUSTIAMINI AUTEM
IN UISCERIBUS UESTRIS
EANDEM AUTEM HABENTES
REMUNERATIONEM
TAMQUAM FILIIS DICO · dilatamini et uos
NOLITE IUGUM DUCERE
CUM INFIDELIBUS
QUAE ENIM PARTICIPATIO
IUSTITIAE CUM INIQUITATE
AUT QUAE SOCIETAS LUCI
AD TENEBRAS
QUAE AUTEM CONUENTIO XPI
AD BELIAL
AUT QUAE PARS FIDELI CUM INFIDELE
QUI AUTEM CONSENSUS TEMPLO
DI CUM IDOLIS
UOS ENIM ESTIS TEMPLUM DI UIUI
SICUT DICIT DS
QUONIAM INHABITABO IN ILLIS
ET INAMBULABO
ET ERO ILLORUM DS
ET IPSI ERUNT MIHI POPULUS
PROPTER QUOD EXITE
DE MEDIO EORUM
ET SEPARAMINI DICIT DNS
ET INMUNDUM NE TETIGERITIS
ET EGO RECIPIAM UOS
ET ERO UOBIS IN PATREM
ET UOS ERITIS MIHI IN FILIOS
ET FILIAS DICIT DNS OMNIPOTENS
XVIIII HAS IGITUR HABENTES PROMIS
SIONES CARISSIMI
MUNDEMUS NOS AB OMNI
INQUINAMENTO CARNIS ET SPS
PERFICIENTES SANCTIFICA
TIONEM IN TIMORE DI
CAPITE NOS · NEMINEM LESIMUS
NEMINEM CORRUPIMUS

N EMINEM CIRCUMUENIMUS
NON AD CONDEMNATIONEM DICO
PRAE DIXI ENIM QUOD IN CORDIB·
NOSTRIS ESTIS AD COMMORI
ENDUM ET AD CONUIUENDUM
XX MULTA MIHI FIDUCIA EST APUD UOS
MULTA MIHI GLORIATIO PRO UOBIS
REPLETUS SUM CONSOLATIONE
SUPER ABUNDO GAUDIO
IN OMNI TRIBULATIONE NOSTRA
NAM ET CUM UENISSEMUS
MACHEDONIAM
NULLAM REQUIEM HABUIT
CARO NOSTRA
SED OMNEM TRIBULATIONEM
PASSI
FORIS PUGNAE INTUS TIMORES
SED QUI CONSOLATUR HUMILES
CONSOLATUS EST DS NOS
IN ADUENTU TITI
NON SOLUM AUTEM IN ADUENTU EIUS
SED ETIAM IN SOLACIO QUO
CONSOLATUS EST IN UOBIS
REFERENS NOBIS UESTRUM
DESIDERIUM
UESTRUM FLETUM
UESTRAM AEMULATIONEM
PRO ME
ITA UT MAGIS GAUDEREM
QUONIAM ET SI CONTRISTAUI
UOS IN EPISTULA
NON ME PAENITET
ET SI PAENITERET
UIDENS QUOD EPISTULA ILLA
ETSI AD HORAM UOS CONTRIS
TAUIT NUNC GAUDEO
NON QUIA CONTRISTATI ESTIS
SED QUIA CONTRISTATI ESTIS
AD PAENITENTIAM
CONTRISTATI ENIM ESTIS
SECUNDUM DM
UT IN NULLO DETRIMENTUM
PATIAMINI EX NOBIS
QUAE ENIM SECUNDUM DM
TRISTITIA EST
PAENITENTIAM IN SALUTEM
STABILEM OPERATUR
SAECULI AUTEM TRISTITIA
MORTEM OPERATUR
ECCE ENIM HOC IPSUM SECUN
DUM DM CONTRISTARI UOS
QUANTAM IN UOBIS OPERATUR
SOLLICITUDINEM
SED DEFENSIONEM
SED INDIGNATIONEM
SED TIMOREM
SED DESIDERIUM
SED AEMULATIONEM
SED UINDICTAM
IN OMNIBUS EXHIBUISTIS UOS
IN CONTAMINATOS ESSE
NEGOTIO
IGITUR ET SI SCRIBSI UOBIS
NON PROPTER EUM QUI FECIT
IN IURIAM
NEC PROPTER EUM QUI PASSUS EST
SED AD MANIFESTANDAM
SOLLICITUDINEM NOSTRAM
QUAM PRO UOBIS HABEMUS
CORAM DO
IDEO CONSOLATI SUMUS
IN CONSOLATIONE AUTEM NOSTRA
ABUNDANTIUS MAGIS GAUISI
SUMUS SUPER GAUDIUM TITI
QUIA REFECTUS EST SPS EIUS
AB OMNIBUS UOBIS
ET SI QUID APUD ILLUM DE UOBIS
GLORIATUS SUM
NON SUM CONFUSUS
SED SICUT OMNIA UOBIS IN UERI
TATE LOCUTI SUMUS
ITA ET GLORIATIO NOSTRA
QUAE FUIT AD TITUM
UERITAS FACTA EST
ET UISCERA EIUS ABUNDANTIUS
IN UOS SUNT
REMINISCENTIS OMNIUM
UESTRUM OBOEDIENTIAM

QUOMODO CUM TIMORE ET TRE
MORE EXCEPISTIS EUM
GAUDEO QUOD IN OMNIBUS
CONFIDO IN UOBIS
XXI NOTAM AUTEM FACIMUS UOBIS
FRATRES GRATIAM DI
QUAE DATA EST IN ECCLESIIS
MACHEDONIAE
QUOD IN MULTO EXPERIMENTO
TRIBULATIONIS
ABUNDANTIA GAUDI IPSORUM
ET ALTISSIMA PAUPERTAS EORUM
ABUNDAUIT IN DIUITIAS
SIMPLICITATIS EORUM
QUIA SECUNDUM UIRTUTEM
TESTIMONIUM ILLIS REDDO
ET SUPRA UIRTUTEM
UOLUNTARII FUERUNT
CUM MULTA EXHORTATIONE
OBSECRANTES NOS
GRATIAM ET COMMUNICATIONEM
MINISTERII QUOD FIT IN SCOS
ET NON SICUT SPERAUIMUS
SED SEMET IPSOS DEDERUNT
PRIMUM DNO
DEINDE NOBIS PER UOLUNTATEM DI
ITA UT ROGAREMUS TITUM
UT QUEMADMODUM COEPIT
ITA ET PERFICIAT IN UOBIS
ETIAM GRATIAM ISTAM
XXII SED SICUT IN OMNIBUS ABUNDATIS
FIDE ET SERMONE ET SCIENTIA
ET OMNI SOLLICITUDINE INSUPER
[illegible]ER ET CARITATE UESTRA
[illegible] IN NOS
UT ET IN HAC GRATIA ABUNDETIS
NON QUASI IMPERANS DICO
SED PER ALIORUM SOLLICITUDINEM
ETIAM UESTRAE CARITATIS
INGENIUM BONUM COMPROBANS
SCITIS ENIM GRATIAM
DNI NI IHU XPI
QUONIAM PROPTER UOS EGENUS
FACTUS EST CUM ESSET DIUES

UT ILLIUS INOPIA UOS
DIUITES ESSETIS
ET CONSILIUM IN HOC DO
HOC ENIM UOBIS UTILE EST
QUI NON SOLUM FACERE
SED ET UELLE COEPISTIS
AB ANNO PRIORE
NUNC UERO ET FACTO PERFICITE
UT QUEMADMODUM PROMPTUS
EST ANIMUS UOLUNTATIS
ITA SIT ET PERFICIENDI EX EO
QUOD HABETIS
SI ENIM UOLUNTAS PROMPTA EST
SECUNDUM ID QUOD HABET
ACCEPTA EST
NON SECUNDUM QUOD NON HABET
NON ENIM UT ALIIS SIT REMISSIO
UOBIS AUTEM TRIBULATIO
SED EX AEQUALITATE IN PRAE
SENTI TEMPORE
UESTRA ABUNDANTIA
ILLORUM INOPIAM SUPPLEAT
UT ET ILLORUM ABUNDANTIA
UESTRAE INOPIAE SIT SUPPLE
MENTUM UT FIAT AEQUALITAS
SICUT SCRIPTUM EST
QUI MULTUM NON ABUNDAUIT
ET QUI MODICUM NON MINORAUIT
GRATIAS AUTEM DO QUI DEDIT
EANDEM SOLLICITUDINEM
PRO UOBIS IN CORDE TITI
QUONIAM EXHORTATIONEM
QUIDEM SUSCEPIT
SED CUM SOLLICITIOR ESSET
SUA UOLUNTATE PROFECTUS
EST AD UOS
MISIMUS ETIAM CUM ILLO FRATREM
CUIUS LAUS EST IN EUANGELIO
PER OMNES ECCLESIAS
NON SOLUM AUTEM SED ET ORDI
NATUS AB ECCLESIIS COMES
PEREGRINATIONIS NOSTRAE
IN HAC GRATIA QUAE MINIS
TRATUR A NOBIS

AD DNI GLORIAM ET DESTINATAE
VOLUNTATEM NOSTRAM
DEUITANTES HOC
NEQUIS NOS UITUPERET
IN HAC PLENITUDINE
QUAE MINISTRATUR A NOBIS
PROUIDEMUS ENIM BONA
NON SOLUM CORAM DO
SED ETIAM CORAM HOMINIB
MISIMUS AUTEM CUM ILLIS
ET FRATREM NOSTRUM
QUEM PROBABIMUS IN MULTIS
SAEPE SOLLICITUM ESSE
NUNC AUTEM MULTO SOLLICI
TIOREM CONFIDENTIA
MULTA IN UOS
SIUE PRO TITO
QUI EST SOCIUS MEUS
ET IN UOS ADIUTOR
SIUE FRATRES NOSTRI APOSTOLI
ECCLESIARUM GLORIAE XPI
OSTENSIONEM ERGO QUAE EST
CARITATIS UESTRAE ET NOSTRAE
GLORIAE PRO UOBIS
IN ILLOS OSTENDITE IN FACIE
ECCLESIARUM
NAM DE MINISTERIO
QUOD FIT IN SCOS
EX ABUNDANTI EST MIHI
SCRIBERE UOBIS
SCIO ENIM PROMPTUM
ANIMUM UESTRUM
PRO QUO DE UOBIS GLORIOR
APUD MACHEDONES
QUONIAM ACHAIA PARATA EST
AB ANNO PRAETERITO
ET UESTRA AEMULATIO
PROUOCAUIT PLURIMOS
MISI AUTEM FRATRES
UT NE QUOD GLORIAMUR DE UOBIS
EUACUETUR IN HAC PARTE
UT QUEMADMODUM DIXI
PARATI SITIS
NE CUM UENERINT MECUM
MACHEDONES
ET INUENERINT UOS INPARATOS
ERUBESCAMUS NOS
UT NON DICAMUS UOS
IN HAC SUBSTANTIA
NECESSARIUM ERGO EXISTIMAUI
ROGARE FRATRES
UT PRAEUENIANT AD UOS
ET PRAEPARENT PROMISSAM
BENEDICTIONEM HANC
PARATAM ESSE
SIC QUASI BENEDICTIONEM
NON QUASI AUARITIAM
HOC AUTEM QUI PARCE SEMINAT
PARCE ET METET
ET QUI SEMINAT IN BENEDICTIONIB
DE BENEDICTIONIB ET METET
UNUSQUISQUE PROUT DESTINA
UIT DE CORDE SUO
NON EX TRISTITIA AUT EX
NECESSITATE
HILAREM ENIM DATOREM
DILIGIT DS
POTENS EST AUTEM DS
OMNEM GRATIAM ABUNDARE
FACERE IN UOBIS
UT IN OMNIBUS SEMPER
OMNEM SUFFICIENTIAM
HABENTES
ABUNDETIS IN OMNE
OPUS BONUM
SICUT SCRIPTUM EST
DISPERSIT DEDIT PAUPERIBUS
IUSTITIA EIUS MANET
IN AETERNUM
QUI AUTEM ADMINISTRAT
SEMEN SEMINANTI
ET PANEM AD MANDUCANDUM
PRAESTABIT ET MULTIPLICABIT
SEMEN UESTRUM
ET AUGEBIT INCREMENTA
FRUGUM IUSTITIAE UESTRAE
UT IN OMNIBUS LOCUPLETATI
ABUNDETIS IN OMNEM

SIMPLICITATEM
QUAE OPERATUR PER NOS
GRATIARUM ACTIONEM DO
QUONIAM MINISTERIUM
HUIUS OFFICII
NON SOLUM SUPPLET EA QUAE
DESUNT SANCTIS
SED ETIAM ABUNDAT PER MULTAS
GRATIARUM ACTIONES IN DNO
PER PROBATIONEM MINISTERII
HUIUS GLORIFICANTES DM
IN OBOEDIENTIA CONFESSIONIS
UESTRAE IN EUANGELIUM XPI
ET SIMPLICITATE COMMUNICA
TIONIS IN ILLOS ET IN OMNES
ET IPSORUM OBSERUATIONE
PRO UOBIS
DESIDERANTIUM UOS PROPTER
EMINENTEM GRATIAM
DI IN UOBIS
GRATIAS DO SUPER INENARRABILI
DONO EIUS
IPSE AUTEM EGO PAULUS
OBSECRO UOS PER MANSUE
TUDINEM ET MODESTIAM XPI
QUI IN FACIEM QUIDEM
HUMILIS INTER UOS
ABSENS AUTEM CONFIDO
IN UOBIS
XXIII ROGO AUTEM NE PRAESENS
AUDEAM PER EAM CONFIDEN
TIAM QUA EXISTIMOR AUDERE
IN QUOSDAM QUI ARBITRANTUR ET
...TAM QUAM SECUNDUM CAR
...NEM AMBULEMUS
IN CARNE ENIM AMBULANTES
NON SECUNDUM CARNEM
MILITAMUS
NAM ARMA MILITIAE NOSTRAE
NON CARNALIA SED POTENTIA DO
AD DESTRUCTIONEM
MUNITIONUM
CONSILIA DESTRU... ENTES
ET OMNEM ALTITUDINEM

EXTOLLENTEM SE ADUERSUS
SCIENTIAM DI
ET CAPTIUITATEM REDIGENTES
OMNEM INTELLECTUM
IN OBSEQUIUM XPI
ET IN PROMPTU HABENTES
ULCISCI OMNEM INOBOEDI
ENTIAM
CUM INPLETA FUERIT UESTRA
OBOEDIENTIA
QUAE SECUNDUM FACIEM
SUNT UIDETE
SI QUIS CONFIDET SIBI XPI SE ESSE
HOC COGITET ITERUM APUD SE
QUIA SICUT IPSE XPI EST
ITA ET NOS
NAM ET SI AMPLIUS ALIQUID
GLORIATUS FUERO DE POTES
TATE NOSTRA
NOBIS QUAM DEDIT DNS IN AEDIFICATIONEM
ET NON IN DESTRUCTIONEM
UESTRAM
NON ERUBESCAM
UT AUTEM NON EX ISTIMER
TAMQUAM TERRERE UOS
PER EPISTULAS
QUONIAM QUIDEM EPISTULAE
INQUIUNT GRAUES SUNT
ET FORTES
PRAESENTIA AUTEM CORPORIS
INFIRMA
ET SERMO CONTEMPTIBILIS
HOC COGITET QUI EIUSMODI EST
QUIA QUALES SUMUS UERBO
PER EPISTULAS ABSENTES
TALES ET PRAESENTES IN FACTO
NON ENIM AUDEMUS INSERERE
AUT CONPARARE NOS QUIBUSDAM
QUI SE IPSOS COMMENDANT
SED IPSI IN NOBIS NOSMET IPSOS
METIENTES
ET COMPARANTES NOSMET
IPSOS NOBIS
NOS AUTEM NON IN INMENSUM

GLORIABIMUR
SECUNDUM MENSURAM
REGULAE QUAM MENSUS
EST NOBIS DS PERTINGENDI
USQUE AD UOS
NON ENIM QUASI NON PERTIN
GENTES AD UOS SUPER
EXTENDIMUS NOS
USQUE AD UOS ENIM PERUENI
MUS IN EUANGELIO XPI
NON IN INMENSUM GLORIANTES
IN ALIENIS LABORIBUS
SPEM AUTEM HABENTES
CRESCENTIS FIDEI UESTRAE
IN UOBIS MAGNIFICARI
SECUNDUM REGULAM NOSTRĀ
IN ABUNDANTIAM ETIAM IN ILLA
QUAE ULTRA UOS SUNT
EUANGELIZARE
NON IN ALIENA REGULA IN HIS
QUAE PARATA SUNT
GLORIARI
QUI AUTEM GLORIATUR
IN DNO GLORIETUR
NON ENIM QUI SE IPSUM
COMMENDAT ILLE
PROBATUS EST
SED QUEM DNS COMMENDAT
UTINAM SUSTINERETIS MODICŪ
QUID INSIPIENTIAE MEAE
SED ET SUPPORTATE ME
AEMULOR ENIM UOS
DI AEMULATIONE
DESPONDI ENIM UOS
UNI UIRO UIRGINEM CASTAM
EXHIBERE XPO
TIMEO AUTEM NE SICUT SER
PENS EUAM SEDUXIT
ASTUTIA SUA
ITA CORRUMPANTUR SENSUS
UESTRI ET EXCIDANT A SIMPLI
CITATE QUAE EST IN XPO
XXV NAM SI IS QUI UENIT ALIUM XPM
PRAEDICAT QUEM NON PRAE

DICABIMUS
AUT ALIUM SPM ACCIPITIS
QUEM NON ACCEPISTIS
AUT ALIUT EUANGELIUM
QUOD NON RECEPISTIS
RECTE PATEREMINI
EXISTIMO ENIM NIHIL ME MI
NUS FECISSE MAGNIS APOSTOLIS
ET SI INPERITUS SERMONE
SED NON SCIENTIA
IN OMNIBUS AUTEM MANIFES
TATUS SUM UOBIS
AUT NUMQUID PECCATUM
FECI ME IPSUM HUMILIANS
UT UOS EXALTEMINI
QUONIAM GRATIS EUANGELIUM
DI EUANGELIZAUI UOBIS
ALIAS ECCLESIAS EXPOLIAUI
ACCIPIENS STIPENDIUM
AD MINISTERIUM UESTRUM
ET CUM ESSEM APUD UOS
ET EGEREM
NULLI ONEROSUS FUI
NAM QUOD MIHI DEERAT
SUPPLEUERUNT FRATRES
QUI UENERUNT A MACHEDONIA
ET IN OMNIBUS SINE ONERE ME
ME UOBIS SERUAUI ET SERUABO
EST UERITAS XPI IN ME
QUONIAM HAEC GLORIA NON IN
FRINGETUR IN ME IN REGIONIB'
ACHAIAE QUARE
QUIA NON DILIGO UOS DS SCIT
QUOD AUTEM FACIO ET FACIAM
UT AMPUTEM OCCASIONEM
EORUM QUI UOLUNT
OCCASIONEM
UT IN QUO GLORIANTUR INUENIAN
TUR SICUT ET NOS
XXVI NAM EIUS MODI
PSEUDO APOSTOLI
OPERARII SUBDOLI
TRANSFIGURANTES SE
IN APOSTOLOS XPI

ET NON MIRUM
IPSE ENIM SATANAS TRANSFIGURAT
SE IN ANGELUM LUCIS
NON EST ERGO MAGNUM SI MINIS
TRI EIUS TRANSFIGURENTUR
UELUT MINISTRI IUSTITIAE
QUORUM FINIS ERIT SECUNDU
OPERA IPSORUM
ITERUM DICO
NE QUIS ME PUTAT INSIPIENTEM
ALIOQUIN UELUT INSIPIENTEM
ACCIPITE ME
UT ET EGO MODICUM
QUID GLORIER · QUOD LOQUOR
NON LOQUOR SECUNDUM DNM
SED QUASI IN INSIPIENTIAM
IN HAC SUBSTANTIA GLORIAE
QUONIAM MULTI GLORIANTUR
SECUNDUM CARNEM
ET EGO GLORIABOR
LIBENTER ENIM SUFFERTIS
INSIPIENTES CUM SITIS
IPSI SAPIENTES
SUSTINETIS ENIM
SI QUIS UOS IN SERUITUTEM
REDIGIT
SI QUIS DEUORAT
SI QUIS ACCIPIT
SI QUIS EXTOLLITUR
SI QUIS IN UOS FACIEM CAEDIT
SECUNDUM IGNOBILITATEM DICO
QUASI NOS INFIRMI FUERIMUS
IN QUO QUIS AUDET
IN INSIPIENTIAM DICO
AUDEO ET EGO
HEBREI SUNT ET EGO
ISRAHELITAE SUNT ET EGO
SEMEN ABRAHAE SUNT ET EGO
MINISTRI XPI SUNT
UT MINUS SAPIENS
DICO PLUS EGO
IN LABORIBUS PLURIMIS
IN CARCERIBUS ABUNDANTIUS
IN PLAGIS SUPRA MODUM

IN MORTIBUS FREQUENTER
A IUDAEIS QUINQUIES QUADRA
GENAS UNA MINUS ACCEPI
TER UIRGIS CAESUS SUM
SEMEL LAPIDATUS SUM
TER NAUFRAGIUM FECI
NOCTE ET DIE IN PROFUNDUM
MARIS FUI
IN ITINERIBUS SAEPE
PERICULIS FLUMINUM
PERICULIS LATRONUM
PERICULIS EX GENERE
PERICULIS EX GENTIBUS
PERICULIS IN CIUITATE
PERICULIS IN SOLITUDINE
PERICULIS IN MARI
PERICULIS IN FALSIS FRATRIBUS
IN LABORE ET AERUMNA
IN UIGILIIS MULTIS
IN FAME ET SITI
IN IEIUNIIS MULTIS
IN FRIGORE ET NUDITATE
PRAETER ILLA QUAE EXTRINSECUS SUNT
INSTANTIA MEA COTIDIANA
SOLLICITUDO OMNIUM
ECCLESIARUM
QUIS INFIRMATUR ET EGO
NON INFIRMOR
QUIS SCANDALIZATUR
ET EGO NON UROR
SI GLORIARI OPORTET
QUAE INFIRMITATIS MEAE
SUNT GLORIABOR
DS ET PATER DNI IHU SCIT
QUI EST BENEDICTUS IN SCLA
QUOD NON MENTIOR
DAMASCI PRAEPOSITUS GENTIS
ARETAE REGIS
CUSTODIEBAT CIUITATEM
DAMASCENORUM
UT ME CONPRAEHENDERET
ET PER FENESTRAM IN SPORTAM
DIMISSUS SUM PER MURUM
ET EFFUGI MANUS EIUS

SI GLORIARI OPORTET
NON EXPEDIT QUIDEM
VENIAM AUTEM AD VISIONES
ET REVELATIONES DNI
SCIO HOMINEM IN XPO
ANTE ANNOS QUATTUORDECI
SIVE IN CORPORE NESCIO
SIVE EXTRA CORPUS NESCIO
DS SCIT
RAPTUM EIUS MODI USQUE
AD TERTIUM CAELUM
ET SCIO HUIUS MODI HOMINEM
SIVE IN CORPORE SIVE EXTRA
CORPUS NESCIO DS SCIT
QUONIAM RAPTUS EST
IN PARADISUM
ET AUDIVIT ARCANA VERBA
QUAE NON LICEBAT
HOMINI LOQUI
PRO EIUS MODI GLORIABOR
PRO ME AUTEM NIHIL GLORIABOR
NISI IN INFIRMITATIBUS MEIS
NAM ET SI VOLUERO GLORIARI
NON ERO INSIPIENS
VERITATEM ENIM DICAM
PARCO AUTEM NE QUIS IN ME
EXISTIMET SUPRA ID QUOD
VIDET ME AUT AUDIT EX ME
ET NE MAGNITUDO REVELATIO
NUM EXTOLLAT ME
DATUS EST MIHI STIMULUS
CARNIS MEAE ANGELUS
SATANAE UT ME COLAFIZET
PROPTER QUOD TER DNM
ROGAVI UT DISCEDERET A ME
ET DIXIT MIHI SUFFICIT TIBI
GRATIA MEA
NAM VIRTUS IN INFIRMITATE
PERFICITUR
LIBENTER IGITUR GLORIABOR
IN INFIRMITATIBUS MEIS
UT INHABITET IN ME VIRTUS XPI
PROPTER QUOD PLACEO MIHI
IN INFIRMITATIBUS
IN CONTUMELIIS
IN NECESSITATIBUS
IN PERSECUTIONIBUS
IN ANGUSTIIS PRO XPO
CUM ENIM INFIRMOR
TUNC POTENS SUM
FACTUS SUM INSIPIENS
VOS ME COEGISTIS
EGO ENIM A VOBIS DEBUI
COMMENDARI
NIHIL ENIM MINUS FUI
AB HIS QUI SUNT SUPRA MODUM
APOSTOLI
TAMEN ETSI NIHIL SUM
SIGNA TAMEN APOSTOLI
FACTA SUNT SUPER VOS
IN OMNI PATIENTIA
SIGNIS ET PRODIGIIS
ET VIRTUTIBUS
QUID EST ENIM QUOD MINUS
HABUISTIS PRAE CETERIS
ECCLESIIS
NISI QUOD EGO IPSE
NON GRAVAVI VOS
DONATE MIHI HANC INIURIAM
XXVII ECCE TERTIO HOC PARATUS SUM
VENIRE AD VOS
ET NON ERO GRAVIS VOBIS
NON ENIM QUAERO QUAE VESTRA
SUNT SED VOS
NEC ENIM DEBENT FILII PARENTIBUS
THESAURIZARE
SED PARENTES FILIIS
EGO ENIM LIBENTISSIME
IMPENDAM
ET SUPERIMPENDAR IPSE
PRO ANIMABUS VESTRIS
LICET PLUS VOS DILIGENS
MINUS DILIGAR
SED ESTO EGO VOS NON GRAVAVI
SED CUM ESSEM ASTUTUS
DOLO VOS CEPI
NUMQUID PER ALIQUEM EORUM
QUOS MISI AD VOS CIRCUMVENI
VOS

ROGAUI TITUM ET MISI CUM ILLO
FRATREM
NUM QUID TITUS UOS
CIRCUMUENIT
NONNE EODEM SPU
AMBULAUIMUS
NONNE HISDEM UESTIGIIS
OLIM PUTATIS QUOD EXCUSEMUS
NOS APUD UOS
CORAM DO IN XPO LOQUIMUR
OMNIA AUTEM CARISSIMI
PROPTER UESTRAM
AEDIFICATIONEM
TIMEO ENIM
NE FORTE CUM UENERO
NON QUALES UOLO
INUENIAM UOS
ET EGO INUENIAR A UOBIS
QUALEM NON UULTIS
NE FORTE CONTENTIONES
AEMULATIONES
ANIMOSITATES
DISSENSIONES
DETRACTIONES
SUSURRATIONES
INFLATIONES
SEDITIONES SINT INTER UOS
NE ITERUM CUM UENERO
HUMILIET ME DS APUD UOS
ET LUGEAM MULTOS EX HIS
QUI ANTE PECCAUERUNT
ET NON EGERUNT
PAENITENTIAM
SUPER INMUNDITIA
ET FORNICATIONE
ET INPUDICITIA
QUAM GESSERUNT
ECCE TERTIO HOC UENIO
AD UOS
IN ORE DUORUM UEL TRIUM
TESTIUM STABIT
OMNE UERBUM
PRAEDIXI ET PRAEDICO
UT PRAESENS UOBIS

ET NUNC ABSENS HIS QUI
ANTE PECCAUERUNT
ET CETERIS OMNIBUS
QUONIAM SI UENERO ITERUM
NON PARCAM
AN EXPERIMENTUM
QUAERITIS EIUS QUI IN ME
LOQUITUR XPS
QUI IN UOS NON INFIRMATUR
SED POTENS EST IN UOBIS
NAM ET SI CRUCIFIXUS EST
EX INFIRMITATE
SED UIUET EX UIRTUTE DI
NAM ET NOS INFIRMI SUMUS
IN ILLO
SED UIUEMUS CUM EO
EX UIRTUTE DI IN UOBIS
UOS MET IPSOS TEMPTATE
SI ESTIS IN FIDE IPSI UOS
PROBATE
AN NON COGNOSCITIS UOS IPSOS
QUIA XPS IHS IN UOBIS EST
NISI FORTE REPROBI ESTIS
SPERO AUTEM QUOD COGNOS
CETIS QUIA NOS NON SUMUS
REPROBI
ORAMUS AUTEM DM
UT NIHIL MALI FACIATIS
NON UT NOS PROBATI PAREAMUS
SED UT UOS QUOD BONUM EST
FACIATIS
NOS AUTEM UT REPROBI SUMUS
NON ENIM POSSUMUS
ALIQUID ADUERSUS
UERITATEM
SED PRO UERITATE
GAUDEMUS ENIM QUANDO
NOS INFIRMI SUMUS
UOS AUTEM POTENTES ESTIS
HOC ET ORAMUS UESTRAM
CONSUMMATIONEM
IDEO HAEC ABSENS SCRIBO
UT NON PRAESENS DURIUS AGAM
SECUNDUM POTESTATEM

QUAM DNS DEDIT MIHI
IN AEDIFICATIONEM
ET NON IN DESTRUCTIONEM
XVIII DE CETERO FRATRES
GAUDETE
PERFECTI ESTOTE
EXHORTAMINI
IDEM SAPITE
PACEM HABETE
ET DS DILECTIONIS ET PACIS
ERIT UOBISCUM
SALUTATE INUICEM IN OSCULO SCO
SALUTANT UOS SCI OMNES
GRATIA DNI NRI IHU XPI
ET CARITAS DI
ET COMMUNICATIO SPS SCI
CUM OMNIBUS UOBIS
AMEN

EXP AD CORINT SEC

INCIP ARGUMENTUM

AD GALATAS

GALATAE SUNT GRAECI HI UERBUM
UERITATIS PRIMUS AB APOSTOLO ACCEPERUNT
SED POST DISCESSUM EIUS TEMPTATI
SUNT A FALSIS APOSTOLIS UT IN LEGE
ET CIRCUMCISIONE UERTERENTUR
HOS APOSTOLUS REUOCAT AD FIDEM
UERITATIS SCRIBENS EIS AB EPHESO

EXP ARGUMEN

INCIPIUNT BREUES

I DE RESURRECTIONE DNI
II DE APOSTOLO A CIRCUMCISIONE GALATAS REPRE-
NANTE ET NOUAS DOCTRINAS ANATHEMATIZANTE
III DE APOSTOLO HOMINIBUS DISPLICENTE
IIII DE APOSTOLO EUANGELIUM NON AB HOMINIB·
SED A DO DIUINITUS CONSECUTO
V DE APOSTOLO IAM SUAM PRIOREM IN IUDAISMO
ET POST EA SEGREGATIONE AD APOSTOLATUM
ET DEINCEPS HIEROMNE UEL CURSUM
AD GALATAS PROSEQUENTE
VI DE FALSIS FRATRIBUS ET DE PETRO
IN CIRCUMCISIONE PAULO UERO
IN GENTIBUS ORDINATIS
VII DE PETRO ANTIOCHIA CUM GENTIBUS
CONUIUENTE ET DE PAULO IN CONSPECTU
OMNIUM REPREHENDENTE
VIII DE APOSTOLO LEGE UETERIS TESTAMENTI
PER CRUCEM ET PASSIONEM DNI
DESTRUENTE LEGE
VIIII DE APOSTOLO GALATARUM STULTITIAM
INCLAMANTE QUOD CUM EX AUDITU
FIDEI SPM ACCEPISSENT LEGI SE
ET CIRCUMCISIONI POSTMODUM
SUBIUGASSENT
X DE OMNIBUS QUI EX OPERIB· LEGIS SUNT
QUOD SUBIECTI SINT MALEDICTO
XI DE HIS QUI IN LEGE SUNT QUOD NON IUSTIFI-
CENTUR A DO
XII DE DNO REDIMENTE NOS EX MALEDICTO LEGIS
CUM PRO NOBIS IPSE FACTUS SIT
MALEDICTUM
XIII DE COMPARATIONE TESTAMENTI
HOMINIS AD PROMISSIONEM DI
IN SEMINE ABRAHAE QUOD EST DNS XPS
XIIII DE LEGE POSITA QUO ADUSQUE UENIRET
SEMEN REPROMISSIONIS
XV DE SCRIPTURA CONCLUDENTE OMNIA SUB
PECCATO ET LEGIS CUSTODIA UT PROMISSIO
DARETUR CREDENTIBUS EX FIDE DNI IHU XPI
XVI DE AEQUALITATE OMNIUM GENTIUM
IN DNO XPO CREDENTIUM LIBERORUM
OMNIUM ANTIQUAE SERUORUM
XVII DE CREDENTIB· OMNIB· QUOD UNUM
SEMEN SINT ABRAHAE

XVIII DE COMPARATIONE HEREDIS INFANTIS
XVIIII DE IUDAEIS CREDENTIBUS SUB ELEMENTIS
MUNDI SERUITIO CONSTRICTIS DONEC DNS
FACTUS EX FEMINA ATQ· SUB LEGE A PATRE
IN SAECULUM MITTERETUR
XX DE CREDENTIBUS IN DNM QUOD NON SINT IA
SERUI SED FILII ET QUOD QUI SECUNDUM LEGE
UETERIS TESTAMENTI UULT UIUERE ELEMENTIS
MUNDI OPTAT POTIUS SERUIRE QUAM DO
XXI DE FIDE IN ADUENTU APOSTOLI
ET REUERENTIA GALATARUM
XXII DE SEDUCTORIBUS GALATARUM
XXIII DE DUOB· FILIIS ABRAHAE ET TESTAMENTIS
DUOBUS ET MONTE SINA ET HIERUSALEM
TERRESTRI ATQUE CAELESTI
XXIIII DE CIRCUMCIDENTIBUS SE QUOD IHS XPS
EIS NIHIL PRODERIT SED DEBITORES SINT
TOTIUS LEGIS FACIENDAE
XXV DE CIRCUMCISIONE ET PRAEPUTIO QUOD NIHIL
SINT NISI FIDES PER DILECTIONE OPERANS
XXVI DE CURSU PRIMO FIDEI IMPEDITO GALATARU
ET DE DAMNATIONE MALE SUADENTIUM
AC SEDUCTORUM
XXVII DE CIRCUMCISIONE ET CRUCIS SCANDALO
XXVIII DE IMPLETIONE LEGIS IN PROXIMI DILECTIONE
ET PERICULO LIBORIS ATQ· CERTAMINIS
XXIX DE CONTENTIONE CARNIS ET SPS
XXX DE CONTEMPTU INANIS GLORIAE AC PSENTIS
XXXI DE SUSTENTATIONE MUTUA INTER FRATRES
ET DE HONORE COMMUNI UEL PROPRIO
XXXII DE HUMANITATE DISCENTIUM UERBUM
DNI ERGA DOCTORES
XXXIII DE SEMINATIONE CARNALIUM
UEL SPIRITALIUM
XXXIIII DE ELEMOSINA FACIENDA IN OMNIBUS
SED MAXIME AD DOMESTICOS FIDEI
XXXV DE CIRCUMCISIS NON SERUANTIBUS
LEGEM ET APOSTOLO IN CRUCE DNI GLORIANTE
XXXVI DE CIRCUMCISIONE ET PRAEPUTIO QUOD
NIHIL SINT SED NOUA CREATURA
PACEM HABEAT SEMPITERNAM
XXXVII DE APOSTOLO IN CORPORE SUO STIGMATA
DNI IHU XPI PORTANTE
EXP CAPIT INCIP EPIST

PAULUS APOSTOLUS NON
AB HOMINIBUS NEQUE
PER HOMINEM
SED PER IHM XPM ET DM PATRE
QUI SUSCITAUIT EUM A MORTUIS
ET QUI MECUM SUNT
OMNES FRATRES
ECCLESIIS GALATIAE
GRATIA UOBIS ET PAX A DO PATRE
ET DNO NO IHU XPO
QUI DEDIT SEMET IPSUM
PRO PECCATIS NOSTRIS
UT ERIPERET NOS DE PRAESENTI
SAECULO NEQUAM
SECUNDUM UOLUNTATEM DI
ET PATRIS NOSTRI
CUI EST GLORIA IN SAECULA
SAECULORUM AMEN
MIROR QUOD SIC TAM CITO
TRANSFEREMINI AB EO QUI UOS
UOCAUIT IN GRATIAM XPI
IN ALIUT EUANGELIUM
QUOD NON EST ALIUT
NISI SUNT ALIQUI QUI UOS
CONTURBANT
ET UOLUNT CONUERTERE
EUANGELIUM XPI
SED LICET NOS
AUT ANGELUS DE CAELO EUANGE
LIZET UOBIS PRAETER QUAM
QUOD EUANGELIZAUIMUS UOBIS
ANATHEMA SIT
SICUT PRAEDIXIMUS ET NUNC
ITERUM DICO
SIQUIS UOBIS EUANGELIZAUERIT
PRAETER ID QUOD ACCEPISTIS
ANATHEMA SIT
III MODO ENIM HOMINIB· SUADEO
AUT DO AUT QUAERO HOMI
NIBUS PLACERE
SI ADHUC HOMINIB· PLACEREM
XPI SERUUS NON ESSEM
IIII NOTUM ENIM UOBIS FACIO FF
EUANGELIUM QUOD EUANGE

LIZATUM EST A ME
QUIA NON EST SECUNDUM HOMINE
NEQUE ENIM EGO AB HOMINE
ACCEPI ILLUD NEQUE DIDICI
SED PER REUELATIONEM IHU XPI
V AUDISTIS ENIM CONUERSATIO
NEM MEAM ALIQUANDO
IN IUDAISMO
QUONIAM SUPRA MODUM
PERSEQUEBAR ECCLESIAM DI
ET EXPUGNABAM ILLAM
ET PROFICIEBAM IN IUDAISMO
SUPRA MULTOS COAETANEOS
IN GENERE MEO
ABUNDANTIUS AEMULATOR
EXISTENS
PATERNARUM MEARUM
TRADITIONUM
CUM AUTEM PLACUIT EI
QUI ME SEGREGAUIT DE UTERO
MATRIS MAE ET UOCAUIT
PER GRATIAM SUAM
UT REUELARET FILIUM SUUM IN ME
UT EUANGELIZAREM ILLUM
IN GENTIBUS
CONTINUO NON ADQUIEUI
CARNI ET SANGUINI
NEQUE UENI HIERUSOLYMA
AD ANTECESSORES MEOS
APOSTOLOS
SED ABII IN ARABIA ET ITERUM
REUERSUS SUM DAMASCUM
DEINDE POST ANNOS TRES UENI
HIERUSOLYMA UIDERE PETRU
ET MANSI APUD EUM
DIEBUS QUINDECIM
ALIUM AUTEM APOSTOLORUM
UIDI NEMINEM NISI IACOBUM
FRATREM DNI
QUAE AUTEM SCRIBO UOBIS
ECCE CORAM DO QUONIAM
NON MENTIOR
DEINDE UENI IN PARTES SYRIAE
ET CILICIAE

ERAM AUTEM IGNOTUS FACIE
ECCLESIIS IUDEAE QUAE
ERANT IN XPO
TANTUM AUTEM AUDITUM
HABEBANT QUONIAM QUI
PERSEQUEBATUR NOS
ALIQUANDO
NUNC EUANGELIZAT FIDEM
QUAM ALIQUANDO EXPUGNABAT
ET IN ME CLARIFICABANT DM
DEINDE POST ANNOS QUATTUOR
DECIM ITERUM ASCENDI
HIERUSOLYMA
CUM BARNABA ADSUMPTO
ET TITO
ASCENDI AUTEM SECUNDUM
REUELATIONEM
ET CONTULI CUM ILLIS EUANGE
LIUM QUOD PRAEDICO IN GENTIB
SEORSUM AUTEM HIS QUI
UIDEBANTUR
NE FORTE IN UACUUM [illegible]CURRERE
AUT CUCURRISSEM
SED NEQUE TITUS QUI MECUM
ERAT CUM ESSET GENTILIS
CONPULSUS EST CIRCUMCIDI
SED PROPTER SUBINTRODUCTOS
AUTEM FALSOS FRATRES
QUI SUBINTROIE[illegible]RUNT
EXPLORARE LIBERTATEM
NOSTRAM QUAM HABEMUS
IN XPO IHU
UT NOS IN SERUITUTEM
REDIGERENT
QUIBUS NEQUE AD HORAM
CESSIMUS SUBIECTIONI
UT UERITAS EUANGELII
PERMANEAT APUD UOS
VI AB HIS AUTEM QUI UIDEBANTUR
ESSE ALIQUID
QUALES ALIQUANDO FUERINT
NIHIL MEA INTEREST
DS PERSONAM HOMINIS
NON ACCIPIT

MIHI ENIM QUI UIDEBANTUR
NIHIL CONTULERUNT
SED E CONTRARIO CUM UIDIS
SENT QUOD CREDITUM EST
MIHI EUANGELIUM PRAEPUTII
SICUT PETRO CIRCUMCISIONIS
QUI ENIM OPERATUS EST
PETRO IN APOSTOLATUM
CIRCUMCISIONIS
OPERATUS EST ET MIHI
INTER GENTES
ET CUM COGNOUISSENT
GRATIAM QUAE DATA EST MIHI
IACOBUS CEPHAS ET IOHANNES
QUI UIDEBANTUR COLUMNAE ESSE
DEXTRAS DEDERUNT MIHI
ET BARNABAE SOCIETATIS
UT NOS IN GENTES IPSI AUTEM
IN CIRCUMCISIONEM
TANTUM UT PAUPERUM
MEMORES ESSEMUS
QUOD ETIAM SOLLICITUS FUI
HOC IPSUM FACERE
VII CUM AUTEM UENISSET CEPHAS
ANTIOCHIAM IN FACIEM EI
RESTITI
QUIA REPRAEHENSIBILIS ERAT
PRIUS ENIM QUAM UENIRENT
QUIDAM AB IACOBO CUM GEN
TIBUS EDEBAT
CUM AUTEM UENISSENT
SUBTRAHEBAT ET SEGREGABAT
SE TIMENS EOS QUI EX CIR
CUMCISIONE ERANT
ET SIMULATIONI EIUS CONSEN
SERUNT CETERI IUDAEI
ITA UT ET BARNABAS DUCERETUR
AB EIS IN ILLA SIMULATIONE
SED CUM UIDISSEM QUOD
NON RECTE AMBULARENT
AD UERITATEM EUANGELII
DIXI CEPHAE CORAM OMNIB'
SI TU CUM IUDAEUS SIS
GENTILITER

ET NON IUDAICE UIUIS
QUOMODO GENTES COGIS
IUDAIZARE
NOS NATURA IUDAEI ET NON
EX GENTIBUS PECCATORES
SCIENTES AUTEM QUOD NON
IUSTIFICATUR HOMO EX
OPERIBUS LEGIS
NISI PER FIDEM IHU XPI
ET NOS IN XPO IHU CREDIMUS
UT IUSTIFICEMUR EX FIDE XPI
ET NON EX OPERIBUS LEGIS
PROPTER QUOD EX OPERIBUS
LEGIS NON IUSTIFICABITUR
OMNIS CARO
VIII QUOD SI QUAERENTES
IUSTIFICARI IN XPO
INUENTI SUMUS ET IPSI
PECCATORES
NUMQUID XPS PECCATI
MINISTER EST ABSIT
SI ENIM QUAE DESTRUXI
HAEC ITERUM REAEDIFICO
PRAEUARICATOREM ME CONSTITUO
EGO ENIM PER LEGEM LEGI
MORTUUS SUM
UT DO UIUAM
XPO CONFIXUS SUM CRUCI
UIUO AUTEM IAM NON EGO
UIUIT UERO IN ME XPS
QUOD AUTEM NUNC UIUO IN CARNE
IN FIDE UIUO FILII DI
QUI DILEXIT ME ET TRADIDIT
SEMET IPSUM PRO ME
NON ABICIO GRATIAM DI
SI ENIM PER LEGEM IUSTITIA
ERGO XPS GRATIS MORTUUS EST
VIIII O INSENSATI GALATAE
QUIS UOS FASCINAUIT
UERITATI NON OBOEDIRE
ANTE QUORUM OCULOS
IHS XPS PRAESCRIPTUS EST
CRUCIFIXUS
HOC SOLUM UOLO A UOBIS DISCERE

EX OPERIBUS LEGIS SPM
ACCEPISTIS
AN EX AUDITU FIDEI
SIC STULTI ESTIS
VIIII CUM SPU COEPERITIS NUNC
CARNE CONSUMMAMINI
TANTA PASSI ESTIS SINE CAUSA
SI TAMEN SINE CAUSA
QUI ERGO TRIBUIT UOBIS SPM
ET OPERATUR UIRTUTES IN UOBIS
EX OPERIBUS LEGIS AN EX AUDITU
FIDEI
SICUT ABRAHAM CREDIDIT DO
ET REPUTATUM EST EI
AD IUSTITIAM
COGNOSCITE ERGO QUIA QUI
EX FIDE SUNT HI SUNT
FILII ABRAHAE
PROUIDENS AUTEM SCRIPTURA
QUIA EX FIDE IUSTIFICAT
GENTES DS
PRAENUNTIAUIT ABRAHAE
QUIA BENEDICENTUR
IN TE OMNES GENTES
X IGITUR QUI EX FIDE SUNT BENEDI
CENTUR CUM FIDELI ABRAHAM
QUICUMQUE ENIM EX OPERIB
LEGIS SUNT
SUB MALEDICTO SUNT
SCRIPTUM EST ENIM
MALEDICTUS OMNIS QUI PER
MANSERIT IN OMNIBUS
QUAE SCRIPTA SUNT IN LIBRO
LEGIS UT FACIAT EA
XI QUONIAM AUTEM IN LEGE
NEMO IUSTIFICATUR APUD DM
MANIFESTUM EST
QUIA IUSTUS EX FIDE UIUIT
LEX AUTEM NON EST EX FIDE
SED QUI FECERIT EA
UIUET IN ILLIS
XII XPS NOS REDIMIT DE MALEDICTO LEGIS
FACTUS PRO NOBIS MALEDICTUM
QUIA SCRIPTUM EST
MALEDICTUS OMNIS QUI PENDET
IN LIGNO
UT IN GENTIBUS BENEDICTIO
ABRAHAE FIERET IN XPO IHU
UT POLLICITATIONEM SPS
ACCIPIAMUS PER FIDEM
XIII FRATRES SECUNDUM HOMINĒ
DICO
TAMEN HOMINIS CONFIRMATUM
TESTAMENTUM NEMO SPER
NIT AUT SUPERORDINAT
ABRAHAE DICTAE SUNT PRO
MISSIONES ET SEMINI EIUS
NON DICIT ET SEMINIBUS
QUASI IN MULTIS
SED QUASI IN UNO
ET SEMINI TUO QUI EST XPS
HOC AUTEM DICO
TESTAMENTUM CONFIRMA
TUM A DO
QUAE POST QUADRIGENTOS
ET TRIGINTA ANNOS
FACTA EST LEX
NON IRRITAM FACIT AD EUACUAN
DAM PROMISSIONEM
NAM SI EX LEGE HEREDITAS IAM
NON EX REPROMISSIONE
ABRAHAE AUTEM PER PRO
MISSIONEM DONAUIT DS
XIIII QUID IGITUR LEX
PROPTER TRANSGRESSIONES
POSITA EST
DONEC UENIRET SEMEN CUI PRO
MISERAT ORDINATA PER ANGELOS
IN MANU MEDIATORIS
MEDIATOR AUTEM
UNIUS NON EST
DS AUTEM UNUS EST
XV LEX ERGO ADUERSUS PROMISSA
DI ABSIT
SI ENIM DATA ESSET LEX QUAE
POSSET UIUIFICARE
UERE EX LEGE ESSET IUSTITIA
SED CONCLUSIT SCRIPTURA

omnia sub peccato
ut promissio ex fide ihu xpi
daretur credentibus
prius autem quam ueniret
fides
sub lege custodiebamur
conclusi in eam fidem
quae reuelanda erat
itaque lex pedagogus
noster fuit in xpo
ut ex fide iustificemur
at ubi uenit fides iam non
sumus sub pedagogo
omnes enim filii di estis
per fidem in xpo ihu
XVI Quicumque enim in xpo bapti
zati estis xpm induistis
non est iudaeus neque graecus
non est seruus neque liber
non est masculus neque femina
omnes enim uos unum estis
in xpo ihu
XVII Si autem uos xpi
ergo abrahae semen estis
secundum promissionem
heredes
XVIII Dico autem quanto tempore
heres paruulus est
nihil differt seruo cum sit
dominus omnium
sed sub tutoribus est et actorib-
usque ad praefinitum
tempus a patre
XVIIII Ita et nos cum essemus
paruuli sub elementis
mundi eramus seruientes
at ubi uenit plenitudo
temporis
misit ds filium suum
factum ex muliere
factum sub lege
ut eos qui sub lege erant
redimeret
ut adoptionem filiorum
reciperemus
XX Quoniam autem estis filii
misit ds spm filii sui in corda
nostra clamantem
abba pater
itaque iam non es seruus
sed filius quod si filius
et heres per dm
sed tunc quidem ignorantes
dm his qui natura non sunt
dii seruiebatis
nunc autem cum cogno
ueritis dm
immo cogniti sitis a do
quomodo conuertimini
iterum ad infirma
et egena elementa
quibus denuo seruire uultis
dies obseruatis et menses
et tempora et annos
timeo uos ne forte sine
causa laborauerim in uobis
estote sicut et ego
quia et ego sicut uos
XXI Fratres obsecro uos
nihil me laesistis
scitis autem quia per infirmi
tatem carnis euangelizaui
uobis iam pridem
et temptationem uestram
in carne mea non spreuistis
neque respuistis
sed sicut angelum di
excepistis me sicut xpm ihm
ubi est ergo beatitudo uestra
testimonium enim perhibeo
uobis quia si fieri posset
oculos uestros eruissetis
et dedissetis mihi
ergo inimicus uobis factus sum
uerum dicens uobis
XXII Aemulantur uos non bene
sed excludere uos uolunt
ut illos aemulemini

BONUM AUTEM AEM ULA
MINI IN BONO SEM PER
ET NON TANTUM CUM PRAESENS
SUM APUD UOS
XXIII FILI OLI MEI QUOS ITERUM
PARTURIO DONEC FORME
TUR XPS IN UOBIS
UELLEM AUTEM ESSE APUD UOS
MODO · ET MUTARE UOCEM
MEAM QUONIAM CONFUN
DOR IN UOBIS
DICITE MIHI QUI SUB LEGE
UULTIS ESSE
LEGEM NON LEGISTIS
SCRIPTUM EST ENIM
QUONIAM ABRAHAM DUOS FILIOS
HABUIT
UNUM DE ANCILLA
ET UNUM DE LIBERA
SED QUI DE ANCILLA SECUNDUM
CARNEM NATUS EST
QUI AUTEM DE LIBERA PER REPRO
MISSIONEM
QUAE SUNT PER ALLEGORIAM
DICTA
HAEC ENIM SUNT DUO
TESTAMENTA
UNUM QUIDEM A MONTE SINA
IN SERUITUTEM GENERANS
QUAE EST AGAR
SINA ENIM MONS EST IN ARABIA
QUI IUNCTUS EST EI QUAE NUNC
EST HIERUSALEM ET SERUIT
CUM FILIIS EIUS
ILLA AUTEM QUAE SURSUM EST
HIERUSALĒ LIBERA EST
QUAE EST MATER NOSTRA
SCRIPTUM EST ENIM
LAETARE STERELIS
QUAE NON PARIS
ERUMPE ET CLAMA QUAE NON
PARTURIS
QUIA MULTI FILII DESERTE
MAGIS QUAM EIUS

QUAE HABET UIRUM
NOS AUTEM FRATRES
SECUNDUM ISAAC PROMISSIO
NIS FILII SUMUS
SED QUOMODO TUNC QUI
SECUNDUM CARNEM NATUS
FUERAT PERSEQUEBATUR EUM
QUI SECUNDUM SPM
ITA ET NUNC
SED QUID DICIT SCRIPTURA
EICE ANCILLĀ ET FILIUM EIUS
NON ENIM HERES ERIT
FILIUS ANCILLAE
CUM FILIO LIBERAE
ITAQUE FRATRES
NON SUMUS ANCILLAE FILII
SED LIBERAE
QUA LIBERTATE NOS XPS LIBERAUIT
STATE ET NOLITE ITERUM
IUGO SERUITUTIS CONTINERI
XXIIII ECCE EGO PAULUS DICO UOBIS
QUONIAM SI CIRCUMCIDAMINI
XPS UOBIS NIHIL PRODERIT
TESTIFICOR AUTEM RURSUM
OMNI HOMINI CIRCUM
CIDENTI SE
QUONIAM DEBITOR EST UNIUER
SAE LEGIS FACIENDAE
EUACUATI ESTIS A XPO QUI IN
LEGE IUSTIFICAMINI
A GRATIA EXCIDISTIS
NOS ENIM SPU EX FIDE SPEM
IUSTITIAE EXPECTAMUS
XXV NAM IN XPO IHU NEQUE CIRCUM
CISIO ALIQUID UALET
NEQUE PRAEPUTIUM
SED FIDES QUAE PER CARITATEM
OPERATUR
XXVI CUR REBATIS BENE QUIS UOS
INPEDIUIT UERITATI
NON OBOEDIRE
PERSUASIO NON EST EX EO
QUI UOCAT UOS
MODICUM FERMENTUM

TOTAM MASSAM CORRUMPIT
EGO CONFIDO UOBIS IN DNO
QUOD NIHIL ALIUD SAPIETIS
QUI AUTEM CONTURBAT UOS
PORTABIT IUDICIUM QUICUM
QUE EST ILLE
XXVII EGO AUTEM FRATRES SI CIRCUM
CISIONEM ADHUC PRAEDICO
QUID ADHUC PERSECUTIONEM
PATIOR
ERGO EUACUATUM EST SCANDA
LUM CRUCIS
UTINAM ET ABSCIDANTUR
QUI UOS CONTURBANT
UOS ENIM IN LIBERTATEM
UOCATI ESTIS FRATRES
TANTUM NE LIBERTATEM
IN OCCASIONEM DETIS CARNIS
SED PER CARITATEM SERUITE
IN UICEM
XXVIII OMNIS ENIM LEX IN UNO SER
MONE IMPLETUR
DILIGES PROXIMUM TUUM
SICUT TE IPSUM
QUOD SI INUICEM MORDETIS
ET COMEDITIS
UIDETE NE AB INUICEM
CONSUMMINI
XXVIIII DICO AUTEM SPU AMBULATE
ET DESIDERIUM CARNIS
NON PERFICIETIS
CARO ENIM CONCUPISCIT
ADUERSUS SPM
SPS AUTEM ADUERSUS CARNEM
HAEC ENIM INUICEM
ADUERSANTUR
UT NON QUAECUMQUE UULTIS
ILLA FACIATIS
QUOD SI SPU DUCEMINI
NON ESTIS SUB LEGE
MANIFESTA AUTEM SUNT
OPERA CARNIS QUAE SUNT
FORNICATIO INMUNDITIA
LUXURIA IDOLORUM
SERUITUS
UENEFICIA INIMICITIAE
CONTENTIONES AEMULATIONES
IRAE RIXAE DISSENSIONES
SECTAE INUIDIAE HOMICIDIA
EBRIETATES COMESATIONES
ET HIS SIMILIA
QUAE PRAEDICO UOBIS SICUT
PRAEDIXI
QUONIAM QUI TALIA AGUNT
REGNUM DI NON CONSEQUENTUR
FRUCTUS AUTEM SPS EST
CARITAS GAUDIUM PAX
LONGANIMITAS BONITAS
BENIGNITAS FIDES
MODESTIA CONTINENTIA
ADUERSUS HUIUS MODI
NON EST LEX
QUI AUTEM SUNT XPI
CARNEM CRUCIFIXERUNT
CUM UITIIS ET CONCUPIS
CENTIIS
XXX SI UIUIMUS SPU
SPU ET AMBULEMUS
NON EFFICIAMUR INANIS
GLORIAE CUPIDI
IN UICEM PROUOCANTES
IN UICEM INUIDENTES
XXXI FRATRES ET SI PRAEOCCUPATUS
FUERIT HOMO IN ALIQUO
DELICTO
UOS QUI SPIRITALES ESTIS IN
STRUITE HUIUS MODI
IN SPU LENITATIS
CONSIDERANS TE IPSUM
NE ET TU TEMPTERIS
ALTER ALTERIUS ONERA PORTATE
ET SIC ADIMPLEBITIS LEGEM XPI
NAM SI QUIS EXISTIMAT SE ALIQUID
ESSE CUM SIT NIHIL
IPSE SE SEDUCIT
OPUS AUTEM SUUM PROBET
UNUSQUISQUE ET SIC IN SEMET
IPSO TANTUM GLORIAM HABEBIT

ET NON ALTERO
UNUSQUISQUE ENIM ONUS SUUM
PORTABIT
XXXII COMMUNICET AUTEM IS QUI
CATECIZATUR VERBUM EI
QUI SE CATHECIZAT IN OMNIBUS BONIS
XXXIII NOLITE ERRARE
DS NON INRIDETUR
QUAE ENIM SEMINAVERIT HOMO
HAEC ET METET
QUONIAM QUI SEMINAT IN CARNE SUA
DE CARNE ET METET CORRUP
TIONEM
QUI AUTEM SEMINAT IN SPU
DE SPU METET VITAM AETERNAM
BONUM AUTEM FACIENTES
NON DEFICIAMUS
TEMPORE SUO ENIM METEMUS
NON DEFICIENTES
XXXIIII ERGO DUM TEMPUS HABEMUS
OPEREMUR BONUM AD OMNES
MAXIME AUTEM AD DOMES
TICOS FIDEI
XXXV VIDETE QUALIBUS LITTERIS SCRIPSI
VOBIS MEA MANU
QUICUMQUE VOLUNT
PLACERE IN CARNE
HI COGUNT VOS CIRCUMCIDI
TANTUM UT CRUCIS XPI
PERSECUTIONEM NON PATIANTUR
NE ENIM QUI CIRCUMCIDUNTUR
LEGEM CUSTODIUNT
SED VOLUNT VOS CIRCUMCIDI
UT IN CARNE VESTRA GLORIENTUR
XXXVI MIHI AUTEM ABSIT GLORIARI
NISI IN CRUCE DNI NI IHU XPI
PER QUEM MIHI MUNDUS
CRUCIFIXUS EST ET EGO MUNDO
IN XPO ENIM IHU NEQUE CIRCUM
CISIO ALIQUID VALET
NEQUE PRAEPUTIUM
SED NOVA CREATURA
ET QUICUMQUE HANC REGULAM
SECUTI FUERINT

PAX SUPER ILLOS ET MISERICORDIA
ET SUPER ISRAHEL DI
XXXVII DE CETERO NEMO MIHI
MOLESTUS SIT
EGO ENIM STIGMATA IHU
IN CORPORE MEO PORTO
GRATIA DNI NI IHU XPI CUM SPU
VESTRO FRATRES AMEN :::

EXP EPIST AD GALATAS

INCIP CAP AD EPHESIOS

I DE SCIS QUOD ANTE CONSTITUTIONEM
MUNDI IN DNO XPO ELECTI SINT ET DE
OMNI SAPIENTIA ET PRUDENTIA SACRA
MENTI ET RENOVATIONE OMNIUM
IN DNO XPO QUAE IN CAELIS SUNT
ET QUAE IN TERRA
II DE APOSTOLO PRO EPHESIIS DEPRAECANTE
ET RESURRECTIONE DNI ET ASCENSU
ET POTESTATE
III DE PRINCIPE POTESTATIS AERIS HUIUS SPS
IIII DE DO PER DIVITIAS MISERICORDIAE SCOS
CUM XPO DNO CONVIVIFICANTE ET IN
CAELESTIBUS CONLOCANTE
V DE SCIS QUOD NON VIRTUTE SUA AD DNI
GRATIAM VENIANT SED DONO
ET BENE VOLENTIA DI
VI DE PRAEPUTIO ET CIRCUMCISIONE
VII DE DNO LEGEM MANDATORUM IN SENTENTIIS
EVACUANTE UT DUOS CONDERET
IN SEMET IPSO
VIII DE CIVIBUS SCORUM ET DOMESTICIS DI
ET DE AEDIFICATIONE TEMPLI
VIIII DE MYSTERIO DNI QUOD ANTE PASSIONEM
IPSIUS GENERATIONIBUS ALIIS
NON FUERIT REVELATUM
X DE GLORIA TRIBULATIONIS
XI DE OMNIPATRE IN CAELIS ET IN TERRIS
ET HOMINE INTERIORE ET PLENITUDINE
SCIENTIAE DI

XII DE DNO SUPER OMNIA QUAM A SCIS PETITUR ABUNDANTIUS LARGIENTE
XIII DE UNITATE ET MUTUA SUSTENTATIONE SCORU
XIIII DE UNA FIDE ET UNUM BAPTISMUM
XV DE DIUERSITATE GRATIAE DONATIONIS DI ET AEDIFICATIONIS CORPORIS DNI ET UIRO PERFECTO IN MENSURAM AETATIS PLENITUDINIS XPI
XVI DE STULTITIA GENTIUM ET LIBIDINE ET OMNI TURPITUDINE DELICTORUM
XVII DE EXPONENDO UETEREM ET INDUENDO NOUUM HOMINEM ET DE EMENDACIO ET UERITATE
XVIII DE IRA SEDINNOCENTI ET OPERA MANUUM
XVIIII DE ABSTINENTIA MALI SERMONIS ET NON CONTRADICENDO SPM SCM ET DE MUTUA SUSTENTATIONE SCORUM
XX DE DILECTIONE ET QUOD SCI DEBEANT DM IN OMNIBUS IMITARI
XXI DE ABSTINENTIA SCURRILITATIS ET OMNIUM UITIORUM
XXII DE SEDUCTORIBUS ET INPUDICIS
XXIII DE CAUTIONE UIUENDI ET SAPIENTIA
XXIIII DE SUBIECTIONE MULIERUM AD MARITOS
XXV DE UIRIS UT DILIGANT CONIUGES SUAS
XXVI DE OBSEQUIO FILIORUM
XXVII DE PARENTUM ERGA FILIOS TEMPERAMENTO
XXVIII DE SERUORUM OBSEQUIO
XXVIIII DE TEMPERAMENTO DOMINORUM
XXX DE INDUMENTO ARMORUM DI ET INSIDIIS DIABOLI ET CONLUCTATIONE ADUERSUS POTESTATES
XXXI DE FIDELITATE ET MINISTERIO TYCHICI

EXP CAPITULA

IN CIPIT ARGUMENTUM

EPHESI SUNT ASIANI HI ACCEPTO VERBO VERITATIS PERSTETERUNT IN FIDE HOS CONLAUDAT APOSTOLUS SCRIBENS EIS
AROMA DE CARCERE
PER TYCHICUM
DIAC

IN CIP EPIST AD EPHESIOS

PAULUS APOSTOLUS XPI IHU
PER UOLUNTATEM DI
SCIS OMNIBUS QUI SUNT
EPHESI ET FIDELIBUS IN XPO IHU
GRATIA UOBIS ET PAX A DO PATRE NO
ET DNO IHU XPO
BENEDICTUS DS ET PATER
DNI NI IHU XPI
QUI BENEDIXIT NOS IN OMNI
BENEDICTIONE SPIRITALI
IN CAELESTIBUS IN XPO
SICUT ELEGIT NOS IN IPSO ANTE
MUNDI CONSTITUTIONEM
UT ESSEMUS SCI ET INMACULATI
IN CONSPECTU EIUS IN CARITATE
QUI PRAEDESTINAUIT NOS
IN ADOPTIONEM FILIORUM
PER IHM XPM IN IPSUM
SECUNDUM PROPOSITUM
UOLUNTATIS SUAE
IN LAUDEM GLORIAE GRATIAE SUAE
IN QUA GRATIFICAUIT NOS IN DILECTO FILIO SUO
IN QUO HABEMUS REDEMPTIONEM
PER SANGUINEM EIUS
REMISSIONEM PECCATORUM
SECUNDUM DIUITIAS GRATIAE
EIUS QUAE SUPER ABUNDAUIT
IN NOBIS
IN OMNI SAPIENTIA ET PRUDENTIA
UT NOTUM FACERET NOBIS
SACRAMENTUM UOLUNTATIS SUAE
SECUNDUM BONUM PLACITUM EIUS
QUOD PROPOSUIT IN EO IN DISPEN
SATIONEM PLENITUDINIS
TEMPORUM
INSTAURARE OMNIA IN XPO
QUAE IN CAELIS ET QUAE
IN TERRA SUNT IN IPSO
IN QUO ETIAM SORTE UOCATI SUMUS
PRAEDESTINATI SECUNDUM
PROPOSITUM EIUS
QUI OMNIA OPERATUR SECUNDUM
CONSILIUM UOLUNTATIS SUAE
UT SIMUS IN LAUDEM GLORIAE
EIUS

QUI ANTE SPERAUIMUS IN XPO
IN QUO ET UOS CUM AUDISSETIS
UERBUM UERITATIS
EUANGELIUM SALUTIS UESTRAE
IN QUO CREDENTES SIGNATI
ESTIS SPU PROMISSIONIS SPU
QUI EST PIGNUS HEREDITATIS
NOSTRAE
IN REDEMPTIONEM ADQUISI
TIONIS IN LAUDEM GLORIAE
EIUS
II PROPTEREA ET EGO AUDIENS
FIDEM UESTRAM QUAE
EST IN DNO IHU
ET DILECTIONEM IN OMNES SCOS
NON CESSO GRATIAS AGENS
PRO UOBIS
MEMORIAM UESTRI FACIENS
IN ORATIONIBUS MEIS
UT DS DNI NRI IHU XPI
PATER GLORIAE
D ET UOBIS SPM SAPIENTIAE
ET REUELATIONIS
IN AGNITIONE EIUS
IN LUMINATOS OCULOS
CORDIS UESTRI
UT SCIATIS QUAE SIT SPES
UOCATIONIS EIUS
QUAE DIUITIAE GLORIAE HERE
DITATIS EIUS IN SANCTIS
ET QUAE SIT SUPEREMINENS
MAGNITUDO UIRTUTIS EIUS
IN NOS QUI CREDIDIMUS
SECUNDUM OPERATIONEM
POTENTIAE UIRTUTIS EIUS
QUAM OPERATUS EST IN XPO
SUSCITANS ILLUM A MORTUIS
ET CONSTITUENS AD DEXTERAM
SUAM IN CAELESTIBUS
SUPRA OMNEM PRINCIPATUM
ET POTESTATEM ET UIRTUTEM
ET DOMINATIONEM
ET OMNE NOMEN
QUOD NOMINATUR
NON SOLUM IN HOC SAECULO
SED ET IN FUTURO
ET OMNIA SUBIECIT
SUB PEDIBUS EIUS
ET IPSUM DEDIT CAPUT
SUPRA OMNIA ECCLESIAE
QUAE EST CORPUS IPSIUS
PLENITUDO EIUS QUI OMNIA
IN OMNIBUS ADIMPLETUR
III ET UOS CUM ESSETIS MORTUI
DELICTIS PECCATIS UESTRIS
IN QUIBUS ALIQUANDO
AMBULASTIS SECUNDUM
SAECULUM MUNDI HUIUS
SECUNDUM PRINCIPEM
POTESTATIS AERIS HUIUS
SPS QUI NUNC OPERATUR
IN FILIOS DIFFIDENTIAE
IN QUIBUS ET NOS OMNES
ALIQUANDO CONUERSATI
SUMUS IN DESIDERIIS CARNIS
NOSTRAE
FACIENTES UOLUNTATEM
CARNIS ET COGITATIONEM
ET ERAMUS NATURA FILII IRAE
SICUT ET CETERI
IIII DS AUTEM QUI DIUES EST
IN MISERICORDIAM
PROPTER NIMIAM CARITATEM
SUAM QUA DILEXIT NOS
ET CUM ESSEMUS MORTUI
PECCATIS CONUIUIFICAUIT
NOS XPO
GRATIA ESTIS SALUATI
ET CONRESUSCITAUIT
ET CONSEDERE FECIT
IN CAELESTIBUS IN XPO IHU
UT OSTENDERET IN SAECULIS
SUPERUENIENTIBUS
ABUNDANTES DIUITIAS
GRATIAE SUAE IN BONITATE
SUPER NOS IN XPO IHU
V GRATIA ENIM ESTIS
SALUATI PER FIDEM

ET HOC NON EX UOBIS
DI ENIM DONUM EST
NON EX OPERIBUS UT NEQUIS
GLORIETUR
IPSIUS ENIM SUMUS
FACTURA CREATI IN XPO IHU
IN OPERIBUS BONIS QUAE
PRAEPARAUIT DS UT IN ILLIS
AMBULEMUS
PROPTER QUOD MEMORES
ESTOTE
QUOD ALIQUANDO UOS GENTES
IN CARNE QUI DICIMINI
PRAEPUTIUM
AB EA QUAE DICITUR CIRCUM
CISIO IN CARNE MANUFACTA
QUIA ERATIS ILLO IN TEMPORE
SINE XPO
ALIENATI A CONUERSIONE ISRL
ET HOSPITES TESTAMENTORU̅
PROMISSIONES
SPEM NON HABENTES
ET SINE DO IN MUNDO
VII NUNC AUTEM IN XPO IHU
UOS QUI ALIQUANDO
ERATIS LONGE
FACTI ESTIS PROPE
IN SANGUINE XPI
IPSE EST ENIM PAX NOSTRA
QUI FECIT UTRAQUE UNUM
ET MEDIUM PARIETEM
MACHERIAE
SOLUENS INIMICITIAS
IN CARNE SUA
LEGEM MANDATORUM
DECRETIS EUACUANS
UT DUOS CONDAT IN SEMET
IPSUM IN UNUM NOUUM
HOMINEM
FACIENS PACEM
ET RECONCILIET AMBOS
IN UNO CORPORE DO
PER CRUCEM INTERFICIENS
INIMICITIAM IN SEMET IPSO

ET UENIENS EUANGELIZAUIT
PACEM UOBIS QUI LONGE
FUISTIS ET PACEM HIS QUI
PROPE
QUONIAM PER IPSUM HABEMUS
ACCESSUM AMBO IN UNO SPU
AD PATREM
VIII ERGO IAM NON ESTIS HOSPITES
ET ADUENAE
SED ESTIS CIUES SANCTORUM
ET DOMESTICI DI
SUPERAEDIFICATI SUPER
FUNDAMENTUM APOSTO
LORUM ET PROPHETARUM
IPSO SUMMO ANGULARI LAPIDE
XPO IHU
IN QUO OMNIS AEDIFICATIO
CONSTRUCTA
CRESCIT IN TEMPLUM
SCM IN DNO
IN QUO ET UOS COAEDIFICAMINI
IN HABITACULUM DI IN SPU
VIIII HUIUS REI GRATIA EGO PAULUS
UINCTUS XPI IHU PRO UOBIS
GENTIBUS
SI TAMEN AUDISTIS DISPENSA
TIONEM GRATIAE DI
QUAE DATA EST MIHI IN UOBIS
QUONIAM SECUNDUM REUE
LATIONEM NOTUM MIHI
FACTUM EST SACRAMENTU̅
SICUT SUPRA SCRIPSI IN BREUI
PROUT POTESTIS LEGENTES
INTELLEGERE PRUDENTIAM
MEAM IN MYSTERIO XPI
QUOD ALIIS GENERATIONIBUS
NON EST AGNITUM
FILIIS HOMINUM
SICUT NUNC REUELATUM
EST SCIS APOSTOLIS EIUS
ET PROPHETIS IN SPU
ESSE GENTES COHEREDES ET CON
CORPORALES ET CONPARTICIPES
PROMISSIONIS IN XPO IHU

PER EUANGELIUM
CUIUS FACTUS SUM MINISTER
SECUNDUM DONUM GRATIAE
DI QUAE DATA EST MIHI
SECUNDUM OPERATIONEM
UIRTUTIS EIUS
MIHI OMNIUM SCORUM
MINIMO DATA EST
GRATIA HAEC
IN GENTIBUS EUANGELIZARE
INUESTIGABILES DIUITIAS XPI
ET INLUMINARE OMNES QUAE
SIT DISPENSATIO SACRAMENTI
ABSCONDITI A SAECULIS IN DO
QUI OMNIA CREAUIT
UT INNOTESCAT PRINCIPIBUS
ET POTESTATIBUS IN CAELESTIB·
PER ECCLESIAM MULTI
FORMIS SAPI · ENTIA DI
SECUNDUM PRAEFINITIONE
SAECULORUM QUAM FECIT
IN XPO IHU DNO NO
IN QUO HABEMUS FIDUCIAM
ET ACCESSUM IN CONFIDEN
TIA PER FIDEM EIUS
x PROPTER QUOD PETO NE DE
FICIATIS IN TRIBULATIONIBUS
MEIS PRO UOBIS
QUAE EST GLORIA UESTRA
xi HUIUS REI GRATIA FLECTO
GENUA MEA AD PATREM
DNI NI IHU XPI
EX QUO OMNIS PATERNITAS
IN CAELIS ET IN TERRA
NOMINATUR
UT DET UOBIS SECUNDUM
DIUITIAS GLORIAE SUAE
UIRTUTE CONROBORARI
PER SPM EIUS IN INTERIORE
HOMINE
HABITARE XPM PER FIDEM
IN CORDIBUS UESTRIS
IN CARITATE RADICATI ET FUNDATI
UT POSSITIS CONPRAEHENDERE

CUM OMNIBUS SCIS
QUAE SIT LATITUDO ET LONGI
TUDO ET SUBLIMITAS
ET PROFUNDUM
SCIRE ETIAM SUPEREMINENTE
SCIENTIAE CARITATEM XPI
UT IMPLEAMINI IN OMNEM
PLENITUDINEM DI
xii EI AUTEM QUI POTENS EST
OMNIA FACERE
SUPER ABUNDANTER QUAM
PETIMUS AUT INTELLEGIMUS
SECUNDUM UIRTUTEM
QUAE OPERATUR IN NOBIS
IPSI GLORIA IN ECCLESIA
ET IN XPO IHU
IN OMNES GENERATIONES
SAECULI SAECULORUM AMEN·
xiii OB SECRO ITAQUE UOS
EGO UINCTUS IN DNO
UT DIGNE AMBULETIS UOCATIONE
QUA UOCATI ESTIS
CUM OMNI HUMILITATE
ET MANSUETUDINE
CUM PATIENTIA
SUB PORTANTES INUICEM
IN CARITATE
SOLLICITI SERUARE UNITATEM
SPS IN UINCULO PACIS
UNUM CORPUS ET UNUS SPS
SICUT UOCATI ESTIS IN UNA SPE
UOCATIONIS UESTRAE
xiiii UNUS DNS UNA FIDES
UNUM BAPTISMA
UNUS DS ET PATER OMNIUM
QUI SUPER OMNES ET PER
OMNIA ET IN OMNIBUS NOBIS
xv UNI CUIQUE AUTEM NOSTRUM
DATA EST GRATIA SECUNDUM
MENSURAM DONATIONIS XPI
PROPTER QUOD DICIT
ASCENDENS IN ALTUM CAPTIUA
DUXIT CAPTIUITATEM
DEDIT DONA HOMINIBUS

QUOD AUTEM ASCENDIT QUID EST
NISI QUOD ET DESCENDIT primu
IN INFERIORES PARTES TERRAE
QUI DESCENDIT IPSE EST ET QUI
ASCENDIT SUPER OMNES caelos
UT IMPLERET OMNIA
ET IPSE DEDIT QUOSDAM
QUIDEM PROPHETAS
QUOSDAM QUIDEM APOSTOLOS quosdã autem prophetas
ALIOS uero EUANGELISTAS
ALIOS AUTEM PASTORES
ET DOCTORES
AD CONSUMMATIONEM SCORŪ
IN OPUS MINISTERII
IN AEDIFICATIONEM CORPORIS XPI
DONEC OCCURRAMUS OMNES
IN UNITATE FIDEI ET AGNITIONIS
FILII DI
IN UIRUM PERFECTUM
IN MENSURAM AETATIS
PLENITUDINIS XPI
UT IAM NON SIMUS PARUULI
FLUCTUANTES ET CIRCUMFERA
MUR OMNI UENTO DOCTRINE
IN NEQUITIA HOMINUM
IN ASTUTIA AD CIRCUMUENTIONEM
ERRORIS
UERITATEM AUTEM FACIENTES
IN CARITATE
CRESCAMUS IN ILLO PER OMNIA
QUI EST CAPUT XPS
EX QUO TOTUM CORPUS
CONPACTUM ET CONEXUM
PER OMNEM IUNCTURAM
SUBMINISTRATIONIS
SECUNDUM OPERATIONEM
IN MENSURAM UNIUSCUIUS
QUE MEMBRI
AUGMENTUM CORPORIS
FACIT IN AEDIFICATIONEM
SUI IN CARITATE
XVI HOC IGITUR DICO ET TESTIFI
COR IN DNO
UT IAM NON AMBULETIS
SICUT GENTES AMBULANT
IN UANITATE SENSUS SUI
TENEBRIS OBSCURATUM
HABENTES INTELLECTUM
ALIENATI A UITA DI
PER IGNORANTIAM QUAE
EST IN ILLIS
PROPTER CAECITATEM
CORDIS IPSORUM
QUI DESPERANTES
SEMET IPSOS TRADIDERUNT
IN PUDICITIAE IN OPERATIONEM
INMUNDITIAE OMNIS
IN AUARITIA
XVII UOS AUTEM NON ITA DIDICISTIS
XPM
SI TAMEN ILLUM AUDISTIS
ET IN IPSO EDOCTI ESTIS
SICUT EST UERITAS IN IHU
DEPONERE UOS SECUNDUM
PRISTINAM CONUERSATIO
NEM UETEREM HOMINEM
QUI CORRUMPITUR SECUNDUM
DESIDERIA ERRORIS
RENOUAMINI AUTEM SPU
MENTIS UESTRAE
ET INDUITE NOUUM HOMINEM
QUI SECUNDUM DM CREATUS
EST IN IUSTITIA ET SANCTITATE
UERITATIS
PROPTER QUOD DEPONENTES
MENDACIUM
LOQUIMINI UERITATEM
UNUSQUISQUE CUM
PROXIMO SUO
QUONIAM SUMUS IN INUICEM
MEMBRA
IRASCIMINI ET NOLITE PECCARE
XVIII SOL NON OCCIDAT SUPER
IRACUNDIAM UESTRAM
NOLITE LOCUM DARE DIABULO
QUI FURABATUR IAM NON FURETUR
MAGIS AUTEM LABORET OPERANDO
MANIB QUOD BONUM EST

UT HABEAT UNDE TRIBUAT
NECESSITATEM PATIENTI
XIX OMNIS SERMO MALUS EX ORE
UESTRO NON PROCEDAT
SED SI QUIS BONUS AD AEDIFI
CATIONEM OPORTUNITATIS
UT DET GRATIAM AUDIENTIB·
ET NOLITE CONTRISTARE
SPM SCM DI IN QUO SIGNATI
ESTIS IN DIE REDEMPTIONIS
OMNIS AMARITUDO
ET IRA ET INDIGNATIO
ET CLAMOR ET BLASPHEMIA
TOLLATUR A UOBIS
CUM OMNI MALITIA
ESTOTE AUTEM INUICEM
BENIGNI
MISERICORDES
DONANTES INUICEM
SICUT ET DS IN XPO
DONAUIT NOBIS
XX ESTOTE ERGO IMITATORES DI
SICUT FILII CARISSIMI
ET AMBULATE IN DILECTIONEM
SICUT ET XPS DILEXIT NOS
ET TRADIDIT SEIPSUM
PRO NOBIS
OBLATIONEM ET HOSTIAM DO
IN ODOREM SUAUITATIS
XXI FORNICATIO AUTEM ET OMNIS
INMUNDITIA
AUT AUARITIA
NEC NOMINETUR IN UOBIS
SICUT DECET SANCTOS
AUT TURPITUDO
AUT STULTILOQUIUM
AUT SCURRILITAS QUAE AD REM NON
PERTINENT
SED MAGIS GRATIARUM ACTIO
HOC ENIM SCITOTE INTELLE
GENTES
QUOD OMNIS FORNICATOR
AUT INMUNDUS
AUT AUARUS
QUOD EST IDOLORUM SERUITUS
NON HABET HEREDITATEM
IN REGNO XPI ET DI
XXII NEMO UOS SEDUCAT INANIBUS
UERBIS
PROPTER HAEC ENIM UENIT
IRA DI IN FILIOS DIFFIDENTIAE
NOLITE ERGO EFFICI
PARTICIPES EORUM
ERATIS ENIM ALIQUANDO
TENEBRAE
NUNC AUTEM LUX IN DNO
UT FILII LUCIS AMBULATE
FRUCTUS ENIM LUCIS EST
IN OMNI BONITATE
ET IUSTITIA ET UERITATE
PROBANTES QUOD SIT BENE
PLACITUM DO
ET NOLITE COMMUNICARE
OPERIBUS INFRUCTUOSIS
TENEBRARUM
MAGIS AUTEM ET REDARGUITE
QUAE ENIM IN OCCULTO
FIUNT AB IPSIS
TURPE EST ET DICERE
OMNIA AUTEM QUAE ARGUUNTUR
A LUMINE MANIFESTANTUR
OMNE ENIM QUOD MANIFES
TATUR LUMEN EST
PROPTER QUOD DICIT
SURGE QUI DORMIS
ET EXURGE A MORTUIS
ET INLUMINAUIT TIBI XPS
XXIII UIDETE ITAQUE FRATRES
QUOMODO CAUTE AMBULETIS
NON QUASI INSIPIENTES
SED UT SAPIENTES
REDIMENTES TEMPUS
QUONIAM DIES MALI SUNT
PROPTEREA NOLITE FIERI
INPRUDENTES
SED INTELLEGENTES
QUAE SIT UOLUNTAS DNI
ET NOLITE INEBRIARI UINO

IN QUO EST OMNIS LUXURIA
SED IMPLEMINI SPU LOQUEN
TIS UOS MET IPSIS
IN PSALMIS ET HYMNIS
ET CANTICIS SPIRITALIBUS
CANTANTES ET PSALLENTES
IN CORDIBUS UESTRIS DNO
GRATIAS AGENTES SEMPER
PRO OMNIBUS IN NOMINE
DNI NI IHU XPI DO ET PATRI
SUBIECTI INUICEM IN TIMORE XPI
xxiv MULIERES UIRIS SUIS SUB
IECTAE SINT SICUT DNO
QUONIAM UIR CAPUT EST
MULIERIS
SICUT XPS CAPUT EST ECCLESIAE
IPSE SALUATOR CORPORIS
SED UT ECCLESIA SUBIECTA EST
XPO ITA ET MULIERES UIRIS
SUIS IN OMNIBUS
xxv UIRI DILIGITE UXORES UESTRAS
SICUT ET XPS DILEXIT ECCLESIAM
ET SE IPSUM TRADIDIT PRO EA
UT ILLAM SCIFICARET MUNDANS
LAUACRO AQUAE IN UERBO
UT EXHIBERET IPSE SIBI GLORIO
SAM ECCLESIAM
NON HABENTEM MACULAM
AUT RUGAM
AUT ALIQUID EIUS MODI
SED UT SIT SCA ET INMACULATA
ITA ET UIRI DEBENT DILIGERE
UXORES SUAS UT CORPORA SUA
QUI SUAM UXOREM DILIGIT
SE IPSUM DILIGIT
NEMO ENIM UMQUAM
CARNEM SUAM ODIO HABUIT
SED NUTRIT ET FOUET EAM
SICUT ET XPS ECCLESIAM
QUIA MEMBRA SUMUS
CORPORIS EIUS
DE CARNE EIUS ET DE OSSIB EIUS
PROPTER HOC RELINQUET
HOMO PATREM ET MATREM SUAM

ET ADHEREBIT UXORI SUAE
ET ERUNT DUO IN CARNE UNA
SACRAMENTUM HOC MAGNUM EST
EGO AUTEM DICO IN XPO
ET IN ECCLESIA
UERUMTAMEN ET UOS SINGULI
UNUSQUISQUE SUAM UXOREM
SICUT SE IPSUM DILIGAT
UXOR AUTEM UT TIMEAT UIRUM
xxvi FILII OBOEDITE PARENTIBUS
UESTRIS IN DNO
HOC ENIM IUSTUM EST
HONORA PATREM TUUM ET MATREM
QUOD EST MANDATUM
PRIMUM IN PROMISSIONE
UT BENE SIT TIBI ET SIS LONGEUUS
SUPER TERRAM
xxvii ET PATRES NOLITE AD IRACUNDIAM
PROUOCARE FILIOS UESTROS
SED EDUCATE ILLOS IN DISCIPLINA
ET CORREPTIONE DNI
xxviii SERUI OBOEDITE DOMINIS
CARNALIBUS
CUM TIMORE ET TREMORE
IN SIMPLICITATE CORDIS UESTRI
SICUT XPO
NON AD OCULUM SERUIENTES
QUASI HOMINIBUS PLACENTES
SED UT SERUI XPI
FACIENTES UOLUNTATEM DI
EX ANIMO CUM BONA UOLUNTATE
SERUIENTES SICUT DNO
ET NON HOMINIBUS
SCIENTES QUONIAM UNUSQUISQ
QUODCUMQ FECERIT BONUM
HOC PERCIPIET A DNO
SIUE SERUUS SIUE LIBER
xxix ET DOMINI EADEM FACITE
ILLIS REMITTENTES MINAS
SCIENTES QUIA ET ILLORUM
ET UESTER DNS EST IN CAELIS
ET PERSONARUM ACCEPTIO
NON EST APUD EUM
xxx DE CETERO FRATRES

CONFORTAMINI IN DNO
ET IN POTENTIA UIRTUTIS EIUS
INDUITE UOS ARMA DI
UT POSSITIS STARE ADUERSUS
INSIDIAS DIABOLI
QUIA NON EST NOBIS CONLUC
TATIO ADUERSUS CARNEM
ET SANGUINEM
SED ADUERSUS PRINCIPES
ET POTESTATES
ADUERSUS MUNDI RECTORES
TENEBRARUM HARUM
CONTRA SPIRITALIA NEQUITIAE
IN CAELESTIBUS
PROPTEREA ACCIPITE
ARMA DI
UT POSSITIS RESISTERE
IN DIE MALO
ET OMNIBUS PERFECTI STARE
STATE ERGO SUCCINCTI
LUMBOS UESTROS
IN UERITATE
ET INDUTI LORICA IUSTITIAE
ET CALCIATI PEDES IN PRAE
PARATIONE EUANGELII
PACIS
IN OMNIBUS SUMENTES
SCUTUM FIDEI
IN QUO POSSITIS OMNIA TELA
NEQUISSIMI IGNEA
EXTINGUERE
ET GALEAM SALUTIS ADSUMITE
ET GLADIUM SPS
QUOD EST UERBUM DI
PER OMNEM ORATIONEM
ET OBSECRATIONEM
ORANTES OMNI TEMPORE
IN SPU
ET IN IPSO UIGILANTES
IN OMNI INSTANTIA
ET OBSECRATIONE
PRO OMNIB SCIS
ET PRO ME UT DETUR MIHI
SERMO IN APERTIONE ORIS MEI
CUM FIDUCIA NOTUM FACERE
MYSTERIUM EUANGELII
PRO QUO LEGATIONE FUNGOR
IN CATENA ITA UT IN IPSO
AUDEAM PRO UT OPO[…]RTET
ME LOQUI
XXXI UT AUTEM ET ^UOS^ SCIATIS […] QUAE
CIRCA ME SUNT QUID AGAM
OMNIA NOTA UOBIS FACIET
TYCHICUS CARISSIMUS
FRATER
ET FIDELIS MINISTER IN DNO
QUEM MISI AD UOS IN HOC IPSUM
UT COGNOSCATIS QUAE CIRCA
NOS SUNT
ET CONSOLETUR CORDA UESTRA
PAX FRATRIBUS
ET CARITAS CUM FIDE A DO
PATRE ET DNO IHU XPO
GRATIA CUM OMNIBUS
QUI DILIGUNT DNM ^NRM^ IHM
XPM IN INCORRUPTIONEM
AMEN.

EXP AD EPHESIOS

INCIP ARGUMENTUM

AD PHILIPPENSES
PHILIPPENSES SUNT MACEDONES
HI ACCEPTO VERBO VERITATIS
PERSTETERUNT IN FIDE NEC
RECEPERUNT FALSOS APOS
TOLUS HOS CONLAUDAT
APOSTOLUS SCRIBENS
EIS A ROMA
DE CARCERE
PER EPHA
FRODI
TU

EXP ARGUMENTUM

INCIPT CAPITULA

I De praesbyteris quod ipsi fuerint
aliquando episcopi
II De apostolo pro philippensibus
depraecante
III De manifestatione uinculorum
apostoli in uniuerso praetorio
IIII De uarietate praedicantium dm̄
et de apostolo parato aduiuendum atq;
moriendum et de constantia passionis
et persequentium interitu patientium
uero gloria et salute
V De dn̄o cum in forma dī esset formam
serui accipiens humiliauit se factus
oboediens usque ad mortem crucis
VI De scīs quod in bonis operibus non
debeant murmurare
VII De fidelitate timothei et de neglegentib;
ac magis sua quam dn̄i ihū xpi quaerentib;
VIII De epha frodito animam suam ad mortem
propter opus dn̄i fideliter offerente
VIIII De apostolo philippensis in omnib; consolante
X De seductoribus et circumcisione
spiritali atq; carnali
XI De perfectis
XII De apostolo admonente scōs ut ipsum
et qui secundum formulam ipsius ambula
uerint imitentur, et de seductoribus populorum
XIII De apostolo scōs hortante et ad con
cordiam et modestiam et seueritatem
et orationē spiritaliter componente
XIIII De ueritate et castitate atq; iustitia
laudis et de omnib; sempiternae gloriae
atq; uirtutis
XV De sacramento apostoli saturitatis
ac famis et rerū omniū temperamento
XVI De apostolo a machedonia proficiscente
quod nulla ei ecclesia communicauerit
in ratione dandi et accipiendi nisi
tantummodo philippensis
XVII De desiderio scōrum in gloria dn̄i
XVIII De apostolo scōs omnes in dn̄o salutante
XVIIII De caesaris domo quod habuerit scōs

EXPL CAPITULA

PAULUS ET TIMOTHEUS
SERUI IHU XPI
omnibus scīs in xpo ihu
qui sunt philippis
cum episcopis et diaconib;
gratia uobis et pax a dō
patre nostro et dn̄o ihū xpo
II GRATIAS ago dō meo in omni
memoria uestri
semper in cunctis orationib;
meis pro omnib; uobis cum
gaudio depraecationem
faciens
super communicatione
uestra in euangelio
a prima die usq; nunc
confidens hoc ipsum
quia qui coepit in uobis
opus bonum
perficiet usque in diem xpi
ihu
sicut est mihi iustum hoc
sentire pro omnib; uobis
eo quod habeam in corde uos
et in uinculis meis et in de
fensione et confirma
tione euangelii
socios gaudii mei
omnes uos esse
testis enim mihi est dś XI
quomodo cupiam omnes
uos in uisceribus xpi ihu
et hoc oro
ut caritas uestra magis
ac magis abundet in scien
tia et in omni sensu
ut probetis potiora
ut sitis sinceres et sine
offensa in diem xpi
repleti fructu iustitiae
per xpm ihm in gloriam
et laudem dī
III SCIRE autem uos uolo fratres XII
quia quae circa me sunt

MAGIS AD PROFECTUM
VENERUNT EVANGELII
ITA UT VINCULA MEA MANIFESTA
FIERENT IN XPO IN OMNI
PRAETORIO ET IN CETERIS
OMNIBUS
IIII ET PLURES E FRATRIB· IN DNO
CONFIDENTES VINCULIS MEIS
ABUNDANTIUS AUDERE
SINE TIMORE VERBUM DI LOQUI
QUIDAM QUIDEM ET PROPTER
INVIDIAM ET CONTENTIONEM
QUIDAM AUTEM ET PROPTER
BONAM VOLUNTATEM
XPM PRAEDICANT
QUIDAM EX CARITATE
SCIENTES QUONIAM IN DEFEN
SIONE EVANGELII POSITUS SU
QUIDAM AUTEM EX CONTENTIONE
XPM ADNUNTIANT
NON SINCERE
EXISTIMANTES PRAESSURAM
SE SUSCITARE VINCULIS MEIS
QUID ENIM
DUM OMNI MODO SIVE PER
OCCASIONEM SIVE PER VERI
TATEM XPS ADNUNTIETUR
ET IN HOC GAUDEO
SED ET GAUDEBO
SCIO ENIM QUIA HOC MIHI
PROVENIET IN SALUTEM
PER VESTRAM ORATIONEM
ET SUBMINISTRATIONEM SPS
IHU XPI
SECUNDUM EXPECTATIONEM
ET SPEM MEAM
QUIA IN NULLO CONFUNDAR
SED IN OMNI FIDUCIA SICUT SEM
PER ET NUNC MAGNIFICABITUR
XPS IN CORPORE MEO
SIVE PER VITAM SIVE PER MORTEM
MIHI VIVERE ENIM XPS EST
ET MORI LUCRUM
QUOD SI VIVERE IN CARNE HIC MIHI
FRUCTUS OPERIS EST
ET QUID ELIGAM IGNORO
COARTOR AUTEM E DUOBUS
DESIDERIUM HABENS DISSOLVI
ET CUM XPO ESSE
MULTO MAGIS MELIUS
PERMANERE AUTEM IN CARNE
NECESSARIUM EST PROPTER VOS
ET HOC CONFIDENS SCIO QUIA
MANEBO ET PERMANEBO
OMNIBUS VOBIS AD PROFECTUM
VESTRUM ET GAUDIUM FIDEI
UT GRATULATIO VESTRA ABUNDET
IN XPO IHU IN ME
PER MEUM ADVENTUM ITERUM
AD VOS
TANTUM DIGNE EVANGELIUM
XPI CONVERSAMINI
UT SIVE CUM VENERO
ET VIDERO VOS
SIVE ABSENS AUDIAM DE VOBIS
QUIA STATIS IN UNO SPU
UNIANIMES
CON LABORANTES FIDEI
EVANGELII
UT IN NULLO TERREAMINI
AB ADVERSARIIS
QUAE EST ILLIS CAUSA PERDITIONIS
VOBIS AUTEM SALUTIS
ET HOC A DO
QUIA VOBIS DONATUM EST
PRO XPO
NON SOLUM UT IN EUM CREDATIS
SED UT ETIAM PRO ILLO PATIAMINI
IDEM CERTAMEN HABENTES
QUALE ET VIDISTIS IN ME
ET NUNC AUDISTIS DE ME
V SI QUA ERGO CONSOLATIO IN XPO
SI QUOD SOLACIUM CARITATIS
SI QUA SOCIETAS SPS
SI QUID VISCERA ET MISERATIONES
IMPLETE GAUDIUM MEUM
UT IDEM SAPIATIS
EANDEM CARITATEM HABENTES

UNIANIMES
ID IPSUM SENTIENTES
NIHIL PER CONTENTIONEM
NEQ· PER INANEM GLORIAM
SED IN HUMILITATE SUPERIORES
SIBI INUICEM ARBITRANTES
NON QUAE SUA SUNT SINGULI
CONSIDERANTES
SED ET EA QUAE ALIORUM
HOC ENIM SENTITE IN UOBIS
QUOD ET IN XPO IHU
QUI CUM IN FORMA DI ESSET
NON RAPINAM ARBITRATUS EST
ESSE SE AEQUALEM DO
SED SEMET IPSUM EXINANIUIT
FORMAM SERUI ACCIPIENS
IN SIMILITUDINEM HOMINUM
FACTUS
ET HABITU INUENTUS UT HOMO
HUMILIAUIT SEMET IPSUM
FACTUS OBOEDIENS
USQUE AD MORTEM
MORTEM AUTEM CR UCIS
PROPTER QUOD ET DS ILLUM
EXALTAUIT
ET DONAUIT ILLI NOMEN QUOD EST
SUPER OMNE NOMEN
UT IN NOMINE IHU
OMNE GENU FLECTAT CAELES
TIUM ET TERRESTRIUM
ET INFERNORUM
ET OMNIS LINGUA CONFITEATUR
QUIA DNS IHS XPS IN GLORIA
EST DI PATRIS
VI ITAQUE CARISSIMI MEI
SICUT SEMPER OBOEDISTIS
NON UT IN PRAESENTIA MEI
EI TANTUM
SED MULTO MAGIS NUNC
IN ABSENTIA MEA
CUM METU ET TREMORE
UESTRAM SALUTEM
OPERAMINI
DS ENIM EST QUI OPERATUR
IN UOBIS ET UELLE ET PER
FICERE PRO BONA UOLUNTATE
OMNIA AUTEM FACI TE
SINE MURMURATIONIBUS
ET HESITATIONIBUS
UT SITIS SINE QUERELLA
ET SIMPLICES FILII DI
SINE REPREHENSIONE
IN MEDIO NATIONIS
PRAUAE ET PERUERSAE
INTER QUOS LUCETIS SICUT
LUMINARIA IN MUNDO
UERBUM UITAE CONTINENTES
AD GLORIAM MEAM IN DIE XPI
QUIA NON IN UACUUM CUCURRI
NEQUE IN UACUUM LABORAUI
SED ET SI IMMOLOR SUPRA
SACRIFICIUM ET OBSEQUIUM
FIDEI UESTRAE
GAUDEO ET CONGRATULOR
OMNIBUS UOBIS
ID IPSUM AUTEM ET UOS
GAUDETE ET CONGRA
TULAMINI MIHI
VII SPERO AUTEM IN DNO IHU
TIMOTHEUM CITO ME
MITTERE AD UOS
UT ET EGO BONO ANIMO SIM
COGNITIS QUAE CIRCA UOS SUNT
NEMINEM ENIM HABEO TAM
UNIANIMEM QUI SINCERA
ADFECTIONE PRO UOBIS
SOLLICITUS SIT
OMNES ENIM SUA QUAERUNT
NON QUAE SUNT IHU XPI
EXPERIMENTUM AUTEM
EIUS COGNOSCITE
QUONIAM SICUT PATRI FILIUS
MECUM SERUIUIT
IN EUANGELIO
HUNC IGITUR SPERO ME
MITTERE MOX UT UIDERO
QUE CIRCA ME SUNT
CONFIDO AUTEM IN DNO

quoniam et ipse ueniam
ad uos cito
VIII Necessarium autem existi
maui epaphroditum
fratrem et cooperatorem
et commilitonem meum
uestrum autem apostolum
et ministrum necessitatis
meae mittere ad uos
quoniam quidem omnes uos
desiderabat et maestus erat
propterea quod audieratis
illum infirmatum
nam et infirmatus est
usque ad mortem
sed ds misertus est eius
non solum autem eius
uerum etiam et mei
ne tristitiam super tristi
tiam haberem
festinantius ergo
misi illum
ut uiso eo iterum gaudeatis
et ego sine tristitia sim
excipite itaque illum
cum omni gaudio in dno
et eius modi cum honore
habitote
quoniam propter opus xpi
usque ad mortem accessit
tradens animam suam
ut impleret id quod ex
uobis deerat erga meum
obsequium
VIIII De cetero fratres mei
gaudete in dno
eadem uobis scribere
mihi quidem non pigrum
uobis autem necessarium
X Uidete canes
uidete malos operarios
uidete concisionem
nos enim sumus circum
cisio qui spu do seruimus

et gloriamur in xpo ihu
et non in carne fiduciam
habentes
quamquam ego habeam
confidentiam et in carne
XI Si quis alius uidetur
confidere in carne
ego magis
circumcisus octauo die
ex genere israhel
de tribu beniamin
hebreus ex hebraeis
secundum legem pharisaeus
secundum aemulationem
persequens ecclesiam di
secundum iustitiam
quae in lege est conuersa
tus sine querella
sed quae mihi fuerunt lucra
haec arbitratus sum
propter xpm detrimenta
uerum tamen et existimo
omnia detrimentum esse
propter eminentem scien
tiam ihu xpi dni mei
propter quem omnia
detrimentum feci
et arbitror ut stercora
ut xpm lucrifaciam
et inueniar in illo non
habens meam iustitiam
quae ex lege est
sed illam quae ex fide
est xpi
quae ex do est iustitia
in fide ad agnoscendum illu
et uirtutem resurrec
tionis eius
et societatem passionu illius
configuratus morti eius
si quo modo occurram
ad resurrectionem
quae est ex mortuis
non quod iam acceperim

AUT IAM PERFECTUS SIM
SEQUOR AUTEM SI CONPREHEN
DAM IN QUO ET CONPREHEN
SUS SUM A XPO IHU
FRATRES EGO ME NON ARBITROR
CONPRAEHENDISSE
UNUM AUTEM
QUAE QUIDEM RETRO SUNT
OBLIUISCENS· AD EA UERO
QUAE SUNT PRIORA
EXTENDENS ME
AD DESTINATUM PERSEQUOR
AD BRABIUM SUPERNAE UOCA
TIONIS DI IN XPO IHU
QUICUMQ· ERGO PERFECTI SUMUS
HOC SENTIAMUS
ET SI QUID ALITER SAPITIS
ET HOC UOBIS DS REUELAUIT
UERUMTAMEN AD QUOD PER
UENIMUS UT IDEM SAPIAMUS
ET IN EADEM PERMANEAMUS
REGULA
XII IMITATORES MEI ESTOTE
FRATRES
ET OBSERUATE EOS QUI ITA
AMBULANT SICUT HABETIS
FORMAM NOS
MULTI ENIM AMBULANT QUOS
SAEPE DICEBAM UOBIS
NUNC AUTEM ET FLENS DICO
INIMICOS CRUCIS XPI
QUORUM FINIS INTERITUS
QUORUM DS UENTER
ET GLORIA IN CONFUSIONE
IPSORUM
QUI TERRENA SAPIUNT
NOSTRA AUTEM CONUERSATIO
IN CAELIS EST
UNDE ETIAM SALUATOREM
EXPECTAMUS DNM IHM XPM
QUI REFORMAUIT CORPUS
HUMILITATIS NOSTRAE
CONFIGURATUM CORPORI
CLARITATIS SUAE
SECUNDUM OPERATIONEM
QUA POSSIT ETIAM SUBICERE
SIBI OMNIA
ITAQUE FRATRES MEI CARISSIMI
ET DESIDERANTISSIMI
GAUDIUM MEUM ET CORONA MEA
SIC STATE IN DNO CARISSIMI
EUHODIAM ROGO ET SYNTYCHEN
DEPRAECOR
ID IPSUM SAPERE IN DNO
ETIAM ROGO ET TE GERMANE
CONPAR ADIUUA ILLAS
QUAE MECUM LABORAUERUNT
IN EUANGELIO CUM CLEMENTE
ET CETERIS ADIUTORIB· MEIS
QUORUM NOMINA SUNT
IN LIBRO UITAE
XIII GAUDETE IN DNO SEMPER
ITERUM DICO GAUDETE
MODESTIA UESTRA NOTA SIT
OMNIBUS HOMINIBUS
DNS PROPE EST
NIHIL SOLLICITI SITIS
SED IN OMNI ORATIONE
ET OBSECRATIONE
CUM GRATIARUM ACTIONE
PETITIONES UESTRAE
INNOTESCANT APUD DM
ET PAX DI QUAE EXSUPERAT
OMNEM SENSUM
CUSTODIAT CORDA UESTRA
ET INTELLEGENTIAS UESTRAS
IN XPO IHU
XIIII DE CETERO FRATRES
QUAECUMQUE SUNT UERA
QUAECUMQUE PUDICA
QUAECUMQUE IUSTA
QUAECUMQUE SCA
QUAECUMQUE AMABILIA
QUAECUMQUE BONAE FAMAE
SI QUA UIRTUS
SI QUA LAUS DISCIPLINAE
HAEC COGITATE
QUAE ET DIDICISTIS

ET ACCEPISTIS ET AUDISTIS
ET UIDISTIS IN ME
HAEC AGITE
ET DS PACIS ERIT UOBISCUM
XV GAUISUS SUM AUTEM IN DNO
UEHEMENTER
QUONIAM TANDEM ALIQUANDO
REFLORUISTIS PRO ME
SENTIRE
SICUT ET SENTIEBATIS
OCCUPATI AUTEM ERATIS
NON QUASI PROPTER
PENURIAM DICO
EGO ENIM DIDICI IN QUIBUS
SUM SUFFICIENS ESSE
SCIO ET HUMILIARI
SCIO ET ABUNDARE
UBIQUE ET IN OMNIBUS
INSTITUTUS SUM
ET SATIARI ET ESURIRE
ET PAENURIAM PATI
OMNIA POSSUM IN EO
QUI ME CONFORTAT
UERUMTAMEN BENE FECISTIS
COMMUNICANTES TRIBU
LATIONI MEAE
XVI SCITIS AUTEM ET UOS PHILIP
PENSES QUOD IN PRINCIPIO
EUANGELII QUANDO PROFEC
TUS SUM A MACHEDONIA
NULLA MIHI ECCLESIA COMMU
NICAUIT IN RATIONE DATI
ET ACCEPTI NISI UOS SOLI
QUIA ET THESSALONICAM
SEMEL ET BIS IN USUM
MIHI MISISTIS
NON QUAERO QUIA DATUM
SED REQUIRO FRUCTUM
ABUNDANTEM IN ORA
TIONEM UESTRAM
HABEO AUTEM OMNIA
ET ABUNDO
REPLETUS SUM ACCEPTIS
AB EPAPHRODITO

QUAE MISISTIS
ODOREM SUAUITATIS HOSTIAM
ACCEPTAM PLACENTEM DO
XVII DS AUTEM MEUS IMPLEAT
OMNE DESIDERIUM UESTRUM
SECUNDUM DIUITIAS SUAS
IN GLORIA IN XPO IHU
DO AUTEM ET PATRI NOSTRO
GLORIA IN SAECULA
SAECULORUM AMEN
XVIII SALUTATE OMNEM SCM
IN XPO IHU
SALUTANT UOS QUI MECUM
SUNT FRATRES
SALUTANT UOS OMNES SCI
XVIIII MAXIME AUTEM QUI DE
CAESARIS DOMO SUNT
GRATIA DNI IHU XPI
CUM SPU UESTRO AMEN

EXP EPIST AD PHILIPPENSES

INCIPT CAPIT AD COLOSENSES

I DE SPE REPOSITA SCIS IN CAELIS
II DE OMNI SAPIENTIA ET INTELLECTU
SPIRITALI ET DE DNO QUOD IMAGO SIT DI
INUISIBILIS PRIMOGENITUS TOTIUS
CREATURAE ET QUOD IN IPSO ET PER IPSUM
CREATA SINT UNIUERSA ET OMNIA ILLI CONSIST
III DE ERRORE CREDENTIUM PRIMO
ET POST EA SCITATE
IIII DE DNO XPO QUOD IN EO SINT OMNES
THESAURI SAPIENTIAE ATQ SCIENTIAE CONDITI
V DE SEDUCENTIUM SUBLIMITATE UERBORUM
VI DE TRADITIONE APOSTOLICA QUOD
A NEMINE DEBEAT IMMUTARI
VII DE PHILOSOPIA ET SEDUCTIONIBUS
VIII DE DNO CONUIUIFICANTE CUM SE EOS
EX GENTIB DELECTO DECRETI CHIRO
GRAFFO CRUCIQ ADFIXO UNIUERSIS
OMNIA PECCAMINA DEMITTENTE
VIIII DE SCIS EX GENTIB QUOD OBSERUATIONUM

temporum et escarum testamenti
veteris non debeant custodire
X De seductoribus
XI De escis quod non terrena sapere
debeant et quaerere sed superna
XII De mortificatione membrorum
terrestrium id est omnium
abstinentia vitiorum
XIII De expoliatione veteris hominis
cum omnibus vitiis et indumento novi
virum renovatione
XIIII De virtutibus spiritalibus
XV De escis quod omnia dicta factaque in nomine
dni xpi agentes gratias deo patri per ipsum
semper debeant operari
XVI De subiectione mulierum ad maritos
XVII De virorum dilectione ad coniuges
et temperantia disciplinae
XVIII De filiorum obsequio ad parentes
XVIIII De patrum erga filios temperamento
XX De servorum obsequio
XXI De dominis erga servos
XXII De instantia et vigilantia orationis
XXIII De sermonis et salis et gratiae condimento
XXIIII De Tychico et Onesimo
XXV De Aristharco concaptivo apostoli
et Marco consobrino Barnabae
et Iesu iusto ex circumcisione
adiutoribus regni
XXVI De sollicitudine Ephafrae in oratione
pro Colosensibus et Laudicensibus
et Hieropolitanis
XXVII De Luca medico et Dema
XXVIII De Nympha et domestica eius ecclesia
XXVIIII De apostolo mandante ut Colossensium
epistulam Laudicenses legerent
et Laudicensium Colossenses

EXP CAPITULA INCIP ARGUMENTUM

Colosenses et hi sicut Laudicenses sunt Asiani
et ipsi praeventi erant a pseudo apostolis nec
ad hos accessit ipse apostolus sed et hos per
epistulam recorrigit audierant enim
verbum ab Arcippo qui et ministerium in eos accepit
ergo apostolus iam ligatus scribit eis ab Epheso

Paulus apostolus xpi ihu
per voluntatem di
et Timotheus frater
his qui sunt Colosis sanctis
et fidelibus fratribus
in xpo ihu
gratia vobis et pax a deo
patre nostro
gratias agimus deo et patri
dni nri ihu xpi
semper pro vobis orantes
audientes fidem vestram
in xpo ihu
et dilectionem quam habetis
in sanctos omnes
propter spem quae reposita
est vobis in caelis
quam audistis in verbo
veritatis evangelii
quod pervenit ad vos
sicut et in universo mundo
est et fructificat et crescit
sicut in vobis ex ea
qua audistis die
et cognovistis gratiam
di in veritate
sicut didicistis ab Epaphra
carissimo conservo nostro
qui est fidelis pro vobis
minister xpi ihu
qui etiam manifestavit
nobis dilectionem
vestram in spu
II Ideo et nos ex qua die
audivimus
non cessamus pro vobis
orantes
et postulantes ut impleamini
agnitione voluntatis eius
in omni sapientia
et intellectu spiritali
ut ambuletis digne deo
per omnia placentes
in omni opere bono fructificantes

ET CRESCENTES SCIENTIA DĪ
IN OMNI UIRTUTE CONFORTATI
SECUNDUM POTENTIAM
CLARITATIS EIUS
IN OMNI PATIENTIA ET LONGA
NIMITATE CUM GAUDIO
GRATIAS AGENTES PATRI
QUI DIGNOS UOS FECIT
IN PARTEM SORTIS
SCORUM IN LUMINE
QUI ERIPUIT UOS DE POTESTATE
TENEBRARUM
ET TRANSTULIT IN REGNUM
FILII DILECTIONIS SUAE
IN QUO HABEMUS REDEMPTIONĒ
REMISSIONEM PECCATORUM
QUI EST IMAGO DĪ INUISIBILIS
PRIMOGENITUS OMNI
CREATURAE
QUIA IN IPSO CONDITA SUNT
UNIUERSA ET IN CAELIS
ET IN TERRA
UISIBILIA ET INUISIBILIA
SIUE THRONI
SIUE DOMINATIONES
SIUE PRINCIPATUS
SIUE POTESTATES
OMNIA PER IPSUM ET IN IPSO
CREATA SUNT
ET IPSE EST ANTE OMNES
ET OMNIA IN IPSO CONSTANT
ET IPSE EST CAPUT CORPORIS
ECCLESIAE
QUI EST PRINCIPIUM PRIMO
GENITUS EX MORTUIS
UT SIT IN OMNIB· IPSE
PRIMATUM TENENS
QUIA IN IPSO CONPLACUIT OMNĒ
PLENITUDINEM HABITARE
ET PER EUM RECONCILIARI
OMNIA IN IPSUM
PACIFICANS PER SANGUINEM
CRUCIS EIUS SIUE QUAE IN TERRIS
SIUE QUAE IN CAELIS SUNT

m ET UOS CUM ESSETIS ALIQUANDO
ALIENATI ET INIMICI SENSU
IN OPERIBUS MALIS
NUNC AUTEM RECONCILIAUIT
IN CORPORE CARNIS EIUS
PER MORTEM
EXHIBERE UOS SANCTOS
ET IMMACULATOS
ET INREPREHENSIBILES
CORAM IPSO
SI TAMEN PERMANETIS
IN FIDE FUNDATI ET STABILES
ET INMOBILES A SPE EUANGELII
QUOD AUDISTIS
QUOD PRAEDICATUM EST IN
UNIUERSA CREATURA
QUAE SUB CAELO EST
CUIUS FACTUS SUM EGO
PAULUS MINISTER
QUI NUNC GAUDEO IN PASSIO
NIBUS PRO UOBIS
ET ADIMPLEO EA QUAE DESUNT
PASSIONUM XPI IN CARNE MEA
PRO CORPORE EIUS QUOD EST
ECCLESIA
CUIUS FACTUS SUM EGO
MINISTER SECUNDUM
DISPENSATIONEM DĪ
QUAE DATA EST MIHI IN UOS
UT IMPLEAM UERBUM DĪ
MYSTERIUM QUOD ABSCON
DITUM FUIT A SAECULIS
ET GENERATIONIBUS
NUNC AUTEM MANIFESTATUM
EST SCIS EIUS
QUIBUS UOLUIT DS NOTAS
FACERE DIUITIAS GLORIAE
SACRAMENTI HUIUS IN GENTIB·
QUOD EST XPS IN UOBIS
SPES GLORIAE
QUEM NOS ADNUNTIAMUS
CORRIPIENTES OMNEM
HOMINEM
ET DOCENTES OMNEM HOMINĒ

IN OMNI SAPIENTIA
UT EXHIBEAMUS OMNEM
HOMINEM PERFECTUM
IN XPO IHU
IN QUO ET LABORO CERTANDO
SECUNDUM OPERATIONEM
EIUS QUAM OPERATUR IN ME
IN UIRTUTE
III VOLO ENIM UOS SCIRE QUALEM
SOLLICITUDINEM HABEAM
PRO UOBIS
ET PRO HIS QUI SUNT LAODICIAE
ET QUICUMQUE NON UIDERUNT
FACIEM MEAM IN CARNE
UT CONSOLENTUR CORDA IPSORUM
INSTRUCTI IN CARITATE
ET IN OMNES DIUITIAS PLENI
TUDINIS INTELLECTUS
IN AGNITIONE MYSTERII DI
PATRIS XPI IHU
IN QUO SUNT OMNES THESAURI
SAPIENTIAE ET SCIENTIAE
ABSCONDITI
HOC AUTEM DICO
UT NEMO UOS DECIPIAT
IN SUPTILITATE SERMONUM
NAM ET CORPORE ABSENS SUM
SED SPU UOBISCUM SUM
GAUDENS ET UIDENS ORDINEM
UESTRUM
ET FIRMAMENTUM EIUS
QUAE IN XPO EST FIDEI UESTRAE
VI SICUT ERGO ACCEPISTIS
XPM IHM DNM
IN IPSO AMBULATE RADICATI
ET SUPERAEDIFICATI IN IPSO
ET CONFIRMATI FIDE
SICUT ET DIDICISTIS ABUNDANTES
IN GRATIARUM ACTIONE
V VIDETE NE QUIS UOS DECIPIAT
PER PHILOSOFIAM
ET INANEM FALLACIAM
SECUNDUM TRADITIONEM
HOMINUM
SECUNDUM ELEMENTA MUNDI
ET NON SECUNDUM XPM
QUIA IN IPSO INHABITAT OMNIS
PLENITUDO DIUINITATIS
CORPORALITER
ET ESTIS IN ILLO REPLETI
QUI EST CAPUT OMNIS PRINCI
PATUS ET POTESTATIS
IN QUO ET CIRCUMCISI ESTIS
CIRCUMCISIONE NON
MANU FACTA
IN EXPOLIATIONE CORPORIS
CARNIS
IN CIRCUMCISIONE XPI
CONSEPULTI EI IN BAPTISMO
IN QUO ET RESURREXISTIS
PER FIDEM OPERATIONIS DI
QUI SUSCITAUIT ILLUM
A MORTUIS
VIII ET UOS CUM MORTUI ESSETIS
IN DELICTIS ET PRAEPUTIO
CARNIS UESTRAE
CONUIUIFICAUIT CUM ILLO
DONANS UOBIS OMNIA DELICTA
DELENS QUOD ADUERSUM NOS
ERAT CHIROGRAFUM
DECRETIS
QUOD ERAT CONTRARIUM NOBIS
ET IPSUM TULIT DE MEDIO
ADFIGENS ILLUD CRUCI
EXPOLIANS PRINCIPATUS
ET POTESTATES
TRADUXIT CONFIDENTER
PALAM TRIUMPHANS
ILLOS IN SEMET IPSO
VIIII NEMO ERGO UOS IUDICET IN CIBO
AUT IN POTO
AUT IN PARTE DIEI FESTI
AUT NOMINIAE
AUT SABBATORUM
QUAE SUNT UMBRA FUTURORUM
CORPUS AUTEM XPI
X NEMO UOS SEDUCAT
UOLENS IN HUMILITATEM

ET RELIGIONE ANGELORUM
QUAE NON UIDIT AMBULANS
FRUSTRA
INFLATUS SENSU CARNIS SUAE
ET NON TENENS CAPUT
EX QUO TOTUM CORPUS
PER NEXUS ET CONIUNC
TIONES SUBMINISTRATUM
ET CONSTRUCTUM
CRESCIT IN AUGMENTUM DI
SI MORTUI ESTIS CUM XPO
AB ELEMENTIS MUNDI
QUID ADHUC TAMQUAM UIUEN
TES IN MUNDO DECERNITIS
NE TETIGERIS NEQUE GUSTAUERIS
NEQUE CONTRECTAUERIS
QUAE SUNT OMNIA IN INTERITU
IPSO USU
SECUNDUM PRAECEPTA ET DOC
TRINAS HOMINUM
QUAE SUNT RATIONE M
QUIDEM HABEN TIA
SAPIENTIAE
IN SUPERSTITIONE ET HUMI
LITATE ET AD NON PARCENDUM
CORPORI
NON IN HONORE ALIQUO
AD SATURITATEM CARNIS
XI IGITUR SI CONRESURREXISTIS
XPO QUAE SURSUM SUNT
QUAERITE
UBI XPS EST IN DEXTERA
DI SEDENS
QUAE SURSUM SUNT SAPITE
NON QUAE SUPER TERRAM
MORTUI ENIM ESTIS
ET UITA UESTRA ABSCONDITA
EST CUM XPO IN DO
CUM XPS APPARUERIT
UITA UESTRA
TUNC ET UOS APPAREBITIS
CUM IPSO IN GLORIA
XII MORTIFICATE MEMBRA UESTRA
QUAE SUNT SUPER TERRAM
FORNICATIONEM
INMUNDITIAM
LIBIDINEM
CONCUPISCENTIAM MALAM
ET AUARITIAM QUAE EST
SIMULACHRORUM SERUITUS
PROPTER QUAE UENIT IRA DI
SUPER FILIOS INCREDULITATIS
IN QUIBUS ET UOS AMBULASTIS
ALIQUANDO CUM UIUERETIS
IN ILLIS
XIII NUNC AUTEM DEPONITE
ET UOS OMNIA
IRAM INDIGNATIONEM
MALITIAM BLASPHEMIAM
TURPEM SERMONEM
DE ORE UESTRO
NOLITE MENTIRI INUICEM
EXPOLIANTES UOS UETEREM
HOMINEM CUM ACTIB. EIUS
ET INDUENTES NOUUM EUM
QUI RENOUATUR IN AGNITIO
NEM SECUNDUM IMAGINEM
EIUS QUI CREAUIT EUM
UBI NON EST GENTILIS ET IUDEUS
CIRCUMCISIO ET PRAEPUTIUM
BARBARUS ET SCYTHA
SERUUS ET LIBER
SED OMNIA ET IN OMNIBUS XPS
XIIII INDUITE UOS ERGO SICUT ELECTI
DI SCI ET DILECTI
UISCERA MISERICORDIAE
BENIGNITATEM
HUMILITATEM
MODESTIAM
PATIENTIAM
SUBPORTANTES INUICEM
ET DONANTES UOBIS IPSIS
SI QUIS ADUERSUS ALIQUEM
HABET QUERELLAM
SICUT DNS DONAUIT UOBIS
ITA ET UOS
XV SUPER OMNIA AUTEM
HAEC CARITATEM

quod est uinculum perfec
tionis
et pax xpi exultet incor
dibus uestris
in quo et uocati estis
in uno corpore
et grati estote
uerbum xpi habitet in uobis
abundanter
in omni sapientia docentes
et commonentes
uos metipsos
psalmis hymnis
canticis spiritalibus
in gratia
cantantes in cordibus
uestris dō
omne quod cumque faci
tis in uerbo aut in opere
omnia in nomine dñi ihu
gratias agentes dō
et patri per ipsum
XVI Mulieres subditae estote
uiris sicut oportet
in dño
XVII Viri diligite uxores uestras
et nolite amari esse ad illas
XVIII Filii oboedite parentibus
per omnia
hoc enim placitum
est in dño
XVIIII Patres nolite ad indigna
tionem prouocare
filios uestros ut non
pusillo animo fiant
XX Serui oboedite per omnia
dominis carnalibus
non ad oculum seruientes
quasi hominib; placentes
sed in simplicitate cordis
timentes dñm
quod cumque facitis
ex animo operamini
si cut dño et non hominib;

scientes quod a dño accipietis
retributionem hereditatis
dño xpo seruite
qui enim iniuriam facit
recipiet id quod inique gessit
et non est personarum
acceptio
XXI Domini quod iustum est
et aequum seruis praestate
scientes quoniam et uos
dñm habetis in caelo
XXII Orationi instate
uigilantes in ea in gratiarum
actione
orantes simul et pro nobis
ut ds aperiat nobis ostium
sermonis ad loquendum
mysteria xpi
propter quod etiam
uinctus sum ut manifes
te [illegible]m illud ita ut opor
tet me loqui
XXIII In sapientiam ambulate
ad eos qui foris sunt
tempus redimentes
sermo uester semper
in gratia sale sit conditus
ut sciatis quomodo oporteat
uos unicuique respondere
XXIIII Quae circa me sunt omnia
uobis nota faciet Tychicus
carissimus frater
et fidelis minister
et conseruus in dño
quem misi ad uos ad hoc
ipsum ut cognoscat
quae circa uos sunt
et consoletur corda uestra
cum Onesimo carissimo
et fideli fratre qui est
ex uobis
omnia quae hic aguntur
nota faciet uobis
XXV Salutat uos Aristarchus

CONCAPTIUUS MEUS
ET MARCUS CONSOBRINUS
BARNABAE
DE QUO ACCEPISTIS MANDATA
SI UENERIT AD UOS EXCIPITE ILLUM
ET IHS QUI DICITUR IUSTUS
QUI SUNT EX CIRCUMCISIONE
HI SOLI SUNT ADIUTORES
IN REGNO DI
QUI MIHI FUERUNT SOLACIO
XXVI SALUTAT UOS EPAPHRAS
QUI EX UOBIS EST SERUUS
XPI IHU
SEMPER SOLLICITUS PRO UOBIS
IN ORATIONIBUS
UT STETIS PERFECTI ET PLENI
IN OMNI UOLUNTATE DI
TESTIMONIUM ENIM ILLI
PERHIBEO QUOD HABET
MULTUM LABOREM
PRO UOBIS
ET PRO HIS QUI SUNT LAODICIAE
ET QUI HIERAPOLI
XXVII SALUTAT UOS LUCAS MEDICUS
CARISSIMUS ET DEMAS
XXVIII SALUTATE FRATRES QUI
SUNT LAODICIAE ET NYMPHAM
ET QUAE IN DOMO
EIUS EST ECCLESIA
XXIX ET CUM LECTA FUERIT APUD
UOS EPISTULA
FACITE UT ET IN LAODICENSIUM
ECCLESIA LEGATUR
ET EA QUAE LAUDICENSIUM
EST UOS LEGATIS
ET DICITE ARCHIPPO
UIDE MINISTERIUM QUOD
ACCEPISTI IN DNO UT ILLUD
IMPLEAS
SALUTATIO MEA MANU PAULI
MEMORES ESTOTE UINCU
LORUM MEORUM
GRATIA UOBISCUM AMEN
EXP AD COLOS · INCIP AD THESSAL · I

I DE APOSTOLO ET SILUANO ET TIMOTHEO
PRO THESSALONICENSIBUS SEMPER
ORANTIBUS ·
II DE FIDE THESSALONICENSIUM SINGULARI
ET QUOD EXEMPLUM CETERIS GENTIB·
FUERINT AD CREDENDUM
III DE PASSIONIB· APOSTOLORUM
ET CONTUMELIIS IN PHILIPPIS
IIII DE SINCERITATE APOSTOLI
ET QUOD NON HOMINIBUS PLACEN
DUM SIT SED DNO DO
V DE APOSTOLO CUM POSSIT ONERI ESSE
TAMQUAM DNI XPI APOSTOLUS
TAMEN ADULATIONEM ET AUARITIAM
ET GLORIAM AB HOMINIBUS
ABNUENTE
VI DE APOSTOLO NE QUEM GRAUARET
DIEBUS AC NOCTIBUS MANIBUS
OPERANTE EO
VII DE IRA DI SUPER IUDAEOS EO QUOD
INTERFECERINT DNM ET PRO
PHETAS ET APOSTOLOS FUERINT
PERSECUTI ·
VIII DE APOSTOLI DESIDERIO UENIENDI
AD THESSALONICENSES ET DIABOLI
IMPEDIMENTO
VIIII DE SCIS QUOD IN TRIBULATIONIBUS
MOUERI NON DEBEANT
SED POTIUS PROUOCARI
X DE TEMPTATORE
XI DE THESSALONICENSIBUS APOSTOLUM
UIDERE CUPIENTIBUS
XII DE APOSTOLO GAUDENTE PRO THES
SALONICENSIBUS ET AD DM PRECES ET
GRATIAS REFERENTE
XIII DE APOSTOLO ORANTE PRO THESSA
LONICENSES UT SECUNDUM TRADI
TIONEM IPSIUS AMBULARENT
XIIII DE ABSTINENTIA FORNICATIONIS
ET FRAUDIS ET DE POSSESSIONE
CONIUGII PROPRII
XV DE AMORE FRATERNITATIS
XVI DE SCIS UT QUIETI SINT ET UNUS
QUISQUE AGAT SUUM NEGOTIUM

ET UT NULLIUS EGEANT MANIBUS
OPERENTUR

XVII DE RESURRECTIONE ET RAPTU SCORUM
IN NUBIBUS AD OCCURRENDUM IN AERA
DNO XPO IHU

XVIII DE INFIDELIUM AC MALE OPERANTIUM
INTERITU REPENTINO

XVIIII DE FILIIS LUCIS AC DIEI ET FILIIS NOCTIS
AC TENEBRARUM

XX DE SOMNO COMMUNI ET SOMNO
PERFIDIAE ET SPIRITALIBUS
MONIMENTIS

XXI DE REUERENTIA IN MINISTERIO
LABORANTIUM ATQ DOCTORUM

XXII DE NON EXTINGUENDO SPU NEC SPER
NENDA PROPHETIA ET OMNIUM
EXAMINATIONE

XXIII DE APOSTOLO PRAECANTE UT THESSALONI
CENTIUM INTEGER SPS ET ANIMA
ET CORPUS IN ADUENTUM DNI NI
IHU XPI SERUETUR OMNES

XXIIII DE APOSTOLO PETENTE UT PRO EO
THESSALONICENSES IN ORATIONIB
POSTULARENT

XXV DE APOSTOLO THESSALONICENSES
AD IURANTE PER DOM UT OMNIBUS
FRATRIB EPISTULA LEGATUR

EXP CAPITULA

IN CIP ARGUMEN

THESSALONICENSES SUNT MACHEDONES
IN XPO IHU QUI ACCEPTO VERBO VERITATIS
PERSTITERUNT IN FIDE ETIAM IN PERSECUTIONE
CIVIUM SUORUM PRAETEREA NEC RECEPERUNT
EA QUAE A FALSIS APOSTOLIS DICEBANTUR
HOS CONLAUDAT APOSTOLUS
SCRIBENS EIS AB
ATHENIS

EXP ARGUM

IN CIP EPIST AD THESSAL P

PAULUS ET SILUANUS
ET TIMOTHEUS ECCLESIAE
THESSALONICENSIUM IN DO
PATRE ET DNO IHU XPO
GRATIA UOBIS ET PAX
GRATIAS AGIMUS DO SEMPER
PRO OMNIBUS UOBIS MEMO
RIAM FACIENTES IN ORATIONIB
NOSTRIS
SINE INTERMISSIONE MEMO
RES OPERIS FIDEI UESTRAE
ET LABORIS ET CARITATIS
ET SUSTINENTIAE SPEI
DNI NI IHU XPI
ANTE DM ET PATREM NOSTRU
SCIENTES FRATRES DILECTI
A DO ELECTIONEM UESTRAM
QUIA EUANGELIUM NOSTRUM
NON FUIT AD UOS
IN SERMONE TANTUM
SED IN UIRTUTE
ET IN SPU SCO
ET IN PLENITUDINE MULTA
SICUT SCITIS QUALES
FUERIMUS UOBIS
PROPTER UOS
ET UOS IMITATORES NOSTRI
FACTI ESTIS ET DNI
EXCIPIENTES UERBUM
IN TRIBULATIONE MULTA
CUM GAUDIO SPS SCI
ITA UT FACTI SITIS FORMA
OMNIBUS CREDENTIBUS
IN MACHEDONIA ET IN ACHAIA
A UOBIS ENIM DIFFAMATUS EST
SERMO DNI
NON SOLUM IN MACHEDONIA
ET IN ACHAIA
SED IN OMNI LOCO FIDES UESTRA
QUAE EST AD DM PROFECTA EST
ITA UT NON SIT NOBIS NECESSE
QUICQUAM LOQUI
IPSI ENIM DE NOBIS ADNUNTIANT
QUALEM INTROITUM

habuerimus ad uos
et quomodo conuersi estis
ad dm̄ a simulachris
seruire d̄o uiuo et uero
et ex expectare filium eius
de caelis quem suscitauit
ex mortuis
ihm̄ qui eripuit nos ab ira
uentura
III Nam ipsi scitis ipsi fratres
introitum nostrum ad uos
quia non inanis fuit
sed ante passi et contumeliis
adfecti sicut scitis in philippis
fiduciam habuimus in d̄o n̄o
loqui ad uos euangelium d̄i
in multa sollicitudine
IIII Exhortatio enim nostra
non de errore
neque de inmunditia
neque in dolo
sed sicut probati sumus a d̄o
ut crederetur nobis euangeliū
ita loquimur
non quasi hominibus
placentes
sed d̄o qui probat corda
nostra
V Neque enim aliquando fuimus
in sermone adulationis
sicut scitis
neque in occasione auaritiae
d̄s testis est
nec quaerentes ab hominib·
gloriam
neque a uobis neque ab aliis
cum possimus oneri esse
ut xp̄i apostoli
sed facti sumus paruuli
in medio uestrum
tamquam si nutrix foueat
filios suos
ita desiderantes uos
cupide uolebamus
tradere uobis
non solum euangelium d̄i
sed etiam animas nostras
quoniam carissimi nobis
facti estis
VI Memores enim estis fratres
laborem nostrum
et fatigationem
nocte et die operantes
ne quem uestrum grauaremus
praedicauimus uobis
euangelium d̄i
uos testis estis et d̄s
quam s̄c̄e et iuste et sine
querella uobis qui credi
distis fuimus
sicut scitis
qualiter unum quemque
uestrum tamquam pater
filios suos depraecantes uos
et consolantes testificati
sumus ut ambularetis
digne d̄o
qui uocauit uos in suum
regnum et gloriam
ideo et nos gratias agimus
d̄o sine intermissione
quoniam cum accepissetis
a nobis uerbum auditus d̄i
accepistis non ut uerbum
hominum
sed sicut est uere uerbum d̄i
qui operatur in uobis
qui credidistis
VII Uos enim imitatores facti
estis fratres ecclesiarum
d̄i quae sunt in iudaea
in xp̄o ihū
quia eadem passi estis
et uos a contribulibus
uestris
sicut et ipsi a iudaeis
qui et d̄nm̄ occiderunt ihm̄
et prophetas

ET NOS PERSECUTI SUNT
ET DO NON PLACENT
ET OMNIBUS HOMINIBUS
ADUERSANTUR
PROHIBENTES NOS GENTIBUS
LOQUI UT SALUAE FIANT
UT IMPLEANT PECCATA SUA SEMPER
PRAEUENIT ENIM IRA DI SUPER
ILLOS USQUE IN FINEM
VIII NOS AUTEM FRATRES DESOLATI
A UOBIS AD TEMPUS HORAE
ASPECTU NON CORDE
ABUNDANTIUS FESTINAUIMUS
FACIEM UESTRAM UIDERE
CUM MULTO DESIDERIO
QUONIAM UOLUIMUS
UENIRE AD UOS
EGO QUIDEM PAULUS
ET SEMEL ET ITERUM
SED INPEDIUIT NOS SATANAS
QUAE EST ENIM NOSTRA SPES
AUT GAUDIUM
AUT CORONA GLORIAE
NONNE UOS ANTE DNM NRM IHM
ESTIS IN ADUENTU EIUS
UOS ENIM ESTIS GLORIA NOSTRA
ET GAUDIUM
XVIIII PROPTER QUOD NON SUSTINEN
TES AMPLIUS
PLACUIT NOBIS REMANERE
ATHENIS SOLIS
ET MISIMUS TIMOTHEUM
FRATREM NOSTRUM ET
MINISTRUM DI IN EUANGE
LIO XPI
AD CONFIRMANDOS UOS
ET EXHORTANDOS
PRO FIDE UESTRA
UT NEMO MOUEATUR
IN TRIBULATIONIBUS ISTIS
IPSI ENIM SCITIS QUOD
IN HOC POSITI SUMUS
NAM ET CUM APUD UOS
ESSEMUS
PRAEDICEBAMUS UOBIS
PASSUROS NOS TRIBULATIONES
SICUT ET FACTUM EST ET SCITIS
X PROPTEREA ET EGO AMPLIUS
NON SUSTINENS
MISI AD COGNOSCENDAM
FIDEM UESTRAM
NE FORTE TEMPTAUERIT UOS
IS QUI TEMPTAT
ET INANIS FIAT LABOR NOSTER
XI NUNC AUTEM UENIENTE
TIMOTHEO AD NOS A UOBIS
ET ADNUNTIANTE NOBIS FIDEM
ET CARITATEM UESTRAM
ET QUIA MEMORIAM NOSTRI
HABETIS BONAM SEMPER
DESIDERANTES NOS UIDERE
SICUT NOS QUOQUE UOS
IDEO CONSOLATI SUMUS FF
IN UOBIS IN OMNI NECESSI
TATE ET TRIBULATIONE NOSTRA
PER UESTRAM FIDEM
QUONIAM NUNC UIUIMUS
SI UOS STATIS IN DNO
XII QUAM ENIM GRATIARUM ACTIONE̅
POSSUMUS DO RETRIBUERE
PRO UOBIS
IN OMNI GAUDIO QUO GAUDE
MUS PROPTER UOS
ANTE DM NOSTRUM
XIII NOCTE ET DIE ABUNDANTIUS
ORANTES
UT UIDEAMUS FACIEM UESTRAM
ET COMPLEAMUS EA QUAE
DESUNT FIDEI UESTRAE
IPSE AUTEM DS ET PATER
NOSTER
ET DNS IHS
DIRIGAT UIAM NOSTRAM
AD UOS
UOS AUTEM DNS MULTIPLICET
ET ABUNDARE FACIAT
CARITATEM
IN INUICEM ET IN OMNES

QUEMADMODUM ET NOS
INUOBIS
AD CONFIRMANDA CORDA
UESTRA SINE QUAERELLA
IN SANCTITATE
ANTE DM̄ ET PATREM NOSTRUM
IN ADUENTUM DNĪ NRĪ IHU
CUM OMNIBUS SCIS EIUS AMEN
XIIII DE CETERO ERGO FRATRES
ROGAMUS UOS ET OBSECRA
MUS IN DNŌ IHU
UT QUEMADMODUM ACCE
PISTIS A NOBIS QUOMODO
UOS OPORTEAT AMBULARE
ET PLACERE DŌ
SICUT ET AMBULATIS
UT ET ABUNDETIS MAGIS
SCITIS ENIM QUAE PRAECEPTA
DEDERIMUS UOBIS
PER DNM̄ IHM̄
HAEC EST ENIM UOLUNTAS DĪ
SANCTIFICATIO UESTRA
UT ABSTINEATIS UOS
A FORNICATIONE
UT SCIAT UNUSQUISQUE UESTRŪ
SUUM UAS POSSIDERE
IN SANCTIFICATIONĒ ET HONORE
NON IN PASSIONE DESIDERII
SICUT ET GENTES QUAE
IGNORANT DM̄
UT NEQUIS SUPERGREDIATUR
NEQUE CIRCUMUENIAT
IN NEGOTIO FRATREM SUUM
QUONIAM UINDEX EST DNS
DE HIS OMNIBUS
SICUT PRAEDIXIMUS UOBIS
ET TESTIFICATI SUMUS
NON ENIM UOCAUIT NOS DS
IN INMUNDITIA
SED IN SANCTIFICATIONE
ITAQUE QUI HAEC SPERNIT
NON HOMINEM SPERNIT
SED DM̄ QUI ETIAM DEDIT
SPM̄ SUUM SCM̄ IN UOBIS
XV DE CARITATE AUTEM FRATER
NITATIS NON NECESSE HABUI
MUS SCRIBERE UOBIS
IPSI ENIM UOS A DŌ DIDICISTIS
UT DILIGATIS INUICEM
ET ENIM FACITIS ILLUD
IN OMNES FRATRES
IN UNIUERSA MACHEDONIA
XVI RO GAMUS AUTEM UOS FRATRES
UT ABUNDETIS MAGIS
ET OPERAM DETIS UT QUIETI
SITIS ET UESTRUM NEGO
TIUM AGATIS
ET OPEREMINI MANIBUS
UESTRIS
SICUT PRAECEPIMUS UOBIS ·
K ET UT HONESTE AMBULETIS
AD EOS QUI FORIS SUNT
ET NULLIUS ALIQUID DESIDERITIS
XVII NO LUMUS AUTEM UOS
IGNORARE FRATRES
DE DORMIENTIBUS
UT NON CONTRISTEMINI
SICUT ET CETERI QUI
SPEM NON HABENT
SI ENIM CREDIMUS QUOD IHS
MORTUUS EST ET RESURREXIT
ITA ET DS EOS QUI DORMIERUNT
PER IHM̄ ADDUCET CUM EO
HOC ENIM UOBIS DICIMUS
IN UERBO DNI
QUIA NOS QUI UIUIMUS QUI
RESIDUI SUMUS IN AD
UENTUM DNI
NON PRAEUENIEMUS EOS
QUI DORMIERUNT
QUONIAM IPSE DNS
IN IUSSU ET IN UOCE ARCHANGELI
ET IN TUBA DĪ DESCENDET
DE CAELO
ET MORTUI QUI IN XPŌ SUNT
RESURGENT PRIMI
DEINDE NOS QUI UIUIMUS
QUI RELINQUIMUR

SIMUL RAPIEMUR CUM ILLIS
IN NUBIBUS OBUIAM DNO
IN AERA
ET SIC SEMPER CUM DNO
ERIMUS
ITAQUE CONSOLAMINI INUICEM
UERBIS ISTIS
XVIII DE TEMPORIBUS AUTEM ET MO
MENTIS FRATRES
NON INDIGETIS UT SCRIBAMUS
UOBIS
IPSI ENIM DILIGENTER SCITIS
QUIA DIES DNI SICUT FUR IN NOCTE
ITA UENIET
CUM ENIM DIXERINT PAX
ET SECURITAS
TUNC REPENTINUS EIS SUPER
UENIET INTERITUS
SICUT DOLOR IN UTERO HABENTI
ET NON EFFUGIENT
XIX UOS AUTEM FRATRES NON ESTIS
IN TENEBRIS
UT UOS DIES ILLE TAMQUAM
FUR CONPRAEHENDAT
OMNES UOS FILII LUCIS ESTIS
ET FILII DIEI
NON SUMUS NOCTIS NEQUE
TENEBRARUM
XX IGITUR NON DORMIAMUS
SICUT CETERI
SED UIGILEMUS ET SOBRII SIMUS
QUI ENIM DORMIUNT
NOCTE DORMIUNT
ET QUI EBRII SUNT
NOCTE EBRII SUNT
NOS AUTEM QUI DIEI SUMUS
SOBRII SIMUS
INDUTI LORICAM FIDEI
ET CARITATIS
ET GALEAM SPEM SALUTIS
QUONIAM NON POSUIT
NOS DS IN IRAM
SED IN ADQUISITIONEM SALUTIS
PER DNM NM IHM XPM

QUI MORTUUS EST PRO NOBIS
UT SIUE UIGILEMUS
SIUE DORMIAMUS
SIMUL CUM ILLO UIUAMUS
PROPTER QUOD CONSOLAMINI
INUICEM
ET AEDIFICATE ALTER UTRUM
SICUT ET FACITIS
XXI ROGAMUS AUTEM FRATRES
UT NOUERITIS EOS QUI LABORANT
INTER UOS
ET PRAESUNT UOBIS IN DNO
ET MONENT UOS
UT HABEATIS ILLOS ABUNDANTIUS
IN CARITATE
PROPTER OPUS ILLORUM
PACEM HABETE CUM EIS
ROGAMUS AUTEM UOS FF
CORRIPITE INQUIETOS
CONSOLAMINI PUSILLANIMES
SUSCIPITE INFIRMOS
PATIENTES ESTOTE AD OMNES
UIDETE NE QUIS MALUM
PRO MALO ALICUI REDDAT
SED SEMPER QUOD BONUM EST
SECTAMINI ET INUICEM
ET IN OMNES
SEMPER GAUDETE
SINE INTERMISSIONE ORATE
IN OMNIBUS GRATIAS AGITE
HAEC ENIM UOLUNTAS DI EST
IN XPO IHU IN OMNIBUS UOBIS
XXII SPM NOLITE EXTINGUERE
PROPHETIAS NOLITE SPERNERE
OMNIA AUTEM PROBATE
QUOD BONUM EST TENETE
AB OMNI SPECIE MALA
ABSTINETE UOS
XXIII IPSE AUTEM DS PACIS
SANCTIFICET UOS PER OMNIA
ET INTEGER SPIRITUS UESTER
ET ANIMA ET CORPUS
SINE QUERELLA IN ADUENTU
DNI NRI IHU XPI SERUETUR

Fidelis est qui uocauit uos
qui etiam faciet
Fratres orate pro nobis
Salutate fratres omnes
in osculo scō
Adiuro uos per dnm ut lega
tur epistula omnibus
sanctis fratribus
Gratia dni n ihu xpi
uobiscum

EXP AD THESSALONICENSES I

INCIPIUNT AD EOSDEM SEC

I De persecutione quod exemplum
sit iusti iudicii di et persecutorum
supplicio sempiterno
II De discessione et antichristo
III De scis quod a dno elegantur
IIII De apostoli extraditione
V De apostolo praedicante quod non
est omnium fides
VI De scis quod ex omnib malis
a dno liberentur IIII
VII De separatione scorum ab eis
qui contra uiuunt et quod paulus
ac sui semper manibus fuerint
operati
VIII De non operantib et curiose agentib
VIIII De separatione inoboedientium
ut reuereantur.

EXP CAPITULA

INCIP ARGUMENTUM

Ad thessalonicenses secunda scribit apost
et notum facit eis de temporib novissimis
et de adversarii detectione scribit hanc
epistulam ab athenis

EXP ARGUMEN

Paulus et siluanus et timotheus
ecclesiae thessalonicen
sium in dō patre nostro
et dno ihu xpo
Gratia uobis et pax a dō patre
nostro et dno ihu xpo
Gratias agere debemus dō
semper pro uobis fratres
ita ut dignum est
quoniam super crescit
fides uestra
Et abundat caritas unius
cuiusque uestrum
in inuicem
Ita ut nos ipsi in uobis glori
emur in ecclesiis di
pro patientia uestra et fide
in omnibus persecutionibus
uestris et tribulationibus
quas sustinetis
In exemplum iusti iudicii di
ut digni habeamini regno di
pro quo et patimini
Si tamen iustum est apud dm
retribuere tribulationem
his qui uos tribulant
Et uobis qui tribulamini
requiem nobiscum
In reuelatione dni ihu
de caelo cum angelis
uirtutis eius
In flamma ignis
dantis uindictam his qui
non nouerunt dm
Et qui non oboediunt euan
gelio dni n ihu xpi
qui poenas dabunt in interitu
aeternas a facie dni
et a gloria uirtutis eius
Cum uenerit glorificari
in scis suis
Et admirabilis fieri in omnib
qui crediderunt
quia creditum est testimoniu

NOSTRUM SUPER UOS IN DIE ILLO
IN QUO ETIAM ORAMUS SEMPER
PRO UOBIS
UT DIGNETUR UOS UOCATIONE
SUA DS
ET IMPLEAT OMNEM UOLUNTA
TEM BONITATIS
ET OPUS FIDEI IN UIRTUTE
UT CLARIFICETUR NOMEN DNI NRI
IHU XPI IN UOBIS
ET UOS IN ILLO SECUNDUM GRA
TIAM DI NRI ET DNI IHU XPI
II ROGAMUS AUTEM UOS FRATRES
PER ADUENTUM DNI NRI IHU XPI
ET NOSTRAE CONGREGATIONIS
IN IPSUM
UT NON CITO MOUEAMINI
A UESTRO SENSU
NEQUE TERREAMINI
NEQUE PER SPM
NEQUE PER SERMONEM
NEQUE PER EPISTULAM
TAMQUAM PER NOS
QUASI INSTET DIES DNI
NE QUIS UOS SEDUCAT
ULLO MODO
QUONIAM NISI UENERIT
DISCESSIO PRIMUM
ET REUELATUS FUERIT HOMO
PECCATI
FILIUS PERDITIONIS
QUI ADUERSATUR ET EXTOLLITUR
SUPRA OMNE QUOD DICITUR DS
AUT QUOD COLITUR
ITA UT IN TEMPLO DI SEDEAT
OSTENDENS SE TAMQUAM
SIT DS
NON RETINETIS QUOD CUM
ESSEMUS APUD UOS HAEC
DICEBAMUS UOBIS
ET NUNC QUID DETINEAT SCITIS
UT REUELETUR IN SUO TEMPORE
NAM MYSTERIUM IAM OPERA
TUR INIQUITATIS
TANTUM UT QUI TENET NUNC
TENEAT DONEC DE MEDIO FIAT
ET TUNC REUELABITUR ILLE
INIQUUS
QUEM DNS IHS INTERFICIET
SPU ORIS SUI
ET DESTRUET INLUSTRATIONE
ADUENTUS SUI
EUM CUIUS EST ADUENTUS
SECUNDUM OPERATIONEM
SATANAE
IN OMNI UIRTUTE SIGNIS
ET PRODIGIIS MENDACIBUS
IN OMNI SEDUCTIONE INIQUI
TATIS HIS QUI PEREUNT
EO QUOD CARITATEM UERITATIS
NON RECEPERUNT
UT SALUI FIERENT
IDEO MITTIT ILLIS DS
OPERATIONEM ERRORIS
UT CREDANT MENDACIO
UT IUDICENTUR OMNES
QUI NON CREDIDERUNT
UERITATI
SED CONSENSERUNT INIQUITATI
IIII NOS AUTEM DEBEMUS GRA
TIAS AGERE DO SEMPER
PRO UOBIS FRATRES DILECTI A DO
QUOD ELEGERIT NOS DS
PRIMITIAS IN SALUTEM
IN SANCTIFICATIONE SPS
ET FIDE UERITATIS
IN QUA ET UOCAUIT UOS PER
EUANGELIUM NOSTRUM
IN ADQUISITIONEM GLORIAE
DNI NI IHU XPI
IIII ITAQUE FRATRES STATE
ET TENETE TRADITIONES
QUAS DIDICISTIS
SIUE PER SERMONEM
SIUE PER EPISTULAM NOSTRAM
IPSE AUTEM DNS NOSTER
IHS XPS
ET DS ET PATER NOSTER.

QUI DILEXIT NOS ET DEDIT
CONSOLATIONEM AETERNAM
ET SPEM BONAM IN GRATIA
EXHORTETUR CORDA UESTRA
ET CONFIRMET IN OMNI OPERE
ET SERMONE BONO
V DE CETERO FRATRES ORATE
PRO NOBIS
UT SERMO DI CURRAT ET CLARI
FICETUR SICUT ET APUD UOS
ET UT LIBEREMUR AB INPOR
TUNIS ET MALIS HOMINIBUS
NON ENIM OMNIUM EST FIDES
VI FIDELIS AUTEM DNS EST
QUI CONFIRMAUIT UOS
ET CUSTODIET A MALO
CONFIDIMUS AUTEM DE UOBIS
IN DNO
QUONIAM QUAE PRAECIPIMUS
ET FACITIS ET FACIETIS
DNS AUTEM DIRIGAT CORDA
UESTRA IN CARITATE DI
ET PATIENTIA XPI
VII DENUNTIAMUS AUTEM UOBIS
FRATRES IN NOMINE DNI
NI IHU XPI
UT SUBTRAHATIS UOS AB OMNI
FRATRE AMBULANTE
INORDINATE
ET NON SECUNDUM TRADITIONEM
QUAM ACCEPERUNT A NOBIS
IPSI SCITIS QUEM ADMODUM
OPORTEAT IMITARI NOS
QUONIAM NON INQUIETI
FUIMUS INTER UOS
NEQUE GRATIS PANEM MANDU
CAUIMUS AB ALIQUO
SED IN LABORE ET FATIGATIONE
NOCTE ET DIE OPERANTES
NE QUEM UESTRUM GRAUAREMUS
NON QUASI NON HABUERIMUS
POTESTATEM
SED UT NOS MET IPSOS FORMAM
DAREMUS UOBIS AD IMITANDUM
NOS

NAM ET CUM ESSEMUS APUD UOS
HOC DENUNTIABAMUS UOBIS
QUONIAM SI QUIS NON UULT
OPERARI NEC MANDUCET
VIII AUDIMUS ENIM INTER UOS
QUOSDAM AMBULANTES
INQUIETE
NIHIL OPERANTES
SED CURIOSE AGENTES
HIS AUTEM QUI EIUS MODI SUNT
DENUNTIAMUS ET OBSECRA
MUS IN DNO IHU XPO
UT CUM SILENTIO OPERANTES
SUUM PANEM MANDUCENT
VIIII UOS AUTEM FRATRES NOLITE
DEFICERE BENEFACIENTES
QUOD SI QUIS NON OBOEDIT
UERBO NOSTRO PER EPISTULAM
HUNC NOTATE ET NON CON
MISCEAMINI CUM ILLO
UT CONFUNDATUR
ET NOLITE QUASI INIMICUM
EXISTIMARE
SED CORRIPITE UT FRATREM
IPSE AUTEM DNS PACIS
DET UOBIS PACEM SEMPI
TERNAM IN OMNI LOCO
DNS CUM OMNIBUS UOBIS
SALUTATIO MEA MANU PAULI
QUOD EST SIGNUM IN OMNI
EPISTULA ITA SCRIBO
GRATIA DNI NI IHU XPI CUM
OMNIBUS UOBIS AMEN

EXP AD THESSALONICENSES SEC

IN CIP ARG AD THIMOTHEU

TIMOTHEUM INSTRUIT ET DOCET
DE ORDINATIONE EPISCOPATUS
ET DIACONII ET OMNIS ECCLESIAS
TICE DISCIPLINAE EXP ARG
SCRIBENS A MACHEDONIA

I De fabulis et genealogiis et doctorib.
uanis ac peruersa doctrina et ple
nitudine sanae doctrinae
II De lege quod iustis posita non sit
sed iniustis et omnib. sceleratis
et de apostoli uita pristina
et de misericordia di superigno
rantiam pro gratia
III De dno quod saluare peccatores
in saeculum uenerit et de apos
tolo ad exemplum credentium
misericordiam consecuto
IIII De Erimeneo et Alexandro
traditis satanae
V De orationibus pro hominibus
uniuersis et quod omnes homines
uelit saluos fieri ds
VI De dno quod unus est et de dno quod
mediator di et hominum unus est
homo xps ihs dns
VII De libertate uirorum ac mulierum
orandi in omni loco et habitu
feminarum
VIII De episcoporum et coniugum
formulam et diaconorum et
quod aliquando idem episcopi
qui et praesbyteri dicebantur.
VIIII De mysterio pietatis
X De spu sco nouissima tempora
et simulatores et infidelium
perfidiam per apostolum
praedicante
XI De profanis et anilibus fabulis
et corporali exercitio pietatis
XII De labore scorum
XIII De doctorem quod se ipsum
discipulis formulam bonis
operibus in omnibus debeat
exhibere
XIIII De doctore quod nihil aliud
quam doctrinam et iustitias
dni semper debeat meditari
XV De senioribus non increpandis
XVI De ueris uiduis et de uiduis filios
uel nepotes habentibus
XVII De uiduis adulescentioribus
XVIII De fidelibus uiduas habentib.
XIX De praesbyteris praecedentibus
maxime laborantibus doctrina
XX De accusationem aduersus
maiorem natu
XXI De peccantibus publice
corripiendis
XXII De traditione apostolica
non transeunda
XXIII De manibus non temere inponendis
et abstinentia peccatorum alieno
rum et quod infirmitatibus etsi ante
abstinuerit uino modico liceat
XXIIII De peccantis quorumdam
manifestis uel subsequentibus
similiter. et operantibus bonis
XXV De seruis
XXVI De seductoribus ac doctoribus
falsis et ab eis separatione
scorum
XXVII De sufficientia et auaritia
XXVIII De iustitia et omnib. uirtutib.
XXIX De diuitib. istius saeculi
XXX De prophanis nouitatibus uocum

EXPL CAPITULA

IN CIPIT EPISTULA

AD TIMOTHEUM

PAULUS APOSTOLUS IHU XPI
SECUNDUM IMPERIUM DI
SALUATORIS NOSTRI ET XPI IHU
SPEI NOSTRAE
TIMOTHEO DILECTO FILIO IN FIDE
GRATIA MISERICORDIA ET PAX
A DO PATRE ET XPO IHU DNO NO
SICUT ROGAUI TE UT REMANE
RIS EPHESI CUM IREM
IN MACHEDONIAM
ET DENUNTIARES QUIB; DAM
NE ALITER DOCERENT
NEQUE INTENDERENT
FABULIS ET GENEALOGIIS
INTERMINATIS
QUAE QUAESTIONES PRAESTANT
MAGIS QUAM AEDIFICATIONEM
DI QUAE EST IN FIDE
FINIS AUTEM PRAECEPTI EST
CARITAS DE CORDE PURO
ET CONSCIENTIA BONA
ET FIDE NON FICTA
A QUIB; QUIDAM ABERRANTES
CONUERSI SUNT IN UANILOQUIUM
UOLENTES ESSE LEGIS DOCTORES
NON INTELLEGENTES NEQUE
QUAE LOQUUNTUR
NEQUE DE QUIBUS ADFIRMANT
II SCIMUS AUTEM QUIA BONA
EST LEX
SI QUIS EA LEGITIME UTATUR
SCIENS HOC
QUIA LEX IUSTO NON EST POSITA
SED INIUSTIS ET NON SUBDITIS
IMPIIS ET PECCATORIBUS
SCELERATIS ET CONTAMINATIS
PATRICIDIS ET MATRICIDIS
HOMICIDIS FORNICARIIS
MASCULORUM CONCUBITORIB;
PLAGIARIIS MENDACIB;
PERIURIS
ET SI QUID ALIUD SANAE DOC
TRINAE ADUERSATUR
QUAE EST SECUNDUM EUANGELIUM

GLORIAE BEATI DI QUOD CRE
DITUM EST MIHI
GRATIAS AGO EI QUI ME CON
FORTAUIT XPO IHU DNO NO
QUIA FIDELEM ME EXISTIMA
UIT PONENS IN MINISTERIO
QUI PRIUS FUI BLASPHEMUS
ET PERSECUTOR ET CON
TUMELIOSUS
SED MISERICORDIAM CON
SECUTUS SUM QUIA IGNORANS
FECI IN INCREDULITATE
SUPERABUNDAUIT AUTEM GRATIA
DNI NI CUM FIDE ET DILEC
TIONE QUAE EST IN XPO IHU
III FIDELIS SERMO
ET OMNI ACCEPTIONE DIGNUS
QUIA XPS IHS UENIT IN HUNC
MUNDUM PECCATORES
SALUOS FACERE
QUORUM PRIMUS EGO SUM
SED IDEO MISERICORDIAM
CONSECUTUS SUM
UT IN ME PRIMO OSTENDERET
XPS IHS OMNEM PATIENTIAM
AD DEFORMATIONEM EORUM
QUI CREDITURI SUNT ILLI
IN UITAM AETERNAM
REGI AUTEM SAECULORUM
INMORTALI INUISIBILI SOLI DO
HONOR ET GLORIA IN SAECULA
SAECULORUM AMEN
IIII HOC PRAECEPTUM COMMEN
DO TIBI FILI TIMOTHEAE
SECUNDUM PRAECEDENTES
IN TE PROPHETIAS UT MILITES
IN ILLIS BONAM MILITIAM
HABENS FIDEM ET BONAM
CONSCIENTIAM
QUAM QUIDAM REPELLENTES
CIRCA FIDEM NAUFRAGAUERUNT
EX QUIBUS EST HYMENEUS
ET ALEXANDER
QUOS TRADIDI SATANAE

ut discant non blasphemare
V Obsecro igitur primo omniū
fieri obsecrationes
orationes postulationes
gratiarum actiones
pro omnib· hominibus
pro regibus et omnibus
qui in sublimitate sunt
ut quietam et tranquillam
uitam agamus in omni
pietate et castitate
hoc enim bonum est
et acceptum coram
saluatore nr̄o deo
qui omnes homines uult
saluos fieri et ad agni
tionem ueritatis uenire
VI Unus enim d̄s
unus et mediator d̄i et hominū
homo xp̄s ih̄s
qui dedit redemptionem
semet ipsum pro omnib·
testimonium temporib· suis
in quo positus sum ego prae
dicator et apostolus
ueritatem dico non mentior
doctor gentium in fide
et ueritate
VII Uolo ergo uiros orare
in omni loco
leuantes puras manus
sine ira et disceptatione
similiter et mulieres
in habitu ornato
cum uerecundia et sobrietate
ornantes se non in tortis
crinib· aut auro
aut margaritis
uel ueste praetiosa
sed quod decet mulieres
promittentes pudicitiam
per opera bona
mulier in silentio discat
cum omni subiectione
docere autem mulieri
non permitto
neque dominari in uirum
sed esse in silentio
Adam enim prior figuratus
est deinde eua
et adam non est seductus
mulier autem seducta
in praeuaricatione fuit
saluabitur autem per filiorū
generationem
si permanserint in fide
et dilectione et scifica
tione cum sobrietate
VIII Fidelis sermo
si quis episcopatum desiderat
bonum opus desiderat
oportet ergo episcopum
inreprae hensibilem esse
unius uxoris uirum
sobrium prudentem
ornatum hospitalem
doctorem
non uinolentum
non percussorem
sed modestum
non litigiosum
non cupidum
suae domui bene praepositū
filios habentem subditos
cum omni castitate
si quis autem domui suae
praeesse nescit
quomodo ecclesiae d̄i
diligentiam habebit
non ne ophytum
ne in superbia elatus in iudiciū
incidat diaboli
oportet autem illum
et testimonium habere
bonum ab his qui foris sunt
ut non in obprobrium incidat
et laqueum diaboli
diaconos similiter pudicos

NON BILINGUES
NON MULTO UINO DEDITOS
NON TURPE LUCRUM SECTANTES
HABENTES MYSTERIUM FIDEI
IN CONSCIENTIA PURA
ET HI AUTEM PROBENTUR
PRIMUM
ET SIC MINISTRENT NULLUM
CRIMEN HABENTES
MULIERES SIMILITER
PUDICAS NON DETRAHENTES
SOBRIAS FIDELES IN OMNIBUS
DIACONES SINT UNIUS
UXORIS UIRI
QUI FILIIS SUIS BENE PRAESUNT
ET SUIS DOMIBUS
QUI ENIM BENE MINISTRAUERINT
GRADUM SIBI BONUM
ADQUIRENT
ET MULTAM FIDUCIAM IN FIDE
QUAE EST IN XPO IHU
HAEC TIBI SCRIBO SPERANS
UENIRE AD TE CITO
SI AUTEM TARDAUERO
UT SCIAS QUOMODO TE OPORTEAT
IN DOMO DI CONUERSARI
QUAE EST ECCLESIA DI UIUI
COLUMNA ET FIRMAMENTUM
UERITATIS
VIIII ET MANIFESTE MAGNUM EST
PIETATIS SACRAMENTUM
QUOD MANIFESTATUM
EST IN CARNE
IUSTIFICATUM EST IN SPU
APPARUIT ANGELIS PRAEDI
CATUM EST GENTIBUS
CREDITUM EST IN MUNDO
ADSUMPTUM EST IN GLORIA
X SPS AUTEM MANIFESTE DICIT
QUIA IN NOUISSIMIS TEMPO
RIB· DESCEDENT
QUIDAM A FIDE
ATTENDENTES SPIRITUS
ERRORIS

ET DOCTRINIS DAEMONIORU̅
IN HYPOCHRISI LOQUENTIUM
MENDACIUM ET CAUTERIATAM
HABENTIUM CONSCIEN
TIAM SUAM
PROHIBENTIUM NUBERE
ABSTINERE A CIUIS QUOS DS
CREAUIT AD PERCIPIENDUM
CUM GRATIARUM ACTIONE
FIDELIB· ET HIS QUI COGNO
UERUNT UERITATEM
QUIA OMNIS CREATURA DI BONA
ET NIHIL REICIENDUM QUOD
CUM GRATIARUM ACTIONE
PERCIPITUR
SANCTIFICATUR ENIM PER UER
BUM DI ET ORATIONEM
HAEC PROPONENS FRATRIB·
BONUS ERIS MINISTER IHU XPI
ENUTRITUS UERBIS FIDEI
ET BONAE DOCTRINAE QUAM
ADSECUTUS ES
XI IN EPTAS AUTEM ET ANILES
FABULAS DEUITA
EXERCE TE IPSUM AD PIETATE̅
NAM CORPORALIS EXERCITATIO
AD MODICUM UTILIS EST
PIETAS AUTEM AD OMNIA
UTILIS EST
PROMISSIONEM HABENS UITAE
QUAE NUNC EST ET FUTURAE
XII FIDELIS SERMO
ET OMNI ACCEPTIONE DIGNUS
IN HOC ENIM LABORAMUS
ET MALEDICIMUR
QUIA SPERAMUS IN DM UIUUM
QUI EST SALUATOR OMNIUM
HOMINUM MAXIME
FIDELIUM
XIII PRAECIPE HAEC ET DOCE
NEMO ADULESCENTIAM
TUAM CONTEMNAT
SED EXEMPLUM ESTO FIDELIU̅
IN UERBO IN CONUERSATIONE

IN CARITATE IN FIDE
IN CASTITATE DUM UENIO
ATTENDE LECTIONI
EXORTATIONI DOCTRINAE
NOLI NEGLEGERE GRATIAM
QUAE IN TE EST
QUAE DATA EST TIBI PER PRO
PHETIAM CUM INPOSITIONE
MANUUM PRAESBYTERII
XIIII HAEC MEDITARE IN HIS ESTO
UT PROFECTUS TUUS MANI
FESTUS SIT OMNIBUS
ATTENDE TIBI ET DOCTRINAE
INSTA IN ILLIS
HOC ENIM FACIENS ET TE IPSUM
SALUUM FACIES ET QUI TE
AUDIUNT
XV SENIOREM NE INCREPAUERIS
SED OBSECRA UT PATREM
IUUENES UT FRATRES
ANUS UT MATRES
IUUENCULAS UT SORORES
IN OMNI CASTITATE
XVI UIDUAS HONORA QUAE UERE
UIDUAE SUNT
SI QUA AUTEM UIDUA FILIOS
AUT NEPOTES HABET
DISCANT PRIMUM DOMUM
SUAM REGERE
ET MUTUAM UICEM REDDERE
PARENTIBUS
HOC ENIM ACCEPTUM EST
CORAM DO
QUAE AUTEM UERE UIDUA EST
ET DESOLATA SPERAUIT IN DM
ET INSTAT OBSECRATIONIBUS
ET ORATIONIBUS NOCTE AC DIE
NAM QUAE IN DELICIIS EST
UIUENS MORTUA EST
ET HOC PRAECIPE
UT INREPREHENSIBILES SINT
SI QUIS AUTEM SUORUM
ET MAXIME DOMESTICORU
CURAM NON HABET
FIDEM NEGAUIT
ET EST INFIDELI DETERIOR
UIDUA ELIGATUR NON MINUS
SEXAGINTA ANNORUM
QUAE FUERIT UNIUS UIRI UXOR
IN OPERIB BONIS TESTIMO
NIUM HABENS
SI FILIOS EDOCAUIT
SI HOSPITIO RECEPIT
SI SCORUM PEDES LAUIT
SI TRIBULATIONEM PATIENTIB
SUBMINISTRAUIT
SI OMNE OPUS BONUM
SUBSECUTA EST
XVII ADULESCENTIORES AUTEM
UIDUAS DEUITA
CUM ENIM LUXURIATAE FUERINT
IN XPO NUBERE UOLUNT
HABENTES DAMNATIONEM
QUIA PRIMAM FIDEM
INRITAM FECERUNT
SIMUL AUTEM ET OTIOSAE
DISCUNT CIRCUMIRE DOMOS
NON SOLUM OTIOSAE
SED ET UERBOSAE ET CURIOSAE
LOQUENTES QUAE NON OPORTET
UOLO ERGO IUUENIORES
NUBERE
FILIOS PROCREARE
MATRES FAMILIAS ESSE
NULLAM OCCASIONEM DARE
ADUERSARIO MALEDICTI
GRATIA
IAM ENIM QUAEDAM CON
UERSAE SUNT RETRO
SATANAN
XVIII SI QUA FIDELIS HABET UIDUAS
SUBMINISTRET ILLIS
UT NON GRAUETUR ECCLESIA
UT HIS QUAE UERE UIDUAE SUNT
SUFFICIAT
XVIIII QUI BENE PRAESUNT PRAESBY
TERI DUPLICI HONORE
DIGNI HABEANTUR

maxime qui laborant
in uerbo et in doctrina
dicit enim scriptura
non infrenabis os boui
trituranti
et dignus est operarius
mercedem suam
xx Aduersus praesbyterum
accusationem noli
recipere
nisi sub duob· et trib· testib·
xxi Peccantem coram omnib·
argue ut et ceteri timorē
habeant
xxii Testor coram dō et xpō ihū
et electis angelis
ut haec custodias sine
praeiudicio
nihil faciens in aliam partem
declinando
xxiii Manus cito nemini inposueris
neque communicaueris
peccatis alienis
teipsum castum custodi
noli adhuc aquam bibere
sed uino modico utere
propter stomachum tuum
et frequentes tuas
infirmitates
xxiiii Quorundam hominum
peccata manifesta sunt
praecedentia ad iudicium
quosdam autem et subsequuntur
similiter et facta bona
manifesta sunt
et quae aliter se habent
abscondi non possunt
xxv Quicumque sunt sub iugo
serui dominos suos omni
honore dignos arbitrentur
ne nomen dñi et doctrina
blasphemetur
qui autem fideles habent
dominos

non contemnant quia
fratres sunt
sed magis seruiant quia
fideles sunt et dilecti
qui beneficii participes sunt
xxvi Haec doce et hortare
siquis aliter docet et non
adquiescit sanis sermonib·
dñi nī ihū xpi
et ei quae secundum pietatem
est doctrinae
superbus nihil sciens
sed languens circa quaestio
nes et pugnas uerborum
ex quib· oriuntur inuidiae
contentiones
blasphemiae
suspiciones malae
conflictationes hominum
mente corruptorum
et qui ueritate priuati sunt
existimantium quaestum
esse pietatem
xxvii Est autem quaestus magnus
pietas cum sufficientia
nihil enim intulimus in mundo
haut dubium quia nec auferre
quid possumus
habentes autem alimenta
et quib· tegamur
his contenti sumus
nam qui uolunt diuites fieri
incidunt in temptationem
et laqueum
et desideria multa inutilia
et nociua
quae mergunt homines
in interitum et perditionē
radix enim omnium malo
rum est cupiditas
quam quidam adpetentes
errauerunt a fide
et inseruerunt se dolorib·
multis

xxviii Tu autem o homo di haec fuge
sectare uero iustitiam
pietatem fidem
caritatem patientiam
mansuetudinem
certare bonum certamen
fidei
adpraehende uitam aeter
nam in qua uocatus es
et confessus bonam con
fessionem coram multis
testibus
praecipio tibi coram do
qui uiuificat omnia
et xpo ihu qui testimonium
reddit sub pontio pilato
bonam confessionem
ut serues mandatum sine
macula inreprachensibile
usque in aduentum
dni nri ihu xpi
quem suis temporibus ostendet
beatus et solus potens
rex regum
et dns dominantium
qui solus habet inmortalitatem
lucem habitans inaccessibilem
quem uidit nullus hominum
sed nec uidere potest
cui honor et imperium
sempiternum amen
xxix Diuitibus huius saeculi
praecipe non superbe
sapere
neque sperare in incerto
diuitiarum
sed in do qui praestat nobis
omnia abunde ad fruendu
bene agere
diuites fieri in operibus
bonis
facile tribuere com
municare
thesaurizare sibi fundamen tum

bonum in futurum
ut adpraehendant ueram
uitam
xxx O timothee depositum
custodi
deuitans profanas uocum
nouitates et oppositiones
falsi nominis scientiae
quam quidam promittentes
circa fidem exciderunt
gratia tecum amen

EXP EPIST AD TIMOTHEUM P

INCIP AD EUNDEM SEC

INCIP ARGUMENTUM
Item timotheo scribit de exhortatione
martyrii et omnes regulae veritatis
et quid futurum sit temporib novis
simis et de sua passione EXP

INCIPIUNT CAPITULA

I De eunice atq; loide matre auia timothei
et quod sci non spm timoris accepe
rint sed uirtutis et caritatis
II De dno non secundum opera nostra
sed secundum suum propositum
ante tempora aeterna scos suos
ad gratiam prouocante
III De formula sane doctrinae
et de asianorum perfidia
ex quib; erant phygelus et hermo
genis et de fide onesiphoriae
sollicitudine
IIII De tradenda doctrina fidelibus
qui idonei erunt aliquos erudire
V De dni milite expedito et athletae
comparatione
VI De fructu laborantis agricolae
VII De resurrectione dni ex mortuis

VIII DE ESCIS ET COMMORIENTIB· DNO
ET CONUIUENTIB· AC TOLERANTIB·
PARITER ATQ· REGNANTIB·
VIIII DE CONTENTIONIB· ET SUBUERSIONE
UERBORUM
X DE SEDUCTORIBUS
XI DE MAGNA DOMO IN UASA DIUERSIS
GENERIB· CONTINENTEM
XII DE CLARITATE AC PRAECUM SCIS
XIII DE SQUAESTIONIB· STULTIS
XIIII DE APOSTOLO NOUISSIMA TEMPORA
ET SEDUCTORES INIQUITATES OMNES
ET SCELERA PRAEDICANTE
XV DE UIRTUTIB· SCIS ET PERSECUTIONIB·
PAULI ET OMNIUM SEMPER
TRIBULATIONE SCORUM
XVI DE TIMOTHEO AB INFANTIA SACRIS
LITTERIS INSTITUTUM
XVII DE SCRIPTA DIUINITUS INSPIRATA
XVIII DE APOSTOLO TESTIFICANTE TIMOTHEUM
UT OPORTUNE INSISTERET AD DOCENDUM — inportune
XVIIII DE APOSTOLO PRAEDICANTE QUOSANAM — tempus
DOCTRINAM HOMINES REFUTUARENT
XX DE APOSTOLO MARTYRIUM SUUM
ET LIBERATIONE DE SAECULO
PRAEDICANTE
XXI DE TIMOTHEO ET DEMAN ET CRESCENTE
TITO LUCAM ARCO THYCICO ET CARPO
ET DE AD FERENDA PAENULA ET LIBRIS
MAXIME UERO MEMBRANIS
XXII DE ALEXANDRO AERARIO
XXIII DE PRIMA APOSTOLI DEFENSIONEM
XXIIII DE PRISCILLA ET AQUILA
XXV DE EUBOLO ET PUDENTE ET LINO
ET CLAUDIO ET FRATRIB· UNIUERSIS

EXPL CAPITULA

INCIP EPISTULA

AD TIMOTHEUM SEC

PAULUS APOSTOLUS IHU XPI
PER UOLUNTATEM DI
SECUNDUM PROMISSIONEM
UITAE QUAE EST IN XPO IHU
TIMOTHEO CARISSIMO FILIO
GRATIA MISERICORDIA PAX
A DO PATRE ET XPO IHU DNO NO
GRATIAS AGO DO CUI SERUIO
A PROGENITORIBUS IN CON
SCIENTIA PURA
QUAM SINE INTERMISSIONE
HABEAM TUI MEMORIAM
IN ORATIONIBUS MEIS
NOCTE AC DIE
DESIDERANS TE UIDERE
MEMOR LACRIMARUM TUARUM
UT GAUDEO IMPLEAR
RECORDATIONEM ACCIPIENS
EIUS FIDEI QUAE EST IN TE
NON FICTA
QUAE ET HABITAUIT PRIMUM
IN AUIA TUA LOIDE ET MATRE
TUA EUNICE
CERTUS SUM AUTEM QUOD ET IN TE
PROPTER QUAM CAUSAM
ADMONEO TE UT RESUSCITES
GRATIAM DI QUAE EST IN TE
PER INPOSITIONEM MANUUM
MEARUM
NON ENIM DEDIT NOBIS DS
SPM TIMORIS
SED UIRTUTIS ET DILECTIONIS
ET SOBRIETATIS
II NOLI ITAQUE ERUBESCERE
TESTIMONIUM DNI NI
NEQUE UINCTUM EIUS
SED CONLABORA EUANGELIO
SECUNDUM UIRTUTEM DI
QUI NOS LIBERAUIT
ET UOCAUIT UOCATIONE SCA
NON SECUNDUM OPERA NOSTRA
SED SECUNDUM PROPOSITUM
SUUM ET GRATIAM
QUAE DATA EST NOBIS IN XPO IHU

ANTE TEMPORA SAECULARIA
MANIFESTATA EST AUTEM
NUNC PER INLUMINATIONEM
SALUATORIS NOSTRI IHU XPI
QUI DESTRUXIT QUIDEM MORTE
INLUMINAUIT AUTEM UITAM
ET INCORRUPTIONEM
PER EUANGELIUM
IN QUO POSITUS SUM EGO PRAE
DICATOR ET APOSTOLUS
ET MAGISTER GENTIUM
OB QUAM CAUSAM ETIAM
HAEC PATIOR
SED NON CONFUNDOR
SCIO ENIM CUI CREDIDI
ET CERTUS SUM QUIA POTENS
EST DEPOSITUM MEUM
SERUARE IN ILLUM DIEM
III FORMAM HABE SANORUM
UERBORUM QUAE A ME
AUDISTI
IN FIDE ET DILECTIONE IN XPO IHU
BONUM DEPOSITUM CUSTODI
PER SPM SCM QUI HABITAT
IN NOBIS
SCIS HOC QUOD AUERSI SUNT
A ME OMNES QUI IN ASIA SUNT
EX QUIBUS EST PHYGELUS
ET HERMOGENES
DET MISERICORDIAM DNS
ONESIFORI DOMUI
QUIA SAEPE ME REFRIGERAUIT
ET CATENAM MEAM NON ERUBUIT
SED CUM ROMAM UENISSEM
SOLLICITE ME QUAESIUIT
ET INUENIT
DET ILLI DNS INUENIRE MISERI
CORDIAM A DNO IN ILLA DIE
ET QUANTA EPHESI MINISTRA
UIT MELIUS TU NOSTI
IIII TU ERGO FILI MI
CONFORTARE IN GRATIAM
QUAE EST IN XPO IHU
ET QUAE AUDISTI A ME PER MULTOS
TESTES

HAEC COMMENDA FIDELIB·
HOMINIBUS
QUI IDONEI ERUNT ET ALIOS
DOCERE
LABORA SICUT BONUS MILES
XPI IHU
V NEMO MILITANS DO IMPLICAT SE
NEGOTIIS SAECULARIBUS
UT EI PLACEAT CUI SE PROBABIT
NAM ET QUI CERTAT IN AGONE
NON CORONATUR NISI LEGITIME
CERTAUERIT
VI LABORANTEM AGRICOLAM
OPORTET PRIMUM
DE FRUCTIBUS ACCIPERE
INTELLEGE QUE DICO
DABIT ENIM TIBI DNS IN OMNIB·
INTELLECTUM
VII MEMOR ESTO IHM XPM RESUR
REXISSE A MORTUIS
EX SEMINE DAUID SECUNDUM
EUANGELIUM MEUM
IN QUO LABORO USQUE AD UINCULA
QUASI MALE OPERANS
SED UERBUM DI NON EST
ALLIGATUM
IDEO OMNIA SUSTINEO
PROPTER ELECTOS
UT ET IPSI SALUTEM CONSEQUAN
TUR QUAE EST IN XPO IHU
CUM GLORIA CAELESTI 172
VIII FIDELIS SERMO
NAM SI CONMORTUI SUMUS
ET CONUIUEMUS
SI SUSTINEMUS
ET CONREGNAUIMUS
SI NEGABIMUS
ET ILLE NEGAUIT NOS
SI NON CREDIMUS
ILLE FIDELIS MANET
NEGARE SE IPSUM NON POTEST
HAEC COMMONE TESTIFICANS
CORAM DNO
NOLI UERBIS CONTENDERE AD NIHIL
UTILE

SUB
ADUERSIONEM AUDIENTIUM
SOLLICITE CURA TE IPSUM
PROBABILEM EXHIBERE DO
OPERARIUM INCONFUSIBILEM
RECTE TRACTANTEM UERBUM
UERITATIS
VIIII PROFANA AUTEM INANILOQUIA
DEUITA
MULTUM ENIM PROFICIENT
AD IMPIETATEM
ET SERMO EORUM
UT CANCER SERPIT
EX QUIB· EST HYMENEUS
ET PHILETUS
QUI A UERITATE EXCIDERUNT
DICENTES RESURRECTIONEM
IAM FACTAM
ET SUBUERTUNT QUORUNDAM
FIDEM
X SED FIRMUM FUNDAMENTUM
DI STETIT HABENS SIGNACU
LUM HOC
COGNOUIT DNS QUI SUNT EIUS
ET DISCEDAT AB INIQUITATE
OMNIS QUI NOMINAT NOMEN DNI
XI IN MAGNA AUTEM DOMO
NON SOLUM AUTEM SUNT UASA
AUREA ET ARGENTEA
SED ET LIGNEA ET FICTILIA
ET QUAEDAM QUIDEM IN HONORĒ
QUAEDAM AUTEM IN CONTUMELIĀ
SI QUIS ERGO MUNDAUERIT
SE AB ISTIS
ERIT UAS IN HONOREM
SCIFICATUM
ET UTILE DNO AD OMNE OPUS
BONUM PARATUM
XII IUUENILIA AUTEM DESIDERIA FUGE
SECTARE UERO IUSTITIAM
FIDEM CARITATEM PACEM
CUM HIS QUI INUOCANT DNM
DE CORDE PURO
XIII STULTAS AUTEM ET SINE DISCI
PLINA QUAESTIONES DEUITA

SCIENS QUIA GENERANT LITES
SERUUM AUTEM DNI NON OPOR
TET LITIGARE
SED MANSUETUM ESSE AD OMNES
DOCIBILEM PATIENTEM
CUM MODESTIAM CORRIPIENTEM
EOS QUI RESISTUNT
NE QUANDO DET ILLIS DS PAENITEN
TIAM AD COGNOSCENDAM
UERITATEM
ET RESIPISCANT A DIABOLI LAQUEIS
A QUO CAPTI TENENTUR AD IPSIUS
UOLUNTATEM
XIIII HOC AUTEM SCITO
QUOD IN NOUISSIMIS DIEBUS
INSTABUNT TEMPORA
PERICULOSA
ET ERUNT HOMINES
SE IPSOS AMANTES
CUPIDI ELATI SUPERBI
BLASPHEMI
PARENTIB· INOBOEDIENTES
INGRATI SCELESTI
SINE ADFECTIONE SINE PACE
CRIMINATORES
INCONTINENTES INMITES
SINE BENIGNITATE PRODITORES
PROTERUI TUMIDI
UOLUPTATIUM AMATORES
MAGIS QUAM DI
HABENTES QUIDEM SPECIEM
PIETATIS
UIRTUTEM AUTEM EIUS ABNEGANTES
ET HOS DEUITA
EX HIS ENIM SUNT QUI PENE
TRANT DOMOS
ET CAPTIUAS DUCUNT MULIER
CULAS ONERATAS PECCATIS
QUAE DUCUNTUR UARIIS DESI
DERIIS SEMPER DISCENTES
ET NUMQUAM AD SCIENTIAM
UERITATIS PERUENIENTES
QUEM ADMODUM AUTEM
IAMNES ET MAMBRES

RESTITERUNT MOSI
ITA ET HI RESISTUNT UERITATI
HOMINES CORRUPTI MENTE
REPROBI CIRCA FIDEM
SED ULTRA NON PROFICIENT
INSIPIENTIA ENIM EORUM
MANIFESTA ERIT OMNIBUS
SICUT ET ILLORUM FUIT
XV TU AUTEM ADSECUTUS ES
MEAM DOCTRINAM
INSTITUTIONEM PROPOSITUM
FIDEM LONGANIMITATEM
DILECTIONEM PATIENTIAM
PERSECUTIONES PASSIONES
QUALIA MIHI FACTA SUNT
ANTIOCHIAE
ICONII LYSTRIS
QUALES PERSECUTIONES
SUSTINUI
ET EX OMNIBUS ME ERIPUIT DNS
ET OMNES QUI UOLUNT PIE
UIUERE IN XPO IHU PERSE
CUTIONEM PATIENTUR
MALI AUTEM HOMINES ET SE
DUCTORES PROFICIENT
IN PEIUS ERRANTES ET IN
ERROREM MITTENTES
XVI TU UERO PERMANE IN HIS QUAE
DIDICISTI ET CREDITA SUNT TIBI
SCIENS A QUO DIDICERIS
ET QUIA AB INFANTIA SACRAS LITTE
RAS NOSTI QUAE TE POSSINT
INSTRUERE AD SALUTEM
PER FIDEM QUAE EST IN XPO IHU
XVII OMNIS SCRIPTURA DIUINITUS
INSPIRATA ET UTILIS
AD DOCENDUM
AD ARGUENDUM
AD CORRIGENDUM
AD ERUDIENDUM IN IUSTITIA
UT PERFECTUS SIT HOMO DI
AD OMNE OPUS INSTRUCTUS BONUM
XVIII TESTIFICOR CORAM DO
ET XPO IHU QUI IUDICATURUS EST

UIUOS AC MORTUOS
ET ADUENTUM IPSIUS
ET REGNUM EIUS
PRAEDICA UERBUM
INSTA OPORTUNE INPORTUNE
ARGUE OBSECRA INCREPA
IN OMNI PATIENTIA ET DOCTRINA
XIX ERIT ENIM TEMPUS CUM
SANAM DOCTRINAM NON
SUSTINEBUNT
SED AD SUA DESIDERIA COACER
UABUNT SIBI MAGISTROS
PRURIENTES AURIBUS
ET A UERITATE QUIDEM AUDITU
AUERTENT
AD FABULAS AUTEM CONUER
TENTUR
XX TU UERO UIGILA IN OMNIBUS
LABORA
OPUS FAC EUANGELISTE
MINISTERIUM TUUM IMPLE
EGO ENIM IAM DELIBOR
ET TEMPUS MEAE RESOLUTIO
NIS INSTAT
BONUM CERTAMEN CERTAUI
CURSUM CONSUMMAUI
FIDEM SERUAUI
IN RELIQUO REPOSITA EST MIHI
CORONA IUSTITIAE
QUAM REDDET MIHI DNS
IN ILLA DIE IUSTUS IUDEX
NON SOLUM AUTEM MIHI
SED ET HIS QUI DILIGUNT
ADUENTUM EIUS
FESTINA UENIRE AD ME CITO
XXI DEMAS ENIM ME DERELIQUIT
DILIGENS HOC SAECULUM
ET ABIIT THESSALONICAM
CRESCENS IN GALATIAM
TITUS IN DALMATIAM
LUCAS EST MECUM SOLUS
MARCUM ADSUME ET AD
DUC TECUM
EST ENIM MIHI UTILIS

IN MINISTERIUM
TYCHICUM AUTEM MISI EPHESU
PAENULAM QUAM RELIQUI
TROADE APUD CARPUM
UENIENS ADFER
ET LIBROS MAXIME AUTEM
MEMBRANAS
XXII ALEXANDER AERARIUS MULTA
MALA MIHI OSTENDIT
REDDAT EI DNS SECUNDUM
OPERA EIUS
QUEM ET TU DEUITA
UALDE ENIM RESTITIT
UERBIS NOSTRIS
XXIII IN PRIMA MEA DEFENSIONE
NEMO MIHI ADFUIT
SED OMNES ME DERELIQUERUNT
NON ILLIS REPUTETUR
DNS AUTEM MIHI ADSTITIT
ET CONFORTAUIT ME
UT PER ME PRAEDICATIO
IMPLEATUR
ET AUDIANT OMNES GENTES
ET LIBERATUS SUM DE ORE LEONIS
LIBERABIT ME DNS AB OMNI
OPERE MALO
ET SALUUM FACIET IN REGNUM
SUUM CAELESTE
CUI GLORIA IN SAECULA SAECU
LORUM AMEN
XXIIII SALUTA PRISCAM ET AQUILAM
ET ONESIFORI DOMUM
ERASTUS REMANSIT CORINTHI
TROPHIMUM AUTEM RELIQUI
INFIRMUM MILETI
FESTINA ANTE HIEMEM UENIRE
XXV SALUTAT TE EUBULUS
ET PUDENS ET LINUS ET CLAUDIA
ET FRATRES OMNES
DNS IHS XPS CUM SPU TUO
GRATIA NOBISCUM AMEN

EXP AD TIMOTHEUM SEC

INCIPIT ARGUMENTUM AD TITUM

TITUM COMMONEFACIT ET INSTRUIT DE CONSTI
TUTIONE PRAESBYTERII ET DE SPIRITALI CON
VERSATIONE ET HERETICIS VITANDIS QUI IN SCRIP
TURIS IUDAICIS CREDUNT

EXP ARGUMENTUM

INCIPT CAPITULA

I DE DNO PATRE QUOD ANTE AETERNA
TEMPORA DNM FILIUM NOBIS PRO
MISERIT QUEM POSTEA SUIS TEMPORIB
DECLARAUIT
II DE EPISCOPIS FORMULA ET QUOD IIDEM
QUONDAM EPISCOPI FUERINT QUI ET PRAES
BYTERII DICEBANTUR ET DE SEDUCTORI
BUS ECCLESIARUM
III DE SENIB ET IUUENIBUS ET QUOD
DOCTOR IN OMNIB BONIS EXEM
PLUM DEBEAT ESSE DISCIPULIS
IIII DE SERUIS ET QUOD OMNIB HOMINIB
GRATIA DI INLUXERIT SALUTARIS
V DE IMPERIO DOCENTIUM ET SUB
IECTIONE PRINCIPIB AC POTESTATIB
AD OMNE OPUS BONUM ET DE UIR
TUTIB OMNIB ET QUOD NON SECUN
DUM OPERA HOMINUM SED SECUNDUM
UOLUNTATEM SUAM CUI UOLUERIT
DNS MISERETUR
VI DE CREDENTIB DO UT PRAEESSE CURENT
OPERIB BONIS
VII DE QUAESTIONIB ET GENEALOGIIS ET LEGIS
CONTENTIONIB DEUITANDIS
VIII DE HERETICO HOMINE CUM SEMEL
CORREPTUS FUERIT EUITANDO
VIIII DE TITO ET ARTHEMAN ET TYCHICO
ET ZENA LEGIS PERITO ET APOLLO
DE APOSTOLO DOCTRINAM SUIS
AD BONA OPERA NE INFRUCTUOSI FIERENT
ET USUS NECESSARIOS POLLICENTE
X DE APOSTOLO DILIGENTES EUM PER
LITTERAS SALUTANTEM

EXPT CAPITULA

q ad q

PAULUS SERUUS DI APOSTOLUS
AUTEM IHU XPI
SECUNDUM FIDEM ELECTORUM DI
ET AGNITIONEM UERITATIS QUAE
SECUNDUM PIETATEM EST
IN SPEM UITAE AETERNAE
QUAM PROMISIT QUI NON
MENTITUR DS ANTE TEM
PORA SAECULARIA
MANIFESTAUIT AUTEM
TEMPORIB· SUIS
UERBUM SUUM
IN PRAEDICATIONE QUAE CREDI
TA EST MIHI SAECUNDUM
PRAECEPTUM SALUATORIS
NOSTRI DI
TITO DILECTO FILIO SECUNDUM
COMMUNEM FIDEM
GRATIA ET PAX A DO PATRE
ET XPO IHU SALUATORE
NOSTRO
II HUIUS REI GRATIA RELIQUI TE
CRETAE
UT EA QUAE DESUNT CORRIGAS
ET CONSTITUAS PER CIUITATES
PRAESBYTEROS SICUT
ET EGO TIBI DISPOSUI
SI QUIS SINE CRIMINE EST
UNIUS UXORIS UIR FILIOS
HABENS FIDELES
NON IN ACCUSATIONE LUXURIAE
AUT NON SUBDITOS
OPORTET ENIM EPISCOPUM
SINE CRIMINE ESSE SICUT
DI DISPENSATOREM
NON SUPERBUM
NON IRACUNDUM
NON UINOLENTUM
NON PERCUSSOREM
NON TURPILUCRI CUPIDUM
SED HOSPITALEM
BENIGNUM SOBRIUM
SANCTUM IUSTUM
CONTINENTEM
AMPLECTENTEM EUM QUI
SECUNDUM DOCTRINAM EST
FIDELEM SERMONEM
UT POTENS SIT ET EXORTARI
IN DOCTRINA SANA
ET EOS QUI CONTRADICUNT
ARGUERE
SUNT ENIM MULTI ET INOBOEDIENTES
UANILOQUI ET SEDUCTORES
MAXIME QUI DE CIRCUM
CISIONE SUNT
QUOS OPORTET REDARGUI
QUI UNIUERSAS DOMOS SUBUER
TUNT DOCENTES QUAE NON OPOR
TET TURPIS LUCRI GRATIA
DIXIT QUIDAM EX ILLIS PROPRIUS
EORUM PROPHETA
CRETENSES SEMPER MENDACES
MALAE BESTIAE UENTRES PIGRI
TESTIMONIUM HOC UERUM EST
QUAM OB CAUSAM INCREPA
ILLOS DURE
UT SANI SINT IN FIDE
NON INTENDENTES
IUDAICIS FABULIS
ET MANDATIS HOMINUM
AUERSANTIUM SE A UERITATE
OMNIA MUNDA MUNDIS
COINQUINATIS AUTEM ET INFIDE
LIBUS NIHIL MUNDUM
SED INQUINATAE SUNT EORUM
ET MENS ET CONSCIENTIA
CONFITENTUR SE NOSSE DM
FACTIS AUTEM NEGANT
CUM SINT ABOMINATI
ET INCREDIBILES
ET AD OMNE OPUS BONUM
REPROBI
III TU AUTEM LOQUERE QUAE DECET
SANAM DOCTRINAM
SENES UT SOBRII SINT
PUDICI PRUDENTES SANI FIDE
DILECTIONE PATIENTIA
ANUS SIMILITER IN HABITU SCO

NON CRIMINATORES
NON UINO MULTO SERUIENTES
BENE DOCENTES
UT PRUDENTIAM DOCEANT
ADULESCENTULAS UT UIROS
SUOS AMENT
FILIOS DILIGANT
PRUDENTES CASTAS
DOMUS CURAM HABENTES
BENIGNAS SUBDITAS SUIS UIRIS
UT NON BLASPHEMETUR
UERBUM DI
IUUENES SIMILITER HORTARE
UT SOBRII SINT
IN OMNIBUS TE IPSUM PRAEBE
EXEMPLUM BONORUM
OPERUM
IN DOCTRINA INTEGRITATEM
GRAUITATEM
UERBUM SANUM
INREPRAEHENSIBILEM
UT HIS QUI EX ADUERSO EST
UEREATUR NIHIL HABENS
MALUM DICERE DE NOBIS
IIII SERUOS DOMINIS SUIS
SUBDITOS ESSE
IN OMNIBUS PLACENTES
NON CONTRADICENTES
NON FRAUDANTES
SED IN OMNIBUS FIDEM BONAM
OSTENDENTES
UT DOCTRINAM SALUTARIS DNI
ORNENT IN OMNIBUS
APPARUIT ENIM GRATIA DI
SALUATORIS OMNIBUS
HOMINIBUS
ERUDIENS NOS UT ABNEGANTES
IMPIETATEM ET SAECULARIA
DESIDERIA
SOBRIE ET IUSTE ET PIE UIUA
MUS IN HOC SAECULO
EXPECTANTES BEATAM SPEM
ET ADUENTUM GLORIAE
MAGNI DI ET SALUATORIS
NOSTRI IHU XPI
QUI DEDIT SEMET IPSUM
PRO NOBIS
UT NOS REDIMERET AB OMNI
INIQUITATE
ET MUNDARET SIBI POPULUM
ACCEPTABILEM SECTATOREM
BONORUM OPERUM
V HAEC LOQUERE ET EXHORTARE
ET ARGUE CUM OMNI IMPERIO
NEMO TE CONTEMNAT
ADMONE ILLOS PRINCIPIBUS
ET POTESTATIB· SUBDITOS ESSE
DICTO OBOEDIRE
AD OMNE OPUS BONUM
PARATOS ESSE
NEMINEM BLASPHEMARE
NON LITIGIOSAS ESSE
sed MODESTOS
OMNEM OSTENDENTES MAN
SUETUDINEM AD OMNES
HOMINES
ERAMUS ENIM ET NOS ALIQUANDO
INSIPIENTES
INCREDULI ERRANTES
SERUIENTES DESIDERIIS ET UO
LUPTATIB· UARIIS
IN MALITIA ET INUIDIA AGENTES
ODIBILES ODIENTES INUICEM
CUM AUTEM BENIGNITAS
ET HUMANITAS APPARUIT
SALUATORIS NOSTRI DI
NON EX OPERIBUS IUSTITIAE
QUAE FECIMUS NOS
SED SECUNDUM SUAM
MISERICORDIAM
SALUOS NOS FECIT PER LAUACRUM
REGENERATIONIS ET RENOUA
TIONIS SPS SCI
QUEM EFFUDIT IN NOS ABUNDE
PER XPM IHM SALUATOREM
NOSTRUM
UT IUSTIFICATI GRATIA IPSIUS
HEREDES SIMUS SECUNDUM

SPEM UITAE AETERNAE
VI FIDELIS SERMO EST
ET DE HIS UOLO TE CONFIRMARE
UT CURENT BONIS OPERIBUS
PRAEESSE QUI CREDUNT DO
HAEC SUNT BONA ET UTILIA
HOMINIBUS
VII STULTAS AUTEM QUAESTIONES
ET GENEALOGIAS ET CONTEN
TIONES ET PUGNAS LEGIS DEUITA
SUNT ENIM INUTILES ET UANAE
VIII HERETICUM HOMINEM
POST UNAM ET SECUNDAM
CORREPTIONEM DEUITA
SCIENS QUIA SUBUERSUS EST
QUI EIUS MODI EST
ET DELINQUIT PROPRIO IUDICIO
CONDEMNATUS
VIIII CUM MISERO AD TE ARTHEMAN
AUT TYCHICUM
FESTINA AD ME UENIRE
NICHOPOLIM
IBI ENIM STATUI HIEMARE
ZENAN LEGIS PERITUM ET APOLLO
SOLLICITE PRAEMITTE
ET NIHIL ILLIS DESIT
DISCANT AUTEM ET NOSTRI
BONIS OPERIBUS PRAEESSE
AD USUS NECESSARIOS
UT NON SINT INFRUCTUOSI
X SALUTANT TE QUI MECUM
SUNT OMNES
SALUTA QUI NOS AMANT IN FIDE
GRATIA DI CUM OMNIBUS
UOBIS AMEN

EXP AD TITUM

IN CIPIT AD PHILEMONEM

PHILEMONI FAMILIARES LITTERAS FACIT PRO
ONESIMO SERVO EIUS SCRIBIT AUTEM
EI A ROMA DE CARCERE PER ONE
SIMUM ACOLOTUM

IN CIPIUNT CAPITULA

I DE PHILEMONE ET APPIA ET ARCIPPO
ET DOMESTICA ECCLESIA EIUS
II DE PHILEMONE ET APOSTOLO PRO EO
IN ORATIONIB· SEMPER MEMORIAM
FACIENTEM
III DE APOSTOLO SENE ET UINCTO PHILEMONI
IMPERANTE EUNDEMQ· PARITER
OBSECRANTE PRO ONESIMO SERUO
IPSIUS ET PARARI SIBI HOSPITIUM
COMMENDANTE
IIII DE PHAFRA CONCAPTIUO APOSTOLI
ET MARCO ET ARISTHARCO ET DEMA
ET LUCA ADIUTORIB· PAULI

EXPLIT CAPITULA

IN CIPIT EPISTULA

PAULUS UINCTUS IHU XPI
ET TIMOTHEUS FRATER
PHILEMONI DILECTO ADIUTORI
NOSTRO
ET APPIAE SORORI
ET ARCIPPO COMMILITONI
NOSTRO
ET ECCLESIAE QUAE IN DOMO
TUA EST
GRATIA UOBIS ET PAX A DO PATRE
NO ET DNO IHU XPO
II GRATIAS AGO DO MEO
SEMPER MEMORIAM TUI
FACIENS IN ORATIONIBUS MEIS
AUDIENS CARITATEM TUAM
ET FIDEM QUAM HABES
IN DNO IHU
ET IN OMNES SCOS
UT COMMUNICATIO FIDEI TUAE
EUIDENS FIAT IN AGNITIONEM
OMNIS BONI IN XPO IHU
GAUDIUM ENIM MAGNUM
HABUI ET CONSOLATIONEM
IN CARITATE TUA
QUIA UISCERA SANCTORUM
REQUIEUERUNT PER TE FRATER.

III PROPTER QUOD MULTAM FIDU
CIAM HABENS IN XPO IHU
IMPERANDI TIBI QUOD AD REM
PERTINET
PROPTER CARITATEM MAGIS
OBSECRO
CUM SIS TALIS UT PAULUS SENEX
NUNC AUTEM ET UINCTUS IHU XPI
OBSECRO TE DE MEO FILIO
QUEM GENUI IN UINCULIS
ONESIMO QUI TIBI ALIQUANDO
INUTILIS FUIT
NUNC AUTEM ET TIBI ET MIHI UTILIS
QUEM REMISI
TU AUTEM ILLUM ID EST MEA
UISCERA SUSCIPE
QUEM EGO UOLUERAM
MECUM DETINERE
UT PRO TE MIHI MINISTRARET
IN UINCULIS EUANGELII
SINE CONSILIO AUTEM TUO
NIHIL UOLUI FACERE
UT NE UELUT EX NECESSITATE
BONUM TUUM ESSET
SED UOLUNTARIUM
FORSITAN ENIM IDEO DISCESSIT
AD HORAM A TE
UT AETERNUM ILLUM RECIPERES
IAM NON UT SERUUM
SED PLUS SERUO
CARISSIMUM FRATREM
MAXIME MIHI
QUANTO AUTEM MAGIS TIBI
ET IN CARNE ET IN DNO
SI ERGO HABES ME SOCIUM
SUSCIPE ILLUM SICUT ME
SI AUTEM ALIQUID NOCUIT TIBI
AUT DEBET
HOC MIHI INPUTA
EGO PAULUS SCRIBSI MEA MANU
EGO REDDAM
UT NON DICAM TIBI QUOD ET TE
IPSUM MIHI DEBES
ITA FRATER EGO TE FRUAR IN DNO
REFICE UISCERA MEA IN DNO
CONFIDENS OBOEDIENTIA TUA
SCRIPSI TIBI
SCIENS QUONIAM ET SUPER
ID QUOD DICO FACIES
SIMUL AUTEM ET PARA MIHI
HOSPITIUM
NAM SPERO PER ORATIONES
UESTRAS DONARI ME UOBIS
IIII SALUTAT TE EPAPHRAS CON
CONCAPTIUUS MEUS IN XPO IHU
MARCUS ARISTARCHUS
DEMAS LUCAS
ADIUTORES MEI
GRATIA DNI NI IHU XPI
CUM SPU UESTRO AMEN

EXP AD PHILEMONEM

INCIPIT ARGUM AD HEBREOS

INPRIMIS DICENDUM EST CUR APOSTOLUS PAULUS
IN HAC EPISTULA SCRIBENDO NON SERUAUERIT
MOREM SUUM UT UEL UOCABULUM NOMINIS
SUI UEL ORDINIS SCRIBERET DIGNITATEM
HAEC CAUSA EST QUOD AD EOS SCRIBENS
QUI EX CIRCUMCISIONE CREDIDERANT
QUASI GENTIUM APOSTOLUS ET NON HAEBRAEORUM
SCIENS QUOQUE EORUM SUPERBIAM SUAMQUE
HUMILITATEM IPSE DEMONSTRANS MERITUM
OFFICII SUI NOLUIT ANTEFERRE NAM SIMILI
MODO IAM IOHANNIS APOSTOLUS PROPTER
HUMILITATEM IN EPISTULA SUA NOMEN SUUM
EADEM RATIONE NON PRAETULIT HANC ERGO
EPISTULAM FERTUR APOSTOLUS AD HEBRAEOS
CONSCRIPTAM HAEBRAICA LINGUA MISISSE
CUIUS SENSUM ET ORDINEM RETINENS
LUCAS EUANGELISTA POST EXCESSUM
BEATI APOSTOLI GRAECO
SERMONE CON
SCRIPSIT :- EXP ARGUM

INCIP BREUES AD HEBRAEOS

I De xp̄o quod dš sit circa iudaeus
ex brittanio multiformis
II De suppliciis quae euadere neque
sunt preconium xp̄i contemptores
III De saluatore cui subiecta sunt
omnia omnib; que ipse per passio
nem subiectus est
IIII De passione per quam destruxit
diabulum sibiq; fratres instruit
V De plebe gentium domum xp̄i
esse disseruit
VI De terra promissionis quam iudaeus
per fidem ingredi exhortator
VII De sacramento diei septimi
et millensimi anni
VIII De uerbo diuino quod solum potest
crimina expiare credentium
VIIII De iudaeis quos prae omnib; xp̄m
oportuit uenerari
X De hebreis quod ignorauerint dm̄
et fuerint sine iudicio caeci
XI De cruce xp̄i quam denuo in peccan
tib; post paenitentiae ingentiam
sustinet
XII De exhortatione ministerii scōrum
et de dn̄o ius iurandum
XIII De filio dī qui melchisedech
non inmerito conparatus
XIIII De inmutatione legis ueteris
et sacerdotii
XV De promissione sacerdotii
meliores testamenti
XVI De uno sacerdote qui est in cunctis
ueteris sacerdotibus xp̄i
XVII De nouo testamento quod fuerit
iam dudum ore prophetico
repromissum
XVIII De tabernaculo et tabulas
ueteris testamenti
XVIIII De anniuersali sacrificio quod ex
deutero nimio sacer dotum
principes celebrabunt
XX De sanguine salutari quod ueteris
uitae crimina purgat
XXI De nouo testamento per quod per
animas diuino sanguine
purificare testatur
XXII De saluatore qui solus terminum
peccatis inponentibus apparere
non cessat
XXIII De lege ueteriq; noua legis typum
habuit ac habere monstratur
XXIIII De sacrificio laudis quod est offeren
dum post indulgentiam peccatorum
XXV De exortatione credentium
et incredulorum ignis iuge
supplicium
XXVI De contemptorib; nouae legis quod
non temporale ut ueteres sustine
bunt sed perpetuum supplicium
mereant
XXVII De perseuerantia fidei exortatio
XXVIII De typis ueteris fidei nouae
quae propietatis exortatio
XXIX De uictoriis ueterum bellatorum
et straces infirmorum
XXX De ira in manum iudaeorum quae
ne in scōs usq; quaq; celebrent
XXXI De spū scō eisdemq; ueritatis
doctrina perpetua
XXXII De dō quem nullus nisi iuxerit
scae uidere ualebit
XXXIII De paenitentia quae nisi in istaurita
medellae remedium non potest
inuenire
XXXIIII De regno dī quod praeter pios
nullus poterit possidere
XXXV De duplici castitate superna
dumtaxat et humilis
XXXVI De spiritali doctrinamq; scōrum
fore escadis seruit
XXXVII De sollicitudine alterna cleri
dumtaxat et plebis
XXXVIII De adsumpstione spūs scī quos
in aeterna uita non potest inuenire
XXXIX De uerbo solacii quem cum timotheo
una commendat

EXP CAPITULA

MULTIFARIAE ET MULTIS MODIS
OLIM DS LOQUENS PATRIBUS
IN PROPHETIS
NOUISSIME DIEBUS ISTIS LOCU
TUS EST NOBIS IN FILIO
QUEM CONSTITUIT HEREDEM
UNIUERSORUM PER QUEM
FECIT ET SAECULA
QUI CUM SIT SPLENDOR
GLORIAE
ET FIGURA SUBSTANTIAE EIUS
PORTANS QUOQUE OMNIA
UERBO UIRTUTIS SUAE
PURGATIONEM PECCATORUM
FACIENS
SEDIT AD DEXTERAM
MAIESTATIS IN EXCELSIS
TANTO MELIOR ANGELIS EFFECTUS
QUANTO DIFFERENTIUS PRAE
ILLIS NOMEN HEREDITAUIT
CUI ENIM DIXIT ALIQUANDO
ANGELORUM
FILIUS MEUS ES TU EGO HODIE
GENUI TE
ET RURSUM
EGO ERO ILLI IN PATRE
ET IPSE ERIT MIHI IN FILIO
ET CUM ITERUM INTRODUCIT V
PRIMOGENITUM IN ORBEM
TERRAE DICIT
ET ADORENT EUM OMNES
ANGELI DI
ET AD ANGELOS QUIDEM DICIT
QUI FACIT ANGELOS SUOS SPS
ET MINISTROS SUOS FLAMMAM
IGNIS AD FILIUM AUTEM
THRONUS TUUS DS IN SAECULUM
SAECULI
ET UIRGA AEQUITATIS
UIRGA REGNI TUI
DILEXISTI IUSTITIAM ET ODISTI
INIQUITATEM
PROPTEREA UNXIT TE DS DS TUUS
OLEO EXULTATIONIS PRAE
PARTICIPIBUS TUIS
ET TU IN PRINCIPIO DNE TERRAM
FUNDASTI
ET OPERA MANUUM TUARUM
SUNT CAELI
IPSI PERIBUNT TU AUTEM
PERMANEBIS
ET OMNIA SICUT UESTIMENTUM
UETERESCENT
ET UELUT AMICTUM MUTABIS
EOS ET MUTABUNTUR
TU AUTEM IDEM ES
ET ANNI TUI NON DEFICIENT
II AD QUEM AUTEM ANGELORUM
DIXIT ALIQUANDO
SEDE A DEXTRIS MEIS QUOAD
USQUE PONAM INIMICOS TUOS
SCABILLUM PEDUM TUORUM
NONNE OMNES SUNT ADMINIS
TRATORII SPS IN MINISTERIUM
MISSI PROPTER EOS QUI HEREDI
TATEM CAPIENT SALUTIS
PROPTEREA ABUNDANTIUS
OPORTET OBSERUARE NOS
EA QUAE AUDIUIMUS
NE FORTE EFFLUAMUS
SI ENIM QUI PER ANGELOS DICTUS
EST SERMO FACTUS EST FIRMUS
ET OMNIS PRAEUARICATIO
ET INOBOEDIENTIA ACCEPIT
IUSTAM MERCEDIS RETRIBU
TIONEM
QUOMODO NOS EFFUGIEMUS
SI TANTAM NEGLEXERIMUS
SALUTEM
QUAE CUM INITIUM ACCEPISSET III
ENARRARI PER DNM AB EIS
QUI AUDIERUNT
IN NOS CONFIRMATA EST
CONTESTANTE DO SIGNIS ET POR
TENTIS ET UARIIS UIRTUTIBUS
ET SPS SCI DISTRIBUTIONIBUS
SECUNDUM SUAM UOLUNTATEM
III NON ENIM ANGELIS SUBIECIT DS

ORBEM TERRAE FUTURUM
DE QUO LOQUIMUR
TESTATUS AUTEM EST IN QUODAM
LOCO QUIS DICENS
QUID EST HOMO QUOD MEMOR
RES EIUS
AUT FILIUS HOMINIS QUONIAM
UISITAS EUM
MINUISTI EUM PAULO MINUS
AB ANGELIS
GLORIA ET HONORE CORONASTI EUM
ET CONSTITUISTI EUM SUPER
OPERA MANUUM TUARUM
OMNIA SUBIECISTI SUB PEDIBUS EIUS
IN EO ENIM QUOD EI OMNIA
SUBIECIT NIHIL DIMISIT
NON SUBIECTUM EI
NUNC AUTEM NEC DUM UIDEMUS
OMNIA SUBIECTA EI
EAM AUTEM QUI MODICO QUAM
ANGELI MINORATUS EST
UIDEMUS IHM
PROPTER PASSIONEM MORTIS
GLORIA ET HONORE CORONATUM
UT GRATIA DI PRO OMNIBUS
GUSTARET MORTEM
DECEBAT ENIM EUM
PROPTER QUEM OMNIA
ET PER QUEM OMNIA
QUI MULTOS FILIOS IN GLORIAM
ADDUXERAT
AUCTOREM SALUTIS EORUM
PER PASSIONES CONSUMMARE
QUI ENIM SCIFICAT ET SCIFICAN
TUR EX UNO OMNES
IIII PROPTER QUAM CAUSAM
NON CONFUNDITUR FRATRES
EOS UOCARE DICENS
NUNTIABO NOMEN TUUM
FRATRIBUS MEIS
IN MEDIO ECCLESIAE LAUDABO TE
ET ITERUM
EGO ERO FIDENS IN EUM
ET ITERUM

ECCE EGO ET PUERI MEI
QUOS MIHI DEDIT DS
QUIA ERGO PUERI COMMUNI
CAUERUNT SANGUINI ET CARNI
ET IPSE SIMILITER PARTICI
PAUIT ISDEM
UT PER MORTEM DESTRUERET
EUM QUI HABEBAT MORTIS
IMPERIUM
ID EST DIABULUM
ET LIBERARET EOS QUI TIMORE
MORTIS PER TOTAM UITAM
OBNOXII ERANT SERUITUTI
NUSQUAM ENIM ANGELOS
ADPRAEHENDIT
SED SEMEN ABRAHAE
ADPRAEHENDIT
UNDE DEBUIT ET PER OMNIA
FRATRIB SIMILARE
UT MISERICORS FIERET ET FIDELIS
PONTIFEX AD DM
UT REPROPITIARET DELICTA
POPULI
IN EO ENIM IN QUO PASSUS EST
IPSE TEMPTATUS
POTENS EST ET EIS QUI TEMPTA
TUR AUXILIARI
V UNDE FRATRES SCI
UOCATIONIS CAELESTIS
PARTICIPES
CONSIDERATE APOSTOLUM
ET PONTIFICEM CONFESSIO
NIS NOSTRAE IHM
QUI FIDELIS EST EI QUI FECIT ILLUM
SICUT ET MOSES IN OMNI
DOMU ILLIUS
AMPLIORIS ENIM GLORIAE
ISTE PRAE MOSE DIGNUS
HABITATUS EST
QUANTO AMPLIOREM HONOREM
HABET DOMUS QUI FABRICA
UIT ILLAM
OMNIS NAMQUE DOMUS
FABRICATUR AB ALIQUO

qui autem omnia creauit ds
et moses quidem fidelis erat
in tota domo eius tamquam
famulus
in testimonium eorum
quae dicenda erant
xps uero tamquam filius
in domo sua
quae domus sumus nos
si fiduciam et gloriam spei
usq· ad finem firmam
retineamus
quapropter sicut dicit sps scs
hodie si uocem eius audieritis
nolite obdurare corda uestra
sicut in exacerbatione in
secundum diem temptatio
nis in deserto
ubi temptauerunt
me patres uestri
probauerunt et uiderunt
opera mea
quadraginta annis
propter quod infensus fui
generationi huic
et dixi semper errant corde
ipsi autem non cognouerunt
uias meas sicut iuraui
in ira mea
si introibunt in requiem meam
VI uidete fratres ne forte sit
in aliquo uestrum cor
malum incredulitatis
discedendi a do uiuo
sed adhortamini uosmet
ipsos per singulos dies
donec hodie cognominatur
ut non obduretur quis ex
uobis fallacia peccati
participes enim xpi
effecti sumus
si tamen initium substan
tiae eius usque ad finem
firmum retineamus

dum dicitur
hodie si uocem eius audieritis
nolite obdurare corda uestra
quem admodum in illa
exaceruatione
quidam enim audientes
exacerbauerunt
sed non uniuersi qui profec
ti sunt ab aegypto per mosen
quib· autem infensus est
quadraginta annis
nonne illis qui peccauerunt
quorum cadauera prostra
ta sunt in deserto
quibus autem iurauit non in
troire in requiem ipsius
nisi illis qui increduli fuerunt
et uidemus quia non potue
runt introire propter
incredulitatem
timeamus ergo
ne forte relicta pollicitatione
introeundi in requiem eius
existimetur aliqui
ex uobis deesse
VII etenim et nobis nuntiatum
est quem admodum et illis
sed non profuit illis sermo
auditus
non admixtis fidei ex his
quae audierunt
ingredimur enim in requie(m)
qui credidimus
quem admodum dixit
sicut iuraui in ira mea si intro
ibunt in requiem meam
et quidem operibus ab in
stitutione mundi factis
dixit enim quodam loco
de die septima sic
et requieuit ds die septima
ab omnib· operib· suis
et in isto rursum
si introibunt in requiem meam

QUONIAM ERGO SUPEREST
QUOSDAM INTROIRE ILLAM
ET HII QUIB; PRIORIB; ADNUN
TIATUM EST NON INTROIERUNT
PROPTER INCREDULITATEM
ITERUM TERMINAT DIEM QUENDAM
HODIE IN DAUID DICENDO POST
TANTUM TEMPORIS
SICUT SUPRA DICTUM EST
HODIE SI UOCEM EIUS AUDIERITIS
NOLITE OBDURARE CORDA UESTRA
NAM SI EIS IHS REQUIEM PRAE
STITISSET
NUMQUAM DE ALIA LOQUERE
TUR POST HAC DIE
ITAQUE RELINQUITUR SABBATIS
MUS POPULO DI
QUI ENIM INGRESSUS IN REQUI
EM EIUS
ETIAM IPSE REQUIEUIT
AB OPERIBUS SUIS
SICUT A SUIS DS
FR. VI. IN PARA SCEUE VIII FESTINEMUS ERGO INGREDI
IN ILLAM REQUIEM
UT NE IN ID IPSUM QUIS INCIDAT
INCREDULITATIS EXEMPLUM II
UIUUS ENIM EST DI SERMO
ET EFFICAX
ET PENETRABILIOR OMNI
GLADIO ANCIPITI
ET PERTINGENS USQUE AD DIUI
SIONEM ANIMAE AC SPS
CONPAGUM QUOQUE
ET MEDULLARUM
ET DISCRETOR COGITATIONUM
ET INTENTIONUM CORDIS
ET NON EST ULLA CREATURA
INUISIBILIS IN CONSPECTU EIUS
OMNIA AUTEM NUDA ET APERTA
SUNT OCULIS EIUS
AD QUEM NOBIS SERMO
HABENTES ERGO PONTIFICEM
MAGNUM QUI PENETRAUIT
CAELOS IHM FILIUM DI TENEA
MUS CONFESSIONEM
pontificem NON ENIM HABEMUS QUI NON POSSIT
CONPATI INFIRMITATIBUS
NOSTRIS
TEMPTATUM AUTEM PER OMNIA
PRO SIMILITUDINE ABSQUE
PECCATO
VIIII ADEAMUS ERGO CUM FIDUCIA
AD THRONUM GRATIAE
UT MISERICORDIAM CON
SEQUAMUR
ET GRATIAM INUENIAMUS
IN AUXILIO OPORTUNO
VII OMNIS NAMQUE PONTIFEX
EX HOMINIBUS ADSUMPTUS
PRO HOMINIBUS CONSTITUITUR
IN HIS QUAE SUNT AD DM
UT OFFERAT DONA ET SACRIFICIA
PRO PECCATIS
QUI CONDOLERE POSSIT HIS QUI
IGNORANTER ERRANT
QUONIAM ET IPSE CIRCUM
DATUS EST INFIRMITATE
ET PROPTER EA DEBET QUEM
AD MODUM ET PRO POPULO
ITA ETIAM PRO SEMET IPSO
OFFERRE PRO PECCATIS
NEC QUISQUAM SUMIT SIBI
HONOREM
SED QUI UOCATUR A DO
TAMQUAM AARON IV
SIC ET XPS NON SEMET IPSU
CLARIFICAUIT UT PONTIFEX
FIERET
SED QUI LOCUTUS EST AD EUM
FILIUS MEUS ES TU EGO HODIE
GENUI TE
QUEM AD MODUM
loco ET IN ALIO DICIT
TU ES SACERDOS IN AETERNUM
SECUNDUM ORDINEM
MELCHISEDECH
QUI IN DIEB; CARNIS SUAE PRAECES
SUPPLICATIONESQUE AD EUM

FR VI HOC EST PARASCEUE

qui possit saluum illum
a morte facere
cum clamore ualido et la
crimis offerens
et exauditus pro sua
reuerentia
X Et quidem cum esset filius
dī dicit ex his quae passus
est oboedientiam
et consummatus factus est
omnibus obtemperantib·
sibi causa salutis aeternae
appellatus a dō pontifex
iuxta ordinem melchisedech
Lviii De quo grandis nobis sermo
et ininterpraetabilis
ad dicendum
quoniam inbecilles facti
estis ad audiendum
etenim cum deberitis
magistri esse propter
tempus
rursum indigetis ut uos
doceamini
quae sint elementa exordii
sermonum dī
et facti estis quibus lacte
opus sit non solido cibo
omnis enim qui lactis est
particeps expers est
sermonis iustitiae
paruulus enim est
perfect orum autem est
solid us cibus
eorum qui pro consuetudi
ne exercitatos habent
sensus ad discretionem
boni ac mali
quapropter intermittentes
incoationis xp̄i sermonem
ad perfectionem feramur.
non rursum iacentes fun
damentum paenitentiae
ab operibus mortuis

et fidei ad dm̄ baptismatum
doctrinae
impositionis quoque manuum
ac resurrectionis mortuorū
et iudicii aeterni
et hoc faciemus siquidem
permiserit dS
In possibile est enim eos qui
semel sunt inluminati
gustauerunt etiam donum
caeleste
et participes sunt facti
sps sci
gustauerunt nihilominus
bonum dī uerbum
uirtutes que saeculi uenturi
et prolabsi sunt
renouari rursum ad paeni
tentiam
XI Rursum crucifigentes sibi
met ipsis filium dī et os
tentui habentes
terra enim saepe uenientem
super se bibens imbrem
et generans herbam opor
tunam illis a quib· colitur
accepit benedictionem a dō
proferens autem spinas
ac tribulos reproba est
et maledicto proxima
cuius consummatio
in combustionem
XII Confidimus autem de uobis
dilectissimi meliora
et uiciniora saluti
tametsi ita loquimur
non enim iniustus dS
ut obliuiscatur operis uestri
et dilectionis quam osten
distis in nomine ipsius
qui ministrastis scīs
et ministratis
Cupimus autem unum quem
que uestrum eandem

OSTENTARE SOLLICITUDINEM
AD EXPLETIONEM SPEI
USQUE IN FINEM
UT NON SEGNES EFFICIAMINI
UERUM IMITATORES EORUM
QUI FIDE ET PATIENTIA HERE
DITABUNT PROMISSIONES
ABRAHAE NAMQUE PROMIT
TENS DS
QUONIAM NEMINEM HABUIT
PER QUEM IURARET MAIOREM
IURABIT PER SEMET IPSUM
DICENS
NISI BENEDICENS BENEDICAM TE
ET MULTIPLICANS MULTIPLICABO TE
ET SIC LONGANIMITER FERENS
ADEPTUS EST REPROMISSIONĒ
HOMINES ENIM PER MAIOREM
SUI IURANT
ET OMNIS CONTROUERSIAE
EORUM FINIS AD CONFIRMA
TIONEM EST IURAMENTUM
IN QUO ABUNDANTIUS UOLENS
DS OSTENDERE POLLICITA
TIONIS HEREDIBUS
INMOBILITATEM CONSILII SUI
INTERPOSUIT IUS IURANDUM
UT PER DUAS RES INMOBILES
QUIBUS INPOSSIBILE EST
MENTIRI DM
FORTISSIMUM SOLACIUM
HABEAMUS QUI CONFUGI
MUS AD TENENDAM PRO
POSITAM SPEM
QUAM SICUT ANCORAM HABE
MUS ANIMAE TUTAM
AC FIRMAM
ET INCEDENTEM USQUE IN IN
TERIORA UELAMINIS
UBI PRAECURSOR PR[O] NOBIS
INTROIIT IHS
SECUNDUM ORDINEM MELCHI
SEDEC PONTIFEX FACTUS
IN AETERNUM

XIII HIC ENIM MELCHISEDEC
REX SALEM
SACERDOS DI SUMMI
QUI OBUIAUIT ABRAHAE
REGRESSO A CAEDE REGUM
ET BENEDIXIT EI
CUI DECIMAS OMNIUM DIUISIT
ABRAHAM
PRIMUM QUIDEM QUI INTER
PRETATUR REX IUSTITIAE
DEINDE AUTEM ET REX SALEM
QUOD EST REX PACIS
SINE PATRE
SINE MATRE
SINE GENEALOGIA
NEQUE INITIUM DIERUM
NEQ· FINEM UITAE HABENS
ADSIMILATUS AUTEM FILIO DI
MANET SACERDOS
IN PERPETUUM
INTUEMINI AUTEM QUANTUS
SIT HIC CUI ET DECIMAS
DEDIT DE PRAECIPUIS
ABRAHAM PATRIARCHA
ET QUIDEM DE FILIIS LEUI
SACERDOTIUM ACCIPIENTES
MANDATUM HABENT DECIMAS
SUMERE A POPULO SECUNDŪ
LEGEM
ID EST A FRATRIBUS SUIS
QUAMQUAM ET IPSI EXIERINT
DE LUMBIS ABRAHAE
CUIUS AUTEM GENE RATIO
NON ADNUMERA TUR IN EIS
DECIMAS SUMPSIT ABRAHAM
ET HUNC QUI HABEBAT REPRO
MISSIONES BENEDIXIT
SINE ULLA AUTEM CONTRA
DICTIONE
QUOD MINUS EST A MELIORE
BENEDICITUR
ET HIC QUIDEM DECIMAS
MORIENTES HOMINES
ACCIPIUNT

IBI AUTEM CONTESTATUR
QUIA UIUIT
ET UT ITA DICTUM SIT
PER ABRAHAM ET LEUI QUI
DECIMAS ACCEPIT
DECIMATUS EST
ADHUC ENIM IN LUMBIS PATRIS
ERAT QUANDO OBUIAUIT EI
MELCHISEDECH
XIIII SI ERGO CONSUMMATIO
PER SACERDOTIUM
LEUITICUM ERAT
POPULUS ENIM SUB IPSO
LEGEM ACCEPIT
QUID ADHUC NECESSARIUM
SECUNDUM ORDINEM MELCHI
SEDECH ALIUM SURGERE
SACERDOTEM
ET NON SECUNDUM ORDINEM
AARON DICI
TRANSLATO ENIM SACERDOTIO
NECESSE EST UT ET LEGIS TRANS
LATIO FIAT
IN QUO ENIM HAEC DICUNTUR
DE ALIA TRIBU EST
DE QUA NULLUS ALTARIO
PRAESTO FUIT
MANIFESTUM ENIM QUOD EX
IUDA ORTUS EST DNS NOSTER
IN QUA TRIBU NIHIL DE SACERDO
TIBUS MOSES LOCUTUS EST
ET AMPLIUS ADHUC MANIFES
TUM EST
SI SECUNDUM SIMILITUDINEM
MELCHISEDECH EXURGET
ALIUS SACERDOS
QUI NON SECUNDUM LEGEM
MANDATI CARNALIS FACTUS EST
SED SECUNDUM UIRTUTEM
UITAE INSOLUBILIS
CONTESTATUR ENIM
QUONIAM TU ES SACERDOS
IN AETERNUM SECUNDUM
ORDINEM MELCHISEDECH

REPROBATIO QUIDEM FIT PRAE
CEDENTIS MANDATI
PROPTER INFIRMITATEM EIUS
ET INUTILITATEM
NIHIL ENIM AD PERFECTUM
ADDUXIT LEX
XV INTRODUCTIO UERO MELIORIS
SPEI
PER QUAM PROXIMAMUS AD DM
ET QUANTUM EST NON SINE
IURE IURANDO
ALII QUIDEM SINE IURE IURANDO sacerdotes fac-
ti sunt
HIC AUTEM CUM IURE IURANDO
PER EUM QUI DIXIT AD ILLUM
IURAUIT DNS ET NON PAENITEBIT
EUM TU ES SACERDOS IN AETERNUM
IN TANTUM MELIORIS TESTAMENTI
SPONSOR FACTUS EST IHS
ET ALII QUIDEM PLURES FACTI
SUNT SACERDOTES
IDCIRCO QUOD MORTE PRO
HIBERENTUR PERMANERE
HIC AUTEM EO QUOD MANEAT
IN AETERNUM
SEMPITERNUM HABET
SACERDOTIUM
UNDE ET SALUARE IN PERPETUO
POTEST ACCEDENTES PER
SEMETIPSUM AD DM
SEMPER UIUENS AD INTER
PELLANDUM PRO EIS
TALIS ENIM DECEBAT UT NOBIS
ESSET PONTIFEX
SCS INNOCENS INPOLLUTUS
SEGREGATUS A PECCATIS
ET EXCELSIOR CAELIS FACTUS
QUI NON HABET COTIDIE
NECESSITATEM
QUEM ADMODUM SACERDOTES
PRIUS PRO SUIS DELICTIS
HOSTIAS OFFERRE
DEINDE PRO POPULI
HOC ENIM FECIT SEMEL
SE OFFERENDO

Lex enim homines constituit
sacerdotes infirmitatem
habentes
Sermo autem iurisiurandi
qui post legem est
filium in aeternum perfectū
Capitulum autem super ea
quae dicuntur
Talem habemus pontificem
qui consedit in dextera sedis
magnitudinis in caelis
scorum minister
et tabernaculi ueri
quod fixit dns et non homo
Omnis enim pontifex
ad offerenda munera
et hostias constituitur
Unde necesse esse et hunc
habere aliquid quod offerat
Si ergo esset super terram
nec esset sacerdos
cum essent qui offerrent
secundum legem munera
qui exemplari et umbrae
deseruiunt caelestium
Sicut responsum est mosi
cum consummaret
tabernaculum
Uide inquit omnia facito
secundum exemplar
quod tibi ostensum est
in monte
Nunc autem melius sortitus
est ministerium
quanto et melioris testa
menti mediator est
quod in melioribus repromis
sionibus scm est
XVI Nam si illud prius culpa
uacasset
non utique secundi locus
inquireretur
Uituperans enim eos dicit
Ecce dies ueniunt dicit dns

et consummabo super domū
israhel et super domum iuda
testamentum nouum
non secundum testamentum
quod feci patribus eorum
in die qua ad prachendi manū
illorum ut educerem illos
de terra aegypti
quoniam ipsi non permanse
runt in testamento meo
et ego neglexi eos dicit dns
quia hoc testamentum quod
disponam domui israhel
post dies illos dicit dns
dando leges meas in mentem
eorum
et in corde eorum super
scribam eas
et ero eis in dm
et ipsi erunt mihi in populū
et non docebit unusquisque
proximum suum
et unusquisque fratrem suū
dicens cognosce dnm
quoniam omnes scient me
a minore usq; ad maiorem
eorum
quia propitius ero iniquitati
bus eorum
et peccatorum illorum
iam non memorabor
XVII Dicendo autem nouum
ueterauit prius
quod autem antiquatur
et senescit
prope interitum est
XVIII Habuit quidem et prius
iustificationes culturae
et scm saeculare
tabernaculum enim factum
est primum
in quo inerant candelabra
et mensa
et propositio panum

QUAE DICITUR SCA
POST UELAMENTUM AUTEM
SECUNDUM TABERNACULUM
QUOD DICITUR SCA SCORUM
AUREUM HABENS TURIBULUM
ET ARCAM TESTAMENTI
CIRCUMTECTAM EX OMNI
PARTE AURO
IN QUA URNA AUREA HABENS
MANNA
ET UIRGA AARON QUAE FRONDUERAT
ET TABULAE TESTAMENTI
SUPERQ· EAM CHERUBIN
GLORIAE OBUMBRANTIA
PROPITIATORIUM
DE QUIBUS MODO NON EST
DICENDUM PER SINGULA
HIS UERO ITA COMPOSITIS
IN PRIORI QUIDEM TABERNA
CULO SEMPER INTROIBANT
SACERDOTES
SACRIFICIORUM OFFICIA
CONSUMMANTES
XVIIII IN SECUNDO AUTEM
SEMEL IN ANNO SOLUS PONTIFEX
NON SINE SANGUINE
QUEM OFFERT PRO SUA ET POPULI
IGNORANTIA
HOC SIGNIFICANTE SPU SCO
NONDUM PROPALATAM ESSE
SCORUM UIAM
ADHUC PRIORE TABERNACULO
HABENTE STATUM
QUAE PARABOLA EST
TEMPORIS INSTANTIS
IUXTA QUAM MUNERA
ET HOSTIAE OFFERUNTUR
QUAE NON POSSUNT IUXTA
CONSCIENTIAM PERFECTUM
FACERE SERUIENTEM
SOLUMMODO IN CIBIS
ET IN POTIBUS
ET UARIIS BAPTISMIS
ET IUSTITIIS CARNIS USQ· AD TEMPUS

CORRECTIONIS INPOSITIS
XX XPS AUTEM ADSISTENS satt sco t xiii
PONTIFEX FUTURORUM
BONORUM
PER AMPLIUS ET PERFECTIUS
TABERNACULUM
NON MANUFACTUM
ID EST NON HUIUS CREATIONIS
NEQUE PER SANGUINEM HIRCO
RUM ET UITULORUM
SED PER PROPRIUM SANGUINE
INTROIUIT SEMEL IN SCA AETER
NA INUENTA REDEMPTIONE
SI ENIM SANGUIS HIRCORUM
ET TAURORUM
ET CINIS UITULAE ADSPERSUS
INQUINATOS SCIFICAT AD EMUN
DATIONEM CARNIS
QUANTO MAGIS SANGUIS XPI
QUI PER SPM SCM SEMETIPSU
OBTULIT INMACULATUM DO
EMUNDAUIT CONSCIENTIAM
UESTRAM AB OPERIBUS
MORTUIS· AD SERUIENDUM
DO UIUENTI
ET IDEO NOUI TESTAMENTI
MEDIATOR EST
UT MORTE INTERCEDENTE
IN REDEMPTIONEM EARUM
PRAEUARICATIONUM QUAE ERANT
SUB PRIORE TESTAMENTO
REPROMISSIONEM ACCIPIANT
QUI UOCATI SUNT AETERNAE
HEREDITATIS t xiii.
XXI UBI ENIM TESTAMENTUM
MORS NECESSE EST INTER
CEDAT TESTATORIS ENIM
TESTAMENTUM IN MORTUIS
CONFIRMATUM EST
ALIOQUIN NONDUM UALET
DUM UIUIT QUI TESTATUS EST
UNDE NE PRIMUM QUIDEM SINE SAN
GUINE DEDICATUM EST
LECTO ENIM OMNI MANDATO

legis a mose uniuerso
populo
accipiens sanguinem
uitulorum et hircorum
cum aqua et lana coccinea
et hysopo
ipsum quoque librum
et omnem populum
aspersit dicens
hic sanguis testamenti
quod mandauit ad uos dēs
etiam tabernaculum
et omnia uasa ministerii
sanguine similiter aspersit
et omnia paene in sanguine
mundantur secundum legē
et sine sanguinis fusione
non fit remissio
XXII Necesse est ergo
exemplaria quidem caeles
tium his mundari
ipsa autem caelestia
melioribus hostiis quam istis
non enim in manufactis
scīs ihs introiit
exemplaria uerorum
sed in ipsum caelum
ut appareat nunc uultui dī
pro nobis
neque ut saepe offerat
semet ipsum
quemadmodum pontifex
intrat in scā per singulos
annos in sanguine alieno
alioquin oportebat eum
frequenter pati ab ori
gine mundi
nunc autem semel in con
summatione saeculorum
ad destitutionē peccati
per hostiam suam apparuit
et quemadmodum statu
tum est hominibus
semel mori

post hoc autem iudicium
sic et xps semel oblatus
ad multorum exaurien
da peccata
secundo sine peccato
apparebit expectantibus
se in salutem
XXIII Umbram enim habens lex
bonorum futurorum
non ipsam imaginem rerum
per singulos annos isdem
ipsis hostiis quas offerunt
indesinenter
numquam potest acceden
tes perfectos facere
alioquin non cessassent
offerri
ideo quod nullam haberent
ultra conscientiam
peccati cultores
semel mundati
sed in ipsis commemoratio
peccatorum per singulos
annos fit
inpossibile enim est
sanguine taurorum
et hircorum auferri
peccata
ideo ingrediens mundum
dicit hostiam et oblatio
nem noluisti
corpus autem aptasti mihi
holocaustomata et pro
peccato non tibi placuit
tunc dixi ecce uenio
in capite libri scriptum
est de me
ut faciam dēs uoluntatem tuā
superius dicens
quia hostias et oblationes
et holocaustomata
et pro peccato
noluisti nec placita sunt tibi
quae secundum legē offerun
tur

TUNC DIXIT
ECCE UENIO UT FACIAM DS
UOLUNTATEM TUAM
AUFERT PRIMUM
UT SEQUENS STATUAT
IN QUA UOLUNTATE
SCIFICATI SUMUS
PER OBLATIONEM CORPORIS
IHU XPI IN SEMEL
ET OMNIS QUIDEM SACERDOS
PRAESTO EST COTIDIE
MINISTRANS
ET EASDEM SAEPE OFFERENS
HOSTIAS
QUAE NUMQUAM POSSUNT
AUFERRE PECCATA
XXIIII HIC AUTEM UNAM PROPEC
CATIS OFFERENS HOSTIAM
IN SEMPITERNUM SEDIT
IN DEXTERA DI
DE CETERO EXPECTANS
DONEC PONANTUR INIMICI
EIUS SCABILLUM PEDUM EIUS
UNA ENIM OBLATIONE CON
SUMMAUIT IN SEMPITERNŪ
SANCTIFICATOS
CONTESTATUR AUTEM NOS
ET SPS SCS
POST QUAM ENIM DIXIT
HOC AUTEM TESTAMENTUM
QUOD TESTABOR AD ILLOS
POST DIES ILLOS DICIT DNS
DANDO LEGES MEAS IN CORDIB·
EORUM
ET IN MENTE EORUM SUPER
SCRIBAM EAS
ET PECCATORUM ET INIQUITA
TIUM EORUM IAM NON
RECORDABOR AMPLIUS
UBI AUTEM HORUM REMISSIO
IAM NON OBLATIO PRO PECCATO
XXV HABENTES ITAQUE FRATRES
FIDUCIAM IN INTROITU SCORŪ
IN SANGUINE XPI

QUAM INITIAUIT NOBIS UIAM
NOUAM ET UIUENTEM
PER UELAMEN ID EST
CARNEM SUAM
ET SACERDOTEM MAGNUM
SUPER DOMUM DI
ACCEDAMUS CUM UERO CORDE
IN PLENITUDINE FIDEI
ADSPERSI CORDA A CONSCIEN
TIA MALA
ET ABLUTI CORPUS AQUA MUNDA
TENEAMUS SPEI NOSTRAE
CONFESSIONEM INDECLI
NABILEM
FIDELIS ENIM EST QUI REPRO
MISIT
ET CONSIDEREMUS INUICEM
IN PROUOCATIONEM CARITA
TATIS ET BONORUM OPERŪ
NON DESERENTES COLLECTIO
NEM NOSTRAM
SICUT EST CONSUETUDINIS
QUIBUSDAM
SED CONSOLANTES
ET TANTO MAGIS
QUANTO UIDERITIS ADPRO
PINQUANTEM DIEM
UOLUNTARIAE ENIM PECCANTIB·
NOBIS POST ACCEPTAM
NOTITIAM UERITATIS
IAM NON RELINQUITUR PRO
PECCATIS HOSTIA
TERRIBILIS AUTEM QUAEDAM
EXPECTATIO IUDICII
ET IGNIS AEMULATIO QUAE
CONSUMPTURA EST
ADUERSARIOS
XXVI INRITAM QUIS FACIENS
LEGEM MOSI
SINE ULLA MISERATIONE
DUOB· UEL TRIBUS MORITUR
QUANTO MAGIS PUTATIS
DETERIORA MERERI
SUPPLICIA

qui filium dī conculcauerit
et sanguinem testamenti
pollutum duxerit in quo
sc̄ificatus est
et sp̄ui gratiae contume
liam fecerit
Scimus enim qui dixit
mihi uindictam ego reddā
et iterum
quia iudicauit dn̄s populum
suum
Horrendum est incidere
in manus dī uiuentis
Rememoramini autem
pristinos dies
in quib· inluminati magnum
certamen sustenuistis
passionum
et in altero quidem obpro
briis et tribulationibus
spectaculum facti
in altero autem socii taliter
conuersantium effecti
nam et uinctis con
passi estis
et rapinam bonorum
uestrorum cum gaudio
suscepistis
cognoscentes uos habere
meliorem et manentem
substantiam
XXVII Nolite itaque amittere
confidentiam uestram
quae magnam habet
remunerationem
patientia enim uobis
necessaria est
ut uoluntatem dī facientes
reportetis promissionē
ad huc enim modicum
quantulum qui uenturus
est ueniet et non tardauit
iustus autem meus ex fide uiuit
quod si sub traxerit se non
placebit animae meae
Nos autem non sumus
subtractionis in perdi
tionem
sed fidei in adquisitionem
animae
est autem fides
sperandorum substantia
rerum argumentum
non parentum
in hac enim testimonium
consecuti sunt senes
XXVIII Fide intellegimus aptata
esse saecula uerbo dī
ut ex inuisibilibus uisibilia
fierent
Fide plurimam hostiam abel
quam cain obtulit dō
per quam testimonium
consecutus est esse iustus
testimonium perhibente
muneribus eius dō
et per illam defunctus
adhuc loquitur
Fide enoch translatus est
ne uideret mortem
et non inueniebatur quia
transtulit illum dš
ante translationem enim
testimonium habebat
placuisse dō
Sine fide autem inpossibile
est placere dō
Credere enim oportet
accedentem ad dm̄ quia est
et inquirentibus se remune
rator fit
Fide noe responso accepto
de his quae adhuc non
uidebantur
metuens aptauit arcam
in salutem domus suae
per quam damnauit mundū
et iustitiae quae per fidem

est heres est institutus
Fide qui uocatur Abraham
oboediuit in locum exire
quem accepturus erat
in hereditatem
et exiit nesciens quo iret
Fide moratus est in terra
repromissionis
tam quam in aliena
in casulis habitando cum Isaac
et Iacob coheredibus repro
missionis eiusdem
expectabat enim fundamenta
habentem ciuitatem
cuius artifex et conditor ds
XXIX Fide et ipsa Sarra sterelis
uirtutem in conceptionem
seminis accepit
etiam praeter tempus aetatis
quoniam fidelem credidit
esse qui promiserat
propter quod ab uno orti sunt
et hoc emortuo
tam quam sidera caeli
in multitudinem
et sicut arena quae est
ad oram maris innume
rabilis
Iuxta fidem defuncti sunt
omnes isti non acceptis
repromissionibus
sed a longe eas aspicientes
et salutantes
et confitentes quia peregri
ni et hospites sunt
supra terram
qui enim haec dicunt
significant se patriam
inquirere
et si quidem illius meminis
sent de qua exierunt
habebant utique tempus
reuertendi
nunc autem meliorem

adpetunt idest caelestem
ideo non confunditur ds
uocari ds eorum
parauit enim illis ciuitatem
Fide obtulit Abraham Isaac
cum temptaretur
et unigenitum offerebat
qui susceperat repro
missiones
ad quem dictum est
quia in Isaac uocabitur
tibi semen
arbitrans quia et a mortuis
suscitare potens est ds
unde eum et in parabola
accepit
Fide et de futuris benedixit
Isaac Iacob et Esau
Fide Iacob moriens
singulos filiorum Ioseph
benedixit
et adorauit fastigium
uirgae eius
Fide Ioseph moriens
de profectione filiorum
Israhel memoratus est
et de ossib· suis mandauit
Fide Moses natus occultatus
est mensibus tribus
a parentibus suis
eo quod uidissent elegantem
infantem
et non timuerunt regis
edictum
Fide Moses grandis factus
negauit se esse filium
filiae Pharaonis
magis eligens adfligi
cum populo di
quam temporalis peccati
habere iucunditatem
maiores diuitias aestimans
thesauro Aegyptiorum
inproperium xpi

ASPICIEBAT ENIM IN REMU
NERATIONEM
FIDE RELIQUID AEGYPTUM
NON UERITUS ANIMOSITATEM
REGIS
INUISIBILEM ENIM TAMQUAM
UIDENS SUSTINUIT
FIDE CELEBRAUIT PASCHA
ET SANGUINIS EFFUSIONEM
NE QUI UASTABAT PRIMITIUA
TANGERET EOS
FIDE TRANSIERUNT MARE
RUBRUM TAMQUAM
PER ARIDAM TERRAM
QUOD EXPERTI AEGYPTII
DEUORATI SUNT
FIDE MURI HIERICHO RUERUNT
CIRCUMITI DIERUM SEPTEM
FIDE RAAB MERETRIX
NON PERIBIT CUM INCREDULIS
EXCIPIENS EXPLORATORES
CUM PACE
ET QUID ADHUC DICAM
DEFICIET ENIM ME TEMPUS
ENARRANTEM
DE GEDEON BARUC SAMSON
IEPTHE DAUID ET SAMUHEL
ET PROFETIS
QUI PER FIDEM DEUICERUNT
REGNA
OPERATI SUNT IUSTITIAM
ADEPTI SUNT REPROMISSIONES
OBTURAUERUNT ORA LEONUM
EXTINXERUNT IMPETUM
IGNIS
EFFUGERUNT ACIEM GLADII
CONUALUERUNT DE INFIRMITATE
FORTES FACTI SUNT IN BELLO
CASTRA UERTERUNT EXTERORŪ
ACCEPERUNT MULIERES
DE RESURRECTIONE
MORTUOS SUOS
ALII AUTEM DISTENTI SUNT
NON SUSCIPIENTES REDEMPTIONE̅

UT MELIOREM INUENIRENT
RESURRECTIONEM
ALII UERO LUDIBRIA ET UERBERA
EXPERTI
INSUPER ET UINCULA ET CARCERES
LAPIDATI SUNT SECTI SUNT
TEMPTATI SUNT
IN OCCISIONE GLADII MORTUI SUNT
CIRCUMIERUNT IN MELOTIS
IN PELLIBUS CAPRINIS
EGENTES ANGUSTIATI ADFLICTI
QUIBUS DIGNUS NON ERAT MUNDUS
IN SOLITUDINIB· ERRANTES
ET MONTIB· ET SPELUNCIS
ET IN CAUERNIS TERRAE
ET HI OMNES TESTIMONIUM
FIDEI PROBATI
NON ACCEPERUNT REPROMIS
SIONEM DO PRO NOBIS
MELIUS ALIQUID PROUIDENTE
UT NE SINE NOBIS CONSUMMA
RENTUR
XXX IDEOQ· ET NOS TANTUM HABENTES
INPOSITAM NUBEM TESTIUM
DEPONENTES OMNE PONDUS
ET CIRCUMSTANS NOS PECCATŪ
PER PATIENTIAM CURRAMUS
PROPOSITUM NOBIS CERTAMEN
ASPICIENTES IN AUCTORĒ FIDEI
ET CONSUMMATOREM IHM
QUI PROPOSITO SIBI GAUDIO
SUSTINUIT CRUCEM
CONFUSIONE CONTEMPTA
ATQ· IN DEXTERA SEDIS DI SEDIT
RECOGITATE ENIM EUM
QUI TALEM SUSTINUIT
A PECCATORIB· ADUERSUM
SEMET IPSOS CONTRA
DICTIONEM
UT NE FATIGEMINI ANIMIS
UESTRIS DEFICIENTES
NONDUM USQ· AD SANGUINEM
RESTITISTIS ADUERSUM PEC
CATUM REPUGNANTES

ET OBLITI ESTIS CONSOLATIONIS
QUAE UOBIS TAMQUAM FILIIS
LOQUITUR DICENS
FILI MI NOLI NEGLEGERE
DISCIPLINAM DNI
NEQUE FATIGERIS DUM AB EO
ARGUERIS
QUEM ENIM DILIGIT DNS
CASTIGAT
FLAGELLAT AUTEM OMNEM
FILIUM QUEM RECIPIT
IN DISCIPLINA PERSEUERATE
TAMQUAM FILIIS UOBIS
OFFERT DS
XXXI QUIS ENIM FILIUS QUEM NON
CORRIPIT PATER
QUOD SI EXTRA DISCIPLINAM
ESTIS CUIUS PARTICIPES
FACTI SUNT OMNES
ERGO ADULTERI ET NON FILII ESTIS
DEINDE PATRES QUIDEM CARNIS
NOSTRAE HABUIMUS ERUDI
TORES ET REUEREBAMUR
NON MULTO MAGIS OBTEMPERA
BIMUS PATRI SPIRITUUM
ET UIUEMUS
ET ILLI QUIDEM IN TEMPORE
PAUCORUM DIERUM
SECUNDUM UOLUNTATEM
SUAM ERUDIEBANT NOS
HIC AUTEM AD ID QUOD UTILE EST
IN RECIPIENDO SCIFICATIO
NEM EIUS
OMNIS AUTEM DISCIPLINA
IN PRAESENTI QUIDEM UIDETUR
NON ESSE GAUDII SED MERORIS
POSTEA AUTEM FRUCTUM
PACATISSIMUM EXERCITATIS
PER EAM REDDIT IUSTITIAE
XXXII PROPTER QUOD REMISSAS
MANUS
ET SOLUTA GENUA ERIGITE
ET GRESSUS RECTOS FACITE
PEDIBUS UESTRIS

UT NON CLAUDICANS ERRET
MAGIS AUTEM SANETUR
PACEM SEQUIMINI CUM OMNIB
ET SANCTIMONIAM SINE QUA
NEMO UI DEBIT DNM
CONTEMPLA NTES NE QUIS
DESIT GRATIAE DI
NE QUA RADIX AMARITUDINIS
SURSUM GERMINANS
IMPEDIAT
ET PER ILLAM INQUINENTUR
MULTI
NE QUIS FORNICATOR AUT PRO
FANUS UT ESAU
QUI PROPTER UNAM ESCAM
UENDIDIT PRIMITIUAS SUA
XXXIII SCITOTE ENIM QUONIAM
ET POSTEA CUPIENS HEREDI
TARE BENEDICTIONEM
REPROBATUS EST
NON ENIM INUENIT PAENITEN
TIAE LOCUM
QUAMQUAM CUM LACRIMIS
INQUISISSET EAM
NON ENIM ACCESSISTIS
AD TRACTABILEM ET ACCEN
SIBILEM IGNEM
ET TURBINEM ET CALIGINEM
ET PROCELLAM ET TUBAE
SONUM
ET UOCEM UERBORUM
QUAM QUI AUDIERUNT EXCUSA
UERUNT SE NE EIS FIERET
UERBUM
NON ENIM PORTABANT
QUOD DICEBATUR
ET SI BESTIA TETIGERIT MONTEM
LAPIDABITUR
ET ITA TERRIBILE ERAT QUOD
UIDEBATUR
MOSES DIXIT
EXTERRITUS SUM ET TRE
MEBUNDUS
SED ACCESSISTIS AD SION MONTEM

ET CIUITATEM DI UIUENTIS
HIERUSALEM CAELESTEM
ET MULTORUM MILIUM
ANGELORUM FREQUENTIAE
ET ECCLESIA[illegible]RUM PRI
MITIUORUM QUI CON
SCRIPTI SUNT IN CAELIS
ET IUDICEM OMNIUM DM
ET SPS IUSTORUM
PERFECTORUM
ET TESTAMENTI NOUI
MEDIATOREM IHM
ET SANGUINIS SPARSIONEM
MELIUS LOQUENTEM
QUAM ABEL
XXXIIII UIDETE NE RECUSETIS
LOQUENTEM
SI ENIM ILLI NON EFFUGERUNT
RECUSANTES EUM QUI
SUPER TERRAM LOQUEBATUR
MULTO MAGIS NOS QUI DE CAELIS
LOQUENTEM NOBIS
AUERTIMUR
CUIUS UOX MOUIT TERRAM TUNC
MODO AUTEM REPROMITTIT
DICENS
AD HUC SEMEL EGO MOUEBO
NON SOLUM TERRAM
SED ET CAELUM
QUOD AUTEM AD HUC SEMEL
DICIT
DECLARAT MOBILIUM TRANS
LATIONEM TAMQUAM
FACTORUM
UT MANEANT EA QUAE SUNT
INMOBILIA
ITAQUE REGNUM INMOBILE
SUSCIPIENTES
HABEMUS GRATIAM PER QUAM
SERUIAMUS PLACENTES DO
CUM METU ET REUERENTIA
ETENIM DS NOSTER IGNIS
CONSU[illegible]MENS EST
CARITAS FRATERNITATIS MANEAT

ET HOSPITALITATEM NOLITE
OBLIUISCI
PER HANC ENIM LATUERUNT
QUIDAM ANGELIS HOSPITIO
RECEPTIS
XXXV MEMENTOTE UINCTORUM
TAMQUAM SIMUL UINCTI
ET LABORANTIUM TAMQUAM
ET IPSI IN CORPORE
MORANTES
HONORABILE CONUBIUM
IN OMNIBUS ET TORUS
INMACULATUS
FORNICATORES ENIM ET ADUL
TEROS IUDICABIT DS
SINT MORES SINE AUARITIA
CONTENTI PRAESENTIBUS
IPSE ENIM DIXIT
NON TE DESERAM NEQUE
DERELINQUAM
ITA UT CONFIDENTER DICAMUS
DNS MIHI ADIUTOR EST NON
TIMEBO QUID FACIAT
MIHI HOMO
MEMENTOTE PRAEPOSITORU̅
UESTRORUM
QUI UOBIS LOCUTI SUNT
UERBUM DI
QUORUM INTUENTES EXITUM
CONUERSATIONIS
IMITAMINI FIDEM
IHS XPS HERI ET HODIE IPSE
ET SAECULA
XXXVI DOCTRINIS UARIIS ET PEREGRI
NIS NOLITE ABDUCI
OPTIMUM ENIM EST GRATIA
STABILIRI COR
NON ESCIS
QUAE NON PROFUERUNT
INAMBULANTIBUS IN EIS
HABEMUS ALTARE
DE QUO EDERE NON HABENT
POTESTATEM QUI TABERNACULO
DESERUIUNT

QUORUM ENIM ANIMALIUM
INFERTUR SANGUIS PROPEC
CATO IN SCA PER PONTIFICEM
HORUM CORPORA CREMAN
TUR EXTRA CASTRA
PROPTER QUOD ET IHS UT SCIFI
CARET PER SUUM SANGUINE
POPULUM
EXTRA PORTAM PASSUS EST
EXEAMUS IGITUR AD EUM
EXTRA CASTRA
INPROPERIUM EIUS PORTANTES
NON ENIM HABEMUS HIC MA
NENTEM CIVITATEM
SED FUTURAM INQUIRIMUS
XXXVII PER IPSUM ERGO OFFERA
MUS HOSTIAM LAUDIS
SEMPER DO
ID EST FRUCTUM LABIORUM
CONFITENTIUM NOMINI EIUS
BENEFICIENTIAE AUTEM
ET COMMUNIONIS
NOLITE OBLIVISCI
TALIBUS ENIM HOSTIIS PRO
MERETUR DS
XXXVIII OBOEDITE PRAEPOSITIS VES
TRIS ET SUBIACETE EIS
IPSI ENIM PERVIGILANT QUASI
RATIONEM PRO ANIMABUS
VESTRIS REDDITURI
UT CUM GAUDIO HOC FACIANT
ET NON GEMENTES
HOC ENIM NON EXPEDIT
VOBIS
ORATE PRO NOBIS
CONFIDIMUS ENIM QUIA
BONAM CONSCIENTIAM
HABEMUS
IN OMNIBUS BENE VOLENTES
CONVERSARI
AMPLIUS AUTEM DEPRAECOR
VOS HOC FACERE
UT QUO CELERIUS RESTI
TUAR VOBIS

XXXVIIII DS AUTEM PACIS QUI EDUXIT
DE MORTUIS PASTOREM
MAGNUM OVIUM
IN SANGUINE TESTAMENTI
AETERNI
DNM NM IHM APTET VOS
IN OMNI BONO UT FACIATIS
VOLUNTATEM EIUS
FACIENS VOBIS QUOD PLACEAT
CORAM SE PER IHM XPM
CUI GLORIA IN SAECULA
SAECULORUM AMEN
ROGO AUTEM VOS FRATRES
SUFFERATIS VERBUM
SOLACII
ETENIM PER PAUCIS SCRIPSI
VOBIS
COGNOSCITE FRATREM NOSTRU
TIMOTHEUM DIMISSUM
CUM QUO SI CELERIUS VENERIT
VIDEBO VOS
SALUTATE OMNES PRAEPOSI
TOS VESTROS ET OMNES
SCOS
SALUTANT VOS DE ITALIA
GRATIA CUM OMNIBUS
VOBIS AMEN

EXPLICIT EPISTULA
PAULI APOSTOLI
AD HEBRAEOS
DO GRATIAS AMEN

INCIPIUNT CAPITULA

I De inimicorum infestationibus risui deputandis

II De temptationibus adversarii quae dñi fore plurimi arbitrantur.

III De homine vero quod sit operis dominici documentum

IIII De sermone divino quod sit operis indicio praedicandus

V De cultura religionis et ministerio pietatis

VI De caelestib· divitiis et terrenis quae animas egestate consumunt

VII De lege libertatis quam implere omni paria exhortatur, et severitate

VIII De nudis sermonib· et fide sine operibus

VIIII De fide quae non potest opere remoto firmari

X De magistris qui citra totam perfectionem esse non possunt

XI De lingua vix domabili

XII De sapientia caelesti et terrena

XIII De amicis dī quod mundi nequeant fore ama tores

XIIII De his qui vera locuntur quod culpa nequeant (de inventionibus)

XV De incerto vitae et prolixis disputationibus

XVI De suppliciis divitum

XVII De adversorum to lera ntiae retributione

XVIII De passione martyrum et dñi

XIX De remediis vitae praesentis

XX De virtutib· scōrum et conversationibus eorum qui fuerint peccatis ad stricti :·-

EXPLICIUNT CAPITULA

DE EPISTULA IACOBI

Iacobus dī et dni nri ihu xpi
servus duodecim tribubus
quae sunt in dispersione
salutem
Omne gaudium existimate
fratres mei cum in temp
tationibus variis incideritis
Scientes quod probatio
fidei vestrae patientiam
operatur
Patientia opus perfectum
habeat
ut sitis perfecti et integri
in nullo deficientes
Si quis autem vestrum indiget
sapientiam postulet a dō
qui dat omnibus affluenter
et non inproperat et dabitur ei
Postulet autem in fide
nihil haesitans
qui enim haesitat similis est
fluctui maris
qui a vento movetur
et circumfertur
Non ergo aestimet homo
ille quod accipiat
aliquid a dno
vir duplex animo incon
stans in omnibus viis suis
Glorietur autem frater
humilis in exaltatione sua
dives autem in humilitate sua
quoniam sicut flos faeni
transibit
Exortus est enim sol cum
ardore et arefecit faenum
et flos eius decidit et decor
vultus eius deperiit
ita et dives in itinerib· suis
marcescet
II Beatus vir qui suffert
temptationem
quia cum probatus fuerit
accipiet co ronam vitae

QUAM REPROMISIT DS DILIGEN
TIBUS SE
NEMO CUM TEMPTATUR DICAT
QUONIAM A DO TEMPTATUR.
DS ENIM INTEMPTATOR
MALORUM EST
IPSE AUTEM NEMINEM TEMPTAT
UNUSQUISQUE UERO TEMPTATUR
A CONCUPISCENTIA SUA
ABSTRACTUS ET INLECTUS
DEHINC CONCUPISCENTIA
CUM CONCEPERIT PARIT
PECCATUM
PECCATUM UERO CUM CONSUM
MATUM FUERIT GENERAT
MORTEM
III NOLITE ITAQUE ERRARE FRATRES
MEI DILECTISSIMI
OMNE DATUM OPTIMUM
ET OMNE DONUM PERFECTUM
DESURSUM EST DESCENDENS
A PATRE LUMINUM
APUD QUEM NON EST TRANS
MUTATIO NEC UICISSITUDINIS
OBUMBRATIO
UOLUNTARIAE ENIM GENUIT
NOS UERBO UERITATIS
UT SIMUS ALIQUOD INITIUM
CREATURAE EIUS
SCITIS FRATRES MEI DILECTI
SIT AUTEM OMNIS HOMO
UELOX AD AUDIENDUM
TARDUS AUTEM AD LOQUENDUM
ET TARDUS AD IRAM
IRA ENIM UIRI IUSTITIAM DI
NON OPERATUR
IIII PROPTER QUOD ABICIENTES
OMNEM INMUNDITIAM
ET ABUNDANTIAM MALITIAE
IN MANSUETUDINE SUSCIPITE
INSITUM UERBUM DI
QUOD POTEST SALUARE ANIMAS
UESTRAS
ESTOTE AUTEM FACTORES
UERBI ET NON AUDITORES
TANTUM FALLENTES UOS
MET IPSOS
QUIA SI QUIS AUDITOR EST UERBI
ET NON FACTOR
HIC CONPARABITUR UIRO CON
SIDERANTI UULTUM NATIUI
TATIS SUAE IN SPECULO
CONSIDERAUIT ENIM SE ET ABIIT
ET STATIM OBLITUS EST
QUALIS FUERIT
QUI AUTEM PERSPEXERIT
IN LEGE PERFECTA LIBERTATIS
ET PERMANSERIT IN EA
NON AUDITOR OBLIUIOSUS
FACTUS SED FACTOR OPERIS
HIC BEATUS IN FACTO SUO ERIT
V SI QUIS AUTEM PUTAT SE RELI
GIOSUM ESSE NON REFRENANS
LINGUAM SUAM SED SEDUCENS
COR SUUM
HUIUS UANA EST RELIGIO
RELIGIO AUTEM MUNDA ET IN
MACULATA APUD DM ET PA
TREM HAEC EST
UISITARE PUPILLOS ET UIDUAS
IN TRIBULATIONE EORUM
ET INMACULATUM SE CUSTO
DIRE AB HOC SAECULO
FRATRES MEI NOLITE IN PERSO
NARUM ACCEPTIONE HABERE
FIDEM DNI NI IHU XPI GLORIAE
ET ENIM SI INTROIERIT IN CON
UENTU UESTRO UIR AUREUM
ANULUM HABENS IN UESTE
CANDIDA
INTROIERIT AUTEM ET PAUPER.
IN SORDIDO HABITU
ET INTENDATIS IN EUM QUI IN
DUTUS EST UESTE PRAECLARA
ET DIXERITIS EI TU SEDE
HIC BENE
PAUPERI AUTEM DICATIS
TU STA ILLIC AUT SEDE SUB SCABILLO

PEDUM MEORUM
NON NE IUDICATIS APUD
UOS METIPSOS
ET FACTI ESTIS IUDICES
COGITATIONUM INIQUARUM
AUDITE FRATRES MEI DILEC
TISSIMI
NON NE DS ELEGIT PAUPERES
IN HOC MUNDO
DIUITES IN FIDE ET HEREDES
REGNI QUOD PROMISIT DS
DILIGENTIBUS SE
UOS AUTEM EXHONORATIS
PAUPEREM
NON NE DIUITES PER POTENTIAM
OPPRIMUNT UOS
ET IPSI ADTRAHUNT UOS AD IUDICIA
NON NE IPSI BLASPHEMANT
BONUM NOMEN QUOD INUO
CATUM EST SUPER UOS
SI TAMEN LEGEM PERFICITIS
REGALEM SECUNDUM
SCRIPTURAS
VII DILIGIS PROXIMUM TUUM
SICUT TE IPSUM BENE FACITIS
SI AUTEM PERSONAS ACCIPITIS
PECCATUM OPERAMINI
REDARGUTI A LEGE QUASI
TRANSGRESSORES
QUICUMQ· AUTEM TOTAM LEGEM
SERUAUERIT
OFFENDAT AUTEM IN UNO FACTUS
EST OMNIUM REUS
QUI ENIM DIXIT NON MOECHA
BERIS DIXIT ET NON OCCIDES
QUOD SI NON MOECHABERIS
OCCIDES AUTEM
FACTUS ES TRANSGRESSOR LEGIS
SIC LOQUIMINI ET SIC FACITE
SICUT PER LEGEM LIBERTATIS
INCIPIENTES IUDICARI
IUDICIUM ENIM SINE MISERI
CORDIA ILLI QUI NON FECE
RIT MISERICORDIAM

SUPEREXALTAT AUTEM MISERI
CORDIA IUDICIO
VIII QUID PRODERIT FRATRES MEI
SI FIDEM QUIS DICAT
SE HABERE
OPERA AUTEM NON HABEAT
NUM QUID POTERIT FIDES
SALUARE EUM
SI AUTEM FRATER AUT SOROR
NUDI SINT ET INDIGEANT
UICTU COTIDIANO
DICAT AUTEM ALIQUIS
DE UOBIS ILLIS
ITE IN PACE CALEFICAMINI
ET SATURAMINI
NON DEDERITIS AUTEM EIS QUAE
NECESSARIA SUNT CORPORIS
QUID PRODERIT
SIC ET FIDES SI NON HABEAT
OPERA MORTUA EST
IN SEMET IPSA
SED DICET ALIQUIS TU FIDEM
HABES ET EGO OPERA HABEO
OSTENDE MIHI FIDEM TUAM
SINE OPERIBUS
ET EGO OSTENDAM TIBI EX OPE
RIBUS FIDEM MEAM
VIIII TU CREDIS QUONIAM UNUS EST
DS BENE FACIS
ET DAEMONES CREDUNT
ET CONTREMESCUNT
UIS AUTEM SCIRE O HOMO
INANIS
QUONIAM FIDES SINE OPERIB·
OTIOSA EST
ABRAHAM PATER NOSTER
NON NE EX OPERIBUS III
IUSTIFICATUS EST
OFFERENS ISAAC FILIUM SUUM
SUPER ALTARE
UIDES QUONIAM FIDES COOPE
RABATUR OPERIBUS ILLIUS
ET EX OPERIBUS FIDES
CONSUMMATA EST

ET SUPPLETA EST SCRIPTURA
DICENS
CREDIDIT ABRAHAM DŌ ET RE
PUTATUM EST EI AD IUSTITIAM
ET AMICUS DĪ APPELLATUS EST
UIDETIS QUONIAM EX OPERIB·
IUSTIFICATUR HOMO ET NON
EX FIDE TANTUM
SIMILITER AUTEM ET RAAB
MERETRIX
NONNE EX OPERIB· IUSTIFICATA EST
SUSCIPIENS NUNTIOS ET ALIA
UIA EICIENS
SICUT ENIM CORPUS SINE SPŪ
MORTUUM EST
ITA ET FIDES SINE OPERIBUS
MORTUA EST
X NOLITE PLURES MAGISTRI
FIERI FRATRES MEI
SCIENTES QUONIAM MAIUS
IUDICIUM SUMITIS
IN MULTIS ENIM OFFENDIMUS
OMNES
SI QUIS IN UERBO NON OFFENDIT
HIC PERFECTUS EST UIR
POTEST ETIAM CIRCUMDU
CERE FRENO TOTUM CORPUS
SI AUTEM EQUIS FRENOS IN ORA
MITTIMUS AD CONSENTIEN
DUM NOBIS
ET OMNE CORPUS ILLORUM
CIRCUMFERIMUS
ECCE ET NAUES CUM MAGNAE
SINT ET A UENTIS UALIDIS
MINENTUR
CIRCUMFERUNTUR A MODICO
GUBERNACULO UBI IMPETUS
DIRIGENTIS UOLUERIT
ITA ET LINGUA MODICUM QUIDĒ
MEMBRUM EST ET MAGNA
EXALTAT
XI ECCE QUANTUS IGNIS QUAM
MAGNAM SILUAM INCENDIT
ET LINGUA IGNIS EST UNIUERSITAS
INIQUITATIS
LINGUA CONSTITUITUR IN MEM
BRIS NOSTRIS QUAE MACULAT
TOTUM CORPUS
ET INFLAMMAT ROTAM
NATIUITATIS NOSTRAE
INFLAMMATA A GEHENNA
OMNIS ENIM NATURA BESTIARŪ
ET UOLUCRUM ET SERPENTIŪ
CETERORUMQ; DOMANTUR
ET DOMATA SUNT A NATURA
HUMANA
LINGUAM AUTEM NULLUS HOMI
NUM DOMARE POTEST
INQUIETUM MALUM
PLENA UENENO MORTIFERO
IN IPSA BENEDICIMUS DŪM
ET PATREM
ET IN IPSA MALEDICIMUS
HOMINES QUI AD SIMILITU
DINEM DĪ FACTI SUNT
EX IPSO ORE PROCEDIT BENE
DICTIO ET MALEDICTIO
NON OPORTET FF̄ MEI
HAEC ITA FIERI
NUMQUID FONS DE EODEM
FORAMINE EMANAT DULCEM
ET AMARAM AQUAM
NUMQUID POTEST FRATRES MEI
FICUS UUAS FACERE AUT UITIS
FICUS
SIC NEQUE SALSA DULCEM
POTEST FACERE AQUAM
QUIS SAPIENS ET DISCIPLINATUS
INTER UOS
OSTENDAT EX BONA CONUERSA
TIONE OPERATIONEM SUAM
IN MANSUETUDINEM
SAPIENTIAE
XII QUOD SI ZELUM AMARUM
HABETIS ET CONTENTIONES
IN CORDIBUS UESTRIS
NOLITE GLORIARI ET MENDACES
ESSE ADUERSUS UERITATEM

NON EST ISTA SAPIENTIA
DESURSUM DESCENDENS
SED TERRENA ANIMALIS
DIABOLICA
UBI ENIM ZELUS ET CONTENTIO
IBI INCONSTANTIA ET OMNE
OPUS PRAUUM
QUAE AUTEM DESURSUM EST
SAPIENTIA
PRIMUM QUIDEM PUDICA EST
DEINDE PACIFICA MODESTA
SUADIBILIS PLENA MISERI
CORDIA ET FRUCTIB· BONIS
NON IUDICANS SINE SIMULATIONE
FRUCTUS AUTEM IUSTITIAE
IN PACE SEMINATUR
FACIENTIBUS PACEM
UNDE BELLA ET LITES INTER UOS
NONNE EX CONCUPISCENTIIS
UESTRIS QUAE MILITANT
IN MEMBRIS UESTRIS
CONCUPISCITIS ET NON HABETIS
OCCIDITIS ET ZELATIS ET NON
POTESTIS ADIPISCI
LITIGATIS ET BELLIGERATIS
ET NON HABETIS
PROPTER QUOD NON POSTULATIS
PETITIS ET NON ACCIPIETIS
EO QUOD MALE PETATIS
UT IN CONCUPISCENTIIS UESTRIS
INSUMATIS
ADULTERI NESCITIS QUIA AMICI
TIA HUIUS MUNDI INIMICA EST DĪ
XIII QUICUMQUE ERGO UOLUERIT
AMICUS ESSE SAECULI HUIUS
INIMICUS DĪ CONSTITUITUR
AN PUTATIS QUIA INANITER
SCRIPTURA DICAT
AD INUIDIAM CONCUPISCIT SPS
QUI HABITAT IN UOBIS
MAIOREM AUTEM DAT GRATIAM
PROPTER QUOD DICIT
DS SUPERBIS RESISTIT
HUMILIB· AUTEM DAT GRATIAM

SUBDITI IGITUR ESTOTE DŌ
RESISTITE AUTEM DIABOLO
ET FUGIET A UOBIS
ADPROPINQUATE DŌ ET ADPRO
PINQUAUIT UOBIS
XIIII EMUNDATE MANUS PECCATORES
ET PURIFICATE CORDA
DUPLICES ANIMO
MISERI ESTOTE ET LUGETE
ET PLORATE
RISUS UESTER IN LUCTUM
CONUERTATUR ET GAUDIUM
IN MAEROREM
HUMILIAMINI IN CONSPECTU
DÑI ET EXALTAUIT UOS
XV NOLITE DETRAHERE ALTER
UTRUM FRATRES MEI
QUI DETRAHIT FRATRI AUT QUI
IUDICAT FRATREM SUUM
DETRAHIT LEGI ET IUDICAT LEGEM
SI AUTEM IUDICAS LEGEM
NON ES FACTOR LEGIS SED IUDEX
UNUS EST LEGIS LATOR ET IUDEX
QUI POTEST PERDERE ET LIBERARE
TU AUTEM QUIS ES QUI IUDICAS
PROXIMUM
XVI ECCE NUNC QUI DICITIS HODIE
AUT CRASTINO IBIMUS IN ILLAM
CIUITATEM
ET FACIEMUS QUIDEM IBI ANNUM
ET MERCABIMUR ET LUCRUM
FACIEMUS
QUI IGNORATIS QUID SIT IN CRASTINO
QUAE ENIM EST UITA UESTRA
UAPOR EST AD MODICUM
PARENS ET DEINCEPS
EXTERMINABITUR
PRO EO UT DICATIS
SI DS UOLUERIT
ET UIXERIMUS FACIEMUS
HOC AUT ILLUD
NUNC AUTEM EXULTATIS
IN SUPERBIIS UESTRIS
OMNIS EXULTATIO TALIS MALIGNA EST

SCIENTI IGITUR BONUM FACERE
ET NON FACIENTI PECCATUM
EST ILLI
XVII AGE NUNC DIUITES PLORATE
ULULANTES IN MISERIIS
QUAE ADUENIENT UOBIS
DIUITIAE UESTRAE PUTRAE
FACTAE SUNT
ET UESTIMENTA UESTRA
A TINEIS COMESTA SUNT
AURUM ET ARGENTUM UESTRUM
ERUGINAUIT
ET ERUGO EORUM IN TESTIMO
NIUM UOBIS ERIT
ET MANDUCABIT CARNES UESTRAS
SICUT IGNIS
THESAURIZASTIS IRAM
IN NOUISSIMIS DIEBUS
ECCE MERCES OPERARIORUM
QUI MESSUERUNT REGIONES
UESTRAS
QUI FRAUDATUS EST A UOBIS CLAMAT
ET CLAMOR IPSORUM IN AURES
DNI SABAOTH INTROIUIT
EPULATI ESTIS SUPER TERRAM
ET IN LUXURIIS ENUTRISTIS
CORDA UESTRA
IN DIEM OCCISIONIS ADDUXISTIS
OCCIDISTIS IUSTUM ET NON
RESISTIT UOBIS
PATIENTES IGITUR ESTOTE FF
USQUE AD ADUENTUM DNI
XVIII ECCE AGRICOLA EXPECTAT
PRAETIOSUM FRUCTUM
TERRAE
PATIENTER FERENS DONEC
ACCIPIAT TEMPORANEUM
ET SEROTINUM
PATIENTES ESTOTE ET UOS
CONFIRMATE CORDA UESTRA
QUONIAM ADUENTUS DNI
ADPROPINQUABIT
NOLITE INGEMESCERE FRATRES
IN ALTERUTRUM UT NON IUDICEMINI

ECCE IUDEX ANTE IANUAM ADSISTIT
EXEMPLUM ACCIPITE FF LABORIS
ET PATIENTIAE
PER PROPHETAS QUI LOCUTI SUNT
IN NOMINE DNI
XIX ECCE BEATIFICAMUS QUI SUS
TINUERUNT SUFFERENTIAM
IOB AUDISTIS ET FINEM DNI
UIDISTIS
QUONIAM MISERICORS EST
DNS ET MISERATOR
ANTE OMNIA AUTEM FF MEI
NOLITE IURARE NEQUE PER CAELUM
NEQUE PER TERRAM
NEQUE ALIUD QUODCUMQUE
IURAMENTUM
SIT AUTEM SERMO UESTER
EST EST NON NON
UT NON SUB IUDICIO DECIDATIS
TRISTATUR ALIQUIS UESTRUM
ORET AEQUO ANIMO ET PSALLAT
INFIRMATUR QUIS IN UOBIS INDUCAT
PRAESBYTEROS ECCLESIAE
ET ORENT SUPER EUM
UNGENTES EUM OLEO
IN NOMINE DNI
ET ORATIO FIDEI SALUABIT
INFIRMUM ET ALLEUABIT
EUM DNS
ET SI IN PECCATIS SIT
DIMITTENTUR EI
CONFITEMINI ERGO ALTER
UTRUM PECCATA UESTRA
ET ORATE PRO INUICEM
UT SALUEMINI
MULTUM ENIM UALET
DEPRAECATIO IUSTI ADSIDUA
XX HELIAS HOMO ERAT SIMILIS
NOBIS PASSIBILIS
ET ORATIONE ORAUIT UT NON
PLUERET SUPER TERRAM
ET NON PLUIT ANNOS TRES
ET MENSES SEX
ET RURSUS ORAUIT ET CAELUM

DEDIT PLUUIAM ET TERRA
DEDIT FRUCTUM SUUM
FRATRES MEI SI QUIS EX UOBIS
ERRAUERIT A UERITATE
ET CONUERTERIT QUIS EUM
SCIRE DEBET QUONIAM QUI
CONUERTI FECERIT PECCATO
REM AB ERRORE UITAE SUAE
SALUABIT ANIMAM EIUS
A MORTE ET OPERIT
MULTITUDINEM PECCATORUM

EXPLICIT EPIS IACOBI APOST

INCIPIUNT CAPITULA

SCI PETRI APOST P

I DE INGENERATIONIS INUICTA POTENTIA
II DE PROPHETIS QUI ANIMARUM TOLE
RANTIAM PRAEDICANT
III DE PONTIFICIB SACERDOTUM QUI SACER
DOTEM IN CASTITATE
IIII DE SEMINIS SALUTARIS UERBI
V DE SACERDOTIB QUOS AD INSTAR INFANTIU
UT CONCUPISCANT LAC SINE DOLO
VI DE LAPIDIB UIUIS ET HOSTIIS SPIRITALIB
VII DE POPULO ADQUISITIONIS QUEM REGALE
SACERDOTIUM NOMINAT
VIII DE POPULARIB QUOS AB ITINIS CARNIS
PRIUARI DESIDERAT
IX DE POPULARIB UIUENDI QUOS ORDINE DOCUIT
X DE EXHORTATIONE MULIERUM UIRIS HERENTIUM
XI DE UIRIS QUOS QUEMADMODUM CUM MULIERIB
ATQ CUM OMNIB UIUERE DEBEANT EXHORTATUR
XII DE ARCA PER QUAM PAUCI SALUANTUR
XIII DE BAPTISMO QUOD A MUNDI ACTIBUS
LIBERAT
XIIII DE COGNOSCENTIBUS DNM QUOS NON LICET
ULTERIUS QUAM DI UOLUNTATI SERUIRE
XV DE EUUERBO DIUINO QUI ET MORTUIS ID EST
NON CREDENTIB PRAEDICATUR
XVI DE CLERO ET POPULO QUOS SIBIMET
UICISSIM MINISTRARE HORTATUR
XVII DE UISITATIS PASSIBONIBUS XPI
XVIII DE IUDICIO QUOD NON AB EXTERIS
SED A DOMO DI INCIPIAT
XIX DE CORONA INMARCESCIBILI
XX DE MANSUETUDINE ET SUBIECTIONE
ALTERNA FUGITUQUE DIABOLICO
XXI DE DO QUI OPTIMUM OPUS
INITIANTES ADIUUAT

EXP CAPITULA

INCIP EPIST SCI PETRI

PETRUS APOSTOLUS IHU XPI
ELECTIS ADUENIS DISPERSIO
NIS PONTI GALATIAE CAPPA
DOCIAE ASIAE ET BYTHINIAE
SECUNDUM PRAESCIENTIA DI
PATRIS IN SCIFICATIONEM SPS
IN OBOEDIENTIAM ET ASPERSIO
NEM SANGUINIS IHU XPI
GRATIA UOBIS ET PAX
MULTIPLICETUR
BENEDICTUS DS ET PATER
DNI NI IHU XPI
QUI SECUNDUM MAGNAM
MISERICORDIAM SUAM
REGENERAUIT NOS IN SPEM UIUAM
PER RESURRECTIONEM IHU XPI
EX MORTUIS
IN HEREDITATEM INCORRUPTIBILE
ET INCONTAMINATAM ET IN
MARCESCIBILEM CONSER
UATAM IN CAELIS
UOBIS QUI IN UIRTUTE DI
CUSTODIMINI PER FIDEM
IN SALUTEM PARATAM REUE
LARI IN TEMPORE NOUISSIMO
IN QUO EXULTATIS MODICUM
NUNC SI OPORTET CONTRIS
TARI IN UARIIS TEMPTATIONIB
UT PROBATIO UESTRAE FIDEI
MULTO PRAETIOSIOR SIT AURO
QUOD PER IGNEM PROBATUR
II INUENIATUR IN LAUDEM
ET GLORIAM ET HONOREM

INREUELATIONEM IHU XPI
QUEM CUM NON UIDERITIS
DILIGITIS
IN QUEM NUNC QUOQUE NON
UIDENTES CREDITIS
QUEM CUM NON UIDERITIS
EXULTABITIS LAETITIA INENAR
RABILI ET GLORIFICATA
REPORTANTES FINEM FIDEI
UESTRAE SALUTEM ANIMARŪ
UESTRARUM
DE QUA SALUTE EXQUISIERUNT
ATQUE SCRUTATI SUNT PROPHETAE
QUI DE FUTURA IN UOBIS GRATIA
PROPHETAUERUNT
SCRUTANTES IN QUOD UEL QUALE
TEMPUS SIGNIFICARET IN EIS
SPS XPI
PRAENUNTIANS EAS QUAE IN XPO
SUNT PASSIONES ET POSTERI
ORES GLORIAS QUIBUS
REUELATUM EST
QUIA NON SIBI IPSIS
UOBIS AUTEM MINISTRABANT
EA QUAE NUNC ADNUNTIATA
SUNT UOBIS
PER EOS QUI EUANGELIZAUERUNT
UOBIS SPU SCO MISSO DE CAELO
IN QUEM DESIDERANT ANGELI
PROSPICERE
III PROPTER QUOD SUCCINCTI
LUMBOS MENTIS UESTRAE
SOBRII PERFECTE
SPERATE IN EAM QUAE OFFERTUR
UOBIS GRATIAM IN REUELA
TIONE IHU XPI
QUASI FILII OBOEDIENTIAE
NON CONFIGURATI PRIORIB
IGNORANTIAE UESTRAE
DESIDERIIS
SED SECUNDUM EUM QUI
UOCAUIT UOS SCM
ET IPSI SCI IN OMNI CONUER
SATIONE SITIS

QUONIAM SCRIPTUM EST
SCI ESTOTE QUIA EGO SCS SUM
ET SI PATREM INUOCATIS EUM
QUI SINE ACCEPTIONE PER
SONARUM IUDICAT
SECUNDUM UNIUS CUIUSQUE OPUS
IN TIMORE INCOLATUS UESTRI
TEMPORE CONUERSAMINI
SCIENTES QUOD NON CORRUP
TIBILIBUS AURO UEL ARGENTO
REDEMPTI ESTIS
DE UANA UESTRA CONUERSA
TIONE PATERNAE TRADITIONIS
SED PRAETIOSO SANGUINE
QUASI AGNI INMACULATI
ET INCONTAMINATI IHU XPI
PRAECOGNITI QUIDEM ANTE
CONSTITUTIONEM MUNDI
II MANIFESTATI AUTEM NOUIS
SIMIS TEMPORIBUS
PROPTER UOS QUI PER IPSUM
FIDELES ESTIS IN DO
QUI SUSCITAUIT EUM A MORTUIS
ET DEDIT EI GLORIAM
UT FIDES UESTRA ET SPES
ESSET IN DO
ANIMAS UESTRAS CASTIFICAN
TES IN OBOEDIENTIAM
CARITATIS
IN FRATERNITATIS AMORE
SIMPLICI
EX CORDE INUICEM
DILIGITE ATTENTIUS
RENATI NON SEMINE CORRUPTIBILI
SED INCORRUPTIBILI PER UERBUM
DI UIUI ET PERMANENTIS
IN AETERNUM
QUIA OMNIS CARO FAENUM
ET OMNIS GLORIA EIUS
TAMQUAM FLOS FAENI
EXARUIT FAENUM ET FLOS
DECIDIT
UERBUM AUTEM DNI MANET
IN AETERNUM

HOC EST AUTEM UERBUM QUOD
EUANGELIZATUM EST IN UOBIS
V DEPONENTES IGITUR OMNEM
MALITIAM ET OMNEM DOLUM
ET SIMULATIONES ET INUIDIAS
ET OMNES DETRACTIONES
SICUT MODO GENITI INFANTES
RATIONABILE ET SINE DOLO
LAC CONCUPISCITE
UT IN EO CRESCATIS IN SALUTEM
SI TAMEN GUSTATIS QUONIAM
DULCIS EST DNS
AD QUEM ACCEDENTES LAPIDEM
UIUUM
AB HOMINIBUS QUIDEM REPROBATUM
A DO AUTEM ELECTUM ET HONO
RIFICATUM
VI ET IPSI TAMQUAM LAPIDES UIUI
SUPER AEDIFICAMINI DOMUS
SPIRITALES SACERDOTIUM SCM
OFFERRE SPIRITALES HOSTIAS
ACCEPTABILES DO PER IHM XPM
PROPTER QUOD CONTINET
SCRIPTURA
ECCE PONO IN SION LAPIDEM
SUMMUM ANGULAREM
ELECTUM PRAETIOSUM
ET OMNIS QUI CREDIDERIT IN EO
NON CONFUNDETUR
UOBIS IGITUR HONOR CREDENTIB
NON CREDENTIBUS AUTEM LAPIS
QUEM REPROBAUERUNT
AEDIFICANTES
HIC FACTUS EST IN CAPUT ANGULI
ET LAPIS OFFENSIONIS ET PETRA
SCANDALI
HIS QUI OFFENDUNT UERBO NEC
CREDUNT IN QUO ET POSITI SUNT
VII UOS AUTEM GENUS ELECTUM
REGALE SACERDOTIUM
GENS SCA POPULUS ADQUISITIONIS
UT UIRTUTES ADNUNTIETIS EIUS
QUI DE TENEBRIS UOS UOCAUIT
IN AD MIRABILE LUMEN SUUM

QUI ALIQUANDO NON POPULUS
NUNC AUTEM POPULUS DI
QUI NON SECUTI MISERICORDIAM
NUNC AUTEM MISERICORDIAM
CONSECUTI
VIII CARISSIMI OBSECRO TAMQUAM
ADUENAS ET PEREGRINOS
ABSTINERE UOS A CARNALIBUS
DESIDERIIS QUAE MILITANT
ADUERSUS ANIMAM
CONUERSATIONEM UESTRAM
INTER GENTES HABENTES BONAM
UT IN EO QUOD DETRAHUNT
DE UOBIS TAMQUAM DE MALE
FACTORIBUS
EX BONIS OPERIBUS UOS CONSIDE
RANTES GLORIFICENT DM
IN DIE UISITATIONIS
SUBIECTI ESTOTE OMNI HUMANAE
CREATURAE PROPTER DM
SIUE REGI QUASI PRAECELLENTI
SIUE DUCIB TAMQUAM
AB EO MISSIS
AD UINDICTAM MALORUM
LAUDEM UERO BONORUM
QUIA SIC EST UOLUNTAS DI UT BENE
FACIENTES OBMUTESCERE
FACIATIS IMPRUDENTIUM
HOMINUM IGNORANTIAM
QUASI LIBERI ET NON QUASI
UELAMEN HABENTES
MALITIAE LIBERTATEM
SED SICUT SERUI DI OMNES
HONORATE
FRATERNITATEM DILIGITE
DM TIMETE
REGEM HONORIFICATE
SERUI SUBDITI IN OMNI TIMORE
DOMINIS NON TANTUM BONIS
ET MODESTIS SED ETIAM
DISCOLIS
HAEC EST ENIM GRATIA
SI PROPTER CONSCIENTIAM DI
SUSTINET QUIS TRISTITIAS

PATIENS INIUSTE
QUAE ENIM GLORIA EST SI PEC
CANTES ET COLAPHIZATI
SUFFERTIS
SED SI BENEFACIENTES ET PATI
ENTES SUSTINETIS
HAEC EST GRATIA APUD DM̄
IN HOC ENIM UOCATI ESTIS
QUIA ET XP̄S PASSUS EST
PRO UOBIS
RELINQUENS UOBIS EXEMPLUM
UT SEQUAMINI UESTIGIA EIUS
QUI PECCATUM NON FECIT
NEC DOLUS INUENTUS EST
IN ORE EIUS
QUI CUM MALEDICERETUR.
NON MALEDICEBAT
CUM PATERETUR NON COM
MINABATUR.
TRADEBAT AUTEM SE IUDICANTI
INIUSTE
QUI PECCATA NOSTRA IPSE PER
TULIT IN CORPORE SUO
PER LIGNUM
UT PECCATIS MORTUI IUSTITIAE
UIUEREMUS
CUIUS LIUORE SANATI ESTIS
ERATIS ENIM SICUT OUES ERRANTES
SED CONUERSI ESTIS NUNC AD
PASTOREM ET EPISCOPUM
ANIMARUM UESTRARUM
SIMILITER ET MULIERES
SUBDITAE SINT SUIS UIRIS
UT ET SI QUI NON CREDUNT
UERBO
PER MULIERUM CONUERSA
TIONEM SINE UERBO
LUCRIFIANT
CONSIDERANTES IN TIMORE
CASTAM CONUERSATIONEM
UESTRAM
QUARUM SIT NON EXTRINSECUS
CAPILLATURA
AUT CIRCUMDATIO AURI

AUT INDUMENTI
UESTIMENTORUM CULTUS
SED QUI ABSCONDITUS CORDIS
EST HOMO IN INCORRUPTIBILI
TATE QUIETI ET MODESTI SPS
QUOD EST IN CONSPECTU DI
LOCUPLEX
SIC ENIM ALIQUANDO ET SCAE
MULIERES SPERANTES
IN DNO
ORNABANT SE SUBIECTAE
PROPRIIS UIRIS
SICUT SARRA OBOEDIUIT ABRAHAE
DOMINUM EUM UOCANS
CUIUS ESTIS FILIAE BENEFACIENTES
ET NON TIMENTES ULLAM
PERTURBATIONEM
UIRI SIMILITER COHABITANTES
SECUNDUM SCIENTIAM
QUASI INFIRMIORI UASO MULIEBRI
INPERTIENTES HONOREM
TAM QUAM ET COHEREDIBUS
GRATIAE UITAE UT NE INPEDI
ANTUR ORATIONES UESTRAE
IN FIDE AUTEM OMNES UNANIMES
CONPATIENTES
FRATERNITATIS AMATORES
MISERICORDES HUMILES
NON REDDENTES MALUM
PRO MALO
UEL MALEDICTU̅ PRO
MALEDICTO
SED E CONTRARIO BENE
DICENTES
QUIA IN HOC UOCATI ESTIS
UT BENEDICTIONE̅ HEREDITATE
POSSIDEATIS
QUI ENIM UULT UITAM DILIGERE
ET UIDERE DIES BONOS
COHERCEAT LINGUAM SUAM
A MALO ET LABIA EIUS
NE LOQUANTUR DOLUM
AUTEM DECLINET A MALO ET FACIAT BONUM
INQUIRAT PACEM ET SEQUATUR EA

QUIA OCULI DNI SUPER IUSTOS
ET AURES EIUS IN PRAECES
EORUM
UULTUS AUTEM DNI SUPER
FACIENTES MALA
ET QUIS EST QUI UOBIS NOCEAT
SI BONI AEMULATORES FUERITIS
SED ET SI QUID PATIMINI PROPTER
IUSTITIAM BEATI
TIMOREM AUTEM EORUM
NE TIMUERITIS ET NON
CONTURBEMINI
DNM AUTEM XPM SCIFICATE
IN CORDIBUS UESTRIS
PARATI SEMPER AD SATISFAC
TIONEM
OMNI POSCENTI UOS RATIONEM
DE EA QUAE IN UOBIS EST SPE
SED CUM MODESTIA ET TIMORE
CONSCIENTIAM HABENTES BONA
UT IN EO QUOD DETRAHUNT
DE UOBIS CONFUNDANTUR
QUI CALUMNIANTUR UESTRAM
BONAM IN XPO CONUERSA
TIONEM
XII MELIUS EST ENIM BENEFACI
ENTES SI UELIT UOLUNTAS DI
PATI QUAM MALEFACIENTES
QUIA ET XPS SEMEL
PRO PECCATIS MOR
TUUS EST
IUSTUS PRO INIUSTIS
UT NOS OFFERRET DO
MORTIFICATOS CARNE
UIUIFICATOS AUTEM SPU
IN QUO ET HIS QUI IN CARCERE
ERANT SPIRITIB· UENIENS
PRAEDICAUIT
QUI INCREDULI FUERANT
ALIQUANDO
QUANDO EXPECTABAT
DI PATIENTIA
IN DIEBUS NOE CUM FABRICA
RETUR ARCA
IN QUA PAUCI ID EST OCTO ANIMAE
SALUAE FACTAE SUNT PER AQUA
QUOD ET UOS NUNC SIMILIS
FORMAE SALUOS FECIT
BAPTISMA
NON CARNIS DEPOSITIO SORDIU
SED CONSCIENTIAE BONAE
INTERROGATIO IN DM
PER RESURRECTIONEM IHU XPI
QUI EST IN DEXTERA DI
DEGLUTIENS MORTEM
UT UITAE AETERNAE
HEREDES EFFICEREMUR.
PROFECTUS IN CAELUM
SUBIECTIS SIBI ANGELIS
ET POTESTATIBUS
ET UIRTUTIBUS
XPO IGITUR PASSO IN CARNE
ET UOS EADEM COGITATIONE
ARMAMINI
QUIA QUI PASSUS EST CARNE
DESITA PECCATIS
UT IAM NON HOMINUM
DESIDERIIS
SED UOLUNTATI DI QUOD RELIQUU
EST IN CARNE UIUAT TEMPORIS
SUFFICIT ENIM PRAETERITUM
TEMPUS AD UOLUNTATEM
GENTIUM CONSUMMANDA
QUI AMBULAUERUNT IN LUXURIIS
IN DESIDERIIS UINOLENTIIS
COMESATIONIB· POTATIONIB·
ET INLICITIS IDOLORUM
CULTIBUS
IN QUO ADMIRANTUR.
NON CONCURRENTIBUS UOBIS
IN EANDEM LUXURIAE CONFU
SIONEM BLASPHEMANTES
QUI REDDENT RATIONEM EI
QUI PARATUS EST IUDICARE
UIUOS ET MORTUOS
PROPTER HOC ENIM ET MOR
TUIS EUANGELIZATUM EST
UT IUDICENTUR QUIDEM

SECUNDUM HOMINES
IN CARNE
UIUANT AUTEM SECUNDUM
DM IN SPU
XVI OMNIUM AUTEM FINIS
ADPROPINQUABIT
ESTOTE ITAQUE PRUDENTES
ET UIGILATE IN ORATIONIBUS
ANTE OMNIA MUTUAM
IN UOSMET IPSOS CARITATEM
HABENTES CONTINUAM
QUIA CARITAS COOPERIT MULTI
TUDINEM PECCATORUM
HOSPITALES INUICEM SINE
MURMURATIONE
UNUSQUISQUE SICUT ACCIPIT
GRATIAM IN ALTERUTRUM
ILLAM ADMINISTRANTES
SICUT BONI DISPENSATORES
MULTIFORMIS GRATIAE DI
SIQUIS LOQUITUR QUASI
SERMONES DI
SIQUIS MINISTRAT TAMQUAM
EX UIRTUTE QUAM ADMINIS
TRAT DS
UT IN OMNIBUS HONORIFICETUR
DS PER IHM XPM
CUI EST GLORIA ET IMPERIUM
IN SAECULA AMEN
XVII CARISSIMI NOLITE PEREGRI
NARI IN FERUORE QUI AD TEM
TATIONEM UOBIS FIT
QUASI NOUI ALIQUID UOBIS
CONTINGAT
SED COMMUNICANTES XPI
PASSIONIBUS GAUDETE
UT ET IN REUELATIONEM
GLORIAE EIUS GAUDEATIS
EXULTANTES
SI EXPROBRAMINI IN NOMINE
XPI BEATI ERITIS QUONIAM
GLORIAE DI SPS IN UOBIS
REQUIESCIT
AB ALIIS BLASPHEMATUS A UOBIS
AUTEM HONORIFICATUS
NEMO ENIM UESTRUM
PATIATUR QUASI HOMICIDA
AUT FUR AUT MALEDICUS
AUT ALIENORUM APPETITOR
SI AUTEM UT XPIANUS NON ERUBESCAT
GLORIFICET AUTEM DM IN ISTO
NOMINE
XVIII QUONIAM TEMPUS UT INCIPIAT
IUDICIUM DE DOMU DI
SI AUTEM PRIMUM A NOBIS
QUI FINIS EORUM QUI NON
CREDUNT DI EUANGELIO
ET SI IUSTUS UIX SALUABITUR
IMPIUS ET PECCATOR
UBI PAREBUNT
ITAQUE ET HII QUI PATIUNTUR
SECUNDUM UOLUNTATEM DI
FIDELI CREATORI COMMENDANT
ANIMAS SUAS IN BENEFACTIS
XVIIII SENIORES ERGO QUI IN UOBIS
SUNT OBSECRO CONSENIOR
ET TESTIS XPI PASSIONUM
QUI ET EIUS QUAE IN FUTURO
REUELANDA EST GLORIAE
COMMUNICATOR
PASCITE QUI EST IN UOBIS
GREGEM DI
PROUIDENTES NON COACTOS
SED SPONTANEAE
SECUNDUM DM
NEQ· TURPIS LUCRI GRATIA
SED UOLUNTARIE
NEQUE UT DOMINANTES IN CLERIS
SED FORME FACTI GREGI
EX ANIMO
ET CUM APPARUERIT PRINCEPS
PASTORUM
PERCIPIETIS INMARCESCIBILEM
GLORIAE CORONAM
SIMILITER ADULESCENTES
SUBDITI ESTOTE SENIORIBUS
OMNES AUTEM INUICEM
HUMILITATEM INSINUATE

quia ds superbis resistit
humilibus autem
dat gratiam
humiliamini igitur sub po
tenti manu di
ut uos exaltet in tempore
uisitationis
omnem sollicitudinem
uestram proicientes in eum
quoniam ipsi cura est de uobis
sobrii estote uigilate
quia aduersarius uester
diabolus tamquam leo
rugiens circuit quaerens
quem deuoret
cui resistite fortes fide
scientes eandem passionem
ei quae in mundo est uestrae
fraternitatis fieri
XXI ds autem omnis gratiae
qui uocauit nos in aeternam
suam gloriam in xpo ihu
modicum passos ipse
perficiet confirmauit
solidabit que
ipsi imperium in saecula
saeculorum amen
per siluanum uobis fidelem
fratrem ut arbitror
breuiter scripsi
obsecrans et contestans
hanc esse ueram gratiam
di in qua et statis
salutat uos ecclesia
quae est in babylone
conlecta
et marcus filius meus
salutate inuicem in osculo sco
gratia uobis omnibus
qui estis in xpo ihu

EXPLICIT EPIST PETRI
APOSTOLI PRIMA

INCIPIUNT CAPITULA

I De gratiae uocatione per gloriam
II De sacerdotibus dicit ut curam omnium hominum agant
III Idem petrus hortatur nos ad bonam uocationem et de obitu suo
IIII Idem post obitum suum hortatur ut bonorum memores simus et uisione xpi in monte
V De prophetiae et pseudo prophetis et quod angelis iniquis non pepercerit os de diluuio et sodomis
VI Pios dns eripit et iniquos in diem iudicii cruciandos
VII De his qui ea quae ignorant loquuntur blasphemantes secuti sententiam balaam
VIII De his qui sine fructu sunt et his qui ad uomitum reuertuntur
IX Hortatur in secunda epistula non audire falsos doctores
X De die nouissima dicit nolens aliquem perire
XI Nouos caelos et nouam terram expectare dicit et ne in errorem trans ducti excedatis

EXPLICIT CAPITULA
INCIPIT EPIST PETRI APOS II

Simon petrus seruus
et apostolus ihu xpi
his qui coaequalem nobis
sortiti sunt fidem
in iustitia di nostri et salua
toris ihu xpi
gratia uobis et pax adimplea
tur in agnitione dni nri
quomodo omnia nobis
diuinae uirtutis suae
quae ad uitam et pietatem
donata est
per cognitionem eius qui
uocauit nos propria
gloria et uirtute
per quam maxima et pretiosa

NOBIS PROMISSA DONAUIT
UT PER HAEC EFFICIAMINI
DIUINAE CONSORTES NATURAE
FUGIENTES EIUS QUAE IN MUN
DO EST CONCUPISCENTIAE
CORRUPTIONEM, OMNEM
II UOS AUTEM CURAM SUBIN
FERENTES
MINISTRATE IN FIDE UESTRA
UIRTUTEM
IN UIRTUTE AUTEM SCIENTIAM
IN SCIENTIA AUTEM ABSTINENTIAM
IN ABSTINENTIA AUTEM
PATIENTIAM
IN PATIENTIA AUTEM PIETATEM
IN PIETATE AUTEM AMOREM
FRATERNITATIS
IN AMORE AUTEM FRATERNI
TATIS CARITATEM
HAEC AUTEM OMNIA SI UOBIS
CUM ADSINT ET SUPERENT
NON UACUOS NEC SINE FRUCTU
UOS CONSTITUENT
IN DNI NI IHU XPI COGNITIONE
CUI ENIM NON PRAESTO
SUNT HAEC
CAECUS EST ET MANU TEMPTANS
OBLIUIONEM ACCIPIENS PUR
GATIONIS UETERUM SUORUM
DELICTORUM
III QUAPROPTER FRATRES
MAGIS AGITE
UT PER BONA OPERA CERTAM
UESTRAM UOCATIONEM
ET ELECTIONEM FACIATIS
HAEC ENIM FACIENTES NON
PECCABITIS ALIQUANDO
SIC ENIM ABUNDANTER MINIS
TRABITUR UOBIS INTROITUS
IN AETERNUM REGNUM
DNI NI ET SALUATORIS IHU XPI
PROPTER QUOD INCIPIAM UOS
SEMPER COMMONERE DE HIS
ET QUIDEM SCIENTES
ET CONFIRMATOS IN PRAE
SENTI UERITATE
IUSTUM AUTEM ARBITROR
QUANDIU SUM IN HOC
TABERNACULO
SUSCITARE UOS IN COMMO
NITIONE
CERTUS QUOD UELOX EST
DEPOSITIO TABERNACULI MEI
SECUNDUM QUOD ET DNS NOS
TER IHS XPS SIGNIFICAUIT MIHI
IIII DABO AUTEM OPERAM ET FRE
QUENTER HABERE UOS POST
OBITUM MEUM
UT HORUM MEMORIAM FACIATIS
NON ENIM DOCTAS FABULAS
SECUTI NOTAM FECIMUS
UOBIS DNI NI IHU XPI UIRTUTEM
SED SPECULATORES FACTI ILLIUS
MAGNITUDINIS
ACCIPIENS ENIM A DO PATRE
HONOREM ET GLORIAM
UOCE DELAPSA AD EUM HUIUS
CEMODI A MAGNIFICA GLORIA
HIC EST FILIUS MEUS DILECTUS
IN QUO MIHI CONPLACUI
ET HANC UOCEM NOS AUDIUIMUS
DE CAELO ALLATAM
CUM ESSEMUS CUM IPSO
IN MONTE SCO
ET HABEMUS FIRMIOREM
PROFETICUM SERMONEM
CUI BENE FACITIS ADTENDENTES
V QUASI LUCERNAE LUCENTI
IN CALIGINOSO LOCO
DONEC LUCESCAT DIES ET LUCIFER
ORIATUR IN CORDIB· UESTRIS
HOC PRIMUM INTELLEGENTES
QUOD OMNIS PROPHETIA
SCRIPTURAE PROPRIA INTER
PRAETATIONE NON FIT
NON ENIM UOLUNTATE HUMANA
ALLATA EST ALIQUANDO
PROPHETIA

SED SPU SCO INSPIRATI
LOCUTI SUNT SCI DI HOMINES
FUERUNT UERO ET PSEUDO:
PROPHETAE IN POPULO
SICUT ET IN UOBIS ERUNT
MAGISTRI MENDACES
QUI INDUCENT SECTAS
PERDITIONIS
ET EUM QUI EMIT EOS
DNM NEGANT
SUPERDUCENTES SIBI CELEREM
PERDITIONEM IIII
ET MULTI SEQUUNTUR EORUM
LUXURIAS
PER QUOS UIA UERITATIS
BLASPHEMABITUR
ET IN AUARITIA FICTIS UERBIS
DE UOBIS NEGOTIABUNTUR
QUIB· IUDICIUM IAM OLIM
NON CESSAT
ET PERDITIO EORUM
NON DORMITAT
SI ENIM DS ANGELIS PECCANTIB·
NON PEPERCIT
SED RUGIENTIBUS INFERNI
DETRACTOS IN TARTARUM
TRADIDIT IN IUDICIUM
CRUCIANDOS RESERUARI
ET ORIGINALI MUNDO
NON PEPERCIT
SED OCTAUUM NOE IUSTITIAE
PRAECONEM CUSTODIUIT
DILUUIUM MUNDO IMPIORU
INDUCENS
ET CIUITATES SODOMORUM
ET GOMORRAEORUM
IN CINEREM REDIGENS
EUERSIONE DAMNAUIT
EXEMPLUM EORUM QUI IMPIE
ACTURI SUNT PONENS
ET IUSTUM LOTH OPPRESSUM
A NEFANDORUM INIURIA
CONUERSATIONE ERUIT
ASPECTU ENIM ET AUDITU

IUSTUS ERAT HABITANS APUD EOS
QUI DE DIE IN DIEM ANIMAM
IUSTAM INIQUIS OPERIBUS
CRUCIABANT
VI NOUIT DNS PIOS DE TEMPTA
TIONE ERIPERE
INIQUOS UERO IN DIEM IUDICII
CRUCIANDOS RESERUARE
MAGIS AUTEM EOS QUI POST
CARNEM IN CONCUPISCENTIA
INMUNDITIAE AMBULANT
DOMINATIONEMQUE CONTEM
NUNT AUDACES SIBI PLACENTES
SECTAS NON METUUNT FACERE
BLASPHEMANTES
VII UBI ANGELI FORTITUDINE
ET UIRTUTE CUM SINT MAIORES
NON PORTANT ADUERSUM SE
EXECRABILE IUDICIUM
HI UERO UELUT INRATIONABILIA
PECORA NATURALITER IN CAPTIO
NEM ET IN PERNICIEM
IN HIS QUAE IGNORANT BLASPHE
MANTES IN CORRUPTIONE
SUA ET PERIBUNT
PERCIPIENTES MERCEDEM
INIUSTITIAE UOLUNTATEM
EXISTIMANTES DIEI DILICIAS
COINQUINATIONIS ET MACULAE
DILICIIS AFFLUENTES
IN CONUIUIIS LUXURIANTES III
UOBISCUM
OCULOS HABENTES PLENOS
ADULTERIO ET INCESSABILI
DELICTO
PELLICENTES ANIMAS INSTABILES
COR EXERCITATUM AUARITIA
HABENTES
MALEDICTIONIS FILII
DERELINQUENTES RECTAM
UIAM ERRAUERUNT
SECUTI SUNT UIAM BALAAM
EX BOSOR
QUI MERCEDEM INIQUITATIS AMAUIT

CORREPTIONEM UERO
HABUIT SUAE UAESANIAE
SUBIUGALE MUTUM IN HO
MINIS UOCE LOQUENS
PROHIBUIT PROPHETAE
INSIPIENTIAM
VIII HI SUNT FONTES SINE AQUA
ET NEBULAE TURBINIBUS
EXAGITATE
QUIBUS CALIGO TENEBRARUM
RESERUATUR
SUPERBIA ENIM UANITATIS
LOQUENTES
PELLICENT IN DESIDERIIS
CARNIS LUXURIAE
EOS QUI PAULULUM EFFUGIUNT
QUI IN ERRORE CONUERSANTUR.
LIBERTATEM ILLIS
PROMITTENTES
CUM IPSI SERUI SINT CORRUP
TIONIS A QUO ENIM QUIS SUPE
RATUS EST HUIUS ET SERUUS EST
SI ENIM REFUGIENTES COINQUI
NATIONIS MUNDI IN COGNITIONE
DNI NI ET SALUATORIS IHU XPI
HIS RURSUS INPLICATI SUPERANTUR
FACTA SUNT EIS POSTERIORA
DETERIORA PRIORIBUS
MELIUS ENIM ERAT ILLIS
NON COGNOSCERE UIAM
IUSTITIAE
QUAM POST AGNITIONEM
RETRORSUM CONUERTI
AB EO QUOD ILLIS TRADITUM
EST SCO MANDATO
CONTIGIT EIS ILLUD UERI
PROUERBII
CANIS REUERSUS AD UOMITUM
SUUM ET SUS LOTA IN UOLUTA
BRO LUTI
VIIII HANC ECCE UOBIS CARISSIMI
SECUNDAM SCRIBO EPISTULAM
IN QUIB· EXCITO UESTRAM
IN COMMONITIONEM
SINCERAM MENTEM
UT MEMORES SITIS EORUM
QUAE PRAEDIXI UERBORUM
SCORUM PROPHETARUM
ET APOSTOLORUM UESTRORUM
PRAECEPTORUM DNI ET SALUATORIS
HOC PRIMUM SCIENTES
QUOD UENIENT IN NOUISSIMIS
DIEBUS IN DECEPTIONEM
INLUSORES
IUXTA PROPRIAS CONCUPISCEN
TIAS AMBULANTES
DICENTES UBI EST PROMISSIO
AUT ADUENTUS EIUS
EX QUO ENIM PATRES DORMIE
RUNT· OMNIA SIC PERSEUERANT
AB INITIO CREATURAE
LATET ENIM EOS HOC UOLENTES
QUOD CAELI ERANT PRIUS
ET TERRA DE AQUA ET PER AQUAM
CONSISTENS DI UERBO
PER QUAE ILLE TUNC MUNDUS
AQUA INUNDATUS PERIIT
CAELI AUTEM QUI NUNC SUNT
ET TERRA EODEM UERBO
REPOSITI SUNT
IGNI RESERUATI IN DIEM IUDICII
ET PERDITIONIS IMPIORUM
HOMINUM
X UNUM UERO HOC NON LATEAT
UOS CARISSIMI
QUIA UNUS DIES APUD DNM
SICUT MILLE ANNI
ET MILLE ANNI SICUT
DIES UNUS
NON TARDAT DNS PROMISSIS
SED PATIENTER AGIT
PROPTER UOS
NOLENS ALIQUEM PERIRE
SED OMNES AD PAENITEN
TIAM REUERTI·
ADUENIET AUTEM DIES DNI
SICUT FUR IN QUO CAELI MAGNO
IMPETU TRANSEUNT

ELEMENTA UERO CALORE
SOLUENTUR
CUM HAEC IGITUR OMNIA
DISSOLUENDA SINT
QUALES OPORTET ESSE UOS
IN SCIS CONUERSATIONIB·
ET PIETATIBUS
EXPECTANTES ET PROPERAN
TES IN ADUENTUM DIEI DNI
PER QUAM CAELI ARDENTES
SOLUENTUR
ET ELEMENTA IGNIS ARDORE
TABESCENT
XI NOUOS UERO CAELOS
ET NOUAM TERRAM
ET PROMISSA IPSIUS EXPECTA
MUS IN QUIBUS IUSTITIA
HABITAT
PROPTER QUOD CARISSIMI
HAEC EXPECTANTES
SATIS AGITE INMACULATI
ET INUIOLATI EI INUENIRI IN PACE
ET DNI NI LONGANIMITATEM
SALUTEM ARBITRAMINI
SICUT ET CARISSIMUS FRATER
NOSTER PAULUS
SECUNDUM DATAM SIBI SAPIEN
TIAM SCRIPSIT UOBIS
SICUT ET IN OMNIBUS EPISTULIS
LOQUENS IN EIS
DE HIS IN QUIBUS SUNT QUAEDAM
DIFFICILIA INTELLECTU
QUAE INDOCTI ET INSTABILES
DEPRAUANT
SICUT ET CETERAS SCRIPTURAS
AD SUAM IPSORUM PERDITIONĒ
UOS IGITUR FF PRAESCIENTES
CUSTODITE
NE INSIPIENTIUM ERRORE TRANS
DUCTI EXCIDATIS A PROPRIA
FIRMITATE
CRESCITE UERO IN GRATIA
ET IN COGNITIONE DNI NI
ET SALUATORIS IHU XPI
IPSI GLORIA ET NUNC ET IN DIE
AETERNITATIS AMEN

EXP EPIST PETRI SEC

INCIPIUNT CAPITULA

I IOHANNIS ADNUNTIAT UITAM DNI ET UERITATEM
II QUI IN LUCE AMBULAT SOCIETATEM
HABERE IHU ET QUI DIXERIT PECCATUM
SE NON HABERE MENDAX EST
III ADUOCATUM HABEMUS IHM APUD PATREM
PRO PECCATIS NOSTRIS ET QUI DICIT SE
NOSSE DM ET MANDATA EIUS NON SERUANS
MENDAX EST AMBULAT
IIII QUI FRATREM SUUM ODIT IN TENEBRIS
V OMNES AETATES INSTRUIT IN UERBO DI
MANERE ET CETERA
VI NON EST DILIGENDUM MUNDUM
NEQ· CONCUPISCENTIA EIUS
VII NOUISSIMA HORA DICIT ET QUI NEGAT
FILIUM DI HIC ANTICHRISTUS EST
VIII DOCET MANERE IN XPO ET A NULLO SEDUCI
ET QUI FACIT IUSTITIAM EX DO EST
IX CARITATEM DILIGENTIB· FILIOS DICIT DI
X QUI FACIT PECCATUM DE DIABOLO EST
ET QUI EX DO NATUS EST NON PECCAT
ET DILIGERE INUICEM NON SICUT CAIN
XI CUM COR NOSTRUM ERIGIMUS AD DM
QDCUMQ· PETIERIMUS ACCEPIMUS AB EO
XII SI ODIT NOS MUNDUS TRANSLATI SUMUS DE MORTE
IDEO DEBEMUS PRO FFB· ANIMAM PONERE
XIII OMNI SPU N CREDERE NISI QUI CONFITETUR
IHM XPM ET QUI DE MUNDO SUNT
SCIT EOS MUNDUS
XIIII SICUT DS DILEXIT NOS ITA ET NOS DEBEMUS
INUICEM DILIGERE
XV DM NEMO UIDIT UMQUAM ET SI DILEXERI
MUS EUM MANET IN NOBIS
XVI DS CARITAS EST PERFECTA ENIM CARITAS
FORAS MITTIT TIMOREM
XVII QUI CREDIT QUIA IHS EST XPS EX DO
NATUS EST ET DE TRINITATE
XVIII QUI CREDIT IN FILIUM DI HABET
TESTIMONIUM EIUS

XIX DILECTIO DĪ FRĀ AETERNA EST
ET DE NATURA HUM̄ IN PECCATIS
XX QUI EX DŌ SUNT FILIUM DĪ SEQUUNT
ET HORTATUR CUSTODIRE NOS
A SIMULACHRIS

FINIUNT CAPITULA

INCIP EPIST IOHAN PRIMA

QUOD FUIT AB INITIO
QUOD AUDIUIMUS ET UIDIMUS
OCULIS NOSTRIS
QUOD PERSPEXIMUS ET MANUS
NOSTRAE TEMTAUERUNT
DE UERBO UITAE
ET UITA MANIFESTATA EST
ET UIDIMUS ET TESTAMUR
ET ADNUNTIAMUS UOBIS
UITAM AETERNAM
QUAE ERAT APUD PATREM
ET APPARUIT NOBIS
QUOD UIDIMUS ET AUDIUIMUS
ET ADNUNTIAMUS UOBIS
UT ET UOS SOCIETATEM
HABEATIS NOBISCUM
ET SOCIETAS NOSTRA SIT CUM
PATRE ET CUM FILIO EIUS IHŪ XPŌ
ET HAEC SCRIPSIMUS UOBIS
UT GAUDIUM NOSTRUM
SIT PLENUM
ET HAEC EST ADNUNTIATIO
QUAM AUDIMUS AB EO
ET ADNUNTIAMUS UOBIS
QUONIAM DS LUX EST ET TENEBRAE
IN EO NON SUNT ULLAE
II SI DIXERIMUS QUONIAM SOCIE
TATEM HABEMUS CUM EO
ET IN TENEBRIS AMBULAMUS
MENTIMUR ET NON FACIMUS
UERITATEM
SI AUTEM IN LUCE AMBULAMUS
SICUT ET IPSE EST IN LUCE
SOCIETATEM HABEMUS
AD INUICEM
ET SANGUIS IHŪ XPI FILII EIUS
EMUNDAT NOS OMNI PECCATO
SI DIXERIMUS QUONIAM PECCATUM
NON HABEMUS
IPSI NOS SEDUCIMUS ET UERITAS
IN NOBIS NON EST
SI CONFITEAMUR PECCATA NOSTRA
FIDELIS ET IUSTUS EST UT RE
MITTAT NOBIS PECCATA NOSTRA
ET EMUNDET NOS AB OMNI
INIQUITATE
SI DIXERIMUS QUONIAM NON
PECCAUIMUS
MENDACEM FACIMUS EUM
ET UERBUM EIUS IN NOBIS
NON EST
FILIOLI MEI HAEC SCRIBO UOBIS
UT NON PECCETIS
SED ET SI QUIS PECCAUERIT
ADUOCATUM HABEMUS APUD
PATREM IHM XPM IUSTUM
ET IPSE EST PROPITIATIO
PRO PECCATIS NOSTRIS
NON PRO NOSTRIS AUTEM
TANTUM SED ETIAM
PRO TOTIUS MUNDI
ET IN HOC SCIMUS QUONIAM
COGNOUIMUS EUM
SI MANDATA EIUS OBSERUEMUS
QUI DICIT SE NOSSE EUM
ET MANDATA EIUS NON CUSTODIT
MENDAX EST ET IN EO UERITAS
NON EST
QUI AUTEM SERUAT UERBUM EIUS
UERE IN EO CARITAS DI PERFECTA EST
IN HOC SCIMUS QM IN IPSO SUMUS
QUI DICIT SE IN IPSO MANERE
DEBET SICUT ILLE AMBULAUIT
ET IPSE AMBULARE
IIII CARISSIMI NON MANDATUM
NOUUM SCRIBO UOBIS
SED MANDATUM UETUS QUOD
HABUISTIS AB INITIO
MANDATUM UETUS EST UERBUM
QUOD AUDISTIS
ITERUM MANDATUM NOUUM

SCRIBO UOBIS
QUOD EST UERUM ET IN IPSO
ET IN UOBIS
QUONIAM TENEBRAE TRANSI
ERUNT ET LUMEN UERUM
IAM LUCET
QUI DICIT SE IN LUCE ESSE
ET FRATREM SUUM ODIT
IN TENEBRIS EST USQ· ADHUC
QUI DILIGIT FRATREM SUUM
IN LUMINE MANET ET SCANDALUM
IN EO NON EST
QUI AUTEM ODIT FRATREM SUUM
IN TENEBRIS EST ET IN TENEBRIS
AMBULAT ET NESCIT QUO EAT
QUONIAM TENEBRAE OBCAECA
UERUNT OCULOS EIUS
V SCRIBO UOBIS FILIOLI QUONIAM
REMITTENTUR UOBIS PECCATA
PROPTER NOMEN EIUS
SCRIBO UOBIS PATRES QUONIAM
COGNOUISTIS EUM QUI
AB INITIO EST
SCRIBO UOBIS ADULESCENTES
QUONIAM UICISTIS MALIGNUM
SCRIBO UOBIS INFANTES QUONIAM
COGNOUISTIS PATREM
SCRIPSI UOBIS IUUENES QUIA
FORTES ESTIS ET UERBUM DI
IN UOBIS MANET ET UICISTIS
MALIGNUM
VI NOLITE DILIGERE MUNDUM
NEQUE EA QUAE IN MUNDO SUNT
SI QUIS DILIGIT MUNDUM NON EST
CARITAS PATRIS IN EO
QUONIAM OMNE QUOD IN MUN
DO EST
CONCUPISCENTIA CARNIS EST
ET CONCUPISCENTIA OCULO
RUM ET SUPERBIA UITAE
QUAE NON EST EX PATRE
SED EX MUNDO EST
ET MUNDUS TRANSIBIT ET
CONCUPISCENTIA EIUS

QUI AUTEM FACIT UOLUNTATEM DI
MANET IN AETERNUM
VII FILIOLI NOUISSIMA HORA EST
ET SICUT AUDISTIS QUIA ANTIXPS UENIT
NUNC AUTEM ANTIXPI MULTI
FACTI SUNT
UNDE SCIMUS QUIA NOUISSIMA
HORA EST
EX NOBIS PRODIERUNT SED NON
ERANT EX NOBIS
NAM SI FUISSENT EX NOBIS PER
MANSISSENT UTIQ· NOBISCUM
SED UT MANIFESTI SINT QUONIAM
NON SUNT OMNES EX NOBIS
SED UOS UNCTIONEM
HABETIS A SCO
ET NOSTIS OMNIA
NON SCRIBSI UOBIS QUASI
IGNORANTIB· UERITATEM
SED QUASI SCIENTIBUS EAM
ET QUONIAM OMNE MENDACIUM
EX UERITATE NON EST
QUIS EST MENDAX
NISI QUI NEGAT QUONIAM IHS
NON EST XPS
HIC EST ANTICHRISTUS
QUI NEGAT PATREM ET FILIUM
OMNIS QUI NEGAT FILIUM
NEC PATREM HABET
QUI CONFITETUR FILIUM
ET PATREM HABET
VIII UOS QUOD AUDISTIS AB INITIO
IN UOBIS PERMANEAT
SI IN UOBIS PERMANSERIT
QUOD AB INITIO AUDISTIS
ET UOS IN FILIO ET PATRE
MANEBITIS
ET HAEC EST PROMISSIO QUAM
IPSE POLLICITUS EST UOBIS
UITAM AETERNAM
HAEC SCRIPSI UOBIS DE HIS
QUI SEDUCUNT UOS
ET UOS UNCTIONEM QUAM ACCE
PISTIS AB EO MANEAT IN UOBIS

ET NON NECESSE HABETIS
UT ALIQUIS DOCEAT UOS
SED SICUT UNCTIO EIUS DOCET
UOS DE OMNIBUS
ET UERUM EST ET NON EST
MENDACIUM
ET SICUT DOCUIT UOS MANETE IN EO
ET NUNC FILIOLI MANETE IN EO
UT CUM APPARUERIT HABEAMUS
FIDUCIAM
ET NON CONFUNDAMUR AB EO
IN ADUENTU EIUS
SI SCITIS QUONIAM IUSTUS EST
SCITOTE QUONIAM OMNIS
QUI FACIT IUSTITIAM
EX IPSO NATUS EST
VIIII UIDETE QUALEM CARITATEM
DEDIT NOBIS PATER
UT FILII DĪ NOMINEMUR ET SIMUS
PROPTER HOC MUNDUS NON
NOUIT NOS QUIA NON NOUIT EUM
CARISSIMI NUNC FILII DĪ SUMUS
ET NONDUM APPARUIT QUID
ERIMUS
SCIMUS QUONIAM CUM APPA
RUERIT SIMILES EI ERIMUS
QUONIAM UIDEBIMUS EUM
SICUTI EST
ET OMNIS QUI HABET SPEM
HANC IN EO SC̄IFICAT SE
SICUT ET ILLE SC̄S EST
X OMNIS QUI FACIT PECCATUM
ET INIQUITATEM FACIT
ET PECCATUM EST INIQUITAS
ET SCITIS QUONIAM ILLE APPARUIT
UT PECCATA TOLLERET
ET PECCATUM IN EO NON EST
OMNIS QUI IN EO MANET
NON PECCAT
ET OMNIS QUI PECCAT NON UIDIT
EUM NEC COGNOUIT EUM
FILIOLI NEMO UOS SEDUCAT
QUI FACIT IUSTITIAM IUSTUS EST
SICUT ET ILLE IUSTUS EST

QUI FACIT PECCATUM EX DIABOLO EST
QUONIAM AB INITIO DIABULUS PECCAT
IN HOC APPARUIT FILIUS DĪ UT DISSOL
UAT OPERA DIABOLI
OMNIS QUI NATUS EST EX DŌ
PECCATUM NON FACIT
QUONIAM SEMEN IPSIUS
IN EO MANET
ET NON POTEST PECCARE
QUONIAM EX DŌ NATUS EST
IN HOC MANIFESTI SUNT FILII DĪ
ET FILII DIABULI
OMNIS QUI NON EST IUSTUS
NON EST EX DŌ
ET QUI NON DILIGIT FRATREM SUUM
QUONIAM HAEC EST ADNUNTIATIO
QUAM AUDISTIS AB INITIO
UT DILIGAMUS ALTERUTRUM
NON SICUT CAIN EX MALIGNO ERAT
ET OCCIDIT FRATREM SUUM
ET PROPTER QUID OCCIDIT EUM
QUONIAM OPERA EIUS MALIGNA
ERANT FRATRIS AUTEM
EIUS IUSTA
NOLITE MIRARI FR̄S SI ODIT NOS MUNDUS
NOS SCIMUS QUONIAM TRANS
LATI SUMUS DE MORTE IN UITAM
QUONIAM DILIGIMUS FRATRES
QUI NON DILIGIT MANET IN MORTE
OMNIS QUI ODIT FRATREM SUUM
HOMICIDA EST
ET SCITIS QUONIAM OMNIS 11
HOMICIDA
NON HABET UITAM AETERNAM
IN SE MANENTEM
IN HOC COGNOUIMUS CARITATEM DĪ
QUONIAM ILLE PRO NOBIS
ANIMAM SUAM POSUIT
ET NOS DEBEMUS PRO FRATRIB·
ANIMAS PONERE
QUI HABUERIT SUBSTANTIAM
MUNDI ET UIDERIT FRATREM
SUUM NECESSE HABERE
ET CLAUSERIT UISCERA SUA AB EO

QUOMODO CARITAS DI MANET IN EO
XII FILIOLI NON DILIGAMUS VERBO
NEC LINGUA
SED OPERE ET VERITATE
IN HOC COGNOSCIMUS QUONIAM
EX VERITATE SUMUS ET IN CON
SPECTU EIUS SUADEMUS
CORDA NOSTRA
QUONIAM SI REPRAEHENDERIT
NOS COR NOSTRUM
MAIOR EST DS CORDE NOSTRO
ET NOVIT OMNIA
CARISSIMI SI COR NOSTRUM
NON REPREHENDERIT NOS
FIDUCIAM HABEMUS AD DM
ET QUODCUMQUE PETIERIMUS
ACCIPIEMUS AB EO
QUONIAM MANDATA EIUS
CUSTODIMUS
ET EA QUAE SUNT PLACITA
CORAM EO FACIMUS
ET HOC EST MANDATUM EIUS
UT CREDAMUS IN NOMINE
FILII EIUS IHU XPI
ET DILIGAMUS ALTERUTRUM
SICUT DEDIT MANDATUM NOBIS
ET QUI SERVAT MANDATA EIUS
IN ILLO MANET ET IPSE IN EO
ET IN HOC SCIMUS QUONIAM
MANET IN NOBIS DE SPU QUEM
DEDIT NOBIS
XIII CARISSIMI NOLITE OMNI SPUI
CREDERE
SED PROBATE SPS SI EX DO SINT
QUONIAM MULTI PSEUDOPRO
PHETAE EXIERUNT IN MUNDUM
IN HOC COGNOSCITUR SPS DI
OMNIS SPS QUI CONFITETUR
IHM XPM IN CARNE VENISSE
EX DO EST
ET OMNIS SPS QUI SOLVIT
IHM XPM EX DO NON EST
ET HIC EST ANTICHRISTUS
QUOD AUDISTIS QUO VENIT
ET NUNC IAM IN MUNDO EST
VOS EX DO ESTIS FILIOLI
ET VICISTIS EUM
QUONIAM MAIOR EST QUI IN VOBIS
EST QUAM QUI IN MUNDO
IPSI DE MUNDO SUNT IDEO DE MUNDO
LOCUNTUR ET MUNDUS EOS AUDIT
NOS EX DO SUMUS
QUI NOVIT DM AUDIT NOS
QUI NON EST EX DO NON AUDIT NOS
IN HOC COGNOSCIMUS SPM
VERITATIS ET SPM ERRORIS
XIIII CARISSIMI DILIGAMUS INVICEM
QM CARITAS EX DO EST
ET OMNIS QUI DILIGIT EX DO
NATUS EST ET COGNOSCIT DM
QUI NON DILIGIT NON NOVIT DM
QUONIAM DS CARITAS EST
IN HOC APPARUIT CARITAS DI
IN NOBIS
QUONIAM FILIUM SUUM
UNIGENITUM MISIT DS
IN MUNDUM
UT VIVAMUS PER EUM
IN HOC EST CARITAS
NON QUASI NOS DILEXERIMUS DM
SED QUONIAM IPSE DILEXIT NOS
ET MISIT FILIUM SUUM PROPI
TIATIONEM PRO PECCATIS NOSTRIS
CARISSIMI SI SIC DS DILEXIT NOS
ET NOS DEBEMUS ALTER
UTRUM DILIGERE
XV DM NEMO VIDIT UMQUAM
SI DILIGAMUS INVICEM DS
IN NOBIS MANET
ET CARITAS EIUS IN NOBIS
PERFECTA EST
IN HOC INTELLEGIMUS
QUONIAM IN EO MANEMUS
ET IPSE IN NOBIS
QUONIAM DE SPU SUO
DEDIT NOBIS
ET NOS VIDIMUS ET TESTIFICAMUR
QUONIAM PATER MISIT FILIUM SUUM

SALUATOREM MUNDI
QUICUMQUE CONFESSUS FUERIT
QUONIAM IHS EST FILIUS DI
DS IN EO MANET ET IPSE IN DO
ET NOS COGNOUIMUS ET CRE
DIMUS CARITATI DI QUAM
HABET DS IN NOBIS
XVI DS CARITAS EST ET QUI MANET
IN CARITATE IN DO MANET
ET DS IN EO
IN HOC PERFECTA EST
NOBIS CUM CARITAS
UT FIDUCIAM HABEAMUS
IN DIE IUDICII
QUIA SICUT ILLE EST ET NOS
SUMUS IN HOC MUNDO
TIMOR NON EST IN CARITATE
SED PERFECTA CARITAS FORAS
MITTIT TIMOREM
QUONIAM TIMOR POENAM
HABET
QUI AUTEM TIMET NON EST
PERFECTUS IN CARITATE
NOS ERGO DILIGAMUS INUICEM
QUONIAM DS PRIOR DILEXIT NOS
SI QUIS DIXERIT QUONIAM
DILIGO DM ET FRATREM
SUUM ODERIT MENDAX EST
QUI ENIM NON DILIGIT FRATREM
SUUM QUEM UIDET
DM QUEM NON UIDET QUOMODO
POTEST DILIGERE
ET HOC MANDATUM HABEMUS A DO
UT QUI DILIGIT DM DILIGAT
ET FRATREM SUUM
XVII OMNIS QUI CREDIT QUONIAM
IHS EST XPS EX DO NATUS EST
ET OMNIS QUI DILIGIT EUM
QUI GENUIT
DILIGIT EUM QUI NATUS EST EX EO
IN HOC COGNOSCIMUS QUONIAM
DILIGIMUS NATOS DI
CUM DM DILIGAMUS ET MAN
DATA EIUS FACIAMUS

HAEC EST ENIM CARITAS DI
UT MANDATA EIUS CUSTODIAMUS
ET MANDATA EIUS GRAUIA NON SUNT
QUONIAM OMNE QUOD NATUM
EST EX DO UINCIT MUNDUM
ET HAEC EST UICTORIA QUAE
UINCIT MUNDUM FIDES NOSTRA
QUIS EST QUI UINCIT MUNDUM
NISI QUI CREDIT QUONIAM
IHS EST FILIUS DI
HIC EST QUI UENIT PER AQUAM
ET SANGUINEM IHS XPS
NON IN AQUA SOLUM SED IN AQUA
ET SANGUINE
ET SPS EST QUI TESTIFICATUR
QUONIAM XPS EST UERITAS
QUIA TRES SUNT QUI TESTIMONIUM
DANT SPS ET AQUA ET SANGUIS
ET TRES UNUM SUNT
XVIII SI TESTIMONIUM HOMINUM
ACCIPIMUS
TESTIMONIUM DI MAIUS EST
QUONIAM HOC EST TESTIMONIUM
DI QUOD MAIUS EST
QUIA TESTIFICATUS EST DE FILIO SUO
QUI CREDIT IN FILIO DI HABET
TESTIMONIUM DI IN SE
filio QUI NON CREDIT MENDACEM
FACIT EUM
QUONIAM NON CREDIDIT IN TESTI
MONIO QUOD TESTIFICATUS
EST DS DE FILIO SUO
ET HOC EST TESTIMONIUM
QUONIAM UITAM AETERNAM
DEDIT NOBIS DS
ET HAEC UITA IN FILIO EIUS
QUI HABET FILIUM HABET UITAM
QUI NON HABET FILIUM DI
UITAM NON HABET
XIX HAEC SCRIPSI UOBIS UT SCIATIS
QUONIAM UITAM HABETIS
AETERNAM QUI CREDITIS
IN NOMINE FILII DI
ET HAEC EST FIDUCIA QUAM

habemus ad eum
quia quodcumque petierimus
secundum voluntatem
eius audit nos
et scimus quoniam audit nos
quicquid petierimus
scimus quoniam habemus
petitiones quas postu
lamus ab eo
qui scit fratrem suum peccare
peccatum non ad mortem
petit et dabit ei vitam peccan
tibus non ad mortem
est peccatum ad mortem
non pro illo dico ut roget quis
omnis iniquitas peccatum est
et est peccatum ad mortem
scimus quoniam omnis
qui natus est ex do non peccat
sed generatio di conservat eum
et malignus non tangit eum
XX Scimus quoniam ex do sumus
et mundus totus in maligno
positus est
et scimus quoniam filius
di venit
et dedit nobis sensum
ut cognoscamus verum dm
et simus in vero filio eius
hic est verus et vita aeterna
filioli custodite vos
a simulachris EXPL EPIS IOH P
INCIPIUNT CAPITULA

I Scribit seniori et filiis eius quos diligit
in veritate gratia misericordia
pax dni ni ihu xpi
II Idem gavisus de filiis eius qd ambularet
in mandatum di et dilectionem
III Qui non confitetur ihm xpm venientem
in carne hic anti cristus est
IIII Qui p manet in doctrina di et filium et patrem habet
V Plura scribere vobis nolui sperans me
cito videre vos EXPL CAP
INCIPIT EPIST IOH SEC DO GRATIAS

I Senior electae domine et natis eius
quos ego diligo in veritate
et non ego solus sed et omnes
qui cognoverunt veritatem
propter veritatem quae per
manet in nobis
et nobiscum erit in aeternum
sit nobiscum gratia miseri
cordia pax a do patre
et xpo ihu filio patris
in veritate et caritate
II Gavisus sum valde quoniam
inveni de filiis tuis ambu
lantes in veritate
sicut mandatum accepi
mus a patre
et nunc rogo te domina
non tamquam mandatum
novum scribens tibi
sed quod habuimus ab initio
ut diligamus alterutrum
et haec est caritas ut ambu
lemus secundum mandata eius
III Hoc mandatum est ut quem
admodum audistis ab initio
in eo ambuletis
quoniam multi seductores
exierunt in mundum
qui non confitentur ihm xpm
venientem in carne
hic est seductor et antichristus
videte vosmet ipsos ne perdatis
quae operati estis
sed ut mercedem plenam
accipiatis
IIII Omnis qui praecedit et non
manet in doctrina
xpi dm non habet
qui permanet in doctrina
hic et filium et patrem habet
si quis venit ad vos et hanc
doctrinam non adfert
nolite recipere eum in domum
nec ave ei dixeritis

QUI ENIM DICIT ILLI AVE COM
MUNICAT OPERIBUS MALIGNIS
PLURA HABENS VOBIS SCRIBERE
NOLUI PER CARTAM ET ATRA
MENTUM
SPERO ENIM ME FUTURUM
APUD VOS ET OS AD OS LOQUI
UT GAUDIUM VESTRUM
SIT PLENUM
SALUTANT TE FILII SORORIS
TUAE ELECTAE
EXP EPIST IOHAN SECUNDA
INCIPIUNT CAPITULA
I SENIOR GAIO CARISSIMO SCRIBIT
GAUDENS DE ADUENTU FRATRUM
ET AUDIENS EUM VERITATEM
CUSTODIRE
II QUOD FIDELITER OPERETUR IN PERE
GRINIS ET TESTIMONIUM DE EO
REDDENTES
III SCRIBIT DE DIOTREPES QUOD NON RECI
PERET DOCTRINA EIUS SED ET EOS
QUI CUPIUNT DOCTRINA EIUS
DE ECCLESIA EICIT
IIII QUI BENE FACIT EX DO EST ET DE DEMETRIO
TESTIMONIUM REDDITUR
V NOLUI MULTA SCRIBERE TIBI SPERANS
PROTINUS TE UIDERE SALUTANT TE AMICI
EXPLICIUNT CAPITULA
INCIPIT EPIST IOH TERTIA
SENIOR GAIO CARISSIMO
QUEM EGO DILIGO IN VERITATE
CARISSIME DE OMNIBUS
ORATIONEM FACIO
PROSPERE TE INGREDI ET VALERE
SICUT PROSPERE AGIT ANIMA TUA
GAVISUS SUM VALDE VENIENTIB
FRATRIBUS ET TESTIMONIUM
PERHIBENTIB VERITATI TUAE
SICUT TU IN VERITATE AMBULAS
MAIOREM HORUM
NON HABEO GRATIAM
QUAM UT AUDIAM FILIOS MEOS
IN VERITATE AMBULANTES
II CARISSIME FIDELITER FACIS
QUICQUID OPERARIS IN FRATRES
ET HOC IN PEREGRINOS
QUI TESTIMONIUM REDDI
DERUNT CARITATI TUAE
IN CONSPECTU ECCLESIAE
QUOS BENEFACIES DUCENS
DIGNE DO
PRO NOMINE ENIM PROFECTI SUNT
NIHIL ACCIPIENTES A GENTIBUS
NOS ERGO DEBEMUS
SUSCIPERE HUIUS MODI
UT COOPERATORES SIMUS
VERITATIS
III SCRIPSISSEM FORSITAN
ECCLESIAE
SED IS QUI AMAT PRIMATUM
GERERE IN EIS DIOTRIPES
NON RECIPIT NOS
PROPTER HOC SI VENERO
COMMONEAM EIUS OPERA
QUAE FACIT VERBIS MALIGNIS
GARRIENS IN NOS
ET QUASI NON EI ISTA SUFFICIANT
NEC IPSE SUSCIPIT FRATRES
ET EOS QUI CUPIUNT PROHIBET
ET DE ECCLESIA EICIT
IIII CARISSIME NOLI IMITARI MALU
SED QUOD BONUM EST
QUI BENEFACIT EX DO EST
QUI MALEFACIT NON VIDET DM
DEMETRIO TESTIMONIUM
REDDITUR AB OMNIBUS
ET AB IPSA VERITATE
ET NOS TESTIMONIUM PERHIBEMUS
ET NOSTI QUONIAM TESTIMONIU
NOSTRUM VERUM EST
V MULTA HABUI SCRIBERE TIBI
SED NOLUI PER ATRAMENTUM
ET CALAMUM SCRIBERE TIBI
SPERO AUTEM PROTINUS
TE VIDERE ET OS AD OS LOQUEMUR
PAX TIBI SALUTANT TE AMICI
SALUTA AMICOS PER NOMEN

INCIPIUNT CAPITULA

I IUDAS SCRIBIT HIS QUI IN CARITATE XPI SUNT
DE SALUTE COMMUNI ET DE QUOSDAM
NEGANTES DNM NM IHM XPM
II COMMONENS AUTEM QUOD IHS POPULUM
DE TERRA AEGYPTI SALUANS ET EOS
QUI NON CREDIDERUNT PERDIDIT
ET ANGELOS QUI SUUM PRINCIPEM
OFFENDERUNT SUB CALIGINE RESERUAUIT
III SODOMAE ET GOMORRAE ET FINITIMAE
CIUITATIS CONPARARAT FORNICATORES
ET MIHAHEL ARCHANGELUS CUM
DIABULO DISPUTANS ET CETERA
IIII UIA CAIN ET ERRORE BALAAM ET CORE
PERIERUNT QUI MACULAE CON
UIUENTES SUNT
V SEPTIMUS POST ADAM PROPHETAUIT
ENOCH ET CETERA
VI IN NOUISSIMIS DIEB· ERUNT INLUSORES
A QUIB· OBSERUARI DEBERE
VII ET TANTUM OBOEDIRE QUI POTEST NOS
CONSERUARE INMACULATOS
EXP CAPITULA

INCIPIT EPIST IUDAE
IUDAS IHU XPI SERUUS FRATER
AUTEM IACOBI HIS QUI IN DO
PATRE DILECTIS ET IHU XPO
CONSERUATIS UOCATIS
MISERICORDIA UOBIS ET PAX
ET CARITAS ADIMPLEATUR
CARISSIMI OMNEM SOLLICITUDI
NEM FACIENS SCRIBENDI UOBIS
DE COMMUNI UESTRA SALUTE
NECESSE HABUI SCRIBERE
UOBIS
DEPRAECANS SUPERCERTARI
SEMEL TRADITAE SCIS FIDEI
SUBINTROIERUNT ENIM
QUIDAM HOMINES
QUI OLIM PRAESCRIPTI SUNT
IN HOC IUDICIUM INPII
DI NI GRATIAM TRANSFERENTES
IN LUXURIAM

ET SOLUM DOMINATOREM ET
DNM NM IHM XPM NEGANTES
II COMMONERE AUTEM UOS UOLO
SCIENTES SEMEL OMNIA
QUONIAM IHS POPULUM
DE TERRA AEGYPTI SALUANS
SECUNDO EOS QUI NON CREDI
DERUNT PERDIDIT
ANGELOS UERO QUI NON SERUA
UERUNT SUUM PRINCIPATUM
SED DERELIQUERUNT SUUM
DOMICILIUM
IN IUDICIUM MAGNI DIEI UINCULIS
AETERNIS SUB CALIGINE RESERUAUIT
III SICUT SODOMA ET GOMORRA
ET FINITIMAE CIUITATES
SIMILI MODO EXFORNICATAE
ET ABEUNTES POST CARNEM ALTERA
FACTAE SUNT EXEMPLUM IGNIS
AETERNI POENAM SUSTINENTES
SIMILITER ET HII CARNEM
QUIDEM MACULANT
DOMINATIONEM AUTEM SPERNUNT
MAIESTATEM AUTEM BLASPHEMANT
CUM MIHAHEL ARCHANGELUS
CUM DIABULO DISPUTANS
ALTERCARETUR DE MOSI CORPORE
NON EST AUSUS IUDICIUM INFERRE
BLASPHEMIAE
SED DIXIT INPERET TIBI DNS
HII AUTEM QUAECUMQUE QUIDEM
IGNORANT BLASPHEMANT
QUAECUMQUE AUTEM NATURALITER
TAMQUAM MUTA ANIMALIA
NORUNT
IN HIS CORRUMPUNTUR
IIII UAE ILLIS QUIA UIA CAIN
ABIERUNT
ET ERRORE BALAAM MERCEDE
EFFUSI SUNT
ET CONTRADICTIONE CORE
PERIERUNT
HII SUNT IN AEPULIS SUIS
MACULAE CONUIUANTES

SINE TIMORE
SEMET IPSOS PASCENTES
NUBES SINE AQUA QUAE A UENTIS
CIRCUMFERUNTUR
ARBORES AUTUMNALES
INFRUCTUOSAE BIS MOR
TUAE ERADICATAE
FLUCTUS FERI MARIS DESPU
MANTES SUAS CONFUSIONES
SIDERA ERRANTIA QUIBUS
PROCELLA TENEBRARUM
IN AETERNUM SERUATA EST
V PROPHETAUIT AUTEM DE HIS
SEPTIMUS AB ADAM ENOCH
DICENS
ECCE UENIT DNS IN SCIS
MILIBUS SUIS
FACERE IUDICIUM CONTRA
OMNES ET ARGUERE
OMNES IMPIOS
DE OMNIB· OPERIBUS
IMPIETATIS EORUM
QUIBUS IMPIE EGERUNT
ET DE OMNIBUS DURIS QUAE
LOCUTI SUNT CONTRA EUM
PECCATORES IMPII
HI SUNT MURMURATORES
QUERELOSI
SECUNDUM DESIDERIA SUA
AMBULANTES
ET OS ILLORUM LOQUITUR
SUPERBIAM
MIRANTES PERSONAS
QUAESTUS CAUSA
VI UOS AUTEM CARISSIMI
MEMORES ESTOTE
UERBORUM
QUAE PRAEDICTA SUNT AB APOS
TOLIS DNI NI IHU XPI
QUI DICEBANT UOBIS
QUONIAM IN NOUISSIMO
TEMPORE UENIENT
INLUSORES
SECUNDUM SUA DESIDERIA
AMBULANTES IMPIETATUM
HI SUNT QUI SEGREGANT
SEMET IPSOS ANIMALES
SPM NON HABENTES
UOS AUTEM CARISSIMI
SUPERAEDIFICANTES
UOSMET IPSOS SCISSIMAE
UESTRAE FIDEI IN SPU SCO
ORANTES
IPSOS UOS IN DILECTIONE
DI SERUATE
ET HOS QUIDEM ARGUITE
IUDICATOS
ILLOS UERO SALUATE DE IGNE
RAPIENTES
ALIIS AUTEM MISEREMINI
IN TIMORE
ODIENTES EAM QUAE CARNALIS
EST MACULATAM TUNICAM
VII EI AUTEM QUI POTEST UOS
CONSERUARE SINE PECCATO
ET CONSTITUERE ANTE CON
SPECTUM GLORIAE SUAE
IN MACULATOS IN EXULTATIONE
SOLI DO SALUATORI NOSTRO
PER IHM XPM DNM NM
CUI GLORIA MAGNIFICENTIA
IMPERIUM ET POTESTAS
ANTE OMNE SAECULUM
ET NUNC ET IN OM
NIA SAECULA
AMEN

EXP EPIST IUDAE

DO GRATIAS AMEN

FELICITER QUI LEGIS

APOCALYPSIS IHU XPI QUAM
DEDIT DS PALAM FACERE
SERUIS SUIS
QUAE OPORTET FIERI CITO
ET SIGNIFICAUIT MITTENS
PER ANGELUM SUUM
SERUO SUO IOHANNI
QUI TESTIMONIUM PERHIBUIT
UERBO DI
ET TESTIMONIUM IHU XPI
QUAECUMQUE UIDIT
BEATUS QUI LEGIT ET QUI AUDIUNT
UERBA PROPHETIAE HUIUS
ET SERUANT EA QUAE IN ILLA
SCRIPTA SUNT
TEMPUS ENIM PROPE EST
IOHANNIS SEPTEM ECCLESIIS
QUAE SUNT IN ASIA
GRATIA UOBIS ET PAX AB EO
QUI EST ET QUI ERAT
ET QUI UENTURUS EST
ET A SEPTEM SPIRITIBUS QUI IN
CONSPECTU THRONI EIUS SUNT
ET AB IHU XPO QUI EST TESTIS
FIDELIS PRIMOGENITUS
MORTUORUM
ET PRINCEPS REGUM TERRAE
QUI DILEXIT NOS ET LAUIT NOS
A PECCATIS NOSTRIS
IN SANGUINE SUO
ET FECIT NOSTRUM REGNUM
SACERDOTES DO ET PATRI SUO
IPSI GLORIA ET IMPERIUM
IN SAECULA SAECULORUM AMEN
ECCE UENIT CUM NUBIBUS
ET UIDEBIT EUM OMNIS
OCULUS
ET QUI EUM PUPUGERUNT
ET PLANGENT SE SUPER EUM
OMNES TRIBUS TERRAE
ETIAM AMEN
EGO SUM A ET ω
PRINCIPIUM ET FINIS
DICIT DNS DS QUI EST ET QUI ERAT
ET QUI UENTURUS EST OMNI
POTENS
EGO IOHANNIS FRATER UESTER
ET PARTICEPS IN TRIBULA
TIONE ET REGNO ET PATI
ENTIA IN IHU
FUI IN INSULA QUAE APPELLATUR
PATHMOS
PROPTER UERBUM DI
ET TESTIMONIUM IHU
FUI IN SPU IN DOMINICA DIE
ET AUDIUI POST ME UOCEM
MAGNAM TAMQUAM
TUBAE DICENTIS
QUOD UIDES SCRIBE IN LIBRO
ET MITTE SEPTEM ECCLESIIS
EPHESUM ET ZMYRNAM
ET PERGAMUM
ET THYATIRAM ET SARDIS
ET PHILADELPHIAM
ET LAODICIAM
ET CONUERSUS SUM
UT UIDEREM UOCEM
QUAE LOQUEBATUR MECUM
ET CONUERSUS UIDI SEPTEM
CANDELABRA AUREA
ET IN MEDIO CANDELABRORUM
SIMILEM FILIO HOMINIS
UESTITUM PODEREM ET PRAE
CINCTUM AD MAMILLAS
ZONAM AUREAM
CAPUT AUTEM ET CAPILLI ERANT
CANDIDI TAMQUAM LANA ALBA
ET TAMQUAM NIX
ET OCULI EIUS UELUT FLAMMA
IGNIS
ET PEDES EIUS SIMILES
ORICHALCO SICUT IN CAMINO
ARDENTI
ET UOX ILLIUS TAMQUAM
UOX AQUARUM MULTARUM
ET HABEBAT IN DEXTERA SUA
STELLAS SEPTEM
ET DE ORE EIUS GLADIUS UTRAQ

PARTE ACUTUS EXIEBAT
ET FACIES EIUS SICUT SOL
LUCET IN UIRTUTE SUA
ET CUM UIDISSEM EUM
CECIDI AD PEDES EIUS
TAMQUAM MORTUUS
ET POSUIT DEXTERAM SUAM
SUPER ME DICENS
NOLI TIMERE EGO SUM PRIMUS
ET NOUISSIMUS
ET UIUUS ET FUI MORTUUS
ET ECCE SUM UIUENS
IN SAECULA SAECULORUM
ET HABEO CLAUES MORTIS
ET INFERNI
II SCRIBE ERGO QUAE UIDISTI
QUAE SUNT ET QUAE OPORTET
FIERI POST HAEC
SACRAMENTUM SEPTEM
STILLARUM QUAS UIDISTI
IN DEXTERA MEA
ET SEPTEM CANDELABRA AUREA
SEPTEM SIGILLA ANGELI SUNT
SEPTEM ECCLESIARUM
ET CANDELABRA SEPTEM
SEPTEM ECCLESIAE SUNT
ANGELO EPHESI ECCLESIAE
SCRIBE
HAEC DICIT QUI TINET SEPTEM
STELLAS IN DEXTERA SUA
QUI AMBULAT IN MEDIO SEPTEM
CANDELABRORUM AUREORUM
SCIO OPERA TUA ET LABOREM
ET PATIENTIAM
ET QUIA NON POTES SUSTINERE
MALOS
ET TEMTASTI EOS QUI SE DICUNT
APOSTOLOS ET NON SUNT
ET INUENISTI EOS MENDACES
ET PATIENTIAM HABES
ET SUSTENUISTI PROPTER
NOMEN MEUM
ET NON DEFECISTI
SED HABEO ADUERSUS TE

QUOD CARITATEM TUAM
PRIMAM RELIQUISTI
MEMOR ESTO ITAQUE UNDE
EXCIDERIS ET AGE PAENITENTIAM
ET PRIMA OPERA FAC
SIN AUTEM UENIO TIBI
ET MOUEBO CANDELABRUM
TUUM DE LOCO SUO
NISI PAENITENTIAM EGERIS
SED HOC HABES QUIA ODISTI
FACTA NICOLAITARUM
QUAE ET EGO ODI
QUI HABET AUREM AUDIAT
QUID SPS DICAT ECCLESIIS
UINCENTI DABO EI EDERE
DE LIGNO UITAE QUOD
EST IN PARADISO DI MEI
ET ANGELO ZMYRNAE SCRIBE
HAEC DICIT PRIMUS ET NOUISSIMUS
QUI FUIT MORTUUS ET UIUIT
SCIO TRIBULATIONEM TUAM
ET PAUPERTATEM TUAM
SED DIUES ES ET BLASPHEMARIS
AB HIS QUI SE DICUNT IUDAEOS
ESSE ET NON SUNT
SED SUNT SYNAGOGA SATANAE
NIHIL EORUM TIMEAS
QUAE PASSURUS ES
ECCE MISSURUS EST DIABOLUS
EX UOBIS IN CARCEREM
UT TEMTEMINI
ET HABEBITIS TRIBULATIONEM
DIEBUS DECEM
ESTO FIDELIS USQUE AD MORTEM
ET DABO TIBI CORONAM UITAE
QUI HABET AUREM AUDIAT
QUID SPS DICAT ECCLESIIS
QUI UICERIT NON LAEDETUR
A MORTE SECUNDA
ET ANGELO PERGAMI
ECCLESIAE SCRIBAE
HAEC DICIT QUI HABET ROM
PHEAM UTRAQUE PARTE
ACUTAM

SCIO UBI HABITAS UBI SEDES
EST SATANAE
ET TENES NOMEN MEUM
ET NON NEGASTI FIDEM MEAM
ET IN DIEBUS ANTIPAS TESTIS
MEUS FIDELIS QUI OCCISUS
EST APUD VOS UBI SATANAS
HABITAT
SED HABEO ADVERSUS TE PAUCA
HABES ILLIC TENENTES
DOCTRINAM BALAAM
QUI DOCEBAT BALAC MITTERE
SCANDALUM CORAM FILIIS
ISRAHEL
EDERE ET FORNICARI
ITA HABES ET TU TENENTES
DOCTRINAM NICOLAITARUM
SIMILITER PAENITENTIAM AGE
SI QUO MINUS VENIAM TIBI CITO
ET PUGNABO CUM ILLIS
IN GLADIO ORIS MEI
QUI HABET AUREM AUDIAT
QUID SPS DICAT ECCLESIIS
UINCENTI DABO EI MANNA
ABSCONDITUM
ET DABO ILLI CALCULUM CANDIDUM
ET IN CALCULUM NOMEN
NOVUM SCRIPTUM
QUOD NEMO SCIT NISI QUI
ACCIPIT
ET ANGELO THYATHIRAE
ECCLESIAE SCRIBAE
HAEC DICIT FILIUS DI
QUI HABET OCULOS TAMQUAM
FLAMMAM IGNIS
ET PEDES EIUS SIMILES
ORICALCHO
NOVI OPERA TUA ET CARITATEM
ET FIDEM ET MINISTERIUM
ET PATIENTIAM TUAM
ET OPERA TUA NOVISSIMA
PLURA PRIORIBUS
SED HABEO ADVERSUS TE
QUIA PERMITTIS MULIEREM
HIEZABEL QUAE SE DICIT
PROPHETEN DOCERE
ET SEDUCERE SERVOS MEOS
FORNICARI ET MANDUCARE DE
IDOLOTHYTIS
ET DEDI ILLI TEMPUS UT PAENI
TENTIAM AGERET
ET NON VULT PAENITERI
A FORNICATIONE SUA
ECCE MITTO EAM IN LECTUM
ET QUI MOECHANTUR CUM EA
IN TRIBULATIONEM MAXIMAM
NISI PAENITENTIAM EGERINT
AB OPERIBUS EIUS
ET FILIOS EIUS INTERFICIAM
IN MORTEM
ET SCIENT OMNES ECCLESIAE
QUIA EGO SUM SCRUTANS
RENES ET CORDA
ET DABO UNICUIQUE VESTRUM
SECUNDUM OPERA VESTRA
UOBIS AUTEM DICO CETERIS
QUI THYATHIRAE ESTIS
QUICUMQUE NON HABENT
DOCTRINAM HANC
QUI NON COGNOVERUNT
ALTITUDINES SATANAE
QUEMADMODUM DICUNT
NON MITTAM SUPER VOS
ALIUD PONDUS
TAMEN ID QUOD HABETIS
TENETE DONEC VENIAM
ET QUI VICERIT ET QUI CUSTO
DIERIT USQUE IN FINEM
OPERA MEA
DABO EI POTESTATEM SUPER
GENTES
ET REGET ILLAS IN VIRGA FERREA
TAMQUAM VAS FIGULI
CONFRINGENTUR
SICUT ET EGO ACCEPI A PATRE MEO
ET DABO ILLI STELLAM MATUTINAM
QUI HABET AUREM AUDIAT
QUID SPS DICAT ECCLESIIS

ET ANGELO ECCLESIAE
SARDIS SCRIBE
HAEC DICIT QUI HABET
SEPTEM SPS DI
ET SEPTEM STELLAS
SCIO OPERA TUA QUIA NOMEN
HABES QUOD UIUAS ET MORTUUS ES
ESTO UIGILANS ET CONFIRMA
CETERA QUAE MORITURA ERANT
NON ENIM INUENIO OPERA TUA
PLENA CORAM DO MEO
IN MENTE ERGO HABE QUALITER
ACCEPERIS ET AUDIERIS
ET SERUA ET PAENITENTIAM AGE
SI ERGO NON UIGILAUERIS
UENIAM AD TE TAMQUAM FUR
ET NESCIES QUA HORA
UENIAM AD TE
SED HABES PAUCA NOMINA
IN SARDIS QUI NON INQUINA
UERUNT UESTIMENTA SUA
ET AMBULANT MECUM IN ALBIS
QUIA DIGNI SUNT
QUI UICERIT SIC UESTIETUR
UESTIMENTIS ALBIS
ET NON DELEBO NOMEN EIUS
DE LIBRO UITAE
ET CONFITEBOR NOMEN EIUS
CORAM PATRE MEO ET CORAM
ANGELIS EIUS
QUI HABET AUREM AUDIAT
QUID SPS DICAT ECCLESIIS
ET ANGELO PHILADELPHIAE
ECCLESIAE SCRIBE
HAEC DICIT SCS ET UERUS
QUI HABET CLAUEM DAUID
QUI APERIT ET NEMO CLUDIT
CLUDIT ET NEMO APERIT
SCIO OPERA TUA
ECCE DEDI CORAM TE OSTIUM
APERTUM
QUOD NEMO POTEST CLUDERE
QUIA MODICAM HABES UIRTUTEM
ET SERUASTI UERBUM MEUM
ET NON NEGASTI NOMEN MEUM
ECCE DABO DE SYNAGOGA SATANAE
QUI DICUNT SE IUDAEOS ESSE
ET NON SUNT
SED MENTIUNTUR
ECCE FACIAM ILLOS UT UENIANT
ET ADORENT ANTE PEDES TUOS
ET SCIENT QUIA EGO DILEXI TE
QUONIAM SERUASTI UERBUM
PATIENTIAE MEAE
ET EGO TE SERUABO AB HORA
TEMTATIONIS QUAE UENTURA
EST IN ORBEM UNIUERSUM
TEMTARE HABITANTES IN TERRAM
UENIO CITO
TENE QUOD HABES UT NEMO
ACCIPIAT CORONAM TUAM
QUI UICERIT FACIAM ILLUM
COLUMNAM IN TEMPLO DI MEI
ET FORAS NON EGREDIETUR
AMPLIUS
ET SCRIBAM SUPER EUM
NOMEN DI MEI
ET NOMEN CIUITATIS DI MEI
NOUAE HIERUSALEM
QUAE DESCENDIT DE CAELO
A DO MEO
ET NOMEN MEUM NOUUM
QUI HABET AUREM AUDIAT
QUID SPS DICAT ECCLESIIS
ET ANGELO LAODICIAE
ECCLESIAE SCRIBE
HAEC DICIT AMEN
TESTIS FIDELIS ET UERUS
QUI EST PRINCIPIUM
CREATURAE DI
SCIO OPERA TUA
QUIA NEQUE FRIGIDUS ES
NEQUE CALIDUS
UTINAM FRIGIDUS ESSES
AUT CALIDUS
SED QUIA TEPIDUS ES ET NEC
FRIGIDUS NEC CALIDUS
INCIPIAM TE EUOMERE EX ORE
MEO

QUIA DICIS QUOD DIVES SUM
ET LOCUPLETATUS ET NULLIUS
EGEO ET NESCIS QUIA TU ES MISER
ET MIRABILIS ET PAUPER
ET CAECUS ET NUDUS
SUADEO TIBI EMERE A ME
AURUM IGNITUM PROBATUM
UT LOCUPLES FIAS
ET VESTIMENTIS ALBIS
INDUARIS
ET NON APPAREAT CONFUSIO
NUDITATIS TUAE
ET COLLYRIO INUNGE OCULOS
TUOS UT VIDEAS
EGO QUOS AMO ARGUO
ET CASTIGO
AEMULARE ERGO ET PAENI
TENTIAM AGE
ECCE STO AD OSTIUM ET PULSO
SI QUIS AUDIERIT VOCEM MEAM
ET APERUERIT IANUAM
INTROIBO AD ILLUM
ET CENABO CUM ILLO
ET IPSE MECUM
QUI VICERIT DABO EI SEDERE
MECUM IN THRONO MEO
SICUT ET EGO VICI ET SEDI
CUM PATRE MEO
IN THRONO EIUS
QUI HABET AUREM AUDIAT
QUID SPS DICAT ECCLESIIS
IIII POST HAEC VIDI ET ECCE OSTIUM
APERTUM IN CAELO
ET VOX PRIMA QUAM AUDIVI
TAMQUAM TUBAE LOQUEN
TIS MECUM DICENS
ASCENDE HUC ET OSTENDAM
TIBI QUAE OPORTET FIERI
POST HAEC
STATIM FUI IN SPU
ET ECCE SEDIS POSITA ERAT
IN CAELO
ET SUPER SEDEM SEDENS
ET QUI SEDEBAT SIMILIS ERAT
ASPECTUI LAPIDIS IASPIDIS
ET SARDINI
ET IRIS ERAT IN CIRCUITU SEDIS
SIMILIS VISIONIS ZMARAGDINE
ET IN CIRCUITU SEDIS SEDILIA
VIGINTI QUATTUOR
ET SUPER THRONOS VIGINTI
QUATTUOR SENIORES
SEDENTES CIRCUMAMICTOS
VESTIMENTIS ALBIS
ET IN CAPITIBUS EORUM
CORONAS AUREAS
ET DE THRONO PROCEDUNT
FULGORA ET VOCES ET TONITRUA
ET SEPTEM LAMPADES
ARDENTES ANTE THRONUM
QUAE SUNT SEPTEM SPS DI
ET IN CONSPECTU SEDIS TAMQUAM
MARE VITREUM SIMILE
CRYSTALLO
ET IN MEDIO SEDIS ET IN CIRCUITU
SEDIS QUATTUOR ANIMALIA
PLENA OCULIS ANTE ET RETRO
ET ANIMAL PRIMUM
SIMILE LEONI
ET SECUNDUM ANIMAL
SIMILE VITULO
ET TERTIUM ANIMAL HABENS
FACIEM QUASI HOMINIS
ET QUARTUM ANIMAL SIMILE
AQUILAE VOLANTI
ET QUATTUOR ANIMALIA
SINGULA EORUM
HABEBANT ALAS SENAS
ET IN CIRCUITU ET INTUS
PLENA SUNT OCULIS
ET REQUIEM NON HABEBANT
DIE AC NOCTE DICENTIA
SCS SCS SCS DNS DS OMNIPOTENS
QUI ERAT ET QUI EST ET QUI
VENTURUS EST
ET CUM DARENT ILLA ANIMALIA
GLORIAM ET HONOREM
ET BENEDICTIONEM SEDENTI

SUPERTHRONUM
PROCEDEBANT UIGINTIQUATTUOR
SENIORES ANTE SEDENTEM
INTHRONO ETADORABANT
UIUENTEM INSAECULA
SAECULORUM
ET MITTENT CORONASSUAS
ANTETHRONUM DICENTES
DIGNUS ES DNE ET DS NOSTER
ACCIPERE GLORIAM ETHONO
REM ETUIRTUTEM QUIATU
CREASTI OMNIA
ETPROPTERUOLUNTATEM
TUAM ERANT ETCREATASUNT
IIII ETUIDI INDEXTERAM SEDENTIS
SUPERTHRONUM LIBRUM
SCRIPTUM
INTUS ET FORIS SIGNATUM
SIGILLIS SEPTEM
ETUIDI ANGELUM FORTEM
ETPRAEDICANTEM
UOCE MAGNA
QUIEST DIGNUS APERIRELIBRUM
ETSOLUERE SIGNACULAEIUS
ETNEMO POTERAT INCAELO
NEQUEINTERRA
NEQUESUBTUS TERRAM
APERIRE LIBRUM
NEQUE RESPICEREILLUM
ETEGO FLEBAM MULTUM
QUONIAM NEMO DIGNUS
INUENTUS EST APERIRE
LIBRUM NECUIDEREEUM
ETUNUS DESENIORIBUS
DIXIT MIHI NEFLEBERIS
ECCE UICIT LEO DETRIBUIUDA
RADIX DAUID
APERIRELIBRUM ETSEPTEM
SIGNACULAEIUS
ETUIDI ET ECCE INMEDIO
THRONI ETQUATTUOR
ANIMALIUM
ETINMEDIO SENIORUM
AGNUM STANTEMTAMQUAM OCCI
SUM

HABENTEM CORNUASEPTEM
ETOCULOS SEPTEM
septe QUISUNT SPS DI MISSI
INOMNEM TERRAM
ETUENIT ETACCEPIT DEDEX librum
TERASEDENTIS IN THRONO
ETCUM APERUISSET LIBRUM
QUATTUOR ANIMALIA ETUIGINTI
QUATTUOR SENIORES CECI
DERUNT CORAM AGNO
HABENTES SINGULI CITHARAS
ETPHIALAS AUREAS PLENAS
ODORAMENTORUM
QUAESUNT ORATIONES SCORUM
ETCANTANT NOUUM CANTICU
DICENTES
DIGNUS ES ACCIPERELIBRUM
ETAPERIRE SIGNACULAEIUS
QUONIAM OCCISUS ES
ETREDEMISTI NOS DO
INSANGUINETUO
EXOMNI TRIBU ETLINGUA
ETPOPULO ETNATIONE
ETFECISTI EOS DO NOSTRO
REGNUM ETSACERDOTES
ETREGNABUNT SUPERTERRAM
ETUIDI ETAUDIUI UOCEM
ANGELORUM MULTORUM
INCIRCUITU THRONI
ETANIMALIUM ETSENIORUM
ETERAT NUMERUS EORUM
MILIA MILIUM DICENTIUM
UOCEMAGNA
DIGNUS EST AGNUS QUIOCCI
SUS EST ACCIPERE UIRTUTEM
ETDIUINITATEM ETSAPIEN
TIAM ET FORTITUDINEM
ETHONOREM ETGLORIAM
ETBENEDICTIONEM
ETOMNEM CREATURAM
QUAE INCAELO EST ETSUPER
TERRAM ETSUBTERRAM
ETQUAESUNT INMARI
ETQUAE INEA

OMNES AUDIUI DICENTES
SEDENTI IN THRONO ET AGNO
BENEDICTIO ET HONOR
ET GLORIA ET POTESTAS
IN SAECULA SAECULORUM
ET QUATTUOR ANIMALIA
DICEBANT AMEN
ET SENIORES CECIDERUNT
ET ADORAUERUNT
ET UIDI QUOD APERUISSET
AGNUS UNUM DE SEPTEM
SIGNACULIS
ET AUDIUI UNUM DE QUATTUOR
ANIMALIBUS DICENTEM
TAMQUAM UOCEM TONITRUI
UENI ET UIDI
ET ECCE EQUUS ALBUS ET QUI SE
DEBAT SUPER ILLUM
HABEBAT ARCUM
ET DATA EST EI CORONA
ET EXIUIT UINCENS UT UINCERET
ET CUM APERUISSET SIGILLUM
SECUNDUM
AUDIUI SECUNDUM ANIMAL
DICENS UENI
ET EXIUIT ALIUS EQUUS RUFUS
ET QUI SEDEBAT SUPER ILLUM
DATUM EST EI UT SUMERET
PACEM DE TERRA
ET UT INUICEM SE INTERFICIANT
ET DATUS EST ILLI GLADIUS MAGNUS
ET CUM APERUISSET SIGILLUM
TERTIUM
AUDIUI TERTIUM ANIMAL
DICENS UENI ET UIDI
ET ECCE EQUUS NIGER
ET QUI SEDEBAT SUPER EUM
HABEBAT STATERAM IN MANU SUA
ET AUDIUI TAMQUAM UOCEM
IN MEDIO QUATTUOR ANIMALIUM
DICENTEM
BILIBRIS TRITICI DENARIO
ET TRES BILIBRES ORDEI
DENARIO
ET UINUM ET OLEUM NE LAESERIS
ET CUM APERUISSET SIGILLUM
QUARTUM
AUDIUI UOCEM QUARTI ANIMALIS
DICENTIS UENI ET UIDI
ET ECCE EQUUS PALLIDUS
ET QUI SEDEBAT SUPER EUM
NOMEN ILLI MORS
ET INFERUS SEQUEBATUR EUM
ET DATA EST ILLI POTESTAS
SUPER QUATTUOR PARTES
TERRAE INTERFICERE GLADIO
FAME ET MORTE ET BES
TEIS TERRAE
ET CUM APERUISSET QUINTUM
SIGILLUM
UIDI SUBTUS ALTARE ANIMAS
INTERFECTORUM
PROPTER UERBUM DI
ET PROPTER TESTIMONIUM
QUOD HABEBANT
ET CLAMABANT UOCE MAGNA
DICENTES
USQUEQUO DNE SCS ET UERUS
NON IUDICAS ET UINDICAS
SANGUINEM NOSTRUM
DE HIS QUI HABITANT
SUPER TERRAM
ET DATAE SUNT EIS SINGULAE
STOLAE ALBAE
ET DICTUM EST ILLIS UT REQUI
ESCERENT TEMPUS
ADHUC MODICUM
DONEC IMPLEANTUR CONSERUI
EORUM ET FRATRES EORUM
QUI INTERFICIENDI SUNT
SICUT ET ILLI
ET UIDI ET CUM APERUISSET
SIGILLUM SEXTUM
ET TERRAE MOTUS FACTUS
EST MAGNUS
ET SOL FACTUS EST NIGER
TAMQUAM SACCUS CILICINUS
ET LUNA TOTA FACTA EST

SICUT SANGUIS
ET STELLAE CAELI CECIDERUNT
SUPER TERRAM
SICUT FICUS MITTIT GROSSOS
SUOS CUM UENTO MAGNO
MOUETUR
ET CAELUM RECESSIT SICUT
LIBER INUOLUTUS
ET OMNIS MONS ET INSULAE
DE LOCIS SUIS MOTAE SUNT
ET REGES TERRAE ET PRINCIPES
ET TRIBUNI ET DIUITES
ET FORTES ET OMNIS
SERUUS ET LIBER
ABSCONDERUNT SE IN SPELUNCIS
ET IN PETRIS MONTIUM
ET DICUNT MONTIBUS ET PETRIS
CADETE SUPER NOS
ET ABSCONDITE NOS A FACIE
SEDENTIS SUPER THRONŪ
ET AB IRA AGNI
QUONIAM UENIT DIES MAGNUS
IRAE IPSORUM
ET QUIS POTERIT STARE
VI POST HAEC UIDI QUATTUOR
ANGELOS STANTES SUPRA
QUATTUOR ANGULOS TERRAE
TENENTES QUATTUOR UEN
TOS TERRAE
NE FLARET UENTUS SUPER TERRĀ
NEQUE SUPER MARE NEQUE
IN ULLAM ARBOREM
ET UIDI ALTERUM ANGELUM
ASCENDENTEM AB ORTU SOLIS
HABENTEM SIGNUM DI UIUI
ET CLAMAUIT UOCE MAGNA
QUATTUOR ANGELIS
QUIBUS DATUM EST NOCERE
TERRAE ET MARI DICENS
NOLITE NOCERE TERRAE ET MARI
NEQUE ARBORIBUS
QUOADUSQUE SIGNEMUS
SERUOS DI NOSTRI
IN FRONTIBUS EORUM

ET AUDIUI NUMERUM
SIGNATORUM
CENTUM QUADRAGINTAQ
QUATTUOR MILIA SIGNATI
EX OMNI TRIBU FILIORUM
ISRAHEL
EX TRIBU IUDA DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU RUBEN DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU GAD DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU ASER DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU NEPTHALIM DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU MANASSE DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU SYMEON DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU LEUI DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU ISSACHAR DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU ZABULON DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU IOSEPH DUODECIM
MILIA SIGNATI
EX TRIBU BENIAMIN DUODECIM
MILIA SIGNATI
VII POST HAEC UIDI TURBAM
MAGNAM QUAM DINU
MERARE NEMO POTERAT
EX OMNIBUS GENTIBUS
ET TRIBUBUS ET POPULIS
ET LINGUIS
STANTES ANTE THRONUM
ET IN CONSPECTU AGNI
AMICTI STOLAS ALBAS
ET PALMAE IN MANIBUS EORUM
ET CLAMABANT UOCE MAGNA
DICENTES
SALUS DO NOSTRO QUI SEDET
SUPER THRONUM ET AGNO

ET OMNES ANGELI STABANT
IN CIRCUITU THRONI
ET SENIORUM ET QUATTUOR
ANIMALIUM
ET CECIDERUNT IN CONSPECTU
THRONI IN FACIES SUAS
ET ADORAVERUNT DM DICEN
TES AMEN
BENEDICTIO ET CARITAS
ET SAPIENTIA ET GRATIARUM
ACTIO ET HONOR ET UIRTUS
ET FORTITUDO DO NOSTRO
IN SCLA SAECULORUM AMEN
ET RESPONDIT UNUS DE SENIO
RIBUS DICENS MIHI
HI QUI AMICTI SUNT STOLIS
ALBIS QUI SUNT ET UNDE
UENERUNT
ET DIXI ILLIS DNE MI TU SCIS
ET DIXIT MIHI
HI SUNT QUI UENERUNT
DE TRIBULATIONE MAGNA
ET LAUERUNT STOLAS SUAS
ET DEALBAUERUNT EAS
IN SANGUINE AGNI
IDEO SUNT ANTE THRONUM DI
ET SERUIUNT EI DIE AC NOCTE
IN TEMPLO EIUS
ET QUI SEDET IN THRONO
HABITABIT SUPER ILLOS
NON ESURIENT NEQUE SITIENT
AMPLIUS
NEQUE CADET SUPER ILLOS
SOL NEQUE ULLUS AESTUS
QUONIAM AGNUS QUI IN MEDIO
THRONI EST REGET ILLOS
ET DEDUCET EOS AD UITAE
FONTES AQUARUM
ET ABSTERGET DS OMNEM
LACRIMAM EX OCULIS EORUM
VIII ET CUM APERUISSET SIGILLUM
SEPTIMUM
FACTUM EST SILENTIUM IN
CAELO QUASI MEDIA HORA

ET UIDI SEPTEM ANGELOS
STANTES IN CONSPECTU DI
ET DATAE SUNT ILLIS
SEPTEM TUBAE
ET ALIUS ANGELUS UENIT
ET STETIT ANTE ALTARE
HABENS TURABULUM AUREUM
ET DATA SUNT ILLI INCENSA
MULTA UT DARET ORATIO
NIBUS SCORUM OMNIUM
SUPER ALTARE AUREUM
QUOD EST ANTE THRONUM
ET ASCENDIT FUMUS INCEN
SORUM DE ORATIONIBUS
SCORUM ET DE MANU ANGELI
CORAM DO
ET ACCEPIT ANGELUS TURIBULUM
ET IMPLEUIT ILLUD DE IGNI
ALTARIS ET MISIT IN TERRAM
ET FACTA SUNT TONITRUA
ET UOCES ET FULGORA
ET TERRAE MOTUS
ET SEPTEM ANGELI QUI HABE
BANT SEPTEM TUBAS IV
PARAUERUNT SE ET TUBA
CANERENT
ET PRIMUS ANGELUS TUBA
CECINIT
ET FACTA EST GRANDO ET IGNIS
MIXTA IN SANGUINE
ET MISSUM EST IN TERRAM
ET TERTIA PARS TERRAE
COMBUSTA EST
ET TERTIA PARS ARBORUM
COMBUSTA EST
ET OMNE FAENUM UIRIDE
COMBUSTUM EST
ET SECUNDUS ANGELUS
TUBA CECINIT
ET TAMQUAM MONS MAGNUS
IGNE ARDENS MISSUS EST
IN MARE
ET FACTA EST TERTIA PARS

SIMILES SCORPIONUM
ET ACULEI IN CAUDIS EARUM
POTESTAS EARUM NOCERE
HOMINIBUS MENSIBUS
QUINQUE
ET HABEBANT SUPER SE REGEM
ANGELORUM ABYSSI
CUI NOMEN HEBRAICE ABADDON
GRECE AUTEM APOLLION
ET LATINAE HABET NOMEN
EXTERMINANS
UAE UNUM ABIIT ECCE UENIUNT
ADHUC DUO UAE POST HAEC
ET SEXTUS ANGELUS
TUBA CECINIT
ET AUDIUI UOCEM UNAM
EX CORNIBUS ALTARIS
AUREI QUOD EST ANTE OCULOS DI
DICENTEM SEXTO ANGELO
QUI HABET TUBAM
SOLUE QUATTUOR ANGELOS
QUI ALLIGATI SUNT IN FLUMINE
MAGNO EUFRATE
ET SOLUTI SUNT QUATTUOR ANGELI
QUI PARATI ERANT IN HORAM
ET DIEM ET MENSEM ET ANNUM
UT OCCIDERENT TERTIAM
PARTEM HOMINUM
ET NUMERUS EQUESTRIS EXERCI
TUS UICIES MILIES DENA MILIA
AUDIUI NUMERUM EORUM
ET ITA UIDI EQUOS IN UISIONE
ET QUI SEDEBANT SUPER EOS
HABENTES LORICAS IGNEAS
ET IACINTHINAS ET SULPHOREAS
ET CAPITA EQUORUM ERANT
TAMQUAM CAPITA LEONUM
ET DE ORE IPSORUM PROCEDIT
IGNIS ET FUMUS ET SULPHUR
AB HIS TRIBUS PLAGIS OCCISA EST
TERTIA PARS HOMINUM
DE IGNE ET FUMO ET SULPHORE
QUI PROCEDEBAT EX ORE
IPSORUM

POTESTAS ENIM EQUORUM
IN ORE EORUM EST
ET IN CAUDIS EORUM
NAM ET CAUDE EORUM SIMILES
SERPENTIBUS HABENTES
CAPITA ET IN HIS NOCENT
ET CETERI HOMINES QUI NON
SUNT OCCISI IN HIS PLAGIS
NEQ· PAENITENTIAM EGERUNT
DE OPERIBUS MANUUM
SUARUM
UT NON ADORENT DAEMONIA ET SIMULA
CHRA AUREA ET ARGENTEA
ET AEREA ET LAPIDEA
ET LIGNEA
QUAE NEQUE UIDERE POSSUNT
NEQUE AUDIRE NEQUE
AMBULARE
ET NON EGERUNT PAENITEN
TIAM AB HOMICIDIIS SUIS
NEQUE A BENEFICIIS SUIS
NEQUE A FORNICATIONE SUA
NEQUE A FURTIS SUIS
VIIII ET UIDI ALIUM ANGELUM
FORTEM DESCENDENTEM
DE CAELO AMICTUM NUBE
ET IRIS IN CAPITE EIUS
ET FACIES EIUS ERAT UT SOL
ET PEDES EIUS TAMQUAM
COLUMNA IGNIS
ET HABEBAT IN MANU SUA
LIBELLUM APERTUM
ET POSUIT PEDEM SUUM
DEXTRUM SUPER MARE
SINISTRUM AUTEM
SUPER TERRAM
ET CLAMAUIT UOCE MAGNA
QUEMADMODUM
CUM LEO RUGIT
ET CUM CLAMASSET LOCUTA
SUNT SEPTEM TONITRUA
UOCES SUAS
ET CUM LOCUTA FUISSENT
SEPTEM TONITRUA

MARIS SANGUIS
ET MORTUA EST TERTIA PARS
CREATURAE QUAE HABENT
ANIMAS
ET TERTIA PARS NAUIUM INTERIIT
ET TERTIUS ANGELUS
TUBA CECINIT
ET CECIDIT DE CAELO
STELLA MAGNA
ARDENS TAMQUAM FACULA
ET CECIDIT IN TERTIAM PARTEM
FLUMINUM ET IN FONTES
AQUARUM
ET NOMEN STELLAE DICITUR
ABSINTHIUS
ET FACTA EST TERTIA PARS
AQUARUM IN ABSINTHIUM
ET MULTI HOMINUM MORTUI
SUNT DE AQUIS QUIA AMARAE
FACTAE SUNT
ET QUARTUS ANGELUS
TUBA CECINIT
ET PERCUSSA EST TERTIA PARS
SOLIS ET TERTIA PARS LUNAE
ET TERTIA PARS STELLARUM
UT OBSCURARETUR TERTIA PARS
EORUM ET DIEI NON LUCERET
PARS TERTIA ET NOX SIMILITER
ET UIDI ET AUDIUI UOCEM
UNIUS AQUILAE UOLANTIS
PER MEDIUM CAELUM
DICENTIS UOCE MAGNA
UAE UAE UAE HABITANTIBUS
SUPER TERRAM
DE CETERIS UOCIBUS TUBAE
TRIUM ANGELORUM QUI
ERANT TUBA CANITURI
ET QUINTUS ANGELUS
TUBA CECINIT
ET UIDI STELLAM DE CAELO
CECIDISSE IN TERRAM
ET DATA EST ILLI CLAUIS
PUTEI ABYSSI
ET ASCENDIT FUMUS PUTEI

SICUT FUMUS FORNACIS MAGNAE
ET OBSCURATUS EST SOL ET AER
DE FUMO PUTEI
ET DE FUMO EXIERUNT
LOCUSTAE IN TERRAM
ET DATA EST POTESTAS ILLIS
SICUT HABENT POTESTATEM
SCORPIONES TERRAE
ET PRAECEPTUM EST ILLIS
NE LEDERENT FAENUM TERRAE
NEQUE OMNE UIRIDE
NEQUE OMNEM ARBOREM
NISI TANTUM HOMINES QUI NON
HABENT SIGNUM DI IN FRONTIB
ET DATUM EST ILLIS NE OCCIDE
RENT EOS SED UT CRUCIAREN
TUR MENSIBUS QUINQUE
ET CRUCIATUS EORUM UT CRUCIATUS
SCORPII CUM PERCUTIT
HOMINEM
IN DIEBUS ILLIS QUAERENT
HOMINES MORTEM
ET NON INUENIENT EAM
ET DESIDERABUNT MORI
ET FUGIET MORS AB IPSIS
ET SIMILITUDINES LOCUSTARUM
SIMILES EQUIS PARATIS
IN PROELIUM
ET SUPER CAPITA EARUM
TAMQUAM CORONAE
SIMILES AURO
ET FACIES EARUM SICUT FACIES
HOMINUM
ET HABEBANT CAPILLOS
SICUT CAPILLOS MULIERUM
ET DENTES EARUM SICUT
LEONUM ERANT
ET HABEBANT LORICAS
SICUT LORICAS FERREAS
ET UOX ALARUM EARUM
SICUT UOX CURRUUM
EQUORUM MULTORUM
CURRENTIUM IN BELLUM
ET HABEBANT CAUDAS

Scripturus eram
Et audiui uocem de caelo
dicentem
signa quae locuta sunt
septem tonitrua
noli ea scribere
Et angelum quem uidi stantem
supra mare et supra terram
leuauit manum suam ad cae
lum et iurauit per uiuen
tem in saecula
saeculorum
qui creauit caelum et ea
quae in illo sunt
et terrā et ea quae in ea sunt
et mare et ea quae in eo sunt
quia tempus amplius non erit
sed in diebus uocis septimi
angeli cum coeperit
tuba canere
Et consummabitur
mysterium dī
Sicut euangelizauit
per seruos suos prophētas
x Et uox quam audiui dicentē
de caelo iterum loquentem
et mecum dicentem
Uade librum accipe apertum
de manu angeli stantis
supra mare et supra
terram
Et abii ad angelum dicens ei
ut daret mihi librum
Et dicit mihi accipe
et deuora eum et faciet
amaricare uentrem tuum
Sed in ore tuo erit dulce
tamquam mel
Et accepi librum de manu
angeli et deuoraui eum
et erat in ore meo
tamquam mel dulce
et cum deuorassem eum
amaricatus est uenter meus

Et dicunt mihi oportet te iterum
prophetare populis
et gentibus et linguis
et regibus multis
Et datus est mihi calamus
similis uirgae dicens
Surge et metire templum
dī et altare et adoran-
tes in eo
Atrium autem quod est
foris templum eice foras
et ne metiaris eum quoniam
datum est gentibus
et ciuitatem scām calcabunt
mensib· quadraginta duob·
Et dabo duobus testib; meis
et prophetabunt diebus
mille ducentis sexaginta
amicti saccos
hi sunt duo oliuae et duo
candelabra in conspectu dñi
terrae stantes
Et si quis eos uoluerit nocere
ignis exiet de ore ipsorum
et deuorauit inimicos eorū
Et si quis uoluerit eos ledere
sic oportet eum occidi
hi habent potestatem
claudendi caelum
ne pluat diebus prophetiae
ipsorum
et potestatem habent
super aquas conuer-
tendi eas in sanguinem
et percutere terram
omni plaga quotiens
cumque uoluerint
Et cum finierint
testimonium suum
Bestiae quae ascendit de abysso
faciet aduersus illos
bellum
et uincet illos et occidet illos
et corpora eorum in plateis

IACEBUNT
CIUITATIS MAGNAE QUAE UO-
CATUR SPIRITALITER SODOMA
ET AEGYPTUS
UBI ET DNS EORUM CRUCI
FIXUS EST
ET UIDEBUNT DE POPULIS ET TRI
BUBUS ET LINGUIS ET GENTIB·
CORPORA EORUM PER TRES
DIES ET DIMIDIUM
ET CORPORA EORUM NON SINUNT
PONI IN MONUMENTIS
ET INHABITANTES TERRAM
GAUDEBUNT SUPER ILLIS
ET IOCUNDABUNTUR
ET MUNERA MITTENT INUICEM
QUONIAM HI DUO PROPHETAE
CRUCIAUERUNT EOS QUI HABITA
BANT SUPER TERRAM
ET POST DIES TRES ET DIMIDIU
SPS UITAE A DO INTRAUIT IN EOS
ET STETERUNT SUPER PEDES SUOS
ET TIMOR MAGNUS CECIDIT
SUPER EOS QUI UIDERUNT EOS
ET AUDIERUNT UOCEM MAGNAM
DE CAELO DICENTEM ILLIS
ASCENDE HUC
ET ASCENDERUNT IN CAELUM
IN NUB E
ET UIDERUNT ILLOS INIMICI EORU
ET IN ILLA HORA FACTUS EST
TERRAE MOTUS MAGNUS
ET DECIMA PARS CIUITATIS
CECIDIT
ET OCCISI SUNT IN TERRAE MOTU
NOMINA HOMINUM
SEPTEM MILIA
ET RELIQUI IN TIMOREM
SUNT MISSI
ET DEDERUNT GLORIAM DO CAELI
UAE SECUNDUM ABIIT
ET ECCE UAE TERTIUM UENIET CITO.
XI ET SEPTIMUS ANGELUS
TUBA CECINIT
ET FACTAE SUNT UOCES MAGNAE
IN CAELO DICENTES
FACTUM EST REGNUM HUIUS
MUNDI DNI NI ET XPI EIUS
ET REGNAUIT IN SAECULA
SAECULORUM
ET UIGINTI QUATTUOR SENIORES
QUI IN CONSPECTU DI SEDENT
IN SEDIBUS SUIS
CECIDERUNT IN FACIES SUAS
ET ADORAUERUNT DM DICENTES
GRATIAS TIBI AGIMUS DNE
DS OMNIPOTENS
QUI ES ET QUI ERAS
QUIA ACCEPISTI UIRTUTEM TUAM
MAGNAM ET REGNASTI
ET IRATAE SUNT GENTES
ET ADUENIT IRA TUA ET TEMPUS
MORTUORUM IUDICARI
ET REDDERE MERCEDEM
SERUIS TUIS PROPHETIS
ET SCIS ET TIMENTIBUS
NOMEN TUUM PUSILLIS
ET MAGNIS
ET EXTERMINANDI EOS QUI COR
RUPERUNT TERRAM
XII ET APERTUM EST TEMPLUM
DI IN CAELO
ET UISA EST ARCA TESTAMENTI
EIUS IN TEMPLO EIUS
ET FACTA SUNT FULGORA
ET UOCES
ET TERRAE MOTUS ET GRANDO
MAGNA
ET SIGNUM MAGNUM
PARUIT IN CAELO
MULIER AMICTA SOLE
ET LUNA SUB PEDIBUS EIUS
ET IN CAPITE EIUS CORONA
STELLARUM DUODECIM
ET IN UTERO HABENS ET CLAMANS
PARTURIENS ET CRUCIATUR
UT PARIAT
ET UISUM EST ALIUD SIGNUM
IN CAELO

ET ECCE DRACO MAGNUS RUFUS
HABENS CAPITA SEPTEM
ET CORNUA DECEM
ET IN CAPITIBUS SUIS SEPTEM
DIADEMATA
ET CAUDA EIUS TRAHEBAT
TERTIAM PARTEM
STELLARUM CAELI
ET MISIT EAS IN TERRAM
ET DRACO STETIT ANTE MULI
EREM QUAE ERAT PARITURA
UT CUM PEPERISSET FILIUM
EIUS DEUORARET
ET PEPERIT FILIUM MASCULŪ XII
QUI RECTURUS ERIT OMNES GENTES
IN UIRGA FERREA
ET RAPTUS EST FILIUS EIUS AD DM̄
ET AD THRONUM EIUS
ET MULIER FUGIT IN SOLITUDINEM
UBI HABET LOCUM PARATUM A DŌ
UT IBI PASCANT ILLAM DIEBUS
MILLE DUCENTIS
SEXAGINTA
XIII ET FACTUM EST PROELIUM
IN CAELO
MICHAHEL ET ANGELI EIUS
PROELIABANTUR CUM
DRACONE
ET DRACO PUGNABAT ET ANGELI EIUS
ET NON UALUERUNT NEQ; LOCUS
INUENTUS EST AMPLIUS
EORUM IN CAELO
ET PROIECTUS EST DRACO ILLE
MAGNUS SERPENS ANTIQUUS
QUI UOCATUR DIABOLUS
ET SATANAS
QUI SEDUCET UNIUERSUM ORBEM
PROIECTUS EST IN TERRAM
ET ANGELI EIUS CUM ILLO
MISSI SUNT
ET AUDIUI UOCEM MAGNAM
IN CAELO DICENTEM
NUNC FACTA EST SALUS ET UIRTUS
ET REGNUM DN̄I NI ET POTESTAS
XPI EIUS
QUIA PROIECTUS EST ACCUSATOR
FRATRUM NOSTRORUM
QUI ACCUSABAT ILLOS ANTE CON
SPECTUM DN̄I NI DIE AC NOCTE
ET IPSI UICERUNT ILLUM PROP
TER SANGUINEM AGNI
ET PROPTER UERBUM
TESTIMONII SUI
ET NON DILEXERUNT ANIMAM
SUAM USQUE AD MORTEM
PROPTEREA LAETAMINI CAELI
ET QUI HABITATIS IN EIS
UAE TERRAE ET MARI QUIA
DESCENDIT DIABOLUS AD UOS
HABENS IRAM MAGNAM
SCIENS QUOD MODICUM TEMPUS
HABET
ET POSTQUAM UIDIT DRACO
QUOD PROIECTUS EST
IN TERRAM
ET PERSECUTUS EST MULIEREM
QUAE PEPERIT MASCULUM
ET DATAE SUNT DUAE ALAE MULIERI
AQUILAE MAGNAE
UT UOLARET IN DESERTUM
IN LOCUM SUUM
UBI ALITUR PER TEMPUS
ET TEMPORA ET DIMIDIUM
TEMPORIS A FACIE SERPENTIS
ET MISIT SERPENS EX ORE SUO
POST MULIEREM AQUAM
TAMQUAM FLUMEN UT EAM
FACERET TRAHI A FLUMINE
ET ADIUUIT TERRA MULIEREM
ET APERUIT TERRA OS SUUM
ET ABSORBUIT FLUMEN
QUOD MISIT DRACO DE ORE SUO
ET IRATUS EST DRACO IN MULIERĒ
ET ABIIT FACERE PROELIUM
CUM RELIQUIS DE SEMINE EIUS
QUI CUSTODIUNT MANDATA DĪ
ET QUI HABENT TESTIMONIUM IHŪ
ET STETIT SUPER HARENAM MARIS

ET UIDI DE MARE BESTIAM
ASCENDENTEM ET HABENTEM
CAPITA SEPTEM ET CORNUA
DECEM
ET SUPER CORNUA EIUS DECEM
DIADEMATA
ET SUPER CAPITA EIUS NOMINA
BLASPHEMIAE
ET BESTIAM QUAM UIDI
SIMILIS ERAT PARDO
ET PEDES EIUS SICUT URSI
ET OS EIUS SICUT OS LEONIS
ET DEDIT ILLI DRACO
UIRTUTEM SUAM
ET POTESTATEM MAGNAM
ET UNUM DE CAPITIBUS SUIS
QUASI OCCISUM IN MORTEM
ET PLAGA MORTIS EIUS
CURATA EST
ET AMMIRATA EST UNIUERSA
TERRA POST BESTIAM
ET ADORAUERUNT DRACONĒ
QUIA DEDIT POTESTATEM
BESTIAE
ET ADORAUERUNT BESTIAM
DICENTES
QUIS SIMILIS BESTIAE
ET QUIS POTERIT PUGNARE
CUM EA
ET DATUM EST EI OS LOQUENS
MAGNA BLASPHEMIAE
ET DATA EST ILLI POTESTAS
FACERE MENSES XLII
ET APERUIT OS SUUM IN BLAS
PHEMIA AD DM̄ BLASPHE
MARE NOMEN EIUS
ET TABERNACULUM EIUS
ET EOS QUI IN CAELO HABITANT
ET DATUM EST ILLI BELLUM
FACERE CUM SC̄IS
ET UINCERE ILLOS
ET DATA EST EI POTESTAS IN OMNĒ
TRIBUM ET POPULUM
ET LINGUAM ET GENTEM
ET ADORABUNT EUM OMNES
QUI HABITANT TERRAM
QUORUM NON SUNT SCRIPTA
NOMINA IN LIBRO UITAE AGNI
QUI OCCISUS EST AB ORIGINE
MUNDI
SI QUIS HABET AUREM AUDIAT
QUI IN CAPTIUITATEM UADIT
IN CAPTIUITATEM
QUI IN GLADIO OCCIDERIT
OPORTET EUM GLADIO OCCIDI
HIC EST PATIENTIA ET FIDES
SC̄ORUM
XIIII ET UIDI ALIAM BESTIAM
ASCENDENTEM DE TERRA
ET HABEBAT CORNUA DUO
SIMILIA AGNI
ET LOQUEBATUR SICUT DRACO
ET POTESTATEM PRIORIS
BESTIAE OMNEM FACIEBAT
IN CONSPECTU EIUS
ET FECIT TERRAM ET HABITANTES
IN EAM ADORARE BESTIAM
PRIMAM
CUIUS CURATA EST PLAGA
MORTIS
ET FECIT SIGNA MAGNA UT ETIAM
IGNEM FACERET DE CAELO
DESCENDERE
IN TERRAM IN CONSPECTU
HOMINUM
ET SEDUCET HABITANTES TERRAM
PROPTER SIGNA QUAE DATA SUNT
ILLI FACERE IN CONSPECTU
BESTIAE DICENS
HABITANTIBUS IN TERRA UT FACIANT
IMAGINEM BESTIAE QUAE HABET
PLAGA GLADII
ET UIXIT ET DATUM EST ILLI
UT DARET SP̄M IMAGINI
BESTIAE
UT ET LOQUATUR IMAGO BESTIAE
ET FACIAT QUICUMQUE NON
ADORAUERIT IMAGINEM

BESTIAE OCCIDANTUR
ET FACIET OMNES PUSILLOS
ET MAGNOS ET DIUITES
ET PAUPERES
ET LIBEROS ET SERUOS HABERE
CARACTER IN DEXTRA MANU
AUT IN FRONTIBUS SUIS
ET NE QUIS POSSIT EMERE
AUT UENDERE
NISI QUIS HABET CARACTER
NOMINE BESTIAE
AUT NUMERUM NOMINIS EIUS
HIC SAPIENTIA EST
QUI HABET INTELLECTUM
COMPUTET NUMERUM BESTIAE
NUMERUS ENIM HOMINIS EST
ET NUMERUS EIUS EST SESCENTI
SEXAGINTA SEX
XV ET UIDI ET ECCE AGNUS STABAT
SUPRA MONTEM SION
ET CUM ILLO CENTUM QUADRA
GINTA QUATTUOR MILIA
HABENTES NOMEN EIUS
ET NOMEN PATRIS EIUS
SCRIPTUM IN FRONTIBUS SUIS
ET AUDIUI UOCEM DE CAELO
TAMQUAM UOCEM AQUARUM
MULTARUM ET TAMQUAM
UOCEM TONITRUI MAGNI
ET UOCEM QUAM AUDIUI SICUT
CITHAROEDORUM CITHARI
ZANTIUM IN CITHARIS SUIS
ET CANTABANT QUASI CANTICUM
NOUUM ANTE SEDEM ET ANTE
QUATTUOR ANIMALIA ET SENIORES
ET NEMO POTERAT DICERE
CANTICUM
NISI ILLA CENTUM QUADRAGINTA
QUATTUOR MILIA QUI EMPTI
SUNT DE TERRA
HI SUNT QUI CUM MULIERIBUS
NON SUNT COINQUINATI
UIRGINES ENIM SUNT
HI QUI SECUNTUR AGNUM
QUOCUMQUE ABIERIT
HI EMPTI SUNT EX OMNIBUS
PRIMITIAE DO ET AGNO
ET IN ORE IPSORUM NON EST
INUENTUM MENDACIUM
SINE MACULA SUNT enim
ET UIDI ALTERUM ANGELUM
UOLANTEM PER MEDIUM CAELI
HABENTEM EUANGELIUM
AETERNUM
UT EUANGELIZARET SEDENTIBUS
SUPER TERRAM
ET SUPER OMNEM GENTEM
ET TRIBUM ET LINGUAM
ET POPULUM DICENTEM
MAGNA UOCE
TIMETE DM ET DATE ILLI HONOREM
QUIA UENIT HORA IUDICII EIUS
ET ADORATE EUM QUI FECIT
CAELUM ET TERRAM ET MARE
ET FONTES AQUARUM
ET ALIUS ANGELUS SECUTUS EST
DICENS
CECIDIT CECIDIT BABYLON
ILLA MAGNA
QUAE A UINO IRAE FORNICATIONIS
SUAE POTIONAUIT OMNES
GENTES
ET ALIUS ANGELUS TERTIUS
SECUTUS EST ILLOS DICENS
UOCE MAGNA
SI QUIS ADORAUERIT BESTIAM
ET IMAGINEM EIUS
ET ACCEPERIT CARACTEREM
IN FRONTE SUA AUT IN MANU SUA
ET HIC BIBET DE UINO IRAE DI
QUI MIXTUS EST MERO
IN CALICE IRAE IPSIUS
ET CRUCIABITUR IGNE ET SULPHU
RE IN CONSPECTU ANGELORUM
SCORUM
ET ANTE CONSPECTUM AGNI
ET FUMUS TORMENTORUM
EORUM IN SECLA SAECULORUM

ASCENDIT
NEC HABENT REQUIEM DIE AC NOCTE
QUI ADORAVERUNT BESTIAM
ET IMAGINEM EIUS
ET SI QUIS ACCEPIT CARACTEREM
NOMINIS EIUS
HIC PATIENTIA SCORUM EST
QUI CUSTODIUNT MANDATA DI
ET FIDEM IHU
ET AUDIVI UOCEM DE CAELO
DICENTEM SCRIBE
BEATI MORTUI QUI IN DNO
MORIUNTUR
AMODO IAM DICIT SPS
UT REQUIESCANT A LABORIBUS SUIS
OPERA ENIM ILLORUM
SECUNTUR ILLOS
ET UIDI ET ECCE NUBEM
CANDIDAM
ET SUPER NUBEM SEDENTEM
SIMILEM FILIO HOMINIS
HABENTEM IN CAPITE SUO
CORONAM AUREAM
ET IN MANU SUA FALCEM ACUTAM
ET ALTER ANGELUS EXIUIT
DE TEMPLO CLAMANS
UOCE MAGNA
AD SEDENTEM SUPER NUBEM
MITTE FALCEM TUAM ET METE
QUIA UENIT HORA UT METATUR
QUONIAM ARUIT MESSIS TERRAE
ET MISIT QUI SEDEBAT SUPER
NUBEM FALCEM SUAM IN TERRAM
ET MESSA EST TERRA
ET ALIUS ANGELUS EXIUIT
DE TEMPLO QUOD EST
IN CAELO
HABENS ET IPSE FALCEM ACUTAM
ET ALIUS ANGELUS DE ALTARI
QUI HABET POTESTATEM
SUPRA IGNEM
ET CLAMAUIT UOCE MAGNA AD EUM
QUI HABEBAT FALCEM ACUTAM
DICENS
MITTE FALCEM TUAM ACUTAM
ET UINDEMIA BOTRUS
UINEAE TERRAE
QUONIAM MATURAE SUNT
UUAE EIUS
ET MISIT ANGELUS FALCEM SUAM
IN TERRAM ET UINDEMIAUIT
UINEAM TERRAE
ET MISIT IN LACUM IRAE DI MAGNUM
ET CALCATUS EST LACUS
EXTRA CIUITATEM
ET EXIUIT SANGUIS DE LACU
USQUE AD FRENOS EQUORUM
PER STADIA SESCENTA MILLE
ET UIDI ALIUD SIGNUM IN CAELO
MAGNUM ET MIRABILE
ANGELOS SEPTEM HABENTES
PLAGAS SEPTEM NOUISSIMAS
QUONIAM IN ILLIS CONSUMMATA
EST IRA DI
ET UIDI TAMQUAM MARE UITREUM
MIXTUM IGNE
ET EOS QUI UICERUNT BESTIAM
ET IMAGINEM ILLIUS
ET NUMERUM NOMINIS EIUS
STANTES SUPER MARE UITREUM
HABENTES CITHARAS DI
ET CANTANTES CANTICUM
MOSI SERUI DI
ET CANTICUM AGNI
DICENTES MAGNA ET MIRABILIA
OPERA TUA DNE DS OMNIPOTENS
IUSTAE ET UERAE UIAE TUAE
REX CAELORUM
QUIS NON TIMEBIT DNE ET MAG
NIFICAUIT NOMEN TUUM
QUIA SOLUS PIUS ES
QUONIAM OMNES GENTES
UENIENT ET ADORABUNT
IN CONSPECTU TUO
QUONIAM IUDICIA TUA
MANIFESTATA SUNT
XVI ET POST HAEC UIDI
ET ECCE APERTUM EST TEMPLUM

TABERNACULI TESTIMONII
IN CAELO
ET EXIERUNT SEPTEM ANGELI
HABENTES PLAGAS DE TEMPLO
UESTITI LAPIDE MUNDO CANDIDO
ET PRAECINCTI CIRCA PECTORA
ZONIS AUREIS
ET UNUS EX QUATTUOR ANIMALIB·
DEDIT SEPTEM ANGELIS SEPTEM
PHIALAS AUREAS PLENAS IRACUN
DIAE DI UIUENTIS IN SAECULA
SAECULORUM
ET IMPLETUM EST TEMPLUM
FUMO A MAIESTATE DI
ET DE UIRTUTE EIUS
ET NEMO POTERAT INTROIRE
IN TEMPLUM DONEC CONSUM
MARENTUR SEPTEM PLAGAE
SEPTEM ANGELORUM
ET AUDIUI UOCEM MAGNAM
DE TEMPLO DICENTEM
SEPTEM ANGELIS
ITE ET EFFUNDITE SEPTEM
PHIALAS IRAE DI IN TERRAM
ET ABIIT PRIMUS
ET EFFUDIT PHIALAM SUAM
IN TERRAM
ET FACTUM EST UULNUS SAEUUM
AC PESSIMUM IN HOMINES
QUI HABEBANT CARACTEREM
BESTIAE
ET IN EOS QUI ADORAUERUNT
IMAGINEM EIUS
ET SECUNDUS EFFUDIT
PHIALAM SUAM IN MARE
ET FACTUS EST SANGUIS
TAMQUAM MORTUI
ET OMNIS ANIMA UIUENS
MORTUA EST IN MARI
ET TERTIUS EFFUDIT PHIALAM
SUAM SUPER FLUMINA
ET SUPER FONTES AQUARUM
ET FACTUS EST SANGUIS
ET AUDIUI ANGELUM AQUARUM
DICENTEM
IUSTUS ES QUI ES ET QUI ERAS
SCS QUIA HAEC IUDICASTI
QUIA SANGUINEM SCORUM
ET PROPHETARUM FUDERUNT
ET SANGUINEM EIS DEDISTI
BIBERE UT DIGNI SUNT
ET AUDIUI ALTERUM DICENS
ETIAM DNE DS OMNIPOTENS
UERA ET IUSTA IUDICIA TUA
ET QUARTUS EFFUDIT PHIALAM
SUAM IN SOLEM
ET DATUM EST ILLI AESTU
AFFICERE HOMINES ET IGNI
ET AESTUAUERUNT HOMINES
AESTU MAGNO
ET BLASPHEMAUERUNT NOMEN DI
HABENTIS POTESTATEM
SUPER HAS PLAGAS
NEQUE EGERUNT PAENITENTIAM
UT DARENT ILLI GLORIAM
ET QUINTUS EFFUDIT PHIALAM
SUAM SUPER SEDEM BESTIAE
ET FACTUM EST REGNUM EIUS
TENEBROSUM
ET CONMANDUCAUERUNT
LINGUAS SUAS PRAE DOLORE
ET BLASPHEMAUERUNT DM
CAELI PRAE DOLORIBUS
ET UULNERIBUS SUIS
ET NON EGERUNT PAENITENTIAM
EX OPERIBUS SUIS
ET SEXTUS EFFUDIT PHIALAM
SUAM IN FLUMEN ILLUM
MAGNUM EUFRATEN
ET SICCAUIT AQUAM EIUS
UT PRAEPARETUR UIA REGIBUS
AB ORTU SOLIS
ET UIDI DE ORE DRACONIS
ET DE ORE BESTIAE ET DE ORE
PSEUDOPROPHETAE
SPS TRES INMUNDOS
IN MODUM RANARUM
SUNT ENIM SPS DAEMONIORUM

FACIENTES SIGNA
PROCEDENT AD REGES TOTIUS
TERRAE CONGREGARE ILLOS
IN PROELIUM AD DIEM MAGNUM
DĪ OMNIPOTENTIS
ECCE UENIO SICUT FUR
BEATUS QUI UIGILAT ET CUSTODIT
UESTIMENTA SUA
NE NUDUS AMBULET ET UIDEANT
TURPITUDINEM EIUS
ET CONGREGAUIT ILLOS IN LOCUM
QUI UOCATUR HEBRAICAE
HERMAGEDON
ET SEPTIMUS EFFUDIT PHIALAM
SUAM IN AEREM
ET EXIUIT UOX MAGNA DE TEMPLO
A THRONO DICENS FACTUM EST
ET FACTA SUNT FULGORA ET UOCES
ET TONITRUA
ET TERRAE MOTUS FACTUS EST
MAGNUS QUALIS NUMQUAM
FUIT EX QUO HOMINES FUE
RUNT SUPER TERRAM
TALIS TERRAEMOTUS SIC MAGNUS
ET FACTA EST CIUITAS MAGNA
IN TRES PARTES
ET CIUITATES GENTIUM
CECIDERUNT
ET BABYLON MAGNA UENIT
IN MEMORIAM ANTE DM̄
DARE EI CALICEM UINI INDIG
NATIONIS IRAE EIUS
ET OMNIS INSULA FUGIT
ET MONTES NON SUNT INUENTI
ET GRANDO MAGNA SICUT
TALENTUM DESCENDIT
DE CAELO IN HOMINES
ET BLASPHEMAUERUNT HOMINES
DM̄ PROPTER PLAGAM GRANDINIS
QUONIAM MAGNA FACTA EST
UEHEMENTER
XVII ET UENIT UNUS DE SEPTEM
ANGELIS QUI HABEBANT
SEPTEM PHIALAS
ET LOCUTUS EST MECUM DICENS
UENI OSTENDAM TIBI DAMNA
TIONEM MERETRICIS MAGNAE
QUAE SEDET SUPER AQUAS
MULTAS
CUM QUA FORNICATI SUNT
REGES TERRAE
ET INEBRIATI SUNT QUI INHABITANT
TERRAM DE UINO PROSTITU
TIONIS EIUS
ET ABSTULIT ME IN DESERTUM IN SPŪ
ET UIDI MULIEREM SEDENTEM
SUPER BESTIAM COCCINEAM
PLENAM NOMINIBUS
BLASPHEMIAE
HABENTEM CAPITA SEPTEM
ET CORNUA DECEM
ET MULIER ERAT CIRCUMDATA
PURPURA ET COCCINO
ET INAURATA AURO ET LAPIDE
PRAETIOSO ET MARGARITIS
HABENS POCULUM AUREUM
IN MANU SUA PLENUM
ABOMINATIONUM
ET INMUNDITIA FORNICATIONIS EIUS
ET IN FRONTE EIUS NOMEN
SCRIPTUM MYSTERIUM
BABYLON MAGNA MATER FORNI
CATIONUM ET ABOMINA
TIONUM TERRAE
ET UIDI MULIEREM EBRIAM
DE SANGUINE SC̄ORUM
ET DE SANGUINE MARTYRUM IH̄U
ET MIRATUS SUM CUM UIDISSEM
ILLAM ADMIRATIONE MAGNA
ET DIXIT MIHI ANGELUS
QUARE MIRARIS
EGO TIBI DICAM SACRAMENTUM
MULIERIS ET BESTIAE QUAE
PORTAT EAM
QUAE HABET CAPITA SEPTEM
ET CORNUA DECEM
BESTIAM QUAM UIDISTI
FUIT ET NON EST

ET ASCENSURA EST DE ABYSSO
ET IN INTERITUM IBIT
ET MIRABANTUR INHABITANTES
TERRAM
QUORUM NON SUNT SCRIPTA
NOMINA IN LIBRO UITAE
A CONSTITUTIONE MUNDI
UIDENTES BESTIAM
QUIA ERAT ET NON EST
ET HIC EST SENSUS QUI HABET
SAPIENTIAM
SEPTEM CAPITA SEPTEM MONTES
SUNT SUPER QUOS
MULIER SEDET
ET REGES SEPTEM SUNT
QUINQUE CECIDERUNT UNUS EST
ET ALIUS NONDUM UENIT
ET CUM UENERIT OPORTET ILLUM
BREUE TEMPUS MANERE
ET BESTIA QUAE ERAT ET NON EST
ET IPSA OCTAUA EST ET DE
SEPTEM EST ET IN INTERITUM UADET
ET DECEM CORNUA QUAE UIDISTI
DECEM REGES SUNT
QUI REGNUM NONDUM
ACCEPERUNT
SED POTESTATEM TAMQUAM
REGES UNA HORA ACCIPIUNT
POST BESTIAM
HI UNUM CONSILIUM HABENT
ET UIRTUTEM ET POTESTATEM
SUAM BESTIAE TRADUNT
HI CUM AGNO PUGNABUNT
ET AGNUS UINCET ILLOS
QUONIAM DNS DOMINORUM EST
ET REX REGUM
ET QUI CUM ILLO SUNT UOCATI
ELECTI ET FIDELES
ET DIXIT MIHI
AQUAS QUAS UIDISTI UBI MERE
TRIX SEDET POPULI SUNT
ET GENTES ET LINGUAE
ET DECEM CORNUA QUAE UIDISTI
ET BESTIAM HI ODIENT

FORNICARIAM ET DESOLATAM
FACIENT ILLAM ET NUDAM
ET CARNES EIUS MANDUCABUNT
ET IPSAM IGNI CONCREMABUNT
DS ENIM DEDIT IN CORDA EORUM
UT FACIANT QUOD ILLI
PLACITUM EST
UT DENT REGNUM SUUM BESTIAE
DONEC CONSUMMENTUR
UERBA DI
ET MULIER QUAM UIDISTI
EST CIUITAS MAGNA QUAE
HABET REGNUM SUPER
REGES TERRAE
XVIII ET POST HAEC UIDI ALIUM ANGELUM
DESCENDENTEM DE CAELO
HABENTEM POTESTATEM MAGNAM
ET TERRA INLUMINATA EST
GLORIA EIUS
ET EXCLAMAUIT IN FORTI
UOCE DICENS
CECIDIT CECIDIT BABYLON MAGNA
ET FACTA EST HABITATIO
DAEMONIORUM
ET CUSTODIA OMNIS SPS INMUNDI
ET CUSTODIA OMNIS UOLUCRIS
INMUNDAE
ET QUIA DE IRA FORNICATIONIS
EIUS BIBERUNT OMNES GENTES
ET REGES TERRAE CUM ILLA
FORNICATI SUNT
ET MERCATORES TERRAE
DE UIRTUTE DILICIARUM
EIUS DIUITES FACTI SUNT
ET AUDIUI ALIAM UOCEM
DE CAELO DICENTEM
EXITE DE ILLA POPULUS MEUS
UT NE PARTICIPES SITIS
DELICTORUM EIUS
ET DE PLAGIS EIUS NON ACCIPIATIS
QUONIAM PERUENERUNT
PECCATA EIUS USQ; AD CAELUM
ET RECORDATUS EST DNS
INIQUITATUM EIUS

REDDITE ILLI SICUT ET IPSA REDDIDIT
ET DUPLICATE DUPLICIA SECUNDŪ
OPERA EIUS
IN POCULO QUOD MISCUIT
MISCITE ILLI DUPLUM
QUANTUM GLORIFICAUIT SE
ET IN DELICIIS FUIT TANTUM
DATE ILLI TORMENTUM ET LUCTŪ
QUIA IN CORDE SUO DICIT
SEDEO REGINA ET UIDUA NON SUM
ET LUCTUM NON UIDEBO
IDEO IN UNA DIE UENIENT PLAGAE
EIUS MORS ET LUCTUS ET FAMES
ET IGNI CONBURETUR
QUIA FORTIS EST DS̄ QUI IUDICA
UIT ILLAM
ET FLEBUNT ET PLANGENT
SE SUPER ILLAM REGES TERRAE
QUI CUM ILLA FORNICATI SUNT
ET IN DELICIIS UIXERUNT
CUM UIDERINT FUMUM INCEN
DII EIUS LONGE STANTES
PROPTER TIMOREM
TORMENTORUM EIUS
DICENTES UAE UAE CIUITAS
ILLA MAGNA BABYLON
CIUITAS ILLA FORTIS QUONIAM
UNA HORA UENIT IUDICIUM TUUM
ET NEGOTIATORES TERRAE
FLEBUNT ET LUGEBUNT
SUPER ILLAM
QUONIAM MERCES EORUM
NEMO EMET AMPLIUS
MERCEM AURI ET ARGENTI
ET LAPIDIS PRAETIOSI
ET MARGARITI ET BYSSI ET PUR
PURAE ET SERICI ET COCCI
ET OMNE LIGNUM THYINUM
ET OMNIA UASA EBORIS
ET OMNIA UASA DE LAPIDE
PRAETIOSO
ET AERAMENTO ET FERRO
ET MARMORE ET CINNA
MOMUM ET AMOMUM
ET ODORAMENTORUM
ET UNGENTI ET TURIS ET UINI
ET OLEI ET SIMILAE TRITTICI
ET IUMENTORUM ET OUIUM
ET EQUORUM ET REDARUM
ET MANCIPIORUM ET ANIMARŪ
HOMINUM
ET POMA TUA DESIDERII ANIMAE
DISCESSIT A TE
ET OMNIA PINGUIA ET CLARA
PERIERUNT A TE
ET AMPLIUS ILLA IAM NON INUENIENT
MERCATORES HORUM QUI DIUITES
FACTI SUNT AB EA LONGE
STABUNT
PROPTER TIMOREM TORMEN
TORUM EIUS
FLENTES AC LUGENTES ET DICENTES
UAE UAE CIUITAS ILLA MAGNA
QUAE AMICTA ERAT BYSSINO
ET PURPURA ET COCCO
ET DEAURATA EST AURO ET LAPIDE
PRAETIOSO ET MARGARITIS
QUONIAM UNA HORA DESTITUTAE
SUNT TANTAE DIUITIAE
ET OMNIS GUBERNATOR
ET OMNES QUI IN LOCUM
NAUIGANT ET NAUTAE
ET QUI MARIA OPERANTUR
LONGE STETERUNT
ET CLAMAUERUNT
UIDENTES LOCUM INCENDII EIUS
DICENTES
QUAE SIMILIS CIUITATI
HUIC MAGNAE
ET MISERUNT PULUEREM
SUPER CAPITA SUA
ET CLAMAUERUNT FLENTES
ET LUGENTES ET DICENTES
UAE UAE CIUITAS MAGNA
IN QUA DIUITES FACTI SUNT
OMNES QUI HABENT NAUES
IN MARI DE PRETIIS EIUS
QUONIAM UNA HORA DESOLATA EST

EXULTA SUPER EAM CAELUM
ET SCI ET APOSTOLI ET PROPHETAE
QUONIAM IUDICAUIT DS IUDICIUM
UESTRUM DE ILLA
ET SUSTULIT UNUS ANGELUS
FORTIS LAPIDEM QUASI
MOLAREM MAGNUM
ET MISIT IN MARE DICENS
HOC IMPETU MITTETUR
BABYLON ILLA MAGNA CIUITAS
ET ULTRA IAM NON INUENIETUR
ET UOX CITHAREDORUM ET MUSI
CORUM ET TIBIA CANENTIUM
ET TUBA NON AUDIETUR
IN TE AMPLIUS
ET OMNIS ARTIFEX OMNIS
ARTIS NON INUENIETUR
IN TE AMPLIUS
ET UOX MOLAE NON AUDIETUR
IN TE AMPLIUS
ET LUX LUCERNAE NON LUCEBIT
TIBI AMPLIUS
ET UOX SPONSI ET SPONSAE
NON AUDIETUR ADHUC IN TE
QUIA MERCATORES TUI ERANT
PRINCIPES TERRAE
QUIA IN BENEFICIIS TUIS
ERRAUERUNT OMNES GENTES
ET IN EA SANGUIS PROPHETARUM
ET SCORUM INUENTUS EST
ET OMNIUM QUI INTERFECTI
SUNT IN TERRA
AN POST HAEC AUDIUI QUASI UOCEM
MAGNAM TUBARUM MUL
TARUM IN CAELO
DICENTIUM ALLELUIA
LAUS ET GLORIA ET UIRTUS
DO NOSTRO EST
QUIA UERA ET IUSTA IUDICIA
SUNT EIUS
QUI IUDICAUIT DE MERETRICE
MAGNA QUAE CORRUPIT
TERRAM IN PROSTITUTIONE SUA
ET UINDICAUIT SANGUINEM
SERUORUM SUORUM
DE MANIBUS EIUS
ET ITERUM DIXERUNT
ET FUMUS EIUS ASCENDIT
IN SAECULA SAECULORUM
ET CECIDERUNT SENIORES
UIGINTI QUATTUOR
ET QUATTUOR ANIMALIA
ET ADORAUERUNT DM
SEDENTEM SUPER THRONUM
DICENTES AMEN ALLELUIA
ET UOX DE THRONO EXIUIT
DICENS
LAUDEM DICITE DO NOSTRO
OMNES SERUI EIUS ET QUI
TIMETIS EUM PUSILLI
ET MAGNI
ET AUDIUI QUASI UOCEM
TUBAE MAGNAE
ET SICUT UOCEM AQUARUM
MULTARUM
ET SICUT UOCEM TONITRUUM
MAGNORUM DICENTIUM
ALLELUIA
QUONIAM REGNAUIT DNS
DS NOSTER OMNIPOTENS
GAUDEAMUS ET EXULTEMUS
ET DEMUS GLORIAM EI
QUIA UENERUNT NUPTIAE AGNI
ET UXOR EIUS PRAEPARAUIT SE
ET DATUM EST ILLI UT COOPE
RIAT SE BYSSINUM SPLENDENS
CANDIDUM
BYSSINUM ENIM IUSTIFICATIONES
SUNT SCORUM
ET DICIT MIHI SCRIBE
BEATI QUI AD CENAM NUPTIARUM
AGNI UOCATI SUNT
ET DICIT MIHI HAEC UERBA
UERA DI SUNT
ET CECIDI ANTE PEDES EIUS
UT ADORAREM EUM
ET DICIT MIHI UIDE NE FECERIS
CONSERUUS TUUS SUM

...IUM TUORUM
...TIUM TESTIMONIUM IHU
...ADORA
...IMONIUM ENIM IHU EST
...PS PROPHETIAE
ET UIDI CAELUM APERTUM
ET ECCE EQUUS ALBUS
ET QUI SEDEBAT SUPER EUM
UOCABATUR FIDELIS
ET UERAX UOCATUR
ET IUSTITIA IUDICAT ET PUGNAT
OCULI AUTEM EIUS SICUT
FLAMMA IGNIS eius
ET IN CAPITE DIADEMATA MULTA
HABENS NOMEN SCRIPTUM
QUOD NEMO NOUIT NISI IPSE
ET UESTITUS ERAT UESTEM
ASPERSAM SANGUINE
ET UOCATUR NOMEN EIUS
UERBUM DI
ET EXERCITUS QUI SUNT IN CAELO
SEQUEBANTUR EUM
IN EQUIS ALBIS
UESTITI BYSSINUM ALBUM
MUNDUM
ET DE ORE IPSIUS PROCEDIT
GLADIUS ACUTUS UT IN IPSO
PERCUTIAT GENTES
ET IPSE REGET EOS IN UIRGA FERREA
ET IPSE CALCAT TORCULAR UINI
FURORIS IRAE DI OMNIPOTENTIS
ET HABET IN UESTIMENTO
ET IN FEMORE SUO SCRIPTUM
REX REGUM ET DNS DOMINANTIU
ET UIDI UNUM ANGELUM
STANTEM IN SOLE
ET CLAMAUIT UOCE MAGNA DICENS
OMNIBUS AUIBUS QUAE UOLA
BANT PER MEDIUM CAELI
UENITE CONGREGAMINI
AD CENAM MAGNAM DI
UT MANDUCETIS CARNES REGUM
ET CARNES TRIBUNORUM
ET CARNES FORTIUM ET CARNES

EQUORUM ET SEDENTIUM IN IPSIS
ET CARNES OMNIUM LIBERORU
AC SERUORUM ET PUSILLORUM
AC MAGNORUM
ET UIDI BESTIAM ET REGES
TERRAE ET EXERCITUS EORU
CONGREGATAS AD FACIENDU
PROELIUM
CUM ILLO QUI SEDEBAT IN EQUO
ET CUM EXERCITUM EIUS
ET ADPRAEHENSA EST BESTIA
ET CUM ILLO PSEUDO PROPHETA
QUI FECIT SIGNA CORAM IPSO
QUIBUS SEDUXIT EOS
QUI ACCEPERUNT CARACTERE
BESTIAE
QUI ET ADORANT IMAGINEM EIUS
UIUI MISSI SUNT HI DUO IN STAGNU
IGNIS ARDENTIS SULPHURE
ET CETERI OCCISI SUNT IN GLADIO
SEDENTIS SUPER EQUUM
QUI PROCEDIT DE ORE IPSIUS
ET OMNES AUES SATURATAE
SUNT CARNIBUS EORUM
ET UIDI ANGELUM DESCENDENTEM
DE CAELO HABENTEM
CLAUEM ABYSSI
ET CATENAM MAGNAM
IN MANU SUA
ET ADPRAEHENDIT DRACONEM
SERPENTEM ANTIQUUM
QUI EST DIABOLUS ET SATANAS
ET LIGAUIT EUM PER ANNOS MILLE
ET MISIT EUM IN ABYSSUM
ET CLUSIT ET SIGNAUIT
SUPER ILLUM
UT NON SEDUCAT AMPLIUS GENTES
DONEC CONSUMMENTUR
MILLE ANNI
POST HAEC OPORTET ILLUM
SOLUI MODICO TEMPORE
ET UIDI SEDES ET SEDERUNT
SUPER EAS
ET IUDICIUM DATUM EST ILLIS

ET ANIMAS DECOLLATORUM
PROPTER TESTIMONIUM IHU
ET PROPTER UERBUM DI
ET QUI NON ADORAUERUNT
BESTIAM NEQ· IMAGINEM EIUS
NEC ACCEPERUNT CARACTEREM
EIUS IN FRONTIB· AUT IN MANIB· SUIS
ET UIXERUNT ET REGNAUERUNT
CUM XPO MILLE ANNIS
CETERI MORTUORUM NON UIXE
RUNT DONEC CONSUMMENTUR
MILLE ANNI
XVI HAEC EST RESURRECTIO PRIMA
BEATUS ET SCS QUI HABET PARTEM
IN RESURRECTIONE PRIMA
IN HIS SECUNDA MORS NON HABET
POTESTATEM
SED ERUNT SACERDOTES DI ET XPI
ET REGNABUNT CUM ILLO
MILLE ANNIS
SED CUM CONSUMMATI FUERINT
MILLE ANNI
SOLUETUR SATANAS DE CARCERE SUO
ET EXIUIT ET SEDUCET GENTES
QUAE SUNT SUPER QUATTUOR
ANGULOS TERRAE GOG ET MAGOG
ET CONGREGAUIT EOS IN PROELIUM
QUORUM NUMERUS EST SICUT
ARENA MARIS
ET ASCENDERUNT SUPER LATI
TUDINEM TERRAE
ET CIRCUMIERUNT CASTRA
SCORUM ET CIUITATEM
DILECTAM
ET DESCENDIT IGNIS A DO DE CAELO
ET DEUORAUIT EOS
ET DIABULUS QUI SEDUCEBAT EOS
MISSUS EST IN STAGNUM IGNIS
ET SULPHORIS
UBI ET BESTIA ET PSEUDOPROPHE
TIS ET CRUCIABUNTUR DIE AC
NOCTE IN SAECULA SAECULORUM
ET UIDI THRONUM MAGNUM
CANDIDUM
ET SEDENTEM SUPER EUM
A CUIUS CONSPECTU FUGIT TERRA
ET CAELUM ET LOCUS NON EST
INUENTUS AB EIS
ET UIDI MORTUOS MAGNOS
ET PUSILLOS STANTES
IN CONSPECTU THRONI
ET LIBRI APERTI SUNT
ET ALIUS LIBER APERTUS EST
QUI EST UITAE
ET IUDICATI SUNT MORTUI EX HIS
QUAE SCRIPTA ERANT IN LIBRIS
SECUNDUM OPERA IPSORUM
ET DEDIT MARE MORTUOS
QUI IN EO ERANT
ET MORS ET INFERUS DEDERUNT
MORTUOS QUI IN IPSIS ERANT
ET IUDICATUM EST DE SINGULIS
SECUNDUM OPERA IPSORUM
ET INFERUS ET MORS MISSI SUNT
IN STAGNUM IGNIS
HAEC MORS SECUNDA EST
IN STAGNUM IGNIS
ET QUI NON EST INUENTUS
IN LIBRO UITAE SCRIPTUS
MISSUS EST IN STAGNUM IGNIS
ET UIDI CAELUM NOUUM
ET TERRAM NOUAM
PRIMUM ENIM CAELUM
ET PRIMA TERRA ABIIT
ET MARE IAM NON EST
ET CIUITATEM SCAM HIERUSALEM
NOUAM UIDI DESCENDENTEM
DE CAELO A DO PARATAM
SICUT SPONSAM ORNATAM
UIRO SUO
ET AUDIUI UOCEM MAGNAM
DE THRONO DICENTEM
ECCE TABERNACULUM DI CUM
HOMINIB· ET HABITAUIT CUM
EIS ET IPSI POPULI EIUS ERUNT
ET IPSE DS CUM EIS ERIT EORUM DS
ET ABSTERGET DS OMNEM LACRI
MAM AB OCULIS EORUM

ero
h̄ et [illegible] illi ds et ille erit mei plius ·

ET MORS ULTRA NON ERIT
NEQUE LUCTUS NEQUE CLAMOR
NEQUE DOLOR ERIT ULTRA
QUAE PRIMA ABIERUNT
ET DIXIT QUI SEDEBAT IN THRONO
ECCE NOUA FACIO OMNIA
ET DICIT SCRIBE QUIA HAEC UERBA
FIDELISSIMA SUNT ET UERA
ET DIXIT MIHI FACTUM EST
EGO SUM A ET Ω INITIUM
ET FINIS
EGO SITIENTI DABO DE FONTE
AQUAE UIUAE GRATIS qui uicerit possidebit haec ·
TIMIDIS AUTEM ET INCREDULIS
ET EXECRATIS ET HOMICIDIS
ET FORNICATORIBUS ET UENEFICIS
ET IDOLATRIS ET OMNIB· MENDACIB·
PARS ILLORUM ERIT IN STAGNO
ARDENTI IGNE ET SULPHORE
QUOD EST MORS SECUNDA
XXII ET UENIT UNUS DE SEPTEM
ANGELIS
HABENTIBUS FIALAS PLENAS
SEPTEM PLAGIS NOUISSIMIS
ET LOCUTUS EST MECUM DICENS
UENI OSTENDAM TIBI SPONSAM
UXOREM AGNI
ET SUSTULIT ME IN SPU IN MONTE
MAGNUM ET ALTUM
ET OSTENDIT MIHI CIUITATEM
SCAM HIERUSALEM
DESCENDENTEM DE CAELO A DO
HABENTEM CLARITATEM DI
LUMEN EIUS SIMILE LAPIDI
PRETIOSO TAMQUAM
LAPIDI IASPIDIS
SICUT CRISTALLUM
ET HABEBAT MURUM MAGNUM
ET ALTUM
HABENS PORTAS DUODECIM
ET IN PORTIS ANGELOS DUODECIM
ET NOMINA INSCRIPTA
QUAE SUNT NOMINA DUODECIM
TRIBUUM FILIORUM ISRL

AB ORIENTE PORTAE TRES
ET AB AQUILONE PORTAE TRES
ET AB OCCASU PORTAE TRES
ET AB AUSTRO PORTAE TRES
ET MURUS CIUITATIS HABENS
FUNDAMENTA DUODECIM
ET IN IPSIS DUODECIM
NOMINA DUODECIM
APOSTOLORUM AGNI
ET QUI LOQUEBATUR MECUM
HABEBAT MENSURAM
HARUNDINEAM AUREAM
UT METIRETUR CIUITATEM
ET PORTAS EIUS ET MURUM
ET CIUITAS IN QUADRO POSITA EST ·
ET LONGITUDO EIUS TANTA EST
QUANTA ET LATITUDO
ET MENSUS EST CIUITATEM
DE HARUNDINE PER STADIA
DUODECIM MILIA
LONGITUDO ET LATITUDO ET ALTI
TUDO EIUS AEQUALIA SUNT
ET MENSUS EST MURUS EIUS
CENTUM QUADRAGINTA QUATTUOR
CUBITORUM MENSURA HOMI
NIS QUAE EST ANGELI
ET ERAT STRUCTURA MURI EIUS
EX LAPIDE IASPIDE
IPSA UERO CIUITAS AURO MUNDO
SIMILE UITRO MUNDO
FUNDAMENTA MURI CIUITATIS
OMNI LAPIDE PRETIOSO ORNATA
FUNDAMENTUM PRIMUM IASPIS
SECUNDUS SAPHIRUS
TERTIUS CALCIDONIUS
QUARTUS ZMARAGDUS
QUINTUS SARDONIX
SEXTUS SARDINUS
SEPTIMUS CRISOLITUS
OCTAUUS BIRILLUS
NONUS TOPADIUS
DECIMUS CHRISSOPRASSUS
UNDECIMUS IACINTHUS
DUODECIMUS AMETHISTUS

ET DUODECIM PORTAE
DUODECIM MARGARITAE
SUNT PER SINGULAS
ET SINGULAE PORTAE ERANT
EX SINGULIS MARGARITIS
ET PLATEA CIUITATIS AURUM
MUNDUM TAMQUAM UITRUM
PERLUCIDUM
ET TEMPLUM NON UIDI IN EA
DNS ENIM DS OMNIPOTENS
TEMPLUM ILLIUS EST ET AGNUS
ET CIUITAS NON EGET SOLE
NEQUE LUNA UT LUCEANT EA
NAM CLARITAS DI INLUMINAUIT EA
ET LUCERNA EIUS EST AGNUS
ET AMBULABUNT GENTES
PER LUMEN EIUS
ET REGES TERRAE AFFERENT
GLORIAM SUAM ET HONO
REM IN ILLAM
ET PORTAE EIUS NON CLAUDENTUR
PER DIEM NOX ENIM
NON ERIT ILLIC
ET AFFERENT GLORIAM ET HONO
REM GENTIUM IN ILLAM
NEC INTRAUIT IN EA ALIQUID
COINQUINATUM
FACIENS ABOMINATIONEM
ET MENDACIUM
NISI QUI SCRIPTI SUNT IN LIBRO
UITAE AGNI
XXIII ET OSTENDIT MIHI FLUUIUM
AQUAE UIUAE SPLENDIDUM
TAMQUAM CRYSTALLUM
PROCEDENTEM DE SEDE DEI ET AGNI
IN MEDIO PLATEAE EIUS
ET EX UTRAQUE PARTE FLUMINIS
LIGNUM UITAE
AFFERENS FRUCTUS DUODECIM
PER MENSES SINGULOS
REDDENTIA FRUCTUM SUUM
ET FOLIA LIGNI AD SANITATEM
GENTIUM
ET OMNE MALEDICTUM
NON ERIT AMPLIUS
ET SEDES DI ET AGNI IN ILLA ERUNT
ET SERUI EIUS SERUIENT ILLI
ET UIDEBUNT FACIEM EIUS
ET NOMEN EIUS IN FRONTIBUS EORUM
ET NOX ULTRA NON ERIT
ET NON EGEBUNT LUMEN LUCER
NAE NEQUE LUMEN SOLIS
QUONIAM DNS DS INLUMINAT ILLOS
ET REGNABUNT IN SAECULA
SAECULORUM
XXIIII ET DIXIT MIHI HAEC UERBA
FIDELISSIMA ET UERA SUNT
ET DNS DS OMNIPOTENS
PROPHETARUM MISIT
ANGELUM SUUM
OSTENDERE SERUIS SUIS
QUAE OPORTET FIERI CITO
ET ECCE UENIO UELOCITER
BEATUS QUI CUSTODIT UERBA
PROPHETIAE LIBRI HUIUS
EGO IOHANNES QUI AUDIUI
ET UIDI HAEC
ET POSTQUAM AUDISSEM
ET UIDISSEM
CECIDI UT ADORAREM
ANTE PEDES ANGELI
QUI MIHI HAEC OSTENDEBAT
ET DICIT MIHI UIDE
NE FECERIS
CONSERUUS TUUS SUM
ET FRATRUM TUORUM
PROPHETARUM
ET EORUM QUI SERUANT
UERBA LIBRI HUIUS
DM ADORA
ET DICIT MIHI NE SIGNAUERIS
UERBA PROPHETIAE
LIBRI HUIUS
TEMPUS ENIM PROPE EST
QUI NOCET NOCEAT ADHUC
ET QUI IN SORDIBUS EST
SORDESCAT ADHUC

FACIAT ADHUC
ET SCS SCIFICETUR ADHUC
ECCE UENIO CITO
ET MERCES MEA MECUM EST
REDDERE UNICUIQUE
SECUNDUM OPERA SUA
EGO A ET Ω PRIMUS
ET NOUISSIMUS
PRINCIPIUM ET FINIS
BEATI QUI LABANT STOLAS SUAS
UT (sit) POTESTAS EORUM
IN LIGNO UITAE
ET PORTIS INTRENT
IN CIUITATEM
FORIS CANES ET UENEFICI
ET INPUDICI ET HOMI
CIDAE ET IDOLIS
SERUIENTES
ET OMNIS QUI AMAT ET FACIT
MENDACIUM
XXV EGO IHS MISI ANGELUM
MEUM TESTIFICARI
UOBIS HAEC IN ECCLESIIS
EGO SUM RADIX
ET GENUS DAUID
STELLA SPLENDIDA
ET MATUTINA
ET SPS ET SPONSA
DICUNT UENI
ET QUI AUDIT DICAT UENI
QUI SITIT UENIAT
QUI UULT ACCIPIAT AQUAM
UITAE GRATIS
CONTESTOR EGO OMNI
AUDIENTI UERBA PRO
PHETIAE LIBRI HUIUS
SI QUIS APPOSUERIT AD HAEC
APPONIT DS SUPER ILLUM
PLAGAS SCRIPTAS
IN LIBRO ISTO
ET SI QUIS DEMINUERIT
DE UERBIS PROPHETIAE
HUIUS

AUFERET DS PARTEM EIUS
DE LIGNO UITAE
ET DE CIUITATE SCA
ET DE HIS QUAE SCRIPTA SUNT
IN LIBRO ISTO
DICIT QUI TESTIMONIUM
PERHIBET ISTORUM
ETIAM UENIO CITO AMEN
UENI DNE IHU
GRATIA DNI NI IHU XPI
CUM OMNIBUS
AMEN.

EXPLICIT LIBER

APOCALYPSIS

SCI IOHANNIS

APOSTOLI ET EUANG

DO GRATIAS

O
PRO
A
M E